4. a. 2. 15.

23-1-1

EXPOSITIO
ET
ILLVSTRATIO
IN
ECCLESIASTICVM.

4. a. 2. 18.

23-4-2.





EXPOSITIO
ET
ILLVSTRATIO
IN
ECCLESIASTICVM

R. 1722


IHS
Omnis sapientia a Domino Deo est
R. P.
SALVATORIS
DE LEON
MVRTIANI
E Societate Iesu Theologi.
IN
ECCLESIASTICVM
IESV FILII
SIRACH.
Expositio & Illustratio.
IESVS SIRACH
Senior.
IESVS SIRACH
Iunior.
ANTVERPIÆ,
Apud
PETRVM BELLERVM
Anno M. DC. XXXX.
S. Ignatius de Loiola Fund.
S. Franciscus Xaverius
Erasmus Quellinus delineauit
Corn. Galle sculpsit

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

D. FRANCISCO DAVILA

Gusman, Messia, de la Torre, Velasquez, & Ouando,

MARCHIONI

DE LORIANA, ET DE LA PVEBLA,

COMITI DE VZEDA,

EQVITI DE ALCANTARA,

REGIÆ PRÆFECTO.

D. PHILIPPO AVGVSTO

Catholico Maximo Supputatorij Senatus Præsidi

summo Maiora Promerito.

SALVATOR DE LEON Societatis IESV *Presbyter Theologus, hæc sua in Ecclesiasticum Commentaria, Illustrationesque dicat Consecratq.*

NATA ad summa Sapientia (FRANCISCE PRINCEPS) humi repentium, trahentiumque in gloria corpora vsum, congressum, contubernium despicit; neque enim misceri fas prophanis sacra, suprema infimis, glorioſa ingloriis. Nam quis vnquam Regale decus fasciam, aut torquem pedi aptet non ineptus? quis alteri permittat sceptrum, quam dexteræ, & quidem Regiæ sanus? locum quæque suum decus ac honorem tueri debent; imis quæ data, permittenda imis, queis data summa, summis deturbari, scelus. Nata in summis sapientia, si diuinam suspiciam, non tantum supra lunæ globum, solis rotam, astrorū firmitudinem, chrystalli orbem; non modo supra aligerum pēnas Archangelorum, Principatuumq; scamna, Virtutum, Potestatum, Dominationumq; mentium sublimes sedes, Thronorum subselia, Cherubim volatum, supremosq; Seraphinos igneis, scilicet in Patris gremio, mētis proles, omniaq; despicientis capitis; ἐκ κεφαλῆς αὐτοῦ, scilicet Διὸς, Pallada sapientiæ æter-

æternæ commentitium figmentum apud veteres errones enatum ſubcinit ſomniator Aſcræus: ἐκ κεφαλῆς, inquam, è capite, ſublimiori nempè, eminentioriq́ue inter cætera, vt more noſtro Deum capiamus, membra diui corporis, vt vel ſic ipſius ſapientiæ ſuſpiciamus in reliqua Primatum, eminentiam, ſublimitatem, dignitatem. Humanam ſi inſpiciamus tot in capite ſenſus, aut ſenſuum organa vitæ ſenſilis inſtrumenta, rationalis adminiſtri, Chryſtallini oculorum orbes, aurium tympana, narium cauitates, linguæ acumen, colori, ſono, ſuffitui, ſapori exhauriendis veluti tubi, quibus rerum exhauſtarum imagines ad defæcatiora ſenſuum intimorum puriores aſcendant, inde ad mentis tranſmittendæ ſanctiorem aulam, quid aliud, quam verticem, caputq́ue ſummum tanquam Regiam arcem obtinere Sapientiam, ſedem in æditiori ſtatuiſſe loco, thronum imperij in ſublimiori ſede collocaſſe demonſtrant? Spernit humum, rapiturq́ue in ſuprema, egregia, ſumma, innata ſibi nobilitate, ingenito pondere ſublimia adfectat, nec niſi caput cælis intulerit, conquieſcit. Ea propter egregius ille inter Philoſophos Academiæ princeps, rerum naturæ ſcientiſſimus, Morum Doctor, diuinus (modo diuinitatem lignis lapidibuſq́ue non proſtituiſſet) Plato, ſapientiam potentiamq́ue eodem tendere, ſeſeq́ue inuicem affectare, requirere, inhiare profatus eſt; non etenim niſi in ſummis ſapientia, potentia non niſi in ſummis; Inde veterum laudandus mos nemini non ſapienti permittendi ſceptrum, diadema deferendi non Philoſopho, ſimul æduiſſima imperij culmina poſcente ſapientia, requirente, obtinente, ac vt laconẽ agam, Potente ſapientia, Potentia ſapiente. Illa namq́ue hac deſtituta, inualida; hæc illâ incomitata improuida, hæc ſine illâ impotens, ſine illa hæc inſipiens: an inſipida? an vtrumq; potius? Felix tu, centies felix, cuius in capite & hæc & illa, populis teſtãtibus, quibus Præes, Senatu, cui Præſides Me, quem ſuſcipis, Te, quẽ eloqueris, Toga, quã ornas, Sago, quod purpuras. Teſtantur populi potentiam Domini, dum colunt imperium, Sapientiam dum amant, edicta dum verentur, dum diligunt; iuſſa dum pauent, dum auent; mandata dum tremunt, dum optant, affectuum mirabili temperie; in qua & potentia reuerentiam, cultumq́ue extorqueat, & ſapientia amorem ac deſiderium imperet: vnde nec licentiæ bachandi impunitas, nec obedientiæ dolendi acerbitas procreetur, ſed grata exoriatur ſeueritas, ſeuera gratia, & rideat in facie Principis imperium, & imperet riſus, modice admixta, modeſte temperata. En te ipſum egregie Princeps qualem tuorum ora, Timanteo Apellæove penniculi præſtantiores delineant, depingunt, colorant, nec tamen ad viuum exprimunt armatam in te Pallada, ſcilicet ſapientem potentia inſtructam. At quis Senatus, cui præes ſenſus de Te? Quid Regis Regum Maximi Philippi noſtri Auguſti de Te iudicium? quem Te vt in id honoris aſſumeret, ſupputandiſque redditibus, cenſendis ſumptibus, erogandis pecuniis, theſauris reficiendis impenderet; eximia in tractandis eius momenti rebus, agendis ponderis tanti negotiis dexteritas, prudentia, ſapientia tua impulit, impelletque expectatio illa de Te, clariſſimo comprobata experimento, ſuperata re, vt ad altiora prouehat, quem in ſuis prouehendis expertus fidiſſimum, ſapientiſſimum probauit, prudentiſſimum admiratus eſt; plaudente præſertim conſidentium Tibi Senatorum lectiſſimo Conſeſſu, teſtanteque & ore & fronte, Regis inclyti in te ornando munerandoque indulgentiam largiſſimam, & Regio pectore dignam, & te regali munificentia digniſsimum. Addam popularibus plauſibus, primoribus gratulationibus vocem meam, quaſi minus quid aſſequar, loquetur ſenſus, loquetur animus, loquentur vota; & liber iſte in tuum demiſſus gremium, tutelare te dum numen quæritat, Patronum inuocat, ſerpitque hedera imbellis inter victrices frontis lauros, aut qualis fœmella palma (dictis abſit inuidia) ad virilis palmæ conſortium nutat, potius ad palmarum oſcula; dum inquam ſapiens Eccleſiaſticus potentiæ auet maritari, eloquetur ſatis locuples teſtis potentiæ tuæ, quæ non modo inditæ ſibi ſapientiæ ſit abunde locuples, ſed & alienæ diues affatim. Eloquetur ille pro me Patrocinij tutelæque gratiam & grates, pro ſe loquetur, nec pro nobis tantum, ſed pro noſtris ſimul, quos inter non infimo loco, tibi fratrem meum Germanum Hieronymum de Leon exhibebit beneficiorum beneuolentiæ erga ipſum tuæ æſtimatorem egregium, quem arctius, tibi vt deuincias, ſi tamen arctiora inueniri vincula poterunt, tua dignaris familiaritate, ac præcipuâ amicitiâ. Euge Princeps moribus quam ſtatu certius. *Ea de tua patientiâ prome.* Verum externi teſtes pauca, dum adeſt conſcius. Ipſe tibi tu teſtis certior, dum taces modeſte, eloqueris: etenim, & elingui Philoſophia (quod Septimius Florens ter & tercenties Tullianus) vita contenta eſt. Et conſcium ſibi egregiorum facinorum pectus, auditur vtique dum videtur. Sapientiam taces pectore reconditam? quid ſi non tacet Academia tanti capitis laureatrix? Potentiam ſiles? quid ſi non ſilent populi intentis in te digitis indicantes? quid ſi non ſilent voces, en Princeps, en Marchio, en Præſes, en Abylarum decus, Mexiarum, en ſplendor, en Gothmanorum ormanentum illuſtriſſimum? Quid ſi forte ſufuſus inter laudantium voces ſanguis infecit genas, & ſuam ſecum prodiens prodidit nobilitatem? quantumuis modeſtè latites, non latebis; longius multo facinora, quam verba, audiuntur, longius penetrant facta, quam voces. Prædicat ſimul in candenti Toga alumnum ſuum alma pax, dum tantum Principem ſui adminiſtrum diti fouet in græmio, amabili complexu tuetur, blando intuetur obtutu, munia à te iactat domi obitâ, tum in tuorum, id eſt, felicium populorum bonum, tum

in Regiæ miniſterio, quam Præfecturæ, œconomiæve nomine inter Primores quatuor adminiſtras; tum etiam in ordinis tui Alcantarenſis decus, quem auratus eques ornas. Proles principum Princeps & ipſe, Principum Frater. Vzeda Patrum, Loriana alterius, alterius è Fratribus Leganes loquetur principatum, oleas vt ſileam è quibus maternum tibi decus texitur, pacis ſymbolum. Verum iratus Mars moras odit, teque ſibi vendicat, ad lauros vocat, rapit ad palmas. Teſtis laudis armatæ tuæ Nereus, vel qua noſtrum Afrumque littus terris immiſſus ſecat, vel qua Lybicas alluit arenas, inde in immenſum protenſus Oceanum. Quo enim Mamoricæ expeditionis fama non peruaſit? ibi inter Cataphractas acies auitæ virtutis, ô Princeps, cunctis exemplar eras, ibi dum Dominum ſibi Thetis Philippum Philippi noſtri Patrem emit omnibus vndis, Tu Sponſor. Plura quid aggerem? Niſi forte ad maris fluctus vndas, in ſyluam ligna deferam. Ipſe tibi & decus, & honos, & laus. Verum excurſus ad te noſtri hæc coronis. Ambit ſumma Sapientia, & ſapiens noſter Ieſus, tuum ambit gremium, ſummi nempe Principis, ſummi Præſidis. Tendit quo potentia; hæc in te, illa ad te. Faues? ſuſcipis? Foues? Nihil vltra, en poteſt, en valet. Vale & ipſe.

Ad

Ad Lectorem.

QVAM ſint in vniuerſum lectores delicatiſſimi ſtomachi, Amice Lector, ſatius experimentis edoctus didiciſti, quam vt me dicente coniicias. Vſitatiſſimum eſt Prouerbium illud: Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. *Id quidem, vt ad rem noſtram propius accedamus, in ſtylis vſitatiſſimum videbis, qui ſeu inſtar promiſſæ; longæq; laſciuiæ dilatentur, ſeu breuiori dictione terminentur: Ariſtarchos videas, cenſoresque multiplices, qui virgula cenſoria rigidius omnia & ad cutem eraſa notent, incuſent, reprehendant: nihilque dicendum putent laude dignum, niſi quod arbitrio ſuo videant arridere. In hoc ergo cenſorum theatrum, quibus ſæculum noſtrum abundat, dum pedem infero eandem mihi cenſuram ſubeundam exiſtimaui, dum opellam iſtam communis vtilitatis bono conſulens, in lucem edidi; quæ tamen vt fauſto pede prodeat, & exitum fauſtiſſimum ſortiatur, rogatum te velim, Lector candide, vt elucubrationes noſtras, non per tranſenam, vt aiunt, inſpicias per lege prius expoſitiones noſtras accuratius, examina diligentius, trutina iuſtius. Quod ſi feceris audebo mihi polliceri, vt quam plurima, quibus nõ offendaris, imo quibus delecteris offendas. Multa quidẽ in Eccleſiaſtico noſtro fuſa quadam & affluenti illuſtratione explicata reperies. Verum hæc affluens & copioſa verborum circuitio & illuſtratio ſic eſt exponendis verſibus aliquibus neceſſaria, vt illis deſtituti mutili forent & obſcuri. Inſuper quia vt in ſagitta mittenda non minus aberrat qui vltra ſcopum, quam qui citra iaculatur, conatus ſum breuitatem ſectari in iis, qui breuitatem requirunt. Opus ergo tibi propono contractum ac fuſum; quod ſua varietate non iniucunda inter vtrumq; vitioſum extremum medium teneat. Quod ſi ſatietatem auerſatus aliqui tibi verſus longi nimis videbuntur: tu quod Martialis monet lib. 10 Epigramm. 1. conſilium auſculta:*

Sed nimius videor, ſerâque coronide longus.
Eſſe liber, legito pauca libellus ero.
Terque quaterque mihi finitur carmine paruo
Pagina, fac tibi me quam cupis eſſe breuem.

His vtcumque in limine cognitis: de libro Eccleſiaſtici à ſapientiſſimo Ieſu Sirach compoſito, iam ad eius intima adyta vocati ingrediamur. Illud autem pium Lectorem, ac Eccleſiaſtici ſtudioſum præmonitum volo, ſtatuiſſe nos primum (imitor doctiſſimum P. Ioannem de Pineda, non meum dumtaxat, quo impensè glorior, ſed boni cuiuſq; S. Scripturæ interpretis magiſtrum) ſenſum ſententiarum litteralem, quaſi paraphraſim proponere. Et tandem cum notas grammaticales apposuerimus, ſi aliquid fuerit notatu dignum, illud qua potuerimus illuſtratione ornare conabimur. Faxit Deus cedant omnia in laudem & gloriam Omnipotentis Dei, & Beatiſſimæ Virginis Deiparæ Mariæ, & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, nec non parentum meorum S. Ignatij de Loyola, & S. Franciſci Xauerij, quos velut patronos huic operi qualicumque aſciſcere curaui. Omnia autem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſuræ & correctioni libenter ſubiicio.

Facul-

Facultas R. P. Prouincialis.

IOANNES de Cassarrubios Præpositus Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Bætica, potestate ad id mihi facta à R. admodum P. N. Mutio Vitellesco Generali Præposito, facultatem concedo, vt Tomus Primus tredecim priora capita continens *in Ecclesiasticum Iesu filij Sirach à* P. SALVATORE DE LEON compositus, & nostræ Societatis virorum grauium & sapientum iudicio examinatus & approbatus typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, ac nostri officij sigillo munitas dedimus. Cordubæ die 14. Aprilis. Anno 1634.

IOANNES DE CASSARRVBIOS.

Sigillum.

CHRISTOPHORVS DE CABRERA
Secretarius.

Approbatio P. Ioannis Mendez Theologiæ Scholasticæ primarij Professoris in Collegio Societatis Iesu Hispalensis, nec non & Qualificatoris tum supremæ Inquisitionis, tum huius Hispalensis.

EX præscripto Domini D. Dionysij de Monserrate Prouisoris & Generalis Vicarij munere fungentis in Diœcesi Hispalensi pro Archiepiscopo Domino D. Gaspare Cardinali Borsa, euolui ac legi quam seduli potuo, nec sine ingenti animi voluptate librum, *qui Commentarios in Ecclesiasticum continet*, à P. SALVATORE DE LEON è Societate IESV elaboratum & perfectum, atque ita iudico, præterquam quod omnia ad seueræ Theologiæ trutinam & examen exiguntur, abundare sacra humanaque eruditione & doctrina, acutisque & subtilibus commentationibus fælici ingenio excogitatis scatere, quæ firmissimis diuinarum litterarum & SS. Patrum munimentis innitantur. Opus ipsum vniuersum dignum censeo quod in publicos vsus edatur: quippe ad cætera, hoc etiam commodi affert, vt ætas nostra commentarios iustos & continuos in eam Scripturæ partem adipiscatur tandem, qui diu desiderati sunt. At qui omnium votis siue concionibus sacris ad populum habendis vacant, siue qui alios sacræ Paginæ studio capiuntur, liber hic faciet satis. Ita censeo. Hispali in domo Professa Societatis Iesu die decima tertia Septembris. Anno 1635.

IOANNES MENDEZ.

Ordinarij facultas.

EL Senor Doctor Dionysio de Monserrate Prouisor official e Vicario General de Seuilla y su Arcobispado, doy licentia à qualquier impressor, para que imprima este Commentario sobre el Ecclesiastico, sin que por ello incurra en pena alguna. Dada en Seuilla quinze de Septembre de mil y seiscintos y treinta y cinco annos.

El Doctor DIONYSIO
DE MONSERRATE.

CHRISTOVAL DE MIRANDA.
Notario.

Appro-

Approbatio Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini D. Episcopi Salmanticensis.

DE mandato supremi Regis Senatus, qua solicitudine potui vidi librum in duos tomos destributum tredecim priora capita in Ecclesiasticum continentem, Auctor eius est Pater SALVATOR DE LEON Murtianus Societatis IESV religiosus, & eiusdem in eadem Societate Scripturæ sacræ diligentissimus interpres. Opus certè grande est, & concionatoribus Verbi Dei vtile maxime; tractat (vt Apostolus ait) recte verbum veritatis stylo facili, & sine offensione aliorum refert opiniones. Indices eius locorum sacræ Scripturæ ac Rerum ita pleni sunt, vt sine difficultate totius voluminis notitia haberi possit. Contrarium fidei ac bonis moribus nihil habet, vt in lucem veniat plena facultas concedi potest, saluo meliore iudicio. Ego Doctor Christophorus de la Camara & Murga Salmantinus Episcopus ita iudicaui. Matriti 29. Mensis Octobris die, Anno 1634.

CHRISTOPHORVS *Episcopus*
Salmanticensis.

APPROBATIO.

EXpositio ac Illustratio R. P. SALVATORIS DE LEON Societatis IESV Theologi in Ecclesiasticum typis vt euulgetur dignissima est in ea enim continentur monita, documenta, & exempla ad omnem vitæ ætatem conditionem & statum ac officium hominis Christiani spectantia egregie ac docte ex scriptis præcipue sanctorum Patrum illustrate & dilucide amplificantur magno Reipublicæ Christianæ bono & diuini Verbi concionatorum commodo. Actum Antuerpiæ 4. Iulij 1640.

GASPAR ESTRIX, S. Theol. Licent.
Canonicus, Plebanus Cathedralis Ecclesiæ
ac Librorum Censor Antuerpiensis.

SVMMA PRIVILEGII.

PHilippus Dei gratia Hispaniarum, Indiarum, &c. Rex Catholicus, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Serenissimus Belgarum Princeps, diplomate suo sanxit, ne quis Librum, cui titulus est, R. P. SALVATORIS DE LEON MVRTIANI E SOC. IESV THEOLOGI, IN ECCLESIASTICVM IESV FILII SIRACH EXPOSITIO & ILLVSTRATIO, citra PETRI BELLERI voluntatem vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impressum, in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalémve habeat. Qui secùs faxit, confiscatione Librorum, & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in Litteris datis Bruxellæ, 9. Martis, M. DC. XXXX.

Signat
STEENHVYSE.

El

El Rey.

Por quanto por parte de vos SALVADOR DE LEON *de la Compania de Iesus, nos fue fecha relacion que auiades compuesto vn libro intitulado* Expositio & Illustratio in Ecclesiasticum. *El qual os auia costado mucho estudio, y trabajo, y era muy vtil y necessario para la predicacion del Euangelio, suplicandonos os mandassemos dar licencia para le poder imprimir y priuilegio por veinte annos, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se huzieron las diligencias que la nuestra pregmatica vltimamente hecha sobre la impression de los libros dispone. Fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuiemos lo por bien. Por lo qual os damos licencia y facultad, para que vos o la persona, que vuestro poder ouiere, y no otra alguna podais imprimir el libro intitulado:* Expositio & illustratio in Ecclesiasticum, *de que de suso se haze mencion en todos estos nuestros Reinos de Castilla, por tiempo y espacio de deiz annos, que corren y se quentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante, so pena que la persona o personas, que sin tener vuestro poder lo imprimiere o vendiere, o hiziere imprimir o vender por el mismo caso pierda la impression que hiziere con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para la persona que lo acusare, y la otra tercia parte para nuestra camara, y la otra tercia parte para el Iuez que lo sentenciare, con tanto que todas las vezes que ouieredes de hazer imprimir el dicho libro durante el tiempo de los dichos diez annos, le tragais a el nuestro Consejo Iuntamente con el original, que en el fue visto, que va rubricado cada plana, y firmado a el fin de Martin de segura de Alquiaga nuestro Escriuano de camara de los que en el residen para que se vea si la dicha impression esta conforme al Original, o traigais so en publica forma como por corrector nombrado por nuestro mandamiento se vio y corrigio la dicha impression por el original, y se imprimio conforme a el, y que estan impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que assi fueren impressos para que se taxe el precio que por cada volumen ouieredes de auer, y mandamos al impressor que assi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio ni el primer pliego del, ni entregue mas que vno solo libro con el original del autor, o por cuia costa lo imprimiere, ni a otro alguno para efecto de la dicha correcion y tassa hasta que antes y primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro Consejo, y estando hecho, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y succesiuamente ponga esta nuestra cedula, y aprouacion, tassa y erratas so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en las lezes y pregmaticas destos nuestros Reinos, y mandamos a los de nuestro Consejo y a otras qualesquier Iusticias dellos, que guarden y cumplan esta nuestra cedula y lo en ella contenido. Dada en Madrid a veinte y cinco dias del mes de Noviembre de mil y seiscientos y treinta y cinco annos.*

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor
Francisco Gomez de Lasprilla.

IN

ISAGOGE
AD LIBRVM
ECCLESIASTICI
IESV
FILII SIRACH.

PRAEFATIO.

VM animo & cogitatione perpendo immensam nostræ interpretationis materiam, rei per se difficilis cogitatio sic animum comprimit, & in eas angustias adducit, vt ab eius instituto satius pedem referre, quàm insolentiùs inferre latè patenti campo nullis circumscripto terminis, videatur. Humi profectò repit quidquid humana facultas suis innixa viribus vel acutissimo mentis acumine collineare possit. Agendum autem in principio est de Sapientia, prout humanam & diuinam complectitur, quæ cùm inaccessibilis in Deo consideretur & æterna, eisdemque quibus diuina mens spatijs contineatur; non humanam solùm, sed purissimam etiam cælestium intelligentiam præteruolat. Ex hac vera & æterna Sapientia morum institutio procedit, quæ Sapientia suò amore complectitur, & nostrum animum instituit, vt in Dei cognitione crescamus. Ideò Socrates, teste Seneca Epist. 71. *Totam philosophiam* (id est sapientiam) *reuocauit ad mores, & hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaq; distinguere.* Ad hanc enim maximam præstantissimamque philosophiam vel sapientiam referri debet boni malique discretio. De qua tam sublimiter ipse omnium Dominus & sentit & loquitur, vt homines hac facultate pollentes os suum appellare minimè dubitet. Ita enim is per Prophetam Ieremiam, *Si separaueris*, inquit, *pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Os enim naturâ suâ & gustandi tangendique facultate in esculentis nociua repudiat, & in expromenda sensati cordis sententia, occultiore quodam sensu à prauis recta secernit. Proinde eódem spectat, æternum à temporario, quod ad animam pertinet ab eo quod corpus concernit, aliaque similia toto cælo distantia rectè diiudicare, & quod in ijs dignius est viliori anteferre: paucis, reprobare malum, & eligere bonum. Sic eleganter idem Philosophus lib. vnico de Vita beata c. 3. aiebat: *Ista quæ spectantur, ad quæ constituitur, quæ alter alteri stupens monstrat, foris nitent, introrsus miserа sunt. Quæramus aliquid non in speciem bonum, sed solidum & æquabile, & à secretiore parte formosius.* Quia verò parui refert scire bonum, & non facere, nosse distinguere, nec tamen eligere quod præstantius est, nemo rectè sapiens vocetur, qui in his saporem non inuenit, neque bonis delectatur; quod vel ipso eius nomine solo constare potest. Sapiens siquidem quis dicitur à sapiendo, vt & sapientia. Sin autem non sapit, quomodo sapientia præditus vel sapiens esse dicetur? Hinc noster Ecclesiasticus, *Sapientia*, inquit, *doctrinæ secundùm nomen est eius, & non est multis manifesta.* Ratio est, quia scire volunt omnes, sed scitè viuere pauci: sapientes dici, sed non sapere, neque verò sapientes esse: bonum scire, sed neque id affectu complecti, neque effectu exprimere. Referebat de rege Agesilao Philosophus Imperator Xenophon, *Et sapientiam re potiùs quàm verbis exercebat.* Is etiam sapiens dici debet qui circa veritatis indagationem versatur. Sic Libanius Sophista in Declamatione 29. quæ est Socratis Apologia, agens de Apolline Pythio, inquit: *Hic igitur ciuitati patrius Deus alijs omnibus antecellens, eum, qui in reatu est, sapientissimum esse respondit: non ob eam prudentiam quæ vulgò admirationi est (multos enim ante hunc isto nomine compellauisset) sed ob illam sapientiam, quæ circa veritatem, eiusq; indagationem versatur*, &c. Vide de hoc argumento Lactantium Firmianum lib. 3. de Falsa & vera sapientia, præsertim cap. 5. Iam huic Præfationi finem imponere necesse est: non enim longum sermonem texere oportet, sed quæ sub verborum Ecclesiastici inuolucris mysteria continentur inuestigare. Sed quia statim in principio inquiritur, quis Operis auctor, quid eo nomine præseferat, quo vtatur idiomate, quid doceat; necessum est ea breuiter extricare & euoluere, vt his de rebus priùs edocti, Ecclesiastici foribus pulsaris in internam domum explicationis admittamur.

Ex diuina sapientia morum institutio processit. Seneca.

Ier. 15. v. 19 *Sapiens vocatur os Domini.*

Seneca. *Bonum sciendum & faciendum.*

Sapiens dicitur à sapiendo. Eccli. 6. v. 23.

Xenophon *Sapiens versatur circa veritatis indagationem.*

SECTIO I.

Sit ne Spiritus sanctus libri Ecclesiastici primus auctor, id est, An sit inter Canonicos adnumerandus.

2. *Liber Ecclesiastici an canonicus.*

INgens fuit inter veteres Doctores concertatio de Libri Ecclesiastici diuina auctoritate, essetne inter libros Canonicos computandus. D. Ioannes Damascenus lib. 4. Orthod. fidei c. 18. de Scriptura sacra, inter Additiios hunc librũ collocat, D. Damasc. aiens: *Panaretus autem (quasi dicas omni virtutis genere refertus) hoc est sapientiæ Salomonis, & sapientia Iesu (quam à Sirachi patre Hebraica lingua editam, ipsius nepos, ac Sirachi filius, posteà in Græcam conuertit) tametsi alioqui præclari & elegantes libri sint, non tamen alijs annumerantur, neque in Arca siti erant.* In eo quod ait, nõ situm esse in Arca, affirmat non esse inter Canonicos appellandum; & pẽr consequens non esse ab D. Auguſt. Spiritu sancto dictatum, atq; suggestum. D. Augustinus Tom. 4. lib. vnico, De Cura pro mortuis gerenda c. 15. excludit, cùm de Moyse & Samuele agit, inquit enim: *Cùm Liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & propter eloquij nonnullam similitudinem Salomonis pronuntiatur, contineat in laude Patrum, quòd Samuel etiam mortuus prophetauerit. Sed si huic libro ex Hebræorum (quia in eorum non est canone) contradicitur: quid de Moyse dicturi sumus, &c.* Idem repetit To. 5. lib. 17. de Ciuit. Dei c. 20. Clarius hanc sententiam amplectitur noster D. Isidorus Archiep. Hispalitanus To. 1. Etymol. li. 6. *Librum autem,* inquit, *Ecclesiasticum certissimè Iesus filius Sirach Ierosolymita nepos Iesu Sacerdotis magni compositit, de quo meminit Zacharius, qui liber apud Latinos propter eloquij similitudinem Salomonis titulo prænotatur. Dictus autem Ecclesiasticus, eò quòd de totius Ecclesiæ disciplina, religiosæ conuersationis magna cura & ratione sit editus. Hinc & apud Hebræos reperitur, sed inter apocryphos habetur.* Sic repetit B. Alcuinus lib. 2. aduersus Elipant. Tolet. Episcop. dicens: *Quem librum B. Hieronymus atque Isidorus inter apocryphas, id est, dubias Scripturas deputatum esse, absque dubitatione testantur.* Hos imitatus Dionysius Carthusianus, qui ait: *Denique liber iste non est de canone, id est, inter Scripturas canonicas computandus, quamuis de eius veritate non dubitetur.* Denique Concilium Laodicenum, quod inuenitur To. 1. Concil. pa. 1. can. 60. Libros canonicos enumerans, hunc Ecclesiastici librũ penitus omittit, si enim crederet illum ad Canonicos pertinuisse; non tolleret, sed inter alios enumeraret, vt ab Spiritu sancto suggestum.

Pars negatiua confirmatur.

His præmissis additur D. Epiphanius Episco. Constantiæ Cypri lib. de Mensuris & ponderibus, qui agens de libris Canonicis, postquam illos enumerauit, inquit: *Nam duo libri versu scripti Salomonis sapientia, Panaretus ab omni virtute appellata, & sapientia Iesu filij Sirach, & nepotis eius Iesu, qui sapientiam illam Hebraicè scripsit, ita vt nepos ipsius eam interpretatus Græcè scripserit, vtiles quidem sunt & commodi, sed in numerum receptorum non referuntur. Quare neque in Aaron, neque in Testamenti arcam repositi sunt.* Si librum hunc à Canonicis Scripturis veteres repellentes in Arca minimè reposuerunt, multò minùs ab Ecclesia recipiendus erat. inde est quòd hæretici hunc & alios libros vt apocryphos exsibilent. D. Irenæus lib. 3. aduersus hæreses c. 2. *Cùm enim ex Scripturis arguantur* (hæretici) *in accusationem conuertuntur ipsarum Scripturarum, quasi non rectè habeant, neque sint ex auctoritate, & quia variè sunt dictæ, & quia non possit ex his inueniri veritas ab his qui nesciant traditionem.* Super quæ verba Franciscus Feuardent. eius commentator, Pari, inquit, *omnes impietate Lutherani & Caluiniani ex diuinorum librorum catalogo velut apocryphos, ac nullius fidei exsibilant libros Tobiæ, Iudith, Sapientiæ, Ecclesiastici,* &c. *Quos etiam Canonicos sese admittere fingunt, sannis & lœdorijs deformatos sectatoribus suis exsibilandos relinquunt.* Si rationem velimus euoluere, quare hic liber à Canonicis extruderetur, ea videtur esse, hunc librum non fuisse inuentum in Arca. Cùm enim eos tantùm libros Canonicos cognoscerent, qui in Arca Dei seruabantur, inde est, Ecclesiasticum Canonicis non fuisse annumeratum, nec inter illos receptum, quia in Arca non custodiebatur. Insuper Josephus magnus Iudæus scriptor hunc librum inter Canonicos non numerauit, nec Melito Sardium Episcopus, nec Origenes, vt constat ex Eusebio li. 6. c. 18.

Spiritus sanctus fuit auctor Ecclesiastici.

Verùm auctorem huius libri primum fuisse Spiritum sanctum, ac proinde canonicis alijs adscribendum, diuina fide nobis certum est, quòd ex antiquioribus pluribus ita fuerit persuasũ. & probari potest, Primò ex multis testimonijs Christi Domini & Apostolorum, quæ cum multis Ecclesiastici locis sanè colludunt. Aliqua ex multis attingemus. Matth. 6. v. 14. ait Dominus: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis peccata vestra.* Cùm hoc dicebat, eius loci meminit Eccles. 28. v. 24. *Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Rursus Matth. 25. v. 36. *Infirmus, & visitastis me.* Eccles. 7. v. 39. *Non te pigeat visitare infirmum,* &c. Luc. 12. v. 17. *Concordat̃a locorum vtriusque Testamenti.* *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam,* &c. *Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.* Dixit autem illi Deus: *Stulte, hac nocte,* &c. Hæc similitudo hominis diuitis colludit cum eo, quod ait Siracides c. 11. v. 18. 19. *Est qui locupletatur parcè agendo, & hæc est pars mercedis illius, in eo quod dicit: Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus: & nescit quòd tempus præterit, & mors appropinquet & relinquat omnia alijs, & morietur.* Ioan. 6. v. 35. cùm Christus Dominus dixit: *Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet; & qui credit in me, non sitiet vmquam,* haud dubiùm repetijt id Eccles. 24. v. 29. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient.* Actor. 10. v. 24. *Quia non est personarum acceptor Deus.* Eccli. 35. v. 16. *Non accipiet Dominus personam,* &c. Vide Eccles. 3. v. 9. Ephes. 6. v. 1. 2. & c. 15. v. 20. Heb. 4. v. 13. & c. 14. v. 18. Jac. 1. v. 12. & c. 4. v. 1. Jac. 2. v. 3. & c. 7. v. 21. 1. Ioa. 2. v. 1. Sunt huiusmodi alia quàm plurima testimonia, quæ referre necesse non est.

Librum Ecclesiastici Salomoni antiqui adscribebant.

Præterea sancti Patres testimonia ex hoc loco desumpta, vt Scripturam sacram referre consueuere, quamuis ea nomine Salomonis, cui hic liber tribuitur citentur. Clemens Alexand. lib. 7. Strom. c. 10. ait: *Sequentes autem Scripturas confirmemus quod dictum est: Sapientia, inquit Salomon, inflauit suos filios.* Tribuit Salomoni, quod est Eccles. cap. 4. v. 12. *Sapientia filijs suis vitam inspirat,* vt suo loco dicemus. D. Ephræmus Syrus de patientia: *Sicut ait Scriptura: Fili, accedens ad seruitutem Dei, dirige cor tuum,* & cap. 2. 1. 2. D. Cyprian. de Mortalit. *Docet & præmonet Scriptura diuina, dicens: Fili, accedens ad seruitutem Dei,* &c. Si non esset liber Canonicus & ab Spiritu sancto suggestus, non diceret, *docet Scriptura diuina*: Scriptura enim diuina non est nisi ea quæ canonica & fide credenda proponitur. D. Auguſt. tom. 3. li. 2. de

Clem. Alex. D. Ephrem D. Cyprian. D. Auguſt.

Doctr. Christ. loquens de Sapientia & Ecclesiastico, inquit: *Qui tamen quoniam in auctoritatẽ recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt.* Lege D. Ambrosium, D. Ioan. Chrysostomum, D. Clementem Rom. Anacletum, Euaristum, Alexandrum, Pontianum, Fabianum, Stephanum, Dionysium, Ignatium, & reliquos Patres, nec nõ sacræ Scripturæ Interpretes: omnes enim Ecclesiastici testimonijs vtuntur, & veritatem libri probant & testificantur. Lege etiam Palacios, qui alia offert sanctorum Patrum testimonia. D. Ambros. D. Chryſ.

4. *Definitio Conciliorũ.* Concil. Carthag.

Porrò hoc definitum est in Concilio Carthaginensi III. probatur à Leone. II. & habetur To. 1. Conciliorum p. 1. ait enim can. 47. (quod Concilium licet prouinciale, consecratum est tamen à Concilio generali, scilicet à VI. Synodo in Trullo) *Item placuit, vt præter Scripturas Canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum Scripturarum. Sunt autem Canonicæ Scripturæ, Genesis,* &c. *Salomonis libri quinque.* vbi enumerat Ecclesiasticum, illum Salomoni tribuens, cùm certum sit fuisse à Iesu Sirach compositum: sed quia Salomonem imitatur, irrepsit olim opinio in textum, & existimabant, non Siracidis sed Salomonis fuisse. Recepit etiam hunc librum Concilium Florentinum in Instructione quam Armenis tradidit, & Gelasius in Concilio 70. Episcoporum, item Innocentius Papa I. in Epist. ad Exsuperium Tolosanum Episc. c. 7. *Qui verò libri,* ait, *recipiantur in Canone sanctarum Scripturarum, breuis annexus ostendit. Hæc sunt ergo, quæ desiderata moneri voce voluisti.* & eodem modo sicut Concilium inquit, *Salomonis quinque libri,* vbi comprehenditur Ecclesiasticus sub nomine Salomonis propter eamdem rationem, & quia, vt ait D. Auguſtinus tom. 5. lib. 17. de Ciuit. c. 20. *Alter Ecclesiasticus dicitur propter eloquij nonnullam similitudinem, vt Salomonis dicatur, obtinuit consuetudo.* Vel quòd ipsum volumen aut ex Salomonis sententijs collectum esset, aut saltem Salomone videretur non indignum. Innocent. D. Auguſt.

Præterea à Canonicis Scripturis inseruerunt Gelasius in decreto de libris sacris, Melito Asianus in Epist. ad Onesimum, Isidorus in proœmio ad libros veteris Testamenti, vbi ait: *Constat autem & hunc librum à Iesu filio Sirach editum fuisse, & inter reliquos sacrarum Scripturarum libros pari habitum veneratione.* Tandem primum & principale testimonium, quod ad hanc veritatem comprobandam afferri potest, est Concilij Tridentini sess. 4. in decreto de Canonicis libris, vbi hæc verba proponit: *Orthodoxorum Patrum exempla secuta omnes libros tam veteris quàm noui Testamenti, cùm vtriusque vnus Deus sit auctor; nec non traditiones ipsas tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tamquam vel oretenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conseruatas, pari pietatis affectu ac reuerentia suscipit ac veneratur. Sacrorum verò librorum indicem huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, qui, nam sint qui ab ipsa Synodo suscipiantur.* & inter reliquos enumerat *Ecclesiasticum,* & concludit dicens: *Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia Catholica legi consueuerunt, & in veteri Vulgata Latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens & prudens contempserit, anathema sit.* Quòd verò nec Hebræi, nec multi ex Patribus hunc librum Ecclesiastici inter canonicos reposuerunt, mirum non est, cùm Ecclesia à Spiritu sancto illustrata, de hac veritate, priùs non omnibus comperta, cum tempore tandẽ edocta fuerit. Gelasius. Melito Asian. Isidor. *Tridentini testimoniũ, Ecclesiasticum esse canonicum probans.* Concil. Trident. *Conclusio.*

SECTIO II.

Vtrùm hic liber à Iesu Sirach fuerit compositus, & quare Ecclesiasticus dicatur.

5. *Liber Ecclesiastici similis parabolis Salomonis.* D. Auguſt.

DE auctore huius libri, quo ministro seu interprete Spiritus sanctus vsus fuit, non erit difficile rationem reddere. Quamuis in antiquis hunc librum Salomoni tribui videatur. Etenim D. Auguſt. Tom. 3. li. 2. de Doctr. Christ. cap. 8. inquit: *Nam duo illi libri, vnus qui Sapientia, & alius Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur.* Hanc sententiam sequuntur D. Clemens Alex. lib. 7. Strom. cap. 10. D. Cyprian. lib. 3. ad Quirin. cap. 20. *De hoc ipso in Sapientia Salomonis, Initium sapientiæ, metuere Dominum Deum.* Hieronymus Tom. 3. Epist. 115. scribens ad Chromatium & Heliodorum Episcopos, *Fertur,* inquit, & *παναρετ@ Iesu filij Sirach liber, & alius,* &c. *Quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes & Canticum canticorum: vt similitudinem Salomonis non solùm numero librorum, sed etiam materiarum genere coæquaret.* & Marianus in Scholijs Epist. 16. D. Hieronymus ad Principiam explicans id, & *post multas ætates illa sententia, Memento semper diem mortis, & numquam peccabis,* inquit, *Vocat multas ætates, à Dauid scilicet tempore vsque ad Iesum filium Sirach, à quo Ecclesiastici librum, cuius dictum citauit, ex sententijs scilicet Salomonis collectum fuisse ipsemet Hieronymus alibi in præfationibus his verbis asserit: Fertur,* &c. Sic aliqui ex antiquioribus, & pauci ex recentioribus Salomoni tribuunt quod est Ecclesiasticus, scilicet Anacletus, Alexander, Sixtus, Fabianus, Felix, Marcellinus, Innocentius, & Concilium Carthaginense. Clem. Alex. D. Hieron.

Iesus Sirach auctor libri Ecclesiastici & Prologo non Salomõ D. Auguſt.

Nos autem Ecclesiastico, qui est Jesus filius Sirach, in proprium fœtum hunc librum tribuamus, vt olim tribuit vniuersa pænè Ecclesia. *Sic* enim ipse Iesus hanc veritatem aprobauit non solùm in Prologo, vt suo loco dicemus, sed Eccli. 50. v. 29. dicens: *Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo,* vt ibi dicemus, Deo dante. Probat Apostolorum auctoritas, qui in vltimo suorum Canonum, iubent adolescentes Christianos eruditi Sirach sapientiam addiscere. Confirmat D. Augustinus Tom. 3. lib. 2. de Doctr. Christ. c. 8. vbi ait: *Nam Iesus filius Sirach eos scripsisse constantissimè perhibetur.* D. Hieronymus To. 4. in c. 9. Dan. *Post Oniam,* inquit, *præfuit Iudæis pontifex Eleazarus: quo tempore septuaginta Interpretes Scripturas sacras Alexandriæ dicuntur in Græcum vertisse sermonem, postquam alter Onias, cui successit Simon, quo regente populum, Iesus filius Sirach scripsit librũ, qui Græcè παναρετος appellatur, & à plerisque Salomoni falsò dicitur.* D. Isidorus in Proœmio ad lib. veteris & noui Testamenti sic affirmat: *Hic enim propter nimiam sensus similitudinem, & eloquij parilitatem, Salomonis titulo prænotatur. Constat autem & hunc librum à Iesu filio Sirach editum fuisse,* &c. Vide etiam D. Epiphanium To. 1. lib. 1. Hæresi 8. Cùm igitur duo sint eiusdem nominis qui hunc librum nobis obtulerunt, auus vnus, nepos alter, vtrique tribuendum proprium munus. Auus Jesus filius Sirach Hebraicè hunc composuit librum, vt sequenti Sectione dicemus; nepos eiusdem nominis Iesus filius Sirach, interpres fuit, ex Hebræo in Græcum il-

D. Isidor.

lum transferens, qui etiam aliquid addit explicationis gratia.

Ad probationem huius veritatis sufficiat testimonium illorum, qui Prologum huius libri apposuerunt Græco originali, qui in Biblia Complutensium, & in Montano inuenitur, qui talis est:

Sapientia Iesu filij Sirach.

ΣΟΦΙ'Α Ι'ΗΣΟΥ Υ'Α, Ο'Υ ΣΕΙΡΑ'Χ.

Iesus Sirach auctor Ecclesiastici.

Jesus hic, Sirach quidem fuit filius, nepos autem Iesu eiusdem nominis sibi. Hic igitur in temporibus inferioribus fuit, post captiuitatem & reuocationem, & post Prophetas ferè omnes. Ergo auus eius Jesus, sicut & ipse testatur, laborisque amator fuit, vir inter Hebræos & prudentissimus, qui non solùm aliorum qui ante eum prudentum virorum sapienter dicta collegit, sed & ipse propria quædam dictauit multæ intellectionis & sapientis plena. Postquam igitur librum hunc primus Jesus ferè collectum reliquens ex hominibus abijt, Sirach hic post illum rursus accipiens domestico filio reliquit Iesu, qui quidem eum ample ectens, in vnam omnem concinnam constructionem collegit sapientiam, inque suo ex patris atque aui nomine vocans, ex ipso sapientiæ nomine, amanter magis vt haberet auditorem, ad ipsius libri meditationem attrahens. Sermones igitur prudentiæ, ænigmataque & parabolas continet, & particulares quasdam antiquas diuinas historias, deq; viris qui benè placuerunt Deo, & orationem & hymnum eius: adhuc autem quibus Deus beneficijs dignatus est populum suum, & quibus repleuit malis inimicos eorum. Sectator Salomonis hic Jesus fuit, nihilominùs ille circa sapientiam & disciplinam approbatus, multæ disciplinæ verè & existens & vocatus. Huc vsque Prologus, qui dicitur Incerti auctoris.

Nepos & auus eiusdem nominis.

Quòd nepos & auus eiusdem nominis sint, probatur ex eo quod Joachimus Camerarius dixit: *Fuit etiam Hebræis vsitatum, vt auorum nomina nepotibus imponerent. Itaque & auus auctor libri, & nepos interpres Siracides fuerunt.* Nec aliter sensit Bonauentura, Cornelius Bertramus citatus à Drusio, qui in eo libro quem Lucubrationes Franktallenses inscripsit, ita scriptum reliquit: *Ergo Iesus ille cuius filius Sirach, videtur ille esse, qui ab Hebræis nostris Ben-sira nominatur: cuius ad Ieremiam referunt. Eius autem nepos eiusdem cum eo nominis librum hunc ex Hebraico sermone in Græcum transtulit trigesimo octauo anno postquam vixerat in Aegypto.* Ergo cùm auus vocatus Jesus filius Sirach eiusdem nominis cum nepote, hunc librum Hebraicè composuerit (fuit enim vir doctissimus & prudentissimus, Salomonisque optimus imitator & sectator) librum suum filio Siracho reliquit, & eum suscipiens nepos eodem nomine appellatus, scilicet Iesus filius Sirach, illum ex Hebraico in Græcum vertit, & legendum obtulit.

D. Bonau. Corn. Bertram.

Quare Ecclesiasticus hic liber vocetur.

Quare autem Ecclesiastici nomine prænotatur? aliter enim ab alijs appellatur, vt diximus. Σοφία Σειρὰχ, *Sapientia Sirach*, ab alijs *Sapientia Salomonis*, falsò tamen, vt D. Hilarius in Psalmum 140. affirmauit. *In eo*, inquit, *libro qui apud nos Salomonis inscribitur, apud Græcos autem atque Hebræos Sapientia Sirach habetur.* Ab editione Camerarij posteriori Σοφία πανάρετος Ι'ησοῦ υἱοῦ Σειρὰχ. id est, *Liber de omni virtute præcepta continens*, nam subintelligitur βίβλος, vt sit βίβλος πανάρετος. Hoc epitheton Epiphanius tribuit libro Sapientiæ: à D. Hieronymo *Parabolæ Iesu filij Sirach* appellatur. Ecclesiasticus autem nominatur, vel *dictus*, vt ait D. Isidorus citatus, *pro eo quòd in medio cœtu populi, id est, coram Ecclesia fuerit habitus.* Cassiodorus autem lib. de Diuinis lection. c. 5. de Salomone inquit: *Ecclesiasticum verò librum supradictus Hieronymus Iesu filij Sirach esse commemorat, qui Congregator potest Latino sermone vocitari. Sed inter Ecclesiastem & Ecclesiasticum istam Patres posuere distantiam, quòd Ecclesiastes ad Christum Dominum solummodò debet referri, Ecclesiasticus verò cuicumque iusto prædicatori potest absolutè congruere, qui Ecclesiam Domini sanctissimis solet meritis congregare. Quod librum vtique præsentem feciße manifestum est, quem propter excellentiam virtutum suarum πανάρετον appellat, id est, virtutum omnium capacem: cuius tanta claritas tantaq; Latinitas est, vt sibi textus ipsi commenta sint. Atque vtinam quàm citò mente capitur, tam facilè actuum qualitate reddatur!*

D. Epiphan. D. Hieron.

Cassiodor.

Quid inter Ecclesiasticū & Ecclesiastē interßit.

Hinc colligitur qualis sit inter Ecclesiasticum & Ecclesiastem distantia, & quale inter vtrumque nomen discrimen. Ecclesiastes in Græco est Ἐκκλησιαστὴς, quod est *concionator* qui loquitur ad populum, à verbo ἐκκλησιάζω, quod est *concionor, conuentum celebro, ad concionem voco*: & fortè Salomon hanc habuit apud populum suum concionem, vt in lege Domini illum instituerent, & ab errore decepti sæculi, rerumque vanitate & inconstantia liberaret, oportebat enim innumeros rerum dolos publicè detegere. At Ecclesiasticus, licet eâdem significatione prænotetur, (est enim quasi concionalis, quòd varios hominum status & mores instruat, & quasi ad vniuersam Ecclesiæ concionem dirigatur) sed fortè vocatus est Ecclesiasticus, vt differat ab Ecclesiaste, quin potiùs à libro Parabolarum Salomonis, qui *Parabolæ* vocatur, cuius nomen adscriptum est Siracidi, vt constat apud D. Hieronymum & alios; cùm potiùs dicendum sit simillimum esse Ecclesiasticum Ecclesiastæ, quòd vniuersos Ecclesiæ status instruat; eo autem differre, quòd non sit compositus sub forma & stylo concionis, sicut Ecclesiastes; attamen longiorem protrahit doctrinam suam, vt vniuersos hominum status doctè instituat, varia tradendo præcepta, vt mores hominum haud difficilè corrigantur, & ad perfectionis statum ambiendum promouerentur.

D. Hieron.

Iesus Sirach auctor huius libri.

Claudat hanc Sectionem D. Athanasius in Synopsi sacræ Scripturæ, qui agens de libro Sapientiæ Iesu filij Sirach, cùm affirmasset auctorem fuisse hunc Jesum, dicens, *Cùm igitur hunc librum superior Iesus è vitis discedens post se reliquisset, Sirach filius eius acceptum Iesu filio suo reliquit;* subdit statim: *Is posteà scripta ista in vnum eumq; per omnia continuum ordinem digesta, sub suo patris & aui nomine sapientiam vocauit, vt ipso Sapientiæ nomine auditorem alliceret, & ad curam libri huius amanter suscipiendam, hoc. amplius promoueret.* Vocatur tandem hoc nomine, quia omnia quæ in Scriptura continentur in vno codice congregauit: congessit enim non solùm historias, sed etiam præcepta moralia, & consilia Euangelica, vt patebit per vniuersam Scripturam percurrenti, & hunc librum perlegenti.

D. Athanas.

SECTIO III.

De augustissimo nomine Iesu, quo vterque Sirach condecoratus est.

7. Eccli. 50. v. 29.

CVm Ecclesiasticus de se ageret, dixit: *Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo.* Sicut Apostolus Paulus (explicat Palacius) subsignauit Epistolas suas nomine suo, vt eis pondus & auctoritatem conciliet; ita subsignat librum suum auctor dicens: Eruditionem hanc tam pro magistris quàm pro discipulis ego Iesus scripsi, qui ex corde meo renouaui Salomonis sapientiam tam excellentem, &c. Vnde constat, auctorem Ecclesiastici fuisse Iesum Siracidem, vt Sect. II. probauimus, & hoc tam eximio tamque augusto nomine decoratum fuisse. Quod ipsum nomen nepos eius hæreditauit, non sine mysterio, vt qui sapientiam suam renouauit, illam ex Hebræo idiomate in Græcum conuertens, vt quotquot edíscere voluerint doctrinam eius, sine impedimento ex sapientiæ fonte aquam haurirent. Sed cur Ecclesiasticus cum nepote suo tam sublime & excelsum nomen sortitus est? Fortè docturus erat & saluaturus gentes sapientiâ suâ; Iesus enim, vt dicemus, significat salutem.

Ecclesiasticus librum suum subsignauit sicut Paulus Epistolas.

Nomina naturâne an positu vim habeant. Rhodigin.

Ergo Cælius Rhodiginus cùm ex Platone rogasset lib. 24. c. 5. nomina naturâne, an positu vim habeant; respondit: *Placet autem illi positione quadam constare nominum rectitudinem, sed non temerè tamen, & vt obtigit, verùm positionem ipsam de naturæ penu arbitratur promi: neque esse aliud nominum rectitudinem, quàm naturæ ipsi consonam impositionem. Scitumq; & ad vnguem factum putat nominum conditorem, qui per nomen exprimat rei naturam; quippe rei organum esse, nec fortè oblatum, sed naturæ congruum, vt quod res discernat, & indicet naturam.* Hæc ille. Vbi affirmat ex mente Platonis, nomina ex naturæ penu seu thesauro deprompta esse, licet positione constare, & organa esse ipsius rei cui nomen aptatur. Sed hæc doctrina conuenit rebus illis, quas conditor naturæ suis proprijs nominibus insigniuit; vt panis vocetur panis, & vinum vinum, & alia id genus. Sed nomina, quibus homines insigniuntur, non semper conueniunt ipsis hominibus quibus sunt imposita. Verum est, in lege naturæ & lege veteri nomina solere imponi vel ex euentibus, vel ex recordatione auorum qui eadem nomina sunt sortiti: sæpè enim nomina sacra significationem habebant conuenientem ipsis rebus quæ gerebantur. Sic Deo volente, aut præsagientibus parentibus nominum impositoribus: vt Abel, quòd citò euanescere deberet, & luctum afferre parentibus, sic appellatus est. Ita quoque Noë, quòd consolaturus esset parentes suos ab operibus manuum suarum. Sic alia plurima, quæ in sacris Litteris inueniuntur.

Nomina ex naturæ penu prompta esse.

Abel quia citò euanescere debueret sic appellatus est.

8. *Ex corporis habitu denominationes imponebantur.* Plutarch.

Rursus Plutarchus, vt refert Rhodiginus citatus affirmat, ex corporis habitu denominationes ritè imponi solere, vt Silli, Nigri, Rufi, & aliorum. Senecam Cassiodorus putat inde duci, cui primo cognomentum id impositum, canus sit natus, sicut de Numa Pompilio lectum est. Ad quem alluisse Virgilium credunt:

Agnosco crines incanaq; menta Regis Romani. Virgil.

Quin etiam Tyrrhenum, à quo Tyrrhania nuncupata, ab ineunte pueritia incanuisse traditur fabulis; sed ad egregiam indolem id Strabo referendum putat. Sic de alijs, quæ ibi Cælius refert. Tandem ipse probat cap. 6. à virtute quosdam cognomina traxisse. Alia etiam nomina sunt non tam appellatiua, & ex illorum genere, quæ non tam sunt nomina conuenientia rebus, quàm significationes rerum conuenientium personis. Cuiusmodi sunt illa Christi Domini, *Et vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, Princeps pacis.* quibus appellationibus nominandus dicitur, quòd re ipsa ita futurus esset: propterea que illis honorificentissimis titulis, & velut precatiuncularum formulis à fidelibus inuocandus. Quod obseruauit Nicetas, illum ipsum Isaiæ locum attingens super Nazianzenum Orat. in Natiuit. *Familiare est*, inquit, *Scripturæ sacræ, pro nominibus plerumque actiones ipsas accipere, tunc præsertim cùm præclaræ quædam actiones significantur, ex quibus ingens nominis claritas & famæ celebritas comparanda sit.*

Strabo.

A virtute quidam nomina traxerunt.

Isa. 9. v. 6.

Nicetas.

Pro nominibus aliquando actiones accipiuntur.

Quare nomina illa propria sunt, quæ ex natura sua rebus conueniunt, vt illa quæ Adam imposuit omni animæ viuenti. Sic dicitur, *Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius.* Cùm Adam enim scientiâ infusâ præditus esset, & naturas rerum cognosceret, ex ipso naturæ thesauro deprompsit nomina congruentia rebus. Vbi Eusebius Pamphilus Episcopus Cæsariensis lib. 4. de Præpar. Euang. c. 4. inquit: *Cùm enim dicat, Ipsum est nomen eius, nihil aliud certè vult dicere, nisi conuenienter ad naturam rei nomen inditum fuisse. Nam & nomen ipsum Adam, terrigenam aut terreum potest significare. Adam enim apud Hebræos humus dicitur, quamuis per translationem rubram corpoream q; naturam significet; ita terrigenam atque terrenum aut corporalem hominem hac appellatione signauit.* Rursus protoplastus Adam ita dictus à rubra argilla ex qua factus est; tum quoniam erubescendus erat, cognito quòd nudus esset: vt qui ob suam inobedientiam se suosque omnes posteros spoliauerit omnibus bonis; tum etiam quoniam cælestis Adam, cuius ille figuram gerebat, totus proprio sanguine rubendus esset, vt mundi peccata vt coccinum, quasi nix dealbarentur; & rubra quasi vermiculus, velut lana alba essent. Confirmat Plato lib. 23. de Recta nom. ratione, aiens: *Oportet quoque, vir optime, vt ille nominum institutor nomen naturâ rebus singulis aptum in vocibus & syllabis exprimat, ad idq; respiciens quod ipsum nomen est, singula nomina fingat atque attribuat, si reuerà nominum auctor est futurus.*

Eusebius Cæsar.

Plato.

Quæ sunt nomina propria.

Gen. 2. v. 19.

Tandem alia nomina imponebantur non deprompta à penu naturæ, nec ab euentibus rerum, sed ad recordationem auorum, quorum nomina conabantur æternùm conseruare. Exempla non pauca in sacro volumine; vnum tantùm proponamus. Cùm præcursor Domini Ioannes Baptista recèns natus circumcideretur, imponebant ei nomen patris sui Zachariam. sic dicitur à Luca: *Et factum est in die octauo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.* & pater Zacharias, quia mutus erat, *postulans pugillarem, scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius.*

Aliquando nomina imponuntur ad recordationem parentum.

Luc. 1. v. 59.

& mirati sunt vniuersi. Vbi constat primò, voluisse omnes vocari puerum nomine patris sui; quia filius in locum sufficiur patris, & meritò nomen illi imponitur patris, vt non naturâ solùm & virtute, verùm nomine etiam patrem suum mundo referat, iuxta illud Ecclesiastici, *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se*, &c. q.d. Pater bonus mortuus in filio viuit, quia filius patris mores refert & ingenium, vt si caro patris mortua sit, spiritus eius in filio viuere videatur. Imponitur ergo filio nomen patris, vt ipsum patrem referat, & eius virtutes & spiritum suscitet. Hæc autem consuetudo in lege veteri viguit, & viget nunc, cùm quotidie experiamur velle parentes nomina sua in filijs conseruari.

Quare volebant Ioan in imponere nomen Zachariæ. Eccli. 30. v. 13.

Pater mortuus in filio viuit.

Secundò constat ex historia Ioannis, nomen ab euentu accepisse. Nam cùm Ioannes, iuxta interpretationem D. Hieronymi, quem sequuntur Beda, Origenes, Rupertus, & alij, significet gratiam Dei, prænuntiabat futurum præcursorem Christi, qui gratiæ legem allaturus erat, in qua omnes salutem æternam consequerentur. Tertiò, Pende id, *Et mirati sunt vniuersi.* quæ admiratio & stupor haud dubium indicabat non solùm miraculum, quod venerabantur eò quòd nomen eximium ei imponerent diuinitus acceptum; sed præcipuè admiratio procedebat ex insolita nominis impositione, cùm inuerterent ordinem & consuetudinem imponendi auorum & parentum nomina filijs, vt in eis perpetuò conseruarentur.

Nomina ab euentu imposita.

D. Hieron. Beda. Origen. Ruper.

9. Ex quibus colligitur, Ecclesiasticum nomen Iesu & Siracidis sortitum fuisse, non ab euentu solùm, sed præcipuè à recordatione parentum. Primus Iesus, id est, senior, filius erat Sirach: genuit iste filium, & imposuit nomen Siracidis, vt ipse accepit à patre. Rursus hic Sirach genuit filium, quem vocauit Iesum, vt nomen aui referret. Quare nepos idem cum auo nomen sortitus est. Sed quare primus Siracb nomen augustissimum Iesu acceperit, cùm in eius genealogia non inueniatur auum suum appellatum Iesum? Fortè hoc nomen impositum fuit ad aliquid futurum præsagiendum; quia, vt dixit D. Chrysostomus in c. 16. ad Roman. Hom. 25. *Magnum thesaurum in nudis nominibus* (vocat nomina nuda, quæ ab auis non sunt accepta) *multarum rerum historias, non modicam denique philosophiam contineri.* Quare ab euentu futuro nomen Iesu Siracidi primo impositum est. Dixit enim Ausonius Gallus:

Quare vterque Sirach item nomen Iesu sortitus est.

Quare Sirach senior habuit nomen Iesu.

D. Chrys.

Ausonius Gallus.

Nam diuinare, est nomen componere, quid sit
Fortunæ, & morum, vel necis indicium.
Protesilae tibi nomen sic fata dederunt,
Victima quòd Troiæ prima futurus eras.
Idmona quod vatem, medicum quod Lapiga dicunt,
Discendas artes nomina præcurrunt.

Itaque Ecclesiasticus nomen Iesu acepit, quia futurus erat salus populi Dei, doctrinam sapientiæ suæ omnibus liberaliter communicans, vt eâ eruditi salutem consequerentur æternam. Nomen enim *Iesus* salutem significat, vt in sequenti Sectione asseremus. Significat etiam doctorem, quia doctrinâ repletum est. Et cùm istud nomen hæc omnia significet, non mirum, impositum fuisse Siracidi. Cùm autem alij in sacra Scriptura hoc eximium nomen accepissent, vt Iosue, Iesus sacerdos, Oseas, & alij, fortè non ita eis significatio nominis sicut Siracidi conueniebat: fuit enim sapientissimus doctor, & sapientiâ sua instruebat animos, & excitabat ad amorem Dei, vt suâ doctrinâ eruditi ad benè viuendum securitatem haberent, & in instituto itinere mandatorum Dei diligentiam præstarent, vt possent æternam assequi salutem. Sed sicut ceteri, ita Siracides diuinum Iesum adumbrare videbatur, qui verus Iesus & saluator futurus erat, & tamquam doctor sapientissimus gentes omnes docturus erat Dei sapientiam, qua possent securo incessu ad æternam beatitudinem peruenire.

Nomen Iesu significat salutem.

Iesus Sirach sapientissimus doctor.

Hoc loco tandem agere debebamus de vita & laudibus Ecclesiastici, nec non de eius morte; sed quia ipse cap. 51. de se loquitur, nunc prætermittendum iudico. In hoc cap. 51. agit primò de persecutione Ierusalem per Ptolomæum Lagi filium, qui cepit eam, vt narrat Iosephus li. 12. Antiquit. c. 1. Huius Soteris (nam *Soter* vocatus est Ptolomæus, sed falsò, vt Palacius asserit) tempore fuit Simon, & Auctor noster, vt dicemus in Prologo Ecclesiastici, & c. 50. Ergo probabilissimum est (inquit Palacius) Auctorem nostrum, vt ipse ait, virum Ierosolymitam, & vt videtur virum principem, certè magni ex sapientia nominis, huic cladi Ierosolymitanæ interfuisse. Cùm igitur in miseranda clade illa multi Iudæi occiderentur, maximè viri nobiles & sapientes, qualis Auctor erat, credendum est, & ipsum ad necem cum alijs quæsitum, & ex gladijs, ignibus, & tormentis, quibus Ierosolyma conflagrabat, ereptum ope diuina. Hanc suam ereptionem bonus vir canit, cùm incipit Orationem suam: *Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Saluatorem meum*, &c. In secunda parte capitis 51. docet, se à Deo sapientiam accepisse, aiens versu 18. *Cùm adhuc iunior essem, priusquam aberrarem, quæsiui sapientiam palàm in oratione mea*, &c. id est, priusquam errores adolescentiæ admitterem, quæsiui sapientiam, exemplo Salomonis. Quæ grandis est Auctoris laus. In tertia tandem parte inuitat ad sapientiam, cùm versu 31. ait: *Appropiate ad me indocti, & congregate vos ad domum disciplinæ*, &c. Omnia ergo hæc quæ ad vitam & laudes Iesu Sirach pertinent & ad eius mortem, extricabimus, fauente Deo, cùm Caput. 51. explicuerimus, ideò consultò hîc prætermittimus, vt aliquid de diuino nomine Iesu offeramus. Addo solùm testimonium Petri de Natalib. qui lib. 7. cap. 2. sic ait: *Iesus filius Sirach ortus in Ierusalem, honorabilis doctor legis, & diuina sapientia perlustratus, tempore Ptolomæi Euergetis Regis Aegypti sub Simone Oniæ filio sacerdote claruit, qui librum Ecclesiasticum composuit, in quo & eiusdem Simonis mentionem facit. Librum etiam, qui Sapientia intitulatur, compilasse dicitur: quamuis de hoc nulla certa veritas habeatur: qui sapientia & sanctitate pollens, in diebus Eleazari Sacerdotis tempore Ptolomæi Philopatoris naturæ humanæ debitum soluit, sepultusq; est in Ierusalem in sepulchro patrum suorum, & à Iudæis maxima veneratione celebris habetur. Cuius librum nepos ipsius ex filio, eiusdem cum eo nomine Iesus, ex Hebræo in Græcum transtulit, vt idem in ipsius libri Prologo testatur.*

10. *Laudes Ecclesiastici remittuntur ad cap. 51.*

Iosephus.

Palacius.

Iesus Sirach interfuit cladi Ierosolymitanæ.

Eccli. 51. v. 8

Sapientiam accepit Sirach in iuuentute sicut Salomon.

SECTIO IV.

De dulcissimo ac sacratissimo nomine Iesu, quo Christus Dominus ab æterno Parente insignitus est.

11. ERgo cùm Auctor noster, sicut eius nepos interpres, alijque non pauci hoc augustissimum nomen acceperint, nemo qui mentis sit compos inficiabitur, eis non conuenire æquè & integrè vt Christo Domino, qui non solùm nomine vocatus est Iesus, sed opere & virtute: erat enim filius Altissimi, & futurus erat Saluator & redemptor sæculi. Sic Lucas refert audisse Mariam Virginem purissimam ab Angelo: *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Et posteà ait Euangelista: *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur.* Vnde constat, hoc diuinissimum nomen prius in cælo vocatum fuisse, quàm audiretur in terra; & per ipsum nomen indicari Christum futurum Saluatorem, quia *ipse*, inquit Angelus ad Ioseph, *saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Huius nominis etymologiam offeramus, vt constet illud soli Christo conuenire, qui solus nomine & virtute Iesus appellandus est.

Christus Dominus vocatus est Iesus, cui hoc nomen soli conuenit.

Luc. 1. v. 3.

Luc. 2. v. 21.

Nomen Iesu prius in cælo vocatum.

Mat. 1. v. 21.

Aliqui hoc sacratissimum nomen deducunt ex ineffabili nomine *Iehouah*, fortè quia eisdem ferè litteris constare videtur. Sic D. Hieronymus in Psal. 8. D. Damascenus lib. 1. Fidei, c. 12. S. Thomas 1. p. q. 13. ar. 11. & latè Gueuara in Habac. c. 2. num. 337. & Galatinus lib. 3. c. 8. & sequentibus, Alphonsus de Mendoza in Quæst. quodlib. quæst. 10. positiua. Vide nostrum Barradam tom. 1. lib. 9. c. 4. & Viegam in cap. 12. Apocalyps. com. 2. sect. 1. num. 1. Sed licet hæc opinio non contemnenda, quia auctoritate Sanctorum & Doctorum stabilita videtur; sed existimo potiùs ad significationem nominum respexisse, quàm ad rei veritatem. Se inuicem enim mutuò respiciunt & affinia sunt; nouumque Iesu nomen, illud ineffabile nomen explicare, nec sine aliqua ad ipsum allusione fuisse impositum censeo. Cùm enim nomen tetragrammaton *Iehouah* propriè significet eum qui est, & esse aliquid facit, & inter alios Masius in Iosue c. 2. num. 10. hanc nominis *Iehouah* significationem existimat. *Qui ab æterno insistit in se, sibi essentia est, & à quo pendet rerum omnium essentia.* Vide nostrum Alcazar ad cap. 1. Apocal. not. 3. ad versum 4. de nomine *Iehouah*, sect. 3. & nostrum Hieronymum Prado tom. 1. in Ezech. in comm. de 1. visione p. 2. sect. 4. qui nomen Jehoua potissimùm referri ait ad mysterium Incarnationis, siue ad opus nostræ redemptionis: quod ipse ex eo efficaciter probat, quòd huius nominis significatio propriè sit per modum futuri temporis. In Exodo enim pro illis verbis, *Ego sum qui sum*, Hebraicè verbo ad verbum est *ero qui ero*, quod perinde est ac si dicat: Ego is, quem me in humani generis redemptionem esse decet, ero.

Aliquè nomen Iesu deducunt ex Iehouah.

D. Hieron. D. Damasc. S. Thomas. Gueuara. Mendoza. Barrad. Viegas.

Exod. 3. v. 14.

Nomen Iesu & Iehouah se inuicem respiciunt.

Alcazar.

Prado.

Iehouah refertur ad mysterium incarnationis.

Noster Serarius ad cap. 2. Iosue li. 1. 9. 10. improbat hanc deductionem nominis Iesu à nomine tetragrammaton Jehouah, & probat, quia in toto libro Iosue numquam hoc nomen transcribitur ex Iehosue, seu Iosue nomen, & salutis radicem digitum intendit, quemadmodum si de quopiam diceretur, Doctor vocabitur, ipse enim alios docebit: Rex dicatur, quia reget: Judex nominatur, nam iudicabit. Affert epigramma Claudiani Gentilis, vt à D. Augustino lib. 5. de Ciuitate, in quo sic scribit:

12. *Serarius deductionem improbat.*

Claud. D. August.

Regnantem Dominum iam lingua fatetur Iesum.
Nomine, quo fundata salus stat nostra, fidesq;
Nititur, æternæ tradens in sæcula vitæ.

Porrò Elias in Thesbiti ait: *Iesum dicunt Christiani esse suum Messiam. Vocatus est* ישוע *ex præcepto Angeli Gabrielis* שישועך, *id est, quia saluaturus esset mundum vniuersum à gehenna.* Fateor autem D. Epiphanium propter verbi Græci similitudinem à medicina quidem Iesum duxisse, prout & alij, ab Syro *Asa*, quod itidem sanare significat; nequaquam tamen verum, quod ab Angelo traditum & hîc expositum est, etymon negasse, sed ipsum etiam adiunxisse. Quam nominum allusionem intuitus est D. Cyrillus, sed Angelicam etymologiam tenuisse videtur D. Bernardus, qui Serm. 1. in Vigilia Natiuit. ait: *Quare vocabis nomen eius Iesum, nisi quia ipse saluum faciet populum à peccatis eorum?* Excedit pietas Iesu omnem peccatorum quantitatem, seu numerositatem. Neque obstat, quòd ipse Bernardus Iesum dixerit *Medicum*: id enim ex operibus, non ex nomine Iesu affirmatum; aut si ex nomine, non ex eius etymologia, sed ex significatione, quia & Medicorum est salutem curare, corporaque saluare. Vnde Cæsarius lib. 7. cap. 25. ex Ecclesiastici cap. 38. v. 4. *Altissimus creauit de terra medicinam, id est, ex carne Virginis Mariæ Saluatorem, Iesus interpretatur Saluator, siue salutare, quia Saluator medicus est, & salutare medicina.* Sic apprimè satis D. Petrus Chrysologus Serm. 57. *Christus*, inquit, *bonorum suorum titulis nuncupatur: à chrismate enim vocatus est Christus, qui diuinitatis vnguentum aridis iam mortalium membris pius medicator infudit: & vt à chrismate Christus, sic Iesus vocatus est à salute, qui ov hoc nos diuino infudit vnguento, & ægris certam salutem, perditis perpetuam redderet sanitatem.*

Iesus medicus quomodo.

Cæsarius.

D. Epiphan.

Elias.

D. Epiphan

D. Cyrill.

Etymon nominis Iesu.

D. Bernar.

Iesus medicus quomodo.

Cæsarius.

Confirmat D. Ambrosius in Psalmum 118. Serm. 21. *Super vulnus*, inquit, *quid est nisi medicamentum, quo vulneris acerbitas mitigatur? Super vulnus oleum infunditur, vt omnis vulneris asperitas molliatur.* Verba autem D. Cyrilli Ierosolymitani Catechesi 10. sunt: *Iesum apud Hebræos significare Saluatorem, linguâ verò Græcâ medicum sonare: quandoquidem & corporum medicus est, & animarum curator, cæcorum sensibilium sanator, & mentium illuminator; claudorum curator, & peccatorum dux ad pœnitentiam.* Tandem Diuus Epiphanius, *Iesus*, inquit, *in Hebraica lingua*

D. Ambrosij testimoniū.

D. Cyril.

Iesus idem quod Saluator.

D. Epiphan

curator appellatur, aut medicus & Saluator. Confirmat D. Petrus Chrysol. aiens: *Cùm salutem perditam mundo reddidit, à saluando nomen Saluatoris assumit.* & Ser. 142. eleganter satis inquit: *Monita ergo per Angelum Virgo, ne præsumas hunc vocare filium tuum, sed mox vt genueris, inuoca Saluatorem: quia virginitas non sibi parit filium, sed parit pignus auctoris, & integritas suum gestat Dominum, non alumnum, dicente Angelo: Et vocabis nomen eius Iesum, quod Saluator Latino vocabulo nuncupatur.* Vnde certum est, nomen hoc esse omnibus omnium hominum & Angelorum nominibus præstantius, quia Saluatorem notat: & quidem dum Christo Domino attribuitur est, Saluatorem qui per seipsum sua ipsius vi salutem affert, non corporibus tantùm, sed & animis; & salutem non temporariam tantummodò, sed, & maximè quidem, æternam; neque illam vni tantùm vel duabus gentibus & populis, sed & omnibus. Vide Abulensem in c.20. Exodi, q.7.

D. Petr. Chryf.

Iesus salutē affert corporibus & animis.

Abulens.

13. Ergo hoc sacratissimum nomen prænuntiatum inuenio in Gen.c.14.v.14. in illis trecentis militibus quos duxit Abraham aduersus Reges qui nepotem suum Loth comprehenderant. Sic D. Ambrosius lib.1. de Abraham, c.3. *Vt scias*, ait, *non quantitatem numeri, sed meritum electionis expressum. Eos enim adscisçit Abraham, quos dignos enim fidelium iudicauit, qui in Domini nostri Iesu Christi passionem crederent. 30. enim T. Græca littera significat; decem & octo autem summam* IH. *exprimit nomen fidei. ergo merito Abraham vicit, non populoso exercitu.* Huc pertinet etiam aliquorum opinio, asserentium, in medio lapidis, quo Dauid prostrauit & interemit gigantem, inuentum fuisse sanctissimum illud nomen Iesus. Prænuntiatum est etiam apud Isaiam: *Haurietis aquas de fontibus Saluatoris*; in Hebræo est, *de visceribus Iesu.* &, *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem*, in Hebræo *Iesum.* Habacuc: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.* Tigurini, *gestiam in Deo Iesu meo.* Pagninus, Vatablus, & alij, *in Deo salute meæ*, vel Saluatore meo. Chaldæus, *in Deo factore redemptionis meæ.* Sic in alijs locis.

Nomen Iesu prænuntiatum.

D. Ambros.

In medio lapidis Dauid nomen Iesu inuentum.

Isa.12.v.3. & 45.v.5. Hab.3.v.18

Quare Tertullianus dixit, Emanuelem & Iesum idem esse, *non sono, sed sensu*, nam esse Deum nobiscum, est esse Saluatorem: salus enim nostra & redemptio, Dei ad nos descensu peracta est, nec alio modo perfici potest. Prænuntiatus etiam erat Iesus, qui vt Iosue populum Israel duxit in terram promissionis, sic ipse populum Christianum ducturus erat in terram promissionis, id est, in cælestem Ieruslem. Non enim sine mysterio Moyses, alioqui doctus & intelligens, mutauit nomen Naue in Iesum, cùm nullus alius ab initio ante ipsum Iesu nomine vsus esset. Sic pendit hanc nominis mutationem Eusebius Cæsariensis lib. 4. de Præpar. Euang. c. 27. vbi ait: *Primus diuino spiritu moderante, quem sibi in populi principatu successorem esset declaraturus, alio prius nomine vocatum, ipse immutans Iesum nominauerit, vtpote qui appellationem illi à maioribus dum nasceretur adiunctam, non satis idoneam fore censuit: siquidem Nausem illum parentes vocarunt; at verò ipse Dei Prophetæ immutato natali nomine, virum illum diuino Spiritu annuente Iesum vocat, non aliter illum post mortem suam omni populo præesse oportere ratus, cùm vtique futurum videret, quas leges ipse proposuisset, vt hæ aliquando mutarentur, finemq; acciperent: neque alium quemquam, quàm vnum Iesum, ipsius Dei Christum alteri reipublicæ, quæ priore longè melior longeq;*

Emanuel & Iesus idem non sono sed sensu.

Tertul.

Iosue typus Iesu.

Eusebius Cæsariēsis.

Moyses mutauit nomen Naue in Iesu & quare.

præstantior foret, præsaturum, &c. & in c.29. explicat Eusebius id Zachariæ, *Et ostendit mihi Sacerdotem*, &c. aiens: *Hoc quoque loco Propheta magnus Sacerdos, qui dicitur Iesus, apertissimam imaginem, & notam euidentissimam seruare mihi videtur Saluatoris nostri Iesu Christi, quando & illius nomine decoratur, & populi de Babylone redeuntis, qui captiuus illic fuerat, ductor extitit.*

Zach.3.v.2

Iesus magnus imago Domini Iesu.

Cùm autem esset Iesus prænuntiatus, pellicebatur Dauid eius sacratissimum nomen permansurum in sæcula, & propagandum per orbem. Sic cùm Psalmo 71. egisset de Christo, qui Rex futurus erat ad regendum populum suum, concludit laudes eius, nomen suum magnificans, aiens, *Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius.* Pro *permanet*, est in Hebræo de futuro, *propagabitur.* Alij, *ad facies solis filiabitur*, ex verbo ינן à radice *bin*, quod est filius; distinguitur tamen à בן *ben*; *ben* enim significat filium singulariter, at *bin* collectiuum est, & plurali caret. Iob: *Non erit semen eius, neque progenies in populo suo.* in Hebræo, *Non* (בן) *filius est ei, neque nepos in populo eius.* Thargum: *Non filius ei, neque filius filij*, qui est nepos. R. Abraham, *Excidetur generatio tertia, & quarta, si fuerint illi*, vel non filij filiorum, vel filius & nepos. Verbum in Niphal, ait Pagninus Psal. 71. v. 17. *Ante solem* יבון *filiabitur*, vt Burgensis interpretatur. Thargum, *& antequam esset sol, præparatum erat nomen eius.* R. Dauid: *Omni tempore, quo sol durat, erit memoria nominis eius*, Isa.14.v.22. id est, quemadmodum filius est memoria patris, sic erit nominis eius memoria in sæculum, propter bona opera quæ facturus est. R. Himan, *stabilietur*, & est sensus, Germinabit & innouabitur per successionem temporum nomen eius, ac si generaret filios iugitor, & stabiliretur nomen eius causa ipsorum. Præses & Dominus appellatus est filius, *bin*, eò quòd surgat loco patris sui, vt præsit, domineturque vniuersis bonis illius.

14.

Nomen Iesu permansurum & propagandum per orbem promittitur.

Pſal.71.v.14

Iob.18.v.19

Pagninus.

Pſal.71.v.17

Ergo est, q.d. Nomen, id est, ipsa Regis felicissima fama & memoria, immortalis permanebit. Propriè vt diximus legi potest, filiabitur, propagabitur, soboleſcet, stirpeſcet; quod pulchra à plantis translatione significat nominis alicuius & famæ æternitatem, de præterito, vt Complutenses; sed per futurum expressit D. Hieronymus, perseuerabit nomen eius, translatione, vt diximus, sumpta à plantis, quæ ad truncum multas alias propagines emittunt, quos filios vocamus, ita vt confirmata radix, & altè fixa, multa germina ex se emittat, vberrimumque fructum profundat. Sicut Psal.127.v.4. *filij* comparantur cum tenellis *nouellis oliuarum in circuitu* exornantibus radicem. Quare legi posset, *Nomen eius germinabit*, pullulabit, ramificabit. In Christo autem Iesu verissimum dicitur, cuius nomen filiabitur, illius virtute quotidie germinante Christianos & filios Dei. Vide de Christi Iesu & Ecclesiæ prosperitate numerosissima Isaiam, potissimum c. 54. v.1. 2. *Lauda sterilis, quæ non paris*, &c. *Dilata locum tentorij tui*, &c. Vide etiam c.68.v.7.8.9.10.

Nomen Iesu filiabitur.

D. Hieron.

Nomen idē quod fama & memoria.

Ex quo infertur, verè Christianos posse vocari Iesuitas, quia filij sunt Iesu, &c. Et si præcipuè nostra minima Societas hoc sacratissimo nomine condecoratur, & filij sui appellantur Iesuitæ, non obstat; quia omnium est Saluator, omnibus est Iesus; quia vt olim vocati sunt fideles Christiani, vt dicitur Act. 11. v. 26. sic etiam Iesuitæ.

15.

Christiani possunt vocari Iesuitæ.

Præ-

Prætereà quia omnium Christianorum auctor & parens Iesus erat, doctorque est, quia viam salutis, Dei arcana, veram modestiam, mansuetudinem, humilitatem, virtutesque omnes nos docet. Quare si omnes Christiani appellari possunt Jesuitæ, quid obstat quòd nostra humilis Societas tanti nominis maiestate potiatur? Multa possimus congerere, & offerre in huius veritatis confirmationem, sed consultò prætermitto, quia multi ex nostra Societate hoc argumentum doctissimè prosecuti sunt. Vide nostrum Lorinum ad Epist.1. Joan. vers. 3. Serarium in c. 2. Josue q.19. & 20. Magallanem, & alios.

Quare nostra Societas hoc nomine Iesu decoratur.

Lorinus. Serarius. Magallan.

Soli Christo Domino nomen Iesu debetur ex natura.

Ex quibus omnibus colligitur, solum Christum Dominum debere hoc sacratissimo & excellissimo nomine insigniri & condecorari, quia non solùm nomen ipsi essentialiter competit, sed & virtus & efficacia nominis. Et licet nostri Siracides auus & nepos hoc augustissimum nomen sortiti sint, non conuenit eis essentialiter, sed, vt ita proferam, communicatiuè, quia ex Christi Domini Jesu nomine virtutem acceperunt, vt scripris suis sacris docere possent populum Dei, & suo modo salutem afferre. Claudo hanc Sectionem vno aut altero testimonio, quo probetur eius efficacitas, nec non suauitas, & tandem ipsius merita veneratio. De primo sufficiat testimonium Origenis lib.3. contra Celsum, qui ait: *Possumus ostendere inenarrabilem numerum tam Græcorum quàm Barbarorum Iesu nostro credentium. In his quidam in signum acceptæ per fidem virtutis, mirificè sanant ægrotos, inuocato tantùm super eos vniuersorum Deo, & Iesu nomine, recitatáq; de eius rebus quapiam historia. Videmus enim ipsi multos sic liberatos à grauibus malis, alienatione mentis, insania, aliisq; innumeris, quibus numquam vel homines vel dæmones opem attulerunt*, &c. Ad curandas enim corporis ægritudines hoc nomen valet multum. Act.3.v. 6. *In nomine Iesu Christi surge, & ambula.* & c.4.v.10. *Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Iesu Christi, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus.* Vide Arnobium li.1. contra gentes, Lactantium li.4.c.27. & alios.

Efficacia nominis Iesu. Origen.

Act.3.v.6. & 4.v.10.

Arnob. Lactan.

16. De suauitate dulcissimi nominis Iesu audi D. Bernardum Serm.25. in Cant. qui agens de Paulo, cui præcepit Dominus portare nomen suum ad gentes, *Portabat*, inquit, *nomen tamquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat: Nox præcesit, dies autem appropinquauit*, &c. *& monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annuntians omni loco Iesum, & hunc crucifixum. Nec tantùm lux est nomen Iesu, sed & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid aquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat bonos mores atque honestos, castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infundatur. Insipidus est, si non hoc sale conditur. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus, sed & medicina*, &c. In Missa, inquit noster Serarius q.15. in c.2. Iosue, de hoc ipso nomine legitur Oratio hæc: *Deus, qui glorioſissimum nomen Iesu Christi vnigeniti Filij tui fecisti fidelibus tuis summo suauitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile: concede propitius, vt omnes qui hoc nomen Iesus deuotè venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in præsenti sæculo percipiant, & in futuro gaudium exultationis, & interminabilis iubilationis obtineant in cælis. Per Dominum nostrum*, &c.

Suauitas dulcissimi nominis Iesu. D. Bernard.

Iesus mel in ore, in aure melos.

Serarius. *Oratio nominis Iesu.*

Tandem veneratione dignum nomen Iesu colitur, quia sicut qui coram aliquo Principe astat, illud veneratur, sic & melius Iesum. Dixit Seneca

Nominis Iesu qualis veneratio.

Ep. 65. *Si Consulem videro aut Prætorem, omnia quibus honor haberi solet faciam, equo desiliam, caput adaperiam. Ego verò illos veneror, & tantis nominibus semper assurgo.* Cur ergo nomen Iesu veneratione non adorandum? Quare D. Ambrosius li.6. Hexaëm. c.9. *Fexibile*, inquit, *genu, quo præ ceteris Domini mitigatur offensa, ira mulcetur, gratia prouocatur. Hoc enim Patris summi erga filium donum est, vt in nomine Iesu omne genu curuetur, cælestium, terrestrium, & infernorum.* Vnde viguit consuetudo venerandi nomen Iesu, cùm illud inuocatur. Sic dixit Gregorius X. in Concilio Lugdunensi, vt est in c.Decet. De immunit. fid. in 6. conuenienter: *Nomen illud, quod est super omne nomen, à quo aliud in cælo non est datum hominibus, in quo saluos fieri credentes oportet, nomen videlicet Iesu Christi, qui saluum faciet populum suum à peccatis eorum, exhibitione reuerentiæ specialis attollant, & quod generaliter scribitur, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, singuli singulariter in se ipsis implentes, præcipuè dum aguntur Missarum sacra ministeria, gloriosum quandoque illud nomen recolitur, flectant genua cordis sui, quod vel capitis inclinatione testantur.* Ergo sit hoc sacratissimum nomen propugnaculum nostrum, salus nostra, dulcedo nostra, vt hoc tam eximio nomine salutem consequamur æternam.

Seneca.

D. Ambros.

Consuetudo, venerandi nomen Iesu cùm illud inuocatur.

Gregor.

SECTIO V.

Quo tempore hic Liber editus & interpretatus fuerit, & quo idiomate.

17. QVo autem tempore Jesus filius Sirach hunc librum scripserit, & quo nepos eius opus Hebraicum in Græcum verterit, constat ex Prologo qui libro adscriptus est, quem tamquam Canonicum cum ipso libro veneramur. *In octauo & trigesimo anno temporibus Ptolomæi Euergetis regis, postquam peruenit in Aegyptum*, &c. Jam dicemus hunc hunc Prologum esse Iesu filij Sirach iunioris. Primò, de tempore quo auus librum Hebraicè composuit, Genebrardum libet audire, qui li.2. Chronic. referens ea, quæ facta sunt anno à constitutione mundi 3797. ait: Sub Onia Prisco Ptolomæus Lagi multos Judæos in Ægyptum captiuos duxit: sed hos filius Philadelphus fauore LXX. Interpretum in patriam remisit cum multis muneribus. Iesus filius Sirach Jerosolymitanus Ecclesiasticum Hebraicè scripsit, quod exemplar vidit D. Hieronymus in Prologo super librū Salomonis, è LXX. duobus Interpretibus fuisse perhibetur. In eo inchoat sua præcepta iuxta seriem Decalogi. Græcis dicitur Panaretos, ab omni virtute quæ in eo continetur. Non tantum inter libros sacros recipitur à Iosepho Græco li. 2. contra Apio. sed à nostris, Cypriano in Epist. ad Rogatianum & Epist. ad Corint. citante illud cap.16. *Sicut locutus est*, inquit, *per Propheta: Fili ne iucunderis, aures tuas spinis*, &c. & sub finem illud c.28. *Sepi aures tuas spinis*, &c. Augustino lib. 2. de Doctr. Christ. & lib.27. c. 20. de Ciuit. Concilio III. Carthagin. can.43. Græcis, vt Athanasio, Epiphanio, Chrysostomo. Post annos circiter 381. temporibus Ptolomæi Euergetis in Græcum à nepote, qui & ipse Jesus Sirach nominabatur, conuertitur. Posteà in anno 3830. ante Christum natum 263. ait: Fuisse fertur auctor Ecclesiastici vnus è Septuaginta duobus Interpretibus, de stirpe Jesu Sacerdotis,

Quo tempore hic liber scriptus fuerit.

Genebrard

D. Hieron.

Iosephus.

D. Cyprian

D. Auguſt.

D. Athan. D. Epiph. D. Chryſ.

cu-

cuius Zachariæ meminit. Tandem in anno 3866. orbis conditi, & ante Christū Dominum 225. sub Simone Iusto & Onia pontificibus, ait Geneb. eodem lib. Chron. Iesus Sirach nepos superioris Ecclesiasticum, quem librum Hebraicè sub titulo Prouerbiorum Misse auus conscripserat, in Græcum vertit anno ætatis 38. sub Ptolomæo Euergete; sic enim debet intelligi, quod ipsemet in Prologo Eccles. narrat, non, vt indoctè Geneuenses transtulerunt, anno 38. Euergetis regis. nam Euergetes annos dumtaxat 24. regnauit. Possit etiam significare se descendisse in Ægyptum trigesimo octauo anno postquam auus ipse suam sapientiam siue Ecclesiasticum Hebraicè conscripsisset, quem ex reperto exemplari emendatissimè Græcum faceret. Lege si placet Annales Augustini Tornielli, Congregationis Sancti Pauli Clerici Regularis tom. 2. fol. 418. qui Genebrardum describit.

Torniellus Salianus. Vide etiam de hac temporum computatione nostrum disertissimum Iacobum Salianum tom. 5.

Quot anni inter vtrũque Sirach intercesserint.

Ex quibus colligitur tempus, in quo auus Jesus librum Parabolarum composuit, quod fuit anno à creatione mundi 3797. & tempus, in quo librum aui nepos eius Iesus ex Hebræo in Latinum conuertit fuisse anno ab orbe condito 3866. sub rege Ptolomeo Euergete. Intercessêre namque ab auo ad nepotem sexaginta nouem anni. Primus Iesus fuit filius Sirach, hic Iesus genuit alium Sirach, & tandem hic Sirach genuit Iesum: quare vterque, scilicet auus & nepos, idem nomen sortitus est, nempe Iesum filium Sirach.

Primus Sirach Hebraicè composuit librum Eccl. siast. ci.

Porrò ex dictis etiam constat, primum Iesum Hebraico idiomate librum Ecclesiastici scripsisse. Sic affirmat D. Hieronymus in Ep. 115. citata: *Fertur & πανάρετος Iesu filij Sirach liber, quem Hebraicum reperi*, &c. Vnde perspici potest error eorum, qui hunc librum Græcè scriptum fuisse primitus contendunt. error nimis crassus; quem non tollunt, qui hoc scriptum partim Hebraicum aui, partim Græcum nepotis esse tradunt; nisi fortè loquantur de Præfatione, quæ absque dubio nepotis est, & eam Græcè scripsit, vt eius translationi ex Hebræo in Latinum conformaretur.

D. Hieron.

SECTIO VI.

De qua materia sermonem instituat Ecclesiasticus.

18. *Fasciculi florum descriptio.*

CVm quis in viridarium ingreditur varijs floribus decoratum quos carpere vult, colligit, & pulchriores & suauiùs olentes, & illos varios atq; multiplices. Ex his fasciculum aptè compositum, & arte mirabili politum construit, & alios cum alijs commiscet, & vicissim interijcit flores diuersis coloribus variatos & distinctos, & offert cui est collibitum, cum alicuius in illum suæ voluntatis testificatione; miscetq; odores simul, & ferè æquabili suauitate recreat sensus, consedensque humi luscinias circumuolantes cantillare audit; alias quoque suauisonas auiculas vsurpat auribus veluti modulatis canticis colloquentes hominibus. Idem dicendum nobis de amatore sapientiæ, qui in viridarium, seu potiùs deliciarum paradisum sacrarum Scripturarum ingreditur. Colligit enim quos carpere vult flores, vt ex eis fasciculum construat mirabili arte politum ad interiores sensus, potentiasque animæ recreandas,

Diuina Scriptura viridarium historia.

&c. Hoc apprimè nos edocuit D. Ioan. Damascenus li. 4. Orthod. fid. c. 18. de sacra Scriptura: *Pulsemus igitur*, inquit, *ad pulcherrimum illum Scripturarum hortum, illum inquam mirè fragrantem & suauem, summaq; elegantia præditum, ac spiritualium & diuinitus afflatarum cuiusuis generis auium garritibus aures nostras circumsonantem, quiq; cor nostrum attingit, illudq; & mœrore affectum lenit ac mitigat, & ira percitum sedat, sempiternaq; latitia diffundit, atque animum nostrum in aureum ac lucidissimum diuinæ columbæ dorsum imponit, clarissimisq; ipsius pennis ad vnigenitum filium, spiritualisq; illius agricolæ heredem subuehit, ac per eum ad luminum Patrem adducit.*

D. Ioannes Damascenus.

Ecclesiastici liber hortus deliciarum.

Si de omni diuina Scriptura hoc verum iudicatur, quid non de libro Ecclesiastici? siquidem cum illo omnis hortorũ pulchritudo & suauitas haud dubium colludit. Quod in generali de Scriptura docet idem Damascenus loco citato, in particulari ad nostrum Ecclesiasticum aptare & referre possumus. ait enim Damascenus: *Ac proinde nihil præclarius, nihil animarum saluti conducibilius, quàm diuinas Scripturas scrutari. Quemadmodum enim lignum plantatum secus decursus aquarum, ita etiam anima diuinæ Scripturæ fluentis irrigata saginatur, fructumq; tempestiuum, hoc est, rectam fidem profert, ac perpetuò virentibus foliis, id est, Deo gratis actionibus exornatur. Siquidem hoc afferunt Scripturæ sanctæ, vt & ad probas & honestas actiones, & ad puram contemplationem nos componant. Nam in eis & cohortationem ad virtutem, & ab omni vitio dehortationem inuenire est. Quamobrem si discendi studiosi fuerimus, profectò ingentem quoque eruditionem nobis comparabimus: quandoquidem diligentia & labore, & donantis Dei beneficio quiduis ex animi sententia succedit.*

D. Damasc.

Scripturæ animum saginat.

Quid aptiuis ad intentum? Ecclesiasticus enim, sicut reliquæ diuinæ Scripturæ fluenta sunt, quæ animum tamquam hortum deliciarum irrigant & saginant, & gratis actionibus ipsa anima exornatur. Hæc autem sapientia Iesu Sirach ad probas & honestas actiones, & ad puram contemplationem nos componit. in eo enim inuenimus cohortationem ad virtutem, & à vitio dehortationem. Simus igitur discendi studiosi, vt nostra diligentia & labore, donantisque beneficio quiduis nobis ex animi sententia succedat.

Quid continẽat liber Ecclesiastici.

Sed ne longiùs abeamus, longumque protrahamus sermonẽ, præstat libenter audire D. Athanasium in Synopsi sacræ Scripturæ, cùm agit de libro Ecclesiastici. *Continet autem*, inquit, *hic liber sermones prudentiæ, ænigmata & parabolas, ad hæc & pias quasdam veterum historias de viris Deo acceptis, & simul illorum preces & hymnum. Præterea de beneficijs, quibus populum suum Deus dignatus est, & de malis, quibus hostes ipsorum abundè puniuit. Hic itaque Iesus cùm esset Salomonis sectator, haud minùs illo in illustranda sapientia, & pietatis disciplina strenuum se gessit, verò multiscius & existens & dictus. Hanc quidem complexionem, vt ita dicam, habet iste liber. recapitulatio verò ad hunc modum cognoscẽda est. In proœmio de omnis generis sapientia Domini disserit, deinde de timore Domini, de ira, de metu, deq; animo imperterrito, de scientia sapientiæ, de tentationibus & patientia*, &c. & sic procedit vsque ad finem Ecclesiastici. Adi illum, & breuiter te docebit omnem Ecclesiastici materiam, de qua sermonem instituere decreuit. Nolo hanc recapitulationem, seu, vt ipse loquitur, complexionem describere, ne molestus sim. Constat autem materiam esse, de qua loquitur, eam, quam D. Athanas. sapientissimè recapitulat, hoc est, quæ in libro Ecclesiastici dicuntur, breuiter recensẽt. Lege illum.

D. Athanas.

IN

IN PROLOGVM ECCLESIASTICI

EXPOSITIO.

1. *Quid nomẽ Prologus.*

PRologvs nomen est Græcum πρόλογος, quod significat prologuium, præfatio, vel antelocuium, seu id quod dicitur ante cætera. Peculiariter apud Comicos & Tragicos Poëtas sic nominatur quæ comœdiæ seu tragœdiæ præponitur præfatio. Quare Aristoteles tom. 2. in Poëtica describens partes Tragœdiæ secundùm quantitatem discretam, in quas secetur, primum locum Prologo tribuit, & definiens ait: *Prologus est pars Tragœdiæ iusta ante chori ingressum.* Deducitur à verbo προλογίζειν, quod est præfari. Quod clariùs explicuit noster Delrius lib. 1. de Tragœd. cap. 4. antequam Senecam Tragicum commentetur, dicens: *Prologi nomen latè sumimus, vt commune Tragœdiæ & Comœdiæ: nã præsiùs prophasis in Tragœdia, quod prologus in comœdia, exordium in oratione, proœmium in cæteris; pars scilicet quæ primum chorum anterit & quæ patefit aditus ad fabulam, ea vt plurimum extra fabulam est, licet non semper, vt in Herculo furiente, apparet, vbi Iunonis actio nec omnino in fabula, nec prorsus extra fabulam.* Hæc Delrius. Joannes Rosinus lib. 5. Antiquit. Roman. c. 9. ferè idem repetit: *Prologus prænarratio quædam est, in qua Poëta rem suam agit. Hic autem non est vnius modi. Alius enim argumentum narrat aut Poëtæ consilia in fabulam; alius commendat populo fabulam, vel Poëtam: alius est, quo aut refelluntur obiectiones aduersariorum, vt in Andria, aut etiam refelluntur crimina, aut populo gratia referuntur. Et hic prologus in reliqua comœdia nullum locum habebat, nec ad reliquam fabulam pertinebat. Notum & rarum est, quòd Plautus Mercurium in Amphitruone fecit agere Prologum, qui tamen magnam deinde fabulæ partem expedit.* Huc vsque Rosinus.

Aristot.

Delrius.

Rosinus.

Tandem Rhodiginus lib. 9. Lect. antiq. c. 7. ex Aristotele, *Proœmium*, inquit, *est orationis exordium: id in poësi nuncupatur Prologus, in tibiarum verò incentione proaulion, quod*, inquit, *liberum est, sicut in demonstratiuis principia.* Nos hunc prologum nuncupamus in tragœdijs vel comœdijs *la Loa*, præfationem scilicet qua argumentum totius tragœdiæ declaratur, vt meliùs historia intelligatur, & appellatur *embolium*, id est, Tragœdiæ argumentum. Per hoc embolium, quid agendum, significatur. Jnde est quòd Prologus, Proœmium, Argumentum, Præfatio, idem significent, scilicet quamdam prolocutionem sequentis operis declaratiuam, vt notauit Abulensis in Præfatione ad Pentateuchum. D. Joannes Chrysostomus to. 3. in Serm. Conuersion. D. Pauli, cùm longũ proœmium præscripsisset, rationem reddens, *Seruiunt*, inquit, *nobis in hoc proœmia, vt auditores de dicendis per compendium instruantur, & manifestior tradatur doctrina.* Hæc de Prologo in generali.

Proœmium orationis exordium. Rhodigin.

Abulens. D. Chrysost.

Comici prologis vtebantur.

Ergo quemadmodum in comœdijs vel tragœdijs Comici prologis vtebantur, quibus auditores præmonebant quid acturi essent; & sicut seruiunt proœmia, vt auditores instruantur de dicendis per compendium, vt Chrysostomus edocuit, & manifestior tradatur doctrina: sic aliquando diuina Scriptura proœmijs vel prologis vtitur ad declarationem eorum quæ in libris continentur, vt hoc loco Iesus Sirach vsus est Prologo, vt manifestior traderetur doctrina eorum quæ scripturus est in libro quem interpretandum accepit. *Sic etiam* imitatur D. Ioannes Euangelista in Apocalypsi, & librum Machabæorum prologum habuisse affirmat Abulensis, licet non præponatur. agit enim Ecclesiasticus præstantis Oratoris personam, qui concinnato proœmio rerum ab se dicendarum præmisso, benevolos, attentos ac dociles reddens lectorem vel auditores, faciliùs verborum lepõre, & grauitate sententiarum possit, quod optat, persuadere, omnesque in suam contorquere sententiam.

D. Chrys.

Abulens.

Prologus instar vestibuli domus.

Porrò non erit absre, affirmare, Prologum vicem gerere vestibuli ædium, quòd interpositas earum partes, si non ad vsum & necessitatem, saltem ad ornatum & decorem ab architecturæ magistris æstimantur. Sic etiam prologus cuiuscumque operis, si non ad doctrinam & eruditionem, ad decorem saltem & ornatum eiusdem operis magni ducitur. & sicut munus vestibuli est, eos, qui ad ædes accedunt, detinere, expectantes dum intrò admittuntur: sic Jesus Sirach iunior, libri aui sui opportunus interpretator, prologum adiecit instar vestibuli, vt aliquantulùm Lectores detineantur, antequam ad libri expositionem ingredi eis sit data potestas.

PRO-

PROLOGI

PARS PRIMA.

Multorum nobis, & magnorum per legem & Prophetas, aliosque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare Israel doctrinæ & sapientiæ causa: quia non solùm ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & dicentes & scribentes doctissimos fieri.

2. *Populus Israel commẽdabilis propter doctrinæ abundantiã.*

IN hac prima Prologi parte ostendit Ecclesiasticus, populum Israeliticum præ cunctis gentibus commendabilem fuisse propter diuinæ doctrinæ copiam apud eos existentem. Illud, *multorum & magnorum*, idem est ac, multarum & magnarum rerum: & vocat legem non solùm ipsam legem, sed etiam legislatorẽ Deum. Per *alios qui secuti sunt Prophetas*, intelligit alios diuinæ legis doctores, qui docendi munere in populo fungebantur. Sensus igitur est: Sapientiæ diuinæ à Deo profluxæ doctrina, in qua multa & magna continentur ad morum instructionem, manifestata est à libro legis, scilicet à Deuteronomio, & ab eius legislatore Deo, à scriptis Prophetarum, ab alijsque populi Israelitici doctoribus, scilicet à Salomone, Ecclesiastico, Iobo, Philone, & alijs qui Prophetas imitati sunt, in quo Israel fastuosam laudis gloriam promeretur: quia sic doctrinæ sapientiæ thesaurum apud eum omnipotens Deus deposuerit, vt nõ solùm ipsi Iudæi peritos se præbuerint, sed doctores omnium exterorum, qui necesse est vt in dicendo & scribendo doctissimi fierent, vt experientia confirmauit.

3. *Populus Israel comparatur elephanto.*

Quòd populo Israelitico Deus multa & mirabilia per legem Prophetasque & Doctores ostenderit & communicauerit, ita notũ est, vt probatione non indigeat. Quare laudandus est Israeliticus populus doctrinæ & sapientiæ gratiâ, & conferri solet cum elephanto propter intellectum & adorationem elephanti instar. Agens Aristoteles li. 9. Hist. anim. c. 46. de huius animantis ingenio & sagacitate, *Elephantus*, inquit, *omnium ferarum mitissimus & placidissimus est, quippe qui per multa officia & erudiatur & intelligat; quando etiam Regem adorare condiscit, valet sensu, & aliqua sagacitate ingenij excedit.* Quod explicatiùs repetijt Plinius li. 8. Nat. hist. c. 1. *Maximum*, ait, *est elephas, proximumq; humanis sensibus, quippe intellectus illis sermonis patrij, & imperiorum obedientia, officiorumq; quæ didicere memoria, amoris & gloriæ voluptas, imò verò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas, religio quoque, siderum solisq; ac lunæ veneratio.* Adijcit, illos nitescente Luna ad amnes descendere, *ibiq; se purificantes solemniter aquâ circumspergi, atque ita salutato sidere in siluas reuerti.* Finem tandem Plinius imponens huic 1. capiti, inquit: *Nam quoad docilitatem attinet Regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt.* Ad quod fortè alludens Martialis li. 1. Epist. 16. illud Cæsari dedicauit, cui velut Deo blandiri voluit, cuius nomen etiam feræ sentiant:

[Margin: Arist. — *Elephanti natura & intellectus.* Plinius. — Martialis. — *Epigramma in laudem Cæsaris.*]

Quòd pius & supplex elephas te, Cæsar, adorat;
Hic modò qui tauro tam metuendus erat;
Non facit hoc iussus, vllóve docente magistro:
Crede mihi, numen sentit & ille tuum.

Vide Gesnerum lib. 1. de Quadrupedibus, de Elephanto litt. D. & Raderum, qui ad intentum hoc Epigramma explicat.

Ergo populus Israeliticus optimè elephanto confertur, cùm dicat Moyses, diuina beneficia in populum à Deo collata in memoriam reuocans: *Vt recogites in corde tuo, quia sicut erudiuit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum.* Ecce sapientia demonstrata à Deo per legem, Prophetas, & reliquos legis Doctores; & ecce ratio quare debet Israel laudari doctrinæ & sapientiæ gratiâ, quia Deus suus tamquam pater populum Israeliticum erudiuit, vt custodiret mandata Domini. Si reliqua quæ de elephanto scribuntur, ni velis finguntur, Israeli accommodare vellemus, multa testimonia ad illustrationem afferre possemus: sufficiat id, quod de summo Sacerdote scribitur: *Portabitq; Aaron nomina filiorum Israel in Rationali iudicij super pectus suum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriali coram Domino in æternum. Pones autem in Rationali iudicij Doctrinam & Veritatem.* In Hebraico est *vrim* & *tummim*, vt statim dicemus.

[Margin: Deut. 8. v. 5. *Deus erudiuit populum sicut pater filium.* — Exo. 28. v. 29.]

4. *Quid doctrina & veritas in Rationali sacerdotis.*

Sed quæstio grauis admodum est, quid nam in Rationali fuerit *vrim* & *tummin*, id est, *doctrina & veritas.* Et quamuis hanc apprimè difficultatem extricet noster Cornelius, referens priùs aliorum sententias: sed quæ mihi videtur esse probabilior, est ea, quam sequuntur Lyra, Abulensis, Lipomanus & Ribera, scilicet *vrim* & *tummim* non fuisse aliud, quàm duodecim lapides Rationalis, qui sic dicti sunt, id est, illuminatio & perfectio, siue veritas: quia per hosce lapides Deus perfectissimè illuminabat Pontificem, & per eum populum, respondebatque consulentibus de rebus agendis, quid facto opus esset. Si enim hæ gemmæ splendorem emitterent, significabant Deum Hebræis esse placatum, eisque adfore ac daturum felicem belli aliarumque rerum euentum; si non fulgerent, sed obscurarentur, significabant Deum Hebræis iratum esse, sinistrumque fore rei euentum. Hoc posito, Si duodecim lapides significant duodecim tribus Israel, quas in corde suo gestabat Pontifex cùm in Sanctuarium ingrediebatur, (nos diceremus, *Iua cargado de todo el pueblo de Israel, porque le tenia à su cargo*) quorsum Doctrinam & Veritatem portabat? vel quare populum comitabatur *vrim* & *tummim*? Respondeo, sic factum esse, vt indicaretur, populum doctrina & veritate semper debere esse instructum & illuminatum, & vt offeratur à Pontifice Domino ornatus doctrina & veritate. Rursusque vt intelligatur, populum Israeliticum habuisse elephanti instar probitatem, prudentiam, doctrinam, æquitatem, & religionem, nec non erga Deum venerationem. Doctrina enim & veritas vel illuminationes & integritates aut perfectiones congruebant populo, qui sic à Deo illuminatus erat. Tandem de adoratione qua Deum venerabatur populus instar elephanti qui solem adorant, multa inueniuntur in Sacris. Exodi 12 v. 27. *Incuruatusq; populus adorauit*, &c. 34. v. 14. prohibebatur aliorum deorum adoratio: *Noli adorare Deum alienum: Dominus zelotes nomen eius, Deus æmulator*, &c. Quare ait Iesus Sirach: *Oportet laudare Israël doctrinæ & sapientiæ causa.* sapientia enim & doctrina ornatus erat populus ad exteras nationes erudiendas, &c.

[Margin: Cornelius. Lyranus. Abulensis. Ribera. — *Per splendorem gemmarum cognoscebatur Dei voluntas.* — *Populus ornatus erat doctrina & veritate.*]

PROLOGI

PARS SECVNDA.

Auus meus Iesus, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent: vt desiderantes discere, & illorum periti facti magis magisque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam.

5. *Ecclesiasticus imitatus est alios scriptores veteres.*

IN hac secunda parte ostendit Ecclesiasticus auum suum Iesum filium Iosedech: se velle imitari, qui multa scripsit ad aliorum instructionem. Sensus autem est: Auus meus Iesus, cuius nomen ego libenter hæreditaui, postquam legerat librum legis, & Prophetarum & alia volumina euoluerat, quæ veteres patres scripta reliquerant, incensus est desiderio eos imitãdi in scribendis ijs quæ ad doctrinam & sapientiam pertinerent, vt alijs vtilitatem afferret, & eorum emolumento deseruiret. voluit tandem scribere, vt desiderantes discere sapientiam & doctrinam, magis studeant periti fieri doctrina librorum illorum, quos facere proposuit, & sic confirmentur in sectanda legitima vita, id est, vita gratię lege Dei informata. Quis autem sit auus Iesus Sirach, diximus in Isagoge, Sect. 5.

Ergo hic Iesus, *plurimum se dedit lectioni tam legis, quàm Prophetarum, & aliorum patriorum librorum, & in his sufficientem facultatem acquisiuit; quare adductus est, vt & ipse aliquid conscriberet quod ad disciplinam & sapientiam pertineret, quo studiosi, & horum participes multo plus proficiant in via legitima.* Sic transtulit ex Græco Drusius: Itaq; lectio librorum ingentem affert sapientiæ amatoribus vtilitatem. Cum Pausanias in Arcadia, id est lib. 8. dixisset, Græcos sapientię nomen meruisse, quia de industria quarumdam rerum narrationes ambagibus inuoluere voluissent, adijcit: *Sed nimirum de rebus diuinis non aliter omnia, atque à maioribus accepimus, exponenda.* Xenophon Imperator Philosophus lib. 4. memorab. *Dic mihi*, ait, *mi Euthydeme, an reuerà quemadmodum audio, multa eorum scripta collegisti, qui viri sapientes fuisse dicuntur? Est ita profectò, mi Socrates*, inquit, *atque etiam collige, donec comparauero mihi quam fieri poterit plurima*, &c. Iosephus tandem finiens lib. 11. Antiquit. Iudaic. cap. 9. *Nostri*, inquit, *homines non suspiciunt eos qui multas perdidicerunt linguas, quod studium profanum apud eos habetur & seruis commune cum ingenuis. solos autem sapientes suo suffragio pronuntiant, qui legis & Sacrarum litterarum tantam assecuti sunt peritiam, vt eas etiam, interpretari valeant.* Lege Senecam Epist. 45.

[Margin: *Librorum lectio ingentem affert legentibus vtilitatem.* Pausanias. — Xenophon — Ioseph.]

Confirmatio ex scriptura. Sed ne longiùs abeamus vnum ex sacra Pagina testimonium proponere placet. Eccles. 12. v. 12. *His amplius*, inquit, *fili mi ne requiras, faciendi plures libros nullus est finis*, &c. Et quamuis primum hemistichium. sic illustret D. Hieronymus, *Excepti his verbis, quæ ab vno pastore sunt data, & à Concilio atque consensu prolata sapientum, nihil facias, nihil tibi vendices, maiorum sequere vestigia, ab eorum auctoritate non discrepes.* Sed noster Pineda sequitur alios, qui ad excellentiam illud *ampliùs* referunt, q. d. nihil excellentius, nihil verius, nil iucundius, nil vtilius aliunde, quàm ex verbis & libris sapientum requiras, affatim ex illis hauries ad vitæ & morum doctrinam præstantissima documenta: longè plus ex his proficies quàm ex profanis doctrinis, & peregrinis præceptoribus, itaque abundè præclarè ab illis admoneberis. Chaldæus legit, *Et quod plus est præ illis, fili mi, monitus esto, vt facias libros sapientiæ plurimos, adeò vt non sit finis: & vt studeas verbis legis multum, conspiciasque defatigationem carnis.* Tandem D. Hieronymus tom. 5. explicans id Ecclesiastæ 2. v. 18. *Detestatus sum omnem industriam meam*, inquit: *Diebus ac noctibus vir sapiens in scripturis laboret, & componat libros, vt memoriam suis posteris derelinquat.* Quid aptius ad intentum? Lege quæ sapienter satis Pineda congerit loco citato. Itaque cum Iesus Sirach in scripturis laborasset, voluit & ipse librum scribere, vt posteris sui memoriam relinqueret.

[Margin: D. Hieron. — Pineda. — *Ex librorum lectione documenta hauriuntur.* — D. Hieron.]

6. *Sapiens occasionem ab ore non sinit vt magis proficiat.*

Et illorum periti magis magisq; attendant animo. Quod legit Drusius: *Quò studiosi, & horum participes multo plus proficiant in via legitima*, id est, amplius adijciant, siue addant proficiendo. Quod illustrari potest ex eo Prouerb. 9. v. 9. vbi ait Salomon: *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia.* q. d. Sapienti occasionem immitte aliquid perdiscendi: hic enim illam abire non sinet, sed captabit, vt inde magis ac magis proficiat. *Ecce iustum*, &c. præproperè capiet ea, quæ dixeris atque obijcis, vt aiunt, manibus doctrinam capesset. *Et confirmentur ad legitimam vitam*, id est, in viuendi ratione ac norma, quæ est secundùm legem: ideò exorsus est Psaltes, dicens: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* q. d. Beati sunt, in via huius vitæ non inquinantur luto vel sordibus peccatorum, & qui dimissis alijs vijs eligunt legis Domini viam, quæ solùm mundissima & nitidissima est. Theodoretus explicat: *Eos beatos esse ait, qui regiam incedunt viam* [nos dicimus, *Los que siguen el camino real, sin tomar veredas, que apartan del camino derecho*) *non deflectendo neque dextrorsum neque sinistrorsum, legis præcepta transgredientes. Qui sunt hi, docet: Qui ambulant in lege Domini. Qui enim secundùm*

[Margin: Psal. 118. v. 1. — Theodoret. *Via regia qualis*]

hanc viuunt, reprehendi minimè possunt. Itaque viam legit manu, vocat Iesus Sirach *regiam iram*, quæ neque ad dexteram neque ad sinistram declinet, *camino real, camino que lleua derecho al cielo.* Hac via regia incedunt omnes ij qui in lege Domini ambulant, id est, qui diuinam legem impensiùs custodire conantur. Hæc vita prorsus immaculata iudicatur.

PROLOGI
PARS TERTIA.

Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur, sequentes imaginem sapientiæ deficere in verborum compositione.

7. *Beneuolo animo libri legendi sunt.* IN hac tertia parte Prologi excitat attentionem veniam postulant, si alicubi in ornatu verborum deficiat, Drusius legit: *Admoniti igitur estote, vt cum beneuolentia & attentione hæc legatis.* q.d. Admoneo vos, qui legere, vel discere desideratis vt cùm acceſſeritis, beneuolo animo, id est benigno affectu accedatis ad legendum, procul omnem abijcientes inuidiam: *& attentiori studio*, hoc est attento animo, ne in errorem rapiamini. & rogo vos mihi ignoscatis, si cùm Salomonem in parabolarum compositione, in quibus imago sapientiæ describitur, imitari percupio, in competenti verborum ornatu deficere videritis. Nec mirum si aliquando deficimus, quando prudens dormitat Homerus. Cùm inferiùs Ecclesiasticus agit de parentibus senibus inquit: *Si defecerit sensu, veniam da*: Senum enim, qui præ nimia ætate sensum & rationem amiserunt defectus, veniam haud dubiò merentur. Sic defectus eorum, qui in libris conscribendis præ nimio labore inueniuntur, venia digni sunt. Libanius in Declam. 22. in Neptuni actio, ait: *Ergò ne oportebat nec veniam, nec misericordiam, nec benignitatem a te vllam consequi? sed enim cùm quis in quempiam grauiter deliquit, sæpenumerò impunè tulit, indemnisq; abijt, quòd ad iram aut obliuionem, aut tale quid confugisset; & tamen quid ceterorum, quæ veniam adferre possunt à cupidine necessitatis ratione non superatur?* itaque Ecclesiasticus veniam postulat à legentibus si aliquem in suo libro defectum inuenerint.

Ecclesi. 3. v. 15.

Defectus librorum venia digni sunt. Liban.

Quod tandem additur, *Sequentes imaginem sapientiæ*, idem est ac dicere, sequentes parabolas Salomonis; in ijs enim describitur imago sapientiæ, hoc est, sapientia in parabolis relucet. Hoc illustratur ex eo quod D. Hieronymo tom. 3. Epist. 115. cùm Chromatio & Heliodoro trium Salomonis voluminum interpretationem dedicasset, inter alia inquit: *Fertur & πανάρετος Iesu filij Sirach liber, & alius ψευδεπίγραφος, qui sapientia Salomonis inscribitur; quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed parabolas prænotatum.* & in Comment. Dan. 9. ait: *Post Eleazarum præfuit Iudaïs alter Onias, cui successit Simeon, quo regente populum Iesus filius Sirach. scripsit librum, qui Græce πανάρετος appellatur, & à pleriſque Salomonis falsò creditur.* Sicut enim liber Prouerbiorum Salomonis liber parabolarum vocitatur, sic etiam liber Ecclesiastici eodem titulo prænotari poterat, vt possit appellari parabolæ, id est, Panaretus Iesu filij Sirach, quia sequitur imaginem sapientiæ.

Imago sapientiæ sunt parabolæ Salomonis. D. Hieron.

PROLOGI
PARS QVARTA.

Nam deficiunt verba Hebraïca, quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solum hæc sed & ipsa lex & Prophetæ, ceteraque aliorum librorum, non paruam habent differentiam, quando inter se dicuntur.

8 *Quæ in aliam linguã transferuntur non æquè respondent originalibus.* CLariùs Drusius transtulit prima verba: *Non æquè valent illa cùm Hebraicè dicuntur, & cùm in aliam linguam translata fuerint.* q. d. Sicut in cæteris translationibus, quæ fiunt de vna lingua in alteram, minùs eleganter sonant verba, alterius idiomatis respondentia, sic non æquè valent verba Hebraica cùm transferuntur ad aliam linguam. Quod idem dicendum est de translatione verborum legis & Prophetarum, & aliorum librorum. Si enim translata cum originalibus conferuntur, minùs eleganter sonant, &c. Licet nunc exscribere quæ Camerarius ad hunc locum annotauit: *Non eadem*, inquit, *vis & efficacia est horum traductorum in alteram linguam, quæ in propria & sua. Hæc sententia omnes in hac copia doctrinæ studiosos pietatis & bonarum artium impellere debet ad studium linguarum. Quamuis enim conuersio aliqua bona & splendida sit, tamen fieri non potest, vt natura alterius sermonis penitus exprimatur. Fieri meliora aliqua possunt, sed hæc nec multa erunt, & conatum æquè bona faciendi sæpè interpretem frustratum esse reperietur. Atque hæc accipienda sunt & dicuntur de laudabilibus & accuratis traductionibus. Quas, quemadmodum non dicam plurimum sed duarum linguarum peritos, & ita in his exercitatos, vt parem facultatem consecuti sint, inuenire in promptu*

Studium linguarum valde necessarium & vtile.

Camerar.

promptu non est: ita & ipsas raras esse oportet. Istas autem vulgares & fortuitas, ac ἐφημέρους conuersiones, quarum opifices, neque de sententia, neque verbis magnoperè laborant, vernicas esse & scabiem quamdam doctrinæ potiùs, quàm adiumenta & laudabilia opera doctrinæ existimandum est. A quibus eruditio litterarum, & studia bonarum artium atque disciplinarum non ornantur neque augentur, sed depranantur, & potiùs corrumpuntur, & libri veterum Auctorum, vt Calfictatides aiebat adulterantur, neque integritas, & quasi castitas sapientiæ conciliatur legentibus: Sed falsa forma & fucata species, quam ignaui & inertes quasi rem magnam accipient, s fruitur infelici opera audacie imperitorii. Huc vsq; Camerar. citatus à Drusio. Hoc confirmatur ex diuersis versionibus, quibus sacra Scriptura illustratur, quæ *nõ paruam habent differentiam suo sermone enuntiata*, vt vertit ipse Drusius, id est, non parum interest vtrùm sua lingua dicantur, an lingua interpretis. Alij *non mediocriter antecellunt suo sermone in se ipsis*, id est, suis litteris aut suo idiomate, &c.

PROLOGI
PARS QVINTA.

Nam in octauo & trigesimo anno temporibus Ptolomæi Euergetis regis, postquam perueni in Ægyptum; & cùm multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos, non paruæ neque contemnendæ doctrinæ.

9. HÆc quinta pars Prologi docet, quo tempore & quare librum scripserit Ecclesiasticus. Breuiùs legit Drusius: *Nam anno trigesimo octauo sub rege Euergeta, cùm in Ægyptum venissem, ibidemq; commoratus fuissem inueni non parue eruditionis exemplar.* q.d. Nam in anno vigesimo octauo, cùm Rex Ptolomæus Euergetis Ægypti regnum occuparet, dominatum tenens in Ægyptum perueni, & cùm multum temporis ibidem commoratus essem, aliquos libros reperi, inter quos hunc librum parabolarum Iesu filij Sirach aui mei; cumque eos legissem, optima eruditione & doctrina plenos & ornatos esse iudicaui: quare opere pretium duxi, eos minimè contemnendos, sed legendos proponere, &c. Cùm annum trigesimum octauum commemorat, ætatis suæ annum Ecclesiasticus intelligit, non regni Euergetis, qui tamdiu in Ægypto non præfuit; nam annos dumtaxat viginti sex regnauit.

Tempora Ptolomæi euergetis Iesus iunior transtulit librum aui sui.

Hic Ptolomeus Rex erat Ægypti, qui regnauit post Ptolomæum Philadelphum fratrem suũ, sub quo septuaginta duo Interpretes, vetus Testamentũ de Hebræo in Græcum transtulere. Dictus est autem Euergetes, quod sonat reuocationem, quia post destructionem Syrię, & scilicię, & partis Asiæ, deos eorum, quos Cambyses in Persas transtulerat, reuexit. Quò respexit Christus Dominus, cùm dixit. *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici (in Græco εὐεργέται) vocantur.* Cùm facta esset cõtentio discipulorum Christi, quis eorum videretur esse maior, ambitionem, quæ in corda eorum irrepserat, redarguens, Regum gentilium ambitionem eis ante oculos proponit, quorum dominatio coactionem contemptumque inferiorum includit. *Et qui potestatem habent*, id est, dominationem super inferiores exercent, quibus est auctoritas in eos primores & magnates vocantur. & benefici à munificentia, magnificentiaque, à clementia, serenitate, alijsque virtutibus nomen accipiunt Hebræis, *nedibim*, נדיבים à spontanea liberalitate vocantur. εὐεργέται Græcis [vt quidam Ægyptiorum Reges nominatim à beneficentia & alijs huiusmodi magnificis titulis ornantur subaudi. atque hoc sibi placent, quòd alijs dominentur, & glorioſis nominibus celebrentur: dumque Reges aut Primores esse nituntur, hunc præcipue finem proposítum habent, vt dominentur & præsint alijs, & clementes ac benefici non tam sint, quàm nominentur. sic explicat Franciscus Lucas super hunc locum. Itaque cognomen Regis Ptolomei Euergetis titulus erat à beneficentia, vt dixit Christus Dominus, *benefici vocantur*: nihil enim ita decet Principes, vt beneficentia & liberalitas.

Luc. 22. v. 25.

Benefici vnde dicantur.

Franc. Luc.

10. *Proprium est sapientum sapientiores, se quærere.*

Et cum multùm temporis, &c. alij legunt, *& paululum ibi commoratus.* Siue parum, siue multum temporis, cùm ibi in Ægypto commoratus esset Ecclesiasticus, inuenit libros non paruæ doctrinæ. Proprium sapientum est, sapientiores se quærere, & apud illos commorari, vt aliquid quod ignorent ediscant & libros doctorum euoluant, vt eruditiores fiant. Lege huius materiæ illustrationem infrà cap. 6. v. 35. & 36. Hic ergo noster Sirach quia doctrinæ & eruditioni addictus erat, libros quæsiuit & inuenit, ex quibus sapientiam haurire poterat: quia *non paruæ & contemnendæ doctrinæ* illi erant, imò potiùs omni scientia & doctrina referti. Et ne perpetuæ obliuioni traderentur, voluit eos interpretari & in lucem edere; quia, vt ipse dixit cap. 20. v. 32. *sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?* absconsa enim manebat in ijs voluminibus sapientia; & eam in lucem edere decreuit, vt omnibus vtilitati & emolumento esset. Alij legunt, *Inueni non parvum eruditionis subsidium.* Libri enim subsidium sunt, item & occasio, materia & argumentum totius eruditionis. Sed de hac materia alibi.

PROLOGI
VLTIMA PARS.

Itaque bonum & necessarium putaui & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum istum : & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa, quæ ad finem ducunt, librum istum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum opporteat instituere mores, qui secundùm legem Domini proposuerint vitam agere.

11. *Ostendit desiderium interpretandi hunc librum aui sui.*

IN hac vltima parte Prologi ostendit desiderium interpretandi, id est, traducendi librum, quem auus suus Hebraicè composuerat, & materiam, quam hic liber continet, proponere, & omnes, qui librum legerint desiderio ardeant emolimentum capiendi. Drusius legit hanc vltimam partem : *Maximè necessarium igitur duxi, vt ipse adhiberem studij ac diligentiæ aliquid ad interpretandum hunc librum. Multum enim & vigilantiæ & industriæ adhibui illo temporis intervallo, vt ad finem perductus liber ederetur, & ij, qui in hac vicinia volunt studijs operam dare præparatis moribus secundum legem viuerent.* Ergo, ait Sirach, cum inter alios libros non contemnendæ doctrinæ, hunc aui mei librum Hebraico idiomate conscriptum inuenissem, bonum & necessarium iudicaui ingentem laborẽ & studium adhibere in eo interpretando, id est, in traducendo, vel transferendo ex Hebræo idiomate in Græcum. & cum multum temporis consumpsissem, & vigilantiam, industriamque adhibuissem, vt ad finem perductus liber ederetur in lucem. edidi tandem, vt qui animum intendere velint, quemadmodum mores instituant, vitam agere proponant legi Dei congruentem. Ex quo constat Ecclesiasticum, id est, Iesum iuniorem solum interpretem hoc est. traductorem huius libri fuisse, quem auus suus Iesus sensu Hebraico idiomate conscripserat; non tamen negandum aliqua etiam de suo adiecisse, vt opus perfectum ad finem perduceretur.

Iesus iunior fuit interpretator libri aui sui.

12. *Ecclesiastici liber compositus ad mores instruendos.* Exod. 25. v. 40

Tandem docet hunc librum ad mores instituendos compositum fuisse, vt quisque possit secundùm propositum exemplar vitam legi diuinę conuenientem agere. *Inspice* (dictum est Moysi) *& fac secundùm exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Non sufficit exemplar propositum oculis inspicere, sed necessarium est facere, hoc est, diuinam exequi voluntatem, & præcepta eius opere complere. Ideò aiebat Dauid : *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et, *vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* q.d. Tibi obsequi, tuæque voluntati obtemperare exoptatissimum habui, non coactè & vigente necessitate, sed libenter & summo cum desiderio tuæ voluntati morem gerere studui. Nota id, *in medio cordis mei.* Legem domini Dauid in medio cordis sui ad custodiendam collocauerat. nam lex Domini exemplar est, quod homo debet inspicere, & secundùm illud facere. Cùm enim in monte cordis sui legem Dei Dauid, vel iustus abscondit, & reposuit, vt exemplar constituit, ad faciendum secundùm exemplar quod sibi in monte cordis demonstratur. sic autem mores instituuntur eius, qui vitam secundùm legem Domini agere proposuerit.

Psal. 118. v. 1 Psal. 39. v. 9.

Lex Dei in medio cordis vt exemplar ponenda.

Ergo cùm inquit Dauid legem Dei in medio cordis constituisse, non potuit ardentiùs exprimere quanto legis Dei desiderio teneretur, quàm vt diceret, legem Dei se in corde reposuisse, vbi enim rem pretiosissimam custodire diligentiùs, aut cautiùs, quàm in corde potuisset. Sic dictum est. *Non recedant (eloquia mea) ab oculis tuis, custodi ea in medio, cordis tui : vita enim sunt inuenientibus ea,* &c. Hebraici potest legi in loco Dauid, *& legẽ tuã in medio ventris mei,* vel vt Pagninus. *In medio intestinorum meorum.* Et quamuis venter & intestina pro interioribus in scriptura ponantur, vt sit in medio interiorum meorum; sed tamen venter symbolum est manducationis & potest sic explicari, vt lex Dei in medio ventris sit quasi cibus quo animus aletur & nutritur. Dixit Christus Dominus *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* id est, voluntas, & præcepta Patris mei cibi sunt, quo sustentor & alor, illa opere exequendo. Sicut enim Stomachus decoquit cibum qui comeditur, & digerit vt corpus nutriatur; sic lex Domini cibi vices gerit, quo animus sustentatur, & vitam legi Dei conformem degit ad vitam æternam consequendam.

Quid sit legem Dei in corde reposuisse Prou. 4. v. 21.

Quare lex Dei in medio ventris ponenda. Ioan. 4. v. 34

In hoc sensu dixit Ecclesiasticus iunior: *Quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundùm legem Domini proposuerint vitam agere.* Liber enim Iesu senioris suis monitis & consilijs hanc vitæ institutionem prætendit. cum in eo monita inueniantur, quibus mores suos quisque informare possit, & vitam instituere legi Dei congruentem.

Liber Ecclesiastici vitæ institutionẽ prætendit.

Hæc de expositione Prologi, quẽ Iesus iunior præposuit, iam ad explicationem & illustrationem Operis accedamus.

IN

IN
ECCLESIASTICVM
IESV
FILII SIRACH
EXPOSITIO ET ILLVSTRATIO.

CAPVT PRIMVM.

1. OMnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. 2. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? 3. Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigauit? 4. Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. 5. Fons sapientiæ verbum Dei excelsis, & ingressus illius mandata æterna. 6. Radix sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? 7. Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? 8. Vnus est altissimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius & dominans Deus. 9. Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est. 10. Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundùm datum suum, & præbuit illam diligentibus se. 11. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. 12. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum. 13. Timenti Dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. 14. Dilectio Dei honorabilis sapientia. 15. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. 16. Initium sapientiæ, timor Domini,

cum fidelibus in vulua concreatus est, cum electis feminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. 17. Timor Domini, scientiæ religiositas. 18. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. 19. Timenti Dominum benè erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. 20. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. 21. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. 22. Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, & salutis fructum, 23. & vidit, & dinumerauit eam: vtraque autem sunt dona Dei. 24. Scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se, exaltat. 25. Radix sapientiæ est timere Dominum: & rami illius longæui. 26. In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia. 27. Timor Domini expellit peccatum: 28. nam qui sine timore est, non poterit iustificari: iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est. 29. Vsque in tempus sustinebit patiens, & posteà redditio iucunditatis. 30. Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunti sensum illius. 31. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: 32. execratio autem peccatori, cultura Dei. 33. Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. 34. Sapientia enim & disciplina timor Domini, & quod beneplacitum est illi, 35. fides, & mansuetudo, & ad implebit thesauros illius. 36. Ne sis incredibilis timori Domini: & ne accesseris ad illum duplici corde. 37. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labijs tuis. 38. Attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, 39. & reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te: 40. quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

A R-

Argumentum primi Capitis.

IN hoc primo Capite docet Ecclesiasticus, Sapientiam incomprehensibilem, & in creaturis relucentem ab æterno, originem à Deo solo omnipotente trahere, quam dat diligentibus ac timentibus ipsum. nam timor Domini, quem in hoc Capite sæpè commendat, non solùm sapientiam, sed & reliquas secum adfert virtutes. Suadet tandem hominem simplici corde ad Deum accedere, & non duplici, vt hypocritæ faciunt, &c.

VERS. I.

Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum.

1. *Hieroglyphicum de Minerua.*

IN tam immensa oceani sapientiæ vastitate & amplitudine mearum partium officio facere satis videbor, si quæ litteris hi eroglyphicis veteres illi sapientes Sacris initiati tantæ rei vestigia nobis impressa tradiderunt, qua potero breuitate perstringam, antequam ad explicationem accedamus. Veteres quidem cùm multa sapienter, sapientissimè certè de Pallade Minerua, quam Deam sapientiæ indigetatam diuinis honoribus afficiebant, commentabantur; eius originis & natalium splendorem sic cælo tribuebant, vt nec in terris generatam, nec cum mortalitate nostra vulgarem nascendi modum habuisse prædicarent, imò ab ipso Deo natam, delibatam & procedentem putarent: ortam è Iouis cerebro, inde traxisse principium, & hac insolenti & numquam priùs audita ratione processisse. Deinde vt hanc suam Mineruam magnificentiùs commendarent, eius simulachro, quod specie visenda, & maiestate mirabili propositum erat in Templo, Mercurij simulachrum apponebant: quò significarent, de sapientia pro dignitate loqui, differere, disputare nefas esse mortalibus, fas soli Mercurio, Deo inquam, qui præses eloquentiæ putabatur, & Deorum interpres. Appositè quidem ista: quæ adumbrata vestigijs, & significata mysterijs, diuinam sapientiam non adumbrare solùm, verùm etiam exprimere quodammodò videatur. Quis non videat, hac ementita Minerua, quam veteres tam nobili deductam principio existimabant, cælestem illam ac sempiternam sapientiam, quæ à Deo est, & de qua sermo in hac prima sententia instituendus, non obscurè significari? Cuius dignitatem infinitam, & mirabilem processum, originemque cælestem satis nobis ostendit huius Capitis primi præfatio: *Omnis sapientia à Domino Deo est*, &c.

Doctores sacri, Mercurij

Ad huius ergo sapientiæ inexhaustos fontes aperiendos, ad explicandas immensas opes, humana lingua, licet rerum & sententiarum ornamentis instructa sibi videatur, materiæ tamen dignitatē iusta lance perpendens, non mediocriter reformidat. Mercurij cælestis alicuius opem requirendam nobis iudicabitis, qui affluente sermone, & fœcunda verborū copia instructus & ornatus, sapiens de diuina sapientia, quæ digna sunt, quæ recta, quæ nullis deniq; erroribus implicata nuntiare possit. Hos ergo Mercurios sapientissimos, Doctores sacros, & de sacra Theologia benè meritos Auctores esse, si constans affirmauero, à veritate non aberrabo. Horum ductu digitique quasi intenti mihi significatione commonitus, viam ad aperiendas tantarum rerum difficultates, lætus ac facilis capessam.

Applicatio hieroglyphici.

Versiones.

Hanc primam sententiam legunt Complutenses, Montanus & Regia: *Omnis sapientia à Domino, & cum illo est in sæculum.* LXX. *Omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo est in æuum.* Tigurina Vatabli: *A Deo manat omnis sapientia (apud eum semper fuit) & eidem perpetuò coniuncta est.* Ioannes Drusius: *Omnis sapientia à Domino, & cum illo est in æternum.*

Nota. De definitione & etymologia sapientiæ.

2. *OMnis sapientia*, &c. Ferè omnes Scriptores antiqui, quos ego legerim, hanc primā sententiam de æterno Verbo Sapientia Patris interpretantur. Ita Raban. qui ait: *Principium ergo istius libri de æterna Dei Sapientia (quæ est Christus) narrat quòd semper cum Patre sit ante sæcula, & concordat Euangelio Ioannis, quod ita inchoat: In principio erat Verbum*, &c. Ipsum sequuntur Nicol. de Lyra, Dionys. Carthus. Hugo Cardin. & alij fere istā de Christo intelligentiam libenter amplectuntur, vt ostendant diuinæ sapientiæ attributum vnigenito Dei Filio à Theologis traditum apprimè conuenire. Jansenius verò & Palacius explicant de sapientia vera in genere, quatenus scilicet & Deo competit & homini. quam interpretationē veriorem existimo. Sed vt propriam subijciamus, præliboprius veterū Philosophorum de sapientia definitionē, seu potius descriptionem, quam frequenter Patres amplectuntur. D. Basilius Hom. 12. in princ. Prouerb. D. Ioan. Chrysost. To. 1. Hom. in

Raban. Lyra. Hugo. Carthus.

Iansen. Palac.

Sapientiæ definitiones, D. Basil. D. Ioan.

Damasc. D.Remig. Cicero.

Psal.110.fine, D.Ioan. Damasc.lib.3. Parallel.c.72. D.Remig.in c. 1. ad Ephes. & alij: *Sapientia est rerum diuinarũ & humanarum, causarumq́; quibus hæ res continentur, scientia.* Sic Cicero 1.offic.ex Aristotele, Platone, & alijs. Aristoteles verò definiuit lib. Rhetor. *Est sapientia multarum & mirabilium rerum scientia.* & lib.5. Metaph. *Sapientia*, inquit, *est cognitio primarum & altissimarum causarum.* Ex quibus descriptionibus ediscenda est vera huius sententiæ intelligentia. Illa enim particula *omnis* acceptiones omnes veræ sapientiæ in se continet, siue loquatur de prima Sapientia, quæ ex æterno Parente ante æuum emanauit, id est, de vnigenito Dei Filio, qui Patris Sapientia in sacra pagina & Patribus appellatur; siue de alia sapientia sermonem instituat, quam ipse Deus in animos hominũ indere solet, vt Dei arcana mysteria cognoscere & penetrare valeant; siue loquatur tandem de sapientia per humanam scientiam acquisita, ad ea cognoscenda quibus res humanæ regantur & gubernentur. Illa enim particula *omnis* vniuersas has sapientiæ acceptiones amplectitur. vnde asserere debemus, Ecclesiasticũ de sapientia in genere locutum, cùm ait: *Omnis sapientia à Domino Deo est.*

De omni sapientiæ genere loquitur Ecclesiastic.

Aristot.

3. *Nominis Sapientiæ etymologia ex Græco.* Cicero.

Secundò subijcio huius nominis sapientiæ originem & etymologiã tam ex Græco quàm ex Hebræoidiomate deductam. Græcè dicitur σοφία, id est, sapientia. Cicero lib.1.Offic.ait: *Principesq́; omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Græci vocant.* Principem fortasse appellat, quia in se rerum humanarũ ac diuinarum scientiam continet. Philoponus in 1. Poster. sub finem, nomen *Sophia* dicit vult quasi σαφίαν, quoniam res diuinæ circa quas versatur, per se ac naturâ suâ sint manifestissimæ, & ait D.Paulus Ephes.5.v.13. *Omne quod manifestatur lumen est.* Nomen Græcum σοφία deducitur à verbo σαφέω, quod significat manifestare, clarè notum facere, declarare. Itaque nomen *Sophia*, quod Sapientiam significat quasi in se continet lucem & claritatem vel manifestationem ad rerum intelligentiam. Ipse etiam Sirach c.3.v.23. ait: *Sapientia enim doctrinæ secundùm nomen est eius, & non est multis manifesta; quibus autem, cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei.* Significat eum, qui verè sapiens est per sapientiam clarè cognoscere rerum scientiam. Sed tamen aliqui sunt, qui nomine tenus sapientes vocantur: *No tienen de sabios mas que el nombre, y assi se los escurezen las cosas*, ficque potiùs ζόφοι, id est, caligine, nimio splendore perculsi prosternuntur.

Eph.5.v.13

Nomen Græcum quid significet. Eccli.3. v.23.

4. *Etymologia Sapientiæ ex Hebræo.* D.Hieron.

Insuper quia hic liber Ecclesiastici Hebraicè priùs, Scriptus est, vt affirmat D.Hieronymus in Isagoge citatus Sect. III. præstat originem verbi Hebraici edisscere, vt clariùs sententia intelligatur. Verbum Hebræum nomini σοφία respondens est חָכְמָה *hhacam*, quod significat sapientem esse vt Prou.30.v.24. Job.35.v.11. Psal.118.v.38.& 104. v.23.& 57.v.6. & fortasse alibi non inuenitur. Inde deducitur nomen femineum חָכְמוֹת *hhocmah* quod sapientiam significat, videturque secundùm Pagninum supremum quemdam sapientiæ gradum & habitum supra alios excellentem designare. Sic dicitur Prou.3. v.13. *Beatus homo qui inuenit sapientiam*, id est, fælix ille, qui sapientiam reperire potuit, vt sibi eam desponderet. Prou.7. v.4. *Dic sapientiæ, soror mea es.* nomine sororis sponsa intelligitur. & c.2. v.10. *Si intrauerit sapientia cor tuum*, &c. In alijs etiam locis quam plurimis inuenitur hoc nomen Sapientia à verbo *hhacam* deductum, ex quo iam asseruimus originem trahere.

Pagninus.

Prou.3.v.13

Prou.7.v.4

Prou.2. v.10.

Sensus, & illustratio prima.

5. *Deus est clarissimus fons & origo sapientiæ.*

ERgo his præiactis existimo Ecclesiasticum de sapientia locutum, quæ scientiam humanam acquisitam, & diuinam animæ inditam comprehendit, clarissimumque & nitidissimum fontem assignare, ex quo aqua Sapientiæ in Angelos & in homines labitur, fluit atque manat. quasi Hispanè diceremus: *El manantial desta clarissima fuente de la sabiduria es Dios.* ex Deo enim sapientiæ fonte Verbum Patris, per æternam generationem defluxit. ex ipso etiam fonte seu principio Sapientia humana per laborem acquisita, qua homines res humanas Sapienter moderantur, emanat. Etenim cum quis è riuulis à clarissimo deductis fonte aquam extrahit, abunde potionem haurit ad bibendum; at si ipse vel alius minime riuulos consectetur, sed ab ipsa fontis alueo hauriat, q.d. *toge el agua del nacimiento de la fuente, o del manantial que està aboruotones arrojando el agua*, abundantiùs aquam arripere necesse est, eoque magis ea perfruitur, quo ipsa aqua ascendens primum è terra, deinde etiam descendens saluat, omnes ad bibendum inuitans: & eò pluris ea aqua à bibente ducitur, quantò ex ipso fonte dulcior, clarior, suauiorque hauritur.

Comparatio deducta ex fonte.

Pari etiam modo cùm Deus sit nitidissimus Sapientiæ fons & principium etiam nam ipsa sapientia quo nomine plus alijs delectatur, vt D. Gregorius Nazianzenus eleganter scripsit orat. 1. Apolog. de Sapientia: *Quæ* (ait) *omnibus præest, ac bona omnia complexu suo tenet, adeo, vt ipse quoque Deus quamuis permultis nominibus vocetur, hoc tamen nomine impensius quam illis alijs delectetur.* Cum sit inquam clarissimus fons æternumque diuinæ Sapientiæ caput atque principium, suæ sapientiæ aquam omnibus affluenter communicat, dicente Iacobo Apost.cap.1.v.5. *Si quis autem vestrùm indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter.* Diuerso tamen modo naturali Filio eam communicat ac filijs, qui ius adoptionis per gratiam & voluntatem suam adepti fuere. Solus filius naturalis ex ipso diuina sapientiæ fonte aquam essentiæ & Sapientiæ suæ infinite affluenter (si fas est sic dicere) potauit. Siquidem per æternam Patris generationem filiationis æternæ particeps factus totam sapientiam suam in se deriuauit, id est, Sapientiæ aquam in suo principio abunde potauit. At cæteri, siue Angeli siue homines huius diuinæ Sapientiæ riuulos consectantes hausere, vnusquisque quantum copiosè adeptus est. Jtaque vasa Angelica, & vasa lutea humana repleuit Deus, sicut ipsi placuit. quia *omnis sapientia* siue diuina siue humana *à Domino Deo est*, id est, emanauit tamquam ex clarissimo fonte, vel iugi puteo.

6. *Nomine Sapientiæ Deus delectatur.* Nazianz.

Iac.1.5.

Christus Dominus ex fonte ipso Sapientiæ sapientiam potauit.

Hinc duo colligunt Patres. Primum est, neminem à se ipso esse sapientem quantumuis multa per scientiam aut artem didicerit, sed tantùm à Deo, à quo tamquam à diuino capite seu principio omnis elabitur sapientia. Sic venerabilis Beda Presbyter Tom.5. explicans id Joannis 1. *Non erat ille lux*, &c. Cùm priùs dixisset de Deo, *Gratiam lucis pectoribus infundere, solius esse Dei: omnem videlicet illuminando suo naturali ingenio siue sapientia diuina.* mox subdit ipse accommodatè: *Sicut enim nemo à se ipso est, ita etiam nemo, à seipso sapiens esse potest, sed illo illustrante, de quo scriptum est: Omnis Sapientia à Domino Deo est, cuius vtramque naturam, & diuinam vide-*

7. *Nemo sapiens à se ipso.* Beda.

videlicet, quæ semper vbique totus manet, & humanam ex qua in tempore natus loco inclusus apparuit. Confirmat hoc Origenes Tom. 2. in cap. 23. Matth. qui ait: *Quod enim gloriatione dignum est, id nostrum non est, sed donum Dei est, ab ipso proficiscitur sapientia*, &c. Ex quibus testimonijs clarè ostenditur, quàm verum sit, neminem à scientia humana didicisse, seu potiùs emendicasse quod scire gloriatur. sed à solo Deo, qui gratiam, sapientiam, & virtutes pectoribus infundere dignatus est.

Id quod est gloriatione dignum donum Dei est. Origen.

8. *Sapientia vnica & nõ multiplex.*

Secundum est, vnicam esse sapientiam & non multiplicem, quia eadem est aquæ, quæ in vnum à Deo tamquam à fonte perenni elabitur, ac quæ in reliquorum animis ab ipso met infunditur. Licet enim particula *omnis* vniuersalitatem indicet, ita tamen vt non multiplex, sed vnica sapientia ad omnes creaturas emanat. Hoc illustratur ex eo

Sap.7.v.27. D.Bernar.

Sap.7.v.27. *& cùm sit vna, omnia potest*, &c. D. Bernardus, seu potiùs Gilbertus Abbas Cister. qui opus Canticorum Bernardi, causa mortis præuentæ consummauit, qualis qualis fuerit, Serm.8. asserens Ecclesiastici testimonium, ait: *Si omnis sapientia*, inquit, *Deo, & cum illo est, & ante æuum: ergo quomodo multæ sapientiæ sunt cum illa, quæ à Deo est, & illi coæterna est, quia cum illo ante æuum est. Non multæ, nec variæ & diuersæ sapientiæ, sed vna sola & inuariabilis est.* Ratio huius est, quia radix sapientiæ vnica est, vnicusque diuinus spiritus, qui *operatur omnia in omnibus*, sicut docuit Apostolus 1. Cor.12. v.6. *Alij quidẽ* subdunt *per Spiritum datur sermo sapientiæ*, &c. Concludit: *Hæc omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.* Vbi manifestè declarat non esse sapientiam multiplicem in se, sed tantùm in effectibus & operationibus. Sicut docuit D.Gregorius tom.1.lib.11.Mor.cap.4. *Intuendum*, inquit, *quippe est quia cùm vna sit sapientia, alium minùs, alium magis inhabitat. Nobismet ipsis velut quibusdam sensibus vtitur: vt quamuis ipsa sibimet numquam sit dissimilis, per nos tamen diuersa, & dissimilia semper operatur*, &c. & licet veteres Poëtæ & Gentiles, multiplicem sapientiæ imaginem depinxerint; at in vnam coalebat sapientiam per varios & multiplices effectus significatam & descriptam. Vide quæ de Mineruæ & Palladis simulachro ipsi Gentiles loquantur; cui deæ ferè omnes sapientiam tribuunt. Vide Ioannem Rosinum, lege Plinium & Plutarchum in Moralib. Natalem Comitem, Vincentium Cartarium de Imaginibus deorum, & & alios qui de Gentilium simulachris longissimos solent tractatus texere & legendos proponere.

Cor.12. v.6.

D.Gregor.

De sapientia simulachro legendi Poëta.

Illustratio secunda.

9. *Omnis sapientia à Deo emanat, præcipuè sapientia filij.*

LEge si in hac Ecclesiastici sententia totum sapientiæ genus includitur, quod de Deo procedit, agere præcipuè debebamus de diuinæ sapientiæ origine ex parentis sui fæcundissimo intellectu, quæ est Filius ex diuinis præcordijs, id est, ex intellectu diuino per æternam intellectionem, quæ vera generatio prædicatur, procedente & Emanãte: & vocatur à Salomone Sap.7.v.25. *emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei sincera, candor lucis æternæ, & speculum sine macula.* Sicut explicato Holcot. & ait Rabanus; *Omnis ergo sapientia*, inquit, *à Domino Deo est, quia Christus, qui est fons vitæ & lux vera, quæ illuminat*, &c. *à Deo Patre natus est, & omnia per ipsum facta sunt*, &c. Sed quia de hac diuini Verbi generatione longissimè Theologi disputant 1.p. q.17. eam hîc silentio præteribimus. Libet tamen audire D. Paulum de hac diuina sapientia agentem in suis Epistolis, quæ veram doctrinam eruditissimè nos docent.

Sap.7.v.25.

Primò, Epist.1. Corint.c.1. v.30. inquit: *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est pro nobis sapientia à Deo.* Quid nouum, ô Paule, & inauditum nobis proponere conaris? Numquid Christus non erat sapientia Patris antequam homo fieret? numquid in æterna generatione totam Dei sapientiã non deriuauit in se? Quare nunc asseris factũ pro nobis sapientiam à Deo? Respondeo, verũ esse; Apostolũ minimè æternam sapientiæ communicationem à Patre meminisse, sed prædicasse Christi sapientiam nobis communicatam esse ab ipso Christo, qui factus est auctor & causa veræ & Christianæ sapientiæ. Ergo factus est sapientia exemplariter, quia Christi sapientia fuit perfectissimum exemplar, ad quod omnis nostra sapientia conformari debet. Deinde efficienter, quia docet veram sapientiam & scientiam Sanctorum; quomodo scilicet benè & Christianè viuere & qua via ad cælum, ad beatitudinem tendere debeamus. Tandem finaliter Christus factus est pro nobis sapientia, quia finis nostræ sapientiæ est. Audi D.Bernardum Serm.22.in Cant. *Factus est nobis*, inquit, *sapientia in prædicatione, & docens prudentiam: soli ergo qui eius doctrina imbuti sunt prudentes sunt. incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas speranda putat, quàm à domino virtutum, cuius doctrina seminarium prudentiæ est.* Igitur est sapientia à Deo, hoc est, quo auctore bona omnia consecuti sumus, & vt ostendat magnitudinem & abundantiam sapientiæ, ipse enim Christus, qui est fons & origo sapientiæ, atque adeò Sapientia ipsa, nobis semetipsum largitus est.

Sapientia Christi à Deo Patre procedit. 1.Cor.1. v.30.

Christus exemplar nostrum.

D.Bernar.

Quomodo Christus factus est nobis sapientia.

10. *Christus thesaurus sapientiæ.* Col.2.v.3. D.Ambros.

Vlteriùs Coloss.2. v.3. ait idem Apostolus de Christo Jesu: *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*, quasi Christum faciat reconditorium arcanorum mysteriorũ Dei. Eleganter hunc locum D. Ambrosius commentatur, dicens: *Omnis enim ratio superna scientiæ totius creaturæ superna vel terrena in eo est, qui est caput eorum & auctor, vt qui hunc nouit nihil vltrà quærat, quia hic perfecta virtus & sapientia, quidquid alibi quæritur, hic perfectè inuenitur.* Aliquanto autem pòst: *Qui verò Christum nouit, thesaurum sapientiæ & scientiæ inuenit: quia id nouit quod vtile est.* Hinc est, quòd cùm Christus sit sapientiæ Dei reconditorium, quandò placet erga aliquem suum amorem manifestare, illi facultatem præbet hunc sapientiæ æternæ thesaurum referandi, claues illius libenter tradens, vt diuitiarum copiam abundè depromere possit, & hic in sapientia Dei ditior fiat. Agens Orator de rebus familiaribus 2.Offic.ait: *Nec ita est claudenda res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus.* Si ita est, quomodo thesaurum Christi non solùm benignitas aperire potuit, sed etiam crudelitas. cùm referat Joan.c.19. v.34. *Lancea latus eius aperuit*, vt omnibus sui sanguinis thesaurus pateret, & quicumque siue bonus, siue malus posset semper reserare? Verùm est thesaurum Dei omnibus patuisse, sed impius numquam sui amoris facultatibus potitus est, sed iustus, quem fecit cum Christo diuitiarum suarum meritissimum cohæredem, &c.

Christus thesaurus sapientiæ.

D.Ambros.

Cicero.

Ioa.34.v.34

11. *Cor sedes sapientiæ.*

Ex hac sapientiæ diuinæ communicatione colligo, aptum fuisse antiquorum cordis hieroglyphicum, ad significandam sapientiæ sedem. asserebant enim cordis effigiem sapientiæ hieroglyphi-

cum fuisse. Sic Varro, quoniam sicut cor sedes amoris est, & diuinus amor cognoscitur in communicatione sapientiæ: Sic propria sedes & typus sapientiæ cor est. Eleganter D. Macarius Hom. 43. agens de corde: *Vasculum*, inquit, *paruum est, sed in quo recipiantur omnia. ibi Deus sibi Angeli, ibi vita & regnum, ibi cœlestes vrbes, ibi thesauri gratiæ. at si prauum fuerit, ibi leones, ibi dracones, ibi thesauri vitiorum.* vbi affirmat cor capax esse recipiendi sapientiæ thesauros. etenim Christus, vel ipse Deus Sapientia diuina est, si ergo cor, vel anima sedes Dei nominatur, cùm ipse Christus vel Deus sedet, ipsa sapientia sedet, & cum sapientæ sedes est vt dixit D. Bernardus Serm. 1. de Purific. *quoniam anima iusti sedes sapientiæ est*, ipsius sapientiæ recondito rium, vel thesaurus est. Ideo dixit D. Gregorius hom. 38. in Euang. *quia enim per Prophetam dominus dicit: Cœlum mihi sedes est, & Salomon ait: Anima iusti sedes est sapientiæ: Paulus etiam dicit: Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam: liquido colligere debemus, quia si Deus est sapientia, anima autem iusti, sedes sapientiæ, dum cœlum dicitur sedes Dei, cœlum ergo est anima iusti*, &c.

D. Machar. *Cor vasculum paruum sed in eo omnia recipiuntur.*

D. Gregor.

Illustratia tertia.

12. *Sapientia Dei nutrix hominis & educatrix.*

DEinde infero de Christi humanitate, *in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis.* Col. 2. v. 9. id est, vt D. Hieronymus explicat, *Omnis plenitudo diuinæ naturæ in corpore eius inhabitat*, sapientiam Dei veluti nutricem nostram esse: quia sicut Verbum diuinum vnitum humanitati, secundùm optimam Clementis Alexand. sententiam, *mammilla Patris*, dicitur, ait enim lib. 1. Pedag. c. 6. *Verbum est omnia infanti, & pater & mater, & pedagogus, & alitor. Ad mammillam Patris, quæ curarum obliuionem inducit, nempe Verbum confugimus: ijq; sunt Beati, qui hanc lactant mamillã.* Sic ad hanc sapientiæ mamillam tamquã ad nutricem & educatricem nos recipere oportet. Præstat ergo de hac re auscultare Philonem Iudæũ lib. 2. suarum Allegoriarum, qui de Caino agens; & Abele, elegantem nobis hanc obtulit allegoriã, *Nascitur*, inquit, *ex prudentia sapere, ex temperantia sobriũ esse, è pietate Deum colere. Hæ sunt cibi animæ propriè, quæ idoneæ est ad sugendũ, sicut legislator loquitur: mel è petra, & oleum è solido saxo, petram solidam & infrangibilem indicans sapientiam Dei nutricem, baiulam, educatricemq; desiderantium vitam incorruptibilem. Hæc enim tamquam mater eorum, quæ mundo continentur, ex se ipsa cibos præbet suis factibus: sed non omnia diuino alimento digna habentur: Verum ea modo, quæ non degenerem præseferunt indolem, nam pleraque pereunt inedia virtutis. Labitur enim diuinæ Sapientiæ fons nunc leniore fluxu, placidioreque: nunc vehementiore cursu, maioreque impetu. Quando igitur sensim descendit, dulcescit mellis in morem: quando vero celeriter, confertimque labitur fit tamquam oleum illustrandæ animæ*, &c. Insuper Salomon Prou. 9. v. 5. introducit sapientiam ad conuiuium inuitantem omnes eos, qui insipientes vocantur, & veluti mater seu nutrix cibos præbet omnibus dicens: *Venite comedite panem meum.* Super quæ ait D. Dionysius Areopagita Epist. 9. ad Titum Pontif. *Recte igitur sapientissima beatissimaq; sapientia à scriptis diuinis laudatur, quod & mysterij plenum cratera ponat, & sacrum eius poculum profundat, & magis quod ante hæc primos solidosque cibos apponat, & cum excelso præconio ipsa qui se egent benignissimè inuitat.*

Philo. Iud.

Sapientia tamquam mater.

Sapientia ad conuiuiũ inuitat.

Prou. 9. v. 5

D. Areopag.

Illustratio quarta, de Sapientia humana.

13. *Sapientia humana à Deo manat.*

OMnis *sapientia*, &c. Cùm ergo sapientia hûc propter particulam (*omnis*) scientiam diuinam & humanam comprehendar, diximus iam de diuina ex sapientiæ fonte per æternam generationem emanante; nunc aliquid breuiter de humana, quæ per scientiam & artem acquiritur explicare libet. Hanc antiqui Patres sæpissimè Philosophiam appellant, & docent circa mores versari. D. Gregorius Nazianzenus Epist. 35. ad Gregorium Nyssenum fratrem, quem crebras peregrinationes ægrè ferentem consolatur, *quandoquidem*, inquit, *duo hæc nouit philosophia, nimirum & prosperitate modestè vti, & calamitatem honestè ferre.* Quàm autem difficile sit sapientiam seu philosophiam exercere, idem sapientissimus Doctor docet orat. 10. dicens: *Philosophari enim vt maximum, ita etiam difficillimum est, nec id aggredi, multorum est, nec aliorum, quam quod diuina mentis magnitudo, quæ probæ hominum voluntati manum porrigere soleat: adnocauit.* In quo manifeste ostendit, sapientiam seu philosophiam quamuis humanam, quæ etiam in sapientiæ definitione claudatur, à Deo sapientiæ fonte emanare.

Nazianz.

In hac insuper sapientia ea etiam comprehenditur, quæ arte constat ad fabricandum ex quacumque materia, ipsamque à Deo etiam procedere. Sic Exod. 31. v. 3. Loquentem Dominum ad Moysem audio: *Ecce vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & implebi eum Spiritu Dei sapientia & intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis: & diuersitate lignorum.* q. d. ego Deus nominatim præ cæteris omnibus delegi, & designaui Beseleel, vt ipse fabricet tabernaculum, omnemque eius supellectilem. vocat spiritum Dei, Spiritum suum. Sic dicitur Exod. 28. v. 3. *& loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiæ, vt faciant vestes Aaron.* Sapientes corde hic vocantur periti artifices, puta sartores, phrygiones, gemmarij, &c. Spiritu prudentiæ, id est, prudentia à me aspirata. Pro prudentia hic artem significat, id est, repleui illum arte fabricandi vel conficiendi has vestes Sacras, quæ ars est donum Dei naturale, vti sunt cæteræ artes: aliquando tamen est donum supernaturale infusum à Deo, & ab eius sapientia, &c.

Ars ad fabricandum comprehenditur sub nomine sapientiæ.

Exod. 31. v. 3

Exod. 28. v. 3.

Tandem censeo hanc humanam sapientiam circa mores versari quod ostenditur in Parabolis Salomonis, quæ ad mores instruendos spectant, dicente ipso c. 1. v. 1. *Parabolæ Salomonis ad sciendam sapientiam, & disciplinam, &c. vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia & intellectus.* Quod explicans Beda: *Ad sciendam*, inquit, *sapientiam qualiter secundum id viuere oportet*, &c. Idem clarius D. Basil. hom. in princ. Prou. *Ad dandam* (ait) *sapientiam illam, scilicet dignam, pretiosam, & veram, quæ tota in moribus sita est.* Huc etiam spectat Seneca, qui Epist. 71. in qua suadet summum bonum in Oculis habendum, loquitur, ad Lucilum: *Relinque istum ludum litterarum philosopborum, qui rem magnificentissimam ad Sibillas vocant, qui animum minuta docendo demittunt, & conterunt.* Citat statim Socratem, *qui* (ait) *totam philosophiam reuocauit ad mores, & hanc summam dixit esse sapientiam bona; malaque distinguere.* quid Clarius? Commentator etiam Demosthenes dixit: *Contemplatio naturæ doctrina morum expolitio Sermonis vitæ necessitas, & commoditas, omnes bonæ artes sunt fines sapientiæ.*

Sapientia humana circa mores versatur.

D. Basil.

Seneca.

14. Demosthe.

Hyacinthus simbolum sapientiæ & prudentiæ. Pierius.

Ergo cùm sapientia humana quæritur, ad mores instituendos quæri debet, aliter sapientiæ nomen non meretur, & cùm pueri addiscunt scientias, hunc finem sunt spectaturi. Forte hoc indicat simbolum antiquorum de hyacintho, vt refert Pierius valer. Hyacinthus, quem ab Apolline in florem conuersum Poëtæ fabulantur prudentiæ ac sapientiæ simbolum est. Sic fabella narratur. Cum Apollo, musarum ingenij, ac litterarum Deus sit, hyacinthum pierium ab illo ob formam adamatum Poëtæ finxerunt, quia sensus naturalis minimè corruptus puer est, hoc est, prudentia caret, sed tamen formosus est, quia mentem ad sui contemplationem excitat: qua contemplatione fit, vt tandè sensus in iuuenili ætate, atque feruore illo depositio prudentiæ & sapientiæ florem ex se gignat, suauissimis virtutum odoribus fragrantem, quorum post memoria litterarum monumentis ad posteros manat.

Salomon sapientiam puerilem ignorantiam deposuit. 3. Reg. 3. v. 7.

Hinc scio, quanti debeat fieri petitio Salomonis ab ineunte ætate postulantis à Deo sapientiam. ipse enim dixit 3. Reg. 3. v. 7. *Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitum meum. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum.* & si puerilem ætatem, non deposuit cum diuina sapientia refertus extitit; at tamen ignorantiam puerilem, quæ puritiæ comes est indiuidua, deponere compulsus est, & sapientiam induere, vt tantum populum moderari possit vt ipse ait: *Quis enim poterit iudicare*, &c. Constat igitur sapientiam humanam à Deo sapientiæ fonte dimanare. Ait ergo Sirach: *Omnis sapientia à Domino Deo est.* Quod adumbrat id, quod ostensum est Joanni, & ipse vidit Apoc. 22. v. 1. *& ostendit mihi fluuium aquæ vitæ splendidum tamquam crystallum procedentem de sede Dei & agni.* Noster Luisius Alcasar censet in hoc fluuio simbolicè indicari cælestis voluptatis copiam, qua sanctos omnes visio, beatifica perfundit. Insuper de aquis doctrinæ interpretatur, & sapientiam per fluuium figurari probat ex eo Sirach 24. v. 40. *Ego sapientia effudi flumina*, &c. Itaque siue sapientia diuina, siue humana tamquam fluuius à Deo fonte procedit effundens cælum & terram.

Apoc. 22. v. 1.

Fluuius simbolum sapientiæ. Alcasar. Eccli. 24. v. 40.

Illustratio vltima.

15. *Sapientia numquam à Deo recedit.*

ET *cum illo fuit semper, & est ante æuum.* Numquam sapientia à Deo recessit, & si aliquando in terram migrauit, vt humanam naturam sibi copularet, ipsam terram effudit, & fœcundauit. & simul etiam æternaliter se Deo exhibuit comitem sociam, vt Tigurina legit: *& eidem perpetuo coniuncta est.* Numquam enim diuinæ sapientiæ fons exhaustus inuentus est, sed semper aqua sapientiæ copiosè & affluenter manauit. Insuper sapientia cum Deo est, id est, penes illum tamquam sigillum & signaculum, vt inferius dicitur c. 17. v. 18. *eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso.* vel sigillum. Sicut enim nihil coniunctius epistolæ quam sigillum, sic sapientia cum Deo est, sigilli instar adhærens ei, quod adiungit; *& est ante æuum.* significat idem, quod ante sæculum. & in eo fonte omnium philosophorum sapientiam in tempore habuisse principium indicauit. At sapientia quæcumque sit nullum cognouit initium, ante omnia enim sæcula principium duxit.

Ecclc. 17. v. 18.

16. *Diuina gratia sapientiæ comparatur.*

Si tandem de diuina gratia, siue dilectione, quæ virtutum principium, & fundamentum est, hanc primam Siracidis, sententiam velis exponere, licebit sanè. Gratia enim vel virtus sapientia stabilitur, quæ sapientia, vt diximus, Christus est. Sic D. Petrus Chrysologus Serm. 119. *Vera enim sapientia Dei Christus est.* ideo Matth. 13. v. 54. *venerat* Christus Dominus *in patriam suam, & docuerat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur.* & interrogabant: *vnde huic sapientia est, & virtus? non ne hic est faber ille?* vbi idem D. P. Chrysol. ser. 48. ait: *Mirabantur indignatione, non gratia, vnde huic, &c. Sic dicit qui Deum, ex quo est sapientia, ex quo virtus ignorat. Sic dicit qui Christum nescit esse Dei, sapientiam Dei virtutem.* ex hac diuina sapientia gratia & dilectio Dei emanat, promanat virtus, quia *omnis sapientia* (virtus, dilectio, gratia) *à Domino Deo est.* Aristoteles vocauit hanc sapientiam, *cognitionem primarum, & altissimarum causarum.* Si causa prima omnium rerum Deus est, secundum eumdem philosophum, qui diuina gratia & virtute ornatus est, sapienter contemplatur diuina mysteria. & Deus vt prima causa *arcana sapientiæ suæ manifestare* consueuit. Ergo quis ibit inficias diuinam gratiam & virtutem sicut sapientiam ex Deo originem ducere, & ex ipso emanare tamquam ex fonte diuitiarum, & diuinarum voluptatum onusto? Quis diuinam gratiam, cum adest, erga nos officium matris, seu potius nutricis præstare non affirmabit? ipsa nutrix, baiula, & educatrix, vt de sapientia dixit Philo, & tamquam lactentes pueros in suo materno gremio fedare facit, vt mammas suas appetentes, dulcissimum & suauissimum donorum suorum, seu cælestium voluptatum, lac, fugamus. &c. semper disposita manet diuina gratia, & dilectio ad reficiendum, seu potiùs fuggerendum cùm làc defecerit, vt talibus pasti delicijs spem beatam expectemus, quæ nobis patriæ cælestis voluptatem ad æternam fruitionem elargiatur.

Matth. 13. v. 54.

D. Chrysol.

Aristot. *Sapientia est cognitio altissimarũ causarum.*

VERS. II.

Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est.

VERS. III.

Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigauit?

Complutenses, Montanus, & Regia legunt: *Arenam maris, & guttas pluuiæ, & dies sæculi quis enumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & abyssum, & sapientiam quis inuestigauit?* Tygurina Vatab. *Arenam maris, guttásue pluuiæ, aut dies æui quis enumeret? Sublimitatem cæli, terræque latitudinem aut profundum quis ementiatur? Similiterque sapientiam (Dei rerum omnium primam) quis perueſtiget?* Tandem Ioannes Drusius: *Arenam maris, & guttas pluuiæ, & dies æternitatis, quis enumeret? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & abyssum & sapientiam quis periustiget.* Reddo sensum.

Sensus.

17. *Argumentum de minori ad maius de difficultate sapientiæ.*

ARenam maris, &c. q.d. Sicut est impossibile homini arenam maris, & pluuiæ guttas, nec non dies sæculi supputare, & nulla omnino illi potestas est ad altitudinem cæli, & latitudinem terræ, profundumque abyssi dimetiendum: sic etiam impossibile est, hominem Sapientiam Dei omnia præcedentem, quia prima omnium rerum est, inuestigare. fieri enim non potest, vt quisquam præter Deum illam perfectè comprehendere queat, &c.

Illustratio prima.

ARenam maris, &c. ex emanatione Sapientiæ à Deo, procedit sapientissimus Siracides ad difficultatem eiusdem Sapientiæ inuestigationis explicandam. vt notat Rabanus, *Comparationem facit corporalium rerum ad spiritualia, vt ex difficillimis pensetur, quod omnino impossibile est.* Argumentum proponit & sequitur de minori ad maius vt placet Holcot. Si humana, & corporea, quæ faciliora & expeditiora iudicantur indagare nequimus propter intellectus nostri imbecillitatem & debilitatem, diuina & altiora perscrutari, & exquirere minimè poterimus. Omnes ferè huius libri interpretes hoc argumentum extricare conantur. Ita Rabanus & eius sectatores. Lyra, Hugo, Dionysius. at Palacius ait: id probat priori argumento, quia si arenæ maris, guttæ pluuiæ, & dies sæculi nequeunt comprehendi, res scilicet, quas oculis videmus: quomodo comprehendemus sapientiam tã longe diffitam ab oculis nostris? Probat item, quia Sapientia præcedit cuncta creata igitur non est illa creata. Creator igitur est, igitur comprehendi non potest. Consequens ergo huius argumenti verissimum est.

Holcot. Rabanus. Lyra. Hugo. Dionys. Palac.

Nihilominùs tamen dicendum censeo, non solùm de sapientia diuina, vt emanationem ab ipso Deo comprehendit, sed etiam de humana, quæ à diuinæ sapientiæ fonte trahit originẽ, & circa mores versatur, vt diximus, mentionem Ecclesiasticũ facere, sumere quæ argumentũ certa illatione ornatũ de minori ad maius. Insuper existimo ipsum Siracidem Salomonem imitari, qui Sap. 9. v. 16. idem argumentum efficere, & eamdem illationẽ inferre videtur. *Difficilè*, inquit, *æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore: quæ autem in cælis sunt quis inuestigauit?* Noster Castro super hunc locum, argumento ducto à minori ad maius, ait, Salomonem docere, quàm longè à nostra cognitione sint res diuinæ, cùm res, quæ inter manus versantur, ne dum assequamur, q.d. Difficile imagines, quas intellectus capere ex rebus potest, & in seipso imprimere sincerè & perfectè homo cognoscere valet, minimè etiam differentiæ rerũ, & proprius substantiæ conceptus humano intellectu attinguntur. quare homo res istas inferiores faretur ignorare. *quæ in prospectu sunt*, ea scilicet quæ in manibus inuenimus, vel quæ inter manus versantur, ac penè nobiscũ aluntur & crescunt: sic Græca lectio. *Inuenimus cum labore.* quantò minùs ea quæ in cælis occluduntur, quorũ profunditatem contemplari non licet, sensibus enim minimè patent: quamuis aliquando beneficio Dei facultas nobis cogitandi & indagandi suppeditabitur. Sic fecit Christus Dominus argumentũ Nicodemo Ioa. 3. v. 12. *Si terrena dixi vobis, & nõ creditis, quomodo si dixero vobis cælestia credetis?* Optimè vterque infert ex præmissis conclusionem. Sic etiam noster Sirach benè ex præmissa comparatione illationem inuehit, & inducit. Si arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi nequis tu dinumerare, & nec mensurare altitudinem cæli, & latitudinem terræ, profundum æquoris vel abyssi: minimè ergo poteris sapientiam vt diuinam & humanam complectitur indagare. Optima illatio. Placet tamen singillarim sententias extricare, vt melius veritas argumenti pateat, & illatio comprobetur.

Sap. 9. v. 16. Castro.

Quæ in cælis sunt nequeunt inuestigari.

Quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore.

Illatio veræ ex præmissis veris.

Nota, & illustratio secunda.

18. *Dies sæculi dies æternitatis.*

ARenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis dinumerauit? Licet *dies sæculi*, vel *dies æui*, significare videantur dies æternitatis, nam ἡμέρας αἰῶνος, dies sæculi significat, vt infra transtulit vulgatus c. 18. v. 8. *sic exigui anni in die æui.* Complut. *in die sæculi*, ἡμέρας αἰῶνος, Tigurina, *præ tempore æternitatis.* Sed in præsentiarum dies nostri sæculi commemorat, vt placet Palacio. Itaque arenam; quam mare euomit, & pluuiæ guttas, quas nubes pariunt, vt terram fœcundent, & dies sæculi, siue sint qui ab initio mundi ad præsens tempus intercedunt, siue sint dies æternitatis, quis dinumerauit? quasi dicat nullus. Quis enim ita Arithmetica pollere iactatur, vt arenas, quæ littora maris circumsepiunt, numerando percensere audeat? Qualis etiam in supputandi ratione eminet, vt pluuiæ guttulas supputare valeat? quis tandem hanc Arithmeticam scientiam vmquam calluit, vt dies, qui ab origine mundi vsque ad præsentem diem interceſerunt enumerare sciat, quamtumuis temporum chronologiæ affabrè studuerit? quasi ad hoc respondeatur; nemo. Etenim si quis cum vacauerit, & operam dederit numerorum scientiæ, quæ agit de numeris & supputandi ratione, inde se efferat tradens se propriæ animi elationi, *vt arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi*, dinumerare incredibili audacia confidat; ignorantiæ, seu potius imprudentiæ ille arguendus est vsque nunc enim inuentus est nullus, qui exacte, perfecteque supputauerit.

Palacius. *Arenas maris & dies sæculi nemo numerauit.*

19. *Dies sæculi numerati sunt.* Genebrar.

At obijciet non nemo, Licet duo priora numerari non possint, at dies sæculi apud Chronicos, à quibus res gestæ, seruato temporum ordine digeruntur, & de temporibus scribunt, numeratos, & supputatos esse credendum est. Genebrardus enim in suo Chronologiæ libro, in quo accurate perpendit, & examinat quantum temporis à creatione mundi ad Christum natum, & à Christo nato vsque ad suam ætatem transierit, lib. 3. affirmat, summam annorum ab orbe, condito ad annum Domini esse quinque milliũ sexcentorum septuaginta trium: & vsque ad annum Natiuitatis Christi Domini Iesu millesimum sexcentesimum vigesimum tertium computantur quinque millia supra septingentos & duodecim annos. Igitur dies sæculi dinumerari possunt? Respondeo, præciso & certo numero minimè computatos fuisse dies sæculi vsque ad præsentem diem. Quod probari potest ex eo, quod LXX. interpretes multò plures annos numerent ab initio mundi, quam in libris Hebræorum habeatur. Præterea si anni supputari possent, dies verò minime, quia aliquot dies multoties reiecti sunt, & cum dies à constellatione astrorum pendeat, præcipuè à solis cursu, nullus vmquam ita præcise dies computauit, vt neque secundum quantitatem discretam atque continuam numerum eorum cognoscere valuerit. & sic *dies sæculi quis dinumerauit?* quasi dicat nullus.

Dies sæculi perfectè haud numerati sunt.

20. *Quid arena maris eũ sapientia.*

Antequam vlterius progrediamur, primam similitudinem aliquantulum extricemus, quare Jesus Sirach ad explicandam difficultatem inuestigandæ sapientiæ, arenæ maris potius, quam terræ, vel vndarum æquoris meminerit? Quid arena maris cum Sapientia? quid pluuiales guttulæ, quid dies sæculi cum sapientia? Respondeo; arenam maris in Scriptura sacra prænotatam esse ad rerum multiplicitatem, quæ numerari vel metiri nequeunt ostendendam, Gen. 22. v. 17. primo inuenitur ad significandam seminis Abrahæ multitudinem, cum illi à Deo dictum est: *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris.* Quare autem stellis & arenæ semen comparetur? Respondet B. Alcuinus: *Significat duplex semen Abrahæ futurum esse vnum carnale, aliud spirituale: ideo dixit ei Dominus: Erit semen tuum, &c. In stellis cæli spirituales, in arena maris carnales intelliguntur.* quasi dicat, Sicut stellæ cæli numerari, nec arenæ maris computari non possunt, sic tuum genus & posteritatem augebo, vt nequeant ab vllo supputari; multa familia nimis ex te originem trahet vt innumerabilis nominetur. Non minùs hoc confirmat Sapientiæ Salomonis similitudo, cum eius meminit Sacra pagina. Postquam enim Salomon à Deo optimo max. quod magno studio percupierat (incensus enim erat cupiditate acquirendi sapientiam) precibus obtinuit, inquit sacer Textus 3. Reg. 4. v. 29. *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis* (quæ inter Sapientiæ effectus numeratur) *quasi arenam quæ est in littore maris.* quasi dicat, *Dio le Dios à Salomon sabiduria como arena.* Cùm enim in nostro Hispano idiomate exaggerare volumus aliquarum rerum multiplicitatem, hac prouerbiali locutione frequenter vtimur. Vt cum abundantiam frumenti, vel pecuniæ vel alterius rei amplificamus per figuram δ' ἐίνωσιν, dicimus, *Ay trigo como arena* vt Gen. 41. v. 49. dicitur *Tanta fuit* (tempore Iosephi) *abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur*, &c. Sic etiam de sapientia & prudentia Salomonis, & de eius latitudine cordis. Eadem est exaggeratio vel amplificatio Sacræ Scripturæ ad significandam argenti abundantiam tempore Salomonis in Ierusalem. 3. Reg. 10. v. 27. dicitur de Salomone: *Fecitq; vt tanta esset abundantia argenti quanta & lapidum.* Iob. 29. v. 19. *Sicut palma multiplicabo dies.* in Heb. est, *Sicut arena multiplicabo dies.* Psal. 138. v. 18. *Super arenam multiplicabuntur.* Oseæ. 1. v. 10. *Filij Israel quasi arena maris*, vide Judic. 7. v. 12. Sic de diuinâ Sapientia noster Ecclesiasticus locuturus comparat illam arenæ maris, & pluuiæ guttulis.

Alcuinus. *Quare semen Abrahæ stellæ comparatur.*

3. Reg. 4. v. 29.

Exaggeratio ad significandam argenti abundantiam.

3. Reg. 10. v. 27. Iob. 29. v. 19 Psal. 138. v. 18 Oseæ. 1. v. 10

21. *Sicut arena maris multiplex est, sic & sapientia.*

Hanc fortè sequitur similitudinem ad duo notanda 1. quia quemadmodum ad significandam artem veteres hoc adagium inuenere, *In sua ipsius arena*, id est, in sua arte: Sic si arena maris artem significat, sicut arena maris multiplex est, ita & sapientia. 2. quia sicut arena maris est innumerabilis & infinitè copiosa; ita sapientia in sua natura & effectibus dinumerari non potest. Insuper sicut arena, quæ est in littore maris & in ipso profundo est quasi filia ipsius maris (pelagus enim arenam quasi vomens effundit ad littora absque aliqua alterius elementi commixtione) sic etiam sapientia *præcedens omnia*, quasi Dei filia nominari potest. ipse enim Deus ab æterno ex suis visceribus, hoc est, intellectu quasi effudit illam. Idem dicendum de pluuiæ guttulis. nam Iob cap. 38. v. 28. interrogat: *Quis est pluuiæ pater? aut quis genuit stillas roris? de cuius vtero egressa est glacies*, &c. quasi pluuiæ parentes habeant. Illud namque verbum gignere ad matrem pertinet, quæ dicitur gignere concipiendo aut pariendo. LXX. legunt, *quis peperit?* Rursus *de vtero egredi*, idem est quod pater. est enim vterus virorum & parentum ipsa interna substantia & viscera, de quibus dicitur *egredi*, id est, procedere, decidi substantia filij medio semine. Gen. 15. v. 4. *Sed qui egredietur de vtero tuo.* Itaque pluuia parentes habet. Pater Deus est; licet antiqui cælum etiam vocarent patrem, de cuius visceribus pluuia tamquam semen egrediebatur ad terram fœ-

Sapientia quasi filia.

Iob 38. v. 28.

Gen. 15. v. 4. *Pluuia parentes habet.*

fœcundandam, quam matrem appellant. sic ex Plutarcho. Et licet ipse Deus præstet officium matris, licebit vocare matrem nubem, ex cuius vtero egreditur pluuia ad fouendam terram. Ergo bene Auctor pluuiæ guttulis comparauit sapientiam. Sicut enim sapientia egreditur à Deo tamquam parente (*omnis enim sapientia à Domino Deo est*) sic pluuiæ guttulæ parentes habent ex quibus nascantur.

Illustratio tertia.

22. *Quæ dicatur longitudo terræ, & quæ latitudo.*

Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dinumerauit? Latitudo terræ accipitur à Meridie vsq; ad Septemtrionem; secùs est de longitudine terræ, quæ protenditur ab Oriente in Occidentē. Ergo *altitudinem cæli*, &c. *quis dimensus est?* quasi dicat, nullus; nam in se quasi immensitatem continent. Quis enim Geographiæ scientia ita pollet, vt cæli & terræ descriptionem scribere valeat? quis enim in Geodesia (quæ est terræ dimensio, & scientia earum rerum, quæ circa diuisionem & compositionem versantur) eminet, vt terræ dimensionem certam audeat describere vt doctus Geometres? quis tandem nauclerus vel nauarchus Oceani profundum ita dimensus est, vt bolidem demittens, certò explorare potuerit fundum marisque altitudinem (*quæ arrojando la honda aya podido haliaer fuelo.*) Sic de sapientia ait Ecclesiasticus: *Sapientiam autem quis inuestigauit?* nam sicut difficilè sapientia diuina inuestigatur, sic peruestigari (hoc est, penitus inuestigari) nullo modo potest.

23. *Obiectio.* Clauius.

Obijcies iterum circa hanc sententiam, Mathematicos altitudinem cæli & latitudinem terræ dimensos esse, & terminos cæli & terræ assignauisse. Noster doctissimus Christophorus Clauius, to. 3. in comment. ad Sphæram Joannis de Sacro Bosco cap. 1. refert varias Auctorum sententias in ambitu terræ definiendo; & inferiùs loquitur de distantia cælorum à terra, crassitudineque & ambitu eorumdem. De ambitu aut latitudine terræ refert sententias Aristotelis, Hipparchi, Eratosthenis, Ptolomæi, Alphragani, Fernelij, & tandem recentiorum. Horum opinio est terræ ambitum continere stadia centum quinquaginta duo millia sexcenta & quadraginta: milliaria decem & nouem mille, & octoginta. quæ milliaria si in leucas distribuantur, sunt sex mille trecentæ & sexaginta. Item diameter terræ continet, secundùm recentiorum iudicium, 6070. milliaria, semidiameter 3035. Ibi etiam assignat distantiam cæli à terra. Ergo si Geometræ has cæli distantias metiri solent, qua ratione assignat Ecclesiasticus eorum impossibilitatem, ad inferendam immensitatem sapientiæ?

Ambitus terræ stadia 152640. milliaria 19080. leucæ 6360.

Mensura cæli & terræ incerta.

Sed respondeo, verum esse Mathematicos fuisse dimensos altitudinem cæli & latitudinem terræ, sed mensura absque dubio incerta iudicatur. Probo ex opinionum varietate, quæ à Mathematicis citatur. Si enim Aristoteles ambitum terræ milliaria quinquaginta mille continere existimauit, & Hipparchus 34625. & sic de cæteris Geometris, planè colligitur, neminem præcisè *altitudinem cæli, nec latitudinem terræ* dimensum fuisse. Rursus de tertia similitudine dicendum certum esse profundum Oceani à nautis in aliquibus locis terræ propinquis fuisse mensuratum, non tamen in omnibus, sed in paucis respectiuè, in quibus est mare nauigabile, vt ait Lyra. Hæc ferè omnia impossibilia esse iudicat S. Job, cùm cap. 38. à nu. 16. repetit interrogationes à Deo ipsi factas. *Numquid, inquit, ingressus es profunda maris, & in profundis abyssi deambulasti?* & num. 18. *Numquid considerasti latitudinem terræ? indica mihi si nosti omnia.* Tandem num. 36. eamdem infert ac Ecclesiasticus conclusionem, dicens: *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam*, &c.

Oceanum mensuratio.

Lyra. Iob. 38. v. 16.

Ergo ait Siracides: *Sapientiam præcedentem omnia quis inuestigauit?* quasi dicat, nemo: innumerabilis enim & immensa est, & humani intellectus facultatem superat. Illud *præcedentem omnia* significat ab æterno fuisse. Sicut enim omnia per sapientiam fuerunt condita, & in sua natura ab ea pendere tamquam à causa efficiente nouimus, vt dicitur Col. 1. v. 16. de Christo diuina Sapientia: *Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terris, visibilia & inuisibilia*, &c. sic necesse est vt ea omnia tempore & dignitate præcedat. Igitur si sic verum est omnia præcedere, & nulla vestigia eius æternæ emanationis demonstrasse; eadem veritate asseretur neminem ipsam sapientiam inuestigare, & nec multiplices effectus ad intra & ad extra ex ipsa procedentes cognoscere potuisse. Quid manifestius?

24. *Sapientia Dei inuestigabilis est.*

Col. 1. v. 16.

Tandem Hugo transscribens Holcot, vel eo contrà, has sententias moraliter explicat. Per *arenam maris* intelligit temporalia, fluida, sterilia, & amara, quæ eum labore acquiruntur, & cum timore possidentur, & cum dolore deseruntur. Per *guttas pluuiæ*, intelligit carnalis concupiscentiæ fluxum. In *diebus sæculi*, agnoscit honores & dignitates mundi, quæ, inquit, nemo considerat, nec dinumerat, aut discernit, & ideò diligunt homines temporalia, sequuntur concupiscentias, & ambiunt dignitates. Citat D. Joannem 1. Epist. cap. 2. v. 16. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Per *altitudinem cæli* intelligit sublimitatem præmiorum, per *latitudinem terræ* tenuitatem temporalium gaudiorum, per *profunditatem abyssi* profunditatem supplicium. & huiusmodi nemo metitur: præmia cæli contemnuntur, gaudia mundi diliguntur, supplicia inferni non timentur, &c. Quam explicationem probare possemus, sed hîc non multa, vt locum præbeamus aliorum versuum explicationi & illustrationi. Lege in Holcot, quæ hîc desiderantur, explicationi morali conuenientia.

Moralis intelligentia sententiarū. Holcot. Hugo.

1. Ioan. 2. v. 16.

VERS. IV.

Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo.

25. Complutenses, Regia, Montanus, & LXX. non discrepant à vulgato, solum loco *omnium* legunt *omnibus*. Typur. R*erum omnium prima est sapientia creata, & prudens intelligentia iam inde ab æuo.* Drusius vt vulgatus. Reddo sensum.

Sensus.

Sapientia diuina ante omnia subsistit.

Prior omnium, &c. Sicut diuina sapientia inuestigari non potest, quia à diebus æternitatis originem trahit: Sic certum est, illam ante omnia subsitisse, id est, ante omnem creaturam in mente sua Deum concepisse rationes, secundum quas mundum erat creaturus, & gubernaturus, nemine eas rationes ei suggerente, aut concilium præbente: quia intellectus prudentiæ eius illas rationes ab æterno concepit, &c.

Notæ.

Quid sit prima omnium.

Drusius legit *prima omnium*, quia in Græco est, πρωτέρη πάντων, quasi esset πρῶτα πάντων vt dicitur Matth. 13. v. 32. de grano sinapis: *Maius est omnibus oleribus.* Sic sapientia respectu omnium rerum creaturarum prima est, id est, maior est omnibus rebus. Licet alij interpretentur, *Ante omnia*, id est, πρὸ πάντων, πάντων ὄντως significat qua quo versus, id est, versus omnes, partes, vel versus quemcumque locum & vsque quaque, id est, semper, quasi in vno loco, siue vnoquoque tempore. Sic sapientia siue versus omnes partes, vel locum, siue vnoquoque tempore, semper prior est, &c. infra cap. 46. v. 4. *Sic ante illum sic vestitit.* & cap. 12. v. 2. Adiuuat hanc interpretationem id quod habetur cap. 24. v. 14. *Ab initio & ante sæcula creata sum* in Græco: *Ante ævum in principio creauit me.* Nam vt hic ante *ævum*, ita ibi *ante omnia*, id est, ante res omnes creatas. Tandem *creata est sapientia.* Creandi verbo ἐκτίσθη vt hic de sapientia, ita quoque vsus est de superbia cap. 10. v. 18. *& plantauit humiles*, de errore, caligineque cap. 11. v. 16. *error & tenebræ peccatoribus concreata sunt.* de gloria cap. 44. v. 2. *Multam gloriam fecit Dominus*, in Græco, *Multam gloriam condidit Dominus.* & de agricultura cap. 7. v. 16. *Rusticationem creatam ab altissimo.* Quomodo autem hic sumatur verbum *creandi*, suo loco dicemus.

Prima expositio, & illustratio.

Quid significet verbum creare.

26. *Prior omnium creata est sapientia.* Dixerat Ecclesiasticus sapientiam ab illo, inuestigari non posse: In præsentiarum agit de origine, aut oratione sapientiæ aut prudentiæ? Verbum *creari*, ingentem parit difficultatem, quia si de sapientia diuina auctor loquatur pro vt ab æterno generata procedit, non potest affirmari creatam esse, cum creare sit ex nihilo: Si loquatur de sapientia humana, similiter redargui potest, cum illa particula *prior*. nullo modo sapientiæ humanæ conueniat, quæ in tempore creata est post humanam naturam.

Quare prima interpretatio, est Vigilij contra Catech. hæret. litt. quem citat Glossa, qui explicat de Christo secundum humanam naturam, ait enim: *Secundum humanitatis naturam, quam in temporis plenitudine suscepturus erat, anticipans prælocutus est. Cum ergo clareat Christum creatum vel factum esse secundum id quod homo dignatus est fieri, aut concedite hæc humanæ eius naturæ, aut si concedere non vultis, naturam diuinam creatam esse affirmabitis cum Arrianis*, &c. Rabanus Vigilium secutus adjicit: *Notandum quod propter vnitatem personæ aliquando Christus dicitur genitus, aliquando creatus.* exposuerat enim de verbi diuini incarnatione, aiens: *De incarnatione Domini dicta. Patres intelligunt: Quia sicut secundum diuinitatem filius à Patre ante omnia sæcula natus est: ita ante omnia tempora in consilio Dei Patris prædestinatus est pro humani generis salute temporaliter incarnari.* Hæc interpretatio non placet, quia Ecclesiasticus prioritatem temporis affirmat, quæ non conuenit humanitati in tempore assumptæ à diuino Verbo. Si enim prior, quare creata, & si creata quare *prior omnium*? id est, ab æterno. Præterquam quod impropriè dicitur Christus creatus, cum creatio propriè dicatur ex nihilo productio, & quamuis Christus Dominus secundum humanitatem dici possit creatus, non tamen proprie, cum illi creaturæ nomen non conueniat secundum aliquos non contemnendæ auctoritatis: scilicet S. Thomas 4. contra Gentiles cap. 48. Ferrariensis Ricardus, Argenti. Sectu, Capreolus & alij quam plurimi, qui hanc sententiam sequuntur, asserentes dici non posse Christum creaturam absolute. Sic affirmant. D. Basilicus li. 2. contra Eunom. S. Ambrosius de fide c. 6. & 7. S. Cyrillus li. 10. Thes. cap. 4. D. Joannes Chrysostomus homilia 3. ad Heb. & alij. Probatur, quia Christus est nomen personæ, & positum ex parte subiecti, supponitur sine dubio persona: Sic autem si Christus diceretur creatura, hoc est, persona Christi, etiam Verbum ipsum creatura diceretur, quod videtur absurdum, cùm Verbum sit quod subsistit. Quamuis contrariam sententiam, vt probabiliorem, amplectatur noster Gabriel Vasquez tom. 1. in 3. p. quæst. 16. ar. 8. disputatione 65. cum additamento, vbi non sit scandalum aut periculum Christum dicendum creaturam. Periculum est propter Arrianos, qui etiam Verbum diuinum esse creaturam affirmabant. Itaque

Sapientia creata secundum humanam Christi naturam.

Vigilius.

Rabanus.

Propriè non dicitur Christus creatus.

D. Thom. D. Basil. D. Ambros. D. Cyril. D. Chrys.

Vasquez.

que licet Christus dicatur creatus secundùm sensum mysticum, quem hi Auctores sectantur; at sapientia, id est Verbum diuinum, impropriè dicitur creata, &c.

Cùm autem Lyra, Hugo & Dionysius intelligi concedant de Christo Domino, qui prædestinatus fuit ante omnem creaturam, prioritatem affirmant esse auctoritatis & dignitatis, non durationis. nam humanitas Christi propter vnionem ad Verbum, & gratiæ plenitudinem, omnibus creaturis dignior facta est. De hac prioritate explicant id Joannis 1.v.16. *Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat.* Rogo, si Christus post te, ô Ioannes, ex vtero matris suæ nasciturus est, cur ante te factum seu creatum esse, & priorem te fuisse prædicas? Num de Christo secundùm suam humanitatem loqueris? Si in hoc sensu prioritatem enuntias, cùm tu prior nascereris, *nec tibi fidem adhibebimus*, nec tibi tribuemus auctoritatem. Si autem de Verbo diuino humanæ naturæ vnitum mentionem facias, facilè tibi credemus, illum ante te factum fuisse, cùm ab æterno ex Parente genitum, vt fides docet, confiteamur.

27. *Christus prædestinatus ante omnem creaturam.* Lyra, Hugo, Dionys. Ioa.1.v.16.

Ioannes se posteriorem Christo prædicat.

Huic difficultati faciemus satis si hanc prioritatem Christi auctoritatis & dignitatis esse dixerimus, q. d. Ioannes: Christus, qui post me ex vtero virginali in tempore nasciturus est, prior factus est auctoritate & dignitate; ipse enim diuina ornatus auctoritate nascitur, quia licet caput Christi Deus sit, ipse tamen, cùm sit etiam Deus, capitis auctoritatem præsefert. Est enim totius generis humani & caput & superior. 1.Cor.11.v.3. ait Paulus: *Volo autem vos scire quòd omnis viri caput Christus est, caput verò Christi Deus.* Idem repetit Ephes.5.v.23. Colos.1.v.18. Itaque prior erat Christus Ioanne, qui caput Ecclesiæ erat, in qua summa auctoritas est. Prior etiam erat prioritate dignitatis, non solùm quia caput præscriptus est Ecclesiæ, sed quia *Rex constitutus* à Patre Psal.2.v.6. & regius Vates prædixit, cùm eius epithalamium caneret Psal.44.v.8. *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Tò præ dignitatem indicat, id est, supra omnes consortes socios regni, cohæredes, & communicantes in regni possessione, vt Apostolos, Prophetas, &c. Nam humanitas Christi euecta est supra omnium hominum fælicitatem, sedet ad dexteram, fruitur potioribus bonis Patris. Sic Genebrardus. Igitur cùm ait, *prior omnium*, &c. intelligendum est de Christo, qui prior omnium fuit auctoritate & dignitate. Quæ sententia vera esset, si in litterali sensu Ecclesiasticus de Christo Sapientia Patris loqueretur.

1.Cor.11.v.3

Psal.2.v.6. Psal.44.v.8 *Præpositio* de *præ significat.*

Secunda expositio, & illustratio.

28. *Per sapientiam natura Angelica intelligitur.* Sà. Dionys.

PRior omnium, &c. Noster Emanuel Sà explicat hanc sententiam de Angelis, fortè secutus Dionysium, qui postquam prælibatam explicationem obtulit, adijcit: Insuper per sapientiam, quæ prior omnium fertur creata, quidam intelligunt naturam Angelicam, nam Angeli Intelligentiæ nuncupantur, quamuis simul cum cælo, & tempore sint creatæ; dicuntur tamen primò creatæ ordine dignitatis, cùm sint dignissimæ creaturæ, &c. Confirmat hanc intelligentiam Holcot, aiens. *Id est natura Angelica vt summus Sapiens suum opus à sapientia inchoaret.* Holcot. Potest hoc illustrari ex diuina Scriptura. Cùm enim in ea nulla facta sit mentio creationis Angelorum, disputant Theologi de tempore in quo fuerint producti: & quia manifestè colligi non potest, asserunt fuisse conditos, quando Deus omnipotens cælum de nihilo produxit. Itaque cùm dixit Moyses Gen.1.v.1. *In principio creauit Deus cælum.* per cælum intelligit D. Augustinus Angelos: sicut enim cùm dixit, *& terram*, omnia sublunaria: & creaturas corporales comprehendere voluit; sic cùm nominauit *cælum*, omnia incorporea & spiritualia, quæ in cælo continentur, intelligenda censet. Sic doctissimus Franc. Suarez nostræ Societatis decor & ornamentum, & totius Ecclesiæ lumen, li.1. de opere sex dierum c.6. confirmat. & cùm nulla creatura spiritualis intra cælum condita fuerit præter Angelos, ipsi cæli nomine intelligendi sunt. & cùm nulla alia creatura prior cælo condita referatur; inde est quòd Angeli priores omnibus alijs producti fuerint, & sic vocati sapientia.

Gen.1.v.1. Suarez.

Rursus S. Isidorus. Archiep. Hispal. li. 1. Sent. cap.10. ante omnem creaturam Angelos creatos fuisse existimat, dum dictum est, *Fiat lux.* Gen. 1. v. 3. *De ipsis enim* (inquit) *dicit Scriptura: Prior omnium creata est sapientia, lux enim dicuntur participando luci æternæ. Sapientia enim dicuntur ingenitæ inhærendo Sapientiæ.* Probat ex eo Iob cap. 40. v.14. qui loquens de primo Angelo, *principium viarum* (operum, actionum) *Dei* illum nominat. Si Angelus vocatur principium operum Dei, igitur *prior omnium* creatus dicetur. Et quòd intelligatur Angelus *sapientia* nomine, probari potest ex eo Ezechielis 18. v. 12. vbi sermonem faciens de primo Angelo sub nomine Regis Tyri, ait: *In signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore.* Potest hoc nomen *signaculum* passiuè sumi pro imagine, quam sigillum exprimit è cera, quæ sigillo quàm simillima est. Vt enim sigillum in cera sui ipsius imaginem impressam & formatam relinquit: sic in primo Angelo Deus expressam similitudinem reliquerat. In quo verò maximè similitudo spectari potuerit, statim explicat, *plenus sapientia, & perfectus decore.* Sigillum Dei, quod erat omnipotentia quasi insculptum, diuina Sapientia erat, cùm per Sapientiam facta sint omnia, dolatum etiam suo decore, quasi nos Hispanè diceremus: *Tenia Dios en el sello de su omnipotencia corno con buril sinzelada su diuina sabiduria para la vniuersal creacion.* Cælatum erat sigillum omnipotentiæ diuinæ sapientiæ cælo, quod sapientiam, seu artem supremi Conditoris ostentabat, vel imaginem suam in suam omnipotentiam incîdit. Cùm igitur sigillum in se sapientiam diuinam contineret, quando Angelum primum condidit, qui erat *principium viarum* eius, in eo sapientiæ imaginem impressam quasi in cera reliquit. Quare cùm Propheta eum signaculum similitudinis appellauit, imaginem diuinæ sapientiæ nominauit. Ionatas Chaldæus & Thargum legunt: *Tu es similis monetæ figuratæ, quæ directa est in sapiētia, & perfecta in pulchritudine sua.* q. d. Moneta fabrefacta es in diuinæ sapientiæ officina suo signo excusa & obsignata. *Moneta figurata* Verbum diuinū est ex diuinitatis auro quasi fabrefacta, & ex diuino intellectu genita, nec non signis diuinitatis in ærario diuini Regis obsignata. Sic D. Petrus Chrysologus Serm. 169. *Christus est plenum deitatis numisma. Christus*

29. D. Isidor. *Per lucem etiam Angeli intelliguntur.* Gen.1. v.3. Iob 40.v.14

Ezech.18. v.12.

Signaculum quid.

Sigillum Dei tius omnipotentia.

Sigillum Dei calo sapientiæ celatum.

Christus est drachma nostræ redemptionis & pretii. Angelus verò huic monetæ similis est, *directus in sapientia*, id est, directione diuinæ sapientiæ fabrefactus & excusus, ideoque *perfectus* euasit in *pulchritudine*: nam diuinam imitatus est pulchritudinem. Ergo cùm constet Angelos priores omnibus alijs creaturis conditos fuisse, & pateat insuper illos sapientiam vocitari, haud dubium, quin de ipsis loquatur Sirach, cùm ait: *Prior omnium*, &c.

Paulus de Palacio, secutus Rabanum, censet Siracidem mutuatum esse hanc sententiam ex Salomone Prou.8.v.22. vbi inducit Sapientiam sic loquentem: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Vbi Græcus interpres pro verbo *possedit*, vsus est verbo ἔκτισε, quo verbo vtitur nunc Ecclesiasticus. fortasse quia LXX. Interpretes pro *possedit* vtebantur verbo ἔκτισε, cùm tamen Hebræum verbum sit קנה *canah*, quod possidere & creare significat. Igitur (ait ipse) quam significationem habet originarium verbum קנה, eam habet verbum ἔκτισε, & Latinum *creauit*. Ergo sicut *canah* non significat *creare* in suo rigore, sed *possidere*, ita *creata* non debet sumi pro facta, sed pro possessa. Est igitur quarta sapientiæ laus ipsam esse totam possessionem Dei. Digna illa quidem tanto possessore, dignus ille tanta possessione. Simul laus est, quòd Deus ab æterno eam possessionem habuit. Neque vmquam inops fuit qui eam habebat hæreditatem. Solent enim Principes suis possessionibus esse felices. at erat Deus in sapientia felix, &c.

30 *Verbum creare idem quod possidere.* Prou.8.22. Palacius.

Verbū creationis de subsistentia dictum.

Tandem Iansenius verbum creationis interpretatur de subsistentia: vt idem sit sapientiam *priorem omnibus creatam esse*, ac dicere, sapientiam substitisse ante omnia. ideò enim ait eam ante omnia creatam, vt intelligamus per eam omnia creata, ad quod non requiritur aliud quàm eam ante omnia substitisse.

Vltima expositio.

31. *Vera expositio.*

DIcendum tamen existimo Ecclesiasticum locutum de sapientia indistinctè, id est, non distinguendo creatam ab increata, ita vt ea, quæ hîc sapientiæ tribuuntur, partim conueniant Sapientiæ increatæ, velut, quòd fuerit ab æterno, & quòd sit incomprehensibilis; partim creatæ, velut cùm posteà dicit, *timorem Domini esse initium sapientiæ.* Si initium est, ergo creatum. Sic interpretatur hunc locum Guillelmus Estius in suis Annot. ad 5. v.5. Itaque creata dicitur sapientia *prior* omnibus, quia ipsa sapientia, quæ à Deo hominibus infunditur, & quæ tunc dicitur creata, quia habet initium, prior est omnibus, subsistit enim ante omnia. Hæc interpretatio confirmabitur, cum vers. 8. huius Capitis explicabimus. Ité ne cùm stultis Philosophis crederetur, mundum fortuitò & temerè incepisse, dicit ante omnia creatam sapientiam, volens significare, Deum ante omnem creaturam in mente sua concepisse rationes, secundùm quas mundum erat creaturus & gubernaturus, nemine eas rationes ei suggerente, aut consilium præbente, &c. Vide quæ dicemus c. 24. v. 14. *Ab initio & ante sæcula creata sum.*

Quare sapientia dicatur prior omnibus.

Secūdi hemistichij illustratio.

32. Dionys. *Intellectus prudentiæ est sapientia prudens.*

ET *intellectus prudentiæ ab æuo.* id est, sapientia prudens & intelligens. vel vt explicat Dionysius, intellectualis & vera prudentia, seu eius cognitio ab exordio fuit à Deo concessa intellectualibus creaturis Angelis atque hominibus ante eorum lapsum. Palacius referens diuisionem Platonicorum, qui sequuntur D. Augustinum, scilicet rationem nostram cùm contemplatur summa, vocari rationem & sapientiam, dum verò curam habet de infimis vocari prudentiam; colligit ex auctoris textu Sapientiam diuinam non solùm suam diuinitatem aspicere, sed ad nostram miseriam suos oculos demittere, curamque nostri gerere, vt quæ non sit sapientia solùm, sed sit etiam prudentia, quare intellectum prudentiæ sumi ait pro acumine prudentiæ, &c.

Palacius.

Tandem si illud *æuum* significet æternitatem, vt Boetius accepit, erit *ab æuo*, id est, ab æterno. q.d. Φρόνησις, id est, prudentia, quæ ab æterno in intellectu diuino concepta fuit ad fabricā mundi construendam, vt tale ac tantum opus perficeretur, prudentia intellectus, sicut etiam sapientia requirebatur secundùm nostram humanam intelligentiam. Prudentia enim nihil aliud est, vt Aristoteles definiuit li.6. Ethic. c. 5. nisi *habitus agendi vera cum ratione circa ea quæ sunt bona homini atque mala.* Statimque infert: *Quocirca Peridem, & viros tales arbitramur esse prudentes, quia quæ sibi ipsis, & quæ cæteris hominibus sunt bona perspicere possunt.* Vide D. Augustinum lib. de lib. arb. c. 13. & lib. 83. 44. q. 7. q. 81. D. Hieronymum ad 1. cap. Epist. ad Ephes. S. Thomam 2. 2. q. 47. a. 5. Virtutes autem administræ prudentiæ secundùm nostrum Nicolaum Causin. li. 10. sunt memoria, intelligentia, docilitas, solertia, ratio, prouidentia, circumspectio, cautio. Nonnullæ harum administrarum virtutum absque dubio Deo conueniunt, cùm diuinæ suæ prudentiæ effectus manifestat. Definitio autem vndequaque quadrare videtur. Habitus agendi non est nisi consuetudo agendi vera cum ratione in mundi huius & rerum prudentissima moderatione. Et quæ de Peride refert Aristoteles & de cæteris prudentibus, suo modo in Deum conuenire censemus.

Æuū quid.

Aristot. *Prudentia quid.*

D. August. D. Hieron. D. Thom. *Virtutis prudentiæ administræ quæ ministræ Causinus.*

Huius ergo diuinæ prudentiæ effectus in prudentia, qua cuncta plasmauit ac regit, ostentantur. ait enim Salomon Prou.3.v.19. *Deus sapientia fundauit terram, & stabiliuit cælos prudentia.* q. d. Deus per sapientiam terræ fundamenta iecit appendens eam super nihilum, & nullo fulcitur sustentaculo, quod est mirabile diuinæ sapientiæ opus; *& prudentia stabiliuit cælos*, quia suam prudentiam vice cardinum cælis adiecit, & velut verus Athlas sua prudentia portauit cælos. Postquam enim mundum ex nihilo produxit, quod ad diuinam sapientiam spectabat, prudentiam ad illam sustentandum adiecit, quia prudentiæ officium est mundum regere & gubernare, adhibendo suam in rerum dispositione prouidentiam ad finem gloriæ suæ idoneum consequendum.

33. *Effectus prudentiæ.* Prou.3.v.19

Deus sicut Athlas suam prudentiæ portauit cælos.

Itaque, *intellectus prudentiæ ab æuo*, significat, prudentiam intellectualem, quæ ab æterno in Deo inuenitur, comitem se sapientiæ diuinæ exhibuisse. & sicut sapientia *prior omnibus* rebus fuit, ita eius *prudentia*, quia omnia moderatrius erat *in intellectu ab æuo*, id est ab æternitate habuit initium antequam enim mundus conderetur ex nihilo, prudentia illum comitabatur. Ex qua omnis humana prudentia cum suis administris virtutibus in Angelos & in homines emanauit. Quid certius? Pergo.

Prudentiæ comes Dei.

VERS. V.

Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis & ingressus illius mandata æterna.

Complut. Montanus, & Regia non dissident à vulgato, loco *ingressus* legunt *viæ eius*, Tygur. vatabli paulo secus: *Fons sapientiæ sermo Dei celsissimus est, & aditus sempiterna eiusdem præcepta.* Drusius: *Fons sapientiæ sermo Dei in supremis, & itinera eius præcepta sempiterna.* Sensus est.

Sensus.

34. *Sapientia Dei fluxit ad creaturas.*

Fons sapientiæ, &c. q. d. Non solum diuina sapientia ante omnia substitit, sed producta est, & veluti fluxit ad creaturas: quia sermo, quem Deus in superis loquutus est, eius scilicet ordinatio, & iussio, qua omnia subsistere fecit, est caput & principium eius sapientiæ, quæ in creaturis ostenditur: & ingressus, vel viæ eius sapientiæ; id est, rationes, & modi, iuxta quos sapientia in creaturis moderandis procedit, sunt fixæ, & perpetuæ Dei constitutiones, &c.

Prima explicatio, & illustratio de Christo Domino.

Sicut superiores sententias Doctores citati, ita & hanc de Christo Domino explicant, & merito, cum Christus Dominus per intellectum à Patre processerit, & totam sapientiam suam ab æterno communicauerit. & quamuis fons & principium totius sapientiæ increatæ & creatæ proprijssimè dicatur æternus Parens, ex quo ad filium & ad reliquas intellectuales creaturas emanauit. quia etiam filius vt verbum ab æterno loquutum à Patre, totam sapientiam suam per æternam generationem accepit, sicut appellatur, & verè est sapientia Patris, sic potest fons & origo sapientiæ iure nominari. De hoc diuino verbo loqui Ecclesiasticum censet Rabanus qui ait: *Origo omnis sapientiæ à verbo Dei primùm processit, quod Deus ex Deo semper cum Patre permanet in cælis: sed per dispensationem susceptæ humanitatis ingressus est mundum, & dedit mandata salutis æternæ.* Sic etiam Lyra, Hugo, Dionysius, & Palacius. q.d. verbum Dei, quod sedet ad dexteram Patris in excelso cælorum habitaculo, seu in Angelis, fons est & origo sapientiæ, id est puteus, pelagus, & mare sapientiæ, vt ait Palacius: vt enim D. Augustinus, Serm. de Samaritana dicit, *Omnis puteus fons est*, ergo Verbum Dei, quod mare sapientiæ est, fons itidem sapientiæ erit. Ad hunc porrò puteum patet ingressus per mandata diuina, si vis ex hoc puteo aquam salientem in vitam æternam haurire, serua mandata. Secundo D. Gregorius. Naz. in Theologia dicit, distingui hæc tria, fluuius manat ex fonte, fons efficitur ex oculo, ex oculo bullit aqua, quæ facit fontē. Ex fonte prodit aqua quæ inde efficit riuum. Egregiè igitur verbum vocatur fons, ex oculo, id est, ex principio Patris emanans. & verè ex oculo: quia oculus Patris, apertus ad cognoscendam Diuinitatem, principium est emanationis filij, hæc Palacius. Ergo cum hoc verbum in mundum ingressum est per Incarnationis mysterium, dedit præcepta & mandata legem veterem renouans & confirmans, quæ mandata æterna, vocantur, quia ad æternam vitam & salutem æternùm duraturam ducebant.

Æternus Pater fons sapientiæ. — *Christus Dominus fons etiam puteus & pelagus sapientiæ est* Rabanus, Lyra, Hugo, Dionys. Palac. — D. August. — D. Nazianz — *Verbum fons quia manauit ex patre.*

35. Hoc potest probari ex eo Ierem. 2. v. 13. vbi Dominus queritans se ab Jsraele relictum, fontem vitæ se nominat, cum inquit: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* vel *venam aquæ viuæ*, vt transtulit Tygur. Vatabli, dicitur Deus fons seu vena, quia ex se omnis vita procedit. Sapientia autem eius aqua viua potest iure appellari, quia ex se tamquam ex fonte emanat, omnibus afferens vitam q. d. me Jsrael abiecit, à quo bonum omne sperari poterat, sicut à iugi fonte, viua & perennis hauritur aqua. Deus enim fons perennis aquæ à se habet & non aliunde collectam. Dicitur vero aqua viua, quæ suomet nutu fluere, ac moueri videtur, quod proprium est viuentis opus. Sic Christus fons est sapientiæ, cuius aqua vitam defert, sicut ille, qui se Deo familiariter adiungit, & *plantatur secus decursus aquarum*, vitam captat à viuenti sapientiæ fonte, & eius influxu, nouos in singula momenta parturit fructus. Cui illud Isa. 58. v. 11. conuenit. *Eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.* Insuper illustratur ex eo Psal. 35. v. 9. vbi postquam *vbertatis* domus Dei Propheta meminisset, *& torrentis voluptatis* suæ, quo potant, *& inebriantur iusti*, subijcit mox: *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* quod explicans, S. Laurentius Iustin. lib de vita solit. cap. 17. ait, *Si potum vitæ & spiritualis suauitatis delectabilem gustum cupis haurire ex fonte, præcedat te lumen, tecum sit sapientia; sciens pro certò, quod non nisi præeunte lumine pertingere valebis ad fontem. Comitantur simul lumen & fons, sicut legitur: Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis, fontem quippe illum esse dixerim, qui iustitiam sitientibus, & fælicitatem, ac perpetuam satietatem præbet.* Si inquam apud Dominum est fons vitæ, quid miramur iustos inebriandos torrente voluptatis eius, qui vere vitæ fons est? Domus ipsius abundat delitijs, & affluenter Deus omnibus aquam sapientiæ suæ suppeditat, quia fons est vitæ. vnde flumina bonorum omnium iugiter, & indeficienter fluunt; fons inquam & origo sapientiæ plenæ delicijs Deus est: itaque *fons sapientiæ verbum Dei in excelsis* debet de Christo Domino intelligi.

Ier. 2. v. 13. *Deus fons vitæ.* Ier. 2. v. 13. — *Sapientia est aqua vitæ.* — *Christus fons sapientiæ.* Psal. 1. v. 4. — Isai. 58. v. 11. — Psal. 35. v. 9. — D. Laur. Iustin. *Vnde hauritur potus vitæ, & spiritualis suauitatis.* — *Iusti inebriantur torrente voluptatis Dei.*

36. *Et ingressus illius mandata æterna.* Explicans hoc hemistichum Dionysius, per *ingressus* Dei intelligit gratiosas visitationes, & illuminationes, per quas sapientia æternalis, ac genita venit ad homines: quæ sunt saluberrimæ iussiones, quas præcepit hominibus exempli gratia, visitatio, quam Deus in veteri testamento fecit cum in monte Sinai legem præbuit, ingressus in mundum potuit appellari. & cum lex ignea, quam suo digito scripsit, mandata & præcepta in æternùm duratura contineret, de ea potest explicari: & *ingressus illius*, &c. Alij explicant de Christo Domino, qui per incarnationem *visitauit* nos, sicut *Oriens exalto*, Lucæ 1. v. 78. Per ingressum enim illius in hunc mundum delata sunt æterna mandata, non solùm quia præcepta legis instaurauit? sed quia omnia verba, quæ loquebatur æternam vitam pollicebantur. Sic Petrus Christi discipulus ab illo tamquam æternæ vitæ fonte recedere nesciebat (*no sabia apartar sed el lado de su diuino maestro*) & sic prorumpens, aiebat: *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Joan. 6. v. 68. Hæc interpretatio de Christo Domino optima esset, si in litterali sensu Ecclesiasticus de sola sapientiâ genita loqueretur. Sed quia mistica est aliam subijciamus.

Per ingressus intelligitur inspirationes Dei. Dionys. — Luc. 1. v. 78. *Ingressus Dei incarnatio Christi.* — Ioa. 6. v. 68.

Litteralis expositio, & illustratio prima.

37. *Sapientia Dei ad creaturas profluxit.*

Ergo absque dubio Iesus Sirach postquam Sermonem fecit de sapientiæ emanatione ab ipso Deo, quæ ante omnia subsistere creditur, nunc significare contendit quomodo ad creaturas hæc sapientia producta sit; & veluti profluxerit, hoc est, agit sapiens de exteriori sapientiæ emanatione, per quam eius effectus creaturis communicantur, idem enim est fons sapientiæ, ac origo, ex qua effectus tamquam riuuli ad creaturas deriuentur & dilabantur. Jtaque *Verbum Dei*, quod *in excelsis* Deus locutus est, eius scilicet ordinatio, & iussio, qua omnia subsistere fecit, est *fons*, & origo eius sapientiæ, quæ in creaturis relucet, & ostenditur & *ingressus*, vel vt habent Græca, πορεῖον αὐτῆς, hoc est, *viæ* ipsius sapientiæ, sunt mandata æterna, id est, rationes & modi, iuxta quos sapientia in creaturis gubernandis procedit, sunt fixæ & perpetuæ Dei constitutiones, vt dicitur Psal. 118. v. 91. & 146. v. 6. *Deus in excelsis*, idem est, ac Dei excelsi, quod loquendi genus elegans est, cui simile prorsus, *milites in sagittis*, id est, sagitarij. forte *in excelsis* sub intelligitur, es vel habitas.

Ingressus Dei est via eius.

38. *Sap. 7. v. 25. Sapientia vapor est virtutis Dei.*

Hæc interpretatio nostra probatur ex emanatione sapientiæ tamquam ex fonte à Deo, quam refert sapientissimus Salomon sap. 7. v. 25. vbi loquens de Sapientia, quæ est verbum Dei: *Vapor est enim, inquit, virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera. Candor est enim lucis æternæ, speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. & cum sit vna omnia potest, & in se permanens, omnia innouat, & per nationes in animas Sanctas se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit, neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat.* Dixerat Salomon propter suam puritatem peruadere omnia sapientiam sine eo quod inquinetur; nunc autem reddit rationem, quia *vapor est*, inquit, *virtutis Dei*, seu potentiæ eius. *Vapor* (ait Cicero 2. de nat.) *oritur ex respiratione aquarum*. est etiam maximus humor, vel anhelitus terræ solis calore extractus, & tenuis quædam exhalatio, quæ deinde in terram defluens, illam fæcundat. Ita ex omnipotentia Dei, quæ fons aquarum est operans in rebus omnibus, easque producens, statim subtilissima ac purissima prodit sapientia, quæ res omnes Dei factas potentia distinguit, ornat; & pulchras facit. Item *est emanatio*, seu defluxus omnipotentis gloriæ sincerus, seu purissimus: nam defluit vel emanat sapientia quasi riuus purissimus ex purissimo fonte gloriæ aut maiestatis Dei in excelsis: quomodo enim non pura producit ex fonte tam puro. Hæc *emanatio diuini fontis, verbum Dei est in excelsis*. Insuper est *cādor lucis æternæ*, alij. *Splendor est lucis*. Ita dicta est sapientia, quia quemadmodum quod purissimum ex luce solis prodit, est candor: seu splendor, qui omna penetrat, absque eo, quod ab vlla re, inquinetur, aut obscuretur: ita ex luce solis intelligibilis Dei, prodit purissima Sapientia omnia illustrans, omnia vt splendor penetrans, atque ita elucet in omnibus, quod nihil sit, quod eam inquinet & obscuret. Deinde est *speculū sine macula*. Diuina sapientia est limpidissimum speculum, in quo intuemur vim operantē, energiam, & efficacitatem Dei qua ipsa sapientia exerit, & palam facit vim efficacem, qua Deus operatur omnia in hoc mundo; quæ nisi sapientia præsto esset, omnino non in opus prodirent, ac ita efficacitas potentiæ Dei operantis non ostenderetur. *& imago bonitatis illius.* dicitur sapientia imago bonitatis Dei, quatenus in rebus omnibus miris modis Dei bonitatem facit elucere. Ipsa enim rerum diuersitas cum consonantiâ coniuncta, & concors rerum ornatus, à sapientia præstitus, Dei bonitatem elucere facit. Tandem, *cum sit vna sapientia*, vt superius in primo versu, num. 8. probauimus licet multiplex in officijs, *omnia potest*, quia sine sapientia nihil fit. *Omnia innouat*, cum ipsa sapientia nihil admittat noui, ipsa enim met in se perseuerans noua semper operatur, dum diuersa facit, & cum res omnes diuersis modis eam participent, eadem ipsa permanet, per singulas ætates, *in animas Sanctas se transferens, amicos Dei* efficit. q. d. nulla fuit vnquam ætas, nullum sæculum, in quo sapientia non aliquos habuerit, quos Dei amicos constitueret, & Prophetas consecraret. Hæc omnia satis innuunt emanationem interiorem & exteriorem sapientiæ, ex qua, vt fonte, effectus, vt riuuli profluxere.

Vapor vnde oritur. Cicero. — *Sapientia emanatio gloriæ Dei.* — *Sapiens prodit ex luce solis intelligibilis Dei.* — *Diuina sapientia speculum & imago Dei.* — *Sapientia vnica.* — *Sapientia Dei se transfert in animas Sanctas*

Illustratia secunda.

38. Ps. 64. v. 10. *Emanatio sapientiæ ad creaturas.*

De hac ad creaturas communicatione sapientiæ, id est, verbi Dei, quod *in excelsis* habitabat, possunt illa verba intelligi, Psal. 64. v. 10. *Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniā ita præparatio eius: Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans*, &c. *Visitare* propriè est cum alicui muneri quispiā præfectus, rem illam, quæ ad suam curam pertinet, respicit, & animaduertit quid illi opus sit, quoue indigeat attendit, animum ad aliquam rem adhibet. Cum igitur Christus Dominus sapientia Patris terram nostram visitauit in mundum descendens; officio fontis sapientiæ fungi visus est, quia erat Verbum à Patre emanans, sicut fluuius à fonte, sicq; inebriauit eam aquis sapientiæ suæ, illam replens, diuitijs magnis locupletando. Hinc est quod Ecclesia, *tamquam flumen repletum est aquis* sapientiæ Dei *ad parandum cibos illorum*, quos sibi elegit: Sulcos terræ nostræ sic inebriauit, id est, irrigauit, vt segetes vberiorem fructum reddiderint. Oramus te ô Deus, vt pluuias tam largas effundas, vt per sulcos aquæ sapientiæ tuæ fluant riuorum in morem, vt terræ fruges copiosæ proueniant. vt *stillicidijs* suis madefacta, & sensim irrigata, quodammodo *lætetur*, & rideat vestita germinibus. Hæc fuit emanatio externa diuinæ sapientiæ Christi verbi diuini, ex qua fructus vberes prouenere, &c.

Ecclesia est repleta aquis sapientiæ Dei.

Holcot.

Ad accipiendam sapientiã humilitas requiritur.

Tandem Holcot aduertit, quòd ad hoc quòd fons sapientiæ, qui est verbum Dei, ad aliquos stabiliter deriuetur, tria necessaria requiri, scilicet humilitatem, tenuitatem, & integritatem addiscentis. Primo requiritur humilitas; quia riuuli de fonte numquam sublimius ascendunt ipso fonte, nisi fortè per attractionem artificis cogantur. Sed iste fons qui liberè communicat riuulos suos nullatenus cogi potest. *Discite à me* (inquit Christus Matt. 11.) *quia mitis sum, & humilis corde.*

Matt. 11. v. 29.

Igitur si quis ex hoc limpidissimo fonte sapientiam haurire voluerit, oportet humilitate, non tam exteriori, quàm interiori, stabilitum se ostendere, alioquin ascendet plusquam fons, quòd naturæ repugnat. Dixit Aristot. li. 12. de Anim. Animalia, quibus natura dedit cor pinguedine nimia diffluens, timida esse, & per consequens stolida ex ipsa natura. Vt lepus, ceruus, & asinus, propter defectum caloris in corde. Pari modo homines, qui simili corde notantur, & tumescunt, ex ipsa natura stolidi sunt, & ad sapientiam recipiendam inepti. De se enim nimiũ præsumunt & dedignantur ab alijs discere, seu ab aliquo veritatem inquirere, quare dixit D. Gregorius superborum conditionem proponens li. 16. Mor. c. vlt. *Valde difficile est vt is, qui se sapientem æstimat, mentem ad humilitatem reducat, & rectè prædicantibus credat, sensumque suæ prauitatis proijciat.* Secundo requiritur tenuitas tam in possessionibus, quam in victu. Primum probat Seneca Epist. 25. quæ sic incipit: *Proijce omnia ista si sapis, imò vt sapias.* & subdit: *Si vis vacare animo vt pauper sis, oportet te esse pauperi similem. Non potest studium salutare fieri, sine frugalitatis cura. Frugalitas paupertas voluntaria est.* Hoc videtur in sepulchro depicto imaginibus corporalibus, quod non ita facilè recipit impressiones spiritualium imaginum, sicut si esset à talibus denudatum. Sic cum anima sollicitudinibus & astutijs terrenorum repletur, cupiens alios fallere & defraudare, ad veram sapientiã, quæ ad salutem animæ pertinet, inepta est. Vide Ephes. 4. v. 14. Requiritur etiam in victu tenuitas, vt ad sapientiam quis disponatur. Sic D. Hier. Epist. 2. ad Nepotianum: *Pinguis venter non gignit mentem tenuem.* Exemplum appõnit Holcot, & citat ipsum Hieronym. Naturaliter videmus quod quantumcumque pluat super pennas anserum vel anatum, pennas pluuia non penetrat, sed stat integra semper, vnde excutitur leui motu. Causa est quia pẽnæ earum sunt naturaliter pingues, & pinguedo non sinit aquam intrare. Sic qui nimis impinguat ventrem suum delicatis cibis, licet ad carnis suggestiones sit satis dispositus; tamen ad eum aqua sapientiæ salutaris non poterit faciliter penetrare. Vide Prou. 26. v. 1. Tertiò ad veram sapientiam acquirendam requiritur integritas addiscentis, ne per iram & superbiam faciliter frangatur.

Aristot.

Homines crassi cordis stolidi sunt.

D. Gregor.

Seneca.

Tenuitas in possessionibus requiritur ad acquirendam sapientiam.

Requiritur etiam tenuitas in victu vt ad sapiẽtiam quis disponatur.

D. Hieron.

Illustratio tertia.

E*T ingressus illius mandata æterna.* Vocat *ingressus* vias sapientiæ, vt ex Græco colligitur. Pronomen *illius* αὐτῆς ad sapientiam pertinet, & est sensus: viæ, quæ ad eam ducũt. Sic via vitæ quæ ducit ad vitã. Iam diximus has vias vel itinera, vel gressus sapientiæ, esse rationes & modos, iuxta quos in gubernatione rerum sapientia procedit, quæ sunt absq; dubio æterna mandata, quæ æternùm durabunt. Hebr. הלך *halac*, respondens verbo Græco. πορεία, significat ambulare, ire, venire, dare operam, & metaphoricè conuersari. Hinc deducitur ingressus, via, profectus & conuersatio. Hoc verbo *halac* vsus est Dauid cum Psal. 67. v. 25. inquit: *Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto. In mari via tua,* &c. Si *ingressus* Dei sunt inuisibiles, cur ait: *viderunt*? Respondeo, quia hic, sicut in nostro Siracide, *ingressus* significant operationes Dei ad extra, quibus vniuersum moderatur. Sic loquitur Propheta in sensu litterali de transitu populi Israëlitici per mare rubrum. Præuiderat enim Moyses victoriam à Deo reportandam de populo Ægyptiorum, cum, *dixit Dominus: Conuertam in profundum maris.* Moxq; cum Moyses triumphum caneret, celebrat transitum Arcæ Domini, quæ populum comitabatur, in qua Dominus etiam transibat, q. d. viderunt Israelitæ ingressus tuos Deus, viam nempe illam admirabilem, quam non hominum ars ac manus aperuit, sed Dei potentia patefecit, vt inter abijssos populus iter faceret. *qui est in Sancto*, cum in admirabili cælorum sede versetur, in maiestate sua extrema penè abijssi loca penetrauit, & viam, per quã Israelitæ transirent, strauit, Chaldæus Paraphr. sensum optimè expressit, dicens: *Viderunt domus Israel incessum maiestatis tuæ super mare Deus, dicentes: Ingressus Dei nostri regnantis super vniuersum orbem in sanctitate.* Paraphrasis ista significat, vidisse qui voluerunt Arcam in deserto, vel in transitu maris rubri, magna incedentem pompa & iubilatione. Ergo *ingressus illius mandata æterna*, id est, rationes & ordinationes, quibus omnia regit, mandata sunt fixa, & immobilia. A verbo enim Dei, quod est fons sapientiæ emanare dicuntur. Psal. 118. v. 91. *Ordinatione tua perseuerat dies, quia omnia seruiunt tibi.* & Psal. 148. v. 6. *Ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt: Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi, præceptum posuit, & non præteribit.* Hæc sunt mandata æterna. q. d. Cum hæc inferiora firma non sint, hoc eximium prædicatur, quod perpetuò permanent, atque per durant: quam firmitatem ab illo, qui ea condidit, acceperunt. *Statuit ea* vt permaneant in æternum. *præceptum posuit*, ac dedit illis: quod præceptum æternùm perdurabit, neque vmquam intercidet, quia *ingressus illius mandata æterna.*

40.

Ingressus sapientiæ viæ sapientiæ.

Ps. 67. v. 25.

Ps. 67. v. 23.

Arca Dei populũ comitabatur.

Mandata æterna sunt ordinationes, quibus Deus omnia gubernat.

Psal. 118. v. 91.

Psal. 148. v. 6.

VERS.

VERS. VI.

Radix sapientiæ cui reuelata est? & astutias illius quis agnouit?

VERS. VII.

Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?

In Complut. Montan. & Reg. 2. sententia desideratur, & 1. inuenitur, quæ non dissidet à vulgato. Sic LXX. Tygurina legunt: *Cuinam detecta radix sapientiæ, aut quis calliditatem eius edoctus est?* Drusius. *Radix sapientiæ cui retecta est? & calliditatem illius quis nouit?* Reddo sensum.

R*Adix*, &c. q. d. Cum radix sapientiæ sit ipse Deus, cuius naturam nemo perfectè comprehendere potest, certum est hanc sapientiæ radicem nemini manifestatam esse, etsi quosdam ramos illius homo vtcumque ex Dei dono cognoscat. Neque astutias sapientiæ quis vmquã cognouit. Id est. prudentes illas rationes, secundum quas omnia per Dei sapientiam valde circumspecta fiunt & gubernantur? Tandẽ occulta est omnibus disciplina sapientiæ, id est, ratio ea, quam Dei sapientia sequitur in omnium rerum dispositione, ac multiplicem & variam eius viam, quam seruat, nemini vmquam manifestauit, &c.

Illustratio prima.

Nemini reuelata est radix, & disciplina sapientiæ.

R*Adix sapientiæ cui, reuelata est? & astutias illius quis cognouit? Disciplina,* &c. Vtraque sententia in vnum sensum coalere videtur, & probat diuinæ sapientiæ originem, vel radicem, vel principium à nullo cognosci & comprehendi posse. Sic Rabanus: *Cum interrogat cui sapientiæ radix reuelata sit ac manifestata, & multiplicationem ingressus illius quis intellexerit: ostendit neminem posse profunditatem consilij Dei penetrare, aut magnitudinem bonitatis & misericordiæ eius (vnde ad liberationẽ & illuminationem humani generis ipse homo fieri dignatus est) comprehendere.* Quod illustratur ex eo Rom. 11. v. 35. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! quis enim cognouit sensũ Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* O alta profunditas, & profunda altitudo; ò profundos thesauros; o altas diuitias sapientiæ & scientiæ Dei! *Per diuitias* accipit hic Paulus magnitudinem misericordiæ Dei, qua nos diuites fecit in omnibus donis gratiæ & gloriæ. Vt Ephes. 1. v. 7. Dixit: *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias* (misericordiæ thesauros) *gratiæ eius, quæ* (id est, gratia abunde in nos à Deo effusa) *superabundauit in nobis, in omni sapientia & prudentia*, id est, (vt explicat Vatabl.) *de qua vbertim nobis effudit omnem sapientiam & prudentiam patefaciens nobis*, &c. *Quam*, igitur, *incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius*; id est, Consilia, modi, opera, rationes, prouidentiæ eius. *Quis enim cognouit sensum Domini?* (sensum, cogitationem) *quis tandem Consiliarius eius fuit?* non solum dans Consilium, sed etiam particeps & consors Consilij Dei, q. d. Nullus, Nulli enim reuelauit iudicia sua, nec mentem & legitationem detexit, nec ab vllo Consilium in omnium rerum moderatione & regimine emendicauit; sed inuestigabilem fecit sapientiam suam, & *iudicia* sua *inuestigabilia*, vt loquitur Tertul. Nemini enim cõcessũ est sapientiæ diuinæ vestigia odorari: nemini etiam inuestigare, rationes & modos, quibus altissimus Deus in rebus administrandis vtitur: nemini tandem iudicia secreta prudentiæ suæ curiosè scrutari, neque Deum ignorantiæ in gubernatione arguere: Cum tamquam scientissimus gubernator clauum tenens, sed & in solio gloriæ suæ sapientiam suam effundens in filios Adam. vide Esa. 53. v8. *Generationem eius quis enarrabit?*

Rom. 11. v. 35.

Diuitiæ Dei, quid.

Ephes. 1. v. 7.

Incomprehẽsibilia sunt iudicia Dei.

Nemini Deus reuelauit omnia iudicia sua.

Tertul.

Nemo sapientiæ diuĩ vestigia odoratus est.

Isa. 53. v. 8.

Ergo ait Sirach: *Radix sapientiæ cui reuelata est?* quem prius vocauerat fontem, nunc radicis nomine decorare videtur. Fere omnes interpretes per radicem sapientiæ intelligunt Deum Patrem à quo cuncta procedũt. Sic Holcot. Rabanus, Lyra, & reliqui. hæc inquã. *Sapiẽtiæ radix cui reuelata est?* ait enim Christus Dominus Matth. 11. v. 17. *Nemo nouit filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare?* & Philippus lupiens videre Patrem: dixit ad Iesum. *Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Ioan. 14. v. 8. itaque radix sapientiæ sine dubio est ipsemet Deus, cuius naturam nemo perfectè comprehenderé valet; & sic ait: *Cui reuelata est?* Significans nulli creaturarum eam reuelatam. Nullus enim sapientiæ originem, eiusque vim perfectè cognoscit, licèt quosdam ramos sapientiæ homo vtcumque ex Dei dono cognocere possit. In veteri lege Christus Dominus promissus erat, quia vt *brachium Domini* nasciturus erat, & ait Isai. cap. 53. v. 1. *& brachium Domini cui reuelatum est?* q. d. quis vmquam vidit manifestatum brachium Domini? quanto minus huius diuini brachij radicem, qui est Deus optimus maximus, sicut enim ramus ex radice expullulat, sic brachium ex humero hominis vel ex homine; & quemadmodum ramus arboris præ oculis habetur, at radix absconsa sub terra manet, sine eo quod reueletur: sic etiam in diuinis radix Christi, Deus est. Et si Christus reuelatus fuit, quia vt inquit Baruch. cap. 3. v. 38. *in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Sed Deus, qui est radix huius sapientiæ, cuiùs naturam nemo perfectè comprehendit, cui reuelatus est: Nemini. Quia *vere est Deus abscõditus*, Isai. 45. v. 15. & cum sit radix sapientiæ, & nullus eum vmquam viderit, *Deum enim nemo vidit vmquam* Ioan. 1. v. 18.

Deus Pater radix sapientiæ.

Matt. 11. v. 17.

Ioa. 14. v. 8.

Isai. 53. v. 1.

Brachium domini nemini manifestatum.

Radix Christi Deus est.

Baruch. 3. v. 38.

Isa. 45. v. 15.

Ioa. 1. v. 18.

rogat Sirach. dicens: *Radix sapientiæ cui reuelata est? Solus enim Deus Pater omnipotens* (inquit Rabanus) *vnigeniti sui aduentum, per ipsum verbum sibi coæternum simul cum Spiritu sancto ordinauit atque disposuit, quomodo per Virginis partum ad salutem mundi proesseret, vt repararet creaturam quam fecit ab initio, ac hominem (quem ipse creauit rectum, sed ille se per inobedientiam fecit peruersum, iterum ad agnitionem & dilectionem sui reuocaret: dans illi donum Spiritus sancti vt ipsius munere Saluaretur & Seruaretur in aternum.*

Nota, & illustratio secunda.

42. Sap.1.v.4. ET *astutias illius quis agnouit?* Non possum non mirari quare sapiens Ecclesiasticus vsus sit hoc verbo, *astutias*, quod magis malitiam denotat, quam prudentiam; & tantum abest, quod in Sapientia Dei malitia inueniatur, vt Salomon sap.1. v.4.dicat; *In maleuolam animam non introibit sapientia.* Nomen Græcum πανουργία, quod est calliditas, vafrities, est à verbo πανουργέω, quod significat callide seu vafrè scelus aliquod admittere. Hoc verbo vtitur Paulus 1.Cor.3.v.19.cum citat locum Iob.5.v.13. dicens: *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum: scriptum est enim: comprehendam sapientes in astutia eorum*: vbi astutia in suo origine in malum accipitur pro malignitate, calliditate, vafritie, & πανοῦργος est versipellis, qui acumine ingenij sese versat in omnem partem, & ad quiduis aggredien-dum se promptum & paratum præbet. Hos enim Dominus apprehendit, q. d. *Los cagelrisu malicia.* quia vt dixit Salomon Prou. 21. v.30. *Non est prudentia, non est sapientia, neque Consilium contra Dominum.* nos diceremus: *no ay qui en le dedado falso à dios, porque esta alfindegus malicias.* in eadem significatione, & cum eodem verbo ait ipse Apostolus 2.cor. 4.v.2. *Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes Verbum Dei, sed in manifestatione veritatis.* Ait Paulus de ministerio Apostolatus noui Testamenti, ad quod per misericordiam Dei: Deus gratis eum assumpsit, & ait: *non deficiemus, sed abdicamus.* Id est, non frangimur malis, & afflictionibus, non fatigamur, non segnescimus, sed abnegamus, renunciamus, & exectamur *occulta dedecoris*, id est, occulta dedecora & crimina. Nó solum sumus casti, sed etiam cauti & honesti. quod nos Hispani dicimus: *Sinò eres casto, sex auto, o honesto*, nec occulta crimina admittimus, vt hypocritæ, &c. *non ambulantes in astutia*, vt aliud palam os tendamus, aliud occultè faciamus, neque falsificantes verbum Dei, &c. Clariùs hoc ipsum innuit Apostolus 2. Cor.11. v.13. *Timeo autem sicut serpens Euam seduxit astutia sua; ita Corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo.* Vide etiam Ephes.4.v.14. *in astutia ad circumuentionem erroris.* In his tantum locis ponitur nomen astutia, deductum à verbo Græce, *panurgia.* Insuper Aristoteles lib. imagin: Moralium cap.35. *Astutus etiam*, inquit, *malus dicitur, quemadmodum Mentor astutus quidem visus est, non etiã prudens.* Mentor est ille, qui Asiæ maritimæ prefectus cum esset, sub Artaxerxe Persarum Rege, omnes eius regionis ciuitates vi aut dolo Regi subiecit. Sic refert Carolus Stephan. in suo Dictionario historico. Astutus etiam polypo (*vulgo*) comparatur. Sic Plutarch. inqq Natur. ait, *Quod quidem homines valde versutos, & callidos dicunt studere, vt qui lateant, & fallant alios, seipsos semper polypodi conformant.* Si hæc ita sunt, quis non mirabitur vsum fuisse Syracidem hoc verbo ad magnificandam sapientiam, & astutias Dei, & incomprehensibilitatem earum dicentem: *& astutias illius quis agnouit?*

Astutia quid.

2.Cor.3. v.19. Iob.5.v.13.

Astutia sumi solet in malã partẽ.

Prou.21. v.30.

2.Cor.4. v.2.

Quid sit, in astutia non ambulare.

Qui non est cautus sit cautus, & honestus.

2.Cor.11. v.13.

Ephes.4. v.14.

Aristot.

Mentor, quis

Car. Steph. *Astutia polypo comparatur.*

Plutarch.

Respondeo secundum D. Basilium hic verbo *Panurgia*, in bonam partem posse accipi pro prudentia & astutia in sapientia & prudentia fundata. Sic dicitur Pro.1.v.4. vbi proponuntur parabolæ à Salomone, *vt detur paruulis astutia adolescenti scientia, & intellectus*, D. Basilius hom.12.in principium Prouerbiorum hoc genus laudabilis astutiæ sic definit, & apprimè describit: *Est igitur*, inquit, *astutia actio animi cum attentione quadam, & arte, & studio laudabili rerum omnium agendarum.* Mox vtriusque astutiæ, differentiam assignat, subdens: *Astuti appellatio duo significat. Improbus quidem sensu, & arte alienis vtitur damnis; laudabilis vero Cato & solerter bonum proprium vestigans, dolos & insidias alienas recte cognoscit atque euitat.* Itaque ait Salomon Parabolas inuentas esse, *vt detur paruulis astutia*, id est, solertia, & sagax industria ad vestigationem proprij bóni, & ratio thronum ascendat, imperet videlicet atque iudicet, quod eò pluris haberi debet, quia vt tradit Aristoteles lib. 3. Ethi.cap.1. *In pueris iacet ratio, & appetitus regit omnia.* Hanc significationem astutiæ in bonum sumptæ probo ex ipso Aristotele lib. 1. magn. Moral. cap.35. ait ille: *igitur industria atque industrius prudentiæ & prudentis pars, neque enim industrium à prudente separaueris. Idem profecto, & in astutia ea ex istimandum est, nam astutia & astutus non est quidem prudentiã, neque prudens: quinimo prudens astutus, ideo astutia sibi quodammodo adscisit, prudentiam.* Ex quibus colligo, astutiam in bonam partem assumptam, & à Philosophis prudentiæ administram iure appellatam esse. Cum ergo Deo *astutias* adscíscamus, eas intelligere necesse est, quæ adiunctam habent, prudentiam, seu sagacitatem, & sapientiam, quibus vere vtitur Deus in rebus ad ministrandis, consulens sibi, & Creaturis prospiciens. πανουργεύμασιν sunt callida & astuta Consilia, non illa quidem malitiosa, sed cauta & salutaria, quibus pij prudentia præditi se aduersus fraudes satanæ ac mundi tueri possint. Has ergo astutias, quæ in Deo reperiuntur, seu mauis dicere, occultam & obstrusam Dei voluntatem circa res omnes inferiores, quis agnouit? q.d. nullus arcana Dei iudicia ausus est inuestigare, cum in corde aut intellectu diuino occultissima & profundissima recondãtur. Ita vt nemini concessũ fuerit ea aperire & perfectè cognoscere? quid Certiùs? illa interrogatiò, *Cui reuelata est*? vel vt Drusi. legit, *Cui reuelata est*? valet illud, paucis admodum retecta est. Sicut rogat Salomon. *Mulierem fortem quis inuenerat*? Prouerb.31.v.10.q.d. rara est inuenta mulier huiusmodi. Sic de sapientia vt explicat Palacius, quis nouit quam sit sapientia in omni re & in omni opere, versata? itaque Sapientia diuina est pelagus sciens omnes res, quia ex omnium rerum cognitione dimanat. Scit igitur omnia versata est in omnibus, nihil non penetrat. Hæc comprehenduntur suo nomine *astutias.*

Astutia in bonam etiã partem accipitur. Prou.1.4. D.Basil.

Astutia quid.

Aristot. *In pueris appetitus regit omnia.*

Astutia prudentiæ administra.

Astutia in Deo occulta Dei voluntas est.

Prou.31. v.10. Palacius.

Illustratio tertia.

45. QVæ diximus confirmat Ecclesiasticus versu sequenti, qui in *Græcis* originalibus desideratur, *Disciplina sapientiæ. Cui reuelata est? & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?* Palacius existimat hic vocari *Disciplinam* eã, institutionem vitæ, qua Spiritus sanctus instituit suos vt spiritualiter, *& non secundum carnẽ viuant.* Rom. 8.v.12.iuxta illud, Psal.93.v.12. *Beatus homo, quem Tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* & illud Ioan.14.v.26. *Spiritus sanctus docebit vos omnia*, &c. & 1.Ioan.2.v.27. *vnctio docebit vos de omnibus.* Jam, inquit, quis nisi spiritu reuelante doctus, intelligit, quibus rationibus sapientia, & Spiritus Dei animam moueant, instigent, & inspirent, ad mala cauenda, bona cogitanda, amanda & exequenda? Jgitur viribus naturæ nulli manifestata est disciplina sapientiæ. *Multiplicationem eius*, &c. Id est, quis norit quam multipliciter & quam varie sapientia in animam hominũ ingrediatur. & probat Exemplis. Jansenius vocat disciplinam sapientiæ eam rationem, quam sapientia Dei sectatur in omnium rerum dispositione, & *multiplicationem*, illius appellat multiplicem & variam eius viam, quam Seruat. Explicò hanc interpretationem, & illustro.

Palacius. *Disciplina sapientiæ quid.*

Psal.93.v.12

Ioan.14. v.26. 1.Ioa.2. v.27.

Viribus naturæ nulli est manifesta disciplina sapiẽtiæ. Iansen.

46. *Disciplinæ* nomine in sacra Pagina multipliciter vsurpatur. Communiter vsurpatio est pro correctione, flagellatione, & castigatione. multa inueniuntur in libro Prouerbiorum Testimonia, quæ hanc significationem confirmant. Præcipuum illud est Prou.3.v.11.vbi ait Salomon: *Disciplinam domini, fili mi, ne abijcias: neque deficias Cum ab eo corriperis: quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi Pater in Filio complacet sibi.* Vniuersi interpretes nomine *Disciplinæ* afflictiones intelligunt, quas Deus immittit ad exercitationem, probationem, siue etiam ad pœnas de admissis delictis in hac vita summendas. q.d. Salomon: Cum Deus seuerius tecũ agit, & plagam aliquam infligit, ne abijcias, id est, ne repellas, ne videlicet tribulationem excutere, & ab ea liberari statim velis; neque animo cadas, cum labore aliquo angit conuiuium tuum: *quem enim diligit Deus*, &c. Castigatio enim Dei signũ est amoris paterni, qui castigat vt corrigat sicut Pater, & non torqueet vt iudex. D. Hieron. hoc eleganter expressit explicans illud Ose.11.v.4. *& ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum* vbi LXX. vertunt: *ero eis quasi dans alapas, homo super maxillas eius. Quia*, inquit, *non sua sponte currebant, sed vincti funibus trahebantur, paululum maxillas eorum verberauit non puniens, sed corrigens, & emendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, flagellis, atque ignibus Cruciat; qui autem Pater est lasciuientem Filium palma percutit manu.* Sic Cyrillus & Theodor. Per alapam hominis, accipiunt castigationem leuem, qua Deus quasi Pater leniter castigat suos quasi pueros. *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi Pater*, &c.

Disciplina quid in sacra pagina.

Prou.3.v.11

Disciplinæ nomine correptio, & afflictio intelligitur.

D.Hieron. Ose 11.v.4.

Cyrillus. Theodor.

Hinc est quod Salomon ipse dicat; *Sapientiam enim & disciplinã, qui abijcit, infelix est, & vacua est spes illarum, & labor sine fructu, & inutilia opera eorũ.* Qui contemnit Disciplinam & castigationem Domini, infælix est, & æruminosus, miser: magna enim infælicitas, est sine disciplina viuere, & quid agere debeas nescire, & si scias nõ exequi. D. Paulus hos indisciplinatos filios adulterinos vocat. Heb.12. v.18. *Quod si extra disciplinã*, inquit, *estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri*, (adulterini) *& non filij estis.* Videmus Aquilas instinctu naturæ filios suos ad solẽ deferre, vt explorent an filij proprij sint, an adulterini? si radios solis adspexerint sine oculorum vacillatione, id est, si fixis oculis solem intuẽtur oculos tenentes immobiles, filios proprios esse agnoscunt, & tamquam filios ad alendos, & nutriendos accipiunt. At vero si ciliorũ teguminibus oculos ocultant, cũ ad solem illos intendunt, nutant & vacillãt, tunc vt adulterinos abijciunt, & in terram detrudunt. Sic disciplina Domini, quæ radios veluti solares & ardentes continet, solis instar probare solet & explorare, an homines veri filij sint, an non, sed adulterini, & alieni si disciplinam absque nutatione intuentur, patienter castigationem & flagellationem ferentes, tamquam filij Dei cognoscuntur; at si, vt ait Paulus, *extra disciplinam* degunt, tamquam filij adulterini abijciuntur, & ad perditionẽ à Domino percutiuntur. *Leuit.26.v.23.* ait Dominus per Moysem: *Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducamq; super vos gladium vltorẽ fœderis mei.* vide Heb.12.v.11.Sap.3.v.11. Iudith 11.v.6. & alijs in locis. Disciplina etiam vsurpatur pro castigatione ad eruditionem. Solet enim Deus tamquam sapientissimus magister incipiente castigatione erudire. Sic dixit Jer.c.31.v.18. *Castiga-sti me, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus*, &c.

Disciplina Dei sicut rarius solis.

Leuit.26. v.23.

Disciplina pro castigatione.

Ier.31.v.18.

47. Ergo disciplina modo correctionem & castigationem significat, modo eruditionem, vel quid aliud, haud dubium à ratione pendet, quã Deus optimus maximus in iudiciorum suorum dispositione sequitur. & cum Iudicia secreta Dei in sua libera voluntate abscondantur, nemo vmquã audet perscrutari, quare hunc Deus Flagellauerit & contempserit vt sua praua desideria exequatur; sed tacite vnusquisque iudicia inscrutabilia Dei & humiliter veneratur, & rationes, quas ipse Deus in omnium rerum dispositione sectatur, sancte colit. quare Ecclesiasticus certo sciens iudicia Dei inscrutabilia esse, ait: *Disciplina sapientia cui reuelata est & manifestata?* q.d. nemini vmquã. Ipse solus Deus, *qui* (vt ait Job.c.5,v.9.) *facit mirabilia magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero*, perfecte semet ipsum, & profundè corda hominum cognoscit. Sic dixit Ieremias c.17.v.9. *cor hominis inscrutabile esse*, sicut etiam *cor regum*, docuit Salomon Prou.25.v.3. esse *inscrutabile*: quanto minus Dei iudicia à sua voluntate procedentia inuestigari poterunt, & nemini reuelata & manifestata esse? *Deus* enim solus est *scrutans corda, & renes probans, qui dat vnicuique iuxta viam suam.* & iuxta fructum adiuentionem suarum Ierem.17.v.10.

Iudicia Dei inscrutabilia.

Iob.5.v.9.

Ier.17.v.9.

Prou.25. v.3.

Ierem.17. v.10.

Illustratia quarta.

48. POrrò ait Siracides: *& multiplicationem ingressus illius quis intellexit?* Jam superius diximus hanc multiplicationem ingressus sapientiæ Dei, esse multiplicem & variam eius viam, quam Deus seruat. Sed Dionys. censet esse multiplicem, varium, ac diuersum ingressum, quo increata sapientia ista ingreditur, charitatem & cætera dona infundendo, conseruando ac perficiendo. Insuper hæc *multiplicatio* est *ingressus*, id est, operationis, qua sapientia increata operatur in cunctis creatis, monendo, prouidendo, regendo, iudicando, retribuendo: quis cognoscet hæc? nemo: Dixit Job c.36. v.24. *Quis poterit scrutari vias eius? memento quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri.* LXX. *Quis est qui discutiat opera eius?* quod Græci ad diuinæ prouidentiæ consilia referunt. quasi dicat. quis illius opera ac iudicia in iudicium vocare poterit? Cum certum sit Dei vias esse æquissimas, ignoramusque eius opera, id est, nullo modo illa

Multiplicatio ingressus Dei qualis. Dionys.

Iob.36. v.24.

Nullus iudicia Dei in iudicium vocare potest.

illa possumus assequi. Itaque *multiplicationem ingressus* vocat Sirach operationes varias, quâ sapientia operatur in rerum dispositione. Baruch cap. 3. v. 19. agens de sapientia & disciplina Dei, ait: *Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius.* Sic Ecclesiasticus difficultatem inuestigationis operum Dei agnoscens, ait: *& multiplicationem ingressus illius quis intellexit?* q.d. nemo agnoscit multiplicem viam eius in operando. quid manifestius?

Bar. 3. v. 19.

Dei ingressus & recessus & regressus in animas quales. Holcot.

Tandem Robert. Holcot. pendet ingressum Dei, & recessum, & regressum in animas hominum. Ingreditur Deus per gratiam, recedit per peccatum, & regreditur per conuersionem. Circa 1. D. August. Serm. de Natiu. dixit: *Si potens est qui mundo imperat, quam beatus est, qui Deum in conscientia portat.* Et cum quinque sensus, secundum Bedam, sint ostiola huius domus & nidi, quia nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, vt dixit Aristot. 1. de anima: Benè igitur (ait Holcot) ineffabile miraculum dici potest, quod immensa Deitas, per angusta ostiola tota transit, infra tot arctissimos nidos continetur: quot sunt personæ, quæ conscientias puras portant, & ideo nō est mirum si de hoc mirabili hic queratur. *Multiplicationem*, &c. quia nulli sunt aut pauci. Hoc probat ex eo Ezech. 43. v. 4. *& maiestas domini ingressa est templum*, &c. *& ecce repleta erat gloria Domini domus.* 2. Recessus Dei à mente, inquit, pestifer & dirus, probat exemplo rerum naturalium. In vere autem cum sit in rebus temperies obrepit ros pluuiosus in aëre: & per noctis quieta silentia depascitur aduerendo fruges atque germina, ac tam dira tempestas præcipue vinearum, vt igne consumptæ videantur etiam foliorum adustione: nec ipsa quercus durissima fit immunis. Sic dum dominus manet in mente est tranquillitas magna mentis: sicut quando ventus cessauit post ingressum Christi in nauiculam, & tranquillitas nauiculæ reddebatur, quæ prius varijs fluctibus iactabatur. Matt. 9. sed quando cogitatio peruersa quasi ros pluuiosus insurgit, & non statim deprimitur, sed ex ea oritur statim delectatio & consensus in peccatū mortale; tunc statim Deus de sua domo fugatur: quia *beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate*, Eccles. 35. v. 5. & tunc per illud pestiferum omnes virtutes, & gratiæ animæ corrumpuntur, & tunc vadit diabolus & assumit septem Spiritus nequiores se, & habitat ibi: & fiunt nouissima hominis peiora prioribus Luc. 11. Ideo ait Dominus per prophetam Ose. 9. v. 12. *væ eis cum recessero ab eis.* 3. denique ait Holcot, regressus Dei ad mentem est salutifer pellens virus, secundum Senecam 1. de clem. Aliquando clementia est medicina pura contra iracundias & vindictas. & secundum Aristot. 2. Eth. Aliquando pœnæ sunt medicinæ contra super abundantias & contra defectus. & ideo Deus ita cito, sicut ab homine pellitur per peccatum, nititur aliquando per promissa: aliquando per tribulationes extrinsecas: aut per pœnas intrinsecas retrahere à peccato, vt possit ad domum suam cum medicina sanatiua Spiritus sancti redire, scilicet cum gratia recuperante. & hoc est quod docet D. Greg. in Mor. *Interius*, inquit, *est medicus, qui peccatorum in nobis contagia, quæ inesse medullitus reprobat, secat & abscindit virus putredinis ferro tribulationis; & quando voces ægri audire dissimulat, & ægritudinis finem procurat.* Quod si non possit sanare per pœnas, nititur per beneficia & promissa, & per bonos instinctus Spiritus sancti, & per gratias infusas occultas reuocare animam ab errore. vt patet. Luc. 19. Ex istis manifeste probatur, quod Deus multo magis est sollicitus circa remedia peccatorum, quam ipse peccator sciat. Sic dixit D. August. de spir. & an. *Sic festinat reum absoluere à tormento conscientiæ: quia ipsum plus cruciat compassio miseri, quam ipsum miserum passio sui.* & hæc est mitissima medicina Spiritus sancti. nam per ipsum frequenter sanat mentem, &c.

Ezech 43. 4

Recessus Dei à mēte qualis.

Matt 9.

Eccles. 35. v. 5.

Luc. 11.

Ose. 9. v. 12.

Regressus Dei ad mentē salutifer. Senec. Arist.

D. Gregor.

Deus sollicitus est circa remedia peccatorum. D. August.

VERS. VIII.

Vnus est altissimus creator omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus.

Complut. Mont. Reg. *Vnus est sapiens, terribilis valde, sedens super thronum suum.* LXX. *Vnus est sapiens metuendus nimis*, &c. Tygur. *Vnus est sapiens (creator omnium celsissimus omnipotens) & per quam terribilis, sedens in solio suo dominus.* Ioa. Drus. *Vnus est sapiens timendus valde, qui sedet super solio suo.* Sensus est.

Sensus.

49. *Nexus sententiæ cum præcedētibus* Iansenius.

VNus est, &c. q. d. Solus Deus altissimus, qui omnia fecit ex nihilo sua omnipotentia, & rex est omnipotens & metuendus nimis, & qui sedet super thronum suum magnificum tamquam dominus omnia regens, & dominans omnibus: hic inquam est, cui omnia nuda & aperta sunt, & non solum disciplina suæ sapientiæ manifesta est, sed etiam multiplicati ingressus sui, id est, via, quam in rerum moderatione, seruat intellecta manet, &c.

Notæ.

NExum huius sententiæ cum superioribus minime interpretes explicant præter Jansenium. Qui duplex potest esse, vel potest separatim accipi, vt significetur vnum tantum esse verè & perfectè Sapientem, atque potentem nempe Dominum. Aut possumus ad superiora referre. vt Ec-

Ecclesiasticus significet solùm Deum esse, qui ea possit, de quibus superius interrogatum est. & hæc interpretatio certior videtur, nexum enim superiarum sententiarum ostendere videtur, & non solùm cum superioribus, sed cum sequentibus sententijs cohærere demonstrat. Solus enim Deus est, *Cui reuelata est radix sapientiæ*, quia est *altissimus, creator omnipotens, ipse astutias illius* perfectè *cognoscit; Rex* est enim *potens, & metuendus nimis.* Insuper ipsi soli *disciplina sapientiæ reuelata, & manifestata est*, quia *sedet super Thronum tuum.* Tandem ipse, & non alius *multiplicationem ingressus* sapientiæ profundè *intellexit*: quia *Dominus Deus*, & vt statim explicabimus, *ipse creauit illam in Spiritu sancto*, &c.

Illustratio prima.

50. *Solus Deus sapiens est.*

VNus est *altissimus Creator omnipotens*. Græca Lectio meminit eius sapientiæ. *Vnus est sapiens*, id est, solus Deus sapiens est. Cæteri ab eo, & per eum sapientes sunt: Sic autem solus sapiens dicitur, vt solus bonus, solus iustus, solus pater, Matt. 23. v. 9. *Vnus est* (solus) *Pater vester in cælis*, & fortè vulgatus sub nomine *sapientis*, alia omnia comprehendi censuit, nempe esse altissimum, Creatorem, & omnipotentem. Probo ex Phocilide Poëta Græco, qui in vno carmine tria simul complexus est, dicens:

Matth. 23. v. 9. Phocilid.

Deus altissimi nomine decoratur.

Vnus Deus est sapiens, potens simul, & multifaria dues.

Altissimus est Deus Creator, quia sapiens: Creauit enim omnia sapientia sua. Nomine autem *altissimi* in sacra pagina sæpissimè decoratur. Cum refert Melchisedech fuisse sacerdotem Dei, ait Gen. 14. v. 18. *Erat enim sacerdos Dei altissimi.* Deut. 32 v. 8. *Quando diuidebat altissimus gentes.* Psal. 17. v. 14. *altissimus dedit vocem suam.* Vide Iob 31. v. 18. & alia veteris, & noui Testamenti testimonia. Sed quare hoc Deus ornetur nomine? Respondeo, quia supra omnia est, & nihil sit ei adæquandū: dixit Dauid Psal. 56. v. 2. *Clamabo ad Deum, altissimum, Deum, qui benefecit mihi.* At prophetæ, cur ad Deum proclamas, cum Deus vbique sit adstans, tibi præsens, ad te exaudiendum, & auscultandum, etiam si submissa voce inuoces illum? iacebat Dauid in imo loco, id est, in spelunca, sicq; rectè altissimo Deo clamore profundit, inuocans illum, aut ad altissimum clamat, qui cuncta de sublimi cernit, & in his ærumnis & calamitatibus, eius afflictionem intuetur. Quod si altissimus est, certè voce magna opus est, vt exaudiat, magna quidem, sed non tam spiritus, ac flatus contentione, quam affectus. Aut altissimum inuocat, vt quia Regem infestissimum habebat, ad eum confugiat, qui Regibus omnibus est superior. Eleganter D. August. tom. 8. in hunc locum: *Si altissimus*, inquit, *est, quomodo audit te Clamantem: nata est experimento fiducia: Deum*, inquit, *qui benefecit mihi, si antequam eum quærerem benefecit mihi, Clamantem me non exaudiet?* Vide Agellium super id Psal. 90. v. 8. *Altissimum posuisti refugium tuum.*

Clamandus Deus.

D. August.

Illustratio secunda.

51 *Deus creator omnipotens.* Psal. 134. v. 6.

CReator, *omnipotens.* Optimè hæc duo coniunguntur inter se, Deus enim non poterat creator esse, nisi omnipotens esset, & non esset omnipotens si creator non esset. Hoc ostendit Psaltes cum Psal. 134. v. 6. ait, *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis*, quia si Creator omnipotens non esset, non verè diceretur, quod omnia, ad quæ sua ferret voluntas, liberè faceret. Ipse vt *omnipotens creauit cælum, & terram.* Quam Creationem explicans D. Basilius hom. 1. Hexam. super id: *Deus fecit cælum*, &c. Fecit, inquit, *vt bonus quod vtile est, vt sapiens, quod pulcherrimum est, vt potentia prædictis quod maximum est.* eleganter Philo. Iud. li. 7. de mundi opificio, ait. *est enim absurda opinio atque inutilis, mundum tamquam rempublicam sine magistratu inducere, cui non præfectus, non præses, non iudex, præsit, qui omnia dispensare, gubernareque doceat. Omnipotens Deus bonorum omnium pelagus inexhaustum, ex omni æternitate seipso contentus ac beatus, voluit in tempore condito orbe terrarum, & suæ diuinitatis Thesauros ostendere, & Creaturis seipsum communicare.* sic Dionysius poëta Græcus in orbis descriptione hanc potentiam Creaturis commemorat, dicens. *Soli autem Dijs facilè omnia possunt: ipsi enim etiam prima fundamenta ternarunt; atque profundam viam ostenderunt, immensi maris*, &c. Adhuc de filio, qui etiam Deus est, loquens Paulus Hebræ. 1. v. 3. ait. *Portansque omnia verbo virtutis suæ*, id est, verbo & iussu potenti omnia portat, sustentat, & bajulat totum Creaturarum pondus, inquit Theophilactus, quasi Athlas mundi. *Non gubernans, dixit, sed ferens tamquam digitis tantam hanc mundi molem; haud secus deportet, ac si nihil esse constaret, quin solo verbo omnia posset.* Verbum Græcum Φερον significat quod Syrus, *achid.* Coërcens omnia quasi omnipotens, quia apud Syros epitheton est Dei, notatque omnipotentiam. Ad hoc fortè alludit Seneca, cum Epist. 31. ait: *Deus ille maximus potentissimusque, ipse velut omnia.* quod explicans Lypsius, & sanè (inquit) ipse auriga, ipse currus, vt ita dicam, quo machina hæc mundi vehitur, ac sustentatur. Propter hæc noster Syrach vocat Deum *Creatorem, & omnipotentem.*

Deus altissimi nomine decoretur. Psal. 56. v. 2.

Philo. Iud.

Dionys. Poëta.

Heb. 1. v. 3. *Christus portat omnia verbo virtutis suæ.* Theophil.

Seneca. Lypsius.

Illustratio tertia.

52. *Deus rex potens, & metuendus.* Psal. 46. v. 1. 2.

ET *Rex potens, & metuendus nimis*, Nil clarius in sacra pagina, quam quod Deus sit Rex potens, metuendus. Reiectis alijs Scripturæ locis vnum affero. Postquam Psaltes Psal. 46. v. 12. inuitat *omnes gentes ad plaudendum manibus, & iubilandum Deo in voce exultationis*, reddens rationem subijcit, *Quoniam Dominus excelsus Terribilis; Rex magnus super omnem terram: subiecit populos nobis*, q. d. hoc conclamate, hoc prædicate, quod Dominus ipse est excelsus, qui & naturæ suæ maiestate, & principali excellentiâ omnia superat. Prætereà *Terribilis* cum alios Deos, qui deceptorum hominum opinione Dij putabantur, suæ potentiæ maiestate perterrefecerit, atque fugauerit, & ei resistere & repugnare non audeant, &c. Quod sit *metuendus nimis*, celebris est sententia D. Pauli Heb. 10. v. 31. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Horrendùm quippe est diuinæ iustitiæ seueritatem experiri. Super quem locum D. Anselmus: *Horrendum*, inquit, *est incidere in manus Dei viuentis, qui semper viuens est. Manus pro potentia ponuntur. Quia sicut aliquis à manibus inimici, in quas fortè incidit arctatur, ne vmquā illæsus effugiat: Sic quippe damnandus cogitur potenti iudicio Dei, vt quas meruit pœnas sentiat.* Concludit statim: *Si aliquando moreretur, posset cessare pœna, quam ipse decreuit; sed quia semper viuit, & omnipotens est, semper manet quidquid in eius iudicio decretum est.*

Deus metuēdus nimis. Heb. 10. v. 31. D. Anselm.

Hoc maximè confirmat quod aiebat S. Iob c. 23,

Iob.23.v.15 c.23.v.15. *& idcirco à facie eius* (Dei) *turbatus sum, & considerans eum, timore solicitor*, nos Hispani dicimus. *En viendo à Dios aijado con los oios interiores, meturbo en Pensando en el, me dan sudores demuerte.* Cum mentis oculis Deum iratum intueor, confusus perturbor: & cum mihi in mentem venit, guttas sanguinis exsudare videor, & morti vicinum considero me. Job etiam cap.31.v.23. *semper enim*, inquit, *quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* De extremo iudicio explicat hunc locum D. Gregor. libr. 21. Mor. c.17. dicens: *Quoniam qui extremi iudicij aduentum intenta mente considerat, profectò videt, quia tantus pauor imminet, quantum non solùm tunc videre, sed etiam nunc præuidere pertimescat, consideratione namque tanti terroris metu, animus palpitat, & intentionis suæ oculos declinans, intueri quod præuidet recusat.* Propter hæc & alia Ecclesiasticus vocat, *Deum metuendum nimis.*

Iob 31.v.23 Extremum iudicium timendum. D. Gregor.

53. Sed Rogatus, cur metuendum appellet? Posset Respondere, quod Deus solet deduci à nomine Græco Δεὸς, quod timorem siue metum significat, primus enim vt Statius & Petronius arbiter canunt. *In orbe Deo fecit timor.* Sed Respondeo fortè Sirach allusisse ad nomen quod Deus habet decurtatum ab ineffabili *Iehouah.* quod significat timorem: ait enim Pagninus *iah* esse vnum è decem nominibus Dei, quod Dominum significat impositum (vt quibusdam placet) ab esse quod Deus cunctis rebus esse tribuat; alij à timendo dictum putant, quod Deus timendus sit, vt Rex Salomon, & alij, quibus Thargum adstipulatur sæpius, vertens timorem: & non dubium est decurtatum esse è nomine Tetragramato יהוה, quamuis alij putent, hoc nomen vt decurtatum est; sic Deum imminutum significare, id est, Christum humiliatum, passum, & mortuum; & licet mortuum timendum. Sic dixit Dauid Psal. 67.v.5. *Dominus nomen illi, iah, nomen eius*, id est, existens & timendus. Jtaque si vnum ex decem Dei nominibus significat metuendum esse. Haud dubium videtur Ecclesiasticum hoc nomen respexisse, cùm dixit: *& metuendus nimis*: quid Certius?

Iah nomen Dei metuendum. — *Psal.67.v.5*

Illustratio vltima.

54. Tandem, vt suam maiestatem timendam denotet, claudit hemistichium, dicens: *Sedens super Thronum illius, & dominans Deus.* Tò *illius* vt placet Iansenio, & Palacio non referendum ad sapientiam, sed ad seipsum, id est, super Thronum suum. Cum in Græco originali soleat esse illa particula αὐτοῦ masculini generis. Itaque solet Deus dominans apparere sessitans super solium gloriæ suæ. Certe Sirach ostentare ostendit maiestatem diuinitatis dominantis; vt omnes doceat Deum decoratum omnipotentia & Regali potestate metuenda nimis, nec non altitudine diuina, & maiestate dominante; comprehendereque sapientiæ radicem, & astutias illius perfectè cognoscere, & assequi ipsius sapientiæ disciplinam: & ingressus illius multiplicitatem profundè capere & intelligere.

Iansenius. Palacius. Deus dominans sedens super Thronum.

Quod sedens Deus in Throno gloriæ significet imperium & maiestatem, & summam amplitudinem, constat ex sacra & prophana pagina, aliquid de prophana attingamus. Pausanias lib.5. depingens Deorum templum Joui dicatum, ait, agens de ipso Ioue: *Sedet in solio Deus ex auro & ebore factus, Corona capiti imposita est, adoreã gerens frondis imaginem, dextera victoriam, & ipsam ex ebore & auro præfert, cum tænia & corona. Læua sceptrum tenet affabrè expolitum, & omnium metallorum varietate distinctum. Quæ auis sceptro incumbit, aquila est; Aurei sunt Calcei, pallium item aureum. Solium ipsum auro & pretiosis præfulget lapidibus*, &c. Quis non animaduertit hoc insigne maiestatem, & amplitudinem, & imperium adumbrare. Satis hæc exposuimus. recurramus ad Sacra.

Sedere in Throno significat maiestatem. Pausanias.

55. Dei amplitudinem & maiestatem declarat, visio quam secus flumen Cholbar Ezechiel vidit. voluit enim in eo Deus magnificentiã suam, & potentiæ suæ diuinæ auctoritatem ostentare, vt omnibus nota esset. regalis omnipotentia, & diuinum imperium, quo tamquam supremus imperator, omnia moderatur, suam exequens moderatricem prouidentiam, & diligentem gubernationem. Inter alia quæ Ezechiel spectauit in tam magnifica & præclara visione, præcipuum videtur esse regalis Tronus, seu magnificentissimus diuinæ gloriæ currus, in quo Regem potentissimum Deum sessitare cernebat Propheta. c.1.v.26. *& super firmamentum, quod erat imminens capiti animalium quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo Throni. & super similitudinem Throni similitudo quasi aspectus hominis desuper* q.d. Super Firmamentum erat similitudo Throni quasi ex sapphiro fabrefacti, id est, cãdoris, pretij, & splendoris admirandi. nã sapphirus, ait, Plinius lib.37.c.2. aërei est coloris, aureis punctis micans, centroque Crystalino. Quare sapphirus significat nobilitatem & splendorem diuinæ maiestatis nobis inaccessum & inuisibilem. Simile solium erat, in quo Moyses, & LXX. Exodi 24.v.10. *Viderunt Dominũ, & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum cum serenum est*, q.d. sub pedibus eius apparebat quasi pauimentum ex saphiro constratum. Quo simbolo significatur splendidissima & præstantissima Dei maiestas, quæ omnem cæli, & gemmarum fulgorem & splendorem longè transcedit, & pedibus premit. Et Pierius agens de sapphiro ait: *Sapphirus apud veteres magna semper in veneratione fuit: siquidem per eum imperium, & summum sacerdotium significari manifestum est*, ergo si adspectus Throni, super quem Deus sessitans ab Ezechiele visus est, erat sapphiri, significabat summũ imperium, sedentis in eo simul & dominantis, cum Deus Rex potens, & metuendus nimis super Thronum suum sedens diuinitatis suæ maiestatem & imperium, ostentet. Hic est qui solus assequi valuit omnia difficilia, quæ de sapientia commemorauimus, qui solus est etiam *Rex Regum, & Dominus Dominantium* Apoc.19.v.16. vide Jsai.6.v.1.

Thronus gloriæ Dei qualis. Thronus regalis Dei significat eius maiestatem. Ezech.1. v.26. Plinius. Exod.24. v.10. Thronus saphirinus. Saphirus fuit in veneratione. Pierius.

VERS.

VERS. IX.

Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & vidit & dinumerauit, & mensus est.

Complutenses, Montanus, & Regia: *Dominus ipse creauit, illam & vidit, & dinumerauit illam*: Omittunt, *in Spiritu sancto, & dimensus est*, LXX. legunt: *Dominus ipse creauit illam, & effudit illam super omnia sua.* Tygurina *is enim creauit, vidit, ad numerum recensuit, & emensus est.* Drusius sequitur complutenses sensus est.

Sensus.

56. *Ipse creauit illam*, &c. q.d. Cum solus Deus omnipotens perfectè suam comprehenderit sapientiam, nullus alius præter ipsum concepit in mente sua, nullo ei suggerente, rationes, secundum quas mundum erat creaturus, & rationali creaturæ viuendi modum præscripturus, vt ne putetur sapientiam alterius alicuius doni apud Deum fuisse. Eius autem conceptio rationum fuit in Spiritu sancto, id est, ea ratio, qua Deus omnia facere disposuit, omni caret vitio, & ob id omnia opera, quæ inde prodierunt, fuerunt perfecta & irreprehensibilia. Tandem nullus alius præter ipsum Deum hanc sapientiam suam vidit, & dinumerauit, & mensus est, quia erat omnipotens; cum nemo etiam posset inuestigare, & nemini reuelata fuerit, nemoque eam comprehendere potuerit, nec magnitudinem eius dinumerare, nec eius profunditatem dimetiri, &c.

Prima interpretatio, & illustratio de Christi Domini Incarnatione.

Ipse creauit eam in Spiritu sancto. Facilem sensum huius sententiæ redderemus, si communẽ fere omnium interpretationem sectaremur, scilicet de Christi Domini mirabili Incarnatione: ait enim Rabanus: *Ipse creauit illam, vnigeniti scilicet adiunctum per verbum sibi coæternum cum Spiritu sancto dispensauit, quo modo per Virginis partum ad salutem mundi veniret, & creaturas repararet, & hominem ad agnitionem & dilectionem sui reuocaret. Dans illi donum Spiritus sancti, vt eius munere saluetur in æternum.* Sequuntur Rabanum, Lyra, Hugo, Dionys. Palac. verbum *creare* explicant pro incarnari, id est, incarnari fecit operatione & virtute Spiritus sancti. Quamuis in sensu litterali de hoc ineffabili & arcano Incarnationis mysterio non loquatur Ecclesiasticus, fortè in sensu mystico illud libenter spectauit, ideoque libet aliquid in eo explicando immorari.

Explicatio 1. de Incarnatione. Rabanus. Verbũ creare pro Incarnari facere. Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

57. Hoc diuinum & mirabile mysterium, à quo totius generis humani Redemptio pendebat; significare cæpit Deus, cùm primum hominem initio creationis ex limo terræ formauit. Quando enim illum immediatè condidit sine commixtione naturalis generationis, nomine filij sui decorauit. Hoc constat ex narratione genealogiæ Christi, quam nobis tradidit S. Lucas Euang. ipse enim per ascensum illam texuit, dicens: *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli*, &c. deducens vsque ad Adam, & tunc finem imposuit, dicens: *Qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei*, Luc.3.v.23.38. in hoc loco vocatus est Adam filius Dei, & hoc tanto nomine decoratus est, quia nullum alium habuit Parentem quam Deum, idque in figuram Christi futuri. Vnde D. Ambros. hunc locum explicans, ait: *Iam de ipso Adam, qui iuxtà Apostolum figuram accepit Christi, quid pulchrius potuit conuenire, quam vt Sacrosancta generatio à Dei filio inciperet, & vsque ad Dei filium duceretur Creatusque præcederet in figura, vt natus in veritate sequeretur? ad imaginem factus præiret, propter quem Dei imago descenderet.*

Mysterium incarnationis Christi. Luc.3.v.23 38. Adam vocatus est filius Dei. D. Ambros.

Hæc Christi genealogia ex D. Luca adumbrata videtur in scala, quam dormiens spectauit Jacob recipiens in ea Incarnationis Dominicæ mysteriũ, vt Abulensis, Vatab, Hugo, Dionysius, affirmant. Nam primum dicitur hanc scalam à terra in cælum vsque protendi, & in ipsum Deum desinere. Jtaque genealogia Christi ab ipso Christo sumit initium, & in Deo finitur. Cum ego Deus Adamum ex terra plasmauit, simul finem respiciebat, id est, Deum hominẽ, qui genealogiæ Adami terminus erat futurus. Sic eleganter Tertullianus lib. de Resurr. carnis: *Recogita*, inquit, *totum illic Deum occupatum, ac dedicatum manu, sensu, opere, Consilio, sapientia, prouidentia, & ipsa inprimis affectione, quæ lineamenta ducebat: quodcumque enim limus ille, iam tum imaginem induens Christi futuri in carne, non tantum Dei opus erat, sed & pignus.* Itaque cum Deus manibus suis filium primum Adamum plasmare cæpit, formationem naturalis filij, scilicet Christi Domini, libentissime à longe prospiciebat: & forte illa occupatio, dedicatio manu, sensu, &c. cuius Tertullianus meminit vim & spiritum sumebat ex ipsius Dei desiderio, quod suam ipsius mentem occupabat, formandi, seu, vt Ecclesiasticus ait, *creandi* filium suum, id est, incarnari, faciendi, sicque in Adamo lineamenta ducebat Christi futuri: quia nimirum ipsius Christi exemplar tunc significabat. q.d. *hazia el bosqueio y echaua las primieras lineas de la verdadera imagensiua, queauia depintar enel fin delos Tiempos.* vt sicut è limo formabat Adamum sine viri operatione, ita Christum sine Patre homine in Virginis vtero formaturus erat.

Scala Iacob denotat Incarnationem Christi. Abulensis. Hugo. Dionys. Tertul. Adam imago erat Christi futuri in carne.

58. Rursus hoc diuinum Incarnationis mysterium prospexit Abraham. Cum notanter dixit Gen. 15. v.2. *Domine Deus, quid dabis mihi?* In originali nomen *Iehouah*, quod erat ineffabile, mutatum est in *Iehouih*, quod ita prolatum, vt placet Caietano, amoris

Incarnationis mysteriũ adumbratũ. Gen.15.v.2. Caietan.

ris teneritudinem,& dulcedinem demonstrat,ortam ex familiari consortio Abraham cum Domino, vbi mysterium Incarnationis filij Dei adumbratum est. Quod à mundi primordio homines videndi desiderio æstuabant, spectantes, & salutantes nostra fælicia tempora. Sic Eusebius, explicat verba illa Matt.21.v.8. *Plurima autem turba strauerunt,&c. Omnis*, inquit, *Prophetarum,& Patriarcharum multitudo vestimenta sua strauerunt in via, viam Domino parauerunt, & fidem suam alios docuerunt.* Quare Abraham cum hoc mysterium prospiceret, & mentis oculis Deum factum hominem instar infantis lachrymas effundétis in præsepij incunabulis, fugientem vbera matris suæ cerneret, nomen nouum ei veluti diminutum imponit, sed dulcedine plenum, & vocat eum, *Iehouih* quasi deunculum, præ amoris dulcedine, dicens. *Domine Deus*, &c.

Eusebius. Matt.21. v.8.

Iehouih nomen diminutū Iehouah.

Insuper videtur hoc diuinum mysterium prænuntiatum in ea humili Ieremiæ præcatione qua si dolentis & miserentis: cap.47.v.6. Cum ait; *O mucro Domini, vsquequò non quiesces? ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile.* Vbi secundum litteram spectabat propheticis oculis Ieremias sæuientem Domini gladium, latèque in Palesthinæ finibus,& durè grassantem: & miseratus eius populi casum,admiransque tantam in laceranda ea Regione constantiam, exclamat: O mucro Domini quousque tandem inclementer grassabere? quando furori impones atquè vindictæ modũ? ecquis erit lacerandi, atque mactandi finis? Sed secundum mysterium haud dubium mysterium Incarnationis prospicere videbatur. Verbum enim diuinum mucro vel gladius nominatur apud Paulum Ephes.6.v.17. *Et gladium spiritus, quod est verbum Dei*, erat enim gladius exacutus, quo Deus vindictam de hominibus sumebat, & mulctabat, at quod per vaginam corpus intelligatur, probat id Dan.7.v.15. *Horruit spiritus meus*, &c. *ego Daniel territus sum in his.* vbi Heb: *Contritus fui spiritu meo ego Daniel in medio corporis*, Vatab. *Vaginæ* נדן. *Thoza* etiam Corpus & vaginam significat. Sic Tertulia. ingeniosè libro de resurrectione vocauit corpus *manuum Dei operam, ingenij sui curam, ad flatus sui vaginam* &c. appellat *operã manuum* Dei, quia corpus primi hominis manibus suis efformauit: & *curam sui ingenij*, quia erat ipse quasi euigilans in sui vtilitatem, nos diceremus. *Era eldesbelo de su len ten dimiento.* Tandem vocat *Vaginam ad flatus*, quia cum anima esset *spiraculum vitæ*, quod *inspirauit in faciem eius*, dedit ei corpus quasi vaginam, in qua spiritus eius reconderetur, & custodiretur, &c. Corpus enim instar vaginæ est animam vel spiritum recipientis & recondentis.

Idem mysterium prænuntiatum. Ierc.47.v.6

Verbum diuinum gladius. Eph.6.v.17 Dan.7.v.15

Gen.2.v.7.

Corpus vagina animæ.

Ergo licet Jeremias præsentem cladem respiceret? & miseratus Domini clementiam imploraret; sed fortè diuinum Incarnationis mysterium prospiciebat. nam cum animaduerteret Deum in populum,& in gentes iratum. Gladium, seu mucronem diuini verbi tenentem euaginatum, vt telis vlcisceretur, impensè rogat, vt suum iustum furorem remittat,& iræ impetus temperet; populus enim Deo stomachum suis sceleribus fecerat mouere. At hoc facturus erat Deus mucronem, seu gladium diuini sui Verbi intra humanitatis nostræ vaginam per vnionem hypostaticam recondendo, vt non iam Deus inuisibilis sed homo visibilis appareret. q. d. scio Domine nos te ad iram impulisse, & furorem tuum iustum sceleribus nostris concitasse, sed cesset iam furor tuus, & iracundia temperetur, qua hominum iniuriarum te vindicem præbuisti, fac vt gladius tuus, id est, verbum tuum in humana vaginâ recondatur, vt imponas furori, atque vindictæ modum. Verbum Incarnatum reconsiliationem efficiet, & pretium redemptionis offerens, veniam nobis peccatorum impetrabit.

Incarnatio Christi Deũ iratum placat.

59. *Annuntiatio virginis.*

Ergo ait Sirach. *Ipse creauit eam in Spiritu sancto*, id est, Christum Incarnari fecit Spiritus sancti operatione, vnde Gabriel, qui fuit huius diuini Incarnationis Mysterij fidelissimus nuntius, rogatus à Virgine, in cuius vtero Deus homo erat formandus: *quomodo fiet istud?* Luc.1.v.34. Respondit: *Spiritus sanctus superueniet in te* q.d. inquit D. Bernardus, hom.4. sup. missus est. *Quid à me requiris quod ipsa in te mox experieris? sciens, scies; & feliciter scies. Sed illo Doctore, quo & auctore, ego enim missus sum nuntiare virginalem conceptum, non creare.* Ecce quomodo Bernar. opus Incarnationis Verbo *creandi* expo- *Incarnatio facta Spiritus S. operatione.* suit. quia si ipse Angelus creaturus non erat hoc Verbi diuini & humanitatis compositum, ergo Deus, Spiritu sancto operante, creaturus erat, hoc est, vterum virginalem quæ dissimilem naturam, in vtero virginali Mariæ. Quam vnionem, vel creationem (si sic Incarnationem appellare velis, propter Verbum *creandi*, quo vsus est Sirach) purissima Virgo sensit, cum consensum obtulit. & turbatio præcedens, quam sedauit Angelus orta videbatur ex præsentia diuinitatis, qua vtero suo appropinquare senserat, vt suæ humanitati agglutinaretur. *Vnde nata est turbatio virginis in Incarnatione.* Sic eleganter explicuit D. Petrus Chrys. Ser. 143. Explicans id Lucæ 1.v.29. *Turbata est*, &c. *Turbatæ est*, inquit, *Caro, concussa sunt viscera, mens tremuit, tota cordis obstupuit altitudo, quia in ingressu Angeli, Virgo sensit diuinitatis ingressum. Turbatur humani corporis Templum, & carnalis domicilij mouebantur angustiæ, cum se in virgineo pectore tota Dei conderet magnitudo.* Quod confirmat sedulius, cum de hac annuntiatione & turbatione agit, canens:

D.Petr. Chrys. Luc.1.v.29.

Sedulius.

Stupet innuba tensos

Virgo sinus, gaudetque suum paritura parentem, id est, cum stupore miratur virgo se habere vterum ita distentum, vt diuinitatis magnitudinem capere sufficiat: gaudetque virgo Deum in lucem factum hominem editura, sine virginitatis detrimento. Sic dixit Euthym. in cap.1. Luc. explicans. *Aue. Gaude.* q.d. *vtpote inter omnes virgines in Dei Matrem electa*, id est, quia Virgo intemerata paritura sis ipsum Deum, &c.

Euthym.

60. *AdDeum & ad virginem operatio Incarnationis spectabat.*

Rursus scala Jacob. Ex superiori parte cælum tangebat, ex inferiori terram, vel ipsum Jacob, quia ad Deum spectabat opus diuinum Jncarnationis Verbi, & ad virginem suum purissimum sanguinem vltro ad formationem corporis offerre. Sic dixit D. Epiphan. Serm. de laude virginis: *O cæli ac terræ mediatrix, quæ vnionem Verbi naturaliter peregit.* quamuis dicat virginem naturaliter vnionem hypostaticam peregisse, sensus est, obtulisse quod necessarium erat, & naturaliter conferri poterat. Nimirum præbendo vt diximus, sanguinem ad corporis formationem fouendoque, ac præparando materiam ad illam vnionem cum anima Christi, sed quod deinceps creatum est. Diuinum erat. Vide D.Thom.23.q.103.a 4.ad 2. Sic dixit Tertullianus lib.de carne Christi cap. 18. *Dei filius ex Patris Dei semine, id est, spiritus, vt esset hominis filius Caro ei sola erat ex hominis carne sumenda sine viri semine. vocabat enim viri semen apud habentem Dei semen,*

D.Epiphan.

D.Thom. Tertul.

men, &c. Vbi nota Spiritum sanctum propriè non esse semen Dei; Deus enim nullum ex se semen deijcit vti facit homo, impropriè vocabat Spiritum sanctum semen Dei: Quia scilicet ipse diuina virtute à Patre & filio accepta fecit in Virgine quod in vxore fecit semen viri. Vocatur ergo semen, quia fuit loco & vice seminis: formauit enim & organizauit Corpus Christi in Virgine vti embryonis corpus in vtero matris, ex cuius semine & sanguine coagulat, coagmentat, format, & organizat semen vtile.

Spiritus s. nõ est semẽ Dei.

Turbationẽ Virginis Angelus sedasit. D.P.Chryf

Insuper cum Angelus Virginem salutauisset, annuntians Jncarnationem Verbi, ipsâ turbata est, sed turbationem sedat dicens: *Ne timeas Maria: Spiritus sanctus superueniet in te.* Quod pulchrè commentatur D.P. Chrys.serm.142. dicens *Audistis Angelum de carnis nostræ limo templum diuinæ maiestatis arte ineffabili construentem. Audistis inaudita ratione in vno corpore Deum hominemq; misceri. Audistis fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelica exhortatione roborari. Denique ne tanto ponderi cælestis fabrica in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet. Et in Virgine totius generis humani portatura fructum, Virga tenuis frangeretur, fugatura inetum, vox Angeli mox præcesit dicens. Ne timeas Maria.* Explicans statim id de Spiritus sancti operatione, ait; *Spiritus sanctus superueniet in te; quia quod de carne natum est, caro est, & quod de spiritu, Spiritus est: qui ergo de spiritu nascitur sine controuersia Deus est. Et obumbrat Dei virtus, ne portatura Deum fragilitas humana succumbat.*

61. *Vnio Incarnationis laudata.*

Hanc vnionem diuinam commendans D.Methodius Mart. tom.3. Bibl. nouæ in serm. de festo Purificationis Deiparæ, & hanc excellentissimam Virginem dulcibus verbis magnificans, inter alia cum ea loquens, ait: *Tu circumscriptio (vt ita dicam) eius, qui circumscribi non potest, radix floris speciosissimi: Mater plasmatoris, nutrix altoris complexio eius, qui cætera complectitur, forceps carbunculi illius purgatorij, sinus exiguus immensi illius sinus omnia in se concludentis: volut imperceptibilis roris*, &c. Expende id, *forceps*, &c. Recordatur enim illius forcipis, quo Angelus Jsaiæ labia purificauit. Isai. 6. v. 6. vbi nota quare Angelus non apprehendit manu ignitum carbonem; quo Prophetæ labia purgaret, sed forcipe, vel æreo, vt Exod. 27. v.3. vel aureo, vt 3. Regum 7. v.49. Numquid manum comburi formidabat? respondeo forte sic fecisse, vt ostenderet quanta reuerentiâ sacrati carbones contingi deberent. Ergo cum Christus Dominus calculus ignitus esset, quo humana natura purganda erat, necessarius fuit forceps aureus, quo reuerenter tangeretur; hic forceps Virgo Maria fuit, vt eam vocat Methodius, quæ in vtero carbunculum purgatorium apprehendit, vt ipsa diuini illius ignis particeps fieret, & ipsa hunc offerret, vt totus mundus purgaretur, &c.

D.Method *Virgo Maria forceps carbunculi, &c.* Isa.6.v.6.

Vnio hypostatica creata fuit.

Itaque cum Ecclesiasticus dixit, loquens de Sapientia diuina Incarnationem complectente in vtero splendidissimo Virginis Mariæ: *& ipse creauit*, &c. Intendit suadere vnionem hypostaticam creatam fuisse, cum sapientia diuina increabilis altissima vnione creatam humanitatem amplexa est, & cum ait sapientiam creatam, sic intelligamus in suo rigore Verbum *Creare*, pro producere quod non erat, intelligendum est, sapientiam in ordine ad vnitam humanitatem creatam dici.

Digressio de Annuntiatione Beatæ Virginis Mariæ.

62. *Annunciatio Virginis fundamentum iecit mysterio Incarnationis.* D.P.Chrys.

Diuus Petrus Chrysologus Serm. 141. Hanc mirabilem legationem, quæ salutis nostræ fundamenta iecit, paucis verbis complexus est. *Quæ ergo*, inquit, *mandat Deus, exequitur Angelus implet Spiritus, efficit virtus, virgo credit, natura suscipit, cæli enarrant, annuntiat firmamentum.* q. d. à supremo Deo mandatum prodijt, Angelus iniunctam sibi legationem transmittit ad Virginem, in cuius Virgineo Claustro diuini Verbi Jncarnatio peragenda erat: Spiritus sanctus, ad quem mira illa, ac ineffabilis, naturæ diuinæ cum humana substantia spectabat copulatio, munus suum exequitur, angustos Mariæ sinus tota replens diuinitate, vt absque Virginei floris detrimento Christum Dominum verum Deum & hominem suis visceribus conciperet. Maria verò Angeli Verbis benigna quidem aure exceptis, submisso deinde animo fidem admouit. Humana natura ad tantæ dignitatis euecta fastigium cælesti illo ac omnis prorsus hominis & Angelorum mentes insolito stupore defigente fruitur beneficio: Cuncta denique cæli militia mysterium hoc miris laudibus extollit. Quæ omnia singillatim oportet perstringamus.

63. *Mysterium Incarnationis profundissimum.* Chrysol.

Missus est Angelus Gabriel à Deo. à Domino videlicet missus, vnde non potest non profundissimum esse Incarnationis mysterium, dignumque proinde quod nullus hominum audeat nimia curiositate perscrutari sic Chrysolog. *Qui audiat attentius quia à Deo missus est. Deitatis refugit perscrutari secretum.* Si enim Incarnationis excellentiam atque dignitatem ex illius auctore Deo optimo essemus indagaturi, omnes prorsus humani vires ingenij succumberent? nec facile possemus nos breuissimis nostrarum mentium funibus immensum hoc pelagus dimetiri: *Quæ ergo mandat Deus exequitur Angelus.* Et licet de Gabriele huius legationis ministro fas esset in præsentia aliquid dicere, vt tanti Angeli dignitas in se quidem spectata postulabat; Sed Mariæ laudes, quæ licet naturæ præstantia supernis cælorum potestatibus, longe sit inferior; virtutum tamen, decoris, gratiæquè ornamentis, humanas omnes & Angelicas mentes antecellit, nos impræsentiarum auocant, totamque tractationem iure suo sibi vendicant, ac veluti tenuissima lucerna ad fulgentissimos solis educta radios, vi tanti luminis obruitur; sic omnium Angelorum merita licet singuli, non vt modicæ lucernæ, sed adinstar fulgentissimi solis splendidissimis gratiæ & charitatis fulgeant ornamentis, ad Mariæ Virginis præsentiam penitus euanescunt.

Virgo Maria licet inferior natura præstantior est virtutibus calorum & potestatibus.

Sed prætermitti æquum non est, quare Deus cum Jncarnationis mysterium ad hominum salu-

Quare ad Incarnationem annuntiandam non hominem, sed Angelum elegit. Chrysol.

tem ordinauerit, huius legationis ministrum non hominem aliquem, sed Angelum sibi delegerit? ex multis, quæ in hanc rem possent adduci rationibus, aliquot breuiter impræsentiarum attingemus. Prima sit, quam reddit. D. Petr. Chrysol. *vt homo cursibus eisdem, quibus delapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam: agit cum Maria Angelus de salute, quia cum Eua Angelus, de ruina, vt nostræ perditionis initio, conueniens nostræ reparationis principium responderet.* Aequum enim fuerat, vt sicut parentalis maculæ, quæ in omnes deinde Adami posteros, irrepserat, principium & auctor extitit diabolus, cælestis quondam familiæ municeps, & quoad naturæ ordinem semper ad Angelorum naturam spectans, qui fraudulentis verbis atro veneno suffusis fœminæ pectus inhalauit, blandeque seduxit, vt Dei præcepta violaret; Sic alius è stripe Angelica, huius legationis ministerium à Domino deputaretur, qui verbis suis ad fœminam prolatis, nostræ salutis initia & fundamenta iaceret, & eum incarnandum nuntiaret, qui cunctas peccatorum nostrorum labes absterfurus erat.

64. *Secunda ratio de electione Angeli ad annuntiationem.* D. Thom. D. Dionys. Areop.

Secunda ratio sit, nã licet Virgo Maria gratiæ & charitatis plena, vt nuper diximus, decoris, Angelicis præstet virtutibus, sed quoad status dignitatem inferior erat, vt docet D. Thom. adhuc enim erat viatrix, Angeli vero iam dudum comprehensores; diuinæque naturæ fruentes conspectu. Cum vero asserat D. Dionysius Areop. oportere, vt difficiliora abstrusioraque mysteria à superioribus inferioribus patefiant, congruum sanè fuit, vt Beata Virgo Maria non ab homine, sed ab Angelo tam abstrusi mysterij conscia redderetur. Tertia denique ratio sit, quia cum statutum à Domino fuisset, non Angelicam, sed humanam sibi copulare naturam, iuxta id Heb. 2. v. 16. *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit,* consentaneum rationi erat, vt ex ea natura, quæ à beneficio Incarnationis arcebatur, legationis huius ministrum eligeret, ne totus honor hominibus tribui videretur, sed Angelus etiam vel hoc legationis munere fungens, aliquid sibi honoris, & dignitatis hauriret. *Ideoque Deus mandat, exequitur Angelus.*

Heb. 2. v. 16.

Vsus est Gabriel grandioribus verbis in salutatione.

Salutauit ergo Virginem Archangelus Gabriel eam certiorem faciens mysterij mox in eius visceribus conficiendi, vsus autem est grandioribus & excellentioribus verbis, quam vllius vnquam hominis laudibus deseruisse, compertum est. *Aue Maria,* inquit, *gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Luc. 1. v. 28. Cui enim vnquam contigit gratiæ plenus illius ore prædicari? Sed cum Deus speciali quadam præsentia reliquis creaturis non communi, Mariæ Virgini adesset, vtpote quæ diuini Verbi mater futura erat, quid mirum si eam insolito gratiarum cumulo repleuerit; & singulari gratia præmunierit, præcipuam inter cæteras fœminas ei benedictionem impertiens? Licet enim constet, referente Plutarcho, & Corn. Tacito, Fuluium eâdem vsum salutandi genus assumpsit. Primò quidem, quia cum perfectissimi oratoris sapientia polleret, voluit Mariæ Virgini animum facere, vt Verbi diuini Jncarnationi assentiretur; Vnde vt eius erga se gratum ac beneuolum animum redderet, primo eam ad gaudium & lætitiam excitauit; quod recte notauit D. Ambros. super hunc locum. *Maria edocta, & iussa est ab Angelo gaudere.* q.d. vt aduertit Eutymius: *Gaude vtpote inter omnes Virgines in Dei Matrem electa,* vt reuerà Maria Virgo, & ob propium ac commune humani generis bonum gauisa est.

Luc. 1. v. 28. Plutarch. Corn. Tac.

D. Ambros.

2. Quia particula *Aue* inuersis characteribus, Euam reddit, vnde non obscurè innuit, Mariam Virginem munere & officio omninò aduersam futuram esse Euæ: vt enim hæc omnium malorum fons & origo extitit, ita cuncta hominum felicitas à Maria Virgine principium duxit, quod ipsa testatur Ecclesia, cum Virginem alloquens, ita fatur; *Sumens illud Aue Gabrielis ore, mutans Euæ nomen.* Quæ mutatio non in solis verbis hæsit, sed ad munera ipsa penetrauit, Eua mater morientium, Maria eorum qui perpetuo victuri erant. Sed addit Chrysologus: *Aue* idem esse quod *accipe: Aue,* inquit, *hoc est accipe: quid? virtutes munerum, non pudoris.* q.d. excipe pectore tuo ea virtutum ornamenta, quibus ad munus tibi commissum, donec condecoreris, nec vllam timeas pudoris tui, & virginei floris iacturam; potens est enim Dominus matris fœcunditatem Virgineæ, pudicitiæ indemnitati coniungere.

Aue inuersis characteribus Euam sonat.

Chrysol.

65. *Quare dicitur Maria gratia plena.*

Pergit Archangelus, *Gratia plena.* quod non ita interpretor, vt Maria Virgo gratiâ, quam Theologi vocant habitualem, ornata significetur; hac enim à suæ cõceptionis instanti cumulatissimè fuerat imbuta; sed nullum in ea sensum extitisse, vel potentiam, quæ gratiæ muneribus, non copiosissima circumflueret, & omnes gratiæ quæ in reliquis creaturis dispersæ fuerant, in vnum agmen collectæ Virginem exornarent: & vt *omnia flumina intrant in mare* Ecclesiastes 1. v. 7. Sic omnes supernaturalium donorum riui in Mariam se inuehunt. Ita Bonauentura: *Omnia charismata intrant in Mariam: Flumen enim gratiæ Angelorum intrat in Mariam. Flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum, flumen gratiæ Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, Doctorum, intrat in Mariam: Omnia denique flumina intrant in Mariam. Sed quid mirum si omnis gratia in Mariam confluxit, per quam tanta gratia ad omnes defluxit?* Explicans verò Chrysologus, quænam esset hæc gratia, ait Serm. 143. *Hæc est gratia, quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Hanc gratiam detulit Angelus, accepit Virgo, salutem sæculis redditura.* Et eã plenam prædicat; *quia singulis gratia se est largita per partes, Mariæ vero simul se totam dedit gratiæ plenitudo.* Mirum ergo esse non debet, Mariam tot gratiæ muneribus condecoratam Patrem in eam animum flexisse, vt eam in matrem Filij sui deligeret, & dulcissimam sponsam Spiritus sancti, qui eam posteà abundantiori gratia cumulaturus erat, cum ex purissimo eius sanguine idoneum diuino Verbo corpus aptaret, nexu vnionis hypostaticæ copulandum. Vnde Gabriel vtpotè qui intimos Mariæ sinus rectè penetrauerat, & gratiarum cumulum ritè cognouerat, quo eam Spiritus sanctus perfuderat, vt dignum filio Patris æterni redderet habitaculum, ait: *Gratia plena.*

Ecc. 1. v. 7. D. Bonau.

Chrysol.

Quænam gratia Mariæ communicata est.

Nec sibi adhuc omninò placens, subiungit: *Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus,* quod non ideò

66. *Quid sit Dominus tecum.*

ideò verum est quod iam Christum Dominum concepisset, vt male aliqui existimarunt; hoc enim aperte pugnat cũ ipso Sacro Textu. Sed ob vnum è duobus, vel quia antiqui moris erat similis salutatio, vt olim dictum fuit Gedeoni: *Dominus tecum virorum fortissime,* Iud. 6. v. 12. vel melius quia Deus speciali quadam suæ diuinitatis præsentia virgini aderat: eam gratiarum & supernaturalium donorum prærogatiuis inter cæteras fœminas, singularem faciens, vnde merito Angelus subiecit: *Benedicta tu in mulieribus,* quod ipsa contestata est, in eo Cantic. Lucæ 1. v. 48. *Beatam me dicent omnes generationes,* id est, *benedictam.*

Iud. 6. v. 12.

Luc. 1. v. 48.

Quare medium locum teneat Dominus tecũ.

Sed iam huic salutationi finem imponamus hac interrogatione, cur scilicet inter reliqua verba, quibus Gabriel vsus est, medium locum obtineant ea, nempe; *Dominus tecum.* Haud ineptè quidem responderi potest, Dominum in medio cordis Mariæ Virginis sibi fixisse domicilium, vnde instar fulgentissimi solis ad cunctos Mariæ sensus, & potentias miros gratiarum radios emittebat. Sed prærerea meam etiam coniecturam proferam in medium. Cum enim communi totius Trinitatis consilio huius salutationis formula tradita fuerit Gabrieli: Suspicor singulas ex tribus Angelicæ salutationis partibus singulis personis respondere. Primam quidem Patri vnde in ipso salutationis ingressu Gabriel Mariam Virginem, *gratia plenam* nuncupauit, spectabat enim ad æterni Verbi Parentem Filio suo idoneum habitaculum præparare. Omnis gratiæ ornamentis condecoratum. Secundam vero Filio. *Dominus,* inquit, *tecum.* q.d. is, qui in intimis cordis tui penetralibus ab ipso tuæ conditionis instanti per gratiam commoratur, idem ipse citò ex tuo sanguine compacto corpusculo, verè & realiter aderit vnitus. Tertiam denique Spiritui sancto, ad quem spectabat diuini Verbi Jncarnationem in Virgineis visceribus operari, præmissis cælestium donorum muneribus, quibus eam supra omnes fœminas eueheret, vt iure, quodam posset, & deberet inter cæteras benedicta prædicari. Jta Chrysologus: *Verè benedicta, quæ fuit maior cælo, fortior terra, orbe latior: nam Deum, quem mundus non capit, sola cepit, Portauit, qui portat orbem, genuit genitorem suum, nutriuit omnium viuentium nutritorem,* &c.

Tertium Verbum salutationis ad Spiritum s. spectauit.

Chrysol.

67. *Quare expauit Maria, cum audiuit salutationẽ Angelicam.*

Ergo vix eiusmodi salutationem, auribus exceperat Maria, cum tota ad insolitos affatus pauit, non modo quia tanquam verè humilis, tanto se beneficio indignam iudicabat, aut Angeli alloquia visa sibi specie & elegantia occurrentis allueta non erat; sed etiam, quia ab ipso Gabrielis ingressu, vt nuper diximus num. 59. Verbi diuini vestigiã ex cælo in eius viscera ruentis præsensit, caroque ipsa tremefacta tantæ capiendæ maiestati se imparem ostendit. Jdeò dixit Sedulius vt supra: *Stupet innuba tensos Virgo sinus,* ac si Maria Virgo cum se diuina prole grauidam sensit, oculos in se conuertens, & angusta viscerum suorum claustra contemplans, insolito stupore defixa mansisset, dum eum quem cæli capere non poterant, intra breuis sui corpusculi fines clausum cernebat. Sed festinos huius timoris gressus in cor Mariæ peruadentis compescuit Archangelus, dicens: *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum,* &c. Lucæ 1. v. 30. Ignara modi, quo Verbi diuini Incarnatio peragenda erat prudentissimè Virgo dubitauit, & timuit, cum Virginitatis dispendio nullatenus assensura. Ideo Dei protectionem pollicetur Angelus; *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.*

Sedul.

Luc. 1. v. 30.

Vaticinatus olim fuerat Regius vates Dauid, Psal. 71. v. 6. Verbum diuinum è cælo lapsurum instar pluuiæ sensim in vellus descendentis: *Descendet,* inquit, *sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Et per Oseam cap. 14. v. 6. *ero quasi ros,* id est, descendam vt ros humectans humanitatem. Fortasse vterque allusit ad signum, quod pro sua libertate Gedeon a Domino postulauit. In signum autem libertatis vidit vellus cælesti rore madefactum. Iud. 6. v. 38. *Et de nocte consurgens, expresso vellere concham rore impleuit.* Haud dissimilem diuini Verbi illapsum exoptabat Regius Psaltes, cuius verba elegantissimè explicuit Chrysologus Serm. 143. *Cælestis ergo imber Virgineum in vellus placido se fudit illapsu; & tota diuinitatis vnda bibulo se nostræ carnis celauit in vellere donec per patibulum Crucis expressum terris, omnibus in pluuiam salutis effunderet.* Vellus cælesti rore madefactum sacrum Virginis aluum adumbrabrat, in quem ros ille diuinus tacito quodam lapsu è cælo fluxit, & corpusculum intra Mariæ viscera delitescens, tota diuinitatis vmbra repleuit. *Implet Spiritus,* ac sicut Gedeonis vellus pugno pressum subiectam concham liquore repleuit: Sic Christi Domini corpus mille laboribus toto vitæ decursu maceratum, ac demum in Crucis torculari pressum copiosissimum sanguinem effudit, quo hominũ peccata delerentur. Hæc omnia pollicitus est Gabriel, cum Virginem alloquens, ait: *Spiritus sanctus superueniet in te,* &c. Luc. 1. v. 35. q. d. omnem animo timorem pelle, nam Spiritus sanctus singulari tibi auxilio & protectione aderit, vt Verbum diuinum instar roris sensim in vellus decidentis in sanguinem tuum illabatur, nullo facto Virginei pudoris claustro: *Implet Spiritus, virtus efficit.*

Verbum diuinum instar pluuiæ descendit ad Mariam. Ps. 71. v. 6. Ose. 14. v. 6

Iud. 6. v. 38.

Chrysol.

Vellus Gedeonis quid adumbraret

Luc. 1. v. 35.

Hoc glorioſissimo nuntio ad insolitum Mariæ gaudium & lætitiam excitata, Angelique verbis prius adhibita, fide sese totam in Dei nutum, & voluntatem penitus subiecit, in ea verba prorumpens, quibus auditis obstupuit cælum, pauit vniuersum: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Quibus geminæ virtutis illustre nobis attulit exemplum, miræ scilicet cuiusdam humilitatis, & promptissimæ obedientiæ. His enim extrema cordis sui domicilio opposuit ornamenta, quo Verbum diuinum alliceret, vt auidius, celeriusque rueret in eius viscera, haud obscurè innuens nulla esse pretiosiora aulæa, quibus pectoris nostri parietes exornari valeant, vt in eo Dominus libentissimè commoretur. Pauca circa vtramque virtutem dicam, quæ huic discursui finem imponent.

68. *Maria se subiecit ad Angeli Verba*

Adeò placet Dominicis oculis virtus humilitatis, vt quam primum videat hominem humilitate præditum, mox gloria sua abundantissimè cumulet. Num. 27. v. 20. præcepit Dominus Moysi, vt de gloria sua impertiretur Josue: *Dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ.* Cur, Domine, huiusmodi gloriam propria manu, & proprio nomine, non es elargitus Iosue? sic reuera amplius cum nobilitares. Conferes quidem, ait Dominus in Iosue *gloriæ tuæ partem,* honorificis eum verbis erga populum commendans, notumque faciens, tibi cum è vita defeceris, in munere successurum, vt omnes ei colla subijciãt, eiusq; pareãt mandatis, In Heb. legitur. *Dabis ei partem humilitatis tuæ.* Quid,

Virtus humilitatis placet Deo. Num. 27. v. 20.

ô Domine, gloriæ cum humilitate commune? aperte quidem innuit omnem Sanctorum gloriam & ornatum in vera humilitate situm esse: quapropter qui ad sublime honoris Fastigium attolli voluerit, imum humilitatis statum libenter amplectatur. Haud vulgare huius rei nobis exemplum præbuit Maria Virgo, quæ ancillæ humilitate contenta, ad celsissimam matris Dei dignitatem euecta est, vt inferius dicemus c.3.v.20.n.86. & 87.

69. *Virtus obedientiæ emituit in Maria.*

Secunda virtus, qua cælestis Regina maximè claruit, fuit obedientia; quæ ob sui excellentiam Virginem maximè idoneam reddidit, Verbo diuino suis visceribus concipiendo. Quod si verus obediens diuino alloquio dignus iudicatur, nil mirum erit, si ipsius ingressum per gratiam in cordis sui penetralia mereatur, Isai. 66. v. 2. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum Spiritu & trementem sermones meos.* In Heb. est, *mutantem se propter sermones meos*, ac si supernaturalis Dei amicitia ei promittatur, qui Dei mandatis ob temperat & ad Dei nutum exequendum facile propriam voluntatem inflectit. *Audi filia* (inquit Dauid, Psal. 44. v. 11.) & statim subiungit; *& vide.* vbi acutè piéque Bernard. *videre desideras, sed audi prius, gradus est auditus ad visum. Proinde audi & inclina aurem tuam, vt per auditus obedientiam, ad gloriam pertenias visionis.* Haud aliter rem hanc executa est Maria, quæ vt Dei alloquio, eiusque in terris conspectu digna fieret, hac duplici virtute se insignem reddidit; & propria viscera ornatius digniusque cælis ipsis fecit habitaculum. Concludit D. Epiphanius: *ô Fœmina sanctissima, quæ exercitum etiam Angelorum in stuporem deduxisti. Stupendum est miraculum, mulier gestans lucem in vlnis: Stupendum miraculum alter Thronus Cherubinus: Stupendum miraculum mulieris Filius, qui & ipsius & sæculorum est Pater.*

Isa. 66. v. 2.

Psl. 44. v. 11. D. Bernard.

D. Epiph.

Interpretatio secunda de diuini Verbi generatione.

70. *Explicatio Palacij in, pro, cum.*

IPse *creauit illam in Spiritu sancto, & vidit & dinumerauit*, &c. Palacius persistens in significatione Verbi Græci ἐκτισε, quod est possidere, affirmat sensum esse, quod Pater compararit, acquisiuit, possedit filium in Spiritu sancto, sumendo particulam *in* instrumentaliter. vel pro *cum*, & subdit: Quod si nimis vrgeas dictionem *in*, dicam tertio innuisse auctorem hoc loco mysterium, scilicet Patrem producturus Filium cognouit se, Filium, & Spiritum sanctum, ex qua cognitione plenissima filium seu sapientiam produxit. Ergo sapientiam genuit & acquisiuit in Spiritu sancto, scilicet ex cognitione, qua cognouit Spiritum sanctum. Nam vt melioris notæ Theologi dicunt Filius gignitur non modo ex personarum diuinarum agnitione, sed etiam ex notitia omnium creaturarum. Et post alias explicationes, concludit. Ergo his verbis innuit Ecclesiasticus, Deum Patrem tetendisse oculos suos, & in sua infinitate comprehendisse infinitas res, quas sapientia continet, & infinitam essentiam, quam habet: Juxta illud: *Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.* Psal. 150. v. 2.

Filij generatio ex notitia omnium creaturarũ.

Psl. 150. v. 2.

Noster Eman. Sâ sequitur Palacios, & vsurpat Verbum *creauit*, pro *produxit*, dicens: *Creauit*, id est, produxit, scilicet, gignendo. *In Spiritu sancto* pro *cum Spiritu sancto*, quem vnà, cum Filio produxit, procedit enim à Patre & filio, *vidit* scilicet in illa omnia à se per illum facienda. Hæc explicatio facilis & apta censebitur si sumatur Verbum *Creandi* pro producendi. Nam cum generatio Verbi diuini ex Patris intellectu ita dicatur strictè generatio, vt nullo modo possit explicari Verbo *Creandi*, inferetur enim Verbum diuinum creatũ esse, quod est absurdum & erroneum in Theologia: Ita si sumamus verbum *Creandi* in sua propria significatione, non erit verum dicere: *& ipse Creauit eam*, cum non creauerit Deus diuinam sapientiam, id est, Verbum diuinum, sed illud generatione produxerit. Itaque vera esset interpretatio Palacij & Sâ, si verbum *creandi* vsurparetur pro verbo producendi, seu generandi, vt potest vsurpari. Nam hæc duo verba *Creauit*, & genuit se mutuo explicant in linguis. Cicero li. 1. *de republica sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens, quam is qui, vt aiunt, creauerit, maior ei profecto quam parenti debetur gratia.* Virg. citante lactantio lib. 5. c. 10. n. 10. v. 517.

Sâ.

Cicero.

Virg. Lactant.

Sulmone Creatos
Quattuor hic iuuenes totidem, quod educat Vfens,
&c.

Contra Psal. 89. v. 2. *Priusquam montes fierent*, ex Heb. *gignerentur*, vel *nascerentur*, id est, crearentur.

Psl. 89. v. 2.

Sed quidquid sit de hoc, Verbum Græcum, ΕΚΤΙΖΩ, quo vtitur Ecclesiasticus non significat gignere, vel producere, sed condere, creare, fabricare, vt sæpissime in nouo Testamento inuenitur, & dicitur Deum mundum hunc condidisse κλσαι creasse fabricasse. Et Verbum Heb. respondens ΚΤΙΖΟ quod est בָּרָא *Bara* significat creare & Deo propriè conuenit, non homini, ille enim ex nihilo aliquid facit quod prius non erat, & de expræiacente materia nouo modo, & singulari consilio ac omnipotentia aliquid condidit & exhibet quod nulla creatura possit efficere. Vide Gen. 1. v. 27. Isa. 40. v. 26. & alijs in locis. Theologi concedunt illum modum *Creandi*, hoc est, promouendi ad dignitates, vt cum Papa Cardinales creat: & alium modum largè, quod significat producere, vt cum dicitur, intellectus creat intellecta, vel intellectionem. & sic videtur explicare Sâ, quem sequitur Ioannes Drusius. At stricto modo loquendo non conceditur in generatione Verbi diuini Creatio: quia hæc semper præsupponit Creatorem ex nihilo facere, aliquid, quod anteà non erat; aliter diceretur Verbum diuinum creatura, quod Arrianam hæresim redolet, Quare Deum creare sapientiam, non est idem, quod generare, aut producere.

Verbum ΚΤΙΖΩ *quid significat.*

Papa creat Cardinales, id est, eligit.

Litteralis interpretatio.

71. *Quid creare.*

ERgo vera explicatio huius loci, quam sequitur Jansenius, est, *creare* Deum sapientiam dici, quia ab æterno, nullo ei suggerente, in mente sua concepit rationes, secundum quas mundum erat creaturus, & rationali creaturæ viuendi modum præscripturus, vt ne putaretur sapientiam alterius alicuius dono apud Deum fuisse. Rectè proinde dicitur: *in Spiritu sancto*, (quod in originali Græco desideratur) scilicet, Spiritu sancto suo eã creasse hoc est, sua diuinitate & natura, quæ ab omni impuritate & vitio immunis est, vt intelligamus eam rationem, qua Deus omnia facere disposuit, omni carere vitio, & ob id omnia opera, quæ inde prodierunt, esse perfecta & irreprehensibilia.

Ianſenius.

Hoc potest illustrari ex eo Gen. 1. v. 1. Cum Moyses enarrare incipit mundi creationem, dicens: *In principio Creauit Deus cælum, & terram*: hæc creatio omnium rerum executio fuit illius sapientissimæ rationis, qua Deus ab æterno *Creauit*, id est, concepit, vt futuro in tempore esset exemplar, iuxta quod cælum & terram fabricaturus erat, & cum hæc ratio prototypon & origine sumpserit ab ipsamet increata sapientia, quæ ab æterno fuit generante producta; ideò affirmare Ecclesiasticum Deum creasse sapientiam, est idem, ac dicere, concepisse rationem fundatam in ipsa sapientia sua, secundum quam conditurus erat mundum: Alij legunt, *in principio*, id est, in filio, quia in Heb. est, *rixith* quod licet significet principium, non dubium est in sensu litterali & non mistico Verbum diuinum intelligi, cum ea sit summorum Patrum sententia. Origenes, hanc vocem *in principio*. Expendens: *Quodnam est*, inquit, *omnium principium, nisi Dominus noster Iesus Christus primogenitus omnis Creaturæ.* Melius D. Augustinus *In principio*, ait, *in Dei Sapientia quia & ipse Dei filius principium se dixit, quando ei dictum es. Tu quis es? & dixit: Principium & qui loquor vobis.* Hoc ipsum contestatur D. Anastasius Sinaï. in Gen. S. Ambrosius c. 4. exham. Rupertus Ab. & eadem D. Hieronym. Doctor. maximus, qui de Christi diuina sapientia explicat id, Psal. 39. v. 11. *vnde*, inquit, *& in Psalterio de seipso ait: In capite libri scriptum est de me, id est, in principio Geneseos, & in Euangelio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* alij legunt: *propter principium.* Nam per Filium Deus omnia operatur, est enim filius & sapientia & potentia Patris. quæ duo attributa in rerum molitione apprimè collucent.

Gen. 1. v. 1. *Creatio executio fuit diuinæ conceptionis.*

Origenes.

D. Auguſt.

D. Anaſtaſ. D. Ambroſ. Rupertus. D. Hieron.

Deus per filium omnia operatus est.

72. *Filius fuit exemplar verum creãdarum.*

Ex his colligo nostræ interpretationis confirmationem, nam si Pater cum cælum & terram de nihilo condidit, *in principio*, id est, secundum propositum exemplar, quod Filius erat, creauit omnia: Ergo si Filius sapientia erat, per quem *omnia facta sunt*, ipse filius rationem præbebat Patri in sua Sapientia fundatam, quam ab æterno conceperat, vt esset prototypon, seu exemplar, iuxta quod omnia visibilia & inuisibilia conderet. Ex quo constat omnia opera, quæ tunc ex ipso prodiere, euasisse perfecta, & irreprehensibilia: erant enim omnia quæ fecit Deus perfectissimè elaborata ex æterna sapientia profecta, & ab illo perfectionem acceperunt. Vnde Deus omnipotens ait: Moyses, Gen. 1. v. 31. *Vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valdèbona*, id est, perfectissimè & absolutissimè elaborata, & per consequens omni ex parte irreprehensibilia: fuerunt enim creata iuxta modum & rationem, quam Deus conceperat cum suam sapientiam, id est, Verbum, seu filium ab æterno generabat. Quare Ecclesiasticus hoc respiciens, ait: *Ipse creauit illam* (sapientiam) *in Spiritu sancto*, id est, ipse concepit rationes, secundum quas mundum erat fabricaturus, *in Spiritu sancto suo*, id est, sua diuinitate & natura, quæ omnino purissima est. Inde sequitur.

Gen. 1. v. 31 *Omnia, quæ fecit Deus erant perfectissimè elaborata.*

Et vidit, & dinumerauit, & mensus est. Fortè superioribus interrogationibus Respondere visus est Sirach, cum Rogauit: *Radix Sapientiæ cui reuelata est?* &c. Quibus significatur Deum perspectam & perfectam habuisse sapientiæ cognitionẽ. Quodque & numeratas, & mensuratas, habuisse omnes eius rationes, iuxta quas operaturus erat: item & omnia eius opera, ita vt sciret, & quot ea essent futura, & quanta. Sic dixit Salomon Sapient. 11. v. 21. *Sed omnia in mensura, & numero, & pondere dispossuisti*: Loquitur de Sapientia Dei, qua omnia creata sunt, tamquam de Idea architecti, quam ante opus necesse est esse in mente ipsius, & ab eo perspectam & cognitam esse, ita vt in ea videat omnium faciendorum & numerum & mensuram. Vide Job. 28. v. 23. *Deus intelligit viam eius* (Sapientiæ) *& ipse nouit locum illius, ipse enim fines mundi intuetur, & omnia, quæ sub cælo sunt, respicit. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus, Tunc vidit illam* (Sapientiam) *& enarrauit & præparauit & inuestigauit.* Quo testimonio nostra sententia satis illustratur. Sed ne multum immoremur, ad alia properamus.

73. *Super iorum interrogationũ responsio.*

Sap. 11. v. 21.

Omnia fecit Deus in pondere & mẽsura.

Iob 28. v. 23

VERS. X.

Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se.

Complutenses, & LXX. non dissident, nisi pro, *super omnem carnem* legunt *cum omni carne*, Montanus & Regia eodem modo transferunt. Tygur. *hanc super omnia opera sua superque animantia cuncta, effudit. pro sua magnificentia, & eam exhibuit suis studiosis.* Drusius non variat primum hemistichum, secundum sic legit; *pro largitione sua, & suppeditauit eam omnibus diligentibus se.* Reddo sensum.

Sensus.

74. *Et effudit*, &c. q.d. Non mirum est omnia opera Dei à sua potentia & sapientiâ, procedentia facta fuisse iuxta sapientiam suam, id est, iuxta rationem, quam ab æterno cõcepit. Quod omnia suam sapientiam suo modo communicent, & participent eam veluti relationem & dependentiam, quam quodcumque opus ab artifice suo participare solet. Deus omnipotens ad arbitrium & nutum suum omnia visibilia & inuisibilia finxit, & condidit, solum intuendo Ideam, secundum quam omnia sicut artifex sapientissimus operaturus erat. Et cum facta ex manibus suis processerunt, secum deferebant artificis relationem, quæ relatio haud dubium redolere diuinam Sapientiam videbatur, quam Deus ipse effuderat super omnia opera sua, id est, Deus suam sapientiam declarauit in omni re creata. Quia nulla creatura est? in qua Dei sapientia non reluceat. Omnia opera Dei testantur bonitatem, & sapientiam sui opificis, sed creatura rationalis hoc excellentius præ alijs habet, vt etiam sapientiæ Dei sit capax, videlicet quia per participationem sapientiam in se suscipere, & illius cognitionem percipere potest: & quia Deum homo tandem visurus est, prius in hac vita ei ipse Deus suppeditare solet, &c.

Nulla creatura est, in qua Sapientia Dei non reluceat.

Illustratio prima.

75. *Et effudit eam*, &c. Aliqui hunc versum non seperant à superiori, sed melius noster vulgatus à præcedenti separauit. Et prædictum sensum sequuntur, Lyra, Hugo, Sa. Jans. Estius & Palacius, qui illum confirmat exemplo pictoris & statuarij; facit, inquit, Pictor imaginem similem illi, quam intus in mente conceperat, non planè eandem, quam ille habet à se separat, & operi præstat; sed similem. Ita Pater effundit Sapientiam in omnes creaturas, non eandem suam, sed suæ similem, &c. Ergo nemo ibit inficias hic Syracidem alludere ad id Gen. 1. v. 31. *Et vidit Deus cuncta; quæ fecerat, & erant valde bona.* Quid mirum, o creator omnipotens, quod omnia opera tua sint valde bona, si super omniâ illa sapientiam tuam effudisti? quæ diuina sapientiâ demonstrabat, non plus vltra potentiam tuã, cum omnia tuis manibus depicta seu fabricata visa sunt, sigillum tuæ potentiæ receperunt, q.d. *Sacaron consigo el sello, o la marca de su dueño* sui artificis signum indicabant, & eius sapientiam prædicabant, quæ in omnibus suis operibus relucebat.

Lyra, Hugo, Sa, Iãs. Estius Palacius.

Deus effudit Sapientiam super creaturas.

Gen. 1. v. 31.

Opera Dei, eius sapientiam prædicant.

Ergo cum Deus hunc vniuersum condidit, quamuis propter vsum generis humani illum creauerit, at præcipuè propter Dei gloriam. Conditus est enim mundus, vt per eum Dei potentia, bonitas & sapientia, homini innotesceret, & tam mirabili spectaculo incitaretur, & erudiretur ad cognoscendum, amandum, & colendum Deum. Quod egregiè præstat mundus, dicente Paulo Rom. 1. v. 20. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*, & Sap. 13. v. 5. dicitur: *à magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horũ videri.* Rogo ergo quid habent in se creaturæ, quod Creatorẽ manifestent? numquid imaginem præseferunt Creatoris, vt possit Creator cognosci? hoc in homine verum est; sed in cæteris Creaturis, & in orbis pulchritudine, quod signum relucet, ad hoc vt Deus artifex cognoscatur? Certe in se deferunt Sapientiam & bonitatem eius, qui eas ex nihilo condidit. Fabrica enim huius vniuersi manifestè omnipotentiam ostentat, qua ex nihilo cuncta solo iussu perfecit, & sapientiam, qua res à se conditas summa ratione designauit & disposuit, atque incredibili prudentia gubernat, bonitatem quoque per quam non modo quæ non erant ex nihilo producta sunt, sed etiam postquam facta sunt quasi manu sua sustentat, vt superius diximus. Dixit eleganter D. Bernardus Serm. 3. in die Pentec. agens de huius mundi opere: *Et inesse quidem rerum inæstimabilis potentia commendatur, quod tam multa, tam magna, tam magnificè sunt creata, sane in modo ipso sapientia singularis elucet, quod hæc quidem sursum, hæc vero deorsum, hæc in medio ordinatissimè sint locata.* Ideò Deus optimus maximus cum oculos suæ maiestatis intendit in omnia opera à se condita, inuenit in eis bonitatem, & sapientiam, quæ in omnibus operibus refulgere videbantur, hoc est quod Ecclesiasticus ait; loquens de sapientia, per quam Deus omnia creauit: *Et effudit illam super omnia opera sua*, id est, sapientia sua in omnibus suis operibus relucet.

Creatura præsefert imaginem Creatoris.

Rom. 1. v. 20.

Sap. 13. v. 5.

D. Bernard. *Potentia Dei commendatur in suis operibus.*

Sapientia Christi in redemptione eluxit.

Hæc verba, *& effudit eam*, &c. aliqui exponunt de Christi redemptione, iuxta Psal. 21. v. 15. *sicut aqua*

Psl. 21. v. 15.

qua effusus sum. quia in eius passione abundanter in nos illius sapientiam effudit. Itaque Deus Pater cum immensum Sapientiæ suæ thesaurum nostri causa effudit, rem expendit & dimensus est; ostendit enim se tanti animã hominis æstimasse, vt tamquam iustum & debitum pretium pro ea emenda & Christi sanguinem & eius redemptionẽ obtulerit, & diffuderit. Sic dixit D. Ambrosius lib. 7. in cap. 12. Luc. *Idoneus sui operis æstimator magno pretio nos redemit, quod non æstimatur ære, sed sanguine.* Imitatur enim D. Petrum, qui dixit 1. Petr. 1. v. 19. *Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine*, &c. Pendendum id Ambrosij *idoneus*, &c. id est, non vt vilipendens, id enim proprium dæmonis est, nec vt vanus aut prodigus hominis æstimator, dum pro eius anima sanguinem suum appendit, sed qui iustum pretium se persoluere, neque id quod maiestate sua idoneum non esset, perficere, optimè nosset, &c.

D. Ambros.

1. Petr. 1. v. 19.

Illustratio secunda.

76. *Et super omnem carnem secundum datum suum.* Hic vocat *omnem Carnem* vel omnes animantes, vt transtulit Tygur. *superque animantia cuncta.* & sequitur Palacios, dicens: nam animalia quæ carnem habent, aut quod est simile carni, habent cognitionem seu notitiam, quæ nonnihil est sapientiæ, ac ideo speciatim sunt similia sapientiæ: Primaria enim animalium ratio est sentiendi. Vel certe vocat *omnem carnem* omnem hominem, nam in sacra Pagina caro vsurpatur pro homine. Isai. 40. v. 5. *omnis caro fœnum*, id est, omnis homo & cap. 49. v. 26. *Et sciet omnis caro*, id est, omnis homo. Joan. 1. v. 14. *Et Verbum caro factum est*, hoc est, Deus factus est homo. Ergo licet in omnibus operibus Dei sapientia ista refulgeat, sed magis in homine, vt quod sit perfectius opus, in quo Dei sapientia se magis admirandam exhibet. Psal. 138. v. 6. *mirabilis facta est scientia tua ex me.* q.d. meam ipse constitutionem, atque creationem, o Deus, cum intelligo, ex ea conijcio, quam admirabilis sit tua scientia, qui tanto artificio, tamquam mirabili structura hominẽ composueris, &c. Sed in eo præcipuè sapientia Dei diffusa est, quia homini data est intelligentia, qua quisque pro suo modo, & dono à Deo accepto, Dei sapientiam comprehendere possit. Hoc pulchrè manifestat hominis creatio, cum ex manibus Dei ad imaginem & similitudinem suam extitit creatus. Dixit Moyses, Genes. 1. v. 27. *Creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum.* Quænam imago hæc, nisi sapientia Dei, per quam factus est homo? Iam superius diximus Verbum diuinum sapientiam Patris, omnium rerum, quæ condendæ erant exemplar & prototypon diuinum fuisse. Sed hanc similitudinem declarat eleganter D. Ambrosius tract. de dignit. hominis cap. 3. *Sicut*, inquit, *Deus Creator, qui hominem, ad imaginem & similitudinem creauit, est charitas, & bonus, & iustus, patiens, atque mitis mundus, & misericors, & cætera virtutum sanctarum insignia, quæ de eo leguntur: Ita homo creatus est, vt charitatem haberet, vt bonus esset & iustus, vt patiens & misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in se ipso habet, tanto proprius est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem.*

Caro pro animãtibus. Palacius.

Caro pro homine. Isa. 40. v. 5. & 49. v. 26. Joa. 1. v. 14.

Psl. 138. v. 6.

Scientia Dei conijcitur ex fabrica hominis.

Gen. 1. v. 27

Imago Dei est sapientia Dei.

D. Ambros.

77. Cum igitur Deus hominem ad sui effigiem creauit secundũ Ideã, quam ab æterno concepe-

Qui videt hominem creatum à Deo, videt ipsum Deum.

rat, ita in eo suam sapientiam, & cætera diuina attributa abundanter effudit, vt, qui videret hominem creatum à Deo, ipsum Deum intueri videretur, quia vera Dei imago est. & cum hæc similitudo manifestaretur, in anima, in qua residet intellectus, & humana voluntas faciendo hominem creaturam intelligibilem, *effudit sapientiam suam secundum datum suum*, id est, *dono suo*, tanto abundantius, quanto plus à Deo diligeretur. Hæc effusio sapientiæ adumbrata videtur, Psal. 132. v. 2. *Sicut vnguentum in capite* (inquit Psaltes) *quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius*, &c. Alludit ad vnctionem, qua iussu Domini vngebatur summus sacerdos Aaron ad immolandam Domino. Sic dicitur Exo. 30. v. 25. & Leuit. 18. v. 12. *Quod* (vnguentum conditum à Moyse) *fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit.* Per pilos barbæ Aaron significabantur filij, & per oram vestimenti sui serui, & aliæ creaturæ. Sicut enim vnguentum sanctum fundebatur super caput sacerdotis, & super barbam, & super oram vestimenti: sic vnguentum diuinæ sapientiæ effusum à Deo est super primum hominem, qui fuit humani generis principium & caput, & super cætera opera omnia, quæ Deus ad sui gloriam condidit. Ideo mulier sanguinaria tetigit oram vestimenti Christi, cuius rationẽ reddit D. Petrus Chrysol. Serm. 35. vbi explicans locum Psalmi ait: *Videtis fratres in fimbriam vestimenti huius totam plenitudinem diuini chrismatis, totam diuini capitis transisse virtutem.* Ergo per vestem Dei creaturæ significantur, diuinitatem tangunt, id est, sapientiam & bonitatem quæ ex capite transit in vestimentum.

Psl. 132. v. 2. *Effusio sapientiæ adumbrata in Aarone.*

Exod. 30. v. 25.

Leuit. 8. v. 12.

Vnguentum diuinæ sapientiæ effusum super Adam.

78. Hoc probatur ex eo quod dixit præcursor Domini Ioannes, Ioan. 1. v. 16. *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.* q.d. nos qui homines sumus ad suã imaginem conditi, maiorem diuinæ sapientiæ abundantiam, quam cæteræ creaturæ communicamus: de plenitudine gratiæ, seu suæ sapientiæ accepimus. Et propter hanc sapientiæ & gratiæ plenitudinem Christus dicitur radix, nos omnes ramusculi; ille vitis, nos palmites, ille fundamentũ, nos super fundati, & super ædificati in ipso; ille sol nos stellæ, ille fons nos riuuli ex eo fonte Sapientiæ promanantes; ille quasi cor nos tamquam venæ & arteriæ, & nerui; denique ille caput, nos membra; quæ ab ipso vitam recipimus. Sicut enim in ramis ostenditur substantia radicis seu virtus, qua rami ex radice pullulant; sic homines, qui sumus veluti rami *radicis Sapientiæ*, virtutem huius radicis communicamus, quæ est sapientia, & super nos effusa, propter quam esse, & viuere accepimus. Item sicut riuuli ex fonte ita promanant, vt qui riuulos aqua redundantes intuentur, in eis manifestam vident fontis virtutem, qui eis aquam suam communicauit. Sic cum simus riuuli *à sapientiæ fonte* procedentes, in nobis haud dubium aqua fontis ostenditur, quæ est Sapientia, cuius nos omnes participes sumus, quia *effusæ est* hæc sapientiæ aqua *super omnem carnem.* Denique sicut ex capite vita manat ad membrorum alimentum: Sic nos, qui membra sumus capitis nostri, qui est Deus, scu Christus Dominus, ab ipso veluti sugimus, vel haurimus vitam, qua alimur, nutrimur, & augemur. Hæc vita quæ est nisi sapientia, qua nos viuimus, quam super nos Deus Creator omnipotens effudit, vt sapientia sua in omnibus operibus suis refulgeret? Tandem hoc prophetauit Ioel. cap. 2.

Joan. 1. v. 16. *De plenitudine Dei nos omnes accepimus Sapientiam.*

Homines sumus riuuli à Sapientiæ fonte procedentes.

Ioel.2.v.28

v.28. ex parte Dei dicens: *Effundam Spiritum meum super omnem carnem*, id est, sapientiam suam, vt dixit super hunc locum Hugo victor. *Sapientia fusa, ignorantiæ fustulit ignorantiæ.* Quod vt iam factum commemorauit Sirach, aiens: *Et effudit super omnem carnem*, quod adijcit, *secundum datum suum*, nil aliud significat nisi dono Dei. Hugo explicuit, id est, secundum magnificentiam suam, vel secundum dispensationem dominationis suæ. Sic transtulit Tygurina: *pro sua munificentia*, quia Deus cum hanc suam sapientiam effudit super omnes Creaturas, suam ostentauit munificentiam. Sâ addit: prout cuique voluit communicare.

Spiritus pro sapientia.

Illustratio vltima.

79. *Deus præbet sapientiam diligentibus se.*

TAndem ait Ecclesiasticus: Et *præbuit illam diligentibus se.* Si iam effudit Deus hanc sapientiam super omnia opera sua, & super omnem carnem, cur modo ait, præbere illam diligentibus se? Verum est eam effudisse super omnia opera sua, in quibus omnibus relucet, sed cognitionem eius minimè percipiunt, non solum cætera opera Domini, sed nec homines non pauci. Sic enim dixit Psaltes Psalmo 13. v. 2. *Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Iure de hoc queritur Deus, quia ferè non est qui cognitionem sapientiæ, qua conditus est, percipere valeat: *omnes declinauerunt*; id est, tantum abest, vt requirant Deum, vt illum ne monentem quidem, ac viam vltro ostendentem sequantur, & à Dei cultu declinant, ab eiusque etiam monitis recedunt. q. d. *no reconocen lamarca de la sabiduria conque fueron criados para pagar el tributo de reconocimento.* Sed omnes inutiles facti sunt. Ergo cum Deus intueatur homines non intelligentes Deum, nec cognoscentes beneficium suæ sapientiæ, *præbet* hanc sapientiam *diligentibus se*, id est, illis, qui per amorem Deum requirunt, & sapientiæ cognitionem recipiunt, illuminat, & collustrat affluenter, vt melius in dies cognitionem sapientiæ percipientes collustrentur magis, & diuina sapientia, seu dilectione & gratia repleantur. Vt sic melius aptentur ad Deum quandoque clarè intuendum; & eius æterna gloria fruendum.

Psal.13.v.2.

Deus diligentibus se præbet suam sapientiam.

Porro ex hoc colligitur, quod quanto plus homines Deum diligunt, tanto exuberantius donis sapientiæ increatæ replentur. Sic scriptum est per Apostolum Jacob.1.v.5. *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter.* Illud *affluenter* significat effusam Dei liberalitatem. vide Ephes.3.v.20. *Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quæ operatur in nobis: ipsi gloria*, &c. Ipsemet Deus largitur hominibus gratiam præparandi se ad huius sapientiæ infusionem, ac incrementum, infundit eandem, & profectum præstat in eâ, &c.

Qui plus Deum diligunt, abundantius eius donis replentur.

Iac.1.v.5

Eph.3.v.20

VERS. XI.

Timor Domini gloria & gloriatio & lætitia, & corona exultationis.

Originalia Complut. LXX. Montanus, & Regia non dissident à vulgato, Tygur. *Religio Domini ipsa gloria est, & magnificentia, & lætitia*, Drusius non variat, offero sensum, & illustro.

Sensus.

80. *Primus sapientiæ effectus, timor est.*

TImor Domini, &c. q. d. Primus sapientiæ diuinæ effectus, timor est, id est, reuerentia Dei, eiusque cultus, vel religio, quæ ipsum Deum respicit. Hic ergo timor seu cultus Dei, gloria est honi, qui ingentem affert ei decorem & honorem. Estq; gloriatio, quia inde homo potest gloriari, sed in Domino. Insuper & est lætitia, quia ansam præbet gaudendi; & tandem est veluti corona exultationis, est enim coronæ instar decus & exultationem adferentis, &c.

Illustratio prima.

Sapientia diuinæ laudes.

POstquam de sapientia sermonem instituit Ecclesiasticus in communicatione sui, nunc de effectibus, & laudibus huius diuinæ sapientiæ agere contendit. & In prima linea *timorem Domini* collocat: est enim, vt statim docet, *initium veræ sapientiæ.* Et licet multiplex sit timor. Scilicet filialis, seruilis, & initialis, vt vers.16. dicemus; At in præsentiarum absque dubio tractat de timore filiali: Timor enim in communi sic describitur: *Timor est metus mali impendentis*, vt dixit Cicero lib. 4. Tertul. quæst. seu *expectatio mali*, secundum Aristot. lib. 2. Ethic. cap. 4. Seu tandem vt Speusippus Platonicus dixit: *Metus est animi concitatio in expectatione mali.* Sicque timor Domini erit metus peccati impendentis propter Domini amorem, id est, in eius amore fundatus, & stabilitus. Qui enim aliquem diligit, fugit eum offendere, & qui perfectè Deum amat, timet & fugit peccatum? Quia peccatum illum offendit, & valde ei displicet, sicque fugit periculum displicendi ei, quem plus omnibus rebus diligit. Verbum enim Græcum, quo hic vtitur Ecclesiasticus est φοβος, & deducitur à Verbo φεβομαι, quod significat fugere, timere, metuere, & *phobos* est fuga, timor, metus. Qui enim timet fugit: & fuga indicat timorem: Seu metum, & qui timet Dominum fugit sine dubio peccatum, cum solum peccatum sit, quod gratia & amore Dei hominem priuat, spoliat, nudat.

Timoris definitiones. Cicero. Aristot. *Speusip. Platonicus.*

Qui diligit Deum, timet peccatum.

Fuga indicat timorem.

Itaque hic timor significat metum impendentis peccati; & per consequens fugam, ne Deo inferat iniuriam. Hinc est quod antiqui Gentiles fanum

81.

81. *Timori antiqui fanum erexerunt.* Plutarch.

num seu sacellum timori tanquam Deo erexerunt, teste Plutarcho de vitis in Cleomone; ait enim: *Colunt autem Metum* (Lacedæmones) *non eo modo, quo, noxios quosdam genios abominantur, sed quod maximè contineri rempublicam arbitrantur. Qui enim maximè leges timent: ij aduersus hostem sunt audacissimi, miniméque dolorem formidant, qui malè audire, maximè timent. Ideo rectè dictum est; namque verecundus metus comes est pudor: nam plerig; eos maximè reuerentur, quos timent.* Hoc confirmauit Cælius Rhodigin. lib. 1. Genial. dier. cap. 13. & idem repetit Plutarchus testimonium. Vincentius Chartarus Rhegiensius, seu Antonius Viredarius, in suo libro de imaginibus Deorum, qui ab antiquis colebantur: Antiqui enim (inquit) alios dæmones venerabantur, quos tanquam noxios procul abesse à ciuitate volebant, non sic Timorem, quem secum habebant; arbitrabantur enim maximè rempublicam contineri; cum scilicet leges atque magistratus timerentur. Quare legimus apud Lacedæmonicos Ephoros Timoris sacellum constructisse prope locum, vbi tribunal habebant, vt essent cæteris maiori formidini. Tandem Xenophon Philosophus & imperator in suo lib. 3. memorabilium: *Fiducia*, dixit, *negligentiam, & ignauiam, & inobedientiam in hominum animis excitat: metus autem efficit attentiores, magisque parendi studiosos atque compositos.* Hoc probat argumento à nautis; *Nam*, inquit, *cum illi nihil rectè atque ordine gerunt; at vbi vel tempestatem, vel prælia verentur, non solum imperata cuncta faciunt: Sed etiam & cum silentio quid futurum sit, vt ipsis mandetur sollicitè expectant, instar eorum: qui nauant in choris operam.*

Rhodigin.

Viredarius.

Deum timorem secum antiqui habebant.

Xenophon

Fiducia negligentiam generat.

82. *Timor Dei, qualis.*

Ergo si hoc genus timoris corrigatur cum additione amoris Dei, conuenit omnibus, qui legem Dei obseruant. Iam diximus timorem esse animi concitationem in expectatione mali impendentis, & si huic timori adijciatur ratio, seu finis, in cuius gratiam timeatur malum, qui est amor Dei, eumdem effectum operabitur in homine, vel in Christiana republica, quem ille Deus timoris, qui à Gentilibus colebatur. Si huic simulachro sacellum erexere, eo quod maxime respublica continebatur, id est, coërcebatur, magistratusque timebantur: non mirum quod idem effectus in homine expectetur. Cum enim homo erigit in corde suo simulachrum, Dei timori, amorem Dei recipiendo, quia timet, ne animo cadat in diuinæ legis obseruatione, & ne ex corde suo Deum ipsum in fugam conijciat; haud dubium quod cor suum contineat, reprimat, cohibeat ad fugiendum peccatum, quod est verum obiectum timoris Dei, magis quam pænæ malum. Dixit Sedulius tomo 5. Bibliot. nouæ, explicans id Psal. 13. v. 3. *Non est timor Dei ante oculos eorum: In timore Dei omnia concluſit, qui si Dei timorem semper ante oculos habuissent, non vtique deliquissent, neque enim audet seruus præsente Domino.* Insuper efficiet timor Domini, vt leges obseruentur, & eius præcepta custodiantur. Demum sicut nimia fiducia negligentem, & ignauum generat animum ad obediendum; sic timor Domini efficit attentiorem, magisque parendi studiosum, atque compositum. Timet enim tempestatem mortis, quæ imminet; & veretur prælia vitiorum, ne victoriam de se ipso consequantur, & ipsum Deum ex corde, vbi pacificè morabatur fugare adigatur, vel ipse homo de sinu Dei, vbi foebatur amicè, miserè cadat.

Timor remp. continet.

Sedulius. Psal.13.v.3. *Timor facit, vt leges obseruentur.*

Itaque sit timor Domini cordis peritus nauclerus, vt cum tempestas vitiorum timeatur, animus securus euadat. Explicans id D. Ioan. Chrysost. t. 1. homil. de fide Annæ, opprobria æmulæ Annæ, & eius prudentiam, ait: *Siquidem Dei timor tanquam nauclerus gubernaculis assidens persuasit eam tempestate magno animo perferendam esse, nec prius destitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum*, &c. Tandem cum Dei timor in solio humani cordis tanquam gubernator passionum animæ sedet, peccata consumit, & virtutes crescere facit. Sic idem Chrysostomus tom. 5. homil. 15. ad pop. Ant, inter alia de effectibus timoris Dei eleganter dixit: *Nihil enim tantum peccata quidem consumit, virtutem vero crescere facit, & germinare, quantum continui timoris natura. Propterea qui non viuit in timore, rectè illum agere non est facile: Sicut viciſsim cum timore viuentem, est impossibile peccare.* Est enim timor Dei aculeus, vt vocauit B. Petr. Dam. li. 6. Epist. 4. *Dum eos diuini terroris aculeus stimulat.* hoc aculeo homo stimulatus, conatur peccatorum occasiones fugere, &c.

83. *Timor Domini peritus nauclerus.* D. Chrys.

Timor Domini peccata consumit. D. Chrys.

B. P. Dam. *Timor Dei aculeus.*

Secunda illustratio.

84. *Timor Domini ad obtinendam sapientiam.*

ERgo agens Ecclesiasticus de hoc timore Dei ait: *Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.* Lyra censet hic proponi principium dispositiuum ad obtinendam sapientiam. Nam sicut puer ad humanam sapientiam obtinendam disponitur, & in ea proficit, timendo magistrum: Sic homo se habet ad diuinam sapientiam timendo Deum. Sed explicat hunc locum de statu Patriæ, & intelligit per *gloriam*, gloriam cælestem vt habitum, & statim vt actum, cum ait *gloriatio*: & *lætitiam* de resurrectione, *coronam exultationis*. De Triumpho ab inimicis interpretatur, forte secutus Glossam. Fere idem sentit Hugo, Sâ. At Dionysius aliter explicat, dicens: *Timor Domini gloria*, id est, gloriam parit in metuente, videlicet claram cum laude notitiam, quia ad diuinam illuminationem disponit præcipuè, facitque hominem alijs exemplarem, & laude dignum. Est etiam *gloriatio*, nam facit hominem vitare peccata, sicque parit conscientiæ serenitatem, & facit hominem in actibus gloriari virtutum, est etiam *lætitia*, quoniam homo timoratus gloriatur in Deo, est tandem *Corona exultationis*, quia æternam meretur salutem, & perducit ad eam. Palacius explicat, *gloriam* esse timorem, qui causa est regni cælestis. *gloriationem*, de fama inter Angelos; *lætitiam* de carentia peccati. Nam sicut nihil hominis animum magis debet contristari, quam peccatum: ita nihil magis exhilarare, quam carere peccato. Tandem explicat *coronam exultationis*, de Triumpho tentationum, &c.

Lyra. Glossa. Hugo. Dionysius. Sâ.

Timor Domini gloriâ, & laudem parit in metuente.

Palacius.

85. *Reuerentia Dei includit timorem filialem.*

Ego verò existimo agere Ecclesiasticum de timore Domini vt significat reuerentiam Dei, in qua includitur timor filialis intendens non displicere Deo, & amor eiusdem, qui cogit animum ad fugiendum peccatum, quod est Deo odiosum, & ipsum culpæ maximè tædet. Hic inquam *timor*, seu filialis reuerentia Dei amore ornata, quia vt dixit D. Bernard. Serm. 4. de timore, *filius timet Patrem, cum reuerentia & amore*) est gloria homini, quia magnum ei addit decorem & honorē vt explicat Jansenius. q. d. *vienele al hombre mucho honrra de temera dios*, id est, qui timet Deum & reuerentiam ei debitam exhibet, obtinere necessum est: honorem & gloriam. Sicut enim timor, quem filius erga

D. Bernar. *Filius timet patrem cum reuerentia & amore.* Iansenius.

ga parentem habet, ipsum honorat, cum ostendat magnificare, se filium talis parentis haberi, quia gloria Patris est gloria filij, *vn buen hijo esprecia de ser hijo de su Padre.* & sicut cum filius parentem reueretur, timet & colit, hæc res constituitur eius honoris & gloriæ, quem Parens in se possidet, ita etiam timor Domini hominem honorat, & demonstrat filium esse Parentis Dei, & per consequens hæredem ipsius, laudeque & honore dignum. *Gloriarum* hic est δοξων, quod significat sententiam, opinionem, vt opinionem habere de aliquo. Significat etiam famam, rumorem, & in bonam, & in malam partem; item gloriam & honorem. Hæc gloria & honor definitur ab Arist. lib.1.Reth.c.5. *Gloria verò est, cum virtuosus à cunctis existimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt.* Quamuis Quintilianus dicat. *Consentiens laus bonorum gloria appellatur.* Hanc laudem bonorum præstat homini timor Domini, cum certum sit timentem Dominum, à bonis laudari & honorari; agnoscunt enim virtutem habere dignam laudis & gloriæ. Dixi virtutem quia sic appellat D.Ambrosius li.1. de Jacob, & vita beata cap.3. timorem Domini, ait enim super id Psal.33. *Venite filij, audite me, timorem Domini,* &c. *vtique timor Dei de numero virtutum est.* Js autem (inquit Cicero pro Plancio) *gloria maximè excellit, qui virtute plurimum præstat.* & cum timor Domini sociam habeat virtutē, dicente Xenophonte philos. & imper. in Lacedæmoniorum republica; *etiam hoc manifestum est, gloriam imprimis comitem virtutis esse,* sicut virtuti laus & honor debetur, quia *gloria* (dixit Seneca Epist.79.) *vmbra virtutis est, etiam inuitos comitabitur. Sed quemadmodum aliquandò vmbra antecedit, aliquandò sequitur: Ita gloria aliquando ante nos est, visendamque se præbet; aliquandò in auerso est,* &c. Sicut, inquit, gloriam meretur virtus, sic timor Domini gloria dignus est, quia qui timet Dominum, talia propter suum amorem operatur, vt dignus habeatur, quod ab omnibus laudetur, ne fraudetur gloria & honore. Sic ait Plutarchus in Apopht. *Præclara facta, præclaris decoranda orationibus demonstrauit,* (Cato, scilicet) *ne gloria defraudetur.* Igitur, ait Sirach. *Timor Domini gloria,* quia ei, qui metuit Dominum, laus & honor debetur, & clara notitia cum laude, vt gloriam D. Ambros. in Epist. ad Rom. definiuit. Itaque timor Domini gloria est illum possidenti, id est, summam adipiscitur apud omnes laudem & honorem, tanquam hæres Dei optimi maximi, quem timet, reueretur, colit.

Gloria patris est gloria filij.

Gloria pro opinione, & bona fama.

Aristot. *Gloria, quid.*

Quintilian

Timor Dei, virtus appellatur.

D.Ambros.

Pſ.33.v.12.

Cicero.

Xenophon

Virtuti laus, & honor debetur, & gloriam vmbra virtutis est.

Seneca.

Plutarch.

D.Ambros.

86. Jnsuper non solum *gloria*, sed *gloriatio* sequitur tanquam vmbra hominem reuerentem & timentem Dominum, quia inde gloriari potest homo. *Beatus* enim dicitur infra c.25. v.15. *homo, cui datum est habere timorem Dei.* Hic gloriatio in Græco est καυχημα ατος, quod significat gloriationem, iactantiam, à verbo ΑΤΧΕΩ, quod est glorior, iacto me. Itaque *Kau chema est,* id, de quo quis gloriatur, id est, gloriamentum. Hoc verbo vtitur Paulus Rom.4.v.2.cum ait: *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam* (in originali Græco *gloriationem*) *sed non apud Deum*, q. d. si Abraham tantum habet eam iustitiam, quæ ex operibus est legis aut naturæ, seclusa fide, sane ea partua est & politica, tantum habens gloriam & laudē iustitiæ apud homines, qui opera externa vident, & mirantur; non autem apud Deum, qui internam mentem & fidem videt & æstimat, in ea qua collocat veram iustitiam. Hoc eodem Verbo vtitur Apostolus in alijs locis per suas Epistolas sparsis, vnum vel alterum repetamus 2.Cor.12.v.5.agens deraptu in tertium cælum, ait: *Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabor,* (iactabor) pro tali scilicet homine à Deo rapto *gloriabor, pro me autem nihil,* loquitur de se rapto quasi alio à se; suaque naturali conditione; de se solo nihil gloriatur, sed cum infirmitatibus seu calamitatibus ornatus est, iactari audet. Itaque cum videt se plenum calamitatibus, tunc gloriatur & iactatur: fortè quia calamitates, cum adsunt, timorem Domini parturiunt; & cum homo timore Domini protegitur, gloriari potest in Domino, *Timor* enim *Domini* homini *gloriatio est.*

Rom.4.v.2

Qualis gloriatio Abraham.

2. Cor.12. v.5.

Paulus gloriatur in calamitatibus.

Timor Domini instar corona honorat hominē.

Pſal.8.v.5.

Et lætitia, & corona exultationis, q. d. Timor Domini præbet occasionem gaudendi, & instar coronæ, decus, & exultationem adfert. Aul. Gell.li.2. c.27. definit lætitiam dicens: *Est exultatio animi cum gaudio efferuentiore propter euentum rerum expetitarum. & propriè lætitia est,* cum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu. *Exultatio* autem nascitur ex immoderata iactatione cum quis voluptate, & lætitia nimia gestit. Igitur cum per timorem Domini expectatur diuina amicitia, cum hac homo perfruitur, exultat sanè animus eius cum gaudio feruenti, & in facie exteriori gaudium interius demonstrat ortum ex diuinæ beneuolentiæ possessione: & exultat voluptate & lætitia, cum se decore maximo ornatum experitur tanquam si regali cohonestetur corona: Verbum Græcum ευφροσυνη significat lætitiam, hilaritatem, voluptatem animi. Qui enim timet Dominum, cum amicitia Dei potiatur, lætitiam, hilaritatem & voluptatem cordis, nullo modo dissimulare & obducere potest. Præbet enim timor Domini causam gaudendi & hilarandi homini, qui pignus tam pretiosum & gloriosum possidet. Et sicut corona solet tempora redimire & exornare, regalem hominis dignitatem demonstrans. Sic timoris Domini exultatio, diadema homini donat, simulque illum decorat, facit enim vt glorietur tanquam filius diuini parentis hæres. Deus enim timentem se *gloria & honore coronat, constituens eum super opera manuum suarum*, Pſ.8.5. Itaque timor Domini est veluti *corona exultationis.* Est enim, vt diximus, coronæ instar decus & exultationem adferentis.

87.

Aul.Gell. *Lætitia quid*

Exultatio, quid.

Qui timet Dominum, amicitia Dei potitur.

VERS.

VERS. XII.

Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum.

Complutenses solum mutant illam particulam *&* in, *in longitudinem*, &c. LXX. Montanus, & Regia non dissident à vulgato, Tygurina legit. *Religio Domini cor delectat, & lætitiæ ac gaudij, longæque vitæ conciliatrix est.* Drusius. *Timor Domini delectat cor, præbetque lætitiam, & gaudium, & longæuitatem.* offero sensum.

Sensus.

88. TImor Domini, &c. q.d. Non solum timor Domini est gloria, & gloriatio, homini iusto, sed delectat cor & præbet lætitiā, & gaudium in hac vita liberans eum à tristitia & mœrore, quo ille perfunditur, qui committit peccatum; cum peccatum tristitiam & mœrorem adferat, & tandem in altera vita æterna cumulat beatitudine, illum longitudine dierum exhilarando, &c.

Illustratio prima.

Hæc sententia confirmatio est precedentis.

TImor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, &c. Hanc adijcit sententiam Ecclesiasticus in præcedētis confirmationem. nam cum ostendisset timorem Domini homini iusto afferre *gloriam, & gloriationem, & coronam exultationis.* Nunc optimè confirmat eumdem *Amorem Domini delectare corda, & dare lætitiam,* &c. In medium sine dubio prodit effectus proprios diuini timoris erga timentes Deum, quos effectus causat partim in præsenti vita, partim in futura, vt iam explicabimus. Tempora verborum sæpè mutantur apud Hebræos. Ideoque Vatablus hæc verba futura in præsens conuertit. Sed hoc loco illud breuiter notandum est, timorem Domini accipi pro religione ac cultu Dei, quam in hoc capite auctor huius libri θεοσεβειαν appellauit. Sed mihi placet nomen timoris retineri intellecta eius significatione, sicut videmus in Psalmis, atque in tota ferè Scriptura vsurpari.

89. *Timor Domini delectabit cor.* Hanc cordis delectationem ad animi securitatem pertinere existimo, tranquillam enim transigit vitam, qui timore Domini cor suum munire, & conseruare curat. Solet enim animus tristitia, & mœrore affici cum laboribus & tribulationibus dirè flagellatur; Sed cum Dei timor mentis seu cordis domum occupat, ac protegit, in pace sunt omnia quæ possidet, viget fortitudo, & reliquæ virtutes animi gaudio perfunduntur, animus quiescit, cor delectatur, fugatur mœror, discedit tristitia, & tandem homo viuificatur. Sic dixit Clemens Alex. lib.2. strim. c.8. *Timor enim Domini viuificat.* Quod explicans Gentianus Herbertus eius commentator ait: *Qui Deum timet offendere sicut Patrē Filius, is timor nō perturbat, sed viuificat.* Ergo cum cor abundè delectatur, nimia felicitate perfruitur. Quæ enim felicitas ita animū beatificat, seu delectat, ac illa, quæ ex timore Domini procedit? Rogat Psaltes Pſ.24. v.12. *Quis est homo, qui timet Dominum? legem statuit ei, in via, quam elegit: Anima eius in bonis demorabitur.* Genebr. explicat hunc locum de felicitate timentis Deum. q.d. quantus est, quam beatus, quam felix, admiranter, non interroganter, & quinque fructus ex timore Domini ortos erga timentes Deū designat. 1. habet Deum Doctorem. 2. animam bonis cumulatam. 3. liberos benedictos. 4. Deum firmatorem & protectorem. 5. Verbi Dei manifestationem. *Legem statuit ei in via.* Hic primus fructus timoris Domini, docet eum viam, quam cupit seruare, aut quam ipse eligat, quam debeat eligere vt felicem, & delectabilem transigat vitam. S. Brunus ait: *Quis est homo, id est, quam magnus, & quam felix homo, qui timet Dominum*; & cum ait Propheta: *anima eius in bonis demorabitur* quod est supra omnem huius vitæ felicitatem, postquam Deum Doctorem ac pædagogum ipsi seipsum Deus exhibuerit, est, vt anima ornata timore Domini, cum per corporis mortem è vinculis sese expedierit, bonorum omnium sempiternæ vitæ affluentia perfruatur. Quia, vt ait Ecclesiasticus: *Timor, Domini delectat cor, & dat lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum.* Quæ longitudo sempiternam bonorum fruitionem in futura vita indicare videtur.

Pſ.24.v.12.

Genebr.

Timoris Domini fructus

Primus fructus timoris. S.Brunus.

Longitudo dierū, quid.

Jtaque in præsenti vita *timor Domini, cordi* affert delectationem & *gaudium*, quia ingenti fælicitate potitur, cum Deum habeat pædagogum ad hominem dirigendum in via felicitatis terrenæ, & maximis abundat diuitijs gratiarum, & virtutum. Quia D.Bern.Serm.41. de timore, legit: *Timor Domini ditabit cor*, id est, diuitijs gratiarum cumulabit. Et tandem dat *longitudinem dierum*, vel *longæuitatem dierum*, id est, longam vitam, quod quamuis ad præsentem vitā pertinere, possit, explicari & confirmari ex eo Clementis Alex. Testimonio lib.2. str. cap. 6. qui ait: *Pietas autem adiecit vitæ longitudinem, & timor Domini addidit dies,* & explicat commentator: *per vtrumque autem & vitæ incrementum & dierum accessus. Pergunt autem illi dies ad vitam æternam ascendere.* Sicut etiam explicatur id Prouerb.3. v.2. *Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi*: id est, præcepta Domini custodiendi. Vide etiam eodem cap.3. v.16. Nihilominus tamen in hac longitudine dierum intelligit Ecclesiasticus æternæ vitæ in cælo longitudinem. *Anima* enim timentis Deū, vt superius diximus, *in bonis demorabitur.* Quia cum è vita hac excesserit, in domicilio iucundissimo versabitur, in cælis nempe, vt explicat Agellius, vide Genebrardum ad Pſ.15.v.2.

90. *Timor Domini pædagogus hominis.*

D. Bernar.

Clem. Alex

Prou.3.v.2.

Longitudo dierum æterna vita.

Agellius.

VERS.

VERS. XIII.

Timenti Dominum benè erit in extremis? & in die defunctionis suæ benedicetur.

Complutenses, Montanus, & Regia non variant, LXX. in secundo hemistichio legunt: *Inueniet gratiam.* Tygur. *Religionem Domini colenti benè erit; ad extremum, & in die obitus sui beabitur.* Drusius. vt LXX. Reddo sensum, & illustro.

Sensus.

91. Timenti Dominum, &c. q.d. Iustum sic charum habet Deus, in delitijs & amoribus, vt non solum in vitæ huius curriculo præmijs eum afficiat, sed etiam in vltima vitæ meta operum suorum mercedem liberaliter elargiatur. In diebus enim extremis non torquebitur conscientiæ verme, cum solent homines maximè timere, sed potius benedicet, & beabit illum, &c.

Illustratio prima.

Extremum idem, quod nouissimum.

Timenti Dominum benè erit in extremis. Extremum vocat vltimum vitæ tempus, vt cap. 2. v. 3. *Vt crescat in nouissimo* (Drusius. *In extremis*) *vita tua* & Prouerb. 5. v. 11. *Et gemas in nouissimis*, in Heb. *in extremis.* In hoc igitur tempore, *bene est timenti Dominum*, id est, præmio eum decorat. Hoc illustratur ex eo Isa. 3. v. 10. vbi promittens Deus iustis bene facturum, vtitur eodem aduerbio *benè*, vt promissum præmium indicet, ait enim Deus: *Dicite iusto, quoniam benè; quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.* Illud *benè* apud nostrates significat bonorum promissionem. *decilde al iusto que bien.* q.d. dicite, quia in omnibus benè habebitur, & præmium laborum suorum recipiet. In Heb. est כי טוב. *Chitos quoniam bonum*; id est, iucundum & suauissimum fructum adinuentionum suarum comedet. *Adinuentiones*, in Scriptura vocantur studia & opera: iusti enim adinueniendis nouis modis benè viuendi, agendi, & placendi Deo, student. Sic *dicite iusto*, id est, fidem meam obligate iusto, me illum maximis donis ditaturum, & diuitijs magnis locupletaturum; stabo promissis, & tanquam sponsor bonorum meorum exsoluam tempore suo. q. d. *al iusto dalde essas buenas nueuas, Pedilde albricias por las buenas nueuas, que les traeis. Quoniam fructum*, &c. Pollicetur Deus iustum de fructibus, quos ipse plantauit comesturum, quæ voluptas ad maximam dulcedinem hominis animum mouet, & sensus quasi perfusi omni suauitate excitantur ad suauibus fructibus bonorum operum suorū perfruendum. *Et fructum adinuentionum suarum comedet.* Quia vt dixit Salomom sap. 3. v. 15. *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus.* Quando igitur Deus vt bonorum suorum sponsor soluet promissa? Numquid tantum in hac vita bona sua iustis impertietur, vt nihil aliud remaneat quod in morte exoluat? *dicite iusto quoniam benè*, promittite ei me illum beneficijs ornaturū, & diuitijs sempiternis abundè cumulaturum cum è vita decedat, & mortem obeat. Hoc est, *benè erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.* Tunc *fructum adinuentionum suarum*, id est, bonorum operum & studiorum omni suauitate & dulcedine perfectus *comedet, & benedicetur.*

Prou. 5. v. 11. Isa. 3. v. 10. Timens Deū in nouissimo die decorabitur gloria. Adinuentiones vocātur studia & opera. Iustus operum suorum fructus comedit. Sap. 3. v. 15. Aduerbium, benè quid.

Ergo ait Ecclesiasticus: *Timenti Dominum benè erit in extremis.* Illud *benè* in Græco est. εὖ á radice ΕΥΣ, *eis*, quod significat bonum, & *eu* benè, & rectè; & interdum feliciter, commodè, ritè, præclarè, aptè, & alijs multis aduerbijs pro loco. Hinc deducitur particula *euge*, quæ est aduerbium laudantis & approbantis, seu assentientis. Secundum has omnes significationes potest illud *benè* explicari. Metuenti Deum in diebus extremis quando moribundus iaceat, *benè erit*: Quia tunc non vexabitur, nec cruciabitur conscientiæ aculeo, quem homines tunc metuere solent. Et quia tunc iustitiæ suæ & pietatis præmia accepturus est. *Benè erit*, id est, fœliciter, fœlicitate, beatitudine & prosperitate sempiterna perfruetur, præclarè, pulchrè, & aptè erit: Dixit Dauid Psal. 15. v. 6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas, mea præclara est mihi.* Præclarè D. Augustin. tom. 8. hunc locum explicat de claritate Dei: *Limites*, inquit, *possessionis meæ in tua claritate tanquam sorte ceciderunt, velut possessio Sacerdotum & Leuitarum Deus est.* Genebrardus de Deo, & eius Regni possessione, quod est omnium bonorum præstantissimum prædium interpretatur. *In præclaris*, in Deo, cuius possessione & sorte nihil contingere possit præclarius. Agellius, id est, in fertili solo & pingui, videlicet figuratè Deum ipsum pingue & fertile solum, & funiculum suum appellans, vnde omnium bonorum copia & abundantia diues fiat. 92.

Euge, quid. Benè idem, quod feliciter & præclarè. Ps. 15. v. 6. D. August. Deus possessio sacerdotū Genebr. Præclarum, quid. Agellius.

Itaque metuenti Deum, *benè erit in extremis*, id est, præclarè, quia præclara hæreditate Dei abundè potietur, quando vitam cum morte commutauerit sic D. Bern. ser. 1. de Annun, super id Ps. 115. v. 15. *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum*; inquit, *An non pretiosa erit, si fuerit ianua vitæ, porta gloriæ?* Iustus *in extremis*, id est, in postrema vitæ meta, seu termino, suorum bonorum operum fructus dulcissimos comedit, suauitate & dulcedine abundè repletus. Mors enim est instar aquæ, quemadmodum; aqua per venas & aquæ ductus fluens, saporem illorum accipit, & cum aquam gustamus saporem canalium percipimus; sic etiam mors gustum, seu saporem capit à vita, per quam currit, si vitam homo vitiosam viuit, mors

Idem benè quod præclarè. D. Bern. Ps. 115. v. 15. Mors instar aquæ saporē bonum & malum accipit ex vena.

amara est & acerba, supplicium enim talis vitæ in morte percipitur. *Mors* (inquit Dauid) *impiorum pessima est.* Ps. 33. v. 22. at si vitæ cursus virtutibus & bonis operibus ornatur, mors sequens tali vitæ aptè respondebit: tritum est id D. August. tom. 9. lib. de discip. Christi cap. 2. *Non potest male mori qui bene vixerit, prorsus confirmo, audeo dicere: Non potest male mori qui bene vixerit.* In his *extremis iusto* metuenti Dominum *bene erit*, id est, fœliciter & præclarè. Duo exempla libet proponere, vt melius hæc sententia illustretur.

Ps. 33. v. 22. Qui bene viuit bene moritur, & econtra, qui male viuit, male moritur. D. August.

93. Moyses iustus & timens Deum famulus à secretis Dei, tandem mortuus est, postquam ei Deus imperauit, vt è vita discederet. Deut. 32. v. 49. *Morere in monte* & cap. 34. v. 5. dicitur. *Mortuusque est Moyses seruus Domini in terra Morab, iubente Domino.* Elogium & titulus sepulchralis Moysis est, esse *seruum Domini*, id est, ducem & legislatorem, Prophetam Domini, magnalium dignitas est esse seruum Domini dominantium. Dixit Philo Iudæus. lib. de Cherub. *Seruire Deo maxima est gloriatio, non modo libertate maior. Sed & diuitijs & principatu, & omnibus rebus, quas mortales miramur pretiosior.* Ergo mortuus est, præcipiente Domino, in Hebræo est. *Iuxta os Domini.* פה aut פי significat os, & iussum, id est, vt explicat Vatab. *Ad verbum Domini, vel de sententia Domini*, quia quod iubetur aut præcipitur, de ore per verba procedit, ideo vulgatus transtulit, *iubente Domino*, quod propriè est, *de sententia Domini.* D. Ambrosius cum meminisset dignitatis, qua à Deo condecoratus fuerat, scilicet factum fuisse *Deum Pharaonis*, perpendit hoc Dei beneficium, ex quo aliud mortis subsecutum est. Ait enim D. Ambrosius, de Abel & Caio libro 1. cap. 2. *Et ideo non legimus de eo, sicut de cæteris* (nomine enim Dei vocatus est) *quia deficiens mortuus est, sed per Verbum Dei mortuus est. Deus enim neque defectionem aut diminutionem patitur, neque adiectionem capit, vnde & addidit Scriptura: Quia nemo scit sepulturam eius vsque in hodiernum diem, vt translationem magis, quam interitum intelligas. Mors enim secessio quædam est animæ & corporis. Mortuus igitur est per Verbum Domini, non secundum Verbum, vt aduertas, non nuntium mortis, sed gratiæ munus expressum, qui translatus magis, quam derelictus est, cuius nemo nouit sepulturam.* Ergo in hoc iussū Domini magnum erga Moysem beneficium inuenimus. Dixit enim R. Selomo posse explicari, *in osculo Domini.* Fortè quia osculi instrumentum os est, & labium & *phi* solet etiam significare labium. Itaque ait Selomo: *Cum eum Dominus osculatus esset, mortuus est.* Jn Sacra enim pagina osculatio indicat ingentem amorem, vt dicitur 1. Reg. 20. v. 41. de Dauide, & Ionatha: *Osculantes se alterutrum.* Amoris ardentissimi causa. & Iob 11. v. 7. 11. Eadem causa Tobias osculatus est filium suum. Vide etiam de Iacob erga Rachelem, Gen. 29. v. 11. Jdeo beneficium, quod Deus Moysi in extremis contulit. Fuit beneuolentiæ & amoris optimum iudicium: *Mortuus est Moyses in osculo Domini*, quia de illo benè merebatur, illum amicè & beneuolè tractans, feliciter & prosperè è vita discessisse dicitur: quod signum fuit ardentissimi amoris & beneuolentiæ, qua illum Dominus prosequebatur. Possumus dicere, *Moysi timenti Dominum bene fuisse in extremis.* Quia bene & fœliciter vitam cum morte commutauit ipsi diuino numine fauente in postrema vitæ suæ meta. Quid fœlicius?

Deut. 32. v. 49. Moysis mors iubente Domino. Magna dignitas esse seruum Dei. Philo Iud. D. Ambros. Beneficio Dei Moyses mortuus est. Mortuus est Moyses in osculo Domini. 1. Reg. 20. v. 41. Osculatio ingentem amorem indicat. Tob. 11. v. 7. 11.

Aliud exemplum accipe. Pauper Lazarus. Vt Diuus Lucas refert cap. 16. v. 20. Jacebat vt mēdicus *ad ianuam diuitis epulonis vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis*, &c. At *diues induebatur purpura, & bysso & epulabatur quotidie splendidè.* Factum est, vt vterque tandē portas mortis ingrederentur: diues in infernorum latebris sepultus est; pauper tamen Lazarus depositus est, in sinū Abrahæ ab Angelis deportatus; Sed quia Lazarus vitam transegit miseram quamuis patientiæ prosperitate ornatam & gratiæ diuitijs onustam, ideo *benefuit illi in extremis. Factum est autem* (inquit Euangelista) *vt moreretur mendicus & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Jllud *factum est* indicat singularem Dei prouidentiam & fœlicem suæ misericordiæ effectum. *Fue causa hecha con gran acuerdo de Dios.* Angelos suós præparatos habebat, præcipiens eis vt ad eum locum, vbi Lazarus pauper iacebat concurrerent, & cum viderent animam corpus deserere, eam in manibus susciperent, vt in sinu Abrahæ foueretur. *Portabatur ab Angelis* (inquit D. Ioan. Chrysost. hom. 5. in Lucā) *ne saltem ambulans laboraret; & non vnus Angelus, sed plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant; gaudet vnusquisque Angelorum tantum onus tangere*, &c. Agens vero D. Petrus Chrysologus ser. 121. de corporis sepultura in oppositione diuitis epulonis, ait: *In obsequium diuitis migrat hic tota ciuitas cum funus effertur: Pauper vadit solus: pauperem duorum portat miseratio baiulorum, nec quatuor vt mortuo, sed duo sub vno vecte quasi proijciendo oneri portitores addicuntur inuiti: Merito ei mox Angelica officia, merito diuina deputatur obsequia*, &c. Alludit ad funus, quod pauperibus fiebat à Romanis, quasi defunctus tenuioris fortunæ esset, à vespis, siue vespillonibus portabatur; qui sexto Pompeio auctore sic dicebantur, quod vespertinò tēpore eos deferrent, qui funebri pompa duci propter inopiam nequibant, dum efferebantur insignia honorum, quos gessisset vt arma, & dona militaria, coronasque omnis generis, quas in vita meruisset, vexilla atque vrbium dona, spoliaque hostium in oblongis perticis siue hastis præferebant ab vltima origine, quanto cum poterant apparatu. Lege hæc & alia in Ioanne Rosino li. 5. antiquorum; Romanorū. cap. 39. Jtaque si pauperis Lazari corpus à baiulis pauperibus deferebatur, anima vero ab Angelis portabatur, vt deducerent eam in sinum Abrahæ: & suo modo insignia honorum, id est, virtutes, quas gessisset, & coronas, quas in vita magna patientia, & alijs operibus ornata meruisset, spoliaque hostium inuisibilium, Angeli præferrent magna cum pompa & apparatu. Dixit enim D. Chrysologus vt supra: *En fratres mors pauperis totam vitam diuitis vicit, & elatio sola pauperis totam diuitis pompam transcendit & gloriam.* 94.

Lazari, & epulonis consideratio. Luc. 16. v. 20. Lazarus portatus ab Angelis ne deficeret in via. D. Chrysost. D. Chrysol. Funus, quod pauperibus fiebat à Romanis. Vespis vel vespillo, quid. Rosinus. D. Chrysol.

Pendens Lucianus nomine Mercurij in charonte mortem diuitis, quæ strepitum excitat, & pauperis quæ siletur, ait: *Vides ergo cunctos à telo filo suspensos.* (Agit de parcis, quæ vitam mortalium nent, ipsi à filis pendent) *atque hic quidem ex ipsis in altum subtractus sublimis est; verum paulo post vbi ponderi tanto sustinendo, non amplius par fuerit, filo disrupto decidens ingentem excitabit strepitum. Alius autem qui paululum tantum à terra fuerit subductus, tametsi cadat, citra tamen strepitum iacebit, adeò vt ruinam vix ipsi exaudiant vicini.* Vide ergo finem pauperis timentis Deum, expende eius fœlicitatem & gloriam

Mortis diuitis & pauperis ponderatio. Lazari finis qualis.

D &

& certo inferes: *Timentibus Deum bene esse in extremis*, id est, bona & beneficia recipere de manu eius qui dulcedinem suæ beneuolentiæ, & suauitatem benignitatis, illis in extremum vitæ tempus reseruare & reponere solet. Hoc est quod ait Dauid Psal.30.v.20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te.* Aquila & Symachus legunt: *Quam repositam timentibus te occultasti.* B. Theod. eleganter explicuit: *Timentium te Domine, mercedes & præmia occultas, & hæc quidem multa & magna, & admirabilia, cum sudoribus tamen & miseriis colluctari sinis, verumtamen aliquando victoriæ præmia ostendis, athletas bene sperare iubens.* Vide Iob 42.v.12. *Dominus autem benedixit nouissimis Iob, magis quam principio eius.* Et Jacob 5.v.11. *Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis*, &c.

Magna dulcedo Domini reposita timentibus se. Psal.30.v.20. Theodor. Iob 42.v.12 Iac.5.v.11.

Illustratio secunda.

95. *Defunctio quid.* Matt.25.v.34. Prou.14.v.32. *Iustus sperat in morte Dei benedictione.*

SVbdit Ecclesiasticus; *& in die defunctionis suæ benedicetur.* id est, in die mortis suæ benedictionem à Domino accipiet & beatus reputabitur gratiamque recipiet. Illud enim dulcissimum Verbum ex ore Christi audiet: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum*, &c. Matt.25.v.34 tunc autem inquit Salomon: Prou.14.v.32. *In malitia sua expelletur impius; sperat autem iustus in morte sua.* Quid sperat nisi nouissimam iudicis benedictionem, qua illum bonorum suorum æternum hæredem & possessorem constituat. Et cum vita hominis militia sit, finito bello, pace sempiterna in cælo perfruitur, & licet in bello moriatur, pacis benedictionem Dominus tribuit. Promiserat Deus Iosiæ Regi *colligendum ad sepulchrum suum in pace.* 4.Regum 22.v.20. & cap.23.v.29. dicitur: *In bello occisum esse* cur igitur si Deus Iosiæ moriturum in pace spoponderat, ab inimicis in bello occidi permisit? numquid non debebat Deus stare promissis? Respondet Abulensis in pace fuisse mortuum Iosiam respectu malorum, quæ euentura erant super Hebræos. Valde maiora erant, quam quòd moreretur aliquis in bello, ideo Iosias quanquam in bello moreretur, dicebatur mori in pace. Quia per hoc excusabatur videre mala maxima. Sed Lyra respondet, abijsse in pace, quia securus de sua fœlicitate moriebatur. Ait enim Iosiam collecturum ad Patres sanctos in limbo, qui sunt in pace, eò quod securi sunt de sua futura fœlicitate, & beatitudine. Iosias enim vt ex prædictis constat, fuit sanctus, & ideo *pretiosa in conspectu Domini mors*, ipsius Psal.115.v.15. Itaque iustus & timens Deum quomodocumque è vita discedat, in pace mori certum est, quia Domini benedictionem adipiscitur, & æternam beatitudinis felicitatem consequitur. Jdeo mors iustorum dicitur dimissio vel absolutio, vt dixit Abraham Gen.15.v.2. *Ego vadam absque liberis*, vbi LXX. *dimittor*, quod verbum explicans D. Chrys. inquit: *Vide quomodo primis illis sæculis iustus ille philosophatur dimissionem, siue absolutionem vocans ex hoc mundo discessum, nam qui vitam honeste & in virtutibus egerunt, quando ex hac vita emigrant, verè liberantur & quasi soluuntur à certaminibus, à vinculis relaxantur: Est enim mors his, qui bene viuunt translatio quædam ad meliora, à momentanea vita ad perpetuam & immortalem, finemque non habentem.* Quod confirmat Beda super id. *Nunc dimittis, vides*, inquit, *iustos spe futuræ vitæ desiderium habuisse dissolui à corpore, imo pacis viam deputasse sarcinam deponere terrestrem.* Quare ait Sirach, *& in die defunctionis benedicetur.*

4.Reg.22. v.20. & c. 23.v.29. Abulensis. *Iosias licet in bello mortuus sit, tamen in pace decessit.* Lyra. *Mori in pace quid.* Psal.115.v.15. Gen.15.v.2 D.Chrys. *Mors dimiss. siue est, & absolutio.*

Illustratio tertia.

96. *Verbi benedicendi varia acceptio nes.*

ERgo verbum *benedicendi*, quo hic vtitur Ecclesiasticus perpendendum nobis est, vt propositus sensus melius intelligatur, & illustretur. Verbum Græcũ est εὐλογέω, quod significat *benedicere*, seu agere causas, vt Socrates in orat. περιαντιδος. Jtem laudare, prædicare, laudibus, gratijsque venerari, item beneprecari, & fausti precationibus prosequi, vt Matt.5.v.44. Quia in Græco originali additur, & *benedicite maledicentes vos*, quod in vulgato desideratur. & Gen.2.v.3. Rursus, cum laude & gratiarum actione adornare, prædicare, laudibus extollere, tandem εὐλογίαι, *eulogias* vocant Paulus 2.Cor.9.v.5. collectas & eleemosynas à fratribus beneuolis, & bene precantibus collatas, vt statim dicemus: Sensus igitur proprius huius hemistichij est; iustus timens Dominum laudibus extolletur, prædicabitur, laudabitur, cum euenerit ei dies defunctionis, id est, mortis suæ. Tunc enim à Deo, *benedicetur*, & ab hominibus laudabitur. Dixerat sapientissimus Ecclesiastes cap.4.v.2. *Laudaui magis mortuos, quam viuentes.* Quem imitatus noster Sirach cap.11.v.30. inquit: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam*, quia temporalis hominum felicitas instabilis & incerta est, & opera eorum qualia sint incertum est ante diẽ mortis. Sic dixit D. Ambros. tom.4.de Iust.virg.c.3. *Ideo laudatio eius* (Dei) *non in exordio, sed in fine est: Nemo enim nisi qui legitimè certauerit coronabitur.* Sic dixit D. Ephræm. tract. de morte tom.1. *Nemo finitis mundanis mercaturam exercet, neque ille, qui post certamina accedit, coronatur. Neq; qui iam confecto bello venit laudem consequitur. Merito ergo necis, qui vita iam exacta post mortem pietatem exercet pius esse censendus est.* Quare ante mortem nemo beatus prædicandus: Tunc enim solum reuera, homo est beatus, quando ea consequitur bona, à quibus excidere non potest, vt suo loco dicemus. Item sicut qui mare nauigant, non sunt prædicandi felices dum per æquoris profundum in naui vehuntur, cum sæpissime miserrima experiantur naufragia, & qui adhuc in medijs fluctibus nauigant, in ventorum & æstus arbitrio feruntur: Sed cum tenent & nauigant portum, locum in littore ab omni tempestate securum, vbi tutissimum inuenitur perfugium, qui inquam portum attingunt omni periculo sunt defuncti. Sic qui in naui corporis iter facit, nauigans mundi æquor. *Nam militia est vita hominis super terram.* Job 7.v.1. in Græco: *piraterion enim est vita hominis super terram, Piraterion* est sedes piratarum, seu locus, quem piratæ tenent, atque infestant. q.d. explicat noster Doctissimus Pineda, humana vita militia, id est, militiæ locus est, plenum piratis atque hostibus mare, sceleratissimorum latronum spelunca & receptaculum. Qui igitur per hoc mare tempestatibus plenum nauiculatur non est laudandus, quia in periculo est, non solum incidendi in manus eorum, qui piraticam faciunt, & diripiunt bona, sed ebibendi tanquam iactatus naufragus maris vndas & fracta corporis naui, æternum in imis faciat naufragium. Dixit enim D. Gregor. Nazianz. orat. 19. *Habitatio, peregrinatione melior, & præstantior sit: quod & nauigantibus tranquillus portus est, hoc ijs, qui huius vitæ procellis agitantur, migratio ad alteram vitam*

2.Cor.9. v.5. *In die mortis iustus laudibus extolletur.* Eccl.4.v.2. Eccl.11. v.30. D.Ambros. D.Ephræm. *Ante mortem nemo laudandus.* *Vita hominis militia & piraterium.* Iob 7. v.1. Pineda. *Habitatio peregrinatione melior.* D.Gregor. Nazianz.

vitam existat. Exempla in sacra Pagina inueniuntur non pauca, quæ hanc veritatem testentur. Ratio huius veritatis est; quia in hac vita nemo tentationibus liberatur, dæmon infatigabilis hostis est, haud vnquam defessus sed semel & iterum superatus, non discedit à certamine. Nautæ, qui tempestatibus liberantur videntes cælum serenum reddi, in tuto collocati existimant, & iterum mare non ingraueſcendum. Dixit D. Petrus Dam. Apolog. de cont. ser. c.5. *Adhuc in salo versaris, ne dum portus stationem perfrueris. Procinctus enim iste castrorum non quietis municipium, via est, non patria, ambulamus, & non habitamus: militia est vita hominis super terram.* Itaque iustus timens Dominum in die defunctionis suæ benedicendus est, id est, laudibus extollendus, cum Deus præcipiat neminem ante obitum commendandum esse.

P.Damian.

97. *Benedicere significat bonam fortunam optare.* Gen.27. v.4. *Benedictio Isaac qualis futura erat.* Gen.47.v.7 Roa.

2. *Benedicere hic* significat beneprecari, id est, bonam alicui fortunam optare. Sicque sensus erit. *In die defunctionis benedicetur*, iustum, qui in timore Domini agit animam, fausti precationibus prosequentur omnes, bonam optabunt fortunam, ipsi benè precabuntur. Nos diceremus, *Todos le echaran mil bendiciones deseando que Tenga despues de su muerte prospero sucesso*, hoc significat Verbum *benedicendi*, quo vtitur Isaac. Gen.27.v.4. cum præcepit Esau filio primò genito, vt arma sumeret ad venandum, & faciendum pulmentum, sicut velle patrem nouerat: *Et affer* (inquit Jsaac) *vt comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar.* Jd est, hac benedictione bona à Deo optem, vt benedicat Deus, quem ego benedixero. Cum enim parentes filios benedicebant, bonam optabant fortunam, & filijs suis beneprecabantur. Gen.47.v.7. Cum introduxit Joseph, Patrem suum Iacob. ad Regem, Jacob benedixit Pharaoni, *qui benedicens illi*, id est, fausta precatus Pharaoni. Benedicere enim est beneprecari siue bona & fausta apprecari. Lege nostrum Martinum de Roa lib.1. singula cap.9. ergo cum ait Ecclesiasticus: Timentem Dominum *in die defunctionis eius benedici*, est, omnes bene precari defuncto, & faustis precationibus prosequi, optantes vt Deus æternam fœlicitatem elargiri dignetur.

98. *Benedicere est eleemosynã erogare.* 2.Cor.16.v.1

Tandem *benedicere*, est eleemosynas erogare, & beneficentias facere; hoc verbo vtitur D. Paulus 1. Corint. 16. v. 1. *De collectis (logias) autem quæ fiunt in Sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ; ita & vos facite.* Vbi collectæ vocantur eleemosynæ, seu benedictiones ex verbo Græco *logiuas*, & Sanctos appellat Christianos pauperes. Statuerat enim Apostolus in Ecclesijs Galatiæ, vt benedictiones, seu eleemosynæ, pauperibus offerrentur: Et idem ordinare voluit in Ecclesijs Corinthiorum, *ita*, inquit, *& vos facite.* Eleemosynas erogate, & impertimini, sicut Galatæ impertiuntur. Rursus 2.Cor.9. v.5. Inquit: *Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem, non tanquam auaritiam. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* q. d. necessum est vt præueniant meum, & Macedonum ad vos aduentum, & beneficentiæ & eleemosynæ vestræ præparationem adhibeant. *Sic quasi benedictionem*, id est, vt videatur spontanea, & liberalis beneficientia, non verò ab auaris extorta ita Anselmus, Theoph. ex Chrysostomo.

Collectæ, quid. 2.Cor.9. v.5. D. Anselm.

99. *Benedictio, seu eulogia beneficentia liberalis.* 1.Reg.25. v.27. Iob 29.v.11.

Significat etiam *eulogia* beneficientiam liberalem, vt constat ex Genes. 49. v. 25. Jos. 15. v. 19. & præcipue 1. Regum 25. v. 27. Cum Abigail obtulit sua dona Dauid: *Suscipe*, inquit, *benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua.* Quare autem appellet Apostolus benedictionem eleemosynam, inter alias ea ratio est, quia qui eleemosynas recipiunt multas & fastas precantur benedictiones in fauorem elargientium. Hoc probat id Job 29.v.11. *Auris audiens* (inquit Iob) *beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi: Eò quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.* q.d. quicumque audiebat & videbat, me erga pauperes & viduas beneficentissimum exhibuisse, mille benedictionibus mihi libenter gratulabantur. Itaque *benedicere* à verbo *eulogeo*, quo Ecclesiasticus hic vtitur, significat eleemosynas erogare, & beneficentiam liberalem ostentare. Ergo cum ait de timente Dominum: *Et in die defunctionis eius benedicetur.* Intendit demonstrare liberalem beneficentiam Dei erga iustos, & quia eleemosyna est liberalis beneficentia, quæ à potentioribus erga mendicos & pauperes exercetur, & in die defunctionis liberalem misericordiam & benignitatem suam Deus exequitur, suæ misericordiæ diuitias elargiendo, ideo promittit iustum benedicendum à Domino in die obitus sui, id est, eleemosynas suæ benignitatis recepturum, vt gloriam consequatur. Et in hac liberalis beneficentiæ Dei ostensione, omnes Deo ipsi gratulantur, & benedictionibus precantur, optantes vt gloria eius in cælesti curia & terreno Regno æternum augeatur, & amplificetur.

Benedictio pro eleemosyna, seu beneficentia.

VERS. XIV.

Dilectio Dei honorabilis Sapientia.

VERS. XV.

Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum.

Hi versus in originalibus Græcis desiderantur, ad sensum.

Sensus.

100. *Vera sapientia in Dei amore consistit.*

Dilectio Dei, &c. q. d. In Dei amore consistit vera sapientia, quæ voce honoranda est, & commendanda; nam sapientia, quæ Dei dilectionem non respicit, vera sapientia non est appellanda, non est enim iudicandus verè sapiens, qui summum Deum non præ omnibus diligit. Quibus autem sapientia sese spectandam præbuerit, sicque eis apparuerit, per visum, hoc est, cognitionem sui, mox eamdem ipsi per illam visionem, & per agnitionem magnificorum operum eius, quæ ab ipsa cognoscit mirabiliter peracta, diligunt, id est, adeò per sese grata est, vt mox, in ijs, quibus apparet ad solum conspectum dilectionem sui generet, nec eam despicient, nisi qui eius sunt ignari, &c.

Nexus, & notæ.

Nexus sententiarum & notæ.

Hæ duæ sententiæ, cum in Græcis originalibus non sint, additæ videntur à vulgato præcedentium explicationis gratia, & in aliquibus originalibus non seruatur ordo earum: præponũt enim vers. 15. versui. 14. sed melius à vulgato postponitur, vers. 15. Sic enim sensus clarior proponitur. & illud eam habet ad quod commodè referri possit. Agit autem Sirach de dilectione Dei, in qua vera & germana sapientia subsistit, & de affectu eorum, quibus manifestari solet. Dixerat enim vers. 10. Deum istam sapientiam *se diligentibus præbere*; nunc autem, proponit honorem & gloriam, quam affert optantibus illam, quia dilectio *honorabilis est sapientia* & ij, quibus ipsa sapientia despondetur ardentissimo eam prosequuntur amore, tum amplius cum ipsis manifestantur, & fiunt nota magnalia Dei, vt explicat Palacius. Cum igitur Sensus pateat, nexus tamen cum præcedentibus obscurus esse videtur. Prius de sapientia sermonem instituerat Sirach, deinde de timore Domini, & de felicitate, quæ iustos timentes Dominum persequitur; nunc iterum sapientiæ effectus commemorare incipit agens de dilectione Dei, cui vera sapieatia nititur; Nexus ergo talis est. Cum timor Domini filialis (vt ostendimus superius) Dei amorem vt dilectum socium amplectatur; & qui sic timet tamquam filius parentem Deum, vt filius etiam illum amore prosequitur.

Palacius.

Inde est, quod explicans Sirach. Timentis Deum veram fœlicitatem, dicens: *Timenti Deum benè erit in extremis*, quia se Domini timore ornauit; nunc etiam eiusdem timentis Deum amorem ostentans, proponere intendit diuinæ dilectionis effectus ab ipso principio promanantes, quod est sapientia, ab eodem effectus timoris Domini, id est, ab ipsa diuina sapientia promanare videmus. Explico sententias.

Illustratio prima.

101. Rabanus. *Sapientia vera, Dei charitas est.* Palacius.

Dilectio Dei honorabilis sapientia. Rabanus hoc hemistichium interpretatur de dono Spiritus sancti, quod ipse in cordibus infundit, ait enim: *Charitas Dei vera est sapientia, quæ per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, qui replet nos dulcedine dilectionis Dei in agnitione magnalium suorum.* Hunc sequitur Palacius, Nicol. de Lyra intelligit per sapientiam omnem virtutem, & in acquisitione eius dilectionem Dei esse excellentiorem. Sic etiam explicat Hugo Carth. Holcot. Licet enim timor inducat amorem sicut cera lumen; tamen dilectio siue amor est, immediatum promotiuum ad sapientiam virtuosam. Dionysius vero sensum genuinum attingere videtur, cum asserit, veram sapientiam consistere in dilectione seu charitate Dei, vnusquisque enim in tantum confidit se sapientem, quantum verè & efficaciter diligit Deum. Quid certius? Iansenius tandem eumdem sensum persequitur, quem nos in paraphrasi, descripsimus illumque iam illustro.

Lyra, Hugo, Dionys. Ianſen.

Sapientia thesaurus est indeficiens. Arist.

Agens Salomon de diuina sapientia, vocat eam thesaurum indeficientẽ, & diuinæ amicitiæ communicatiuum; vera enim dilectio Dei generat amicitiam, cum amicitia sit, secundum Aristot. lib. 20. Magnor. moral. cap. 11. *amicitiam namque dicimus vbi amor reciprocus.* Itaque amor seu dilectio ferè idem est quod amicitia, ait igitur Salomon, sap. 7. v. 14. *Infinitus enim thesaurus est*, (sapientia) *quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei.* Appellat sapientiam thesaurum infinitum, id est, nunquam deficientem, quia quanto magis communicatur, tanto magis augetur, & crescit. Ideo D. Augustin. lib. 1. de doct. Christi. c. 5. inuitat homines ad docendum liberaliter ea, quæ à Deo sunt eis concessa, scire, quia si docere curent, plura scient. Probat exemplis multiplicationis panum à Christo Domino. Cum enim quinque millia hominum quinque panibus saturasset, ipsis

Sap. 7. v. 14.

D. Augustin. *Multiplicatio panum à Christo, indeficienti thesauro sapientiæ comparatur.*

ipsis refectis duodecim fragmentorum cophini, superfuerunt. Matt. 14. v. 20. *Et manducauerunt omnes*, &c. Ferè idem narratur in altero simili miraculo ex septem panibus ab eodem Ioan. cap. 15. v. 34. Sic sapientiæ thesaurus dicitur infinitus, qui indeficiens est, & numquam exhaustus, *quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei*, id est, dilectionis seu amoris Dei, amicitia enim essentialiter continet amorem & dilectionem.

Matt. 14. v. 20.

Ioa. 15. v. 34.

Amicitia essentialiter continet amorem.

102. *Dilectio nũquam à sapientia separatur.* Seneca.

Vt quid ergo amicitiam seu dilectionem memorat, cum sapientiæ indeficientem thesaurum proponit? pendet ne sapientia a dilectione, vel dilectio à sapientia? Respondeo, ita inter se connecti, vt dilectio Dei numquam à sapientia separetur, nec sapientia vera dicitur, quando à dilectione disiungitur. Qui enim veram sapientiam concupiscit, & amplexatur, participat amicitiam seu dilectionem Dei. Seneca lib. 7. de benef. cap. 12. Ita amicitiam seu dilectionem in sapientibus collocat, vt excludat etiam amicitiam aliam vt non veram, repetit enim Stoicum dogma, quod edocuit Diogenes: *Hoc consortium*, inquit, *solum inter sapientes est, inter quos amicitia est, cæteri non magis amici sunt quam soci.* Itaque sapientia in sapientibus veram amicitiam & dilectionem generat, & sapientia, quæ Dei amorem complectitur, *honorabilis est*, honore & dilectione digna. Vera enim sapientia in Dei dilectione consistit, ita vt solus ille sapientis nomine decoretur, & celebretur, qui amicitiam & dilectionem Dei participat. Propter hoc ergo Sirach prædicat, *dilectionem Dei honorabilem* esse *sapientiam*, q. d. sapientia, quæ Dei dilectionem tenet & amplexatur, honorem, & veneration em meretur, & digna est vt ab omnibus exaltetur & magnificè ac splendidè exornetur.

Ille vere sapiens est, qui amore Dei decoratur.

103. Sap. 6. v. 18. *Initium ad sapientiam est, eam concupiscere.* Holcot. *Dilectio Dei & cognitio ipsius inter se vniuntur.*

Pende etiam in huius sententiæ confirmationem id Sap. 6. v. 18. vbi agens etiam de sapientia Salomon, ait: *Initium enim illius* (sapientiæ) *verissima est disciplinæ concupiscentia: Cura ergo disciplinæ dilectio est*, & *dilectio custodia legum illius est.* Dixit *initium*, vt ostendat aditum certum ad sapientiam esse cupere discere & erudiri, vel per veram concupiscentiam, & non fictam adipiscitur homo sapientiam, & diligentia huius desiderij dicitur dilectio ipsius sapientiæ. Igitur naturalis appetitus (inquit Holcot) Deum agnoscendi & amandi: Quia Deus est, primum & verum & summum bonum, est primus gradus ascendendi ad felicitatem, & mox subdit: Cura causat dilectionem, quia non est possibile quod homo sit sollicitus ad cognoscendum Deum, quin si proficiat in cognitione, proficiat in dilectione, &c. Itaque dilectio Dei, & cognitio ipsius per sapientiam, ita in se vniuntur, vt qui diligit Deum, iam in ipsius cognitionem per sapientiam deuenerit; & propter hanc notitiam & cognitionem dilectio Dei dicitur *honorabilis* seu *venerabilis sapientiæ*: Sapientia enim & dilectio arctè & strictè se inuicem amplexantur & connectuntur.

Illustratio secunda.

104. *Cognitio sapientiæ amorem sui generat.* Prou. 1. v. 7. *Prophetæ appellabantur videntes, à visu.* 1. Reg. 9. v. 9. *Cognitio quæ est per somnia visio dicitur.* Nu. 12. v. 6.

Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. Quibus autem ipsa sapientia sese spectandam exhibuerit: Sicque eis apparuerit per visum, hoc est, cognitionem sui, mox eamdem ipsi, per illam visionem, & per cognitionem magnorum operum eius, quæ ab ipsa agnoscit, mirabiliter per acta amore prosequuntur. q. d. adeò per se grata est, & amabilis, vt statim in his, quibus manifestatur, sui amorem gignat, vt nunquam eam despiciant, sicut ignari faciunt. Vt dicitur Pron. 1. v. 7. *Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.* Sic explicat Jansenius. Olim Prophetæ appellabantur videntes à visu seu visione qua illustrabantur. Sic dicitur 1. Regum, 9. v. 9. *Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Deum: Venite & eamus ad videntem qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.* Sed *visus*, & *videns* variè vsurpantur in sacra Pagina. Primò dicimus *visionis* nomen certam Prophetiæ speciem significare, cum aliquando cum omni prophetia conuertatur, non secus ac Propheta cum videt. Quia Propheta oculis mentis, lumineque diuinitus communicato, videt quæ Deus vult ei innotescere. Insuper pro vt videre communiter dicitur de omni potentia cognoscente, posset cognitio, quæ est per somnia visio dici seu visus. Sic ait Dominus obiurgans Aaronem & Annam in defensionem serui sui Moysis, quem maximis hic laudibus extulit. Num. 12. v. 6. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei.* (id est, per me, vel per Angelum manifestabo ei arcana mea) *vel somnium loquar ad illum* (vel in somnijs loquar ad eum, quià in visione imaginaria, vel intellectuali repræsentatione & raptu solebat Deus Prophetas alloqui) *At non talis seruus meus Moyses, qui in omni Domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei*, &c. Ex quo constat visionem vel visum variè vsurpari in Scriptura.

Prou. 1. v. 7.

Nu. 12. v. 6.

In somniis solebat Deus Prophetas alloqui.

105. Lyra. Dionys. 3. Reg. 3. v. 5. *Per somnium apparuit Deus Salomoni.*

Lyra. & Dionysius explicant locum Ecclesiastici de Prophetica visione, vt cum apparuit Dominus Salomoni per somnium ad communicandam ei diuinam Sapientiam 3. Regum 3. v. 5. *Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte dicens; postula quod vis, vt dem tibi*, & postquam diuinam sapientiam postulasset, dicitur: *Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quod esset somnium.* Ecce quomodo per somnium apparebat Dominus, & per visionem imaginariam loquebatur Prophetis, & suam manifestabat voluntatem, & si aliquando verba sua in ore Prophetarum poneret; sicut fecit ad Balaam num. 23. v. 5. *Dominus autem posuit Verbum in ore eius*, &c. Nihilominus tamen, cum ait Sirach; *Quibus autem apparuerit in visu*, non agit de dono Prophetiæ, sed de communicatione sapientiæ, cum se videndam in effectibus exhibet. Vt cum Dominus illustrat animam ad intelligentiam mysteriorum Dei, & illuminat ad cognoscenda dona, quæ nobis à Spiritu diuino communicantur. Sic dixit Apostolus 1. Corinth. 2. vers. 12. *Nos autem non Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* Vocat spi-

Num. 23. v. 5.

Qui vocatur spiritus mundi, & spiritus Dei.

ritum mundi, qui ad mundana, terrena, & carnalia bona adspirat, sicut è contrario spiritum Dei appellat eum, qui à Deo & diuina Sapientia suggeritur, quique nos ad cælestia & diuina bona sectanda impellit, efficitque homines spirituales, & cælestes, *vt sciamus*, &c. q.d. Spiritus ostendit, & reuelat nobis quæ & quanta bona à Deo nobis alijsque diligentibus Deum donata sunt. & cum diuina sapientia suggerit iusto cognitionem sui, & *magnalium suorum*, amoris flammam accendit in eo ad dilectionem eius, & suæ amicitiæ & communicationis fruitionem. Cum enim Salomon adeptus est sapientiam, & illius magnalia innotescere, dixit: *Super salutem & speciem dilexi illam & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius.* Sap. 7. v. 10. & c. 8. v. 2. *Hanc amaui, & exquisiui*, &c. Sic etiam ait Ecclesiasticus: *Quibus autem apparuerit*, &c. Quia per communicationem huius sapientiæ, intellectus iusti illustratur ad cognitionem magnalium suorum; ideo amor seu dilectio accenditur in contemplatione rerum diuinarum, & animus erigitur ad contemplandam Deitatem, & arcana Dei mysteria, quæ in ipsius Deitatis consideratione reconduntur. Et quia ei magnalia diuinæ sapientiæ reuelantur, ideo ardentissimè diligere eam, & diligentissimè exquirere debet. Tandem Holcot. explicat sicut amicus quærit habere notitiam de eo, quem multum diligit, sed non videt quomodo poterit ad placitum conseruari: Sic charitas Dei quæ est donum Spiritus altissimè intelligere & obseruare mandata Dei facit. *Quibus autem apparuerit in visu*, id est, illi quibus apparuerit sapientia: Salutaris in visu, id est, intellectu discernente inter eam & sapientias humanas. *Diligunt eam in agnitione*, id est, pro agnitione magnalium suorum. Magnalia sapientiæ enigmaticæ sunt clara visio Dei, & discretio electorum à reprobis: Quia fidei succedit visio facialis. Vult igitur dicere quod fideles diligunt sapientiã ex Principijs fidei procedentem: quia facit rectè sapere in præsenti, & vitam æternam habere. Hæc ille.

Per communicationem sapientiæ intellectus iusti illustratur.

Holcot.

VERS. XVI.

Initium Sapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur.

LXX. *Initium sapientiæ, timere Deum & cum fidelibus in vulua concreatum est eis, & cum hominibus fundamentum sæculi nidificauit, & cum semine eorum concredetur.* Complutenses Regia & Montanus, eodem modo transferunt, solum loco *concredetur* legunt, *fidem habebit*. Tygurina *initium sapientiæ & Religio Domini, & vnà cum fidelibus creatur in vtero (electas comitatur fœminas) & apud iustos & fideles visitur*. Drusius: *Initium sapientiæ timere Dominum, quæ vnà cum ipsis fidelibus in vtero creata fuit? & apud homines fundamentum æternitatis vt nidum posuit, vnaque semini eorum concredita fuit*. Reddo sensum, & illustro.

Sensus.

106. *Fundamentum veræ sapientiæ est timor Domini.*

INitium *sapientiæ*, &c. q.d. Si basim & fundamentum ad acquirendam sapientiam volueris collocare in corde tuo, timorem Domini ex animo acquirere debes, nam ipse est fundamentum veræ sapientiæ, illum pro fundamento iace, vt bonæ actionis ædificium erigere valeas. Hic enim timor cum fidelibus in vulua concreatus est, id est, procliues ad pietatem ex vtero nascuntur, quia sic illis adhæret & infixus est timor Dei, postquam fideles facti sunt, vt videatur in illis inesse ex naturali complexione, quare credendum est eum non haberi ex sua virtute & studio, sed ex singulari Dei dono ipsos, antequam aliquid boni fecerunt, præueniente, & cũ electis fœminis dicimus gradi, quia in eis Dei merus & religio sese magis prodere solent. Et tandem cum iustis & fidelibus agnoscitur, scilicet esse per opera, quæ in eis operatur, &c.

Notæ.

Timere, idẽ quod timor.

COmplutenses & LXX. legunt per infinitiuum primum, versus hemistichium, *timere Dominum*: Quod non inusitatũ in Sacra pagina. Ipsi etiam legerunt τὸν κύριον, nam in alijs inuenitur τὸν θεὸν, quod vt minus vsitatum reijcit Drusius. Pro *concreatus fuit*, scilicet timor Domini. Drusius vertit *creata fuit*. Scilicet sapientia, licet possit legi *creata sunt*, vt simul ad timorem Domini referatur. Sed melius vulgatus. *Concreatus est*, nempe *timor Domini*. quod Græcè est. φοβεῖσθαι τὸν κύριον, notum est vt infinitiuum pro nomine vsurpetur, quale illud in latio *scire tuum nihil est*, id est, scientia tua. q.d. ac cum fidelibus in matrice concreata est eis. Hoc autem fit per electionem, qua timor Dei ac religio, quæ est vera sapientia, eis fuit communicata & impertita. Loquitur autem de ipso pietatis dono, ad quam homines prius electi, postea suo tempore vocantur.

Rursus, pro *cum electis fœminis graditur*. Complutenses legunt, *& cum hominibus fundamentum sæculi nidificauit*, vel vt *nidum posuit*. In eo dissident à vulgato, quod hunc incessum timoris Domini, qui cum fœminis reperitur, tribuat etiam hominibus, in quibus nidum suum posuit, vel veluti domum in eorum cordibus exstruxit. *Fundamentum sæculi*, est, *fundamentum* æternitatis, θεμέλιον αἰῶνος, id est, æternum, aut sempiternum. Hebraicè hoc dicitur. יסוד עולם, quod vulgo reddunt fundamentum sæculi vt eodem sensu dicitur Prou. 10. v. 25. In Aquila. Symm. & Theodot. ὁδὲ δικαιος θεμέλιος αἰώνιος *iustus autem & fundamentum æternum nidificauit*, est, ἐνδοκευσεν. Verbum hoc duo significat, videlicet nidificauit, & exclusit pullum. Forte à verbo νοσσεύω, quod est fœtificare. nam νεοσσός est pullus. Prior significatus extat apud interpretes Græcos Psal. 103. v. 17. *Illic passeres nidificabunt*. In Heb. est nidulantur קננו. Drusius existimat auum Iesum initio scripsisse hanc sententiam קנה, sapientia inter homines acquisiuit fundamentum æternum, id est, æternam fundatam domum, ita declarat, eius habitationem apud homines minimè temporariam esse, sed diuturnam, imò perpetuam ac sempiternam. Sed Græcum Verbum hoc non significat. Quid igitur? aut *nidum posuit* vel exstruxit, ædificauit. Certè νοσσιὰ cum significet nidum, mansiunculam, domum potest etiam significare, & si magis arrideat altera significatio, erit sensus: Deus exclusit, id est, generauit apud homines, fundamentum æternum, hoc est, filium suum, vt posteà dicemus. Drusius vertit, *vt nidum posuit*, alij *vt domum*, nam hæc duo nomina vicissim permutantur. Nidus pro domo ponitur in fia cap. 36. v. 28. *Qui non habet nidum*; id est domum. Domus autem pro nido sumitur in illo, Psal. 38. v. 4. *Etenim passer inuenit sibi domum*. & Psal. 103. v. 18. *Herodij domus*, &c. Heb. *herodij abietes domus eius*, &c. Sed Vatablus ad Verbum; *& cum hominibus fundamentum sæculi nidificauit*, id est, locum habitandi quasi nidum quemdam sibi parauit & construxit, in quo maneat ac conquiescat, habet enim consuetudinem cum hominibus. Tandem: *& cum iustis ac fidelibus agnoscitur*, Vatab. vertit, *eorumque semini se concredet*, & cum semine ipsorum concredetur, hoc est, semini eorum se committet, ac credet, vt vnà cum illis familiariterque viuat. Nihil aliud videtur significare, quam summam familiaritatem ac consuetudinem, quam Sapientia cum hominibus habet: cum quibus quodammodo nascitur, crescit perfamiliariterque viuit.

Iustus fundamentum æternum.

Nidus pro domo.

Ecclus. 36. v. 28. Psal. 38. v. 4. Psal. 103. v. 18. *Domus pro nido.*

107. *Quid nidificare.*

Prou. 1. v. 7. *Timor Domini Principium sapientiæ.* Cui ergo placuerit longam huius loci interpretationem perlegere, quemcumque horum trium adire poterit, non nihil tamen in eius explicationem offeramus.

Prou. 1. v. 7

Sed antequam ad explicationem & illustrationem accedamus, opere pretium duxi diuisionem timoris à D. Laurentio Iustiniano propositam præhibare, Hic Sanctus Doctor agit in præfatione, quòd est lignum vitæ cap. 5. de speciebus timoris, atque ipsius perfectione, assignatque septem eius species, quarum tres præcipuè considerandæ nobis sunt. Primò de timore seruili agens, ait: *Seruilis est, quo quis timet peccare propter pœnam principaliter.* Concluditque *ignorat itaque gratiam libertatis, quam ligat timoris seruitus.* Secundus, *timor initialis est, quo timet quis Dei offensam, & pœnam, vnde quasi habet duos oculos, vnum ad pœnam, & alterum ad Dei offensam, & hic est prædictis principalior.* 3. *Est timor filialis, quo quis timet offensam Dei, quia nõ vult separari à Deo. Perfectus hic timor in dilectione firmatus, foras mittit timorem seruilem, & perfectam operatur iustitiam.* Tandem concludit hanc speciem timoris: *Solus*, inquit, *est timor Dei & filialis, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam seruat, & perpetuam tribuit fœlicitatem.* Aliam speciem timoris assignat, qui est timor reuerentiæ, & solus erit in Patria, vt Psal. 18. v. 10. canitur: *Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi.* Ex his generibus timoris Domini, seruilis malus vocatur, à D. Petro. Chrysol. ser. 80. & timor reuerentiæ, bonus. *Malus*, inquit, *timor culpæ, bonus reuerentiæ timor.*

Timoris Domini diuisio D.L. Iustin.

Timor seruilis qualis.

Timor initialis.

Timor filialis.

Quid faciat timor Dei filialis.

Psal. 18. v. 10.

D. Chrysol.

Expositio, & illustratio prima.

109.

HIs ergo præiactis dicimus initium sapientiæ esse timorem Dei initialem & filialem, secundum definitiones à D. Iustiniano assignatas. Sic Iansenius & Palacius. Et vt clarius probetur libet verbum originale Græcum expendere, quod *initio* respondet. Verbum enim est ΑΡΧΗ, quod significat Principium, initium, exordium, vel initium facere, incipere. Exponitur etiam & fundamentum, interdum aduerbialiter ponitur significans principiò, ante omnia, in primis, primò, vt Joan. 8. v. 25. cum dixit Christus interrogatus à Iudæis: *Tu quis es?* dixit eis Jesus: *Principium qui & loquor vobis*, vbi ponitur Verbum in accusatiuo, ἀρχὴν, & à Græcis pro aduerbio vsurpatur, & significat, quod diximus primo, omninò, &c. Tandem ἀρχὴ significat principatum, imperium, dominatum, ditionem, & magistratum, à verbo ἄρχειν, quod est impero. Has omnes acceptiones nostræ sententiæ conuenire censeo. Ad primam pertinet timor initialis, qui timor est ille, secundum quem homo incipit bonus esse, & tamen nondum perfectè bonus est, vt dixit Abulens. 1. Paral. cap. 13. quæst. 32. & sic incipit exquirere sapientiam. Quare dicimus esse inchoationem vel exordium sapientiæ, timore Domini, q.d. primus gradus ad sapientiam est timor Domini. *El primer passo, que se da para alcancar la verdadera sabiduria, es el temor de Dios.* Vel aditus ad pietatem, vel ad sapientiam timor Domini est. Sic enim dixit D. Basil. in id Psal. 32. *Timeat Dominum omnis terra, idcirco quando timor Domini initium est sapientiæ, qui terrena sapiunt per timorem erudiantur. Timor enim quasi quidam*

Iansen. Palacius.

Initium sapientiæ est timor Dei initialis & filialis.

Ioa. 8. v. 25.

Timor initialis est ea quis incipit esse bonus. Abulens.

Aditus ad pietatem est timor Domini. D. Basil. Psal. 32.

108. *Qui hunc locum tractauerint.* Pineda.

Iob 28. v. 28.

Lorinus. Ps. 110. 10.

Salazar.

dam introductorius, necessariò, ad pietatem condiscendam assumitur.

Prou.16.v.5 Hanc primâ acceptionem probat id Prou.16.v.5. *Initium viæ bonæ facere iustitiã.* nomine *iustitiæ* pietas & honestas in vniuersum accipitur & eleemosyna secundum id Psal.111.v.3. *Iustitia eius manet in sæculum sæculi*: Ait igitur Salomon. Exordium vel aditus ad pietatem est, ipsammet pietatem, & iustitiam inchoare, vel eleemosynas elargiri. Nam cœpisse, magnam iustitiæ & honestatis partem continet. Sicut dixit Horatius; *dimidium facti, qui cœpit, habet.*

Nomine iustitiæ pietas & eleemosyna accipitur. Ps.111.v.3. *Dimidium facti, qui cœpit, habet.* Horatius.

Horatius. *sapere aude, incipe*, &c. Quod in exercitatione virtutis locum potissimum habet, & in acquisitione sapientiæ, ideo Sirach, ait: *Timorem Domini* (initialem scilicet) *esse initium sapientiæ*, id est, aditum ad sapientiam, vel inchoationem sapientiæ. Qui enim vult obtinere illam quod primò facturus est in eius acquisitione, est timere Deum. Timor autem initialis est, quo quis timet Dei offensam, & pœnam, vt docuit D. Iustinian. & quo quis purgatur à peccatis. Sic D. Ephræm. in prol. ad imitationem Prou. ait: *Fornax aurum probat, atque argentum. Timor autem Dei cogitationes hominum. Vt faber apud incudem vasa vtilia perficit, ita timor Domini cor expiat, impuris cogitationibus electis.* Quem timorem charitas Dei, vel dilectio foras mittit, cum quis Dei charitate ornatur, id est, cum timorem filialem & perfectum admittit. Qui charitate Dei decoratur, tunc foras expellit timorem initialem. Hunc inuenimus in ijs, qui sapientiæ frequentant scholas, timor enim magistri initium est ediscendi sapientiam, & facit sapientiam crescere. Sic dixit Fulgent. Episc. Ruspens, lib. 3. Methologiæ: *Initium sapientiæ timor est, quia & magistri timore sapientia crescit*: & D. Ephræm. Serm. ad imitat. Prou. ait: *Timor Dei, animæ, schola est, & spem ei bonam annuntiat.* D. Gregor. Nazianz. orat. 39. inquit: *Quo loco* (id est, Prou. 4.) *Principium sapientiæ timorem vocat: neque enim ea nobis ratio iucunda est, vt à contemplatione auspicantes in timorem definamus: Verum vt timoris rudimentis imbuti & purgati, atque vt hoc verbo vtar attenuati, in altum efferamur. Vbi enim est timor illic quoque mandatorum obseruatio.* Hoc autem experientia nos docet.

D. Iustin. *Timor initialis est, quo quis purgatur à peccatis.* D. Ephræm *Charitas Dei foras mittit timorem initialem.* D. Fulgent. D. Ephræm D. Nazianz *Vbi est timor, ibi obseruantia legis.*

Illustratio secunda.

III. *Timor Dei, basis sapientiæ.* Iac.1. v.18. *Apostoli fundamenta Ecclesiæ.*

2. VErbum Græcum ἀρχὴ significat, vt diximus, fundamentum seu basim, super quam fundatur, seu nititur moles ædificij. Sic secundum aliquos loquens D. Jacob cap 1. v.18. de Apostolis, quos fundamenta Ecclesiæ Christus nominauit, ait: *vt simus initium* (ἀρχὴν) *aliquod creaturæ eius*, id est, sumus (inquiunt Apostoli) fundamenta seu bases fidelium, quibus moles ædificij Ecclesiæ innititur: a nobis enim doctrina Euangelica in fideles promanauit. Sic timor Domini fundamentum, & basis est, cui sapientia nititur, & fulcitur. Hoc probo auctoritate D. Ambrosij. Qui in Psal. 118. Explicans versum 38. *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* Cum dixisset. *Initium sapientiæ esse timorem Domini*, loco *sapientiæ* apponit *Verbum*, & ait: *Etenim vera sapientia à timore Dei incipit, nec est sapientia spiritualis sine timore Dei: Ita timor sine sapientia esse non debet. Basis quædam Verbi est timor sanctus*, & postquam comparationem attulit de statua super basim (quam comparationem repetit Palacius) vbi accipit firmitatem sicut Verbum Dei in timore Domini melius statuitur, subijcit Ambrosius: *Et quia basim verbi timorem diximus, ne quid alienum à Scripturis posuisse nos quisquam putet, accipiat lectum de Dei Verbo in Cant. Cant. Crure eius columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas, significans columnas esse Ecclesiæ Apostolos, qui fundati sunt in timore sancto.* Addit statim: *Basis aurea timor est, quia initium sapientiæ est, in timore ergo sapientium Apostolica prædicatio tanquam super basim auream columna firmatur.* Jtaque timor Domini fundamentum seu basis aurea est veræ sapientiæ & vt D. Cyprianus lib.3. cap.20. dixit: *Fundamentum & firmamentum spei & fidei esse timorem, in* Psal. 100. *Initium sapientiæ timor Domini.* Ergò cum Ecclesiasticus docet, *initium sapientiæ esse timorem Domini.* Ostendit illum esse fundamentum ædificij spiritualis, & basim, cui nititur sapientia, quæ à iustis exercetur.

Palacius. *Timor Domini, basis Verbi aurea.* *Apostolica prædicatio super timore Dei firmatur.* D. Cyprian

Illustratio tertia.

112. *Timor Domini præcipuum locum in sapientia tenet.* Ecc.11. v.3. *Mel initium dulcoris habet.* Plinius. Iac.1. v.18. D. Hieron. D. Ephræm Iustinian.

3. SIgnificat Verbum Græcum originale principatum, imperium, & similia. Itaque cum ait, *Initium sapientiæ esse timorem Domini.* Ostendit timorem esse, quod præcipuum est, ac primum tenet non tam ordinis, quam dignitatis in sapientia locum. Hoc probatur ex eo Eccles.11.v.3. vbi agit de apibus: *Initium*, inquit, *dulcoris habet fructus illius.* q. d. *la miel entre las cosas dulces tiene el primer lugar.* Id est, summum perfectumque dulcorem, supremum apicem dulcedinis, principatum in dulcedine. Sic dixit Plinius lib.9. cap. 31. *Principium cuilibet omnium rerum pretiosæ margaritæ tenent.* Iac. 1. v.18. *Vt simus initium aliquod creaturæ eius*: D. Hieronym. ex Græco 1. contra Iouinia: *vt principium teneamus inter eius creaturas.* Sic timor Domini habet inter alias virtutes principem locum, donum Dei est datum hominibus. Et sicut ait Ephræm. infer. citato. De timore Dei: *Animam spiritu sanctæ intelligentiæ replebit, sceptrumque cœlestis regni tradet ipsi, non est inter homines illo maior, qui timet Dominum, & anima timens Dominum fœlicissima est.* Hoc verum est quocumque modo sumatur timor Domini, in quantum reuerentiam, vel cultum Deo debitum comprehendit. Vel religionem in vniuersum, quatenus omnem Dei complectitur cultum. q.d. religio, quæ est timor Domini & cultus ipsius tanquam princeps inter alias honestatis partes cæteris rebus præferri debet. Hic autem timor filialis est, quia in se continet amorem Dei, quo iustus timet amore fundatus, Deum tanquam verum Parentem. Timor enim filialis, castus, & amicalis non differunt inter se, sed tantum in obiectis. Castus in vxore timet non offendere maritum, amicalis in amico metuit displicere amico, & filialis in filio timet offendere parentem. Hi omnes sunt, iuxta quos timemus offendere aliquem solum propter dilectionem. Jta docuit hanc timoris diuisionem Abulens. 1. Paral. cap. 13. q. 34. & Deut. cap. 14. q. 4. ait de amore filiali: Qui cum amore perfecto est, & per bona opera acquiritur, vnde sequitur hunc timorem filialem, quia cum amore perfecto est, esse *initium sapientiæ*, id est, habere primum in possessione sapientiæ locum. q.d. quod præcipuum est in sapientia est, timor Domini, & hic est, qui (vt dixit D. Iustinian.) *mentes corrigit, fugat crimina, innocentia seruat, & perpetuam tribuit fœlicitatem.* Hinc est quod timoris possessio acquirat nobis veram sapientiam. Sic eleganter D. Ber-

Timor Domini ceteris rebus præferri debet. *Timor filialis qualis.* Abulens.

D. Bernard. D. Bernardus: *Aliud est multas diuitias scire, aliud & possidere, nec notitia diuitem facit sed possessio. Sic prorsus, sic aliud est nosse Deum & aliud timere, nec cognitio sapientem, sed timor facit qui & afficit, & bene initium sapientiæ timor Domini. Quia tunc primum Deus animæ sapit cum eam afficit ad timendum non cum instruit ad scientiam. Times Dei iustitiam, times potentiam, & sapit tibi iustus & potens Deus, quia timor sapor est. Porrò sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut diuitiæ diuitem.*

Illustratio quarta.

113. *Iusti nascitur ad pietatem proclines.* Lyra, Dionys. Palac. Iansen. Iob 31.v.18 *Misericordia erga pauperes donum Dei est.* D. Gregor. *Iob lacte misericordiæ nutritus, & educatus.*

ET *cum fidelibus in vulua concreatus est.* q. d. iusti ex naturali dispositione & bona indole apti nascuntur de vtero materno ad timorem Dei exequendum. Jn vtero enim à Deo donum quoddam accipiunt, quo ad pietatem procliues sunt præ alijs; aut quia sic illis adhæret, & infixus est timor Dei postquam fideles facti fuut, vt videatur illis inesse ex naturali complexione. Sic Lyra, Dionys. Palac. & Iansenius. Probant ex eo Iob 31.v.18. *Quia ab infantia creuit mecum misericordia, & de vtero matris meæ egressa est mecum.* Vbi cum misericordiam erga pauperes, & viduas, quam ille exequebatur, commemorasset, illam non suæ virtuti nunc tribuit, sed naturæ conditori Deo. Sic explicuit D. Gregor. *constat quia suæ virtuti nihil tribuit, qui profectò testatur, quia hoc ex conditoris munere accepit; quia sicut suo opere in vtero conditus non fuit, ita nec sua virtute ab vtero pius fuit.* Sed dicere possumus adeò Jobũ fuisse misericordem, vt ipsius misericordiæ vberibus, & lacte nutritus & educatus videretur. Dederat enim Deus in vtero matris suæ bonam indolem, & ad benefaciendum procliuitatem, & ne defraudaretur hoc futuræ virtutis specimine, traditur à Deo cum primum egressus est de maternis visceribus misericordiæ vel miserationi, vt tanquam nutrix Iobum in sinu foueret, & lacte propriò nutriret. Et ipse ita vberibus misericordiæ inhiabat, vt indies videretur augescere in eo miseratiò. Sicque tantum profuisse sentiebat, vt ipse dicat: *Quia ab infantia creuit mecum misericordia, & de vtero Matris meæ egressa est mecum.*

Indoles bona in pueris est significatio futuræ probitatis. Cicero. Senec. Trag. *Indoles prauæ leges negligit.* Libanus. Philostrat. *Tigres cum nascuntur, pedes priores versus Orientem solem attollunt.* Caiinus. Seneca.

Indoles bona in pueris est significatio futuræ probitatis, in viris autem signum est præsentis virtutis. Vt dixit Cicero vnde bona indoles parit effectus bonos. Sic ait Seneca Tragicus in Thebais. act. 2. *Agite, ô propago clara, generosam indolem probate factis.* Propensi enim sunt, qui claram & generosam indolem sortiti sunt ad egregia facta obeunda. Sicut è contrario dixit Libanus. Declamat. 25. *Nihil enim obscœni subterfugit indoles, praua, quæ leges negligit, audax omnia perpeti, & exequi.* Philostratus de vita Apollonij Tyanæi li. 2. agês de tigribus, qui apud Jndos inueniuntur: *Ferunt enim*, inquit, *hoc animal cum primum nascitur priores pedes versus orientem solem attollere.* noster Nicod. Causinus lib. 7. simbol. & Paral. cap. 113. notat huius bestiæ simbolum & probat esse bonæ indolis signum simili prorsus ratione, ait, Sancti viri vixdum nati assurgunt ad lucem Dei, *paruos non aquilis fas est educere fœtus, ante fidem solis iudicumque poli.* Magna pars virtutis benè nasci. *Dij immortales* (inquit Seneca) *nullam dedicere virtutem cum omni editi, & pars naturæ eorum, est esse bonos. Ita quidem ex hominibus egregiam sortiti indolem in ea, quæ tradi solent, perueniunt sine longo magisterio, & honesta complectuntur cum primum audierunt.*

Hæc haud dubium, probant, *timorem Domini cum fidelibus in vulua concreari*, quia sicut Iobum misericordia seu miseratio lacte suo nutricata est: sic fideles timor Domini, seu virtus, aut pietas, cum ex vtero materno egrediuntur, accipit, & fouet, atque alit, tamquam nutrix sedula, & lacte suo prò creat; vt verè dicitur cum illis timorem aut pietatem concreatam esse. Dixit Psal. 138. v. 13. *Suscepisti me de vtero matris meæ.* Quod explicans Theodor. ait: *Tu mihi* (ô Deus) *es & pædagogus, & gubernator, & præceptor; & cum primum ex vulua exiui, tua prouidentia perfruitus sum.* Nam vt Seneca Ep. 95. dixit: *Non quærit ministros Deus. Quidni ipse humano generi ministrat. Vbique & omnibus præstò est.* Eodem munere fungitur timor Dei cum fidelibus, cum ex vtero matris suæ egrediuntur, ipse est, pædagogus, & præceptor, &c.

114. *Timor Domini cum fidelibus in vulua concreatur.* Ps.138.v.13. Theodor. *Deus gubernator & præceptor.*

Aliò modo potest hoc hemistichium explicari, scilicet timorem Dei concreatum fidelibus in vulua secundum Dei prædestinationẽ, quia ab initio in ipsorum creatione in vtero materno Deus illis destinat suo tempore dare timorem sui, & sapientiam. In hunc sensum inclinat D. Gregor. verba Iobi superius relata, secundum explicationem nostri Pinedæ, ait enim ipse: Secundò obseruandum signum diuinæ prædestinationis, hoc loco indicari à Gregorio, cum primæ ætatis studia virtutum tempore & ætate non languescunt, sed crescunt indies. *Electis* (inquit Gregorius) *cum foris ætas corporis, intus, si dici liceat, crescit ætas virtutis.*

Timor Dei concreatur fidelibus, secundum Dei prædestinationem. D. Gregor. Peneda.

115. *Deus ante meritum vocat, & prædestinat.* Galat.1. v.15. D. Anselm. *Sanctificare idem, quod segregare.* Ieremi.1.v.5 Cornelius.

Hunc sensum melius probat D. Paulus cum ad Galat.1.v.15. Inquit; *cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam*, &c. q. d. Deus ante omne meritum meum, me necdum natum prædestinauit, & prædestinatum *segregauit ex vtero*, nasciique fecit, ac natum vocauit. *Vt reuelaret filium suum in me.* D. Anselm. ait: *Hic notatur gratuita Dei misericordia.* q. d. *an tequam aliquid boni egissem, sua gratia me prædestinauit ad vitam, & post vocauit me per gratiam suam*, &c. Typus huius Apostoli fuit Ieremias, cui dictum est c.1. v.5. *Priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua, sanctificaui te*, in originali Hebræo est *segregaui*: res enim sancta dicitur quasi segregata à parentibus rebusque terrenis, vt Deo dicetur & consecretur: & segregatus dicitur, quia è grege selectus: Sic prædestinati ex hominum grege Deo seliguntur. Sic Corn. noster. Itaque *concreatum* dicit *timorem Dei fidelibus*, vt intelligatur illos eum non habere ex sua virtute, & studio; sed ex singulari Dei dono, ipso antequam aliquid boni fecerunt præueniente.

Illustratio quinta.

116. *Timor Dei cum electis fœminis graditur.*

ET *cum electis fœminis graditur.* Appellat hic *electas fœminas eas*, quæ gratia Dei decorantur, & timent Deum timore filiali, & casto: Cum his inquam electis timor Domini graditur, quia eas comitatur ducendo in vitam æternam. Jterum hic Sirach docet Dei dono & electione datum semel hominibus timorem, & sapientiam, non eos deserere, nec sibi relinquere, sed assiduè eos comitari deducendo in via recta. Fœminarum autem peculiariter fit mentio, quod in eis ferè Dei metus & religio sese magis prodere soleat: fœminæ enim naturaliter dispositæ esse videntur ad timorem, quia

Fœminæ dispositæ esse videntur ad timorem. Dionys. Iansen.

quia ex natura sua timidæ & verecundæ constituunt. Sic Dionysius & Iansenius, quæ enim timent Dominum, verecundia & timore ornantur. Apparuerunt. Abrahamo tres Angeli, quos accepit hospitio, ipsi autem rogauerunt illum, dicentes: *Vbi est Sara vxor tua? qui Respondit, & dixit: Ecce in tabernaculo.* Gen. 18. v. 9. Quare igitur Sara, cum esset vetula, abscondit se à conspectu hospitum? numquid casu hoc contigit? Respondet D. Ambrosius lib. 1. de Abrah. cap. 5. *Sed docere nos voluit quantus pudor debeat esse fœminarum, ne procaci occursu hospitum in se oculos inflectant, salua verecundia ministrium suum exerceant. Prouectior ætate iam Sara iuuenem custodit verecundiam.* Quæ verecundia timorem Dei indicat, quem si fœmina deserit, verecundia & pudore nudatur; at si illo decoratur, laudibus omnes eam prosequuntur. Ideò Plut. in præceptis coniugal. dixit: *Cæterum pudicæ non solum cubitus, sed & sermo publicus esse non debet, voceque ad alienos tanquam parum conueniente denudatione abstinendum ei est, in voce enim insunt indicia omnis generis animi affectionum.* Ergo mulier quæ timore Domini ornatur hic præceptum implet & laudatur. Sic dixit Salomon, cum ait de strenua fœmina cap. 31. v. 30. *Mulier timens Dominum ipsa laudabitur.* q. d. mulieris laus, non à forma & pulchritudine, sed à timore Dei deducenda est. LXX. *Timorem Dei mulier ipsa collaudat,* per metathesim videtur dictum. q. d. timor Dei ipsam collaudat, & commendat, id est, commendatione dignam reddit, vel sensus est: quantum timor Dei possit, ostendit, quia scilicet mulieris imbecillum & infirmum sexum tanta constantia animi robore donat, quæ maxima timoris Dei commendatio est. D. Ioan. Chrysost. tom. 3. hom. 20. in Epist. ad Ephes. explicans consilium vel præceptū, quod vxores erga maritos sunt seruaturæ, scilicet. *Vxor autem timeat virum suum,* Eph. 5. v. 33. ait: *hoc est inditium sapientiæ & timoris Dei.* Itaque timorem illum, quem vxor marito præstat ex timore Dei manare dicit, concludit autem eleganter ipse Chrysostomus. *Docè timorem Dei* (vxorem scilicet) *& omnia tanquam ex fonte abundè affluent, eritque domus tua innumeris bonis referta.* Tandem D. Augustinus lib. 10. ser. 45. de diuersis explicans versionem LXX. quam citauimus: *Timorem autem Domini, ipsa collaudat,* inquit, *ipsa quæ benedicitur collaudet aliquid vnde benedicatur, quia sapiens est. Quid collaudet? timorem Domini quo perducta est ad sapientiam. Initium enim sapientiæ timor Domini, timorem autem Domini ipsa collaudet,* &c. Itaq; timor Domini *cum electis fœminis graditur,* illas semper comitatur in via recta, haud vnquam deserit, quoniá timor ex Dei iussu pædagogi seu magistri officio fungitur. Nos dicemus: *no la dexa jamas de la mano el temor de Dios.* Tanquã pædagogus fœminas electas ducit per vias rectas, & tanquam magister timere & diligere Deum edocet. Quo fauore opus habent, quæ fragilem sexum sortitæ sunt, quem enim magis deceat (explicat Palacius) ambulare cum timore, quam feminam? quanto enim est illa ad peccandum fragilior, & ad præstandum firmior, tanto magis necesse est timeat.

Timor Dei comitatur fœminas in via recta, sicut pædagogus.

Palacius.

timentium Deum testantur habitare cum eis timorem Domini, & eos comitari vsque dum ad vitam æternam perueniant. Ergo timor Dei (ait Palacius) cum fidelibus nascitur in vulua, graditur in bonis operibus, agnoscitur in eorum vita. Agnoscitur timor in Abraham cum offert sacrificio filium. in Ioseph cum repellit adulteram; in Moyse cum fugit Ægyptum: in Dauide cum bis parcit Sauli.

Palacius.

Hæc tandem sententia aliter legitur in originali Græco: *Initium sapientiæ timere Dominum, & cum fidelibus in vulua concreatum est eis. Cum hominibus fundamentum sæculi nidificauit, & cum semine eorum fidem habebit.* Iansenius notat hæc significare Dei sapientiam veluti in nidum & mansionem suam cum hominibus delegisse ipsum fundamentum sæculi, hoc est, ab exordio mundi in hoc mundo habitare cœpisse cum hominibus illis primis auctoribus humani generis, eamque nunquam homines deserturam. Simile est illud Prou. 8. v. 31. *deliciæ meæ esse cum filijs hominum.* Potest etiam referri ad timorem Domini, qui ab initio mundi fideles homines elegit, in suam habitationem, vel quasi nidificationem; nidificauit enim in eorum cordibus, vt nunquam, eos deserere cogatur. Vtitur Sirach auium metaphora, quæ in arborum ramulis nidificant, seu in truncorum concauis nidulos construunt, vt ouis incubent: quos nidulos minimè deserunt, vsque dum filios auolare cernant. Sic timor Domini diuina auis in cordibus fidelium nidulatur, & operum bonorum ouis incubat, & fouet, donec auolare faciat homines in æthera, vbi opera tamquã filij recipiantur, & mercede iustæ retributionis, æternum perfruantur. Vocat tandem *fundamentum sæculi, fundamentum æternitatis,* vt legit Drusius, id est, æternum vel sempiternum, iuxta id Prou. 10. v. 25. *Iustus autem quasi fundamentum sempiternum.* Sic sapientia acquisiuit fundamentum æternum, id est, domum in æternum fundatam. Ita declarat eius habitationem apud homines minimè temporariam esse, sed diuturnam, imò perpetuam ac sempiternam. Tandem *nidum ponere,* &c. q. d. Deus excluſit, hoc est generauit apud homines fundamentum æternum, id est, filium suum, qui fundamentum æternum dicitur, iuxta id Prou. 10. v. 25. *Iustus autem quasi fundamentum sempiternum.* Tandem non est contemnenda expositio Roberti, Holcot. qui hunc timorem diuidit hoc modo: Timor enim est principium amoris per modum attracti: Sed fideles consolidat per modum glutinati. Vt sic intelligatur id Eccles. 25. v. 16. *Timor Dei initium dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei.* Statim propositum exponit 1. ostendit quomodo incipit 2. quomodo proficit 3. quomodo perficitur. *Ait igitur: & cum fidelibus,* &c. Id est, timor fidelium concreatur sicut donum stimulans ad bonum. Licet enim omnia dona, sicut & omnes virtutes simul infundantur: tamen quantum ad profectum in habitu ex actibus vnum donum promouet aliud. *Et cum electis,* &c. Id est, perficit. Gradi enim est in via procedere. Signanter loquitur de fœminis: quia licet sint fragiles, tamen per timorem declinant malum & prosequuntur bonum. Igitur à fortiori illud operatur timor in viris, secundum illud Prou. 15. v. 27. *Per timorem Domini declinat omnis à malo, & cum fidelibus agnoscitur,* scilicet timor perfectus, perfectam conuersationem & bonam operationem extrinsecam. de quibus dicetur Matt. 25. *Euge serue bone,* &c.

Sapientia Dei nidus qualis. Iansenius.

Prou. 8. v. 31.

Timor Dei nidificat in cordibus, sicut auis in arboribus.

Iustus, quasi fundamentū sempiternū. Prou. 10. v. 25.

VERS.

Illustratio vltima.

117. *Timor Dei cognoscitur esse per opera*

POrrò timor Domini ait Ecclesiasticus, *& cum iustis & fidelibus agnoscitur,* scilicet, cognoscitur esse per opera, quæ in eis operatur. Opera enim

VERS. XVII.

Timor Domini scientiæ Religiositas.

VERS. XVIII.

Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit.

Hi duo versus additi sunt à vulgato. Nam in Græcis originalibus desiderantur, ad sensi procedamus.

Sensus.

118. TImor Dom[illegible] &c. q. d. Si volueris intelligere, quid hoc timor hic significet, audi, nihil aliud est, quam scientiæ Religiositas, id est, non est ipsa scientia & cognitio Dei, sed istius scientiæ religiositas, hoc est, pietas, quæ ex ipsa Dei cognitione sequitur, quæque scientiæ connexa est. Quæ pietas aut Religiositas, ita cor custodit, & iustificat, vt ingentem iucunditatem & gaudium afferat habenti timorem Dei, &c.

Nota, & illustratio prima.

Nota.

CVm hi duo versus non sint in originalibus Græcis, videtur appositos esse à vulgato ad maiorem præcedentium intelligentiam, vt ostendatur Quid per timorem Domini intelligendum sit. Iansenius appellat hunc timorem pietatem, qui ex ipsa cognitione sequitur. Dionysius & Hugo, deuotionem interpretantur. Tandem Palacius ait, est quædam Religio, reuerentiaque erga Deum ex Dei notitia nata. Inuenies Theologum hominem, non perinde Sanctum, est plane in eo scientia, at non religiosa. In illo timor Dei est, vbi vera notitia, deuota Religio, itaque timor Domini non est ipsa scientia & cognitio Dei, sed ipsius scientiæ Religiositas, id est, pietas & deuotio, quæ ex ipsa Dei cognitione promanat, & quæ scientiæ adiuncta est: Vel timor Domini facit, timentis scientiã esse Religiosam, id est, deuotioni intentam, & vigilantem ad exequendum quæ nouit esse agenda. Quia vt dixit Iacobus Apost. c. 4. v. 17. *Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.* Docet Apostolus eos maximum supplicium expectare, qui cum optimè, quæ Deo placent cognouerunt, ea omittunt. Constat enim ex huius Epistolæ contextu eos, quibus Iacobus scribebat, notitiam legis habuisse, & fidei documenta percepisse, nec tamen operum perfectionem, neque mentis humilitatē, neque sermonis continentiam adepti erant, propterea inter alia increpationis & exhortationis verba nunc eos multum terret, quia scientes necessarium esse benefacere, non faciebant. Vnde maius peccatum contrahebant quam si nescirent. D. Cyrillus Alexandrin. lib. 9. in Joan. cap. 9. explicans id Ioan. 13. v. 17. *Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.* Non magnum, inquit, *virtutem cognoscere, sed studiosè agere, id certe maximum est, ego autem existimo melius quodammodo esse nescire, quam quod sciæ per ignauiam negligere, & quod bonum esse credis ex desidia præterire.* Nam (inquit Raban.) *Qui sine timore Dei obseruatione mandatorum illius religiositatem scientiæ sibi pollicetur fallit semetipsum.*

Iansenius. *Timor propietate fumitur.* Dionys. Hugo. Palacius.

Timor Domini quid.

Iac. 4. v. 17.

Qui scit & non facit maius peccatum facit.

D. Cyril. Alex. Ioa. 13. v. 17.

Non magnũ virtutem cognoscere, sed studiosè agere. Rabanus.

Jtaque timor Domini generat in corde pietatem, & deuotionem ad exequenda ea, quæ cognouerit esse facienda in diuinæ voluntatis executione. Religiositas oritur à Religione, cuius Etymologiam tradens, simul & definitionem D. Isidorus lib. 8. cap. 2. ait: *Religio appellata, quod per eam vni Deo Religamus animas nostras ad cultum diuinum vinculo seruiendi.* Et Abulens. 4. Reg. 1. quæst. 17. agens de Sancto Propheta Helia, qui æuum agebat ab hominibus in monte Carmelo sequestratus, ait. *Hoc enim religiositati conueniebat, scilicet fugere sæculi communicationem.* Cum igitur Religiositas animum inclinet ad sæculi commercium fugiendum, & per Religionem religat quis animam suam ad diuinum cultum, vinculo seruiendi, dicere Ecclesiasticum, *timorem Domini esse scientiæ religiositatem,* erit ostendere, eos, qui Dei timorem amplectuntur, religatos esse ad cultum diuinum, & ad perfectam scientiam & cognitionem mysteriorum Dei & eius voluntatis, ad eam opere exequendam. Sic explicat Holcot: Potest scientia dici religiosa dupliciter, vel quia docet homines ita perfectè vt possessionibus proprijs ad honorem Dei, eas ad vtilitatem proximi dispensando, vel quia docet homines ita perfectè ligare se Deo quod propriam voluntatem & omnia subijciant propter Deum & licet primus gradus sit bonus: Secundus tamen est optimus & perfectus, est enim (inquit Iansenius) alia scientia curiositatis, quæ neglectis ijs rebus, quæ ad salutem pertinent, circa vana facile occupantur, quæ scientia non est vera, sed illa tantum, qua homo intendit per timorem Dei cognoscere diuinam voluntatem, vt eam exequatur. Jnde sequitur.

119. *Timor Domini generat in corde pietatem.* D. Isidorus. *Religionis Etymon.* Abulens.

Religiositas fugit commercium. Holcot.

Iansen.

Illustratio secunda.

120. *Religiositas iustificat cor, & dat iucunditatem.*

RElig*iositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit.* Hæc igitur Religiositas, quam Dei timor amplectitur, & custodit & iustificat cor, & dat iucunditatem. Sensum meo iu-

Dionys. iudicio attingit Dionysius, qui afferens religionis descriptionem, quæ dicitur à religando, vel religendo, quoniam religat & separat à vanitatibus mundi, & ligat eam cum Deo, facitque eam frequenter recolere ea, quæ Dei sunt & salutis, ait: per hoc custodire hominem à multis periculis & peccatis, id est, religiositas continens in se Dominicum timorem, custodia cordis est. Nam sicut Cherubim Paradisi ingressum custodiebat gladio flammeo & versatili, ait enim Sacra pagina Gen. 3 v. 24: *Et collocauit* (Deus) *ante Paradisum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.* Sic etiam religiositas scientiæ ornata Dei timore custodit eos. Cherubim enim significat scientiæ plenitudinem, & hæc religiositas includit in se scientiam, vt diximus, seu cognitionem Dei, & quemadmodum Adam quia peccati labe aspersus erat, impediebatur ab Angelo, ne in Paradisum pedem inferret: Sic religiositas custodit cordis Paradisum, ne peccatum irrepat ad illud maculandum, istius Paradisi ianuas occludit, quia religiositatis proprium est cordis humani esse fidelissimam custodiam.

Gen. 3. v. 24 *Religiositas custodis cor sicut Cherubim Paradisum.*

Religiosus qui in exteriora effunditur miser vocandus. D. Bernard. Si de domo religiosa intelligatur, dicimus, religionem custodire cor religiosi ne facile in res externas vanè distrahatur. Quare lugendus est ille, qui in exteriora cor effundit cum robur eius spirituale dissipet & perdat. Sic dixit D. Bernar. de quadr. *Miser homo, qui totus pergens in ea quæ foris sunt, & ignarus interiorum suorum, putans aliquid se esse, cum nihil sit ipse se seducit. Sicut aqua effusus sum (ait Psalmista in persona hominis) & dispersa sunt omnia ossa mea. Et alius quidam propheta: Comederunt,* inquit, *alieni robur eius, & ignorauit. Exteriorem quippe superficiem intuens, saluæ sibi omnia suspicatur, non sentiens vermem occultum, qui interiora corradit. Manet tonsura, vestis, necdum mutata est, ieiuniorum regula custoditur, statutis psalmorum horis, sed cor longè est à me, dicit Dominus. Attende solerter quid diligas, quid metuas, vnde gaudeas, aut contristeris, & sub habitu religionis animum sæcularem, sub pannis conuersionis inuenies cor peruersum.* Vt autem hoc vitetur debet religiositas cor custodire. Diuus Chrysost. super Matt. eleganter dixit: *Sicut difficile est arborem iuxta viam positam fructus vsque ad maturitatem seruare. Sic difficile est virum fidelem iuxta istum modum viuentem in actibus suis iustitiam immaculatam vsque ad finem tenere. Recede igitur à via, & planta in loco secreto, vt nec mundus tecum habeat aliquid commune, nec tu cum mundo. Frequenter transeuntes spiritus, id est, venti ipsas gemmas iustitiæ excutiunt de ramis antequam aperiantur in floribus. Interdum etiam ipsos flores excutiunt iam apertos, interdum vero ipsa poma formata deponunt.*

D. Chrys. *Vir fidelis quomodo procedere debeat in actibus suis.*

Holcot. *Religio conseruat hominem in castitate.* Tandem verbum *custodire* explicat Robertus Holcot. exemplis. Secundo, inquit, religio dicitur minutio conseruatura continuans castitatem debitè continendo, & hoc docetur exemplariter in natura. Nam philomelam dum continet se in rubo, non accipit bubo: cum tamen sit eius naturaliter præda; sed dum vagatur exterius capitur à bubone. Similiter eritius dum continet se infra pilorum suorum acuriem non potest eum capere canis venaticus nec mordere. Sed ita cito, sicut ponitur in aqua extendit nasum suum & pedes, & tunc faciliter potest capi. Sic in proposito dum religiosus continet se infra arctitudines regulares, dum continet ab excessu cibi & potus, à mulierum familiaritate inordinata, & ab opportunitatibus satis securè viuere potest. Sed si per aliquem instinctum proposuerit se extra ad excessus ad familiaritates, & ad opportunitates voluptatum ineptas: indubitanter sicut experientia docet, valde faciliter capi potest, nisi fuerit confirmatus. Hæc ille, & optimè.

121. *Religiositas propriè non iustificat cor.* *Et iustificabit cor.* Si iustificationem cordis accipimus pro prima gratia, quæ per veram contritionem acquiritur, in ordine ad confessionem Sacramentalem, certum est hominem non iustificari per solam religiositatem continentem timorem Dei. Quia pietas seu deuotio, quæ est religiositas, nisi contineat in se veram contritionem, iustificanis effectum proprium nullo modo præstare potest, qui est iustum & Deo gratum peccatorem efficere. Quare hîc iustificationem vel viuificationem appellat gratiæ habitualis incrementum: Sicque hoc modo sicut reliquarum virtutum exercitatio, ita religiositas cor iustificat, seu viuificat, vt legit Dionys. Id est, gratiæ habitualis seu vitæ spiritualis cordi incrementum affert. Huius religiositatis effectus meminit Iacobus Apost. cap. 1. v. 27. cum ait: *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* His bonis operibus religiositas cor iustificat & viuificat. Optimè Holcot. inquit: Et quoad istam particulam figuratur religio Exod. 12. per transitum de Ægypto, scil. de tenebris peccatorum ad terram lactæ & melle manantem. Scil. ad claustrum religionis, deuotionis & doctrinæ dulcedine abundantem. Sed timeo quod de multis sit quod dicit Esopus li. 1. in sterquilinio quedam gallinacia dum quærit escam, inuenit margaritam, quam vt vidit sic ait: O bona res cur in sterquilinio iaces? te si cupidus inuenisset cum gaudio rapuisset: Ego te inueni in hoc loco iacentem, mihi potius escam quæro. Non ego tibi prosum nec tu mihi. Sic multi veniunt ad claustrum tanquam ad locum abiectum, & quasi ad sterquilinium à sæculo reputatum. Sed quid quærunt? numquid margaritam? numquid Christum? numquid salutem animæ & doctrinam? non certe, sed escam, & vt eis sit ibi nobilius & lautius quam in mundo. Et quia quærunt escam, non ethicam, ideo si non fuerint saturati murmurabunt, & quia quærunt vinum lætitiæ, & non aquam sapientiæ, ideo deuotionem & doctrinam fastidiunt & contemnunt, quia eis non prosunt, nec è conuersio. Et si quis talis sit dico quod huius vana est religio. Jac. 1. Huc vsque Holcot.

Holcot. *Religio sicut terra promissionis.* Esopus. *Mali religiosi quærunt tantum escam & honorem proprium.*

Religiositas affert cordi iucunditatem. Porro ait Sirach: *Iucunditatem atque gaudium dabit*, quem effectum iam timori Domini superius reddiderat, cum dixit: *Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium*, v. 12. vide quæ ad hunc versum obtulimus. Ergo religiositas cum iustificat animam, sic eam ornat diuina gratia, vt ipsa exaltationem & iucunditatem tribuat cordi ad incedendum per viam æternæ salutis, & perfruendum in huius vitæ curriculo spe futuræ beatitudinis adipiscendæ.

VERS.

VERS. XIX.

Timenti Dominum benè erit, & in diebus consummationis illius benedicetur.

122. *Tò bene significat optimum successum.* Hæc sententia fere eadem est, ac ea, quam v. 13. inculcauimus. Differentia tantum sita est in eo, quod hîc non designat tempus in 1. hemistichio, in quo bene futurum sit timenti Dominum. & in 2. vocat hîc *consummationem*, quam alibi Sirach *defunctionem* appellat. Vtraque autem sententia eundem sensum efficit, scilicet timentem Dominum in huius vitæ cursu Dei fauore perfructurum, & in fine ab ipso benedicendum. τὸ *bene*, meo iudicio significat optimum successum seu euentum. Nos dicimus: *Tendra buen sucesso en todo que pusiere mano*: Omnia prosperè euenient, omnia illi cooperabuntur in bonum, vt ait Paul. Rom. 8. v. 18. *Scimus autem quoniam diligentibus Deum* (sic etiam & diligentibus ipsum) *omnia cooperantur in bonum*, id est. Siue tribulationes, siue peccata (quia vt ait D. August. *ex casu humiliores, cautiores, & feruentiores resurgunt*) cooperantur in bonum, id est, bono euentu potiuntur, cum tandem æterna fœlicitate perfruantur. Sicut è contrario dixit idem August. ser. 79. de temp. & solil. c. 28. *Improbis & reprobis omnia cooperantur in malum, & ipsa oratio eorum vertitur eis in peccatum.* Intellige non per se, sed per accidens, quatenus ipsi gratia, & donis Dei abutuntur. Dum ijs vti & per illa se conuertere suamque salutem procurare nolunt. Itaque *timenti Dominum benè erit*, id est, omnia cooperabuntur ei in bonum, quia tandem fœlicitatem æternam consequetur. Sic explicat Holcot. Hic concludit finalem vtilitatem timoris, & arguitur à primo ad vltimum. Timor Dei est causa scientiæ religionis, & sancta religio dat multiplicem gratiam in præsenti & gaudium in futuro. Igitur timenti Dominum benè erit in præsenti, & in diebus consummationis illius, benedicetur benedictione perpetua. Holcot.

Timentibus Deum omnia cooperãtur in bonũ. D. August.

Reprobis omnia cooperãtur in malum quia donis Dei ab vtuntur.

Et in die consummationis, &c. Complut. legunt, *consolationis*: Quia iustus cum ad vitæ metam peruenit, consolatione perfunditur. Sed melius dixit *consummationis*, vt respondeat superiori sententiæ, quæ habet *defunctionis*, id est, in die mortis, in qua benedicetur qui timet Dominum, &c. Sic probat Palacius dicens: Huius vitæ tempus non est consolationis, sed tentationis, non est quietis, sed pugnæ, in æternitate est nobis proposita consolatio, ea plane, quæ vera consolatio est, in æternitate igitur benedicetur timens Deum, vita hominis militia est super terram. Probantur hic homines vt aurum in fornace, offerendi sunt Deo velut holocaustum, non igitur sunt hic dies consolationis, imo vero Christus Dominus dum videret horam passionis vocabat horam suam, erit igitur & nostra. *Timens Deũ in die mortis benedicetur.* Palacius.

VERS. XX.

Plenitudo sapientiæ est timere Deum, & plenitudo à fructibus illius.

Complutenses, LXX. Regia, Montanus. *Plenitudo sapientiæ timere Dominum, & inebriat eos à fructibus illius.* Tygur. *Reuereri Deum vberrima sapientia est, qua homines fructibus suis exsaturat.* Drusius: *Satietas sapientiæ timere Dominum, quæ inebriat eos de fructibus suis.* Sensus est.

123. *Timor Domini plenitudo sapiẽtiæ.* *Plenitudo* &c. q. d. Non solum est timor Domini initium sapientiæ, sed plenitudo, id est, perfectio, nam sapientia sine Dei timore imperfecta est: ipse enim timor sic introducit sapientiam, vt quo magis Deum quis reueretur, eo magis in sapientia proficiat, vt nihil aliud sit verè sapere, quam Deum reuereri & piè colere, id est, timere Deum. Quæ plenitudo sapientiæ inebriat eos, qui habent timorem Domini, id est, sicut timor Domini affert ipsi sapientiæ plenitudinem, ita vicissim plenitudo sapientiæ replet timentes Deum à fructibus suis, &c. Plinius.

Nota, & illustratio, prima.

Plenitudinis secundum verbum Græcum significationes. *Plenitudo sapientiæ est timere Deum.* Verbum Græcum respondens *plenitudini*. est, πλησμονὴ, deductum à verbo ΠΙΑΗΩ, quod significat implere, replere, inde deducitur *plesma*. atos, quod est explementum; seu id quo aliquid expletum est, quare significat mulierem concipere, vel prægnantem fieri, seu impleri. Vide Plinium lib. 8. c. 44. vnde *plesmone*, significat saturitatem, expletionem, satietatem, voluptatis, & rerum omnium abundantiam, alij dicunt significare plenitudinem, seu repletionem cibi, seu potus. Secundum has acceptiones verbi Græci possumus sententiam explanare. *Plenitudo sapientiæ in timente Deũ est instar fœtus.*

Primò si hanc plenitudinem, ad impletionẽ conceptus seu fœtus referamus non, inconcinnè sensus illustrabitur, sicut enim quilibet fœtus vterum maternum adimplet, & replet, ita vt vocari possit conceptus, plenitudo vteri: Sic etiam per timorẽ Domini ita vera sapientia repletur concipiendo timoris effectus, tanquam conceptus seu fœtus, vt possit dici, veram sapientiam ex timore Domini repletam esse & concepisse effectus, quos tanquam filios fouet amore materno. Sicque erit timor Domini plenitudo sapientiæ.

Hoc potest conformari ex eo quod videmus terram officio materni uteri, cum seminatur, fungi. Concipit enim semen quod recipit, repleturque frugibus tanquam fœtibus, quos tempore messis offert agricolis, hæ autem fruges vocantur plenitudo terræ, vt ostenditur Deut. 33. v. 16. vbi cum Moyses filios Israël benedixisset, cum meminit Ioseph, hanc illi benedictionem impertit: *De benedictionibus Domini terra eius, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius*, id est, benedicta à Domino erit terra Ioseph; Deus omnium terræ nascentium copiam & plenitudinem tibi tribuat, & quamuis hæc tam frequens fructuum terræ benedictio à Moyse referatur, vt compenset beneficium nutritionis, quod populo Israelitico Ioseph in Ægypto præstitit; nihilominus tamen in hac benedictione frugum terræ, quas terra tanquam mater accepto in vtero suo vel pluuia cæli, vel semine, concipit, & suo tempore parit, & in lucem edit, fœtuum replerionem commemorat. Cum ait: *de plenitudine eius*, id est, de conceptuum vel fœtuum repletione erit Iosephi benedictio. Cælum enim est quasi maritus terræ. Sic D. Chrysost. tom. 4. serm. 19. in cap. 5. Epist. ad Ephes. *terram*, inquit) *non vides. Quomodo multo maior quam vsus expostulet sic maritus eius, nempe cælum.* Hanc etiam multitudinem filiorum terræ vocat Ieremias cap. 5. v. 24. plenitudinem, cum ait: *Et non dixerunt in corde suo, metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam in tempore suo, plenitudinem* (perfectionem) *annuæ messis custodientem nobis.* Cum dixit plenitudinem, non imminutam, sed plenam, copiosamque messem custodit nobis, *Benedicens coronæ anni benignitatis suæ.* Psl. 64. v. 12. Metuendus est enim Deus, qui dat pluuiam tanquam sementē terræ temporibus suis, & custodit filios ipsius terræ, vel fœtus, quos concipit terra, & parit tempore annuæ messis, qui vocati sunt à Propheta, *plenitudo* messis. Sic etiam cum ait Sirach. *Plenitudo sapientiæ est timere Deum.* Facit sapientiam matrem similem terræ repletam timore Domini tanquam semine. & cum anima in se habet hanc sapientiæ plenitudinem, id est, fœtus vel conceptus à Domino genitos medio semine timoris, tandē edit in lucem filios benedictionis, effectus scilicet timoris Domini, qui in hac vita præsenti abundantem gratiam, & in futura æternam fœlicitatem merentur.

124. *Fruges vocantur plenitudo terræ.* Deut. 33. v. 16. *Terra sicut mater concipit & parit.* *Multitudo filiorum vocatur plenitudo à Ieremia.* Ier. 5. v. 24. *Sapientia est sicut mater repletatimore Domini.*

2. Significat, *plesmone* satietatem voluptatis, & omnium rerum abundantiam, quæ intelligenda est diuitiarum gratiæ & sapientiæ. Sic inquit Apostolus Colos. 2. v. 2. *Vt consolentur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei Patris, & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Vbi notat Corn. noster, per *diuitias* Paulum significare nō opes auri & argenti, sed quamlibet copiam & abundantiam, vel gratiæ; vel sapientiæ, & *intellectus*. Scire autem volebat Apostolus Collossenses qualē sollicitudinem haberet pro illis, *vt consolarentur*, &c. Laborabat vt instruerentur in charitate & abundantia diuitiarum intellectus, id est, plenæ persuasionis intelligentiæ mysteriorum fidei, quæ pertinet ad agnitionem Dei Patris, & Christi Jesu, *in quo* inueniuntur *thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* id est, abundantia omnium diuitiarum Dei, & plenitudo, seu satietas diuinæ voluptatis. Sic ait Iesus Sirach. *timere Dominum esse plenitudinem sapientiæ*, id est, satietatis voluptatis diuinæ, & abundantiam diuitiarum cœlestium, quæ in ipsa Dei sapientia, & timore Dominico reconduntur.

125. *Verbi Græci plenitudinis secunda significatio.* Col. 2. v. 2. *Diuitias vocat Paulus, non auri sed gratiæ.* *Cornelius. Sapientia thesaurus est satietas diuinæ voluptatis.*

Tandem verbum Græcum denotat plenitudinem seu repletionem cuiuscumque rei, vt cibi, potus, &c. In hoc sensu inquit Apostolus Rom. 13. v. 10. *plenitudo legis est dilectio.* proposuerat enim præceptum de diligendo proximum, & nunc affirmat hanc dilectionem, prout complectitur *Dei* & proximi dilectionem esse plenitudinem legis, id est, consummationem, q. d. totalis adimpletio, & plena obseruantia *legis est dilectio*, alij explicant *plenitudo*, id est, finis & scopus legis est dilectio, quia tota lex intendit nos ducere ad charitatem. Alij interpretantur, quia charitas, impellit hominem, vt perfectè legem adimpleat. Itaque plenè lex impletur cum interuenit dilectio. Sic etiam plenitudo sapientiæ est timere Deum, id est, qui verè Deum timet & reuereretur plenè & perfectè sapientiam possidet, quia finis & scopus veræ sapientiæ est timor Domini: intendit enim hic timor nos deducere ad agnitionem Dei, & mysterium fidei, quam per sapientiam obtinemus. Tandem significat perfectionem. Idem est plenitudo sapientiæ ac perfectio sapientiæ.

Vltima significatio Verbi plenitudinis. Rom. 13. v. 10. *Plenitudo seu finis legis est dilectio.* *Scopus sapientiæ est timor Domini.*

Illustratio secunda.

ET *plenitudo à fructibus illius*, id est, vera plenitudo sapientiæ non aliunde expectari potest, nisi à fructibus illius; fructus enim sunt opera bona, quæ à sapientia procedunt. Sic explicat Rabanus: *Quanto quis Deum magis timet, tantò sapientior apparet, & quantò sapientior, tantò plenior bonorum operum. Non enim timor Dei timor est otiosus, sed donis virtutum replet vitam hominis & thesauris scientiæ spiritualis cor eius illustrat.* Græcum originale legit: *& inebriat à fructibus illius.* Plenitudo scilicet sapientiæ replet timentes Deum à fructibus suis. Sic legit Tygurina Vatabli: *Vberrima sapientia est, quæ homines fructibus suis exsaturat.* Hic *inebriare*, est idem quod replere: Sicut enim qui inebriantur vino, ex eo replentur: Sic timentes Dominum inebriantur à fructibus sapientiæ, id est, replentur ab eis, & quod inebriare sit idem quod saturare, affirmauit Plautus, cum dixit: *vnde saturitate ego sæpe exij ebrius.* id est, repletus, vt aliqui exponunt. D. Hieronym. q. in Genes. *Idioma*, inquit, *linguæ Hebraicæ est, vt ebrietatem pro satietate ponat. Sicut ibi: In stillicidijs eius inebriabitur, haud dubium quia terra pluuijs irrigata.* Vide ipsum Hieron. to. 5. ad c. 14. Oseæ super id: *viuent tritico.*

126. *Fructus sapientiæ sunt bona opera.* Rabanus. *Inebriare, idem quod replere.* D. Hieron.

Porro verbum *inebriandi* aliam habet significationem, quæ est hominem per potionem inebriante inidoneum reddi ad humanas operationes. Sic per translationē dicimus de his, qui in voluptatibus ingurgitant se, illos voluptatibus inebriari, hoc est voluptatum illecebris ita implicari & irretiri, vt ad res honestas seriasq; inepti reddātur. *Nolite* (inquit Paul. Ephes. 5. v. 18.) *inebriari vino, in quo est luxuria.* q. d. ne potionem sumatis, quæ allatura est vobis voluptatum illecebras, quibus inidonei ad res honestas reddamini. De inebriatione spirituali & cælesti, ait Ierem. c. 31. v. 14. *Inebriabo animam sacerdotis pinguedine*, id est, cum gratiæ tēpus aduenerit, ita cœlestibus voluptatibus sacerdotes nouæ legis implebo, vt videātur inebriari vino cœlestis dulcedinis: quo hausto obliuiscantur voluptatibus sæculi. Sic dixit D. B. ser. 18. in cāt. *Orādo bibitur vinū lætificās cor hominis, vinū spirit. quod inebriat & carnalium voluptatum infundit obliuionem.* De iustis, beatis dixit Dauid Psal. 35. v. 9. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Super quem locum D. Augustin. tom. 8. inquit: *Et quia vidit homines ingurgitantes se in ebrietate: accipere autem vinum immoderatè, & mentem perdere, vidit quid diceret. Quia cum accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodammodo humana mens, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate domus Dei.* Hunc effectum tribuit Sirach sapientiæ erga timentes Dominum, *inebriat* enim *eos à fructibus illius.* Quia effectus sapientiæ ita iustos inebriat, vt iam humana eorum mens fiat cælestis & diuina, & in horum effectuum seu fructuum voluptate ita ingurgitat se, vt nihil aliud appetat, nisi sapientiam Dei. *Plenitudo* enim sapientiæ *à fructibus illius.* id est, inebriat eos à fructibus suis, hoc est, explet cultores atque amatores suos suis fructibus.

Inebriare, idem quod reddi ad humanas operationes. Eph. 5. v. 18. *Inebriatio spiritualis, qua.* Ier. 31. v. 14. Psl. 35. v. 9. D. Augustin. *Sapientia suis fructibus inebriat timentes Dominum.*

VERS. XXI.

Omnem Domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius.

Complutenses. LXX. Montanus Regia legunt. *Omnem domum illius implebit desiderijs eius, & receptacula de generationibus illius.* Tygurina. *Omnem domum ipsorum delicijs suis implet, & suis item cellas prouentibus.* Drusius. *Totam ipsorum domum implet desiderijs, & cellas prouentibus suis*, offero sensum, & illustro.

Sensus.

128. *Anima domus sapientia & sedes illius.*

OMnem domum, &c. q. d. Cum domus sapientiæ, vbi ipsa solet inhabitare, non solum sit iusti corpus, sed præcipue anima illius, quæ propriè sedes est sapientiæ, illam & eius cellas, & conclauia, quæ sunt memoria intellectus, & voluntas, timor Domini implet thesauris sapientiæ, id est, fructibus eius, seu bonis sanctisque operibus illius; vt receptacula potentiarum fructibus sapientiæ abunde perfruantur, &c.

Illustratio prima.

Tò illius ad quid referatur.

OMnem domum, &c. Aliqui referunt, τὸ *illius* ad sapientiam, quia legunt αὐτῆς, vt Complutenses, ita vt domum Sapientiæ timor Domini fructibus suis implere videatur, & sic erit sensus: Cum timor Domini sit plenitudo sapientiæ, ita illi communicat eius plenitudinem, vt impleat domum ipsius sapientiæ à generationibus suis; id est, fructibus suis; & receptacula domus thesauris suis. Ideò dixit Salomon loquens de diuina sapientia, *Infinitus enim thesaurus est hominibus.* Sap. 7. v. 14. Sed melius probatur ex eo quod dicitur in hoc cap. 1. Eccles. num. 35. *Sapientia enim & disciplina timor Domini, & ad implebit thesauros illius.* Quod autem particula *illius* non referatur ad sapientiam, sed ad timentis Dominum, probatur: quia in Græco nostro originali apponitur αὐτὸ illorum, vel ipsorum, & in Drusio αὐτῶν, id est, timentium Dominum, & sic sensum efficit; timor Domini domum timentium Deum, id est, eorum animas & potentias, *implebit generationibus.* Id est, fructibus suis, vocat enim generationes fructus vel timoris Domini, vel sapientiæ, vt Iacobus cap. 3. v. 13. 17. Corrigens prius eos, qui sapientes erant terrena sapientia, inquirens: *Quis*, inquit, *sapiens & disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.* Et cum eorum sapientiam terrenam, & animalem condemnasset subijcit tandem: *Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis.* Pulcherrima antitesi nunc describit Apost. veram sapientiam, cuius conditiones assignat, fructusque enumerat. Vocat tandem, *plenam misericordia & fructibus.* Vbi Syriaca habet: *Plena miserationibus, & fructibus omnibus.* Ergo vera sapientia de qua inpræsentiarum agimus, quia desursum est, *descendens à Patre luminum.* Ideò in se continet miserationem & fructuum omnium abundantiam, & plenitudinem ad implendam domum timentium Deum, seu animas illorum & receptacula memoriæ, intellectus, & voluntatis, & reliquas potentias, vt ait Palatius; *Thesauris illius*, id est, thesauris sapientiæ: *Infinitus est enim illius thesaurus*, vbi diuitias spirituales recondit & seruat, vt impleat corda iustorum timentium Deum. Quidam vertunt *delicias*, cuiusmodi sunt bona, solatia, gaudiaque spiritualia, etiam corporalia, quibus Deus suos ornat & cumulat.

Sapientiæ infinitus thesaurus. Sap. 7. v. 14. *Generationes idē quod fructus.* Iac. 3. v. 13. *Sapientiæ conditiones & fructus.* Iac. 1. v. 17. Palatius. *Recōdit Deus diuitias suas, vt impleat cor iusti timentis.*

Pro *generationibus*, transfert Vatab. *delicijs* Quibus delicijs, & voluptatibus cælestibus timentes Deum abundè perfruuntur, cum per timorem Domini sapientia ad implentur, non tantum in hac vita, sed præcipuè in futura, vbi perfectè implebitur. Quod prophetauit Ioel. cap. 3. v. 18. *Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent. Lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: Et fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum.* Noster Chrisostophus à Castro sim bolicè per montes accipit tres diuinas personas, quæ creatis omnibus, totique mundo eminent, quasi diuini montes. Ex his enim omne genus suauitatis profluet in terram illam viuentium, qua inebrian-

Generationes pro delicijs. Castro. *Tres diuinæ personæ quasi montes eminent, vt suauitatem suam omnibus communicent.*

tur omnes beati, & colles beatorum spirituum fluent candidissimum lac cognitionis & puritatis Angelicæ, atq; per omnes riuos, puta, per cæteros beatos homines fluent aquæ gaudiorum, quia omnes affluent Dei possessione & fruitione. Hoc
Ps.35.v.9. est quod ait vates Psal.35.v.9. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ & torrente* (non scypho, non poculo,
D. August. D. Bernard. sed torrente) *voluptatis tuæ potabis eos. Torrens* (ait D. Augustinus) *tum impetum, tum, copiam voluptatis significat*, &c. Sic D. Bernardus in Medita. c. 4. *In torrente illius voluptatis nihil vltra appetet cumulata satietas. Tanta erit fœlicitas, ibi siquidem erit, cumulus fœlicitatis, supereminens gloria, & superabundans lætitia.* Fructus enim sapientiæ Dei, & timoris Domini
Timor Domini incitat ad appetendos fructus sapientiæ. deliciæ & voluptates spirituales sunt, quas Deus iustis confert cum animas suas timore & sapientia replet. Alij legunt, *desiderijs eius*, quia timor Domini cum domum cordis, vel animæ timentis Deum inhabitat, eam incitat, & accendit, vt diuinæ sapientiæ appetat fructus, optans bonis cælestibus impleri, & donis spiritualibus, & æternæ vitæ spe, quæ omnia in hac vita pignora sunt diuitiarum gloriæ. Drusius: *Totam ipsorum domum*, id est, timétium Dominum, *replet desiderijs*, id est, rebus desideratis.

Illustratio secunda.

129. *Potentiæ animæ receptacula sunt.* ET *receptacula à thesauris illius.* Appellat Sirach *receptacula* potentias animæ, quæ possunt gratia & virtutibus condecorari, vt intellectus, memoria, & voluntas, & reliquæ potentiæ: *Thesauros* vocat spirituales diuitias, vt habitus virtutum & donorum, atque charismata, quæ Deus iustis conferre solet, itaque cum sapientia seu timor incitat hominem ad insistendum actibus virtutum & donorum: tunc eius receptacula implet Deus præbendo illustrationem potentiæ intellectiuæ vt Deum cognoscat, memoriæ incitationem, vt recordetur beneficiorum Dei, eaque ipsi gratulari cogatur. Tandem tribuit voluntati amorem sui, vt per illum ipsi adhæreat, & per flammas dilectionis seu charitatis ad Deum amore prosequendum, & eius diuinam voluntatem exequendam incendat.

Nulla alia receptacula in sacra Pagina inueniuntur, nisi ea, in quibus ignis conijciebatur, in altaris obsequium. Sic ait Dominus Moysi Exod.27.
Exod.27. v.3. v.3. *Faciesque in vsus eius* (altaris) *lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula.* Idem repetitur c.38.v.3. & num.4.v.14. Hæc erant vasa ad capiendas prunas. alij vertunt *thuribula*, seruiebant hæc vasa inter alia, ad hoc vt in illis ignis sanctus ex altari holocausti haustus, ad altare thimiamatis vespere, & mane ad incensum in ijs adolendum deferretur. Sic Abulens. in Exod.27. q.4. Vt quid ergo appellata sunt hæc vasa receptacula, sicut Sirach animam, & eius potentias vocauit receptacula? quia sicut illa vasa recipiebant in se ignem sanctum, vt adolerent incensum Domino: Erant enim thuribula, quibus adolebatur incensum: Sic etiam potentiæ animæ receptacula vocantur, quia in se debent continere ignem diuinum, id est, charitatem Dei, quo thus affectuum incendatur, & incensum desideriorum adoleat Domino. Sic implebit Dominus receptacula animæ thesauris diuinæ sapientiæ suæ, id est, amore Christi: *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ* Col.2.v.3. *abscónditi.* Col.2.3.

Ignium receptacula vocantur thuribula. Abulens. *Potentiæ animi instar thuribuli, sunt receptacula amoris Dei.*

Rursus Ioan. Drusius *receptacula* sumit materialia frugum. Sic que legit, *& cellas prouentibus*, quæ sunt receptacula frugum (infra cap.39.v.22. vocat *exceptoria aquarum*, in originali *receptacula aquarum*) quæ sunt fructus collecti in horreis, cum autem agatur de sapientia, hi fructus & prouentus sunt, quos superius diximus, sumpta ab horreis metaphora, &c. 130. *Receptacula, quid.*

Tandem Palacius explicat etiam de cælo, ait enim: Tu vero etiam memineris receptacula iustorum esse æterna tabernacula, dicente Christo Lucæ 16.v.9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt vos recipiant in æterna tabernacula.* At timor Dei facit vt sapientia impleta hæc receptacula sanctis operationibus, qui enim cæleste tabernaculum meretur, illud suis meritis implet, &c. Quare nobis ad cælum suspirandum, cum dicitur nobis, Gen.15.v.5. quod dictum est Abrahamo Gen.15.v.5. *Suspice cælum, & numera stellas si potes.* quod expendens D. Bernardus ser. de S. Matt. *Siquidem*, inquit, *respirandum est nobis, & nullatenus desperandum, donec in terra ad huc interim constituti, & suspicere cælum possimus, & suscipere fata optima, & dona perfecta desursum à Patre luminum, à Patre misericordiarum. Nam propterea os homini sublimè dedit, vt attollens ad sidera vultus, illico suspiret, vbi tam beatam & perennem respicit mansionem.* Palacius. *Cælum receptaculum iustorum.* Luc.16.v.9. D. Bernard.

VERS.

VERS. XXII.

Corona sapientiæ timor Domini, replens Pacem, & salutis fructum.

VERS. XXIII.

Et vidit, & dinumerauit eam: Vtraque autem sunt dona Dei.

In originali inuertitur ordo harum sententiarũ. In originali Complutensium. Montani, Regiæ & Vatabli, harum sententiarum inuertitur ordo: prius enim apponitur vltimum posterioris sententiæ hemistichium, scilicet: *Vtraque autem sunt dona Dei ad Pacem.* Dixerat enim *omnem domum*, &c. Statimque ostendit vtraque esse dona Dei, videlicet desideria, vel delicias, & generationes, seu thesauros, qui omnes fructus sunt timoris Domini, & sapientiæ: Post hanc autem sententiam proponit eam, quam præmanibus habemus, scilicet: *Corona sapientiæ timor Domini*, &c. LXX. *Corona sapientiæ timor Domini germinans, pacem, & sanitatem incolumitatis, & vidit & dinumerauit eam*, omittunt *vtraque autem*, &c. sicut Montanus, & Regia: *Corona sapientiæ timere Dominum, & germinans pacem & sanitatem salutis: dilatat autem gloriatio diligentibus eum.* Tygurina Vatabli: *Vtraque verò res dona Dei sunt, quæ faciunt ad prosperitatem: Religio Domini corona est sapientiæ tranquillitatem pariens, & salutarem incolumitatem, cuius amatores gloria effuse exhilarat.* Drusius. *Corona sapientæ timor Domini, faciens regerminare pacem, & bonam sanamque valetudinem. Latam præbet gloriandi occasionem ijs, qui diligunt ipsum.* Siue illud. *Vtraque sunt dona Dei* legatur prius vel posterius eumdem sensum efficit qui talis est.

Sensus.

132. *Timor Domini decorat hominem.* CORona *sapientiæ*, &c. q.d. timor Domini decorat hominem tanquam quodam sapientiæ diademate, hoc est, eo ornamento, quo instar diadematis suos ornat sapientia, quæ suos veluti Reges facit, & apud omnes splendidos reddit, quæ sapientiæ corona plenam affert & perfectam mentis pacem, & fructum salutis, hoc est, sanitatis etiam corporalis, etsi solus Deus sapientiam videt, & dinumerat quia solus sapientiam comprehendit, similiter eam videt, & dinumerat, eo reuelante, timens Dominum, qui fructibus timoris & sapientiæ fruitur, vt dono Dei, nam replere pacem, & salutis fructum, pacem scilicet mentis, & corporis incolumitatem, Dei dona sunt, quæ per sapientiam & timorem Dei consequimur, &c.

Illustratio prima.

Alius effectus timoris Domini. CORona *sapientiæ*, &c. Explicat nunc Ecclesiasticus alium timoris Domini effectum, quem iusto timenti Dominum afferre solet, scilicet, esse coronam sapientiæ, id est, timorem Domini hominem ornare tanquam quadam corona sapientiæ, &c. Iansenius. Itaque timor Domini non dicitur corona sapientiæ, quia eam coronat, licet eam ornet; sed quia amatores sapientiæ, hoc est, donat eos ipsamet sapientia, quæ suos instar coronæ cohonestat, atque nobilitat, vt tanquam regali ornamento videantur decoratos esse per manus sapientiæ. Notum est enim coronam præseferre excelsæ gloriæ dignitatem. Sic dixit D. Bernardus serm. 20. super. Cant. *Corona habet quamdam insignem & illustrem præ cæteris ornamentis dignitatem, cum cætera, sint corporis, ista & capitis.* Quamuis Seneca affirmet coronam non esse honorem, sed honoris insigne, sicut beneficium; ait enim lib.1. de beneficijs, cap.5. *Quid habet per se corona pretiosum? Quid prætexta, & currus? nihil horum honor est, sed honoris insigne*: Quod confirmat exemplo beneficij: *Sic*, inquit, *non est beneficium id, quod sub oculos venit sed beneficij vestigium, & nota.* Iansen. *Timor Domini amatores sapientiæ ornat.* D. Bernar. *Corona præsefert excellentiam dignitatis.* Seneca. *Corona, honoris insigne.*

133. *Corona Triumphantium ornamentum.* Insuper corona antiquitùs ornamentum erat Triumphantium: Coronabantur enim victores sertis & corollis varijs. Sic refert cæl. Rodig. li.6. cap.6. *Ipsi vero Triumphantes myrto primùm, deinde lauro plexa, & ex Laureto quod à Liuia Augusta pactum erat, postquam* Rhodig. Mazurius. Plinius.

Tiraquel. Dionys. Halicar. Fest. Pomp.

quam Cæsares imperitarunt, deinde aurea coronari institutum ferunt. Hanc consuetudinem. Probat Tiraquellus ex Aulo Gell. li. 5. c. 6. Cuius hæc sunt verba *Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittentur, id vulgò dicitur aurum coronarium.* Idem confirmant Dionysius Halicar. & Festus Pompeius li. 18. Olim tandem dabatur corona ob ciues seruatos. Sic ait Seneca li. 1. de Clem. cap. 16. *Nullum ornamentum principis fastigio dignius, pulchriusque est, quam illa corona ob ciues seruatos.* Hæc corona in vestibulo Cæsarum ponebatur. nam Senatus inter alios honores consulatu eius sexto decreuit; laurum ante Regiam eius, siue palatium poni, & coronam querceã super eos aptari, quod ideò decretũ, scilicet quod & perpetuus hostium victor esset, & ciuium Seruator. Hunc titulum coronæ, quæ ob ciues seruandos danda esset, commemorat Ouidius cum 3. trist. ait:

Aurum coronarium quid.

Seneca.

Corona dabatur ob seruatos ciues.

Ouidius.

Causa superpositæ scripto testata coronæ,
Seruatos ciues indicat huius ope,

Sapientum corona.

Libanius.

Demum sapientium tempora Sertis redimita esse, constat ex eo, quòd narrat Libanius Sophista declam. 16. pro Demosthene: *Itaque cum liber videretur Demosthenes, & bonus orator, non Philippus ipsum coronabat, neque ille ipsi dona tribuebat, sed ipse populus.* coronauit Demosthenem. Noster Ecclesiasticus cum c. 45. v. 12. 14. depingit ornamenta summi sacerdotis Aaron, postquam vocauit eum *virum sapientem iudicio, & virtute præditum*, subiungit statim: *Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis, & gloria honoris.* quasi corona, quæ caput eius decorabat supra pontificiam mitram sapientiæ & sanctitati deberetur.

Ecc. 45, v. 12 14.

134. *Timor Domini coronat sapientiæ amatores.*

Ergo ait Sirach. *Corona sapientiæ timor Domini.* q. d, timor Domini coronat sapientiæ amatores velut ornamẽto regali, & quasi Reges appareant corona sapientiæ redimiti. Huius honoris particeps est iustus, qui per timorem Domini vnionem sapientiæ obtinuit, hoc est, cognitionem Dei, & amorem ipsius, cum inter reliquos non amatores sapientiæ ipse tanquam rex præeminere videatur. Habet enim amator virtutis & sapientiæ *insignem & illustrem* (vt ait Bernardus) *præ cæteris dignitatem.*

Prou. 4. v. 9

Dixit enim Salomon Prou. 4. v. 9. Loquens cum sapientiæ amatore: *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.* Quia cum corona sit capitis ornamentum, vbi habitat sapientia, & sic coronatus ab ipsa sapientia & timore Domini, cognitionem Dei & sui ipsius adeptus sit, inde est, quod tanquam regali ornamen to decoratus quasi regio munere fungatur. Item si corona antiquitus triumphantibus tradebatur, & ijs, qui hostibus superatis seruatos custodiebant ciues; quid de iustis sapientiæ amatoribus, quos timor Domini sapientes veros efficit. Dicemus? nullus verius Triumphator appellandus est, quam is, qui per coniunctionem sapientiæ, timoris Dei causa, palmam de suis hostibus reportauit, & suos ciues, id est, appetitus, sensus, & potentias, seruatas custodit. Cum nullum ornamentum iusti, qui princeps debet appellari, fastigio dignius, vt docuit Seneca, quam illa corona ob ciues Seruatos. Qui enim impetum inimicorum inuisibilium, & gloriam ipsorum infringunt ob ciues, id est, sensus & potentias seruandas, sapientiæ corona merentur, & maximis honoribus decorari. Porrò si sapientes coronæ ornamento, quod regium est, digni videantur, non mirum sapientiæ amatores timorem Domini coronare, cum *corona sapientiæ sit timor Domini*, & tanquam Reges splendidos reddere, vt ab omnibus extollantur laudibus; timor enim Domini ornamento est sapienti, si ea præditus sit: Alij, vt sapientia ornat suos, ita timor Domini. Quod timor Dei (inquit Rabanus) illi qui sapienter graditur coronam conferat vitæ æternæ, certissimum est; quia ipse in cuius conspectu omnia sunt opera nostra certo numero, vnicuique seruat condignã retributionem. Nec in obliuione vnquam bona merita coram eo erunt, sed pacem & salutis fructum pro eis compensat. Vnde dicitur Matt. 10. v. 30. *vestri capilli capitis omnes numerati sunt. Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

Corona capitis ornamentum.

Rabanus.

Secunda illustratio.

135. *Timor Domini affert pacem & salutem hominibus.*

Replens pacem, & salutis fructum. q. d. quæ sapientiæ corona plenam affert, & perfectam mentis pacem, & fructum salutis, hoc est, sanitatis etiam corporalis. Potest insuper referri ad futuram vitam, in qua summa pace, & perfecta salute iusti æternùm perfruuntur. Primo de pace, quam in præsenti vitæ curriculo iusti possident; quia vocat Vatabl. tranquillitatem, legens: *Tranquillitatem pariens.* Intelligendus est Isaias c. 48. v. 18. qui populum Israeliticum, & vnumquemque ciuem corripiens: *vtinam* (ait) *attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris.* Pax enim Hebræis est, non solum quies, sed prosperitas etiam, rerumque omnium copia & affluentia. Hæc pax comparatur fluuio, qui nunquã arescit, sed semper aquis fluentibus abundat: Sic iustus, qui per timorem Domini adeptus est coronæ sapientiam, pace & tranquillitate cordis, rerumque omnium affluentia potitur; ita vt *pace repletus* vitam degat, & *fructu salutis* tam spiritualis quam corporalis fruatur. Sic autem explicat Procop. Gaz. *Hæc enim tibi de inuenienda salutis via repeto, quibus si primum paruisses malorum expers, inque pace, & iustitia bonis tibi alijs, atque alijs fluuiorum instar, tanquam maris vndis affluentibus auctus & cumulatus vicisses.* Itaque timor Domini amatores sapientiæ *replet* in hac vita *pace*, id est, quiete & tranquillitate, nec non rerum omnium affluentia, & fructu salutis corporalis & spiritualis.

Isa 48. v. 18.

Pax, quid.

Pax comparatur fluuio.

Proc. Gaz.

136. *Quid fluuius pacis.*

Si de pace & salute sempiterna velimus intelligere, perspicuus, & insignis locus est eiusdem Prophetæ (Isaiæ 66. v. 12.) qui agens de cælesti Ierusalem, quæ est pacis visio, ait: *Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis.* Super quæ S. Augustinus li. 20. de ciuitate Dei c. 21. to. 5. *In bonorum*, inquit, *promissione se declinare dicit in flumen pacis, quod profectò abundantiam pacis illius debemus accipere, qua maior esse non possit. Hoc flumen se in eos declinare dicit, quibus tantam beatitudinem pollicetur, vt intelligamus illius fœlicitatis regione, quæ in cælis est, hoc flumine omnia satiari.* q. d. Isaias; declinabo pacem exuberantem, vt videatur non tam esse pacem, quam torrentem, & fluuium pacis, qui vos rerum omnium affluentia inebriabit, imò obruet, &c.

Isa. 66. v. 12. August.

Hoc est quod ait Sirach, *replens pacem, & salutis fructum.* Sed non in commune vertit græcum Originale: *Germinans pacem & incolumitatem salutis*, adiungens: *dilatat autem gloriatio diligentibus Deum*: Verbum enim *germinare*. Significat pullulare, & germen vel surculum emittere, vt cum arbor generat denuò surculos, ideo vocantur apud nos. *Renuevos de la planta, o del arbol.* In hac significatione vsurpatur id Ezechielis 17. v. 24. *Et frondere feci lignum aridum.* LXX. *& germinare facio lignum aridum.* Hoc verbo germinandi prænunciauit Isaias restitutionem populi Israelitici ex captiuitate, cum dixit c. 4. v. 2. *In illa die erit germen Domini in magnificentia & gloria.* Hoc vaticinium à Patribus explicatur de Christo Domino, qui tanquam germen è Virgine Maria pullulauit: Sed noster Gaspar Sanchez accipit de restitutione populi ex captiuitate Babylonica per Esdram, & Zorobabel. q. d. germinare, ac pullulare faciet Dominus Iudaicum populum arentem, & pæne putrem in alieno solo, facietque eum redire ad pristinam vbertatem & gloriam. Hunc eumdem effectum afferre solet timor Domini amatoribus sapientiæ, quos sapientia ipse timor tanquam corona ornauit, & decorauit; *germinat pacem, & sanitatem salutis*, id est, timor Domini pullulare facit in amatore sapientiæ pacem & tranquillitatem animæ, & incolumitatem salutis corporis, quos effectus tanquam filios parturiunt sapientia & timor Domini, & iustos eorum participes faciunt.

Germen Domini, quid.

Sanchez.

Timor Domini pullulat pacem & salutem.

Isa. 4. v. 2.

Pf. 81. v. 6.

Illustratio tertia.

137. *Iustus videt & dinumerat sapientiã*

ET *vidit, & dinumerauit eam*, &c. dixerat superius Sirach v. 8. Deum solum vidisse, & dinumerasse, & mensum esse sapientiam: nunc ostendit ex beneficio Dei etiam timorem Domini, *videre*, & *dinumerare* sapientiam, hoc est, sapientiæ rationes, & virtutes, & dona, & opera saltem ex parte. Hanc dinumerationem vel cognitionem sapientiæ, quam timor Domini adipiscitur. Probat id, quod inquit Paulus 1. Cor. 2. v. 11. 12. vbi ait: *Quis hominum scit, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei.* Mox subiungit. *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis*, &c. q. d. quis scit quæ in intimis, puta corde, & mente delitescunt, nimirum cogitationes, volitiones, & intentiones ipsumque fundum cordis humani, nisi spiritus, qui in ipso est? ita, quæ in mente Dei sunt abscondita, scilicet cogitationes, consilia & determinationes diuinæ voluntatis, nemo cognoscit nisi spiritus Dei, id est, Spiritus sanctus, qui eorum æque, ac sui ipsius est conscius. Nota id *nisi spiritus Dei* sub audiendum est, nisi is, cui voluerit spiritus ea reuelare. Vt dixit v. 10. *Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, nos autem*, &c. q. d. spiritus Dei est, qui à Deo & diuina sapientia suggeritur, quique nos ad cælestia & diuina bona sectanda impellit, facitque homines spirituales & cælestes, *vt sciamus*, &c. q. d. hic spiritus ostendit & reuelat nobis, quæ & quanta bona à Deo, nobis scilicet Apostolis, alijsque diligentibus Deum donata sunt, &c. Sic explicat noster Cornelius. Per quam communicationem diuini spiritus generat Deus filios adoptiuos. Sicut enim apud homines propriè Pater dicitur, qui naturam suam filio communicat: Sic Deus dando nobis cũ donis & per dona spiritum sanctum, naturam suam diuinam communicat, eoque modo propriè & perfectè nos facit & adoptat in filios. Vnde S. Basil. hom. de Spiritu sancto ait, sanctos propter inhabitantem spiritum esse Deos, dictum est enim ad illos: *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.* Pf. 81. v. 6. *Necesse est enim*, inquit, *diuinum esse spiritum, & ex Deo esse, qui dijs diuinitatis est causa.* Eodem modo dixit Ecclesiasticus agens de timore Dei; *& vidit, & dinumerauit eam.* (Sapientiam) non quia ipse timor potens sit dinumerare sapientiam, vel eius rationes; sed quia spiritus Dei iustis reuelat quæ proprijs viribus assequi non possunt, *& vident, & dinumerant.* Sapientiæ rationes & opera, vt diximus. Palacius. *Timor videt*, &c. quia timor est, qui euoluit sinus animæ, ne quid in ea lateat culpæ. timor examinat, expendit, perlustrat animam totam, ne quid lateat vitij. Timor cogitat vias sapientiæ, & conuertit animam in testimonia Dei, &c.

1. Cor. 2. v. 11. 12.

Quæ in mente Dei abscondita sunt. solus ipse videt.

Spiritus & homines spirituales facit.

Cornelius.

Quomodo Deus nos adoptet in filios.

D. Basil.

Palacius.

Addit Græcum originale: *Dilatat autem gloriatio diligentibus Deum.* & Vatab. *Cuius amatores* (sapientiæ) *gloria effuse exhilarat.* quod ferè idem est. Illud *dilatat*: est latitudinem facit, hoc est, copiosa materia & causa gloriandi datur ijs, qui Deum aut timorem eius diligunt. Sic dicitur Pf. 4. v. 2. *In tribulatione dilatasti mihi*, q. d. In tribulatione positus clamaui & illico mihi laxamentum à tribulatione præbuisti. Præsura namque sæpenumero adorandum, & Dei auxilium inuocandum nos cogit, inuocatio laxamentum, à præsura impetrat. Iuxta illud Psal. 117. v. 5. *De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus*, inuocanti latitudinem præbuit. Cum enim præstò sit Deus ipsum inuocanti, & auxilium petenti de tribulatione, simul cor dilatatur, quia Deus auxilium præbet. Cur ergo animus dilatatur cum inuocatur Deus? quia cor cum afflictionibus vincitur, & succumbit, coarctatur & coangustatur, & cum afflictis clamat, & inuocat auxilium Dei, ipsa afflictio comitatur clamorem; cor autem relaxatur & dilatatur, quia locum vacuum relinquit, vt auxilium Dei occupet illum. Hunc effectum dilationis inuenimus in diligentibus Deum: *Dilatat* (inquit Sirach) *gloriatio diligentibus Deum.* Id est, timor diligentibus Deum latam & magnam affert gloriationem, dilatat enim animum amatorium sapientiæ, vt gloria & honore *effusè exhilaret.* Vt legit Vatablus.

138. *Dilatare, quid.*

Pf. 4. v. 2.

Pf. 117. v. 5.

Cur animus dilatetur. cùm inuocatur Deus.

Nostra vero lectio post hanc sententiam apponit illud hemistichium: *Vtraque autem sunt dona Dei.* Quod secundum originale Græcum, & Tygurinæ lectionem debet referri ad effectus timoris Domini & sapientiæ, vt supra tetigimus; generationes enim, deliciæ, desideriâ, fructus timoris Domini & sapientiæ inter dona Dei computanda sunt: Drusius dixit: an sapientia & Domini metus, vt quidam volunt? an potius vt alij existimant sapientia, & fructus, quæ ex eo manant? aut vtraque, id est, tam desideria sapientiæ, quam fructus ac prouentus ipsius. Sequitur Rabanum qui dixit: *Sapientia videlicet & timor Dei. Quia omne datum & omne donum perfectum desursum est, descendens, à Patre luminum* Jac. 1. Si autem nostram lectionem vulgatam respicimus, quæ verior est, referenda nobis est hæc sententia ad repletionem pacis, & salutis fructum, quæ sine dubio dona Dei sunt. Deus enim per manus timoris Domini replet, vel germinat pacem, & reddit salutis fructum, siue sit salus spiritualis siue corporalis, *dona enim Dei sunt.* Quid Certius. Pergo.

Fructus timoris Dei inter dona Dei computantur.

Drusius.

VERS. XXIV.

Scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se exaltat.

Complutenses, Montanus & Regia *Scientiam & cognitionem intellectus distillauit sapientia, & gloriam possidentium eam exaltauit.* LXX. *Scientiam & cognitionem intellectus effudit, & gloriam tenentium ipsam exaltauit.* Tygurina. *Scientiam & intelligendi artem* (Vatab. *peritiam*) *effudit sapientia, & amplectentes se gloria extollit* Drusius: *Scientiam & cognitionem intelligentiæ tanquam imbrem effudit, gloriaque eos, qui ipsam obtinent, extulit.* Sensum offero.

Sensus.

Scientiam, & intellectum, &c. q. d. Siue sapientia, siue timor Domini quæ semper sunt connexa charitati, cum à iusto possidentur, ei exhibent scientiam speculatiuam, qua mysterijs diuinis & omnibus credendis fidem præbeat, & intellectum prudentiæ communicant, id est, cognitionem prudentiæ plenam, ad agenda ea, quæ pertinent ad salutem, hoc est, notitiam rerum moralium, qua salutem animæ consequatur, ita etiam grata est sapientia, vt ipsam possidentibus repleat gloria & honore, &c.

Explicatio.

139. *Sapientia instar fluuij communicat aquam sapientiæ.* Eccli. 24. v. 40.

Scientiam & intellectum prudentiæ sapientia comparti-etur. Loco *compartietur* LXX. & Tygurina vtuntur verbo *effundendi.* Regia & Complutenses, *distillandi*, Sapientiam enim fingunt vel nubem, vel fontem, & non mirum, cum per ipsum Ecclesiasticum dicat ipsa sapientia c. 24. v. 40. *Ego sapientia effudi flumina*, id est, ego quasi fons communicaui flumina sapientiæ per effectus, vt suo loco explicabimus. & ipse Sirach cap. 35. v. 26. *misericordiam Dei* comparat *nubi*, quæ aquam distillat in *tempore siccitatis*, quæ est *tribulatio.* Quem misericordiæ effectum tribuere videtur sapientiæ & timori Dei, *distillant* enim pluuiam *scientia & intellectus* in corde iusti, vt siccitatem, quam peccatum affert expellat; & madefaciat animam, vt per cognitionem rerum diuinarum credat, & voluntatem Dei opere exequatur, mandata & præcepta legis custodiendo. Iustus enim cui Deus per timorem & sapientiam compartitur, seu communicat, non solum cognitionem sui & rerum suarum, sed etiam notitiam rerum moralium, quas debet obseruare, & opere exequi felix vocandus est, cum Deus per sapientiam effundat notitiam speculabilium necessariam ad salutem super cor suum, & distillat tanquam nubes ad animam, suam voluntatem, vt eam obseruet. Tandem scientiam & cognitionem intelligentiæ, distillauit, & quasi imbrem effudit. Cognitionem autem intelligentiæ vocat ad intelligendum accommodatam, & quæ vim intelligentiæ habeat. Quidam vertunt artem intelligendi quod posset dici cognitio intellectualis, vt distinguatur ab omni alia, quæ non constat vi mentis & intellectus: ergo inquit Ecclesiasticus.

Sapientia distillat pluuiam vt expellat homo siccitatem peccati. Eccli. 35. v. 26.

Illustratio.

ET *gloriam tenentium se exaltat.* q. d. Sapientia eos, qui ipsam obtinent magna gloria afficit, id est, gloria eos effert in cælum vsque. Raban. explicat, ostendit quod per sapientiam diuinam habet homo scientiam deuitandi malum, & intellectum faciendi bonum. Vtraque enim ipsa in auditore suo operatur & ad æternam gloriam se rectè tenentem in fine exaltat. Vt dicitur iustra ca. 24 v. 30. 31. Dionys. explicat, id est, sapientia sublimè & magnam efficit gloriam, famam, salutem, lætitiam eius, qui ipsam sapientiam amplectitur perseueranter. Palacius: Sapientia illustrat eos, qui eam tenent, facitque illos glorioſos, & celebres? Itaque qui eam possidet coram Deo & hominibus magnus habetur. Juxta id sap. 8. v. 10. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis.* Expectabat Salomon, si sapientiam adipisceretur, gloriam & exaltationem apud populum Israel, cui eum Dominus Regem præfecerat. Sic legit Tygur. nostrum hemistichium: *Et amplectantes se* (sapientiam) *gloria extollet.* Altam enim & sublimem reddit sapientia gloriam & honorem eorum, qui eam, & amplectuntur, & possident. Eleganter hoc probat, quod dixit Salomon Prou. 4. v. 7. *Principium sapientiæ, possidе sapientiam: arripe illam & exaltabit te: Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* Illud *arripe*, quasi violentiam denotat. & Hugo Carensis explicat ad te rape nimirum, vel rapacis instar auis, illam sicut prædam nobilissimam inuade, aut comprehende, vel tanquam sponsam vi in domum tuam, id est, in animam tuã transfer, sicut Persæ arripiebant sponsas. Vsu enim venit, vt tunc cum primum sponsa è domo paterna educebatur, à sponso, per vim è matris gremio raperetur. vt refert Brissonius in libro de Regno Persico. Quam consuetudinem imitatos esse Hebræos non dubium est, & sic ad eam Salomonem alluſisse: *arripe illam & exaltabit te*, quia magna tibi afferet exaltationem: *& glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* Dixit D. Augustinus to. 12. ser. 246. de tẽp. *Nulla species terrena vel cœlestis, nullus fulgor metallorum, nulla nemorum amenitas, nullæ florum purpuræ, nullus quarumlibet chordarum, atque tibiarum sonus, nulla odorum iucunditas, nulla saporum suauitas, nulli amplexus pulchritudini, inspirationi, dulcedini fomentis sapientiæ, conferantur. Amare vultis, amate sapientiã, vos timore componite*, &c. Igitur ait Sirach: *Gloriam tenentium se exaltat.* Vel vt Tygur. *& amplectentes se gloria extollit.* Hunc effectum sapientiæ & timoris Domini possidentes illam adipiscuntur, vt probatũ, &c.

140. *Sapientia illustrat eos qui eam tenent.* Sap. 8. v. 10. Dionys. Palacius. Prou. 4. v. 7 *Rapere, quid* Hugo. *Sponsæ per vim è Matris gremio rapiebatur.* Brissonius. D. August.

VERS.

VERS. XXV.

Radix sapientiæ est timere Dominum, & Rami illius longæui.

Complutenses non dissident à vulgata. LXX. *& rami eius longæuitas* Montanus & Regia. *Longitudo dierum* Tygurina. *Reuereri Dominum radix est sapientiæ, & rami eiusdem longæuæ ætatis.* Drusius *longæuitas.* Reddo sensum.

Sensus.

Radix sapientiæ, &c. q. d. Sicut sapientiæ initium est timor Domini, sic etiam est radix illius, nam ex radice sapientiæ pullulat timor Domini, & fructus ipsius longæui sunt, quia longitudinem dierum promittunt, &c.

Explicatio, & illustratio.

141. *Timor Domini radix sapientiæ.*

Radix sapientiæ, &c. Quemadmodum superius dixerat Ecclesiasticus timorem Domini esse initium sapientiæ, & coronam, sic inpræsentiarum docet esse radicem sapientiæ, sumpta radicis similitudine, quæ terræ sinum occupat: Sicut enim radix arborem nutrit, conseruat, & auget; sic timor Domini radicis instar sapientiam germinare facit, cuius fructus sunt longæui, & rami eius longa vita. Fructus autem huius radicis, quæ germinat sapientiam, est sollicitum reddere hominem in vitandis & fugiendis defectibus, seu peccatis, & in bonis operibus exequendis versatum, & solertem facere, quia Deum offendere veretur, & timet. Præterea sicut radix, inquit Hugo, in profundo terræ est, sic timor in profundo humilitatis tenet hominem: & sicut radix amara est, fructus verò dulcis, sic etiam timor solet amaritudinem præbere, sed fructus sapientiæ cordi dulcedinem & suauitatem offert. Holcot. vocat timorem Domini radicem conseruatiuam sapientiæ. & probat ex Eccles. 33. v. 1. *Timenti Dominum non occurrunt mala*, &c. Et ex D. Bern. super Cant. qui dixit: *In veritate dicit nihil tam efficax esse ad gratiam promerendam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris, non alta sapere, sed timere.*

Hugo. *Sicut radix in profundo terræ est, sic timor in profundo humilitatis tenet hominem.*

Quod contra euenit cum homo radicem timoris Domini ex corde auellit, & serit radicem peccati, auertens cor suum à Domino Deo suo: tunc enim ait Moyses Deuter. 29. v. 19. Est in corde *radix germinans fel, & amaritudinem.* Alij vertẽte *toxicum*, vel *absinthium.* Peccatum & auersio à Deo dicitur fel, amaritudo, absinthium, toxicum; quia lætaliter sauciat animam, & eam amaricat, per remorsum conscientiæ, & lancinat, eamque reddit Deo inuisam & exosam: peccatum enim est obiectum vnicum iræ, indignationis, & vindictæ Dei: dicitur etiam *amaritudo*, quia peccata, maximè Deum offendunt, adeò, vt si dolor, mæror, anxietas, imò mors, & interitus in Deum cadere possent, hæc non aliunde, nec alia sagitta: Quam peccato ei obuenirent. Sic vocat Oseas peccata, amaritudines cap. 12. v. 14. *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis*, id est, in peccatis suis, præcipue idololatrijs. Vide etiam Osc. 4. v. 1. Noster Prado perfel intelligit bilem Dei; q. d. Cauete ne inter vos reliquum sit aliquod peccatum occultum, quasi radix sub terra, quæ deinde, germinet absinthium fellis amarissimum, quæ scilicet accendat bilem meam, & ebullire faciat fel, ita vt nulla sit remissio. Quando ergo timor Domini tanquam radix sapientiæ profundum cordis occupat, erumpens pœnitentiæ amaritudinem & homo lachrymarum irrigationem adhibet, tunc ex hac sapientiæ radice, quæ est timor Domini, germen emittitur, quod est ardens desiderium diuinam voluntatem exequendi, & vitandi peccata, quæ ex cordis radice pullulant, & dulcedinem, suauitatemque tanquam dulces fructus generant.

Sicut radix in profundo terræ est, sic timor in profundo humilitatis tenet hominem. Deut. 29. v. 19. *Peccatum dicitur fel & amaritudo, quia amaricat conscientiam.* Osc. 12. v. 14 *Bilis Dei vocatur fel.* *Amaritudo pœnitentiæ & lachrymarum quid efficiat.*

Rursus cum pœnitens effundit lachrymas pœnitentiæ, ex timore Domini in corde concipit ipsam pœnitentiam, & spiritum salutis & gratiæ parit. Sic Isaias dixit cap. 26. v. 18. *Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum.* Vt Dauid, qui ait: Psal. 6. v. 7. *Laboraui in gemitu meo, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Quod pendens D. Gregor. inquit: *Rigat ergo lachrymis stratum suum, quia continuo luctu & dolore carnis maculas diluit, & cordis duritiam imber compunctionis emollit: Vt sua hortus recepta suaui pluuia euidenter germinat; ita caro lachrymarum fluentis rigata bonorum operum, & iustitiæ germen emittit.* Rursus talis vis est pœnitentiæ, vt mutet homines in stellas. Sic explicat D. Hieron. id Psal. 146. v. 34. *Qui sanat contritos corde & alligat contritiones eorum: Hoc* (inquit) *dicitur de ijs, qui agunt pœnitentiam: Sequitur, qui numerat multitudinem stellarum*, &c. *Sed quæ sequentia & alligat*, &c. *Scilicet, quando sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum: Illos qui ante contriti fuerant, & postea sanati, vertit in stellas. Multi enim fuerant, qui peccauerunt, multi sunt, qui curati sicut. Qui numerat multitudinem stellarum, non numerat vulneratos, sed eos numerat, qui iam in stellas versi sunt*, & tandem adijcit Hieron. *videte differentiam verum, Angeli in terram corruunt, homines ad cælum vadunt.* Hæc enim vis pœnitentiæ & lachrymarum, vt deleat conscientiæ maculas, sic Israelitæ cuncti à Philistæis pœnitentes inuocarunt Dominum. *Hauseruntque aquam in conspectu Domini.* 1. Reg. 7. v. 6. q. d. sumus coram te Domine, vt aqua ista effusa: Vnde sequitur: *Atque dixerunt: Peccauimus Domine.* Chald. *Et impleuerunt aquas, & effuderunt cor suum in pœnitentia.* Vbi S. Gregorius, *Quid enim est* (ait) *aquam haurire, nisi de profunda animi pœnitentis confusione fluenta lachrymarum producere?* & rursus; *reddere visu-*

Qui concepit pœnitentiam fructus gratiæ parit. Isa. 26. v. 18 Psal. 6. v. 7. D. Gregor. *Pœnitentiæ homines in stellas conuertit.* D. Hieron. *Lachrymarum vis qualis.* 1. Reg. 7. v. 6. D. Gregor.

Osc.14.v.3. D.Ambros. *vitulos labiorum nostrorum.* Osc.14. v.3. vbi D. Ambros. Epist.28.ad Theodos. *Per vitulos labiorum* accipit confessionem peccatorum: *Erant*, inquit, *tunc* (tempore Dauidis) *Sacrificia pro delictis, hæc non sunt sacrificia pœnitentiæ.* Quæ pœnitentia non tantum ad misericordiam, & amorem, sed ad Zelum parcendi & tuendi pœnitentes excitat & accendit. Quare exclamat Hugo Victor. in cap. 2. Ioël. 18. *O fructuosa & virilis pœnitentia. O virago amplectenda, mediatrix peccatorum fidissima. O secunda naufragij tabula. O refugium pauperum, miserorum auxilium. Quæ sola iudicem flectis, conditorem arguis, omnipotentem sternis, dum vinceris, vincis, dum cruciaris crucias. Dum vulneras, sanas. Dum salubriter succumbis gloriosè triumphas. Tu sola cæteris silentibus Thronum gratiæ audacter conscendis.*

Hug. Vict. *Pœnitentia fructuosa.*

Ecc.24.v.18 *Palma aspera est, & fructus profert dulces.* Per eundem Syracidem, inquit sapientia c.24. v.18. *Quasi palma exaltata sum in cades*, id est, ego quasi palma, quæ se in altum erigit, & fructum dulcissimum profert exaltata sum in cælo, & in terræ solo, quæ autem arbor ita radices emittit amaritudine & asperitate plenas, sicut Palma? & quæ in alias terræ arbores talem fructum dulcedine & suauitate refertum generat, sicut Palma? Plutar. in quæst. natur. ait: *Transit & acerbus in palmæ fructu in dulcedinem.* Sic in radice sapientiæ, quæ est timor Domini inueniri solet amaritudo & acerbitas, cum hominem qui timorem in corde recipit, cogit ad defienda flagitia. *Sed rami illius longæui*, siue *longitudo dierum*, quæ longitudo videtur ad æternæ vitæ fructum referri.

Plutarch.

Hoc totum haud dissimile est sententiæ Apostoli Pauli. qui Heb. 12. v. 11. agens de disciplina Dei, ait: *Omnis autem disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.* Non ait Paulus, non est, sed non videtur esse, quia vere in se gaudium continet omnis præsens disciplina, quod iustus, agnoscit, cum tamen videatur esse plena mœrore, & amaritudine, sicut radix palmæ & truncus. Sed sicut palmæ radix germinat dulcissimum dactilorum fructum: Sic amaritudo timoris Domini, qui est *radix sapientiæ fructum pacatissimum reddit*: Habet enim *ramos longæuos*, id est, fructus in *longitudinem dierum.* Quia contemplatio, gaudium, & pax tanquam rami ex sapientia promanantes in cælesti regno complebuntur. Aliqui vertunt: *Longæ ætatis.* Elegans & apta translatio est. In qua intelligitur ex timore Dei quasi ex radice vitam longinquam & diuturnam effrondescere, ea vis est pietatis, vt ex ea diuturnitas vitæ efflorescat. Palacius vtitur methaphora agricolarum, & explicat; ergo vt agricola, qui arborem vult grandem habere, radicem vnicè colit, eam pastinando, ablaqueando, stercorando, rigando, & ex radicis beneficio totius arboris fœlicitas oritur, ita qui sapientiam vult augere, timorem sapientiæ radicem excolat. Ramos vocat virtutes infusas, &c. At Rabanus: Rami ergo (ait) sapientiæ sententiæ sunt Scripturarum sacrarum, quas per totum orbem terrarum ad vtilitatem hominum Euangelica expandit doctrina. Sic etiam Holcot.

Disciplina in præsenti quidem mœroris est, sed postea fructum dulcissimum reddit.

Ex timore Dei quasi ex radice vita longæ effrondescit. Palacius.

Qui sapientiam vult augere, radicem timoris excolat.

VERS. XXVI.

In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ Religiositas: Execratio autem peccatoribus sapientia.

Complutenses hanc sententiam omitrunt, sicut LXX. Montanus, & Regia. Tygurina legit, *thesauris sapientiæ in est intelligentia, scientiæque sanctitas*, Drusius etiam omittit.

Sensus.

134. IN *thesauris*, &c. q. d. Ita diues est sapientia, vt in se contineat thesauros virtutum & diuitias intelligentiæ, & sanctitatis, & cum libet ipsa sapientia velut ex diuite suo penu suis liberaliter sapientiam largitur. At sapientiam & eius thesauros peccatores, quia stulti, execrantur, & à se abijciunt, &c.

Explicatio sententiæ.

Thesauri nomine quid. IN *thesauris sapientiæ*, &c. Vt melius sententia intelligatur, oportet prius præmittere horum thesaurorum sapientiæ intelligentiam. Hoc nomen. *Thesaurus* variè Doctores vsurpant. Hugo in hoc loco accipit thesaurum pro veteri & nouo testamento, in cuius penu est intellectus faciendi bonum, & scientiæ religiositas, id est scientia Religiosa vitandi malum. Probat ex eo Matt. 13. v. 52. vbi ait: Christus Dominus: *Ideò omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini Patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera*: Vnde infert Hugo verba diuinæ Scripturæ pretiosa esse, sicque non proijciendas margaritas ante porcos. At verò Carthusianus affirmat, merita sapientiæ & pretiosa charismata ei adiuncta thesauros sapientiæ debere appellari, inter quæ sunt intellectus, id est, intelligentia Scripturarum, & religiositas scientiæ, id est, scientia, deuotionalis, se occupans circa salubria, vitansque vana & curiosa. Palacius. virtutes vocat thesauros sapientiæ. Sed nos si nominis thesauri etymon perpendimus. Dicemus ex D. Isidoro lib. 16. etym. cap. 19. Eius etymologiam, qui sic ait: *Thesaurus iuxta Græcam*

Hugo.

Vetus testamentũ thesaurus est. Matth.13. v.52.

Dionys.

Virtutes thesauri sapientiæ. Palacius. D.Isidor. *Thesauri etymon.*

cam proprietatem Θησαυὸς *à positione, hoc est, à reposito nominatur, nam* Θέσις *positio dicitur, & est nomen ex Græco latinoque sermone compositum, nam* Θὲς *repositum dicunt, latini aurum, quod iunctum sonat repositum aurum.*

Inde est, quod iuris consultus Paulus definiens thesaurum l. nunquam ff. de acquir. rer. Dominio, dicat: esse veterem depositionem pecuniæ, cuius non extet memoria, ita vt iam Dominium non habeat, vel condita ab ignotis Dominis tẽpore vetustiori mobilia, quorũ inuentio censeri possit beneficium Dei. Ego etiam existimo hic thesaurum nominari quascumque repositas diuitias, & accipi posse pro quodam quasi penu quarumuis rerum repositarum in penuario, vt possimus ad libitum diuitias, vel res alias facile extrahere & necessitati subuenire. Sed quia in humanis nihil est indeficiens, sed omnia deficientia sunt. Ideo thesauri deficientes sunt, vt omnia, quæ continent in se, exhauriantur, sicut illi thesauri Regis Antiochi, quos ipse exhaustos vidit 1. Machab. 3. v. 25. *Et vidit quod defecit pecunia de thesauris suis.* At in diuinis indeficientes thesauros inuenimus qui nunquam exhauriri possunt. Præcipuus autem est thesaurus sapientiæ, qui infinitus & indeficiens est, vt Salomon sapient. 7. v. 14. Dixit: *Infinitus enim thesaurus est hominibus.* & cum quis per eleemosynam thesaurizat pecunias in cælo, vbi est thesaurus indeficiens. Sic monuit Christus Dominus Luc. 12. v. 33. vt eleemosynas homines elargiantur, aiens: *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.* & Matt. 6. v. 20. inquit: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo*, id est, opera bona facite, quæ vt thesauri recondentur in cælis, &c. ex his ergo intelligentiam huius sententiæ eliciamus.

144. *Thesauri definitio.*

1. Machab. 3. v. 25. *Sapientia thesaurus indeficiens.* Sap. 7. v. 14.

Luc. 12, v. 33 *Opera bona, vt eleemosyna, thesauri sunt.* Matt. 6. v. 20.

Illustratio prima.

145. *Quæ sint sapientiæ diuitiæ.* IN *thesauris*, &c. q. d. Inter alias diuitias, quæ in penu inexhausto sapientiæ reconduntur, sunt intellectus & scientiæ religiositas. Qui per timorem Domini possederit sapientiam, poterit in quocumque euentu has diuitias ex illo facile extrahere, quia repositæ vt pecuniæ seruantur in eius thesauro ad cuicumque humanæ necessitati subueniendum, dixit enim Isaias c. 33. v. 6. *Diuitias salutis sapientia & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius.* q. d. tempore Christi Domini diuitiæ salutares non æstimabuntur aurum & argentum, sed sapientia, scientia, & timor Domini, scilicet quod fideles Deum cognoscat illumque timeant & colant.

Isa. 33 v. 6. *Timor Domini thesaurus eius.*

Quid autem *intellectum & scientiam* intelligit Ecclesiasticus. Sine dubio sunt dona Spiritus sancti, quæ commemorat Propheta Isaias c. 17. v. 2. *Et requiescet super eum* (Christum Dominum florem de radice Iesu) *spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus Consilij, & fortitudinis, & replebit eum spiritus timoris Domini.* Hæc dona à Spiritu sancto promanant, & ab ipso ingeruntur homini. &, *dicuntur dona* (ait D. Thomas) *quia secundum ea homo disponitur, vt efficiatur promptè mobilis ab inspiratione diuina, sicut dicitur Isaiæ 50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij.* Quare hæc dona non distinguuntur nisi ratione à virtutibus ciusdẽ nominis. Dicũtur dona spiritus sancti: quia ab eo donantur, & aspirantur animæ, vel vt habitus, vel vt actus, maxime cum actus sunt excellentes, ad quos vehementi impulsu incitat Spiritus sanctus, quia sunt effectus spiritus sancti. Quæ etiam dicuntur virtutes, quia animã perficiunt. Spiritus sapientiæ siue sapientia, est donum, siue virtus Christiana, qua diuina & æterna contemplamur, & secundum eã de rebus omnibus iudicamus, ex hac sapientia. Tanquã ex thesauro & penu locupletissimo extrahitur *intellectus*, qui est virtus seu donũ penetrandi obscura maximè in Scripturis, & inclinat ad faciẽdum bonum. Ex ipso sapientiæ thesauro producitur *scientia*, quæ est donũ seu virtus, quo cognoscimus temporalia ad salutem conducibilia, & modũ illis benè vtendi & vitandi mala. Rabanus explicat dicens: Quando in legis Domini meditatione vtrumque declaratur: & quomodo deuitanda sunt peccata & errores: & quomodo discenda est spiritualis sapientia, & exercenda operatio bona: In quibus duobus religiositas verè consistit. Sic etiam Holcot. Hanc scientiam vocat Religiosam: *& scientiæ Religiositas, id est*, vt ait Hugo, scientia bene conuersandi extrinsecus, religans hominem ne effluat in peccatis. Quare hæc scientia Dei non est, speculatiua, sed practica, qua cognoscimus, æstimamus & reueremur Dei nomen, prouidentiam, iustitiam, vindictam, &c. Jdeo hæc scientia Dei cum eiusdem timore, & amore, cultu, & obedientia coniuncta est. Non est enim qui Deum practicè cognoscat, puta, qui eius maiestatem & prouidentiam apprehendat, & æstimet vti par est, qui cum timeat, colat, & reuereatur, vt cogitans eius prouidentiam, quã punit impios, & præmiat iustos, studeat ei placere; ideoque vacet operibus & abstineat ab impijs, id forte est quod dixit Oseas c. 4. v. 1. *Non est scientia Dei interna* D. Joan. Ep. 1. c. 2. v. 4. *Qui dixit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est.*

Intellectus & scientia sunt dona spiritus sancti. Isa. 17. v. 2.

D. Thom.

Quare dona spiritus sancti dicantur etiã virtutes.

Hugo.

Intellectus est donum penetrandi obscura.

Scientia, quæ virtus.

Osc. 4. v. 1. 1. Ioa. 2. v. 4.

Itaque in *thesauris sapientiæ*, qua contemplatur iustus timens Dominum, reconduntur vt possint produci, & extrahi diuitiæ *intellectus*, quo dono seu virtute repletus penetrat obscura mysteria, & recte operatur Dei mandata custodiendo, & obserantur, *opes scientiæ religiositatis* in eodem sapientię *sapientiæ*. penu: Qua virtute seu dono idem iustus cognoscit temporalia ad salutem conducentia, & rebus ad salutem spiritualem pertinentibus vtitur, & alijs salutem animæ lædentibus renuntiat, religatur enim hoc scientiæ dono, vt ita exterioribus vtatur, ne in peccatorum barathrum præcipitetur, & pereat.

146. *Diuitiæ intellectus reconduntur in thesauris sapientiæ.*

Hanc scientiam describit D. Bernar. ser. 3. inuig. Natiu. tres gradus assignans: *Scientia*, inquit, *ista in primo gradu operatur pœnitudinem & dolorem, vt risum in luctum, cantum in planctum, gaudium in mœrorem conuertat, & incipiant tibi displicere quæ vehementer ante placuerant, & illa specialiter horreas, quæ specialiter appetebas.* Et postquam secundum gradum commemorauit, subiungit; *sed quia diuitias haberi non possunt, nisi circa-sumulta circumspectione mens indefessa vigilet & attendat, in tertio gradu operatur sollicitudinem, vt iam sollicitus incipiat ambulare cum Deo suo, & ex omni parte scrutetur, ne vel leuissima re tremendæ illius maiestatis offendatur aspectus. In pœnitudine accenditur, in correctione ardet, in sollicitudine lucet, vt interius & exterius renouetur.*

Scientia de Natiu. D. Bernard.

147. *Dei mandata intelligenda sunt vt impleantur.* Psal. 118. D. August. D. Ambros.

Tandem Dauid à Domino postulabat Ps. 118. v. 33. *Da mihi intellectum vt discam mandata tua*, super quæ D. August. ait. *Et cogitandum est quanto sint altius intelligenda diuina mandata, quando ad ea discenda, sibi adhuc dari intellectum petit, qui iam sic intelligit, & quia eloquia Dei se custodisse ante iã dixit,* & D. Amb. super eundẽ locũ Psalmi, ait: *Intellectũ sibi dari poscit,*

vt

vt mandatæ Dei intelligat, & ſcit, niſi à Domino acceperit gratiam, intelligere eius ſe mandata non poſſe. Ex quo colligitur hæc duo Spiritus ſancti dona contineri in theſauris ſapientiæ, vt homines poſſint ex eo ad adiuuandas animæ neceſſitates diuitias depromere.

Illuſtratio ſecunda.

148. *Iniqui ſapientiam execrantur.*

EXecratio autem peccatoribus ſapientia. q. d. hanc ſapientiam ſalutarem iniqui execrantur, oculis fugiunt, auribus reſpuunt, & animo aſpernantur. Hi ſunt, qui in carnalibus oblectantur, & voluptatibus ducuntur, excæcatique vitioſis habitibus, non ſapiunt ea, quæ Dei ſunt, ſed potius faſtidiosè ſtomachantur, & ægrè ferunt; eorum inſtar, qui in febrem inciderunt, quibus dulcia videntur amara. Quia vt (ait Rabanus) abominabilis eſt illa doctrina apud peruerſos, quæ prohibet peccata & carnalia ſequi deſideria. Sicut dixit D. Aug. 9. Confeſſ. *Oculis ægris odioſa eſt lux quæ parum eſt amabilis.* Hoc eſt quod dixit Paulus 1. Cor. 2. v. 6. Vbi poſtquam docuit *loqui ſapientiam inter perfectos, ſapientia verò non huius ſæculi, neque principium huius ſæculi, qui deſtruuntur.* Statim verſ. 14. ait: *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere*, &c. Vocat *animalem*, qui ſcientiam non ſpiritualem & ſublimem, ſed animæ ſenſibuſque obuiam, & facile ſequitur. *Animalitas* (inquit D. Bernardus tract. de vita ſolitaria poſt initium) *eſt vitæ modus ſenſibus corporis ſeruiens, ſcilicet cum anima quaſi extra ſe per ſenſus corporis circa dilectorum delectationes corporum affecta, eorum fruitione, paſcit vel nutrit ſenſualitatem ſuam*, &c. Hic inquam animalis homo non guſtat ea, quæ propria Dei ſunt ſed potius ea execratur, & ſapientiam Dei ſtultitiam reputat, reddendo ſe ad diuina percipienda ineptum, & minus capacem, quia *execratio peccatoribus ſapientia eſt.* Sapientiamque & diuitias eius contemnit: *Impius enim cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Prou. 18. v. 3. vbi in Heb. eſt: *Quando venit impius venit etiam contemptus, & cum ignominia opprobrium*, id eſt, cum impius eò ſcelerum, & peccatorum deuenit vt iam inde euadere, & emergere non poſſit, *contemnit* ſapientes iuſtos, opera illorum accuſans, & ſimilium ſcelerum opinionem illis affigens: *Et ſequitur cum ignominia opprobrium*: Hoc eſt, ignominię atque infamiæ ſocia eſt exprobratio, nimirum qui labe aliqua infamiæ aſperſi ſunt, alios ſimili labe inficere conantur. Sic dixit Diuus Gregorius Nazianz. orat. 28. *Omnes impij facilè adducuntur, vt vitia ſua de alijs partim ſuſpicentur, partim loquantur.* Quia ſapientiam & ſapientum iuſtorum opera peccatores execrantur, & contemnunt. Et quemadmodum inquit. Chriſtus Dominus Ioan. 3. v. 10. *Omnis enim, qui male agit, odit lucem*, non propter ipſam lucem, ſed quia lux opera mala reuelat, & manifeſtat, vnde argui, & reprehendi poſſit: Odio enim habetur lux propter reprehenſionem, quæ ſequitur ex lucis effectu: Sic etiam tenebræ non propter ſe diliguntur, ſed quia operiunt mala opera, ne videantur & redarguantur, vt explicat noſter Cardinalis Toletus. Sic etiam ait Eccleſiaſticus: *Execratio autem peccatoribus ſapientia*, quia hæc luce ſua reuelat mala opera eorum; & manifeſtat ignorantiæ tenebras, quibus perfunduntur omnes peccatores, cum omnis peccans ſit ignorans; propter hoc ergo hi *ſapientiam execrantur.* Vide Prou. 15. v. 12.

1 Cor. 2. v. 6

v. 14. *Animalis homo non percipit quæ Dei ſunt.*

D. Bernard.

Prou 18. v. 3. *Impius cùm venit in profundum peccatorum, contemnit.*

D. Gregor. *Qui labe infamiæ aſperſi ſunt, alios ſimili labe inficere conantur.*

Ioa. 3. v. 20. *Qui male agit, odit lucem.*

Toletus.

VERS.

VERS. XXVII.

Timor Domini expellit peccatum.

VERS. XXVIII.

Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari: iracundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt.

LXX. Omittunt primum verſum legunt enim: *Non poterit ira iniuſta iuſtificari: Impetus enim iræ eius ſubuerſio eſt eius.* Complutenſes, Regia, & Montanus, *timor Domini expellit peccata: Perſeuerans autem auertit iram. Non poterit iracundus vir iuſtificari: nam declinatio iræ eius caſus ei.* Tygurina. *Religio Domini peccata depellit: & quamdiu præſens eſt iram arcet, vir iracundus non poterit cenſeri iuſtus: Nam ruinam ei creat ipſius ad iram procliuitas.* Druſius. *Timor Domini repellit peccata & cum permanet auertit iram. Non poterit iracundus homo euadere pœnam, nam ipſius ad excandeſcentiam propenſio ruina ei eſt.* Ea autem pars, quæ primæ ſententiæ additur à Montano forte explicationis gratia adiungitur. Sed in vulgata lectione deſideratur, quare vero eam reliquerit, vel expunxerit, non docent interpretes, fortaſſis quia neceſſaria non erat ad ſenſus intelligentiam, eum reddamus, & illuſtremus.

Senſus.

149. *Timor Domini*, &c. q. d. Summa poteſtas eſt timoris Domini, & erga Deum reuerentiæ, vt propellat ex humano corde peccatum: & cum timor Dei ex corde diſcedit in eo perſeuerat peccatum, ſicque non poteſt iuſtè viuere, quia procliuitas eius ad iram, vel audacitas animi; qua Deo audet reſiſtere, eſt cauſa vt in multa vitia & damna dilabatur, quare ſubuerſio illi eſt, &c.

Explicatio, & illuſtratio prima.

Timor Domini ex ſe ſolum non expellit peccatum. Suarez.

Timor Domini expellit peccatum. Si abſolutè velimus hunc locum intelligere de peccatorum venia, certum eſt ſolum timorem Domini ex ſe virtutem non habere ad delenda flagitia, cum hic effectus tribuatur, veræ pœnitentiæ per contritionem & actum charitatis oblatæ Deo. Noſter doctiſſimus Franciſcus Suarez tom. 4. in 3. partè q. 83. ar. 1. diſp. 5. ſect. 2. ait, duobus modis poſſe hominem operari ex timore, vno modo vt ex quadam occaſione excitante hominem ad aduertendum quid mali; vel boni ſit in operatione, quo modo illud dictum eſt: *Vexatio dat intellectum.* Isa. 28. v. 19. Alio modo poteſt timor concurrere per modum finis, &c. primum modum approbat vt bonum, & aſſerit hunc eſſe ordinarium modum, quo Deus trahit peccatorem ad pœnitentiam: Quia *initium ſapientiæ timor Domini.* Ille timor, ait, in rigore morali. Non eſt circumſtantia alterius actus, ſcilicet, deteſtationis, ſed eſt quædam occaſio, & quaſi cauſa extrinſeca eius. Poteſt etiam hic timor eſſe occaſio perueniendi ad habendam perfectam contritionem, vt D. Ambroſius lib. 1. de Jacob & vita beata c. 2. inquit: *Ante dolorem autem eſt timor.* Hoc totum probatur ex Concilio Tridentino Seſſione 5. c. 6. de modo præparationis: *Dum peccatores (ait) ſe eſſe intelligentes à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem eriguntur fidentes, Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, illumque tanquam omnis iuſtitiæ fontem, diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduerſus peccata per odium aliquod & deteſtationē, hoc eſt, per pœnitentiam*, &c. ex quo conſtat per timorem Domini peruenire ad veram contritionem & in c. ſicut ſeta, de pœnit. a. 2. comparatur timor ad ſetam ſutoris, quæ filum introducit, dum ipſa expellitur, quia vt dixit Joannes 1. Ep. c. 4. v. 18. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Sic dixit D. Bern. ſer. 4. de timore Dei: *Sæpe videmus per ſetam introduci linum, quando aliquid ſuitur prius intrat ſeta, & poſt ſetam intrat linum: Sic timor prius intrat in mentem hominis, & poſt timorem charitas*: Ideo *intrat timor, vt introducat charitatem, ſed peſtquam intrat charitas, foras mittit timorem.*

Ecclı. v. 16 *Timor poteſt eſſe occaſio obtinendi cõtritionem.* D. Ambroſ. Conc. Trid

Per timorem peruenitur, ad verã contritionem. 1. Ioan. 4. v. 18. D. Bernar.

150. Per timorem venitur ad charitatem. D. August.

Itaque timor Domini ex se potestatem non habet delendi culpam, sed per illum venitur ad charitatem, quæ sanat quod timor vulnerat. D. August. tom. 9. tract. 9. in Epist. Joannis c. 4. ait: *Timor Domini sic vulnerat, quo modo, medici ferramentum putredinem tollit, & quasi videtur vulnus augere, &c. Occupet ergo cor tuum timor, & inducta charitate succedat cicatrix ferramento medici. Talis est medicus, vt nec cicatrices appareant: Tu tantum subde te dexteræ ipsius, nam si sine timore es, non poteris iustificari, opus est ergo, vt intret, timor primò, per quem veniat charitas timor medicamentum, charitas sanitas.* Ergo timor Domini ex se non præstat veniam.

Vasquez. Timor cum contritione expellit peccatum.

Si autem hic timor in se contineat actum perfectum charitatis, & veræ pœnitentiæ, vt noster Gabri. Vasquez accepit, expellet ex animo quodcumque peccatum, sicut actus veræ contritionis: Sic enim ait tomo 4. in 3. p. q. 96. a. 2. v. 1. dubio 1. in 2. conclus. secundum statuendum est, necessariam in omni tempore fuisse pœnitentiam ad iustificationem & salutem, & veniam peccatorum consequendam: Et probat hanc conclusionem ex eo Eccles. 2. v. 27. *Timor Domini expellit peccatum.* Vbi per timorem Domini intelligit actum veræ contritionis, cui soli venia peccatorum tribuitur. Hoc confirmatur ex eo Tertullian. lib. de cultu fœm. cap. 2. vbi inquit: *Timor fundamentum salutis est.* q. d. ita timor Domini fundamentum salutis est, vt causa sit veniæ peccatorum. Sic explicat Rabanus: *Quia aut per pœnitentiam mundat hominem à peccatis perpetratis, aut coërcet illum siue prohibet à nondum commissis.*

Tertul. Timor idem quod contritio secundum Vasquez. Rabanus.

151. Timor infert bellum peccato.

Quocumque igitur modo hic timor Domini accipiatur, vel vt sæta furoris, quia charitatem introducat, vel vt veræ pœnitentiæ actus, cui venia peccati debetur, haud dubium *expellit* ex animo, *peccatum*. q. d. *no consiente que viua el peccado en el coracon.* Expellit illud, deijcit, & longe facit, nam timor Domini bellum infert peccato, & cum victoriam obtinet, iugulat, occidit, obtruncat, & sicut hic timor Domini abijcit ex corde peccatum: Sic peccatum abijcit timorem Dei. Agens Sirach cap. 23. v. 27. de eo, qui cum se ad peccandum abscondit existimat à nemine videri, solum visum humanum metuendo, ait: *Et non intelligit, quoniam videt oculus illius, quoniam expellit à se timorem Dei huiusmodi hominis timor*, &c. q. d. talis non intelligit quod omnia videat oculus Dei, & non cogitat quoniam talis timor, quo ille solum metuit ab homine videri, & hominem offendere, expellit ab ipso timorem Dei, sicut verus Dei timor expellit peccatum. Quia vt ait Rabanus per pœnitentiam timor Dei, mundat à præteritis peccatis, vel prohibet à committendis, quia qui per timorem Dei se non corrigit in peccati voraginem cadit.

Eccl. 23. v. 27.

Peccatum expellit timorem Dei. Rabanus.

Explicatio Palacius.

Palacius hunc locum explicat fere eodem modo: Ita plane, inquit, expellit omne peccatum illa erga Deum reuerentia, vt ad Deum, vt ad Dominum, vt ad Patrem, vt ad amicum, vt ad virum, vt ad iudicem, vt ad dignissimum omni reuerentia. Dixit Dauid 1. Regum 26. v. 11. *Viuit Dominus*, &c. *propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini.* Quanto minus mitti debet in Christum Dominũ? Gen. 39. v. 8. dixit Joseph: *Ecce Dominus meus ignorat quid habeat in domo sua: Quo modo possum hoc malum facere*, &c. En qua ratione timor Dei peccata depellat. ô valentissimas vires timoris? infernus mundus, caro, nos ad peccata propellunt, timor potest hanc hostium phalangem repellere, num hæc magna timoris laus? Hæc Palacius. Quod additur in Græco originali *perseuerans autem auertit iram, vel quamdiu præsens est iram arcet.* Hoc est, quamdiu timor Dei, adest, iram comprimit atque animam ad omnem lenitatem ac patientiam flectit, in eaque continet. Itaque significat timorem Dei ita ex corde iracundiam arcere, vt dum locum in corde occupat passio iræ stare non audet, sed discedet, & locum præbet timori Domini, vt passionibus animæ liberè moderetur. Nam vt dixit Salomon Prou. 8. v. 13. *Timor Domini odit malum.* Nam à peccando abstinet qui Deum timet. & c. 16. v. 6. *Et in timore Domini declinatur à malo.*

1. i. Reg. 26. v. 11.

Gen. 39. v. 8

Timoris vis.

Timor Dei iram ex corde expellit. Prou. 8. v. 13. c. 16. v. 6.

Illustratio secunda.

153. Timor quem sequitur charitas gratiam seu in animo.

Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. q. d. qui de suo corde timorem expellit, operibus dicit nolle iustificari, id est, iustus esse. Nam timor filialis, quem sequitur charitas, iustitiam seu gratiam fouet in animo, & homini iustificationem affert: Cum vero peccatum timorem Domini expellit, simul iustificationem detrudit, & dum peccatum perseuerat in animo, & locum non occupat timor, vera erit sententia Ecclesiastici, cum, *qui sine timore est, non posse iustificari.* Id est, in multa peccata incidit. *Sapiens enim timet, & declinat à malo* vt dixit Salomon Prouerb. 14. v. 16, & sacra pagina Iob 1. v. 1. cum vocat Jobum *timentem Dominum*, statim ait, *recedere à malo.* Quod explicans D. Gregor. li. 1. moral. c. 11. inquit: *Recte ergo cum timere Deum Iob dicitur, recedere etiam à malo perhibetur. Quia dum metum charitas sequitur, ea quæ metu relinquitur, etiam per cogitationis propositum culpa calcatur.* Et ipse Salomon Prou. 14. v. 27. rursus inquit: *Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis*, Vita scilicet, atque salus sic à timore Domini promanat; sicut riuulus ex fonte perenni. Quare sicut obturato fonte riuus sistitur ac deficit, sic salus, & vita sublato timore. D. Greg. super Cant. Cãt. cap. 5. super id: *Et residente* (columbæ) *iuxta fluenta plenissima* ait: *Ad hoc etiam columbæ iuxta fluenta recedere solent, vt volantium auium vmbram in aqua videant, super quam se proijcientes, vngues rapacium sic effugiant.* Quia columbæ timidæ sunt, timentes Dominum adumbrare videntur. Ergo cum sit timor Domini fons vitæ pellucidus, perennis, ac iugis, in quem viri iusti timentes Deum columbarum in morem inspiciant, non modo peccata, infernum, diabolum, & alia huiusmodi mala, sed eorum etiam vmbras, & imagines à longè timent atque cauent, sciunt enim neminem sublato ex corde timore iustificari posse, inde sequitur.

Prou. 14. v. 16. Iob 1. v. 1. D. Gregor. Qui timet Deum recedit à malo. Prou. 14. v. 27.

D. Gregor. Timor Domini fons vitæ pellucidus.

Illustratio tertia.

154. *Iracundia enim animositatis illius subuersio eius est*, id est, iracundia animosa, audax, animum ducens ad malum perpetrandum (id est, lapsus ad multa tum peccata, tum damnã) illius est. Dixerat Sirach timorem Domini peccata ex animo detrudere, nam & contracta peccata curat per pœnitentiam, & contra futura hominem præmunit; nunc de peccato iracundiæ mentionem facit, quæ perditionem homini afferre solet, ita D. Hieronym. super Ioël. 1. v. 5. *Nullares ita inebriat vt animi perturbatio. est ira, quæ iustitiam Dei non operatur. & furori proxima, mentis sua impotentem facit, in tantum vt labia tremant dentes concrepent, vultus pallore mutetur.* Hæc ergo iracundia est, qua quis in aduersis murmurat contra Deum, & irascitur, à quo malo non facile immunis esse potest, qui Dei timore est destitutus. Hic enim iracundus est, qui cum aliquid ei accidit contra animi votum offenditur, & indignatur, atque ex impatientia in quæuis vitia retinaculo timoris Dei destitutus prolabitur, vt explicat Iansenius. Hic ergo non potest iustificari id est, iustè viuere, quia inclinatio iræ eius, seu *procliuitas eius ad iram*, vt dixit Tygur. pro quo legit vulgatus *iracundia animositatis illius*, hoc est, audacis eius animi, qua Deo audet resistere, vel vt explicat Lyra, id est, superbiæ eius, qua Deo rebellat, *est illius subuersio, seu casus est ei*, seu *ruinam ei creat.* q. d. hæc talis iracundia causa est vt in multa vitia, & peccata facile dilabatur, quæ ruinam impendeant, qua oppressus in perditionis præcipitium elidatur. Ita explicat Raban. *Profecto quia is, qui per timorem se à vitijs cohibere non vult in peccati voraginem cadit & precipitatur in mortem.* Sic Holcot. iracundia animosa significat temeritatem siue audaciam peccandi, quæ cito destruit iracundum. Sicut dicitur Iob. 5. v. 2. *Virum stultum interficit iracundia.*

Iracundia perditionem affert homini.

D. Hieron. Iansen. Iustificari idem quod iustè viuere.

Lyra.

Iracundia causa est, vt homo in peccata dilabatur.

Holcot. Iob 5. v. 2.

155. Iob 15. v. 24

Caietan.

Ex hoc iracundiæ contra Deum genere oritur id quod retulit Iob cap. 15. v. 24. de impio, cum enim dixisset, *terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum.* Quod accepit Caietanus. *Roborabitur contra suas tribulationes, & angustias*, quod signum est accidisse impio aliquid contra animi sui votum, ex hoc ergo nata est *animositatis illius iracundia* quæ pessima iudicatur, quia ex superbia oritur cum dicat Iob. *Tetendit enim aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est*, q. d. vt noster Pineda Hispanicè vertit, *Alco, el braco, leuantó la mano, y amagó el cielo.* Leuare enim manum, vel brachium, habitus est temerè & furenter cælo indicentis bellum, vel minari vel intentare. Sed hæc animositatis iracundia, id est, audacis animi audentis, *Contra omnipotentem* (Sadai) *roborari subuersio eius est*, siue *casus est ei.* vt hoc loco Iob confirmatur, nam vers. 32. concludit loquens de impio: *Qui tetendit manum aduersus Deum. Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent, ladetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum.* Meminit manus arescentis, quia illam tetendit aduersus Deum, cum mortem immaturam comminatur. Promittit talem iracundum, qui incredibili audacia Deo bellum indixit, moriturum ante tempus mortis eius, sicut dixit Ecclesiastes cap. 7. v. 18. *Ne impiè agas multum, ne moriaris in tempore non tuo.* id est, ne moriaris cum nondum maturueris, sed acerbis adhuc, & austeris, atque crudis moribus sis, & minimè moriendo præparatus. Hæc mors immatura pœna & supplicium eius est, qui iracundia animositatis audet Deo resistere, cum contra vota sua omnia ei acciderunt; *Sicque subuersio eius est, & casus ei.* Vide Prou. 27. v. 3. In Originali est: *Non potest iracundus homo euadere pœnam*, id est, non potest iustus haberi, & absolui, nam qui absoluitur sententijs iudicum (nam inde est sumpta metaphora (pœnas euadit. In eodem sensu dicitur infra c. 31. v. 5. *Qui aurum diligit non iustificabitur.* Drusius. *Non censebitur iustus*, non absoluetur, non euadet pœnas, nam idem verbum in Græco. Huius contrarium Prou. 26. v. 24. *Labijs suis intelligitur inimicus*, &c. id est, damnabitur, incidet in pœnas & calamitates. Sic iracundus, &c.

Iracundia animositatis pessimo iudicatur. Pineda.

Leuare manum quid.

Iob 15. v. 32

Impius moritur ante tempus suũ. Eccl. 7. v. 18

Mors immatura supplicium iracũdiæ. Prou. 27. v. 3. Eccl. 31. v. 5

VERS. XXIX.

Vsque in tempus sustinebit patiens: & postea redditio iucunditatis.

Complutenses non variant primum hemistichium, secundum legunt: *& postea ei pullulabit lætitia.* LXX. *& postea reddetur ei iucunditas.* Montanus & Regia sicut Complutenses: *& postea ei pullulabit lætitia.* Tygurina *qui patiens est vsque ad intempestiuitatem præstabit tolerantiam, & postea exorietur ei lætitia*, Drusius. *Ad tempus sustinet longanimis; & postea exoritur ei lætitia.* Reddo sensum, & illustro.

Sensus.

156. *Vsque in tempus*, &c. q. d. Patientes exposita iracundia animositatis, diuturna persecutione, & laborum, vel persecutionum tolerantia, & patientia ornantur. Qui in tempus sustinent, sed cum retributionis hora peruenit, tunc præmio beatitudinis decorantur: vt enim nocti succedit dies, hiemi vernum tempus, tempestati tranquillitas, ita tentationi iucunditas, non solum ea, quæ in hac vita speratur, sed quæ in æternum est duratura, &c.

Illustratio prima.

Vsque in tempus sustinebit patiens. Vel *longa nimis.* Qui est patiens, & tardus ad iram, q. d. qui patienter, & cum longanimitate, perfert,

Breui patiens tolerat, & postea ei reddetur lætitia

sustinet, & tolerat mala, quæ Deus immitit. Nam

Rabanus.

ille patiens est, inquit Rabanus, *qui sustinet æquanimiter aduersa)* ad tempus quidem tolerabit, quia postea pro malis perpessis reddet ei Deus lætitiam & gaudium. Hoc illustratur ex eo Psal. 29. v. 6.

Psal. 29. v. 6

Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ad vesperum demorabitur fletus. & ad matutinum lætitia. Appellat iram, quæ ex indignatione Dei procedit, castigationem ipsius, qua flagitia peccatorum punit, & primam partem versus. Sic explicat

Ira Dei castigationem significat. Theodor.

Theodoretus: *Quam optimam diuisionem fecit* (Dauid) *nam iram indignationi adscripsit.* (Iram enim castigationem vocat) *vitam vero voluntati: Hoc enim vult non illud: Illa enim mala nobis ipsis nos asciscimus.* & ad aliam partem confirmandam apponit duo exempla, quæ acciderunt tempore Æzechiæ. primum de Asyriorum comminationibns, quia in

Post mortem lætitia.

luctum ciuitatem commouerint, nocte plagam receperunt, & mane quos lacrymari coëgerunt lætitia: impleuere alterum offert exemplum dicens: *Atque cum diuinus Isaias mortis sententiam Ezechiæ vesperi attulisset, rursus diluculo faustum vitæ nuntium ipsi attulit.* Non est repudianda Hebræorum lectio, quæ sic habet: *Quoniam momentum in in-*

Indignatio Dei momentanea & quare.

dignatione eius, & vita in voluntate eius. Quare ergo instantanea & momentanea est indignatio Dei puniendo flagitia, & vitam fouet voluntate sua? Cur iram seu castigationem citissimè abijcit, & vi-

Lyra.

tam & incolumitatem in se alit & retinet? Respondeo cum Lyra: quia punitio non procedit ex absoluta Dei voluntate, sed magis vita gratiæ:

Castigatio in Deo præter naturam quia est ad miserendum procliuis. D. Bernard.

Castigatio enim in Deo præter naturam est, quia semper est ad miserendum procliuis, vt præclarè D. Bernardus ser. 8. in natali. Dom. dixit: *Rectè Deus non pater iudiciorum vel vltionum dicitur, sed Pater misericordiarum. Eo quod miserendi causam & originem sumat ex proprio: Iudicandi vel vlciscendi magis ex nostro,* Vt autem quæ præter naturam fiunt, diu durare non possunt, & illico ad naturam redeunt, perseuerant autem quæ naturæ cuiusq; rei congruunt. Sic indignatio ad modicum tempus in Deo esse dicitur: At vero eius amor, & clementia, & reconciliatio perennis, & misericordia cum Deus in-

Misericordia in Deo perenis est.

dignatur, & flagellat, flagellum aufert de manu sua, ne indignatio in iracundia sua perseueret. q. d. *Quando esta Dios enojado, lega la diuina misericordia, ij lequita el acote de la mano, paraque no dure el*

Demerari, quid.

castigo. Ad vesperum demorabitur fletus, &c. Jllud *demorabitur*, est idem quod diuersabitur. q. d. Luctus seu tribulatio, aut angustia & afflictio tanquam ad hospicium diuertet. Quo verbo non permansurum diutius fletum significauit, sed tanquam iter

Agellius.

facientem, noctem vnam tantummodo diuersaturum *& ad matutinum lætitia*, id est, benè mane abibit molestus hic viator, qui dum nobiscum pernoctat, nos quiescere non sinit. His verbis, ait Agellius, sanctos viros ad fortiter perferendos tribulationes hortatur, cum dicat noster Sirach: *Vsque in tempus sustinebit patiens.*

157. Id confirmat illud 2. Corint. 4. v. 17. vbi ait Pau-

Tribulatio breuis & mometanea. 2. Cor. 4. v. 17.

lus: *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ; æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* q. d. omnis tribulatio nostra momentanea & leuis si cum æterno illo & grauissimo gloriæ pondere conferatur. Ostendit enim ad breue tempus sustinere patientem cum gloriæ tempus æternum duraturum speret. Hoc tempus significatur in illo. quod Iacob transegit, cum Rachelis nuptias obtinere contendit, præmiū enim possessionis, quod ille spectabat suauem reddebat laborem obsequij

Præmium efficit laborē breuem & suauem. Gen. 49. v. 20. D. Hieron. D. Chrys.

sui. Gen. 49. v. 20. *Seruiuit ergo Iacob pro Rachele septem annis & videbantur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.* D. Hieronymus reddit rationem cur septē annos appellet dies paucos, explicans *diem* pro labore & fatigatione. Sic ait D. Chrysost. tom. 1. hom. 55. in Genes. *vt ostendat nobis scriptura quomodo amor magnus & laborē & temporis longitudinem succidit, & breue videri facit, dicit, videbatur*, &c. Quasi secum diceret Iacob. Tanti æstimo Rachelem, tam mihi pretiosa, & chara, hæc merces & gemma est, vt pro illa comparanda, & potiunda leuem iudicem laborem & seruitutem integri septennij septemque ipsos annos pro pauculis æstimem diebus. Dixit Chrysost. citatus: *Quando enim quis*

Quando quis sauciatur charitatis desiderio, nil difficile expectat. Gen. 15. v. 1. D. Chrys.

sauciatur charitatis desiderio nihil difficile spectat, sed id quod fuerit plenum periculis, & multa miseria leuiter fert, ad vnū hoc attendens, quomodo suo potiatur voto & desiderio præmij ergo pollicitatio vim habet erigendi animum. Sic dixit Dominus Gen. 15. v. 1. *Ego merces tua magna nimis* vbi D. Chrys. *vidisti liberalitatem Domini? vidisti verborum pondus? Vidisti quomodo excitat pietatis athletam? vidisti quomodo animam eius confirmauit? ipse enim qui arcana cordium nouit, sciebat illi opus esse huius verborum consolatione.*

Hinc est, inquit, D. Leo Papa ser. 7. de ieiunio decimi mensis, & eleemosyna vnde patientiæ 158.

D. Leo Pap. 1. Cor. 10. v. 13.

valor & fortitudo crescit, & accenditur, quia si adest tribulatio & angustia præsentem se præbet promissio præmij. Explicans id 1. Cor. 10. v. 13. *Fidelis enim Deus est qui non patietur vos tentari*, &c. ait: *Vbi enim in aperto sunt pugnæ, in manifesto sunt & coronæ. Et hoc ipsum alit atque accendit patientiæ fortitudinem: quod sicut proxima est tribulatio, ita est & vicina promissio.*

Sicut proxima est tribulatio, ita & promissio vicina.

Quare autem S. Patriarcha Ioseph antequam venderetur à fratribus, & conijceretur in carcerem, & ferrum pertransiret animam eius, illud somnium manipulorum habuit. qui suum manipulum in agro, visum est, adorari? Gen. 37. v. 7. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.*

Quare Ioseph antequam venderetur, somnium manipulorum habuit. Gen. 37. v. 7

Cur ergo tam præmaturè premium patientiæ suæ præ oculis obuersatum est? Respondeo, sic factum esse vt manifestetur patientiam certum præmium habere, ac si teneret manu, & omnibus notum esset, multo ante exercitium patientiæ eius fœlicitatem prænuntiari, & antequam patientiæ bellum concitetur, victoriam eius certam spectari, q. d. *delante mano à segura Dios la victoria que à de tener la paciencia vsque in tempus* enim *sustinet patiens* æquanimiter mala tolerans.

Breuiter sustinet patiēs. D. Anselm.

& quia non ad horam (ait D. Anselmus in Epist. ad Gal. c. 5. super id: *Fructus spiritus est gaudiū, pax, patientia*, &c.) *Sed quamdiu voluerit Dominus, seruanda est hæc patientia. Subnectitur & longanimitas, per quam omnia perseueranter vsque in finem sustineantur, Longanimitas enim longitudo animi patienter aduersa tolerantis, & æterna præmia diu expectantis.* Jdeo dixit Job c. 7. v. 2. *Sicut mercenarius præstolatur finem operis*

Iob 7. v. 2.

sui. Super quæ D. Greg. lib. 8. moralium c. 5. *Finem operis quasi mercenarius præstolatur, qui dum profectum remunerationis considerat, vile æstimat quod penè deficiens laborat.* Quare Ecclesiasticus noster inquit: *vsque in tempus*, &c. adijcit: *& postea redditio iucunditatis*, quia æternum præmium sustinens, spectat, quod obtinere sperat. Nam vt dixit Iacob. c. 1. v. 12. *Beatus vir qui suffert tentationem nam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ*, &c. Quare dixit Paulus 2. Tim. 2. v. 12. *Si sustinebimus, & conregnabimus.*

Iac. 1. v. 12. 2. Tim. 2. v. 12.

Illustratio secunda.

159. E*T postea redditio iucunditatis.* Post tribulationem Deus faciem suam iucundam & gratam ostendit, reddens iusto præmium patientiæ, non solum in præsenti vitæ curriculo solatium miseriarum, sed præcipuè in vita futura æternam conferendo fœlicitatem.

Post tribulationem Deus faciem iucundam ostendit. Iac. 5. v. 7.

Cum D. Jacob. c. 5. v. 7. ad patientes loquitur, ait: *Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum, patientes igitur estote, & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquauit.* Dixit D. Bernardus serm. 17. Qui habi-

D. Bernard.

tat: *In tribulatione spes gloriæ, imo & in ipsa tribulatione, gloria continetur, sicut spes fructus in semine est. In hunc modum etiam modo Regnum Dei intra nos est, thesaurus ingens in fictili vase, inq; agro vili est inquam, sed absconditum est, fœlix ille, qui inuenerit illud. Quid ille? nempe qui messem magis cogitauerit, quam sementem*, &c. Sic etiam ait Ecclesiasticus, *vsque in tempus sustinebit, patiens.* Tanquam agricola expectans *imbrem tempo-*

Imber temporaneus & serotinus quid significent.

raneum, hoc est, solatium, quod confert Deus iusto in præsenti vita, efficiendo iugum afflictionum suaue, & onus tribulationum & persecutionum leue. *Et imbrem serotinum*, quod est æternæ fœlicitatis & *gloriæ pondus* cum enim agricola has duas pluuias recipit, fructum pretiosum terræ expe-

Iustus in morte præmium patiētiæ accipit.

ctat, vt eo fruatur. Sic etiam iustus accipit in vltima vitæ meta, *redditionem iucunditatis*, id est, præmium patientiæ respondens, quia *vsque in tempus sustinuit vt patiens.*

1 Petr. 4. v. 13.

Hoc confirmatur ex eo 1. Pet. 4. v. 13. *Communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis*, &c. Potissimam offert Petrus rationem, cur omnia huius vitæ incommoda hilariter subeunda sint: Quia videlicet hac ratione Christum imitamur, & ipsius perpessionum quodammodo participes euadimus. *His* (inquit

Oecumen. *Qui patiūtur, similes Christo euadunt.*

Oecumenius) *quod beatissimum omnium est, subiungit, quod illi, qui ita patiuntur similes Christo euadant, dum cum ipso nunc contemnuntur, atque ita totum ornamentum ipsis absoluit ac perficit* (vide Luc. 22. v. 29. Joan. 17. v. 14. Rom. 6. v. 5. & 8. 17. & 2. Cor. 1. v. 7.) *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis.* Persuadet Petrus fidelibus non modo rerum aduersarum tolerantiam, sed in ijs perferendis constantiam atque animi hilaritatem. Super hoc ait

Chromat. *Persecutionis tolerantia gloriosa.*

Chromatius. Matt. 5. *Gloriosa est persecutionis huius tolerantia, cuius mercedem Dominus repositam esse dicit in cælis.* Sustinet enim patiens quia ardenter desiderat præmium cæleste. Sic D. August. li. 12. de Trin. cap. 35. *Prosunt*, inquit, *ista mala, quæ fideles perferunt, vt illa vbi erat beatitudo vera atque perfecta & desideretur ardentius, & constantius inquiratur.* Hoc præmium est, quod ait Ecclesiasticus: *Et postea redditio*, &c. & vt Montanus legit: *& postea ei pullulabit lætitia.* Verbum ἀναδώσει pullulare significat, pro quo vertit vulgatus, *reddere* vel *exorietur ei lætitia.* Vt Drusius, id est, erumpit vel scatet vt fons, Vel exoritur vt quæ ex terra exoriuntur. Nos diceremus: *Saldra a su tiempo el gazo como agua detenida en repressa.*

160. Alij in Græco legerunt ἀναβλαστάνω, quod significat germinare, fructificari, & generaliter pro

Blason in nostro Hispano quid significet.

nasci. Originem ducere inde deducitur βλαστος blasos, & in accusatiuo βλαστον quod in nostro Hispano significat *insignia de hazaña* in Græco autem βλαστὸς significat germē ramulus à verbo βλαστάνω, quod est germino, subpullulo, emergo, nascor fructificor. Itaque Verbum *anablasano* est repullulare, germinare, pullulare, germenque emittere, vt herba aut planta, quæ mortua videbatur, & mox germen emittit. Estque translatio verbi valde ap-

Fructus patientis qualis.

ta ad fructum hominis afflicti ac patientis declarandum, in quo afflictis exitus est iucundus. Jn hoc sensu accipitur id Ezechielis 29. v. 21. *In die illo*

Ezech. 29. v. 21.

pullulabit cornu domui Israel. Notum est in scriptura cornu significare robur, potestatem, Regnum, imperium, gloriam. Metaphora ab illis animalibus

Cornu, quid. Amb. 6. v. 14 *Extolli cornu prosperā significat fortunam.* Psal. 17. v. 3.

sumpta, quibus hæc omnia præstat præfixum fronti cornu. Quare extolli cornu, prosperam significat fortunam. Sic Amos cap. 6. v. 14. dicitur: *Numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* & Psal. 17. v. 3. *Protector meus, & cornu salutis meæ.* Sic dicitur *pullulabit* q. d. aliquando excitabit Dominus nouum Regem in Israel. Qui pro Rege Jsraelitis esse possit, qualis fuit Iechonias, qui cum triginta septem annis vinctus iacuisset in carcere, post mortem Nabuchodonosor emersus è tenebris, & quasi ex arido stipite pullu-

Eccles. 46. v. 24. *Ossa sanctorum pullulant.*

lauit. Sic etiam Eccles. 46. v. 24. dicitur, *& ossa eorum pullulent de loco suo.* Loquitur de ossibus iudicum, qui post Iosue fuerunt inculpatæ vitæ, & optat vt eorum sepulchra cum ossibus eorum numquàm penitus pereant. Quia digni sunt qui aliquando in iustorum resurrectione resurgant. Eodem modo de ijs qui patienter substinuerunt ait idem Sirach: *& postea ei pullulabit lætitia*, id est, lætia æternæ fœlicitatis, quæ dum patiebatur longanimiter, quasi arida & mortua, iacebat, & sicut virtus ligni occultabatur: *Postea*, hoc est, in die resurrectionis *pullulabit.* Quasi nouum germen renouabitur, fructificabitur, vt fructibus æternæ gloriæ ipse potiatur. Cant. 2. v. 11. dicitur: *Iam enim*

Cant. 2. v. 11 *Iustus post hiemen calamitatum exhilaratur.*

hiems transijt imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra. Post hiemem enim calamitatum & tribulationum animus iusti exhilaratur; nam flores diuinæ iucunditatis pullulant, vt iustus gloria decoretur. est enim iustus instar ligni, qui in hieme videtur, aridus, sed tempore veris frondescit, sicut iniquus; qui instar fœni adventante solis ardore miserè arescit. Sic D. August. tom. 8. in Ps. 36. D. August.

comparat iustos cum arboribus, & iniquos cum fœno: *Proinde, inquit, per hiemem virent, at vbi sol æstatis feruore cœperit arescent, venit æstas, id est, iudicij dies, tunc arescet viror fœni, tunc apparebit arborum gloriâ, id est, iustorum*, &c.

Notāda porro illa vox Græca βλαστὸν à βλαστὸς quæ significat germen, ramulus, virgultum, frutex 161.

Blason, insigne præclari facinoris.

& ex illa haud dubium deducta videtur vox in nostra lingua, *Blason* solemus enim Hispanicè dicere. *Esta hazanâ puso por blason de sus armas*, id est, hoc præclarū facinus in suis insignibus, & stemmatibus insigniuit. Itaque *Blason* est insigne vel imago præclari facinoris, aut nobilitatis & gloriæ stēma. Sicque noster Sirach cum inquit: Et *posteà ei pullulabit lætitia*, exaltationem iusti patientis ostentat, qui lætitiam æternę fœlicitatis, quam sua patientia & longanimitate, in perferendis laboribus adeptus est, in suis insignibus tanquam gloriæ stemma egregium factum insignire curauit q. d. *Pone el justo*

Patientiæ remuneratio.

paciente ij sufrido por blason de sus armas ganado por su paciencia, la alegria de la felicidad æterna. & postea ei pullulabit lætitia. Apparebunt aliquando nobilitatis monimenta, seu notæ patientiæ insignitæ, quæ erunt virtuti patientis debitæ, & *postea redditio iucunditatis.* Quia Deus, vt inquit Pau-

Rom. 2. v. 6. 7.

lus Rom. 2. v. 6. 7. *Reddet vnicuique secundum opera eius,*

eius, ijs quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt vitam æternam. Reddere enim secundum opera significat, reddere mercedem seu præmium pro merito operũ. Hæc opera sunt passiones, quæ pro operibus, & quidem perfectis reputantur. Origenes explicans hunc locum ait: *Quærentibus*, inquit, *gloriam & honorem, & incorruptionem pro boni operis patientia, vita æterna dabitur.* q.d. Paulus ijs, qui secundum patiẽtiam, id est, patientibus, qui patienter, & constanter in omni tentatione & molestia perseuerãtes in bono opere & vita quærunt, & patienter expectant futuram gloriam, Deus illis eam reddet in vita æterna. *Gaudete* (inquit, Christus Dominus patientibus Matt. 5. v. 12.) *& exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Sic Theodor. explicans id: *Et folium eius non defluet.* Psal. 1. inquit: *Virtutis Atletæ laborum fructus etiam imposterum reportabunt, bonam semper spem in se ipsis ferentes, vt quadam viriditate folia germinant & exultant, & frustra timent ob animi delectationem laborum sarcinam*, &c. Quia vt inquit D. August. to. 4. lib. de patientia cap. 4. *Vis enim desideriorum facit tolerantiam. Laborum & dolorum, & nemo nisi pro eo quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat.* Cum igitur iustus patiens desideret cælestem iucunditatẽ, mala perfert, vt eam assequatur, sic dixit idem D. August. citatus. *Cum ergo torquent aliqua mala sed non extorquent opera mala, non solum animam per patientiã possidetur; verum etiam cum per patientiam corpus ipsum ad tempus affligitur, vel amittitur, in æternam stabilitatem salutemque resumitur, & ex per dolorem & mortem intiolabilis sanitas, & fœlix immortalitas comparatur.* Pende *ad tempus affligitur*, quia probatio est verbi *vsque in tempus sustinebit*, &c. post quod obtinetur æterna fœlicitas, quia *posterea redditio iucunditatis.*

Reddere secundum opera, quid. Origenes.

Matt. 5. v. 12

Patientes fructus percipiunt.

VERS. XXX.

Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius.

Complutenses omittunt *bonus sensus.* & legunt *vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius.* LXX. similiter *vsque in tempus abscondet verba sua. & labia fidelium enarrabunt. Sensum eius.* Montanus & Regia sicut Complutenses. Tygurina. *Idem verba sua tempestiuè supprimet, & labia multorum consilium eius prædicabunt,* Drusius, *ad tempus supprimit Sermones suos, & labia fidelium enarrant intelligentiam eius.* Offero sensum.

Sensus.

Bonus sensus, &c. q.d. Homo patiens, seu sensatus vir & bonæ industriæ, id est, qui boni sensus est, & prudens, ad tempus in silentio immissa mala patienter perfert, & neque assiduas iacit ore querelas, neque Deo alloquitur, sed postea etiam ipso tacente, multos facit Deus prædicare: eius sensum, hoc est, prudentiam, &c.

Illustratio, prima.

162. *Bonus sensus vsque in tempus abscondit verba illius.* Vt confirmet Ecclesiasticus quod in præcedenti sententia docuit, istam adiungit, in qua vulgatus addidit, *bonus sensus* quod in originali Græco desideratur. Ergo *bonus sensus.* Idem est, quod homo bonæ industriæ, vt Lyra explicuit. Hugo sensatus vir, quem sequitur Sâ. Palacius, *vir iustus, qui bono sensu est.* Sed melius Jansenius vocat hominem patientem, atque eum, qui boni sensus est & prudens. Nam laudatur hoc loco silentium hominis moderati ac patientis tempori opportunum. Est maxima virtus linguæ continentia & taciturnitas tempestiua. *tempus*, interdum. intelligit tempus retributionis, id est, tempus post mortem, cui datur vnicuique secundum opera eius. Sensus igitur est, quem prælibauimus. Potest etiam intelligi de tempore retributionis vsque ad quod tempus patiens abscondit verba sua, id est, dissimulat inflictas impiorum, iniurias, vel vindictæ earum obliuiscitur cum prudenti silentio: vt Deus suo tempore mercedem retributionis liberaliter elargiatur, non solum in cælesti curia, sed etiam in terra, excitando labia multorum, qui cum laudibus extollant, & prudentiam eius prædicent. *Non enim* (inquit Intulin.) *potest abscondi quod iustitia facit manifestari.* Nota igitur Verbum *abscondet*, quod de occultatione thesauri explicat Hugo: *abscondet verba illius.* id est, iracundi, recipiendo ea quasi thesaurum, & addit: Humilitas enim siue mansuetudo saccus est, in quo recipiuntur contumeliæ & custodiuntur vt thesaurus pretiosissimus, quo cælum potest comparari, & quidem in lectione Euangelica thesaurus vocatur absconditus: *Simile est* (inquit Christus Dominus Matt. 13. v. 44.) *Regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit*, &c. Qui enim iniurias vel persecutiones patienter, & cum silentio pertulit, si prudens & sapiens est, abscondit eas quasi in thesauro vsque ad tempus retributionis, in quo thesaurus referatur, & virtutes, quas in eo quasi in sacculo recõdit, scilicet, patientia, mansuetudo, humilitas, & cæteræ id genus manifestantur, & ab ore multorum prædicantur, laudibusque extolluntur. His etiam virtutibus quasi opibus thesauri absconditi, cælum comparat, vt æternum perfruatur.

Bonus sensus, quid? Lyra. Hugo. Sâ. Palacius. Iansen.

Patientis hominis retributio. Hugo.

Verbum abscondere, de occultatione thesauri dicitur.

Matt. 13. v. 44.

Patiens iniurias vsque ad tempus retributionis abscondit.

Ita-

Itaque prudens silentio abscondit verba sua, quia, vt inquit Rabanus, sapientis hominis est verba tenere & modeste peragere. Dixit enim Salomon. Prou. 13. v. 16. *Astutus omnia agit cum silentio.* Astutus autem serpentis prudentiam imitatur, qui cum incantationibus penitur, alteram aurem terræ illidit, & alteram immissa cauda opprimit; sic sapiens atque prudens vt dolos aliorum vitet, & sibi rebusque suis prospiciat, aures obturat, & cum silentio perfert mala, quæ accidunt, agens omnia cum silentio. Palacius vir iustus, qui bono sensu est, cum tentatur abscondet in pectore verba, quæ illi secretò sapientia inspirat, ne vincatur à tentatione., abscondet inquam, vsque in tempus, quo transeat iniquitas. Tum etiam bonus iusti sensus abscondit in pace verba sapientiæ, quæ illi prosint in tempore belli. Porrò sapientiæ verba sunt vt iustus stet in iustitia, & paret animam suam ad tentationem. Et cum tentetur & affligatur, fileat, querulam linguam refrænans & abscondens verba in latibulo cordis, ne verba impatienter prolata meritum patientiæ disperdat, & bonum sensum vel prudentiam iugulet, vide de hac materia eruditissimum Pinedam Iob 3. vers. 2. Sect. 6,

163. Palacius. Prou. 13. v. 16. *Astutus omnia agit cum silentio, instar serpentis.* Palacius.

Pineda.

Illustratio secunda.

164. *Iusti prudẽtia à multis prædicabitur* Prou. 14. v. 3. *In ore stulti virga superbiæ: Labia autem sapientium custodiunt eos.* Vel vt alij legunt: *Labia autem Sapientum sanant.* Noster Salazar explicat de stulto ac vecorde peccatore, qui præ fastu, atque superbia perinde acsi virgam & sceptrum imperij ore suo gereret, putat sibi in omnium famam licere. q.d. *Los imprudentes ij necios tienen por bordo nullos ordinarios*, detrahere, conuitiari, & vellicare aliorum famam. Hi sunt, qui nesciunt longum sermonem texere sine detractionis adminiculo, *Labia autem sapientum sanant.* q.d. stulti lingua, quasi virga percutit ac sauciat: Ex aduerso autem lingua sapientis medetur, ac liuores sanat, id est, consolatur, & erigit afflictos, & iustos patientes laudibus extollit, & eorum sensum, seu prudentiam prædicant.

Stulti aliorũ famam vellicant, & detrahunt.

165. *Labia multorum prædicant prudentiam iusti.* Ecc. 39. v. 12 Palacius. Gen. 18.

Itaque prudentem, qui *vsque in tempus abscondit verba sua, labia multorum*, prædicant, *& enarrant sensum*, seu prudentiam eius. Simile est illud quod Sirach infra c. 39. v. 12. *Collaudabunt multi sapientiam eius*, vel intelligentiam, vel prudentiam. Palacius duo proponit exempla, vt laudamus, inquit, sensum Loth, qui inter peccatores iustus erat, Laudamus Dauidem, qui eo sensu prædictus fuerit, vt non admoueret manus contra Saulem. Nos vnum præ omnibus eligamus, de silentio ipsius Dauid, cum à lingua & manibus Semei affligeretur; nam cum fugeret à facie filij sui Absalon, & transiret per Bahurim: *Ecce egrediebatur inde* (2. Regum 16. v. 5.) *vir de cognatione domus Saul nomine Semei, procedebatque egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid*, &c. Cum autem serui Regis vindictam de persecutore sumere vellent, Dauid vindictæ malum compressit, & eorum animos sedauit, & quasi abscondens verba iniuriantis, dixit: *Dimittite vt maledicat, Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid, & quis est, qui audeat dicere: quare sic fecerit?* & iterum respondet ad illos, postquam argumentum de filio suo eis proposuit, *Dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini: Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Quare ergo Dauid cum silentio hanc iniuriam Semei remisit? An cum deberet eum occidere, non occidit? Respondeo cum Abulensi q. 13. in 2. Reg. 16. Dauidem in quantum iudex & Rex erat, & legis executor, illum notoriè delinquentẽ punire potuisse, voluit tamen ad maiorem perfectionem anhelare, scilicet remittendo proprias iniurias, ideo prohibuit Abisai volentem eum occidere. Hoc enim patientiæ & tolerantiæ signum, erogationis, erat, sicque cum tacebat, & non comminabatur dignus fiebat, vt ab omnibus laudaretur. Dixit D. Ambrosius lib. 1. de offic. c. 48. *Qui cum malediceret ei filius Semei, & crimina obijceret; tacebat, & humiliabatur, & silebat à bonis suis, hoc est, bonorum operum conscientia. Deinde expetebat maledici sibi, quia maledicto illo diuinam exquirebat misericordiam.* Et paulo post: *Tolerabat quasi athleta fortis, patientiæ autem finis promissorum expectatio, & ideo dicebat notum fac Domine finem meum*, &c. Notus fuit finis Dauid, & nota prudentia, & ab omnibus exaltata, quia *vsque in tempus* retributionis *abscondit verba sua*, non se vlciscens de inimico Semei, qui verba maledictionis contra eum proferebat. Confirmat hoc D. Augustus. tom. 4. li. de patien. aiens: *Hæc patientia S. Dauid conuiciantis opprobria tolerauit, & cum facile posset vlcisci, non solum non fecit, verum & alium pro se dolentem commotumq; compescuit: & potestatem regiam magis adhibuit prohibendo, quam exercendo vindictam.* Neque tunc eius corpus aliquo morbo affligebatur aut vulnere: *Sed humilitatis tempus agnoscebatur ac referebatur voluntas Dei, propter quam patientissimè amaritudo contumeliæ bibebatur.* Sicque *labia multorum enarrarunt*, id est prædicarunt, & laudibus extulerunt, *sensum illius.* id est, prudentiam tali commendatione dignam.

1. Reg. 14. *Silentium Dauid exprobatur à Semei.* 2. Regum 16. v. 5.

Quare Dauid remisit iniuriam Semei. Abulens.

D. Ambros.

Patientiæ finis, promissorum expectatio.

VERS. XXXI.

In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ.

VERS. XXXII.

Execratio autem peccatori cultura Dei.

Complutenſes LXX. Montanus & Regia fere eodem modo transferunt: *In theſauris ſapientiæ parabolæ ſcientiæ : abominatio autem peccatori cultus Dei.* LXX. *cultura Dei*, Tygurina *in theſauris ſapientiæ latet ſcientia : Sceleroſo vero pietas eſt execrabilis.* Vatablus: *vel ſitæ allegoriæ ſunt* παραβολαί. Druſius: *In theſauris ſapientiæ ſunt parabolæ ſcientiæ : Execrabilis autem peccatori pietas in Deum eſt.* Senſum, & illuſtrationem accipe.

Senſus.

166. *Sententiæ graues in ſapientiæ theſauris continentur.*

IN *theſauris*, &c. q. d. Sententiæ graues & abſconditæ, quæ continēt ſcientiam, in theſauris ſapientiæ continentur, & eas in ſe, velut in ſecreto & res pretioſiſſimas ſapientia complectitur, ita vt non eas quibuſlibet communicet, ſed tantum dilectis & dignis, nec mirum cum cultura Dei, vel pietas, & religio, quam ſapientia docet, ſit peccatori execrabilis, &c.

Explicatio, & illuſtratio prima.

Hæc ſententia eadem eſt ac alia v. 26

IN *theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ.* Eadem videtur hæc ſententia ac illa, quam ſuperius verſ. 26. Extricauimus, quam diximus in originali non inueniri: Eundem enim ſenſum vtraque efficit, quamuis hæc præſens aliquid innuat noui, quod iam explicabimus. Hæc inquam ſententia duplici interpretationi ſubijcitur. prima eſt Nicolai de Lyra, quem ſequuntur Hugo, & Dionyſius, & non repugnat Sâ. Scilicet, inter pretioſa, quæ in ſapientiæ theſauris reconduntur, inueniri, ſignificationem, ſeu demonſtrationem diſciplinæ, qua quis patienter moleſtias tolerat tanquam flagella Dei inſtar Patris corripientis. Sed quia impij obdurati talibus flagellis non corriguntur, ſed à Deo magis elongantur, ideo ſubiungit: *Execratio autem peccatori cultura Dei*, id eſt, execrantur debitum Dei cultum & reuerentiam.

Prima interpretatio. Lyra, Hugo, Dionyſ. Sâ.

Impij flagellis non corriguntur.

167. *In quo habeat vim prima interpretatio.*

Hæc interpretatio vim ſuam habet in eo quod nexui præcedentis ſententiæ faueat. Meminerat enim Sirach eorum, qui *verba* correctionis *abſcondebat* cum ſilentio, *& ſenſus*, ſeu prudentia eorum *à multis* prædicabatur; nunc autem loquitur de eiſdem, qui *in theſauris ſapientiæ ſignificationem* huius *diſciplinæ* inuenire cupiunt: & vt horum prudentia ſplendidius eniteat *execrationem peccatoris* circa Dei cultum manifeſtat, dicens: *Execratio autem peccatori cultura Dei.* Deinde hic ſenſus confirmatur ex etymologia nominis *diſciplina*, quam extricans D. Iſidorus li. 10. Etymo litt. D. ait: *Diſciplina autem à diſcendo vocata.* & cum in vniuerſum dicatur ordinata morum correctio, & eruditio, ſeu morum caſtigatio: Non mirum quod à diſcendo oriatur. Iuſtus enim, vel quiuis alius per correctionem, morum regimen, & moderationē ediſcit & eruditionem & caſtigationem per ſcientiæ parabolas, vt inferius demonſtrabimus.

Etymon nominis diſciplina. D. Iſidorus

168. *Quis theſaurus ſapientiæ.*

Jtaque ait Sirach: *In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ*, id eſt, hæc demonſtratio, ſeu manifeſtatio correctionis & eruditionis per flagella, vel tribulationes, & alia id genus, in recondito theſauro ſapientiæ reperitur; Vocat autem theſaurū ſapientiæ vel ipſum Deum, vel ſapientiam eius, vel Chriſtum Dominum; in quo repoſuit Deus *theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ ſuæ abſconditos*: Col. 2. v. 3. vt homines ex eo exciperent. Significationem diſciplinæ, id eſt, eruditionem morum, & caſtigationem defectuum poſſent extrahere, illam patienter perferendo. Col. 2. v. 3.

In hoc ſenſu inquit Salomon Prou. 9. v. 8. *Noli arguere deriſorem, ne oderit te: argue ſapientem, & diliget te.* Prima pars huius ſententiæ pertinere videtur ad ſecundum hemiſtichium noſtræ ſententiæ: Secundam partem explicemus. *Argue & ſapientem & diligit te*, ſapientem vocat ſapientiæ amatorem, qui vitam reprehenſione immunem optat degere: hunc ergo bene poteris arguere, hoc eſt, diſciplinam ſeu correctionem à ſapientiæ theſauro extractam applicare, quaſi morbi remedium, & medicamentum ad vulnus, quod homini ignorantia infligit alligandum & ſanandum. Et quemadmodum cum quis ſauciatus, à chirurgo fouetur, excitatur ad illum amore proſequendum, quamuis maximum in curatione ſuſceperit dolorem, ita vt ex eo oppreſſus vir dolori reſiſtere potuiſſet: Jta etiam cum quis amator ſapientiæ arguitur, & correctione diſciplinaque opprimitur, eius animus delinitur, & excitatur ad diligendum arguentem, quia ex theſauro ſapientiæ hæc diſciplinæ ſignificatio hauritur ait enim ipſe Salomon Prou. 19.

Prou. 9. v. 8 *Argue ſapientem & diligit te.*

Ex theſauro ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ hauritur.

Prou. 19. v. 11. *Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria eius eſt iniqua prætergredi.* q. d. dilatas iniurias patienter ſuſtinere, atque iram temperare; non ſtultitiæ, ſed cuiuſdam eximiæ ſapientiæ eſt. Vel cum quis tribulationibus & afflictionibus opprimitur, eius virtus probatur in patientia quaſi in lapide lydio, patientia enim oſtendit ſapientem eſſe, & ex theſauro ſapientiæ manifeſtationem ſuæ diſciplinæ & correctionis extraxiſſe & D. Bernardus non quamlibet tolerantiā ſapientiæ nomine decorandā eſſe dicit, ſed eam quæ in iniurijs & tribulationibus gaudet. Ser. 85. ſuper Cant. ait: *Itaque ad virtutem ſpectat tribulationes fortiter ſuſtinere: ad ſapientiam; gaudere in tribulationibus. Confortare cor ſuum, & ſuſtinere Dominum, virtutis eſt: guſtare & videre quoniam ſuauis eſt Dominus, ſapientiæ eſt, & vt magis ex proprio bono naturæ bonum quodcumque clareſcat; modeſtia animi probat ſapientem: Conſtantia virum virtutis oſtendit.* Solet enim ſolis occaſus ſtellas, quæ fixæ in cælo occultabantur manifeſtare: Hoc eſt tenebras offuſas afflictionum mundo detegere animi virtutes, ſi quæ ſunt. Sic horror tenebricoſus tribulationum, & mortis occaſus in clytos Martyres efficit. Matt. 5. v. 11. dixit Chriſtus Dominus. *Beati eritis cum maledixerint vobis*, &c. vbi D. Paulin. Epheſ. 6. *Quorſum nobis gratiam mundi, quæ eſt odium Chriſti? diſpliceamus hominibus, & gloriemur iſdem nos diſplicere, quibus & Deus diſplicet. Non noſtrum ſed Dei opus in nobis laceſſunt, quem in ſuis actibus ſpernunt, in noſtris operibus oderunt. Vtinam digni habeamur qui maledicamur, & notemur, & conteramur, atque etiam interficiamur in nomine Ieſu Chriſti:* Et D. Hieronymus. *vbi enim Chriſtus in cauſa eſt, ibi & optanda maledictio eſt.* Quod autem addit Salomon Prou. 19. v. 11. *& gloria eius*, &c. Chal. *& pulchritudo eius prætergredi malitiam.* q. d. iniurias perpeti, nec vlciſci, non ſtultitiæ, ſed ſapientiæ tribui debet, vel honeſtum valde atque glorioſum eſt, crimina etiam per contemptum commiſſa ex diſſimulatione prætergredi, & iniurijs facile ignoſcere.

Prou. 19. v. 11.

Virtus probatur in patientia, quaſi in lydio lapide. D. Bernar.

Occaſus mortis inclijtos martyres efficit.

D. Paulin.

D. Hieron.

Illuſtratio ſecunda.

169. *Cultura Dei, quid.*

EXecratio autem peccatori cultura Dei *ſecundum prædictam interpretationem poteſt hoc hemiſtichium intelligi de cultura Dei, qua intendit peccatores colere, id eſt, exercere, vel vt nos Hiſpanicè dicimus. *Cultiuar, o labrar la tierra con reja de arado*, conatur enim Deus peccatorem exercere & colere, vt aptus efficiatur ad recipiendam gratiam, & dona ſupernaturalia. Poſtquam enim agricolæ arando terram, illam proſcindunt glebas grandes aratione excitant, & iterando offringunt, tandem iacto ſemine boues lirant, tabellis ad vomerem additis, ſimul & ſatum frumentum operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, quo pluuiæ aqua dilabatur. Vt docet Varro de re ruſtica cap. 29. Ita Deus optimus maximus, volens peccatorem velut glebam, vel rudetum non proſciſſum vomere correctionis, tanquam doctus agricola proſcindere, iacto diuino ſemine, fructum bonorum operum reddat ſuo tempore, colit & exercet illum cultura correctionis, & flagellationis ſuæ; ſed quia talis peccator obſtinatione & peruicacia culturæ Dei obſiſtere ſolet, illa (ait Sirach) ipſi peccatori *execratio eſt*, id eſt, impij culturam Dei, hoc eſt, correctionem, exercitationem oderunt & execrantur ideo tempeſtiuè Deus peccatores præmonet de imminenti plaga, datque ſignificationem colendo illos tribulationibus; vt fugiant à facie arcus, eumque pœnitendo euadant. ne querantur ſe ſerius eſſe monitos.

Agricolæ officium.

Varro.

Caſtigationem Dei peccatores execrantur.

Jn hoc ſenſu forte monuit Salomon Prou. 9. v. 8. *Noli arguere deriſorem, ne oderit te.* D. Cyprian. habet: *Qui corripit impium, odietur ab eo*, q. d. qui colere & exercere impium voluerit cultura Dei, id eſt, correctione & flagellatione, *odietur ab eo*, hoc eſt, illum impius execrabitur. Dixit enim idem D. Cyprian. Epiſt. 62. ad Pompon. de virgin. *In diſciplinatos autem perire, dum non audiunt, nec obtemperant ſalubribus præceptis, teſtatur Scriptura diuina, quæ dicit: non diligit indiſciplinatus caſtigantem ſe qui autem oderunt correptiones conſumentur turpiter.* Alludit forte ad id Prou. 15. v. 12. *Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit.* id eſt, peccator culturam Dei, & correctionem execratur, exemplum accipe.

Prou. 9. v. 8 *Qui corripit impium odietur ab eo* D. Cyprian

Prou. 15. v. 12.

Quis non videt quantum Herodes & Herodias execrarentur D. Ioannem Bapt. quia illos publicè arguebat propter coniugium contra diuinam legem perpetratum? ait enim D. Matt. c. 14. v. 3. *Herodes tenuit Ioannem, & alligauit eum, & poſuit in carcerem, propter Herodiadē vxorem fratris ſui, dicebat enim illi Ioannes; non licet tibi habere eam.* Quare ergo oderat Joannem Herodias & in carcerem Herodes eum coniecit? nonne rex eum amore proſequebatur, *& libenter audiebat*, & quod præcipiebat diuinus concionatur opere exequebatur? Cur iam odium & execrationem ſuam manifeſtat, *tenendo eum & alligando*, & conijciendo *in carcerem*, vt ait Matt. cauſam huius execrationis reddit D. Lucas cap. 3. v. 19. cum inquit: *Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo* (ecce culturam Dei) *de Herodiade vxore fratris ſui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit & hoc ſuper omnia, & incluſit Ioannem in carcere.* Pende illud, *& adiecit ſuper omnia.* In quo Herodis execratio manifeſtatur in alligatione Ioannis. Nauauit enim operam Baptiſta in colendo & exercendo Herodem, & Herodiadē, cultura Dei, id eſt, in proſcindendo corda eorum diuini verbi vomere, vt ſemen eiuſdem verbi iactum ab agricola Ioanne fructum ferret. Sed cum *peccatori cultura Dei execratio ſit*, illam Herodes, & vxor, ſeu potius Pellex execrati ſunt, & arguentem vel caſtigantem ſe incredibili odio ſunt proſecuti: Quia *non amat peſtilens eum, qui ſe corripit.* Vel vt Pagninus: *non amabit illuſor increpantem ſe.* LXX. *non diliget indiſciplinatus caſtigantem ſe.* Propter quod Herodes *adiecit & hoc ſuper omnia*, id eſt, maximum omnium ſcelus commiſit *includendo Ioannem in carcere.* D. Petrus Chryſolog. ſerm. 73. *Hæc ergo Herodias, inquit, inſidiabatur Ioanni. Herodes adulteræ non vincebat animum, nefas tamen adulteræ differebat, illa, ne eſſet arguens, arguentis tendebat ad mortem: ille, vt placeret inceſtæ, captiuus ipſe iuſtum tantum tenuit, vinxit incluſum, quia innocentem reus facile non poterat dictare ſententiam.* & D. Ambroſ. lib. 3. de Virginit, hanc Herodis execrationem in morte Ioannis execrans, ait ad eum: *Porrige dexteram, ne quid ſeuitiæ tuæ deſit, vt inter digitos tuos riui defluant ſacri cruoris, & quoniam non exſaturari epulis fames, neque riguis poculis potuit inauditæ ſeuitiæ ſitis, bibe ſanguinem ſcaturientibus adhuc venis exſecti capitis profluentem. Cerne oculos in ipſa morte ſceleris tui teſtes auerſantes conſpectum deliciarum*, &c. Sic igitur peccatores impij *culturam Dei execrantur.* Pergo ad aliam harum ſententiarum interpretationem.

179. *D. Ioannes Bap. habetur qui veritatem prædicauit, &c.* Matt. 14. v. 3

Luc. 3 v. 19 *Herodes execratus eſt culturā Dei.*

Impius odio habet eum, qui ipſum corrigit.

D. P. Chryſ.

D. Ambroſ. *D. Ambroſij reprehenſio in morte Ioannis Bapt.*

Alia

Alia interpretatio, & illustratio tertia.

171. *Sententiæ graues in sapientiæ thesauro continuentur.* Iansenius.

IAm diximus Græcum orginale transtulisse *in thesauris sapientiæ parabolæ scientiæ*. hoc est, res abditæ atque occultæ, quæ scientiam complectuntur. Parabolæ enim in Scriptura appellantur sententiæ à sensu carnis remotæ, in Græco, παροιμίαι ἐπιστήμης, id est, prouerbia scita. Quam lectionem explicat Jansenius & sensus est; sententiæ graues & abditæ, quæ magnam continent scientiam, continentur in thesauris sapientiæ hoc est, eas in se velut in secreto vt res pretiosissimas sapientia complectitur, ita vt non eas quibuslibet communicet, sed tantum dilectis & dignis. Nec mirum, *cum cultura Dei*, vel vt est Græcis θεοσεβεία, hoc est, pietas, & Religio, quam sapientia docet, *sit peccatori execratio* hoc est, execrabilis. Sed ipse Iansenius nostram lectionem, sic ait, accipiendam esse: In thesauris sapientiæ continetur, non aperta & omnibus obuia, disciplina & scientiâ, sed occultata significatio disciplinæ, per parabolas scilicet, & graues sententias, quibus significat suis, quâ disciplinam, & vitæ rationem sequi debeãt. Hanc autem significationem impij, & reprobi non assequuntur, quia cultus Dei, quem sapientiâ vnicè docet, eis est execrabilis, inuisus & ingratus.

Genuina interpretatio sententiarũ.

172. *Disciplina significat eruditionem* D. Ambros.

Hæc est enim genuina interpretatio, & probatur, quia cum disciplinæ nomen denotet eruditionem; quæ propria est sapientiæ: nam vt dixit D. Ambros. tom. 3. in Psal. 118. *per scientiam disciplina*. Non mirum quin in ea ipsa abdita recondatur ad hoc vt amatores sui thesaurum inexhaustum communicent, cum propriam eruditionẽ circa vitæ rationem ediscere placuerit. *In thesauris* enim *sapientiæ*, hoc est, in ipsâ eadem sapientia inuenitur *significatio disciplinæ*, vel *parabolæ scientiæ*, id est, modus & ratio, quam quisque imitari debet in vitæ suæ institutione. Parabolæ enim ex thesauro sapientiæ extrahuntur, quæ docent & erudiunt quos sapientia diligit, & cum hic thesaurus absconditus omnibus proponatur ad hauriendam vitæ suæ disciplinam, vel eruditionem, impij autem cum fastidiosè stomachentur molestè ferentes diuinam eruditionem in omnibus corrigendis, nolentes legem Dei & præcepta custodire, nec diuinam exequi voluntatem: *Culturam Dei*, vel *cultum*, id est, eruditionem ex thesauro sapientiæ extractam odio prosequuntur, & exectantur. Dixit enim D. Bern. Serm. in obitu Humberti: *Scio ego quia durum est homini dissoluto apprehendere disciplinam.* Non enim venerantur, nec colunt operibus Deum: Nec eius obsequium vt debitum cultum ei exhibent, sed abijciunt culturam & eruditionem, ab ipso Deo suaque lege suis malis operibus abesse conantur Ios. 22. v. 16. dicitur, tribus Ruben, & Gad. struxisse altare extra sanctuarium, quod in lege prohibitum erat. Instituerat enim Deus altare esse vnum solum, & hoc in Sanctuario, & quicumque alibi victimam immolaret, ita esset sanguinis reus, ac si sanguinem effudisset, vt colligitur ex cap. 17. Leuit. Huius institutionis præceptum transgressæ erant illæ duæ tribus, & dimidia Manasse, dixitque reliquus populus ad eos, *Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum, Israel ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes*? q. d. cur feciſtis tantam iniquitatem vt non obedieritis custodientes imperium Domini Dei vestri, ædificantes altare contra institutionem Domini, recedentes à cultu Dei, id est, ab obedientia, quam Deo exhibere debebatis, & ab eo cultu, quo ipse iusserat in lege, &c. Impij ergo vocantur, quia à cultu Dei recedunt, & eius culturam execrantur: Transgrediuntur enim legem Dei, & derelinquunt Dominum Deum Israel, ædificantque in cordibus suis altare sacrilegum, immolantes suis passionibus, & vitijs victimas, cum deberent solum cultui Dei inseruire. Hi sunt *à cultu illius recedentes*, execrantur enim *culturam Dei*, id est, illam debitam reuerentiam, quam Dominus instituit Deo soli offerendam, legem suam obseruando, diuinæque voluntati libenter obsequendo. Et cum quis recedit à debito Dei cultu, ab omnibus insultatur. Sicut de populo Israel dixit Achior, Judith. 5. v. 17. *Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui*, quare *execratio* est impio *cultura Dei*.

D. Bernard. *Impij non colunt Deum operibus.*

173. Ios. 22. v. 16 *Altare vnũ futurum instituerat Deus.*

Impij altare sacrilegum in corde ædificant.

Recedens à cultu Dei, ab omnibus insultatur.

Iud 5. v. 17.

Parabolæ ex thesauro sapientiæ extrahuntur.

VERS. XXXIII.

Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam & Deus præbebit illam tibi.

Complutenses: *Concupiscens sapientiam, serua mandata, & Dominus præbebit tibi illam.* LXX. *concupisti sapientiam?* &c Montanus & Regia imitantur Complutenses. Tygurina *sapientiam si cupis, fac serues præcepta eius, & Dominus eam tibi præbebit.* Drusius: *Si desideras sapientiam, conserua præcepta, & Dominus suppeditabit eam tibi.* Reddo sensum, & illustro.

Sensus.

Fili, &c. q. d. Si sapientiæ laudibus incensus, eam concupieris ad ipsam possidendam, ne dicam, ad eam vt sponsam dilectam ducendam, fac vt eius & Dei mandatis obsecundes, & inseruias, quia sicut solet Deus illi sapientiam suppeditare, qui eam ab eo animosè postulat: Sic tibi eam suppeditabit, illam concupiscenti animo desideranti, &c.

No-

Notæ.

174. *Nomine iustitiæ significantur præcepta Dei.* Ioa. 14. v. 15

NOmine *iustitiæ* significantur præcepta seu mandata Dei, quia verbum Græcũ, ἐντολαὶ, propriè significat mandata, à verbo ἐντέλλω, & ἐντέλλομαι, quod significat faciendum iniungere, mandatum imponere, quod quis exequatur. Vnde ἐντολὴ, præceptum, mandatum, iussus. Sic Ioan. 14. v. 15. Cum eodem verbo dixit Christus Dominus: *Si diligitis me, mandata.* (ἐντολὰς) *mea seruate.* q. d. qui præcepta, vel mandata legis perfecte custodit, hic verè Deum ardenti amore prosequitur. In obseruatione enim mandatorum diuinam voluntatem exequitur, & fere nulla dilectio ita Domino cordi est, & ipsi artidet, quam ea, qua præcepta eius obseruantur, ideo ait: Si quis amore Deum contendit, eius præcepta opere exequi debet, cũ in eorũ obseruatione verus Dei amor includatur. Quare vero noster vulgatus *iustitiã* legerit manifesta est ratio, quia iustitia, quæ significat omnem virtutem, mandatorum etiam obseruationem amplectitur, sufficiat in confirmationem, id, quod Christus Dominus Ioanni Baptizari renitenti respondit, Matt. 3. v. 15. *Sine modo: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Maldonatus, non solum quæ præcepta, sed etiam quæ honesta, & sanctitati cõsentanea sunt faciamus. Sed D. Chrysostomus to. 2. hom. 17. in c. 3. Matt. ait: *Iustitia siquidem est omnium mandatorum plena custodia, quia vtique iam*, inquit, *cuncta alia mandata perfecimus. Hoc autem solummodo erat reliquum, id quoque ipsum oportet adiungi, decet itaque omnem me implere legem*, &c. Hinc igitur est vulgatum *iustitiam* legisse, cum in Græco sit mandata vel præcepta: *Iustitia* enim secundum D. Chrysostomum *omnium mandatorum plenam custodiam* denotat, sicque idem erit seruare iustitiam, ac custodire mandata: In obseruatione autem mandatorum tribuitur Deo quod suum est, id est, suæ voluntatis executionem debitam Deo tribuimus, cum iustitia præcipiat vnicuique dare, quod suum est. Ergo cum vulgatus legit, *serua iustitiam*. Indicat iustitię significationem, quæ est præceptorum Dei, vel sapientiæ, perfecta obseruatio. Et est q. d. vt explicat Holcot: *Fili concupiscens*, id est, toto affectu cupiens, *sapientiam*, quæ circa Deum est, & necessaria ad salutem, *conserua iustitiam*, quæ est rectitudo voluntatis, quia sine tali iustitia nulla sapientia vel scientia reperitur. Quia secundum Glossam, sine conseruatione iustitiæ nemo peruenit ad culmen sapientiæ.

Obseruationi præceptorum Deus arridet

Iustitia amplectitur mandatorũ obseruantiã. Matt. 3. v. 15 D. Chrysost

Seruare iustitiam idem ac custodire mandata.

Illustratio prima.

175. *Modus à dipiscendi sapientiam qualis.* Sap. 1. v. 4.

FIli, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam. Proponit Ecclesiasticus modum, quo quisque possit sapientiam adipisci, nouerat enim id, quod sapientissimus Salomon docuerat. Sap. 1. v. 4. *In maleuolã animam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis.* Nunc autem hoc medium præbet ad sapientiam obtinendã, scilicet vt qui illam ardenter concupierit, *iustitiam conseruet.* Complutenses, *serua mandata.* Id est, per obseruationem præceptorum Dei, animam suam aptam reddat, peccata fugiendo, & execrando, ad diuinæ sapientiæ receptionem. q. d. cum decreueris adipisci sapientiam (non humanam, quam Ethnici & gentiles ediscunt, cum hanc illi possidere possunt, qui peccatis subijciuntur) sed diuinam sapientiam, quam Deus communicat, in qua cognitio Dei, & arcanorum eius inclusa latet, & Christi Domini dilectio, qui est sapientia Patris per gratiam assequenda, præ oculis obuersatur. Cum hanc inquã, sapientiam, præ alijs diuitijs æstimandam obtinere statueris. Hoc medium amplectere, *vt iustitiam*, quæ omnium mandatorum Dei obseruationem, & diuinæ voluntatis executionem continet, conseruare coneris. Sic enim aptus ad illam suscipiendam redderis. Dominus enim illam tibi affluenter communicabit, quia dat *sapientiam*, petentibus *affluenter*, Jac. 1. v. 5. Hæc sapientia, cuius meminit Sirach, ea est, de qua loquitur Lactant. Firm. lib. 3. de falsa sapientia c. 30. *Omnis sapientia hominis*, inquit, *in hoc vno est, vt Deum cognoscat, & colat.* Et paulo post ait: *Qui vult sapiens ac beatus esse, audiat Dei vocem, discat iustitiam, humana contemnat, diuina suscipiat, vt summum illud bonũ, ad quod natus est, possit adipisci*, &c.

Mandatorũ obseruatio requiritur ad adipiscẽdam sapientiam.

Iac. 1. v. 5. Lactant.

Itaque vera sapientia, quam quisque debet concupiscere, est ea, quâ discat iustitiam & adipisci possit cœlestæ gloriæ Regnum. Hoc confirmo testimonio Matt. 19. v. 16. vbi rogatus Christus Dominus ab adolescente, qui veram sapientiam obtinere contendebat: *Quid boni faciam vt habeam vitã æternam?* Respondit: *Si autem vis ad vitam ingredi serua mandata*: q. d. si veram sapientiam, quâ *summũ illud bonum, ad quod natus es*, id est, gloriæ regnum *adipisci* contendis, *serua mandata, conserua iustitiam.* Quia ait Salomon sap. 6. v. 21. *Concupiscentia itaque sapientia deducit ad regnum perpetuum.*

Vera sapientia qualis. Matt. 19. v. 16.

Sap. 6. v. 21.

176. *Concupiscẽtia sapientiæ deducit ad regnum æternum.*

Ergo cum dixit Sirach: *Fili concupiscens sapientiam conserua iustitiam.* Intelligendus est de illa sapientia, qua quisque vult ad vitam ingredi: Si enim ad ingrediendum in gloriæ vitam, opus est conseruare iustitiam, vel seruare mandata, & concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum æternum necesse est quod hæc sapientiæ concupiscẽtia, de qua loquitur Sirach, accipienda sit de ea, qua regnum vitæ obtinetur, quæ est mandatorũ Domini perfecta obseruatio. Hoc totum probo auctoritate D. Bernardi in sermone de verb. sap. qui ad intentũ, ait: *Vade & vende interiorem proprietatem, vt pretiosam margaritam sapientiæ compares. Vis eam habere? serua mandata, sic enim scriptum est: Concupisti sapientiam? Serua mandata; & Dominus dabit illam tibi. Impende igitur obedientiam, & recipies sapientiam. Quomodo enim possemus Deo placere, aut ipse nobis sapere, si eius mãdatis contẽpserimus obedire? Vnde interroganti in Euangelio adolescẽti, diuina continuo mandata proponit seruanda, ostendens in nobis faciendam esse eius voluntatem, à quo æternam speramus tributionem.*

D. Bernard.

Tandem D. Augustt. 6. lib. 22. contra Faustum c. 53. pulchram nobis proponit allegoriã de Lia & Rachele, quæ nupserunt Iacob, postquam ipse septem annis seruijsset, in qua parallelam sapientiæ sequitur, ostendens nullum assequi posse Rachelem. Id est, sapientiã, quin prius Liam sibi despondeat, id est, mandatorum Dei obseruationem amplexetur, ait enim D. Augustt. inter alia: *Vellet enim homo, si fieri posset, sine vlla tolerantia laboris, quæ in agendo, pãtiendoque amplectẽda est, statim ad pulchræ atque perfectæ sapientiæ delicias peruenire. Sed hoc non potest in terra morientium. Hoc enim videtur significare quod dictũ est Iacob. Non est moris in loco nostro, vt minor nubat, prius quã maior: Quia non absurdè maior appellatur, quæ tempore prior est, prior est autem in recta hominis eruditione labor operandi quæ sunt, quã voluptas intelligendi quæ vera sunt, ad hoc valet quod scriptum est: Concupisti sapientiam, serua mandata, & Dominus præbet illã tibi. Tantum & illud valere arbitror, nisi credideritis non intelligetis: vt iustitia ad fidem, ad sapientiam vero intelligentia pertinere monstretur.* Lege vlterius si placet, vbi hanc persequitur allegoriam.

177. *Pulchra allegoria Iacob & Rachelis ad obtinendam sapientiam.* D. Augustt. Gen. 29. v. 26.

Il-

Illustratio secunda.

178. *Concupiscẽtia sapientiæ certam habet ipsius cõsecutionem.* Rom.10. v.12. Iacob 1.v.5.

ET *Deus præbebit illam tibi.* Hæc sapientiæ concupiscentia certam ipsius consecutionem habet. Dominus enim omnibus sapientiam ab eo postulantibus liberaliter elargitur, nam cum diues affatim *sit in omnes, qui illum inuocant.* Rom.10.v.12. *præbet* sapientiam libentissimè omnibus, qui eum inuocãt in veritate. Hoc illustratur ex eo Jac.1.v.5. vbi ait: *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter.* q.d. Si quis vestrum nondum eò peruenit vt perfectus, atque integer censeri debeat, sed sibi aliquid deesse animaduerterit. Jd est, sapientiam quæ animum ad omnia perferenda componit, ei ad Deum bonorum omnium fontem confugiendum est, assiduisque precibus eius immensa bonitas fatiganda, vt eam sibi elargiatur: Quia pro sua magna munificentia ac liberalitate cunctis mortalibus bona sua dispartitur. Philo Iud. in lib. legis Alegor. in id Gen.2.v.7. *Inspirauit in faciẽ,* &c. ait, *Quod benignus cum sit Deus, largitur bona omnibus etiam non perfectis, inuitans eos, vt æmulatores virtutis, atque participes fiant, ostentansque immensas suas diuitias, quod sufficiant etiã his, qui nõ magnam vtilitatem inde capiunt. Quoties enim pluit in mare, fontes producit in locis desertißimis, Tenuem & asperam, sterilemque terram rigat, inundans fluminibus, quid aliud exhibet, quam nimietatem diuitiarum bonitatisque suæ,* &c. Pende illud, *ostentans.* In quo includitur bonorum diuinorum affluentia, quam petentibus & concupientibus obtinere sapientiam, præbet affluenter. Quare si quis sapientiam diuinam exoptauerit, & ardenti desiderio concupierit, mandata Domini seu iustitiam conseruare conetur, sicque Dominus abundanter ei libentissimè præbebit.

Qui appetit sapientiam postulet à Deo. Philo. Iud. Gen.2.v.7. *Deus suas immensas diuitias ostentat.*

VERS. XXXIV.

Sapientia enim & Disciplina timor Domini, & quod beneplacitum est illi.

VERS. XXXV.

Fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius.

Complutenses, non dissident, solum vltimum hemistichium omittunt. LXX. & Montanus eodem modo legunt: Tygurina vero addit in capite harum sententiarum, quod noster uulgatus supposuit in coronide, scilicet *implebit thesauros ipsius:* & mox subdit: *nam ipsa sapientia & eruditio Religio Domini est, & grata sunt eis fides, & mansuetudo.* Ioan. Drusius *& valde ipsi placent fides & mansuetudo.* Reddo sensum.

Sensus.

179. SApientia, &c. q.d. Si hanc sapientiam, quam concupisti obtinueris, intellige ipsam esse timorem Dei, & eruditionem suam: Quæ dona Domini sunt, & conseruantibus iustitiam, & mandata custodientibus præbentur, & cum fides seu fidelitas, quæ pertinet ad iustitiam exhibendam: & mansuetudo, quæ ad misericordiam miseris præstandam pertinet, valde placeant Deo, pollicetur ipse Deus impleturum thesauros illius, qui iam dicta præstat, vt scilicet declaret ea esse sibi grata, &c.

Illustratio, prima.

SApientia enim, &c. Primum Sententiæ hemistichium iam superius expositum est præcipuè vers.31.q.d. timor Dei coram Deo est sapientia, & disciplina. Qui enim timet Deum sapientia impletur, qua diuina præcepta custodire possit. Nam qui *concupiscit sapientiam*, quam in animum timor Domini inducit, debet conseruare *iustitiam*, id est, seruare mandata legis, & idem timor Domini disciplinam generat, qua mores corrigantur. Hoc est quod dixit Salomon, Prou.15.v.33. *Timor Domini disciplina sapientiæ.* Jd est, timor hominem disciplinæ & eruditioni subijcit. q.d. nihil aliud liberam, & sui iuris humanæ mentis naturam alienis præceptis submittere posset, nisi timor Domini, ait enim Ecclesiasticus cap.25.v.14. *Timor Domini super omnia se superposuit*, atque adeo mentem ipsam substernit, hanc verò vt obtinuit arbitrio suo regit, & impellit. *Itaque sapientia & disciplina timor Domini.* Hic enim communicat homini disciplinam & sapientiam, (vt inquit Lyra) quantum ad notitiam de diuinis, & disciplinam quantum ad mores: Quia timor vt sæpe dictum est, custos, origo & fomentum sapientiæ est, &c.

Timor Domini disciplinam generat, qua mores corriguntur. Prou.15. v.33. Eccl. 25. v.14. Lyra.

Illustra-

Illustratio secunda.

180. *Fides & mansuetudo Deo maximè placent.*

SEcundum hemistichium primæ sententiæ videtur ad secundam sequentem sententiã pertinere: *Et quod beneplacitum est, illi fides, & mansuetudo.* Nã vulgatus inchoat secundam sententiam; *fides*, &c. Vt manifestat stellula, qua vtramque sententiam diuidit, sensus enim est: fides & mansuetudo Deo maximè placent, & cor eius delectant. Tygur. *& grata sunt eis fides & mansuetudo.* Hæ duæ virtutes, quas in hominem timor Domini indere solet per sapientiam & disciplinam, gratissimæ sunt erga Deum, & illarum actibus delectatur, & in delicijs habet. Sunt enim fides & mansuetudo, in quibus mandata Dei potissimum consistunt, quorum alterum consistit in his, quæ nobis fideliter & veraciter Deo & proximis sunt exhibenda: alterum in his quæ ab alijs sunt nobis patienter perferenda & condonanda, id est, versatur erga miseros & calamitosos. Potest etiam intelligi de fidelitate, quæ pertinet ad iustitiam exhibendam; & de mansuetudine, quæ inducit ad misericordiam miseris & calamitosis præstandam, ita vt mãsuetudo accipiatur pro clemenria. q.d. cum homo fideliter & veraciter Deo & proximis exhibet, quæ vtrique pertinent, & mala pœnæ, vt iniurias & opprobria libenter perfert, & condonat *inimicos diligendo, & eis benefaciendo.* Gratus efficitur erga Deum. *Beneplacitum est enim ei fides, & mansuetudo.* Similiter cum homo per iustitiam fideliter reddit vnicuique, quod suum est, & per mansuetudinem vel clementiam afflictorum miseratione afficitur, & operibus eam exprimere conatur, cor Dei delectat & gratum reddit: *Beneplacitum est enim fides & mansuetudo.*

Fides in quo consistat. *Mansuetudo quid præstet.*

181. *Deus fidem suam ostentat stando promissis.* Ps.138. v.3.

Prima pars de fide probatur. Primò exemplo Dei, qui fidem suam, hoc est, fidelitatem ostentat stando promissis: ait enim Dauid Ps.137.v.3. *Confidebor nomini tuo; super misericordia tua & veritate tua: Quoniam magnificasti super omne nomen Sanctum tuum.* Gratias agit Propheta & confessionem & laudem offert super misericordia & veritate: misericordiam intelligit, quod promisit veritatẽ quod promissa fideliter exhibuit, aut misericordiam dicit, quod benignè illi fecit nullo officij debito coactus, veritatem quod quæ prius promiserat ex fide persoluit. Laudabo nomẽ tuum, celebrabo laudes tuas, quod misericors sis & verax, quod nihil debens benignè facias hominibus, & tua promissa fideliter præstes. *Quoniam magnificasti*, &c. Pagn. ex Heb. *Super nomen sanctum tuum*, & addit, *& eloquium tuum.* q. d. laudabo te de misericordia & veritate, quod eloquium tuum supra omne nomen magnificaueris & euexeris. Quod sic potest intelligi, vt eloquium ac promissum tuum supra alta tua nomina, & laudes quæ iure tibi tribuuntur extuleris, vt de fide promissorum tuorum, quod ea fidelissime serues, magis quam de vlla alia laude celebrari volueris, cum omne nomen & omnem famam, quæ de te prædicari potest, tuo eloquio ac promissis fidelibus vincas, ac superes; super quem locum ait D. Augustinus to.8. *In duobus istis confitemur in tua misericordia, & in tua veritate. Misericordia peccatorem respexisti, veritate promißionem reddidisti.* Vide Ps.84. v.15. Rom.33. Deum etiam imitanturqui fidem vel iustitiam, vel erga Deum, vel erga proximos præstant. Erga proximos præstitit Iosue cum iurauit alienigenas non occidendos; Jos.9.v.14. *Fecitque Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est, quod non occiderentur: principes quoq; multitudinis iurauerunt eis.* Cum autem posteà Israelitæ quererentur de illis volentes interficere. Responderunt Principes v.19. *Iurauimus illis in nomine Domini Dei Israel, & idcircò non possumus eos contingere.* Fidem enim præstiterant ne interficerentur, ideoque exhibuerunt stando promissis. Prou.20. v.6. ait Sal. *Multi homines misericordes vocantur: Virum autem fidelem quis inueniet?* Vbi proponendo difficultatem inueniendi hominem, qui fidem præstet in rebus, meminit fidei, quæ consistit in exhibendo iustitiam proximis cum autem hęc fides homines fideles efficiat, Deo maximè placet, quapropter ipse Deus hos fideles in cælum euehit. Sic dixit D. Ioan. Chrysostomus to.2.hom.66. in cap.21. Matt. *fideles verò pijque homines vltra solem feruntur, neque hic sublimius quicquam inuenitur, cum vel ipsa cæli conuexa transgrediantur, & Angelis prætermissis apud Regiam sedem assistant.*

Deus promissa fidelissime præstat. D. August. *Homines Deum imitantur cum fidem erga proximos seruant.* Iof.9.v.14. Prou.20. v.6. *Fidelem virum quis inueniet.* D. Chrys.

Illustratio tertia.

182. *Mansuetudo grata Deo.* Ps.149.v.4.

ET *mansuetudo.* Jta grata est Deo mansuetudinis virtus, vt mites maximè faciat, ait enim Dauid Ps.149.v.4. *Beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.* q.d. gratias Deo summas agere populus debet, quod præ cæteris ab eo dilectus, & electus est, eosque summo honore, atque gloria spectabiles fecit, qui virtute mansuetudinis decorati erant: Exaltauit enim in salutem, quia non solum à malis eripuit, verum etiam conspicuos & illustres fecit. Idem inquit Ps.146.v.6. *Suscipiens mansuetos Dominus.* Hoc est, subleuat, erigit mansuetos & humiles. Mansuetudo etiam homines magnos facit. Sic dicitur Ps.17.v.37. *& disciplina tua ipsa me docebit.* Aquila legit: *& mansuetudo multiplicauit me.*

Ps.146.v.6. *Mansuetudo homines facit magnos.* Ps.17. v.37.

Ex quo colligitur illum magnum esse, qui se mansuetudini subdiderit. Exo.22.v.31. ait Dominus. *Carnem, quæ à bestijs fuerit degustata, non comedetis, sed proijcietis canibus.* Quare ergo vetuit Dominus de his carnibus edere? Respondet Theodor. q.52. in Exod. *docet illos mansuetiorem agere vitam, quæ nihil ferinum habeat.* Et cum caro à bestia prægustata, quasi quoddam ferinum ex illa extrahat, ne simul homo illam edat feritatem, & mansuetudinem abijciat, ideo prohibita est illius comestio. Tantũ enim Deus facit mansuetudinem, vt quidquid illi aduersetur sumere prohibeat. Moysem ita Deus amore prosecutus est, vt amantissimus vocetur & amicus Dei. *Rectè igitur* (inquit Philo, in lib. quæst. rerum diuinarum hæres) *in Sacris litteris Moyses amicus Dei celebratur.* Cur ergo illum tanto affecerit fauore & beneuolentia Deus: Haud dubium quia mitissimus erat. *Erat enim* (inquit Sacra pagina. Num.12. v.3.) *Moyses vir mitißimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Hæc virtus similem illum Deo faciebat qui *mitis* est (vt inquit de se Christus Dominus Matt. 11. v. 29.) & quemadmodum dicimus: pares cum paribus facillimè congregari, & inter se amicitiam inire: Sic amicus Dei vocabatur Moyses, quia instar mitis Dei, mitissimus erat.

Exo.22. v.31. *Quare prohibuit Deus carnẽ à bestijs degustatam.* Theodor. Philo. Iud. *Moyses quia mitis, à Deo delectus est.* Nu.12.v.3. Matth.11. v.29.

183. *Mansuetudo grata in perferendis iniurijs.* D. Ephræm.

Hæc mansuetudo Deo grata manifestanda est in iniurijs perferendis. Sic enim inquit D. Ephræm. Syrus de virtutibus & vita, agens de mansuetudi-

 ne.

ne, *contendite igitur, contendite obsecro, vt mansuetudinem possideatis. Nam vir mansuetus omnibus operibus bonis decoratur. Quamuis afficiatur iniuria, lætatur: Quamuis rebus aduersis prematur, Deo gratias agit: In charitate irascentes placat, increpationes aliorum fortiter tolerat*, &c. Eleganter hoc confirmatur testimonio Plutarchi, qui in lib. de emolumento de inimicis capiendo, inter alia ait: *Multo est præstantius ad inimicorum & alienorum occalentem dicta, probra, indignationes, & insolentias assuefacere animum, ne se moueat: Neque dum conuitio proscinderis excandescat. Mansuetudinem igitur, tolerantiamque. Ita demonstres licet in simultatibus. Vltionis etiam gratiam facere amico, qui ansam dedit, humanitatis est.*

Plutarch. *Quod emolumentum ex inimicis capi debet.*

Rursus patientia iustorum, animos eorum accendit in charitate erga Deum, pro cuius amore patiuntur, & erga inimicos, à quibus opprimuntur, in huius confirmationem dixit D. Paulin. Epist. 9. *Memento granum sinapis, de quo semine sumus, si conteratur accendi magis, & tunc demum in viam suam excitari. Quamobrem debemus quasi naturæ nostræ in hoc respondere, vt aduersis contriti inardescamus ad fidem, & eos ipsos, qui nos vt minimos hominum, scilicet quasi granum sinapis (quod minimum est seminum) frangere conantur, vramus.* Ergo qui ita in medio tribulationum certamine, per patientiam depuratur & splendet, excitaturque ad charitatem erga Deum, & erga persecutores, ita similis Deo efficitur, tam familiaris & coniunctus illi, vt semper quod postulat consequatur. Quare homo debet condonare iniurias, & inimico reconciliari ad imitationem Dei, qui non solum condonat offensas, sed reconciliationem postulare sibi honori ducit. Lege Chrysostomum tom. 5. homi. de simultate & ira, vbi præclarè docet honorificum esse præuenire partem aduersam, eamque inuitare ad reconciliationem; eo quod hæc reconciliatio & præuentio sit heroica virtus, ingensque bonum, vtrinque. Cuius causa & auctor est non rogatus sed rogans. *Qui enim*, inquit, *prior venit, is totum lucrum anticipat. Si enim ab alio exoratus iram relinquis, illi imputatur, cuius precibus impetratum est. Non enim Deo obtemperans, sed illi gratificans, legem adimpleuisti.*

Patientia iustorum animos eorum accendit in charitate. D. Paulinus

Homo debet condonare iniurias ad imitationem Dei. D. Chrys.

Tandem illa mansuetudo Deo maximè placet, quæ consistit in commiseratione afflictorum, qui enim ita animum suum commouet ad miserendum, vt per mansuetudinem alienis miserijs subuenire conetur, gratissimus Deo efficitur. Psal. 36. v. 21. *Iustus autem miseretur, & tribuet.* Viri iusti proprium est alienæ miseriæ condolere, tribuere, ac largiri: Tantumque abest, vt alienum detineat, & non reddat, vt etiam suum elargiatur, liberalitate in pauperes & afflictos vtitur, gratis donando quod suum est. Audiamus inter alios vnicum Bernardum, qui in serm. 14. de compassione in lib. de bono modo viuendi: *Quanto amplius*, inquit, *per compassionem proximis nostris in necessitate succurrimus, tanto amplius creatori nostro appropinquamus.* Et paulò post: *sit igitur humanus affectus erga miserum, sit erga pauperem dolor compassionis: sit erga dilectum amor compassionis, non despicias pauperes, non contemnas egenos, non vilipendas pupillos: Nullus à te tristitiam habeat; nemo à te confusus abscedat*, &c. Ait enim Ecclesiasticus, *& quod beneplacitum est illi* (id est Deo) *fides & mansuetudo*, non solum placet Deo mansuetudo, qua iniuriæ tolerantur, sed etiam illa, qua subuenimus pauperibus.

In commiseratione afflictorum situ est etiam Mansuetudo. Psal. 36. v. 21. D. Bernar. *Compassio proximorum grata.*

Et adimplebit thesauros illius. τὰ *illius*, Sâ. Refert ad mandata seruantes, quos Deus, vel sapientia ditat & locupletat. Dionysius explicat, id est, spirituales diuitias timoris seu hominis timorati perficiet, dando ei assiduè profectum in omni virtute. Palacius, id est, Deus est, qui dat dona illa, & qui thesauros hominis sapientiam concupiscentis adimplebit. Itaque Deus dat operam augendo diuitias, quas iustus timore Domini congessit. Id est ijs, qui timent Dominum, & conseruant iustitiam, & seruant mandata legis, tribuit Deus charismatum dona, & gratiam, quæ sunt thesauri, quibus iustos *adimplet*, seu ditat, & quotidie eorum diuitias adauget donis suis eos cumulando, hoc est, quod D. Matt. cap. 13. v. 12. & cap. 25. v. 29. inquit, cum agit de talentorum diuisione: *Omni enim habenti dabitur, & abundabit.* Hispanicè dicimus, *A los Ricos todos les dan.* Agit autem Christus Dominus de meritis iustorum. Nam qui gratiam Dei non habet, nihil omnino mereri potest. Qui autem habet, eaque bene vtitur custodiendo mandata, & conseruando iustitiam, & fidem, mansuetudinemque exercendo; quo plus habet gratiæ & meriti, & melius ea vtitur, plus gratiæ meretur, & plus accipit, & quo plus accipit, eo dignior efficitur, vt plus etiam accipiat, sic explicuit noster Maldonatus. In hoc ergo sensu dixit Ecclesiasticus Deum vel sapientiam *adimplere thesauros*, id est, merita, vel gratiam eorum, qui ea, quæ diximus, opere exequerentur. Quare iustum est talenta non abscondere, sed manifestare vt homo possit merita congerere. Est enim corpus nostrum quasi iumentum, quo vtimur ad merendam gratiam & augenda bona cælestia. Dixit eleganter D. Chrysostomus hom. 44. in Matt. citatus ab Holcot. cap. 3. v. 14. (quem locũ quæsiui & non inueni, fides sit penes illum:) *Morituro corpori tuo non parcas, sed commercio periturο compares tibi vitam æternam.* Ecce si mutuo acceperis vt puta bouem vel equum, nonne assiduè operaris opus tuum in eum: Dicis enim apud te: hodie vel cras tollendus est, vult tantum dicere, quod corpus nostrum est, quasi iumentum sit nobis mutuatum à Deo: Quo si velimus vti sollicitè ad bona opera exercenda, possumus in Dei seruitio manere. Sic Psal. 72. *Vt iumentum factus sum*, &c. Ideò illi tum dies, qui in bonis operibus expenduntur sunt meritorij apud Deum, quia vt dicitur Zach. 8. v. 10. *Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat.*

184. *Thesauri sapientiæ quales.* Dionysius. Palacius.

Deus thesaurizat sapientia iustos ditat.

Matth. 25. v. 29.

quo quis magis abundat meritis, plus gratiæ meretur. Maldonatus. D. Chrys.

VERS.

VERS. XXXVI.

Nesis incredibilis timori Domini, & ne accesseris ad illum duplici corde.

Complutenses. *Non sis incredulus timori Domini indigens existens*, &c. Sic Montanus, & Regia. LXX. non variant, Tygur. *Religioni Domini parere ne recuses inops. Neque ad eam animo ficto accesseris.* Drusius *ne diffidas timori Domini, & ne accedas ad eum corde duplici*, idem est incredibilis, ac incredulus, vel vt alij dixerunt diffidens, vel inobediens: Omnia enim in idem recedunt, sensum præbeo.

Sensus.

Nesis, &c. q. d. Neque sis inobediens timori Domini, eamque reijciendo tanquam contumax, quæ timor suggerit facienda. Neque cum in difficultatem aliquam incideris, diffidas, te per timorem Domini protegendum; sed in magna spe sis, te à Deo custodiendum, sicut Dei timor sperandum esse monet. Neque tandem duplici corde accedas ad timorem Domini, simulans velle obedire, id tamen non ex animo faciendo; sed simplici corde accede, &c.

Prima interpretatio, cum illustratione prima.

185. *Prima interpretatio.* Lyra, Hugo, Dionys.

Nesis incredibilis timori Domini. Primam hanc sententiæ partem interpretantur Lyra. Hugo. Dionysius, de timore Domini, quatenus in memoriam reuocat iudicium Dei & punitionem peccatorum. Sic ait Lyra: *Non sis incredibilis timori Domini*, ijs, qui incutiunt timorem eius, sicut est iudicium extremum, & dura punitio peccatorum. Sic imitatur Dionysius, ne sis incredulus de ijs, quæ timorem Dei incutiunt, vtpote de præsentia Dei omnia intuentis, & de districto eius iudicio, ac futuris supplicijs iniquorum. Hugo addit: Ne nimis præsumas de misericordia Domini, quia iustus est in misericordia. Tandem Holcot: Id est, non credas quod non sit timendum in hoc minatur pœnam æternam, ex quo est veritas & fallere non potest.

Non præsumendum nimis de misericordia Dei. Holcot.

Ne incredulus homo exhibeatur, &c

Itaque horum doctorum expositio dirigitur, vt omnibus suadeat & hortetur timorem Domini in quantum reuocat ad memoriam ea, quæ metum incutiunt, & minantur æternam flagitiorum punitionem. q. d. Cum aliquis te à peccatis cohibere, & à vitijs refrænare voluerit, ante oculos ponens strictum Dei iudicium, peccatorum & flagitiorum pœnam, & vindictam, quibus Deus vehementius hominibus minitari solet: Ne te incredulum ostendas, nimis de Dei misericordia præsumendo, existimans te tardè puniendam à numine. Quia si eius abusus fueris misericordia, & frænum detrectaueris effrænatæ voluntati, in perditionis tuæ præcipitium rues: Et quia diuinæ voluntati parere voluisti, eius vltioni parere adigeris. Dixit enim Salomon Prou. 28. v. 14. *Beatus homo qui semper est pauidus, qui vero mentis est duræ corruet in malum.* Quem locum citat D. Gregorius tom. 3. homi. 39. ad Euang. ad explicandum id Lucæ 19. vers. 42. *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Ait enim ipse: *Peruersa quippe anima rebus præsentibus dedita, in terrenis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequentia: Quia præuidere futura refugit, quæ præsentem lætitiam perturbant, diemque in præsentis vitæ oblectationibus deserit, quid aliud, quam clausis oculis ad ignem vadit? Vnde bene scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum. Et inde per Paulum dicitur. Qui gaudent tanquam non gaudentes. Sint, quia & si qua est præsentis temporis, ita est agenda lætitia, vt numquam amaritudo sequentis iudicij recedat à memoria, quatenus dum mens pauida extremæ vltionis timore transfigitur, quantum nunc præsens lætitia, tantum post ira subsequens temperetur. Hinc namque scriptum est: Beatus homo, qui semper est pauidus: Qui vero mentis est durè corruet in malum: Sequentis enim ira iudicij tanto tunc districtius portabitur, quanto nunc & inter culpas minimè timetur.* Locus autem citatus secundum D. Chrysostomum potest intelligi de metu peccandi, & mãdata Dei transgrediendi, quo assiduè percelluntur iusti: Quæ timoris species nobilior est, iam per istum metum non tam quis pœnas & supplicia delictis inflicta, quam delicta ipsa veretur, quatenus pietatem violant, ac Dei maiestatem lędunt. *Qui vero mentis est*, &c. Id est, qui animum obdurauit, vel offirmauit suum, nec metu delinquendi absterretur, is corruet certe in multa crimina. Cum igitur Sirach monet, *ne sis incredulus timoris Domini*. Intendit efficere hominem suæ saluationis affabrè sollicitum, ne morte præuentus in perditionis Petra elidatur. Ait enim D. Petrus Chrysologus serm. 10. *Homines sumus sub incerto viuentes, & nescimus quid pariat superuentura dies. Agamus ergo delectissimi ne serui, ne filij, ne coniuges, ne parentes præuenti morte, & præsenti vita careant, & non perueniant ad futuram.*

Prou. 28. v. 14. *Homo pauidus beatus prædicatur.* Lucæ 19. v. 42. D. Gregor. Eccl. 11. v. 18 1. Corint. 7 v. 29.

Prou. 28. v. 14.

D. Chrysost. *Metus peccandi percelluntur iusti.*

Iustis sua saluationis sollicitus vinuit. D. Petrus Chrysol.

Interpretatio secunda cum illustratione secunda.

186. *Non reijciẽda ea quæ timor Dei suggerit facienda.* Ianſenius.

IAnſenius vero explicat hunc locum. De timore Domini, cui obtemperare debemus. q.d. non ſis inobediens timori Domini, hoc eſt, non contumaciter reijcias ea, quæ timor Dei ſuggerit facienda. Confirmat lectio Tygurina: *Religioni Domini parere non recuſes*: q.d. ne diffidas timori Domini. Hoc eſt, cum in difficultatem aliquam incidiſti, non diffidas te per timorem Domini protegendum, ſed bene ſpera te à Deo ſeruandum, ſicut Dei timor ſperandum eſſe monet, & quamuis *indigens exiſtens* ſis (vt addit Græcum) non diffidas timori Domini, nam in egeſtate plurimum Deo diffidimus, eiuſque religionem & fidem abnegamus, ideo rogabat Deum Salomon Prou.30. v.9. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ne egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei.*

Prou.30. v.9.

Timori Domini debet homo obtemperare. Prou.8.v.13

Itaque Sirach monet neminem incredulum debere eſſe timori Domini, ſed obaudientem ſe, & obtemperantem præceptis eius exhibere. Inter alia didiſcimus, timorem Domini odiſſe malum, ſicut Salomon edocuit. Prou.8. verſ.13. *Timor Domini odit malum*, q. d. qui timore Domini filiali decoratur, odio proſequitur malum, ſiue malitiam, ſiue peccatum, & quia homo filius Dei nominatur, à quo originem ſuæ exiſtentiæ & ſubſtantiæ trahit, ſicut filius aſſimilatur Patri, ſic homo ſimilis eſſe debet Deo parenti. Et quemadmodum hic diuinus parens odit malum culpæ, ſic filius per timorem quo informatur, ipſum malum odiſſe debet. Si enim timor Domini hoc præcipit, ſcilicet, malitiam odio proſequi, qui timet Dominum ipſi timori in hoc obtemperare debet, numquam illi incredulum ſe exhibens ſed obedire odiendo malum ſicut Deum odiſſe ſcimus. Ideo noluit Deus præcipere vt Dominus, ſed vt Pater, vt nos tamquam filij obtemperaremus. Sic enim ait Diuus Chryſoſtomus: *Nam ſi conceperimus ab initio creati hominis, cauſam intelligemus, quia nimirum Deus ſe magis patrem eſſe voluit homini, quam Dominum. Non enim dixit tantummodo: Faciamus hominem ad ſimilitudinem noſtram. Similari autem conuenit filijs ad Patres ſuos, non autem ſerui ad Dominos ſuos*: Ergo cum parens Deus odio proſequatur malum ſeu peccatum, debet homo vt filius illud odiſſe, &c.

Sicut Deus odit malum, ſic & homo.

D.Chryſ. *Quare Deus præcipit vt pater & non vt Dominus.*

187. *Si parens Deus odit peccatum, homo vt filius debet odiſſe illud.* Prou 14. v.26. D.Gregor.

Rurſus idem Salomon Prou.14. verſ.26. inquit: *In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit ſpes.* q. d. (vt Ianſenius explicat) timor Dei confidentem quandam, & prouectam ad audendum fortitudinem præſtat, ſiue ad ſuſtinendas res aduerſas, ſiue ad difficiles & arduas inuadendas; Quem ſenſum attigit D. Gregorius lib.5. Moral.cap.13. Cum ait: *In timore Domini fiducia fortitudinis, timori quippe Domini ineſſe fiducia fortitudinis dicitur: Quia nimirum mens noſtra tanto valentius terrores rerum temporalium deſpicit; quanto ſe auctori earundem veracius per formidinem ſubdit, quæ in timore Domini conſtituta non inuenit extra quod metuat: Quia dum recto metu conditori omnium coniungitur, poteſtate quadam ſupra omnia ſubleuatur.* Vocat *filios eius*, timoris filios, qui tanquam filij timoris Domini hæredes diuitiarum ſuarum efficiuntur: Diuitiæ enim timoris non ſolum eſt conſtantia & fortitudo in aduerſis perferendis, ſed ſpes firma & conſtans bonorum cæleſtium. Quare cum fiducia fortitudinis ſit in timore, & ipſe timor ſpem tribuat timentibus Deum, tamquam filijs; cum idem timor Dei præcipit filijs habere conſtantiam & ſpem, ipſi obtemperare debent, non ſe exhibentes increduli timori Domini, ſed ad nutum eius eſſe ſemper parati, vt filij, qui haud vnquam parentum imperium recuſare ſolent. Quare nomen filiorum Dei magnificari debet, quia excelſum eſt, ideo aiebat D. Ioan. Epiſt. 1. cap. 3. v.1. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus*, &c. Inde ſequitur quod dixit Diuus Cyprianus tract. de orat. Dom. *Quando Deum Patrem dicimus quaſi filij Dei agere debemus: vt quomodo nos nobis placemus de Deo Patre, ſic ſibi placeat & ille de nobis. Conuerſemur quaſi Dei templa, vt Deum in nobis conſtet habitare, vt qui cæleſtes & ſpirituales eſſe cœpimus non niſi ſpiritualia & cæleſtia cogitemus, & agamus*, vide Rom.5. v.5. & 8.15. & Gal.4.v.6. Hinc ait Eccleſiaſticus, *ne ſis incredibilis timori Domini.* Cum ſis *inops*, vel *indigens exiſtens*, id eſt, cum opus ſit tibi eius auxilio & fauore, ſed obediens & obtemperans ſis, id eſt, præceptis eius obedias. Hinc obedientiæ adhærere cupiebat vates regius cum Pſal. 118. verſ. 120. à Domino poſtulabat: *Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.* Theodor. explicat: *Anima mea, ait, timore induta eſt, ſed quoniam corpus in hanc conſurgit, buiuſque membra: Obſecro, vt timore hoc configatur, vt ipſa membra mortua peccato facta, animæ ducatum ſequantur.* Illud etiam *confige* indicat obedientiam, ſicut enim inobediens facile ſoluit legem Dei, quia frænum laxat effrænato equo ſuæ voluntatis: Sic obediens cohibendo ſeu reprimendo voluntatem, quaſi laxitatem coërcet, & comprimit, & ipſam voluntatem timore Domini configit, ne frænum mittat in obſeruatione mandatorum Dei, iudicium extremum ante oculos proponendo.

Timori Domini debitum. Pſal.118. v.120. Theodoret. *Verbum configere indicat obedientiam.*

Illustratio tertia.

188. *Non accedendum ad Deũ duplici corde.*

ET ne acceſſeris ad illum duplici corde. Quia plerique ſunt, qui amori Domini obtemperant, non ex animo, ſed tantum ſecundum exteriorem apparentiam, recte ſubiungit Sirach: *Et ne acceſſeris ad Dominum duplici corde*: q. d. ne ſic te geras erga Dominum, vel timorem eius, vt videaris ei velle obedire, id tamen non ex animo facias. Duplici enim corde ſeruire eſt, ſicut duobus Dominis ſeruire. Tygurina vocat *animũ fictum, neque ad eam* (religionem) *animo acceſſeris.* Et ad timorem Domini, quem vocat religionem, refert animum fictum. Vide ne acceſſeris ad timorem Domini fictè, & ſimulatè duplici facie, vel duplici corde, vel ficto animo, nos vocamus Hiſpanicè *hombre doblado.* illum, qui in exteriori vultu oſtentat amorem, in corde tamen odium occultat, nos etiam dicimus: *Es hombre de dos caras.* q.d. *no te acerques à Dios con roſtro fingido diferente de loque tiene el coraçon, o cõ coraçon doblado.* Animo ficto, duplici corde, Deus enim talem acceſſionem execratur. D. Iacob. cap.1. v.8. de his agens, ait: *Vir duplex animo inconſtans eſt, in omnibus vijs ſuis.* q.d. qui duplicitatem in animo habet, faciem exteriorem oſtendit hilarem, cor tamen mæſtum & triſte, vel qui duplici corde eſt, ni-

Timor Dei præcipit filijs habere conſtantiam. 1.Ioa.3. v.1 *Nomen filiorum Dei magnificari debet.* D.Cyprian.

Duplici corde ſeruire, quid.

Duplicem corde Deus execratur. Iacob 1.v.8

hil omnino à Deo impetrabit. Sunt enim huiuſmodi homines inconſtantes in operibus ſuis, ſicque negotio ab incerto diuerrunt, & alio aucantur. Duplicitas enim cordis execratio eſt Deo.

Deut.30. v.6. *Circumciſio cordis quid.* Ianſtantius.

Deut. 30. v. 6. Promiſerat Deus circumciſionẽ cordis faciendam in tempore nouiſſimo, & ait: *Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua.* Quare ergo neceſſum erat cor hominis circũcidi ad hoc vt poſſet Deum ex toto corde diligere? Quis enim hanc cordis circumciſionem fecit? niſi Chriſtus Dominus? Cur hanc circumciſionem pollicitus eſt? Reſpondet Lactant. lib. 4. c. 17 mentionem faciens circumciſionis corporalis, quam Dominus in veteri lege præceperat. *Illa*, inquit, *carnis circũciſio caret vtique ratione, quia ſi Deus id vellet, ſic à principio formaſſet hominem, vt præputium non haberet; ſed huius ſecundæ circumciſionis figura erat, ſignificans, nudandum eſſe pectus, id eſt aperto & ſimplici corde oportere nos viuere, quoniam pars illa corporis, quæ circumciditur, habet quandam ſimilitudinem cordis, ob hanc cauſam Deus nudari eam iuſſit, vt hoc argumento nos admoneret, ne inuolutum pectus haberemus*, &c.

Cor nudandum Deo.

189. Deut.25. v.5. *Quare virum & fœminam veſtibus alternatis indui prohibitũ ſit.* Abulenſ.

Vlterius Deut.25.v.5. præcepit Deus ne mulier indueretur veſte virili, nec vir fœminea; *Abominabilis enim* (ait Moyſes) *apud Deum eſt, qui facit hæc.* Quare igitur prohibuit Deus ne induerentur vir & mulier veſtimentis alternatis? Reſpondet Abulenſis. quæſt. 2. in cap. 22. Deut. quia ſi non eſſent diuerſæ veſtes, viri, qui nondum barba ornati eſſent, fœminæ æſtimari poſſent, & ſic libidinibus omnia conturbarent, idem in muliere. Quod Dominus abominatur, quia in hoc multis vitijs locus datur. Optimè. Sed abſque dubio prohibuit Deus ne fœmina induceretur veſte virili, nec vir fœminea, quia cordis duplicitatem adumbrare videntur, oſtendens vnuſquiſque ſe eſſe alium ac ipſe erat, & quia hanc ſimilitudinem execratur Deus (ait enim Iob 36. v. 13. *Simulatores & callidi prouocant iram Dei*, q.d. *Los diſſimulados y fingidos ſon loſq; Rebuelbẽ el eſtomago à Dios.* Stomachatur Deus, iraſcitur, & in iram prorumpit aduerſus ſimulatores & callidos) ideo talem legẽ impoſuit.

Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Iob 36. v.13

Tandem eodem cap.22. v.11. Deuter. præcipit Deus: *non induaris veſtimento, quod ex lana, linoq; contextum eſt.* Vt quid Deus hoc veſtimentũ interdixit? Reſpondet Abulenſis: Nolle Dominum fieri hoc veſtimentum ad euitandam idololatriam, quia ſic ſacerdotes idolorum vtebantur ad cultum dæmonum, vel ad honores planetarum, ſignantes in hoc eorum coniunctionem. Sed reſpondeo hæc veſtimenta Deum prohibuiſſe, quia duplicitatem cordis ſignificabant. Sic D. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 31. explicans id Iob.8. *Deus non proijciet ſimplicem*, &c. Hanc duplicitatem cordis in hac veſte lino, lanaque contexta inuenit, dicens de ijs, qui duplici ſunt corde: *Pietatem ſuperficie ſimulant, ſed ſemper malitiam ſub ſpecie puritatis occultant. Quos contra bene per Moyſem dicitur: Non indues veſtem ex lana linoque contextam, per lanam quippe ſimplicitas, per linum vero ſubtilitas deſignatur. Et nimirum veſtis, quæ ex lana linoque conficitur, linum interius celat, lanam in ſuperficie demonſtrat; veſtem ergo ex lana linoque contextam induit, qui in locutione, vel actione qua vtitur intus, ſubtilitatem malitiæ operit, & ſimplicitatem foris innocentiæ oſtendit.*

Deut.22. v.11. Abulenſ. *Quare Deus interdixit veſtimentum ex lana & lino confectũ* D. Gregor.

Duplicitas ex crabilis.

Itaque Sirach admonet non accedendum ad Deum duplici corde ſicut ij, de quibus ait Dauid Pſal.11.v.3. *In corde & corde* (id eſt, duplici corde) *locuti ſunt.* Statimque precatur: *Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam.* Quare in ſimplicitate cordis quærendus eſt Deus. Sicut dixit Salomon ſap. 1. v. 2. & Dauid cum obtulit quæ parauerat ad conſtruendam domum Domini loquitur ad eum 1. Palalip, 29. v.17. *Scio Deus meus quod probes corda & ſimplicitatem diligas, vnde & ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc*, &c. cum enim nihil Deo occultum abſcondatur, quia oculi ſui omnia contemplantur, ſcrutatur corda & renes, & ante oculos eius duplicitas, & ſimplicitas obuerſantur, hanc autem diligit, illam odio proſequitur. *Non accedendum* ergo, ad eum vel ad timorem eius *duplici corde*, vel *ficto animo* ne in iram irrumpat, & eum puniat æternis ſupplicijs, qui cor de duplici accedere auſus fuerit, ſed in *ſimplicitate cordis quærendus*, &c.

In corde & corde loqui, quid. Pſal. 11.v.3. Sap.1.v.2. 1.Paral.29. v.17.

Simplicitas cordis Deo gratæ.

VERS. XXXVII.

Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizéris in labijs tuis.

VERS. XXXVIII.

Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem.

VERS. XXXVIIII.

Et reuelet Deus abſconſa tua, & in medio Synagogæ elidat te.

Complutenſes legunt: *Ne ſis hypocrita in ore hominum, & in labijs tuis ne attendas, ne extollas te, vt non cadas & inducas animæ tuæ ignominiam, & reuelabit Dominus abſconſa tua omnia & in medio Synagogæ deijciat te.* LXX. eodem modo transferunt, ſicut etiam Montanus & Regia, Tygu-

rina. *Ne te conformes ad sermones hominum, nec labijs tuis confidas. Ne extollas teipsum, vt ne cadas, animæue tuæ dedecus contrahas. Quamobrem Domiuus palam proferat secreta tua.* Vatab. *Ne simulatorem agas in conspectu hominum.* Ioan. Drusius. *Ne esto hypocrita apud ora hominum, & labijs tuis attende, ne extolle teipsum, ne cadas, & accersas animæ tuæ infamiam, & retegat arcana tua Dominus, & in medio congregationis deijciat te,* offero sensum, & illustro.

Sensus.

190. *Hypocrisis damnatur.*

NE *fueris hypocrita,* &c. q. d. Vide ne sis hypocrita, in facie & oculis hominum, sic scilicet vt tua simulatione id facias, vt appareas hominibus timens Deum, & religioni addictus, vel ne ficte verseris cum hominibus simulans pietatem apud ora hominum, id est, vt celebreris ab hominibus, & ne per verba tua tibi scandali & ruinæ causa efficiaris, te ipsum extollendo & prædicando, aut precando solis labijs, mente interim & voluntate à Deo auersa, id ne fiat, attende, ad labia tua, vide quid loquaris, quidve preceris, ne forte Deo vindicante tuam hypocrisim, cadas in multa crimina, excidasque ab ea altitudine, quam tibi vendicasti, atque ab ea æstimatione, quam tibi simulatione & hypocrisi apud homines peperisti & pro appetita gloria adducas animæ tuæ (id est, tibi) ignominiam, humiliationem, & dedecus. Et Deus, qui solus nouit corda, reuelet omnibus vitia tua, quæ studiosa simulatione occultasti, & in medio Synagogæ, & congregationis, hoc est, in maxima Ecclesiæ frequentia, in qua honoratus eras, & honorari captasti, te elidat, id est, deijciat. Sic interpretantur Lyra, Hugo, Dionysius & Iansenius.

Illustratio prima.

191. *Hypocrita quis.*

NE *fueris hypocrita in conspectu hominum.* Tygurina vertit: *Ne conformes te ad sermones hominum.* Alij *ne simulator esto in ore hominum.* Quæ versio non displicet, modo intelligatur ea Simulatio ac fictio & oris confirmatio, qua homines bellè apud Deũ vti solent, cum animus eorum orationi non respõdeat: Hoc enim est, lingua, orationeque fingere, ac timorem aliquem Dei ementiri: Non enim est veritas in tali actione & gestu. Qui ita conformãt os suum, aliud habent in ore, aliud in corde, itaque duplices etiam dicuntur. Solent autem homines in huiusmodi fictis labijs maximam fiduciam collocare quasi Deum (quemadmodum homines) fallere possint.

Hypocrita idem est ac ficto animo esse.

Vocat ergo Sirach, hypocritam eum, qui paulo ante dixerat ficto animo, seu corde duplici, aliud in facie ostentans, aliud in corde occultans, hos autem hypocritas odio Deus prosequitur, & videns illos ita simulatos & callidos stomachatur, & indignatur in eos. Lucianus in Apol. pro mercede

Lucianus.

conductis refert Historiam de Cleopatra Ægypti Regina, quæ simiam in delicijs habebat, & cum edocta esset in choreis saltitare, accidit vt cum nux casu offerretur in conspectu aliquorum, illam arripuit, & cæpit frangere: *Non aliter,* inquit, *& tu non histrio quispiam, sed ipse pulcherrimarum rerum auctor, & velut legislator, ostenso alterius vitæ splendore, quasi nuce quadam te ipse simiam esse prodidisti, vt qui summis tantum labijs sis Philosophus, quique nihil quidem veritus inferorum portas, alia quidem mente occultes, alia vero lingua depromas, vt non immerito quis de te diceret, quæ scribas, quibusque te vendites, ea labra quidem tua rigasse, palatum autem interius aridum reliquisse.*

Hypocrita instar simiæ ex Luciano.

Nihil ergo communius in sacra Pagina, aliquid ex ea ediscamus non multum immorando in huius vitæ consideratione.

Leuit. 11. v. 13. *Cygnus, vel olor quæ auis*

Leuit. 11. v. 13. ait Dominus. *Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis,* & cum aliquorum meminisset numerat: *Cygnum & onocrotalum,* Cygnus siue olor auis est candida nota ab omnibus, de qua Poëtæ fabulantur suauiter suam prænuntiando mortem occinere. Ouid. Ep. 7.

Ouidius.

Sic vbi, fata vocant vdis abiectus in herbis,
Ad vada meandri concinit albus olor.

Et Fastor. 2. inquit:

Flebilibus numeris veluti canentia dura
Traiectus penna tempora cantat olor.

Breuius & clarius cecinit Seneca Trag. in Hypol. vers. 300. Seneca.

Candidas ales modo mouit alas
Dulcior vocem moriente cygno.

Cygnus cantat propinquus ad mortem. Vlysses Aldrou.

Lege Vlyssem Aldrouandum t. 3. suæ Ornitholog. li. 19. c. 1. vbi prolixam de cygno texit considerationem, de eo inter alia, inquit: Regem Franciscum Valesium piscinam pulcherrimam maximãque construxisse, in eamque fontes deduxisse, ac cygnorum tanquam auium nobilissimarum pulchritudineque & specie sua, eiusmodi pretiosa loca summo opere adornantium, multitudinem coniecisse. Est enim (ait) inter aquaticas omnes longe speciosissimus cygnus, indeque olor, id est, totus pulcher nuncupatur. Refert etiam fabellam Lædæ, quam Jupiter adamauit, & cygni formæ præstantiam innuit, quæ à Joue in candidum olorem immutato, hoc est candidissimam formam induto, compressa, filiam toto terrarum orbe formosissimam, Helenam scilicet, ex ouo, quod ex eo congressu conceperat exclusisse fertur. Cygneoque illo candore mẽbra eius perornasse. Quo sensu euripides Helenæ formam cygneam appellat. Cum hoc ita sit vt tanto candore & pulchritudine cygnũ natura decorasset, cur inter alias aues esum eius Deus prohibuerit? Cum eius caro optimos cultores habuerit? Ait enim Aldrou. *apud Athenæum etiam dipnosophistis apponuntur. Alexandrides apud eumdem posteaquam carpsisset Thracum regis conuiuium, cygnum inter aues lautas subinde numerat* sed & apud recentiores sæpe inter delicias huiusmodi aues habentur. Nam Platina inter epulas lautiorũ, & precipue pullos spectari asserit. Quare ergo eius esum in lege Deus interdixerit? Abulensis respondet q. 9. in c. 11. Leuit. Apparet igitur ex his volatilia rapacia nimis naturæ calidæ esse, & propter magnam

Quare cygnus olor nũcupetur. *Fabula Ledæ* Euripides. *Quare adere cygnum in lege prohibitum.* Abulens.

magnam caliditatem sunt magnæ digestionis, & ob id sunt magnæ rapacitatis: Non igitur conuenient, ista animalia ad cibum. Aliam reddo rationem, quia cum cygnus ad visum pulchritudinem suo colore candido ostentet, carnem nigram in esum offerat, sic enim ait Gesnerus lib. 3. de auibus: *Cygni caro nigra est, & dura sicut omnium auium aquaticarum magnarum. Albertus.* Hoc enim proprium est Hypocritarum dixit Bonauentura. to. 3. serm. de S. Marco Euang. *Hypocritæ ne videantur mali, nolunt sua peccata confiteri, sed ad modum cygni sub penna alba, id est, suæ vitæ apparentia, occultant carnem nigram, id est, animam peccatis infectam.* Leonardus Marius in c. 11. Leu. ait: cygnus autem est coloris candidi, & potest significare homines, qui per exteriorem iustitiæ candorem, lucra terrena quærunt, Matth. 23. v. 28. ait Christus Dominus *vos à foris quidẽ paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.* Sunt enim hypocritæ instar cygni, carnem duram & nigram vitiorum interius occultant, & exterius virtutis candorem & pulchritudinem ostentant, quo candore & pulchritudine terrena lucra vanitatis quærunt. Sed cum tempus retributionis aduenerit, eis respondebitur, quod de hypocritis dixit ipse Christus Dominus. Matth. 6. 5. *Non eritis sicut hypocritæ qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: amen dico vobis receperunt mercedem suam.* De hoc genere hypocritarum intelligit Diuus Gregorius lib. 8. Moral. cap. 28. id Oseæ. 8. v. 7. *Culmus stans non est in eo germen non faciet farinam. Culmus* (inquit) *germen non habet cum vita virtutum meritis caret: farinam culmus non facit, cum is, qui in præsenti sæculo profuit nil subtilitatis intelligit, nullum boni operis fructum reddit. Sed sæpe & cum fecerit, hanc alieni comederunt: quia & cum bona opera hypocritæ ostendunt, de his malorum spirituum vota satiantur. Qui enim per hæc placere Deo non appetunt, nequaquam agri Dominum, sed alienos pascunt, facundo itaque hypocrita & neglecto palmiti similis, seruare fructum non valet, quia botrus boni operis in terra iacet.*

Cygni caro nigra. Gesnerus. D. Bonau. *Cygnus hypocritæ simbolum quia sub penna alba carnem nigram occultant.* Matt. 23. v. 28. Matth. 6. v. 5. *Hypocritæ recipient mercedem suam.* D. Gregor.

192. Isa. 34. v. 13. Rursus Jsaias agens de Struthione. Idumeæ c. 34. v. 13. ait: *Et erit cubile draconum, & pascua struthionum.* q. d. Jdumea in serpentium cubile, & opportuna struthionum pascua conuertetur: Jta deseretur, vt nemo in ea habitet, sed quasi desertum locum occupabunt dracones, & struthiones possidebunt eam ad pascendum. D. Greg. lib. 7. Moral. c. 12. Explicans id Iob: *Inuolutæ sunt semitæ,* &c. inquit: *Cum culpa culpæ adiungitur, quid aliud quam inuolutis semitis, atque innodatis vinculis prauorum gressus ligantur? Vnde bene contra peruersam mentem sub Iudææ specie per Isaiam dicitur. Erit cubile,* &c. *Quid namque struthionum nomine nisi hypocrisis designatur, struthio quippe volandi speciem habet, sed vsum volandi non habet, quia & hypocrisis cunctis intuentibus imaginem de se sanctitatis insinuat, sed tenere vitam sanctitatis ignorat,* &c. Quia igitur struthio hypocritæ imaginem præsefert, eius comestio à Domino in lege prohibebatur, vt de cygno supra commemorauimus.

Struthionis nomine hypocritæ designantur. D. Gregor.

Ier. 17. v. 11. *Perdicis natura.* D. Ambros.

InsuperIeremias 17. v. 11. cum agit de corde hominis prauo & inscrutabili, ait: de perdice: *Perdix fouet quod non peperit.* D. Ambrosius lib. 6. exham. c. 30. & Ep. 48. ait, solere perdices aliena oua furari fouereque incubantes donec pullos excludant: Qui tamen vbi veræ matris, natura ipsa docente, vocem audierunt, ad illam statim conuolant illa relicta cuius calore confoti, & animati sunt: Quæ calliditas, illa furandi alienos partus, adumbrat demonis ingenium versipelle & callidum. Vt affirmat D. Augustinus in sermone de Pastoribus. D. Hieronymus lib. 4. in Ierem. c. 17. & hypocritarum calliditatem, secundum D. Antoninum, indicare videntur, qui alienorum opera furantur, vel illorum claritatem & splendorem, vt appareant hominibus sancti, & iusti & cum hic splendor alienus sit (omnis enim operum honor & gloria soli Deo debetur) facile hypocritam deserit, & inopinato aufugio, quasi aliena soboles auolat ad Deum, qui Dominus gloriæ est. Cum de perdice considerationem texit Vlysses Aldrou. lib. 13. ait: Et postremo pessimum ac detestabile, pernitiosumq; prauorum aliud hominum genus hypocritæ, quos perdix etiam designare potest, atque huius potius quam alterius alitis typo eos exprimens S. Antonin. Patauinus ita scribit: *Perdix est auis dolosa & immunda, & hypocritas habentes, vt dicit Petrus, oculos plenos adulterij & incessabilis delicti signat.*

D. August. *Perdix hypocritam adũbrat.* D. August. D. Antonin. D. Antonin.

Tandem inter alias alites, quas Dominus in lege veteri edere interdixit. Noctua nominatur Leuit. 11. v. 16. & Deut. 14. v. 15. *Immundas ne comedatis, struthionem, ac Noctuam,* &c. Noctua est auis à tempore noctis dicta, quo cantat, seu potius gemit aut vlulat, victumque quæritat, vulgo, *Lechuza.* Et quamuis D. Ambros. sapientes mundi noctuæ cõparet lib. 5. exham. c. 24. Et esse aues noctis ac tenebrarum amicas homines lucifugas, & eos qui opera tenebrarum patrant, damnandos esse significet. Secundum id Joan. 3. v. 20. *Omnis enim qui male agit, odit lucem.* Nihilominus tamẽ Vlysses Aldrou. lib. 8. Ornithol. ait: Quemadmodum noctua de die cessat ab omni actione, noctu videt, canit, volat victum parat. Ita hypocritæ quidã palã strepitum nullum, tumultum nullũ, insidias nullas mouent, sed omnem mansuetudinis, modestiæ, benignitatisque colorem præseferunt, clam vero fornicationes, immunditias, crapulas, ebrietates, & multi humani generis opprobria consectantur. De his dixit Christus Dominus Matt. 15. v. 7. *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Isaias, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe* (per peccata & flagitia) *est à me.* Jnde est quod ipse Dominus exagitet eos, qui eleemosynam (in qua cætera opera bona intelliguntur) pauperibus elargiuntur, vt videantur ab omnibus, & gloriam, quam expetunt inaniter venantur. Ait enim Matt. 6. v. 2. *Cum facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ,* &c. Quod expendens D. Petrus Chrysol. ser. 9. eleganter inquit: *Bene tuba, quia talis eleemosyna hostilis est, non ciuilis, non misericordiæ dedita, sed clamori: Seditionis vernula, non alumna pietatis: Ostentationis nundinatio, non commercium charitatis.* Mox etiam subijcit: *Notat eleemosynam non impensam ad leuamen pauperũ, sed hominum propositam, ad fauorem, vt probentur misericordiam vendere, non donare. Fugienda est hypocrisis, quæ captiua gloriæ verecundiam pauperum non reuelat, sed fatigat. Quæ de gemitu inopis pompam suæ gloriationis inquirit, quæ suam laudem dilatat pauperis ex dolore, quæ de miseria petentis famam suæ ostentationis expandit.* Ideo noster Sirach monet hanc hypocrisim fugere, cum ait: *ne fueris hypocrita in conspectu hominum,* id est, noli meritum boni operis oculis hominum, vendere, quia eius iacturam facies; lucrum enim seu pretiũ quod captare poteras, facile perdes, quod cũ sit inanis gloria, facillime euanescet. Dixit enim Oseas c. 8. v. 7. *Qui ventum seminabunt, & turbinẽ metent:* Ventum seminãt, & turbinẽ metunt qui

193. Leuit. 11. v. 16. Deut. 14. v. 15. *Noctuæ auis consideratio.* D. Ambros. Ioa. 3. v. 20. Vlysses Aldrou. *Noctua symbolum hypocritæ.* Matth. 15. v. 7. *Fugienda hypocrisis in eroganda eleemosyna.* Matth. 6. v. 2. D. Petrus Chrysol. *Hypocrita vendit bonũ opus in pretium inanis gloriæ.*

qui bonum operantur vt inanem gloriam vel quæstum sordidum aucupentur: Hæc enim vt turbo mille curarum, sollicitudinum, & dolorum flatibus, æstibusque eos exagitat. Sic Theophilus: *Si vnquam quicquam operetur boni, non iuxta diuinum hoc scopum faciens, sed ad humanam quamdam gloriam, vel aliam rationem non commendabilem, dæmonibus istud impertit.* Confirmat hoc eleganter D. Gregorius lib.8.mor.cap.30. explicans id Ioel 1.v.7. *& ficum meam decorticauit: Mens itaque*, inquit, *quæ per iactantiam proditur, decorticata rectè ficus vocatur, quia & cādida est per hoc quod cernitur, & siccitati proxima per hoc quod tegmine corticis nudatur. Intus ergo seruanda sunt quæ agimus, si ab interno arbitro vicem recipere nostri operis expectamus.* Porrò ipse D. Gregor. in id Cāt.4.v.8. *de montibus pardorum. Pardi quippe maculas in cute semper portant. Per quos qui alij quam hypocritæ significantur. In illis vero quasi pardi montes ædificant, quos dum vitijs suis aliquas virtutes admiscere consentiunt, pro omnibus bonis suis gloriam affectare compellunt. Hi itaque vere pardorum varietatem imitantur, quia dum cum virtutibus etiam vitia sectantur, quasi in vario corio coloris dissimilitudine diuiduntur.*

Theophil.
D.Gregor.

Nota, & illustratio secunda.

194. ET *non scandalizêris in labijs tuis*, id est, vt explicat Hugo, non præferas vnde posteà confundaris mentiendo, vel nimis loquendo, vel falsum testimonium ferendo, vel te iactando. Dionysius id est, per verba inordinata nolite ipsum ad peccata inducere, aut confusioni exponere aliquid conferendo, de quo possis redargui, aut mendax, seu detractor, vel seminator discordiæ inueniri. Jn originali Græco est. Καὶ ἐν τοῖς χείλεσί σου μὴ πρόσεχε. *& in labijs tuis ne attendas* verbū enim πρόσεχω significat adhibere animum seu mentem, aduertere animum, attendere, incumbere in rem aliquam, rei alicui deditum esse, item cauere ab aliquo, obnoxium esse sceleri, seu periculo. Cum hæc omnia significat verbum *prosecho*, vulgatus tamen legit: *Scandalizeris*, scandalizare autem significat scandalum præbere, vel aliquem offendere, nos dicimus, *poner tropeçadeio para caer.* D. Petrus Chrysol. ser.27 aliud genus scandali assignat, *quod nobis*, inquit, *nostris generatur ex sensibus, cum fallimur oculis, cum decipimur auditu, capimur odore, & sapore vitiamur.* Cum igitur labiorum verba sæpius offendant, & scandalum præbeant eis, in quos proferuntur, inde est, quod idem sit scandalizari passiue, quod adhibere animum, vel attendere, vt Græca transferunt, vel in aliquam rem incumbere, vel tandem cauere, vel obnoxium esse periculo, & licet vulgatus dicat *scandalizeris* non diuertit sensum à Græco, quod legit *attendas*. Voluit enim significare quod omnes caueant à verbis, quibus sibi possunt scandalum vel offensionem impingere. Hæc verba sunt verba offensiua, vt detractationes, mendacia, falsa testimonia, & alia id genus, quę alijs offensionem afferunt, & cum redarguuntur ij, qui talia verba prompsêre, scandalum præbent, & offenduntur. Nos dicimus: *es gran confucion y verguença, coger a vn hombre debienen mentira*: Sic enim ait Sirach: *& non scandalizeris in verbis tuis* q. d. Attende obsecro & caue, ne offendaris in verbis tuis, quia qui verba dolosa loquuntur, confusione implentur, cum ab alijs redarguuntur, & cum talia verba retorquentur. Sic postulabat Dauid à Domino dicens. Psal. 108.v.29. *Qui insurgunt in me, confundantur; induantur, qui detrahunt mihi, pudore & operiantur sicut diploide confusione sua*; q. d. qui me adoriuntur & quasi ex insidijs insurgunt in me, irritos cadere suos conatus videant, & confundantur & erubescant cū de suis insidijs me euasisse viderint. Operiantur qui in me detractionem faciunt *diploide*, veste nimirum vsque ad pedes pertinente, & ampla eò vsque vt duplicari possit. Quo pallio significauit Psaltes maximum dedecus, adeò, vt eos totos operiat, neque vlla pars sit, vllusue locus, in quo pudore vacent. D. August. id est, *Pudeat eos detraxisse mihi, & operiantur sicut pallium duplex confusione sua. Intelligitur autem confundantur & intus & foris, id est, coram Deo, & coram hominibus.* Theodoret. *Qui enim in continuo dedecore sunt, hoc veluti indumento induuntur.* Et ne hac confusione vt pallio duplici homo induatur. Ecclesiasticus monet eum vt caueat, & attendat ne labijs suis, id est, verbis detractionis vel mendacij confundatur aut scandalizetur.

Scandalizari in labijs quid. Hugo. Dionys.
Scandalizare quid.
Cauere debent homines à verbis, quæ possint scandalum gignere.
Capi in mēdacio contumeliosum.
Psal 108. v.29.
Diplois, quid.
D. August.
Theodoret. *Confusio est quasi pallium duplex.*

195. Forte huius sententiæ consilium Sirach deprompsit ex Salomone, qui Prou.30.v.6. inquit: *Ne addas quidquam verbis illius, vt arguaris inueniarisque mendax.* Licet hic loquatur sapiens de verbis additis ad alia verba. Vt cū quis è cælo prophetica verba vera reciperet, & aliquid falsi eis adijcere vellet, tamen potest intelligi de verbis mendacij, quæ verbis veritatis adiunguntur, quæ redargui possunt, & afferunt proferentibus pudorem & confusionem. Jnsuper ait ipse Salomon cap.21. v.28. *Testis mendax peribit.* Alij legunt: *Perdetur* q.d. *el testigo falso se perdera en loque dize porque facilmente sera cogido.* De mendacio arguetur, & sic scandalizabitur, vel confundetur. Hæc omnia significata verba Ecclesiastici libenter amplectuntur. q.d. vide ne scandalum patiaris, & confusione animus tuus induatur verbis detractorijs, mendacibus, falsis, & discordiam excitantibus.

Prou.30. v.6.
Verba mendacij redargui possunt.
Prou.21. v.28.
Testis mendax peribit.

Illustratio tertia.

ATtende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem. τὸ *in illis* refertur ad verba scandalum afferentia, & verbum *attende.* 196.
Nos Hispanicè explicamus. *Abre cien ojos para no hablar tales palabras, ne forte cadas.* Iam diximus scandalum significare offendiculum. *Eltro pecadero.* Cum ergo verba detractoria, vel mendacia, vel alia similia, scandalum præbeant, & offendiculum ponant. *Attendendum est in illis*, id est, tollendum scandalum de medio, id est, talia verba, ne qui ea profert cadat, vel offenso decurrat pede. *Deuese quitar delen medio eltro pecadero, para no caer tro pecando en el*, ne in offendiculo impingatur. Iuxta id Prouerb.17. vers.19. *Qui exaltat ostium, quærit ruinas.* Vide Salazar. Et sic *adducas animæ tuæ inhonorationem.* Jd est, ne verba tua tibi sint dedecori & ignominiæ, &c. Græcum & Tygurina. *Ne extollas te, vt non cadas.* Quia qui se extollit per verba mendacij, & se erigit, insolentemque se facit, *cadet*, humiliabitur. Superbiæ enim conditio est quem elationis gloria ad cælum extulit, eundem dignissimè oppressum deprimere ad supplicium, illum dedecore ac ignominia afficiendo. Tygurina. *Vt non cadas, animæ tuæ dedecus contrahas.* Qui se extollendo per verba mendacia altum ascendit, facile cum redarguitur, demittitur, depellitur, & dedecore ac ignominia seu confusione proteritur, & conculcatur. Quare ait Sirach: *Attende in illis*, &c. Hoc est quod Christus Dominus prædicauit Matt.12.v.37. *Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Jdeo Salomon Prou.21.v.14. *Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam.* Angustiæ enim sunt mendacibus, cum in mendacio capiuntur. *Quando los coxen en mentira, grande afrenta passan.* Sicque *stultus cæditur labijs.* Prou.10.v.8.& 10. *Labijs verberabitur, (Sus mismas palabras les siruen de açote y castigo) quia in multiloquio non deerit peccatum: Qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.* vers.19.

Verbum attendere quid significet.
Scandalum vitandum. Prou.17. v.19.
Qui se extollit per verba mendacij humiliabitur.
Matt. 12. v.37. Prou. 21. v.14. Prou.10.v.8
Redargutio mendacij confusionem parit.

Tandem id, *ne fortè cadas.* Explicat Holcot. de ruina peccatoris, & 1. asserit peccatorem perdere gratiæ vigorem cum cadit. Ratio est quia omnia animalia, quæ necessaria nutrimenta perdunt, perdunt & fortitudinem, & in infirmitates diuersas cadunt. Et hoc est quod Propheticè & figuratiuè dicebatur de malis principibus Jerusalem. Thren. 1.v.6. *Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua, & abierunt absque fortitudine.* Arietes non inuenientes pascua scabiē incurrunt, statimq; sui velleris bonitatē & fortitudinem corporalem perdunt. Ad intentū gratiæ & virtutes sunt spirituale animæ nutrimentū sap.16.v.25. *Omniū nutrici gratiæ tuæ deseruiebant.* Sed constat quod istud nutrimentum à quolibet peccatore tollitur. Eccles. 37. v. 24. *Non est illi data à Domino gratia.* Ideoque statim scabiem prauarum cogitationum incurrit, & meritorum suorum bonitatem perdit, spiritualiterque infirmatur. Vnde ait Siracides: *Attende ne cadas*, &c.

Holcot. *Peccator perdit vigorem gratiæ.* Thr.1. v.6.
Gratia & virtutes sunt spirituale animæ nutrimentum. Sap.16.v.25 Eccles.37. v.24.

Illustratio quarta.

196. COncludit auctor: *Et reuelet Deus absconsa tua, & in medio Synagogæ elidat te.* Proponit in hoc vltimo versiculo hypocritæ vel eius, qui in verbis lapsus est proprium supplicium. Hypocrita enim interius peccata & flagitia recondere solet, exterius autem virtutis imaginem ostentare. Deus vero, qui solus nouit corda, reuelat omnibus vitia sua, quæ studiosa simulatione occultauit. *Et in medio Synagogæ*, id est, in maxima Ecclesiæ frequentia, in qua fuerat honoratus, & honorari captauit, elidit & deijcitur. Jta Dominus superbos elatosque punire solet, cum in maxima hominum multitudine, in qua florere gloria volebant, eos deijcit, omnique dedecore ac pudore afficit: Qui enim se exaltat humiliabitur. Puniet etiam Deus in præsenti vita hypocritas, eos dedecore & ignominia afficiens, sua flagitia detegendo & reuelando in multitudine, in qua speciem virtutis & sanctitatis aucupati fuerant: Sed durius in futuro sæculo sua

Hypocritarū supplicium quale.
Synagoga pro Ecclesia.

scelera vlciscetur, quando *illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*, & hypocritas æterno puniat supplicio. Ita clamat Deus Isa. 47.v.3. *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum, vltionem capiam, & non resistet mihi homo.* Sic enim inquit Apostol 1. Corint.4.v.5. *Itaque nolite ante tempus iudicare quoad vsque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita*, &c. Jd est, tenebrosas, obscuras, & occultas hominum cogitationes & actiones in lucem proferet, & coram sole manifestabit, & Christus Dominus. Matt.24.v.50. ait: *Veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis illic erit fletus & stridor dentium.* Quid certius.

Isa.47 v.3.
Illuminare abscondita quid.
Matt.24. v.50.

Tandem: *Et adducas animæ tuæ inhonorationem.* Holcot. explicat peccatorem incurrere publicam verecundiam & ruborem. Reuelat enim Deus peccata abscondita tripliciter. Aliquando ad eius correctionem; aliquando ad eius confusionem: aliquando ad eius damnationem. Ad eius correctionem reuelat frequenter, quando homo nimis gloriatur de propria stabilitate cæteris infimis & fragilibus contemptis. Dixit D. August. to.5. li.14. de ciuit. cap.13. *Ideo audeo dicere superbis esse vtile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit quando fleuit, quam sibi placuit quando præsumpsit. Hoc dicit & sacer Psalmus: Imple facies eorum ignominia & quærent nomen tuum Domine, id est, vt tu eis placeas quærentibus nomen tuum, qui sibi placuerant, quærendo suum.* 2. Reuelat Deus peccatum ad peccati confusionem, vt veritas elucescat. Sic dixit Paulus Rom.1.v.18. *Reuelatur enim ira Dei de cælo, super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorū, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.* Vbi D. Ambrosius tom.3. *Sicut in illo, qui credit iustitia Dei reuelatur ad eius salutem, ita in eo qui non credit ira Dei & vindicta reuelatur de cælo aduersus impietatem & iniustitiam hominum non credentium in Deum.* 3. modo reuelat Deus peccatum ad peccatoris damnationem, sicut reuelabit de reprobis in die iudicij, vbi *nihil* erit *occultum quod non reueletur* Luc. 12. Hæc confusio probatur exemplo Homeri, de quo Seneca Epist.88. *Nempe sapiens est antequam carmina cognosceret.* Jd est, antequam carmina illa diuina scriberet. Et de illo agens Plutarc. in Homero, refert quosdam piscatores, à quibus pisces poposcit, illi respondisse quodam ænigmate: *Homerus autem cum hoc ænigma interpretari non potuisset, ingenti dolore confectus migrauit è vita.* Sic etiam de Platone narrat Flauius. Si igitur isti sapientissimi sine culpa sua deferri à paucis verecundabuntur ad mortem: constat quod stolidi peccatores in die iudicij pro suis culpis multis in præsentia Dei & omnium Angelorum & hominum districtissimè cum reprobatis sine comparatione maiorem verecundiam & confusionem sustinebunt. Quare ait Sirach: *Attende*, &c.

Deus reuelat peccata tripliciter.
D. August.
Superbis in peccata cadere vtile est. Ps.82.v.17.
Rom.1. v.18.
D. Ambros.
Peccatum reuelat Deus ad peccatoris damnationē.
Seneca.
Plutarchus

VERS.

VERS. XXXX.

Quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

Complutenses. Regia. Montanus. *Quoniam non accessisti in veritate ad timorem Domini, & cor tuum plenum dolo.* LXX. omittunt *in veritate.* Tygurina *eo quod ad religionem eius non accesseris sincerè* (Vatabl. ἐν ἀληθείᾳ, *id est, non in veritate*) *sed animum dolosum attuleris.* Drusius *quia non accessisti sincerè ad timorem Domini, & cor tuum plenum dolo.* Reddo sensum & confirmo.

Sensus.

198. *Quoniam accessisti*, &c. q.d. Non mireris si Deus pœnas hypocrisis reddere velit, siquidem tu ad eum non sincerè, & in veritate accessisti. Sed malignè, id est, duplici corde, & peruersa intentione, ingentique malitia, &c.

Illustratio prima.

Quoniam accessisti malignè ad Dominum. Dixerat Sirach Deum in hypocritas animaduersurum; nunc vero rationem reddit vltionis: *Quoniam accessisti*, &c. Accedere malignè ad Dominum, vel ad timorem Domini, idem est quod accedere, non sincerè, non in veritate, sed cum dolo & fallacia. Ea fuit ratio quare D. Petrus Ananiam & Saphiram vxorem suam pœna capitis punierit. *Quare D. Petrus Ananiam punierit pœna capitis.*

Act. 5. v. 1. 2. 3. Act. 5. v. 1. 2. 3. dicitur vtrumque agrum vendidisse, & de agri pretio fraudasse, afferentes partem quandam, & ad pedes Apostolorum posuisse. *Dixit autem D. Petrus: Anania cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Audiens autem Ananias hæc verba cecidit & exspirauit.* Quare tam graui pœna plumbus pontifex Petrus istam agri defraudationem vindicauit? potuisset tamen supplicio temporali, & non pœna capitis eos punire, cum misericordia & benignitas in Apostolicam dignitatem conueniret. Commentatur hanc vindicationem Origenes tract. 8. in Matthæum & ait: *Puto autem quoniam audiens Ananias hæc verba, ideo cadens exspirauit, quoniam non sustinuit arguitionem Petri, sed cruciatus in se, adeo est punitus, vt exspiraret verbis videlicet Petri Catechizantibus animam eius.* Et concludit Origenes pro D. Petri propugnans honore: *Nec Petrum hic existimare debemus interfeciſſe Ananiam, sed illum non sustinuisse acritudinem verborum Petri*, &c. Pende illud *Catechizantibus animam eius.* Catechizare enim est voce instruere, seu docere. Quoniam Ægyptij Theologi (à quibus hic ritus fluxisse dicitur) nefas arbitrabantur arcana suæ religionis scripto committere; satiusque illis visum est, eos, qui illorum mysterijs vellent initiari, viua voce institui, ita & religionis suæ ceremonias veluti per manus ad posteros propagari, ad hunc etiam modum primitiua Ecclesia, qui ad baptismum admitti cupiebant, prius fidei Christianæ mysteria ab Apostolis viua voce accipiebant. Vide ad Gal. 6. v. 6. Ergo cum Apostolus Petrus animas Ananiæ & vxoris eius verbis suis catechizauit, eos instruxit, & docuit quantum facinus perpetrassent accedentes ad Deum malignè, cum partem agri defraudassent. q. d. *Les descubrio quanta era la malicia de su pecado.* Sui sceleris malitiâ patefecit, quam cum ipsi perpendissent, tanto honore, & tremore percussi sunt, vt è vita decedere compellerentur. *Murieron de espanto.* Sic ait Origen. *Nec Petrum hic existimare debemus interfeciſſe Ananiam, sed Catechizantibus*, &c. Hocerant digni supplicio qui ad Deum vel ad eius vicarium Petrum malignè accedere ausi sunt, id est, cum fraude & fallacia defraudantes partem agri.

Catechizare quid.

Origenes.

Hypocritæ supplicium.

Origenes.

199. Aliqui id, *malignè accedere*, id est, *non sincerè, non in veritate* ad hypocrisim spectare affirmant, q.d. Punit et Deus, quoniam duplici corde vt hypocrita ad Deum vel ad eius timorem accessisti. Hoc significatur in eo. Quod Matt. 22. v. 15. dicitur: *Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt vt caperent eum in sermone*, (id est, accesserunt malignè ad Christum, vt eum peccati arguerent) *& mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister scimus quia verax es.* (mentiebantur, cum contrarium de eo sentirent) *& viam Dei in veritate doces, Dic ego nobis, quid tibi videtur? licet censum dari Cæsari, an non?* malignè & dolosè interrogabant, vt caperent eum in sermone, ait igitur Euangelista: *Cognita autem Iesus nequitia eorum ait:* Quid *me tentatis hypocritæ? ostendit*, &c. Ecce quo modo istos, qui malignè & cum dolo, & nequitia ad Christum accessere, hypocritas appellat, hypocrita enim *in corde & corde* (vt ait Psaltes Ps. 11. v. 3.) *loquitur*; id est, duplici corde, malignè non sincerè non in veritate. Sed sicut Paphlagoniæ perdices, in quibus cor geminum reperiri docent Theophrastus, & Ælianus lib. 10. c. 35. cor enim geminum habent non solum qui animum diuidunt Deo, & rebus creatis. cum soli Deo debeatur hæc pars corporis pretiosissima.

Accedere malignè quid.

Matth. 22. v. 15.

Hypocritæ in corde & corde loquitur.

Ps. 11. v. 3. Theophr. Ælianus.

Vnde vigent sensus, Dominatrix, quo vegetat mens.

Sed etiam hypocritæ, qui duplici sunt corde, & malignè loquuntur, &c. cum enim hypocrisis in corde humano sedem suam collocat, ingens malum homini afferre solet, audi D. Petrum Chrysol. serm. 7. *Hypocrisis subtile malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis hypocrysis secu-*

Hypocrisis magnum malum.

D. Petrus Chrysol.

ra simulat, fallit prospera, curiosa mentitur, & crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum: Ieiunium iciunio perimit, oratione orationem euacuat, misericordiam miseratione prosternit.

200. Cum Vlysses Aldrou. agit de Scorpionibus in lib. 5. de insectis, inquit: Sunt enim Scorpiones, qui cauda insidiantur occultè: Et rursus, scorpio blandus facie pungit occultè, non sentitur quando pungit, sed posteà venenum diffundit. Quamobrem & hypocritarum typus statui potest, quemadmodum fecisse videtur magnus Basilius in ex ham hom. 11. *Quid*, inquit, *hypocrisis? Neges esse belluam? Quisquis ad concinnandam calumniam composito est, & peracri ingenio, is ne tibi merito videri debet scorpius? & reuera vti scorpiones blandiuntur capite, cauda vero sauciant, & suueßum vulnus infligunt. Sic illi homines nefarij ex fraudibus compositi vtuntur blanditijs, & videntur innoxij, at post dorsum feriunt, vnde venenum fundant: Quales erant illi, de quibus dixit Deus, cum scorpionibus habitas*, &c.

Scorpio symbolum hypocritæ. Vlyss. Aldrou. D. Basili. Hypocrisis quid.

Iob. 8. v. 14. Hypocritarum fiducia telis aranearum comparatur. D. Gregor.

Prærerea ait S. Job cap. 8. v. 14. *Sicut tela aranearum fiducia eius.* Quod commentans D. Gregor. li. 8. Moral. cap. 26. comparat hypocritas aranearum telis, dicens: *Bene hypocritarum fiducia aranearum telis similis dicitur. Quia omne, quod ad obtinendam gloriam exundat ventus vitæ mortalis dissipat, nam quoniam æterna non quærunt, bona temporalia cum tempore amittunt. Pensandum quoque est quod fila aranea per ordinem ducunt, quia sua hypocritæ quasi sub discretione opera disponunt. Aranearum tela studiosè texitur, sed subito venti flatu dissipatur. Quia quidquid hypocrita cum labore peragit aura humani fauoris tollit: & dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in Ventum labor euanescit.* Hæc itaque est conditio hypocritarum fiduciam suam habere instar telæ aranearum, dum enim ad Deum accedunt malignè, cum dolo, & fallacia exterius ostendentes virtutem, & interius occultantes impietatem, gloriam aucupare tentant, sed suos conatus irritos facit Deus, malignitatem & dolum fallacem redarguens & irritans puniendo eos tanquam hypocritas, qui suas impietates virtutis fuco exterius dissimulant, & reuelando suorum cordium conditiones, & tandem in æternæ damnationis locum miserè præcipitando. *Quoniam accesserunt malignè ad Dominum* & non sincerè & in veritate.

Hypocritarum conatus irritos facit Deus.

201. Apostolus autem Heb. 10. v. 22. Hoc præbet consilium. *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.* Cor verum vocat cor sincerum non fucatum; accedamus igitur, & appropinquemus ad Deum seu ad timorem eius cum sincero corde, & non fucato, & cũ plena persuasione certitudine & firmitate fidei; *adspersi corda*, id est, in cordibus & mentibus nostris lustrati sanguine Christi, eoque emundati *à conscientia mala*, id est, à peccatis, quæ conscientiam malam & vitiosam efficiunt, q.d. puris cordibus accedamus ad Deum, &c. ingenti enim supplicio afficit eos, qui malignè ad Deum accedunt, non sincerè & in veritatè. Quare ait Salomon. Sap. 1. v. 1. *In simplicitate cordis quærite illum.* (Deum) *peruersæ enim cogitationes separant à Deo.* Sicut enim simplicitati, quæ semper veritatem comitem habet, panduntur portæ, quibus ad Deum accedimus, vt recipiat nos & beneficia præstet; sic peruersa cogitatio, quæ comitem habet malignitatem, dolum, fucum, fallaciam, ipsas occludit & obstruit, ne appropinquemus Deo; sed potius nos longius separant & excludunt, & portas nobis impingunt. *Nos dan con las Puertas en la cara.*

Hebr. 10. v. 22.

Cor verum est cor sincerum & non fucatum.

Sap 1. v. 1. Simplicitas veritatem habet comitem.

Illustratio secunda.

202. *Et cor tuum plenum est dolo & fallacia.* Cum cor hominis sit inscrutabile & à nemine cognosci possit, non mirum si in eo doli & fallaciæ occludantur, quod solus Deus scrutatur, & manifestat occulta consilia cordium. Dolosus verò concipit fallacias in corde, & cum dolore parturit, similis est fœminæ parturienti. Sic inquit Iob cap. 15. v. 35. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos*, id est, vix tandem vnam fraudem & dolum cum dolore maximo enixus est improbus, cum denuo nouam aliam mentis vel cordis sui vtero concipit, quam paulò post simili dolore pariat. Sic D. Gregor. lib. 12. Mor. cap. 15. inquit: *Gratis quippe est iniquitas, quando is, qui peruersus est ostendere alios peruersos molitur. Vt inde ipse quasi sanctus appareat quod alios sanctos non esse docuerit*, D. Petrus Apostolus increpans Elymam magum ait Act. 13. v. 10. *O plene omni dolo & fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas. & nunc ecce manus Domini*, &c. Sic etiam ipse D. Petrus Act. 8. v. 21. ait, ad Simonem: *Cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Id est, plenum est omni dolo & fallacia, & non ambulas sincerè & in veritate, hos enim, qui in cordibus suis repositum habent dolum & fallaciam, ait Ecclesiasticus, Deum puniturum, non solum in hoc sæculo, sed præcipuè in sæculo futuro, &c.

Dolosus similis est parturienti. Iob c. 15. v. 35.

D. Gregor.

In corde doli occluduntur.

Act. 13. v. 10.

Act. 8. v. 21.

Punit Deus eos qui non habent rectum cor.



CA-

CAPVT SECVNDVM.

1. FIli accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. 2. Deprime cor tuum, & ſuſtine, inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectus, & ne feſtines in tempore obductionis. 3. Suſtine ſuſtentationes Dei: Coniungere Deo, & ſuſtine, vt creſcat in nouiſſimo vita tua. 4. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe. 5. Quoniam in igne probatur aurum & argentum; homines vero receptibiles in camino humilitatis. 6. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & ſpera in illum, ſerua timorem illius, & in illo veteraſce. 7. Metuentes Dominum, ſuſtinete miſericordiam eius, & non deflectatis ab illo, ne cadatis. 8. Qui timetis Dominum credite illi, & non euacuabitur merces veſtra. 9. Qui timetis Dominum ſperate in illum, & in oblectationem veniet vobis miſericordia. 10. Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. 11. Reſpicite filij nationes hominum: Et ſcitote quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt. 12. Quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? aut quis inuocauit eum, & deſpexit illum. 13. Quoniam pius & miſericors eſt Deus, & remittet in die tribulationis peccata, & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. 14. Væ duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. 15. Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo. 16. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. 17. Et quid facient cum inſpicere cœperit Dominus. 18. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum, conſeruabunt viam illius. 19. Qui timent Dominum inquirent quæ beneplacita ſunt ei & qui diligunt eum replebuntur lege ipſius. 20. Qui timent Dominnm præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. 21. Qui timent Dominum cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionē illius. 22. Dicentes ſi pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. 23. Secundum enim magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia illius cum ipſo eſt.

Ar-

Argumentum ſecundi Capitis.

IN hoc 2. Capite monet Eccleſiaſticus, vt is, qui Dei ſeruituti addicendus eſt, ſtet in iuſtitia, Dei timore, & patientia, timentes vero Deum credant, fidantque in illum. Hinc maximos fructus accepturum timentem Deum pollicetur, tandem incredulis, & impatientibus periculum capitis oſtentat, diuini quoque timoris effectus explicat.

VERS. 1.

Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Senſus.

1. *FIli accedens*, &c. q.d. Si mundo, Deo inſpirante, nuntium remiſeris, & à peccatorum ſordibus fugiens, ſtatueris in animo tuo Deo ſeruire, & eius obſequio addici, confirma te ipſum ad retinendam iuſtitiam, & timorem Dei, vt à te non recedant, etiam ingruente tentatione. Et mox para animum tuum ad recipiendos tentationum ictus, nam diabolus paratus adeſt ad oppugnandum, & Deus ad ſubeuiendum, & ad probandam virtutem, & fortitudinem tuam, &c.

Notæ.

Tentatio, quid.

NOmen *tentationis*, πεῖρασμὸν, à verbo, πειράω, quod eſt tento aggredior, conor, experior, id eſt, periculum facio, aliqui reſtringunt ad tentationes & ſuggeſtiones diaboli, vt Rabanus. *Dum enim*, inquit, *accingi diuino ſeruitio præparat, bellum diaboli contra ſe excitat.* Ita Hugo, Lyra, & Dionyſius. Sed Ianſenius. Palacius, & Druſius de tentationibus & tribulationibus explicant, tentamur enim, vel à Domino, vel à diabolo. Deus tentat quem probat, cuius fidem & virtutem explorat, diabolus tentat, quem ad malum ſollicitat; vterque id facit non rebus aduerſis ſolum, ſed ſecundis, & proſperis. Ad hos duos fontes referri poſſunt omnes tentationes piorum.

Rabanus Lyra, Dionyſ. Ianſen. Druſ. Palac.

Ad ſeruitutem Dei, vel *ad ſeruiendum Domino Deo.* κυρίῳ θεῷ ſic habent Aldus, Baſil. & LXX. in cæteris κυρίῳ tantum, & in vulgato, qui videtur legiſſe δουλεύειν θεῷ, δουλοσύνη eſt ſeruitus, & licet nomine *ſeruitutis* indicet ſeruitium non ſpontaneum, quale mancipia exequuntur; ſignificat tamen eam ſpontaneam ſeruitutem quia filij inſtituuntur ad obſequendum parentibus. q. d. Si propoſueris colere Deum, cùm ad eius cultum te conferes, compara animum tuum ad tentationem, nam cultus Dei cum maximis tentationibus cōiunctus eſt. Tandem in Originalibus illa pars, *ſta in iuſtitia & timore* deſideratur ſed addita eſt ab interprete vulgato, vt modum præparandi ſe ad tentationem hominem doceat, &c.

Seruitutis nomen quid ſignificet.

Illuſtratio prima.

Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore. Cum veller Eccleſiaſticus iuſtum, quem filium nominat, verbis ſuis ad veram iuſtitiam & ſanctitudinem ſectandam inſtituere, admonet, *ſtare in iuſtitia, & Dei timore*, ſi ad Deo ſeruiendum libeat accedere. Rabanus: *Cum prius doceret*, inquit, *quid vitandum ſit; nunc demonſtrat quid agendum eſt, hoc eſt, vt qui diuino ſeruitio ſe ritè mancipare vult, maneat in iuſtitia & timorem Dei ſeruet: Sicque animam ſuam præparet ad tentationem, quia impoßibile eſt, vt is, qui ſe tentat ab illecebris mundi abſtinere, & Dei mãdata cuſtodire vt aduerſa mundi non patiatur*, &c. Palacius autem explicat, *ſtare in iuſtitia*, id eſt, firmus diuina ſerua mandata, vniuerſa fuge peccata. Odit enim Deus, *omnes operantes iniquitatem.* Pſal. 5. v. 7. *Et omnes obſeruantes vanitatem ſuper vacue.* Pſal. 30. v. 7. Si ergo Chriſtus *diligit iuſtitiam* (Pſal. 44. v. 8.) *& odit iniquitatem.* Tu qui ad eum colendum accedis, dilige iuſtitiam, in ea ſta, & perſeuera. Quomodo enim in vna fede morabitur ſumma iuſtitia cum iniuſtitia? Ac *ſtare in timore.* Eſt Deum omni reuerentia digniſſimum reueri, & reuerentiſſimo ac libenti animo adorare. Holcot explicat loqui auctorem ad modum comminantis inſultum, quia dicit: *Sta*, vt ſe defendat Ierem. 6. v. 16. *State ſuper vias, & videte*: Et quilibet volens ſe defendere viriliter & conſtanter poteſt reſpondere: *Iuſtificationē meam quam cœpi tenere non deſeram.* Iob. 27. v. 6. Ego tamen cenſeo, ſtare in iuſtitia eſſe conſtanter inhærere virtuti iuſtitiæ & actibus eius; iuſtitia enim præcipit, dare vnicuique quod ſuũ eſt, non ſolum debitum obſequium Deo offerendo, ſed etiam exhibendo proximo quod ei deberur. Per *timorem* Dei cultum & reuerentiam Deo præſtandam intellige. Licet Holcot dicat: *Sta* conſtanter perſeuerando, *in iuſtitia*, bonum faciendo, *in timore* malum declinando. Addens autem hæc duo verba inſinuat ſapiens, quomodo animus hominis ſit ad tentationem diſponendus, & aptandus. q. d. Qui ſtatuit in corde ſuo Deo ſeruire, & obtemperare, non ſolum debet in iuſtitia & in timore ſtare, ſed animum ſuum ad tentatio-

Rabanus.

Palacius. *Stare in iuſtitia quid.*

Pſal. 5. v. 7. & 30. 7.

Stare in timore quid. D. Holcot.

nem præparare, id eſt, ad omne id, quod ſit voluntati ſuæ contrarium. Iuſtitię autem additur timor, ne quis ſibi nimis fidat, & cadat, cum in tentationis certamen vocatus ſit, vt D. Petrus, Ioan. 13. *Fidelis* enim eſt *Deus* (inquit D. Paulus 1. Corint. 10 v. 13.) *Qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis*, id eſt ſupra vires veſtras. Eleganter D. Ioannes Chryſoſtomus tomo 5. hom. 4. ad pop. *Sicut Citharœdus*, ait, *neque neruū intendit, vt non abrumpat: Neque remittit vltra modum, ne harmoniæ concentum lædat; ſic & Deus agit neque in remiſſione continua, nec in longa tribulatione noſtram conſtituit animam ſecundum ſuam prudentiam vtrumque faciens, non autem rurſus ſinit in continua eſſe tribulatione, ne concidamus, ne ve deſperemus*, &c.

Deus velut cytharœdus erga eos quos tentat. 1. Corint. 10 v. 13. D. Chryſoſt.

3. Nihilominus videtur mihi in hac ſententia Sirach ſerui ſimilitudinem ante oculos ponere, vt placet Holcot. Cum enim quis in alterius ſeruitutem deſtinatur, vel adiudicatur ad ſeruiendum, non ſolum in iuſtitia & timore, ſed & fortitudine præfulcitur, ad vincendas tentationes, quæ bellum in eum ingruere poſſint, vt debitum obſequium præſtet, hæc duo exequi debet, ſcilicet, iuſtitiæ virtutem erga Deum ſeruare, debitum honorem & reuerentiam tanquam Domino exhibendo, & illi in omnibus obtemperando. Vt Philo dixit in lib. qui inſcribitur: Quis rerum diuinarum hæres: *Eſt ſerui laus maxima nihil ex iuſſis Dominicis contemnere, ſed impigrè induſtrieque, vel ſupra vires conari cuncta exequi ex illius animi ſententia.* Item debet ſtare in timore nō tantum ſeruili, ſed reuerentiali, & filiali, vt illum offendere, iniuriam facere, & moleſtiam inferre metuat. Quæ duo animum ſerui confirmant, ne ingruente tentatione perturbetur, opprimatur, & exanimetur, anhelat tamen ex imo pectore ſuſtinentiam ad illatas iniurias ferendas. Sic de eo, qui Dei ſeruituti, ſeu potius obſequio addicitur, hunc locum intelligi neceſſe eſt. Cum enim quis Deo adiudicatur, & adſtringitur, ad ei totis viribus totoque animo ſeruiendum & obtemperandum, hæc duo exequi & præſtare debet. Primum *ſtare in iuſtitia*, id eſt, debitum Deo honorem & reuerentiam, & proximis quod ſuum eſt vnicuique præſtare. Secundum, *in timore ſtare*. Hoc eſt, cauere ne Deus ſibi offenſus exhibeatur, propter ſcelus contra eum inflictum, & ſtando in filiali timore, ne nimis ſibi quiſque fidat, iuxta id quod Paulus docuit 1. Cor. 10. v. 12. *Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Et Philip. 2. v. 12. *Cum metu & tremore veſtram ſalutē operamini*. q. d. ne nimis vobis fidatis, ſed timete timore filiali, ne cadatis & à tentatione vincamini. Eleganter hunc locum explicat. Et illuſtrat D. Chryſoſtomus tom. 4. hom. 8. in cap. 2. Philip. *Si vero*, inquit, *vbi nihil inſidiatur diabolus, ſed ſola ſocordia interturbat, tanto nobis timore opus eſt, vt ſolum naturalem deſidiam vincamus, vbi tantum bellum eſt, tanta impedimenta, quomodo fieri poterit, vt vnquam ſine timore ſaluemur, quomodo vero comparabitur iſte timor? Si cogitauerimus Deum vbique præſentem eſſe, omnia audire, omnia videre, iudex enim eſt Conſiliorum & cogitationum cordis. Si ita nos ipſos diſpoſuerimus, nihil mali faciemus, nihil mali dicemus, nihil mali cogitabimus. Dic mihi ſi tibi ſemper proxime Principem ſtandum eſſet, non cum timore adſtares? Cogita præſentem eſſe Deum, ſi cogitationem iſtam ſemper habueris, ſemper in timore eris, ac tremore, tanquam ſi prope regem adſtes*, &c.

D. Holcot. Qui ſtatuit ſeruire, iuſtitia, timore & patientia fulcitur. Philo Iud. *Seruus quid debeat facere.* *Stare in iuſtitia & timore, quid.* 1. Cor. 10. v. 12. Phil. 2. v. 12. *Timor neceſſarius eſt ad non cadendū intentione.* D. Chryſoſt.

4. Itaque qui in obſequium Dei addici ſtatuit, ſtare debet in iuſtitia & timore ad reſiſtendum diabolo tentationibus ingruenti, & ad tentationes à Deo inflictas patienter ſuſtinendas, diſponere debet animum ſuum ſtando in iuſtitia & timore. Per iuſtitiam enim, qua Deo debitum honorem præſtabit, liberabitur à morte, id eſt, ab amiſſione gratiæ, & diriget viam ſuam ad obtinendam pacem quam bellum tentationum tui bare ſolet. Sic ait Salomon. Prou. 10. v. 2. *Iuſtitia verò liberabit à morte.* Et cap. 11. v. 5. *Iuſtitia ſimplicis* (Heb. *immaculati*, recti, iuſti) *dirigit viam eius*, viam ſcilicet ſternet rectam, & æquabilem, vt inoffenſus, & ab omni caſu & ruina immunis pergat; *vel diriget*, id eſt, *fortunabit*, ac felicitabit cunctam eius viuendi rationem. Sic autem ait Sirach: *Fili accedens* (ingrediens, te intromittens) *ad ſeruitutem* (obſequium, ſeruitium, voluntatem) *Dei ſta in iuſtitia* [erga Deū illi exhibendo debitum honorem; erga te ipſum in honeſtate & integritate morum perſiſtendo: Erga proximum, non inferendo iniuriam, ſed in offenſum diligendo] & *timore* [timendo Deum offendere, & ſic] *præpara animam tuam ad tentationem*. q. d. nihil tibi tentatio, ſeu tribulatio nocebit, licet enim tentationum imber, & tribulationum inundatio infracto impetu, te volentes opprimere, audacter aggrediantur, illæſus, & illibatus effugies. Eleganter dixit Seneca lib. de Prouid. cap. 2. *Quemadmodum tot amnes tantum supernè deiectorum imbrium tanta medicamentorum* [ita acidæ aquæ ſulfuratæ, ferratæ, hoc nomine medicamentorum cenſentur] *vis fontium non mutant ſaporem maris, nec remittunt quidem: Ita aduerſarum impetum rerum viri fortis, non vertit animum. Manet in ſtatu, & quidquid euenit in ſuum colorem trahit, omnia aduerſa exercitationes putat.* Pende illa verba, *manet in ſtatu* quia, idem eſt, *ac ſtare in iuſtitia*, permanere in ſtatu victoris, quando tentationum tempeſtas ingruit, & quidquid accidit aduerſi in ſuum trahit colorem. Sicut enim mare aquas imbrium & fluuium [*quia omnia flumina intrant in mare*, Eccleſ. 1. v. 7.] in ſuam amaritudinem & colorem mutant, in ſuo ſtatu manendo. Non aliter imbrica tentationum, ſeu fluuiatica tribulationum inundatio (cum iuſtus in iuſtitia & timore ſtare decreuit) non mutat ſaporem & colorem, animi, ſed potius ipſas aquas tranquillus animus in ſuum proprium colorem & ſaporem trahit, vel conuertit, & omnia aduerſa exercitationes putat.

Diſponendus animus ad tentationes. *Per iuſtitiā homo liberatur à morte.* Prou. 10. v. 2. & 11. v. 5. *Præparare ſe debet homo ad tentationem.* Seneca. *Iuſtus quidquid aduerſi accidit, in ſaporem ſuū trahit.* Eccl. 1. v. 7.

Illuſtratio ſecunda.

5. PRæpara animam tuam ad tentationem, id eſt, præmuni, præfulci, vel expone animum tuum ad tentationum & tribulationū ictus, ad quos duos fontes referuntur tentationes omnes iuſtorum. Quare igitur animus ſeruiens & obtemperās Domino, expoſitus manet ad ferendos conatus tentationum? Reſpondet D. Paſchaſius. Robertus lib. 3. in Matt. c. 4. Rogans cur Chriſtus in deſerto tentandus ductus eſt? *Vbi*, inquit, *ſeruiendi Deo maior eſt quietudo, ibi maior exhibeatur neceſſe eſt virium colluctatio, quia & ibi nuſquam deerit fraudulenta oblectamentorum perſuaſio*, ſicut enim qui domum Principis ingreditur ad ſeruiendum, debet ſe diſponere tentationum conflictibus, qui facile in quotidiano ſeruitio concitantur. Sic qui ad domum Dei ſe recipit ad ſe addicendum eius ſeruituti virium colluctationem exhibere neceſſe eſt: Et cum in Dei ſeruitute maior animi tranquillitas inueniatur, continuò adeſt fraudulenta oblectamentorum perſuaſio, quam ſi vincas, vt verus athleta, victoriæ triumpho & mercede ſeu præmio tandem digno perfrueris.

Quare iuſtus exponatur ad tentationum ictus. Paſchaſius.

Confirmat hoc optimè D. Gregor. Nyſſe. to. 2. tract. 2. in Pſ. c. 6. Explicans titulum Pſ. 52. Qui ſic inſcribitur: *In finem pro Maeleth.* Poſtquam dixit: *alacritatem quamdam addere illis, qui in ſtudio virtutum decertant, dum quis ſit certaminum finis oſtendit, choros, & ſaltationes, & iucunditates victoribus propoſitas obſeruans.* Paulo inferius ait: *Qando igitur audieris inſcriptionem, quæ illas voces pro Maeleth in finem; tunc noueris tibi velut per ænigma Conſilium dari ne ſuccumbas in tentationum conflictibus, ſed vt in finem victoriæ reſpicias, qui eſt Angelicis choris annumerari, tuamque animam tentationum impreſſione expurgari cogites. Quod & Lazaro accidiſſe ex ipſo Domino didicimus, qui cum per patientiam calamitatum toto vitæ curriculo ſeſe illæſum caſuſque expertem conſeruaſſet, finita hac communi vita, ſuperatoque in hoc conflictu aduerſario, ſtatim inter Angelos receptus eſt. Factum eſt autem*, &c. Luc. 16. v. 22. Itaque aduerſario reſiſtendum eſt, nam dæmon virum fortem & perfectum extremeſcit, & cum videt ſe ſuperatum eſſe in tentationibus ſuis, pugna fractus confuſus diſcedit & fugit, vt contingit in tentationibus Chriſti. Quare optimè aduertit D. Ambroſ. Luc. 4. *Inſtare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Cæterum miſericordia Domini non ſumus conſumpti, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, & nos quidem euaſimus ſed laqueos Deus ipſe contriuit.* Rurſus D. Paulus Philip. 1. v. 21. Agens de moleſtijs præſentis vitæ in qua præparatus adeſt humanus animus ad tentationum & tribulationum mortales conflictus, eligit magis mori quam viuere, aiens. *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Cur ergo Apoſtolus ita cædet vitæ ſuæ, & mortem tam libenter oppetere adigatur, vt prorumpat ſibi mori lucrum eſſe? Reſpondet D. Cyprianus de laude Marty. explicans hunc locum Eccleſiaſtici. *Quamobrem*, inquit, *chariſſimi fratres, fide prima, deuotione robuſta contra minas ſæculi atroces, & aſperum inſequentium fremitus aduerſa virtute reſiſtendum, nec timendum quorum ſpes æternitatis, & vita cæleſtis eſt, quorumque ardor in cupidine lucis ſuccenditur, & ſalus de promiſſa æternitate lætatur.*

Titulus Pſalmi 52. quid ſignificet. D. Gregor Nyſſen. *Ne homo tentationi ſuccumbat, finem victoriæ debet inſpicere.* Luc. 16. v. 22. D. Ambroſ. Phil. 1. v. 21. *Cur Paulus poſtulet magis mori, quam viuere* D. Cyprian.

Illuſtratio tertia.

6. POrro verbum *præparare* indicat, haud dubium illam præparationem ſimilem ſigno ſeu ſcopo, aut metæ, in quam ſagittæ conijciuntur. Qui ſcopus vel ſignum expoſitum manet ad recipiendos telorum ictus, & plumbeas pilas, quæ tormentorum violentia exploduntur, *el Blanco donde se tira à punteria.* Cum ait Sirach: *Præpara animam tuam ad tentationem.* Id eſt, præpara cor tuum vel animum tuum, ſicut paratur ſcopus, in quem tela conijciuntur, & ſicut ſcopus tela vel pilas retorquet & repellit: Sic animus iuſti inſtar ſcopi debet reijcere & reflectere tentationum & tribulationem ictus. Hoc ſcopuli munere Chriſtum Dominum functurum prædixit Simeon, cum adhuc puer in templo Deo tanquam munus deferebatur per manus ſacerdotis ſummi: Ait enim Symeon Luc. c. 2. v. 24. Ad Virginem matrem: *Ecce poſitus eſt* (præparatus) *in ruinam, & in ſignum, cui contradicetur.* Quod iam prædixerat Iſaias cum dixit c. 8. v. 14. *In lapidem offenſionis & in petram ſcandali.* Scopus, Petra, vel lapis eſt, in quem iaciuntur tela, & quia lapideus eſt, facile tela retorquentur abſque ictus læſione. Sic Chriſtus Dominus fuit ſcopus lapideus, durumque ſignum, quia *Petra erat Chriſtus*. 1. Cor. 10. v. 4. *Poſitus*, ſeu præparatus *in ſignum, cui contradiceretur*, id eſt, in quem diabolus tentationum tela, & inimici tormentorum pilas, & tandem eius parens Deus tribulationum & perſecutionum iactus dirigerent. Cum autem lapideus ſcopus eſſet, omnia tela, iacula, & pilas retorſit, reflexit, reuocauit. S. Iob c. 16. v. 13. ait de ſe: *Et poſuit me ſibi quaſi in ſignum.* Id eſt, ego ipſe poſitus ſum, vt explicat Pineda in ſcopum, vt mille iacula, mille ſagittas exciperem. Ego ipſe ſuſtinui ictus quotquot vel filij, vel famuli, vel pecora ipſa & armenta ſuſtinuerunt. Citat locum Ierem. 3. v. 12. *Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.* Quibus locis confirmatur ictibus ærumnarum, hoſtiumque iactibus conſuetum eſſe iuſtos Deum præſtituere, cui iucundum atque feſtiuum eſt eos ſic exercitij gratia pati ſpectare. Id vero à ſuo iuſto requirit Deus, vt dum ab illo ponitur in ſignum & ſcopum firmus fixuſque hæreat. Addo Senecam, qui lib. 2. de Prou. c. 2. Hoc probat aiens: *Ecce ſpectaculum dignum, ad quod reſpiciat intentus operi ſuo.* (Huic mundo, quem fecit, & tuetur intuendo) *Deus: Ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compoſitus, vtique ſi & prouocauit. Non video, inquā, quid habeat in terris Iupiter pulchrius, ſi conuertere animum velit, quam vt ſpectet Catonem, iam partibus, non ſemel fractis ſtantem, nihilominus inter ruinas publicas rectum*, &c. Itaque cum ait Sirach: *Præpara animam tuam*, &c. Eſt. q. d. præpara cor vel animum tuum, vt ſcopuli inſtar ſagittetur: & ictus tentationum & tribulationum recipiat, & ſine eius læſione tela & iacula retorqueat & reuocet, ſicque illæſus euadat, & triumphi digna mercede potiatur. Ideo dixit D. Auguſtinus: *Luctam tuam Deus, cum carne conſiderat, hortatur, vt pugnes, adiuuat vt vincas, certamen ſpectat, deficientem ſubleuat, vincentem coronat.* Et hoc eſt, quia vt dixit Apoſtolus 1. Cor. 4. v. 9. *Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus*, &c.

Verbum præparare ſcopo tribuitur. *Animus iuſti, inſtar ſcopi retorquet tentationum tela.* Luc. 2. v. 24 Iſa. 8. v. 14. 1. Cor. 10. v. 4. *Chriſtus Dominus ſcopus cui contradicebatur.* Iob 16. v. 13. Pineda. *Iuſtus quaſi ſignum ſagittarum.* Ier. 3. v. 12. Pineda. Seneca. *Vir fortis Deo dignus.* D. Auguſt. 1. Cor. 4. v. 9

7. Demum vir fortis, & conſtans animo vocatur ille, qui tentationum pondere minimè deprimitur, & ſurgit aduerſus omnes perſecutiones, *ſtat fixus in iuſtitia & timore*, & ad omnem tentationem præparatus. Ideo palmæ comparatur iuſtus, dicente Dauide. Pſal. 91. v. 13. *Iuſtus vt palma florebit.* Quia ſicut palma vim inferenti reluctatur & aduerſus omne pondus victrix euadit: Sic iuſtus cum tentatur, ita renititur, vt victoriam de tentationibus reportet. Sic ait Plutarch. lib. 8. quæſtionum com. q. 4. in fine. *Lignum palmæ ſi pondere impoſito id degraues, non deprimitur, neque cedet deorſum, ſed aduerſus onus fornicatur, velut vim inferenti reluctans. Idem in certaminibus vſu venit, qui validè exercitationem ſuſtinent. Hi non modo corporibus verum etiam animis eriguntur, & gliſcunt.* Et in quæſt. naturali. Rogans quare *in arboribus vna palma impoſito onere fornicatur?* Reſpondet inter alia: *Vtrum quia ignea & ſpirabilis vis, qua maximè pollet, cum tentatur & irritatur, ſeſe exerens, magis magiſque aſſurgit?* Ideo Alciatus in Emblem. 36. depingit palmam & puerum reptantem ramis eos colligentem, cui titulum inſcripſit: *In durandum aduerſus vrgenda*, & ait:

Nititur in pondus palma, & conſurgit in arcum.
Quo magis & premitur, hæc mage tollit onus:
Fert & odoratas bellaria dulcia, glandes,
Queis menſus inter primus habetur honos.
I Puer & reptans ramis, has collige: mentis
Qui conſtantis erit, præmia digna feret.

Sic *iuſtus vt palma* quę ita reluctatur & victrix in tētationibus euadit, *florebit* præmio digno tandē potietur. *Et qui præparat animū ſuum ad tentationē, ſtando*

Vir conſtans quis vocetur & quare palma comparetur. Pſal. 91. v. 13 Plutarch. *Cur palma impoſito onere aſſurgat.* Alciatus.

Iuſtus euadit Victor in tẽtationibus. D.Baſil.

in iuſtitia & timore, ita repugnat vim tentationis & tribulationis inferenti, vt valide exercitationem ſuſtinendo. Vt ait Plutarchus non modo corpori, ſed etiam animæ erigatur & gliſcat. Ita D.Baſilius Orat. 11.de patient.ait: *Et quemadmodum athletas certaminum labores coronis ad ſe alliciunt: Ita etiam homines Chriſtianos probatio, quæ ex tentationibus deſcendit, ſi modo cum decenti tolerantia, ac omni gratiarum actione ea, quæ à Domino ordinantur, ſuſceperimus*, &c.

Illuſtratio quarta.

Alia acceptio verbi præparare. Rabanus

8. Tandem cum Ieſus Sirach monet iuſtum præparari *ad tentationem*, exoptat illum diſponere ad bellum pugnandum aduerſus eos, qui armis tentationum oppugnare eum voluerint, q.d. *Ponte tus armas, porque tocan a guerra de tentaciones.* Sic explicat Rabanus dicens: *Quanto enim quis ſe à mundi amore auertere certat, & ad ſeruitium Dei coadunare feſtinat: Tanto grauiora bella ac tentamenta ab hoſtibus tolerat. Quiſquis enim accingi in diuino ſeruitio, properat, quid aliud quam ſe contra antiqui aduerſarij certamen parat? Vt liber in certamine ictus ſuſcipiat qui quietus ſub tyrannide in captiuitate ſeruiebat*, &c. Ergo explicans D.Joan.Chryſoſt.t.2.ho.13.in Matt.id c.4.v.1. *Ductus eſt Ieſus in deſertum*, &c. inquit: *Idcirco enim accepiſti arma, non vt otieris, ſed vt pugnes. Propterea Deus in te tribulationes irruere permittit.* Et mox afferens nonnullas rationes huius permiſſionis, has aſſignat, *vt in egregia illa animi mediocritate permaneas, neque donorum magnitudine eueharis, dum te ſcilicet tentationes cohibent, & refrænant. Et vt fortior, & ipſo prorſus ferro valentior tentationum exercitatione reddaris: Et vt capias grande documentum theſaurorum tibi à Domino creditorum. Neque enim ſuperueniret tibi, neque aduerſus te diabolus irrueret, niſi in maiore te poſitum honore conſpiceret.* Confirmat hoc Rupertus tom.2.lib.4. in Apocal. c.7.dicens: *Sed quia per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei, poſt Ruben ſequitur Gad. qui tentatus, vel accinctus interpretatur. Poſt inchoationem enim boni operis, maioribus neceſſe eſt hominem tentationibus probari atque ad bella grauiora ſuccingi, vt fidei illius fortitudo comprobetur. Dicente Salomone, Fili accedens ad ſeruitutem Dei*, &c. *Item Pſalmiſta, Præunxiſti me virtute ad bellum*, &c.

Matt.4.v.1 D.Chryſoſt *Tentatio idẽ quod bellum* *Poſt bonum opus maioribus tentationibus homo probatur.* Rupertus.

9. *Docetur patientia & tolerantia.* Quare cum Siracides præcipit iuſtum ad tentationem præparari, docet patientiam & tolerantiam? Quia ſicut impij laſciuiunt, & voluptatibus potiuntur; ſic iuſti tentationibus impetuntur, & tribulationibus exagitantur. Qui enim *ſtare in iuſtitia & timore* ſtatuit, debet ſe ad tentationum impetus præparare: eleganter Seneca loco citato de Prou.c.1.ait: *Itaque cum videris bonos viros acceptoſque dijs laborare, ſudare, per arduum aſcendere: Malos autem laſciuire & voluptatibus fluere; cogita filiorũ nos modeſtia delectari, vernularum* (quorũ procacitas propria) *licentia: Illos diſciplina triſtiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de Deo liqueat, bonum virum in delicijs non habet, experitur, indũrat, ſibi illum præparat.* Pende hoc verbum *præparare.* Ipſe Deus ſibi & ſuis oculis iuſtum præparat. Quia magnus ille editor hoc ſpectaculo maximè delectatur, cum ad tentationem aliquem parat, ſibi & ſuis oculis præparat ſpectandũ. Et tunc *non habet in delicijs*, id eſt, illum in delicijs & voluptatibus ſeſe ingurgitari non ſinit, ſed experitur, periclitatur, & indurat, punit, caſtigat, & præparat ad omnes res aduerſas patienter ſuſtinendas, vt tandem poſſit corona tanquam victorem decorari. Iuſtum enim ſicut Iacobum *cuſtodit Dominus ab inimicis & à ſeductoribus, tutat illum, & certamen forte dat illi, vt vincat.* Sap.10.v.12. Pende id *certamen forte*, quod dat Dominus iuſto, vt victoriam conſequatur, ideo enim fuit *certamen* tentationum *forte*, quia *præparauit* eum *ad tentationem cuſtodiendo ab inimicis, & tuendo illum à ſeductoribus.* q.d. fecit *ſtare in iuſtitia & timore* vt ſic diſponeret ſe ad certamen forte, & quia ſua cuſtodia conſeruauit in animo iuſtitiam & ſua tutela cuſtodiuit timorem, ideo obtulit tentationis certamen ſecurus de victoria inimicorum, vt *vinceret*, vt *palmam* reportaret & certaminis præmio æternum potiretur. *Scriptum namque eſt* (inquit D. Gregorius lib.4. Moral.c.21. v.9. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei*, &c. *Quiſquis enim accingi in diuino ſeruitio properat, quid aliud quam ſe contra antiqui aduerſarij certamen parat, vt liber in certamine ictus ſuſcipiat, qui quietus, ſub tyranno in captiuitate ſeruiebat?* Vide ſap.14.v.11. Quid plura? Confirmat hoc D.Auguſt.tom.8.explicans id Pſ.60. *Dum anxiaretur cor meum. Vita noſtra*, inquit, *in hac peregrinatione non poteſt eſſe ſine tentatione, quia profectus noſter per tentationem noſtram fit: nec ſibi quiſquam innoteſcit niſi tentatus, nec poteſt coronari niſi vicerit, nec poteſt vincere niſi certauerit, nec poteſt certare niſi inimicum & tentationes, habuerit*, ideo ait Sirach, *Præpara animam tuam ad tentationem.*

Seneca. *Deus delectatur, cum aliquem præparat ad tentationem.* Sap.10.v.12 *Certamen forte dat Deus homini vt vincat.* D. Gregor. D. Auguſt.

VERS. II.

Deprime cor tuum & ſuſtine, inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectus, & ne feſtines in tempore obductionis.

Senſus.

Deprime cor tuum, &c. q.d. ſi diuino obſequio & ſeruitio adiudicatus fueris, rectum debes cor tuum efficere, & quæuis incurrentia mala perferre, deprime illud, vel demitte, ne per impatientiæ motus in murmurationem contra Deum erigatur, inclina aurem tuam ad verba prudentiæ & intelligentiæ, vt aduerſa patienter & libenter feras: Et auſculta verba ad patientiam adhortantia, & deſine te inſtrui, & conſolationem adhibe; cumque in aliquam ingruentem calamitatem, incideris, non tibi per impatientiam eſt feſtinandum ad liberationem, vt faciunt, qui illicitis modis liberari quærunt, ſed patienter expecta diuinam promiſſionem libertatis, &c.

Notæ.

10. *Verbum εὐθύνω quid ſignificet.*

Deprime cor tuum, in Græco, εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, verbum Græcum εὐθύνω ſignificat propriè dirigere, vel rectum formare, à radicali verbo. ΕΥΘΥΣ, quod eſt rectus ſeu non obliquus, ſeu tortuoſus. Sumitur etiam pro dirigere eo modo, quo dicitur dirigere nauẽ aliquò & dirigere curſũ ad littora Ariſtoph. regere habenas. Item rationẽ repoſcere anteactæ vitæ, & ſimilia. Verbum etiam latinum *deprimere*, quo vtitur interpres, ſignificat conculcare, affligere, præterea, demittere. q.d. *deprime cor tuum.* Illud afflige, & ſupprime ſub potenti manu Dei, ſic vt nec per impatientiæ motus in murmurationem contra Deum exurgat, &c. Rurſus ſecunda pars, ſcilicet, *inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectus*, deeſt, in originalibus Græcis, ſed addita ſunt à vulgato, vt doceat, non ita deprimendum cor, vt auris non inclinetur ad verba ſolatij, ſuſcipienda potius verba intellectus, quibus animæ interclusionem effugiat.

Iſa.28.v.16

Et ne feſtines, μὴ σπεύσῃς Heb. אל תחיש, quod capiendum, vt Iſa.28.v.16. Vt infra dicemus: *Qui crediderit non feſtinet.* Expecta, inquit, patienter, dum is, qui ſupra nos eſt, te reſpiciat, in aduerſis conſtitutum, nouit enim quando pij eripiendi ſunt. è tentatione 1. Petr.2.v.9. *Ne feſtines* igitur, id eſt, ne ſis impatiens, aut minus tolerans malorum. Verbum καρτερέω, quod eſt tolero, fero, patienter, patior, eſt etiam duro, perduro, & patienter ferre, præſentem ſtatum boni conſulendo, & non cedere malis; quæ omnia continet verbum *ſuſtine*, quo vtitur vulgatus.

Deut.20.v.3. 1.Reg.23.v.26. *Pauor ad feſtinationẽ cogit.* Pſ.103.v.8. Deut.16.v.3.

Et ne feſtines in tempore obductionis. In Græco eſt, καὶ μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς. Verbum, σπεύδω ſignificat feſtinare, properare, vt Iſa.28.v.16. Verbum Hebr. reſpondens eſt חפז, *hhaphaz*, quod eſt accelerare, feſtinare & obſtupeſcere, pauore moueri, mirari, vt Deut.20.v.3. *Non pertimeſcat cor veſtrum, nolite metuere*, &c. 1.Regum 23. v.26. vertit vulgatus. *Deſperare. Porro Dauid deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul.* Hebr. *& fuit Dauid feſtinus ad abeundum à faciebus Saul.* Qui enim pauore concutitur fugam parat, & feſtinat ad fugiendum, Pſal.103.v.8. *A voce tonitrui tui formidabunt* Heb. *Feſtinanter ſe in fugam conijcient.* Deut.16.v.3. *In pauore egreſſus eſt de terra Aegypti.* Heb. *in feſtinatione egreſſus*, &c. Pauor enim ad feſtinationem cogit.

11. Eccl.23.v.12.

In tempore obductionis, ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς, alij *in tempore aduerſitatis, vel calamitatis.* Nam *epagogue* calamitas infra cap,23.v.12. *Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga*, id eſt, calamitas. Denotat autem illud tempus, quo Deus mala importat hominibus. Ergo *epagogue* Significat modum aſciſcendi auxilium, & denotat inuaſionem hoſtilem, & Plato legit, pellaciam, & illecebras. Significat etiam inductionem ex argumentis; inde eſt, ἐπαγωγὸς ἡδονῆς, inducens voluptatem, noſter vulgatus vertit *obductionem.* Et cum obductio ſit actio obducendi, forte vocat Sirach tempus mortis, tempus obductionis, vt explicat Palacius, quia in illo nouiſſimo tempore vita obducitur, & quaſi mortis nube vita, quæ eſt lucis vſura tegitur, & operitur. Sic etiam Holcot. Mors etiam dicitur obductio, vel quia vitam obuoluit, id eſt, remouet, vel quia poſt mortem corpus panno & terra tegitur. Id eſt, ne vexatus puſillanimitate finem laborum præoptes: Melius alij vertunt, *calamitatem*, vel anguſtiam, vel afflictionem, hæc enim eſt, velut obductio quædam & obnubilatio mentis. Et cum *epagogues* ſignificet inuaſionem hoſtilem, non mirum mortem obductionem appellari. Mors enim vt graſſator inuadit hominem, & hoſtiliter compellit: & quis impetum hoſtilem, & ferociam eius comprimere audebit? Præterea poteſt tempus mortis vocari inductio eius inſtar, quæ ex argumentatione infertur, illud enim tempus illatio ſeu inductio dicitur ex præmiſſis, quæ in vita præceſſere, ſignificat etiam modum aſciſcendi auxilium, quod inducere poteſt diuini auxilij implorationem, quæ in tempore mortis, ſæpe ſæpius à moribundo exauditur. Tandem *obductio* ἐπαγωγῆς, eſt pellacia, illecebra, vel inductionum voluptatis, quia tempus mortis pellacia eſt, & inſtar ſomni, ſic Xenophon. Philoſophus imperator lib.8. de inſtit. Cyri: *Animaduertiſtis* (inquit) *nihil eſſe morti hominis ſimilius ſomno?* Vide Iob 3.verſ.13. Joa. 11.verſ.11. & Ambroſ. lib. de bono mortis cap.8. *dulcis igitur quies mortis.*

Mors tempus obductionis. Holcot. *Mors tempus illationis vitæ.* Xenophon D. Ambroſ.

Illuſtratio prima.

12. Rabanus. Palacius. *Deprimere quid.*

Deprime cor tuum. Rabanus ſuper hunc locum præuenit dicens: *Sed quia humilitas & patientia illi neceſſaria eſt, & vt ſe documentis diuinæ legis aptet, vt ſciat qualiter vſque ad finem vitæ in ſeruitio Dei perſeuerare debeat, hinc ſubditur: Deprime, &c.* Ante conuerſionẽ (inquit Palac.) anima tua erat corde elato, carebat illa iugo, carebat ſeſſore, & domitore; in cõuerſione vero vult Deus ſedere in Throno ſuo. Deprimite igitur te; humiliate, Deum ſupra te recepturus, nullo modo ſuperbiam admiſeris. Vbi ſumit methaphoram equi indomiti, qui nec ephippium patitur, nec ſeſſorẽ, qui vt dometur indiget domitore, eum onere ſuo deprimente, vt quiſque ſedere ſuper eum poſſit: ſic qui corde elato inſtar equi indomiti, nec patitur diuinam legem ſibi dominari, quæ onere ſuo (onus enim vocat Chriſtus Dominus legem ſuam, Matt.11.v.30. *& onus meum leue*) domat ſuperbiam hominis, nec ferre poteſt ſeſſorem Deum, ſed reijcit à ſe; is opus habet domitore, qui eum deprimendo diſponat ad recipiendum in ſe ipſum Deum vt ſeſſorem, &c.

Matth.11.v.30. *Deprimere idẽ quod ſaburrare.*

Ego autem cenſeo verbum *deprimere* hic ſignificare ſaburrare cor nos dicimus, *poner laſtre al coraçon, paraque no ſe euanezca*: itaque *deprime cor tuum*, id eſt, illud ſaburra aduerſus ventorum vim. naues enim ſaburra, quæ eſt ſabulum vilius, quo naues ſtabiliores ſint, onerantur, ne ventorum violentia facile exagitentur, & naufragij periculo ſubjiciantur, ſic de nauibus dixit virg.4.Georg. Virgilius.

Vt cymbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram tollunt &c.

Cor vento vanitatis ſolet agitari. Sap.9.v.15. *Corpus animam deprimit.*

Quia ergo cor vento vanitatis ſolet agitari, & ſeſe in altum erigere, & in ſublime aſcendere, opus eſt illud ſaburra deprimere. Hoc conſilio vſus eſt Dominus cum hominem ex limo terræ plaſmauit, corpore enim terreo animam ſpiritualem ſaburrauit ne inaniter extolleretur & ſuperbiret. ſic dixit Salomon, Sap.9.15. *Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat* (ſaburrat, deprimit, demittit,) *animam & terrena inhabitatio* (id eſt, caro, uel corpus terrenum) *deprimit* (ſaburrat, onerat, ne efferatur (*ſenſum multa cogitantem* (id eſt, mentem plenam curarum, uel plenam uento uanitatis) corpus enim reddit animum quodammodo craſſum & oneroſum, atque illi inſtar ligaſterij & ferreorum uinculorum uidetur grauatum, &c. Igitur ſicut corpus graue animam deprimit & ſaburrat, ne in ſublime tollatur. Sic monet Jeſus Sirach, *deprime cor tuum*, id eſt, ſaburra onere, & quia humilitatis virtus optimè cor deprimit, ideò Rabanus explicat: *Deprime cor tuum, vt in elatione non tumeſcat* ſequitur Palacius exponens de humilitate, quem imitatur Sâ. *deprime*, id eſt, humilia. Dionyſius, id eſt, humilia te & ab omni tumore ſuperbiæ abſtine.

Rabanus. Palacius. Eman.Sâ. Dionyſ.

ne. Non ergo præsumas de viribus tuis, sed ex fragilitatum & peccatorum tuorum consideratione in totius humilitatis abyssо te merge, vt nihil sis in oculis tuis, &c. Eleganter D. Ambrosius tom. 4. lib. 3. de Virginibus hanc obtulit similitudinem: *Ergo*, inquit, *& tu si munera diuina superfluere in te, & redundare cognoueris, tuam metire virtutem, gratiam Deo redde, contentionemque corporis velut nauis saburram suscipe, ne te in tantis mundi fluctibus iactantiæ alicuius aura circumferat. Apis illa sapiens cum aëris motus suspectos habet, lapillis sæpe sublatis per inania se librat nubila, ne leue alarum remedium præcipitent flabra ventorum.*

D.Ambros. *Gratia Deo referenda cum munera diuina superfluunt.*

13. *Cor deprimere est humiliare.*

Itaque cor *deprimere*, idem est, quod humiliare: Quia humilitas onus est, quo cor saburratur. Sicque cum tentationem ac persecutionem iactantes fluctu tumescunt, & ventis surgentibus freta ponti huius sæculi incipiunt agitata turgescere, cor suum homo per humilitatem supprimendo ita saburrat sabulo humilitatis, vt facile in portus cælestis ostia penetrare possit. D. Bernardus lib. 2. de consideratione cap. 6. in fine. *Quæ enim virtutum æque potest dæmonum debellare superbiam, tyrannidem hominum? & serm. 28. Cant. inquit: Et sublimem humilitas reprimat, ne euanescat in prosperis.* Potens est enim humilitatis virtus ad supprimendum animum ne elatus miserè cadat. Ergo si fecit Deus hominem rectum vt ad cælestia facile euolare posset, quare ita suppressit animam sarcina & onere carnis, vt deprimat sensum & cogitationem? Respondet D. Gregorius lib. 8. Moral. cap. 10. in 7. cap. Job. *Ad contemplandum quippe creatorem homo conditus fuerat, vt eius semper speciem quæreret atque in soliditate illius amoris habitaret: Sed extra se per inobedientiam missus, mentis suæ locum perdidit, qua tenebrosis itineribus sparsus, ab inhabitatione veri luminis elongauit.* Confirmat hoc D. Bernardus serm. 2. vig. Nat. *Necessitates multæ miseri huius corporis detinent nos. Viscus quidam prauis desiderijs, & delectationis terrenæ volare non patitur, & citius retrahit mentem, si forte aliquando subleuetur.* Itaq; quamuis sarcina corporis Deus hominem degrauauerit, sed quia per inobedientiam mentis suæ locum perdidit, id est, originalem gratiam amisit, quæ erat locus habitationis mentis, ideo corpus deprimit sensum multa cogitantem, & ne superbiat & efferatur, oportuit, cor humilitate deprimere, vt monet Sirach: *Deprime cor tuum.* Quia enim per humilitatem ascenditur ad felicitatem, solet Deus onere humiliationis cor saburrare. Sic dixit Paulus 2. Cor. 4. v. 7. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* Quod expendens D. Hieronymus *thesaurum*, inquit, *gratia spiritualis in fragili corpore baiulamus, in quo etiam cum alios sanemus, ipsi aliquoties infirmamur, vt quod facimus, non nostræ virtutis sed Dei esse noscatur.*

D. Bernar. *Humilitas debellat superbiam.*

D. Gregor.

D Bernar. *Necessitates corporis detinent nos.*

2. Cor. 4. v. 7.

D. Hieron.

Secunda illustratio.

14. *Iustus cor suum conetur ad Deũ dirigere.*

Deprime cor tuum. LXX. *dirige cor tuum.* q. d. qui Dei seruituri & obsequio addici voluerit debet cor suum rectum efficere, & deinde tolerare incurrentia mala, id est, cor suum conetur ad Deum dirigere ad ferenda mala, quæ acciderint. In hoc sensu ait Sirach. vers. 6. *Dirige viam tuam, & spera in illum.* Sic dixit Ieremias cap. 31. v. 21. *Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti, reuertere virgo Israel.* &c. Ambulauerat populus per viam rectam mandatorum Dei & voluntatis suæ, & cum ab ea declinasset cor suum (*torcio el camino.*) Rogat impense Ieremias vt ipsum cor quod declinauerat à via Domini, iam per conuersionem dirigat per viam rectam, vt ad Dominum reuertatur. Nam Deus cor tenerum manifestat, quo amat & sequitur peccatores. Adeo rogat Ieremias. *Reuertere virgo Israel.* Dixit Diuus Augustinus homilia 38. *Euel-le cor tuum ab amore creaturæ, vt inhæreas creatori: Quia si amas illa, quæ fecit, adulter es, & quæres iram, quia amicitia huius sæculi inimica est Deo. Quicumque ergo voluerit esse amicus huius sæculi, inimicus constituitur Dei. Anima deserto creatore, amans creaturam adultora est. Illius enim amore nihil castius nihil delectabilius. O anima vt illius amplexibus digna sis, demitte ista, & illis inhære gratis,* &c. Ideo *dirige cor tuum.* Eodem sensu dixit Paulus 2. thes. 3. v. 5. *Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi*, id est, recto charitatis & patientiæ tramite incedere vos faciat Deus vt ab earundem semita non aberretis; hæc enim est recta ad perfectionem, ad salutem, & ad cælum via, si recta charitatis & patientiæ semita gradiamur. Ita Cornel. Sic etiam Sirach inquit: *Dirige cor tuum*, id est, fac vt recto itinere incedas, non declinando cor tuum à via recta mandatorum Dei, & charitatis eius & patientiæ Christi ne sis sicut *generatio, quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.* Psal. 77. v. 8.

Deus cor tenerum manifestat quo peccatores amat. D. August.

2. Thes. 3. v. 5.

Quæ sit recta ad perfectionem via Cornel.

Psal. 77. v. 8

15. *Alia significatio verbi dirigendi.*

2. Verbum Græcum εὐθύνω, vt diximus, significat *dirigere* eo modo, quo dicitur dirigere nauem aliquò & dirigere cursum ad littora. Cum enim quis nauim conscendit ad mare sulcandum, vt Ouid. 1. de Pont.

Nos fragili ligno vastum sulcamus aquor.

Ouidius.

Malo ex medio nauis erecto, nactus idoneum ventum, qui expectatus iam flare cœpit in eam partem, in quam vela dare cupit, sensim impletis vento linteis, sublatisque anchoris e portu soluit, vento secundissimo nauigans, nihilo minori cursu quam sagitta peruolans: Ita gubernaculum seu clauum nauis regit, vt facile nauis terram attingat, portumque ingenti lætitia teneat. Sic ait Sirach; *dirige cor tuum* ad appellendum in portum cælestem. Cor enim nostrum nauis instar, vt D. Auguſt. to 8. in Psal. 34. conci. 1. vocat. dicens: *Nauis tua cor tuum*, in fragili ligno corporis vastum hoc sæculi Mare sulcando nauigat, clauus eius, quo homo nauim cordis gubernat & dirigit cursum humilitas est; ita ergo humilitate cor suum tanquam gubernaculo debet dirigere, vt tandem cælestem gloriæ portum seu littora tenere possit. D. Auguſt. tom. 10. serm. 3. Dom. 4. Post Epiphan. *Ascendente Iesu*, &c. ait. *Nauigantes sunt animæ in ligno sæculum transeuntes, & vnusquisque in corde suo nauigat, nec facit naufragium si bona cogitat. Vento igitur flante, flatu surgente periclitatur nauis, periclitatur cor tuum, fluctuat cor tuum*, &c. Ideo Ecclesiasticus monet *cor dirigere*, vt cursum suum homo ad cælestia littora penetrare possit.

Deſcriptio nauis soluentis è portu.

D. Auguſt. *Cor noſtrum vt nauis eſt, quod humilitas debet gubernare.*

D. Auguſt.

16. *Tertia significatio verbi dirigere.*

3. Significat *dirigere*, regere habenas, q. d. habenas cordis tui in manibus suscipe, vt cum velis animo tuo habenas remittere, & cum placeat adducere & inhibere, possis, cor enim nostrum equus est, in quo solet ratio insidere & inequitare. Iam frænum laxat, iam remittit, & cum assuefactum est à ratione ad cogitationem gloriosam, in lege Domini cor sic institutum regit, vt simul & fræno retineat, & signo dato ad impetũ excitet. Et sicut ait Xenophon. lib. de re equestri: *Si quis equo sic exacitato frænum concesserit, ibi præ gaudio, quod ob laxitatem se lupis liberatum existimet, glorioso quodam gestu, cruribusque mollibus exultabundus fertur, & in omnibus*

Cor noſtrũ equus eſt, quo inequitari ratio. Xenophon

nibus exprimit elegantiam illam, cum quo solet equos alios adire. Ac talem qui spectant equum, & liberalem appellant, & spontaneum, & equestrem, & animosum & fastuosum, simulque iucundum & terribile aspectu. Sic etiam eques Christianus, cum facit vt ratio equito cordis insideat ad currendam diuinæ legis semitam, & concedit frænum, glorioso quodam gestu exultabundus fertur, elegantiâ veri equitis ostentans, alios similes equos adit; & qui illum spectant, spontaneum & liberalem appellant. Ita Dauid spectandus ostendebatur, cum aiebat. Psal. 118. v. 32. *viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Pende verbum, *dilatasti*, q. d. cum equo cordis mei à stimulo tui amoris excitato frænum laxaui, vel concessi, *cucurri*, id est, glorioso quodam gestu cruribusque mollibus exultabundus in via mandatorũ tuorum ferebar, & equum cordis mei omnes, qui spectabant, liberalem, spontaneum, animosum, simulque iucundum & terribilem aspectu iure appellabant: *Non currerem* (inquit Diuus Augustinus) *nisi dilatasses cor meum*, id est, nisi frænum concederes, vel laxares vt currere possem. Melius explicat ad intentum hunc locum D. Ambrosi. rom. 1. oct. 14. vbi postquam dixit: *Habet suos equos Christus*, inquit: *Animarum igitur nostrarum auriga, Iesus, qui nos quoque vult ascendere equos nostros, hoc est, nostra corpora, & vigilare semper ne dicatur nobis: Dormitauerunt, qui ascenderunt equos. Transeundem est hoc phare impigre, vix transitur à vigilantibus. Si quis autem dormierit transire non poterit, sed demergitur vt Aegyptius, cuius & anima & corpus interiit. Equum enim & asecistorem proiecit in mare, qui non sequebantur legem, sed persequebantur.*

Pfal. 118. v. 32 *Dilatare cor quid.*

D. Auguſt.

D. Ambroſ. *Chriſtus auriga noſtrarum animarum.*

Perro sicut equus præparatur ad bellum fræno splendido, auro phaleratur, vt eius elegantiam & decorem spectent aduersarij, & facile terreantur. Sic cum iustus ad bellum hostibus inferendum cor suum, tanquam equum auro charitatis, phalerarum præparat, itaque gratiæ splendorem, fulgoremque ostentare debet, vt ipsis hostibus horror sit. Ita Nahum describens militarem instructum, qui in Chaldæorum exercitu, ardorem animorum indicabat, & in re bellica studium singulare, inquit cap. 2. v. 3. *Ignea habenæ currus in die præparationis eius.* Sicut de Clypeis ante dixerat esse ignitos, sic de habenis, seu frænis equorum ignita etiam esse ait, dicuntur autem *habenæ igneæ*, id est, deauratæ & tersæ, dum enim splendet aurum, igneos aliquos videtur vibrare radios, quia quod aureum est, dicitur flammas euomere. Virgilius lib. 8. Æneid.

17. *Sicut equus præparatur ad bellum, ſic iuſtus.*

Nahum. 2. v. 3. *Habenæ quare dicantur igneæ.*

Virgilius.

Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem.

Quidquid pretiosum erat, & illustre, ad armorum speciem, & splendorẽ adhibebatur, quia arma, & equi sunt maxima ingenuorum virorũ ornamenta. Chaldæis ergo visarum fuit curam adhibere in ornandis atque illuminandis equorum frænis, quæ præparabantur ab eis cum acies ad bellum inferendum instruebatur. Hoc enim existimatur ad excitandos militũ animos, & ad terrendum hostẽ, non leue subsidium. Sic cordis equus portans frænum diuinæ legis auro intextum, præparatur sicut equus phaleratus ad bellum hostibus humani generis inferendum. Qui habenas igneas, id est, diuinæ charitatis auro flammas vomentes, spectantes timore perculuntur, & fugere adigunturque tanquam victi cedentes certamini, & vt homo se ad hoc bellicum certamen præparet, inuitat Sirach, cum ait: *Dirige cor tuum*, id est, conare habenas equi cordis tui ad bellum hostibus comparandum regere, ne in certamine prosternaris scelus aliquod admittendo. Dixit D. Augustinus to. 8. lib. 21. de Ciuit. c. 16. *Suscipiendum est bellum contra vitia, & gerendum acriter, ne ad damnabilia peccata perducat.*

Cordis equus portans frænum diuinæ legis præparatur ad bellum.

D. Auguſt.

18. *Dirigere cor, idem quod ponere cor in examinis trutina.*

Tandem verbum, *dirigere*, significat in Græco ante actæ vitæ rationem reposcere. q. d. pone cor tuum in examinis trutina, & cure illud, examina, pondera, vt lacrymis pœnitentiæ deleas peccata, quæ commiseris. Sic dixit D. Bernardus in floribus; *Vitam tuam quotidiana discussione examina.* & c. 82. *Recogitemus in amaritudine animæ nostræ preterita.* D. Ephrem. de vita religiosa: *Ingressus cubiculum cordis tui, examina temetipsum.* De hac materia D. Chrysostomus pluribus in locis habet, sed præsertim to. 2 v. 37. hom. 43. in cap. 12. Matt. explicans id Matt. 12. 37. *Ex verbis enim tuis iustificaberis*, &c. *Sedeat*, inquit, *mens atque cogitatio tua iudex in animam atque conscientiam tuam: Adduces omnia delicta tua in medium: Scrutare quæ animo commisisti, & pones digna singulorum pœnas, dicas tecum assidue: Quare hoc, atque hoc ausus es? Quare illud & illud perpetrasti?* Confirmat hoc D. Basilius explicans id Deut. 27. v. 9. *Attende & audi Israel.* Quod LXX. legunt: *Attende tibi, attende*, inquit, *tibi ipsi, hoc est, te ipsum omni ex parte collustra, & circumspice, animæ oculum ad tui ipsius custodiam habeto pervigilem: In examen te ipsum aduoca, quis ipse sis, tuam ipsius naturam fac vt noueris.* Huc pertinet quod faciebat Sextius referente Seneca lib. 3. de ira c. 36. *Faciebat*, inquit, *hoc Sextius, vt consummato die, cum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: quod hodie malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? Qua parte melior es? desinet ira, & erit moderatior, quæ sciet sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur, quam tranquillus*, &c. Hoc ipsum admonet Ecclesiasticus, cum ait: *Dirige cor tuum*, id est, examina & discute, vt lugeas mala, quæ commisisti, *& deprime cor tuum*, supprime cordis tui elatas cogitationes, & humilia temetipsum.

D. Auguſt.

D. Baſilius. Deut. 27. v. 9

Attendere ſibi quid Seneca.

Sextius excutiebat cõſcientiam teſtante Seneca

Illustratio tertia.

19. *Verbum ſuſtinere quid ſignificet.*

ET *sustine*, id est, tolera patienter perfer quæcunque occurrentia mala, æquanimiter sustine, quæ acciderint aduersa tanquam medicamenta salutis. Admonuerat Sirach *cor deprimere*, vel *dirigere*, iuxta superiorem explicationem, & mox subiungit: *& sustine* q. d. cum cor tuum compresseris humilitate, omnia aduersa, quæ denuo aduenerint, sustinere poteris, id est, tolerare, vel contra tribulationem vel tentationem resistere, patienter ferendo præsentem statum, & boni consulendo. Rabanus: *sustinere mandat, vt in tribulationibus non deficiat, imo longanimis fiat.* Palacius conferuans Metaphoram, quam superius præmisimus, explicat, id est, vbi Deum super te admiseris, eum quamuis videatur grauis, ne excusseris, sed sustine, ponderosus tibi videbitur, & non raro, at ne excusseris tam nobile pondus, dabit ipse vires, ad sustinendum, qui vult pondus in onere dicetque: *sufficit tibi gratia mea* 2. Cor. 12. v. 9. Cum verbo autem exercitia dicitur. Heb. 11. vers. 27. A paulo de Moysis animositate agente: *Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit.* (ἐκαρτέρησεν) *fortiter tulit, tanquam videns sustinuit.* Originale, id est, perseuerauit in afflictionibus, constanter, aduersa omnia tolerauit. Vatab. *Formido enim quasi videret eum, qui est inuisibilis, ita obtinuit & perseuerauit.* Neuter, *sustinuit.* Quasi dicas Moysen certa fide,

Palacius Rabanus

2. Cor. 12. v. 9 Heb. 11 v. 27 *Moyſes Deũ inuiſibilem quaſi videns ſuſtinuit.*

patienter, longanimiter, perseueranter, in tot aduersis expectauit Dei inuisibilis tum opem in educendis Hebræis ex Ægypto, tum mercedem promissam in cælis, perinde ac si ea præsentia oculis suis complexisset, ideoque dura, quæque forti & constanti animo sustinuit, & tolerauit.

Humilitas & patientia inter se connectuntur.

Quare ergo postquam Sirach humilitatem admonuit, excitat animum ad patientiam? Quid patientia cum humilitate? nónne sine humilitate patienter ferri poterunt aduersa? Respondeo patientiam & humilitatem facile inter se connecti. Matt. 5. v.39. Docens Christus Dominus insignis patientiæ virtutem, ait, *si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi, & alteram.* Cur Christus non contentus vnam maxillam percuti, præcipit aliam præbere? Quia si aliam libenter non offerat signum humilitatis non præberet, quæ coniuncta esse debet cum virtute patientiæ. Audi super hunc locum D. Ambrosium tomo 2. in Psal. 118. inenarrat. Decimi Octonar. litt. iod, qui ait: *Vult enim discipulos suos, & iniuriarum esse patientes, nec referire facile, nedum ferire potens, iniuriam faceret, indicium humilitatis non exhiberet; patientia enim humilitatis indicium est*, &c.

Matt. 5. v.39. D. Ambros.

20. *Quare Christus non permiserit Apostolis virgã possidere,*

Insuper Rogo, quare ipse Dominus. Matt. 10. v. 10. Cum mittit Discipulos suos ad prædicandum, prohibuit: *Virgam possidere?* Quamuis ipsam virgam concedat Marc. 6. v.8. *Præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum.* Quod aliqui interpretantur de potestate puniendi, & de virga consolationis, per Marcum hanc concedit, per Matthæum illam negat. Vtriusq; virgæ significatio in Psalmis inuenitur. Psal. 2. v.7. *Reges eos in virga ferrea*, & Psal. 22. v.4. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Quidquid sit de hoc, quæro cur virgam possidere, interdixerit Christus Dominus? Respondet D. Ambros. tom.3. in Luc. cap.7. *Quid est*, inquit, *virga nisi proferendæ potestatis insigne & vlciscendi instrumentum doloris? Eos enim misit ad seminandam fidem. Qui non cogerent, sed docerent, nec vim potestatis exercerent, sed doctrinam humilitatis attollerent. Quo loco humilitati putauit etiam patientiam copulandam, quia ipse quoque iuxta testimonium Petri* 1. Petr. 2. v.23. *cum malediceretur non maledixit, cum percuteretur non repercussit*, &c. Jtaque patientia & humilitas libenter se inuicem amplectuntur & copulantur. Quare Sirach cum humilitatem suasisset. *Deprime cor tuum*, nunc ad patientiam incitat adiungens: *Et sustine*, id est, patienter quæ aduersa & humilia aduenerint tolera.

Ps. 2. v.7. & 22. v.4. *Virga quid significet.* D. Ambros. *Humilitas & patientia inter se copulantur.*

quarta Illustratio.

21. *Auris accommodanda Deo loquenti.* Palacius.

INclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus. Jam diximus hoc hemistichium additum esse à vulgato explicationis gratia, q. d. explicat Palacius, Deus est verbum, verbum porro non potest esse mutum. Loquitur ergo tibi, tum maxime cum tentationis presserit pondus, & cum eius grauitas ad ipsum excutiendum te prouocarit, loquenti igitur aurem accommoda. Audi quod loquatur in te Deus. *Loquetur* enim *pacem in plebem suam*, &c. Psal. 84. v.9. vel, si cupis mala patienter sustinere applica aurem tuam ad verba intelligentiæ & prudentiæ, nam si verba ad patientiam adhortantia libenter admiseris, & sinueris te instrui, tibi cõsolationem adhibebunt. Nihil enim animum calamitatibus agitatum lenit, placat, mitigat, sicut *verba intellectus*, cum in corde *suscipiuntur*; aurem ad ea auscultanda libenter *inclinando*. Cum homo afflictionibus vel tentationibus opprimitur & suffocatur, sicut ille, qui aiebat Psal. 68. v. 2. *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Ille aurem suam inclinare, & verba* ad patientiam exhortantia *suscipere* debet. Quo medio patientiæ suæ fructum consequitur, qualis est ille, quem Iacobus Apostolus commemorat cap. 1. v.4. Cum ait: *Patientia opus perfectum habeat, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.* q. d. nolo tolerantiam vestram esse momentaneam & infructuosam, sed perfici, & consummari per multiplices tentationes, & afflictionum sustinentiam, vsque ad nouissimum certamen, & vltimam pugnam. Quia *in patientia vestra possidebitis animas vestras.* Luc. 21. v.19. *Et, qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* Matt. 10. v.22. Et quod opus perfectum patientia faciat, probat id Psal. 24. v.17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.* Potest verti ex Heb. extulerunt me, excellere me fecerunt vel eleuauerunt me, à verbo רהב *rahab*, quod significat extolli, eleuari, superbire, &c. Jtaque patientia ex tribulationibus educta eleuat patientem, extollit, & magnificat.

Psal. 84. v.9. *Verba intellectus animũ calamitatibus agitatũ placant.* Ps. 68. v.2. *Patientiæ fructus.* Iacob. 1. v.4. Luc. 21. v.19. Matt. 10. v.22. Ps. 24. v.17.

22. *Patientia patientem magnificat.* Tob. 1. v.19.

Inclina ergo aurem tuam ad verba solatij, & *suscipe* illa tanquam verba prudentiæ, quibus ad sustinendas tribulationes inuitaberis. Sic consolabatur Tobias verbis intellectus, id est, prudentiæ ad patientiam exhortantibus, cum dicitur Tob. 1. v.19. *Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos*, &c. Æuum agebant miserum Israelitæ in tam ingenti calamitate constituti, quos Tobias verbis solatij confirmabat, & cõsolatione quotidie permulcebat, ne desperarent, & amitterent spem, qua patienter suam miseram captiuitatem perferebant, populi redemptionem expectantes. Rursus Job 16. v.5. ait: *Consolarer, & ego vos sermonibus*, id est, mille excogitarem rationes quibus vos lenirem. Sic interpretatur D. Gregor. lib.13. Moral. cap. 3. *Eosque inter flagella roboramus, cum dolore eorum vim verbis mitibus lenimus.* Confirmat Plutarch. in orat. Consol. cum ait: *Recte me facturum arbitratus sum si ad remittendum mærorem, comprimendumque luctum, orationem consolatoriam ad te mitterem; quippe mentis quidem ægræ sunt sermones medici. Nam iuxta sapientem Euripidem:*

Morbis medicinæ aliæ sunt sane in cæteris.
Mærenti amicorum benigna oratio.

Consolari sermonibus. Iob 16. v.5.

Econtrario verbis ad desperationem prouocantibus affliguntur iusti cum aliqua tribulatione pressi iacent. Sic vxor Iob faciebat, cum maritum suum calamitatibus & afflictionibus plenum spectabat, aiens cap. 2. v.9. *Adhuc tu permanes in simplicitate tua: benedic Deo & morere*, id est, adhuc persistis in simplicitate & innocentia tua? *Benedic*, id est, maledic. Hæc consolationis verba opportunè retorquet Job increpans vxorem suam ad desperationem prouocantem. *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es*, &c. Ergo ait Ecclesiasticus, *Inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus.* q. d. *escucha debuena gana alque te consuela, y toma sus palabras como de quien dessea tu aluuio y consuelo.* Hic modus loquendi haud insitatus in Sacra pagina Psal. 44. v.11. *Audi filia, & inclina aurem tuam.* Psal. 77. v.1. *Inclinate aurem vestram in verba oris mei.* Vide etiam Prou. 4. v.20. *Suscipe verba mea.* Marc. 4. v.20. *Qui audiunt verbum, & suscipiunt.* Et passim alibi.

Verbis aliorum desperatis affliguntur iusti. Iob 2. v.9. *Auris inclinanda ad verba solatij* Ps. 44. v.11. Ps. 77. v.1. Prou. 4. v.20. Marci 4. v.20.

Il-

Illustratio quinta.

23. *Tempus mortis non desiderandũ.*

ET ne festines in tempore obductionis, id est, ne fractus impatientia desideres tempus mortis ad esse, quam per *obductionem* intelligunt omnes. Sic Rabanus explicat: *Et quia non sufficit bene incipere, nisi studuerit vsque in finem bene perseuerare, idem iubet vt nè pusillanimitate fractus celerem finem laborum exoptet. Sed secundum voluntatem creatoris sui æquanimiter sustinendo ipsius iudicium magis expectet.* Ergo docet sapiens non esse exoptandam mortem, sed voluntati Domini eius festinatio relinquenda; non quia non possit mors exoptari, vt iam dicemus; sed quia desperatio, qua asciscitur peccatum est. Cum enim desperatione quis impetitus mortem festinare, & properare exoptat, peccat, vt asseritur à Theologis. Ideo admonet sapiens ne impatientia & desperatione adactus præoptes mortem festinari: Sed patienter expecta tempus, quo Deus te mori constituit, nec ex impatientia confugias ad exoptandam mortem. Quia vt Salomon sap. 1. v.16. inquit: *Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam* (mortem), &c. Justus autem potest asciscere mortem. Vt dixit D. Ambros. tom.5. conc.1. in obitu Valentiniani, *Iob quoque docet nec mortem timendam, & potius optandam pijs, dicens: Vtinam in inferno me custodires*, &c. Iob 14. Apostolus etiam Rom. 7. v.24. aiebat: *Infelix ego homo quis me liberabit à corpore mortis huius*, id est, à corpore moribundo, & à peccandi affectibus Philip. 1. v.23. *desideriũ habens dissolui, & esse cum Christo*, id est, mori; mors enim dissolutio est animæ & corporis, *dissolui*, id est, vinculo, quo anima in hac vita corporali colligatur. Quasi luteæ suæ domui, aut vesti. Psal. 119. v.5. dicebat Dauid: *Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est.* Vbi D. Ambros. tom. 10. lib. de parad. cap. 9. *Dolens vtique, ait, cum consortia vitæ speret æternæ, istius vitæ fragilitate se contineri.* D. Bernardus in id Iob 5. *In sex tribulationibus liberabit te*, ait: *Veniet quidem mors, ipsa enim est septima tribulatio: Sed somnus erit dilectis Domini, & ecce hæreditas eius. Erit ianua vitæ, erit initium refrigerij, erit sancti illius montis scala & ingressus in locum tabernaculi admirabilis, quod fixit Deus & non homo.* Et D. Greg. Naz. orat. 19. vocat migrationem ad portum dicens: *Quodque nauigantibus tranquillus portus est, hoc ijs, qui huius vitæ, procellis agitantur migratio ad alteram vitam existat.* Iustis ergo oppetere mortem licitum est, sed impijs illicitum, sicque ait: *Ne festines in tempore obductionis.*

Oppetere mortem cũ desperatione, peccatum. Sap. 1. v.16. *Iustus potest sibi asciscere mortem.* Rom. 7. v.24. Philip. 1. v.23. Ps. 119. v.5. D. Ambros. *Mors septima tribulatio dicitur.* D. Bernar. D. Gregor. Nazianz.

24. *Festinare, quid.* Isa. 28. v.16

Tandem verbum *festinare* ponitur ad suadendam expectationem, qua speramus tempus liberationis à calamitate: Sic cum Isaias promisit Messiæ aduentum, c.28. v.16. inquit: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem Angularem pretiosum: Qui crediderit non festinet.* q. d. qui crediderit Christum lapidem angularem venturum, non festinet volens statim lapidem hunc Sionis hic promissum sibi exhiberi, sed expectet patienter, quia suo tempore certissimè promissionem suam Dominus implebit: *Quien de Dios sefia dele larga y no le depriessa.* q. d. non velut per impatientiam statim sibi exhiberi velit, quod promissum est, sed patienter spectet certus de diuina promissione suo tempore præstanda, exspecta, inquit, patienter, dum is, qui supra nos est, te respiciat in aduersis constitutum. *Nouit enim Dominus pios de tẽtatione eripere.* 2. Petr. 2. 9 2. Petr. 2. v.9.

VERS. III.

Sustine sustentationes Dei, coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua.

Sensus.

SVstine, &c. q.d. rursus moneo te, vt in expectando Deum patienter permaneas, qui te à calamitatibus, quibus obduceris opportunè eripiat. Deo etiam fixè quasi glutino quodã adiunge te, & adhæresce, per dilectionem scilicet, & longanimitatem, ita vt nulla tentatione ab eo discedas. Tandem expecta Dominum patienti animo, cum te videris in tribulationibus constitutum. Quia ipse solet suo tempore in exitu tribulationum & malorum commutato rerum statu, suos omnibus bonis ditescere, & locupletare, & tunc crescit vita hominis, cum pro momentanea & misera, æterna atque beata succedit, &c.

Notæ.

25. PRima pars, scilicet, *sustine sustentationes Dei*: Jn originalibus desideratur, per eam vero exorditur versum interpres, vt quod sub intelligendum erat, legeretur ad maiorem sententiæ declarationem. Nam vt homo Deo se coniungat & sustineat, admonendus est, *vt sustineat sustentationes Dei.* Id est, expectationes ad obtinendam libertatem à tribulatione, &c.

Coniungere Deo in Græco, κολλήθητι αὐτῷ, *conglutinare ei*, vel *adhæreto* τὸ, *Deo* addita est à vulgato, nam in Græco est *ei*, verbum enim κόλλα, & gluten. & fragmentum coriorum, ex quibus excoquitur colla, pellis dorsi in boue, vnde nos sumimus Hispanum vocabulum *cola*, quæ est gluten ad agglutinandum, *En grudo para pagar.* Jnde κολλάομαι, quod est adhæreo, agglutino, adiungo. Luc. 10. v. 11 *Etiam puluerem, qui adhæsit* (κολληθέντα) *nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos.* Act. 10. v.28. *vos scitis quo modo abominatum sit viro Iudæo coniungi.* (κολλᾶσθαι) *aut accedere ad alienigenam.* Jtaque plus significatur verbo *conglutinandi*. Quod legunt, Complutenses, quam *coniungendi*. Et sicut glutinare est compingere quod diuisum erat, vel confractum, vt ait noster Auctor c.22. v.7. *Quasi qui glutinat testam.* Sic transfertur ad illam vnionem, vel adhæsionem similem ei, quæ in materialibus inuenitur, veluti quod glutino compactum esset. Et verbum Hebræum respondens Græco est דבק *dabac*. Quod propriè significat conglutinare, adhærere, coniungi, persequi, comprehendere, assequi, & copulare, vt 3. Regum 11. v.2. *His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.* Psal. 62. v.9. *Adhæsit anima mea post te. Vel secuta est anima mea te*, aut apprehendit. Et sic in alijs locis.

Luc. 10. v. 11. Act. 10. v. 28. Eccl. 22. v. 7. 3. Reg. 11. v. 2. Psal. 62. v. 9.

Il-

Illustratio prima.

26. SVstine sustentationes Dei. id est, patienter perfer mala pœnę quæ à Deo tibi immittũtur, vel vt Sâ. quæ Deus vult sustineri, aut quãdiu Deus expectari se vult. Palacius vocat *Sustentationes*, pondera tẽtationum, quibus Deus grauat. Iansenius: tolerationes & expectationes, quibus Deus expectatur, & eius liberatio. Ac idẽ *est sustinere sustentationes Dei*, ac persistere patienter expectando Deum, & eius liberationem à tentatione vel tribulatione, quia vt ait D. Paulus 1. Cor. 10. v. 13. *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis*. Eleganter hunc locum commentatur ad intentum D. Ephrem. Syrus. lib. de patien. post initium, ait ergo: *Non enim quantum vult malignus tentat, affligitque animam, sed quantum ipsi à Deo permittitur. Solum animo viriliter perferendo, spem teneat, quæ est in fide auxilium atque præsidium ab ipso expectans & fieri non poterit vt derelinquatur. Sed quantum illa contendit ad Deum spe ac fide confugiens, & ab illo opem, & præsidium, liberationemque sine hæsitatione expectans, tanto eam celeriùs Dominus ab omni circumstanti molestiâ liberat, &c.* Hæc D. Ephrem. confirmat D. Augustinus in psal. 94. aiens: *Nec sæuire fluctus possunt, nisi vsq; ad littus, vbi Deus terminum posuit. Nulla ergo tentatio nisi acceperit mensuram à Domino. Sint ergo tentationes, sint tribulationes, consummatis eis, non consumeris, non permittet illas vltra sæuire quam nouit ille mensuram, ex qua proficias*, &c. Iustus enim vuæ comparatur, quæ vt fructum offerat oportet conculcari. Explicans idem August. id psal. 56. v. 1. *Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo*. ait: *Quid est in torculari? In pressuris. Sed in torculari fructuosa pressura est. Vua in vita pressuram non sentit, integra videtur, sed nihil inde manat: mittitur in torculari, calcatur, premitur, iniuria videtur fieri vuæ, sed ista iniuria sterilis non est, imò si nulla iniuria accederet sterilis remanet; Noli timere quia conculcauit te homo. dirum habeto, vua factus es vt calceris. Miserere mei, &c.*

Eman. Sâ. Palacius. Iansenius.
1. Cor. 10. 13.
Deus non patitur tentari hominẽ supra vires suas.
D. August.
D August.
Iustus vuæ comparatur.

Quare igitur Dominus pręcipit vt iustus sustineat sustentationes Dei expectans ab eo liberationem? Licet enim fidelis sit, vt non patiatur illum tentari supra vires suas; nihilominus videtur iustũ in sua tribulatione deserere *sustinentem tentationes Dei*? Respondeo illum minimè in tentatione derelinquere, sed quamuis expectet, socium habet Deũ auxilium in tribulatione præbentẽ. Ipse enim ait: Psal. 90. 15. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*. B. Theodor. *Et si in aliquam tentationẽ inciderit vnà ero, & idoneam consolationem afferam*. Nota illud, *vna ero*. q. d. *ambo eamdem tribulationẽ sustinebimus* comitẽ me & socium eius tribulationis exhibebo. *Idoneam*, id est opportunam *consolationem afferendo*. Quod ita gloriosum est, vt iustus posset postulare à Domino semper in tribulatione permanere, vt semper Deum posset habere comitem, ei opportunum solatium præstantem. Hinc est, quod quidem Hieron. in psal. 66. citatus à Lorino nostro Psal. 90. v. 15. obseruat, antequam tentaretur Iob, ei nunquam locutum Deum, venisse postquam tentatus est, familiariter egisse quasi cum amico amicum, tum subdit: veniant plagæ, & omnia pœnarum genera, dum post plagas Christus adueniat. Dixit Philo. lib. 2. de eo quod deteriùs potiori insidiari soleat, cum agit de Enos, qui fuit primus, qui nomen Domini inuocauit. *Vero enim homini quid magis potest esse proprium, quam spes & expectatio possessionis bonorum accipiendorum à solo munificentissimo Deo* &c. Quare felix vocãdus est, qui à Deo expectat suæ tribulationis libertatẽ, & nihil formidare debet, cum eius societatem experitur. ait enim Psaltes. Ps. 22. v. 4. *Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es*. D. Augustinus. *Non timebo mala, quoniam tu habitas in corde meo per fidem: nunc mecum es, vt post vmbram mortis, etiam ego sim tecum.* Fidelem ergo se Deus omnibus iustis exhibet in tentationũ & tribulationum certamine, *non patiendo, illos tentari* supra vires suas, & cum in tentationum profundo se ingurgitatos senserint, hoc Sirach præbet consilium: scilicet. *Sustinete sustentationes Dei.* Nos diceremus? *Lleuar con pacientia las tardanças de Dios macudir al socorro de la tribulacion.* Dixit enim Regius vates ad Deum. Ps. 70. v. 4. *Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui: quoniam tu es patientia mea, Domine: Domine, spes mea à iuuentute mea.* ὑπομονὴ quasi expectatio. & futuri auxilij sustinentia; licet non sine tolerantia & patientia sustinetur. Gerit enim Deus vices iuniperi protegens eos, qui in tentationibus versantur ne ab ipsis affligantur, Sic dixit Oseas cap. 14. v. 9. *Ego exaudiam & dirigam eum ego vt abietem virentem.* Vbi LXX. *Ego sicut Iuniperus cõdensa cooperiens*, Iuniperus enim, ait D. Cyrillus, adeò fondibus densatur, vt nec solis radios, nec imbres, quantumuis vehementes transmittat: sic & Deus, Christusque fidelibus suis in omni tẽtatione & tribulatione densam prestat vmbram & protectionem, ne tentationibus exagitentur. Addit Theod. *Iuniperus semper viridis existit, nec putrescit & coma redimitur aculeata. His ostendit quod omni studio te curabo, & ab omni pernicie tutum efficiam, & inuadentem quasi quibusdam aculeis perterrefaciam: vt fecit Christus spinis coronatus.*

Cur præcipiat Deus vt iustus sustineat sustẽtationes Dei.
Psal. 90. v. 15.
Deus socius est eius qui est in tribulatione.
Theodoret
Hieronym. Lorinus.
Postquam Iob tentatus est, locutus est ei Deus.
Philo. Iud.
Psal. 22. v. 4. D. August.
Fidelem se Deus exhibet in tentationum certamine.
Psal. 70. v. 4.
Iuniperi natura qualis D. Cyril.
Theodor.

Hugonis Carensis non est contemnenda interpretatio, ait enim: quæ dicuntur *Sustentationes*, quia sustentant nos, ne cadamus per superbiam, vnde colligitur tentationem & tribulationem medium esse efficax ad vincendas tentationes superbiæ, vanitatis & prosperitatis; est enim tribulatio auxilium, quod Theologi appellant externæ protectionis, quo Deus protegit iustos, ne in vanitatis & prosperitatis tentationes dilabantur. Confirmat hoc Psaltes. *Et factus est Dominus pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.* licet hym. legit, *Adiutor in prosperitatibus.* Et quamuis ipse dicat, confugientes ad se Deum adiuuare siue in prosperitatibus, hoc est fœlicitatis tempore confugiant: siue in tribulatione. Vnumquodque enim per se absolutè legendum est. Censeo tamen tribulationem vt auxilium externæ protectionis Deum proponere ad auxiliandum, & adiuuandum iustum in tempore prosperitatis. Tentatio enim vanitatis, superbiæ, & prosperitatis potentior & fortior est tribulatione? vt dixit D. Ambrosius agens de Ioseph: *Quia contumeliæ virum frangere nequiuerunt, mutata est tentatio longè asperior specie prosperorum, plurimos enim supplantauerunt secundæ res, quos supplicia acerba non fregerunt*) Vide cap. 13. v. 15. Quare tribulatio & auxilium, quo Deus adiuuat eos, qui in prosperitatibus sunt in periculo cadendi. Si ego tribulatio & auxiliũ, quo homo in prosperitatis tentatione protegitur; infert nos debere *sustinere sustentationes Dei*, quia ipsis, id est, tribulationibus, nos, ne in superbiam & vanitatem dilabemur, sustentat, dixit Hugo. Sic dixit D. Petrus

27.
Sustentationes Dei sustinendæ ne cadamus in superbiam. Hugo.
Tentatio & tribulatio efficax remedium cõtra superbiã.

Petrus Damian. lib. ad Domin. cap. 1. *Medicus sanguisugas tumentibus membris apponit virusque simul cum sanguine ab intimis visceribus sorbere permittit, Hirudo satiatur & moritur: ægrotus autem dum perdit sanguinem recuperat sanitatem. Sic Deus disponit vt ex alienis vulneribus nobis medicamẽta conficiat, quatenus dum hostile vulnus infligatur, ex eo potissimum salutis antidotum procuret.* Clariùs idem Damian. dixit epist. 14. ad sorores suas lib. 5. *Quisquis enim dum recta agit, successibus affluit, dignum profectò est; vt eius cor formido concutiat, ne dum meritis suis recompensari conspicit temporalia, minora fortassis vel nulla retribuantur æterna.* Et ratio *quare patiuntur iusti*; est, *quia oues* Dei *sunt, quæ cum Christo regnabunt.* Sic dixit idem Damian. *Sit mens in prosperis timida, sit in aduersitate secura, cumque bona facit & mala tolerat, tunc se procul numerari inter membra Christi confidat. Quisquis enim rectè viuens flagellis atteritur sicut Christi in vtroque nunc vestigia consequitur, ita postmodum eius consortio non priuatur.*

Petrus Damian.
Deus ex alienis vulneribus nobis medicamenta conficit.
Petrus Damianus.

Non contemnenda tandem explicatio Palacij, ait enim: *Sustinete*, &c. id est, sustine pondera Dei; Deus aquila est, cum igitur expandit alas suas, & te velut pullum ad volandum assumit, facile tunc est volare, at quando Deus super te velut super iumento equitat, & tentationum pondere grauat, & non contentus ouium morte, & boum & camelorũ & filiorum, addit vlcus pessimum corpori toti, vxoris & amicorum sannas, tũc quis tot Dei sustentationes sustineat. At tu vir pie exemplo Sancti Iob sustine hæc onera Dei: *Sufferentiam Iob audistis & finem Domini vidistis.* Est enim Dominus misericors & miserator, &c.

Optima explicatio Palacij.

Illustratio secunda.

28. COniungere Deo, & sustine, vel conglutinare ei, quod gluten vocat charitatem, vel amorem, sicque *coniungere Deo*, erit firmiter quasi glutino adhærere, per amorem scilicet & longanimitatem, ita vt nulla tentatione fractus ab eo discedat, & sicut quod glutine compactum est, licet vna pars ab altera separari possit, ita constringitur, vt non iam duo, sed vnum habeatur; sic qui Deo per amorem adhæret, & glutine amoris & charitatis conglutinatur, ita coniunctus est ei, vt vnus cum eo efficiatur, aiente Apostolo: 1. Cor. 6. v. 17. *Qui autem adhæret Domino vnus spiritus est.* Et quẽadmodum in arboribus cum truncus inseritur & insertum obligatur, ne vero surculus seu insitio arboris labefactetur, explantetur ve tener pampinus ita virtutem participat arboris seu radicis insitio, sicq; vitam eius sugit seu extrahit, vt insitio & arbor ipsa non distinguantur; sed ita copulentur, vt in vnum coalescant. Sic qui coniungitur Deo, qui est radix seu trũcus totius naturæ & vitæ, & illi inseritur, & glutine amoris copulatur & compingitur, ita ei conglutinatur, vt eius virtutem & vitã communicans, vnus spiritus efficiatur cum Deo, possitque homo Deus vocari per participationem sicut ipse Deus vocauit seruum suum Moysem. Exod. 7. vers. 11. *Dixitque Dominus ad Moysem: Ecce constitui te Deum Pharaonis.* In Græco est Θεὸν, in Hebræo אלהים *Elophim.* D. Grego, homilia. 8. in Ezech. D. Hilar. lib. 7. de Trinit. D. August. hic q. 17. aiunt nomen *Deus* non absolutè poni, sed cum addito; *Deus Pharaonis.* vt sensus sit: noli timere Pharaonem, ego enim tibi tantam dabo in rebus mirabilibus potentiam, vt Pharao te tanquam Deum reuereatur. Tu autem mandabis, & præcipies, quid faciat, ac nisi fecerit, punies propter quod, quia Reges neminem agnoscunt superiorem, à quo puniantur propter Deum, eris ipsi instar Dei, lege Rupertum, qui significationem Dei in miraculorum patratione constituit.

Coniungi Deo Quid.
1. Cor. 6. 17
Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo, sicut surculus qui inseritur.
Exod. 7. v. 11.
D. Greg. D. Hylar. D. August.
Rupertus.

Itaque qui Deo conglutinatur diuinam virtutem suo modo participat, quæ sibi defensionem præstat, quam vocat Holcot defensionis cautelam videmus (inquit) quod multæ sunt res, quæ per se nõ possunt sustinere actiones aliorum sine sui corruptione, vel læsione: tamen coniunctæ cum alijs, à quibus resistentia vigoratur eorum bene sustinent sine aliquo vel modico detrimẽto. v. g. Manus nuda nõ sustinet per se calorem aquæ bullientis, nisi lędatur: tamen si bene perfundatur succo physillij (de quo Plin. lib. 25. c. 11. *Vis ei ad refrigerandum & incutiendum ingens, semen in vsu*) propter frigus vehemens illius herbæ potest manus sustinere talem calorem per tempus perceptibile sine grauamine. Similiter pannus lineus, qui faciliter ab igne pateretur coniunctus strictè cum ebore non læditur. Sic in proposito licet homo ex se non possit sustinere tentationes, vel angustias huius mundi: tamẽ si coniungat se Deo per fidem, firmiter adhærendo per amorem, omnia talia faciliter poterit superare. Quia vt dixit D. Augustinus serm. 9. de verbis Domini: *Omnia sæua & immania prorsus facilia & prope nulla efficit amor. Auget enim omnes virtutes ad fortius sustinendum.* Rursus qui Deo adiũgitur diuinam virtutem suo modo participat, vt possit tribulationes sustinere & suo diuino nomine decoratur, & gratia eius veluti regali vestimento adornatur. Sicut enim de amore Ionathæ ergà Dauidem dicitur. 1. Regum 18. v. 1. *Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam, nam expoliauit se Ionathas hac tunica*, &c. Sic etiam cum iustus per amorem Dei copulatur, & conglutinatur, ita à Deo ipso diligitur, & ei coniungitur, vt ardentissimo amore prosequatur, & sine bonorũ suorum expoliatione iustum gratiæ suæ & donorum efficiat participem. Itaque ait Iesus Sirach. *Coniungere Deo*, id est, adhære ei conformando voluntatem tuam Diuinæ voluntati; vt non solum patienter, sed ex amore & lætanter tribulationes sustineas. Hinc est, quod ita inter se Ionathas & Dauid diligerentur. & anima Jonathæ conglutinata esset animæ Dauid, quia Dauid patienter sustinebat Saulis Patris sui persecutiones. Ideò additur, *& sustine.*

Qui Deo cõglutinatur suam Virtutem participat.
Holcot.
Plinius.
1. Reg. 18. v. 1.
Dauid & Ionathæ amoris vis.

Et sustine, quod verbum non vt priùs pro rerũ aduersarum tolerantia exponendũ, sed pro expectatione libertatis à tentatione. *Et sustine*, id est, expecta Deum. Cũ te in tentationum & tribulationũ pelago submersũ videris, quia cito eruet, & liberabit te. Palacius, ne discesseris. Sic ait Dauid, Ps. 26. v. 14. *Expecta Dominum: viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Suo exemplo quemuis hominum afflictum adhortatur, vt Dei adiutorium, & eius opem, licet longiùs dilatam, expectet tamen, neque animum despondeat, quem locum explicans D. August. tom. 8. Sic illustrat: *Sed quando istud erit? Arduum est mortali; tardum est amanti; sed audi non fallacem vocem dicentis: Sustine Dominum, tolera vstionem renum viriliter, & vstionem cordis fortiter: non tibi negatum putes, quod nondum accipis: ne desperatione deficias. Vide quia dictum est: sustine Dominum, sustinendo Dominum, habebis eum, habebis quem sustinebis. Aliud desidera maius, si melius, si suauius inueneris? Quid elegantius?* Rursus hæc sustinentia affert homini iusto cõsolationem Domini, ipse

29.
Verbũ sustinere quid.
Palacius. Psal. 26. v. 14.
D. August.
Sustinendus Dominus id est expectandus in tribulatione.

ipſe enim libenter flagellato loquitur. Quærit S, Gregorius in id Iob 38. v.1. *Reſpondens autem Dominus Iob de turbine dixit: Cur Deus de turbine ſit locutus?* & reſpondet *quia flagellato loquebatur: durabat nempe illa adhuc tempeſtas tribulationum, quia Deus flagellabat Iob idcirco non alius flagellanti è quo loqueretur conueniebat thronus quam turbo.*

D. Gregor.

30. *Vt creſcat in nouiſsimo vita tua, vel vt augearis in nouiſsimis tuis.* Hoc ſignificat cum multo ſalutis & fœlicitatis incremento Deum in tribulationibus patienter debere expectari, quia is ſolet tandẽ in exitu tribulationũ & malorum cõmutato rerum ſtatu, ſuos omnibus bonis cumulare q.d. vt in exitu rerum tuarum aduerſarum, ac temporum turbulentorum cõmutata tua fortuna, omnibus bonis locupleteris. Dominus enim ſuos per huiuſmodi afflictiones ducit, ac tandem in gloriam recipit. Sic dicitur, Pſal. 90. v. 15. *Eripiam eum & glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum.* Quod etiã ſubinde in hac vita ex parte præſtat, vt ait Janſenius, ſemper autem & perfectiſſimè in huius vitæ fine, cum reuera creſcit vita hominis, quando pro momẽtanea & miſera ſuccedit ęterna atq; beata. Confirmat Palacius dicens: creſcit porrò Deus in nobis, quia multo maior nobis monſtrabitur in patria: quam credebatur in via. Dixit ex parte, quia poſt triſtitiam ſolet Deus immittere ſolatium, vt ait Tobias cum Deo loquendo, cap. 3. v. 22. *Non enim delectaris, in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem trãquillum facis, & poſt lacrymationem & fletum, exultationem infundis.* Et cum Deus ſit, *fidelis non patiendo* hominem affligi *ſeu tentari*, ſupra id quod poteſt; at in nouiſſimo facit *cum tentatione prouentum, vt poſsit ſuſtinere.* 1. Cor. 10. v. 13.

Deus in fine tribulationis glorificat tribulatum. Pſal. 90. v. 15. Ianſenius. Palacius. *Poſt triſtitiã Deus mittit ſolatium.* Tob. 3. v. 22. 1. Cor. 10. v. 13.

Hoc confirmatur ex eo Oſe. 2. v. 15. *Et dabo eis vallem Achor ad aperiendam ſpem, vel in oſtium ſpei*: vt alij legunt: Achor ſic dicta eſt, id eſt, turbationis, eo quod Hebræis, duce Ioſue, ingredientibus terram promiſſam, ob Sacrilegium Acham, ibidem Iſrael turbatus ſit & cæſus ab hoſtibus, vt dicitur Ioſ. 7. v. 15. Erat hæc vallis amœna & cõpaſcua & fœcunda, vt patet Iſa. 65. v. 10. Vnde Jſrael ingrediens in Chanaam in ea primum ex longa quadraginta annorum peregrinatione conquieuit; ſicq; refecit & recreauit ad aperiendã ſpem. Theodor. vertit *ad aperiendam ſuſtinentiam, & expectationem eius.* Vbi docemur hic pœnitẽtiam aperire oſtiũ ſpei & ſalutis: pœnitẽtia enim eſt vallis Achor, quâ mens timore Dei percellitur, Sic dixit Dionyſ. *Interfecto Acham debilitas populi verſa eſt in fortitudinem, paupertas in abundantiam, triſtitia in gaudium, & hæc omnia in valle pœnitentiæ ſeu contritionis promittuntur. In ea enim aperitur ex perceptione præſentium bonorum ſpes futurorũ* q. 1. Diſcimus Deũ permittere fideles tẽtari, vexari, turbari extremè, & ad reſtim quaſi adigi: tũq; ſi ipſi in ſpe & inuocatione Dei perſiſtant celerẽ & admirabilem afferre opem. Vallis enim Achor eſt humilatio & tribulatio, Jta Chriſto crucifixo & occiſo turbati ſunt Apoſtoli, & videbantur perituri, ſed mox tertio die reſurgens, eos in miram lætitiam & ſpem erexit. Vnde qui eſt in valle Achor, id eſt in turbatione & perſecutione, ſtet in fiducia Dei, ſciatque certò vicinam eſſe conſolationem: Deñique mox aperturum oſtium ſpei & ſalutis. Nã res deſperata parit ſpem, turbatio quietem, tentatio gaudium, turbatio coronam, lucta triumphum! Cauſa autem cur Deus ſuos permittit ad extrema adigi, & vt planè diffidant ſibi omnique opi creatæ, ac toti fidant Deo, in eumque ſe totos conijciant. Quod dum faciunt, non poteſt

Oſee. 2. v. 15. *Vallis Achor qua.* Ioſue. 7. v. 15. *Pœnitentia aperit oſtiũ ſpei & ſalutis.* Dionyſius. *Quare permittit Deus fideles tentari.* *Permittit Deus ſuos ad extrema adigi, vt ſibi diffidant, & Deo fidant.*

non ſuccurrere, ipſe enim promiſit, dicens: Pſal. 90. v. 4. *Quoniã in me ſperauit, liberobo eum, & protegam eum, quoniam cognouit nomẽ meum.* Vide 2. Paral. 20. v. 15. Exod. 14. v. 13. Pſal. 21. v. 5. Eccleſ. 2. v. 11. Iob. 13. v. 15. *Etiamſi occiderit me in ipſo ſperabo.* q. d. Dum ſpiro, ſpero, & viuens & moriens ſpero in Deo meo. Hoc eſt quod dixit Euripid. in Oreſte. *Apollo in medijs tumultibus apparens, res turbatiſsimas ſubitò compouit.*

Iob. 13. v. 15. Euripides.

Ergo *vitam creſcere*, vel augere *in nouiſsimo* eſt cõmutari in æternam, quę perpetuò eſt duratura, vita enim noſtra comparatur lunæ, quæ cum accedit ad diminutionem, tunc incipit creſcere vſque ad conſummationem. Vide quæ dicemus ad cap. 43. q. 8. Sic vita noſtra cum finitur, id eſt, in conſummatione minuitur tunc creſcere incipit mirabiliter in conſummatione, quia eſt vita quæ æternum eſt duratura. Sic dixit Diuus Bernardus *Iuſtus mortem lucrum reputat, imo nec mori ſe putat, cum magis de morte ad vitam tranſire ſe ſciat.* Rurſus cum aſcendit ad cœlum Iuſtus vt fruatur fructibus meritis reſpondentibus, opibus ſpiritualibus onuſtus ingreditur. Sic D. Ambroſ. lib. 2. de Abrah. c. 9. obſeruauit: *Teſtificatur* (inquit) *oraculum futuros adhuc in terra afflictionis Abrahæ filios vt in agone multorum & grauium certaminum ſe probent, & ita cum multa ſupellectili aureorum & argenteorum vaſorum ſpolijs opimis exeant & reuertantur animæ, atque exant pretioſa poſsidentes corpora diuerſarum virtutum & præcipuè caſtimoniæ poſſeſsionum theſauro repleta.*

Vitam creſcere quid, & vita comparatur lunæ. D. Bernar. D. Ambr.

31. Pende tamen lectionem Tygurinę, *vt extremo tẽpore locupleteris* q. d. in fine vitæ gloria æterna diteris; diuitiæ enim, quas iuſtus in morte adipiſcitur, ſunt præmia meritorum, dixit enim Oſee 6. c. 10. v. 12. *Seminate vobis in iuſtitia, & metite* (id eſt metetis certiſſimè) *in ore miſericordiæ.* Miſericordia idem eſt, quod iuſtitia & ſignificat opera pia, iuſta & ſancta. q. d. date operam iuſtis, pijs & ſanctis operibus: metetis enim & recipietis præmium in ore, id eſt, ſecundum menſuram miſericordiæ, hoc eſt, eorumdem ſanctorum operum, vel q. d. quantum iuſtitiæ, id eſt pietatis, miſericordiæ, cæterarumque virtutum quaſi arando ſeminaueritis, tantum meſſis & præmij ex ijs percipietis. Sic S. Ephre. to. 2. Ser. ad fratres *Poſt formicam apis, poſt laborem requies.* q. d. poſt labores formicæ colliges mel, & fauos apis. *Acerbirtatẽ enim laboris dulcedò quietis excipit, & aſperitatem vitæ gaudium.*

Diuitiæ, quas iuſtus in morte adipiſcitur ſunt præmia meritorum. Oſe. 10. v. 12. D. Ephrem.

Rurſus ſicut mercatores vel inſtitores ab eis præpoſiti ad merces vendendas, ita negotiationi dant operam, vt maximum lucrum reportare ſperent, ſicque diuitijs locupletantur: ita iuſti qui per bona opera, quæ merces venales ſunt negotiantur, tandem meritorum præmijs locupletantur. Hanc operum negotiationem edocuit Chriſtus Dominus, cum parabolam negotiatoris prædicauit Matt. 25. & Luc. 19. v. 12. *Negotiamini dum venio.* Et qui acceperat duo talenta, vel minas, lucratus eſt alia duo, & qui quinque accepit, quinque lucratus eſt, vtrique vero pręmium æternæ vitæ donatum eſt, iuſti autem in fine vitæ præmio meritis bonorum operum reſpondente locupletantur.

Iuſti ſunt mercatores qui bonis operibus negotiantur. Matt. 25. & Luc. 19. v. 12.

Certum igitur & exploratum eſt, vitam noſtrã nundinas & mercatum appellari, vbi omnia venduntur, vt mercatores diuitias lucrentur, Sic D. Gregor. Nazianzen. in ſententijs: *Mercatum* (inquit) *hanc vitam exiſtima ſi negotiatus fueris, quæſtum facies.* Hanc veritatem ex Salomone emendicauit Sap. 15. v. 12. vbi ait: *Conuerſationem vitæ compoſitam ad*

Vita noſtra nundinæ & mercatura appellatur. D. Gregor. Nazian. Sap. 15. v. 12.

ad lucrum. Alij legunt: *Nundinas compoſitas ad lucrum,* vel *curſum ætatis nundinationem quæſtuoſam.* Cum ergo vita noſtra nundinis comparetur, non mirum propoſitam eſſe ad cæleſtem negotiationem exercendam, ad lucrum ſpiritale conquirendum, ad virtutem, meritaque comparanda, quibus diuitias gloriæ æternæ conſequamur. Tunc enim lucra nundinarum accipimus, cum ex hac vita per mortem ad cælum migramus. Ideò aiebat Paulus Phil. 1. v. 21. *Mori lucrum.* q. d. in morte meritorum, lucra mihi ſoluentur, ſicque mors mihi quæſtus eſt, cum poſt mortem diuitijs æternis locupletandus ſim.

Phil. 1. v. 21

Sic dixit D. Ambroſius de bened. Patr. cap. 6. *Nobis ad ſpem ſalutis æternæ non auro, & argento, ſed fide & deuotione mercamur.* Spem enim æternæ vitæ non auro aut argento comparamus, ſed fide & deuotione, id eſt, bonis operibus, &c. D. Chryſoſtomus hom. 5. de pœnit. Cum oſtendiſſet Deum nobis in hac vita mercatum propoſuiſſe, vbi nundinari ſine vectigalium onere & paruo pretio merces valoris eximij comparare poſſemus, ſubdit: *Tales igitur nundinas propoſuit, modico iuſtitias eme, quo permagno vendas, in ſæculo futuro.* Quare dixit D. Baſilius hom. in princ. Prou. *Qui viam Euangelicam incedimus mercatores ſumus, per opera mandatorum nobis poſſeſsionem cæleſtium comparantes.* Confirmat hoc D. Auguſt. explicans id Pſal. 93. v. 20. *Qui fingis laborem in præcepto*: *Noli*, inquit, *eſſe piger in labore breuiter, & gaudebis inceſſabiliter. Aeternã vitã tibi daturus eſt Deus. Cogita quanto labore emenda ſit, intendite fratres venale eſt. Venale eſt quod habeo, dicit tibi Deus, eme illud. Deus propoſuit venale regnum cælorum.* Et cũ explicat id Pſ. 102. v. 6. *Faciens miſericordias Dominus*, ait: *Emis enim Regnum cælorum, & non eſt emendi tempus niſi in hac vita*, tandem Salonius ponderans id Prou. 20. v. 14. *Malum eſt malum eſt, dicit omnis emptor, & cum receſſerit, tunc gloriabitur*, inquit: *Talis ergo emptor quidquid patitur in præſenti, malum eſſe dicit, quia malum eſſe intelligit, attamen quia omnia aduerſa pro Deo patienter ſuſtinet, cum receſſerit de mundo, tunc gloriabatur, quia perueniet ad beatitudinem.* Quare Sirach ait ſecundum lectionem Tygurinæ: *Suſtine, vt extremo tempore locupleteris.* Quia quanto quis in præſenti vita tolerabilius tribulationes libenter ſuſtinet, tanto amplius ei vitæ æternæ merito cumulabitur, id eſt, locupletiorem quæſtum faciet, quo in æternũm perfruetur. Quid certius? Ad alia.

D. Ambroſ. *Vitæ æternæ ſpem comparamus non auro, ſed fide & bonis operibus.* D. Chryſoſt. D. Baſilius. *Per opera mandatorũ nobis poſſeſſionem cæleſtium comparamus.* Pſ. 93. v. 20. D. Auguſt. Pſ. 102. v. 6. *Regnum cælorum venale nobis proponitur.* Salonius. Prou. 20. v. 14. *Iuſtus patiens cum recedit de mundo gloriatur.*

VERS. IV.

Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: Et in dolore ſuſtine, & in humilitate tua, patientiam habe.

Senſus.

Omne quod tibi, &c. q. d. totum, quod tibi Deus immiſerit ſiue malum pœnæ, ſiue bonum ſalutis, ſiue aduerſitatem, ſiue proſperitatẽ, libenti animo ſuſcipe, & planè vtrumq; patiendum eſt tibi quidquid impoſuerit ille, lubens patere quod es paſſurus inuitus, & ſi imponitur tibi dolor ne deſperes, neque nimium excutere contendas, nec reijcere, nec contemnere. *Sed* humiliter & patienter dolorem perfer, & cum amittis honorem, cumque proſcinderis probris & contumelijs patientiam habe, & expecta Deum, &c.

Notæ.

32. Diuus Auguſtinus lib. de patien. cap. 14. legit. Hunc locum: *Omne quod tibi ſuperuenerit, accipe.* Et probat ex hoc loco, non licere propter vlla huius vitæ mala, ſe ipſum occidere, ſed omnia ſuſtinenda eſſe. *Applicitum* idem eſt quod *adductum*, vt habetur in Græco. ἐπαχθὴ, verbum enim ἐπαχθὴς eſt grauis, moleſtus, oneroſus. Ideo tranſtulit Druſius: *Quidquid tibi aduerſi acciderit*, id eſt, moleſtum graue, oneroſum, *accipe*, id eſt, acceptum habe. Quo ſenſu לקח vſurpatur Pſal. 6. v. 10. *Dominus orationem meam ſuſcepit.* Id eſt, admiſit, acceptam habuit. Complutenſes. δεξά αζμένως, *accipe libenter.* Nam δεχομαι eſt, excipio, vt act. 21. v. 17. dicitur: *libenter exceperunt nos fratres*, vt hoſpites aut amicos, quos vt gratos libenter excipimus. Sic de re aduerſa, *accipe*, libenter eam excipe, vt hoſpitem & amicum excipimus, &c.

D. Auguſt. Pſal. 6. v. 10. Act. 21. v. 17

Secunda pars, *& in dolore ſuſtine*, non eſt in Originalibus. *Et in humilitate tua patientiam habe.* Complutenſ. *in mutatione humilitatis tuæ.* Druſius: *Cum viciſsitudo erit deiectionis tuæ*, ἐν ἀλλάσματι, quod videtur hoc velle: Quotieſcumque fœlix ſtatus tuus mutabitur in contrarium (ita ſunt vices rerum) eſto tolerans, ac patiens. Poteſt verti & dum, aut quoad tua afflictio commutetur, patientiam pręſta. Nam ea viciſſitudo temporum, commutatioque rerum meliarum, ac conuerſio intelligenda eſſe videtur, atque huiuſmodi expectatio animum in calamitatibus maximoperè ſuſtentat. ταπείνωσις hîc eſt, ענִי, vexatio afflictio. Nam ταπεινὸς eſt humilis, non multum aſſurgens à terra. Jnde eſt, ταπείνωσις, quod eſt demiſſio & abiectio animi, ſeu depreſſio animi elati. Vt Luc. 1. v. 48. in Cant. Mariæ: ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ, *reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ*, ſeu *humilem ancillã ſuam.* Hinc ταπεινόω, humilio, deprimo, &c. Itaq; Sirach hoc verbum appoſuit, non ad denotandã humilitatis virtutem, ſed humiliationem, depreſſionem, & abiectionem: Et ait in *humilitate*, id eſt, abiectione. Cum te depreſſum & abiectum videris. *Quando te veyas abatido y humillado.* Tunc *patientiam habe*, patienter ſuſtine humiliationem, & abiectionem. Complut. *in mutatione humilitatis tuæ*, id eſt, cum mutationem honoris, & decoris in abiectionem, & humilitatem experiere. *Patientiam habe.* Tygur. *Fortem te præbeas.* (*Mueſtra buen animo*) *longanimis eſto* (*en ſanchatux oraçon*, &c.)

Cum felix ſtatus mutatur in contrarium patientia præſtanda. *Humilitas pro abiectione.*

Illuſtratio prima.

Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe. Jd eſt, quodcumque tibi datum fuerit ſiue aduerſum, ſiue proſperum, libenti animo amplexare, quia de manu & voluntate Domini nihil non æſtimandum eſt. Hoc explicitis verbis nos docuit Iob, cum *percuſſus vlcere peſsimo à planta pedis vſque ad verticem eius, ſedens in ſterquilinio*, ſuam vxorẽ, quæ ipſum ad deſperationẽ prouocauerat, increpãs, ait: *ſi bona ſuſce-* 33.

Malum pœnæ de manu Domini libẽter ſuſcipiendum. Iob 2. v. 7.

suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? q.d. *Si cum bona, prospera & iucunda* corpori, & animo amica suscipimus, lætamur, & exultamus, & hilaritate nos efferimus; quare cum nos aduersitate affligit, immitendo aspera, difficilia, iniucunda, æquo animo ea non suscipiemus? Itaque siue vitam, siue mortem manus Dei offerat nobis, libenter accipere debemus. Malum enim mortis siue afflictionis, vt Dei manus immittit, minimè malum absolutè vocari debet, cum quidquid ex ea procedit, bonum habeatur; quia ex Deo omnia bona profluxere, & quia Deus ad benefaciendum, valde procliuis est, si malum pœnæ immittit, propter commodum afflicti animi immittit: Et quæcumque alia bona, vel mala ex eius manu non procedentia, fugienda nobis erunt.

Malum de manu Dei malum non vocandum.

Exemplum est in Elia Iezabelem fugiente. Quare hic sanctus Prophetes oppetere mortem adigitur, cum de manu Reginæ elapsus est, dicens 3. Regum 19. v. 4. *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior sum quam Patres mei?* Si mori vellet, ad manus Iezabelis interfici posset: Vt quid illam sic effugit, & mortem appetit? Respondeo. Quia mors de manu impiæ reginæ, illum terrebat, & fugere cogebat (licet D. Ambros. lib. de fug. sæculi cap. 6. tom. 1. Explicet de fuga maculosæ contagionis, ait enim: *Vtiq; nō mulierem fugiebat propheta tantus, sed sæculum: Nec mortem timebat; qui se obtulerat requirenti, & qui dicebat ad Dominum: Recipe animam meam, tædium vitæ istius sustinens, non cupiditatem, sed fugiebat sæcularem illecebram & conuersationis maculosæ contagionem*, &c.) Sicut enim Moysis virga in eius, manu virus non habebat, nec terrebat, & cum versa esset in colubrum, terrefaciebat ipsum, & omnes, qui cum eo erant: Sic mens in manu Iezabelis coluber erat, & Eliam terrebat, & fugabat: Sed in manu Domini virga erat, & non coluber. Sicque Dei manu mors mihi inflicta, vita erit (ait Elias) & mearum ærumnarum atque dolorum fomentum; & solatium: Nam quidquid Deus sua manu largitur, amico & beneuolo animo confert.

34. 3. Reg. 19. *Quare Elias extimuit Iezabelem.*

Similiter Dauid mortem accipere paratus de manu Jonathæ, Saulis manum reformidabat, 1. Reg. 20. v. 8. Jnquit ad Ionatham: *Si est iniquitas aliqua in me, tū me interfice, & ad Patrem tuum ne introducas me*, mors enim de manu Ionathæ suauis esset, quia ex amore procederet: At de manu Saulis, crudelis & dura, quia ex odio & indignatione procedebat. Sic etiam Christus Dominus. Ioa. 18. vers. 11. dixit ad Petrum cum ipse à Malcha auriculam abscidisset: *Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* O Domine, cum in oratione persistis, rogas vt calix iste à te longè transeat, & nunc illum libenter bibere exoptas? Quare hic etiam non refugis bibere? Quia in oratione calicem mortis vt hostibus propinatum considerabam, sicque vt homo illum bibere recusaui, sed nunc Pater meus mortis calicem propinat, & non refugio illum libenter potare? Itaque ait Sirach: Quidquid *tibi applicitum* à Deo *fuerit*, siue malum pœnæ siue bonum salutis, de manu suscipe: Quidquid enim de manu Domini procedit, quæ *plena hyacinthi* est. Cant. 5. v. 14. Pluris faciendum est à nobis, vide quæ dicemus c. 11. v. 14. & 15.

Dauid mortem à Saule reformidabat, non à Ionatha. 1. Reg. 20. v. 8. Ioan. 18. v. 11. *Quare Christus non recusauit calicem bibere.*

Illustratio secunda.

ET *in dolore sustine.* Hanc partem Græca non habent, vt diximus significat vero quemcumq; dolorem corporis vel cordis lubenti animo sustinendum, & perferendum, ne in errorem Stoicorum incidamus qui insensibiles ostendebantur, & ad omnem dolorem & humanitatis sensum dedolentes, & sine sensu. Quos carpit Lactant. li. 7. c. 14. dolores enim non sentire nec sustinere, stupiditatis signum est, illos autem sentire, & patienter ferre hominis iusti proprium est. Enimuero Christus Dominus cum ei vinum mirrathum propinatum fuit, quare non bibit, sed tantum degustauit? ait enim Matt. cap. 27. v. 34. *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum* (Marc. cap. 15. v. 23. *& dabant ei bibere mirrhatum vinum & non accepit*) *& cum gustasset noluit bibere?* Ratio quare illud non bibit fuit, ne in medijs doloribus sensus retunderetur, aut stuperet. Sic respondet Lyra. Qui cum citasset Prou. 31. vers. 6. 7. Vbi monet Salomon dari vinum ijs, qui amaro sunt animo, & hanc Judæi sequentes doctrinam propinassent hanc potionem, vt facilius mortem sustinere possent ij, qui condemnabantur, id est, stuperent, & minus sentirent dolores mortis: Ideo propinata est hæc potio Christo in cruce. Sed ipse illā potare noluit, vt hoc exemplo nos doceret, ne in doloribus & ærumnis hebescamus, aut consopiamur indolentiæ vel stupiditatis veterno, qui est morbus memoriam simul & rationem tollens, dormiendique ineuitabilem necessitatem inducens. Et conueniat nobis quod ait Salomon Prou. 23. v. 34. *Eris sicut dormiens in medio mari* (vt fuit Ionas) *& sicut sopitus gubernator amisso clauo, & dices: Verberauerunt me, sed non dolui; traxerunt me, & ego non sensi.* Qui enim à Domino flagellatus, seu verberatus dolorem non sentit, stupiditatis veterno seu letargo, consopitus est. Justus tamen dolorem sentit, sed sustinet, quia dicitur ad credendum de manu Domini procedere. Jdeo sapiens non ait: In dolore non sentias, quia hoc stupidum esset, *sed in dolore sustine.* q.d. cum dolore afflictus iaceas, ne deficias, nec consopiaris, sed sustine æquo animo, non recuses laborem, nec obdurescas, & percaleas, sed toleranter perfer dolorem de manu Domini inculcatum: Quia cum patienter sustines, animus tuus diuina consolatione perfunditur. Iuxta id quod D. Bernard. ser. de num. falla. repetens quod dixit Psaltes Psal. 93. v. 19. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam: Et nunc quidem*, ait, *secundum multitudinem dolorum, dum adhuc quasi ad mensuram dantur: Post hæc delectationes, non iam consolationes, in dextera eius vsque in finem.* D. August. legit: *Exhortationes*, & ait: *Multi dolores, sed multæ consolationes: Amara vulnera sed suauia medicamenta.* Itaque ait Sirach: *In dolore sustine.*

35. *In dolore sustinere quid.* Lactantius. *Quare Christus Dominus vinū myrrathum noluit bibere.* Matth. 27. v. 34. Marc. 15. v. 23. Lyra. *Dolores non sentire stupiditatis est.* Prou. 23. v. 34. D. Bernard. *Cum animus patienter sustinet, consolatione à Domino lætificatur.* Ps. 93. v. 19. D. August.

Tertia illustratio.

ET *in humilitate tua patientiam habe*, id est, cum humiliaris, cum perdis honorem, cum probris afficeris, patientiam habe, hoc est, ne desperes, sed expecta exaltationem. Complut. *Et in mutatione humilitatis tuæ.* Vel vt Drusius, *cum vicissitudo erit deiectionis tuæ.* Solet enim aliquando Deus his vicissitudinibus homines deprimere ad eorum arrogantiam & superbiam supprimendam & destruendam. Sic ait ipse Sirach cap. 10. vers. 17. *Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis*, &c. Vide Saulem regno propter

36. *Abiectione Deus superbiā supprimit.* Eccl. 10. v. 17.

propter inobedientiam & arrogantiam deiectum: In cuius locum assumptus est Dauid ab humilitate & mansuetudine commendatus. Has autem vicissitudines afferre solet diuina prouidentia. Psal. 43. vers. 20. Ait Dauid: *Humiliasti nos in loco afflictionis.* Afflictionibus enim, & calamitatibus solet Deus hominum animos comprimere, & spiritus remittere, & tandem eorum gloriam infringere, & eos ad patientiam prouocare. Explicans B. Theodoret. hanc humiliationem, inquit, *Tradidisti vero nos in seruitutem impijs hominibus, qui crudelitate contra nos vsi sunt, & internæ necis pœnas inflixerunt*, &c. Deut. 26. v. 7. *Afflixeruntque nos Aegyptii & persecuti sunt imponentes onera grauissima, & clamauimus ad Dominum Deum Patrum nostrorum, qui exaudiuit nos: Et respexit humilitatem nostram, & laborem, atque angustiam*, &c. Vbi humilitas idem est, ac depressio, humiliatio, abiectio; Sicut Judit. 6. v. 15. *Respice ad nostram humilitatem.* Id est, abiectionem, qua per Holofernis persecutionem cunctum populum humiliare contendis, vt nos ad tuum amorem prouoces, &c. Rabanus exercitium patientiæ apponit hic, dicens: Sciendum quod tribus modis patientia exerceri solet. Alia namque sunt à Deo: Alia quæ ab antiquo aduersario: Alia, quæ à proximo sustinemus. A proximo namque persecutiones, damna, & contumelias: Ab antiquo aduersario tentamenta, à Deo autem flagella toleramus. Sed in omnibus tribus his modis vigilanti oculo semetipsam debet mens circumspicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali. Ne contra tentamenta aduersarij seducatur ad delectationem vel consensum delicti. Ne contra flagella opificis ad excessum proruat murmurationis. Perfectè enim aduersarius vincitur quando mens nostra & inter tentamenta eius à delectatione atque consensu: & inter contumelias proximi custoditur ab odio: & inter flagella Dei compescitur à murmuratione: Nec hæc agentes retribui nobis præsentia bona requiramus. Nam pro labore patientiæ, bona speranda sunt sequentis vitæ: Vt tunc præmium nostri laboris incipiat, quando omnis labor iam funditus cessat.

Ps. 43. v. 20. *Humiliatio ad patientiā prouocat.* Theodoret. Deut. 26. v. 7. Iudith 6. v. 15. Rabanus. *Tribus modis patientia exerceri solet.*

Ergo *in humilitate patientiam habe.* Quia tunc maxime à Deo patientia tanquam gratior pluris ducitur: Aiebat enim Dauid. Psal. 37. v. 12. 13. *Qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates* (nos dicimus: *Hablauan vna vana y cien vacias*) *ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.* q.d. Eorum susurrationes, & maledicta & execrationes cum audirem. *Hize me del sordo, y del que no oye ni entiende*, vel *hizeme del des entendido.* Nec retuli contumelias, aut illorum inimicum animum coargui, sed tanquam mutus conticui, tuo iudicio meam causam, illorumque animaduersionem reseruans ac permittens. Sed Rogo, si Dauid audiebat, quomodo tanquàm surdus non audiebat? Numquid meritum haberet si non audiret? Quod enim non auditur non excitat animū ad vltionem neque ad patientiam prouocat. Si autem dolos, quos aduersus eum meditabantur exaudiuit, cur ait: Se tanquam surdum eis aures non præbuisse? Respondeo Theodoretum hunc versum explanasse de Dauidis patientia in persecutione Semei, ait ipse: *Hoc magis dilucidè Historia edocet. Nam cum Semeus maledictis lacesseret, & manu & lingua feriret, Dauid silens iniurias sustinebat*, &c. Sicut enim Dauid quamuis maledicta Semei audiret, surdescebat, quia spem præmij pro patientia in Deo collocauerat. Dixit enim: *Dimittite eum vt maledicat, Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid*, &c. 2. Regum 16. v. 10. Et statim vers. 12. *Si forte respiciat Dominus afflictionem* (humilitatem, abiectionem) *meam & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Quia igitur patientiæ corona debetur, cū mala patienter perferūtur, eo quod nō retorquentur, sed silenter tolerentur, ideo Dauid tanquam surdus non audiebat, non quia maledictiones Semei non exaudiret, sed quia ita patienter & silenter perferebat, & tranquillo & pacato animo tolerabat, *vt surdus, & non audiens* videretur. Item quia, si inquit Dauid, ea verba pessima Semei iuxta Domini præceptum prolata esse: *Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid*, illa audiebat vt à Domino præcepta, non vero auscultabat, vt à Semei prolata. Quæ cogitatio ei tranquillum reddebat animum, & ita ad patientiam prouocabat, vt nec verbum aduersario reuocaret, sed præmium patientiæ à Domino expectabat: *Et reddat*, ait, *mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Nisi velis dicere, Dauid præ oculis peccata sua habuisse, & hanc maledictionem vt eorum pœnam considerasse, sicque illam patienter sustinuisse. Sic enim intelligebat de tantis flagitijs suis pœnas dare, & Deo optimo maximo pretium & solutionem libenter pendere. Quare dicebat: *Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus*, &c. q. d. Si talia scelera non *commisissem de Semei seuitia*, & crudelitate, deque tam ingenti iniuria expostularem, & forte vindictam sumerem, sed quia peccaui Domino æquum erat me pœnas dare, & cum Deus hic iniurijs mea flagitia vindicaret, conticui & maledictionem minimè redargui, nos diceremus: *fue fuerça haçerme desentendido, y que se fuesse lo vno por lo otro.* Pœnam libenter sustinui, vt debitum peccati persoluerem, ideo *tanquam surdus non audiebam*, &c.

37. *Patientia in humilitate habenda.* Ps. 37. v. 12. *Patiens tanquam surdus non audit.* Theodoret. *Quare Dauid non respondit Semei sibi maledicenti.* 2. Reg. 16. v. 10. *Quomodo verba pessima Semei erant à Deo præcepta.* *Qui peccata sua considerat, mala patienter perfert.*

Forte imitatus est Dauid Annam Samuelis genitricem, 1. Reg. 1. vers. 13. Quæ cum submissè orauisset ad Dominum: *Labia* enim *illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur*, videns se à sacerdote exprobratam & audiens id, *vsquequo ebria eris? æstimabat enim eam temulentam esse*, modestè respondit: *Nequaquam Domine mi*, &c. Sic D. Chrysost. eam excusans ait. *Vnde suspicari potuit sacerdos? Neque enim ridentem vidit, neque saltantem, neque vertiginem concidentem, non audiuit vllum verbum obscœnum*, &c. Ratio ergo cur Anna libenter increpationem sustinuit, illa est, quia non spectabat à quo proximè correctio prodierit (existimant aliqui à puero Heli proditam esse) sed à quo primum & à cuius imperio, nempe à Deo. Stultè faceret Anna si odium conciperet in prælatum, cum id non suo faciat, sed diuino nomine. Sic inquit D. Chrysostomus, *si sacerdos fuisset conuitiatus, non erat perinde miranda tolerantia, proptereaque, dignitatis magnitudo, ac Magistratus auctoritas, vel inuitam illam compulisset ad modestiam. Nunc vero vel aduersus sacerdotis puerum indignata non est, quo magis sibi conciliauit Deum.* Expende *quo magis*, &c. Respiciebat enim increpationem vt à Deo prodeuntem, & sic facile tolerabat, tanquam ab eo missam. Sic Dauid, &c.

1. Reg. 1. v. 13. *Anna exprobrata à Heli modestè illi respondit.* D. Chrysost. *Correctio facile toleratur cum à Deo consideratur immissa.* D. Chrysost.

Cum Apostolus Paulus scribit ad Timoth. illum exhortatur ad sectandas virtutes, præcipuè ad patientiam & mansuetudinem, aiens: cap. 6. v. 11. Epist. 1. *Sectare patientiam & mansuetudinem*, διωκε, id est, persequere patientiam, & mansuetudinem. Nos dicimus: *Dar alcance aloque pretendemos.* Quare

Patientia & mansuetudo sectanda. 1. Timoth. 6. v. 11.

re ergo Apostolus has virtutes persequi exhortatur? Numquid sicut venator persequitur feram, sic homo debet venari *patientiam*, *& mansuetudinem*. Vel vt legit D. Ambrosius: *Tranquillitatem* animi? Haud dubium licet, quia patientia & mansuetudo facile è manibus elabuntur, & velociter fugiunt & abeunt, & sicut venator sectatur feram vt eam captet, & eius carnibus vescatur: Sic homo sectari & persequi patientiam debet ad eam captandam tanquam animi alimentum, & cibum præguſtandum: Animus enim sine patientia & tranquillitate minuitur, deficit, defectum patitur, & cum patientiam venatur, æuum agit felix, quare homo *sectari patientiam*, debet vt Ecclesiasticus monet, cum ait: *Patientiam habe*.

D. Ambrof.

Homo ſicut venator debet patientiã ſequi & venari.

Quid demum sit habere patientiam in humilitate, explicat Holcot, id est, cum à Deo flagellaberis patientiam habe sine murmuratione, quia flagellatio Dei, signum est quod flagellatus à Deo tanquam filius eius acceptatur: Quia pater punit filium verbere, quando seruum punit ejectione vel carcere. Jdeo ait Cassiod. super Psal. 37. *Non vis flagellum: Non tibi debetur hæreditas vsque adèo omnis filius flagellatur, vt nec illi pepercit, qui peccatum non habuit*. Confirmat D. Greg. hom. 22. in Ezechiel. in fine aiens: *Ipse qui nos creauit, etiam nobis pater factus est: & aliquando filios nutrit pane, aliquando flagello corrigit: Quia per dolores & munera ad hereditatem perpetuam erudit*. Probat Holcot exemplo: Triticum ad hoc separatur flagello à paleis vt maturatum & purgatum, vel ponatur in granario, vel ad mensam Domini præparetur. Sic igitur Deus immittit flagella bonis vt vel purgati ponantur in granario Dei; vel ad eius mensam applicentur in fine. Ideo, *quod tibi applicitum*, &c.

Holcot.

VERS. V.

Quoniam in igne probatur aurum & argentum: Homines vero receptibiles in camino humiliationis.

Sensus.

Quoniam in igne, &c. q. d. Quemadmodũ aurifex aurum vel argentum in camino, qui est luteum vas, in quo metalla purgantur, imponit vt fornace exploretur, molliatur, & expurgetur, habile reddens, & idoneum ad vasa, ad murenulas aureas, ad calicem, & ad alia opera magnifica, præclaraque conficienda. Et sicut è camino iactatur expurcitias quæ in omni metallo vocatur scoria, vt metallum exploratum reddatur. Sic diuinus aurifex Deus in præparato camino humiliationis, & tribulationis probat & examinat iustos: Nam tribulatio, & humilitas, siue humiliatio fornax est, in quã Deus iustos mittit, ad eorum spurcitiam seu scoriam defectuum purgandam, & de ipsorum cordibus iactandam, eos habiles reddendo, & idoneos ad conficienda ex eis vasa electionis, &c.

Notæ.

Probare idè quod examinare.

VErbum *probare*, quod est, δοκιμάζω, id est, experior, probo, iudico, exquiro, significat hic, idem quod examinare, & expurgare, sumpta metaphora ab aurificibus, qui aurum vel argentum, in camino experiuntur, vt vasa cõficiant. Homines *receptibiles*, vel acceptabiles sunt accepti, vel recepit. In Græco, ἀνθρωποι δεκτοι δεκτὸς, enim est acceptibilis vel acceptus. Tales sunt electi, Deo grati, id est, prædestinati ad vitam æternam. Tandem *caminum humilitatis* vocat fornacem dei electionis: ἐν καμίνῳ ταπεινωσεως; camino vexationis. Vult dicere postquam probati fuerint ab eo rebus aduersis, vulgatus addit de suo *argentum*, quod eamdem ac aurum probationem admittit. Hac igitur sententia probat Sirach quanta sit tribulationum vtilitas, & verba eius magis illustratione, & probatione, quam explicatione indigent, &c.

Illustratio prima.

Quoniam in igne probatur aurum & argentum; vt probaret tribulationes sustinendas, hanc sententiam addidit Ecclesiasticus. Palacius: Purgat ignis scoriam auri, vas lucidum & pulcherrimum reddit, ac planè Regia mensa dignum. Jta caminus humiliationis purgat, illustrat, honestat, & Deo dignum hominem reddit. Tribulatio enim & tentatio instar ignis homines acceptos, & electos ad vitam æternam probat, vt ex eis vasa electionis conficiantur. Sic dixit Paulus Rom. 9. vers. 23. *Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam*. Hæc misericordiæ vasa sunt electi, seu receptibiles, qui à Deo in gloriam prædestinantur, in quorum electione gloriæ suæ, inæstimabiles diuitias Deus ostentat. Hæc vasa aurea prius in camino corporis inclusa, & in fornace tribulationis seu humiliationis à Deo immissa, explorantur, & expurgantur, adeò vt aureã charitatem, & aurum reliquarum virtutum ostentando, diuitiæ gloriæ Dei, quas in animo iusti deposuerat, ostendantur. Et vocantur misericordiæ vasa, quia cum Deus *diues* sit *in misericordia*, vt Paulus Ephes. 2. vers. 4. Affirmauit, iustos efficiens vasa misericordiæ eos ingentibus gloriæ suæ diuitijs cumulat, vt sint recõditorium diuitiarum misericordiæ suæ, & notum omnibus fiat, electos & receptibiles igne tribulationum exploratos, vasa aurea esse diuinæ misericordiæ in gloriam æternam præparata. B. Theodot. *Ita etiam vasa misericordiæ appellauit eos, qui Dei benignitate digni sunt*. D. Anselm. id est, *homines, quos replet sua misericordia, quæ, id est, quos homines electos præparauit, id est, præordinauit, ad gloriam æternam*.

40. *Sicut aurum igne probatur, ſic iuſtus in camino humiliationis.* Palacius.

Rom. 9. v. 23.

Iuſti vocantur vaſa miſericordiæ

Quare iuſti vocantur vaſa miſericordiæ. Eph. 2. v. 4.

Theodor.

D. Anſelm.

Ergo sicut aurifex aurum, vel argentum in fornace accensa purgat, examinat, explorat; sic Deus peritus aurifex homines electos & prædestinatos ad vitam æternam probat tentationis & afflictionis igne. Dictum est enim ad Tobiam cap. 12. vers. 13. *Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te*. Pende verbum *probare*, quod proprium aurificum est, qui aurum vel argentũ in fornace ignis probant. Et cum tẽ tatio seu afflictio & tribulatio fornax sit, in quâ iusti purgantur & Tobias iustus & acceptus à Deo esset, ideo ait: Raphael, necessum fuit vt tentationis fornax, vel caminus probaret, & exploraret te. Cum enim iustus in fornace aurificis Dei probandus præparatur, ita gratus Deo ostenditur, vt videatur ipse Deus folliculos excitare ad accendendum ignem, vt probet & examinet, & acceptum reddat. Ipse enim dixit Jsa. 54. v. 16. *Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum: Et ego creaui interfectorem, ad disperdendum*. Creat Deus interfectorem, vt probet iustos & exploret, & acceptos reddat. LXX. *Ego autem creaui te, non in perditionem interficere*. Quod de iusto intelligendum est, id est, ego reformo te reformatione quadam spiritali iugiter duratura & æterna, non ad meum, sed ad tuum commodum, &c. Hæc reformatio haud dubium est probatio & examinatio in fornace tribulationis ad commodũ iusti, sic enim efficitur à Deo acceptus, &c. Vnde edisce dum est, Deo non præscribendum tempus liberationis, scit enim quando probati simus. Eleganter D. Chrysostomus to. 5. hom. 4. ad pop. *Potest*, inquit, *Deus omnia gratia hac ipsa die soluere, sed donec nos purgatos videat, donec videat factam conuersionem, & pœnitentiam firmam & inconcussam, non dissoluit tribulationem*. Etenim *aurifex donec aurum benè purgatum videat, de conflatorio non extrahit. Sic & Deus non abducit hanc nubem, donec nos penitus emendauerit. Qui enim tentationem permisit, ipse nouit & tentationis soluendæ tempus*, &c. Et cum exploratus & expurgatus iustus euadit, tunc ait Psal. 118. v. 71. *Bonum mihi quia humiliasti me*, quare bonum? nisi quia cum finis probationis sit aptitudo ad regnum Dei, assequendum, videns se spem certam habere illud adipiscendi, gratias Deo refert, & tentationi, quia ipsa electum reddit, &c.

41. *Probare autem, proprium aurificum eſt.* Tob. 12. v. 13

Tentatio probat iuſtũ.

Jſa. 54 v. 16.

Deũ non præſcribendũ tempus liberationis à tribulatione. D. Chryſoſt

Pſ. 118. v. 71

Secunda illustratio.

42. *Virtus tribulatione probatur ſicut igne aurum.* Prou. 17. v. 3. Sap. 3. v. 6.

HAnc auri vel argenti probationis seu explorationis similitudinem ad virtutem explorandam, in Sacra pagina varijs in locis inuenio, præcipuè Prou. 17. v. 3. *Sicut igne probatur argentum, ita corda probat Dominus*. Et sap. 3. v. 6. *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos*. Quæ testimonia ita bene illustrata afferuntur à nostris Lorino & Salazar, vt nihil addendum putem, nec etiam in nostræ sententiæ, illustratione multum immorandum. Subijciam tamen quæ proponenda inuenero.

Aurum probatum, ſymbolum iuſtorum.

Prius suppono aurum vel argentum per ignem exploratum simbolum esse iustorum, nam illos minimè lædit examen ignis, sicut solet exurere impios vehemens aliqua tribulatio. Cum Zacharias de tribulatione à Christo Domino prænuntiata agit, quæ euentura erat cum Titus & Vespasianus destructuri essent Ieruſalem, ait c. 13. v. 9. *Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum*, &c. q. d. ex tribus partibus gentium, quæ premendæ sunt angustè, & hostiliter expugnandæ à Romanis imperatoribus, cum duæ partes miserè pereant, tertia vero pars relinquetur in terra Juda, quę piorum erit. Quæ tamen non erit ab omni incommodo & iactatione libera: Nam tribulatione ita probabitur, sicut igne aurum, atque argentum probari solet, ita vt si quid adhæsit scoriæ id excoquatur totum. Noster Gaspar Sanchez explicat de fidelibus, quos Deus ita probat sicut probatur argentum in camino tribulationis, & concludit: Discant hinc qui ad hanc tertiam partem pertinere student, examen durum ignis & laborum esse subeundum: Neque tutum existiment statum illum hominum, à quibus ignis abest tribulationis, quo purgari debet & probari quod aurum futurum est purum & excoctum. D. Hieronymus hunc explicans locum ait: *Ipsa quoque tertia pars ne delicata esset & secura confessione, quasi argentum, & aurum per ignem ducitur, & probatur: Quem & Dominus in credentibus ardere cupit, & Paulus feruore desiderat*. Luc. 12. Rom. 12.

Fid: les probat Deus ſicut tribulationis. Gaſp Sanc.

D. Hieron.

Igne tribulationis excoquit Deus ſcoriam iuſtorum.

Hoc tribulationis igne excoquit Dominus scoriam & expurcitiam iustorum, & malitiam consumit. Sic D. Basilius hom. quibus de beatur terra promissionis ante lib. 1. contra Eunom. *Est enim*, inquit, *inflammatio spiritus, corda excitans & calefaciens. Propterea quod spiritualis ac diuinus ignis animas quidem illuminat, & probat interne, sicut aurum sincerum in camino probatur, malitiam vero consumit, veluti calamum, ac spinas*, &c. Quare ipsi fideles per Dauid Psal. 65. v. 12. postquam inuenti sunt in refrigerio gloriæ cecinerunt: *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. Per ignem intelliguntur acriora supplicia, flagella, vulnera, cædes, combustio; per aquam supplicia lenta, sed diuturna, vt exilia, carceres, &c. D. Augustinus per ignem intelligit omne genus angustiarum & molestiarum contristantium hominem: Per aquam omne genus voluptatum, & abundantiam temporalium bonorum, quæ spiritum suffocant. Sed sicut ignis consumit lignum, non aurum: Sic etiam aqua corrumpit, & putrefacit lignum, non aurum; & sicut aurum per ignem purgatur à scoria, sic idem aurum per aquam lauatur à sordibus. Itaque iusti & sancti, qui sunt auro similes, sine detrimento transeunt per ignem & aquam, quia in tribulatione patientiam, in prosperitate modestiam, seruant. Vide nostrum Bellarminum Cardinalem doctissimum.

D. Baſilius.

Pſ. 65. v. 12.

Quid per ignem & aquam intelligatur. D. Auguſt.

Jtaque ignis afflictionis & tribulationis, simul cum diuina spiritus inflammatione adurit iustos & fideles vt excoquantur, & explorentur, sicut aurum vel argentum, quod per ignem transit. Quis videat S. Iobum in medio camino tribulationum iacentem, vt exploretur & ostendatur eum esse à Deo receptibilem, & electum? sic nostram sententiam illustrat. S. Cyprianus exemplo Iobi patienter ignem tribulationis sustinentis, aiens: *Quoniam igne probatur*, &c. *Sic Iob post rerum damna, post pignorum funera, vulneribus quoque & vermibus grauiter afflictus, non victus est, sed probatus, qui in ipsis conflictationibus & doloribus suis patientiam religiosæ mentis ostendens*, &c. Et lib. de mortal. idem probat & lib. de bono patient. eleganter adiungit: *Examinandis autem nobis, atque explorandis diuersi importantur dolores, & multiplex tentationum qualitas irrogatur, de iacturis facultatum, de arboribus febrium, de cruciatibus vulnerum de amissione charorum. Nec aliud magis inter iniustos discernit, & iustos, quam quod in aduersis per impatientiam queritur, & blasphemat iniustus, patientia iustus probatur, sicut scriptum est: In dolore sustine, & in humilitate patientiam habe. Quoniam igne probatur aurum & argentum: Sic Iob examinatus est, & probatus, & ad summum fastigium laudis patientiæ virtute peruectus*. Hoc confirmat D. Ioan. Chrysostomus tom. 2. de conuers. Matt. hom. 14. vbi affe-

43. *Iob probatus igne tribulationis.* S. Cyprian.

Iuſti & inuandis autem nobis iuſti in quo differant.

D. Chryſoſt

rens exemplum Iobi eleganter ait: *Iob ante tentationes præcipuus erat, sed postea melius*

apparuit nec tantum bonus erat, cum illæsum haberet corpus, sed multo melior ostensus est, cum ex corpore vermes, & sanies defluebat, nunquam formides tentationem, si animam præparatam habes, non nocebit tribulatio, quia tolerantiam operabitur. Sicut enim aurum in camino non læditur, sic nec stabilem animam tribulatio non nocebit. Quid operatur caminus? aurum mundat. Quid operatur tribulatio? tolerantiam, amplioremque patientiam; absindit enim desiderium, & coædunat animam, & sobriorem reddit. Manifestatur enim patientia iustorum in tribulationibus afflictantur aliquando, sed tunc magis laudatur eorum patientia cum in doloribus non deficiunt, nec virtutis locum deserunt, dixit S. Hildeb. epist. 19. *Et quidem nostra patientia in aduersis & si magnopere sit laudabilis: & nihilominus quia (vt fert humana conditio (velimus, nolimus, multa nobis dum viuimus contraria sunt subeunda, aliquid de sua nobilitate idcirco amittit.* Vide Petrum Damian. tract. ad Dom. c. 6.

Tribulatio patientiam operatur.

D. Hildebertus.

Illstratio tertia.

44. *Homines receptibiles tribulationibus explorantur.* HOmines vero receptibiles, &c. vocat Syrach. receptibiles, iustos, electos, & prædestinatos, & colligitur ex dictis, hos à Deo tentationibus & tribulationibus explorari. Qui enim in filiorũ numero computandi sunt, dure & difficile à Deo tanquam à vigilãte Pastore & parente tractantur. Assolet enim Deus parentis instar iustos exercere, illos in camino seu fornace afflictionis & tribulationis injiciendo vt erudiantur, & oculis suis gratiores appareant. Seneca l. de prou. c. 2. hoc apprimè confirmat. inquiens: *Scias licet idem viris bonis esse faciendum, vt dura ac difficilia, non reformident, nec de facto querantur. Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi excitari iubent liberos ad studia obeunda maturè, feriatisque diebus non patiuntur esse otiosos, & sudorem illis, & interdum lacrymas excutiunt. At matres fouere in sinu continere in vmbra volunt, nunquam flere, nunquam tristari, nunquam laborare: Patrium habet Deus aduersus bonos viros animum, & illos fortiter amat, & operibus, inquit, doloribus ac damnis exagitentur, vt verum colligant robur, &c.* Hoc cõfirmat D. Augustinus tom. 4. lib. de patient. ex eo Prou. 3. 12. *Quem enim diligit Dominus corripit.* ipse legit: *flagellat autem omnem filium quem recipit*, & ait: *quod hic positum est, filium quem recipit, & homines receptibiles.* & adijcit: *Hoc enim iustum est, vt qui de pristina felicitate paradisi propter contumaciam delitiarum appetentiam demissi sumus, per humilem molestiarum patientiam recipiamur, &c.*

Seneca.

Aliter Pater aliter Mater indulgei filio.

D. Augustinus. Prou. 3. 12.

45. *Deus tanquã parens iustos tribulationibusque exagitat.* Itaque Deus tanquam verus hominum parens iustos tanquam filios fortiter amat, & doloribus, tribulationibusque exagitat, vt verum colligant robur, hoc est, vt veram ediscant virtutem, quæ nisi tribulationis igne non exploratur, vt appareat, & ab omnibus magnifiat. Sic Ouid. de Trist. eleg. 3. dixit.

Quæ latet, inque bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturque malis.

Sed quia multiplex est caminus ignis, quo Deus solet homines probare, ideo libenter audiendus D. Amb. in Psal. 118. octon. 20. explicans id: *vide humilitatẽ meam, &c.* v. 156. in confirmationem citans nostram sententiam: *Denique (inquit) & Hebræi quamdiu in Aegypto erant, in fornace erant ferrea; hoc est, in fornace tentationis, in fornace afflictionis, cum duris affligerentur imperijs. Vnde Scriptum est, quia eduxit eos Deus de fornace ferrea ex Aegypto. Fornax erat ferrea, quia nullius adhuc in Aegypto opera virtutum plena lucebant; nullius aurum illic fuerat comprobatum, nullius plumbum iniquitatis exustum; Dura fornax, fornax mortis perpetuæ, quam fornacem nullus poterat euadere, quæ omnes consumeret, in qua solus dolor inesset & luctus. At verò fornax in qua Ananias, Azarias Misael, hymnum Deo canebant, fornax aurea illa, non ferrea, per quam toto orbe sapientia fide deuotionis illuxit. Erat quidem etiam hæc fornax in Babylonia, vbi aurum non erat spirituale, nisi forte captiuum: captiuam enim Dominus duxit captiuitatem. Hoc erat aurũ in Dei sanctis, qui captiui erant apud Babylonios corpore, spiritu autem liberi apud Deum soluti vinculis captiuitatis humanæ, iugo gratiæ spiritualis innexi, & fortasse eadem fornax ferrea fragilibus est, aurea perseuerantibus, omnes oportet per ignem probari quicunque ad paradisum redire desiderat, &c.* Sic Palacius: sed quam sapienter (inquit) dixit auctor, *homines receptibiles?* Nam miseros impios, qui digni non sunt, qui recipiantur, ignis non purgat aut illustrat, sed accendit & vrit, vt pote qui non sunt vasa aurea, aut argentea, sed potius lignea aut paleata. Vide Iob. 23. 10. *& probauit me quasi aurum; quod per ignem transit.* Denique B. Petr. Damian. lib. 2. epist. 7. *Sicut enim (inquit) vas aureũ vel argenteum sæpe malleus percutit, sæpe lima hinc inde poliendo circumdat, vt clarius fiat, sic iterata tentatio constantis, & non cedentis animæ rubiginẽ purgat, Vas enim figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis* Eccles. 27. 6.

Palacius.

Omnes iustos per ignẽ probari oportet.

B. Petrus, Damian.

Tandem aurum vel argentum (vt explicat Holcot) triplici causa in igne ponitur, scilicet. Ad examinandum, & ad purgandum, & ad fabricandũ. Si enim aliquis aurum vel argentum assumens in igne poneret vt liquefieret, & nõ solum non liquaretur, sed magis indураretur, signum esset non esse aurum, vel argentum, sed ferrum, vel quid simile. Pari modo si quis in igne tribulationis positus bonus apparens, non solum non ostenderetur flexibilis ad bonum, sed magis indураretur ad malum signum præberet se non esse verè bonum, sed reprobum & obstinatum. Sic dixit Ierem. cap. 6. 30. *Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos, vel reprobauit*, vt Theodor. loquitur de impuro & rubiginoso argento, quod Dominus reprobat ac proijcit, propter operam in eo toties inutilem positam, purgatricem amplius manum admouere non vult. Quo in statu videbatur esse Ierusalem, cui cum erudire nollet aut expiari dixit minacibus verbis. Jerem. 6. 8. *Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te.* Vide Jerem. 51, 9. & ad Heb. 6. 7. Rursus si aurum vel argentum in igne positum non purgatur à rubigine, si quam habet, signum est non esse verum aurum. Sic apparens bonus & patieris, si in tribulatione hoc non adscribit peccatis & pœniteat, sed contra Deum murmurat, signũ est, non esse Deo acceptum. Sicut dixit Deus Eze. 24. 6. *Væ ciuitati sanguinum, illæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea*, & v. 12. *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem.* Porrò apparens aurum vel argentum, si positum in igne non potest propter hoc vas honestum fabricari ex eo, sed potest faciliùs destrui, quam produci, planum signum esset, quod non esset acceptum metallum. Similiter si homo per flagella correptus citius fit vas contumeliæ quam honoris, manifestum est quòd non est approbatus à Deo. Sed certè si homo existens in tribulatione cito ad bonum flectitur, & à peccatis conteritur, vt sit vas gratiæ, tunc manifestum est esse acceptum

Ad quid aurum ponitur in igne.

Holcot.

Ierem. 6. 8.

Aurum si in igne nõ purgatur non est vere aurum.

Ezech. 24. 6.

In tribulatione cognoscitur bonitas hominis.

acceptum Deo vtpote verè bonum. *Quoniam in igne probatur aurum, homines vero receptibiles Deo in camino humiliationis*, id est, tribulationis, &c. Ignis enim tribulationis explorat bonitatem iusti & peccatoris infirmitatem. Sic D. Augustinus lib. 1. de ciuit. cap. 8. tom. 5. *Quia inquit boni malique pariter affecti sunt, non ideo ipsi distincti non sunt, quia distinctum non est, quod vtrique perpessi sunt. Manet enim dissimilitudo passorum etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento non est idem virtus & vitium. Nam sicut sub vno igne aurũ rutilat, palea fumat: Et sub eadem tribulatione stipula comminuuntur, frumenta purgantur: nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem preli pondere exprimitur: Ita vna eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat: Malos damnat, vastat, exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur atque blasphemant: Boni autem precantur, & laudant.*

D. Augustinus.

VERS. VI.

Crede Deo, & recuperabit te; & dirige viam tuam, & spera in illum, serua timorem illius, & in illo veterasce.

Sensus.

46. CRede Deo, &c. q. d. Si fœlicem statum, in quo degebas, perdidisti, ne despicias, nec diffidas, sed crede, hoc est confide, quia ope & auxilio Dei illum recuperabis, id est, te redimet, atque afferet ex oppressione. Requiritur tamen vt fidem habeas; qua Deo promittenti credas; ac deinde spem, quæ ex ea fide statim nascitur. Et quoniam promissiones Dei pertinent ad rectos corde, vt spes certa esse possit, sectare rectitudinem vitę, & perseuerantiam in timore Dei; & tam in prosperis, quam in aduersis, nunquam Dei timorem filialem relinquas. Sed in eo veterasce, id est, vsque ad senectutem & mortem permane, & perseuera in Deo, &c.

Credendus Deus vt recuperationem felicitatis faciat. Rabanus. Palacius.

Notæ.

PRo *recuperabit*, est in Græco, ἀνπλώτω id est, opem tibi ferat. *Antilepsis* enim significat, cum de sensibus dicitur, perceptionem rei alicuius, quæ fit mente & intellectu. Significat etiam opitulationem & auxilium. Vt vulgat. 1. Cor. 12. v. 28: Trãstulit *opitulationes*. Tandem significat præmium, mercedem. Vulgatus tamen legit, *recuperabit*, fortè quia cum Deus ad pristinum statum hominẽ recuperat, auxilium præbet, opitulationẽ præstat, & tandem præmio felicitat. ἀνπλαμβάνεσθω significat quasi porrecta manu aliquem apprehendere, eumque ex periculo seruare, alio qui petiturum. Pro *crede* est. πιστεύσον, à verbo πιστεύω, quod est fidem habere, credere, & aliquando confidere, sperare, &c. Id est, fidem habe, & confide in Deo, cum in aliqua tribulatione iaces, & ipse te in pristinum statum recuperabit, &c. Tandem vltimum hemistichium desideratur in originalibus Græcis, forte in margine additum fuerat, posteaque irrepsit in textum, &c.

Illustratio prima.

47. *Crede Deo, & recuperabit te.* Rabanus explicat, dicens: Fidem in omnibus hunc seruare oportet, quem dolor & afflictio tentat, & dirigere gressus operum suorum ante conspectum Domini, & spem suam in Deo ponere: *qui confidit in illum non confundetur.* Psal. 36. v. 3. Probat ex eo Jerem. 17. v. 7. *Benedictus vir, qui confidit in Domino*, &c. Palacius explicat, crede promissis Dei, quibus promisit opem afflictis, & hæc Fidei persuasio, quâ credis Deum tibi affuturum, velut Deum obligat, vt recuperet te, &c. Itaque Sirach cum loquatur de recuperatione status fœlicitatis à iusto perditi, admonet iustum vt non diffidat, hoc optimè probat Lazari defuncti à Domino Resurrectio, vita priuatus fuerat, & sorores Christum Dominum certiorem fecerunt, cum adhuc infirmabatur, de fratris sui Lazari languore, dicentes Ioan. 11. v. 3. *Ecce quem amas infirmatur.* At Domino duobus diebus moram faciẽte, moritur languens Lazarus & Christus Bethaniam versus iter facit, peruenit, & à Sororibus excipitur & cum ipsæ quererentur: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Respondit illi Dominus: *Resurget frater tuus*: ait ei: Martha *scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die*, dixit ei Iesus: *Ego sum Resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?* ait illi: *vtique Domine ego credidi*, &c. Tandem virtute verborum Christi Lazarus, qui vitam cum morte cõmutauerat, mortem cum vita commutat, illam recuperando. Ecce quomodo sororibus credentibus, recuperatur mortuus, & de statu mortis transit ad statum vitæ. Vtitur autem Ioannes eodem verbo Græco πιστεύω, cum ait, *qui credit in me*, ac Ecclesiasticus cum inquit: *Crede Deo*, & idem est, *recuperabit te* ac *resurget frater tuus*, id est, statum pristinum vitæ recuperabis, & ad fœlicitatem redibis. Jdem dicendum de recuperatione status gratiæ perditi. Cum enim quis statum gratiæ perdidit, debet Deo confidere, vt illum suo auxilio & ope recuperet. Figura fuit Templi Jerosolymitani restauratio à Machabæis. Dicitur enim. 2. Mach. 2. 23. *& famosissimum in toto orbe Tẽplum recuperarent.* Anima hominis Spiritus sancti Templum est, cum per gratiam perditam ab hoste dæmone occupatur, amittitur Templum: sed recuperatur, cum homo gratiam recuperat. *Sic crede Deo, & recuperabit te.*

Credendus Deus vt recuperationem felicitatis faciat. Rabanus. Palacius.

Ioan. 11. v. 3.

Resurrectio Lazari indicat recuperationem fœlicitatis.

Gratia recuperatur per auxilium Dei.

2. Mach. 2. 23.

48. Rursus, *Crede Deo*, id est, ipsius prouidentiæ, & gubernationi (vt explicat Dionys.) fiducialiter te commite, & per consequens iugiter patientiam habe: ipse enim adiuuabit te, vel *opem ferat*, vt legit Tygurina in hoc sensu aiebat Iob. c. 13. v. 15. *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo: veruntamen vias meas in conspectu eius arguam.* Cur, ô Iob ais: *Si occiderit me?* Si te occidat quomodo sperabis & credes? Quomodo vias tuas argues? q. d. bene

Credere Deo quid. Iob. 13. 15. Dionysius.

poterit mors vitam meam eripere, sed spem & fiduciam minimè adimet. Sic ait D. Greg. super hunc locum lib. 11. mor. cap. 17. *Ille autem verè est patiens, qui & aduersis atteritur & tamen à spei suæ rectitudine non curuatur. In hoc itaque mens iusta ab iniusta discernitur, quod omnipotentis Dei laudem & inter aduersa confitetur quod non cum rebus frangitur, non cum casu gloriæ exterioris cadit, sed in hoc magis qualis cum rebus fuerit, demonstrat, quæ & sine rebus robustior stat.*

Iusto potest eripere mors vitam sed nō spem. D. Gregor.

q. d. Iob. Video sanè Deum mihi certissimam mortē infligere, sed non me mors ab illius charitate speque deijciet. Hâc etiam sententiâ Jobi confirmatur, id quod de transitu ad fœlicitatis statum diximus, secundum interpretationem nostri Pinedæ; ait enim: sed fortè præstabit hanc spem in vniuersum accipere pro expectatione auxilij & remedij aduersus mala omnia, fueritque sententia hæc quasi prædictio certissima melioris status, in quo commutationem accipiet malorum omnium cum incredibili bonorum omnium affluentia, & probat ex eo Ioan. 11. v. 40. *Nonne dixit tibi, quia si credis, videbis gloriam Dei?* Vide supra n. 29. huius capitis secundi.

49. Porro ait Ecclesiasticus: *Et recuperabit te.* Tygur. *vt opem tibi ferat*, auxilium enim præstat Deus, sibi confidentibus: dixerat autē Deus ad Iosue c. 1. v. 15. & repetit Paulus Hebræ. cap. 13. v. 6. *Non te deseram neque derelinquam*, adijcit Paulus *ita vt confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor* &c. q. d. ne deficias in spe & confidentia; confide & crede, me haud vnquam te deserturum, me derelicturum; te comitabor vsque dum in terram Promissionis populum Israeliticum introducas: semper ero tecum sollicitus tui & populi mei.

Deus præstat auxilium confidentibus. Iosue 1. 15. Heb. 13. 6.

Juxta hanc ergo promissionem inquit Dauid Psal. 39. v. 18. *Dominus sollicitus est mei, adiutor meus, & protector meus tu es! Deus meus ne tardaueris.* q. d. Deus me in opem consilij iuuabit, ipse pro me cogitabit, & curam habebit, ipse de me sollicitus erit. Cum tu meus adiutor & protector sis, tui muneris est me defendere, mihi opem ferre, mei sollicitum esse, ne igitur consilium differas, cum mala me iam comprehenderint, atque consecuta sint, nihil loci est dilationi, atque moræ, Deus meus, ne tardior auxilio venias, quam mei casus atque angustiæ flagitent. D. Augustinus legit: *Dominus curam habebit mei.* Et sic commentatur: *Quid tibi curaturus est? Quid tibi prouisurus? Qui habuit tui curam, antequam esses, quomodo non habebit curam cum iam hoc es quod voluit, vt esses, iam enim fidelis es, iam ambulas in via iustitiæ, curam tui non habebit, qui facit solem suum oriri, super bonos & malos, te iam iustum & fide viuentem negliget, deseret, dimittet, imo verò & hic fouet, & hic adiuuat, & hic necessaria subministrat, & noxia resecat, dando consolatur vt permaneas, auferendo corripit ne pereas, Dominus curam habebit tui, securus esto, ille protegit, qui te fecit,* &c.

Psal. 39. v. 18. *Deus curam habet iusti.* D. August.

Itaque Deus confidentibus sibi patrocinatur, auxilium præbet sollicitum se præstat erga eos, ne deficiant, & concidant animo, & hoc est, quod ait: *Confide vt tibi opem ferat.* Verbum enim ἀντιλέψις iam ostendimus in notis, significare opitulationem, seu auxilium) & significatio mercedis seu præmij, confirmatur ex eo quod Isaias hortabatur populum ad credēdum & confitendum ante oculos præmium & mercedem proponendo. cap. 62. v. 11. *Ecce* (inquit) *Dominus auditum fecit in extremis terræ. Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo,* &c. q. d. *Credite, confidite Deo*; & mercedem præmiumque vobis conferet, seipsum pro mercede præstabit, &c, Vide Psal. 90. v. 15. & Psal. 9. 10. & Math. 8. 13.

Confitendū Deo vt ipse opem ferat. Isa. 62. 11.

Ratio huius cōfidentiæ est, quia cito Deus accurrit afflictis, vide Abraham, qui afflictus iacebat existimās se liberis carere, in quibus promissiones Dei exercerentur, & statim accurrit Deus ad eum consolandum Gen. 15. v. 1. *Statimque sermo Domini factus est.* Nam cum sit Deus diligens pater non patitur filios suos multo tempore oppressos iacere. *Vide* (inquit) D. Chrysostomus) *quemodo signanter Scriptura loquitur: statim ait. Non permisit iustum ad paruulum tempus ægrè habere, sed festinatim ei consolationem affert & grauitatem mœroris emendat verbis, quæ nunc ei loquitur,* &c. Quod apprimè confirmatur exemplo, cum Christus qui dormiebat in nauicula excitatus est ab Apostolis & tēpestatem sedauit. Quod pendens D. Augustinus tom. 8. in Psal. 92. *Inuoca me,* &c. *Noli* (inquit) *timere quando tribularis, ne quasi non sit tecum Deus, Fides sit tecum, & tecum est Deus in tribulatione. Fluctus sunt maris, turbaris in nauigio quia dormit Christus. Si fides tua dormit in corde tuo, tanquam in naui tua dormit Christus, quia Christus per fidem in te habitat. Cum turbari cœperis, excita Christum dormientem, erige fidem tuā, & noueris, quia te non deseret. Cum ipso sum in tribulatione,* &c.

Gen. 15. v. 1. D. Chrysost. Mor. 8. 13. D. August.

Illustratio secunda.

50. *Dirigere viā quid.*

ET *dirige viam tuam, & spera in illum*, id est, rectas fac semitas tuas. Esto rectus corde, ne declines ad dexteram aut sinistram, quod si feceris, tunc spera, & certus confide, auxilium & opem Dei tibi commodam affuturam, sic Palacius. Itaque *dirigere viam est, insistere rectis vijs.* Vt legit Tygur. q. d. quod ad te spectat, est, vias tuas dirigere, viam tuam ordine constituere: actiones tuas disponere, & opera dirigere, & ordinare omnia ad Dei honorem, & tuam salutem. Sic ait Jerem. c. 3. v. 2. *Leua oculos tuos in directum*, idest, mentem, vel intentionis oculos in viam rectam diuinæ legis. Agg. 1. 5. *Ponite corda vestra super vias vestras.* Iubet Propheta vt Jsraelitæ reputent apud se, quid cogitent & velint quibus rebus ex quo redierunt, ab exilio operā nauarint, & inuenient nihil illis ex voto atque vsu contigisse. Quod argumētum est illis Deum non satis esse placatum, cum illis adimat quod suis amicis, antiquo illo sæculo largiri consueuerat, &c. q. d. Considerate quæ feceritis in obsequium Domini: & quæ debebatis operari, vt debito satisfaceretis, &c. Psal. 36. v. 5. *Reuela Domino viam tuam, & spera in eo & ipse faciet.* Beatus Theodor. explicat: *Deo* (inquit) *& teipsum, & tuas actiones offer, & ab ipso auxilium expecta: nam ipse vt iudex iustam sententiam profert, & celebrabit te, & illustrem te reddet,* &c. Ierem. 7. 5. *Si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: habitabo vobiscum,* &c. q. d. Si instituta conatusque vestros in finem direxeritis rectū, si rectas feceritis actiones vestras, &c.

Palacius. Iere. 3. v. 2. Aggæi. 1. 5. *Cum Deus non felicitat signum est eum non esse placatum.* Psal. 36. v. 5. Theodoret. Iere. 7. v. 5.

51. Quare ergo ait Sirach. *Dirige viam tuam.* Cum Salomon dicat. Prou. 16. 9. *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.* D. Cyprian. in orat. de zelo, sic explicat hunc locum dicens: *sensus atque actus tui diuinitus dirigentur, quando ea, quæ diuina & iusta sunt cogitaueris sicut scriptum est, cor hominis,* &c. Sed illum interpretantur Theologi de gratia subsequenti. q. d. Quid præstandum sit cor hominis apud se cogitat & discernit, id tamē non satis est, vt cogitatam iam, & decretam rem perficiat; sed gratia & auxilio Dei subsequente opus est, vt ad effectum res illa perueniat, gratia

Domini est dirigere gressus hominis. Prou. 16. v. 9. D. Cyprian. *Munus gratiæ subsequētis est impedimenta remouere.*

inquam

inquam subsequente, cuius est, impedimentum remouere, & ad executionem idoneū tempus, instrumenta, adiumenta, & si quid aliud est necessarium in promptu offerre. Sic explicat noster Salazar. ferè eodem modo loquitur Jerem. cap. 10. v. 23. aiens: *Scio Domine quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet & dirigat gressus suos.* Noster doctissimus Franciscus Suarez exponit Theologicè. *Nō est hominis via eius*, id est, opera gratiæ, quæ sunt ad vitam æternā, non sunt in hominis potestate, sine Dei inspiratione & auxilio, quia ad ea Deus hominem excitare debet præuenienti sua gratia. Si enim in naturalibus egemus directione Dei, ergo multo magis in supernaturalibus. Tandē docet Ieremias in omnibus Deo nobis nitendum esse, eiusque directioni. Exponens B. Theodor. id Psal. 54. v. 23. *Iacta cogitatum tuū in Domino*, ait: *gubernatorem habeas Deum, & aurigam, & res tuæ ab illius prouidentia pendeant: nam hoc modo inconcussus manebis & immutabilis.*

Salazar. Ierem. 10. v. 23. Suarez. *Opera gratiæ nō sunt in hominis potestate.* Theodor.

Cur igitur Jesus Sirach. monet vnumquemq; dirigere viam suam? Si Dei est dirigere viam hominis, quare hanc homini attribuit directionem? Quid opus est Dei auxilio ad cōstituendam ordine viam propriam, si hoc officio homo in sui cōmodum fungatur? Respondet Dionysius Carthus. Hominem per rationem & gratiam ac virtutes posse in actus meritorios procedere non tamen sine cooperatione, actualique motione Spiritus Sancti, vnde infertur directionem istā principaliter & completiuè esse à Deo: ab homine autem ministraliter & elicitiuè ac liberè operante, & supernam directionem acceptante; aliter non imputaretur ei ad meritum. Itaque cum ait Sirach: *Et dirige viam tuam,* &c. q. d. opera tua, quæ à Diuina gratia adiuuante à te sunt facta, dirige ad Dei gloriam & honorem, & ordina ad tuam salutem, quia si ad Deum pertinent dirigere opera nostra suo subsidio & adiumento, cum absque eius ope nihil nos operari possumus ad nos pertinet eadem opera dirigere, id est, instrumentaliter efficere, ad Dei gloriam, & salutem nostram ideo subdit.

Viam dirigere quid. Dionysius. *Opera ad Deum dirigenda.*

52. *Et spera in illum.* q. d. hortor te viam tuam dirigere, non vt putes tibi vias tuas, aut virtutes habituales sufficere, sed vt auxilio diuinæ gratiæ directionis innitaris. Sicut Tygur. legit. *Et illo nitere.* Sumpta similitudine ab eo, qui aliquod opus non valet solus, & adiumento alterius nititur, ad illud faciendum. Sic nos Deo inniti debemus, *ad dirigendam viam nostram*: ideo cum Deus Jacobo reuelauit commercium Cœli & terræ, apparuit innixus scalæ. Gen. 28. v. 12. *Viditque in somnis scalā stantem super terram, & cacumen illius tangens Cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes, per eam & Dominum innixum scalæ.* Angelos ascēdere & descēdere, indicabat Cœli & terræ commercium, & communicationem, vt iam homines possent vias suas in cœlum dirigere. Nam cum Sap. 10. v. 10. dicitur: *hæc* (scilicet Sapientia vel Deus) *Profugum iræ fratris iustum, deduxit per vias rectas,* &c. Idem est Sapientia Iacobum deducens, quod Deus in hac visione scalis incumbens: significatur enim scalæ hierogliphyco prouidentia Dei, homines in inferioribus per Angelos regens, & tandem ad cælos deducens.

Vires naturales non sufficiunt ad opera bona. Gen. 28. v. 12. *Scala Iacob significat commerciū Cœli & terræ.* Sap. 10. v. 10.

Tert. lib. 3. aduers. Marcio. cap. 24. ait: *Cum vero Iacob somniat scalas obfirmatas in terra ad Cœlum, & Angelos ascendentes, & alios descendentes, innixum desuper Dominū, temerè si forte interpretabimur, scalis his iter ad cœlum demonstrari, quo alij perueniant, vnde alij decidant, Domini constitutum esse iudicium.* Itaq; cum hæc scala recta via sit in cœlum, & Angeli ascendentes denotent homines, qui viam rectam faciunt, vt illò perueniant, sequitur Deum scalæ innixum, significare, eos, qui *dirigunt viam suam, in illum sperare debere*, id est, eius auxilio & adiumento inniti ad dirigendam viam suam in cœlum, ipsumq; Deum licet deprecari, vt ad bona nos semper excitare dignetur.

Scala Iacob significat Dei prouidētiam. Tertulian.

Illustratio tertia.

53. *Serua timorem illius, & in illo veterascē.* Iam diximus hoc hemistichium ab originalibus abesse. Palacius serua, inquit, illam piam erga Deum reuerentiam, illam filialem subiectionem, illam verecundam obedientiam. Rectè enim dictum est de Christo, ac similiter de quouis homine pio, *Repleuit eum Spiritus timoris* Domini. Jsa. 11. v. 3. vel vt littera hebræa dicit: *Odorari faciet in spiritu timoris.* Vt enim viri delicati fragrantiam odoris suauissimi etiam à lōgè emittunt (iuxta illud: *Myrrha, & gutta & casia,* &c. Psal. 44.) ita viri pijssimi pleni timore Domini odorem eius ex se fundunt. Jta enim Paulus, *Christi bonus odor sumus.* 2. Cor. 2. Hæc Palac. Sed melior expositio est Dionysij, quam proposuimus in sensu, scilicet, in prosperis & in aduersis Dei timorē filialem nunquam relinquendum sed in illo vsque ad mortem perseuerandum.

Seruanda reuerentia erga Deum. Palacius. Isa. 11. v. 3. *Timor Dei nec in prosperis nec in aduersis relinquendus.* Dionysius.

Vbi hortatur Jesus Sirach, ad timorem Dei seruandum toto vitæ huius curriculo. q. d. omnia opera tua, timore Domini stabilienda sunt, id est, cum volueris domum tuam spiritualem construere, supra timoris petram ædifica, sit timor Domini primus fundaminis lapis, quem ad iaciendum fundamentum constituas, & sit etiam vltimus coronidis ædificij lapis, id est, vltimum vitæ opus timore Domini orna & perfice, vt præmium æternum consequare. Si enim timorem Domini ex te abieceris, tota moles ædificij spiritualis, id est, vitæ tuæ, tandem corruet, & dissipabitur. Ideò cum dixisset Sirach: *Initium Sapientiæ esse timorem Domini.* c. 1. v. 16. Mox enim v. 22. inquit. *Corona Sapientiæ timor Domini replens pacem, & salutis fructum.* id est, corona quâ ornandus est homo in die mortis, est timor Domini, ipse est initium, id est, fundamentum vitæ, & ipse est corona, id est, cōplementum ipsius vitæ, vel coronis ædificij spiritualis, quia si hic timor defuerit tota domus corruet, vt ipse Sirach dixit: cap. 27. v. 4. *Si non in timore Domini tenueris te, instanter, citò subuertetur domus tua,* Quare *serua timorem & in illo veterasce, vt domus tua stet,* &c.

Timor Dei initium Sapientiæ & corona. Eccles. 1. v. 22. Eccles. 27. v. 4.

VERS.

V E R S. VII.

Metuentes Dominum, ſuſtinete Miſericordiam eius, & non flectatis ab illo, ne cadatis.

V E R S. VIII.

Qui timetis Dominum, credite illi, & non euacuabitur merces veſtra.

V E R S. IX.

Qui timetis Dominum, ſperate in illum, & in oblectationem veniet vobis miſericordia.

V E R S. X.

Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra.

Senſus.

Verſ. 7. QVi *timetis Dominum*, &c. q. d. Si fortè, ô vos timentes Dominum, in tribulationem incidiſtis, & flagellat vos Deus vt parens chariſſimus, qui filios, quos diligit, caſtigat, ne rigor vos examinet, & perturbet,, neque eius flagellatio perterreat, ſed ſuſtinete miſericordiam eius, id eſt, patienter tolerate correctionem, & flagellationem Domini, ex ſua miſericordia procedentem, &c.

Verſ. 8. Cum Deus præmia vitæ æternæ iuſtis promiſerit, non vult ea concedere, niſi ijs, qui crediderint, & expectauerint, ideò vos omnes qui timetis Deum, fidem tribuite illi, præmia æterna pro merito patientiæ promittenti, & merces præmiumque promiſſum vobis minimè euacuabitur, ſed tandem illo æternum potiere. &c.

Verſ. 9. Inſuper qui timori Domini addicti eſtis, ſperate in illum, id eſt, veſtram in illo ſpem & fiduciam collocate, tanquam auxiliatore & remuneratore: & ſic cum à tribulationibus proſternamini, non deficietis, quia eius miſericordia conſolationem & oblectationem vobis in ipſa tribulatione præſtabit. vel veniet vobis in oblectationē Miſericordia, quam expectatis, cum eam experti fueritis, & per eam deſideratam ſalutem conſequamini, &c.

Verſ. 10. Tandem qui timetis Dominum, ſic illum amore proſequimini, vt etiā in tribulationibus nō diſcedatis ab eo, & certè aliquando corda veſtra conſolationis lumine illuſtrabuntur. Tribulationes enim & afflictiones periculum capitis minitātes ita corda frigida reddere ſolent, vt ignem dilectionis & amoris, extinguant, lumen intellectus opprimant, & obſcurent. Et cum Dei amor verus eſt, ita corda ſolet deuincire & poſſidere, vt ea extendat & dilatet, & licet ipſa corda tribulationibus affligentur, ſeu opprimātur, minimè in eis amor Dei & ſpes liberationis extinguitur, &c.

Notæ.

EX Verſ. 7. *Suſtinete Miſericordiam eius* in Græco: ἀναμείνατε τὸ ἔλεος αὐτοῦ, verbum enim ἀναμένω licet propriè ſit expectare, ſicut Herod lib. 1. ait: cum oppugnationem non expectarent; ſignificat etiam patienter tolerare, pati, ſuſtinere, perferre. Et permanere reſiſtendo. Et cum vulgatus vertit. *Suſtinete* intēdit exhortari ad patienter perferendum malum pœnæ à Deo immiſſum plenum miſericordia, &c. 55.

Ex Verſ. 8. *Et non euacuabitur merces.* μὴ πλαίσῃ ὁ μισθὸς ὑμῶν. Pro *euacuari*, eſt verbum, πλαίω quod eſt, erro, labefacto id eſt, non errabit vel labefactabitur μισθὸς merces, ſtipendium veſtrū, quia fides ſeu confidentia, quâ quis Deo credit timens illum, non labefactabitur, non euacuabitur, non erit fruſtra, non errabit, quia ad Deum pertinet, remunerare illam cum tempus fuerit, &c. *Euacuari quid.*

Ex Verſ. 9. *Sperate in illum*, in Græco eſt; *Sperate in bona & in lætitiam*, &c. Quod autem maius bonum, quam Deus qui ſperat in illum multa bona poteſt ſperare, quæ in æternum delectent illum, *In oblectationem.* id eſt, in lætitiam ſempiternam, veniet illi miſericordia: Miſericordia enim delectationem, & lætitiam maximam affert tandem timentibus Deum, &c. *Miſericordia oblectationē affert timēti Deum.* Vltima ſententia deeſt in originalibus Græcis, quæ fortè appoſita eſt à vulgato ad reliquas ornandas; nam ſicut imprimis duæ virtutes Theologicæ apponuntur, ſic etiam tertia virtus, quæ eſt dilectio, ſeu charitas hic ſuum locum etiam habeat. Sic notat Rabanus? nota Lector, quod timentibus Deum trinam facit diſcretionem: nam primum illos iubet credere Deo: ſecundò ſperare in illum: tertiò diligere illū, quia fide, ſpe & charitate omnis anima fidelis colit Deum, & per has ſpecies perueniet ad contemplationem Sanctæ Trinitatis, quæ eſt illi merces vera in beatitudine ſempiterna. *Rabanus.*

Illuſtratio prima. Verſ. 7.

56. *Metuentes Dominum ſuſtinete miſericordiam eius* Rabanus: *Beneplacitum eſt* enim *Domino ſuper timentes eum, & in eos qui ſperant in miſericordia eius.* Qui enim veraciter metuit Dominum, patienter ſuſtinet & expectat largitionem miſerationis eius: qui autem per puſillanimitatem & impatientiam ab illo declinauit ruinæ proximmus erit. Probat ex Ierem. 17. v. 13. *Omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra ſcribentur*, &c. q. d. ô vos, qui ad Deum colendum acceſſiſtis, etamſi magna vis tentationum & tribulationum vos obruat, nihilominus ſperate, miſericordiem Dei vobis affuturam; Sic Palacius, vel permanete ferendo patienter Dei flagellationem, quia ex eius miſericordia procedit. *Flagellatio Dei ferenda quia ex miſericordia procedit.* *Palacius.* Si Deum metuitis, intelligere debetis omne malū pœnæ, quo Deus hominem præparat ad ei parcendum, plenum eſſe benignitate & miſericordia. Pende quod accidit Dauidi erga filium Abſalon. 2. Regum 18. *2.Reg.18.* Cum enim cæſus eſſet Iſrael, cui præficiebat Abſalon, victi in fugam ſe contulerunt, & populi Juda & Dauid perſecuti ſunt Iſraelem, & Abſalonem, qui ſedens mulo ſe in fugam dedit. Quid intendebat Dauid, cum filium ingratum & beneficij Paterni immemorem perſequebatur? *Quid intēdebat Dauid cum filium Abſalon inſequebatur.* Nunquid ex ſanguine eius exſaturari cupiebat, & capere eum ad ſe de illo vindicandum, vt ipſe merebatur? minimè ſed volebat eum cū miſericordia corripere. Vnde conſtat? quia qui vidit eum de quercu pendere, cum eum occidere potuiſſet, pepercit, dicens Ioabo qui eum increpauit, *Quod non confodiſſet eum cum terra. Audientibus enim nobis præcepit Rex tibi, & Abiſai, & Ethai*, dicens: *Cuſtodite mihi puerum Abſalon.* 2. Reg. 18. v. 5. *2.Reg. 18. v. 5.* Et cum nuntiatum eſſet de morte ipſius, fleuit, *& ſic loquebatur vadens: Fili mi Abſalon* &c. ver. 33. Qui fletus vocando eum filium ſuum, & optando pro illo mori, indicabat voluntatem ei parcendi, & ſaluandi. Sic quærit Abulēſis. Quare Dauid præcepit Abſalon ſeruari? Lyræ ſententiā refert, qui reſpondit, quia ſciebat eum eſſe in peccato mortali, & ſi moreretur, periret æternaliter. At hæc expoſitio non eſt litteralis. *Abulenſis.* Quare ipſe Abulēſis huic quæſtioni ſatisfaciēs, ait, hoc feciſſe Dauid carnis deſiderio, ſcilicet, quia erat filius eius, & naturaliter illum proſequebatur amore, & quamquam ei iraſceretur, & indignaretur, quia peccauerat; tamen ei compatiebatur quia filius erat. Itaque volebat ei parcere, nō ad perdendum ſed ad corrigendum. *Quare Dauid præcepit Abſalon ſeruari.* *Lyra.*

57. Idem dicendum cenſeo de Deo, qui eſt verus Dauid erga hominem, quem flagellat & punit, ea enim flagellatio veniam indicat, & oſtēdit ſuam miſericordiam, quam homini conferre conatur. *Cum Deus flagellat intendit parcere.* Ideo Eccleſiaſticus hominem exhortatur ad ſuſtinendam miſericordiam, id eſt, flagellationem perferendam, vt à miſericordia ſua procedentem. Eſt enim Deus verus parens, & quamuis videatur peccatorem oppugnare, & in illum inuehere, non oppugnat, & inſequitur vt illum perdat, ſed vt parcat, quia filius eſt, & illum diligit, & quia diligit, caſtigat. Pſal. 31. v. 11. ait Pſaltes: *Sperantem in Domino, miſericordia circumdabit.* *Sperantem in Domino miſericordia circumdat.* *Pſal. 31. v. 11.* Vbi D. Auguſt. *D. Auguſt.* *Quomodo* (inquit) *eſt refugium à preſſura? quem primò circundat preſſura, poſtea circundat miſericordia, quoniam miſericordiam dabit, qui legem dedit, legem in flagellis, miſericordiam in conſolationibus: miſericordia enim circumdat ſperantem in Domino.* q. d. Multa illum miſericordia excipiet, & ita coronat, vt non patiatur hominem à iuſtitia perdi. Itaque ſuſtinere miſericordiam, eſt peferre Dei flagellationem immiſſam.

Pende tandem deliberationem Dauidis. cum 2. Reg. 24. v. 13. miſit Deus ad eum Gad, qui ei diceret: *Nunc ergo delibera*, &c. propoſuerat Gad: *2. Reg. 24.* *Aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequētur: aut certè tribus diebus erit peſtilentia in terra tua.* Deliberauit Dauid, & in manus Dei potius quā in manus hominis voluit incidere, & elegit peſtilētiam: *Dauid maluit incidere in manus Dei quam hominum.* *Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus conſtitutum.* Et licet videatur impletum eſſe tempus trium dierum ex LXX. conſtat non fuiſſe impletum, ſed tantum peſtilentiam graſſatam eſſe per ſpatium diei dimidiati. Sic legunt LXX. *Ad mane vſque ad horam prandij.* Quare igitur ita Deus abbreuiauit, vt non impleretur tempus conſtitutum trium dierum? Reſpondeo, vt diuina miſericordia manifeſtaretur coram omni populo, & oſtenderetur Dei flagellationem ſemper coniunctam eſſe cum miſericodia, & idem eſſe, Dauidem ſuſtinuiſſe flagellationem Dei ac ſuſtinuiſſe Diuinam miſericordiam. Nihil enim ita afflicti animum recreat, & reficit ſicut diuinæ miſericordiæ recordatio. Sic Ionas cum eſſet in ventre ceti oppreſſus aiebat Jon. 2. v. 8. *Cum anguſtiaretur in me anima mea. Domini recordatus ſum*, &c. Vbi D. Hieronymus. *Hoc eſt* (inquit) *cum nihil aliud ſperarem auxilium, recordatio Domini mihi ſaluti fuit. Memor fui Dei & delectatus ſum, Pſal. 76. Quidquid impoſsibile videbatur Domini recordatione ſuperatum eſt. Videbam me clauſum in vtero ceti, & tota ſpes mea in vtero erat, eſt enim miſericordia vnica ſpes & ſolatium miſerorum.* *Animus afflicti recreatur cum recordatur diuinæ miſericordiæ.* *Ioan. 2. v. 8.* *D. Hieron.*

2. Poteſt. Sic hæc ſententia intelligi, vt verbum *ſuſtineri* vſurpetur pro *expectare.* Vt vertunt complutenſes, & aſſonat Tygur. iuxta ſignificationem verbi ἀναμένω vt diximus in notis, quod ſignificat expectare. q. d. Qui timetis Dominum eius timorem magnificientes, ſi tribulationibus humiliamini, ſperate diuinam miſericordiam, à qua liberari confiditis: ipſa enim vos eruet, extrahet & liberabit vt pace fruamini; placet enim Deo talis confidentia & expectatio. 58. *Verbū ſuſtinere pro expectare.* Sic prorupit Dauid. Pſal. 146. v. 11. *Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius.* *Pſal. 146. v. 11.* q. dicas non qui viribus pollet, & copijs munitus eſt:, ſeque illis tutum putat, cum ſucceſſu proſpero donat Deus: ſed eos, qui colunt ac venerantur, & qui ſperant ſuper eius miſericordia, & eius auxilium patienter expectant, etiamſi aliquando differri videatur. D. Auguſtinus legit: *Bene ſentiet Dominus in timentibus eum*, &c. Et ait non ſolum Deum timendum, ſed etiam ſperandum: apponit exemplum Iudæ proditoris, dicens: *Ecce timuit eum Iudas traditor Chriſti; ſed non ſperauit in miſericordia ipſius, poſtea enim pœnituit eum, quod tradiderit Chriſtum. Bene quidem timuiſti; ſed ſi ſperares in miſericordia eius, quem timuiſti. Ille deſperando abijt, & laqueo ſe ſuſpendit. Ergo ſic time Dominum, vt ſperes in miſericordia eius*, &c. *Miſericordia liberat timentem Deum.* *D. Auguſt.*

Ideò Deus ſuos permittit ad extrema adigi, vt planè diffidant ſibi omnique opi creatæ, ac toti fidant Deo, in eumque ſe totos conijciant, quod dum faciunt, non poteſt non ſuccurrere, ipſe enim promiſit dicens: *Quoniam in me ſperauit, liberabo eū: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.* Pſal. 90. v. 14. Hinc eſt quod Propheta ad Ioſaphat *Quare Deus permittit ſuos ad extrema adigi* *Pſal. 90. v. 14.*

Re-

1. Paral. 20. v. 15. Regem hostibus circumfossum. 2. Paral. 20. v. 15. dixit: *Nolite timere, ne paueatis hanc multitudinem: non est est enim vestra pugna, sed Dei: non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo cosidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos.* Hortatus est etiam Rex

Exod. 14. v. 9. omnes vt spem omnem suam locarent in Domino. Vide Exod. 14. v. 9. *Nolite timere state & videre*, &c.

59. *Timentes Deum sperãt in misericordia eius.* Psal. 32. v. 18. Hoc confirmat idem Regius vates. Psal. 32. v. 18. aiens: *Ecce Oculi Domini super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius.* Cum timentes Dominum sint, qui sperant super misericordia eius; Hi, quamuis à Deo differatur auxilium, & aduersis rebus vndique premantur, non tamen desperatione franguntur, non de Deo queruntur, sed sperant, & illius misericordiam & opem expectãt, in eos oculi Domini singulari quadam prouidentia conijcti sunt, illorum incolumitatem, ac salutem curat. Sed quid est, *Ecce oculi Domini?* Nisi quia timentes Dominum, & sperantes in misericordia eius pendent ab oculis Domini, à quibus proteguntur & adiuuentur? *Sicut oculi ancillæ* (inquit ipse Psal. 122. 2.) *in manibus Dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* q. d. Sicut ancillæ in manus Dominæ suæ oculos conijciunt, vt victum ab illis, vel vestem, cum indigent, accipiant. Sic oculi nostri ad manus illas liberalissimas Domini adspiciunt, donec misereatur nostri, hoc est, donec id quod indigemus largiatur, & donec, cum manus plenas habeat Diuina misericordia, respicere ad manus, idem est ac sperare in misericordia eius.

Inſti pendẽt ab oculis Domini. Psal. 122. v. 2.

Reſpicere ad manus quid Psal. 118. v. 135. Et sicut sol quæcumque luce sua quasi oculs aspicit, ea illustrat, calefacit, viuificat, lætificat, fœcundat: ita prorsus facit Deus, qui est sol increatus & immensus, qui liberaliter misericordias suas impertit, vide Psal. 30. v. 17. & 62. v. 2. & 118. v. 135. *Faciem tuã illumina super seruum tuum*, id est, lucidam, serenam, hilarem, benignam, & beneficam faciem mihi ostende, non atram, seueram, tristem, iratam, minacem. Quare inquit Sirach: *Sustine misericordiam eius.*

Illustratio secunda.

60. Eccles. 10. v. 4. Pineda. *Qui deflectit à Deo, locum dat diabolo.* Est *non deflectatis ab illo, ne cadatis.* Id est, ne dimittatis locum vestrum meru pœnæ, vel non declineris ne cadatis. Sic ait Eccl. c. 10. v. 4. *Si Spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet, &c.* Ex varijs interpretationibus, quas huic sententiæ Pineda tradit, primam eligamus, & proponamus, quã nostram cõfirmat. Tum enim homo deflectit à Deo, cum locum cedit Diabolo, qui suggestionibus illum de loco gratiæ propulsat, & in maxima peccata præcipitat. Ergo ait Salomon *Si Spiritus* &c. id est, si diabolus homini inimicus in cor tuum cogitationem, & suggestionem prauam & impuram, quæ

Diabolo tẽtanti resistẽdum. dicitur, *potestatem habens.* id est, potentem & vehementem, immiserit ad deturbandum te de loco tuo, vt non expectes Diuinam misericordiam, sicut timentes Dominum expectant: noli loco cedere, sed assultibus illius obsiste & tanto malo occurre salutari pœnitentiæ, patientiæ, & voluntariæ castigationis medicina, quia *curatio faciet cessare peccata maxima.* id est sic præcluditur aditus maximis peccatis, ne ex paruis initijs mala per longas moras inualescant. Hæc interpretatio confirmatur lectione Chaldæi, quæ sic est: *Si Spiritus concupiscentiæ malæ dominatus in te fuerit, & adeò inualuerit, vt super te conscendat, locum tuum bonum, in quo consueueras, stare ne dimittas. Etenim verba legis creata sunt pro medicamine immundo, vt omittantur atque obliuioni tradantur à Domino peccata maxima.* Itaque ait Sirach. *Et non deflectatis*, id est, nolite cedere locum diabolo desperationis tentationem suggerenti, sed expectate misericordiam Dei, qui timetis Dominum; *ne cadatis.* Sic enim obsistendo tentationi, *cessare facietis peccata maxima.* Quia qui cadit cedendo locũ aduersario, in maxima præcipitatur peccata: *& non cadatis, ne deflectatis*, locum ne cedaris, &c. Vide Hebræ. 12. v. 15. *Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei.*

Chaldæ.

Tentatio desperationis abigenda.

Hcb. 12. v. 15.

Dionysius explicat hoc hemistichium, dicens: *& non deflectatis*, id est, quamuis interdum non exaudiat, vos ad libitum, neque statim liberet ab aduersis, non tamen ab ipso per pusillanimitatem, diffidentiam, aut per impatientiam recedatis, ne de vitijs in vitia, & de minoribus ad maiora; ac tandem *cadatis* in æterna supplicia. Sic etiã explicat Palacius. Exẽplum Paralityci, quem Dominus Jesus sanauit Ioa. 5. Hanc explicationẽ confirmat. Hic enim 38. annis expectauit Diuinã misericordiam, vt eum à Paralysi liberaret, nunquam per diffidentiam, vel pusillanimitatem, aut impatientiam à probatica piscina recessit, sed Diuinam misericordiam in Angelo aquam statuto tempore mouente, significatam, patienter sustinebat, & expectabat. *Quia qui prior descendebat in piscinam*, &c. Joan. 5. v. 4. accessit Christus appropinquauit misericordia, & illum tandem sanum reddidit, &c. Cum autem Christus, seu Diuina misericordia, ei per templum transeunti obuiam procederet dixit illi, vers. 14. *Ecce sanus factus es, iam noli amplius peccare, ne deterius aliquid contingat.* Pende hæc verba: *iam noli peccare*, q. d. ne deflectas à salute spirituali, id est, à gratia, quæ tibi collata est, *ne deterius*, &c. hoc est, *ne cadas, & deterius tibi contingat* pœnas æternas luendo &c. Sic Palacius. Ne precor deflectatis ab illo. Cur ita Ecclesiastice. Primum ne cadatis Scil. in infernũ, &c. Hoc est tandem, *ne cadatis*, scil. à misericorde Domino, quia non est possibile quod inhærentes immobili bono cadant. Probat testimonio D. August. qui lib. 8. Confess. cap. 11. tom. 1. affirmat castitatem sibi dixisse: *Quid in te stas & non stas? Proijce te in eũ, noli metuere, non se subtrahet, vt cadas. proijce te securus, excipiet te, & sanabit te.* Quare qui à Deo non deflectit, cadere non potest.

Non recedendum à Deo cum orationem non exaudit, Dionysius Palacius.

Paralytici patientia meruit Diuinam misericordiam, Ioan. 5. v. 14.

Palacius. Holcot.

Illustratio tertia.

62. Rabanus. *Timentes Deum credere debent præmia reportatura.* *Vi timetis Dominum credite illi, & non euacuabitur merces vestra.* Rabanus: bene quippe hortatur illũ qui timet Dominum vt credat illi: quatenus ad certam proueniat mercedem. Quia iuxta Prophetæ sententiam: *Iustus autem in fide sua viuit*, &c. *Confide fili*, &c. Matt. 9. id est, ô vos omnes, qui Dei timorẽ in sinu vestro cõdidistis, *credite illi*, fidem tribuite illi, quia ipse Deus fidẽ suam vobis firmauit, & pollicitus est præmia æterna, timentibus Deum largiturum. Quare si credideritis, *non euacuabitur merces vestra.* id est, opera vestra atque merita, vana & vacua non reddentur, sed præmio & mercede sua potiemini. Sic ait Apost. Hebræ. 11. v. 6. *Sine fide autem impossibile est placere Deo: credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est & inquirentibus se remunerator sit.* Agit Paulus de trãslatione Henoch,

Heb. 11. 6.

Henoch, qui translatus est per fidem, & in hoc versu hoc probat quasi dicat Henoch translatus est, quia placuit Deo. Atqui non potuit placere Deo, nisi per fidem, ergo per fidem translatus est. Hoc confirmat, quia vt quis ad Deum accedat vti oportet, eumque ritè colat, ita vt ei placeat, debet credere, & quod est Deus, & quod se inquirentibus sit remunerator. Itaque quicumque ad Deum accedere, & ei placere voluerit, necesse est, vt fidem habeat, quia in Deum iudicem & remuneratorem credat. Super quem locum ait B. Theodoretus. *Qui enim non hæc ita habere crediderit, virtutis labores non sustinet. Neque enim agricola in agro colendo sudores toleraret, nisi se laborum fructus relaturum speraret. Ita etiam gubernator ad portus respiciens multos labores perpetitur,* &c.

Deus remunerator credendus.

Theodoret.

63. Quare Ecclesiasticus timentes Deum ad tenendam fidem in Deum hortatur, quia est laborum remunerator, & non faciet *euacuari mercedem suam*: Sed statuto tempore propter hanc fidem, quâ credent, patientibus præmia spopondisse, eis mercedem debitam conferet. Hanc veritatem nos edocuit Diuus Iacobus Apostolus cap. 1. vers. 12. Aiens: *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Licet hic loquatur Apostolus de tentationibus & tribulationibus, quibus iusti timentes Dominum probantur & explorantur, inter eas bene enumerare poterimus illas, quæ fidem oppugnant, vt eam de cordibus reijciant, & homines prosternant, & obterant. Beatus, inquit, erit qui tentationem contra fidem sustulerit, & vicerit illam proterendo, quoniam cum probata eius fortitudo, & nota victoria fuerit, *accipiet coronam vitæ*, hoc est, coronam gloriæ, quæ præmium & merces est à Deo repromissa, id est, semel & iterum promissa credentibus in eum.

Qui ſuffert tentationem, accipiet coronam. Iacobi 1. v. 12.

Hinc est quod Christus Dominus dixit discipulis suis. Lucæ 22. v. 28. *Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo*, &c. Illud, *non Euacuabitur merces vestra.* Est, non erit præmium fidei vestræ inane & vacuum, sed erit plenum, & certum, & in æternum illo potiemini. *Gaudete* (inquit Christus Dominus Luc. 6. vers. 23.) *Et exultate, ecce enim merces vestra multa est in cælo.* τὸ *multa* non solum indicat multam mercedem quantitatiuè, sed significat plenitudinem; quasi dicat non euacuabitur merces vestra, hoc est, tantum abest, quod sit inanis & vacua, vt multa & plena merces futura sit æternum duratura. Sic dixit Iosaphath, populo Israelitico 2. Paral. 20. vers. 20. *Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis, credite Prophetis eius, & cuncta euenient prospera.* Securitatem præmij pollicetur, & prosperitatem mercedis temporalis, & æternæ, quæ eis propter fidem suam tribuenda erat. Gen. 15. vers. 1. Cum promisisset Deus Abrahamo multa & magna, vt ea crederet, inquit: *Noli timere Abraham: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Vbi Diuus Chrysostomus. *Noluisti mercedem accipere pro laboribus, quos sustinuisti tantis periculis te obijciendo, sed contempsisti, & regem, & munera eius* (contempserat enim Abraham spolia & diuitias Regis Palæsthinæ, quem pugna fregerat) *Ego tibi mercedem dabo, non tantam, quantam recepturus eras, sed multam & valde multam*, &c. Qui enim

Luc. 22. v. 28. *Mercedem non euacuari, quid.*

Luc. 6 v. 23

2. Paral. 20. v. 20.

Gen. 15. v. 1.

D. Chrysost. *Multam mercedem Deus Abrahamo dedit quia credidit*

credidit Deo, & eius obsequio addictus mundo nuntium remisit, timere non debet; pauca relinquit Abraham, sed multa Deus pollicetur. Sic dixit Beatus Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 3. *Non est serus ad remunerandum Dominus, & citò promittit, & multa largitur: Ne infirmos animos per dilationem aliquam subeat pœnitentia contemptisse præsentia: Et velut quadam vsuraria largitate compensat, vt vberiora restituat ei, qui captus non fuerit oblatione præsentium.* Quare ait Sirach: *Credite illi*, &c.

D. Ambros.

Illustratio quarta.

Vers. IX.

Qui timetis Dominum, sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia. Rabanus: Sic & ille, qui sperat in Domino desiderata proueniet misericordia. Hoc vult significare, ac nos admonere, vt in rebus, asperis, acerbisque cogitationem atque spem rerum meliorum suscipiant, animoque præsumant illud solatium ac gaudium, quod à misericordia Domini profectum, nullum finem sit habiturum. Duplicem sensum potest hæc sententia admittere primò, quasi dicat qui timetis Dominum, sperate, id est, vestram in illo spem collocate, vt in auxiliatore & remuneratore, & sic cum à tribulationibus prosternamini, non deficietis: Quia eius misericordia solatium & oblectationem vobis in ipsa tribulatione præstabit. Cum enim quis à tribulatione vel tentatione proteritur, si in timore Domini fixus permaneat, Deo auxiliatori, & remuneratori spem suam conatur conijcere, ab ipsoque auxilium ad obsistendum, & fortitudinem ad non deficiendum expectat. Et cum Deus sit certaminis & patientiæ testis, & spectator misericordiam suam iusto libenter immittit, quæ ei solatio & oblectationi est, simulq; præbendo constantiam ad non deficiendum, &c.

64. *Duplex sensus huius sententiæ.* Rabanus.

Cum quis à tribulatione proteritur conatur spẽ suam Deo auxiliatori conijcere.

Hoc est quod aiebat Dauid Psal. 31. vers. 11. *Sperantem in Domino misericordia circumdabit.* Agens de iusto, qui suam in Deum spem proijcit, ait, circumdandum à Domini misericordia vndique, vt ex nulla parte flagellum iustitiæ ad eum possit accedere, ita vt ab eo lædatur, & omnibus veris bonis cumulandum. Diuus Innocentius Pap. in Psal. 2. Pœnitentiæ explicans hunc locum inquit: *Misericordia circumdabit, hoc est, in omnibus aderit ad salutem in omni loco, & in omni tempore, & in omni causa, & in omni negotio, in certis & in dubijs, in prosperis & in aduersis, in corpore & in corde, in præsenti & in futuro.* Illa nihilominùs circumdatio misericordiæ in modum coronæ vel muri ciuitatem circumdantis, indicat, meo iudicio, diuinæ misericordiæ protectionem instar muri. Circumdat enim iustum tam in nocte, quam in die, vt à tribulatione minimè lædatur, vt faciebat Dauid & exercitus eius pastoribus Nabaal, qui gregem suum, in deserto pascebant: Sic enim dixit seruus Nabaal Dominæ suæ Abigail. 1. Regum 25. vers. 15. *Homines isti boni satis fuerunt nobis, & non molesti: Pro muro erant nobis, tam in nocte, quam in die, omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges.* Sic diuina misericordia muri instar iustum cingit, & circumdat, ne à tribulationibus lædatur, sed ab ipsa oblectetur, & consolatione in tribulatione afficiatur. Quia cum spem suam in Deo collocauerit? Deus suam misericordiam immittit, vt eum circumdet in

D. Innocen.

Sperantem in Domino misericordia circumdat. Psal. 31. v. 11

Diuina misericordiæ protectio instar muri.

1. Reg. 25. v. 15.

niodum muri, & eum consoletur, & oblectationem delectationemque præstet. Dixerat enim Diuus Innocentius in Psal. 7. pœnit. explicans id Psal. 142. vers. 5. *Memor fui dierum antiquorum. Magna est inquit consolatio inter tribulationum angustias, miserationũ Domini recordari, & ideo memor fui dierũ antiquorum, quibus Deus antiquis Patribus, multa consolationum remedia præstitit ab antiquo*, &c. Et cum Psaltes dixisset: *Sperantem in Domino misericordiam circumdabit.* Statim hanc lætitiam & consolationem in memoriam adducit, inquiens: *Lætamini in Domino & exultate iusti.* Vbi Genebr. *Fructus spei animi lætitia & exultatio.* Et cum circumdare, sit idem quod coronare, ait ipse Dauid, Psal. 102. vers. 4. *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum.* Quasi diceret qui te circumdat sua misericordia & miseratione, ipse replet animum tuum bonis gratiæ, & consolationis, quia in Deum tuam spem proiecisti: Quare Iesus Sirach inquit: *Qui timetis Dominum*, &c. Palacius explicans hoc ait: Ergo qui in tribulatione deflectit, se ipsum diuina consolatione defraudat, ne igitur deflectas, vt oblectationem Domini sentias. Tribulationes enim excitant diuinum præsidium vt præsto sit Deus ad liberandum nos. Tribulationibus anima purior redditur, & disponitur ad dona Dei promerenda & obtinendam salutem animæ. Dixit S. Petrus Damian. tract. de Ort. cap. 17. *Ille quem Deus visitat in suis tribulationibus gaudeat, & tentationis impactæ malleo animæ suæ purgari rubiginem fiducialiter credat. Non enim est vt ipse diabolus fingit terrendo, futuræ damnationis iudicium, sed æternæ salutis potius augmentum.*

In tribulatione, miserationis Domini recordari, magna consolatio. Pſ. 142. v. 5 D. Innocen Pſ. 31. v. 11

Pſ. 102. v. 4. *Deus coronat in misericordia.*

Palacius

B. P. Damia

65. Iansenius

Secundus sensus est, quasi diceret veniet vobis in oblectationem misericordia, quam expectatis, cum eam experti fueritis, & per eam desideratam salutem consequamini, sic Iansenius. At Hugo clarius hanc interpretatur sententiam, dicens: Id est, correctio Dei ex misericordia impensa conuertetur in lætitiã, vel ex consideratione misericordię Dei vel correctionis, quę via est ad gaudiũ æternũ. Quia vt dicitur Act. 14. v. 21. *Exhortantesque vt permanerent in fide: Et quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Itaque correctio ex diuina misericordia procedens affert in fine oblectationem, & gaudium speranti in Domino. Hoc est, quod Christus Dominus discipulis suis dixit, Ioan. 16. vers. 20. *Amen dico vobis: Quia plorabitis & flebitis vos* (cum tribulationibus, & persecutionibus exagitemini) *mundus autem gaudebit* (quia omnia ad nutum succedunt) *vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Cum misericordia vobis oblectationem & solatium præstiterit, finita tribulatione, in qua spe diuinæ consolationis sustentabatur animus vester.

Hugo *Correctio Dei ex misericordia, conuertitur in lætitiam.* Act. 14 v. 21

Ioa. 16. v. 20

Hæc autem sententia legitur in Complutensibus: *Qui timetis Dominum sperate in bona, & in lætitiam sæculi, & misericordiæ.* Sic etiam Tygurina & Drusius. Quibus verbis significatur pios in rebus asperis & acerbis spem meliorum suscipere debere, & animo præsumere, illud solatium & gaudium à misericordia Domini profectum, nullum vnquam finem esse habiturum. Itaque qui in Domino spem suam repositam habent, debent in tribulationibus & persecutionibus gaudium æternum duraturum expectare. Sic eleganter Diuus Gregorius in 1. Reg. cap. 13. *Tribulatio igitur nostra superni gaudij intratus est. Merito ergo quoties electa mens in afflictionis suæ lamento compungitur, se tribulando, hoc obtinet vt intret in contemplationem illius superni regni, in quo ineffabiliter gratuletur. Lætitiam sæculi* vel *æternitatis*, vocat, quæ nullum finem est habitura. Forte hoc est, quod ait Isaias cap. 51. vers. 11. *Et nunc qui redempti sunt à Domino reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.* Sicut Deus duce Moyse, liberauit Hebræos de manu Pharaonis, ita nunc per Christum à captiuitate diaboli, &c. Et præcipuè à tribulatione iustum liberat, & ipse sperat in bona, & in lætitiam sæculi, quam consequetur: Et erit lætitia, quæ æternùm est duratura, & gaudium super caput eius erit instar coronæ, quæ à victoribus cingitur. Sic iustus lætitia coronabitur in præsenti vita, & in futura: Quia cum esset in tribulatione sperauit in Domino, & in bona & in lætitiam sæculi spectauit, &c.

D. Gregor.

Isa. 51. v. 11.

Christus nos liberauit à captiuitate diaboli.

Illustratio quinta.

Vers. 10.

66. Rabanus

Q*Vi timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra.* Rabanus & qui diligit illum per Spiritus sancti gratiam lumen sapientiæ capacius percipiet. Iam diximus hanc vltimam sententiam in Græco desiderari, eam intelligit Iansenius de lumine recreationis iuxta sensum, quem proposuimus. Dei enim amor cum verus est, ita corda possidet, vt ea extendat, explicet, dilatet, nos dicimus, *des a hogar, o en sanchar el coraçon.* Et licet corda tribulationibus afflictentur seu opprimantur, non reijciunt amorem Dei, nec in eis spes liberationis extinguitur. Sic clamat Job, cum tribulationibus cor suum obrutum respiceret cap. 13. vers. 15. *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.* Quasi diceret video sane Deum mihi certissimè mortem infligere, sed non me mors ab illius charitate, speque dejiciet, forrem in sua dilectione me exhibere conabor: Et licet ad vltimam tribulationis metam me deduxerit, quæ est mors, spem, quâ sustentor, minimè à me abjiciam. Hoc dilectionis Dei signum expectabat Apostolus Paulus cum prorumpebat Rom. 8. vers. 35. *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia*, &c. *Certus sum enim quod neque mors*, &c. *Poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* In hoc sensu ait Sirach. Qui Dei timori addicti estis, etiam si tribulationibus mortem minitantibus ingurgitemini, Dei amorem ex cõrde vestro ne repellatis, sed illum amore prosequimini. Sic enim *corda vestra illustrabuntur.* Id est, lucis diuinæ consolatione perfundemini vt in eius agnitionem veniatis, & arcana mysteriorum penetrare possitis, & tandem maxima recreatione & delectatione fruamini.

Iansenius *Amor Dei corda possidet.*

Iob 13. v. 15

Rom. 8. v. 35

Deus in tribulationibus diligendus.

Diligite illum. Omnes exhortatur Sirach ad amorem Dei, qui ita animum Deo coniungit & agglutinat, vt ad communicationem bonorum cor humanum addicat. Dixit enim Dauid Pſ. 33. vers. 9.

67. *Gustandus Deus, quàm suauis.* Pſal. 33. v. 9.

Pſal. 33. v. 9 D. Augustin.

v. 9. *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus beatus vir, qui sperat in eo.* Diuus Augustinus tom. 3. de agone Christiano, ait: *Quamdiu sumus in corpore, & peregrinamur à Domino, gustemus saltem quam suauis est Dominus, qui dedit nobis pignus, spiritum in quo sentiamus eius dulcedinem, & desideremus ipsum vitæ fontem, vbi sobria ebrietate mundemur, & irrigemur sicut lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, & dat fructum in tempore suo.* Diuus Bernardus de ordine vitæ Serm. 21. de dilectione Dei, explicans id Ioan. 14. vers. 23. *Si quis diligit me. Iustitia est*, inquit, *Deum toto corde amare, illique tota adhærere voluntate, qui est summum bonum, summum bonum amare summa est beatitudo: Qui Deum amat bonus est, si bonus ergo & beatus quantò homo eum plus diligit, tantò magis beatus erit.* Plura alia Sanctorum testimonia afferre possemus, ne multum iure tam facili immoremur, progrediamur vlterius.

D. Bernar.

Ioã. 14. v. 23 *Qui Deum amat, bonus & beatus.*

Illustratio sexta.

68. *Cordis illuminatio, præmium dilectionis.*

E*T illuminabuntur corda vestra.* Licet propriè, illuminatio ad intellectus illustrationem pertineat, & cor amoris & voluntatis sedes sit, intelligere tamẽ debemus, loqui Syracidem de illa illuminatione, quæ ad amorem in corde excitandum inducit. Postquam enim ad Deum diligendum exhortatur, huius dilectionis præmium pollicetur, quod est cordis illuminatio. Illuminatio autem in scriptura lætitiam significat, vt Psal. 26. vers. 1. dicitur: *Dominus illuminatio mea, & salus mea.* Vbi Agellius ait; illuminationem autem accipere possumus figuratè dictam esse lętitiam à Deo cordi eius infusam, cùm in ærumnis & mærorum, curarumque caligine versaretur. Nisi velis illuminationem interpretari pro vita, ita enim nostra tanquam exiguæ lucernæ lumen, ex Deo tanquam ex fonte luminis ac vitæ accensa est, & vt lumen & vitam retineamus assiduè ab illius infiniti luminis efficacia nobis subministranda est. Tandem possumus illuminationem vsurpare pro cognitione (vt nostram sententiam interpretatur Lyra dicens: *Clarius cognoscendo, nam amor penetrare facit intima ipsius amati.*) Vt ait Paulus 2. Cor. 4. vers. 6. Agens de Deo: *Ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu.* Vt scilicet illuminemur à Deo, & illuminati illuminemus & alios (vt interpretatur Diuus Ambrosius) scientia & cognitione claritatis, id est, per claram cognitionem Christi.

Pſal. 26. v. 1

Illuminatio pro lætitia, & pro vita & pro cognitione. Agellius.

Lyra 2. Cor 4. v. 6

Deus illuxit in cordibus nostris, vt alios illuminemus. D. Ambros.

Ergo omnes prædictæ acceptiones sententiæ nostræ conueniunt. Nam 1. *Illuminabuntur corda vestra*, id est, lætitia & vita perfundentur. Quia cùm quis Dei amorem in tribulatione non expellit ex se, sed diligit Deum, illuminationem lætitiæ & vitæ recipere necesse est. Sicut enim tribulatio animum conturbat, & illam ad tristitiam contorquet: est enim quasi turbo puluerem dissipans, nam homo in tribulationibus iactatur, homo inquam, qui est puluis & cinis à primæua illa maledictione peccati. Vnde est illud Pſal. 1. vers. 4. *Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ*, vbi Diuus Hilarius, *vt sit pœna ludibriosa: leuissimus quippe terræ puluis palea & huiusmodi alia quisquiliæ, nihil aliud sunt quàm rapidis ludibria ventis.* Itaque sicut tribulatio instar turbinis hominem conturbat: sic cùm à Deo illuminatur, lætitia perfunditur. Quare aiebat Dauid, vt diximus, *Dominus illuminatio mea.* Quasi dicat: ingenti tristitia propter ærumnas affligebar, sed aduentante Domino, lætitia & gaudio perfundor. Et quod hæc illuminatio vitam indicet, potest comprobari ex faui mellis comestione, qua Ionathas illuminatus est. 1. Reg. 14. vers. 27. *Et intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.* Fames enim illum penè mortuum reddiderat, & cùm comedisset fauum, vitam denuo recuperauit. Sic qui Deum diligunt huius illuminationis participes fiunt, vitam gratiæ hauriunt ex ipso Deo, quem prosequuntur amore. Sicut in diuino Eucharistiæ Sacramento, cuius figura fuit illa faui comestio. Qui hunc dulcissimum fauum mellis edunt, gratiæ vitam abundè hauriunt. Vnde dixit Psaltes Psal. 33. vers. 6. *Accedite ad eum* (Deum) *& illuminamini*, &c.

Pſal. 26. v. 1

1. Reg. 14. v. 27

In Eucharistia vitæ gratia inuenitur. Pſal. 33. v. 6.

69. *Opera mortificata per aduentum gratiæ viuificari.* 2. Reg. 22. v. 29. Pſal. 17. v. 29 Abulensis.

Ergo illuminatio vitam indicat, sicut etiam qui opera per peccatum mortificata habent (vt Theologi loquũtur) hac illuminatione vitam recuperant, viuificantur enim per illuminationem gratiæ. Hoc est, quod à Domino Dauid postulabat, cùm 2. Regum 22. vers. 29. Et Psal. 17. vers. 29. aiebat: *Et tu Domine illuminabis tenebras meas.* Quem locum licet prius explicet Abulensis de cognitione Dei, scilicet illuminabis dando mihi cognitionem, & intellectum, quia sine intellectu omnes res sunt naturaliter tenebrosæ, statim subdit: Aliter vocantur tenebræ opera facta in charitate, quæ postea per vitium sequens mortificantur, & efficiuntur tenebrosa. Cùm verò ad charitatem quis redit, opera illa viuificantur, & dicuntur illuminati. Sic, vt Ecclesiasticus docet, eorum, qui Deum beneuolentia & amore complectuntur, corda illustrantur, & illuminantur, id est, viuificantur, &c. Licet Agellius locum Psalmi *Deus meus illumina tenebras meas*, explicet de vita, quam Deus illuminat. Hanc, inquit, itaque lucernam, animam, vitamque meam, cùm in tenebris afflictionum & pressurarum degit, ac penè extincta est, tu illuminas, atque lætificas: Et cum ærumnis premitur spe illam subleuas, aut commutatione rerum felicium recreas. Itaque qui in tribulationibus iacent diligendo Deum, cordium illuminatione recreantur. Probat etiam hanc veritatem viuificationis operum id Ioël. 2. vers. 25. *Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus*, &c. Per locustas & Chaldæos intelligit excercitum spiritualium hostium, quasi diceret: Ego Deus tentationes, peccata, dæmones, carnem, & mundum, quasi hostes & prædones vestros immisi in vos permisiuè ad puniendam vestram superbiam, aliaque peccata priora. Hi vastarunt agros animarum vestrarum, ac depasti sunt omne germen virtutum & bonorum operum. At iam idem ego placatus & reconciliatus vobis, omnia hæc damna sarciam, vobisque pristinam bonorum cælestium copiam restituam, imò maiori fœnore cumulabo. Sic Cornelius noster explicat in sensu tropolog. id Ioël. 2. vers. 25. *Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus*, &c. Significatur hic vis pœnitentiæ, quæ lapso sed pœnitenti omnes priores virtutes, omnia priora merita restituit. Vt docet Hieronymus hic,

Deus illuminat, & lætificat animam in calamitatibus oppressam.

Ioël. 2. v. 25

Viuificatio operum iterum comprobatur.

Tribulatio animum cõturbat, sicut turbo puluerem.

Cornelius

D. Hieron.

ac S. Thomas tract. de pœnitentia. Ideoque facit vt homo lapsus semper ad maiorem gratiam resurgat: Præter enim gratiam præteritam, quam omnem reducit, addit insuper propriam tum virtuti, tum Sacramento pœnitentiæ commensam. Vide nostrum Suarez opusc.5.de redditu bonorum operum disp.2. Sect.3.

Isa.58.v.10. *Cùm homo gratiam recuperat, tenebras peccatorum expellit.*

Pende tandem id Isaiæ 58. vers.10. Qui agens de eleemosyna, quæ solet liberare à peccatis inquit: *Orietur in tenebris lux tua: Et tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus, animam tuam. Et ossa tua liberabit. Et erit quasi hortus irriguus & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.* Vbi diuinæ gratiæ effectus proponit. Nam cùm hæc occupat animam, oritur in ea lux, quæ tenebras peccati expellit, & illam splendoribus implet. Sicut enim (explicat Cornelius noster) peccatum implet tenebris animam, sic Dei gratia implet illam splendoribus sempiternis gratiæ, consolationis, & lætitiæ in hac vita, ac gloriæ æternæ in futura. Alius effectus est, *& ossa tua liberabit.* Ossa enim significant animi virtutes: hæ enim animum roborant, & fulciunt, vti ossa corpus. Hæ (inquit Cornelius) fiunt quasi captiuæ cùm per peccatum perdita Dei gratia & charitate amittunt suum quasi spiritum & vitam, vt iam non Deo, sed dæmoni seruiant: has liberat Deus cùm excusso per peccati remissionem & gratiam dæmonis iugo, charitatem eis restituit, quâ rursus Deo viuere, eique in sanctitate & lætitia seruire incipiat. Hæc descripsit ex Sanchez. Denique præcipuum effectum proponit Isaias, cùm promittit animam futuram quasi hortum irriguum & quasi iugem fontem aquarum; gratia enim rigat animam, nam est fons saliens in vitam æternam, & expellit siccitatem, quam animæ affert peccatum. Sic etiam ait Ecclesiasticus per dilectionem Dei corda lumine gratiæ esse illustranda, &c.

Sanchez.

Cornel. *Per peccatii virtutes sunt captiuæ in anima.*

Dionysius tandem intelligit hanc sententiam de communicatione Dei per amorem erga iustum, & de intima vnione mentis cum Deo, & cùm Deus sit sapientia, luxque immensa, idcircò per dilectionem fit homo aptus ad susciendas diuinas illuminationes, & quàtò purius atque feruentius diligit, tantò copiosius illustratur. Et sicut ait Ioannes Apoc.22.vers.5. de Beatis in cælo: *Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum.* Sic solet Deus iustos in præsenti vita lumine diuinę illustrationis illuminare, manifestando eis recondita arcana, sicut illis, de quibus agit Apostolus Heb.6.vers.4. *Eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi.* Sed hæc explicatio analogica est. Pergo vlterius.

70. *Qui diligit Deum, aptus redditur ad illuminationes recipiendas.*

Dionysius. Apoc. 22. v. 5.

Heb.6.v.4.

VERS. XI.

Respicite filij, nationes hominum, & scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.

Sensus.

71. *Rerum gestarum monimenta reuoluenda.*

Respicite filij, &c. quasi dicat rerum gestarum monimenta, & vetustatis exempla, ô homines reuoluite, & ex Annalium memoria, & ex Regum, insigniumque virorum gestis conquirite & reuellite, quis vnquam sperauit in Domino fretusque postulauit, & confusionis rubore facies eius suffusa est? Id est, quis credidit Domino, seu fidem habuit, vel fixit fiduciam, & confusus est? Hoc est, sua frustratus fiducia, & spe, quam in Deo posuit? quasi dicat, nullus sperauit in Domino, figens in eo fiduciam, qui non adeptus sit, quæ postulauit, &c. Infinita est enim est eius bonitas & misericordia, &c.

Notæ.

Respicite filij. Hunc versum quidam non ineptè partiuntur in duos, ita vt vnum sit: *Respicite filij in nationes hominum, & scitote*: Alter vero incipiat à verbis sequentibus: *Quia nullus sperauit in Domino*, &c. Fedemelius vulgatus interpres vtrumque versum coniunxit, vt vnus fieret. Loco *nationes hominum* est, in Græco. ἀρχαίας γενεὰς, *generationes antiquas.* Vulgatus transtulit, *hominum.* Quia fortè inuenit verbum ἀνθρώπων Vel antiquitates attribuit hominibus. Rursus vocat hic Ecclesiasticus *nationes hominum* eorum, qui Dominum Deum Israel adorauerunt, & cognouerunt, sic explicuit Lyra: Respicite filij nationes per aspectum librorum sanctorum, in quibus scribuntur facta Patrum, vt Abraham, Isaac, & cæterorum. Hi enim tantùm sperare in Domino nouerunt. Ita etiam explicat Palacius, sed pergo ad illustrationem per exempla.

Lyra.

Palacius.

Illustratio prima.

Respicite filij nationes hominum. Vel, *respicite in ætates antiquas, ac videte*, hoc est, in memoriam reuocare exempla vetera eorum, qui piè Deum coluerunt, & videte an quisquam spe sua frustratus fuerit, ac non potius maximum suæ pietatis fructum à Deo perceperit. Hunc modum loquendi proposuit Moyses, cùm populum Israeliticum obiurgauit, & summis in illum Dei beneficijs commemoratis ingratitudinem eius exprobrauit dicens: Deut. 32. vers. 7. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Dei beneficia qui sunt natu maiores, ipsi repetere ac recensere possunt, qui iuniores parentum suorum, aut certè seniorum commemoratione discant, qualis erat Iosue, qualis Caleb; qui de tanto numero populi superstites adhuc erant,

Exempla veterum in memoriam reuocanda.

Deut.32.v.7.

Maiora beneficia contulit Deus Israeli, quàm cæteris nationibus.

co-

cogita generationes singulas, ex quo homines facti sunt, & vide an cuiquam genti tam præclara beneficia collata sint. In Hebræo est: *Cogita annos generationis*, hoc est, *tempora sæcularia*, id dixit Paulus tit. 1. v. 2. Annos multorum sæculorum, antiqua tempora recense, si oblitus es memoria, repete, si nescis maiores interroga. Ferè eodem modo loquitur Iob cap.8. vers.8. *Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam, & ipsi docebunt te, loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia.* quasi dicas nam si priora sæcula, atque ea, quæ in illis gesta sunt repetamus, argumenta plurima suppeditabunt. Antiquissimos igitur annales consule, & quæ prioris sæculi homines multa experientia comprobata nobis tradiderunt, atque eorum ad quæstionem istam responsiones, qui nos ætate atque sapientia præcesserunt, reuolue & repete, &c. Vide Pinedam. In hoc etiam sensu ait Sirach. *Respicite filij, nationes hominum.* Quasi dicas vetustissimos annales consulite, historias veterum nationum, quæ iam præcesserè reuoluite, & repetite; conquirite diligenter: Nihil enim contrarium huic verissimo dogmati inuenietis: Quia multa experientia comprobatum est, neminem vnquam in Domino spem suam reposuisse, qui consecutus non sit quæ ab illo postulasset, &c.

Ad tit.1.v.2

Iob 8.v.8.

Pineda.

Annales antiqui consulendi.

Secunda illustratio.

72. *Sperare in Domino aut confidere quid.*

Beda.

Et scitote quia nullus sperauit in Domino & confusus est. Sperare in Domino, (vel vt Græca habent. *Quis fiduciam habet Domino*) *aut confidere in Domino, dicuntur* (vt ait Beda explicans id Psal. 2. *Beati omnes qui confidunt in eo*) *qui talia iam fecerunt, aut adhuc facient, propter quæ æquum sit eos remunerari à Domino.* Itaque cum idem sit confidere, ac sperare in Domino, quando iusti sperant in eo, talia operati sunt, vt dignam retributionem mereantur, propter quæ sperare vel confidere in Domino adigantur. Psal.77.vers.7. Ait Dauid Deum *mandasse patribus nota facere filijs suis, vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Ne fiant sicut Patres eorum generatio praua, & exasperans, generatio, quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum eo spiritus eius.* Præcipit Psaltes ijs, qui audierint & legerint, quæ in hoc Psalmo commemorauit, vt fidem, spemque omnem in Deo reponant, & rerum pro nostra salute gestarum non obliuiscantur, & eius mandatis obtemperent. *Ne fiant*, &c. Id est, ne patres suos imitentur, qui in Ægypto & per desertum ab illo sæpe declinarunt; ideoque prauam generationem appellat. Quæ ducem suum non sequebatur, sed ab eo in diuersum contumaci animo recedebat, & eius præceptis ac monitis non obsequebatur. *Generatio quæ non direxit cor suum.* Directum cor est, quod molestiarum ac tentationum procellis irruentibus non fluctuat, sed firma fide in Deum, & spe fixum est. Quod illa generatio minimè præstitit, nam eo vsque ancipiti corde, leuique fuit, vt simul atque molestia aliqua itineris sese offerret, leui impatientique animo ad querimonias & fœmineas lamentationes erumperent. *Non est creditus*, &c. Non firmùm ac fixum in Dei fide cor eorum fuit, ancipiti perfidoque animo, ei adhæserunt. Cum enim illis bene esset, & fœlix status asriparet, illum deserebant, contraque vbi quippiam aduersi reflasset, ad illum supplices confugiebant. B. Theodoretus illud: *Vt ponant in Deo spem suam.* Sic intelligit: *Nam Dei potentiam discentes, & quomodo illi bona omnia facere, facile est, firmam spem in ipsum constituunt, legesque ab illo latas sequentur.* Iustorum enim proprium est, sibi Deum omnia bona facere persuadere, & in ipso spem suam collocare, ab illoque operum bonorum remunerationem dignam expectare. Hanc veritatem nos edocuit Libanius Sophista in suis progimnasmatum exemplis: *Haud quaquam*, inquit, *enim decet abijcere spem in Deo positam.* Et in declamat.16. quæ est Demosthenis Apologia, ait: *Verum bonos ac fortes viros decet altæ spei adhærescere, ac placidè quid Deo visum fuerit admittere*, quid certius? Ideo reprehendit Sophonias ciuitatem Ierusalem, eo quod abiecerit confidentiam cap.3.vers. 1.2. *Væ prouocatrix &c. Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam: In Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquauit.* Quasi dicas Ierusalem spes suas non reposuit in Deo, sed in suis opibus, viribus, principibus, populis, socijsque, quasi ijs esset inuicta, & quasi munita contra hostes. Ideo Deus permisit eam ab illis capi & vastari, vt ostenderet inanes fuisse eius spes, & vt puniret eius diffidentiam in Deum. Deique neglectum. Sic anima, quæ non audit vocem Dei, nec suscipit disciplinam, nec in Domino confidit, & ad eum appropinquat, punietur, &c.

Theodoret. *Ponere in Domino spem suam quid.*

Libanius

Viros fortes decet altæ spei adhærescere.

Sophon.3 v.1.2

Ex quo colligitur omnem spem nostram in Deo solo nos debere reponere, & cum in eo collocatam habemus, certam reputamus, sed cum in rebus humanis, quæ fallaces sunt, reponimus, ex eo quod speramus, minima pars ex sententia succedit. Sic enim exclamat Cicero lib. 3. de Oratore post initium: *O fallacem hominum spem, fragilemque Fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpe franguntur & corruunt, aut ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt.* Helena quoque Ouidiana ad Paridem:

73. *Omnis nostra spes in Deo reponenda.*

Cicero

Ouidius

Fallitur augurio spes bona sæpe suo.

Jn hanc sententiam est Dialogus Dardani in spem lepidissimus:

Dardanus.

Tu qua sustentas tereti vestigia ligno,
Es ne dea? An nostro sanguine creta? Dea.
Vnde fata? Ex cæca rerum caligine, & ecquæ
Admouit nutrix vbera? Credulitas.
Et qui nam à tergo plaudunt tibi gaudia. Dic quis
Pallidulo semper te præit ore? Timor,
Suspicis intento cur cælum lumine? Tandem
Hinc dabitur votis meta suprema meis.
Fare age, quæ vultus deturpet causa serenos?
Excrucior quoties irrita vota cadunt.
Cur baculo innixa es? Dum pascit opinio mentem
Cæca meam, irrepsit curua Senecta mihi.
Cur titubas pedibus? Rerum est spes lubrica. Sæpe
Quod puto complecti, labitur è manibus.

Et quod spes sæpe sapientissimos fallat, probat Baldus in li. eleganti, tractatu de schismatis, quem posuit in rub.cap.Si quis aliquem testa.probi.vers. Præterea.

Spes pro Deo reputanda.

Spes sæpe sapientissimos fallit

Hoc intelligendum est de spe fallaci rerum humanarum, quam impius in corde suo reponit. Sic dixit Salomon, sapientia 5. vers. 15. *Spes impij tanquam lanugo est. Quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus*, &c. Sola spes iusti effectum bonum

74. Sap.5.v.15. *Spes iusti non frustratur.*

parit, & nunquam frustratur ex parte Dei, quia nullus in eo confusus est, qui suam spem vnquam, nec conatus irritos viderit. Hoc expertus erat Dauid, cum dixit Psal. 36. vers. 4. 5. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.* Quid est delectari in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui? Numquid redditio petitionum pendet à delectatione in Domino? Posset aliquis respondere, eum dignum esse vt votorũ suorum compos fiat, qui in Domino delectatur. Sed vim verborum non exprimit. Respondeo igitur: *Delectare in Domino.* A LXX. acceptum pro liberè, & confidenter loqui, vel aliquid petere, vt Job 22. v. 26. *Tunc super omnipotentem deliçis, afflues & eleuabis ad Deum faciem tuam.* In Græca editione sic habetur: *Deinde cum summa libertate, & confidentia petes à Domino, aspiciens in cælum hilariter.* Et cap. 27. v. 10. *Aut poterit in omnipotentè delectari, & inuocare Deum omni tempore?* LXX. *Num habet aliquam confidentiam ante illum?* Eodem modo *delectari in Domino.* Possumus exponere, delectabiliter, hoc est, liberè & confidenter, pete à Domino, *& dabit tibi petitiones cordis tui*, vt ij facere solent, qui amantur, & in delicijs habentur, qui cum possunt, liberè & confidenter poscere videntur. Significat etiam *delectari* aliquando idem quod per delicias inniti alicui, & incũbere, & per metaphoram confidere. Vt Isa. 58. v. 14. *Tunc delectaberis super Domino.* LXX. *& eris confidens super Dominum.* Quod idem est, ac inniteris super Domino tanquam impotens ambulandi, & tener ac delicatus. Sic dicimus, innitere tanquam puer delicatus super Domino, & confide in eo, & ipse dabit petitiones cordis tui. *Reuela Domino viam tuã*, id est, indigentiã, quam conijce in Deum, *& spera in eo.* non in re vlla alia: *Et ipse faciet*, & spem tuam ad finem perducet. Dixit D. Paulus Rom. 5. v. 4. *Spes autẽ non confundit*, sed magis (vt ait Holcot) in bono confirmat. Ideoque Mattathias exemplo sanctorum Patrum confortans filios suos dixit: Mach. 2. *Cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in eo, non infirmantur.*

Huic hemistichio eundem finem imponamus. Quem Psaltes Psal. 2. vers. 13. *Beati omnes qui confidunt in eo* (Domino) Hebraicè, *qui sperant in eo.* q. d. *O felices* illos, qui sperant in Domino. O terque quaterque Beatos, qui sub illius alas pennasque tanquam implumes pulli succedunt: Quique illius præsidio tuentur, & tanquam ad firmã aram confugiunt, sub illius vmbra ac tegumento confidunt, vbi nec malorum impetum formident, nec curis, molestijsue vllis angantur. Iratum se ostenderat Deus aduersus populum peccantẽ in Ose. 2. Et inuitans eum ad pœnitentiam, promittit se lactaturum eum, & ducturum in solitudinem, & subdit vers. 15. *Et dabo ei vineores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem*, erat Achor vallis amæna, compascua & fœcunda, quam pollicetur daturum *ad aperiendam spem*, id est, *in ostium spei*, vt vertit Pagn. & Vatabl. Sic Latini dicunt, aperire fores amicitiæ, & nos *alur puerta* cum cui, ad eam aditum vel occasionem præbent. Theodor. vertit: *Ad aperiendam sustinentiam & expectationem eius.* Heb. enim תִּקְוָה *tiecua*. Significat filum, lineam & extensionem, indeque per metaphoram longam spem & expectationem: Spes enim est quasi linea, qua se animus sperantis ad rem speratam extendit, & prolongat, dum ad eam sperando anhelat. Hoc spectasse videtur Chald. dum vertit *ad delicias animæ.* Anima enim rem speratam adipiscens ea deliciatur. Quas delicias experitur qui vitam malam in bonam, aut bonam in meliorem & perfectiorem commutat: Sentit enim miram animæ quietem, suauitatem, consolationem; ac ex illa conijciunt longe maiorem sentire eos, qui prouecti sunt; & maximam, qui post luctam in cælis coronantur. *Vbi erit vita sine morte, sine errore veritatis, sine perturbatione felicitas*, vt dixit D. Augustinus. Ex *quo spem conijciet idem sibi euenturum si perseuerent.* Quare, *nullus sperauit in Domino & confusus est.*

Psal. 36. v. 4. 5 — *Delectari in Domino quid.*

Iob 22. v. 26 — *Qui delectatur in Domino confidenter petit.*

Iob 27. v. 10

Delectari in Domino idẽ quod inniti.

Isa. 58. v. 13.

Psal. 2. v. 13. — *Sperantes in Domino beati.*

Ose. 2. v. 15.

Aperire spem idem ac ostium spei aperire. Theodoret.

Spes linea, qua sperans ad rem speratam se extendit.

D. Augustin.

Illustratio tertia.

75. *Qui sperat in Domino non confunditur.* Psal. 33. v. 6.

ET *confusus est.* Tygur. & *ignominiam retulit.* q. d. nullus est, qui ad Deum accesserit confidenter, ad aliquid poscendum, spem suam in eo reponendo, cui facies rubore suffusa sit ex pudore & confusione, nemo qui ignominiam passus sit. Dixit Dauid Psal. 33. vers. 6. *Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestra non confundentur.* Illud *accedere*, propriè est, accedere ad Deum cum vera spe aliquid obtinendi. q. d. Si confidenter accesseris plenusque spe, & fide, *illuminaberis*, facies tua minimè confusionem & ignominiam patietur, id est, spes tua non frustrabitur, sed implebitur. Nunquam præ confusione ex suo conspectu rubore suffusus egredieris. Promiserat Zacharias Christum venturum cap. 4. vers. 10. dicens: *Et videbunt lapidem stanneum in manu zorobabel.* Quem locum Diuus Cyrillus Alexand. explicat de Christo Domino inquiens: *Stanneum lapidem Christum nominat.* Et statim rogat: *Quid vero est in manu zorobabel? Diuinitus inspirata scriptura manum accipit, & pro virtute & pro potestate. In virtute igitur siue in potestate zorobabelis, videbit lapidem stanneum. Hoc est Christum*, & tandem sicut Zorobabel regnauit in Israel, sic etiam Christus, vbi comparat etiam Christum regnantem Zorobabeli regnanti. Ergo cum Zorobabel secundum D. Isidorum sit figura Christi. Sic enim ait tom. 2. alleg. ex veteri testamento. *Zorobabel typus est Domini saluatoris, qui reduxit de captiuitate populum, & de riui lapidibus constituit Domino templum.* Idem ait Diuus Hieronymus super hunc locum, & affirmat manum Zorobabelis ipsum Christum significare. Quo supposito sicut Zorobabel significat à confusione alienum. Sic dicendum nobis est Christum venturum sicut lapidem stanneum, à confusione alienum actiuè futurum, vt ostenderetur, non reiecturum è conspectu suo illum, qui ad eum accederet. Igitur ait Psaltes: *Accedite ad eum, & facies vestra non confundentur.* Quia si Dominus est à confusione alienus actiuè, id est, neminem confundit, nec perturbat, optimè asseretur, neminem vnquam in Domino sperasse, qui confusionem, & ignominiam passus sit. Sic enim dixit Isaias c. 42. vers. 2. de Christo Domino: *Non eleuabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris.* q. d. non erit clamosus neque contentiosus, sed erit mansuetissimus, & mansuetissimo modo docturus, & recturus est suos. In Hebr. est. *Non vociferabitur, & non eleuabit.* neque attollet peccatorem. LXX. *non dimittet* peccatorem ad se accedentem, non abijciet

Spes linea, qua sperans ad rem speratam se extendit.

Zach. 4. v. 10 D. Cyril. Alex. *Christus Dominus lapis stanneus pro missus à Zacharia.*

D. Isidorus *Zorobabel figura Christi Domini*

D. Hieron.

zorobabel à confusione alienus

Isa. 42. v. 2. *Deus non acceptor personarum*

ijciet pœnitentem. Matt. 12. v. 19. impletum est hoc vaticinium. Si hæc inquam dixit Isaias quid mirũ, doceat Ecclesiasticus Christum vel Deum esse a confusione alienum, neminem confundendo, neque eleuando. Nos dicimus: *no leuantando en alto, imponiendo alaurguença al Pecador*, vt confusus è suo conspectu recedat.

76. Psal. 9. v. 11. *Quærentes Deum non derelinquẽtur ab eo.*

Psal. 24. v. 3.

Rom. 5. v. 5 *Deus neminem fallit.*

D. Chrys. *Spes in Deo tuta est.*

Quæ Vates Regius Psal. 9. vers. 11. *& sperent* (ait) *in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.* q. d. Ex hoc tempore sperent (seu vt Sirach & Aquil. *confidant*) in te, qui nouerunt nomen tuum, & cum certum auxilium quærentibus te latum viderint, sperent similiter sibi opem ferendam. Psal. 24. v. 3. *Etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur* q. d. Non ego solus quia in te confido, æquum est, vt à confusione, & à meæ spei frustratione procul sim, verum etiã vniuersi, qui te exspectant, & in te spem suam collocant. Tandem ait Paulus Rom. 5. v. 5. *Spes autẽ non confundit.* q. d. Non solet Deus pudefacere, quia scilicet sperantem non frustratur, nec fallit, sed eum certò perducit ad assecutionem rei speratæ à Deo. Ait enim D. Chrysost. tom. 3. in Psal. 117. super id, *Bonum est sperare in Domino*, &c. *Spes autem in Deum non est solum valida, verum etiam tuta est, vt quæ nullam habeat mutationem. Et ideò Paulus quoque dicebat, spes autem non confundit. Alias vero Sapiens, Respicite*, inquit, *ad antiquas generationes* &c. *At ego, inquit, speraui, & sum pudore affectus. Bona verba, quæso homo, nam si pudore affectus es, ideo affectus es, quod non vt oportuit speraueris, ex eo quod cesseris, ex eo quod finem non expectaueris, ex eo quod pusillo & angusto animo fueris*, &c. Explicans tandem hunc locum. Pauli Romanorum. 5. D. Bernardus serm. 9 in Psal. Qui habitat inquit, *Quoniam tu es Domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum, Quidquid agẽdum sit, quidquid declinandum, quidquid tolerandum, quidquid operandum, tu es Dominie spes mea. Hæc vna mihi omnium promissionum causa, hæc tota ratio meæ expectationis.* Hugo Carens. *id confusus est*, id est, in tribulatione, derelictus, & in spe sua frustratus, nullus sic confusus est: Palacius. Conijcite oculos in Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Job, Dauid, Ezechiam. Confidebant in Domino, nec illos pudebat, imo Dominus ait, Psal. 90. v. 14. *Quoniam in me sperauit, liberabo eum, quia cognouit nomen meum*, &c. & Psal. 21. v. 5. dixit idẽ Vates; *in te sperauerunt Patres nostri. & liberasti eos, ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt & non sunt confusi.* Pende vltima verba, *non sunt confusi* quia spem suam in Deo collocarunt; quare qui confusionem effugere voluerit ad spem confugiat, quæ reponitur in Domino ipsa enim confusionem tollit, & auxiliũ præbet, &c. dixit enim Euripides in Oreste. *Apollo in medijs tumultibus apparens res turbatissimas subitò componit.*

D. Bernard. *Deus est spes tuforum.*

Hugo Caren.

Palacius.

Psal. 90. v. 14. & 21. 5.

Qui sperat suam in Deo collocant nõ confundentur.

VERS. XII.

Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum?

Sensus.

Quis enim, &c. Quis enim vidit hominem perseuerare vsque in finem in Legis diuinæ obseruatione, & in timore Domini persistere, & à Deo derelictum esse? Jd est, quis firmus ac constans vixit in timore eius, & destitutus ac desertus fuit? Et quis vnquam expertus est iustum inuocantem Deum in tribulatione, auxilium deposcentem, & despectum aut contemptum à Deo fuisse. q. d. Nullus neque vidit neque expertus est, &c.

Nota & Illustratio prima.

77. *Mandata Dei non possunt custodirè sine Dei timore.*

Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Docet hæc sententia qualem oporteat esse eum, qui rectè sperat in Domino, nempe vt permaneat in mandatis eius, & inuocet eum, ita vt dignum est. Sed quare pro verbo φόβος quod est timor, verterit vulgatus *mandata*? forte quia homo custodire non valet mandata Dei, sine ipsius timore, & qui timori Domini addictus est, dat operam, vt mandata Dei exequatur. Hanc veritatem sic illustro.

Nihil in sacra pagina certiùs, quam Deum *Deus fidelem se exhibet erga suos.* semper fidelissimum & liberalissimum se erga seruos suos exhibuisse, & constantes nequaquam deseruisse, sed vltra condignum auxilia præbuisse, & tandem ditasse, & remunerasse: quem enim vnquam, diuino adiumento & spe Deus priuauit? Ecclesiastes cap. 8. v. 5. ait: *Qui custodit præceptum* Eccles. 8. v. 5. *non experietur quidquam mali.* q. d. obtemperanti Diuinæ voluntati in præceptorum obseruatione omnia cedent fœliciter, etiam ipsa mala & aduersa cooperabuntur in bonum, ne dum quidquam experietur mali. Quod malum infelicius quam à Deo derelictum esse? Hoc ergo malum nunquam experietur, qui timorem Dei mancipatus, in præceptorum eius perfecta obseruatione operam suã nauauerit. Sic explicuit Holcot. Non derelinquetur, nec ad malum culpæ, nec ad malum pœnæ, finaliter, Dauid expertus fuerat nullum iustum in Dei amore persistentem ab ipso desertum fuisse: *non vidi iustum derelictum*, &c. Fateor hic agere Propheram de iusto liberali in pauperes: sed intelligi etiam potest de quocunque iusto timente Dominum, & eius legem diuinam custodiente. q. d. Adolescens fui, & iam ad senectam vsque peruenì, & tam multo tempore, & magno vsu edoctus, numquam vidi iustum à Deo in suis angustijs & afflictionibus derelictum atque desertum. Lege D. Augustinum super hunc locum acutè illum tractantem. Exemplum est in Iosue qui quia permansit in timore Domini, & in obseruatione mandatorum Dei, solus de tanta hominum multitudine qui de Ægypto egressi fuerant, superstes fuit, (præter Caleb) huic inquam qui in timore Domini permansit, dictum est à Domino. Ios. 1. v. 5. *Sicut fui cum Moyse* (iam Moyses è vita discesserat) *ita ero tecum, non dimittam neq; derelinquam te.* Quod repetit D. Paulus Heb. 13. v. 5. Syriacus in hoc loco Pauli transtulit: *Non te deseram neque remittam erga te manus.* q. d. Non ero segnis aut negligens in ope ferenda, *nb alcare Iamas lamano en tu favor.* Quare ergo pollicetur Deus illum non desertum,

Holcot. *Nullus iustus timens Deum ab ipso derelictus est.*

Psal. 36. v. 25.

D. Augustin. *Quare Iosue superstes fuit ex egredientibus de Aegypto.*

Iosue 1. v. 5.

Heb. 13. v. 5. *Iosue non deseruit quia obseruauit legem suam.*

rum, neque erga illum remissurum manum. Respondeo, quia mãdata Domini obseruaturus erat, sicut Moyses obseruauit. Sic ait Dominus n. 7. sequenti. *Confortare ergo, & esto robustus, vt custodias & facias omnem legem.* & inferius n. 8. & 9. Cum ad obseruantiam Diuinæ legis exhortatus esset, dicens: *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, vt custodias, & facias omnia quæ scripta sunt in eo.* ait statim. *Noli timere quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcumque perrexeris.* Multi quandoque nonnullis solent esse amici familiares, auxiliatores, sed non ita multo post, nulla vel facili de causa eos destituunt, non ita se cum Iosue facturum promittit Dominus, quin constantem & firmum in amicitia & ope promissa futurum.

Iosl. 1 v. 7. 8. 9.

78. Idem populo Israelitico pollicitus est. Deut. 32. v. 6. & ait Siracides, *Quis permansit in mandatis eius, & derelictus est?* Inquit enim Chrysostomus, tom. 3. in act. Apost. Hom. 23. *Quid dicis de his qui Deum colunt, & despecti sunt? Absit, nullus qui Deum colit despicietur vnquam.* Celebris est etiam illa sententia D. Augustini tom. 10. serm. 88. de temp. respondentis quæstioni de induratione Pharaonis à Deo: *Primò* (inquit) *hoc fideliter & firmiter credat dilectio vestra, quia nunquam Deus priùs deserit hominem, nisi priùs ab homine deseratur. Cùm enim semel & secundò, & tertiò vnusquisque grauia peccata commiserit, expectat tamen illum Deus, sicut per Prophetam dicit, vt conuertatur & viuat: cum verò in peccatis suis cœperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur desperatio, ex desperatione obduratio generatur,* &c. Aliquando enim solet Deus hominem deserere, sed est ad probationem virtutis, cum à Rege Babylonio ad Regem Ezechiam Legati venissent, ait Scriptura 2. Paral. 32. v. 31. *Attamen in legatione Principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento, quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus, vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius.* Sed si voluisset in ista quam permisit Dominus tentatione stare, potuit neque à Domino vel parum recedere, Aliud enim est, nos à Deo, vt tentemur aliquantulum relinqui, aliud simpliciter relinqui. Hoc præterquam eum derelinquentibus non accidit, aliquantulum autem hominem relinqui, est tentari: dixit enim D. Amb. in Psal. 118. octon. 2. in id. *Nonne derelinquas vsquequaq;: derelinqui nobis videmur quãdo sumus in periculis constituti, sed simpliciter non deserimur, quia nullus permansit in mandatis eius & timore ipsius, qui à Deo derelictus sit.* Nunquam enim prius deserit hominem, nisi prius Deum deserat, vt dixit Augustinus.

Qui Deum colunt non despiciuntur à Deo. D. Chrysost. D. August.

Non priùs deserit Deus hominem, nisi prius ab homine deseratur.

Derelinquit Deus vt probet & tentet. 2. Paral. 32. v. 31.

D. Ambros.

Illustratio secunda.

79. Aut quis *inuocauit eum, & despexit illum?* Hæc inuocatio est imploratio misericordiæ ex intimo cordis affectu q. d. quis vnquam vel in tribulatione constitutus, vel in alio quouis statu accesserit ad inuocandum Deum ex intimo affectu cordis, & à Deo despectus & contemptus recessit? q. d. nullus inuocauit Dominum, & reiectus est; quia ipse dixit Psal. 49. v. 15. *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me,* & Psal. 30. v. 18. inquit, ipse Dauid: *Domine non confundar, quoniam inuocaui te,* id est, non despiciar à te quia toto corde meo inuocaui te, vel tua benignitate fretus ad te rogandum veni, & in precibus perseueraui: ne patiaris igitur vt de mea spe confundar vel despiciar: neque enim tuæ gloriæ ac maiestati decorum est, miseri ad te confugientis, & in te vno præsidium quærentis, spe frustrari.

Inuocatio pro imploratione diuinæ misericordiæ. Psal. 49. v. 15. & 30. v. 18.

Jn Græco est ἤ τις ἐπεκαλέσατο, *inuocauit*, à verbo καλέω, quod est vocare, vel appellare, & ponitur præcipuè pro inuocare vel aduocare & implorare vt Sap. 13. v. 18. Eccles. cap. 46. v. 6. 19. & in alijs locis, quod verbum meo iudicio, significat inuocare orando Deum, vt dicitur 1. Mach. 7. v. 37. *Tu Domine elegisti domum istam ad inuocandum* (vt inuocetur) *nomen tuum in ea, vt esset domus orationis populo tuo.* Templum quod vocat domum orationis, domus regia est, vbi nomen Domini inuocatur, & orationi vacatur. Ergo cum Iesus Sirach rogat: *Quis inuocauit Dominum, & despexit illum?* Idem est, ac dicere: quis ad orandum Dominum accessit, cui ostium domus suæ ipse clauserit? nos diceremus: *Quien se llegó a la mar ala Casa Real de Dios, y ledio con las puertas en la cara?* Quæ actio repudiantis est, q. d. nullus inuocauit eum, & despectus est, vel repudiatus est. verbum etiam *inuocare* significat orare coram Domino ab eo eleemosynam poscendo, qui enim orationi incumbit postulat à Domino maiestatis, vt sui omnes conatus feliciter cedant, veniam etiam peccatorum, nec non ardentem Dei amorem Christique imitationem ex animo poscit, & tandem laborum suorum præmium & remunerationem requirit. Ait ergo Salomon. Prou. 8. v. 34. *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei: qui me inuenerit inuenit vitam, & hauriet salutem à Domino.* Modum orandi in hoc loco tradit haud dubium Salomon: verbum enim *audire* proprium est orantium, vt cum puer Samuel 1. Reg. 3. v. 10. à Domino vocatus esset, dixit: *Loquere Domino quia audit seruus tuus.* Sic aiebat Dauid Psal. 84. v. 9. *Audiam quid loquatur in me Dominus, quia loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.* Jd significans, quod Deus non loquatur ijs, qui extra corsunt in res externas effusi, sed ijs qui se recipiũt ad interna cogitando, & ad audiendam loquelam Domini,: in vtroque loco verbum *audire* est accedere ad communicationem Domini media oratione. Sicut Maria Magdal. sedens ad pedes Christi, dulciter ex eius ore verba melle suauiora hauriebat: *Quæ etiam* (ait Lucas cap. 10. v. 39.) *sedens secus pedes Domini, audiebat verbũ illius.* D. Ambr. in cap. 10. Luc. explicans meliorem partem elegisse Mariam, quæ non auferetur ab ea: *Studeamus igitur* [inquit] *& nos habere quod nemo nobis possit auferre non vt perfunctoria, sed diligens audientia deferatur. Solent enim etiam ipsius semina verbi cælestis auferri, si secus viam sint seminata.* Pende *diligens audientia.* Hoc est diligẽtem orationẽ defert, quia qui orat, audit à Deo voluntatẽ suam, vt eam opere exequatur.

Inuocandi verbum quid significat. Sap. 13. v. 18.

Nullus inuocauit Deũ & despectus est.

Prou. 8. v. 34.

Verbum audire proprium est orantium. 1. Reg. 3. v. 10. Psal. 84. v. 9.

Audire Dominum idẽ est ac accedere ad eius communicationem. Luc. 10. v. 39. D. Ambros.

Jtaque cum ait Salomon: *Beatus homo, qui audit me,* intelligit illum esse beatum, qui dulciter ad conspectum Domini accurrit ad verba dulcissima auscultanda, quæ ex eius ore, ad corda orantium demulcenda procedunt. Tempus verò orandi designat, cum tempus matutinum memorat. Hoc enim tempus ad orandum aptissimum noster sanctissimus & pijssimus parens Ignatius de Loyola, suæ dilectissimæ Religioni Societati Jesu adscripsit. Tunc enim orans, *vigilat ad fores Dei quotidie, & ad postes ostij eius obseruat,* vt det operam orationi, in quã eleemosynam gratiæ suæ elargitur Deus. Solet in aliqua vrbe esse aliquis Diues siue Episcopus seu Princeps sæcularis, ad cuius domum pauperes ad stipem mendicandam concurrunt, summo mane

80. *Tempus orandi matutinũ designauit B. Ignatius.*

Tempus postulandi eleemosynam.

nè fores pulsant, & interdum in peristyliũ ingrediuntur, & ad suas magnificentissimas & celsissimas porticus, quæ sustentantur columnis plurimis, & mirabili lapide effectis accedunt, eis adhærentes & eleemosynam expectantes. Tunc eleemosynarius descendit, & suo munere fungendó, omnibus eleemosynam erogat & vnusquisque pauperum suâ viâ contentus recedit. Sic igitur ait Salomon: *Beatus homo, qui audit Dominum,* & qui *vigilat* ad audiendum, hoc est, ad orandum, & accurrit ad postes domus Dei, id est, templum quod est domus orationis. De ea loquens Salomon. 3. Reg. 8. v. 30. Postquam templum, quod vocauit nomen orationis Domino dedicauit, petit: *Vt exaudias deprecationẽ serui tui, & populi tui Israel, quodcumque orauerint in loco isto: & exaudies,* &c. Quare Christus Dominus Matt. 7. v. 8. ait. *Omnis enim, qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur, qui orat, pulsat sicut mendicus, &c. Omnes enim quando oramus* (inquit D. August. serm. 15. de verbis Domini) *mendici Dei sumus, ante ianuam magni Patrisfamiliæ stamus, imò etiam prosternimur & supplices ingemiscimus, aliquid volentes accipere, & ipsum aliquid ipse Deus est,* &c.

Templum domus orationis. 3. Reg. 8. v. 30.

Matt. 7. v. 8.

D. August.

81. Rursus hæc domus orationis vocatur domus Dei, & porta cæli Gen. 28. v. 17. quia in ea habitat Christus Deus & homo, in vestibulo vel frõte huius aulæ regiæ, vbi stemmata & insignia nobilitatis cælata interiecta ponuntur, hæc inscriptio incisa est: *Dominus omnium, diues in omnes qui inuocãt illum. Omnis enim quicumq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Rom. 10. v. 12. ex Ioel 2. v. 22. q. d. Hæc domus, est regia Regis omnium Domini: omnibus notum fiat, vt quicumque ad orandum, hoc est, ad sibi gratiam mendicandam accesserit, misericordiam inueniet, qui vitam & salutem elargietur. In hac inquam Regia habet domicilium Deus, qui cùm sit facile diues, haud vnquam nemini tenacem, auarum, parcum nec restrictum se præbuit, sed potiùs largum, munificum, liberalem, & suo modo nimium & prodigum in suis opibus & diuitijs profundendis se exhibuit: nullus *stat ad ostium* suæ regiæ & pulsat, illum *inuocans,* qui solatio perfusus non recedat. Ostiarius & eleemosynarius huius Regis ditissimi, misericordia est à Deo designata ad eleemosynam gratiæ omnibus erogandam, & cùm Deus sit (teste Paulo Ephes. 2. v. 4.) *Diues in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos;* diuitias gratiæ per manus misericordiæ, in omnes qui inuocant illum affluenter profundit, nimium se præstando, propter amorem nimium, quo ipse dilexit nos, & si amor nimius & prodigus est, non autem superfluus, neque superuacuus. Et si abundans & nimius, ad Deum autem pertinet talis liberalitas & munificentia in sui communicatione, vt videatur nimius. Nimiam habet charitatem respectu hominum miserorum, at non est nimia repectu sui. Deum enim, qui est ipsa bonitas increata decet hæc immensa sui communicatio, quia nihil magnum est, nec nimium pro diuite Deo.

Gen. 28. v. 17.

Domus Dei inscriptio. Rom. 10. v. 12.

Deus facile diues, largus & munificus.

Eius ostiaria misericordia Ephes. 2. v. 4.

Amor Dei nimius respectu nostri, non sui.

Denique qui orando Deum diuitem inuocat, sibi salutem & gratiam mendicans, *inuenit vitam, & haurit salutem à Domino* Hebr. *educit voluntatem à Domino,* Pagn. *quod voluerit,* Vatabl. *assequetur quidquid volet à Domino.* Ergo si ille qui Deum inuocat, assequitur quod volet à Deo, quomodo à Deo despicietur? quomodo ei ostia domus regiæ, quæ est domus orationis, in qua Deus diues habitat, & eleemosynarij munere fungitur diuina eius misericordia clauderetur? Quasi diceremus Hispanè: *Notemael quellegariapedir limosna, que le den con las puertas en te cara.* Qui ad stipem gratiæ poscendam accesserit se despici non reformidet. Dixit autẽ D. Augustinus tom. 10. serm. 15. de verbis Domini: *Omnes enim quando oramus, mendici Dei sumus,* &c. vt superius diximus. Sic ait Sirach. *Quis inuocauit eum, & despexit illum?*

Qui orat gratiam & salutem mẽdicat.

D. August.

Tandem Hugo, & Dionysius hunc locum explicant de oratione, nullus enim orauit ad Dominum, sicut decet, qui ab illo non exaudiatur bene expeditus. Psal. 144. v. 18. ait Dauid. *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate: voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* Si Deus ita prope est inuocantibus eum, oportet semper inuocare vt non longè sit à nobis, sed semper prope, & exaudiat deprecationem nostram, & nostram faciat voluntatem. Super id Luc. 11. v. 8. *Quis vestrûm habebit amicũ* &c. Quæritur, si amicus dormiebat, & si audiuit eum clamantem, vbi cubabat, vt tam citò eum auscultare posset? quod significabat propinquitatem Dei erga nos inuocãtes, quia non longè est ab inuocantibus eum? Respondet D. Petrus Chrysost. serm. 39. de perseuerãtia orationis: *O quàm dare* [inquit] *vult qui se inquietari taliter, taliter patitur suscitari! O quàm necessitatis esse suæ, quod suæ potestatis est, vult videri! O quàm pulsanti iste gestit occurrere, qui sic secreti sui cubile ipsam collocauit ad ianuam. O quàm negare noluit, qui sibi etiam neganti, qualiter extorqueretur, ostendit. O quàm non ad ianuam tantùm Dominus, sed ipsa ianua Dominus fuit. Ego sum, inquit ianua, qui dormientibus seruis pulsantis necessitatem solus & primus audiui. O quàm pius, quàm misericors, qui quod mandatis docet, probat & informat exemplis.*

82. *Prope est Deus inuocãtibus eum.* Psal. 144. v. 18. Hugo. Dyonisius.

Luc. 11. v. 8.

D. Chrys. *Orationis importunæ effectus.*

Vide Ioel. cap. 2. v. 32. *Et erit omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Vnde discitur quã Deo grata sit sui inuocatio, quamque inuocantibus adsit, opem & salutem afferat, causa est, quod inuocans Deum fateatur suam miseriam & impotentiã, Dei verò gloriam & omnipotentiam, vt pote à qua auxilium sperat & flagitat. Sibi ergo honori ducit Deus, quòd quis ad se in tribulatione confugiat, & sua magis vti velit, quàm aliena ope & misericordia, iuxta id Psal. 49. v. 15. 15. *Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me;* quia qui Deum inuocat, fidem & spem in eo collocat, eumq; quasi Deum suum facit. Ergo ait Ecclesiasticus: quis accessit ad inuocandum Dominum, & ab illo despectui & contemptui habitus est? nullus. Solus ille despicitur qui accedit ad malè petendum, & si aliquando ei aliquid concedit Deus, iratus concedit, fortè ad damnum suum. iuxta id quod dixit D. Augustinus in sentent. sent. 2. v. 52. *Deus cum malè aliquid poscitur, dando irascitur, non dando miseretur.* Sic dicitur Ose. 13. v. 11. *Dabo tibi Regem in furore meo.* Id est, Saulem cùm populus Regem postulauit, &c. vide infra cap. 10. num. 18. & 24.

Ioel. 2. v. 32. *Quàm grata sit Deo sui inuocatio*

Psal. 44. v.

Qui Deum inuocat fidẽ & spem in eo collocat.

D. August.

Ose. 13. v. 11.

VERS.

VERS. XIII.

Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: Protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

Sensus.

83. QVoniam pius, &c. q. d. Si rationem assequi volueritis, quare Deus permanentem in mandatis eius, & in ipsius timore persistentem non dereliquit, & inuocantem illum non despexit, hęc est, quia ex natura sua pius & misericors est, patiens & lenis, & multâ præditus misericordiâ: & licet peccatores propter eorum scelera odio habeat, tamen captus amore, quotidie liberaliter remittit, præbendo se omnibus inuocantibus, & requirentibus eum in veritate tutissimum defensorem, & propugnatorem, &c.

Notæ.

QVoniam pius & misericors. Drusius, *Miserator & misericors*, quæ simul leguntur Jon. 4. 2. *Quia tu es Deus clemens & misericors.*

Prou. 14. v. 21.

καὶ οἰκτίρμων ἐλεῶν Sic Prou. 14. v. 21. מְחוֹנֵן ἐλεῶν *Qui misereatur*. Complur. loco *& misericors* habent μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, *Longanimis & multæ misericordiæ*. quæ verba absunt& in cæteris editionibus Græcis, & in vulgato, qui omisit ea; quãuis habeantur in Ionæ loco allegato, vnde iste descriptus videtur. Vltima verba scilicet: *& Protector est omnibus*, &c. desunt etiam in originalibus Græcis, addita autem sunt ab interprete vulgato maioris explicationis & energiæ gratia, vt ex dicendis constabit.

Illustratio prima.

84. *Deus iactat se esse pium & misericordem.*

Quoniam pius & misericors est Deus. Præbet in hac sententia Ecclesiasticus rationem cur inuocãtes Deum non despiciantur, quia ipse pius & misericors est. Quibus nominibus optima & clemẽtissima Dei natura commendatur. Nihil enim in sacra pagina veriùs & expressiùs, quàm Deum piũ & misericordem esse, suam pietatem & misericordiam in operibus suis magnificando: nos diceremus: *No desprecia Dios a nadie, por que se preçia de piadoso y misericordioso*: neminem despicit, quia iactat se esse pium, & misericordem. Quater in Scriptura vocatur Deus pius. 1. in lib. 2. Paral. cap. 30. v. 9. *Si enim vos* (ait Ezechias Rex) *reuersi fueritis ad Dominum: fratres vestri, & filij habebunt misericordiã coram Dominis suis, qui illos duxerũt captiuos: Pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & nõ auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum*. Tygurina: *quoniam & misericors est. Iehoua Deus vester*, Vatab: *faciem*, id est, *fauorem*. Cur ergo exhortatur Rex vt reuertantur ad Dominum ad hoc vt captiui misericordiam consequantur? Quia cùm cor *Regis in manu Dei sit*. Prou. 21. v. 1. ita disponit corda Dominorum, vt bene agant captiuis suis: non enim despicit reuertentes ad eum; sed fauet quia clemens & misericors est.

2. Paral. 30. v. 9.

Prou. 21. v. 1.

Deus fauet reuertentibus ad eum.

Rursus quare admonet eos, vt ad Dominum reuertantur vt Deus non auertat faciem suam? An pendet reuersio Dei à reuersione eorum? Pendet sanè, quia Deus diuinus sol est qui paratus est ad eos respiciendos, qui faciem suam non auerterint ab eo. Refert Plinius lib. 2. cap. 44. de herba solari, quàm nos vocamus *Torna sol. O gigante* & Græci: ἡλιοτρόπιον, semper solẽ intueri, ait enim: *Miretur hoc, qui non obseruat quotidiano experimento, herbam vnam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem solem semper intueri, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante*. Eandem proprietatẽ adscribit Lupino quem nos vocamus *Altramuz*, leguminis genus est omniũ amarissimum; dictus est *Lupinus* à lupi natura, quod non minùs terram appetat, voraxq; illius sit quàm lupus. De eo inquit Plinius lib. 18. c. 14. *Primum omnium cum sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat*. De his agens Pierius lib. 58. ait: quòd si cognitionem, consensumue, aut tẽperaturam, quam inferioris naturæ istius res cum cælestibus habent, infirmis quippe suprema, & supremis infima, occultis quibusdam viribus colligata esse, ostendere voluissent, nullo euidentiori signo propriorive hyerogliphico id exprimere consueuerunt, quàm cùm herbam solis figurassent. Jlla enim ad solis motum solem versus mouetur. De lupino etiam ait: trahit similis quodammodo natura, vt heliotropio lupinum subijciam: nam is quoq; ad solis cursum vertitur. Sic etiam pendet conuersio hominis à conuersione vultus Dei, si peccator auerterit se à via sua mala, vt ad faciem Diuini solis se conuertat, debet (vt Plinius de his herbis scribit) solem, id est, Deum intueri semper, omnibusque horis cum eo verti. Vel nubilo obumbrante, id est, ipsa tribulatione acriter ingruente: *quia pius & clemens est*, & non *auertet faciem suam*, id est, fauorem ab eo. Erit sicut sol expectans eum, qui eum respicit. Si enim peccator auerterit se à facie eius, & in vitia arreptus fuerit, non timeat, quia cùm primùm irradiante Dei fauore, & sua facie cõuertente, ad ipsum Deũ conuertatur. Vbi Dei in se beneficia, voluntatemque agnouerit, se in omnem Domini nutum offerre, & diuinæ penitus voluntati tradere, & resignare debet, vt de tota vita sua disponat prout ei placuerit, ideò dicebat Psaltes, Psal. 26. v. 9. *Ne auertas faciem tuam à me, & ne declines in ira à seruo tuo*. Vbi nõ aliud iræ & furoris Dei ponitur signũ, quàm faciem ipsam auertere, declinareq; vultum à Dauide. Sic optimè D. Augustinus, conc. 1. Psal. 16. tom. 6. *Ne auertas vultum tuum à me, scilicet vt inueniam quod quæro: ne declines in ira à seruo tuo, ne te quærens in alium incurram. Quid enim hac pœna grauius amanti & quærenti voluntatem vultus eui?*

85. *Deus instar solis, quem homo sequitur sicut heliotropiũ, vel lupus herba.* Plinius.

Lupinus qualis.

Plinius.

Pierius Valer.

Heliotropiũ & Lupinus solem intuetur.

Conuersio hominis pendet à conuersione vultus Dei.

Faciem Dei auertere, quid. Psal. 26. v. 9. D. August.

86. *Ex benignitatis titulo oritur misericordia.*

Itaque Deus conuertit ad hominem faciem suam spectantem, *Quia pius & misericors est*. Ex hoc benignitatis titulo oritur misericordia quã eos, qui ad eum confugiunt fauore prosequitur, & misericordia in Deo est affectus beneuolentiæ, quo cupit succurrere miseriæ nostræ, eamque leuare, & tollere & mitigare. Quare aiebat Judith, cap. 7. v. 20. cùm Bethuliæ depopulationem ab Holoferne timeret: *Tu quia pius es, miserere nostri aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te, populo, qui ignorat te* &c. Pende illud, *quia pius es*, particula enim causalis indicat miserationis dependentiam, *miserere* ait: *quia pius es* ex pietate tua oritur miseratio. Flagellum vocat pestilentiã, famem, & alia id genus, quæ flagella cùm à Deo immittuntur plena sunt pietatis & misericordiæ. Ita Dauid 1. Paral. 21. v. 13. dicebat: *Ex omni parte me angustiæ premunt; sed melius mihi est vt incidã in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius, quam in manus hominum*. Vnde non solùm est pius, sed misericors, quia ex eius pietate nihil mali pœnæ, sed misericordiæ & miserationis oriri possunt & ideò miseretur, *quia pius est*.

Judith. 7. v. 20.

Flagella, cùm à Deo immittũtur plena sunt misericordia.

1. Paral. 21. v. 13.

87. Tandem Apocal. 15. v. 4. dicitur. *Quis non timebit te, & magnificabit nomen tuum, quia solus pius es*, (in nullo alio loco Deus *pius* appellatur) si *pium* vocat Joannes, cur ait; *Quis non timebit*: Nunquid Deus timendus, quia pius & misericors est? Timor enim non cadit nisi in eo qui supplicium sperat. Respondeo, hic agere Ioannem de timore filiali: filius enim timet Patrem offendere ductus amore, quia parentem diligit. non timet tanquam seruus Dominum, sed tanquam filius Patrem, & non seuerum, sed pium, benignum, clementem. Sic ait Apostolus ad Deum, cuius proprium est misereri semper & parcere Parentis instar. *Quis non timebit te?* Quis ductus amore non verebitur tibi iniuriam aliquam inferre, non quia tu seuerus es, & iniquitatum vltor (sic enim peccatores Deum timent timore seruili, tanquam Dominum scelera vlciscentem) sed quia pius & misericors es, præstabilis super malitia pietas enim & clementia tua omnes amantissimos tui adigit ad te timendũ, quia pius es, & demereris eos, id est, beneficijs cumulas, & de eis bene mereris tuis bonis, &c. In hoc sensu admonet D. Paulinus epist. 13. timorem Domini: *Deum* (inquit) *magis diligas, & timeas quò melior est & indulgentior. Magnam tibi talis formido mercedem pariet, vt hinc sollicitior sis vnde potes esse securior, id est, vt tanto magis Deum metuas offendere, quantò promptiùs dignatur ignoscere: quia maiore impietate læditur, qui nescit offendere, & grauiùs vindicatur qui non expetit vindicari*. Vide vlteriùs. Jn hac significatione Sirach vocat Deum *pium* præbendo rationem benignitatis Dei, in non despiciendo inuocantem se: *quia pius*.

Apoc. 15. v. 4.

Si Deus pius cur timendus?

Filius timet patrem, non sicut seruus Dominum.

Peccatores timent Deũ timore seruili.

D. Paulin.

Illustratio secunda.

88. *Deus misericors.*

ET *misericors est Deus*. Proprijssimè Deus misericors in scriptura appellatur, quia licet in rerum moderatione iustitiæ attributo decoretur, plus misericordiam magnificare videmus (*mas se preçia dios de misericordioso que iusticiero*) cùm Scriptura huius gloriosi tituli mentionem facit, ipse Deus se misericordem appellauit, vt omnes eius misericordiam magnificiant. Exod. 22. v. 27. *Si clamauerit ad me, exaudiam eum quia misericors sum*, si pauper, inquit, me in iuuatorem appellauerit, eius causam suscepturus sum, vt eum defendam, *quia misericors sum*, quia miseratione commoueor, & pauperem opprimi nullo modo patiar. Hoc diuinæ misericordiæ attributum licet à nostra miseria pendere videatur, non sicut in nobis, quia vt D. Augustinus describit hoc attributum lib. 2. contra aduers. leg. cap. 19. tom. 1. *Misericordia Dei non habet compatientis miserum cor, vnde in latina lingua nomen accepit. Misericordia est bonitas opitulantis*. Hæc autem bonitas haud dubium excitatur ad miserandum cum nostram miseriam cõsiderat, quasi ipsa misericordia, cum diuinæ iustitiæ vltionem veretur, ad attributum misericordiæ Dei se recipit, vt opitulationem exquirat; & cùm in Deo misericordia sit bonitas opitulantis, ad miserendum & opitulandum concitatur, & misero remedium præbet, quia misericors est.

Exod. 22. v. 27.

Misericordiæ attributum quale.

D. August.

Misericordia Dei abyssus est, vbi omnes vndarum eius agitatione merguntur. Ideò ait Psaltes Psal. 116. v. 2. *Quoniam confirmata est super nos misericordia eius*, sic vt misericordiæ magnitudinem immensam exprimeret, verbo *confirmandi* vsus est. Tantam enim misericordiæ copiam super gentes effusam significare voluit, vt omnes velut in abysso profundissima demerserit: omnium & bona & mala merita operuerit, vt nihil, nisi Dei misericordia videatur. *Confirmare* enim est, prævalere, vincere, superiorem esse, atque altiorem. Gen. 7. v. 19. *Aquæ prævaluerunt nimis super terram* [hoc est operuerunt] *Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat*. Heb. *quindecim cubitis confirmata est*. LXX. *eleuata est*. Sed Dei misericordia non decem, aut quindecim cubitis altior fuit super nos, verũ nos immensa nos altitudine superauit, ac demersit. Hoc significare voluit Psal. 56. v. 11. *Quã magna est vsque ad cælos misericordia tua*. Quasi totum hoc spatium, quod à terris vsque ad cælum interiacet, misericordia sua repleuerit, & quodam clementiæ quasi diluuio inundauerit. Vide Psalm. 118. v. 11.

Misericordia Dei abyssus est.

Psal. 116. v. 2.

Confirmare quid.

Gen. 7. v. 19.

Psal. 56. v. 11.

Porrò solet Deus misericordiam suam afflictis legare, vt illis opituletur. Sic ait Dauid Psal. 41. v. 9. *In die mandauit Dominus misericordiam suam & nocte canticum eius*. D. August. vertit: *& nocte declarauit*, & ait: *etenim in rebus prosperis mandat tibi Deus misericordiam suam, si ei fideliter seruieris, quia liberat de tribulatione: sed non tibi declarat suam misericordiam, quam tibi per diem mandauit, nisi per noctem. cùm veniet ipsa tribulatio tunc adiutorio te non deseret, ostendit tibi verum fuisse, quod tibi per diem mandauit. Etenim Scriptum est quodam loco: speciosa misericordia Domini in tempore tribulationis, sicut nubes in tempore siccitatis, in die mandauit, & nocte declarauit*, &c, Sed existimo hic Prophetam, postquam Dei flagella sibi intenta narrauit consolationem admiscere, & fide ac spe futuræ misericordiæ leuare dolorem. Noctem enim tribulationis tempus, diem verò quietis ac remissionis appellat. Et notandum est vatem figuratè loqui, & ipsi misericordiæ personam tribuere, tanquam si illa nuntius Dei sit, & ad eos, qui indigent, à Deo cùm mandatis destitur. Ergò cùm dies erit, & ad benignitatem Dominus flectetur, nuntium suum, ipsam dico misericordiam, cum mandatis mittet, vt mihi adsit, mihiq; manum suam porrigat. Interim verò dum nox est, inquit, & in ærũnis verser, cãticum laudis eius erit apud me, nihil mihi aliud faciendum, nisi vt canticum ei deferã, & orem vt me ab his malis ac tribulationibus liberet. Jtaq; quia Deus pius & misericors est, legat suam misericordiam, vt iustum à tribulatione liberet. Psal. 102. v. 8. dicitur Deus: *Miserator & misericors Dominus, longanimis & multum misericors*: &c. Vide alia loca, in quibus Deus hoc dulcissimo nomine decoratur.

89. *Solet Deus misericordiã afflictis legare.*

Psal. 41. v. 9

Eccles. 35. v. 26.

Misericordia Dei speciosa in tempore tribulationis.

Misericordia nuntius Dei.

Psal. 102. v. 8.

Jl-

Illustratio tertia.

90. *Deus peccata remittit in die tribulationis.*

ET *remittet in die tribulationis peccata.* Ex certa experientia, quâ homines sæpè edocentur, Deũ pronum esse ad remittenda peccata, orta est spes firma, ipsum Deum illum inuocantes non despecturum. Cur autem dicat Deum peccata remittere in die tribulationis? Quia hoc tempus sit opportunius, quam tempus prosperitatis ad remittenda delicta. Tribulatio enim ipsa solet esse peccatorum supplicium & pœna, vt ait Psaltes Psal. 9. v. 34. *Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum eius & non inuenietur.* q. d. pupillos & pauperes in te certum sibi præsidium positum putantes adiuua, contraque viribus suis præsidentẽ peccatorem, infirmum redde, & eius vires enerua, vt brachium & vires, quibus aduersus pauperem est vsus, conterantur. Quod si feceris quæretur peccatum eius & impietas & non inuenietur, quia à te per vindictã excisa, numquam erit. Hæc enim tribulatio, & punitio peccatum eius delebit. Psal. 118. v. 75. *Cognoui Domine* (inquit Dauid *quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me*, q.d. exploratum est mihi neq; de hac re ambigo, omnia iudicia tua, quibus orbem terrarum iudicas: iusta esse, neque iniquitatem vllam te decernere, itaque cùm id certum sit, illud mihi quoque fatendum est, cùm humilasti me, atque castigasti, id te ex tuo officio fecisse, & ritè atque ordine tuo te munere functum, vt tua potestas, tua æquitas exigebat in mea delicta animaduersum.

Psal. 9. v. 34

Tribulatio & punitio peccatum solet delere.

Psal. 118. v. 75.

Per tribulationes Deus ad se peccatores connertit.

Itque tribulationibus vtitur Deus ad delenda hominum peccata, quia tribulatio est telum Dei, quo Deus homines à se fugientes & abeuntes, in ruinã, ad se & ad salutem vocat. Tribulati enim hoc telo confixi, prostrati, & humiliati ponunt fastum, culpam agnoscunt, & pœnitentes poscunt à Deo veniam: qui mox supplicibus parcit, eosq; vlnis maternis amplectitur. Hoc est quod ait vates Regius. Psal. 37. v. 3. *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuã.* Ita D. August. in Psal. 21. docet Deum esse medicum, qui tribulatione quasi medicamento curat vitia nostra: *Sub medicamento*, inquit, *positus vreris, secaris, clamas, non audit medicus ad voluntatem sed ad sanitatẽ.* Vide lib. 1 de verbis Domini Sect. 18. & quod vtatur Deus tribulationibus ad delenda peccata, probat id D. Chrysostomus tom. 5. hom. 66. ad Popul. *Affligamur tribulatione, ex qua remissio nascitur.* Et Idiota lib. 2. de vera patient. tom. 10. Biblior. *Tribulatio igitur* (inquit) *est patienter sustinenda, quia mentem sanat. Tribulationes debita nostra soluunt* &c. S. Cyprianus epist. 6. *Hæc* (ait) *patimur delicto & merito nostro, sicut præmonuit diuina Censura, dicens: si dereliquerint legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustificationes meas profanauerint, & præcepta mea non obseruauerint: visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Virgas igitur & flagella sentimus, qui Deo, nec bonis, & factis placemus, nec pro peccatis satisfacimus.* Quid clariùs? Vide Job 3. v. 21. & Job. 5. v. 17. Prou. 3. v. 11. Ierem. 31. v. 18. Jon. 2. v. 8. Zach. 13. v. 9.

Psal. 37. v. 3.

D. August.

D. Chrys. *Ex tribulatione nascitur remissio.* Idiota.

D. Cyprian.

91. *Deus quia misericors est, remittit peccata.*

Dei ergò proprium esse peccata remittere, quia est patiens, & misericors, patet. Num. 14, v. 18. Vbi dicitur: *Dominus patiens, & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera.* Ad quod fortè alluxit Sirach secundùm lectionem Originalis: *patiens, & multum misericors, & remittit peccata.* Vocatur Dominus patiens in vtroque loco, *longus*, vel *latus naribus*, vel *ira* vt in Hebræo legitur, quæ prodi solet in naribus. Græcum cùm legit *patiens* apponit μακρόθυμος. id est, *longanimis*, Dei patientis & longanimis proprietas explicatur, cùm vertitur *latus naribus*, vt explicat noster Ribera, id Nach. 1. v. 3. *Dominus patiens & magnus fortitudine.* Qui enim angustis naribus sunt, fumos ex corde ascendentes citiùs cõcipiunt, & tardiùs efflant ob meatuũ angustias. Jdeò Hispano idiomate inflare eorum nares dicimus: (*se le hinchan las narizes*, aut *se le subeel humo alas narizes*) qui irascuntur præterea in ira sãguis circa cor efferuescit, & cor ipsũ supra modũ calet quo autem latiora sunt narium foramina, eò plus frigidi aëris immittitur ad cordis refrigerationẽ, & homines placidiores, minusq; ad irascendũ apti sunt. Quare cùm Deus patientiam ostentat, & iram à se repellit, vt hominum more loquamur, dicitur: *latus naribus.* Quod ait, *& multæ misericordiæ.* Chald. vertit: *multus ad faciendum bona*: non enim potest Dei misericordia esse otiosa, sed beneficijs præstandis hominibus occupatur, quia est Deus multæ misericordiæ. Et si patiens vocatur, patiens est in expectando diu ad pœnitentiã vel non inferendo pœnas, vt Abulensis exponit sed multæ misericordiæ appellatur, quia debitas pœnas relaxat etiam magnas, dimissis peccatis per patientiã suam. Demum, *Aufert iniquitates & scelera.* Ex quo sequitur non per solam nõ imputationem tolli, & manere reuera in homine, qãdo iustificatur, vt docent hæretici nostri tẽporis, sed penitus deleri,, ita vt intrinsecè, verè & propriè nulla resideat macula, sed huius loco infundatur inhærens qualitas gratiæ iustificantis, à qua quis verèquoque ac propriè denominetur iustus Tob. cap. 3. v. 13. nostram sententiam optimè confirmat. ait enim: *Benedictum est nomen tuum, Deus Patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies: & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui inuocant te.* Ex primis verbis desumpta videntur, quæ apposuit Habacuc, cùm dixit cap. 3. v. 2. *Cùm iratus fueris misericordia recordaberis.* Et alia Videtur Siracides descripsisse in sua sententia, quibus omnibus eadem explicatio reddi potest. Hoc confirmatur ex eo Ioelis 2. v. 13. *Quia benignus & misericors est; & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia*, Super quæ Hugo Victor. *Deus benignus est quia iram inimicorum vertit in mansuetudinem; misericors quia sæuitiam in pietatem: patiens, quia contemptum in compunctionem; multus misericordia, quia odium in dilectionem, præstabilis super malitia, quia barathrum desperationis. in gratiam prouehit contemplationis.* Vide Exod. 34. v. 6.

Patiens idẽ, quod latus naribus. Nahum. 1. v. 3. Ribera.

Dei misericordia non potest esse otiosa. Abulensis.

Deus auferit iniquitates. Tob. 3. v. 13. *Cùm iratus Deus, misericordiam facit.* Habac. 3. v. 2. Ioel. 2. v. 13. Hugo Victor.

Illustratio quarta.

92. *Deus protector est quærentibus se in veritate.*

ET *protector est omnibus exquirentibus se in veritate.* Vatab. *defensor.* q. d, non solùm Deus peccata remittit in tẽpore tribulationis (diligit enim peccatorem vt ait Palacius, peccata relinquentem & ideò in eius tribulatione citissimè succurrit) sed etiam in veritate & sincerè quærentibus se exhiber protectorem & defensorẽ, tutatur enim eos sua protectione & defensione. Passim occurrũt in Scriptura testimonia ad huius veritatis confirmationem aptissima. Vnum vel aliud eligamus, quo nostra sententia apprimè illustratur. Cùm vocatur Deus protector, vocatur etiam scutum, clypeus quia verbum originale Hebræum vnum & aliud

Deus protector est quærentibus se in veritate. Palacius.

Deus instar clypei protegit.

aliud significat. Et cum Deus protegit instar clypei vel scuti iustorum commoda propugnare solet, ictus inimicorum retorquendo. Hanc protectionem Dauid sæpissimè à Deo impensè postulabat, præcipuè Psal. 83. vers. 10. Cum aiebat: *Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui*, Heb. *Clypee noster, vide Deus*, cum appellat protectorem & clypeum contra inimicorum incursus, validissimum propugnatorem constituit: Quemadmodem enim olim ærea & aurea scuta deferebantur, cum bellum inferebant, vt solis radiorum repercussione hostes percussi supprimerentur, & lumen suorum oculorum læderetur, ipsique protegerentur aduersus eos. Hoc est, quod dicitur 1. Mach. 6. vers. 39. *Et vt refulsit sol in Clypeos aureos, & æreos, resplenduerunt montes ab eis*, &c. Vbi Diuus Ambrosius lib. 1. de offic. cap. 40. Hunc locum repetens ait: *Ita vt ad ortum solis per singulas bestias velut montes quidam armorum coruscì, tanquam lapidibus ardentibus refulgerent.* Et scutis coruscantibus hostium oculi offuscarentur & offenderentur.

Pf. 83. v. 10.

Repercussione lucis clypeorum hostes supprimebantur. 1. Matth. 6 v. 39. D. Ambros.

93. *Cum Deus protegit, inimici vincuntur.* Gen. 14. v. 20.

Pari modo optabat Dauid hanc similem à Deo protectionem; cum enim Dominus sit clypeus protectionis, & simul fulgentissimus sol postulat à Deo defensionem, & vt lucis suæ clarissimæ repercussione aduersariorum, qui eum persequebantur, oculi offenderentur, & victi caderent. Dictum est enim Gen. 14. vers. 10. *Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.* Pende, *quo protegente*, id est, quasi Clypei aurei repercussione lucis hostes vincerentur. Sic defendit & protegit Deus exquirentes se in veritate aduersus eos, qui illos opprimere conantur. Dæmones enim iustos persequuntur, *ad deducendos eos in puteum interitus.* Psal. 54. vers. 24. Sed irradiante Dei fauore oculi eorum læduntur, ne iustis noceant: Et à Deo, quem *exquirunt in veritate*, tanquam aureo clypeo proteguntur, & victores euadunt. Exemplum est in Abraham cum dixit Deus Genes. 15. vers. 1. *Noli timere Abraham ego protector tuus sum, & merces*, &c. q. d. ne homines extimescas, cum Deus erga te clypei & protectoris munere fungatur. Ego, inquit, clypeus ero aduersus hostes tuos, sagittas, & tela eorum nec non iniurias erga te, accipiam & propulsabo. In hoc sensu aiebat vates regius Psal. 5. vers. 13. *Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Vbi Diuus Hieronymus: *Apud sæculum aliud est scutum, aliud corona. Apud Deum vero ipse est scutum, ipse est corona, quasi scutum protegit, quasi Deus coronat. Dicit ergo: Protexisti nos Domine scuto tuo, & protectio tua corona fuit, hoc est, corona nostra scutum tuum fuit, id est, nostra victoria.*

Pf. 54. v. 24.

Deus Clypeus iustorũ. Gen. 15. v. 1.

Psal. 5. v. 13.

D. Hieron.

Hic etiam protector idem est quod asylum, sicut enim asylum erat locus inuiolabilis, & consecrationis lege tutus à direptione, ad quem confugientes, sine summo piaculo auelli non poterant, sic Deus asylum est, ad quod vt locum à direptione tutum iusti confugiunt, & peccatores se recipiunt vt protegantur, & auelli numquam possint, nos dicimus: *Retraerse a sagrado*, se conferre ad penetrale sacrum. Hanc protectionem Dauid pollicebatur, cum loquebatur ad Dominum Psal. 30. vers. 21. *Abscondes eos, in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum: Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Certam habent spem protectionis suæ, qui Deum exquirunt in veritate, est enim Deus protector omnium sperantium in se, asylum & penetrale sacrum omnium hominum in sinu suo constituit, vbi tutum habeant locum à direptione & offensione alienum, q. d. in interiori cubiculo, & conclaui tuæ personæ & maiestatis abscondes, id est, proteges eos, defendes, seruabis. Genebrardus ait Psaltem hac vsum, metaphora, vt Rex qui eos, quos securissimos esse cupit in suum penetrale, & tabernaculum recipit, vt non solum eos regis parietes, sed etiam oculi custodiant. Sic etiam protector est omnium exquirentium eum, & confugientium tanquam ad asylum vt protegantur. Sicut etiam ipse Dauid dicebat Psal. 30. vers. 2. *Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.* q.d. non mihi alium protectorem, & adiutorem opto, nisi te, non aliam arcem & editum tumulum cupio, quo fugiens me ab hostibus eripiam, tu mihi protector esto, tu pro arce tutissima, &c.

Pf. 30. v. 21.

Deus protector omnium sperantium in se.

Psal. 30. v. 2

Protector idẽ quod asylum

Tandem illud in *veritate*, idem est, quod verè, sincerè & firmiter, non fictè, non timidè & vacillanter. Sic ait Isaias de ijs, qui residui fuerunt ex clade Samariæ atque Judeæ, & viderunt stragem, Senecharib cap. 10. vers. 20. *Sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate*, id est, non in eo, qui eos percussit & vastauit, sed in Deo spem suam collocabunt, *in veritate*, id est, sincerè, non fictè. Noster Sanchez inquit: nam ille (reliquiæ Israel) verè Deum colent, non sicut alij ex eadem gente, qui dubio gradu vacillantes, modò ad veri Dei, modo ad inanium deorum cultum ferebantur. Sic ait Sirach: *Deus protector est, omnibus exquirentibus se in veritate.* Est enim, inquit Palacius natura bonus, vt non se contineat, quin in necessitate opes effundat suas.

94. *In veritate, quid.*

Isa. 10. v. 20.

VERS. XIV.

Væ duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs.

Sensus.

95. VAE *duplici corde*, &c. Quasi diceret æternum supplicium à Deo constitutum est in eos, qui duplici sunt corde, & timido, non Deo adhærentes toto corde sed cum hæsitatione partim ad Deum respiciendo, partim humanam opem implorando, inconstantes se exhibentes, tam in tribulatione, quam in prosperitate. Et in eos, qui verba diffiden-

tia & desperatione plena loquuntur, iam Dei inuocantes auxilium, iam diaboli, cum hæsitatione & trepidatione. Et in illos, qui manus dissolutas, remissas, & malefacientes habent, diffidentes in aduersitatibus & tentationibus, cessantes ab operibus bonis, & ad mala se conuertentes. Tandem pœna à Deo constituta est, aduersus eos, qui duabus vijs ingrediuntur, duobus Dominis seruire, & placere studentes, vel qui faciunt mala, & sperant bona, vel qui carnis sectantur opera, & spiritus sanctificationem, se arbitrantur perficere in timore, vel tandem quod Dei est opere exhibent, & quod mundi est, cogitatione quærunt. Tales verò inconstantes sunt in omnibus vijs suis, quia facilè in aduersis terrentur, & prosperis lætantur, &c.

Notæ.

Vae duplici corde. In Græco est. αι καρδίαις δειλαις, *væ cordibus timidis*, vulgatùs inuenit ἀνάλαις, pro δειλαις, & ita transtulit: *Væ duplici corde*, sed mox dicemus quid sit duplex corde. δειλὸς est timidus, ignauus, miser, debilis, infirmus, improbus, id est, væ cordibus timidis, ignauis, infirmis, improbis, qui in operibus suis inconstantes sunt, non adhærentes Deo toto corde, sed facile deuiant à bono, & ad malum se conuertunt. Vel væ his, qui pleni diffidentia Dei, & metu carnis, nihil audent aut volunt suscipere, quod ad cultum, honoremque Dei pertineat. Vt posteà probabimus. *Et labijs scelestis.* Hæc pars deest in Græco. *Et manibus malefacientibus*, in Græco est. καὶ χερσὶν παρειμενοις, *& manibus dissolutis*, seu remissis, vt transtulit vulgatus Heb.12. vers.12. *Propter quod remissas manus* (pares menais) *& soluta genua erigite.* Alludens ad Isa.35. vers. 3. *Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.* Tandem: *Et peccatori terram ingredienti duabus vijs.* Prou.28. vers. 18. dicitur: *Qui ambulat simpliciter saluus erit: Qui peruersis graditur vijs concidet semel*, id est, qui ingreditur duabus vijs.

Heb.12. v.12
Isa.35. v.3
Prou.28. v.18

Explicatio sententiæ.

96. *Corde duplici, idem quod timido.*

VT genuinum sensum, quem proposuimus, quisq; intelligat, operæ pretium duxi phrases verborum extricare 1. *duplici corde*, idem est, ac *cordibus timidis*. Illi autem, qui sunt duplici corde, vel corde timido. Sunt qui non toto corde & firmiter Deo adhærent, sed cum hæsitatione & trepidatione, & sine firma fide postulat aliquid à Deo, quia partim ad Deum respiciunt, partim ad humana præsidia; Deo fidentes quamdiu nihil mali ingruit, Deo diffidentes cum mala incidunt. Sicut dixit Christus Dominus, cum parabolam seminantis declarauit, Luc.8. vers.13. *Nam qui supra Petram, qui ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.* Hi bona faciunt proposita, sed occurrente tentatione illicò ad sua vitia relabuntur, quia cor non mutant, nec seriò & ex toto corde se ad Deum conuertunt. Sic ait Diuus Gregorius lib.7. Moral. cap.12. Ad illud Iob: *Inuoluere sunt semite*, &c. *Esse quippe humiles, sed tamen sine despectu esse contenti proprijs, sed sine necessitate, esse casti, sed sine macerationecorporis esse patientes, sed sine contumelijs volunt: Cumque adipisci virtutes quærunt, sed labores virtutem fugiunt, quid aliud quam exhibere belli certaminæ in campo nesciunt, & triumphare in vrbibus de bello concupiscunt.*

Luc.8.v.13 *Quid sit supra Petram seminare.*

D. Gregor. Iob 6.v.18

Rursus, *labia scelesta* appellat, quæ verba diffidentiæ proferunt, nam sicut cordis duplicitas, indicat hæsitationem, & trepidationem, sicut diximus; sic labia scelesta sunt verba hæsitatione, & trepidatione plena, partim vocando Deum, & partim diabolum, vt loquitur homo cum in desperationem cadit. Porrò, *manus malefacientes*, seu vt Græca habent, *Manus dissolutas*, vel remissas, quod idem est, vocat manus hominum diffidentium Deo in aduersitatibus, & tentationibus, quia talibus non libet quæ virtutis sunt fortiter prosequi, sed mox à benefaciendo cessant, & ad malum agendum plerumque conuertuntur. Vnde non male vertit vulgatus: *Manibus malefacientibus*, quod intelligendum est de manibus, ex diffidentia ad malum inclinatis.

Labia scelesta quid.

Manus malefacientes, id est remiss.

Tandem *peccatorem ingredientem duabus vijs*, vel *semitis* vocat eum, qui duobus Dominis seruire studet, & non rectè & constanter cum Deo ambulat. Insuper illud, *væ* est particula dolentis & minitantis supplicium. In Græco est οὐαὶ, & in Hebræo הוי *hoi*, quæ vox est commiserantis & deplorantis alienam miseriam & calamitatem, *væ* significat etiam minas, decretum, & sententiam tum vastationis temporalis, tum æternæ damnationis. Sic ait Diuus Gregorius hom.9. in Ezechiel. *Væ autem in Scriptura sacra sæpius de æterno luctu, quam præsenti solet intelligi, & est expressa damnatio reproborum*, Isa.1. vers.4. *Væ genti peccatrici*, &c. Et cap.3. vers.9. *Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala: Væ impio in malum: Retributio enim manuum eius fiet ei*, id est, supplicio æterno asciscetur. Sic Ecclesiasticus supplicium æternum minatur, ijs, qui sunt duplici corde, cum ait: *Væ duplici corde qui enim* (inquit Glossa) *praua cogitat & loquitur, & prauis insistit operibus, nisi pœnituerit in æternum peribit*, &c. Sic etiam Holcot, & addit & significat quod illi qui ab eo diuiduntur, & doloribus affliguntur, nisi fidelius & constantius reconcilientur Deo, habebunt maledictionem æternam.

Ingredi duobus vijs quid.

D.Greg.

Isa.1.v.4.& 3.v.9

Illustratio prima.

Vae duplici corde. Ita hoc loco tota vitæ ratio ex timido animo instituta condemnatur, quemadmodum puritas cordis, & manuum innocentia in Scriptura sæpe commendatur. Sed hic de sancta animi fiducia, atque strenua manuum opera sub qua omnia vitæ officia & opera intelliguntur, auctor loquitur. Sic Rabanus: Superius admonuit, nequis duplici corde accederet ad Dominum: Nunc autem dicit væ esse, &c. Quia qui praua cogitat, & peruersa loquitur, atque iniquis insistit operibus, nisi pœnitentia interuenerit, væ illi perpetuum remanebit. Diuus Augustinus tract.7. in Ioan. vult duplici corde hominem esse, qui partem sui facit Deo partem diabolo. Palacius inquit: Igitur cor & cor, seu duplex cor, designat cor deceptorium, quod cum aliud sentiat, esse verum, aliud vult dicere vt decipiat. Vide quod

97. *Duplex cor de quo comparatur cum hypocrita.* Rabanus.

D. Augustin.

Palacius.

Pineda

Lyra

Oseæ 7. v.16.

Quis dicat. 1. V arcus dolosus.

Hypocrita imitatur arcus dolosi.

Prou.20. v.10.

D. Bernard.

Oseæ 12. v.7.

Pineda quod de hoc diximus cap.1. numero 188. Pineda Iob 2. vers.10. Explicat de ijs, qui ærumnarum impatientes sunt, hi enim duplici corde sunt. Lyra duplices corde vocat cæcutientes Dei timore, qui prætendunt bonum exterius, & malum habent interius, quod proprium est hypocritarum, qui exterius simulant virtutem, cum interius pleni sint iniquitate. Hi similes sunt arcui doloso, cui Oseas comparauit populum Israeliticum cap.7. vers.16. *Facti sunt quasi arcus dolosus*, quia iacula, quæ aduersus hostes ego porrexeram, illa eadem ipsi contra me perfidiosè conuerterunt, est autem arcus dolosus, qui aliò emittit sagittam, quam quò fuerat à sagittario destinata, quando illum fecit, in cuius fauorem torquebatur. Quomodo si iaculum, quod vibratur in hostem, amicum transfigat, aut quod perit feram, filium parentemque conficiat. Quid proprius dici poterat ad manifestandam, hypocritarum conditionem & proprietatem? Videntur sagittas operum suorum in Deum, omniumque bonorum scopum & signum dirigere & aliò sagitta petit. Sicut enim instar arcus dolosi, qui in vnam partem sagittam petere videtur, cum tamen in aliam de facto eam mittat. Hanc autem cordis duplicitatem expressit Salomon, cum ait Prou.20. vers.10. *Pondus & pondus, mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum.* Id est, duplicia pondera, duplices mensuræ. Super quem locum Diuus Bernardus Serm. 42. in Cant. *Quid enim*, inquit, *tu te deprecaris* (viliorem te efficis) *in secreto apud te ipsum veritatis trutina ponderatus, & foris vlterius pretij mentiens, maiori te pondere vendis nobis, quam ab ipsa accepisti? Time Deum, & noli hanc rem pessimam facere. Vt quem humiliat veritas, extollat voluntas: Hoc enim est resistere veritati: Hoc repugnare contra Deum.* Huc pertinet id Oseæ 12. vers.7. *Chananæa in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.* Chald.. *Ne stitis sicut mercatores, in quorum manibus sunt bilances dolosæ rapinæ studentes.* Impij & iniusti mercatores vocantur Chananæi, quorum vnicum est studium decipere, & quæstu iniusto ditescere, ideoque bilances habent fallaces. Tandem Psal.35. vers.3. ait Psaltes: *Quoniam dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium* Hesychius explicat sic hunc locum: *Dolosè egit impius in conspectu eius, id est, Domini, hoc est, fictam speciem pietatis ostendit, & coram Domino simulatè ambulauit, ne eius iniquitas deprehendi ab hominibus posset, eamque ob rem illis esset odio.* Vide Gen. 34.v.13.2. Regum 3.v.27.

Psal.35.v.3. *Quid, dolosè agere in conspectu Dei.*

98. *Qui corde timido est, inconstans est omnibus vijs suis.* Iac.1.v.8.

In Originalibus legitur: *Væ cordibus timidis*, id est, ignauis, infirmis, improbis, qui in operibus suis inconstantes sunt, non adhærentes Deo, vt diximus, toto corde, sed facile deuiant à bono, & ad malum se conuertunt. De his loquitur Iacobus Epist. Can. cap.1. vers.8. cum ait: *Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis.* Hic duplex animo seu corde est, qui duplici corde hæsitat. Quod genua in proces flectat, & mordente conscientia de impetratione diffidat, quique ex parte Deo adhærere videatur, cum reuera prauis cupiditatibus nondum remiserit nuntium. Hic etiam timidus & infirmus, nec non improbus nominandus est. Hic est, qui timens ærumnas non à Deo solum, sed ab hominibus etiam auxilium petit, neque vna in Deum fiducia, sed multiplicibus suarum miseriarum cogitationibus disturbatur. Sic dicitur Luc.24. vers.38. *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?* Talis erat Rex Ochozias 4. Reg. 1. qui relicto Deo, cum ægrotauit, consulere fecit Deum Accaron Beelzebub, cui vt improbo, timiditate & diffidentia pleno mortem Eliàs prænuntiauit. De his hominibus inconstantibus, timidis, & improbis, qui facile deflectunt à via recta, maximè cum tentationibus obruuntur, loquitur Christus Dominus, cum parabolam seminantis prædicauit Luc.8. vers.6. Inter alia semina: *Aliud cecidit supra Petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.* Quod explicans ipse diuinus prædicator, ait; *Nam qui supra Petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Hi proprie dicuntur inconstantes & timidi: Timent enim cum tentatio ingruit. Et quia virtus non est defixa radicibus, à quauis ventorum violentia labefactatur, sicut arbor, quæ radices non agit, facile à ventis euellitur. Sic virtus cum radices non emittit, in tempore tentationis deficit & inconstantiam patitur. De qua agens Salomon sap.4. vers.13. *Et inconstantia* (ait) *concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia.* Quasi diceret perpetua circumuersio, aut vagatio concupiscentiæ, quæ semper alia & alia concupiscit vaga & effrænata, numquam vni rei inhærens: Nam *in circuitu impij ambulant.* Psal.11. vers.9. Vt suo desiderio, & concupiscentiæ satisfaciant. Quia vt ait Diuus Bernardus, in declamat. 1. ad id: *Ecce nos reliquimus omnia, limosa siquidem & glutinosa nimis non modo exterior verum etiam interior substantia nostra videtur, & facilè cor humanum omnibus, quò frequentat adhæret.* Hæc inquam substantia seu concupiscentia glutinosa, inquit sapiens. *Transuertit sensum sine malitia.* Id est, mentem sinceram, malitia expertem peruertit, quasi metallum effodit ac eruit. Sic enim motus animi leues, & intemperantes mentem tentant & agitant, vt ex ea simplicitatem innatam & puritatem insitam eruant, planeque peruertant.

Ochozias timidus & improbus.

Luc.8. v.6.

Inconstantes & timidi qui dicuntur

Sap.4.v.12.

Psal.11. v.9.

D.Bernard.

Concupiscentia glutinosa transuertit sensum.

Ergo ait Sirach: *Væ duplici*, corde timido, incredulo, inconstante, & improbo: Euenient enim ei supplicium, quod prænuntiat Diuus Ioannes Apocal. 21. vers. 8. *Timidis autem & incredulis, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.* Idem verbum. δειλὸις, est, quo vtitur Diuus Joannes, & Ecclesiasticus, quod significat *timidum*, vt diximus, & vulgatus transtulit *duplici*. Commentatur enim hunc locum noster Alcasar: Voce *timidis* respondet in Græco, δειλὸις, id est, ignauis, socordes enim & ignaui, non solum ea præmia amittunt, quæ strenui ac fortes reportant: Sed etiam inferorum pœnas incurrunt. Timidi ergo in præsenti dicuntur, ij, qui labori, ac difficultati, quam se cum affert virtus, miserè succumbunt, & virtuti ipsi terga ignominiosè vertunt: *Pars* ergo istorum *in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.* Vt Sirach minitatur, dicendo *væ*.

Iis qui corde timido sunt supplicium euenient. Apoc.21. v.8.

Timidus, quid. Alcasar.

Secunda illustratio.

99. *Labia scelesta, sunt verba diffidentiâ plena.*

Et labijs scelestis. Iam diximus hanc partem in Græco desiderari, & diximus etiam, hęc significare verba prolata diffidentiâ plena, & trepidationem seu hæsitationem indicantia: Labia plena impatientiæ & iracundiæ verbis, insolescentia aduersus Deum auctorem suarum calamitatum. Vt cum Deus nunc inuocatur, nunc diabolus, &c. Hoc potest probari ex eo, quod narratur de Saule 1. Regum 28. vers. 6. 7. Cum ergo vidisset Saul. *Castra Philistinorum, timuit, & expauit cor eius nimis. Consuluitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per Prophetas. Dixitque Saul seruis suis, quærite mihi mulierem habentem Pythonem* (nos hanc vocamus *Hechizera*, id est, venefica per quam diabolus loquitur & operatur) *& vadam ad eam, & sciscitabor per illam*, &c. Verba igitur, quæ locutus est Saul præcipiens, vt primò Dominus, & deinde diabolus consuleretur, à labijs scelestis processere. Hinc est, quod Dominus ei nihil respondit, erat enim plenus diffidentia, & facile deuiabat à Deo, vt dæmonem consuleret, qui enim sic labijs scelestis loquebatur dignus erat, vt à Deo contemneretur, & ei eueniret malum pœnæ ab Ecclesiastico pronuntiatum per illam particulam indignatione & comminatione plenam, *vę*, scilicet.

1. Reg. 28. v. 6. 7.

100. *Labia scelesta quæ.* Hugo. Dionys.

Hugo *scelesta labia* vocat detractiones, Dionysius labia vitijs deprauata, nec vitant linguæ peccata, vt sunt iuramenta, periuria, detractiones, susurrationes, maledictiones, & discordiæ seminationes, quæ omnia scelerata verba Deum lacessunt ad vltionem eorum, vt minatur Sirach. Tandem Palacius, ergo labia, inquit, scelesta sunt, & quæ sacrilegia & blasphemias proferunt, & quæ ita se gerunt, ac si sua essent, & Domino carerent. citauerat locum Psal. 11. vers. 5. *Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam, qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt. Qui noster Dominus est?* Et finem imposuit dicens: Cum autem lingua ad Dei laudes cõcinnendas potissimum instituta sit, quam horrebit Deus eam, quæ pro laudibus venena blasphemiæ vomit, &c.

Palacius. Psal. 11. v. 5.

Et manibus malefacientibus, iam diximus eas esse manus remissas & dissolutas, quæ sunt propriæ hominum diffidentium Deo in aduersitatibus & tentationibus, & ad malum inclinantium ex diffidentia. Manus nihil boni operantes, collapsas, remissas, à Dei cultu & Religione in aduersitatibus cessantes. Sic dixit Baruch cap. 1. vers. 17. *Peccauimus ante, Dominum Deum nostrum, & non credidimus diffidentes in eum, & non fuimus subiectibiles illi, & non audiuimus, vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis.* Illud, *non credidimus diffidentes*, est. q.d. non credidimus posse nos liberari à Chaldæis, vnde relicto Deo confugimus ad opem Ægyptiorum, ideoque deseruit nos Deus, tradiditque Chaldæis. Ecce quomodo diffidentes qui habebant manus remissas ad faciendum bonum, & malefacientes ad operandum malum, confugiendo ad humanum Ægyptiorum præsidium ex diffidentia, ideoque deseruit nos Deus tradendo nos Chaldæis. *Vę, ergo manibus malefacientibus*, dissolutis & remissis diffidentiæ causa, quia tandem meritas pœnas luent, vt minatur Apostolus Ephes. 5. vers. 6. *Nemò*, inquit, *vos seducat inanibus verbis: Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ: Nolite ergo effici participes eorum.* Hugo & Dionysius explicant hanc partem de operibus malis, quia per manus in sacra Scriptura opera significantur, &c.

Manus dissolutæ sunt propriæ diffidentium. Baruch 1. v. 17.

Eph. 5. v. 6. Hugo Dionys.

Illustratio tertia.

101. *Quis dicatur peccator ingrediens duabus vijs.*

Et peccatori terram ingredienti duabus vijs. In hoc loco homo varius, inconstans, ac in Deum perfidiosus condemnatur. *Terram* non est in Original, additum vero est explicationis gratia. Hoc hemistichium adagium est & eleganter explicatur à nostro eruditissimo Delrio tomo 2. adagio. ideo non multum nobis in eius explanatione immorandum, aliqua nihilominus offeramus. Holcot: Terram, inquit, ingreditur duabus vijs, qui facit mala & sperat bona. Vel quia carnis sectatur opera & Spiritus sanctificationem, & arbitratur proficere in amore Dei, vel quod Dei est exhibet, & quod mundi est in cogitatione quærit, sic etiam Rabanus, Jansenius rectè explicuit dicens: Peccatorem ingredientem duabus vijs, esse, qui duobus Dominis seruire studet, quique, vt ait Elias 3. Regum 18. vers. 21. *Claudicat in duas partes* nec rectè & constanter cum Deo ambulat. Probat ex eo Hebræ. 12. vers. 13. *Gressus rectos facite pedibus vestris, & non claudicans quis erret.* Gressus rectos opponit Apostolus claudicationi, qui enim claudicat, non rectè graditur, sed nunc in hãc nunc in illam partem se inclinat, facileque à semita recta deflectit. Sic qui graditur per viam rectã mãdatorum Dei, non debet ab ea recedere, nunc seruiendo Deo, nunc diabolo, sed rectè incedendo semper bene operando, *& non claudicans quis erret*, non solum deflectens à via recta in viam prauam: Sed vnusquisque caueat, ne per angustam viam diuinæ legis claudicet, & in æternum præcipitium se collidat. Qui sic claudicant dicuntur Hispanicè. *Andar de pie quebrado.* Hoc increpans Elias adhortabatur populum, cum dicebat 3. Regum 18. vers. 21. *Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum*, q. d. Si vobis notum est Deum Israel Dominum esse verum, quia creator est & Dominus omnium, sequimini eum, non deflectentes à via mandatorum suorum, nec claudicantes in fide, idola venerantes; si autem censetis Baal Dominum esse, sequimini illum, sic enim peribitis. De his dixit Dauid Psal. 17. vers. 46. *Filij alieni mentiti sunt mihi*: Filij alieni inueterati sunt, *& claudicauerunt à semitis suis.* Nõ tenuerunt viam rectã, nam claudicare est non eamdem viam, neque eumdem ordinem incedendi tenere. Sic dixit S. Paterius super hunc Psalmum. *Israeliticus populus idcirco claudus nominatur, quia sanum gressum in operatione non habuit, quippe quia vtroque pede, vti noluit, dum vnum testamentum recipit, aliud spernit.* Ex D. Gregorio magno hoc excerpsit. In hoc etiam sensu dixit Jacobus cap. 1. vers. 8. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis*, secundum intelligentiam nostri Iustiniani, & citat D. Athanasium Epist. de Nycena Synodo.

Holcot. Iansenius. Rabanus. 3. Reg. 18. v. 21. Hebræ. 12. v. 13. *Gressus recti opponuntur claudicationi.* *Claudicare quid.* Psal. 17. v. 46. *Qui non tenent viam rectam.* S. Paterius. D. Gregor. Iac. 1. v. 8.

Confirmat nostram sententiam Christus Dominus Matt. 6. vers. 24. aiens: *Nemo potest duobus Dominis seruire*, &c. Vbi D. Augustinus tomo 4. in quæst. vet. & noui Testamenti, quæst. 92. *Qui pacem*,

102. Matth. 6. v. 24. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* D. Augustin.

cem, inquit, *suscipit Saluatoris inimicitiam contrahit mundi. Nisi enim discordauerit cum diabolo, pacem non habebit cum Christo. Nemo enim potest duobus Dominis seruire. Hic enim à mundo discordat, qui legem Dei fideliter seruat, Christi pace munitus, omnium aduersariorum comprimit tela.* Et tom. 5. lib. soliloq. c. 22. Hæc confirmat cum dulciter prorumpit. *Tu consolatio sempiterna, qui solis illis te tribuis, qui consolationem huius mundi pro tua perpetua consolatione contemnunt. Nam qui hic consolantur indigni tua consolatione habentur. Sed qui hic cruciantur à te consolantur; qui participant passionibus, participant & consolationibus. Nemo enim potest in vtroque sæculo consolari, nec potest quis hic & in futuro gaudere: Sed vnum necesse est vt perdat, qui alterum voluerit possidere*, &c.

Nemo potest in vtroque sæculo consolari.

Rursus cor humanum, quod Deus sibi appetit non diuisum sed integrum ei tradendum est: tunc enim agnoscitur esse Dei cum integrum offertur. Hoc adumbrat iudicium Salomonis in lite duarum mulierum, quæ inter se concertabant de possidendo filio, qui viuus remanserat. Cum ergo vnaquæque coram Rege rationem suæ petitionis reddidisset, volens Rex sententiam pronuntiare, præcepit afferri gladium, & filium viuentem diuidere. 3. Reg. 3. v. 25. *Dixit autem mulier, cuius filius erat viuus ad regem (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) obsecro Domine, date illi infantem viuum & nolite interficere eum. Respondit Rex: Date huic infantem viuum*, &c. Altera mulier, cuius non erat filius diuidi volebat. Sic mundus, cuius cor humanum non est, diuisionem postulat, vt pars eius seruiat Deo, & alia pars mundo placeat: *Nec mihi, nec tibi sed diuidatur.* At Deus, quia verus parens est, nõ assentit, commouentur enim eius viscera, sicque integrum cor seruari cupit, quia solum cum cor integrum manet, Dei est. Hoc est, quod Elias dicebat: *Si Dominus est Deus, sequimini eum*, &c. Hinc ediscat cor humanum bona mundi despicere, quia nullo modo satiant. D. Augustinus explicans id Psal. 106. *Et animam esurientem satiauit bonis*, inquit: *Satiabor, modo non saltor, ad quodcumque me conuertero, vilescit mihi adeptum quamuis accenderit desideratum. Cum omnia quæ non habeo, amo; cum habuero contemno: Quod bonum me satiabit? non impletur anima mea non perfruitur. Quando satiabitur desiderium meum in bonis? Coheres Christi quid gaudes? Quia scius es pecori? Erige spem tuam ad bonum bonorum omnium. Ergo illud bonum tuum Deus est*, &c.

Deo tradendum est cor integrum, non diuisum. 3. Reg. 3. v. 25. *Mundus diuisionem postulat.* D. Augustin. *Bona mundi despicienda quia cor humanum non satiant.*

103. *Cor integrũ vult Deus.* 1. Reg. 5. v. 2.

Itaque Deus nitegrum cor, non diuisum vult, & indiuisum ei tradendum est, eius enim diuisionem execratur, & punit 1. Regum 5. vers. 2. *Tulerunt Philistiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo Azotij alterâ die, ecce Dagon iacebat pronus in terrâ ante arcam Domini*: Hoc accidit, quia non licet statuere in templo cordis nostri Dagon, sed solum arcam Dei, non enim ineunt amicitiam & societatem Deus & mundus; Iosue Deus amandus est, vt Psal. dixit cap. 28. vers. 20: *Coangustatum est enim stratum* (cordis) *ita vt aliter decidat* (Dagon scilicet) *& pallium breue, vtrumque operire non potest. Quæ est enim* (inquit Palæius 2. Cor. 6. v. 14.) *participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial?* Qua propter in veteri lege non licebat, terram duplici semine seminare Leuit. 19. vers. 19. Nec vestem, quæ ex duobus texta est induere, & tandem non licebat arare asino & boue, Deut. 22. vers. 10. Sic etiam minimè placet, Deo *terram ingredienti duabus vijs.* Hunc punire pollicetur Dominus morte æterna, vt ostendat Ecclesiasticus in illa particula *væ*. Væ illi qui graditur per duas semitas per viam mandatorum Dei, & simul ambulans per viam aut semitam vitiorum, studens duobus Dominis seruire, cum Deum solum vt ducem sectari debeamus. Vt dixit Moyses Deut. 32. v. 12. *Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus.* Væ illi, quia tandem æternis supplicijs, scelus diuisionis vehementer vindicabitur. Eueniet ei, quod de populo Israel dixit Oseas cap. 10. vers. 2. *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.* Morte æternum duratura. Diuisum est enim cor eorũ in se ipsis dum partem eius Deo, partem idolis dare volunt. Cupiunt enim tam Deum, quam idolum colere, vt patet 4. Regum 17. vers. 33. *Nunc interibunt.* quasi dicetur idcirco iamiam excindentur & desolabuntur. Vt LXX. Diuisio enim & schisma est causa ruinæ & interitus; *Omnè enim Regnum in se diuisum desolabitur*, dixit Christus Lucæ 11. vers. 17. Insigne delictum & enorme flagitium est hæc cordis diuisio à Deo & proximis, imò à se ipsis: ergo Diuus Gregorius tomo primò lib. 3. in 1. Regum cap. 6. Ad id, *& itinere vno gradiebantur*, inquit, *vno quippe itinere graditur, qui virtutem, quam pratendit in bono opere, in recta seruat intentione. Quo contra de vno quoque reprobo dicitur: væ peccatori ingredienti terram duabus vijs. Duabus quippe vijs peccator terram ingreditur, cum Dei videtur esse quod agit, sed ex omni quod Religiosum foris exhibet, intus sæculi intentionem tenet.* Idem repetit lib. 1. Moral. cap. 11. ad id Job 1. *Simplex, & rectus*, &c. Insuper ingredi duabus vijs ad formidinem inconstantis animi & nutantis in tribulatione pertinet, fugientisque vim ærumnarum vt Deut. 28. vers. 25. *Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos: Per vnam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias.* Et Paulus Galat. 1. vers. 14. dixit; *Sed cùm vidissent, quod non recte ambularent ad veritatem Euangelij*, &c. Nam simul iudaizabant, & volebant Euangelium Christi amplecti. Itaque homo duplex ac varius hic dicetur duabus ingredi vijs. Ciceroni à Liberio oblectum est quod duabus sellis sederet, quod nulli fidens nunc harum, nunc illarum partium haberetur. Tandem Palacius explicat, ergo si vnica via in cælum contendimus, bene nobis est, hæc est via Euangelij, via fidei, via iustitiæ, sed si partim Deo, partim idolis seruimus vt olim fecêre Samaritani 4. Regum 17. terram ingredimur duabus vijs. Transferri etiam hoc potest ad eum, qui recte credit, male vero agit. Et is enim terram ingreditur duplici via, &c.

2. Cor. 6. v. 14. *Non est societas Christi ad Belial.* Deut 31. v. 12. *Dominus solus dux eius fuit.* Osæ. 10. v. 2 *Diuisum cor affert mortẽ.* 4. Reg. 17. v. 33. Lnc. 11. v. 17 D. Gregor. *Vno itinere gradi quid.* *Ingredi duabus vijs quid.* Deut. 28. v. 25. Galat. 2. v. 14. Palacius.

VERS.

VERS. XV.

Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo, & ideò non protegentur ab eo.

Senſus.

105. VAe diſſolutis, &c. q. d. Væ illis, qui tepidè, & remiſſè Deo adhærent, non coniungentes ſe ei forti & firma fide, quia ipſe Deus deſeret, eos, non protegens illos, &c. Vel væ illis, qui diſrumpentes vincula fidei, ſpei, & charitatis, quibus animæ Deo colligantur, ſoluunt præcipuè vincula fidei Deo non credentes, nam hi ſunt, qui à Deo non proteguntur. Videmus enim aliquos ſiue hæreticos, ſiue ſceleroſos Chriſtianos adeò grauiſſimis erroribus obcæcari & grauiſſimis ſceleribus maculari, vt ſtatim iudicemus eos à Domino derelictos, vt derelicti à Deo erant Samaritani, qui ętate noſtri auctoris erant flagitioſiſſimi, &c. Eccleſ. 50. vt explicat Palacius.

Notæ.

VVlgatus legit in Plurali hanc ſententiam, cum in Originali legatur per ſingulare, & in eo deſit τῷ Deo, pro diſſolutis eſt in Græco: καὶ καρδίᾳ παρειμένῃ. Quod eſt *væ corde remiſſo* & debilitato. Verbum παρειμένῃ in præcedenti ſententia tranſtulit vulgatus, *male facientibus*, & nunc vertit *diſſolutis*, & ſicut diximus ſignificare remiſſas, hic idem repetimus. Rabanus ſic explicat hunc locum: Adhuc docet errorem cauere, virtutem amare. Oportet enim ſinceram fidem ſeruare, & conſtantiam mentis habere, ſi quis deſiderat Dei protectionem, qui enim fide dubitat, ſpe vacillat, non peruenit ad coronam vitæ, quæ tantum verè timentibus promittitur, qui ſe fructum offerunt in patientia. Qui autem in iudicio ſcilicet per apoſtaſiam, vel hæreſim à fide diſcedunt & prauis operibus inſiſtunt, perpetuò cruciabuntur. Vnde his, qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio &c. Lyra vocat *diſſolutum corde*, cuius cor eſt ſolutum & ſeparatum per infidelitatem à Deo, Dionyſius, de laſciuis & vagis & intimoratis. Hugo de his, qui nec fidei regula, nec anchora ſpei, nec charitatis vinculo, nec timoris claua, à peccatis retrahuntur. Sâ de non collectis à Deo.

Rabanus. Lyra. Dionyſ. Hugo. Sâ.

Illuſtratio prima.

106. VAe diſſolutis corde: ij dicuntur corde diſſoluti vel remiſſi, qui tepidè & remiſſè Deo adhærent, non forti & firma fide coniuncti ei, & ideò ab eo deficientes non proteguntur à Deo. Hos æternæ damnationis minis Eccleſiaſticus inſequitur in ea particula *væ*. Quam iam oſtendimus comminationem æternæ damnationis ſignificare. Quod Chriſtus Dominus per Ioan: Apocal. 3. verſ. 16. Declarauit cum dixit: *Sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo*, id eſt, quia

Qui dicantur corde diſſolui & remiſſi.

Apocal. 3. v. 16.

Tepidè & remiſſè Deo adhæres, incipiam iſtum teporem, vel languorem animi punire, euomam te, id eſt, ſupplicio æternæ damnationis te plectam. Quod ſupplicium ſignificatur in particula comminatiua *væ*. Quare ait Sirach, *væ diſſolutis corde*, id eſt, qui tantum abeſt, vt Deo firmiter adhæreant, vt non credant eius promiſſis, qui cum fiduciam à ſe eius protectionis & fauoris abijciant, non ſolum non proteguntur à Deo, ſed potius ſupplicio æternæ vomitionis ex ore Dei plectentur.

Qui à Deo non protegendi.

Cum in verſu 13. præcedenti dixiſſet Eccleſiaſticus, Deum eſſe exquirentium ſe protectorem, nunc oſtendit quales non protegendos à Deo, ſcilicet *diſſolutos corde* & eos, qui ei *non credunt*, id eſt, nullam habent fiduciam. Hi enim vt legit Tygurina, *defenſore carebunt*, q. d. eorum. Deus obliuiſcetur, de memoria funditus euertet, extinguet, delebit. Quis ita tepidè & remiſſè Deo adhæſit, nolens ei coniungere firma & forti fide, ſicut gens Iſraelitica? Legatur totum caput 32. Deuteronomij, & nota fiet protectio Dei erga populum Iſrael, & infidelitas eorum, qui Deum ad iram, & vomitum prouocauêre, verſus 11. dixerat. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.* Ecce protectionem & defenſionem factam à Deo populo ſuo, ſed mox cordis diſſolutio, tepor, languor animi & infidelitas manifeſtantur, cum ait verſus 20. *Generatio enim peruerſa eſt* (q. d. corde diſſoluti ſunt tepidè & remiſſè Deo adhærentes) *ipſi me prouocauerunt in eo quod non erat Deus* (manifeſtando infidelitatem ſuam & cordis diſſolutionem) *& ego prouocabo eos, in eo quod non eſt populus.* [Eos deſerendo, & nullo modo protegendo] *& in gente ſtulta irritabo illos.* q. d. *los dexare para necios.* Agellius explicat; Ideò illis opem impertire non ſuſtinebo, quia generatio peruerſa eſt, & mobilis, & inconſtantis animi, non adhærens Deo, apud quos nihil eſt fidei, nihil Sancti. Peruerſam enim generationem, ac prauam, infidelem intelligit, aut fortaſſe infideles filios appellat quaſi nothos, ac ſpurios, qui Dei legem & cultum in quo tanquam in paterna domo educebantur, abiecerint. Illos, ergò Deus puniuit par pari reddendo, ipſi iniuriam intulêre negantes cultum mihi debitum, ergo quoque de illis me vindicabor, nec defendendo illos, nec protegendo. Itaque, quia remiſſè ad Deum adhæſerunt tanquam corde diſſoluti, & non crediderunt, eos deſeruit, nullam nec protectionem nec defenſionem quærendo, nec in ſuſcepta permanendo.

Deut. 32. v. 11.

Populi Iſraelitici infidelitas.

Agellius.

Generatio peruerſa id quod infidelis.

Hanc igitur diſſolutionem cordis, vel remiſſionem *væ corde diſſolutis*; *væ corde collapſo* & remiſſo, comprobat id Ioſ. 5. v. 1. Vbi de Regibus Amorrhęorum, qui audierunt ſiccaſſe Dominum fluenta Iordanis coram filijs Iſrael, dicitur: *Diſſolutum eſt cor eorum; & non remanſit in eis ſpiritus, timentium introitum filiorum Iſrael.* Nos diceremus: *Enoyndo tan gran prodigio les cayo gota mortal en el coraçon.* Illud 107.

Cor diſſolutum quale. Ioſue 5. v. 1.

lud diſſolutum idem eſt quod *remiſſum* liquefactum; extitit enim eis deliquium cordis, aut diſſolutio, ſpirituſque diſſolutio, à facie ſcilicet filiorum Iſrael. Atque hic metus ſolet eſſe maximus (vt explicat noſter Serarius) exanimans & quandam velut amentiam & ſtuporem afferens: vocat ergò Sirach *diſſolutos corde* eos, quibus talis remiſſio & liquefactio, vel diſſolutio extat, non ſolùm in non adhærendo Deo, ſed in amittendo fiduciam, deficiuntque ab eo; quare minatur Dominus eos minimè protecturum, nec defenſurum, & illud *væ* pollicetur magnam eis calamitatem & miſeriam tandem euenturam: Huc videtur ſpectare quod dixit Salomon. Prou. 18. v. 9. *Qui mollis eſt, ac diſſolutus, in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipatis.* D. Gregorius to. 3. p. 3. Paſt. curæ admonet. 35. *In hoc quippe mundo humana anima quàſi more nauis eſt, contra ictum fluminis condeſcendentis, vno in loco nequaquam ſtare permittitur, quia ad ima relabitur, niſi ad ſumma conetur. Si ergò inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non ſubleuat, ipſa operandi remiſſio contra hoc quod operatum eſt, pugnat. Hinc eſt enim, quod per Salomonem dicitur, qui mollis eſt, &c. quia videlicet qui cœpta bona diſtrictè non exequitur, diſſolutione negligentiæ, manum deſtruentis diſſipat.*

Serarius.

To væ pollicetur calamitatem.

Prou. 18. v. 9.

D. Gregor. *Anima inſtar nauis eſt.*

Illuſtratio ſecunda.

108. ET *ideò non protegentur à Deo.* Sicut qui adhærent Deo, & ſpem ſuam in eo repoſitam habent, illum toto corde diligentes defenduntur & proteguntur à Deo. Hoc enim eſt, quod ait ipſe per Zach. cap. 2. v. 8. *Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei, quia ecce ego leuo manum meam ſuper eos.* Ecce protectio, ecce defenſio, iuſtis Deo adhærentibus illata, ſic è contrariò qui ſeparantur à Deo, & adhærent erroribus ſæculi, nec protegentur à Deo, nec defendentur. Rabanus explicat dicens: adhuc perſeuerat in ratione priſtina, vt doceat nos errores cauere & veritatē amare. Oportet quippe vt ſinceritatē fidei ſeruet, & conſtantiā mentis habeat, quicunque à Deo protegi deſiderat, quia ille qui fide dubitat, ac ſpe vacillat; conquens eſt vt ad coronam non perueniat: quæ ſolis fidelibus, ac Dominum veraciter timentibus, hoc eſt, qui fructum bonorum operum in patientia proferunt, repromittitur. Illis enim qui per apoſtaſiam ſiue hæreſim à fide diſcedentes, prauiſq; operibus inſiſtentes, derelicto veritatis tramite, in vitiorum voraginem incidunt: ira & tribulatio atque anguſtia perpetualiter remanebunt. Probat, Rom. 2. v. 7. Quare ita Ioſ. 23. v. 12. poſtquam adhortatus eſt Iſraelitas, *vt adhæreant Domino Deo ſuo* ſtatim ſubdit: *quod ſi volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere; iam nunc ſcitote, quod Dominus veſter non eas deleat ante faciem veſtram, ſed ſint vobis in foueam ac laqueum, &c. donec vos auferat atque diſperdat de terra hac optima, quam tradidi vobis.* Quod ergò maius ſupplicium, quàm deſeri à Deo, & non protegi? Ideò Sirach *væ* ait, quia mala euenient diſſolutis corde, & infidelibus. Quare inquit Dionyſius: ligandum eſt, & figendum cor in Deo vinculis charitatis, clauis timoris, anchora ſpei, regula fidei, & gratiæ firmitate. Cùm dicat Apoſtolus Hebræor. 13. v. 9. *Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor.* & Pſaltes precatur, Pſal. 118. v. 120. *Confige timore tuo carnes meas*, &c. Tandem Holcot explicans hanc diſſolutionem cordis affert exemplum in folijs arborum, de quibus Ariſt. lib. 1. de plantis, & 2. Poſter. aſſerit, cauſam conuertibilem, quare folia fluant, & diſſoluantur ab arbore, non eſſe latitudinem foliorum, ſed deſiccationem ſucci conglutinantis folia cum arbore, & ideò folia, quorum ſuccus conglutinans permanent, viuunt vita arboris, & conſeruant viriditatem, & ab arboribus ſupportantur. Pari modo boni Chriſtiani quaſi folia à Chriſto, qui eſt lignum vitæ dependent. Ideò Iob comparat ſe folio, cum dixit cap. 13. v. 25. *Contra folium quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam.* Succus ergò conglutinans cum arbore eſt fides Eccleſiæ. Sic dicitur Eccleſ. 25. v. 16. *Fidei autem initium agglutinandum eſt ei*: quare illi quorum fides viua permanet in Chriſto, ſemper viuunt in Chriſto, & nunquam cadent ab arbore. Illa vt viua, *quia foliū eius non defluet.* Pſal. 1. 3. quia licet vento tentationis moueatur vel aduerſitatibus laceretur; tamen quādiu folium adhæret arbori per fidem ad integrū ſtatum per influentiam arboris reparatur. De hoc dicere poſſum quod de charitate dixit D. Gregor. in regiſtro citatus ab Holcot: *Charitatis cùm ſit proprium nutrire, concordantiam ſeruare, compoſita diſſociata coniungere, praua dirigere, & virtutes cæteras perfectionis ſuæ munere cōſolidare; quiſquis in radice eius incurrit, vireſcit nec à viriditate deficit nec à fructibus inaneſcit.* Sic in Chriſto, qui charitas eſt.

Qui adhærent Deo ab eo proteguntur.

Zach. 2. v. 8

Rabanus. *Qui à Deo protegi deſiderat ſinceritatem fidei ſeruare debet.*

Ij qui ſeparantur à Deo non proteguntur ab eo.

Ioſue. 23. v. 12.

Ingens ſupplicium deſeri à Deo.

Dionyſius.

Heb. 13. v. 9

Pſal. 118. v. 120.

Holcot.

Quare aliquæ arbores in hieme vireſcunt.

Iob. 13. v. 25.

Eccl. 25. v. 16.

Qui adhæret Chriſto per fidem, ſemper viuet in Chriſto.

D. Gregor.

VERS. XVI.

Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas & diuerterunt in vias prauas.

VERS. XVII.

Et quid facient cùm inſpicere cœperit Dominus.

Senſus.

107. VÆ *his qui perdiderunt*, &c. q. d. Æterna infernorum ſupplicia euenient ijs, qui iracundia laceſſiti patientiæ virtutem miſerè perdiderunt, non perſiſtentes in fiducia erga Deum, & cœptam virtutis viam non longanimiter proſecuti ſunt, ſpe ſecuturæ liberationis diuinæ, & futuræ retributionis: ſed vel fracti animo vel ob mala incidentia, vel illecebras voluptatum derelicta via recta diuertunt in vias prauas, cùm tempus viſitationis, id eſt, tempus iudicij aduenerit, in quo miſerè æterna damnatione punientur, &c.

L 4 Notæ,

Notæ.

Verbum Græcum sustinentiæ respondens.

PRo *sustinentia* in Græco est, ὑπομονὴν à verbo ὑπομένω, quòd est expectare, sustinere, & plerumque impetum hostilem sustinere & irruentem accipere; item perferre, suscipere, subire, vnde dicitur nomen ὑπομονή, quòd est, patientia, expectatio, requies, & est sustentatio, quia impetus & incursus alicuius rei sustinetur. Jtem tolerantia, & est frequens in nouo Testamento. Fortè hic Ecclesiasticus loquitur de illis quos Deus tribulationibus & tẽtationibus explorare vult, & ipsi impatienter sustinent, & cum desperatione, quòd sanè iudicium clarum est reprobationis & dãnationis.

Opinio Palacij. Palacius.

Licet Palacius dicat: hæc Auctorem scripsisse tẽpore grauissimarum tribulationũ, quæ per Ptolomæum Soterem, seu Lagum in miseros Iudæos, nihil tale opinantes, irruerunt. Cum enim scelestus ille Rex se ad sacrificandum Ierosolymis venire simularet, intra mœnia receptus, eos miserè & crudelissimè pressit & captiuos in Ægyptum abduxit. Jn tanta porrò calamitate multi à Patrio Deo, auitisq; legibus desciuerũt, & in ritus alienigenos diuerterunt, patientia scilicet in angustijs amissa. His igitur intonat auctor *væ*. Eadem porrò causa intonabitur nobis si patientia reiecta à vijs rectis iustitiæ ad iniustitiam transfugerimus. Hæc Palacius & Gregorius lib. 7. Moral. cap. 20. Sed meliùs Jansenius, Dionysius, Hugo, quos secuti sumus in sensu.

Iansenius. Dionysius. Hugo.

Secunda pars desideratur in Græco, scilicet: *& qui dereliquerunt*, &c. Addita est à vulgato maioris explicationis gratia. Tandem pro *inspicere*, est ὅταν ἐπισκέπτηται ὁ κύριος. *Cùm Dominus inspexerit*, vel *animaduerterit*, vel *visitabit*, id est, cùm animaduertet in scelera vestra, cùm supplicium sumet de vobis. Verbum enim ἐπισκέπτομαι significat inuisere & visitare, & peculiariter sumitur in sacris literis pro visitare ad pœnas sumendas, vt Jerem. 5. v. 9. *Nunquid super his non visitabo dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea?* Vbi apponit idem verbum Græcum, significat etiam contemplari, inspicere, considerare, animo expendere, & inquirere. Inde deducitur nomen ἐπίσκοπος, id est, inspector, & qui alicui rei curandæ præfectus est, seu custos, peculiariter olim dicebantur ἐπίσκοποι sacri gregis inspectores, qui verbo & gubernationi præerant, quique quasi spectatores in doctrinam, & mores commissi gregis inquirebant, vt est acto. 20. v. 28. & Philip. 1. v. 1. Vbi hoc verbum appositum est, vide quæ dicemus cap. 18. vers. 20. Jtaque cùm dicitur, *Cùm inspicere cœperit*, est idem ac cùm inceperit visitare, vel iudicium facere, vel animaduertere, &c.

Verbum inspicere quid significat. Ierem. 5. v. 9. *Episcopus vnde deducitur.*

Illustratio prima.

110. *Probat Deus tribulationibus.*

VAe his qui perdiderunt sustinentiam. Jam diximus hic loqui Ecclesiasticum de illis, quos Deus tribulationibus & tentationibus explorare vult, & ipsi impatienter sustinent eas, & cum desperatione. Quod sanè iudicium clarum est suæ reprobationis & condemnationis quæ manifestatur in illa particula *væ*. Hoc meo iudicio Ecclesiastes expressit cum c. 9. v. 3. agens de euentibus prosperis, & aduersis, qui bonis & malis æquè eueniunt, ait mox vers. 3. *Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt; vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.* D. Hieronymus explicans hunc locum: quoniam (inquit) *communes angustiæ & iustos & iniustos premunt: idcircò ad peccata homines prouocantur: & tamen post omnes conatus, quibus frustra nisi sunt, dùm ignorant ad inferna descendunt.* D. Bonau. tom. 2. filios hominũ vocat malos & carnales, & ait, *In impletione multitudo vitiorum designatur, vt malitia sit in concupiscibili, & contẽptus in irascibili, quæ sunt duæ radices peccatorum.* Ergò cùm Deus immittat tribulationes & angustias æque iustis & iniustis, sic iusti examinãtur, & tanquam aurũ in fornace tentationis explorantur; at iniusti, & iniqui *perdentes* in tribulationibus & angustijs *sustinentiam, implentur contemptu*, id est, secundùm intelligentiam D. Bonaut. ira & excandentia ex irascibili procedente, amittendo patientiam, & ad peccata prouocantur in vita sua. *Sed post hæc*, id est, in vltima vitæ meta, *ad inferos deducentur*, siue *descendent*, ideò Sirach *væ* (inquit) *qui perdiderunt sustinentiam*. q. d. hi, qui iracundiæ succumbunt, & patientiam amittunt, cum illis tentationum exploratio & examen aduenerit, *væ*, id est, euenient mala pœnæ, ad inferos deducentur, vbi impatientiæ peccatorum pœnas perpetuò miserè luent. Hinc est quod D. Greg. lib. 7. Mor. cap. 20. explicans id Job. 6. expectate paulisper. dicat: *Benè autem dicitur: expectate paulisper: sæpè etenim dùm præsentis vitæ breuitas quasi diu perseueratura diligitur ab æterna spe animus frãgitur, & delectatus præsentibus desperationis suæ caligine reuerberatur. Cumq; longum putat quod ad viuendi sibi spatium restat, repentè vitam deserens, æterna mala inuenit, quæ vitare iam nequeat. Hinc est enim quod per quendã sapientem dicitur, væ his &c. sustinentiã videlicet perdunt qui dùm diu se immorari visibilibus æstimant, spem inuisibiliũ derelinquunt. Cũq; mens in præsentibus figitur vita terminatur, & repentè ad supplicia improuisa perueniunt: quæ decepti suis præsumptionibus aut nunquam se contingere aut tardè crediderunt.*

Eccles. 9. v. 3. D. Hieron. *Communes angustiæ iustos & iniustos premũt.* D. Bonau. *Iniusti explorantur tribulationibus.* D. Gregor.

111. Hoc confirmat D. Chrysostomus tom. 22. Hom. 45. in cap. 25. Matt. agens de correctione: *Omnis* (inquit) *Correctio similis est cæteris tentationibus. Sicut ergò omnis tentatio fideles quidem ædificat magis, infideles autem destruit amplius; sic & omnis increpatio disciplinæ religiosum hominem & Deum timentem meliorem facit: irreligiosum & malum conturbat & ad deteriùs ire compellit: sicut ergò vas figuli igne probatur, sic & bonum cor increpatione cognoscitur.* Manifestè igitur ostenditur malum tentationibus perturbari & ad malum ire compelli, vt probatur in Rege Pharaone, qui post tot plagas, quibus illum probauit Deus, induratus est, & condemnatus. Jdem dicimus de Saule, qui tandem reprobatus est. Ratio huius successus est, quia impius ingruente tentatione seu tribulatione in iram & excandentiam præcipitatur, & cùm impatiens sit, in profundum scelerum venit, & condemnatur. Sic dixit Salomon Prou. 14. v. 17. *Impatiens operabitur stultitiam, & vir versutus odiosus est*; q. d. Vir, qui subitò conceptâ irâ furit, multa gerit & stulta, & absurda; sed ille hunc nequitia longè superat, atque adeò omnium odio dignior est, qui ex æstu iram dissimulat, & apud se tacitus de vindicta agit, atque tempus ad effundendum furorem idoneum quærit. Sic explicat Iansenius sed hic impatiens, qui in multa incidit peccata reprobabitur. Sic idem Salomon Prou. 19. v. 19. *Qui impatiens est, sustinebit damnum.* Itaque ait Sirach: *Væ his qui sustinentiam perdiderunt, quia sustinebunt.* Sine dubiò æternum

dam-

Correctio similis est cæteris tentationibus. D. Chrys. *Malus tentationibus perturbatur vt Pharao.* Prou. 14. v. 17. *Impatiens reprobatur.* Prou. 19. v. 19.

damnum, Quod confirmat D. Greg. in 1. Reg. cap. 13. *Væ his*, &c. *Sustinentiam perdunt, qui bona, quæ inchoant non consũmant, quibus nimirùm væ esse dicitur, quia non solùm incepti laboris mercedem perdunt, sed etiam Apostatus sui pœna feriuntur.*

D. Greg.

112. Judith 8. v. 22. *Diffidentia increpatur.*

Clariùs hoc hemistichium. Ex eò Judith. 8. v. 22. Vbi cùm suum populum increpasset propter diffidentiam, loquens ad presbyteros, inquit: *corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur, si verè colerent Deum suum. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes trãsierunt fideles. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam & improperium murmurationis suæ contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt.* Ecce quomodo nostram sententiam apprimè confirmat & illustrat. Sicut enim tunc illi, qui à tentatione victi sunt, & protulerunt impatientiam suam, & opprobrium murmurationis à serpentibus periêre, & condemnati sunt. Sic ait Ecclesiasticus: *Væ*, id est, dolendum est de his, qui patientiam in tentationibus *perdiderunt*, quia à serpentibus cõstitutis à Domino in perpetuo carcere, qui sunt scelestorũ tortores, peribũt, id est, apud eos perpetuas pœnas dabunt. Hinc est, quod diffidentes bonis terrenis & cælestibus priuantur. Dixit D. Petrus Damianus Apolog. de contem. mundi. cap. 8. *Nos certè minimæ fidei compellimus Christum esse tenacem. Nempè pusillanimorum diffidentia facit pauperem Christum; at plena fides diuitem illum & largum in exhibendis muneribus experitur. Satage tantùm in ijs te exercere quæ iussit, & nulla prorsus ex his maneat dubietas eorũ, quæ promisit.* Ergò cùm Deus det omnibus affluenter, debent homines confidere & sperare, Domino seruientes qui vexax est in suis promissionibus, & affluens in bonis impertiendis: diffidẽtes enim & desperantes iniuria illum lacessunt & tanquam mendacem arguunt, & tanquam pauperem & infirmum despiciunt, quare ait Sirach *væ*, &c.

Diffidentes bonis terrenis & cælestibus priuãtur. D. Petrus Damianu.

Illustratio secunda.

113. *Væ qui viam mandatorũ Dei deserũt.* D. Chrysost.

ET *qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Væ* etiam ait his, qui vias mandatorũ Dei deseruerunt, & declinauerunt ad semitas vitiorum, vel illecebras voluptatum, quia æque ac primi, qui patientiã amiserunt, puniendi sunt, *via recta* propriè est, vel via præceptorum Dei, vt dicit Diuus Chrysostomus tom. 1. Hom. 42. in cap. 18. Genes. *Vias Domini* [inquit] *hoc est mandata & præcepta.* Vel etiam virtutes per quas ad cælestem patriam peruenitur. Hoc hemistichium videtur Iesus descripsisse ex Salomone Prou. 2. v. 13. Vbi ait: *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.* LXX. *Qui reliquistis vias rectas*, viæ autem tenebrarum haud dubium sunt viæ prauæ, in quas impij declinant cùm rectas deserunt: quas vias mox appellat Salomon peruersas. *Quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum.* Et cùm Deus vel Christus via recta sit, *ego sum via* Joan. 14. v. 6. Sæpissimè queritur Deus se derelictum esse, vt Ierem. 5. v. 7. *Filij tui dereliquerunt me*, & alibi. Sed cap. 2. v. 17. notat filios Jsrael dicens. *Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum, eo tempore quo ducebat te per viam*: B. Theod. *mox enim vt liberatus es, ab Aegyptijs me dereliquisti & vitulum pro Deo constituisti*, q. d. Quia noluisti Deum sequi, dùm per viam, planam & facilem duceret, permisit te decrrare per vias difficiles; quia noluisti vti rebus prosperis sequens Deum, permisit te aduersas experiri idola sequentem. Sic Maldonat. noster. S. Hieronymus. Chald. Rabanus, & alij per viam intelligunt viam mãdatorum Domini, puta vitam sanctam, quam eis suis concionibus & Prophetijs ostendebat Ieremias. q. d. dereliquisti viam rectam in cœlum, quam tibi Deus per legem suam, & per conciones Ieremiæ commõstrabat. Jdeò quia viam rectam dereliquerunt, & declinauerunt ad vias prauas, eos puniuit Deus, &c. 2. Pet. 2. v. 15. inter alios, quibus cõminatur Apostolus *pernitiem* æternam, ij sunt, *qui derelinquẽtes viam rectam errauerunt, secuti viam Balaam*. q. d. iustam iniquitatis suæ mercedem recipient, qui abiectâ rectâ virtutis ac veritatis viâ, turpiter aberrauerunt secuti auaritiam Balaam, qui iniquitatis mercedem impiè adamauit, qui enim rectam virtutis viam, & mandatorum Dei deserunt, mox in præcipitia flagitiorum & scelerum illiduntur, & tandem condemnantur.

Via recta, vel mandatorũ Dei est, vel virtutis. Prou. 2. v. 13. *Via praua via tenebrarum.* Ioan. 14. v. 6. Ierem. 5. v. 7. & cap. 2. v. 17. *Via recta, via mandatorum Domini.* Maldonat. Hieronym. Rabanus. 2. Pet. 2. v. 15. *Qui viam mandatorũ deserit, cadit & condemnatur.*

114. Deut. 29. v. 18. *Confirmatio sententiæ.*

Tandem confirmat hoc hemistichiũ id Deut. 18. v. dixerat Moyses: *Ne fortè sit inter vos vir, cuius cor auersũ est hodie à Domino Deo nostro, & statim subdit cùmque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo*, dicens: *Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei: & absumat ebriã sitientem, & Dominus non ignoscat ei, sed tunc quàm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum*, &c. Verba iuramenti sunt maledictiones, & execrationes, quæ in eodem capite commemorantur. Tò *pacis*, est idẽ, quod prosperitatis, q. d. blandiatur sibi (*se haga lisonja*) & promittendo sibi impunitatem & pacem, id est, posperitatem, etiam has meas leges violauerit. Aliud de ebria & sitienti explicat Lugubinus, q. d. *vt auidissimè pessimos quoque errores imbibant, vt eorum malefaciendi sitis fiat quædam ebrietas: inebrientur malefactis quod tãtopere priùs cupiebant.* Explicat per abstracta ebrietatẽ & sitim. Dicitur aurũ ebrietas, id est, satietas absumere sitim in peccatis quando homo ad fastidium & satietatem vsque peccat. Oleaster per *ebriam* intelligit terrã grauiter punitã (in sacra pagina ponitur inebriari pro puniri. Deut. 32. v. 42. & alibi) per sitientem verò eã, quæ necdum quidẽ punita est, perinde tamen agit & imprudenter peccat quasi pœnam sitiret. Marius aliter explicat, & quod vnus alteri auctor sit peccati. q. d. Moyses: cauete quæso, ne sit inter vos quisquam qui non obstante eo quod verba iuramenti, pactique huius audiat; *benedicat sibi*, id est, blandiatur sibi in corde suo, seque ad idololatriam accendat, & postmodum alijs quoque, adhuc innocentibus, simul tamen propensis ad idololatriã, causa lapsus, adeòque & perditionis sit. D. Augustinus tom. 4. lib. 5. super Deut. cap. 52. *Sancta* (inquit) *mihi sunt*, id est, *maledicta sancta mihi sunt, quoniam in liuore cordis mei incedo, vt non simul perdat peccatorem & eum qui sine peccato est*, &c. Tandem Kimhi explicat de parte inferiori, quæ est appetitus, & superiori, quæ est anima. Tunc enim absumit ebria sitiẽtem cùm pars inferior voluptatibus inescata & inebriata totam ad se mentem (quæ sitiens est, quod voluptatum corporalium per se sit expers) trahit & absorbet: tuncq; homo fit mancipium corporis sui. Dominatur enim corpus & appetitus in rationem, eamque sibi subijcit. *Furor eius fumet*, id est, grauissimè irascatur & vlciscatur Deus. Hoc propriè est, *diuertere in vias prauas*, via enim praua est, *ambulare in prauitate cordis sui.* Et cùm quis declinãdo à via recta mandato-

rum

Nomen pacis pro prosperitate. Lugubinus. Oleaster. *Absumat ebria sitientem, quid.* Marius. D. August. *Pars inferior hominis absumit superiorem.* Kimhi. *Ambulare in vias prauas quid.*

rum Dei ambulat per vias prauas cordis sui, se in voluptatum illecebris ingurgitans, tunc appetitus, qui est pars ebria videns partem superiorẽ esse sitientem à voluptatibus abstractam, absumit eam, id est, quærit eius perditionem, faciens eam illecebris ingurgitari, & diuertere in vias prauas: & Sirach talem spectans, prænuntiat eius pernitiem, cùm Dei *furor fumet*; id est, in die visitationis & iudicij, dicens: *væ*, quia tandem pœnas suæ ebrietatis æternas luet.

Illustratio tertia.

115. *Inspicere pro visitare, & dies iudicij, dies visitationis.* ET *quid facient cùm inspicere cœperit Dominus*: Id est, cùm visitauerit Dominus: Visitatio autem duplex, in Scriptura, vna gratiæ ac misericordiæ, quâ Deus suos redemit, vt dixit Zachar. Luc. 1. v. 78. Luc. 1. v. 78. *Per viscera misericordiæ Dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto*: Altera iudicij atque seueræ animaduersionis, quâ in opera impiorum, infideliumq; requirit: in qua significatione hoc loco accipitur. Ergò cùm verbũ inspicere significet visitare, & inquirere, intelligendus est Sirach de visitatione iudicii: & quòd dies iudicij, sit visitationis, inspectionis, & inquisitionis dies, constat ex sacris litteris, in hoc capite 2. v. 21. dicitur: Eccles. 2. v. 21. *patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius*, id est, iudicij vt ibi explicuimus, idem repetit c. 15. v. 8. eadem voce in eodem significatu vsus est meus 1. Pet. 2. v. 12. & c. 5. v. 6. parens D. Petrus 1. epist. cap. 2. v. 12. *Glorificent Deum in die visitationis*. & cap. 3. v. 6. *Humiliamini* Æcumeni. *igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die visitationis* Æcumen. intelligit tempus visitationis, tempus *Visitare quid* futurum Iudicij, visitationem autem posuit interpres, vt significet in extremo mundi occasu, vel certè in supremo cuiusque vitæ die, omnia etiam abdita atque occulta mentis, quæ in lucem atque omnium adspectum proferenda sunt, quàm accuratissimè expectanda esse. Quò referenda sunt Prophetæ verba. *Scrutabor* (inquit Deus Sophon. Sophon. 1. v. 12. 1. c. 12. *Ierusalem, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis*, &c. Judith. 16. v. 20. præcipuus locus ad hoc comprobandum est Judith 16. 20. vbi ait: *Væ genti insurgenti super gentem meam: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die Iudicij visitabit illos*. Promittit Judith Deum animaduersurũ in improbos, & sontes, qui cõtra Israelitarum genus insurgunt, vti Nabuchodonosorem, Holofernem, Assyrios, Medos, & Persas, ab his enim in die iudicij pœnas reposcet sanè quàm acerbissimas, quia visitaturum hos præcipuè indicat.

116 *Verbum inspicere de iudicijs dicitur* Sed quid *visitandi* verbum extricamus, cùm verbum *inspicere* optimè iudicij scrutationem significet, inspiciet enim Deus, & oculis suis perspicacibus & peracutis intuebitur omnia, & diligenter perspeculabitur, quæ in animo hominis occultantur, vt iudicij inspectioni subijciantur. Est enim iudicium inspectionis tẽpus, quando Deus qui nunc videtur dissimulare ad facta omnia, & suorum non habere rationem, singulorum facta discutiet, singulis iuxta merita reddens & quantum suorum habeat rationem declarans. Dicitur autem *incipere* non quia tunc incipiat; nihil enim vt ait Hugo incipit inspicere Dominus qui omnia simul vidit in æterno æque bene vt nunc; Hugo. sed tunc inspicere videre dicitur, quando probat vel reprobat aliquid. *Quid ergò facient*, id est, quò fugient, cùm Deus eos iudicare cœperit, & per effectum ostendere, se eorum scelera cognoscere? Quando vt ait Sophonias cap. 1. v. 14. *Iuxta est dies Domini magnus, dies iræ, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ & tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci quia Domino peccauerunt*, &c. Tandem quid facient? quando (vt D. Chrys. *Iudicij dies qualis.* ait Diuus Chrysost. tom. 2. Hom. 19. in cap. 7. Matt.) *venerit* (Dominus) *in maiestate sua, & separauerit eos ad inuicem, sicut Pastor gregem suum, quando iam nemo ausus est garrula contentione sermonum aut mendacium defendere, aut contradicere veritati: quia tunc iam non mundialis & vana gloria desideratur, sed fama iudicij & pœnæ timetur. In illo die quando os non loquitur; opus non absconditur, sicut in hoc tempore; sed contra opera singulorum loquentur, & omnia tacebunt, non quando persona interrogatur, & conscientia non videtur, sed è contra conscientia discutitur, & persona confunditur,* Rom. 2. v. 15. *dicente Apostolo cogitationibus inuicem se accusantibus, aut etiam defendentibus in illa die, quando nemo excusat peccatores, sed omnes accusant, nec alter pro altero interuenit: sed singuli ibi timebũt, quia in illo iudicio non erunt testes adulatores homines, sed Angeli veraces, non erunt iudicantes personarum acceptores homines, sed Deus iustus, qui reddit vnicuique iuxta opera sua.* 117.

Tandem Rabanus explicat: licet omni tempore inspicere Deus credatur bonos ac malos & nihil eum possit latere; tamen vsu Scripturarum frequentissimo, tunc dicitur inspicere, quando *Explicatio Palacij.* vel probare, vel improbare dignoscitur. At Palacius exponit: ita enim se nunc gerit Deus ac si nihil malorum nostrorum audiret ac similiter ita se gerit ac si nostra non inspiceret. Adeò enim iniqui in suis iniquitatibus viuunt, & regnant ac si à Deo non inspicerentur. At in die iudicij, atque adeò in die mortis nostræ, *tunc accipiet tempus & iustitias iudicabit, tunc aduocabit cœlum & terram, discernere populum suum*. Tunc ergò, *inspiciet quando illuminabit absconsa tenebrarum, quando nox sicut dies illuminabitur. Quid tunc facient, qui reliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas: planè dicent montibus: cadite super nos, & collibus operite nos, optabunt introire in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini: demum optabunt mortem, sed illa fugiet ab eis.* Psal. 74. v. 3. Psal. 49. v. 4. 1. Corinth. 4. v. 5. Psal. 138. v. 12. Luc. 13. v. 30. Isa. 2. v. 14. Apoc. 9. v. 6. *Ergò*, ait Sirach: Quid agent peccatores, cùm cœperit Deus illos iudicare inspiciendo, & scrutãdo, conscientias eorum? Nam si in hac vita (inquit Rabanus) Deus expectat & accipit conuersionem nostram: in illa autem reddet vnicuique secundùm opera sua.

VERS.

VERS. XVIII.

Qui timent Dominum non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum conseruabunt viam illius.

VERS. XIX.

Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.

VERS. XX.

Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.

Sensus.

118. QVi *timent*, &c. q. d. vt certum censeo nullo modo timentes Dominum esse incredulos, nec diffidentes verbis, ac promissis Dei, sed potiùs credibiles & & fidentes, se excitantes ad eius ardentissimum amorem, ex quo orietur legis ipsius perfecta obseruatio: Charitas enim seu amor nescit esse otiosus. Item qui huic filiali amori addicti sunt, Deo placere in omnibus student, & cùm optent eius voluntatẽ exequi, ipsius amori animum dedunt, plenam legi nauant operam, & illius cognitione replentur. Tandem qui eidem timori Dei plenè adiudicantur animas proprias lustrare & purificare conantur, eas ad sanctificationem præparantes: quia lustratione sanctificantur & dimittuntur in conspectu eius, qui corda timentium illum, donis suis & gratia decorat, &c.

Notæ.

PRo *non erunt incredibiles verbo illius*, est in Græco: οὐκ ἀπειθήσουσι ῥημάτων αὐτοῦ, *non diffidunt verbis eius*. Vel non derogabunt fidem verbo eius, LXX. Ald. Basil. pro ῥημάτων. Complutenses legunt ῥήμασιν: sed primam sequuntur LXX. Ald. & Basilius, & Drusius. Licet etiam vertere, non erunt inobedientes, vel si placet, inoptemperantes. q. d. obediunt dictis eius, verbum enim ἀπειθῶ, est non pareo, inobediens sum: detrecto, recuso, inobedio, inde ἀπείθεια, impersuasibilitas, inobedientia, contumacia, diffidentia, incredulitas. Ergò timentes Dominum non erunt inobedientes non detrectabunt aut recusabunt obedire verbis eius, non erunt contumaces, deffidentes, nec increduli, &c.

Beneuolẽtia idem quod complacentia. *Pro inquirent quæ beneplacita sunt ei*, est in Græco ζητήσουσιν εὐδοκίαν αὐτοῦ, *quærent beneuolentiam eius, vel complacentiam ab eo*, id est, quærent vt ei placeant, studebunt ei placere, id agent, quod Deo gratum est maximè: εὐδοκίαν Diuus Paulus diuinam erga homines beneficentiam hoc nomine appellat. Sermo Romanus non habet quod Erasmus. D. Hieron. propriè huic dictioni respondeat. Nam nemo (inquit Erasmus) laturus sit opinor, si quis dicat delicium cordis mei. D. Hieronymus ad vocem Hebraicam effectum putat à LXX. significareque propriè vbi quod non solùm placuit sed etiam rectè placuit, *nam placet* (inquit) *& quæ non rectè placent*. Idem placentiam trãsferri posse putat. Interpres Noui Testamenti, modò bonam volũtatem, modò beneplacitum transfert. Item placitum & Budæus. propositum. Budæus spontaneam & consentientem propensamque affectionem interpretatur, in nostra sentẽtia vulgatus legit *quæ beneplacita*. Drusius *beneuolentiam*, vel fauorem vulgò beneplacitum sequitur hanc lectionem, quia sic hodie, ait, interpretantur vocem Hebraicam, רצון quæ ei respondet, & credibile sit, auum edidisse רצונו יראי יהוה יבקשו complutenses εὐδοκίαν παρ' αὐτοῦ, inquirent complacentiam ab eo, hoc est, quod ei gratum acceptumq; siue quod probatur ab eo.

Tandem pro *replebuntur lege ipsius* est: ἐμπλησθήσονται τοῦ νόμου. τὸ *ipsius* deest in Originali. LXX. habent ἐμπλησθήσονται Basilieris ἐμπλήσονται, sed hæc varietas non aliũde quàm à Scribis est, vt non necesse sit in ius vocare interpretem propterea. Pro *sanctificabunt*, est in Græco ταπεινώσουσι, id est, *humiliabunt*, vel *deijcient*: nam ταπείνωσις significat demissionem & abiectionem animi. Vt diximus vers. 3. num. 32 in notis, & significat humilitatis virtutem. *Deijcient animas suas*, quod fit maxima abstinentia & ieiunio, vnde ieiunium תענית vocatur in quo significatio ταπεινώσεως.

Illustratio prima.

VERS. XVIII.

119. *Incredibiles qui dicantur* QVi *timet Dominum non erunt incredibiles verbo illius*. Iam diximus c. 1. v. 36. Vbi dicitur, *Ne sis incredibilis timori Domini*, Eccl. 1. v. 36. significationem huius nominis *incredibilis*, quod idem est ac incredulus, vel diffidens, quæ incredulitas & diffidẽtia iniustum Deum timentem non cadit, nam qui Dei timori subijciuntur, facilè ad credendum diuinis verbis & promissis adduci possunt, nos diceremus: *Alos temerosos de Dios, non es difficultoso haçerles creer loque* *Timentes Deum facilè credunt verbis eius.* *Dios manda*, non sunt increduli Dei iussis, verbis, & promissionibus, sed fideles subditi, suasibiles in Ioan. 20. v. 25. omnibus. Hoc potest confirmari ex verbis quibus Christus Dominus D. Thomæ Apostoli incredulitatem redarguit, Joan. 20. v. 25 cùm ipse dixit: *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. non credam*. Cur ergò fidem ei à tot testibus exhibitam non tribuit: nunquid fidem vel spem, amiserat? Fortè timorem Domini ex animo abiecerat, in cuius locum diffidentia substituta erat,

sicq;

sicque testium fidem retorquendo in incredulitatem incidit. Quare Christus Dominus cùm tanquam verus Pastor hanc dispulsam ouem ad gregales reduxisset, blandè illum increpauit, dicens: *Noli esse incredulus, sed fidelis.* Ioan. 22. v. 27. q. d. Quia mei timorem ex corde tuo fugasti, in hanc incredulitatem lapsus es, noli iterum hunc timorem à te abijcere, ne iterum incredulus efficiaris, sed esto fidelis verbis, &c.

D. Thomam incredulum Christus reducit. Ioan. 22. v. 27.

120\. Sed quid fides vel constantia promissorũ, vel religio cum timore Domini? vt dicat Sirach: *timentes Deum non esse incredibiles,* id est, non esse diffidentes; nùm credulitas vel fides pèdet à timore Domini, pēdet sanè vel potiùs inter se connectuntur, & cōsociantur: ita vt timor & religio (quæ quam iussit pietas in Deum est etiam fides diuinorum) in vnum coalescant. Virgil. Æneid.

Credulitas & fides pēdent à timore Domini.

Virgil.
Iam tùm Relligio pauidos terrebat agrestes
Dira loci: iam tùm siluæ, saxumque tremebant.

Vbi Seruius, Religio, id est, metus vel solicitudo, ab eo quod mentem religet. Vocat *Diram Religionem*, quia diritas pertinet ad horrorem, quem religio incutit. Claudianus religionem vocat pulchrum timorem, & quod religio sumatur pro fide, patet, cùm religio in dicendis testimonijs sit Dei metus, ne peierantes Deum offendamus. Sic Cicero pro Flacco. *Itaq; vide de quâ confidentiâ dicāt, tùm intelligentes, quâ religione dicant*, & ibidem: *testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit.* Itaque cùm timor & religio inter se connexa sint, & religio eadem sit, quod fides testimoniorum, vt affirmauit Cicero, inde est quod fides pendeat à timore Domini. Cùm verò timor secūdùm eundē Oratorem sit *metus impendētis mali*: qui timori Domini addicitur, metuit offendere Deum timor enim frænat concupiscentiam nostram. Sic dixit D. Basilius Hom. in Psal. 33. *Hæc tu time, & eiusmodi timore eruditus, quasi fræno quopiam abarce animam, & inhibe ad vitiosam concupiscentiam propendentem. Hunc itaque Domini timorem nos pater ille in se recepit esse docturum, nec vtcumq, aut qualescumque docturum; sed eos, qui destinato consilio constituant exaudire docentem, nec ita sint in peccata prolapsi longiùs, sed qui de salute propria solliciti, ad eius properant doctrinā,* &c. Cùm ergo timor abarceat, & inhibeat animā & religio seu fides verborum Dei proponatur timenti Deum facile illum efficit credulum & confidentem Dei enim verba habent in se fidem ac religionem, & cum in animo timentis Deum timor ipse, illum emolliendo (sicut Job. 23. v. 15. ait: *Timore sollicitor, Deus molliuit cor meum*) aperiat viam, haud difficile timor in eum fidem verborum Dei inducit, & credulum facit, ad fidem exhibendam Dei verbis, & promissis. Ideò ait Sirach: *Qui timent Dominum non erunt incredibiles verbis illius.* Seu vt Tygurina: *Parere verbis eius, non recusabunt.* Vel detrectabunt, &c.

Seruius. Claudian. *Timor & Religio inter se connexa sunt.* Cicero. *Timor Domini frænum ad arcendā animam.* D. Basilius. Iob. 23. v. 15. *Deus emollit cor.*

121\. Tandem sicut timor Domini cùm adest, animum credentem efficit, sic cùm ipse ex animo recedit, animus incredulus efficitur. Ita Ierem. c. 5. v. 23. affirmauit cùm dixit: *Populo autem huic factū est cor incredulum, & exasperans recesserunt, & abierunt: & non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominū Deum nostrum.* q. d. Insani maris fluctus mihi obediunt, littoraq; & terminos sibi à me præstitutos trāsgredi non audent: Iudæi autem cùm sint homines sapientes, mihi rebellant, qui potens sum, &c. Illud quod debebant *dicere in corde suo*, & admittere timorem & reuerentiam Dei, qui talia beneficia illis conferre solebat, quem timorem, quia ex animo abiecerunt, ideò redditi sunt increduli verbis Dei, &c.

Cùm recedit timor Domini animus incredulus efficitur.

Illustratio secunda.

ET *qui diligunt illum conseruabunt viam illius*, id est, sicut timentes Dominum verbis & promissis Dei obtemperare non abnuunt, sic qui illũ ardentissimo amore prosequuntur legem eius custodire non refugiunt, sicut enim timor fidem & religionem in animum intromittit, sic amor Dei præceptorum obedientiam inducit. Sic explicuit Palacius cùm ait, id est, toto pectore curabunt seruare diuina mādata. Quare Christus Dominus dixit Joan. 14. v. 23. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* v. 25. *Si diligitis me mandata mea seruate.* vers. 24. *Qui non diligit me, sermones meos non seruat,* &c. c. 15. v. 10. *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea,* & 14. *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.* Cur ergò obseruatio præceptorũ Dei certum veræ dilectionis Dei signũ haberi debeat? Nunquid præceptorum obseruantia pēdet à dilectione Dei? Respondeo causam huius rei esse, quod ardenter amanti solemnè & quasi naturale est, quoquo modò possit ei, quem amat obsequi, & gratificari, nihilq; facere, aut prætermittere, quo putet animum eius, vel leuiter offēdi posse. Dein præcepta Dei sunt eiusmodi vt omnia sicut oportet sine vero Dei amore nemo exequi & implere queat. Sunt enim nonulla Dei præcepta nostris interdũ emolumentis, & voluptatibus & honoribus contraria, vt vel his repudiatis, & abiectis exequenda sunt Dei præcepta, vel aspernanda, & violanda sint hæc, vt nos his cupiditatibus indulgeamus & inseruiamus. Magnum itaq; (ait noster Perer.) veri Dei amoris argumētum est, posthabitis, & contemptis quæ nobis chara & pretiosa sunt, Dei iussis obtemperare. 122.

Qui diligit Deum, legem custodire nō recusat. Palacius. Ioan. 14. v. 23. *Amanti naturale est ei, quem amat obsequi.* Pererius.

123\. Confirmo hanc veritatem auctoritate D. Gregorij Max. tom. 2. Hom. 30. in cap. 14. Ioan. *Probatio* (inquit) *veræ dilectionis exhibitio est operis* (quę sententia nostro Hispano prouerbio respōdet: *obras son amores, que no buenas razones*) *Hinc in epistola sua idem Ioannes dicit: Qui dicit diligo Deum, & mādata eius non custodit, mendax est. Verè etenim Deum diligimus, & mandata eius custodimus, si nos à nostris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diffluit profectò Deum non amat, quia ei in sua voluntate contradicit.* Et mox explicans id. *Qui non diligit me,* &c. ait: *ad vosmetipsos, ergò fratres charissimi introrsus redite, si Deum verè ametis, exquirite: nec tamen sibi aliquis credat quidquid sibi animus sine operis attestatione responderet. De dilectione conditoris lingua, mens, & vita requirantur. Nunquam est Dei amor otiosus, operatur enim magna, si est: si verò operari renuit, amor non est.*

Probatio veræ dilectionis exhibitio est operis. D. Greg.

Quid autem sit, *sermones seruare*, vel *conseruare viam Dei*, id est, legem suam, vt explicant Hugo, Dionysius, Sa. qui ait: *conseruabunt* pro *seruabunt.* q. d. obedient præceptis? Respondet D. Bernardus serm. 5. de Aduentu Domini. *Sed quid est* (inquit) *si quis diligit me sermones meos seruabit: legi enim alibi: qui timet* Deum *faciet bona, sed plus aliquid dictū censeo de diligente: quia sermones Dei seruabit. Vbi ergò seruandi sunt? haud dubium qui in corde. Sicut ait propheta: in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sed quomodo in corde seruandi? An sufficit sola eos seruare memoriâ? At vero sic seruanti, dicit Apostolus; quoniam scientia inflat. Denique & memoriam facilè delet*

Sermones seruare quid. Hugo. Dionysius. Sa. D. Bernar. Eccles. 15. v. 1. Psal. 118. v. 11.

delet obliuio. Sic serua sermonem Dei, quomodo melius seruare potes cibum corporis tui. Nā & ille panis viuus est, & cibus mentis. Panis terrenus dum in arca est, potest à fure tolli, potest à mure corrodi, potest vetustate corrumpi: Vbi vero comederis illum, quid horum timeas? hoc modo custodi verbum Dei. Beati qui custodiunt illud. Ergo traijciatur in viscera quædam animæ tuæ, transeat in affectiones tuas, & in mores tuos. Comede bonum, & delectabitur in crassitudine anima tua: Ne obliuiscaris comedere panem tuum, ne exarescat cor tuum; sed adipe & pinguedine repleatur anima tua. Si sic verbum Dei seruaueris, haud dubium quin ab eo serueris.

1\. Cor. 8. v. 1. Luc. 11. v. 28. Isa. 55. v. 2. Ps. 101. v. 5. Ps. 62. v. 6.

Tertia illustratio.

VERS. XIX.

124\. QVi timent Dominum inquirent quæ beneplacita sunt ei. Vel sequentur, quæ grata sunt ei, vel quærent beneuolentiam eius.* q. d. Timentes Dominum scire conantur quæ sunt grata Deo, & quæ sit voluntas eius, vt eam opere exequantur, siue malum pœnæ, siue bonum felicitatis libenter amplectuntur, quia beneplacitum & gratum Deo est. Sic ait Salomon Ecclesiastes 7. vers. 19. *Qui timet Deum nihil negligit.* Arab. *Exit ab omnibus rebus iustificatus.* Hieronymus legit: *Egredietur ad omnia,* q. d. *A todo sale y a todo haze rostro.* Nullam difficultatem exhorrescit, siue infeliciter agat, æquali est vultu & animo. *Qui timet Deum* (ait Diuus Hieronymus) *nec prosperis eleuatur, nec opprimitur aduersis.* Isidorus, Clar. *Egredietur cum omnibus istis.* q. d. Ex quacumque occasione reportat. Caietanus *egreditur*, procedit, alacrem se præstat ad omnium virtutum actiones, ita vni studet, vt aliam non negligat. Jtaque timens Dominum nihil quod Deo gratum est, negligit, sed omnia amplectitur, & sic *exit ab omnibus iustificatus.* Timenti Dominum, occurrunt obuiam (vt ait noster Pineda) omnia certamina & tentationes. Oportet igitur præparare se ad tentationem, ac nihil negligere, nam Deus offert suis iustis certamina, vt nunquam torpescant otio. Sicut de Iacobo dictum est sap. 10. vers. 12. *Certamen forte dedit illi, vt vinceret.* Quod certamen victum gratum est haud dubium Deo. Tandem Syriacum legit: *Sequitur omnia,* id est, omnia, quæ sunt Deo beneplacita insequitur. Quod probat in nostra sententia Tygurina legens: *Sequentur quæ grata sunt ei*, omnia quæ Deo placent libenti animò sequuntur, quia timorem Domini amplexi sunt. Si tribulatio grata est, eam insequitur; si felicitas, eam insectatur, & amplectitur: Sequitur omnia, nihil negligit, *inquirit quæ beneplacita sunt ei.* Ideò Rabanus inquit: Ille ergo qui timet Dominum, & qui diligit illum credit Scripturis sacris, & seruat operando præcepta Domini, & semper meditando quærit, quæ beneplacita sunt illi, sicque replebitur sapientiâ & charitate Dei. *Finis* enim *præcepti est charitas de corde puro,* &c. 1. Tim. 1. vers. 5.

Timentes Dominum scire desiderant, quæ Deo placeant. Eccl. 7. v. 19. *Qui timet Dominum nihil negligit.* D. Hieron. Isidor. Clar. Caietan. Pineda. *Certamen iustis offert Deus vt non torpescant otio.* Sap. 10. v. 12. Rabanus.

125\. Huc pertinet id Micheæ 6. vers. 8. *Indicabo,* inquit, *tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen tuum. Facere iudicium* est tribuere cuique quod suum est, neminem lædere, sese omnibus præbere æquum, & innoxium. *Diligere misericordiam* est, bene alijs facere, & aliorum bene merendo leuare miseriam. Tandem ille sollicitus ambulat coram Domino, qui in rebus omnibus diuinam explorat voluntatem, illique quàm potest diligenter obsequitur, quasi diceret; quod exigit Deus ab eis, qui placere ipsi volunt, est tribuere vnicuique quod suum est, bene alijs facere & leuare miseriam, & in rebus omnibus diuinam explorare voluntatem, vt eam diligenter exsequatur. Hæc omnia requirit, quæ ei grata & beneplacita sunt. Insuper illud, *sollicitum ambulare* timorem significat & obseruantiam, vt noster Gaspar Sanchez explicat, & est idem, quod nomen Domini timere, his igitur, ait, qui Deum timent, aut qui solliciti ambulant coram Deo, salus promittitur, id est, libertas, bona fortuna, & quæ in bonis ab hominibus numerari solent. Hinc est, quod Paulus dixit Romanorum 12. vers. 2. *Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens, & perfecta.* In quo nos monet, ne nos ad figuram huius mundi conformemus, sed renouemur nouo lumine mentis nostræ voluntatemque Dei experiamur.

Facere iudicium & diligere misericordiā quid. Mich. 6. v. 8. *Sollicitum ambulare timorem & obseruantiā significat.* Sanchez. Rom. 12. v. 2.

Illustratio quarta.

ET *qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius*, Dionysius explicat meditatione, & memoria, adimpletione legis diuinæ sua implebunt corda. vel plenam legi nauant operam. Et impleri eius cognitione conatur, vt ardentem & perfectam legis declaret vniuscuiusque amorem ac charitatem erga Deum. Potest intelligi etiam fructus amoris in Deum, qui plenissimus atque vberrimus ex eo sequitur. Nam copiosa legis doctrina, & cognitione pietatem hominum erga se compensare, ac remunerare solet. Palacius, replebuntur, inquit, notitia & scientia legis, & adijcit: Nam qui diligunt Deum super omnes docentes se, & super senes intelligunt, quia mandata custodiunt, dat enim eis Deus intellectum, & ideò scrutantur mirabilia de lege eius, vt enim desciscere à Deo, cœcat oculos, ita in eo perseuerare, illuminat eos. *Accedite ad eum, & illuminamini*, Psal. 33. Itaque sicut superius dixerat diligentes Dominum præcepta seruare, quæ sunt viæ eius. Sic in præsentiarum eisdem tribuit Sirach repletionem legis, id est, cognitionem perfectam legis diuinæ. Et sicut nemo potest diligere Deum nisi eius legem obseruet; *Si diligitis me*, &c. Ioannes 14. vers. 15. Sic qui verè Deum diligunt, lege ipsius implentur, id est, nihil cogitant, nihil loquuntur, nihil operantur, nisi mandata Dei exequi? ita de iusto diligente Dominum inquit Psaltes Psal. 1. vers. 2. Et *in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Hæc voluntas, propensio animi, & affectus dicitur, quo iustus legem diuinam prosequitur, illam enim tanquam rem charissimam adamat, non vllus sponsus tam ardenter sponsæ,

126\. *Repletio legis est perfecta eius cognitio.* Dionysius. Palacius. Psal. 33. v. 6. *Diligentes Dominum legem obseruant.* Ioa. 14. v. 15. Psal. 1. v. 2.

formam deperit; quàm ille Dei legem. Meditari non solum ad animum pertinet, cum aliquid comminiscitur, & animo voluimus, sed etiam ad linguam, cùm aliquid nobiscum ipsi tacitè proferimus, non alijs enuntiando, sed intra nos metipsos loquendo. Hoc est, quod dicitur Ios.1. vers. 8. *Non recedat volumen legis huius, ab ore tuo: Sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in eo: Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.* Quare igitur ait: ab ore potius, quàm à manibus volumen legis non debere abijci? Respondetur voluisse Dominum indicatum oportere in corde legem suam penitus affixam, & impressam. Si enim ab ore volumen hoc non debet recedere, neque à corde ipso debebit: Quia vt ait Dominus Matt.12.vers.34. *Ex abundantia cordis os loquitur*, & rectè veterum quidam dicebat; τὸν λόγον εἶναι ῥέοντα. *Orationem esse rationis fluxum* quod ab ea quasi à fonte, aut vase quodam pleno effluere illa soleat. Qui enim ergo diuina mysteria media feruenti oratione, in pectore contemplatur, tacitè loquitur cum Deo, & clamat, voces interiores instar cicadæ intonans, de qua Plinius lib.11.cap.26. Ait eam ex omnibus animantibus os non habere, quare pectore canit, & eadem ex cœlesti rore haurit alimentum: *Vnum hoc ex his quæ viuunt sine ore est. Pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quo rorem lambunt. Pectus ipsum fistulosum: hoc canunt*, &c. Præclara hæc imago spiritualis oratoris, cuius clamor non tam est ab ore, quàm ab animo. Cantat autem æstiuo tempore sub meridie, quando torrentur agri æstu maiori. Sic dixit Diuus Chrysostomus tomo 1. homil.2. de Anna: *Illa potissima est deprecatio, cum ab intimis voces sursum feruntur, hoc præcipue mentis est exactæ non intensione vocis, sed animi feruore precationem absoluere.* Diuus Hieronymus scribens ad Eustochium sic monet: *Esto cicada noctium, lauas per singulas noctes lectum tuum. Lachrymis tuis stratum riga. Vigila & fiat sicut passer in solitudine.*

Finis ergo, ad quem perpetuum diuini voluminis in ore domicilium & nocturna, diurnaque assidua eius meditatio referri debet, hic proponitur. Qui est, vt secundum illius præcepta viuatur, ad eius amussim diligenter & accuratè facta, dictaque & cogitata omnia dirigantur. Quia vt docuit Paulus Roman. 2. vers. 13. *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur*, ac non minus verè quam scitè à Rabbinis in tractatu sanè dum cap. 17. Dictum est: *Qui sacras literas legit, neque quod legit ad actionem confert, similis est ei, qui crebro seminat, metit nunquam: itemque qui legit & non custodit, mulieri, quæ parit sæpe, sed natos illico sepelit: Demum cantori, qui diem totum canit, neque postea quidquam habet.* Et vero ad legum custodiam & rerum aliquarum effectionem vtilissimum quid meditatio. Plutarchus in vitijs cum agit de Philopæmene, hoc refert: *Auditorem se præbuit: legitque scripta Philosophorum, non omnium, sed eorum, quos ad virtutem aliquid sibi conferre iudicabat: & Homeri ea coluit quibus cogitationes de fortitudine excitari, & instigari sentiebat. In contemplationibus vero de ordinibus militaribus, ipse in locis singula obseruauit, & deprehendit studiosè, & in profectionibus ipse locorum editorum cauitates, camporum intercapedines: tum quæ agmini propter riuos, fossas aut angustius iterum dimisso; aut in arctum contracto accideret, inspexit, atque perpendit, & cum comitibus ea de re disputauit: Videtur etiam vir ille rebus militaribus plusquam necessitas postularet studij impendisse, bellicæ rei impensè deditus*, &c.

Meditari pertinet ad animum & ad linguam.

Ios.1.v.8.

Matth.12. v.34.

Oratio, rationis fluxus.

Plinius

Cicada imago oratoris.

D. Chrysost

D. Hieron.

Quis finis animæ legis.

Rom.2.v.13

Plutarchus Philopæm.

Quid rebus militaribus studium impendebat. Sic qui Deum diligit debet in eius lege meditari in omni loco, & inspicere & perpendere quæ grata sunt ei, vt impensè operetur, eius legem & voluntatem exequatur, Paulus Roman.13. vers.10. Ait: *Plenitudo legis est dilectio*, id est, tota lex fundata & stabilita est in dilectione, ita vt qui perfectè diligit Deum, & proximum, plenam legi nauat operam, hoc est, legem perfectè custodit. In hoc etiam sensu forte ait Sirach: *Replebuntur lege ipsius.* Qui Domini timore adstricti sunt.

128 *Quid debet facere cui lex meditatio.*

Rom.13. v.10.

Implerilege quid.

Existimo tamen Ecclesiasticum affirmare eos, qui ardenti amore Deum prosequuntur, ita impleri lege Domini, vt sicut cum vas aut fons aqua repletur, per omnia, quæ habet foramina, aquam suam communicat: Sic cor vel animus, qui lege Dei adimpletur per omnes sensus & potentias, vel potius per omnes suas actiones, & opera aquam legis erumpere videatur. Quid est enim præcepisse Dominum in lege veteri & in noua, *se velle Diligi ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & ex tota virtute.* Deut.6. vers.5. Mat.12. vers.30. Nisi velle totum hominem impleri Dei amore. Vt explicuit Diuus Petrus Chrysologus serm.147. *Quidquid est cordis, quidquid mentis, quidquid virtutis humanæ, ita Dei amore voluit possideri, vt hominis mundanus non haberet quod violaret affectus.* Cum autem plenus est homo dilectione, quia verè Deum diligit repletur etiam lege ipsius, quæ connexa est dilectioni. Et sicut qui amat per omnes actiones suas, in actum amoris erumpit: Sic etiam debet legis executionem demonstrare, vt omnibus notum sit illum lege Domini repletum esse. Alij sic intelligunt, vt lex ipsa bene seruata satisfaciat non solum voluntati, sed suo labori, & honestis actionibus lex ipsa præmium sit, & cumulatè mensuram honesti laboris impleat præmio. Vide Senec. de benef. lib.5. cap.4. Sic cecinit Quid. de Pont.

Deut.6.5. Diligendus Deus ex toto corde.

Lex bene seruata satisfacit vo luntati.

Seneca. Ouidius.

Nec facile inuenies multis in millibus vnum,
Virtutem pretium, qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti sit præmia desint
Non mouet, & gratis pœniteat esse probum.

Tandem Palacius aliam reddit interpretationem non incongruam, *implebuntur*, &c. Id est, nihil in se vacuum lege Dei relinquunt, oculos, manus, aures, memoriam, intellectum, voluntatem lege Dei replent. Vt nihil in nobis sit quod à lege sit alienum, vt cum Judæi Exod. 12. Omnia limenaria sanguine tingebant, ne perirent: Ita pij cunctos animi Angulos lege Dei replent: ne non signati *Tau* diuino dispereant.

Optima Palacij expositio.

Illustratio quinta.

Vers. XX.

129. *Verbum præparare quid significet. Eccles.2.v.1*

Qui timent Dominum præparabunt corda sua, verbum *præparare* indifferens est ad varias acceptiones, nam potest significare præparationem ad tentationem, vt Sirach expressit in 2. versu huius capitis: *Præpara animam tuam ad tentationem:* Id est, omnes, qui timent Dominum, præparabunt corda sua ad bellum tentationum suscipiendum verbum enim ἑτοιμος est idem quod promptus, paratus, qui in promptu & ad manum est. Ergo *præparabunt*, præparare enim cor est illud componere ad seruiendum & placendum Domino, & quia hæc præparatio & dispositio efficitur media confessione & purificatione animæ, ideò Hugo explicuit, mundando per confessionem vel orando sanctis cogitationibus. Rabanus: *Felix anima, quæ quotidie mundat cor suum, vt suscipiat habitatorem Deum, cuius possessor nullo egêt bono, quia omnium bonorum auctorem in se habet.* Lyra per mundiciam interiorem, Palacius affert comparationem illius, qui hospitem recipit & mundat domum. Hæc verò fiunt, inquit, cum leuibus peccatis reiectis, operibus sanctis anima viriliter insistit. Et sicut Nazaræus, qui non solum abstinebat se ab ebrietate, sed ab aceto & vino, &c. Tandem Dionysius ad gratiarum charismata & spiritualem profectum disponent se, fere omnia eumdem reddunt sensum. Quia qui ad seruiendum & placendum Deo præparat & disponit cor suum, his omnibus modis, debet illud disponere, & aptare. In hoc sensu increpauit Scriptura Roboam. Cum 2.Paral.12.vers.24. Dixit, *fecit autem malum, & non præparauit cor suum, vt quæreret Dominum.* Id est, vt explicat Abulensis, non se disposuit ad colendum Dominum, sed magis inclinatus est ad idola, &c. Sicut enim qui timori Domini valedixit, non præparat cor suum ad colendum Deum, sed facile propendet ex animo ad vitia sectanda: Sic qui timori Domini obtemperare decreuit, cor suum præparat ad impensè seruiendum Deo, & iussis obtemperandum, sectando iustitiam & virtutem, & qui ita ex animo præparat cor suum, quotidie illud mundat, vt suscipiat habitatorem & hospitem Deum, qui animæ potentias illustrat, & donis suis charismatibusque locupletat. Hæc erat Samuelis exhortatio 1. Regum 7.v.3. Cum populo Israel aiebat: *Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio vestri; & præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim.* Idem est reuerti ad Dominum, quod se subijcere vel sub iugo timoris Domini se ponere. Qui enim se timori subijciunt ad Dominum reuertentes prius de cordibus suis idola vitiorum auferunt & abijciunt, & postea corda ipsa ad seruiendum Domino ex animo præparant. Et non solum Deus de manu Philisthiim, id est, vitiorum, vel dæmonum eruit eos, & liberat; sed omnium bonorum suorum, gratiæ scilicet, & charismatum participes efficit. Quia qui *timent Dominum præparare debent corda sua*, illa purificatione illustrando ad seruiendum Domino, vel *excolendo*, &c.

Verbum præparare quid significet. Eccles.2.v.1

Lyra Palacius

Dionysius

Præparare se ad quærendum Dominum, quid. 2. Paral.12. v.14 Abulensis

Qui præparat cor suum mundat illud vt suscipiat Deum. 2.Reg.7.v.3

Hugonem tandem sequitur Holcot, & ait: Si timor Dei habeatur & amor, mouent peccatorem ad pœnitentiam & sanctitatem. Docet, inquit, Aristoteles in fine de memoria & reminiscentia (quem librum accurate perlegi, & locum, quem citat non inueni, fortasse in alio loco istam proponet doctrinam, sed vtcumque fides sit penes auctorem.) Docet inquam Aristoteles quod aliquæ sunt passiones bonæ animæ, & reliquæ vitiosæ. Sicut aliquæ lætitiæ, vel tristitiæ, & aliquæ pronitates iniquæ, quas voluntas non potest subito reprimere, vel cessare. Sicut exemplificat de sono citharæ, vel campanæ, qui non statim cessat post pulsationem, sed remanet in aëre, & ideo si tales passiones, vel reliquæ debeât deprimi vel destrui, oportet quod fiat per magnam reparationem præhabitam, & per bonum habitum contrarium diutissimè acquisitum, ex istis (inquit Holcot) sequitur manifestè, quod isti peccatores, qui raro & tardè confitentur, non possunt faciliter pronitates destruere inclinantes ad peccata similia: Sed oportet quod per bonam consuetudinem & motum contrarium tales cohibeant passiones. Sed tale, cohibens passiones, est timor Domini, quo quis timet Deum offendere, & pœnam æternam incurrere. Quia vt ait Seneca lib.1. de clem. cap.12. *Temperatus enim timor cohibet animos.* Quia mouet ad detestationem peccati præteriti, & ad cauendum vitia in futurum. Et ideo periculosè faciunt, qui tardè confitentur, & statim recipiunt Eucharistiæ Sacramentum, eo quod facilè recidant, quia non debitè præparantur. Ideò ait Sirach: *Qui timent Dominum præparabunt corda sua.*

Holcot *Timor & amor Dei mouent ad pœnitentiam*

Aristot.

Qui raro confitentur non possunt destruere inclinationes ad peccatum

Seneca *Periculosè faciunt qui tardè confitentur.*

Et *in conspectu illius sanctificabunt animas suas.* Hic sanctificare animam (ait Palacius) est non admittere in eam etiam leuiora peccata. In originalibus est, *humiliabunt*, seu *submittent*, & cum μετάνοια sit demissio, abiectio animi, vertit vulgatus, *sanctificare*, cuius nullam aliam rationem inuenio, nisi quia voluit ostendere humilitatis & submissionis effectum, scilicet, sanctificationem, quæ effectus est humilitatis. Humilitas enim, & animi submissio corda putificatione præparata in conspectu Dei sanctificat, & replet diuina gratia. Cùm enim adest Deus illustrans animum, illum *sanctum* reddit, quia ipse *Sanctus est*, vt ipse dixit ad Moysem Leuit.11.v.44. Ad hanc similem sanctificationem adhortatur nos Paulus 2.Cor.7.vers.1. Inquiens: *Charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei*; quia timor Dei inchoatio est & perfectio veræ sapientiæ & sanctitatis, vt diximus cap.1.vers.84. & 109. Et dicemus cap.19.vers.18. Et quantum crescit timor Dei, tantum crescit & sanctimonia. Adeoque perfectus Dei timor est perfecta sanctitas: & qui humiliat se dispositus est ad recipiendam sanctificationem.

130. *Sanctificare pro humiliare.* Palacius.

Leuit.11. v.44 2.Cor.7.v.1 *Ad mundandum nos exhortatur Paulus.*

VERS. XXI.

Qui timent Dominum custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius.

VERS. XXII.

Dicentes, si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.

VERS. XXIII.

Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

Sensus.

131. *QVi timent Dominum*, &c. q. d. Qui timori Domini adstricti sunt, mandatum eius, ex animo & impensè obseruare student. Et licet tentationibus, vel tribulationibus opprimantur, non abijciunt ex cordibus patientiam quasi tentationibus fracti, sed sustinentiam insinuant & alligant sibi; expectantes tempus inspectionis illius, id est, donec inspiciat ad miserendum & liberandum. Quia si patientiam perdiderimus in peccata labentes, & non resipuerimus pœnitentiam offerentes, tempus inspectionis adueniet, id est, tempus mortis, & incidemus in manus Dei, qui malum temporale & æternum inferre potest. Sed si opportuno tempore resipuerimus, sicut impœnitens cadit in manus iustitiæ & maiestatis, quæ magna est, sic nos cum ad pœnitentiam redierimus, in manus misericordiæ incidemus, quæ nobis veniam præstabit, & à morte æternum duratura nos liberabit, &c.

Notæ.

PRimum versum omittunt Originalia Græca, sed vulgatus noster illum adiecit, vt ad sequentes versus sensum consequentem disponeret, quid sit *inspectio Domini*, iam diximus in versibus præcedentibus, scilicet 17. illustr. 3. Palacius, vsque ad iudicium, vel mortem, nam est examen, quo in tempore mortis interrogabit Deus iustum & impium. Rursus *secundum magnitudinem illius*. In Originali, *quanta & maiestas* nam μεγαλωσύνη, est à verbo μεγας, est magnus, ingens, præstantissimus, inde magnificentia, maiestas, magnitudo, dignitas, magnificentia, à verbo Hebræo גדול, vt enim eius magnitudo aut amplitudo, ita etiam eius misericordia, q. d. in Deo summam amplitudinem, ac maiestatem cum pari mansuetudine, clementiaque coniunctam esse, quarum altera facit vt omnia possit: altera vt velit suos conseruare. Homines alterutrâ sæpè destituuntur. Itaque delabi in manus Dei, non sine causa, melius dixit esse, quàm in manus hominum, in quibus tanta & tam parata misericordia non reperitur. Ergo nexus est. Dixerat supra in necessitatibus constitutos humiliare coram Domino animas suas: nunc prosequitur dicens, hos malle in manus Dei, quæ plenæ sunt misericordia, incidere, quàm in manus hominum; magna est enim infinitè eius diuina misericordia, sicut maiestas eius. Alludit verò ad verba Dauid, cum ad Gad, dixit 2. Regum 24. vers. 14. *Coarctor nimis; sed melius est vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus hominum*, &c.

Palacius. | 2. Reg. 24. v. 14.

Illustratio prima.

VERS. XXI.

QVi timent Dominum custodiunt mandata illius. Cùm timor Domini sit metus impendentis mali, quale est peccatum, quod in legis diuinæ, vel mandatorum Dei transgressione committitur, non mirum est timentes Dominum præcepta custodire, timent enim ea transgredi, & Dei voluntati contraire. Hoc nos docuit Dauid Psal. 111. vers. 1. *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.* Agellius censet, *Beatus vir qui timet Dominum*, ad præcepta negatiua pertinere, nam ea, quæ lege prohibentur, cauet admittere, non quod ab illis admittendis infamiæ aut supplicij metu terreatur, sed quod metuat Dominum timore filiali. Quod verò sequitur: *In mandatis eius volet nimis*, ad affirmatiua præcepta, quæ summo studio exequi cupit. Itaque non dixit, mandata eius facit, sed *volet nimis*, vt alacritatem animi, & ingens desiderium in illis exequendis ostenderet: sic Beatus Theodoretus explicat: *Qui hac reuerentia præditus est, diuinoque timore imbutus, omne eius auxilium in diuinorum oraculorum, & præceptorum executionem transfert, & cum omni animi alacritate, hæc implere festinat* S. Brunus: *Ille beatus vir in mandatis Domini persistens, volet nimis, id est, nimiam voluntatem dilectionis, habebit in mandatis illius.* Sicut enim diximus cap. 1. vers. 27. *Timorem Domini expellere peccatum.* Id est, omnem præceptorum transgressionem reijcere: Sic nunc timentes Deum mandata Dei custodire: Quia ille obseruat Dei præcepta, qui nullum in corde suo flagitium admittit; omnia enim peccata præceptorum Dei transgressiones sunt.

132. *Timentes Dominum custodiunt mandata eius.* | Psal. 111. | Agellius. | *Alacriter custodit legem qui timet Deum.* | B. Theodor. | S. Brunus. | Eccl. 1. v. 27

Et patientiam habebunt vsque ad inspectionem Dei. Vel vt Tygurina, *& donec respiciat ipsos patientes perdurabunt.* Cùm ij, qui legem Dei obseruant, in executione soleant aliqua pœnæ mala perpeti, ideò adiungit Sirach, timentes Dominum, qui custodiunt legem eius, *patientiam habere, & patienter perdurare vsque dum* veniat Dominus & liberet eos à tentationibus vel tribulationibus, quibus opprimuntur. Vide quæ diximus ad id vers. 2. huius capitis. *Ne festines in tempore obductionis; sustine sustentationes Dei*, &c. Illud *vsque ad inspectionem illius*, potest explicari, vsque ad tempus visitationis Dei, cum miseratione Dominus commotus, inspiciat timentem Dominum, tribulatione, vel tentatione depressum, & illum eripere & liberare libeat, vel potest etiam *inspectionem*, exponi pro visitatione iudicij, vt expectet patiens vsque ad tempus mortis & iudicij, vt v. 17. diximus verbum *inspicere* significare.

Timentes Dominum patientiam habent | Eccl. 2. v. 2

Illustratio secunda.

VERS. XXII.

133. *DIcentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.* Hæc pij dicunt, quos Deus clementer habet, etiam cum punit. Nam punit eos in iudicio, non in ira sua. Sed Apostolus vt mox dicemus, ait: *Horrendum esse incidere in manus Dei viuentis.* Sic est profecto. Horrendum est ijs, quibus iratus est, hoc est, improbis, non pijs, quos si punit, punit absque ira, quam nemo mortalium sustinere potest. Propterea horrendum est, in eam incidere Psal. 6. v. 1. *Ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me.* Itaque si non resipuerimus, *incidemus*, &c. q. d. Si antequam adueniat inspectionis, vel visitationis tempus, de peccatis commissis non resipuerimus pœnitentiam agendo; non in manus hominum, qui vitam tantum corporalem eripere valent, incidemus, sed in manus Domini, qui mortem corporis & animæ inferre potest. Ideò dixit Christus Dominus Matt. 10. vers. 28. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: Sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.*

Cùm iustos Deus punit, clementer se habet | Heb. 10. v. 13 | Psal. 6. v. 1 | *Impœnitens incidit in manus Dei* | Matth. 10 v. 28.

Hinc est quod Susanna, cum à scelestis senibus ad peccandum prouocaretur, proposita ante se eius morte, & honoris amissione, gemens prorupit: Daniel. 13. v. 22. *Angustiæ sunt mihi vndique; si enim hoc egero, mors mihi est, si autem non egero, non effugiam manus vestras; sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini*, id est, quàm incidere in manus Dei, in quas si peccarem inciderem. Ecce Susanna, quæ nec mortis timore, nec horrore futuri dedecoris & infamiæ de iusto seruandæ castitatis firmissimo proposito, dimoueri potuit, nec vllatenus flecti, vt illorum senum libidini, vel minimum præberet obsequium, pudicitiæ honestatem, & vitæ & famæ anteposuit: q. d. Angustor vndique & contrahor, quia necesse est me in mortem vel corporis vel animæ incidere. Vos enim mihi minamini mortem corporis, si vestris precibus non annuero; Deus verò mortem animæ si contempsero, vobisque sponte & volens commiscear, vt postulatis; sed *melius est*, &c. Vbi Diuus Chrysostomus hom. de Susanna, inquit: *Susanna aspernabatur quod audiebat quia timebat eum, quem nihil latebat: falsi enim testes possunt lædere famam, non occidere conscientiam.*

Dan. 13. v. 22 | *Susanna noluit incidere in manus Dei viuentis* | D. Chrysost.

134. Ergo Ecclesiasticus ad metum incutiendum proponit, impœnitentes incidere in manus Dei, non in manus hominum, quia primum horrendum est, cum manus Dei habeant potestatem ad vitam animæ & corporis eripiendam, non autem manus hominum, quæ minus timendæ sunt. Sed numquid non melius est in manus Dei, quam in manus hominum, incidere? Audi Dauidem 2. Regum 24. vers. 14. Qui dixit ad Gad. *Coarctor nimis; sed melius est vt incidam in manus Domini*, &c. Respondet Abulensis meliùs esse incidere in manus Dei, quàm in manus hominum, cum ab vtroque pœna temporalis imponenda est; si tamen à Deo est imponenda pœna æterna, & ab homine pœna temporalis, melius est incidere in manus hominum, quam in manus Dei. Nunc autem Dauid sustinere debebat pœnam temporalem, solum scilicet mortem, &c. Rationem reddit ipse Dauid scilicet esse misericordiam apud Deum, id est, melius est incidere in manus Dei, quia ipse valde miseretur, homines autem non miserentur. Si ergo Dauid eligebat pœnam à Deo, credebat quod fortè Deus exoratus remitteret aliquid de pœna; si tamen caderet in manus hominum, nihil exorati dimitterent. Ideò aiebat Paulus Hebræorum 10. vers. 31: *Horrendum est incidere in manus viuentis*; q. d. Horrendum est diuinæ diuinæ iustitiæ seueritatem experiri. Incidere in manus Dei, inquit Apostolus pro eo quod, est diuinum iudicium atque sententiam subire, atque eius vim & potentiam experiri, & loquitur de manibus Dei, quibus in futura vita sontes vlciscitur. Diuus Anselmus hunc locum commentatur, dicens: *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis, id est, qui semper viuens est, & pœnas semper viuentes infert eis, quos damnat: incidit in manus Dei, qui non sibi prouidet, sed subito deprehenditur, scilicet ventura damna minimè prospiciens sine delictorum pœnitentia, & virtutum decore venit ad examen æterni iudicij, sensurus casum damnationis*, &c.

Horrendum est in manus Dei incidere | 2. Reg. 24 v. 14 | Abulensis | *Quare Dauid voluit incidere in manus Dei* | Heb. 10 v. 31 | *Cur horrendum sit, in manus Dei incidere* | D. Anselm.

135. Fortè adiecit Apostolus, verbum *viuentis*, non solum ad Dei æternam vitam manifestandam, & pœnas semper viuentes inferre, sed etiam ad significandum tempus, in quo peccatores sunt à Deo vindicandi, id est, tempus vindictæ & iudicij, cum Christus Dominus iudicis seueri munere functurus est. Quia in præsenti vitæ curriculo, quamuis Christus viuens sit, & in æternum victurus sit, eum quasi mortuum, seu crucifixum contemplamur, id est, misericordem, benignum, & omnium bonorum largitorem. Sicut enim cum cruci affixus est, ita largum & nimium suarum diuitiarum, sanguinis scilicet, omnibus se præbuit, vt meritò Apostolus Paulus Ephes. 2. vers. 4. *Diuitem in misericordia* appellet, *propter nimiam charitatem, qua dilexit nos.* Ita dum in hac vita viuimus, cum crucifixum & veluti mortuum, præ oculis eum habeamus, id est, diuitem in

Quare dicatur Dei viuentis | Eph. 2. v. 4. | *Christus cruci affixus misericors & benignus.*

in misericordia, suam nimiam charitatem profusè elargientem, in manus eius incidere exoptamus, non quia non viuens sit, qui semper viuens est, sed quia non ita viuens sicut in die iudicij, in quo ait Apostolus: *Horrendum est, in eius manus incidere, quia viuens,* id est, iudicis vim, & potentiam, seueritatemque peccatores experientur. Palacius ad interrogationem cur *horrentius est*, &c. ait: Christum respondere: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*, &c. Ergo Ecclesiasticus impœnitentibus volens periculum ostendere, & minas proponere, inquit: *Si pœnitentiam non egerimus incidemus in manus Domini*, id est, incidemus in manus Dei, vt viuens est, id est, seuerus iudex, *& non in manus hominum*, qui impotentes sunt, vel in manus Christi crucifixi, qui dies est in misericordia, &c.

Palacius.

Quare impœnitentes, cadunt in manus Dei viuentis.

Ratio ergo quare impœnitentes cadunt in manus Dei viuentis est, quia nolentes pœnitentiam agere, existimant se manus Dei effugere posse, qui leonis instar misericoditer punit & incidunt in manus vrsi, qui eos in æternum punit. Vt accidit ijs, qui pœnitentiam remittunt ad diem iudicij, quibus ait Amos cap. 5. v. 18. 19. *Væ desiderantibus*, &c. *Quomodo si fugiat vir à facie leonis & occurrat ei vrsus.* Fugit leonem, quem frementem audit, & incidit in manus vrsi, qui eum dilacerat. Christus Dominus in hac vita leo est, Gen. 49. v. 9. *Requiescens accubuisti vt leo.* & Apocal. 5. v. 5. *Vicit leo de tribu Iuda.* Fugiunt enim à facie leonis, qui nunc obedire ei nolunt, eum quasi leonem intra se fingentes, id est, crudelem, & imperandi cupidum omniaque voluptatum genera eis denegantem. Cum tamen illi, qui gustarunt, sciant suauem esse Dominum, Psal. 72. v. 1. *Quam bonus Israel Deus ijs, qui recto sunt corde.* Quibus respondere potest Deus: Ex ore tuo te iudico, serue nequam, sciebas quod homo austerus sum, me leonem esse dicebas, cur ergo mihi non parebas, vt iram meam fugeres? cur ante misericordiæ meæ pedes non procidebas per pœnitentiam, vt manus meas fugeres. At fugienti à facie leonis vrsus occurret, qui neque prostratis parcit, id est, Christus in secundo aduentu, quo inimicos suos æterni ignis pœna puniet & quasi vrsus lacerabit: tunc enim non effugies manus eius, quia viuens est, &c. Ergo vt non incidamus & ab eo puniamur, remedium est, ad pœnitentiam nos confugere, quæ ita potens est, vt Dei manus constringat ad puniendum, & flagellum extorqueat, &c. Sic ponderauit noster Cornelius pœnitentiam Niniuitarum dicens, nota quanta sit vis pœnitentiæ, quæ tantæ vrbis tot tantaque scelera aboleuit, Dei iram placauit, flagellum ei extorsit, imò eius gratiam & iustitiam impetrauit, &c.

Amos 5. v. 18. 19.

Gen. 49. v. 9

Apoc. 5. v. 5

Psal. 72. v. 1 Deus suauis est.

Fugienti à facie leonis vrsus occurret, id est, fugiens pœnam temporalem incidet in æternam.

Pœnitentia manus Dei constringit. Cornelius.

Tertia illustratio.

Vers. XXIII.

136. *Maiestas pro iustitia sumitur.*

Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est. Transtulit *magnitudinem* pro maiestate, vt diximus in notis, & sumitur pro iustitiæ attributo, in quo plusquam in velo alio suam magnificentiam Deus & maiestatem ostentare solet, & est, q. d. vt Sâ explicat: Quod si pœnitentiam egerimus miserebitur, quia secundum magnitudinem, &c. Si ij, qui pœnitentiam non agunt, nec recipiunt, in manus Dei incidunt, id est, suâ maiestatis & iustitiæ seueritatem experiuntur: nos, qui ab eo veniam humiliter postulamus, misericordiam eius periclitabimur: Quia tam infinitè magna est, quanta est iustitiæ maiestas, seu magnitudo. Illud *tum ipso est*, q. d. Sicut numquam iustitiæ magnitudo seu maiestas ad puniendum: Sic misericordia ad miserendum & ignoscendum haud vnquam separatur à Domino. Si iustitia scelerum vindictam ab eo postulat, diuina misericordia remissionem, & veniam impensè poscit. Quia sicut iustitia, ira & misericordia cum ipso est, & eum comitatur.

Sâ

Iustitia & misericordia Deum comitantur.

Hoc est, quod inquit vates Psal. 61. v. 10. *Semel locutus est Deus: duo hæc audiui, q. d. potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.* q. d. ex Dei simplici & vnica locutione, duo, inquit, audiui, quorum primum est, *quia potestas Dei est*, quod enim ille *semel locutus est*, qui facere neglexerit, is ab eo punietur, cum potestas illi adsit vlciscendi suorum sermonum violatores; alterum: & *tibi Domine misericordia*, quia obseruatores verbi tui, præmijs afficis, & clementiam tuam impertiris. Ergo huic confidendum est, qui non fallit, in quo nulla est vanitas verborum, nam semel loquitur. Itaque adsunt Deo non solum potestas seu maiestas ad vlciscendum, & puniendum delicta, sed est cum illo misericordia ad præmijs ornandos eos, qui ei seruierint & obtemperauerint B. Theodoretus sic hunc locum declarat: *Audiui, inquit, à Deo, rerum omnium conditore declarante iudicium, & malorum & bonorum remuneratorem fore, declarauit semel Deus nec fieri potest, vt id non eueniat: duo verò dicit, contra iniquos, pœnam, & benignitatem quæ pijs conceditur.*

Psal. 61. v. 13 *Semel loquitur Deus quia Deo fidelis est qui non fallit.*

B. Theodor.

Hæc duo sunt, quæ apposuit Jesus Sirach, quia sicut adest Deo *magnitudo*, hoc est, iustitiæ maiestas ad puniendos impios, *sic misericordia*, hoc est, benignitas ad iustos præmijs afficiendos. *Cum ipso est*, id est, ei adest semper. *Ita sic* indicat misericordiam non superari à magnitudine seu iustitia; sicut est magna iustitia, sic & magna misericordia est, per misericordiam saluat peccatores, per iustiam punit. Sic eleganter D. Augustinus lib. de bono perseuer. cap. 11. *Inuestigabilis ergo est misericordia Dei, qua cuius vult miseretur nullis eius præcedentibus meritis: & inuestigabilis veritas, id est, iustitia, qua quem vult indurat, eius quidem præcedentibus meritis, sed cum eo, cuius misereatur, plerumque communibus.* Et lib. 1. ad simplicia, q. 2. *Ille cui subuenit, & ille, quem deserit ex eadem massa sunt peccatorum, & quamuis debeat vterque supplicium, ab vno tamen exigitur* (quia suam iustitiam exercet) *alteri donatur* quia sua vtitur misericordia. *Secundum* enim *magnitudinem ipsius sic & misericordia illius cum ipso est.*

137. *Iustitia & misericordia cum Deo sunt.*

D. Augustin.

Fortè in hoc sensu rogat Psaltes, Psal. 76. v. 9. *Aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas*, &c. q. d. Rursus me consolabor cùm cogitauero, quod cùm ad misericordiã propensus sit Deus, non patietur res nostras tanquam obliuioni dari, & ira quasi muro quodam obstrui misericordiæ fontes: vel ita inclusas tenebit, vt nihil inde miseris impertiatur, vt qui iubet vt de nostro pauperi demus, ipse nihil de gratiæ suæ immensis opibus largiatur? & restrictus erit in sua clementia qui liberalitatem alijs præcipit, illud *continere in ira*, est, q. d. Nunquid ira, quæ in Deo ex iustitia & magnitudine oritur, benignitatem ex misericordia procedentem vincere, & superare poterit. Minimè, *quia secundum magnitudinem ipsius, sic & misericordia eius cum ipso est.* q. d. Pares sunt in Deo magnitudo seu iustitia, & misericordia eius. Dixit D. Hieronymus: *Quamuis se teneat vt non misereatur tamen vincit illum misericordia sua.* Vult enim Deus

Psal. 76. 9 *Non obliuiscitur Deus misericordiæ suæ.*

Pares sunt in Deo iustitia & misericordia.

D. Hieron

Deus nostris criminibus offensus, dùm miseri laboramus, quando imploramus diuinum subsidiũ, cõtinere se ne occurrat & subueniat, vrget tamen diuina misericordia. Et si sic est fas dicere, tardum & renitentem cõpellit Deum, vt prestò sit, & misereatur. Dixit enim D. Augustinus: *Inuenit magnũ consolatorem in te, à te in alterum nulla est misericordia, nisi eam tibi Deus donet; nunquid obliuiscetur*, &c. *Riuus currit, fonsipse siccabitur, facilius ille iram quàm misericordiam continebit.* Cùm autem continet misericordiã & obliuiscitur hominis, signum est castigationis Dei, quam exequitur in peccatores, qui ipsum Deum obliuiscuntur, quæ ingens pœna est, quia signum est eius impœnitentiæ & obstinationis æque ac derelictionis, & reprobationis diuinæ. Causa huius obliuionis Dei est, quod peccator priùs obliuiscatur Dei, quæ ei omnium malorum est causa. Vide Psal. 12. vers. 2. & 41. v. 10. Quam pœnitentiam infligit Deus peccatori iustè & congruè, qui enim obliuiscitur, lege talionis meretur vicissim vt Deus eius obliuiscatur.

Misericordia compellit Deum vt misereatur. D. Augus.

Illustratio quarta.

138. *Quomodo misericordia vincit iustitiam.* Palacius.

Sic & misericordia eius. Hæc tandem comparatio indicare videtur misericordiam superare iustitiam, non in magnitudine & maiestate, sed in affectibus erga iustos & timentes Dominum. Sic explicat Palacius, est, inquit, potentia & sapientia infinita, at non est infinitum effusa: nihil enim infinitũ fecit. At misericordia quanta ipsa est (secundum scil. magnitudinem Dei) in nos effusa est. Deus infinitus per infinitam misericordiã, infinitum opus nostræ redemptionis effudit. Est enim Christus infinitus, eius merita infinita, & quod nobis dabit, præmium infinitũ: vnde sequitur misericordiam superare iustitiam. Sic Dauid Psal. 102. v. 11. *Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundam iniquitates nostras retribuit nobis.* q. d. Non eam pœnam à nobis exegit, quam sceleribus nostris ipsi commeriti eramus: ostendit enim misericordiam suam cùm multò maior fuerit in supplicijs, quàm nostra scelera merebantur. Sic D. Augustinus: *Deo gratias, quia hoc voluit, non quod meremur accipimus: non secundum peccata nostra fecit nobis.* Subdit vates, *Quoniam secundum altitudinem cæli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se*, adhibuit verbum *corroborandi* non ea significatione, vt fortem esse misericordiam demonstraret, sed vt altam esse & eminere indicaret. Tantum, inquit, altior est, & eminet supra timentes Deum eius misericordia, quantùm à terra cælum distat, & eminet. Idem significauit Moyses verbo *corroborandi* cùm Gen. 7. v. 20. inquit, *Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.* Sanct. pag. *Quindecim cubitis superna roborauerunt se aquæ* LXX. *Exaltata est aqua.* Chald. *præualuerunt aquæ.* Sic confirmata est misericordia Dei super timentes eum. Tantumdem est, atque altior fuit, ita vt penè diluuio quodam eius misericordiæ mergantur, & eos abyssus illa diuinæ clementiæ absorbeat, &c.

Psal. 102. v. 10. 11. *Non secundum iniquitates nostras Deus fecit nobis.*

D. August.

Psal. 102. v. 11.

Ergò cùm dixisset Dauid in versu præcedenti misericordiam Dei in flagitijs remittendis vicisse magnitudinem suppliciorum quæ merebantur, indicauit misericordiam iustitiam vicisse, quam victoriam magnificauit, cum misericordiam in alto versu describit exaltatã esse & corroboratam quàm cælum à terra distat, & eminet. Sed quare hanc cæli & terræ similitudinẽ apposuit? Nunquid cælum significat misericordiam, & terra iustitiam? Posset aliquis respondere, misericordiam cælo comparari, quia ipsa timentes Deum in cælum euehit: & iustitiam terræ assimilari, quia peccatores deprimit. Sed dicamus hanc altitudinem sicut cælum distat à terra significare altitudinem misericordiæ, circa iustos timentes Deum q. d. Misericordia descendit ab altis sedibus, & corroboratur super timentes Dominum; sed quamuis iustitia pari modo descendat ad flagitiorum supplicia sicut præmium bonorum operum, non è cælo propriè descedit, sed oriuntur ex terra, id est, ex meritis flagitiorum; quia Deus, sicut pronior est ad misericordiam, quàm ad iustitiam, sic supplicia videntur ex eo non oriri, sed ex peccatorum meritis, inde est, quod misericordia cælo, iustitia terræ comparetur: non Dei attributa, sed effectus ex ipsis procedentes, & aliquando Deus supplicia immittit: vt peccatores flagitiorum suorum recordentur, & pœniteant. *Nihil enim* (inquit S. Chrysostomus hom. 3. Antioch. *Sic peccata in memoriam reuocare consueuit vt pœna & castigatio.*

139. *Misericordia cælo, iustitia terræ comparatur.*

Præmia oriuntur ex Deo, supplicia ex meritis peccatorum.

D. Chrys.

Tandem quare edixit Dauid: Deum, *secundum altitudinem cæli à terra corroborare super timentes se misericordiam suam?* Respondeo hanc similitudinem Psalem apposuisse ad significandam protectionẽ Dei erga iustos. Sic S. Augustinus super locum to. 8. *Si aliquando* (inquit) *potest cælum abscedere à protectione terræ, aliquando poterit Deus non protegere timentes se: Attende & cælum. Vbique atque vndique protegit terram, & nulla pars terræ est, quæ non cælo protegatur. Peccant homines sub cælo, faciunt omnia mala sub cælo, tamen proteguntur cælo. Inde lux ad oculos, inde aer, inde spiritus, inde pluuia ad terram, propter fructus: inde omnis misericordia à cælo. Tolle auxilium cæli à terra, statim deficiet. Sicut ergo protectio cæli permanet super terram: sic protectio Domini permanet super timentes eum*, &c. Ergo licet iustitiæ magnitudo cum Deo est, quia impœnitentes flagellat: sic misericordia exaltata est in Deo, id est, in effectibus vincit iustitiam, & corroboratur super timentes Deum, quia miseretur, & sua protectione defendit eos, qui pœnitentiam agunt. *Et secundum magnitudinem eius, sic & misericordia eius cum ipso est.*

140. Psal. 102. v. 11. *Protectio Dei erga iustos.*

D. August.

Misericordia exaltata est in Deo.

Quomodo dicatur misericordiam altam esse. Gen. 7. v. 20.

CAPVT TERTIVM

1. Filij ſapientiæ Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia, & dilectio. 2. Iudicium patris audite filij, & ſic facite vt ſalui ſitis. 3. Deus enim honorauit patrem in filijs: & iudicium matrisexquirens, firmauit in filios 4. Qui diligit Deum exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur. 5. Et ſicut qui thezauriſat, ita & qui honorificat matrẽ ſuam. 6. Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. 7. Qui honorat patrẽ ſuum, vitâ viuet lõgiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. 8. Qui timet Dominũ honorat parentes, & quaſi Dominis ſeruiet his, qui ſe genuerũt. 9. In opere & ſermone, & omni patientiâ honora patrem tuum. 10. Vt ſuperueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat. 11. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. 12. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria eius cõfuſio. 13. Gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filij pater ſine honore. 14. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius. 15. Et ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua: eleemoſyna enim patris tui non erit in obliuione. 16. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum. 17. Et in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis cõmemorabitur tui & ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua. 18. Quam malæ famæ eſt qui derelinquit patrem, & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrem. 19. Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriã diligêris. 20. Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. 21. Quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. 22. Altiora te ne quæſieris & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. 23. Non eſt tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt videre oculis tuis. 24. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. 25 Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. 26. Multos quoque ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus

illorũ. 27. Cor durum habebit malè in nouiſſimo, & qui amat periculum, in illo peribit. 28. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & prauus corde in illis ſcandalizabitur. 29. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. 30. Synagogæ ſuperborum non erit ſanitas, frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelligetur. 31. Cor ſapientis intelligitur in ſapientia, & auris bona audit cum omni concupiſcentia ſapientiam. 32. Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit. 33. Ignem ardentem extinguit aqua & eleemoſyna peccatis reſiſtit: & Deus proſpector eſt eius, qui reddit gratiam: meminit eius in poſterum, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum.

Argumentum tertij Capitis.

EXhortatur in hoc capite Ieſus Sirach filios ad honorandum parentes, nam hic honos multiplicem Dei meretur benedictionem, & inhonoratio maledictionem. Laudat animi modeſtiam contra curioſitatem, & cor durum, & nequam, & ſuperbum vituperat. Laudibus tandem celebrat hominem ſapientem, & præcipue illum, qui in erogandis elemoſynis ſe exercet, &c.

VERS. I.

Filij ſapientiæ Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia & dilectio.

Senſus.

1. *Filij ſapientiæ, &c.* q. d. Omnes illi, qui bene à ſapientia inſtructi ſunt, vt filij à parentibus inſtitui ſolent (nam parentes præceptorum munere funguntur) ij inquam à ſapientia informati Eccleſiam iuſtorum efficiunt: Sicut enim iuſti filij Dei nominantur, ita filij ſapientiæ appellari poſſunt: in ipſis namque ſapientia Dei moratur, & illos verbo ſuo ſibi filios generat. Genus autem eorum ſunt obedientia & dilectio, id eſt, tales penitus addicti ſunt obedientiæ & dilectioni, haſque virtutes proprias, & familiares oſtentant, vt quæ referenda ſunt de obedientia, & dilectione, tales facilè ſunt obituri, &c.

Notæ.

Lyra. Hugo Dionyſius. Palacius.

Hæc prima ſententia in originali Græco non inuenitur. Solum Tygurina ſub parenteſi, vt ſolet, eam legit, dicens: *Filij ſapientiæ cœtus iuſtorum ſunt, & fœtus illorum obedientia & charitas.* Vatablus: *Vel ſoboles aut proles.* Addita tamẽ videtur à vulgato interprete explicationis gratia eorũ, quę in hoc capitulo dicturus eſt, apponit enim filijs exempla iuſtorũ, vt ad parentes diligendos facilè prouocentur. Lyra explicat hanc ſententiam de filijs Dei, id eſt, ſapientiæ increatæ, vt ſunt filij per adoptionis gratiam. Hugo de filijs ex iuſtis ſpiritualiter natis intelligit. Dionyſius de filijs adoptiuis ſapientiæ. Paulus de Palacio etiam de filijs Dei, in quibus ſapientia Dei habitat, & quos verbo ſuo ſibi filios gignit, &c.

Illuſtratio prima.

2. *Sapientia & timor, fundamenta virtutum.*

Filij ſapientiæ Eccleſia iuſtorum. Cùm in ſuperioribus egerit Eccleſiaſticus, de ſapientia & timore Domini, quæ ſunt fundamenta virtutum, & quibus iuſti filij Dei inſtituuntur, vt Dei obſequio ex animo addicantur (nam qui ſapientiæ & timori Dei adſtringuntur, virtutis viam rectis inceſſibus inſectantur, & ad perfectionis metam peruenire ſtudent) nunc autem de primo ſecundæ tabulæ præcepto, id eſt obedientia parentibus exhibenda fuſè tractat. Quia ſicut hoc mandatum primo de Deo diligendo reſpondet; ſic iuſtus obligatione adſtringitur illud ſeruandi: quare Sirach à cõmendatione iuſtorum, qui numero filiorum Dei referuntur, hoc certum caput exordiuntur, vt omnes exemplo iuſtorum ad obedientiam & dilectionem

Seneca. dilectionem parentum prouocet. Dixit enim Seneca epist. 6. *Longum iter est per præcepta, breue & efficax per exempla.*

Ergo *Filij sapientiæ*, fœtus, seu congregatio iustorum appellantur, vt significetur, nullam esse veram sapientiam præter eam, quæ in iustis inuenitur, Hi denominantur sapientes, quia Dei sapientia viget in illis. Illud *sapientiæ filij* secundùm scripturæ phrasim, idem est, quod sapientes, vt sagittas vocat Jeremias Thr. 3. v. 13. *filias pharetræ*, id est, sagittæ eo quod in pharetra, vt in vulua matris custodiantur, & inde depromptæ, velut proles in lucem mittantur, & à Latinis pharetra sagittis plena, vocatur grauida, vt Horat. & filios hominum pro hominibus. Ita *filios sapientiæ* vocat sapientes, non solùm appellat filios propter institutionem sapientiæ, sed etiam quia sicut filij in vtero materno cooperante patre generantur, & in lucem eduntur, similes parentibus apparent: sic etiam iusti in sapientiæ sacra vulua gignuntur cooperante Dei potentia & cùm in lucem produntur, similes parentibus apparent: sunt enim sapientes, quia filij sapientiæ sunt ex ipsa generati. Rabanus: Filios sapientiæ (inquit) meritò dicit esse Ecclesiam iustorum, quia qui verè sapiens est verus est iustitiæ cultor. Quoniam vera sapientia veraciter iustitiæ dictat normam.

Qui dicantur filij sapientiæ. Thren. 3. v. 13. Horat. *Iusti in vulua sapientiæ gignuntur.* Rabanus.

I. Prou. 28. v. 5. *Iusti sapientissimi.* D. Greg. Nazianz.

Hoc probatur ex eo Prou. 28. v. 5. *Viri mali non cogitant iudicium, qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.* Heb. & Chald. *intelligent omnia*, viri improbi quamuis humana eruditione, & sapientia plurimum valeant, nihil prorsus scire putandi sunt, quandoquidem ignorant ipsam honestatem, & probitatem, cuius ignoratio summa insipientia est, *qui autem inquirunt Dominum*, &c. id est, viri iusti & recti, quotquot Deo placere student, hi certè quamuis alias omni humana eruditione & disciplina vacui sint, sapientissimi tamen existunt. Sic dixit D. Gregorius Nazia. oratione 14. de plaga grandinis. *Prima sapientiæ est vita proba & honesta, Deoque perpurgata, vel certè se purgans.* Et D. Chrysost. tom. 1. Hom. 54. in Genes. *Iustorum conuersatio, & vita totius Philosophiæ continet doctrinam*, & tom. 4. homilia 9. in epist. ad Colos. explicans id cap. 3. *In omni sapientia docentes.* Vocat impios insipientes, & probat ex Psal. 13. v. 1. 37. v. 6. statimque subdit: *Sicut nihil est eo sapientius, qui ex virtute se rectè gerit. Vide enim, inquit, quomodo sit Philosophus. Facultates suas impertit &c. Quamobrem quicumque gloriam despicit est sapiens, nouit enim res humanas. Diuinarum & humanarum rerum cognitio est Philosophia. Ergo nouit quidem quæ sunt res diuinæ & humanæ, & ab his quidem abstinet, illas verò exercet, & operatur: scit autem etiam in omnibus Deo agere gratias.*

D. Greg. Nazianz. D. Chrysost. *Philosophia rerum cognitio.*

4. Itaque iusti sunt sapientes, quia filij sapientiæ: eruditur enim ab ea sicut filij à parentibus, & sicut filij parentibus similes euadunt, sic iusti similes sapientiæ pro creantur; sicut filij enim ab ea procedunt. Et sicut vera sapientia in Ecclesia inuenitur, quia caput eius Christus est, qui est vera sapientia Patris: Sic iusti sicut membra huius capitis sapietia decorati, Ecclesia vocantur q.d. Cœtus seu congregatio iustorum filij sapientiæ sunt, id est, vera sapientia instituti. Sic Dauid Psal. 88. v. 6. *Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine, & veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.* Sunt qui cælorum nomine, seruos Dei, & iustos intelligendos putent, qui non modo potentiam eius in factis laudant, verum etiam veritatem, ac fidem in promissis, idque faciunt in Ecclesia sanctorum, cùm collecta multitudine populi Deo dicati, mirabilia eius celebrant, & firmitatem atque constantiam in promissis: possumus etiam intelligere in veritate sapientiam, & hâc dicere in Ecclesia sanctorum inueniri, quia sicut Ecclesia seu congregatio iustorum sunt filij sapientiæ; ita veritas Dei ex sapientia sua orta, in hoc cœtu sanctorũ, seu Ecclesia iustorum inuenitur: ipsi enim veritatem, & fidem Dei in promissionum adimpletione publicè prædicant, quia sunt filij sapientiæ, ad quos mirabilia Domini celebrare & veritatem manifestare & docere spectat. Dixit D. Augustinus conc. 1. in hũc Psal. 88. *Cæli ergo confitebuntur mirabilia tua, & veritatem tuam. Totum quidquid prædicant cæli,* (id est, iusti) *ex te est, & de te est, & idèo securi prædicant, quia non possunt de prædicato erubescere.*

Iusti in vulua sapientiæ gignuntur. Rabanus. *Vera sapientia in Ecclesia inuenitur.* Psal. 88. v. 6. D. Augustin.

Idem dixit Dauid Psal. 110. v. 1. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo in consilio iustorum & congregatione*, vocat consilium iustorum seu congregationẽ, illud quod è selectis, & spectatis probitate, & prudentia viris constat, & à turba secretum, quasi secretũ consilium senatus &c. q.d. Laudabo te ô Domine *in toto corde meo*, id est vero corde, perfecto, integro, non dimidiato sicut est duplex cor. Eum inueniam in medio Ecclesiæ iustorum, id est qui sunt filij sapientiæ selecti, & spectati viri, vt mecum etiam tuam laudem dulciter concinant. Sic dixit B. Theod. *Ex tota mente, O Domine, tibi laudes de gratiarum actione affero, non ego solus, sed etiam piorum cœtus vna mecum. Concilium igitur iustorum piorum collegium appellat.* Idem dicitur Psal. 149. v. 1. *Laus eius in Ecclesia sanctorum.* Jdeò Paul. Eph. 5. 25. v. 26. ait: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipsi sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata.* Hæc Christi traditio ad mortem pro amore Ecclesiæ, denotat generationem huius dilectissimæ filiæ, quæ in morte sua è latere egressa est; & sicut filiam Christi qui est Patris sapientia, vocare possumus filiam sapientiæ, quæ sanctificationem ab eo accipit, vt esset sancta, & immaculata, & de ea possit Jesus Sirach dicere: *Filij sapientiæ* congregatio *iustorum*, seu *Ecclesia*. q. d. illam Ecclesiam iustorum, quam Christus morte sua genuit, esse filios sapientiæ dicimus, &c.

5. *Consilium iustorum quale dicatur.* Psal. 110. v. 1. B. Theod. Psal. 149. v. 1. *Ecclesia in Christi laude oria.*

Secunda illustratio.

6. ET natio illorum obedientia & dilectio, vel fœtus, vel soboles, quod idem est, q. d. Genus istorum, siue filij ex eis procedentes, siue similes imitatores eorum, pleni sunt obedientia & dilectione. Nos diceremus: *esta gente no trata de otra cosa, que de obedecer, y amar a Dios*, in dilectione Dei, & præceptorum obedientia, & plena legis executione intenti æuum agere conantur, id est, penitus obedientiæ & dilectioni deduntur, vel obedientia, & dilectio Dei in iustis inueniuntur, & in cordibus eorum manent & morantur, ad actiones eorum moderandas, vt neque sensus, neque potentiæ legem Dei transigredi possint, sed se diuinæ voluntati aptent, ad seruiendum, & obtemperandum. Sic Rabanus, rogat, quomodo autem nationem vocat iustorum obedientiam & dilectionẽ? Cùm obedientia & dilectio virtutes sunt, quæ habentur à iustis. Nisi quia tropica locutione per ipsas virtutes

Iusti pleni sunt obedientia & dilectione.

virtutem transgredi possint.

Sed quare adnectit dilectionem obedientiæ? Quia vera obedientia vim recipit à veta dilectione Dei. Sicut enim qui verè diligit Deum sermones eius, vel præcepta custodit: sic qui obtemperare voluerit, amori Dei addici debet: quia obedientia diuinæ legis in Dei dilectione stabilitur. Cùm autem filius in ratione filij, non solum diligere parentes, sed illis obtemperare debeat, ideò quia iustus filius est sapientiæ, obedientiã & dilectione Dei astringitur, & obligatur. Cuius obedientiam tanti Deus facit, vt summo amore eum prosequatur, sibi iustum coniungendo, & in suis visceribus collocando. Postquam Deus opt. max. Euam de costa Adami formauit, quia *ædificauit costam, quam tulerat de Adam in mulierem*, Gen. 2. v. 23. *Adduxit eam ad Adam, dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meiis, & caro de carne mea.* Quare ergo postquam adduxit eam ad Adam, illam vocauit os ex ossibus suis, & carnem de carne sua? Rationem dubitandi assignauit D. Anastasius Synait. tom. 6. Bibl. l. 9. exam. dicens: *Nam quamdiu quidem membra corporis sunt vnita in corpore possumus dicere de vnoquoque eorum: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; quando autem ex causa aliqua fuerit ablatio, & diuisio alicuius membri à corpore, non habet amplius locum dicere: Hoc nunc os ex ossibus*, &c. Respondeo tunc eam vocasse os de ossibus, & carnẽ de carne, quia actum obedientiæ Eua executa est. Vbi nam claret obedientiæ actus? in eo quod ait Moyses eam ad Adam vt superiorem accessisse, ad recipiendum nomen Gen. 3. v. 20. *Et vocauit Adã nomen vxoris suæ Heba*, &c. & in eo quod ait vers. 17. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Hæc autem dominatio, & impositio nominis indicat sine dubio superioris potestatem, cùm igitur Eua se illi subiecit, actum obedientiæ executa est. Et quamuis *iam non est amplius* (verba sunt Anastasij) *Os sumum, neque caro sua, sed diuersa, ablata, excisa, abalienata ab ossibus suis, & carne sua.* Sed quia accessit, cùm Deus eam adduxit ad Adam ad obtemperandum & obediendum ei, ab eo nomen recipiens, & subijciens se eius *potestati*, & *dominationi*, tanti fecit Adam hanc obedientiam & subiectionem, vt cùm iam non esset eius os & caro, prorumpat eam esse os & carnem suam, sicut antea cùm sibi coniuncta & conglutinata erat. Quia sicut membra hominis illi obtemperant & dicuntur membra sua, sic Eua quamuis separata ab Adamo, tanquam membrum proprium sibi cõglutinatum obediuit, & sic Adã hanc obedientiam magni faciens, vocat vxorem os suum & carnem suam. *Facta est* (ait Synaita) *tanquam corpus eius, ad ipsum est adducta, vt tunc dicit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Nisi velis dicere, illam Adamum vocasse os, carnem suam, vt manifestaretur mutua vtriusque coniunctio, postquam Deus illos in matrimonio coniunxit.

Quare dilectio annecti-tur obedientiæ. *Obedientiã iusti Deus magni ducit.* Gen. 2. v. 23. Anastasius Syna. *Quare Adã vocauit Euã os & carnem* Gen. 3. v. 20. Anastasius.

7. Parimodo Deus tanti obedientiam, & subiectionem iusti æstimat, quia ad ipsi obtemperandum addicitur, vt illum sibi adhæreat, & adstringat amore tanquam membrum proprium sibi coniunctum. Sic agglutinauit Deus populum Jsrael sibi, cùm *verba sua audiebat*, & præceptis obtemperabat. Vt dixit Dominus per Ierem. cap. 13. v. 11. *Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri: sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt*, id est, *non obedierunt*: Quis ita adhæsit Deo sicut humanitas

Iusti obedientiam & subiectionem Deus magni estimat. Ierem. 13. v. 11.

Christi, quæ ab eo assumpta est, & sibi intimè vnita? Huius verò adhæsionis, & perfectæ vnionis vltimum complementum, obedientia fuit; nam cùm prorupisset B. Virgo Maria Lucæ 1. v. 38. *Fiat mihi secundùm verbum tuum*, plenè seipsam suumque vterum virginalem, & vniuersa matris obsequia obtulit Deo, qui libentissimè omnia acceptauit; nihil enim ad obedientiæ dignitatem illustriùs, quàm quod summa mysteriorum Dei nimirum incarnatio Verbi Diuini, fundata, & peracta fuerit in Virginis obedientia.

Complementum incarnationis fuit obedientia. Luc. 1. v. 38.

Hanc tandem obedientiæ dignitatem stabiliendã censeo ex promissione facta Abrahæ de Messia ex carne sua nascituro. Cui ergo Deus carnem suã diuino verbo connexuram pollicetur? Nunquid præmium suæ obedientiæ fuit Verbi incarnatio? D. Greg. lib. 2. in Ezech. Hom. 15. Aliud designat præmium (cùm loqueretur de obedientia Noe) qui obedientiæ virtutem missus est subire; mox adiunxit: *Aspicere Abraham debemus, qui relicta domo, cognatione, patria, obedienti exire in locum, quem acceperat iturus erat in hæreditatem: qui paratus extitit, vt pro æterna hæreditate, dilectum, quem acceperat, occideret hæredẽ. Et quia vnicum Domino offerre non distulit, vniuersam multitudinem gentium in semen accipit.* Itaque Greg. præmium obedientiæ assignat numerosam prolem. Sed si accuratè perpendimus, inueniemus incarnationem Verbi mercedem fuisse obedientiæ Abrahæ: sic dicitur Gen. 22. v. 18. *Benedicentur in semine tuo* (id est, Christo) *omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.* Quod explicans D. Ambr. Tom. 3. in epist. ad Rom. cap. 8. ait: *Quod vtique in Isaac factum non est, sed in eo, qui in Isaac promissus est Abrahæ, qui est Christus, in quo omnes gentes benedicuntur credentes.* Vide promissionem Messiæ ex semine Abrahæ factam eidem à Deo propter obedientiã, quia obediens Deum promeruit. Ergo si præmiũ obedientiæ Abrahæ fuit Diuini Verbi incarnatio, sicut humanitatem ex carne Abrahæ assumpsit, vt dixit Paul. Heb. 2. 16. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*: ita vnio Dei cum carne Abrahæ eius obedientiæ præmium extitit. Vnde colligitur Deum tanti virtutem obedientiæ duxisse, vt sibi ipsi adhæserit. Hinc enim oritur *nationem iustorum esse obedientiam & dilectionem*, id est, obedientiæ virtuti, & dilectioni deditos esse: quia sicut filij sapientiæ Deo per has virtutes adhærent,

Incarnatio præmium fuit obedientiæ Abrahæ. Gen. 22. v. 18. D. Ambr. Hebr. 2. vs. 16.

8. Rursus hoc obedientiæ præmium confirmatur confessione Petri. Fecerat D. Petrus illam præclaram, eximiam, & commemorandam cõfessionem Diuinitatis Christi, vt refert Matt. cap. 16. 16. *Tu es Christus filij Dei viui*, & mox ipse Christus præmium tam egregiæ confessionis ei pollicetur, dicens: vers. 18. *Ergo dico tibi quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Rogo nunc, recipitne Petrus à Christo solutionem debiti, cõfessionis, an obedientiæ causã? Videtur præmiũ obedientiæ fuisse, quia confessionem fecerat mandatus, cùm Christus Dominus edixisset, *Vos autem quem me esse dicitis?* Vnde ergo hoc infertur? Ex eo quod Petrus cùm eandem fere confessionem fecisset, quia non iussus egerat, non solum præmiũ non recepit à Christo, sed neque ipse gratulatus est ei, Joan. 6. v. 10. Dixit Petrus: *& nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei*, & Christus tantùm *respondit eis: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est.* Vide quam aliud præmium ab altero diuersum. Quare igitur non recipit idẽ Petrus præmium à Christo præceptore, si eandem

Obedientia præmium in confessione D. Petri. Matt. 16. vs. 16. Joan. 6. v. 10.

Obedientia exaggeratio.

eandem fecit confessionem, quia tunc iussui Domini obtemperauit, nunc autem propriâ voluntate hanc fecit confessionem, & licet aliquam mercedem habebit, sed non eandem quam primò receperat. Ergo præmium primæ confessionis ad obedientiæ actum referendum est, &c. Et quia super eum tanquam *petram*, *Ecclesiam* suam Christus *ædificare* statuerat.

D. Petrus petra Ecclesiæ quare.

Jnde est præmium obediétiæ vnionem cum Deo esse: vnde verò colligitur hoc præmium ædificationis Ecclesię, esse istam talem vnionem? Quia Petrum fecit Christus petram supra quam Ecclesiam ædificaturus erat, id est, Christus vt verus lapicida Petrum ad fundamentum Ecclesiæ suæ potentiæ excussorio malleo adaptauit. Cùm igitur Christus Jesus sit principale fundamentũ huius ædificij, quia dixit Paul. 1. Corint. 3. vers. 11. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est; quod est Christus Iesus.*

1. Cor. 3. v. 11.

Si Petrus vt petra minus principale fundamentum est ipsius ædificij, necessum est hos duos fundamentales lapides ita inter se vniri; & connecti vt lapis vnus alteri adhæreat & adiungatur, & vterque sit veluti vnicum fundamentum Ecclesiæ.

Christus & Petrus vnicum Ecclesiæ fundamentum.

Quia sicut *petra est Christus*, supra quam fũdatur & stabilitur Ecclesia; sic Petrus petra vocatur à Christo, vt iaciatur primum ædificij fundamentum. Vnde infertur præmium obedientiæ Petri in prædicta confessione, esse hanc vnionem & connexionem Christi Iesu cum ipso Petro.

1. Cor. 10. v. 4.

Porrò, quid sapientiæ cum obedientia? *vt filios*
9. *sapientiæ*, qui iusti & probi sunt, appellet *obedientiam*, id est, obedientię virtuti deditos? Respondeo, sapientiam causam esse virtutis obedientiæ effectricem, quia in animum sapientis eam inducit ad diuinis præceptis, seu iussis obtemperandum. Hoc illustratur ex postulatione sapientiæ Salomonis à Deo, ait enim 3. Reg. 3.9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile.* Vbi verbum *docile* in Heb. est שמע *Samaques* quod significat audire, parere, obtemperare, obedire, & id genus. Itaque potest legi *Dabis ergo seruo tuo cor audiens*, cor cum auribus, cor obediens, obtemperans, *intelligens*, vt Pagn. LXX. *ad audiendum*. Cùm autem cor illustratum sapientia facilè inclinetur ad obediendum, & parendum, non mirum est, Salomonem postulasse sapientiam ad Deo, eiusque præceptis ex animo obtemperandum. Ideò ait Sirach: *Filios sapientiæ esse obedientiam*, & adiungit; *dilectionem*. Quia ex sapientia oritur dilectio, & ex dilectione obediétia. Sap. 6. v. 19. ait Sapiens: *Cura ergo disciplinæ* (id est, sapientiæ) *Dilectio est, & dilectio custodia legum illius est*, &c. Tandem *filios sapientiæ*, id est, iustos *dilectionem* appellat, quia continuò Deum ardenti amore prosequi conantur, illum desiderant, nihil aliud præter Deum cogitant. Sufficiat ad huius dilectionis illustrationem locus Diui Ambrosij Octon. 11. in Psal. 118. *Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum speraui.* Inter alia hæc innuit: *Si autem absentia sit dilecti, eo ipso quod absentem desiderat, quæ concupiuit animæ suæ patitur defectionem. Itaque quantò longiùs est illud quod desideratur, tantò magis deficit qui desiderat. Id ergo deficere est, in id vnumquemque totis studijs migrare quod diligat: illud cogitat, illi adhæret, illud personat, quod receperit diligendum; in id quadam animæ defectione transfunditur, vt si mater filij expectet præsentiam, quemadmodum expectabat Tobiæ vxor filium peregrinantem, deficiens à desiderio, & in angustijs constituta, & tanquam resoluta viribus. Quid enim aliud nisi defectum quendam eius verba significant? Sed quò magis lassatur affectus, eò amplius amor crescit; & quò diutiùs abest, qui desideratur, eò expectantis desideria maiore quodam vi amoris ignescunt.* Ideò Sirach, vocat iustorum nationem obedientiam & dilectionem.

Sapientia causa effectrix obedientiæ. 3. Reg. 3. v. 9.

Sap. 6. v. 19. *Quare filij sapientiæ appellantur dilectio.* D. Ambr.

VERS. II.

Iudicium Patris audite filij, & sic facite, vt salui sitis.

Sensus.

10. Iudicium, &c. q. d. O vos omnes, qui parentibus obtemperatis, id quod vobis parentes præscripserint faciendum, & operandũ iuxta legem Dei, attendite, & auscultate, vt opere exequamini, quod si sic feceritis, sicut parentes iudicant faciendum, saluabimini, diuinam retributionem à Deo parente maximo recipientes, &c.

Notæ.

Exhortatur filios ad obedientiam parentum.

Cvm incipit Ecclesiasticus exhortationem ad filios, quos monet parentibus obtemperare, loquitur exhortando vt sententiam patris non solum auscultent, sed opere exequantur, vt saluentur. At Originalia Græca introducunt parentem loquentem ad filios: ἐμοῦ τοῦ πατρὸς ἀκούσατε τέκνα. *Me patrem audite liberi.* Sic apud Dauidem Psal. 33. vers. 12. *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos*, id est, Discipuli mei. Quâ ratione doctores patres dicebantur, vnde & filij prophetarum pro discipulis. Sic legunt Ald. Complut. & LXX. vulgatus transtulit exhortãs. *Iudicium patris* κρίμα πατρὸς, vel κρίσιν, *iudicium, sententiam*, accusationẽ Patris auscultate. Sed quid hic *Iudiciũ* vocas, Vtrum æquam patris castigationem? An quamuis institutionem? Aut iudicium, dicit ius paternum paullò pòst, *Iudicium matris firmauit propter filios*, id est, auctoritatem maternam, quâ quod iustum & æquum est filio præcepit. Sic *Iudicium patris*, &c.

Psal. 33. v. 12. *Iudiciũ quid.*

R. Samuel citatus à Glossa explicat de Apostolis, sed est aliena mens Ecclesiastici. Lyra quem sequuntur Dionysius, Hugo, & alij intelligunt de Deo, qui omnium suarum creaturarum parens amantissimus vocatur, vt videre est apud Paul. Ephes. 3. v. 15. Et cùm parens sit omnes creaturas adhortatur, vt verba suæ legis audiant, & opere exequantur ad æternam beatitudinem assequendam. Vera autem interpretatio est, quam in sensu proposuimus, eam iam iam illustro.

R. Sam. Lyra. Hugo. Dionysius.

Jllu-

Illustratio prima.

11. Iudicium patris, &c. Vocat *iudicium* sententiam, hoc est, id quod pater filio præscribit faciendum & ex lege Dei illum docet, id est, quidquid pater statuit, & sua sententia decernit (quippe pater iudex erat filiorum) filij ratum, & firmum habere debent. Et illis, qui eam seruauerint æternam retributionem pollicetur. Sic Genes. 18. vers. 19. *Benedicendæ sunt in illo omnes nationes terræ: Scio enim quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam.* Præuenit Dominus honorare seruum suum, quem præscit bonum & iustum patrem fam. futurum, qui filios suos ac posteros instruet ad pietatem & cultum veri Dei. *Vt faciant*, &c. Jd est, vt iustè, & sanctè viuant, & non qualiscumque præceptio intelligẽda est, cum dicitur vt faciant, &c. Sed qualis patrem decet, vt serio, grauiter, diligenter, iugiter, & vbi erit opus, cum seueritate ac supplicio instruat filios, compellatque custodire viam Domini, & facere iudicium, &c. *Non enim* (inquit Diuus Chrysostomus tom. 2. hom. 42. in cap. 18. Genes.) *tantum mercedem accipit, quia ipse bene egit, sed & quia præcipit natis suis, largas retributiones accipit, idque merito. Is enim qui principium præbet ac initia, etiam eorum, quæ postea fiunt, auctor est. Et vide Domini bonitatem, non solum pro præterita virtute, sed & pro futura remunerat.*

Honorat Deus illum, quem præscit futurum bonum patrem fam. Gen. 18. v. 19. D. Chrysost.

Hic ergo locus indicat (vt noster Pererius explicat) qui legem Moysis omnemque sacram diuinarum & humanarum rerum Scripturam prægressi sunt, solitos viua voce, & per domesticam institutionem & disciplinam docere filios, & posteros suos quæcumque ad consequendam animæ salutem æternamque fœlicitatem, scire eos id temporis, atque agere oporteret. Ea verò, nisi ego fallor, huiusmodi fuerunt de prouidentia Dei, de cælestibus bonorum omnium præmijs, infernisque improborum supplicijs, de obseruatione Decalogi, qui legis naturalis præcepta, quadam tenus continet, de quibusdam ceremonijs ad religiosum cultum pertinentibus; de peculiari quadam ratione inuocandi & orandi Deum: Præcipuè autem de diuina promissione & expectatione venturi Messiæ, qui futurus erat Redemptor humani generis, mundique Saluator. Hæc, & fortasse quædam alia maiorum institutione & traditione transmittebantur ad posteros, & inuiolata custodiebantur. Quare Plutarchus lib. de lib. educandis inquit: *Prudentes itaque patres hoc potißimum tempore summa custodire vigilantia oportebit; vt adolescentulos ad modestiam inducant instruant minentur, rogent, consulant, pelliceantur nunc eorum exempla demonstrent, qui ob suas libidines ad magnas peruenerunt ærumnas aut qui per tolerantiam laudes, & præclaram sunt gloriam assecuti. Hæc enim duo, perinde ac virtutis elementa sunt, spes honoris ac formido pœnæ.* Ea sunt, quæ significabuntur illis verbis; *scio*, &c. *Facere iudicium*, &c. Quamuis alia significent in sacra Pagina.

Pererius. *Patris fam. officium.* *Quæ pater olim commendabat filijs.* Plutar.

12. Sed præcipue significant custodire, ac perficere Dei mandata, & præcepta. Etenim sæpe in diuinis litteris præcepta diuinæ legis appellantur iudicia, & iustitiæ, quibus nominibus maximè commendantur. Psal. 18. & 118. Significat etiam idem quod facere quodcumque fuerit, vel ab ipsomet vel ab alijs iudicatum esse iustum, & fieri oportere siue erga Deum, siue erga se ipsum, siue erga alios homines. Cum ergo hæc ita sint, omnes Sirach. Exhortatur ad audiendam doctrinam parentum, & custodiendam eorum institutionem, id est, quod iustum iudicant parentes. Ideò dixit Euripides à Stobæo serm. 79. *Necesse est filios parentum verbis obedire.*

Facere iudicium quid. Stobæus.

Illud enim *iudicium* vel sententia, idem est, ac id, quod parens iudicat & sentit faciendum & operandum iuxta Dei præcepta. Sicut enim Abraham parentis munus præstando docuit filios diuinam legem, & alia quæ diximus: Sic cum parentes hoc magistri seu parentis officio funguntur, & filios edocent, quæ iudicant operanda, & facienda in obseruatione mandatorum Dei. Debent filij auscultare parentum monita, *vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium*, &c. Jd est, seruent ex animo mandata Dei, & quod præcipiunt parentes opere exequantur, siue ad Deum pertineat, siue ad proximos. Et sicut Deus præmium Abrahamo, pollicitus est, sic filijs obtemperantibus, merces magna seruabatur, quæ in se benedictionem æternam in cælo præparatam continet. Quod præmium promittit Sirach. Filijs, qui iudicium seu sententiam patris audierint, &c.

Iudiciũ quid. Gen. 18. v. 19.

Illustratio secunda.

13. ET ~~ne~~ sic *facite vt salui sitis*, id est, ita operemini vt saluemini. Verbum Græcum ποιήσατε, à verbo ποιέω, quod significat facere, affertur à Iacobo cap. 1. v. 22. qui ait: cor. *estote autem factores verbi* (ποιηταί) *& non auditores tantum, fallentes vosmet ipsos: Quia si quis auditor est verbi, & non factor*, &c. *Quo autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: Hic beatus suo facto erit.* Hæc vltima pars optimè nostram sententiam cõfirmat. Eos vocat Iacobus, *factores legis*, qui præcepta legis custodiunt, & quæ per ea præcipiuntur, opere exequuntur. Jdeò vocantur leges iustitiæ iuxta id Ose. 6. vers. 5. *Et iudicia tua quasi lux egredietur*, id est, iustitiæ vestræ instar lucis orientur, ac splendescent: Sicut enim sol per radios splendet, ita iudicia, & leges Dei per opera emicant. Ita Christophor. à Castro. Exigitur enim ab Apostolo Iacobo præter fidem, obedientia, & diuinorum præceptorum obseruantia. Quare D. Augustinus serm. de Blasph. in Spiritum sanctum ait. *Scopus Christianæ religionis est, vt quæ ex doctrina veritatis didicimus opere impleamus: Beati enim qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Factores verbi saluãtur. Iac. 1. v. 22. Castro. D. August.

Ergo factores legis sunt, qui eam opere complent, & quamuis audiunt, si non faciunt, nihil operantur. Sicut enim qui domum vult ædificare, non supra arenam, sed supra Petram fundat: Sic qui ædificium spirituale intendit struere, non solum audire, & auscultare, sed & facere debet: Audire enim tantum & non facere, ædificare est supra arenam, & facile domus ruit; sed

Factores legis sunt qui opere cum complent.

qui

qui supra Petram, hic non solum auditor, sed
D. August. factor legis est. Sic Diuus Augustinus tomo 8. in Psal.57. *Qui ædificat*, inquit, *supra Petram, ipse est qui audit, & facit, qui autem audit & non facit, ædificat super arenam. Qui nec audit neque facit, nihil ædificat. Sed quomodo qui ædificat super arenam rumam sibi ædificat, sic ille, qui non ædificat super Petram veniente fluuio sine domo rapitur. Non est aliud facere, nisi ædificare, & super Petram ædificare, id est, audire, & facere.* Idcò Apostol. monet:
Qui auditores sunt verbi & non factores assimilantur speculis. *Estote factores verbi*, id est, adimplete legem per verba datam, & non auditores tantum. Speculi similitudinem sequitur, ad declarandos eos, qui sunt auditores verbi, & non factores. Quæ similitudo appositè affertur. Lex enim speculum est, in qua inspicere debemus ad operandum. Optimè ipse Diuus Augustinus conc. 4. in Psal. 118.
D. August. dixit: *Mandata Dei siue cum leguntur, siue cum memoria recoluntur, tanquam speculum sunt, secundum Apostolum Iacobum dicentem: Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum*
Iac.1. v.23. *nativitatis suæ in speculo. Talem se Dauid vult esse, vt*
Psal.118.v.5 *inspiciat tanquam in speculum mandata Dei, & non*
Lex speculum est. *confundatur, quia non auditor eorum tantum vult esse, sed factor, propterea optat dirigi vias suas ad custodiendas*
D.Bernard. *iustificationes Dei.* Eandem similitudinem amplexus est Diuus Bernardus serm.1. in Euang. quinq; panũ *Euangelium* (ait) *speculum veritatis nemini blanditur, nullum seducit. Talem in eo quisque reperiet qualis fuerit*, &c. Subdit tamen Iacobus, illum, qui spectauerit *in legem perfectam libertatis, &*
Operator virtutis beatificatur. *permanserit in ea*, factus operator virtutis, beatificandum esse. Quod idem est ac dicere, illum saluandum. Multum interest hominem simul auditorem & factorem esse legis ad se *saluandum*.

14. Origenes. Num.33.v.1 Huc pertinet quod Origines ponderauit hom.27. in num. in eo quod dicitur cap.33. filios Israel exisse de Ægypto *in manu Moysi, & Aaron: Ad exeundum*, inquit, *de Aegypto non sufficit vna manus Moysi, quæritur & manus Aaron. Moyses indicat scientiam legis, & fidei, sed operum, quibus Deo placetur fructus habeamus. Ideò enim & manus commemoratur Moysi & Aaron, vt opera per manus intelligas. Si ergo cum animæ vitia purgantur, manus Aaron operatur in nobis, & manus Moysi nobiscum est, cum ad hæc ipsa intelligenda illuminamur ex lege; & ideò vtraque manus necessaria est de Aegypto exeuntibus, vt inueniatur in eis, non solum fidei, & scientiæ, sed & actuum operumq; perfectio; & tamen vtraque hæc non sunt duæ manus, sed vna. In manu enim Moysi & Aaron, vnum enim opus vniusque manus est, atque vna perfectionis expletio.* *Moyses & Aaron quid significent.*

Claudit sententiam suam Apostolus dicens: *Hic beatus cum suo facto erit*, non in nuda, ac simplici cognitione, contemplationeque legis, sed in facto suo, quia huc omnis legis cognitio refertur, vt obedientia, & præceptorum obseruatio obtineatur. *Beatus* igitur *in facto suo erit*, hoc est, iustitiam, & gratiam assequetur, atque adeò in dies iustior ac sanctior euadet, & iam spe quodammodo beatus erit, id est, saluabitur, vel iustificabitur. Vt dixit Paulus Rom.2. vers. 13. Vbi reperit verba Iacobi, dicens: *Non enim audi-*
Rom.2. v.13. *tores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.* Cum ergo Sirach exhortatus esset filios *ad audiendum iudicium*, & *sententiam* parentum circa obseruationem mandatorum Dei, mox pollicetur præmium, saluationes illis, qui cum audierint præcepta, *ea faciant*, id est, opere compleant. *Sic facite vt salui sitis*, id est, si fueris *factor* verbi & operator, *beatus in facto tuo eris*, id est, *saluaberis*: Quia Christus Dominus mandata
Matth. 19. v.17. sua obseruantibus vitam æternam promisit, cum dixit Matth.19. v.17. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* *Factor legis iustificabitur.*

VERS. III.

Deus enim honorauit patrem in filijs: Et iudicium matris exquirens, firmauit in filios.

Sensus.

15. *Deus enim*, &c. q.d. Honora parentes tuos, quia honore, & auctoritate, Deus patres comulauit, dum filijs præcipit honorem illis deferre, & iudicium firmauit in filios Dominus, quia præcepta & iussa matris, ipse suo illo præcepto rata fecit, diuinam eis auctoritatem tribuendo, &c.

Illustratio prima.

Deus enim honorauit patrem in filijs. Eandem in hac sententia ac in præcedenti Sirach. Doctrinam inculcat, vt filios animet, informet, alat, q. d. Deus, qui Decalogi præcepta digito suo in tabulis saphirinis stylo insculpsit, præcepit parentes à filijs honore debito affici. Ait enim: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus*
Exo.20. vers.12. *super terram*, &c. Exod.20. vers. 12. In quo præcepto primo secundæ tabulæ, dedit Deus auctoritatem matri, quam debeat filius ei deferre, illam sicut patrem honorando. *Iudicium matris firmauit in filios*, quia præcepta & iussa matris ipse suo illo præcepto rata fecit, diuinam eis auctoritatem dando. Addit *exquirens*, explicationis gratia, hoc est, dum requirit, vt iudicium, & sententia matris fiat à filijs, ipse illud iudicium firmum reddidit super filios suos. Sic ferè Jan-
Iansenius. senius. Vt enim auctoritatem daret sua manu inscripsit. Nos diceremus, *Para dar authoridad, lo firmo de su nombre y de su mano.* Itaque dicere, *honorauit patrem in filijs*, idem est ac præ-
Honorare patrem in filijs quid. cipere, vt patres à filijs honorentur. Voluit enim signi-
Deus auctoritatem tribuit matri.

significare Dominum voluisse ornare parentes auctoritate in liberos, eoque honore, qui ipsis ab illis debeatur. Hoc enim significat illud præceptum: *Honora patrem & matrem* & quia frequenter materna iussa filij inobsequentes transgrediuntur, addit: *Et iudicium matris exquirens*, exquirit enim Deus vtrum sententia matris, vel auctoritas à filijs deferatur. q. d. *Meintras aurigo a Dios si se le guarda a la madre la autoridad, que se le debe, firmauit in filios*, id est, suo præcepto de parentibus honorandis hanc auctoritatem matri debitam ratam fecit, vt filij sibi in animum inducant teneri ad materna iussa obseruanda, & auctoritatem ei debitam deferendam. Sic etiam fit Raban. Quibus ergo Deus honorem in progenie sua constituit, non est fas vt
Rabanus. à filijs suis inhonorentur: Quia Dominus suo iudicio exquiret, qualiter eius præceptum seruetur cuius secutores coronantur, & contemptores punientur.

16. Ergo vtrumque præceptum, quod impræsentiarum proponit Ecclesiasticus includitur, sub illo Exod.20. vers.12. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Quod à Christo Domino repetitur Matth.19. vers.19. & Diuus Paulus Ephes.6. v.1.2. Idem exhortatur, cum ait: *Filij, obedite parentibus*
Exod.20. v.12. *Filij debent parentibus obedire.* Ephes.6.v.1 *vestris in Domino, hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum*
Coll.3. v.20. *in promissione*, & ad Coll. 3. vers. 20. Adiungit *hoc enim placitum est in Domino.* Primo perpendenda est illa particula *in Domino.* Si præcipit Paulus obedire parentibus, addens *in Domino* referturne ad præcepta parentum, an ad obedientiam filiorum? Respondet Diuus Hieronymus tom.6. in cap.6. ad Ephes. *Ambigue dictum vtrum in Domino, parentibus suis filij debeant obedire, an certè parentibus suis filij obediant in Domino. Quod vtrumque faciendum, vt & his parentibus, qui*
In Domino obedire quid. *nos in Domino genuere qualis fuit Paulus, & Apostoli obediamus, & ea faciamus quæcumque præceperint: &*
D.Chrysost *parentibus nostris, de quibus secundum carnem nati sumus, obtemperemus in Domino, implentes ea, quæ non sunt Domini contraria voluntati.* Diuus Chrysostomus tom.4. Explicans hunc locum, respondet; *Hoc est congruenter Domino, Deus enim inquit, sic iussit.* Itaque tam præcepta parentum debent esse in Domino mandata quam obedientia filiorum. Debent enim filij *in Domino*, id est, propter Dominum obtemperare; *Deus* enim *honorauit patrem in filijs*, id est, voluit parentes à filijs honorari.

17. Secundò quare Paulus, præceptum de honorandis parentibus primum in promissione appellauit? Nunquid solum inter alia præcepta promissione decoratur? Sic Diuus Hieronymus dubitat, dicens: *Quasi quatuor alia mandata, quæ ante hæc dicta sunt, non habeant promissiones, & in hoc solum pollicitatio feratur adiuncta, vt bene sit*, &c. Op-
Cur præceptum quartũ sit primum in promissione. D.Hieron. ponit autem Hieronymus præceptum secundum Decalogi Exodi 20. vers. 5.6. Vbi ijs, qui sculptilia
Exod.20. v.5.6. non adorauerint, sed solum Deum, promittitur ipsius misericordia, *& faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.* Ecce præmium obseruationis huius secundi præcepti. Si ita est, quare vocatur, *primum in promissione*? verum est esse primum præceptum secundæ tabulæ, sed secundum in promissione, siquidem
Secundum præceptum primæ tabulæ promissionem continet secundum primæ tabulæ promissionem continet. Ergo respondet Diuus Ioannes Chrysosto-
D.Chrysost mus tom.4. hom.21. in cap.6. ad Ephes. *Non ipsum dixit ordine, sed promissione. Illis quidem non proponitur merces vtque constituta sint de malis, & de recessu à malis. In his autem vtpote quod sit bonorum operatio ponitur etiam promissio. Vide autem quemadmodum basim admirabilem posuerit viæ virtutis, nempe in parentes honorem, & reuerentiam. Cum abduxisset à malis actionibus, & bona esset ingressurus, hoc primum posuit, honorem in parentes, quoniam & antecà omnia ipsi post Deum fuerunt auctores vitæ.* Hæc responsio non omnino satisfacit, nam tertium præceptum de sabbatho sanctificando affirmatiuum est, & qui hoc implet aliquid boni facit: Et tamen nullam habet adiunctam præmij promissionem, & sub negatiuis præceptis intelligun-
D.Ambros. tur affirmatiua. Respondet Diuus Ambrosius *vt discerneret inter mandata, quæ ad Deum, & inter ea*
Responsio vtqua. *quæ ad hominem pertinent.* Respondet tamen no-
Cornelius. ster Cornelius. Quarto præcepto *honora patrem* primum addi promissionem propriam & specialem longæuitatis; Primo verò præcepto non addi promissionem specialem, sed tantum communem, tam communionem, quam promissionem, qua Deus sicut se misericordem fore in genere promittit omnibus, qui seruant non primum hocce, sed cuncta eius præcepta: Ita se vlturum in genere eos, qui illa violarunt, comminatur, &c.

18. Itaque ait Ecclesiasticus: *Deus enim honorauit patrem in filijs*, id est, iussit patrem à filijs honorari, quasi substituerit Deus parentibus honoris au-
Deus substituit parentibus honoris auctoritatẽ erga filios. Bostrensis. ctoritatem erga filios, vt filij teneantur eis obtemperare, & seruire sicut Domino communi omnium creaturarum parenti. Sic dixit Titus Bostrensis tom.4. Blib. ad cap.14. Lucæ, explicans id, *si quis venit ad me, & non odit patrem*, &c. *Etenim*, inquit, *vt liberi parentibus eorumdemq; mandatis obsequantur; parentes vero liberos alant, & instituant, hoc expressum Domini decretum est.* D. Cyrillus Hie-
D.Cyrillus rosol. eodem t.4. Cateche.7. fine, cum loca Exodi 20. & Paulus ad Ephes. 6. repetierit claudit sic Catechesim: *Christianorum est*, inquit, *placida prima pietas honorare parentes, & labores educationis rependere, atque omni studio quæcumque ad quietem illorum pertineant curare. Quamuis enim eiusmodi plurima illis reddiderimus, sed rursus generare eosdem nequaquam poterimus. Vt ipsi per nos quiete fruentes benedictiones in nos congerant, quales supplantator Iacob prudenter rapuerat*, &c. Tandem D. Bernardus serm.4. super
D.Bernard. Salue Regina concludit: *Honoris nomine non solum subiectionis reuerentia, sed etiam subsidij obsequium accipitur. Proinde filij debent honorare parentes, & in bonis*
Quid honorãdi verbo cõprehendatur *obediendo & temporalia, si opus habuerint, subsidia ministrando.* Honorandi verbo maxime honor realis comprehenditur, qui in obsequijs & auxilijs cõ-
Diogenes. fistit, vt scilicet obediamus eis, in omni necessitate succurramus, naturæ defectus toleremus sine vllo contemptu. Et quia honor in Scriptura non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemosynis ac munerum delatione consistit, ideò de his eleemosynis possemus explicare, sed aliquid dicemus infra vers.14. & 15. huius capitis tertij. Vbi de hac eleemosyna agit Sirach. Claudat hoc hemistichium Diogenes citatus à Stobæo, qui ait, serm. 79. *Tu qui à parentibus enutritus es, meritò similem eis gratiam retributis.*

Illustratio secunda.

19. *Iudicium exquirere quid.* Hugo.

ET *iudicium* matris *exquirens firmauit in filios.* Iam diximus quid *iudicium* matris significet, & expendimus verbum *exquirere.* Quod Hugo Cardin. explicat, id est, mandatum de matre honoranda, *exquirens,* id est, impleri volens, vel iudicando in illis, qui non faciunt. Pendamus nunc verbum *firmauit,* & quæramus, quare Deus auctoritatem suam erga matrem firmauit in filios? *Et sententiæ matris* (legit Tygurina) *attribuit auctoritatem in filios.* Nunquid filius patri potius, quam matri obtemperare debet? minimè. Sed quia sexus femineus aliquo modo imperfectus est, quia fragilis & imbecillis, supplet Deus sua auctoritate defectum matris, illi suam auctoritatem tribuendo, vt à filijs honoretur & foueatur. Et exquirit Deus vtrum filij matres suas honore afficiunt ad illos puniendos, &c. Sicut enim *filius sapiens lætificat patrem* (vt docuit Salomon, Prou. 15. vers. 20.) *Sic stultus homo despicit matrem suam.* Ideò Tobias filium suum instruens, ait ad illum, cap. 4. vers. 3. *Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ tuæ: Memor enim esse debes quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo.* Honorem requirit, eumque constantem atque perpetuum: Et causam adijcit: *Memor,* &c. Magnos matres quæ nos genuerunt, & diuturnos solent, habere dolores, fastidia etiam multa; honor ergo & amor eis meritò debetur. Sic Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 7. & lib. 7. ad Cudemum, inquit: *Et matres effusius quam patres amant, quia magis suum esse opus liberos arbitrantur, & quia opus difficultate definunt, magis vtique generando mater affligitur.* Si ergo maior est matris afflictio, & maiora pericula propter liberos in vtero patitur, quid mirum præcipiat Deus ipsis liberis honorare matrem, *& exquirat,* vt puniat.

Deus supplet auctoritatẽ erga filios matris.

Prou. 15. v. 20.

Honor habẽdus matri.

Tob. 4. v. 3.

Aristoteles.

Propter hanc femineam imbecillitatem, *Deus firmat in filios iudicium matris.* In originali *firmare,* ἐστερεωσεν à verbo στερεω, quod est solidare, firmare, firmum solidumque reddere & durum reddere ita vt flecti nequeant mollitiue. Itaque Deus sententiam matris iussumque firmat, id est, solidat, firmam solidamque reddit suamet auctoritate, vt intelligant filij se esse obligatione constrictos maternis iussis obtemperare. Et vt auctoritatem suis iussis ac sententijs matrum tribuat, & firmas solidasque faciat, ita vt flecti nequeant; sua auctoritate, & nomine firmat, & solidat. Nos diceremus, *inter pone su authoridad firmandolo de su nombre,* vt iudicium matris obseruet filius. Sicut enim cum quis schedulam firmam solidamque reddere vult, illam suo nomine subscribit: Sic Deus iudicium matris firmat in filios, sua auctoritate & nomine. Sic legit Tygurina: *Et sententiæ matris attribuit auctoritatem in filios:* Quia vt eleganter Euripides in his versibus docet:

20. *Firmare, quid.*

Deus tribuit auctoritatẽ matri in filios.

Euripides.

Non liberis est pulchrius munus aliud.
Quam liberos dici parentis optimi
Parentibusque dignum honorem reddere.

Stobæus.

Idem Euripides citatus à Stobæo dixit: *Nihil est tam honorificum liberis, quam bono & honesto genitore esse natos, & debitum honorem parentibus offerre.* Tandem Palacius explicat: Deus exactissimus inquisitor eorum, quæ cuique conueniunt (hæc vocantur Dei iudicia) is firmat matrem in filios, id est, firmum esse vult, quod mater filijs imperauit.

Palacius.

VERS. IV.

Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis & continebit se ab illis & in oratione dierum exaudietur.

VERS. V.

Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.

Sensus.

QVi *diligit,* &c. q. d. Qui honore afficiendo parentes suos, diligit Deum, haud dubium veniam ab eo suorum peccatorum impetrabit. Et cum ipsa in animo abrasa conspexerit, ab alijs se abstinere conabitur, ne rursus in ea incidat, & in quotidiana oratione perseuerabit, quam beneuolè Deus exaudiet, & sicut qui Deum amore prosequitur meritorum thesauros in cælo recondit; sic qui propter ipsum Deum matri suæ honorem debitum exhibet, ingentes etiam meritorum thesauros lucratur, quibus in cælo æternum perfruetur, &c.

Illustratio prima.

Qui diligit Deum, dat operam, vt se continet à peccatis.

QVi *diligit,* &c. Sicut ille Deum diligit, qui sermones suos, id est, præcepta custodit: Sic qui ipsum diligere conatur, dat operã, vt per præceptorum obseruantiã se à peccatis contineat, ne à Deo odio habeatur. Sic *docuit* Tobias filiũ suum, cap. 1. vers. 10. *Ab infantia timere Deum, & abstinere ab omni peccato.* Illud, *timere Deum,* idem est ac diligere Deum, quæ Dei dilectio animum coërcet à peccatis. Quare aiebat Psaltes Psal. 96. v. 10. *Qui diligitis Dominum, odite malum,* q. d. Si amicos eadem & amare, & odisse æquum est, vos, qui Deum summè bonum diligitis, sicut ille odio prosequitur malum culpæ, sic & vos illud odisse iustum est. Sic dixit hoc loco Diuus Augustinus. *Amas illum* (sup. Christum) *debes odisse quod odit.* Eleganter hunc elucidat locum Folengius, dicens: *Id proprium est amoris animæ ad Deum, vt malum execretur. Imo fieri non potest quempiam facinorosam non amplecti vitam, qui Deum non amat. Hic igitur sic suos alloquitur spiritus: O vos, qui spretis mundi rebus Deum vt sanctis conuenit, amatis, odite malum. Siquidem diuinus amor purissimus est, nullaque patitur fœdari commistione & sodalitio. Totus candidus est, nudus, innocens, & cui nullus comes est datus, præterquam mali odium.* Sic ille, & quia nullum ita vocari debet malum, nisi peccatum, & peccatum longè abest à dilectione vera Dei, ideò qui verè Deum amat, abstinere se conatur ab eo, quod Deus odio afficit, nempe peccatum. Et cum se irretitum videt, diligit Deum ad impetrandam peccatorum suorum veniam qui enim diligit Deum, pro peccatis exorat.

Tob. 1. v. 10.

Ps. 96. v. 10.

D. Augustin.

Folengius.

Nullum malum nisi peccatum.

Exemplum Mariæ Magdalenæ.

Quare Ecclesiasticus inquit: *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis,* vel, *veniam impetrat peccatorum.* Apprimè hoc confirmatur exemplo Mariæ Magdalenæ, cuius amoris erga dilectum Christum excellentiam tanti Christus Dominus fecit, vt dixerit de ea, Luc. 7. vers. 48. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quare remissio peccatorum constituitur in Dei amore? Numquid potest homo peccatorum veniam impetrare sine Dei dilectione? Minimè quia si verus Dei amor in præceptorum obseruatione consistit, & qui ea transgreditur non à Deo diligitur, sed odio habetur, quid mirum si remissio transgressionum à vera Dei pendeat dilectione? *Et vltra sit plerumque Deo gratior amore ardens vita post culpam* (vt ait Diuus Gregorius tomo 4. part. 3. Past. curæ admon. 29.) *quam securitate torpens innocentia.* Probat Gregorius hoc Christi testimonio: *Remittuntur ei,* &c. Et subdit: *Plus namque terram diligimus, quæ post spinas exarata, fructus vberes producit, quam quæ nullas spinas habuit, sed tamen exculta sterilem segetem gignit.* Quem locum Lucæ explicans Diuus Ambrosius ait: *Secundum hominem plus fortasse offendit, qui plus debuerit: Sed per misericordiam Domini causa mutatur, vt amplius diligat, qui amplius debuit, si tamen gratiam consequatur. Gratiam enim, & qui reddit, habet; & qui habet in eo ipso, quod habet, soluit.* Ergo eo ipso quod homo Deum diligat, impetrat ab eo peccatorum suorum veniam.

Luc. 4. v. 47

Quare remissio peccatorum in Dei amore constituitur.

D. Gregor.

D. Ambros.

Amplius diligit qui amplius debet si gratiã consequatur.

Sed quare vulgatus legerit dilectionem Dei, cum originale Græcum & Tygurina habeant; *qui honorat,* vel *reueretur patrem.* ὁ τιμων πατερα ἐξιλασεται ἁμαρτιας, *Veniam impetrat peccatorum?* Nullam aliam inuenio rationem, nisi quia filius, qui patrem reueretur, seu debito honore prosequitur, custodit præceptum Domini, & cùm sit vera dilectio Dei mandatorum custoditio, seu obseruatio, inde est quod vulgatus generalem obligationem, quæ tam filijs, quam alijs conuenit, sequendo, legerit, *Qui diligit Deum.* Originalem autem lectionem explicans Jansenius assignat duo bona, quæ filij per honorem parentum assequuntur, nempe malorum admissorum condonationem, & bonorum temporalium, siue spiritualium comparationem. Per quæ significat quàm sit honor parentibus delatus Deo gratus, vtpotè propter quem & facilius exaudit deprecantes pro peccatis, & copiosius bona sua eis communicat, quę matrem honorando thesaurizat.

Bona, quæ filij per honorẽ parentum assequuntur. Iansenius.

Et continebit se ab illis. Dei dono se à peccatis abstinebit, ne rursum in ea incidat. Cùm enim aliquis in peccatum incidit, & Dei gratia ei condonatum est, *continet se ab illo,* id est, rursum peccatum admittere non audet, ne Deus in illum æterno animaduertat supplicio. Hoc significatur, ex eo quod inferius Jesus Sirach docet cap. 34. vers. 30. *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius, sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?* Sicut enim qui abstinet se à peccato, cùm orat exauditur, sic qui se non continet, sed iterum in peccatum incidit, non exauditur cum preces fundit. Itaque qui gratiam adipiscitur *continet se à peccato,* & tunc lætatur cum vidit Deum vindictam sumere de peccatoribus. Dixit Psaltes Psal. 57. vers. 11. *Lætabitur iustus cùm viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Vbi Diuus Augustinus explicat de abstinentia à peccatis. *Numquid,* inquit, *quando feriuntur homicidæ, debent illuc innocentes ire, & lauare manus suas? Sed quid est in sanguine peccatoris lauabit manus suas? Iustus quando videt pœnam peccatoris, proficit ipse, & mors alterius valet ad vitam alterius,* &c. D. Gregorius lib. 18 mor. cap. 13. ad cap. 17. Iob *In peccatorum,* inquit, *sanguine morientium sanguine iusti lauantur manus, quia dum eorum pœna conspicitur, conspicientis vita mundatur.* Ita Philo Iud. de Abraham ait, legem scriptam esse commentarium vitæ sanctorum, sic impius à lege punitus, est lex viua inclamans cæteris, vt impietatem fugiant, ne in easdem pœnas incurrant: Sic fur suspensus è patibulo, re ipsa omnibus inclamat: cauete à furto, ne suspendamini sicut ego. Tradit Herodotus lib. 2. Assyrios depinxisse regis Sennacherib cladem & cælestem vindictam cum hoc lemmate. *In me intuens pius esto.* Et Virg. 6. Æneid. *Phlegyasque miserrimus omnes, admonet & magna testatur voce per vmbras.* Ideo quærit Balbinus Alcuinus in cap. 19. vers. 26. Genebr. *Cur vxor Loth, in statuam salis versa est?* Et respondet: *Ad condimentum fidelium, quia punitio impij, eruditio est iusti.* Quare feminæ adulteræ postquam suorum peccatorum Christus veniam condonauit, dixit ei: Ioa. 8. v. 11. *Vade & iam amplius noli peccare.* Mandatum à Domino acceperat Iehu, vt Iezabel, & domum eius regiam interficeret ob peccata sua; & cũ ipse mandatũ exequeretur, noluit in alieno capite periculũ facere, sed eadem peccata, ob quæ Achab & Jezabel puniti sunt temerè perpetrauit. Quapropter dixit Deus Oseæ 1. vers. 4. *Voca nomen eius Iezrahel, quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu.* Nominat Iehu, quia

23. *Qui veniã peccatorum impetrat, debet se ab illis continere.*

Eccl. 34. v. 30.

Ps. 57. v. 11. *Iustus lætatur cum videt Deum vindictam sumere de peccatoribus.* D. Augustin. *Lauare in sanguine quid.* D. Gregor. Philo.

Furi suspenso exemplũ aliorum. Herodot. Virgilius B. Alcuinus Ioa. 8. v. 11.

Ose. 1. v. 4

eius posteri tunc regnabant in Israel, erantque propagatores idololatriæ. In quos omnes Deus animaduertit, quia alieno periculo sapere noluerunt. Seuerè enim punit Deus eos, qui Dei iudicia & castigationes impiorum non æstimant, nec propter eas ad Dei timorem & vitæ mutationem inducuntur, sed eadem peccata perpetrant, ob quæ vident alios à Deo castigari. Hac enim de causa excidium minatur Deus Domui Iehu, quod peccata Achab, quæ per eum castigauerat, non deuitauit. Qui enim tam manifestis & acribus diuinæ vindictæ exemplis non emendantur, merentur, vt eadem subeundo alijs statuantur in exemplum. Vide Genes. 4. vers. 24. & Rom. 2. vers. 21. Sic etiam qui veniam peccatorum suorum impetrauit, abstinere se à peccatis conatur, ne illorum pœnas luat, si iterum in ea incidat, &c.

Punit Deus, qui alieno periculo sapere nolunt.

Tandem hanc sententiam Robertus Holcot explicat de virtute confessionis, eiusque fructus ab ea procedentes commemorat. Inter alios vnus est spiritus vitam per eam renouari. Quod probat ex eo Gen. 3. vers. 2. Cum serpens dixit ad mulierem: *Cur præcepit vobis Deus*, &c. Vbi Diuus Ambrosius de Paradiso cap. 12. *Multas vias habeo, quibus hominem decipere possim*, & eas enumerat. Serpes enim primos parentes peccatis inuoluit, & ideò Deus in natura serpentis medelam subtiliter occultauit. Vt ipse Ambrosius affirmauit to. 2 in Psal. 37. Cuius titulum explicans cum dixisset: *Plena pœnitentiæ definitio commemoratio est delictorum, vt vnusquisque peccata sua velut quodam quotidiani sermonis castiget flagello, & commissa sibi flagitia condemnet* subdit ipse: *Serpens alit venenum, morsus noxios habet: Vulnerat carnem, sed in ipso quoque eius veneno antelotum requiras. Denique caro eius exuitur, cuius putuere theriaca conficitur: Quia veneni vis consumi hebetari, vt nocere non possit.* Quare si venenum in se continet, in illius confectione theriaca inuenitur.

Holcot: Confessionis fructus est spiritus vitã renouare.
Gen 3 v. 1.
D. Ambros.
Pœnitentiæ definitio cõmemoratio est delictorũ.
In ipsa peccati veneno theriaca inuenitur.

Ergo in li. de proprietatibus rerum cap. 8. dicitur, anguem, cum se morbo vel senio grauatum præsentit, aliquo tempore à cibo abstinere, vt sic pellis eius à carne laxetur: Statimque prægustata quadam amara herba ad vomitum prouocari, & sic euomit virulentum humorem, ex quo morbus procedere videbatur. Deinde ad leniendam & mollificandam rigidam pellem, in balneo aquæ lauatur, & humidus redditur: Sicque quærens petræ rimam, per ipsam angustiam intrans dilabitur, & quadam cum violentia transiens penitus fese nudat. *Exuit autem* (inquit Plinius lib. 8. cap. 27.) *à capite primum, nec celerius quam vno die ac nocte replicans, vt extra fiat membrana, quod fuerat intus.* Tandem pellis exposita soli siccatur, & in cartis superficie nouam recuperat cutem, sumptis viribus repit fortius & comedit auidius. Hinc est quod Christus Dominus suadeat Apostolis: *Estote ergo prudentes sicut serpentes.* Matt. 10. vers. 16. Sicut enim serpens vel anguis infirmatur ad mortem, sic anima hominis. Ideò postulat vates regius à Deo Psal. 6. vers. 3. *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Sana me Domine quoniam conturbata sum ossa mea.* q. d. Imbecillus sum propter peccatum, fragilis corpore & animo. Adhibe mihi medicinam, quia iam dolor ad ossa vsque penetrauit, & Psal. 40. vers. 5. *Ego dixi: Domine miserere mei: Sana animam meam quia peccaui tibi.* Vbi Diuus Augustinus tomo 8. *Domine in tribulatio-*

Natura, & mores serpentum.
Plinius.
Matt. 10. v. 16
Sicut serpens infirmatur ad mortem sic anima.
Psal. 6. v. 3
Psal. 40. v. 5

nibus me exerces, flagellandum iudices omnem filium, quem recepturus es, qui nec vnico peperci sti, ille quidem sine peccato flagellatus est, ego autem dico miserere mei, sana animam meam quoniam peccaui tibi? Si vltus est qui putredinem non habebat, si medicina ipsa nostra ignem medicinalem non respuit: patienter ferre debemus vrentem medicum & secantem, id est, omnibus tribulationibus nos exercentem & à peccato sanantem. Plane committamus nos medici manui: Non enim errat vt sanum pro putri secet. Vel q. d. Dauid: ad Dominum me conuerto, verum medicum & visitatorem precor & dico: *Domine*, &c. Pro se vt infirmo deprecatur, ac causam sui morbi in peccatum confert: Serua animam meam quia ægra est peccato: Nam peccatum est morbus animæ. Abeneza: Quia fateor me peccasse, & propter peccata mea percussum esse morbo, sana me. Si ergo anima peccati ægritudine laborat, & salutem obtinere desiderat, debet se non solum à cibis corporalibus, sed à vitijs abstinere, vt ieiunet in mente. De hoc ieiunio loquitur Diuus Ambrosius tom. 1. lib. de Elia & ieiunio, cum ait: *Ieiunium vita est Angelorum; ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis.* Et tom. 4. fer. 2. post Domin. 2. Quadrag. agens de primis parentibus: *Quamdiu autem*, inquit, *mansit in illis intemerata parsitas, mansit & impolluta virginitas, & quamdiu ieiunauerunt ab interdictis epulis, tamdiu & à putridis ieiunauere peccatis. Fames enim amica virginitatis est.* Vocat igitur Ambrosius ieiunium fundamentum castitatis, & famem amicam virginitatis; quia per ieiunium pellis carnalis voluptatis laxatur à carne, sicque motus carnis reprimitur. Quare regina Esther caput 14. vers. 2. *Corpus suum humiliauit ieiunijs.*

D. Augustin.
Genebr. *Peccatum est morbus animæ.*
D. Ambros. *Verum ieiunium vitæ Angelorum.*
Esth. 14. vii

Deinde anima pœnitentiæ addicta amaram herbam gustare debet. Postquam lapsus est primum homo in peccatum, à diuino iudice hanc sententiam audiuit Gen. 3. vers. 17. *Et comedes herbas terræ.* Per herbas, inquit Holcot, contritio designatur pro peccatis, quibus peccatorem cibari oportet, si velit sanari. Probat ex eo Ierem. 9. vers. 15. *Ecce ego cibabo populum istum absinthij* (id est, contritione) *& potum dabo eis aquam fellis*, amaram, id est, aquam lachrymarum, quæ hominem ad virulenti peccati vomitum prouocabunt. Quod per confessionem efficitur ad assequendam animæ sanitatem. Dixit enim Seneca epist. 89. *Remedia ante vultis quam vitia desinere. Ego vero eo magis dicam, & quia recusatis perseuerabo. Tunc incipit medicina proficere, vbi in corpore alienato dolorem tactus expressit.* Pende *incidit*, quia vitia confiteri sanitatis indicium est. Sic fecit Ezechias Isa. 38. v. 15. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Sed experientia docet nos, vires non recuperari mox vt sanitas recipitur; sed oportet prius balneis aquæ calidæ lauari, vt nerui & membra leniantur, & mollificentur, corruptique humores extrahantur. Hanc salutiferam aquam promisit nobis Isaias cap. 12. v. 3. *Hauietis aquas de fontibus Saluatoris*, vel de visceribus Iesu. Vt de D. Ambr. in Psal. 27.

24.
Anima pœnitens herbã contritionis debet gustare.
Holcot.
Gen. 3. v. 17
Ier. 9. v. 15
Seneca.
Vitia confiteri sanitatis indicium est.
Isa. 38. v. 15
Isa. 12. v. 3
Confessionis effectus.

Ergo si peccator, postquam peccata confessione expiauit, velit intime & diuiniter cogitare, in aquæ balneis, quæ fluxerunt de visceribus vel latere Saluatoris ad nostram procurandam salutem, haud dubium poterit die ac nocte animam suam lauare, quia mentis rigiditatem ad bona flectet, &

& calor charitatis, propensiones ad malum de peccati fœditate relictas consumet. Quare dixit Deus Ezech. 36. v. 25. *Et effundam super vos aquam mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Quænam hæc aqua munda, quibus inquinamenta peccatorum mundanda erant, nisi quæ emanauit ex visceribus Jesu, ex qua facta sunt peccatorum balnearia. Sed debet anima per contemplationem intrare per rimas petræ, quæ vulnera sunt corporis Christi; & sic à tergo venerem conuersationem relinquere. Sicut monet Apostolus Ephes. 4. v. 22. *Deponere vos secundùm pristinam conuersationem vestrã veterem hominem, & renouamini igitur spiritu mentis vestræ, & induite*, &c. Ex quo sequitur inquit Holcot, quod per fidē videbit clariùs, operabitur fortiùs opera pietatis, & gustabit salubriùs corpus Christi. Dixit ergo Iacob. cap. 5, v. 16. *Confitemini igitur alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini*, &c. Sicque *renouamini* &c. Quia per confessionem vita spiritus renouatur. Quare D. Ambrosius in Psal. 36. admonet: *Continere primò cor tuum, in quo erat Draconis cubile, vt non inueniat vbi posit habitare. Continere draconis carnes: carnes eius peccata nostra sunt. Ideò dicit tibi Deus: epulentur in ea gentes, & infra: præcurrit mors ei: carnes autē corporis eius sunt adhærentes ei. Sicut enim sancti, corpus & membra sunt Christi: ita peccatores, qui peccatum non deserunt, sed peccato inhærent, corporis draconis mẽbra sunt. Ideò nos Christi corpus epulamur, illi autem corpus epulantur draconis. Nos epulamur, qui Christo adhærere contendimus, remissionem quotidianam & veniam peccatorum. Illi autem, qui peccatis quotidie peccata connectunt, continuationem flagitiorum epulantur & criminum.* Quare Ecclesiasticus ait: *Qui diligit Deum exorabit pro peccatis*, &c.

Peccatorum balnearia inueniuntur in visceribus Iesu Christi.
Ephes. 4. v. 22.
Iac. 5. v. 16.
D. Ambr.
Sancti corpus & membra sunt Christi.
Iob. 40. & 41.

Illustratio secunda.

Oratio dierum quæ.

ET in oratione dierum exaudietur. Vocat *orationem dierum* eam, quæ quotidiana est, id est, assidua, quæ sine intermissione offertur. Et vocat orationem dierum eam, quæ offertur pro diebus æternitatis. De prima dixit Jacob. cap. 5. vi 16. *Multùm enim valet deprecatio iusti assidua.* Et affert exemplum Eliæ, *Qui oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex, & rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.* Quanti autem fiat à Deo oratio quotidiana & assidua importunaque confirmatur & illustratur exemplo Jacobi. D. Hierony. S. Thom. Rup. & Origenes luctam Jacobi explanantes, affirmat fuisse imaginariam, & spiritualem, assidua & importuna deprecatione plenam. Deprecationes, & num & preces cuiuscunque iusti arma sunt. Sic dixit D. Bernardus, *Pugnabimus pro matre nostra armis, quibus licet, non scutis & gladijs, sed precibus, fletibusque ad Dominum.* Sed verior sententia, quam sequuntur Alcazar noster, & Maxius, est, fuisse simul corporalem, & spiritualem. Hoc supposito explicans D. Thom. id quod Angelus dicit ad Iacob, Gen. 32. v. 26. *Dimitte me, iam enim ascendit aurora*, Notat hic Angelum locutum more viri honesti & nobilis, qui erubescit, & facies eius præ confusione colore suffunditur, cùm ab alijs spectatur luctans, vel aliquid aliud agens, quod cum maximè dedeceat. Nos dicimus *Tiene empacho de que le vean hazer cosa, que dessize à su persona* & sic dimitti à Jacobo ennixè postulabat. Itaque secundùm D. Thom. luctabatur Iacob importunis & assiduis precibus, quæ sunt orationis arma, & quamuis corporaliter luctantur, fatendum est orationem adesse, saltem cùm benedictionem postulat, quam fletibus, & singultibus deposcebat, cùm dicat Ose c. 12. v. 4. *Flenit, & rogauit eum*, id est, Angelum. q. d. Iacob timens fratrem suum, luctans cum Angelo supplex, & flens petijt ab eo benedictionem, vt hoc fratris periculum ope Angeli euaderet. Quod lacrymaretur Jacob non exprimitur in Genesi, sed hic ea supplet Oseas, quasi ex traditione, vel ex reuelatione Dei accepta, ita Hier. Theod. Haymo. & Hugo. Ergo Angelus ad Jacob. *Dimitte me*, &c. q. d. Missum me facito, quia prima dies lux, aduentante sole æthera iam illustrat, & spectaburit me. Quare recusat Angelus ab aliquo cerni & spectari? Quia nolebat ab hominibus videri in rebus, quæ suo honori decedebant, qualis erat lucta cum homine.

Peccatorum balnearia inueniuntur in visceribus Iesu Christi.
Ephes. 4. v. 22.
Iac. 5. v. 16.
D. Hieron.
D. Thom.
Rupertus.
Origenes.
Oratio importuna quanti fiat à Deo.
D. Bernard.
D. Thom
Gen. 32. v. 28.
Lucta Iacob orationis insigne.
D. Thom.

Igitur si hoc certamen Angelicum Iacobo, cùm se inuicem amplectentes alterutrum in terram deijcere conabatur, imago seu representatio erat, quâ exprimebatur is, qui orationi incumbit, cum precibus importunis, & fletibus Dominum deprecando; infertur significare Dominum, cum ore Angeli dicebat: *Dimitte me, quia iam ascēdit aurora*, scil. quia Deus solet erubescere (si fas est dicere) ab hominibus spectari non fauentem orationi & precibus Iacob, & eius votis non respondentem. Et fortè benedictionē, quam Jacob enixè requirebat, Angelum concessisse, duo significari. Primū assiduam & importunam deprecationem & orationem perseuerantem, efficacissimam esse ad impetranda vota eius, qui orat. Secundò benedictionis concessionem indicare Deum suo honori prospicere, quia ab vllo videri nolebat, se votis non respondere, & postulata negare: quare oratio assidua & perseuerans ferè semper exaudietur. Sic aiebat Dauid Psal. 54. v. 18. *Vesperè, & manè, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam.* Ex Heb. legitur: *Vesperè & manè, & meridie precor, & importunè fleo, & ipse vocem meã exaudiuit*; quod repetit Ecclesiasticus cùm ait: *& in oratione dierum*, (id est, assidua, & importuna) *exaudietur.* Sicut fuit Chananeæ mulieris molesta deprecatio Matt. 15. v. 18. Quam eleganter commentatur D. Joan. Chrysostomus tom. 2. Hom. 23. in cap. 6. Matt. *Accedamus igitur* (inquit) *ad eum, atque dicamus: etiam Domine, nam & canes edunt, & de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. Accedamus inquam, opportune, & importune, imò verò nunquam contingit importunè accedere, importunum quippe est, si non assiduè eum adeamus: cum enim qui cupit semper largiri, semper oportunè oramus. Sicut enim respirare importunè omnino nunquam est, ita etiam non quidem petere, sed non petere potius importunum est. Sicut enim respiratione hac iugiter indigemus, ita etiam eo, quod à Deo præstatur auxilio. Quod si voluerimus, facile illum ad nos poterimus inflectere, & hoc Propheta declarans atque ostendens Deum promptum esse semper ad beneficia largiēda dicebat: Sicut diluculum paratum inueniemus eum. Quotiescumque enim venire, & adillum accedere voluerimus accedere, expectatas ab illo esse preces nostras continuo sentiemus. Si verò nihil de redundante illo fonte virtutis hauximus, nostra est omnis culpa, non fontis.* Vide etiam Ose. 6. v. 4.

Preces sunt orationis arma.
Ose. 12. v. 4.
Hieron.
D. Theod.
Hugo.
25.
Deus quasi erubescit ab hominibus spectari non fauentem orationi.
Oratio importuna exauditur.
Matt. 15. v. 18
D. Chrys.
Deus semper promptus ad beneficia largienda.
Ose 6. v. 3.

Porrò, *nationem dierum*, vocat eam, quæ offertur pro diebus æternitatis, & de eo ait Sirach. *Exaudietur.* Dauid eos adipiscendi desiderio ardebat, cùm dixit Psal. 75. v. 5. *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos*

26.
Oratio dierũ æternitatis.
pro diebus
Psal. 75. v. 5

ternos in mente habui. Verum est veteri illa memoria Dauidem repetere, cum generi suo, populo scilicet Israelitico propitiũ Deum multa in eos beneficia contulisse considerabat: quia nihil eum æquè excruciat, qui in diuersum longè statũ excident quam pristinæ felicitatis recordatio. *Annos* enim *æternos*, annos multis ante sæculis elapsos dicit, vt v. g. maiores suos ex Ægypto eduxerit, vt illis terram promissionis eiectis habitatoribus dederit, vt in summis periculis eis præsidio fuerit. Sic explicat D. Theodor. cum ait: *Tuorum, inquit, pristinorum beneficiorum memoriam renouaui, & perpendi quot beneficia maiores nostri à te consequuti sunt. Quomodo ab Aegyptiorum seruitute liberati fuerunt, quomodo mare rubrum transierunt, quomodo promissã terrã maiores nostri potiti sunt.* Sed August. de diebus *æternitatis* explicat, quos Dauid voluebat in mente. *Numquid anni, in quibus sumus, æterni sunt, aut in quibus fuerunt maiores nostri, aut in quibus futuri sunt posteri nostri? Absit vt æterni existimentur. Anni æterni cogitandi sunt*, &c. Confirmat hoc S. Brunus cùm explicat: *æternos annos, quos per Adam amisimus, id est, vitam æternam in mente habui, quos si habuissemus, non vtique deficientes essemus, quod est dicere: Ideò patienter hunc defectum tuli, ne inde murmurarem, quia cogitaui quod merito nobis contingit hoc propter culpam priorum parentum, per quam etiam vitam æternam amisimus, quam donec recuperemus incessanter existimemus*, &c. Hæc ergo oratio, quæ pro adipiscendis *diebus* æternitatis offertur, à Domino *exaudietur*, &c.

Theodor.

D. August.

Dies æternitatis quales.

S. Brunus.

Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam: Honor qui à filijs matribus defertur thesaurus reconditus est, quo in cælo æternum potientur. Sicut enim qui thesaurizat, ingentem diuitiarum copiam congerit & seruat, vt eis aliquando lætanter fruatur, pari modo qui amoris diuini causa matrem suam honore afficit, thesaurum meritorum recondit in cælo, quo tandem potietur in æternum. Sic explicat Holcot: Thesaurizans multa sollicitè congregat, & congregata nititur reponere in loco secuto. Et sic facit quoad meritũ qui honorat matrem seruiendo sibi & necessaria ministrãdo. Quod potiùs dicitur de matre quã de patre: quia in multis casibus nouerunt mates se minùs iuuare quã patres. Ideò maius meritum est honorandi. Quare Christus Dominus Matt. 6. v. 20. omnes admonet: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo*, id est ingentem copiam diuitiarum spiritualium colligite, vt eas in cælesti reconditorio seruetis: quæ opes, quas assolet iustus augere, monita sunt operum bonorum. Et quia inter hæc non obtinet vltimum locum honor debitus parentibus, præcipuè qui matri à filijs defertur, ideò qui illam honorat, & obtemperat, hos meritorum thesauros auget & multiplicat, vt æternum eis perfruatur in cælo. Sic ait Rabanus: bene thesaurizat qui honorificat matrem suam. Quia pro custodia mandatorum Dei, qui iussit honorare parentes, præmia æternæ vitæ percipiet.

27.

Honor filiorum erga matres thesaurus est reconditus.

Holcot.

Rabanus

VERS. VI.

Qui honorat patrem suum iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur.

VERS. VII.

Qui honorat patrem suum vita viuet longiore; & qui obedit patri refrigerabit matrem.

Sensus.

28.

Duo præmia filiorum qui parentes honorant.

QVi honorat, &c. q. d. Cùm naturaliter, hoc est, ipsa hortante, & quasi impellente natura, homines posteritatem filiorum exoptent, Dei beneficio iusti desideratum semen obtinent, idque tale, quod non mærorem, sed voluptatem affert in præmium honoris, quem parentibus detulere, & omnium suorum votorum à Deo compotes fiunt, & peculiariter quod vitâ viuent longiore, iuxta legis promissionem vt sint lõgæui super terram. Et tandem tales refrigerabunt matrem, hoc est, recreabunt, quia patri seu Domino obtemperant, &c.

Illustratio prima.

QVi honorat patrem suũ, &c. Duo præmia Sirach pollicetur ijs, qui parentes honore prosequuntur. Primum est, *iucundari in filijs*, quia vt dixit Sophocles: *Quã iucunda res est parenti obedire liberos.* Quare B. Petrus Damianus lib. 8. epist. 3. inquit: *Iusto planè Dei solet euenire iudicio, vt qui parentibus humiliter subditur: ipse quoque parens effectus in propriæ sobolis obedientia delectetur. Qui honorat patrem*, &c. Hoc est vt honorauerit patrẽ suum, ita à filijs honorabitur. Pietas enim in parentes hac benedictione liberorum lætitiaq; remuneratur ac ornatur. Ita Holcot. Sicut enimlex ordinat quodper ea, per quę quis peccat, per hæc torqueatur, Sap. 2. Sic per hoc quod quis honorat patrem, & in hoc reddit ei iucundum, meretur iucundari in filijs. Præclarè Isocrates ad Demonicum. *Sis ita affectus in parentes, sicut optares affici liberos tuos erga te. Nam quã mensura alios mensus fueris, eadem tibi remetietur.* Matt. 7. v. 2. Secundum est, *in die orationis suæ exaudiendum.* Valde enim gratus est Deo, honor erga parentes, quem hoc largo præmio tanquam magnanimus princeps remunerat, scil. Vt sicut ipse parentem suum honorauit, ipse etiam à filijs iugiter honoretur. Qualis enim quisque in parentes est, tales in se filios experietur. Si ergo coluerit patrem, filijquoque ipsum colent, vnde ei lætitia & gaudium.

Sophocles. Petrus Da.

Isocrates

Matt. 7. v. 2

Itaque qui honorat patrem, iucundabitur in filijs. q. d. Non tam numero eorum, quam sapientia. Deus ergo talem beabit prole copiosa, & proba, vel honesta, quę res ei maximã voluptatem affert. *Quia corona senum filij filiorum.* Prou. 17. v. 6. Solent etiam filij parentum suorum imitatores existere.

Qui honorat patrem iucundabitur in filijs.

Prou. 17. v. 6.

Sic

Plutar. Sic aiebat Plut. de instit. lib. *Ante omnia decet genitores nusquam titubando sed omnia ritè agendo, illustre liberis semetipsos exemplum proponere, quod ipsorum vitam sicut speculum respicientes, à turpibus factis, & dictis deterreantur.* Quare D. Paulus in spiritualibus scribit ad Ephes. cap. 5. v. 1. *Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi.* q. d. Sicut enim filiorum est suos parentes imitari, alioquin degeneres & spurij habebuntur; sic vos, qui parentem habetis Deum, illum imitari debetis sicut filij. Vt enim Deus cõdonauit offensas vestras, ita & vos proximis condonetis ea, quæ in vos peccauerunt, &c. Et D. Greg. tom. 1. lib. 4. in c. 8. v. 1. Reg. ait: *Filij electorũ ij sunt, qui eorum virtutes imitantur*, sicut enim patres, ita & filij. Nam sunt parentum surculi, & radicem imitantur. Sic D. Chrysost. tom. 2. Hom. 45. in cap. 23. Matt. *Natura* (inquit) *regula dicit, quia non potest fieri vt de bonis parentibus mali nascantur, aut de malis boni; sed quales fuerunt parentes, tales erũt & nati. Quia sicut arbor in fructu agnoscitur, & fructus per arborem demonstratur. Sic parentes cognoscuntur in filijs & filij per parentes.* Sed clariùs demonstratur tom. 4. Hom. 10. in cap. lib. ad Timot. in fine vbi exhortatur filios ad obediendum parentibus, & cùm priùs dixisset: *Quippe ex radice optima surculi prodeunt firmiores, ac semper in meliora proficiunt horumque omnium merces vobis reddenda est.* q. d. Honor debitus filijs bonis, redditur vt merces parentibus, qui ipsis iucundantur. Subiungit Chrysost. loquens de filijs: *vtpij in parentes sint subijcit & dictis obtemperantes esse discant, ita enim & parentibus ipsis ingentes præmiorum adijcient cumulos.* Nota *Vt deijcient*, cùm enim quis honore afficit parentes, præmium adijcit eis debitum honoris, quo ipse parens parentem suum prosecutus est, &c.

D. Greg.

D. Chrysost.

Quales parentes, tales filij.

Honor filiorum parentũ merces.

29.

Ex generosa progenie filius generosus nascitur.

1. Reg. 17. v. 55.

Ergo Ecclesiasticus ait, parentes honorantes *patrem suum in filijs iucundari*, sicut pater Dauidis in eo iucundatus est, cùm Philistheum detruncauit, cùm enim Saul cerneret Dauidem cum Philisthæo congredientem, & truncato illius capite triumphantem, eius generositatem animi admiratus, dicit ad Abner. 1. Regum 17. v. 55. *De qua stirpe descendit hic adolescens?* Et vers. 58 ad ipsum Dauidem: *De quâ progenie es, ô adolescens?* Cur tam solicitum se prębet de generatione Dauidis inquirẽda? Quia cùm eximiam eius virtutem agnosceret, planè colligebat ab insigni parentum virtute fuisse deductam, si non posset tantus fructus è ramo erumpere, nisi virtus à radice pullulasset. Nisi dicamus verba esse plena ingratitudinis. Vide nostrum Sanchez in hunc locum.

Filij sunt iucundatio parentum.

2. Reg. 7. v. 12.

Quod filij sint iucundatio parentum probatur ex ea promissione, quæ à Deo facta est Dauidi. 2. Reg. 7. vers. 12. *Suscitabo semen tuum post te.* Quis crederet Dauidem virum secundùm cor Dei multis & maximis à Deo comulatum beneficijs, nunquam tamen ita gaudio exiluisse, & gratum se Deo exhibuisse, sicuti cùm à Domino accepit hanc pollicitationem. Vide exultantem, & iucundantem, gratiasque agentem. Cùm autem ingressus esset Dauid, & sedisset coram Domino dixit, vers. 18. *Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque?* Quæ verba exultantis animi sunt, & iucunditatem capientis, gratulantisque in tanti beneficij memoriã quale est, filios habere similes parẽtibus. Quare adiunxit ver. 19. *Ista est enim lex, Adam, Domine Deus.* Et ne cui videatur leui successu offerri, ac de promissione prorsus humana, & futuli gestiri, hanc subijcit rationem sapientissimus Rex.

Lex Adam qualis.

Atque nam ista lex Adam, lex hominum quam Dauid obseruans omnem vanitatis calumniam deprecatur? Respondet Lyra, *Scilicet vt quilibet sit sollicitus, & desiderans prosperitatem posteritatis sue.* Hinc est, quod cùm Abraham promissionẽ accepisset terræ promissionis possidendæ dixit ad Dominum, Gen. 15. v. 8. *Vnde scire possum quod possessurus sum eam.* Signum petit; sed ita parua fides est Abraham vt signum postulat? Non ita, sed ductus charitate filiorum & posterorum illud postulat. Sic explicuit Rupertus. *Tanquam pius pater futuris filijs prouidet, ne forte peccantibus illis pœniteret Deum huius suæ promissionis. Et idcirco in promissione aliquod sibi dari optauit firmamentum fixæ stabilisq; veritatis, & quasi interpositionem iuramenti.* Jn quo ostenditur charitas Abraham in posteros suos: ompes enim iusti in absentes suam liberalitatem ostentant. Sic dixit Hildelbertus ep. 2. Nam charitas propter Deum omnes habet præsentes quibus non potest obsequio, subuenit affectu. Quare cùm quis filios habet, ita in illis iucundatur, vt aliquando auctoritatis & grauitatis limites videatur excedere. Lege Plutar, de vitis, & recol. in moralibus eiusdem Apophthegmata, & inuenies in rege Agisilao illustre exemplum, quod hanc cum filijs iucũditatẽ confirmet. Ait enim Plutar. *Fuit* (Agesilaus) *in liberos multo indulgentissimus, ac memorat cum paruulis liberis in arundine aquitantem Domi colludere solitum. Conspectus autem à quodam amico, orauit, ne cui id priùs quam liberorum ipse foret pater, enuntiaret.* Hæc iucundatio filiorum præmium sine dubio est debitũ honorum quo parentes eorum patres suos honorarunt. Alij legunt: *lætabitur in filijs*, non tam numero eorũ quam sapientia Prou. 17. v. 2. *Sed neque pater in fatuo filio lætabitur.* Deus ergo talẽ beabit prole copiosa, & proba, vel honesta, quæ res ei maximam voluptatem afferet, vt eodem cap. 17. inquit Salomon: *Corona senum, filij filiorum*, &c. Vide Senecam lib. 3. de benef. cap. 29. Vbi inter alia, ait: *Aluit me pater, fidem præsto plus reddo, quia non tantum ab se, sed à filio ali gaudet, & maiorem ex animo meo, quam ex ipsa re percipit voluptatem, illius alimenta ad corpus tantum meum peruenerint.*

Plutar.

Agisilaus equitans cũ filijs in arundine.

Prou. 17. v. 2.

Prou. 17. v. 6.

Seneca.

Illustratio secunda.

31.

Aliud præmium obedientiæ filiorũ.

ET *in die orationis suæ exaudietur.* Rectè secundùm præmium, quod Deus parentibus, & obsequentibus filijs condonare solet. Scil. exaudire orationes eorum q. d. omnium votorum suorum à Deo compotes erunt. Hugo *diem orationis* vocat diem tribulationis. Cùm enim parentes, qui iucundantur in filijs propter honorem, quem parentibus suis detulerunt in aliquam tribulationem incidunt, tunc in præmium suæ obedientiæ, & honoris parentum à Domino facile exaudiuntur. Si enim quisquis in tribulationem cadit, orat, & exauditur; Quid mirum obsequentes parentibus suis in die tribulationis à Deo exaudiri? Dixit Isaias cap. 26. vers. 16. *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* For. ex Heb. *effundunt orationem*, & explicat de pijs, quorum proprium est vt in afflictione ad Deum currant. Cùm enim premuntur, & querantur, doctrinæ suæ auscultant, & rationem habent, & tribulationibus eruditur חש incãtationes & obmurmurationes, seu compositas artes orationis notat, id est, effundunt querelationes, seu orationes arte concinnatas, quando videlicet

Hugo.

Filij obsequentes in tribulatione à Deo exaudiuntur.

Isa. 26. v. 16

Iusti in tribulationibus ad orandum confugiunt.

delicet doctrina tua, & castigatio tua ad eos accedit. q.d. Cum iusti tribulationibus premuntur, ad murmur orationis accedunt, & acceptantes correctionem Domini, vt doctrinam facile erudiuntur, & eos exaudit Deus. Sic dicebat Dominus per Oseam cap. 6. v. 1. *In tribulatione sua mane consurgent ad me* Jerem. 2. v. 23. *In tempore afflictionis, dicent, surge & libera nos* Psal. 31. v. 4. *Conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina*, & Psal. 119. v. 1. *Ad Dominum cum tribularer*, &c. Psal. 77. v. 34. *Cum occiderit eos quærebant eum*, &c. Isa. 26. v. 9. *Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores terræ.* Sic dixit Plato in Synopsi. *Stultus post acceptam plagam sapit*: Si ergo quicunque tribulatus à Domino exauditur, quare ille, qui Deo & parentibus obsecundauit, cum pressus tribulatione vacat orationi, non exaudietur. Hæc enim Dei exauditio præmium debitum est obseruantiæ parentum. Rabanus sapientiæ filijs hoc tribuit quod ait Sirach, & simul tropologicè explicat τὸ *filijs* de fructu bonorum operum, adi illum.

Ose. 6. v. 1. Psal. 31. v. 4. & 119. v. 1. & 77. v. 34. Isa. 26. v. 9.

Plato. *Stultus post acceptam plagam sapit*

Illustratio tertia.

32\. *Qui honorat patrem vita viuet longiori.* Exod. 20. v. 12.

Qvi honorat patrem vita viuet longiore. Hoc est, iuxta Domini præceptum, vt diximus Exod. 20. v. 12. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.* &c. Nota hæc duo præcepta Decalogi. Scil. 1. De honorando, & diligendo Deo, & 4. De honorandis parentibus præcipere honorem exhibere, quia sicut parentes vicem Dei reddunt erga filios, sic debent honorari ferè eodem honore, quo Deus honoratur. Rationem huius paritatis tradit Philo Iud. lib. 6. de Decal. *sequitur* (inquit) *quintum præceptum de honorandis parentibus situm in duarum tabularū cōfinio. Cùm in prima sit vltimum, coniungit ambas, priori secundam applicans complexam ius, quod nobis intercedit cum hominibus: quod ideò factum arbitror, quia parentum natura videtur mortalis, & immortalis essentiæ confinium: mortalē propter cognationem cum hominibus, & cæteris amantibus, & propter corpus corruptibile; immortalis vero, quia gignando refert Deum genitorem omnium.*

Philo. *Parentes debent honorari ferè eodem honore, quo Deus honoratur.*

33\. *Quid longæua vita cum honore parentum.*

Sed quare hoc præceptum de honorandis parentibus, tanto, & tam eximio præmio decoratur? Quid longæua vita cum honore parentum? Respondeo, huic præcepto propriam ac solam pollicitationem adiungi, quia congruum videbatur, vt qui pius est in eos, à quibus vitam accepit, iucundè diuq; accepta vita perfruatur D. Thom. tom. 17. opusc. 4. explicat hoc præmium de vita virtutibus decorata, aiens: *Et nota quod vita longa est quando est plena, & quæ non mensuratur tempore sed actione, secundùm Philosophum. Tunc autem plena est vita, quando est virtuosa, & ideò virtuosus, & sanctus diu viuit, quamuis citò moriatur corporaliter; ideò dicitur Sap. 4. consummatus in breui expleuit tēpora multa: placita enim erat Deo anima illius. Optimè autem mercatur ille, qui tantum facit vna die, quantùm alius in vno anno.* Et licet principaliter intelligatur de temporali vita longæua, non est contemnenda D. Thomæ intelligentia, & sicut longæua vita parentibus obtemperantibus, & honorantibus promittitur, sic etiam in præmium, longè meliorem vitam, qualis est æterna, Deus in cælesti patria condonat.

D. Thom. *Vita plena vita longa.*

Et qui obedit patri refrigerabit matrem. Sensum attigit Dionysius, dicens: intelligi de parentibus carnalibus. Vxor enim tam filium, quam maritum diligens, ita de filij obedientia gaudet, sicut de sui mariti honore. Refrigeratur autem spe bona confidens, quod sicut filius suus obedit patri, sic quoque sibi obtemperabit. Verbum *refrigerabit* in Græco est ἀναπαύσει, quod Complut. legunt *quietem*, ἀναπαυσις requiem significat. Sic legit vulgatus. Matt. 12. v. 29. *Et inuenietis requiem animabus vestris*, & vers. 28. *Et ego reficiam vos*, & Ierem. 6. v. 16. *Et innuenietis refrigerium animabus vestris*, id est, *requiem.*

34\. Dionysius. *Refrigerare quid.* Matt. 11. v. 29.

Jtaque qui patri obedit, & obsequitur, *refrigerat matrem*, id est, recreat, reficit, & requiem affert. Sicut enim cùm filius patris voluntati reluctatur, rixas excitat, ex quibus magnam animo molestiam, & angorem mater capit: sic cùm patri obedit, & honorat, recreatur, refrigeratur, *& inuenit requiem animæ suæ.* In Originali est: ὁ εἰσακούων κυρίου. *Obedit Domino.* κύριος idem est, quod auctoritatē habens, seu obtinens in rem quempiam à cuius auctoritate pendet aliquod. Breuius etiam exponitur Dominus huius rei est κύριος, inquit, Budæus, qui summam habet potestatem rei cuiuscunque. Cùm igitur Deus summam potestatē habeat omnium rerum, & ab eius auctoritate, quia Dominus omnium est, omnia pendent; ideò Originale transtulit, *Qui obedit Domino:* Quia etiam pater erga filios similem auctoritatem œconomicam à Deo deductam habet. Ideò vulgatus legit *patri.* Dominus enim est filiorum, & ipsi ei tanquam Deo obediunt, & obsequuntur. ergo qui obedit Domino, eius exequens in præceptorum obseruatione voluntatem, *obedit patri*, & eodem modo recreat, & reficit matrem, qui obtemperat patri, ac si Domino pareret: quia Deus & pater ferè eandem auctoritatem erga filios exercent, Deus propriam, & pater ab eo deriuatam, & communicatam.

Qui refrigerat matri ei requiem affert. *Pater pro Domino.* Budæus. *Auctoritas Patris à Deo deducta.*

VERS. VIII.

Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt.

VERS. IX.

In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum.

VERS.

VERS. X.

Vt superueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouissimo maneat.

VERS. XI.

Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.

Sensus.

35\. Versus 8.

Qvi timet Dominum, *&c.* q. d. Qui Dei timore adstricti sunt, simul adstringuntur obligatione parentibus obediendi, & honorandi, & tanquam Dominis seruiendi. Nam timentibus Deum conuenit parentes honorare: ratio est, quia cum timor perfectus qualis est timor filialis includat in se filialem amorem, ideò qui timet Dominum vt præcipuum parentem debet illum vt parentem diligere, & quia pater naturalis Dei præcipui parentis vicem gerit, ideò filius qui Deum vt parentem reueretur, honorat parentem suum, qui in Dei locum suffectus est; eique seruire debet tanquam superiori à Deo constituto, & tanquam Domino cui debet obtemperare, &c.

Versus 9.

Jnsuper honora patrem tuum, & matrem tuā, promptè scil. illis obediendo, seruiendo, & subueniendo dictis, & factis; ac benignè & humiliter eis loquendo, & in omni patientia, vt videlicet patienter toleres parentum defectus, si qui sint, & præceptorum rigorem non detrectes, &c.

Versus 10.

Præcipio ergo vt honore parentes tuos afficias, in opere, & sermone, & in omni patientia ad recipiendam eorum benedictionem. Dùm enim illos honore appetimus, animum nostrum comparamus ad merendā eorum benedictionem. Quia qui illos inhonorat, & afficit ignominiâ, aditum præcludit ad recipiendam in animo paternam benedictionem. Compara animum tuum, quia benedictio patris vsque ad extremum vitæ permanet & vsque ad mortem comitatur, &c.

Versus 11.

Tandem hæc omnia tibi suadeo, quia Deus benedictionem, aut maledictionem parentum magni ponderis ac momenti esse putat, & facit vt ad parētis benedictionem domus filiorum, id est, eorum familiæ, & res stabiliantur: & ad eius maledictionem, etiam efficit vt fundamenta domorum eradicentur, hoc est, penitus subuertantur eorum domus, familiæ atque progenies, &c.

Notæ.

36\. *Notæ ex Græco.*

Qvi timet Dominum honorat parentes, &c. Hic versus aberat à Rom. Aldo & Bas. Sed Cūplut. & Drus. habent, & vulgatus non renuit. *Et quasi Dominis seruiet ejs qui se genuerunt*, hoc est, suis procreatoribus, aut parentibus, quibus Deus tribuit imperiū, dominatumq; in liberos. Jn Græco est δουλεύσει ἐν τοῖς γεννήσασιν αὐτόν, præpositio ἐν abest à Complut. quia in alijs editionibus videtur redundare. *Dominis* δεσπόταις δεσπότης, est herus, Dominus, tanquam Dominis debent seruire, & ipsi non tanquam serui, vt suo loco dicemus.

In opere & sermone, ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, id est, *factis, & dictis*, opere, ac sermone, re ac verbis. Jllud, *& in omni patientia* deest ab Originalibus, sed additum est maioris energiæ causa. *Honora.* Alij *cole*, sed melius *honora*, quia verbum τιμάω est honoro, appretio, & insuper condemno, punio; nam in mente habuit Sirach præceptū illud: *honora patrem, & matrem*, in vno verbo Hebræi כבר dicūt Græci duobus vtuntur interpretantes δοξάζον τιμα. Vide D. Hieronymum ep. ad Ieremiam, qui inter alia ait: *Et in euangelio Dominus disserit mandatum legis, in quo dicitur: honora patrem tuum, & matrem tuam, non in verborum sono, qui inopiam parentum causa potest adulatione frustrari; sed in victus necessarijs administrandis debet intelligi, &c.* Confirmat Raban. cùm ait: *Quippe in Scripturis, non tantum in salutationibus, & officijs deferendis, quantum in eleemosyna, ac munerum collatione sentitur. Patrem tuum* Compl. ἤγουν μητέρα, *& matrem*, vt præcipiat vtrumque parentem esse honorandum, ne quis matrem ob sexum despiciat, aut contemnat; significat igitur hæc sententia & summam procreatorum in procreatores potestatem, & obedientiam liberorum in parentes. Ex versu 10. τὸ, *ab eo*, quod intelligitur à Domino in Orig. est, παρ᾽ ἀνθρώπων, id est, *ab hominibus*, quia homines filijs parentes honorātibus, in opere, & sermone mille benedictiones impertiunt. Sed melius vulgatus *ab eo*, id est, à Domino. Sic Drusius. Tandem *eradicat fundamenta*, id est, funditus diruit familias.

In quo honorandi parentes. Rabanus.

Illustratio prima.

Qvi timet Dominum honorat parentes. Quare timentes Dominum debeant parentes honorare, diximus in sensu, quia pater Dei præcipui parentis vicem gerit, & ideò filius, qui Deum vt patrem reueretur, honorat parentem suum, qui in Dei locum suffectus est. Dixit Joseph lib. 4. Antiq. Judai: *Cogita quod etiam Deus læsis parentibus offenditur, qui & ipse humani parens generis est, & ad se pertinere iniuriam existimat, quæ infertur hominibus, cum quibus illi communis est appellatio.* Itaque honor parentum pendet ex Dei timore, nam cum timor sit (vt toties diximus) metus impendentis mali, & inhonorare parentes sit malum contra Domini præceptum. Vnde est quod qui timet hoc malum inferre, Dei amore ductus implet præceptum, & sic parentes honorare conatur.

37\. *Quare qui timet Deum debet honorare parētes.* Iosephus.

Hoc potest illustrari ex eo, quod diximus cap. 2. v. 19. *Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei.* Quid ita Deo gratum quam honorare parentes? Cùm non solum præcipiat hoc mandatum

Gratum Deo honorare parentes. Eccles. 2. v. 19.

tum ab omnibus obseruari, sed etiam prẽmiũ longæuę vitæ illud exequentibus adijciat. Ergo timentes Dominum illum gratum facere conantur, suam voluntatem exequentes, si voluntas Dei ei exprimetur in honore parentum, qui illum metuerint parentes honorabunt. Porrò cap. 1. 27. ait Siracides. *Timor Domini expellit peccatum.* id est, abijcit illud ex corde nam lux, & tenebræ nunquã inter se connectuntur, neque consociantur. Jgitur si quartum pręceptum in re graui transgrediẽtes, peccatum mortiferum in corde admittunt, & cum peccatum ingreditur timor recedit: & insuper timor expellet peccatum, cum diuina gratia animum occupat, inferetur timentes Dominum quartum præceptum obseruantes honorare parentes.

Eccl. 1. v. 27

Dauid timẽtes Dominũ filios appellat.

Psal. 33. v. 12.

Denique Regius vates ad timorem exhortans, ait Psal. 33. v. 12. *Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos.* Quare cùm ad timorem Domini Rex sapiẽtissimus prouocat, filios appellat? Quid nomen filij cum timore Domini? Scio filios vocari discipulos, & quod ij ad disciplinam accipiendam apti sunt, vt Agel. explicat. Sed sic vocat, quia timor Domini ad parentes honorandos filijs maximè conuenire videtur. Filios timorem Domini docere vult, quia timor Dei fundamentum est, in quo stabilitur legis diuinæ obseruatio. Cùm ergo parentes honore prosequi diuinæ legis quartum præceptum sit, ad illud obseruandum docet Psaltes filios timorem Domini: ideò ait Sirach: *Qui timet Dominum,* &c:

Agellius.

38.

Parentes à filijs vt superiores honorandi.

Et quasi Dominis seruiet his qui se genuerunt. Cùm timor adest, id est, reuerentia, quâ debemus honorare parentes, illos vt Dominos reueremur, hoc est, vt superiores veneramur, non gerentes nos, vt sibi pares, sed tanquam nostros præfectos, magistratus, & superiores: quorum iussis parendum nobis est, & quorum commodis, & obsequijs nobis studẽdum. Sed cum obsequium quod Dominis præstatur sit seruile, quare vt Dominis filios seruire præcipit? Respondet Palacius filius seruiet parentibus velut in quibus Deus repręsentatur: velut in quibus Dei Dominium resplendet. Nam vt ætas in senibus venerationi est, vt pote in qua Dei æternitas lucet: ita parentes sint honori, in quibus Dei dominatio micat. Tertio vult Auctor, inquit, vt filij cum patre familiaritas non eius minuat honorem: sed cum excluso timore, vt Dominum reuereatur. Jtaque licet particula *Dominis* significet dominium, quod erga seruos & mancipia exercetur, quorum obsequia seruitia dicuntur, non loquitur in hoc sensu Jesus Sirach, sed tantum indicare contendit superioritatem parentum erga filios, quam sic filij sunt veneraturi, vt seruus Domini sui iussa veneratur ad illa exequenda: Dominus enim, & parens, ita inter se connectuntur, vt Dominus debeat tanquam parens seruorum, & parens vt Dominus filiorum imperare. Cùm D. Paulus Col. 3. v. 20. filios ad obediendum prouocasset: *Filij obedite parentibus per omnia: hoc placitum est in Domino,* mox exhortatur seruos ad parendum Dominis, dicens vers. 22. *Serui obedite per omnia Dominis carnalibus,* &c. Quare Apostolus in vtraque filiorum, & seruorum exhortatione eodem verbo Latino, & Græco vtitur? scil. ὑπακούετε à verbo ὑπακούω, quod est, obedio, pario, audio. Respondeo vti Apostolum eodem verbo ad significandã obedientiæ paritatem in vtrisque, nam seruus obedire debet sicut filius Domino tanquã si parens suffectus sit, & filius obtẽperare debet parenti tanquam Domino, cum timore & reuerentia debita ei, qui vt Dominus præficitur. Jtaque filji non debent se pares erga parentes gerere sed tanquam superioribus & Dominis in omnibus obedire. Quia beneficium generationis hanc prę se fert dignitatem, & eminentiam, vt pater tanquam superior, & Dominus filijs pręficiatur, & tanquã præses, & magistratus familię imperet, cuius voluntatem filij exequi, à natura adiguntur. Et sicut *Qui timet Dominum, parentes honorat: sic seruiet illis,* &c.

Palacius.

Quare vt Dominis parentes honorandi.

Dominus & parens inter se connectũtur.

Coloss. 3. v. 20.

Inobedientia filiorum & seruorum paritas est.

Filij non debent se pares erga parentes gerere.

Illustratio secunda.

VERS. IX.

39.

Honor erga parentes in opere & sermone.

IN *opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum.* Complut. vt diximus addunt *& matrem.* Hic ergo honor, quẽ debet filius parẽtibus deferre in opere & sermone, & petientia exercẽdus est. Idem est quod *factis, & dictis.* q.d. Honora patrem tuum & matrem tuam, promptè scil. illis obediendo, seruiendo, & subueniendo, ac benignè ac humiliter ei loquendo. Vult enim orationis reuerentiam cum cæteris vitæ officijs necessarijs atque honorificis coniunctam esse, vt liberi ea tum dicant, tum faciant, in quibus ipsorum reuerentiam in parentes reluceat. *Et in omni patientia,* vt videlicet patienter toleret filius parentum defectus, si qui sint, & præceptorũ rigorem non detrectet. Nos diceremus: *La onera que a los padres se deue no a deparar en palabras, sino que ha de passar alas obras siruiendoles con paciencia. In opere* idem est ac dicere parentes à filijs alendos esse. Sic dixit D. Hieron. vt in notis aduertimus. Et confirmat Alex. lib. 6. Gen. dier. cap. 10. *Secuti interpretes ius naturæ meritò cauerent vt liberi parentes alant.* Quod sic commentatur And. Tiraquil. Parentum necessitatibus liberos succurrere iustum esse scripsit Diuus Antoninus Pius leg. 1. c. de alendis liberis à parentibus. Diui fratres à competenti iudice cogendos filios, vt patri alimenta præstent, rescripserunt lib. 2. C. eodem Iustinian. in l. finali § ipsum ante filiũ, ab ipsis liberis parentes alendos esse, si inopia ex vtraque parte vertitur, edixit. Sed vt naturali ratione eo cogendos liberos Vlpianus respondet in l. *Si* quis à liberis §. parent, ff. de agnoscend. & alend. lib. vel parentib. Deinde Theophras. *Oportet* (inquit) *parentes honestè alere suamque vitam ad ipsorum voluntatem instituere.* Seneca de hoc agit lib. 3. de Benef. cap. 30. inter alia ait: *Quidquid præstiti patri, etiam si magnum est infra æstimationem paterni muneris est,* & cap. 32. *Aluit me pater, si idem præsto, plus reddo; quia non tantum ali se, sed à filio ali gaudet: Et maiorem ex animo meo, quam ex ipsa re percipit voluptatem.* & cap. 36. *Posita* (inquit) *est inter parentes, ac liberos honesta contentio, dederint maiora, an receperint?* Affert statim aliqua exempla præter exemplum Ænoch, hæc subijcit: *Vicere siculi iuuenes cum Etna maiori vi peragitata in vrbes, in agros, in magnam insulæ partem effudisset incendium, vexerunt parentes suos.* Quod exemplum clarius refert Pausan. lib. 10. *Cum* (ait) *Ex proxima Etna eam vrbem flamma corripuisset, nulla vel auri, vel argenti habita ratione fugientes matrem hic, patrem ille humeris sustulerunt: sed enim cum haudquaquam otiose festinantes, incendium tamen vigeret, neque illi propterea parentes dimitterent, ita illum flammarum quasi torrentem in duas aiunt partes discessisse, vt per medios ignes cum ipsis parentibus adolescentes incolumes euaserint. Ijs apud Catanæos hac etiam ætate certi, & solemnes honores pietatis ergo habentur.* Affert etiam Seneca exemplum Antigoni, qui cũ ingẽti prelio superasset hostem, pręmium belli ad patrem transtulit, & imperium illi Cypri tradidit. *Alia ex alijs exempla* (subdit) *subeunt eorum, qui parentes suos periculis eripuerunt, qui ex infimo ad summum protulerunt, & è plebe aceruoque ignobili, nunquam tacendos sæculis dederunt.* Tandem claudit Seneca lib. 3. de beneficijs cap. 38. aiens: *Felices qui vicerunt; felices qui vincẽtur. Quid eo adolescente præclarius, qui sibi ipsi dicere potuerit, neque enim fas est alteri dicere: patrem meum beneficijs vici. Quid eo fortunatius sene, qui omnibus vbique prædicabit, à filio suo se beneficijs victum? Quid autem est felicius quam sibi cedere?* Cõfirmat hoc Anaximenes, qui dixit: *Quid enim iustius quam generationis, & disciplinæ authores mutuis beneficijs demereri.*

D. Hieron.

Filij parentes alere debent.

Alexand.

Tiraquil.

Vlpian.

Theophra.

Seneca.

Contentio est an filij dederint parentibus maiora, an acceperint.

Pausan.

Exemplum honoris parentum.

Seneca.

Antigoni exemplum honoris parentum.

Senec.

Felices filij, qui parentes beneficijs vincunt.

Anaximen.

40.

Cæli. Rodi.

Aristot.

Jllustrat tandem hanc sententiam de honorandis *in opere parentibus* Cælius Rodig. lib. 11. cap. 17. qui ex Aristot. lib. 8. Mor. ait: *Sicuti in Dei ac parentum honore, quibus pro meritis nemo vnquam rependat. Quid verò potissimum tanti beneficij ratione deuinctus, filius, & planè authoratus parentibus debeat cõtribuere. idem Philosophus eminentissimus, ita finem imponit eiusdem scientiæ l. 9. Videtur quoque parentibus alimenta maximè suggerẽda veluti hoc debeamus. Quumq; vt simus ipsi argumentum præstiterint, honestius quoque ea re illis mutuas operas reddere, quam nobis ipsis allaborare, honos item impendendus eis quemadmodum Deo. Comprobat ex parte lex vetus, quâ sancitur, vt liberi parentes alant, aut vinciãtur. Extat & Græcis ad id Senarius,* ἱκανῶς βιώσῃ γηροβοσκῶν γονεῖς. *Viues diu si vergentes in seniũ parentes cõnutrieris.* Sic etiam dixit Sophocles in Acrisio Cheromnis: *lex iubet parentibus honores diuinis æquales præstari.* D. Ansel. in c. 1. ad Tim. cap. 5. explicat verbum *honorandi* de honore non in sermone, sed in opere, ait enim *Honora patrem & matrem, non in verborum sono,* &c. Vt ex D. Hieronymo adduximus in Notis, ex quo hæc verba mutuauit.

Honor impendendus parentibus sicut Deo.

Sophocles.

D. Anselm.

Parentes in omni patientia honorãdi

Addit tandem Ecclesiasticus: *& in omni patientia,* quia verba suauia, mollia, & honorifica à filijs in parentes proferri debent, vt eos filij consolentur, confirment, sustentent, permulceant, & nullo modo exasperent. Et quia parentes præsertim cum canescunt, & ad summam perueniunt senectutẽ desipientes sunt, & filiorum egent subsidio, subleuandi sunt, patienter ipsorum non solũ verba nimis aspera & acerba ferendo, sed etiam opera insaniam, & dementiam redolentia: digni enim sunt, vt à nobis *in omni patientia honorentur,* & opera nostra operibus nostræ educationis respondeant. Sicut illi pueriles ineptias nostras patienter, & placidè tulerunt; sic nos illorum inscitiam & acerbitatem accipere & ferre patienti animo debemus, Sic Palac. vt filij patientia vincat senum difficultatem, vt patrum patientia sustinuit filiorum paruulorum importunitatem, &c.

Illustratio tertia. VERS. X.

41.

Qui honorat parentes disponit se ad merendã benedictionẽ.

ET *superueniat benedictio ab eo.* Præcipt Ecclesiasticus honorare parentes, *in opere & sermone, & in omni patientia* ad recipiendam eorum benedictionem. Dùm enim illos honore afficimus, animũ nostrum comparamus ad merendam benedictionem eorum. Qui autem illos inhonorat, & afficit ignominia, aditum pręcludit ad recipiendã in animo paternã benedictionem. Nomine *benedictionis,* non solum intelligitur illa quæ à Domino exhibetur, Exod. 20. Vbi vitam pollicetur longæuam; sed etiã omnis alia benedictio similis eis, quibus bona antiqui parentes filijs precabãtur, vt statim dicemus. Verbum prætereà *superueniendi* indicat benedictionem parentũ desuper venire, & super caput eorum cadere. Sic aiebat Salomon. Prou. 6. v. 10. *Benedictio Domini super caput iusti.* Nomine *iusti* Beda misericordem homine intelligit in cuius caput Dei benedictiones largè descendũt, vel potest explicari, quod postquã præscripsit Salomon, quæ lucra, & quæstus faciendi sunt ad opes augendas nunc quidem optimam augendarum facultatum artem tradit, scil. eleemosynam, & miserordiam. q. d. *Benedictio Domini* super caput iusti, id est, affluentia bonorum omnium homini iusto eueniet, Ergo si cuilibet iusto misericordi impertit Deus benedictionem, affluentiã scil. bonorum omniũ, melius filio erga parentes misericordi hęc benedictio fæliciter continget, & idem erit *benedictio super caput iusti,* ac dicere, benedictionem à Domino superuenire filio parentes honoranti; &c.

In caput misericordis benedictiones descendunt.

Prou. 6. v. 10.

Beda.

Benedictio pro affluentia bonorum

42.

Adijcit verò vulgatus de suo, *& benedictio illius in nouissimo maneat,* hoc est, vsq; ad extremum, vt Sa explicat, id est benedictio obediẽti filio impertita vsque ad extremum vitæ permanet. Nos diceremus *Al hijo emiador de sus padres acompana la bendiçion de Dios hasta que le legen la terra encima,* Filium obedientem benedictio Domini vsque ad extremum vitę comitatur, Quid autem nomine *benedictionis* in præsentiarum intellligat Ecclesiasticus, subijciendum est, vt facilius sensus penetretur.

Benedicere quid.

Benedicere est bonum alicui precari.

Benedicere, est bonum alicui precari. Deus quidẽ benedicit largiendo bona, homines verò benedicunt optando, aut bona, quę insunt laudando. Benedictio autem secundum litteram aliquando sumitur pro munere, vt Gen. 33. v. 12. 1. Reg. 22. v. 9. aliquando dicit abundantiam. 2. Cor. 4. 5. v. 6. Vt inplurimum benedictio significat bonorum tam spiritualium, quam temporalium affluentiam siue à Deo impertitam, siue ab hominibus optatã. Jd est, copiam bonorum, quibus Deus homines afficit. Quamuis D. Ambr. de bened. Patriarc. c. 2. *Benedictionem* appellet *sanctificationis, & gratiarum votiuam collationem.* Et Isichius præsbit. Ierosol. to. 1. Bibl. lib. 11. in Leuit. explicans id Leuit. 9. v. 23. *Et deinceps egressi benedixerunt populo.* Rogat, *quamobrem priùs in tabernaculum testimonij ingrediuntur* (scil. Moyses & Aaron) *& postea benedictionem præstant? Nisi vt nõ ignoremus, quia de intelligibili tabernaculo, videlicet de cælo benedictionẽ proferũt sacerdotes, dicentes, sicut Paulus Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo. Hoc enim nobis, & ipse tradens Dominus quinque panes, & rursus septem benedicens ad cælũ respiciebat. Cur autẽ non soluni Aaron, sed Moyses populũ benedicunt? nisi vt discamus quia nõ propria virtute sacerdotes benedictionẽ præstant, sed quia figurã ferunt Christi, possunt propter eum, qui in ipsis est, præstare benedictionis plenitudinẽ. Vnde & Moyses vt pote cui imago est Domini credita, ad benedicendum rectè comprehenditur.* Jgitur si benedictio vt in plurimum significat bonorũ affluentiam. tam eã quam Deus liberaliter præstat, quã illam, quã homines à Deo precantur, dicemus hãc abundantiam bonorum spiritualiũ vsq; ad extremũ vitæ filios comitari, & illis præstare spem eorum bonorum affluentiã obtinendi, quę ęternum sunt in cęlo duratura: *& benedictio,* &c. Sic dixit Rabanus: quia æterna mercede recõpensatur.

D. Ambros.

Isichius.

Leuit. 9. v. 23.

Benedictiones de cælo descendunt.

Rabanus.

Illustratio quarta. VERS. XI. 43.

Benedictio, aut maledictio parẽtum à Deo formatur,

B*Enedictio patris firmat domos filiorum;* Quæ sententia ait, Iansenius, significat, quanti Deus faciat, vel benedictionem vel maledictionẽ filiorum à parentibus profectã, cum Deo faciente

fiat, vt ad benedictionem parentum, domus filiorum, hoc est, eorũ familię, & res stabiliantur. Cõtra ad eorum maledictionem, etiam fundamenta domorum eradicantur, hoc est, penitus subuertũtur eorum domus, familię atq; progenies, vt comprobabunt exempla quæ statim subijciemus.

Benedictio quid significet.

Benedictio patris, &c. Iam diximus, benedictionem significare abũdantiam rerum. Si benedictio Dei est, non est verbalis, sed realis, significatq; omnem prosperitatẽ, tum in corpore, tum in anima; tũ in fortunis, vt de filijs Israël dixit Moyses, cùm benedictiones Dei pręcepta legis obtemperantibus pollicetur. Deut. 28. v. 3. *Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro.* q. d. abundabis omnibus rebus necessarijs tam in re vrbana, quam rustica. *Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ,* id est, abũdabis liberis & fructibus terræ. Si ergo hæ benedictiones à Deo impertiuntur obtemperãtibus pręceptis eius, quid mirũ quod easdem filijs parentes præcentur ad firmandas, & confirmandas filiorũ domos in præmium honoris, quem parentibus libentissimè detulere. *Firmare domos,* aliud est nihil, quam stabilire, à Deo omnia filijs bona precando, non solum diuitias, & res familiares abundantiãq; rerum omnium, sed etiam felicem filiorum posteritatem, qui certè domos patrum firmant, & stabiliunt. Duo ergo exempla subijciamus.

Deut. 28 v. 3. — Fimare domos quid.

44. Gen. 9. v. 26. Benedixit Noë filio suo Sem propter honorem, & reuerentiam quam ipsi detulit, cùm filius minor Cham eum irrisit, & fratribus suis ridendum ostendit: ait: igitur ad illum. *Benedictus Dominus Deus Sem.* Est Hebraica metalepsis: ex consequente enim intellgitur antecedens, puta ex benedictione Dei intelligitur ipsa benedictio Sem: Sensus est, vt explicat noster Cornel. q. d. tanta benedictione, & copia tum frugum, tum sapientiæ, pietatis, religionis, gratiæ, & cultus Dei cumulet Sem, eiusq; posteros, vt quisquis eos viderit, benedicat Deum in Sem, suosq; tam liberalem; dicatque benedictus sit Deus qui semper sit Deus, Dominus, pater, ac prouisor Sem, eiusq; posterorum, qui semper suis beneficijs ostendit quod sit Deus tutor, & curator Sem, & suorum. Sic ex Lipom, Caiet. & alijs, quæ benedictio Noë firmauit, & stabiliuit Domum filij sui Sem, omnia bona eis precando. Sic etiam de alio filio Ioseph.

Gen. 9. v. 26 Benedictio Noë erga filium suum Sem. — Cornel.

Secundum exemplũ sumamus ex benedictione Jacobi erga filium suum Ioseph, Gen. 49. v. 25. ante alia ait:, cum illum benedicit. *Deus patris tui erit adiutor tuus. & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, & benedictionibus abyssi iacẽtis deorsum benedictionibus vberum, & vuluæ; Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius,* &c. Benedictio cęli est opportuna pluuia q. d. Benedicet tibi dando è cęlo, tum pluuiam, tum rorem, tum niuem, tum aëris serenitatem, benignumq; solis cælique influxum, quibus terra tua fœcundatur, vt optimas, & copiosas tibi, & tuis posteris proferat fruges & fructus. *Per benedictionem abyssi,* optat Joseph terram irriguam, & fertilem ex aquis inferne ex abysso prodeuntibus. *Benedictionibus vberum, & vuluæ,* vt scil. habeas copiosum lac, fœturam, ac proles tum animalium, tum hominũ. *Benedictiones patris tui,* &c. q. d. Jnquiũt Lyra, Abul. Perer. Corn. Ego Jacob præ patribus meis Abraham & Isaac fui, tum à patre meo Isaac, tum à Deo benedictus: ita ergo vicissim tibi ô Ioseph benedico, ac consequenter tu, & patribus meis, & me ipso magis eris benedictus, quia non tantum patrum vti ego, sed & meam benedictionem nancisceris. Vel

Benedictio Iacob erga filium suum Ioseph Genes. 49. v. 25. — Benedictio abyssi, vberũ & vuluæ. — Lyra. Abulensis. Perer. Cornel.

q. d. Vt Burgens, & Vatab. Maior est mea benedictio, quã ego te, ô Joseph, benedico, quam ea, quã à patribus meis fui benedictus. Eris me felicior, magisque benedictus, eris enim princeps Ægypti tota reliqua vita tua, posteriq; tui erunt Iudices, & Reges Jsraël. Vel *confortatæ,* idest, firmatę, adiunctę, & adauctæ sunt benedictiones patrum. Sic Chald. q. d. Ego tibi ô Ioseph, non tãtum meum, sed omnium patrum meorum benedictionem impertior, & addo, precorque quod illi mihi precati sunt, scil. vt ego cum posteris meis essem felicissimus. Ecce quomodo Ioseph domus firmata, & stabilita à parente Iacob manet, &c.

Burgens. Vatab. — Ioseph's benedictio copiosior alijs. — Chald.

Rogo ergo quare Iacob firmauit domum filij sui benedictionibus suis, quas illi precatus est? Nunquid quia præ cęteris liberis Iosephum diligebat, & quia filius dilectissimæ Rachelis erat? Scriptura enim ait, Gen. 37. v. 3. *Israël autẽ diligebat Ioseph, super omnia, eò quod in senectute genuisset eum?* Meo iudicio ratio quare his benedictionibus domum Ioseph filij sui firmauit, ea est, quia non solum in omibus parenti obtemperabat, sed præcipuè quia eum in tempore famis aluit, & alimenta præbuit, honorando patrem, non tantũ sermone, sed opere pascendo illum. Hoc probo ex eò quod in benedictione ei dixit pater Jacob. *Inde Pastor egressus lapis Israël.* Gen. 49. v. 24. id est, effectus est rector, & princeps Ægyptiorum & lapis, id est, firmamentum sui populi Israël, Ioseph enim (ait Cornel.) tam patrem suum Israël, quam fratres eorumque familias, æquè ac Ægyptios in septennio famis pauit, & aluit. Jtaque firmauit, & stabiliuit ne inedia interirent. Alij legunt: *Ioseph egressus est pastor patris, & filij Israël,* id est, Ioseph in fame pauit, & cibauit tam patrem suum Israël, quam eius filios. Ecce quomodo benedictio Iacobi firmauit domum filij sui Ioseph.

Quare Iacob firmauit domum Ioseph. — Gen. 37. v. 3. — Gen. 49. v. 24. — Cornel.

Illustratio quinta.

Maledictio autẽ matris eradicat fundamenta. Funditus domos filiorũ diruit maledictio matris. Sicut enim benedictio patris fundat & firmat filiorum domos, & familias, sic maledictio matris fundamenta domorum, id est, ipsos filios inobsequentes, & rebelles euertit. Filij enim sunt sicut fundamenta ædificiorum, super quæ domus ędificatur. Cùm iacta fundamenta euertuntur, ædificij parietes diruunt, & domus tota destruitur: sic etiam cùm filius sit fundamentum domus si maledictio matris hoc fundamentum eradicat, totum ædificium familiæ euertitur, & diruitur. Hinc est quod B. Petr. Dam. super hunc locum lib. 8. epist. 3. dicat: *Si ergo filiorum domus parentum maledictione destruitur, eorumque benedictionibus stabilitur, cauendum valde est, ne si parentes offendimus, successuram nobis propaginem destruamus.* 46.

Maledictio matris domos filiorum diruit. — B. P. Dam.

Quare autem maledictio matris eradicet fundamenta, ratio videtur esse, quia dolor matris iustus esse solet penetrans viscera, & ad amaritudinẽ prouocans, & Deus in filium talem dolorem inferentem animaduertit, progeniem eradicando, id est, posteritatem præscindendo. Nos cum filium maledictione impetimus, dicimus, *Plega à Dios que nò te logres, ni llegues agranazon.* Forte in hoc sensũ dixit, Iob. cap. 31. vers. 8. *Et progenies mea eradicetur.* Jd est, spes futuræ posteritatis, & suscipiendorum liberorum frustretur. *Quod si declinauit gressus meus de via progenies mea,* funditus euertatur;

Quare maledictio matris eradicat fundamenta. — Iob. 31. v. 8

& *eradicetur.* Hoc probatur in maledictione Noë erga Cham. Dixit enim Rabanus: quomodo autem maledictio parentum noceat soboli, ostenditur in semine Cham, cuius progenies à filijs Sem, hoc est, filijs Israël à terra repromissionis extirpata atque deleta est. Sed melius: Hanc maledictionem matris ostendit D. August. impletam fuisse, vt ipse refert lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8. *Decem quidam fratres* (ait ipse) *quorum septem sunt mares, tres feminæ, de Cæsarea Cappadociæ suorum ciuium non ignobiles, maledictio matris recẽti patris eorũ obitu destitutæ, quæ iniuriam sibi ab eis factam acerbissimè tulit, tali pœna sunt diuinitus coerciti, vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum; in qua fœdissima specie oculos suorum ciuium non ferentes, quaquauersum ire visum est, toto penè vagabantur orbe Romano.* Alia similia exempla inuenientur, quę nostram sententiam confirment. &c. Vide 2. Reg. 11. de Absalomo qui absque liberis suspensus decessit, quia patrem persecutus est, &c.

Rabanus — D. August.

VERS. XII.

Ne glorieris in contumelia patris tui, non enim est tibi gloria eius confusio.

VERS. XIII.

Gloria enim hominis ex honore patris sui & dedecus filij pater sine honore.

Sensus.

47. *Ne glorieris,* &c. q. d. Ne gloriam tuam quæras ex patris tui contumelia & confusione, quia cùm dedecus, & contumelia patris transferatur in filium, si filius aliquam iecerit in patrem suum contumeliam, se ipsum contumelia, & ignominia insequitur, & pro gloria sibi confusionem asciscet. Semper enim ex parentum honore gloriam filius, & claritatem adipiscitur, & ex ipsorum parentum dedecore ignominiam, & contumeliam trahit, &c. Sunt enim quidam, vt explicat Iansen. adeò peruersi & impij, vt ex parentum ignominia sibi gloriam quærant, volentes eis videri & sapientiores, & meliores, gloriantesque quod eos superent, & ob id eorum vitia, & ignominiam, quam celare debuerant, prædicantes, &c.

Notæ.

Pro *in contumelia patris tui,* est in Græco, πατρὸς ἀτιμίᾳ vt Complut. & LXX. licet Ald. Basil. legerint, πρὸς ἀτιμίαν sed sine commoda sententia. *Non est tibi gloria sed confusio.* Videtur legisse Vulgatũ ἀλλ' ἀτιμία vel συγχυσις, quod propriè confusionem sonat: plana sententia est, contumelia patris, inquit, non tibi gloria erit, sed dedecori, ignominiam non gloriam, ex ea consequeris, quare non debes laudem inde quærere.

Gloria enim honoris ex honore patris: Colludit cum eo Prou. 17. v. 6. *Gloria filiorum patres eorum: Et dedecus filij pater sine honore.* Jn Complut. & LXX, est *mater,* μήτηρ ἐν ἀδοξίᾳ, *mater sine honore* Drusius transtulit, *mater infamis.* Nam ἀδοξέω, est, ignominia, infamia, despectus, obscuritas nominis, à verbo ἀδοξέω, quod est gloria careo, ignominiosus, & inhonoratus habeor, sermone hominum vituperor, malè audio, improbor. Inde ἄδοξος, inglorius, infamis, absurdus, &c. Et licet Originalia de matre referant, sed præcipuè de patre debet intelligi: nam maior ignominia ex infamia patris, Et cum in vulgato legatur, *pater,* aliqui suspicantur, aliquando scriptum fuisse, πατὴρ ἐν ἀδοξίᾳ *Pater sine honore,* sed quomodocunque legatur eundem sensum efficit.

Prou. 17. v. 6.

Illustratio prima.

Ne glorieris in contumelia patris tui. Ferè omnes interpretes, præter Palacium, hanc sententiam confirmant exemplo Cham, qui in contumelia Noë parentis sui gloriam propriam, sui potius confusionem quæsiuit: confusionem dico, quia patris maledictione impetitus euasit. Gen. 9. v. 25. ait: *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* Quare autem maledixerit nepotem Chanaan, filium filij sui Cham, cùm ipse solus Cham in cõtumelia patris sui gloriatus fuerit? nunquid filij pœnas luituri sunt scelerum patrum suorum? Responderi potest, peccata parentum aliquando puniri à Deo in filijs. Sic D. Greg. lib. 26. Moral. c. 17. ad id Iob. 35. *Nunc enim non infert furorem suum,* &c. ait: *Et quid est quod Cham peccante Chanaan filius eius sententiam vltionis accepit? quid est quod non in se, sed in posteritate parentum percutitur, nisi quod reproborum nequitiæ hic quidem multæ proficiunt; sed in posterum feriuntur.* Sed clarius respondet Procopius citatus à Glossa. *Cham* (inquit) *in suum deliquerat parentem punitus est in filio, qui maledictionis expertus est aculeos. Et maior dolor cruciabat patrem, cũ videret filium maledictione diuexari: grauius enim affligimur calamitate filiorũ, quam si nobis aliqua miseria obijceretur.* Cùm ergo patris animus ita filiorũ ignominia & dedecore affligeretur, & premeretur, maledixit Noë nepotem suum, vt pater eius ea maledictione magis torqueretur, & tanto cruciatu, suppliciòque contritus, facile resipisceret, &c. 48.

Quare filius Chanaã maledictus ab auo Noe. — Gen. 9. v. 25 — D. Greg. — Peccata parentum aliquando puniri à Deo in filijs. — Procopius. — Grandis dolor patris filius punitus.

Elegantius omnibus huic satisfacit difficultati D. Chrys. tom. 1. Hom. 29. in c. 9. Gen. *Volebat enim* (inquit) *simul & ipsum corripere propter peccatum, & contumeliam, qua se affecerat, & simul nolebat præiudicare benedictioni, quæ illi pridem à Deo facta fuerat. Benedixit enim, inquit, Deus Noe, quando exiuit ex arca, & filios illius. Vt igitur ne videatur maledicere quem Deus semel benedixerat, præterito illo, qui se contumelia affecerat, filio maledictum intulit. Quare autem cùm ille peccauerit, hic pœnas luit? Factum igitur est hoc, vt ille ob naturalem in puerum amorem maiorẽ sentiret dolorem, & benedictio Dei seruaretur inuiolata, & puer accepta maledictione suorum propriorum pœnas peccatorum lueret.*

Elegans responsio D. Chrysostomi.

49. Hoc potest etiam illustrari exẽplo Absalomi qui gloriam suã captare conabatur ex parẽtis sui ignominia: causabatur enim nõ fuisse cõstitutũ à Rege quem-

Absalom patrem ignominia afficere conatus est.

quemquam, qui audiret quærentes iudicium. Sic dicitur 2. Reg. 15. v. 2. 3. v. 4. *Et mane consurgens Absalom stabat iuxta introitum portæ, & omnem virum, qui habebat negotium vt veniret ad regis iudiciū, vocabat Absalom ad se, &c. Quis me constituet iudicem super terrā;* Quare Absalō aiebat litigatoribus non esse in domo patris sui iudices ab eo constitutos, cum ipsi eum mendacij possent arguere? Erant enim iudices ad iudicia facienda à Rege præscripti, vt constat 2. Reg. 8. v. 25. & 1. Paral. 28. optimè Abulēsis respondet, non esse hæc verba simpliciter accipienda, vt asserat, nullum esse iudicium à Rege constitutum, sed intelligenda cum quadam dedignatione, sicut cùm quis dolens diceret non esse iudicium. Quod nos dicimus, *No ay Iustitia ni ay juez*, id est, nullus est, qui rectè iudicet. Itaque innuebat Absalom Regem parentem suum nullum rectum iudicem constituisse, cùm omnes, quos iudices præfecerat, munera diligerent, & retributiones sequerentur. Quod obnoxium erat periculo lites perdendi ijs, qui desceptabant. Ergo cùm Absalom regnum patris ambiret, suam gloriā ex parentis contumelia quærebat: *Gloriabatur enim, in contumelia patris sui*, quia magnam ei inferebat iniuriam, contestans nullum à Rege iudicem cōstitutum: quæ contumelia in Regem parentem iaciebatur, eum enim arguebat iniuriæ, & exiguæ prudentiæ &c. Quare eum puniuit Deus capitis pœna. Vt videtur 2. Reg. 18. v. 14. Probat tandem Rabanus exemplo puerorum, qui Prophetæ Elisæi caluitium irriserunt. Vt constat ex 4. Reg. 2. v. 23.

2. Reg. 15. v. 2. — *Abulensis.* — *Dicere non esse iudicem in terra quid.*

Quod additur, *non est tibi gloria eius confusio*. Nam vt dicimus videtur legisse οὐ γχυσ..., quod propriè confusionem sonat. q. d. Contumelia patris non tibi gloriæ erit sed dedecori qui enim contumelia patris sui gloriatur, non gloriam quærit sibi, sed cōfusionem, cùm gloria vel contumelia patris in filiū deducatur. Sed vulgatus melius transtulit: *Nō est tibi gloria eius confusio*, id est, confusio parentis, ex contumelia orta, minimè tibi gloria vel honor esse poterit, quia parentum, & filiorum, sicut amicorum, omnia sunt communia.

Ignominia patris est confusio filij.

Illustratio secunda.

50. *Gloria enim hominis, ex honore patris sui*; id est, gloriam filius adipiscitur cùm pater in honore habetur. A gloria enim parentis deducitur honor, vel gloria filij, & honoris paterni particeps efficitur filius. Hoc comprobat id Psal. 127. v. 3. *Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ*, vbi Psaltes regius filiorum pulchritudinem, & firmitatem, & concordiam, & frugalitatem, & in parentes obsequium breuiter indicauit. B. Theod. explicat: *Et hic timentes Dominum, filios nouellis plantis oliuarum assimulauit, tanquam pietatis irrigationem tempestiuumque fructum ferentes, & folium minimè abijcientes. &c.* Assimilauit ergo Propheta filios nouellis oliuarum, quia sicut oliuarum surculi virtutem, pulchritudinem & virorem ab Oliua ex qua pullulant, vel germinant, participant: sic filij à parentibus, virtutem, & virorem, honoremque, & gloriam sugunt: vel gloriam, & alia huiusmodi quasi succum ex parentis virtute ducunt, & trahunt, &c.

Gloriam patris adipiscitur filius. Psal. 127. v. 3. — *Theodor.* — *Filij sicut nouellæ oliuarum.*

Hic locus etiam solet ab aliquibus explicari de Christo Domino, qui Oliuæ assimilatur propter viriditatem, & fructum: semper enim viridanti gratia insignitus, fructum producebat Deo, & Angelis gratum. Germina autem erumpebat, hoc est, filios nouellis oliuarum similes producebat, qui honorem, & gloriam, tanquam succum ex ipso Christo trahebant, virtutemque, & gratiæ virorem communicabant. Sicut enim fructus oliuæ oleum est. Sic etiam fructus virtutis Christi, *Oleum effusum erat* nomē scil. quod oleum, & vnguentum effusum est, quod filijs communicabat, vt essent Christiani, vel Jesuitæ. Jgitur filij diuino oleo imbuti, sunt *in circuitu mensæ* Domini trahentes virtutem suam, non solum eius diuinum corpus communicantes, sed etiam gloriam, & honorem sui nominis participantes: *Quia gloria hominis*, id est, filij, *ex honore patris sui*. q. d. Filius trahit à parente gloriam & honorem, quia eius honoris particeps efficitur. *Sicut nouellæ Oliuarum* à substātia oliuæ surculi earum virtutem suam participant.

Christus Dominus oliuæ assimilatur. — *Cant. 1. v. 2.* — *Christiani sicut surculi oliuæ.*

51. Rursus Psal. 126. v. 5. ait Dauid. *Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum*, vocat *excussos* interprete B. Theodoret. *robustos*, firmos & valentes, sicut sunt iuuenes. Demonstrat autem vates, quantum bonum sit ipsa fœcunditas, & procreat 10. liberorum, præsertim in iuuentute susceptorum, quia vigorem, & virtutem robustā parentum latis communicant. *Sicut sagitta* (inquit) *in manu potentis*, ac strenui bellatoris: *ita filij excussorum*, hoc est, iuuene adhuc parente nati, nam vt strenuus miles, & fortis, si sagittas firmas ad manum habeat, terret hostes, & ipse bono animo est ac nihil metuit, &c. Ita qui adhuc iuuenis genuerit filios, & suo robore, & filiorum virtute pollet. Nam qui de sene iam editi sunt, nec ipsi admodum firmi sunt & valentes, neque ætate robusta cùm pueri sint, neque pater pristina virtute viget senio iam eneruatus, & languens. In Originali Heb. est כן בני הנעורים *Filij iuuentutis*, à verbo בחר quod est eligere, quia iuuenis electus dicitur. Cū ergo iuuenis, seu electus, quia robore, & fortitudine præditus est, & vires habet, vt facile se excutiat, & se excitet, vt agilis, & celer, ideò LXX. *excussos* legerunt, id est, iuuenes & robustos, cuius virtutem communicant *filijs*, sic etiam honorem & gloriam, &c.

Psal. 126. v. 5. — *Maximum bonum fœcunditas filiorum.* — *Theodor.* — *Filij à sene geniti non admodum firmi.*

52. Tandem dicitur, Prou. 17. v. 6. *Gloria filiorum patres eorum*, id est, parentum stemmata, & decora ad filios deferuntur, & deriuantur, hæredes enim efficiuntur filij honoris, & gloriæ parentum. Cùm enim suam filijs naturam communicant, quasi stemmata ab auis suscepta in filijs sculpunt, nos diceremus, *Dexan en sus hijos estampada la honrra, que heredaron de sus abuelos, y la que ellos han alcançado*, in hoc sensu Sirach dixit, *Gloria hominis*, id est, filij *ex honore parentis*, &c.

Prou. 17. v. 6. — *Filij hæredes fiunt honoris parentum.*

Illustratio tertia.

53. *Et dedecus filij, pater sine honore*: q. d. Cùm pater sine honore est, dedecus eius, deducitur in prolem. Sicut enim gloria vel honor, quem pater adipiscitur, deriuatur ad filium; sic dedecus & infamia deducitur in ipsum, & particeps efficitur, filius infamis, & dedecoris patris. Fortè vocat *Patrem sine honore*, illum qui non honoratur, à filio, & sit quasi diceret. Filius qui honore debito priuat parentem suum, sibi dedecus, & ignominiam asciscit. Sed dubio procul illud *sine honore*, significat idem quod infamem. Nam in Originali Græco, vbi apponitur

Dedecus patris in filium deriuatur.

matur

mater legitur, *& dedecus filij mater in ignominia*. Jgitur *Ignominiosa*. Et Drus. *mater infamis*. q. d. Mater infamis filijs dedecus & ignominiam communicat. Vt legimus in Osea cap. 1. v. 2. cui Deus præcepit vt sibi mulierem fornicariam copularet: quare cum filij ex matrimonio fuissent procreati vocantur, filij fornicationum, id est, meretricis filij, quia dedecus matris in filios deriuatur. Vndè cùm Saul exprobare voluisset filium suum Jonatham ob amorem Dauidis, dixit 1. Reg. 20. v. 30. *Iratus Saul aduersus Ionatham, dixit ei. Fili mulieris verum vltro rapientis*. Filius meretricis vocatur is, qui habet mores meretricios. q. d. Meretricius es, quia mater tua fuit meretrix. Vt versu 17. vocauit Dauid *Filium Isai*, Sic modo Ionatham; quia illorum, à quibus animo diffidemus hostile nomen audire recusamus, sicut etiam imaginem: atque ideò nomen potius alienis notis, aut vocibus circumscribimus, quam proprium assumimus. Quod tum præsertim fit, cùm in parentibus atq; cognatis aliquid videmus hæsisse indecorū, & turpè. Quare cùm nos aliquem conuitio afficere volumus, ignominiam, seu infamiam parentum in memoriam adducimus, & exprobrantes dicimus. *Es hijo de vna muger, o hombre infame*. Sic Proph. Ezechiel. cap. 16. v. 3. Populo Jsraelitico suam infamiam obijciebat, & exprobrabat, dicens: *Pater tuus Amorrhæus. & mater tua Cethæa*; & clarius vers. 45. *Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos*. q. d. Talis mihi visa es, ô Ierusalem, ac si nata esses non ex Abrahami præclaro semine, sed ex alieno, atque impio, ex genere, nimirum Chananæo, ex Amorrhæo, videlicet parente, & Cæthęa matre. Verè tu maternam reddes infamiam. Fuit enim mater tua Cethęa, & pater Amorrheus quorum tu gentilitios, & barbaros mores imitata es: Hoc certum est, quia vitia parentum præsertim matrum transfunduntur in filios. Vitiata enim matre, vitiatur semen, quod vitiat prolem, quæ ex semine formatur. Sic etiam ait Sirach, vt Drusius transtulit, *Et probrum est liberis mater infamis*, &c.

Sine honore idem ignominiosus Osea. 1. v. 2. — *1. Reg. 20. v. 30.* — *Filius meretricis est qui habet mores meretricios.* — *Ezech. 16. v. 3.* — *Cùm aliquē volumus exprobrare, parentum infamiā obijcimus.*

VERS. XIV.

Fili suscipe senectam patris tui & non contristes eum in vita illius.

VERS. XV.

Veniam da, & ne spernes eum in virtute tua: eleemosyna enim patris, non erit in obliuione.

Sensus.

53. *Fili suscipe*, &c. q. d. Fili cum indigentiæ patris in tempore senectutis conscius sis, vt benè de illo merearis obsecro, ei beneficia conferendo scil. senectutem subleuādo, adiuuando inopiam suam, & ne toruo aspectu, vel iniquis operibus eum contristes, mœrore illum, & seueritate afficiendo. Jnsuper si sensibus fuerit alienatus, id est, vt nos dicimus, *Si caducare*, id est, si fuerit delirus, hoc est, delirauerit, & desipuerit, veniam da, vel boni consule, quia nō solum egestas senibus, sed, & sapientiæ atque prudentiæ defectus contingere solet. Porrò ne parentem despicias propter vires tuas, id est, cùm tu viribus valeas corporis; & animę, ne spernas parentem illis destitutum, vel, illum iuuenis superas acumine mentis, & fortitudine corporis, ne illum despicias, quia tu cùm viribus sis potens, ille virtutem, & fortitudinem iuuenilem perdidit. Sed adiuua illum, & beneficentiæ, in seruiendo eleemosynam elargire, &c.

Notæ.

Suscipe, uel, vt in Complut. *adiuua*, est in Gręco ἀντιλαμβοῦ verbū enim ἀντιλαμβάνω est repēdo, vendico, obuio, suscipio, inde est ἀντιλαμβάνεσθαι quod est, succurrere. porrecta manu retinere, lapsurum alioqui, aut abiturum retinere, adiuuare, auxiliari, ferre opem, fulcire. Hęc omnia debet filius ostentare in obsequio parentum, vt dicimus, præcipuè cùm ad senectutem peruenerint: ea autem ętas viribus tum corporis, tum animi destituta, præsidium solatiumque liberorum maximè requirit. *In vita illius*, id est, dum viuit vel nunquam contristandus parens, Complut. & qui eos sequuntur non apponunt αὐτοῦ quod est *illius*, vel *ipsius*, sed σου habent, vt dicat: *ne contristes eum in vita tua*, id est, quamdiu viues sensus eodem redit.

Et ne spernes eum in vita tua. In Græco ἐν πάσῃ ἰσχύϊ σου quod Drus. legit: *summa ope caueto*, alij *in omni robore tuo*. LXX. *in tota virtute tua*, hoc est, quamuis robore & viribus corporis ipsum superas, *eleemosyna enim patris*. Drus. *misericordia*, id est, quam erga patrem exercebis. Ipse videtur corripere vulgatum quia transtulit *eleemosyna*, sed malè, quia in Græco est, ἐλεημοσύνη quod propriè eleemosynā significat, & licet misericordiā denotet, quia est, à verbo ἐλεέω quod est misereor, nihil aliud est eleemosyna nisi misericordia, & quæ parentibus afficitur pietas vocatur. Verbum enim Hebræum respondens Græco est, non ארקדה sed חסד & hoc significat misericordiā, benignitatem, beneficentiā & quandoq; denotat pietatem, vt possit reddi *pietas in patrem* nam quod quis parentibus præstat, non misericordia propriè, sed pietas dicitur. Patris sine pronomine legit vulgatus; quod tamen extat in Cōplut. πατρὸς σου *Ergo patrem tuum*.

Illustratio prima.

54. *Fili suscipe senectam patris tui*. Jnculcat in his versibus Ecclesiast. exhortationem ad filios, quos in honore parentum sapiēter instituit, & cum eos adhortatus sit ad eis benefaciendum per totum vitæ curriculum: inpræsentiarum eis consiliū prębet, ad beneficentiam eorum in senectute admonendo. Igitur *suscipere senectam*, idem est, quod subleuare succurrendo inopiæ eius, & consolatione eā erigendo cùm sibi ferè senex sufficere nō possit vt Jans. explicat. At Dion. interpretatur de sustētatione & obsequio, vt Lyra etiā exponit. Hugo patrē in sene-

Exhortatio ad filios. — *Iansenius. Lyra. Hugo. Dionysius.*

senectute sustenta; Jtaque licet sit senectutem subleuare, idem quod nos dicimus: *Lleuar y sufrir las impertinencias que consigo traer la vejez.* Sed certè verbũ *suscipere* ad sustentationem pertinere existimo. Quia Complut. legunt, *adiuua* vel retribue beneficium, vel fer opem aut succurre. Ergo ait: *Fili adiuua patrem tuum in senecta*, succurre illi, & beneficium sustentationis in senectutis tempore retribue, quia vt dixit Hom. Odys. 1. *Iustum est vt liberi iuuent parentes*.

Suscipere quid. Homer.

Hinc est quod filius, in sacra pagina possessio patris appelletur. Gen. 4. v. 1. nascitur reprobus Cain, & ait mater eius: *Possedi hominem per Deum.* q. d. Mihi donauit Dominus omniferum, & pretiosum prædium. Cur autem filij assimilẽtur predijs, vel possessionibus? respõderi potest quod quemadmodum homines inuigilant in custodia prædiorum, vt res suas familiares adaugeant: sic parentes singulari vigilantiâ debent filios seruare, & illos in lege Domini sapienter instituere, & ad Dei amorem prudenter prouocare. Quia vt dixit D.Ioan. Chrys. tom. 4. Hom. 9. in ep. ad Tim. in morali. *Magnum habemus pretiosumq; depositum filios, ingẽti illos seruemus cura, atque omnia faciamus, ne fur id nobis astutus auferat.* Addit etiam Chrysosto. pauca post verba: *Vis filium relinquere diuitem, bonum illum ac benignum esse doce: ita enim etiam rem familiarem auxiorem facere poterit. Quod si tenuis illi substantia fuerit, nihil deteriori in loco erit, quam si qui plurima possident*, &c.

Gen.4.v.1. *Filius possessio Patris.* D. Chrys.

55. Sed mea quidem sententia, rationem præcipuam cur filij sint veluti parentum prædium, & possessio, illam existimo, quippe in illis naturalis remanet obligatio, & alimentum & honorificum cultum parentibus senio iam confectis ministrandi: videas enim fortasse hominem, qui vineam aut fructiferas plãtat arbores, quâ operâ eas colat, pastinet, irriget & alios, quibus opus est suggerat labores. Quid ergo inde quærit? Nihil aliud, quam vt idem illud sustentet prædium, & honorem pro fructu reddat: honor enim eò grauiori accumulatur incremento, quo maiores sunt rei familiaris fructus. Hoc autem ipsum versatur in filijs: Nam si verum est quod verè parentum prædia, & possessio vocitentur: dixit enim Diuus Petrus Chrysologus sermone 4. *In filio est substantia Patris tota, & ideò nihil pater perdidit, filium cùm recipit*) quemadmodum ipsi parentes, eos salutari disciplinâ tenentur excolere, similiter filij gratioris prędij instar parentes suos; grandæuos præsertim, non tantum verbis, sed potius opere, alere, fouere, ac debito honore prosequi dubio procul tenentur. Quare Euripides citatus à Stobæo tom. 2. serm. 75. agens de liberis, inquit: *Hæc est ô mater possessio pulcherrima, & potior diuitijs si cui sint, & liberi boni, nam etsi moriantur domi, sunt tamen instar egregij thesauri, ac parentibus ornamentum vitæ, quod nunquam relinquit familiam.*

Quare filij vocantur prædia parẽtum. Chrysolog *In filio est substantia patris.* Euripides. Stobæus.

56. Fortè ad intentum dixit Psaltes Psalm. 126. vers. 3. *Ecce hæreditas Domini, filij, merces fructus ventris.* Vocat filios hæreditatem Domini, quia nemo liberos concedere, neque aut ars, aut humana vlla industria fœcunditatem dare, nisi Deus potest. Hâc hæreditate donat Deus, hanc mercedem, dilectis suis persoluit, eius namque merces, inquit, est fructus ventris, & castæ vxoris partus: ventrem enim per vxorem intelligunt Sacræ litteræ. Sic dixit Theodor: *Ecce hæreditas Domini filij merces, fructus ventris, hoc est, diuina promissio, Et circa filios benedictio veluti quædam merces nobis qui in ipso spem constituimus, data est.*

Filij hæreditas Domini. Psal. 126. v. 3. Theodor.

Cùm ergo hanc hæreditatem & mercedem Deus hominibus electis clargitur, possessionem & prædium pretiosum tribuit ad tempus senectutis, vt sicut hæreditas, vel prædium illud excolentes, & pastinantes sustentat: sic possessiones filiorum parentes sustentant, & senectutis imbecillitatem tuentur, eorumque egestatem subleuant, reficiunt, recreant. Ideò Theophrastus citatus à Stobeo tom. 1. ser. 3. de prudentia, dixit: *Rependent enim officia liberi in senectute*, & Hierocles vocat filios *senectæ nutritores*. Plato autem lib. 11. legum, inquit: *Cuius ergo pater, aut mater, vel horum parentes senio confecti quasi thesaurus quidam domi existunt*; & tandem Libanus declamat. 37. *Igitur* (ait) *cùm id sensissent quidam amicorum, & animaduertissent me infenso aduersus nuptias esse animo, suaserunt vt mecum ea reconciliarem, & senectam venturam dicentes in quâ maximè opus est adiutoribus: & filium negotiationi addictum fore, atque æmulatorem parentis, imo fortasse parandarum pecuniarum peritiorem.* Philo Iud. lib. 1. legis allegor. cùm agit de sustentatione parentum, rogat: *Quando igitur etiam comedendo?* Respondet: *cùm explicatis perscrutatisque causis, sic vltrò iudicant esse hoc officium honestissimum: causæ autem sunt hæ: genuerunt nos illi, aluerunt, erudierunt omnium bonorum nobis causa fuerunt.* Igitur si aluerunt nos, & nos debemus alere, & sustentare, præcipuè cum ad senectutis imbecillitatem peruenerunt. Sic dixit Hierocles citatus à Stobeo sermone 75. *Filios eis nostri loco ad senectutem ipsorum nutricandam relinquamus. Est autem res egregia auum deduci nepotum suorum manibus, & omni curà, obsequioque ab ipsis affici.* Iulius in carminibus in patriam scriptis ait: *Cadmum assumens Agaue misera exibat patrem suum trementem gestabat autem ipsum humeris confectum senio, & onere premebatur honesto.* Hoc confirmatur exemplo Vpupæ. Legitur enim in libro 12. de proprietate rerum cap. 1. Quod Vpupa quando senescit, omnes plumas deponit, & incurrit caliginem oculorum. Sed vnus de pullis suis instinctu naturæ quandam herbam colligit, & parentis oculos curat succo: insuper & pascit parentem, & suis alis corpus nudum tegit, quousque plumæ crescant. Hoc exemplo Deus homines docet, qui solent esse magis irrationabiles & ingrati quam bruta, vt discant, nisi illis à quibus vitam & victum sollicitè receperunt, postea vices necessarias in sua senectute rependant. Sic Holcot, & probat exemplo Ioseph, qui patri suo in senectute subuenit: Genes. 27. & 38. Additque: Quando parentes senescunt, & cadunt sub custodia filiorum, tunc multi & ingrati filij illud quod pro parentibus faciunt, hoc opus supererogationis reputant, cùm tamen sit debitum: quia nunquam poterunt vltra codignum rependere. Tunc etiam permittunt perturbari, & dehonestari eos: & de hoc nolunt quærimonias audire, neque emendam apponere, quam tenentur. Sic ille. Quare Sirach admonet Filios, dicens: *Fili suscipe senectam patris tui.*

Filij possessiones ad tempus senectutis patris. Theophr. Hierocles. Plato. Libanus. Philo. *Quare honorandi & sustẽtandi parentes à filijs.* Hierocles. Iulius. *Vpupa conditio.* Holcot.

Quod adijcit, *& ne contristes eum in vita illius*, est, q.d. quæcumque iniuria dolorem, & tristitiam affert; sed ea, quam filius infert parenti, maior iudicatur, quia maiorem mæstitiam, & dolorem afferre solet. Quanto enim maior intercedit amicitia, & necessitudo, tanto magis crescit, dolor, & tristitia iniuriæ illatæ. Cum autem amicitia &, amor filialis, & paternalis sit omnium maior, quid mirum si dolor iniuriæ ingrauescat magis, & animo parentis magis hæreat infixus acerbissimus dolor, &c. Ideò Anaximenes dixit: *Ille sui genitoris apprimè amator est, qui operam dat vt patrem sine vlla molestia plurimum exhilaret.* Ergo Sirach filios ad amorem, & honorem parentum exhortatur, eos deprecans, ne aliqua iniuria mœrore afficiant illos, sed potius reficiant, &c.

Parens non contristandus. Anaximen.

Illustratio secunda.

57. ET *si defecerit sensu, veniam da.* Solent equidem homines cùm ad senectutem perueniunt sensu deficere, id est, delirare. Nos dicimus *caducar, O estar faltos de sentido, o de memoria.* Tunc enim rerum omnium facile obliuiscuntur, & solum operationes vitales tanquam pueri exequuntur, id est, repuerascunt: Digni autem sunt venia filiorum, modo hic defectus ex annosa, & longæua senectute, id est, ex infirmitate ætatis decrepitæ atque omnibus viribus destitutæ proueniat: Modo ex aliqua causa culpabili contingat, vt explicat Dionysius. Hanc ergo veniam dederunt Sem, & Iaphet parenti suo Noë, cum vini causa sensu deficit. Dicitur enim Gen. 9. v. 23. *At vero Sem & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui, faciesque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt.* Super quæ eleganter noster Ferdinandus inquit: O pulcherrimum pietatis filiorum erga parentes simbolum! cæcus oculus, spes accurrens, manus amictus expandens: Caligat oculus filij, ne patris vitium cernat, spes aduolat, vt prostrato ac laboranti patri subueniat: manus vestem explicat vt ornet, foueatque parentem, &c. Naturalis enim vrget obligatio filijs parentibus senio confectis, cùm sensu deficiunt, veniam dare; Ex quacumque causa defectus proueniat, & huius ætatis imbecillitatem ac deformitatem liberi tegere debent, neque in flore ætatis suæ ac robore vitia deliriaque parentum irridere. Si enim ipsa naturalis obligatio parentes adigit ad veniam dandam filijs sensu deficientibus, vel aliqua ex causa defectum patientibus: Quare idem vinculum filios non adstringat, & alligat? D.Petrus Chrysologus serm. 3. cùm explicat id: *Cecidit super collum eius, & osculatus est eum*, Lucæ 15. v. 20. Inquit: *Sic pater iudicat, sic emendat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella. Delicta non videt vis amoris, & ideò pater peccata filij redemit osculo, clausit amplexu, ne nudaret pater filij crimina, pater filiũ ne fœdaret*, &c. Et cum ait Lucas: *Cito proferte stolam*, &c. explicat Chrysostomus. *Sustulit filij crimina, qui non sustulit nuditatem. Hinc est quod à seruis ante vestiri voluit filium, quam videri: Vt soli patri nota esset nuditas, quia pater solus videre filij non poterat nuditatem.* Hæc autem naturalis obligatio, quæ parentes vrget ad tegendos filiorum defectus, transfertur ad filios, qui naturaliter ad veniam dandam parentibus sensu deficientibus prę annosa senectute obligantur. Sunt enim senes pueris similis, & pueriles mores imitantur. Eleganter Seneca lib. de constantia sapientis cap. 12. *Quem animum*, inquit, *nos ad versus pueros habemus, hunc sapiens ad versus omnes, quibus etiam post iuuentam canosque puerilitas est. Qui* (senes) *à pueris magnitudine tantum, formaque corporis differunt*, &c. Hinc est, quod sicut venia datur pueris cum deficiunt, sic etiam admonet Sirach dicens: *Et si defecerit sensu, veniam da*, &c.

Homines cũ ad senectutẽ perueniunt solent delirare. Dionysius. Gen.9.v.23 *Filij Noë parenti laboranti subueniunt.* Ferdinand. *Veniam dare debent filij parentibus sensu deficientibus.* D.P.Chrys. Luc.15. v.20. *Delicta non videt vis amoris.* *Senes pueriles mores imitantur.* Seneca.

Tertia illustratio.

58. ET *ne spernas eum in virtute tua*, Drusius *& ne ignomia eum afficias, summa ope caueto.* Aliqui exponunt, quamuis robore, & viribus corporis ipsum superas. Cum enim iuuenes vident se viribus, & fortitudine corporis parentes superare, illos contemnunt, & despiciunt, & aliquando *ignominia afficiunt, inhonorantque.* q.d. si tu ô fili pollis viribus, debilem, & infirmum parentem non debes despicere, sed potius supportare, sicut ipsi te tenellum infantem ad omnia expertem, & ignarum sustulére. Dixit Plato lib. 11. leg. *Parentes negligere nec Deus; nec homo mentis compos alicui vnquam consulet.* Quare filij vicem parentibus reddere adiguntur, vt cum præ nimia senectute mente, & virtute deficiant patres, ipsos ferant, sicut ab ipsis parentibus illi supportati sunt, cum infantes essent, hoc est enim præceptum Pauli 1. Timot. 5. v. 4. *Discat, mutuam vicem reddere parentibus: Hoc enim acceptum est coram Deo.* Vbi D. Chrysost. *Vices*, inquit, *parentibus reddere iubet. Quonam modo? Educarunt te illi, atque ad incrementa perduxerunt, magnoque honore prosecuti sunt. Migrarunt illi ex vita, nec vicem eis reddere potuisti, hoc saltem nepotibus exhibe, vicesque redde.* Vide Senecam lib. 3. deberat cap. 31. vsque ad 38. Vide etiam ad nostrum intentum explicatum locum apprimè satis in nostro Salazar sect. Prou. 30. v. 17. *Oculum, qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus*, &c. Vbi secundum hemistichium de partu matris aliqui transtulére. *Qui despicit senectutem matris suæ.* Quibus verbis contemptus innuitur natorum, qui postquam adoleuerunt, grandæuos parentes despectui habent, & eorum adhortationes, correptionesque derident; ideò Sirach eos alloquitur, dicens: *Et ne spernas eum*, &c.

Iuuenes spernunt senes. Plato. *Filij vicem reddere parentibus adiguntur.* 1. Tim. 5. v. 4. Salazar. Prou. 30. v. 17.

Illustratio quarta.

59. ELeemosyna *enim patris non erit in obliuione.* Tygurina. *Præstita patris benignitas.* Drusius *misericordia.* Vocatur eleemosyna, misericordia, id est, stips, quæ erogatur pauperibus, quod ea proficiscatur à commiseratione, & sit veluti commiserationis nostræ opus. Et eleemosyna, qua debet filius parẽti subuenire, benignitas est, & misericordia est, & pietas, quam persoluit Deus præmio æternùm duraturo. Si enim misericordia, seu benignitas, quæ in erogandis eleemosynis pauperibus Deo grata est, & illam præmio afficit, quantò potius ea, quam filij erga parentem exercet, grata, & accepta erit, dixit eleganter Homerus odijs 1. *Quid est, & pater, cur hominibus liberi nascantur nisi in aduersa fortuna feramus opem?* Patres enim cum ad senectutem perueniunt aduersam patiuntur fortunam, eorumque indigentiæ, & necessitati filij debent subuenire. Honor enim (inquit Rabanus in Scripturis, non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemosyna ac munerum collatione sentitur.

Eleemosyna vocatur misericordia. *Eleemosyna grata Deo.* Homerus. Rabanus.

Non erit in obliuione. Hæc eleemosyna, quâ filius patri indigenti succurrit, præmio, & mercede à Deo cumulabitur, nos dicimus, *el bien que se haze al necessitado no se echa en sacco roto*, id est, bonum quod pauperi parenti deferimus, nõ cassum, & vacuum euadit, quia præmium æternum suo tempore respon-

Non obliuiscitur Deus eleemosynæ erogatæ parẽti pauperi.

P.Damian. Palacius. respondebit, sicut probat B.P.Damianus opusc.11. cap.5. Palacius explicat de gaudio, quo Deus perfunditur, cum filius pauperi succurrit: Inter bona tamen opera, inquit, quædam sunt, quæ magis viuunt in diuina memoria, vt est parenti iam defecto succurrisse. Assimilatur siquidem pietati diuinæ, pietas in parentem maximè viribus destitutũ. Vt enim Deus gaudet rebus desperatis accurrere. Jta gaudet cum filius parenti desperato succurrit.

60. Hugo. Lyra. *Eleemosyna pro patre mortuo grata.* 2.Mach.12 v.43. Hugo, & Lyra intelligunt de eleemosyna erogata pauperibus pro parente mortuo. Jtaque Deo grata est misericordia, vel eleemosyna, quæ in suffragium mortui parentis pauperibus donatur. Si Deo bene placitum fuit, quod fecit Judas Machabęus in suffragium interfectorum in bello, nã (vt dicitur 2. Mach.12.v.43.) *Facta collatione duodecim millia drachmas argenti*, *misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium*. Quantò magis gratum erit, quod à filijs offertur in suffragium suorum parentum defunctorum? Cum oris Apollo Hieroglyphicorum Ægyptiorum interpres citatus ab Vlysse Aldrouando, lib. 17. Ornithologiæ

Vlysses. *Fabula de vpupa.* dixisset de vpupa (vulgo *abubilla*) *cucupha sola* (sic vpupam vocat) *ex mutis animalibus postquam à parentibus educata fuerit, ijsdem senio confectis parem refert gratiam*. Noster Nicolaus Caussinus lib.3. de symbolis 38. ex Æliano, lib.16.cap.5. refert fabulam, & sic applicat: Brachmanes fabulam de vpupa, quam Jndorum reges habent in delicijs, bellissimam narrant. Regi indorum, inquiunt, olim fuit minimus natu, quem fratres improbi propter ętatem contempserunt, Cum vero parentes senectute graues contumeliosè ab eis tractarentur, vt improbitatem eorum declinarent, assumpto filio minimo, discedunt, ac fugiunt, & laboribus in itinere consumpti moriuntur, defunctorum cineres filius in sui capitis vulnere, quod ense sibi inflixerat sepelit. Jnsignem hanc eius pietatem conspicatus admiratusque sol, puerum in auem formosã admodũ, & viuacem conuertit, crista supra caput eius erecta, vt gloriosi facinoris monumento. Applicat Causinus: Parentes, ait, in capite sepeliunt, qui mortuorum memoria sancti retinent, & officijs pietatis frequentant. Vnde sibi magnum decus, & ornamentum apud posteros comparant. Tertullianus hoc confirmat lib. de anima cap. 57. inquiens: *Nam & Nasammones propria oracula apud parentum sepulchra mansitando captare, vt Heraclides scribit, & Celtas apud virorum fortium busta, eâdem de causa abnoctare, vt Nicander affirmat.* *Applicatio fabulæ.* Tertullian.

Si hoc ita est, quid de parentum mortuorum suffragijs dicemus? Certe si quamcumque eleemosynam Deus remunerat, non enim eam obliuioni tradit, sicut dixit Tobias c.4.v.10. agens de eleemosyna: *Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis*. Quanto amplius Deus filium misericordiam facientem viuo vel mortuo parenti præmijs decorabit? Aristogenes Pythagoricus citatus à Stobæo ser.79. Ait: *Annuas quoque curas defunctorum, quæ ornamentum afferunt instaurare decet, & noua quotidie repetita memoria, semper parentes summopere honorare, impendio moderatè, pro fortuna vtentes. Si hæc seruabimus, vitamque semper ita agemus singuli, digna, à dijs, cæterisque natura nostra superioribus omnibus præmia reportabimus, plurimum bona cum spe viuentes.* Sic ergo remunerat Deus filios. nam iustam mercedem assolet Deus pro rectè factis dare quid certius? Pergo. *Qui misereretur patri præmio decoratur.* Tob.4.v.10. Stobæus.

VERS. XVI.

Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum.

VERS. XVII.

Et in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: Et sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua.

Sensus.

61. Nam pro peccato matris, &c. q.d. Admonui te, vt adiuuares parentes tuos senio confectos, tua ope indigentes, quod si non feceris, sed aduersus eos peccata commiseris, præcipuè aduersus matrem, cuius imbecillicatem subleuare debueras puniẽris, ergo illis succurre: Nam pro peccatis à te prius, id est, in tua iuuentute commissis in matrem, cum grauis tibi debebatur punitio restituetur tibi bonum à Deo, quod amisisti, & per iustitiam, quam operaris erga parentes, fiet tibi ædificatio, hoc est, recuperatio, & restitutio eorum bonorũ, quæ per peccata tua amittere meruisti, & cum in aliquam tribulationem incideris, respiciet Deus eleemosynã, vel bonum, quod in eorum gratiam effeceris, & cui recordabitur ad subueniendum tuæ necessitati. Et tandem sicut glacies soluitur per auræ serenitatem, solis scilicet ardore tunc glaciem dissoluente: Sic etiam soluentur peccata tua, & pro tristibus læta succedent, &c.

Notæ.

Complutenses, Tygurina, & Drusius, quos sequitur Iansenius primum versum connectunt cum præcedenti, sed melius separat noster vulgatus. Pro *restituentur tibi*: Est in Complut. *superædificabitur tibi*. Drusius *adstruetur tibi*, id est, fælicissime tecum agetur, ne dum vt supplicium sufferas ob peccata à te perpetrata. Nam vt aqua ignem extinguit, sic pietas in parentes peccata delet. Hoc sensu accipitur id. Malac.3.vers.15 *Siquidem ædificati sunt facientes impietatem*. Tygurina, *& impietatem patrantes ædificantur* Vatab. Sub: *à Deo, id est, summa fælicitate fruentur in hoc mundo*. Sic *restituetur tibi*, vel superædificabitur, id est, summa fœlicitate frueris, nam dimissis tuis peccatis in-

iuuentute commissis aduersus matrem, Deus te fælicitabit.

Et in die tribulationis. In Græco: ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, id est, *in die afflictionis*. Ita est in Complut. & Camer. reliquæ editiones auctiores sunt pro nomine σοῦ. *commemorabitur tui*, vel *recordabitur*, id est, Deus. *& sicut in sereno glacies*, &c. In Græco est: ὡς εὐδία ἐπὶ παγετῷ, potius dixisset ὡς παγετὸς ἐπ' εὐδίᾳ. Et licet εὐδία est tranquillitas, serenitas, simul est etiam clementia aëris, siue mitior tempestas, in qua glacies dissoluitur, & in aquam redit. Sic peccata dissoluentur, &c.

Illustratio prima.

62. *Variæ explicationes sententiarum.* Lyra. Hugo. Palacius. Dionysius. Nam pro peccato, &c. Lyra, & Hugo intelligunt de eleemosyna facta matri ob remissionem peccatorum obtinendam, cuius operis meritum tandem retribuitur filio. q. d. restituetur tibi bonum pro eo quod fecisti pro peccato matris delendo. Sic explicat Palacius. Dionysius de eleemosyna facta pro anima matris. Sicut enim dixit Sirach *de eleemosyna*, &c. *Non erit in obliuione*, id est, retribuetur, &c. Sic videtur eandem retributionem pro eleemosyna matri exhibitam futuram polliceri. Vrbanus. Vrbanus Papa accipit, peccatum pro oblatione, seu hostia pro peccato. Sicut accipitur id 2. Cor.5. v.21. *Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*: Vbi peccatum vocatur hostia. Sic Osea.4.v.8. Leuit.4.v.24. Ezech.44.v.29. Ita etiam Sirach: *Nam pro peccato*, id est, pro hostia pro peccato matris oblata, restituetur tibi bonum, id est, hæc hostia persoluetur tibi, pro æternæ vitæ præmio. Rabanus. Confirmat Rabanus dicens: peccatum hic tropica locutione ipsam eleemosynam nuncupat, quæ delet peccata, sicut alibi hostiam, quę pro peccato offertur, peccatũ vocat. Qui ergo non parentibus & cæteris indigentibus misericordiæ exercit opera, sine dubio iustitiæ suæ recipiet præmium, & à peccatis absolutus mercedem vitæ possidebit ęternę. Iansenius. Sâ. Iansenius & Sâ, pro peccato matris, patienter tolerato. Verbum *restituetur*, vel *reædificabitur*, vel *adstruetur*, significat compensationem, qua in peccatis eius, qui benefacit parentibus habetur ratio, vt cum propter peccata sua mereatur pœnam, remissis peccatis, & liberetur à debita pœna, & Dei beneficio reparetur atque erigatur. *Qui parentibus benefacit, remuneratur à Deo.*

Isa.40.v.2. *Duplicia de manu Domini significat multiplicia bona.* Jn hoc sensu potest explicari id Jsa. 40. vers. 2. *Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis*, q. d. vt explicat Adamus Deus ita dimisit Ecclesiæ iniquitates, vt duplicia, id est, multiplicia bona, charismata, gratias, & consolationes ex immensa Dei misericordia susceperit pro suis peccatis, & pœnis peccatorum, quas merebatur. Vbi vberrima Ecclesiæ per Christum datur consolatio, & agnoscitur Dei benignitas, qui pro peccatis quibus supplicium debebatur grauissimum, reddit non offensi animi significationem, sed ingentia dona, quæ à liberali & misericordi animo nascuntur, sic explicat etiam Hector Pint. Pintus. *Filius tolerans molestiam matris remunerabitur.* Pari modo ait Sirach: *Pro peccato matris restituetur tibi bonum*, grauissimum pro peccatis merebaris supplicium, sed quia tuæ matris peccatum patienter tolerasti, agnoscetur erga te Dei benignitas, & misericordia. Restituetur enim tibi bonum, id est, multiplicia bona ex immensa Dei misericordia suscipies, &c. B.P.Dam. Sic dixit Beatus Petrus Damianus lib. 8. Epist.3. *Sed forte dices: Mater mea me frequenter exasperat, duris verbis meum, & vxoris meæ cor perturbat: Non possumus tot iniuriarum probra perferre. Non valemus auctoritatis eius, & seueræ correptionis molestias tolerare. Sed in hoc tibi copiosior merces acquiritur, si dum contumeliam suscipit, gratiam reddis, & dum conuitiorum sale conspergeris, humilitate blandiris.*

Iansenius verò aliam sequitur intelligentiam. 63.
Nam significari vult peccata, quæ filij frequenter in iuuentute maximè committunt contra parentes, quorum punitionem euadunt per beneficentiam eis præstitam. Licet Palacius, vt diximus, ad peccata matris referat inueniens emphasim in particula *nam*, ac si diceret, quæuis eleemosyna in parentem erit in memoria: At eleemosyna pro peccato matris data, multas habet promissiones, quæ sunt ea, quæ sequuntur. Sed nos sequentes Iansenium, dicimus solere filios in parentes peccata committere. *Alia interpretationes.* Iansenius. Palacius. Quod probat D. Chrysostomus tom.1. hom.4. de patient. Iob, *iniuriatur*, inquit, *filius patri, factum intollerabile, & patienti, & audienti: Qui erit huiusmodi, patricida vocabitur, scelestusque impius quod patri contrariam vocem fregerit, quod ausus fuit vituperare suam radicem. Hoc iste patitur, & tacet, & qui perfecto fuerat sensu. Porrò infans vel sine malitia puer tametsi patrem, matremue offenderit. omni lætitia desiderabilius. Sæpè matres irritant filios ad iniuriam trahentes, non iniuria, sed absque malitia, integritate, & obseruantia moris admonitæ.* D.Chrysost. *Filij in parentes solent peccata committere.* Cum ergo soleant filij in pueritia, & iuuentute matrem, patremue offendere, quę peccata bonorum amissionem iure merentur, quia audent suam vituperare radicem: Ad recuperanda verò hæc bona, quæ per peccata in parentes commissa, filij amittunt, consilium præbet Iesus Sirach, dicens. *Nam pro peccata matris*, id est, pro peccato, quod contra matrem commisisti in iuuentute, *restituetur tibi bonum*, hoc est, illud bonum quod amiseras, *restituetur tibi*, cum parentibus benefeceris. Nota illud, *restituetur*, quod significat proprium bonum amissum iterum recuperare. *Quomodo recuperatur bonum amissum.*

Illustratio secunda.

Tandem non est explicatio Hugonis contemnenda qui ait: pro peccato matris, id est, 64.
pro eleemosyna data matri ad remissionem peccatorum obtinendam, *restituetur bonum*, in præsenti & in futuro. *Eleemosynæ excellentia.* Hugo. Sicut enim dixerat eleemosynam patri factam non esse in obliuione: Sic nunc pro eleemosyna matri delata, bonum esse restituendum, hoc est, pro beneficio, quod matri contulisti, Quam explicationem, vt initio diximus, sequitur Lyra. Et denotat magnam esse eleemosynę excellentiam, cum non solum bona cælestia, sed etiam temporalia, multiplicentur, vt inferius ad 1. vers. cap. 4. dicemus. Lyra. Probat hanc veritatem id Malac.3. vers. 10. *Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam.* Malach.3. v.10. Agit Prophetes de debito decimarũ ex præcepto Domini ad sustentationem Leuitarum, quas populus subtraxerat, & Deus clauserat cælum, vt ne terram fœcundaret, & fructum redderet. Quam sterilitatem eis miserat in pœnam transgressionis præcepti de soluendis decimis. Sicque ait: *Inferte omnem decimam*, vt inde detur Leuitis, nihil subtrahatis, vt hactenus fecistis, propter quod sterilitatem *Non deficiendus cibus in domo Dei, vt alantur ministri.*

tem vobis immisi, & non deficiat cibus in domo mea, quo ministri templi alantur. *Et probate me super hoc*, id est, hoc agite, & periculum facite, an sciam. Benefacere obseruantibus mandata mea. *Si non aperuero*, id est, vt explicat D. Hieronymus.

D. Hieron.

Hortor vos, atque commoneo, vt inferatis decimas in horrea, hoc est, in thesauros templi, & habeant sacerdotes atque Leuitæ, qui mihi ministrant, cibos; & probate me si non tantas pluuias effudero, vt cataractæ cæli apertæ esse credantur. Et effundam vobis benedictionem vsque ad abundantiam. Verbum effusionis nomen largitatis ostendit. Sic LXX. transtulere, vt vertit D. Hieronymus. *Et effudero vobis benedictionem vsque dum sufficiat.* Xanctes Pagnin. *adeò vt non sint vobis sufficientia vasa.*

Benedictio Domini superabundat erga legem custodientes.

Forte hæc indicat ex parte Dei abundantiam sine fine, & ex parte nostra voluntatem accipiendi. Ita vt abundantia pluuiæ ex parte Dei assimiletur mari, ex quo hauriatur aqua, sine eo quod exhauriatur mare, & sit q. d. Donec non habeatis horrea, & receptacula, in quæ inferatis. Chald. *adeò vt dicatis, satis est*. q. d. Nolumus amplius, non habemus vasa. Vt 4. Reg. 4. v. 4. Dicitur de illa vidua, apud quam Eliseus prophetes diuerterat.

4. Reg. 4. v. 4.

Dixit autem Eliseus: *Vade pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, & ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu, & filij tui, & mitte inde in omnia vasa hæc, & cum plena fuerint, tolles. Iuit itaque mulier, & clausit ostium super se, & super filios suos: Illi offerebant vasa, & illa infundebat. Cum plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas, & ille respondit, non habeo, stetitque oleum.*

Ex quo constat abundantiam numquam ex
65. parte Dei exhauriendam; si vasa ex parte hominum offerantur, in quibus beneficia diuina recipiantur. & clarè manifestatur eleemosynæ virtus, & excellentia præcipuè cum erga parentes exercetur.

Abundantia Dei non exhauritur si vasa ex parte hominum offerantur.

Eleemosynæ, quas erga parentes impendimus, veluti decimæ sunt persoluendæ à nobis ex præcepto Domini honorandi parentes. Si illa persoluerimus modo fit ad peccata matris delenda, modo ad beneficentiam erga illam exequendam; modo tandem ad recuperanda bona, quæ filius ob iniurias in iuuentute parentibus illatas, amiserat, inquit Deus: *Probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam.* q. d. Restituit Deus filio matri benefacienti bonorum abũdantiam, quam amiserat, cum iniuriam matri inferebat:

Mala. 3. v. 10.

Beneficentia erga parentes vocatur restitutio.

Immittit enim Deus filio sterilitatem, cum decimas honoris parentum non persoluunt, quibus alantur, & sustententur, vt præceptum est in lege Domini: *Honora patrem*, &c. Sed hanc sterilitatem dissipat, & *effudit benedictionem vsque ad abundantiam* cum erga matrem beneficentiam exporrigit. Et vocatur *restitutio* quia sicut hæc bonorum abundantia à Deo erogabatur filio cum honorabat parentes. Sic, cum ob peccata in parentes commissa, ipse Deus sterilitatem immittit, si filius parentibus beneficia confert, ei bona ablata restituit, & beneficentiam, quam erga parentes exercet, persoluit. Ita ait Sirach: *Pro peccato matris restituetur tibi bonum*, quod sublatum fuerat.

66. Nota tandem illud *restituetur tibi*? Quid enim restitutio cum eleemosyna? Numquid eleemosyna debitum est, quo Deus deuinciatur, & obligetur ad acceptum referendum? Ita sane, veluti debitum est, ad quod restituendum & pendendum filius adstringitur. Sic dicitur Prou. 19. v. 17. *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem*

Eleemosyna an debitum, & quare restitutio vocatur.

Prou. 19. v. 17.

suam reddet ei. In Heb. est, *mutuatur Domino, qui miserescit tenuis, & retributionem suam reddet ei.* q. d. Qui pauperi largitur, Deo ipsi mutuo dat, tandem aliquando cum vsuris ab illo sortem recuperaturus. Sic dixit D. Cyprianus tract. de orat: Dominica.

D. Cyprian.

Quando quis miseretur pauperis, Deum fœnorat, & qui dat minimis Deo donat, spiritualiter Deo suauitatem odoris sacrificat, sufficiat tandem ad huius veritatem confirmandam locus illustris S. Basilij hom. in Psal. 14.

Eleemosyna mutuum cũ vsura.

D. Basil.

Quando, inquit, *pauperi das in Domini gratiam, idem ipsum, & donum, & fœnus est: Donum quidem, quod à paupere non speres te recepturum; mutuum vero, siue fœnus ob Domini munificam liberalitatem pro illo reddentis, qui parua quidem per pauperem cum acceperit, magna pro illo retribuet.* Lege in nostro Salazar elegantem huius loci illustrationem, qua optimè verbi *restituendi* significatio confirmatur.

Salazar.

Misericors enim cũ eleemosynam præcipuè parentibus elargitur, mutuo dat ipsi Deo ad restitutionem cum vsuris, à Deo tandem recipiendam. *Nam si quis muneribus* (dixit Plato lib. 11. de legibus), *& honoribus parentes exhilarat, Deus bona rependit.*

Plato.

Illustratio tertia.

ET *in iustitia ædificabitur tibi*. q. d. Per *iustitiam*, 67.
quam operaris erga parentes, fiet tibi ædificatio, hoc est, recuperatio, & restitutio eorum bonorum, quæ per peccata tua, amisisti, aut vt amitteres, meruisti. Si per *iustitiam* velis intelligere misericordiam, vel eleemosynam, poteris.

Iustitia pro misericordia.

Nam inter alias hac significatione nomen *iustitiæ* decoratur; Iustitia enim dicitur misericordia in pauperes; quia iusti reputant ea, quæ habent, omnibus à Deo data esse, atque iure indigentibus deberi. Sic vates regius cum Psal. 111. vers. 9. Dixisset: *Dispersit dedit pauperibus*: Subiungit: *Iustitia eius manet in seculum seculi*: Quare dixit iustitiam? numquid eleemosyna iustitiæ debitum reputatur? Ita sane; quia si Deus diuitias largitur, ipsi Deo debentur restitui.

Psal. 111. v. 9

Quare eleemosyna iustitia dicitur.

Cum autem quæ in beneficium egenorum offeruntur, Deo offerantur, sit ex debito iustitiæ debent Deo, quæ dedit restituere, quæ pauperibus erogantur iustitiæ debita dicentur. Quare hunc locum Psalmi ad idem repetit Paul. 2. Corinth. 9. vers. 9. Et addit: *Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit; & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.* Ergo misericordia *manet*, inquit, Dauid, *in sæculum sæculi.*

2. Cor. 9. v. 9.

Misericordia manet.

Vtrumque locum videtur comprehẽdere sua interpretatione Beatus Theodoretus, cum ait: *Dicit autem eum, qui reuerentia diuinoque timore præditus est, non simpliciter indigentibus misericordiam præbere, sed cum multa alacritate hoc facit, imitatur que serentes largè semina, & dissipantes ob manipulorum spem. Similiter enim & hic iustitiæ lucrum expectat.* Sed non inelegantius illustrauit locum Psalmi Diuus Augustinus cum ait: *Sparsit dedit pauperibus. Non videbat, & emebat sed ille thesaurum seruabat in cælo, qui esurire, & sitire in pauperibus dignabatur in terra. Non mirum est igitur, si iustitia eius manet in sæculum sæculi, custode illo, qui custodit sæcula.*

B. Theodor.

D. August.

Misericors per iustitiam emit thesaurum cælestē.

Quasi per iustitiam emit misericors thesaurum cælestem, quia cum erogat pauperibus, 68.
quos Deus dignatus est, esurire, & sitire in terra, emit thesaurum in cælo, & hæc iustitia æternum durat.

2. Cor. 6. v. 9.

Ergo, *iustitia manet in sæculum*, q. d. studete misericordiæ & eleemosynæ, & amplam eius mercedem

Iustitia manet, id est, merces in cælo.

dem recipietis, iuxta id 2. Corinth. 9. vers. 6. *Qui parcè seminat.* Audi D. Ambrosium. *Bonorum enim fructus munerum, in eos ipsos, qui contulerunt conuertuntur, & gratia liberalitatis in auctorem boni operis redit. Denique scriptum est seminate vobis ad iustitiam. esto spiritualis agricola, sere quod tibi prosit. Bona satio in corde viduarum. Si terra tibi reddit fructus vberiores quam acceperit: Quanto magis misericordiæ remuneratio reddet multipliciora quam dederis.* Deus enim liberalior est, quam sit terra, vel natura. Si ergo terra ex vno semine dat centum, imò subinde trecenta grana, multo magis Deus pro vna eleemosyna dabit centum, trecentas, imò mille?

D. Ambros.

Quid iustitia cum ædificio.

Sed quid *iustitia* cum *ædificio*? ait Sirach. *Et in iustitia ædificabitur tibi.* Hugo, & Dionysius explicant, pro iustitia, id est, pro eleemosyna erogata patri, & matri, quæ debetur eis ex iustitia, *ædificabitur tibi*, id est, dabitur tibi locus in æterno ædificio, q. d. qui eleemosynam parentibus pauperibus elargitur, ædificat in cælo mansionem suam, & locum æternæ habitationis, quam ex iustitia aliquando possidebit.

Hugo. Dionysius.

Qui erogat eleemosynam mansionem suam in cælo ædificat.

Nos diceremus: *Mientras el misericordioso esta haziendo biẽ en el suelo, le estan labrando en el cielo lugar de habitacion, que de iustitia se lean dedar.* D. Chrysostomus hom. 53. in Matth. *Misericordia*, ait, *ars quædam liberalis est in cælis habens officinam, & non hominem sed Deum magistrum possidet. Hæc nobis mansionem in cælo ædificat & æterna tabernacula præparat.*

D. Chrysost.

Sed certe illud *ædificabitur tibi*, est, vt diximus, recuperabit bona, quæ per peccata amiserat. Nam *ædificare* sumitur pro recuperare. Cum enim aliquid, quod amisimus recuperamus, quasi denuo ædificamus id, quod destructum erat.

Ædificare pro recuperare.

Drusius legit *adstruetur tibi*, id est, fœlicissimè tecum agetur, nedum vt supplicium sufferas ob peccata à te perpetrata. Nam vt aqua ignem extinguit, sic pietas in parentes peccata delet. Hoc sensu acceperim (vt in notis retuli) id Malach. 3. v. 15. *Aedificati sunt faciẽtes impietatem.* Vbi verbum ædificandi significat ornari, nobilitari, & augeri, non solum filijs, sed etiam honoribus, opibus & his, quæ apud homines numerantur in bonis D. Hieronymus *prosperis omnibus, perfruuntur.* Sic filij misericordes erga parentes augentur honoribus, & opibus, prosperisque omnibus perfruuntur.

Drusius.

Malach. 3. v. 15.

Verbum ædificare pro nobilitare.

D. Hieron.

Rursus Exodi 1. v. 21. dicitur: *Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos.* Vbi Theodoretus q. 2. in Exod. *Hac*, inquit, *de causa Deus obstetrices remunerare volens, copiam bonorum eis largitus est.* Quod approbat D. Augustinus lib. 2. Locutionum in Exod. q. d. Auxit eis rem familiarem, dedit eis opes, & rerum temporalium abundantiam.

Exod. 1. v. 21

Theodoret

Remunerauit Deus obstetrices Ægyptiorum.

D. August.

Sic dixit Jacob ad Laban, Gen. 30. v. 30. *Iustum est vt aliquando prouideam domui meæ.* In Heb. est: *Quando faciam & ego mihi domum?* Id est, quando augebo diuitias domus meæ? Tandem fœcunditas filiorum significatur per verbum *ædificare*: *ædificauit eis domus*, id est, dedit eis prolem, & progeniem numerosam, diuitem, & honoratam, insignem, longæuam, & diuturnam, vt Gen. 16. vers. 2. Dicitur: *Ingredere ad ancillam meam, si fortè ex illa suscipiam filios.* In Heb. est, *si quomodo ædificar ex ea.* Et Deut. 25. vers. 9. De eo, qui non vult suscitare semen fratris sui dicitur: *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui*, & Ruth. 4. v. 11. *Sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israël.* Pater enim est quasi ædificans, filius verò quasi lapis, quo ædificium surgit, & roboratur.

Gen. 30. v. 30.

Ædificare significat etiam fœcunditatem filiorum.

Gen. 16. v. 2

Deut. 25. v. 9.

Ruth. 4. v. 11

69. Ergo si verbum *ædificare* hæc significata recipiat. Cum ait Iesus Sirach: *Et in iustitia ædificabitur tibi*, est, q. d. Deus tibi beneficium, quo pro peccato matris contulisti, remunerabit: Nam bonorum abundantiam tibi elargietur, non solum in hac vita augendo rem familiarem, diuitias, honores, & gloriam: Sed præcipue in futura præmio æterno decorabit, tibi conferendo fœlicitatem, prosperitatem, & beatitudinem æternum duraturam.

Remunerat Deus beneficium, quod pro peccato matris confertur.

Tandem in præmium eius erga matrem beneficentiæ ædificabit Deus domum tuam, id est, dabit tibi prolem numerosam, diuitem, & longæuam: Faciet enim te ædificantem, & conabitur vt per filios tuos tanquam lapides, seu potius columnas marmoreas domus tuæ ædificium surgat, & roboretur. Euripides liberos mares columnas domus appellauit. Et tandem in somniorum interpretatione filij per columnas significantur. Huc spectant illa Artemidori, lib. 2. cap. 10. *Columnæ si puro igni ardeant, & non pereant, significabit liberos eius, cui tale somnium apparet, in meliorem splendidioremque statum transituros; si vero pereant, significat perituros esse.* Confirmat hoc Euripides citatus à Stobæo serm. 77. cum ait: *Filij columnæ sunt familiarum.* Ait igitur Sirach; *& in iustitia ædificabitur tibi*; id est, iustum erit te ædificandum, &c.

Euripides.

Filij mares columnæ domus vocãtur

Artemidor.

Euripides.

Illustratio quarta.

ET *in die tribulationis commemorabitur tui.* Pro 70.
quo, *in die afflictionis recordabitur tui* Deus, vel ipsa erga matrem eleemosyna commemorabitur tui, significaturque quod ea in die tribulationis pro te causam tuam aget apud Deum: Ita vt alijs afflictis, tu sis liber, aut in tribulationem aliquam merito tuorum peccatorum prolapsus ab ea merito beneficentiæ matri exhibitæ libereris.

Eleemosyna agit causam apud Deum.

Sic explicat Iansenius, siue sit eleemosyna, siue sit ipse Deus, qui in die tribulationis, vel afflictionis liberat. Optimè potest illustrari ex eo, quod ait Psaltes Psal. 40. v. 1. *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem: In die mala liberabit eum Dominus.* Beatum appellauit Dauid eum, qui intelligit super egenum, & pauperem, & misericordiæ respectu illum intuetur. Beatus igitur est, qui egeni, & pauperis curam, & sollicitudinem gerit, non remissè, & negligenter illius saluti prouidet.

Iansenius.

Psal. 40. v. 1

Beatus est, qui pauperũ curam gerit.

Declarat deinde quam ob causam eiusmodi hominem intelligentem, & de pauperis incolumitate sollicitum beatum dixerit. *In die mala*, inquit, *liberabit eum Dominus*, id est, referet ei gratiam, quam alteri prius exhibuit, quia salutem vel remedium necessitatis pauperis procurauit, de eius salute, curam habebit Dominus & cum in afflictionem, vel tribulationem inciderit, à Domino benignè liberabitur. Symach. *In die vexationis*, quamuis Theodoretus, Augustinus, Folengius & alij intelligant de die magni iudicij, *quam diem malam appellant*, quia dies est tribulationis, & vexationis; potest etiam de quacumque tribulatione & vexatione huius vitæ explicari.

Theodoret D. August. Folengius.

Dies mala dies iudicij.

Ergo cum intelligens super egenum, & pauperem in diem malam, id est, in diem tribulationis inciderit, ipsa misericordia, quam erga pauperem exercuit, illius commemorabitur ad orandum Dominum pro eo. Et Dominus beneficentiam eius erga pauperes spectans recordabitur eius tribulationis, quod idem est, ac liberabit eum, & extrahet eum.

Eleemosyna erat pro erogante illam.

Igitur si de quocumque curam pauperis & sollicitudinem gerente, & prouidente dicitur. 71.
Deum ei gratiam, quam alteri exhibuit relaturum,

Remunerat Deus curam pauperis.

rum, & in die tribulationis liberaturum. Quid mirum, quod dicat Ecclesiasticus de filio sollicito & prouidente erga matrem suam eius subueniendo necessitati, & eleemosynam libenter erogando: *Et in die tribulationis commemorabitur tui*, vel *in die afflictionis, & vexationis recordabitur tui?* Commemoratio enim, & recordatio Dei, cum ipsa eleemosyna, vel misericordia, eum commouet, & ad miserendum stimulat, liberatio est à tribulatione. Cum quis memoriæ Dei adscribitur seu potius in diuinam influit mentem, & superam eius arcem insidet, cor statim Dei veluti necessario stimulat, vt sui misereatur. Tum deinde consequitur, vt munificæ ac regalis exerceat Deus conditionis officium. Propterea certam habet spem is, qui in Dei memoria consedit, hoc est, quem Deus reminiscitur, se inconsumptum, & inexhaustum misericordiæ thesaurum affluenter assecuturum. Quoniam cum Deus suorum recordatur, in eos se misericordem exhibet.

Recordatio Dei liberatio est à tribulatione.

Aduerte insuper illud ex Genesi, quod cum Deus recordatus est Abraham volens Sodomæ vrbes destruere, eripuit tamen Lothum eius consobrinum, Gen. 19. vers. 29. *Cum enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat.* Nunquid non diceret, quod recordatus Loth, eum eripuerit? quare ait quod recordatus Abrahæ, Lothum liberauit? Sic factum est vt magis augeret suam diuinam misericordiam, & ostenderet Abrahæ charitatem suo cordi adeò faces admouere, vt, licet Loth eius consobrinus, iustus non esset, hac vna ratione liberaret, quod Abrahæ recordatus fuerit. Et ita per Ierem. cap. 2. vers. 2. *Recordatus*, ait, *sum tui miserans adolescentiam tuam.* Non sufficeret dicere, Deum recordatum esse, & alia non addere, siquidem recordatio sola ingens esset beneficium? Neutiquam: Quippe cum sit diuinæ recordationis effectus, quem reminiscitur, statim misereri, rationi consentaneum videtur vtrumque copulare, nullam enim recipit diuisionem. Tandem Hugo vocat *diem tribulationis.* Diem iudicij, in qua Deus filij misericordis recordabitur. Tunc enim cum sententiam pronunciauerit, dicet: *Esurijt enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere*, &c. Matth. 25. v. 35.

Cum Deus suorum recordatur se misericordē exhibet. Gen. 19. v. 29.

Ierem. 2. v. 2.

Recordatio Dei ingens beneficium.

Hugo.

Illustratio quinta.

72. *Peccata glaciei, & eleemosynæ serenitati cō paratur.* Iansenius.

ET *sicut in sereno glacies soluuntur peccata tua.* Sicut glacies soluitur per auræ serenitatem solis scilicet ardore, tunc glaciem dissoluente, sic etiam tunc soluantur peccata tua, & pro tristibus læta succedāt. Apta comparatione (ait Iansenius) pecta glaciei, eleemosynam verò serenitati ac solis splendori comparari. Quod sicut glacies frigoris, rigore concrescit, ac tristitiam temporis inducit. Ita & peccata ex charitatis defectu contrahuntur, & calamitatem ac mœrorē afferunt. Sicut autem per solis splendorem, & ardorem glacies soluitur, eaque soluta succedit auræ fauor, & gratia: Ita, & per eleemosynam mentis frigiditate sublata, redit Dei benignitas, & beneficentia. Itaque misericordia, & eleemosyna sunt veluti auræ serenitas, in qua sol ardore suo dissoluit glaciem peccatorum. Sicut enim glacies aspera, & frigida ledit corpus: Sic glacies gelida peccati premit animum. Et sicut glacies solis ardore facile dissoluitur: Sic eleemosyna solis instar peccata dissipat & dissoluit. Vide Tob. 4. v. 11. *Eleemosyna ab omni peccato liberat.* Prou. 15. v. 27. *Per misericordiam & fidem purgantur peccata*, & cap. 16. v. 6. *Misericordia, & veritate, redimitur iniquitas.* In Heb. *expiabitur.* Sic per eleemosynam soluentur peccata. Vide inferius vers. 33.

Tob. 4. v. 11. Prou. 15. v. 27. & 16. v. 6.

VERS. XVIII.

Quam malæ famæ est qui derelinquit Patrem: Et maledictus à Deo qui exasperat matrem.

Sensus.

QUam malæ, &c. q. d. Quam male sonat qui patrem in necessitate constitutum deserit, & ei non succurrit, vt naturalis vrget obligatio: Blasphemus & infamis merito debet appellari, & ille alius, qui ad iram, & indignationem iustam prouocat matrem suam, maledictus, & execratus est à Domino, vt dicitur Exodi 14. v. 17. Et repetitur Leuit. 20. v. 9. *Qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur.* Significat hoc præceptum eum, qui patrem in necessitate deserit morte dignum esse, non secus quam qui patri suo maldicit, &c.

Illustratio prima.

73. *Blasphemia quid.*

QUam malæ famæ est, qui derelinquit patrem. Ioannes Drusius vertit: *Quam* blasphemus. Sed quid blasphemia cum desertione patris? Quid infamia, & execratio cū ingratitudine filij? Blasphemia nihil aliud est, quam contumelia, vel conuitiū in iniuriam creatoris. Estque execratio, & maledictio, vel infamatio sacrilega famā bonam lædens, à verbo Βλασφω quod est lædere, nocere, & φήμη, quod est fama. Βλασφημέω, famam lædo, obtrecto. Et infamia est læsæ dignitatis qualitas reprobata. Cum ergo ille dicatur blasphemus, qui Deum negligit, & deserit: Et parentes præseferunt effigiem Deorum, & regum. Sic dixit Arist. tom. 2. lib. 8. Ethic. c. 16. *Societas enim patris ad filios, regni præsefert effigiē. Hinc & Homerus Iouem patrē appellauit. Ipsum namque regnum imperium est suaptè natura paternum.* Cum igitur eadem videatur læsio, qua quis Deo vel Regi nocet, & qua filius ledit patrem: Inde est, quod qui patri nocet deserendo illum, & in necessitate ei non sucurrendo, blasphemus iure dicatur. Et cum infamia sit læsæ dignitatis qualitas reprobata, & filius non subueniendo patri, sed illum deserendo lædat dignitatem seu famam eius: Hinc est quod appelletur infamis, quod idem est, ac dixit vulgatus. *Quam malæ famæ est qui derelinquit patrem*, id est, infamis & blasphemus est, execrabilis, & odibilis. q. d. blasphemus, & qui patrem deserit pares sunt. Im-

Infamia quid.

Aristot. *Societas patris ad filios præsefert regni effigiem.*

Impietatis enim crimine (inquit Rabanus) reus tenetur qui irreligiosus est in parentes. Hæc autem filiorum desertio ingratitudinis redolet vitium, quod à Deo iure mulctatur. Cum de hoc vitio ageret Xenophon lib. 2. Ait: *At si quis parentes non colat, eum verò pœna mulctare reiectumque magistratus obire non pati, ac si neque res sacræ pro republica religiosè fieri queant hoc homine sacrificante, neque quid quam aliud ab eo perfici recte iusteque possit.*

Rabanus. *Ingratitudinis vitium patrem à filijs deseri.* Xenophon.

Illustratio secunda.

74. *Maledictus à Deo est, qui ad iram prouocat matrem.*

ET *maledictus à Deo qui exasperat matrem*, vel *qui matri suæ mouet indignationem.* Vel *ad iram prouocat matrem suam*, quod idem est. Quasi dicat maledictionibus impetitus euadit, qui ita ad iram, & indignationem matrem suam prouocat, vt eam exasperet, exacerbet, & irritet. Cum autem matrem filius offendit, & lædit, prouocata ei maledicit: Quam maledictionem Deus assolet approbare. Vide quæ diximus ad id. *Maledictio autem matris eradicat fundamenta.* In hoc cap. vers. 11. Adde quod dixit Plato lib. 11. de legibus: *Nisi enim Deo curæ essent parentes, minimè eos super filijs precantes exaudiret.*

Plato.

Filius exasperans matrem mulctatur à Deo. Xenophon.

Igitur filius qui ingratitudine sua exasperat matrem, mulctatur à Deo. de hac ingratitudine erga matrem loquens Xenophon lib. 2. *Ait: ergo, mi fili, si sapies deos ipsos deprecaberis, vt ignoscant tibi, siquidem erga matrem negligens fuisti, ne te illi & in gratum esse existiment, & benefacere tibi nolint; & cauebis ad homines ne hi te nullam animaduertentes parentum rationem habere, sic ignominiam nōtent, vt amicos habere te nullos in posterum parcat. Nam si te suspicabuntur erga parentes ingratum esse, nemo existimaturus est, se pro beneficijs tibi præstitis, gratiam reportaturum.* Sed clarius hoc innuit idem imperator, & Philosophus Xenophon lib. 2. de factis, & dictis Socratis, præcipuè cum agit de ingratitudine erga parentes cum filio Lampocri: Ait ergo Socrates ad filium: *Cum animaduertisset aliquando Lamproclem filium suum naturā maximum, matri suæ succensere. Dic mihi, ait, mi fili, nosti ne quosdam homines qui appellantur ingrati? Omnino, inquit adolescens. Animaduertisti ergo quid illi faciant, quibus hoc nomen tribuunt? Vero, ait. Nam illos ingratos vocant, qui affecti beneficijs, cum referre gratiam possint, non referunt. Ergo tibi videtur ad iniustorum hominum referre.* (Alij vertunt ex Græco: *Hos verò ingratos cum iniurijs connumerandos esse putas.*) *Omnino*, inquit, *adeoque mihi videtur iniustus esse, quicumque vel ab amico, vel ab hoste beneficijs affectus, gratiam vt ferat, non enixè dat operam. Ergo si res ita se habet, magna scilicet iniuria sit in gratitudo, necesse est. Illo assentiente. Quantò quis igitur maioribus beneficijs acceptis gratiam non retulerit, tantò erit iniustior. Hoc etiam cum fateretur. Quos autem, ait, à quibus reperire possimus maioribus affectos beneficijs, quam liberos à parentibus?* &c. Ex quo infertur iure maledictum à Deo ingratum filium, qui iniuriatur matrem, eam *ex asperando*, & ad amaritudinem prouocando, cum debeat pro tantis acceptis beneficijs ab ea gratiam referre, &c.

Xenophon. *Ingratitudo erga parentes execrabilis.* *Qui appellentur ingrati.* *Ingratus filius multādatur à Deo.*

VERS. XIX.

Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris.

Sensus.

75. FIli *in mansuetudine*, &c. Quasi dicat, fili cum aliquid operaris, tibi præ oculis obuersetur mansuetudinis; & patientiæ virtus, si enim operibus tuis mansuetudinem adiunxeris, quia mansuetudo valdè commendat hominis opera, eaque vtiliora alijs reddit: Absque dubio præter gloriam, quam apud homines obtinebis, etiam hoc consequeris, vt ab eis diligaris. Vel propter mansuetudinem diligēris magis, quam ob gloriam hominum, hoc est, splendorem aliquem, & excellentiam humanam, &c.

Notæ.

POstquam Ecclesiasticus admonuit humanitatem, & beneficentiam parentibus exhibendam, progredietur ad docendam humanitatem, & beneficentiam in generali, primum quidem humanitatem, & modestiam erga omnes habendam requirens, deinde, & beneficentiam egenis omnibus præstandam. Nam in ijs rebus, quas agimus cum proximis in societatem vitæ ad conciliandam bonorum beneuolentiam, plurimum valet modestia, & morum comitas, contra acerbitas, & arrogantia est importuna, & odiosa. Verbum *perfice*, in Græco est, vel διεξαγε, vel διεξαγαγε, id est, perage, vel transige, à verbo διεξάγω, quod est tempero, rego, moneo, vel transigo aut perficio. Pro *mansuetudine* est πραϋτητι, aut πραοτητι. Verbum πραότης, est mansuetudo, clementia, & mitis, facilis, mansuetus, à verbo πραΰνω, quod est mitigo, placo, mansuefacio, πραυπαθεια. mansuetudo. At mansuetudo secundum Aristotelem lib. de virtut. est *virtus animosæ partis, qua qui præditi sunt, difficulter ira concitantur.* Sed melius lib. 2. Rhetor. cap. 3. *Sit igitur mansuetudo depressio iræ, atque sedatio.* Et lib. 3. Ethic. cap. 7. *Est circa iram mediocritas, & nimium atque parum mediocritatem, mansuetudinem appellamus.* Licet Plutarchus in Moral. lib. de virtute morali, dicat. *Mansuetudniem medium esse inter stuporem & immanitatem.* Quid autē in animo mansuetudo operetur, docet ipse Arist. in libello de virtutibus citato

Aristot.

Plutarchus

Mansuetudinis est autem criminationes calumniasque & contemptus, moderatè ferre, ac ad vindictam celeriter non tendere, minimeque ad iram præcipitem esse. Et cum nec insuauibus, nec irritabilibus moribus sit, placidum stabilemque animum retinere, &c.

Illustratio prima.

76. *Opera cum mansuetudine patranda.*

FIli in mansuetudine opera tua perfice. Cum admonet omnes Ecclesiasticus, vt opera sua cum mansuetudine peragant, loquitur de quocumque opere bono, siue sit in Dei obsequium, siue in proximorum vtilitatem patratum. Debet autem vnusquisque ita mansuetè, leniter, benignéque se exhibere, in bono opere præstando, vt cuicumque impugnationi obsistens, quaslibet criminationes, calumniasque & contemptus moderatè ferat, & placidum stabilemque animum retineat, vt mansuetudo, & tolerantia demonstretur. Vt dixit Plutarchus in lib. qua ratione ex inimicis emolumentum capias. *Mansuetudinem igitur tollerantiamque ita demonstres licet in semultatibus.* Semultatem vocat latens, & simulatum odium, quo inimicus bonum opus impedire conatur: Tunc enim mansuetudine, & tolerantia simulandum est, quia cum mansuetudo sit *depressio iræ, atque sedatio*, iustus, qui poterat vicem reddere se vlciscendo, deprimit iram, sedatque animum, tolerantiam demonstrans, vt bonum opus, quod impediebatur, perficere possit.

Plutarchus. — Semultas quid.

Multa de virtute mansuetudinis in Sacra pagina inueniuntur. Sed ne longum texamus opus, vtiliora proponamus. Quid violentius mansuetudine, cum animum excandescentem deprimat, & sedet? Excanduerat sæpe Laban, & animus eius ira, veluti igne quodam incensus fuerat contra Iacobum generum, & nepotem suum, vel sobrinum: Et cum Iacob facultatem ab eo postulasset ad reuertendum cum vxoribus, & filijs in terram suam, loquens Laban ad eum, ait Genes. 30. vers. 27. *Inueniam gratiam in conspectu tuo: Experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te,* &c. Vnde enim tanta Labano erga Iacobum humanitas, tamque noua, & inaudita humilitas? Quis crederet Labanum sic inflecti, & emolleri posse? Profecto mansuetudo Iacobi hanc de barbaro, ac truculento homine victoriam sibi nouit comparare. Sic D. Ioan. Chrysostomus tom. 1. hom. 34. in Genes. *Hæc enim est optima Philosophia neque contumelia affecti feroces simus, etiamsi contemtiores, & magis inopes nobis sint, qui nobiscum contendunt, sed mansuetudine, & lenitate furorem comprimamus nihil enim illa potentius, nihil illa fortius. Illa animam nostram in perpetua tranquillitate, & quasi in portu constituit, & omnis recreationis, ac quietis occasio est nobis. Eapropter, & Christus diuina illa docens, dicebat: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Nihil enim animam ita in tranquillitate, & quiete esse facit, vt mansuetudo, & modestia.* Vide hom. 50. Circa finem, vbi fere idem repetit Chrysostomus nihil enim potentius & efficatius mansuetudine. Qua virtute mitissimus Dauid Saulem feris ipsis duriorem vicit, ac de illo triumphauit, quam ab ipso Deo sese didicisse contestatur, dicens, Psal. 17. vers. 37. *Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.* B. Theodoretus explicat de eruditione illius qui collapsus est in peccatum: *Et erudisti eum, qui peccauit, & collapsum erexisti & docuisti quam magnum malum sit peccatum, & salute dignos fecisti.* LXX. In loco 2. Reg. 22. vers. 36. Huic Psalmo respondente pro *mansuetudine* transtulere *obedientiam, & mansuetudo tua multiplicauit me,* LXX. *& obedientia tua*, Symmach, *& quod obtemperaui tibi, id me augebit.* Ergo παιδεία, *disciplina*, sic est accipienda, quod me tuis verbis obtemperantem, & dictis tuis obsequentem præbui, hæc me subiectio extulit & sublimem reddidit. Hebræi autem pro *disciplina* mansuetudinem interpretari maluerunt. Sicque Aquila, & Sanct. Pagn. vertunt: *Et mansuetudo tua multiplicauit me*, Quasi dicat, vt commentatur Caietanus, dono virtutis mansuetudinis secundum te mihi concesso, multiplicasti me augendo milites, exercitum, regnum, Virtus enim mansuetudinis, quæ enituit in Dauide erexit ipsum, teste ipso Saule. Et quia mansuetudo Dauidis fuit intuitu Dei, & non laudata ab hominibus, ideò dixit, *mansuetudo tua*, &c.

Nihil mansuetudine violentius. — Gen. 30. v. 27. — Mansuetudinis exemplum in Iacob. — D. Chrysost. — Exemplum mansuetudinis in Dauid. — Psl. 17. v. 37. — B. Theodor. — 2. Reg. 22. v. 36. — Disciplina pro mansuetudine. — Caietanus.

Illustratio secunda.

77. *Sapientia mansuetudine ostenditur.*

DIuus verò Iacobus Apostolus hanc Ecclesiastici fortè respiciens sententiam in sua Canon. cap. 3. vers. 13. Dixit. *Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.* Quasi dicat, explicat noster Iustinianus super hunc locum, si quis tamen reperiatur inter vos diuinarum humanarumque rerum scientia præstans, is docendi munere, mea quidem sententia, munitè fungetur, si non verbis solum, sed vita, & moribus ita alios ad honestè laudabiliterque viuendum excitabit, vt appareat, eum sapientiam diuinitus haustam cum mansuetudine atque animi placabilitate coniunxisse. Verum est exhortari Iacobum ad dandam operam, vt moribus, & familiari consuetudine, rectæ atque honestæ actiones sapientiæ mansuetudinem indicent, vt exemplo potius quam lingua Christianæ vitæ præcepta tradere videatur. Sed si intentum penetremus, facilè persuasum habebimus, Apostolum exhortatum esse ad opera nostra cum mansuetudine peragenda: Quia sapientia, & disciplina Christiana ostenditur in operationibus, cum eæ in mansuetudine perficiantur. Si aliquis, inquit, sapientia & disciplina Christiana præditus est, ostendat hanc sapientiam in perficiendis operibus suis, cum ea mansuetudine in verbis suis, quam Christiana sapientia docet. Quæ exhortatio cum nostra sententia congruit, in qua idem monet Ecclesiasticus, cum loquendo ad omnes generaliter, ait. *Fili in mansuedine opera tua perfice*, &c.

Iac. 3. v. 13. — Iustinianus. — Opera nostra cum mansuetudine peragenda.

Hoc potest illustrari ex præcepto Domini ad discipulos suos. Cum enim eos ad prædicandum mittit. Matt. 10. vers. 10. Præcipit virgam non portare, *neque virgam*. Si ad opera Domini perficienda mittebantur, cur Christus prohibet eos virgam portare? Quid virga ad bona opera peragenda, impediebat? Diuus Ambrosius, lib. 7. In Lucam cap. 10. Virgæ significationem insinuans, ait. *Quid est virga, nisi proferendæ protectatis insigne, & vlciscendi instrumentum doloris.* Quo supposito, respondeo Christi voluntatem esse, seminandum Euangelium in spiritu mansuetudinis, sic præcipit Apostolis; *estote simplices sicut columbæ*, Matth. 10. Sicut enim columba mansuetudinis symbolum prædicat, ita cum ad mansuetudinem columbinam exhortatur, hanc virtutem edocet: Et licet simplicitatem columbinam edocuit, simul prudentiam serpentum illi adiungere imperauit, vt simplicitatem prudentia acuamus, & custodiamus. q. d. Ita simus simplices, ne alijs noceamus, sed, & prudentes, ne aliorum insidijs capiamur. Prudentia enim sine simplicitate calliditas est, & simplicitas sine prudētia stultitia est. Ideò cum dixisset Christus: *Estote ergo prudentes sicut serpentes*, adijcit: *Et simplices sicut columbæ.* Ergo ad nostrum casum, quia *virga* vltionis instrumentum habetur, quod mansuetudini repugnat, præcipit Apostolis Virgam non portare, vt intelligerent voluntatem suam esse opera conuersionis animarum cum mansuetudine perfici. Sic ait Ambrosius, *eos enim misit ad seminandam fidem, qui non cogerent, sed docerent: Neque vim potestatis exercerent, sed doctrinam humilitatis attollerent.* In doctrina humilitatis spiritus mansuetudinis continetur: Quia ipse Christus Dominus vtramque virtutem copulauit cum de se dixit: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*, Matth. 11. vers. 29.

Cur Christus prohibet discipulis virgam portare. — Matt. 10. v. 10. — D. Ambros. — Matt. 10. v. 16. — Mansuetudo columbæ & prudentia serpentis coniungenda. — Virga vltionis instrumentum. — D. Ambros. — Matt. 11. v. 29.

78. Insuper 4. Reg. 4. vers. 29. Dicitur mortuum fuisse filium Sunamitidis, apud quam Eliseus diuersari solebat, & cum ipsa ad pedes Elisei prostrata esset, filij defuncti resurrectionem postulans, commotus Eliseus misit puerum Giezi ad suscitandum eum, dixitque: *Tolle baculum, meum in manu tua, & vade, & pones baculum super faciem pueri.* Cum ergo Giezi Eliseo obtemperasset, *& posuisset baculum super faciem pueri*, & vidisset quod *non esset vox neque sensus, reuersus est in occursum Elisei, & nuntiauit ei dicens: Non surrexit puer.* Ipse Eliseus, *ingressus domum cum incuruasset se* super mortuum suscitauit eum, & dedit illum matri suæ, dicens: *Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius,* &c. Quare ergo Giezi cum baculo Elisei puerum non suscitauit, sed ipse Eliseus? Aliqui respondent non reuixisse propter matris diffidentiam, & culpam Giezi, sed Abulensi placet non impeditam fuisse pueri resurrectionem propter has causas, sed quia Deus noluit (verba sunt Abulensis) tantum magnificare Eliseum: Aliqua enim sanctis veteris testamenti negauit, quæ Sanctis noui testamenti concessurus erat. Respondet tamen Cardin. Petrus Damianus in opusculo 12. Apologetico de contemptu sæculi, cap. 28. *Et quia per Moysem terrorem legis protulit, quasi per puerum virgam misit. Per legem quippe Deus virgam tenuerat cum dicebat: Si quis hæc vel illa fecerit, morte moriatur. A peccati igitur morte lex nos suscitare non valuit, sed ad statum vitæ Deus, à sperata mansuetudinis gratia clementer erexit. Viuens erigitur quia quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam redit.* q. d. Quia per baculum significabatur terror Iustitiæ, seu instrumentum vltionis, vt dixit Ambrosius & per ipsum Eliseum spiritus mansuetudinis: Ideò ad vocem Giezi qui Elisei portabat baculum vltionis non reuixit, sed ad vocem, & operam Elisei, qui incuruando se, præseferebat mansuetudinis humilitatem; suscitatus est? *perficiebat* enim *opus suum in mansuetudine*, sicut monet Ecclesiasticus.

4. Reg. 4. v. 29. — Historia filij Sunamitidis quē suscitauit Eliseus. — Quare Giezi ad iussū Elisei non suscitauit mortuum. — Abulensis. — B. P. Damia. — Quid mansuetudo operatur.

Illustratio tertia.

TAndem cum per adamantem significetur mansuetudo, & per silicem patientia, vt 79.
affirmauit Rutilius Benzonius Romanus in comment. ad Canticum *magnificat*, lib. 3. cap. 34. dub. 10. Applicans verba Ezech. 3. vers. 9. Ad virginem: *Quo*, ait, *mansuetudo, quæ per adamantem significatur, & patientia quæ per silicem intelligitur.* Iubet ergo Deus Ezechieli verba sua prædicare ad populum Israëliticum, id est, opus suum in mansuetudine perficere, & ait ad eum: *Vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam.* Quid adamas cum facie Prophetæ? Numquid fortitudine, & animi præstantia eum præcingebat ad opus Dei peragendum, & oppugnationibus obsistendum? Ita sanè, nam à Domino munitur Propheta contra frontem attritam, & duram aliorum. Neque aliud experiuntur, qui Dei causam, ipso iubente, suscipiunt. Quos diuinus sic animat, ac roborat Spiritus, vt alij à se ipsis fiant, vincantque facile illa, quibus humana succumbebat vis, & industria. Sicut fuit Micheas cap. 3. vers. 8. Vt ipse dixit: *Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio, & virtute, vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israël peccatum suum.* Ita erat Ezechiel fortitudine repletus à Domino ad opus suum peragendum. Sed meo iudicio, si in adamante mansuetudo, & in silice patientia significatur, cum dedit Prophetæ Deus frontē vt adamantem, & vt silicem, hauddubium mansuetudine, & patientia præcinxit ad voluntatem suam in prædicatione exequendam. Quia sicut adamas lapillus est indomabili duritia, qui malleos frangit, incudem findit, & ignem superat, vt ex Plinio ediscimus, lib. 37. cap. 4. *Incudibus*, inquit, *deprehenduntur ita respuentes ictum, vt ferrum vtrinque dissultet; incudesque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura, & numquam incalescens. Vnde, & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit.* Similes vero effectus in virtute mansuetudinis inueniuntur, vt ex Aristotele superius retulimus. *Mansuetudinis*, inquit, *est criminationes, calumniasque, & contemptus moderatè ferre*, &c. Et Diuus Hieronymus tom. 6. in Epist. ad Galatas lib. 3. cap. 5. ait. *Post fidem mansuetudo numeratur, quæ aduersa est iræ, rixis, dissensionibus, & numquam ad sui contraria prouocatur.* Et clarius in Epistolam ad Ephes. cap. 4. vers. 2. *Mansuetudo quoque illa est, quæ nulla passione turbatur, & specialiter ira & furore non rumpitur.* Quæ proprietas adamantina est. Ferè eodem modo loquitur Diuus Ephremus lib. de virtutibus, & vitijs. *Vir mansuetus*, ait, *omnibus operibus bonis decoratur. Quamuis afficiatur iniuria, lætatur. Quamuis rebus aduersis prematur, Deo gratias agit. In charitate irascentes placat; increpationes aliorum fortiter tolerat, in pugna tranquillus est. Nō pungitur stimulis superbiæ in depressionibus lætatur* &c. Insuper cum de adamante disputat Pier. li. 41. 80.

Mansuetudo per adamantem significata. — Benzonius. — Ezech. 3. v. 9. — Fortitudine opus habent qui opus Dei peragunt. — Mich. 3. v. 8. — Quare mãsuetudo in adamante denotetur. — Plinius. Adamantis vis. — Aristotel. — D. Hieron. — Effectus adamantis in mansuetudine inueniuntur. — D. Ephræm. — Pierius.

Adamantis proprietas Iobo accommodata.

Inquit: Sed vt ad eam partem, quæ virtutis est redeamus, qua scilicet quis munitus ærumnisima quæque patientissimè perferat, nullique calamitatũ generi succumbat, Adamãtius vbi causam quærit, cur corpus etiam Jobi viri iusti, pijque Deus in potestatem dæmoni concesserit affligendum, comparationem ab eo desumit, qui boni adamantis Dominus eum cuiuis periculis omnibus concedat explorandum, dicatque. *Tolle, proba, experire, tormentisque omnibus examina.* Sic omnium cognitor, atque præscius, qui optimè nosset Jobum adamantem inuiolabilem, poscenti diabolo, eum dedit in potestatem, sibi quidem satis conscius Iobum verum adamantem esse. Mox Adamantius illa de Christo subiecit: *Sic namque & singularis ille, & diuinus, cælestis, atque incorruptibilis adamas, vnigenitus Deus à Patre ad terras missus, de quo dicit Deus pater: Ecce ego ponam adamantem in medio populi mei, quem neque ignis tentationum in deserto comminuet, quem ictus, verbera, plagæ impiorum in cruce non atterent, comminuentue, quam neque sepultura, neque descensus ad inferos, vel minimum violare poterunt, sed enim omnia superabit, seque diuinum, & incorruptibilem probabit adamantem.* Ipse enim dixit: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde.*

Christus verus adamas.

Adamantinam manſuetudinem dedit Deus Ezechieli.

Ergo cum per adamantem significetur (vt diximus) manſuetudo cum dedit Deus Ezechieli faciem adamantinam, ipsamque cuicumque diuinæ voluntatis sollicito executori, haud dubium ei, adamantinam manſuetudinem tradit, ad hoc vt opus Dei in manſuetudine peragat.

D.Ambroſ.

Qua virtute oppugnatores vincuntur, & humana corda fouentur, vt eleganter dixit Diuus Ambrosius in præfatione ad Psal. 36. *Quæ maiora fomenta sunt cordis humani, quam manſuetudo, atque simplicitas, quibus, & dolor omnis accepta leuatur iniuria, & labes criminis, omnis excluditur.* Ait ergo Sirach. *Fili, in manſuetudine opera tua perfice.*

Illustratio quarta.

81. *Propter mãſuetudinem diligitur homo.* Sâ. D.Auguſt.

Et ſuper hominum gloriam diligeris, q. d. Præter gloriam, quam apud homines adipiſceris, etiam hoc obtinebis, vt ab eis diligaris. Sic noster Sâ. vel propter manſuetudinem diligeris magis, quam ob gloriam hominum, hoc est, splendorem aliquem, & excellentiam humanam. Sic vertit Diuus Augustinus tom. 1. lib. 13. confeſſ. cap. 21. *& ab omni homine diligeris*, Tygurina, & Druſius, hunc effectum dilectionis referunt ad manſuetudinem. Et manſuetum diligendum esse, aiunt, ab hominibus iustis à Deo acceptis, q.d. *Trata tus negocios con manſedumbre y a pazebilidad y todos los hombres de bien ſe deſperezeran por ti. Placidè negotia tua tranſige & ab hominibus acceptis diligeris*, vt legit Druſius.

Manſuetus diligitur ab omnibus.

Palacius.

Sed quid dilectio cum manſuetudine? generat ne manſuetudo amorem? vel conciliat hæc virtus diſcordes voluntates? an manſuetudo altrix & nutrix est dilectionis? ita sane, alimentum præbet amori, illum alit, & nutrit. Jdeò ait Sirach: *In manſuetudine*, &c. Quasi dicat in omni opere tuo ostenta manſuetudinem, & hæc virtus efficiet, vt tibi omnium voluntates concilies, & omnes te beneuolentia, & amore complectantur. Eleganter hoc confirmauit D. Ambroſius tom. 4. lib. 2. offic. cap. 7. *Itaque*, inquit, *id agamus vt omni ſedulitate commendemus existimationem, opinionemque noſtram ac primum placiditate* (manſuetudine) *mentis, & animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim, & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis ſenſibus. Ea ſi manſuetudine morum, & affabilitate ſermonis modeſtiaque adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis.* Et cum exemplum Moyſis retulerit, concludit inquiens: *Quia ſic tibi totius plebis mentes deuinxerat vt plus eum pro manſuetudine diligerent, quam profactis admirarentur.* Vide alia exempla in eodem c. 7. Itaque manſuetudinis virtus eam excellentiam obtinet, vt sit altrix dilectionis, & qui ea prædi ti sunt, ab hominibus diligantur. Jdeò dixit Dauid: Manſuetos hereditare terram. Pſal. 36. v. 11. *Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* B. Theodoretus. *Qui manſuetam vitam elegerunt, in otio, & pace degerit, delicias habentes æternas*, &c. Jllud, *hæreditabunt*, indicat amorem, quia manſuetus omnium animorum Dominus est. Nos dicimus. *Se haze dueño de los corazones de todos, y ſe alça con el amor de todos.* Quare Christus Dominus ait, Matt. 5. v. 4. *Beati mites*, &c. Et cap. 11. v. 29. *Diſcite à me, quia mitis ſum*, &c. Tandem Palacius explicat hunc locum de rectoribus populorum: Sunt enim, inquit, velut plebium parentes. Admonet, ne eos impetus rapiat, & ira, & res properantius agant; ſed contra ita eos fræneat manſuetudo, vt consulte ac moderate gubernent. Sic enim fiet vt homines subiecti eos super hominum gloriam ament, & diligant. Vrbanis viris nihil magis amandum videtur, quam honor, & gloria, nam hęc solent dici à Philosophis præmium virtutis, &c.

Quid dilectio cum manſuetudine.

D.Ambroſ.

Moyſes per manſuetudinem dilectus

VERS. XX.

Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.

Senſus.

82. *Quanto maior es*, &c. q. d. Quantò magis ad sublimiorem honoris statum ascenderis, & ad sublimius dignitatis fastigium euectus fueris: Tantò de te humiliter & demisse sentire, & tibi naturæ, & conditionis tuæ humilitatem obijcere conuenit, vt coram Deo inuenias gratiam, & illi gratus efficiaris, &c.

Notæ.

Notæ.

Quia manſuetudo, & humilitas se inuicem amplectuntur, & consociantur, ideò Jesus Sirach postquam egit de manſuetudine, transit ad exhortationẽ humilitatis, quæ omnium virtutum moralium maxima prædicatur, & magni ducitur.

D.Bernard. *Humilitas ergo manſuetudinis.*

Dixit enim Diuus Bernardus serm. 5. de Assumpt. B. Mariæ. *Ex hac ipſa manſuetudine virtus humilitatis elucet*, quasi humilitas sit origo manſuetudinis. Dupliciter autem humiliratem insinuate debet; vel erga homines, vel erga Deum. Cum enim quis altiori dignitate decoratus est, multorum inuidentiæ subijcitur: Quare negotia communia ita debet tractare, vt modestia, & demissione declinet inuidiam, & vtiliora erga omnes negotia reddat. Si autem Deo comparatur, quantò quis maior est, tantò demissius agnoscere debet, se plura à Deo accepisse, itemque se ad ampliorem rationem, illi reddendam adstrictum esse, &c. Illud, *in venies gratiam*, quadrat cum eo Iac. 4. vers. 6. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Tandem in originalibus ea sententia quam retulimus inuenitur, quæ huius sententiæ est confirmatio, & licet eam omittat vulgatus, nonnihil de ea dicemus.

Iac. 4. v. 6.

Teſtimonia SS. Patrum.

D.Auguſt.

Testimonia SS. Patrum circa hanc sententiam Diuus Augustinus tom. 6. lib. de Virg. cap. 31. Agens de humilitate, ait. *Cum ergo perpetuæ continentiæ profeſſores ſe coniugatis comparantes ſecundum Scripturas, compererint eos infra eſſe, & opere, & mercede, & voto, & præmio, ſtatim veniat in mentem quod ſcriptum eſt. Quantò magnus es, tantò humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Menſura humilitatis cuique ex menſura ipſius magnitudinis data eſt cui eſt periculoſa ſuperbia, quæ amplius amplioribus inſidiatur.* Rupertus Abbas lib. 11. de officijs cap. 18. Cum de filio Dei sermonem facit, eleganter inquit. *Regi autem debitum ac legitiſſimum eſt officium, vt ſubditis danda vel data præcepta prior ipſe actibus impleat, ne dum militibus laboriosam mandat militiam, ipſe in delicijs ſuis poteſtate abutendo, cauſam præbeat eorum murmurio, procul dubio dicentium, delicioſum eſſe ducem, qui ſubditis ea præcipiat, quæ facere fugiat, aut non poſſit. Igitur & hoc dignum fuit, vt ea, quæ præceperat, vel præcepturus erat, vt Deus, ipſe præcipue opere impleret, vt rex, videlicet omnimoda humilitatis opus, quale eſt illud. Quantò magnus es, humilia te in omnibus. Magnum hoc, & mirabile eſt, quod cum dominari poſſit creaturæ ſuæ, ſola excellentia potentia maluit æqualiter cum ea iudicium legemque ſubire iuſtitiæ*, &c. Diuus Fulgentius Epist. 3. ad probam cap. 18. *Sit igitur*, inquit, *ſtuduum tuum (ſicut decet virginem ſacram) ſectari inſtitutam, pietatem, manſuetudinem, non tamen vt conſideratione tui quamlibet etiam in inferiori poſitam profeſſione deſpicias, aut te in bonis operibus præſumptione propriæ virtutis extollas: Quidquid enim ſpiritualium donorum habueris, quam habent aliæ, non parua eſt iactura virtutis, ſi in ipſa principali virtute, quæ eſt humilitas non aliàs antecellas, cum non neſcias ſcriptum: Quantò magnus es humilia te*, &c. Diuus Paulinus Episcopus Nolanus Epistola 50. Ad Celantiam: *Nihil enim habeas humilitate præſtantius, nihil amabilius. Hæc eſt enim præcipua conſeruatrix, & quaſi cuſtos quædam virtutum omnium, nihilque eſt, quod noſtra, & hominibus gratos, & Deo facias, quam vita merito magni, humilitate minimus, propter quod ſcriptura dicit. Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Sufficiat ad intentum Diui Gregorij magni testimonium tom. 4. hom. 9. In Euangel. *Cum enim, ait, augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum? Tantò ergo eſſe humilior atque ad ſeruiendum promptior quiſque debet ex munere, quantò ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddenda ratione.* Jdeò ait Sirach. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus*, &c.

D.Fulgent.

D.Paulin.

D. Gregor.

Illustratio prima.

84. *Humilia reſpicit Deus* Pſal. 112. v. 6.

Quantò magnus es, &c. Quia *excelſus Dominus, & humilia reſpicit in cælo, & in terra*, vt dixit Regius vates Pſal. 112. vers. 6. Jdeò Eccleſiasticus admonet omnes, vt humilitatem complectantur, sic enim dignabitur Deus humiles respicere ad conferendam gratiam. Et quia humilitas in maiori dignitatis fastigio magis refulget. Quia vt Diuus Augustinus dixit explicans id Pſal. 137. *Confiteantur tibi omnes reges terræ*: *Altior ſublimitas neceſſaria eſt, ideo fortaſſe quanto altior, tanto periculoſior eſt. Ideoque reges quanto ſunt in maiore ſublimitate terrena, tanto magis humiliari Deo debent.* Jdeò hoc consilium præbet Ecclesiasticus quod illustrandum exemplis.

Primum, & præcipuum sit Beatissima Virgo Maria omnium creaturarum domina (hoc sonat eius dulcissimum nomen. Sic dixit Diuus Petrus Chrysologus serm. 142. *Nam Maria Hebræo ſermone, latine domina nuncupatur, vocat ergo Angelus dominam, vt dominatoris genitricem trepidatio deſeruit ad ſeruitutis quam naſci & vocari dominam ipſa ſui germinis fecit & impetrauit auctoritas*) & cælestis & regina, vt per Salomonem se nominauit. Ipsa enim de se dixit. Prou. 8. vers. 23. *Ab æterno ordinata ſum* Heb. *à ſæculo principatum habui*, Rodolphus: *Coronata ſum*, q.d. Cæli, & terræ regina ab æterno ordinata sum, quia in mei creatoris mathem prædestinauit me Dominus, & fecit me abacum pretiosissimum, vbi omnia vasa, vel ornamenta virtutum collocarentur. Sic dixit Rabbena Heccados citatus à Galatino lib. 7. cap. 3. In libro Galeratzeia, cum ad septimam Antonini consulis vrbis Romæ petitionem, inter cætera dixit: Propter matrem vero eius: Scilicet Messiæ, ait Dauid Pſal. 79. vers. 16. *Et perfice eam, quam plantauit dextera tua.* Jpse legit: אשר נטעה ימינך hoc est, *& abacum, quam plantara dextera tua.* Dixissetque ei Antoninus: Cur mater Dei comparatur Abaco, cur, vt dicit, eam à dextera Dei plantatam? Respondit sic ille: Similis facta est abaco (nos vocamus, *aparador de plata*) mater Dei. Quandoquidem sicut abacus est armarium, quod principes conficiunt ad collocanda vascula auri, & argenti, vt gloriam suam, atque opes omnibus ostentent: Ita mater regis Messiæ erat armarium, quod Deus construxit, vt in eo sedeat ipse Messias ad ostendendam gloriam Maiestatis suæ cunctis mortalibus. Hæc ille. Rursus magnificata est virgo Maria vsque ad cælos, cuiusque nomen sanctissimum prædicat eius magnificentiam. Nam Maria idem est, quod stella maris. Jta Eusebius enim. hom. super missus est. *Maria*, inquit, *ſtella maris dicitur, huius vtique, de quo ſcriptum eſt. Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus*, &c. *Plures ſtellæ habet cælum, mare vnam, quæ illis omnibus clarior, & melior eſt, quia hunc talem*

D. P. Chryſ. *Maria virgo domina & regina mundi.* Prou. 8. v. 23.

Maria Virgo abacum pretioſiſſimi. Pſ. 79. v. 16.

Cur comparatur ab eo & armario.

Nomen Mariæ prædicat eius magnificentiam. Euſebius.

Dignitas matris sumitur à dignitate filij. — D.P.Chrys.

ac tantum solem peperit mundo. Idem Euseb. agens de dignitate virginis Mariæ, inquit: *Quæritis qualis mater? quærite prius qualis filius: Non habet filius in hominibus parem; non habet mater in mulieribus similem. Fecit ille matrem suam, quod nemo alius fecit, peperit illa filium, & virgo permansit, quod nulla alia fecit.* Vnde dixit D. Chrysologus serm. 45. *Quia cælestis hospes, supernus habitator, sic in vteri descendit hospitium, vt corporis claustra nesciret: Sic de habitaculo ventris exijt, vt virginalis ianua non pateret, & impleret illud quod cantatur in* Cant. Cant. *Hortus clausus soror mea sponsa, hortus clausus, fons signatus.* Tandem ait idem D. Petrus Chrysologus serm. 144. *Quod erat in principio apud Deum, verbum Deus intra se virgo reperit, & factum est magnum Deitatis templum. Quæ erat pusillum humanitatis hospitium, & quem non capiebat pusillitas humani corporis, cepit virginalis vteri magnitudo*, fœlices, qui hoc frequentant templum, cuius prælatus pater est, cuius altare filius est, cuius ianitor, & custos est Spiritus sanctus.

85. *Maria ab æterno regina electa.* — D. Bernard.

Cum ergo hæc immaculata virgo ab æterno regina electa sit, vt dixit D. Bernardus sermone 2. de Annunt. *Virginem nec nouiter, nec fortuito inuentam, sed à sæculo electam, ab altissimo præcognitam, & sibi præparatam, ab Angelis seruatam, à Patribus præfiguratam, à Prophetis promissam,* &c. Et cum ad supernam gloriæ dignitatem euehitur, id est, cum mater Dei per Incarnationem efficitur: Tunc cum maior est, magis humiliatur, & summissius se gerit, respondens ad Angelum Dei nuntium, qui missus fuerat ad eam, vt ipsi mysterium Incarnationis annunciaret, Luc. 73. v. 38. *ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.* In quibus verbis cælestis humilitas tantæ reginæ emicat, & effulget. Cur, ô virgo gloriosa, tam humillimè deprimeris, cum sidus sis altitudine distans à terra? Quare sic ad pedes omnium prouolueris, cum *ab æterno principatum teneas*, & ab omnibus, vt omnium creaturarum regina prædiceris? Quid nomen *ancillæ*, cum altissima matris Dei dignitate, ad quam nunc extolleris? *Ancillam Dei* se nominat, quia *quantò maior est*, tantò magis deprimitur, & humiliatur, non solum erga homines, sed etiam erga Deum; Sicq; *coram eo inuenit gratiam.*

Luc. 1. v. 38. *Virginis Mariæ humilitas in maiori exaltatione.*

Humilitas tanto plus emicat, quanto quis altior est.

Itaque humilitatis virtus tantò plus emicat, quantò qui humiliatur, & deprimitur; maiori honoris ornamento decoratur, qui enim natura humilis, & abiectus est, vel in aliqua obiectione, seu tribulatione iacet, haud difficilè est quod deprimatur: Ipsa namque abiecta conditio ad humilitatem inclinat atque propendet; sed qui ad dignitatis fastigium extollitur, & ab omnibus magni ducitur, quia omni honore, & veneratione dignus iudicatur, si demittatur, & humilietur, rem difficilem consequitur, & eius humilitas illustrior apparet. Dixit Diuus Augustinus tom. 10. serm. 123. de tempore. *Qui enim sibi vilis videtur esse, ante Deum pulcher est. Qui sibi displicent Deo placent esto igitur paruus in oculis tuis, vt sis magnus in oculis Dei. Tantò enim apud Deum pretiosior, quantò fueris ante oculos tuos despectior. In summo honore, summa tibi sit humilitas, honoris laus est humilitatis virtus.*

D. August. *Qui sibi vilis est, ante Deum magnus est.*

86. *Quare Dauidis humilitas exaltata est.* 2. Reg. 6. v. 21. Mariana.

Quare exaltata est Dauidis humilitas, cum arguenti Micholi Saulis filiæ vxori eius, humilitatem, quam *subsiliens & saltans coram Domino*, Ostentauit, 2. Reg. 6. v. 21. Respondit: *Ante Dominum, qui elegit me, potius quam patrem tuum, & Ludam, & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es gloriosior apparebo.* Noster Mariana explicat. q. d. Quò me ipsum humiliorem putauero, eò gloriosior ancillis, id est, populo, apparebo. Angelomus eò, inquit, *Dauidem plus saltantem stupeo quam pugnantem: Pugnando quippe hostes subdidit: Saltando autem semet ipsum*, id est, per humilitatem seipsum superauit quasi dicat existimas, ô Michol me per humilitatem vilem factum fuisse, falleris sanè: Quia quantò magis deprimor, & deijcior in Dei conspectu, illustrior, & gloriosior apparebo circa eas, ex quibus prolem copiosam sum habiturus.

Angelom. *Quanto quis magis deprimitur, tanto illustrior apparet.*

Rursus vates Regius Psal. 83. vers. 11. inquit: *Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Vbi Diuus Hieronymus. *Mauult enim minimus esse in cælo, quam in mundo primus*, & vt ostenderetur se regem non esse ex propria virtute, sed Dei miseratione, inquit, Psal. 26. vers. 10. *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me.* Diuus Bernardus serm. 2. de Ascens. dixit. *Vocationis, & iustificationis vestræ aliqua mihi signa videor intueri in conuersatione tanta humilitatis. Propterea perseuerate in disciplina, quam suscepistis, vt per humilitatem ad sublimitatem ascendatis, quia hæc est via, & non est alia præter ipsam,* Isa. 66. vers. 2. *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum,* &c. Vbi Guarricus serm. 3. de assumps. *O humilitas angusta tibi, ampla diuinitati: Pauper, & insufficiens tibi, sufficiens ei, quem non capit orbis, copiosè ac deliciose reficiens illum, qui, & Angelos pascit, Super quem,* inquit, *requires eam, nisi super humilem,* &c. Hoc confirmatur exemplo Amos; qui non veretur se vocari Armentarium pastorem, cum eius humilitas causa suæ exaltationis fuerit, Sic Diuus Gregorius hom. 30. In Euang. cum nominasset illos, quos Deus ex humilitate exaltauit, inquit, de diuino spiritu; *Implet Pastorem Armentarium sicomoros vellicantem, & Prophetam facit;* & concludit: *Mox enim vt tetigerit, mentem docet, solumque tetigisse docuisse est: Nam humanum animum subito, vt illustrat, immutat: Abnegat hoc repentè quod erat, & habet repentè quod non erat.* Ideò ait Diuus Bernardus humilitatem Mariæ Virginis Dei matris honorationem fuisse in prædictis verbis scilicet: *Ecce ancilla Domini*, ait enim hom. 4. super Mess. est. *Humiliter ergo respondet, vt sedes gratiæ præparetur. Ecce*, inquit, *ancilla Domini: Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ cedere non nouit honoribus, insolescere gloria nescit? Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat. Non mediocris reuera humilitatis insigne nec oblata tanta gloria, obliuisci humilitatem. Num magnum est esse humilem in abiectione? magna prorsus, & rara virtus humilitas honorata.*

Ps. 83. v. 11. D. Hieron. *Dauid maluit esse minimus in cælo, quam in mundo primus.* Ps. 26. v. 10. D. Bernard. *Via ad cæli humilitas est.* Isa. 66. v. 2. Guarricus. *Amos exemplum humilitatis.* D. Gregor. D. Bernard.

87. *Maria Virginis humilitas in Incarnatione illustrior fuit.*

Igitur si quantò quisque maior est, tantò amplius virtus humilitatis in eo refulget, sequitur humilitatem Mariæ virginis in præsenti Incarnationis mysterio excellentiorem, & illustriorem fuisse. Siquidem elenata est ad dignitatem præstantiorem, quæ nulli cælesti spiritui vnquam fuerit concessa, & esse matrem Dei cælique & terræ reginam, & dominam meruit. Quare prorupit venerabilis Beda præsb. tom. 7. in festo Anunt. super id. *Ecce ancilla,* &c. *Magnam quippe* (inquit) *humilitatis constantiam tenet, quæ se ancillam sui conditoris dùm mater eligitur, appellat.* Et super Cant. *Magnificat.* ad id: *Respexit humilitatem,* &c. ait: *humilem quippe Christi ancillam suo iudicio fuisse demonstrat, sed respectu gratiæ cælestis repente sublimatam pronuntiat, atque in tantum glorificatam, vt sua beatitudo præcipua, meritò cunctarũ gentium voce miretur,* & tandem alibi: *exinaniuit Dei mater se formã ancillæ accipiens: propter quod Deus exaltauit illam, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, post nomen filij sui, nomen scilicet quo diceretur, & esset mater Dei semper Virgo Maria.* Vnde constat humilitatem Mariæ Virginis fuisse superiorem, quia præceptum Ecclesiastici perfectè seruauit. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus,* &c.

Beda. *Cum Maria dixit ecce ancilla, sublimata est ad dignitatem matris.*

Illustratio secunda.

88. *Exemplum humilitatis D. Ioannis Baptistæ.* Matt. 11. v. 11. D. Bernard.

Secundum exemplum ex humilitate Joannis Baptistæ sumamus, quia eius excellentia mirum in modum creuit, & à Christo Domino, cuius erat præcursor, meritò exaltatur, & magnificatur: siquidem eum appellauerit, *inter natos mulierũ maiorem; non enim surrexit maior.* Matt. 11. v. 11. Quòd priuilegiũ magnificiens D. Bernardus in serm. huius festiuitatis prorumpit: *Quid vis amplius? De nullo dici potest (dicit August.) quod dictum est de Ioanne: Non apponas mihi Euangelistam, cæteris discipulis magis dilectum; non Apostolorum principem omnibus Apostolis antelatum: non vas electionis ad cæli tertij secreta translatum: nec Apostolicus splendor audeat occurrere præcursori: quia iam omnes isti ad Adolescẽtiæ metas excesserant, cum à veritate prolatum est: inter natos,* &c. *Et in fine huius sermonis inquit: silentio transeo, quod sic nouem ordinibus angelorum insertus est, vt etiam ad Seraphim apicem transferatur.* Cùm ergo hic Domini præcursor *tam magnus sit*, vt omnes mortales in priuilegiorum multitudine, & in sanctitatis magnitudine longè excelluerit: adhuc eum Messiæ dignitas à Principibus sacerdotum defertur, Joan. 1. vers. 19. Ad pedes Jesu se prouoluere conatur, affirmans se non esse Christum, neque Eliam, neque Jeremiam, neque prophetam, neque dignum esse vt soluat eius corrigiam calceamentorũ. Super quæ Guarricus Abbas Igniacensis serm. 3. in natiuit. Ioannis Bapt. tõ 13. nouæ Bibliot. inquit, *Mirentur igitur alij quod à Prophetis præenunciatus, quod ab Archangelo promissus, eodem quo Christus,* &c. *Mirentur inquam, hæc alij, si tamen est qui dignè possit mirari, nobis fratres non solum miranda; sed imitanda proponitur virtus humilitatis eius, quã maior se credi; cùm potuit, noluit: imo credentes ne errarent, quantum valuit compescuit, fidelis enim animus sponsi; magis amator Domini sui, quam sui, se minui, vt ille cresceret, optabat, & de minoratione sui gloriam illius augere satagebat.* &c. Mafaciamus autem humilitatem Ioannis, vt melius eius excellentia omnibus ostendatur.

Ioannes excelluit Apostolos secundum D. Bernardum. Ioan. 1. v. 19 *Ioannes negat esse Messias.*

89. *Capitis dignitatem recusat Ioãnes.*

Quid est quod capitis dignitatẽ recuset affirmans se non esse Messiam? Eandem tentationem in hac Iudæorum legatione passus est, ac parens noster Adam in paradiso: Sicut enim serpens, qui omnibus animantibus callidior erat, Dæmon scilicet, obtulit ei capitis dignitatem, *Eritis*, ait *Sicut Dij, Scientes bonum & malum,* Gen. 3. v. 5. Sic etiam ait Joan Euang. c. 1. v. 19. *Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem vt interrogarent eum: Tu quis es?* In qua legatione dignitatem capitis detulere. Sed si Adamus deceptus est, & inductus in tentationem, Ioannes verò eandem repulit, vicit, superauit, Ex quo infertur quod dixit D. Cyrill. Alex. *Si Ioannes in horto cum serpente congressus disceptasset, non induceretur ad vescendum de ligno vetito, etiamsi audiret illud: Eritis sicut Dij.* Argumentum est de maiori ad minus. Scilicet D. Ioannes in fortiori certamine minimè superatus est, igitur in minori victor euaderet, maiori fuit oppugnatus compellatione Ioannes in hac legatione, quam Adamus in horto delitiarum. Hoc probatur. Primis parentibus capitis dignitatem, obtulit serpens, qui suis verbis nullam faciebat fidem; Ioanni autem ipsissimam dignitatem Synagoga detulit, cuius auctoritas suadere, & fidem vndique facere poterat; Vt si dignitatem admitteret, eam exercere apud homines posset. Primis parentibus tantum dixit serpens: *Eritis sicut Dij*, Quæ particula *sicut* similitudinem indicat. Ioanni verò absoluta defertur dignitas, q. d. Eris Messias, eris Deus. Optimè ergo infert Cyrillus, non inducendum Ioannem ad vescendum, &c.

Gen. 3. v. 5. *Tentatio Ioannis maior tentatione Adam.* D. Cyril.

90. *Capitis dignitatem meruit Ioãnes melius quã Adam.*

Ex hac illatione infertur alia, scilicet capitis dignitatem potiori iure Ioannnem promeritum fuisse, quam Adamum, quia si Ioannes Adamus fuisset, iustitiam originalem minimè homo amitteret, Si rationem talis dispositionis inuestigare velimus, nullam ex parte Dei, nisi eius volũtatem inueniemus: sed ex parte Joannis aliam rationem reddere possumus eius humilitati congruentem, quæ talis est. Si primi parentis dignitas Joanni deferretur, illam ipse non acceptaret, quia si primus parens esset, non peccaret, & cum Incarnatio Christi, secundum aliquos ab Adæ peccato dependerit, non incarnaretur Christus, si ille non peccaret. Sicque Joannes capitis dignitatem sibi tolleret, & non traderetur Christo iuxta id Ephes. 1. v. 22. *Et ipsum* (Christum) *dedit caput supra omnem Ecclesiam.* Erat autem Joannes ita humilis, & abiectus in oculis suis, vt sæpè prorumperet loquens de Christo Iesu *Illum oportet crescere, me autem minui.* Ioan. 3. v. 30. Vt posito quod diuina statuta & decreta, mutari, & variari possent (infallibilia enim, & immutabilia sunt) nõ admitteret Joannes esse primum hominem, & generis humani caput, vt Christus Dominus caput esset. Vnde hoc colligitur? Quia ipse Joannes dixit. Joan. 1. v. 27. *cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti.* D. Greg. tom. 4. Hom. 7. in Euang. in calceamento humanitatem cognoscit, quæ pedem diuini Verbi complectebatur: *Incarnatus verò Dominus* (ait) *veniens, quasi calceatus apparuit.* Per *corrigiam calceamenti* vnio diuini Verbi cũ humanitate intelligitur. Ait ergo Ioannes: *Non sum dignus,* &c. q. d. inquit Greg. *Ego Redemptoris nostri vestigia denudare non valeo quia sponsi nomen mihi immeritò non vsurpo.* Vocat *nomen sponsi*, nomen capitis totius generis humani, ipse enim erat. Quomodo igitur corrigiam calceamenti Christo soluere potuit, nisi vnionem verbi cum humanitate obstans, & impediens? & illam non interponeret, nisi ipse Ioannes fieret primus homo, & generis humani caput, & tandem in peccatum originale non incidens. Ego inquit, *Non sum dignus.* q. d. Tanti facio Christum Dominum, vt cùm mihi capitis dignitas deferretur, eam non admitterem, Vt eius Incarnatio non impediretur, sed Verbum diuinum vniretur humanitati, sicque capitis dignitatem Christus obtineret. Ecce humilitatem Ioannis omni exaltatione dignam, quia *quantò magnus erat, humiliabat se in omnibus.* Ideò D. Isidorus Archiep. Hispal. lib. 2. Synonimo, simile consilium præbet: *Homo, in summo honore summa sit tibi humilitas: Quamuis sis in summo honore humilitatem tene. Si humilitatem tenueris gloriam consequeris. Quanto enim humilior fueris, tanto te sequetur altitudo gloriæ. Quamuis sublimis potestatis in te celsitudo sit, humilitate eam reprime, non te extollat honor, preme humilitate culmen sublimitatis; tanto sis maiori humilitate conspicuus, quanto magna es dignitate prælatus.* Quid aptius ad intentum

Si Ioannis differretur dignitas primi hominis, non admitteret illam. Ephes. 1. v. 22. Ioan. 3. v. 30. Ioan. 1. v. 27 *Quid per calceamenta Christi significetur.* D. Greg. *Per pedem verbum per calceos humanitas, & vnio per corrigiam intelligitur.* *Humilitas Ioannis omni exaltatione digna.* D. Isidor.

intentum? Reddit rationem D. Chrysost. Hom. 33. in Gen. tom. 1. cùm ait. *Non est humilitas facere quod necessitate debes, vel cogeris: hoc inquam non est modestiæ, sed debiti; vera autem modestia est, quando cedimus ijs, qui nobis videntur esse minores, & eos veneramur, qui nobis videntur esse magis indigni quam nos.*

D. Chrys.

Illustratio tertia.

ET *coram Deo inuenies gratiam.* q. d. Si te depresseris, & humiliaueris, apud Dominum, gratiosus eris. Nos diceremus. *Si te humillares, pareceras bien à Dios.* Verbum enim Græcum ΣΑΡΙΣ significat aliquid facere in gratiam alicuius, & venustatem leporem, elegantiam, significat etiam promereri, seu gratiam inire. Sic dixit Angelus ad virginem. *Inuenisti gratiam apud Dominum* Luc. 1. v. 30. id est, grata facta es apud Deum *fuiste agradable a sur ojos, le parecisle bien.* Vel, inuenire gratiam idem est, ac gratiam à Deo accipere, vt D. Iacob. Apostolus. cap. 4. v. 6. ait. *Humilibus autem dat (Deus) gratiam* humiles enim sicut valles aquâ diuinæ gratiæ amplius, quam colles, fœcundantur: & gratiam apud Deum inueniunt. Nam Salomon Prou. 3. v. 34. ex quo transcripsit Iacobus sententiam suam, dixit. *Mansuetis dabit gratiam* vbi LXX. *Humilibus dabit gratiam.* q. d. Humilibus sese placabilem, familiarem, & gratũ prebet, atq; eos in suam recipit gratiam necnô in aliorum gratiam eosdem insinuat. Humiles enim Deo simul, & hominibus gratiosi sunt. Dixit enim Chrysost. *Nihil est tam Deo gratum, quam seipsum cum postremis numerare,* & Hom. 1. in epist. ad Corinth. *Humilis is est, & gratiosus & iucundus omnibus, quia licet despiciatur exterius, interius lucet.* Dixit Job, cap. 12. v. 4. 5. *Deridetur iusti simplicitas: lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.* Vbi D. Greg. *Bene iusti simplicitas & lampas esse dicitur, & contempta lampas, quia interius lucet, & contempta quia exterius non lucet: intus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria decoris: lucet ergo, & despicitur, quia flagrans virtutibus abiectus æstimatur.*

91. *Inuenire gratiam. quid,* — Luc. 1. v. 30. — *Inuenire gratiam, est gratiam accipere.* — Iac. 4. v. 6. Prou. 3. v. 34. — *Humilis Deo & hominibus gratus.* — Iob. 12. v. 4 — D. Greg.

Aliter locum Iacobi D. Augustinus intelligit tom. 10. serm. 213. de tempore, inquit enim: *Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur, humilitatis quippe passibus ad cæli culmina conscenditur; quia Deus excelsus, non superbia, sed humilitate attingitur. De hoc dictum: Deus superbis resistit; humilibus autem dat gratiam.* D. Thom. 18. super hunc locum ait: *Humilibus, id est, vacuis, dat gratiam, scil. maiorem vt patet in beata Virgine Luc. 1. Quia reputant se vacuos, ideo magis habent de capacitate. Vas enim secundũ quod magis habet de vacuitate, magis habet de capacitate: Psalmista, inter mediũ montium pertransibunt aquæ. Sic elegit Dominus ad Prophetandum Amos, vas n. erat vacuum, vt Deus Prophetia impleret.* Ita D. August. serm. 59. de verbis Dom. *veni, ait: tu pauper nihil habes, nihil nosti? sequere me, tam largo fonti vas inane ad mouendum est.* Itaque humiles vallibus vacuis comparantur. Diuina enim gratia veluti balsamum est, vel liquor pretiosus: cùm animus alio liquore mundano plenus est, hoc diuinũ balsamum capere non potest cùm autem quocunque alio amore exhaustus est, ad diuinam gratiam recipiendam aptatur, & disponitur. Hoc est, quod iustus cùm deprimitur, & humiliatur, cor suum aliquo alio amore, seu mundano liquore euacuatur, & exhauritur, vt diuinam gratiam inuenire, hoc est capere possit. Dixit enim eleganter D. Bernard. serm. 1. in Ramis palm. *Sed quid dicimus, fratres, cuinam potissimum vasi gratia infundetur? Quale iam poterimus idoneum gratiæ receptaculum exhibere? Balsamum est purissimum, & solidissimum vas requirit, & quid tam purum, quidue tam solidum, quam humilitas cordis? Quare si aliquem videris priuari gratia, & donis suis, scias eum esse superbum, si verò alioquem videris ijs abundare, scito eum esse humilem. Humilitas enim est mater & conciliatrix donorum quorum dissipatrix est superbia: Deus enim humilibus gratiam dat, superbis aufert.* Ergo apponamus D. Ioanni Baptistę exemplum & in eius humilitate laudanda vlterius progrediamur.

92. *Per humilitatem ad Deum ascẽditur.* — D. August. — D. Thom. — *Humiles vallibus cõparantur.* — D. August. — *Humiles vasibus vacuis comparãtur.* — D. Bernar. *Quale vas idoneum est gratiæ receptaculum.* — *Humilitas est conciliatrix donorũ.*

Jllustris D. Ioannis humilitas, sic animum suum superbię amoris expertem, & exhaustum reddidit, vt locum aptauerit, ad omnium gratiarum & donorum cumulum recipiendum. Sicut enim Lucifero Deus foramina fecerat ad ea donis supernaturalibus complenda: sic per humilitatem Ioannis eadem foramina facta sunt à Deo ad implenda, &c. Cum loquitur Ezechiel de Lucifero quem vocat Iob cap. 40. v. 14. *Principium viarum Dei,* inquit cap. 28. v. 13. *Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es preparata sunt.* Si iuxta litteram de Rege Tyri interpretari velimus, vocat hic foramina, sinus, seu cauitates, quibus illigatur, & cõtinentur pretiosi lapides, quales sunt, quæ in annulis dicuntur palę, id est, partes cauæ annulorum, quibus lapides inseruntur. Nos vocamus, *encaxes*, aut *vazios.* Igitur sicut foramina, ac sinus lapides pretiosi non sunt, sed pro pretiosis relinquuntur lapidibus, à quibus deinde suo tempore impleantur: sic etiam filij regum reges non sunt, tamen regni capaces, & reges aliquando futuri: quia sinus habent, vbi includi possunt lapides pretiosi, &c. Sed certè hæc verba de primo Angelo, scilicet, Lucifero, intelligenda existimo. q. d. Ezech. cùm Deus formauit te ex auro nitido, & corusćanti naturę Angelicę, preparauit in te sinus, & foramina [*vazios y encaxes*] ad hoc vt si in primo viatoris instanti humilitatẽ seruares [*te mantuuieras en humildad*] & nõ insolesceres volens Deo equari, ipse in his tuis foraminibus innumeros donorum, & gratiarũ pretiosos lapides insereret, quales sunt quos Ezechiel c. 28. v. 13. enumerat. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topasius, & iaspis,* &c. Ex hoc conficiam argumentum. Si ad remunerandam Luciferi humilitatem, quam habiturus erat; in illo primo viatoris instanti, tot foramina, id est, cauitates, & sinus Deus præparauerat ad pretiosos donorum & gratiarum lapides inserendos; quæ foramina & cauitates in anima D. Ioãnis Baptistæ Deus preparasset ad ea suo tempore implenda lapidibus pretiosis gratiarum, ad eius humilitatem remunerandam, quam non vno instanti, sed multo tempore seruaturus erat? D. Bernardus serm. 3. de verbis Isa. 6. *Vidi Dominum,* vocat Ioannem Luciferum, & ait: *Lucet ergo Ioannes tantò vtique clarius, quantò amplius feruet, tantò verius, quantò minus appetit lucere, Fidelis Lucifer qui solis iustitiæ non vsurpare venit, sed prænuntiare splendorem.* Ergo diuinę magnificentiæ, & immensæ liberalitati cõueniebat Ioannnem remunerari à Deo præmio & mercede, quâ luciferum remuneraturus erat, si in statu humilitatis permaneret, implendo foramina, id est, in sinibus, & cauitatibus lapides pretiosos gratiarum inserẽdo, &c. Quare cum Lucifer perdidisset gratiæ, & donorum magnitudinẽ, quæ illi præparata erant; Ioãnes inueniens coram Deo gratiam, illa comparauit. Ioaanes vino spirituali inebriatus est, & Lucifer vinaceis contentus,

93. *Per humilitatem Ioannes aptauit animum suum ad recipienda dona.* — Iob. 40. v. 14. — Ezech. 28. v. 13. *Quæ vocãtur foramina.* — *Ezechiel loquitur de Lucifero.* — Ezech. 28. v. 13. — D. Bernar. D. Ioannes vocatur Lucifer. — *Ioannem Deus remunerauit eodem præmio quod preparatum erat Lucifero.*

tus, gratiam, & gloriam amisit. Omnis enim peccati voluptas inanis est, insipida & ex Sueca instar folliculi vuarum, non solida, nõ satians. Hinc Hugo super id Ose 3. v. 1. *Et diligunt vinacea vuarum;* inquit, *vinacea sunt dæmones, qui creati in magna pinguedine spiritus sancti, sed per superbiam arefacti proiecti sunt de cælo: nam Deus in eis, ait, S. Augustinus fuit simul, & largiens gratiam, & condens naturam;* sed effusa gratia per peccatum mansit natura vacua quasi vinaceum. Quam pinguedinem suxit Ioannes, &c. Quod dictum est de humilitate Ioannis, intelligẽdum est etiam de cuiuslibet iusti humilitate, cùm humilis iustus *inueniat coram Deo gratiam.*

Hugo. — D. August. — *Dæmones vinaceis contenti sunt*

Illustratio quarta.

94. QVod additur in Originali, *Multi sunt excelsi, & gloriosi, sed mansuetis reuelantur mysteria.* Cùm eo conuenit, quod dictum est à Christo mysteria sua humilibus Deum reuelare, & abscõdere sapientibus. Matt. 11. v. 25. *Confiteor tibi pater Domine, cæli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis;* Et cum eo Psal. 24. v. 9. *Docebit mites vias suas.* q. d. Quamuis omnibus diuina lex data sit, illis tantum vtilis est, qui siue iusti, siue peccatores sint, mansuetudine animi & humilitate cordis non resistunt legi, sic obsequuntur; quos docet vias suas, cùm per illas deducit & assuefacit, in illisq; ambulare ac progredi monet. Antiquum enim Dei ornamentũ est *superbis resistere, & humilibus dare gratiam,* spretisque diuitibus, & potentibus spectare paruulos, & humiles, illosque ad se communicandum, & ad reuelanda arcana fidei eligere, vide ad hoc intentum id, quod de electione paruuli Dauidis in sacra pagina memoratur. 1. Reg. 16. v. 6. 7. Vide nostrum Pinedam ad cap. 2. Eccles. vers. 26.

Mansuetis reuelantur mysteria. — Matt. 11. v. 25. — Psal. 24. v. 9 — *Humilibus & mansuetis docet Deus vias suas.*

VERS. XXI.

Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.

Sensus.

95. QVoniam magna, &c. q. d. Si vis rationem scrutari, quare qui humiliãt se in omnibus inueniunt coram Domino gratiam ea est, quia magna potentia Dei solius, id est, omnis potentia ad omnia operandum in Deo solo inuenitur, solus enim Deus est, cui competit magna potentia solus omnia, quæ vult facit, & à humilibus honoratur, quia ipsi eius potentiam, dùm deprimuntur, & se sub potenti manu eius humiliant, manifestant. Cùm contra superbi, qui Deo parêre refugiunt, & eius timore non percelluntur, Dei honori, quantum in ipsis est, detrahere conantur, &c.

Illustratio.

QVia magna potentia Dei solius q. d. Vis scire quare qui se humiliant in omnibus, inueniunt gratiam coram Domino? Audi: *Magna potentia,* &c. Magna enim & imperiosa potestas solius Dei est, & nostra virtus quasi folium quod vento rapitur, Sic dixit Iob ad Deum cap. 13. v. 28 *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam.* q. d. Tuæ immensæ potestatis non est, contra folium, cui auellendo, & raptando aura tenuissima sufficit, tuas vires exerere, & exercere. Folium, significat imbecillitatem, & humilitatem, & se vocat humilem, & imbecillum Job cum folio comparatur. At magna potentia Dei solius est. Et quia supernam eius agnoscit potestatẽ, se humiliat, & deprimit. Gen. 18. v. 27. Cùm Abraham pro Sodoma oraret ad Dominum, ait: *Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm sim pulũis & cinis.* Quare Abraham ita deprimit se coram Domino, & humili pulueri, & cineri se comparat? Respondet D. Greg. Lib. 3. Moral. cap. 18. *Apertè enim cernimus in quo se apud se loco posuerat, qui puluerem se ac cinerem, etiam cum Deo loqueretur, æstimabat. Si igitur ita se despicit, qui vsque ad honorem diuinæ collationis ascendit,* &c. Sed melius dixit ad intentum Hugo Card. *Hoc Abraham non dixisset, nisi ex eius colloquio Dei patientiam agnouisset.* B. Flaccus Albinus rogans: *Quare Abraham dixit puluis sum, cum tantas promissiones accepisset?* Et respõdet: *sublimitatem promissionum humilitatis temperauit subiectione: aptè enim intelligitur in quo loco se posuerat, qui puluerem se ac cinerem, etiam tum cum Deo loqueretur, æstimabat. Qui igitur ita se despicit, qui vsque ad honorem diuinæ collationis ascendit, sollicita intentione pensandum est, quâ pœna illi feriendi sunt, qui ad summa non proficiunt, & tamen de minimis ex tolluntur.* Itaque cùm quis potestatem Dei agnoscit, se humiliat, & abijcit, vt Job qui se folio humili comparauit, cùm Dei potentiam agnouit. Ideò Sirach reddens rationem quare inuenit gratiam coram Domino, *qui in omnibus se humiliant,* ait: *Quoniam magna est,* &c. id est, cùm solus Deus potens sit, *& nomen eius omnipotens,* (vt cecinit Moyses Exod. 15. v. 3.) humilis hanc potestatem agnoscens deprimat se, quia respectu Dei reputat se vt nihil.

Ratio cur qui se humiliat inuenit gratiam coram Domino. — Iob. 13. v. 28. — *Folium quid* — Gen. 18. v. 27. *Quare Abraham se pulueri comparat.* — D. Greg. — Albinus. — *Ratio cur Abraham pulueri se comparauit.* — *Qui potentiam Dei agnoscit humiliat se.* — Exod. 15. v. 3

Jnde est quod adijcit: *& ab humilibus honoratur,* quia cùm per cognitionem veniatur ad ęstimationẽ rei, quã agnoscimus, suo modo iustus cùm potentiam Dei comprehendit, transit ad ipsius æstimationem, & illum quantum potest honore afficit, & magni ducit: in quo eius cognitio manifestatur. Hinc est tandem vt Deus à superbis inhonoretur. Sic dicitur apud D. Matt. cap. 21. v. 10. *Quod cùm intrasset (Christus) Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic?* Quæ interrogatio signum exprobrationis est. Quam execratus D. Greg. Naz. Orat. 1. de pace exclamat: *Irâ, & mærore impleor propter meum Christum, cùm cerno eum, hac de causa contemni, ac pro nihilo haberi, ob quam maximè eum honorare æquum erat.* 96.

Ab humili Deus honoratur. — *Deus à superbis inhonoratur.* — Matt. 21. v. 10. — D. Greg.

Tandem Igitur legit: *& gloriam ab humilibus consequitur,* Humiles enim deferunt Deo gloriam & cùm potentiam eius agnoscunt, illam reuerentur, & ipsum Deum rerum omnium auctorem summa colunt religione. Hoc optimè probatur ex adoratione, quam refert Ioan. Apoc. 4. v. 9. & 10. v. 11. Facta à viginti quatuor senioribus: cùm

Humiles deferunt Deo gloriam. — Apoc. 4. v. 9

Iis

hi cernerent *dedisse animalia gloriam sedenti super thronum viuenti in sæcula sæculorum procidebant viginti quatuor seniores ante sedem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes: Dignus es Domine*, &c. Ecce quomodo Deus ab humilibus consequitur gloriam. Procidere enim, & adorare, & mittere coronas, humilitatem insinuant: agnouerunt enim potentiam Dei, ex cuius cognitione humilitas emanauit: Et cùm ab humilibus Deus gloriam consequatur, inde est quod viginti quatuor seniores demittendo se gloriam dederunt viuenti in sæcula sæculorum. Rursus exaltatio maximè potentiæ, quæ soli Deo competit, ab humilibus est, quoniã ab humilibus dumtaxat casus tentatur in hoc mũdo dùm illam honorant, virtutem, & gloriam in illam conferentes; & benè: nam quemadmodum in eo humilitas est similis collo, quia Deum sustentat æque ac collum caput: ita & in eo pariter eidem similis est, quòd ita sustentat Deum, vt simul & ipsa sustententur à Deo, quia idcirco sustentat Deum quod sustentatur à Deo, hoc est, Dei potentiam ab humilibus honorati.

Adorare humilitatem insinuat.

Humilitas similis est collo.

VERS. XXII.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.

Sensus.

97. *Altiora*, &c. q. d. Ea omnia altiora, & fortiora, quę vires tuæ intelligentiæ superant[altiora & fortiora voco, maiora, & difficiliora, quam vt quis ea assequi intelligendo possit, quæque superant intelligentiæ vires] ne inquiras, ea indagando, quæ ad te non pertinent: & quę sunt humana intelligẽtia eminentiora, ne vanè scrutatus fueris: illa tantum excute, & cogita, & meditare semper, quæ tibi à Domino præcepta sunt, quæque Dei voluntatem ostendunt: & tandem noli curiositatis affectu tua opera perficere, &c.

Testimonia SS. Patrum circa hanc Sententiam.

D. August. D. Augustinus tom. 6. lib. vnico ad Orosium contra Priscilianistas, & Origenistas, cap. 11. inquit: *Sed alia est, vt dixi, ista quæstio, alia de sideribus, & sole, vel luna, astrum, vel rationibus habeant spiritus in his conspicuis corporibus lucidisque, quæ corpora esse, qui dubitat, quid sit, omnino corpus ignorat. Neque istã multum ad nos pertinent, vt ea summo studio indagare curemus, quæ remota sunt à sensibus nostris, & ab intellectu infirmitatis humanæ, neque in ipsis scripturis ita posita, vt nobis eorum sit mandata cognitio, imò verò neque præcipiti suspicione in fabulas sacrilegas irruamus, clamat Scriptura diuina. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ tibi præcepit Dominus, illa cogita semper, vt magis in istis temeraria præsumptio, quam cauta ignoratio culpanda videatur.* Vide etiam eundem D. August. tom. 4. lib. vnico de cura pro mortuis gerenda, cap. 15. vbi arguit eos, qui vanè altiora scrutantur. D. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, ait: *Dei arcana perspici non posse, & ideò fidem nostram simplicem esse debere, vt dicitur Ecclesiastici 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.*

D. Cypr.

Notæ.

98. VBi vulgatus noster legit in primo hemistichio: *Altiora te ne quæsieris*. Drus. legit: *Difficiliora quam pro te ne quære*, id est, ea quę vires intelligentiæ tuæ superant. In hanc sententiam prouerbiũ apud Hebræos est: אלתדרש במופלא ממך

Prouerbium apud Hebræos.

Editio Complutensium auctior est, duabus vocibus: nam in primo membro legit ἀνεξιχνίαστος inscienter aut inconsiderate vel sine sensu, in altero habet ἀφρόνως id est, per imprudentiam, vel *stultitiam*, vel insipienter. Sic etiam Vatab. quas voces non habent Ald. Basil. LXX. nec Drusius, & absunt à vulgato, & omittendæ sunt, quia ipsa sententia eas omnino respuere videtur.

Non prohibetur operum indagatio.

Rursus non prohibet hic Sirach operum indagationem, cùm dicat Dauid Psal. 76. v. 13. *Meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.* q. d. Veterum tuarum rerum pro nobis gestarum meditatione atque decantatione, & spe firma fore, vt similia pro salute nostra geras, mœrentem animum consolabor; & ad intentiones tuas, & opera non casu, ac temerè, sed summo cum studio atque consilio facta, mecum ipse loquens submurmurabo. Hoc enim est *exercebor*. Vel ipsa mente dulciter scrutabor. Hæc itaq; scrutatio operum Dei non interdicitur à Siracide, sed curiositatem prohibet, quâ vel ea, quæ nostrum captum excedunt, scrutamur, vt mysteria Trinitatis, prædestinationis, iudiciorum Dei, & similia quæ tantum ad certum terminum nobis cognoscenda hic conceditur: vel quę cognita vsum non adferunt, & ad professionem scrutantis nihil pertinent, sed mera curiositate, & vanitate quæruntur. Eiusmodi sunt multa in rebus naturalibus, &c. Iraque ea, quę nostrę intelligentiæ vires superant, prohibet inquirere, & scrutari: quia auctor de nimio, immoderatoque studio rerum inquirendarum loqui videtur, quo in genere curiositas, & temeritas hominum læpè peccat. Reddamus igitur huius sententæ illustrationem.

Psal. 76 v. 13.

Curiositas prohibetur.

Illustratio prima.

99. *Altiora tè ne quæsieris*, &c. Rabanus explicat: Ordinem seruat doctrinæ præceptor, humilitatis scil. Vt sicut prius docuit in moribus tenere mansuetudinem, atque operibus humilitatem: sic & nunc doceat seruare cordis puritatem, ne fortè ea quę humana ratio comprehendere non valet incauta disputatione præsumat. Quare D. Paulus Rom. 11. v. 20. Hoc consilium confirmat, cùm inquit: *Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time.* Et cap. 12. v. 3 fere idem repetit

Rabanus.

Rom. 11. v. 20.

tit aiens: *Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos: non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.* q. d. Dixi vt proberis, quæ sit voluntas Dei. Hæc est enim voluntas Dei, vt non plus sapiatis, quam oportet: sed sapiatis ad sobrietatem, &c. Illud *dico* idem est, quod præcipio per munus Apostolicum, quod vocat gratiam illis gratis datam. Sciamus (inquit Rabanus) imbecillitatem nostram: quod quantum cælum distat à terra, tantum nostra opinatio à natura illius separetur; & idcirco debere verba nostra esse moderata. Sicut enim qui in multis cogitationibus ea somniat frequenter de quibus cogitauit: sic qui plura voluerit de diuinitate disserere, incidit in stultitiã.

Voluntas Dei est non plus sapere quam oportet.

Rabanus.

Irenęus. S. Irenæus lib. 5. cap. 20. arguens Hereticos, inquit. *Ipsi enim confitentur semetipsos agnitionem habere boni, & mali, & super Deum, qui fecit eos, iaculantur sensus suos impios. Supra igitur sentiunt quam est mensura sensationis, quapropter & Apostolus ait, non plus sapere,* &c. Ad intentum aptius explicat hunc locũ Pauli D. Anselmus in Comment. super hanc epistolam ad Rom. *Voluntatem* (inquit) *Dei, quæ in præceptis eius est, probetis, vt secundùm eam rectè viuatis. Nam dico vobis, id est, præcipio, ne inscrutabilia eius arcana discutere præsumatis, per gratiam, id est, per Apostolatum gratis mihi datum, non plus sapere, id est, non plus inuestigare de mysteriis, quàm oportet sapere. Datur intelligi, fuisse quosdam inter eos, qui se intromittebant de illis quæstionibus, quas superius denotauit, & conabantur rimari illa secreta Dei. Quos nunc Apostolica auctoritate corrigit, dicens eis: non plus sapere, id est, non plus inquirere de occultis Dei quam oportet, quam ad fidem & religiosos mores pertinet; sed sapere ad sobrietatem, vt mens eorũ non inebrietur, vt sensum perdat nimietate sapientiæ, dùm in his quæ supra vires humanæ rationis sunt, immerserit: sed moderatio intelligentiæ poculo sobria sit. Obedientia valde est, huic præcepto si enim pro viribus suis alatur infans fiet vt crescendo plus capiat: si autem vires capacitatis suæ excedat, deficiet antequam crescat, & ideò non est supramodum exquirenda sapientia, sed in huiusmodi inquisitionibus seruanda est temperantia.* Hoc ipsum monet Iesus Sirach. Cùm præcipit altiora non quærere & fortiora non scrutari vana curiositate. Vide Lactantium lib. 3. cap. 6. de falsa sapientia.

D. Anselm.

Dicere pro præcipere.

De occultis Dei non inquirendum.

Philo Iud. Probat etiam hanc doctrinam sã Ecclesiastes 7. Vbi ait Salomon. *Quid necesse est hominem maiora se quærere, cùm ignoret quid conducat sibiin vita sua,* &c. Sic docet Sapiens non esse constituendam felicitatem, in quærendis se maioribus. Sed quæ dicuntur homini maiora, difficultas est. Aliqui existimant comprimi curiositatem humanæ mentis, & pruriginem quandam sciendi vel futura, vel quę ad nos non pertinent. Sed certè maiora hominũ dicuntur ea omnia, quæ nostro captu superiora sunt, & quæ omnino ad nostram salutem, felicitatemue nihil faciunt. *Cuiusmodi sunt, vana Astrologorum nugæ de hominum genituris, & diuinandi super situ* atq; certa *futurorum scientia*: vt ait Olympiodorus, qui hanc interpretationem probat ex nostra Ecclesiastici sententia. q. d. Quæ vtilitas est in scrutandis rebus, quæ maiora sunt & superiora captu nostro, & quæ nihil ad salutem animæ prodesse possunt: vt sunt ea, quæ in cælis occultantur. Quare Philo Iudęus lib. de Somn. cum allegorice tractasset scalæ visionem, & egressum de aëris natura, subdit de cælo: *Cælum verò* (inquit) *naturam habet incomprehensibilem, nec vlla eius notitia certa demanat ad nos. Quid enim possumus de hoc pronuntiare? esse concretam glaciem, vt quibusdam placet an ignem purissimum, an quintum quoddam corpus in orbem mobile, nulli affine ex elementis quatuor? quid illa extrema sphęra fixorum siderum, habet ne soliditatem, an superficiem tantum sine altitudine figuris in plano pictis similis? Quid stellæ ipsæ, sunt ne terræ moles ignitæ,* &c. *Quid luna natiuo ne, an mutuaticio lucet lumine?* &c. Concludit: *Nam hæc huiusmodi omnia in præcipuo mundi corpore quarto, id est, cælo, incerta incomprehensibiliaque coniecturis verisimilibus vtuntur, vt iurare fas sit, neminem mortalium posse vnquam quicquam horum certè percipere.* &c. Vnde constat vanum esse scrutari, quæ sunt altiora, & superant vires intelligentiæ nostrę, præcipuè cùm ad vtilitatem nostram nullo modo pertineant, sed solum illa mera curiositate rimamur. Ideò subdit:

Calum quia natura habeat.

Vanum esse scrutari altiora.

Dionysius. *Et fortiora te ne scrutatus fueris.* id est, vt explicat Dionysius, ad quę non se extendit vis intelligentię tuæ, ne scrutatus fueris scrutatione curiosa, superba, immoderata, & vltra quam in Scripturis docetur, ac reuelatur. Curiosa enim scrutatio rerum hic præcipuè taxatur & prohibetur.

Dionysius.

Quæ scrutatio rerum non prohibetur.

At alia scrutatio moderata ac diligens auxilio diuinæ illustrationis innitens, non interdicitur; cùm constat ex sacra pagina, hanc non modo non taxari; sed potius concessam esse. Sic Psal. 118. v. 69. *Ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.* Et vers. 115. *Scrutabor mandata Dei mei.* Et 129. *Mirabilia testimonia tua, ideò scrutata est ea anima mea.* Quæ omnia in sequenti hemistichio explicabimus Vide Actor. 17. v. 11. Vbi dicetur de Paulo & Barnaba. Qui cùm venissent in Synagogã Iudæorum introierunt *Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent.* Hanc nobilitatem explicat Chrysostomus de humanitate, quam aduersus Paulum declararunt, atque de virtutibus & fide erga Deum. Sed verè nobiles erant, qui sua auctoritate Apostolum defendebant. Hi enim scrutinium illud Scripturarũ non fecerunt vt crederent, iam enim crediderant, sed vt in fide proficerent, non vt de Pauli doctrina iudicando, veritatem à seipsis agnitam reciperent, sed vt veritatem fidei à Paulo acceptam magis confirmarent, non vt cum sua promptitudine proprium iudicium coniungerent ad credendum sed vt cum ipsa promptitudine ac fide, propriam sedulitatem, industriam, disquisitionem, coniungerent ad fidem perficiendam, & cordibus suis magis ac magis obfignandam. Sic Carrusianus fide iam recepta piè ac dochè non sunt scripturæ scrutandæ ad videndum, an hæc ita se habeant, sed ad inuenidum clarius, ad prædicandum, probandumq; fortius quod vtiq; ita se habeant. Hinc est quod Christus Dominus reprehenderet Iudęos, dicens Joannis 5. v. 39. *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis, in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.* Euthymius, *Nolite simpliciter legere, sed enucleatè, & exactè.* Sic etiam Chrysostomus, quæ est tacita quędam reprehensio, non intelligentium libros, quorum lectione maximè gloriantur. Vt alijs in locis idem reprehendit, vt in Matt. 19. v. 4. & 21. v. 6. & 22. v. 31. 32. Iraque eum hoc scrutinium omnium Scripturarum, Sacras scilicet & prophanę, non sit in propriam vtilitatem, & gloriam Dei, reprehenditur; cùm autem, quia ea scrutarur in bonum, vt sibi proficiant, & dijs laudatur. Ideò apponit Sirach sequens hemistichium.

Quare Christus Dominus Iudæos reprehendit.

Ioan. 5. v. 39.

Euthim.

D. Chrys.

Illu-

Illustratio secunda.

102. *Rabanus.* SEd quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Rabanus sufficit enim homini, vt ea pia cogitatione tractet & opere impleat, quę à conditore suo sibi constituta, atque præcepta sunt seruanda. Quæ autem occulta & incomprehensibilia sunt iudiciorum Dei scutari non attentet: dicatque. *Lyra.* *Iudicia Dei abyssus multa.* Psal. 35. v. 7. Lyra, quæ *Exemplum.* sunt ad salutem necessaria. Vnde legitur (inquit) in vita Patrum quod quidam sanctus presbyter, nomine Copres interrogatus de Melchisedech quis fuisset? Cùm de hoc cœpisset cogitare, percussit os suum, dicens: Væ tibi, quia quæ tibi mãdauit Deus vt faceres, dereliquisti, & quę à te non requirit, illa scrutari præsumis. *Dionysius.* Dionysius illa cogita, vt impleas ea, & exclamat: O verè salu- *Curiositas reprehenditur.* berrimum documentum, & multarum inutilium, ac inquietarum occupationem exclusiuum, quo *D. Bernard.* multorum curiositas, inordinatio, insipientia in- *Palacius. Hugo. Iansenius.* crepantur, qui relictis necessarijs ad salutem, in his assiduè occupantur, quæ ab eis Dominus non requirit. Quibus pensandum est illud D. Bernardi: *Ingratum est Spiritui Sancto, quidquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris.* Palacius: quæ in functione & munere tuo sunt tibi præcepta, hæc cogita, semper. Nam si cogitaueris, non aperies ianuam curiositati. Sic etiam Hugo, & Jansenius.

Vnusquisque debet cogitare quæ sibi mandantur. Itaque si in communi hoc intelligatur, omnibus præcipitur ea, quæ sibi mandantur cogitare. Doctor cogitet, ea quæ ad suam facultatem pertinent, Concionator illa, quæ ad suum munus exequendum spectant: Medicus quæ ad infirmorum curationem conueniunt, & sic de reliquis: nam cùm hæc non sint altiora, & fortiora se & quæ suum captum excedant, nullum in eis inuenietur periculum vane scrutandi ea, quæ ad se non pertinent, & incidendi in vanæ curiositatis vitium, quod statim taxat. Sed fortè hîc auctor *Quicquid ardenter diligit inclinatione voluntatis in illud propendet.* omnes excitat ad exequenda ea quę in diuinis pręceptis ordinantur, & ad implenda diuinæ legis præscripta, & mandata, vt ea adimplentes, salutem consequantur æternam. Qui enim aliquid ardenter diligit, inclinatione voluntatis in illud propendet, & cum in memoriam reuocatur, excitatur voluntas, & stimulatur ad cogitandum quod scit magnam sibi allaturum vtilitatem, & oblectationem. Sic qui Deum ardentissimo amore prosequitur, & suam exequi conatur voluntatem in obseruatione mandatorum suorum; *illa semper cogitat*, & frequenter meditatur, & ruminat, quia sperat non solum ingentem vtilitatem sibi allaturam, sed super abundantem delectationem, quâ oblectatur, & dulcem transigat vitam, quæ animum suum disponat ad obtinendam oblectationem æternam.

103. *Deut. 6. v. 6.* Ideò pręcepit Deus. Deut. 6. v. 6. 7. 8. 9. *Eruntq; verba hæc* (loquitur de diuinis pręceptis) *quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis in eis, sedens in domo tua, & ambulans in itinere,* *Magni ponderis est præceptum de diligendo Deo.* *dormiens, atque consurgens,* &c. Tanti ponderis est præceptum de diligendo Deo ex toto corde & anima, vnde pendent cætera præcepta omnia cuiuscunque sint generis, vt velit Moyses non solum altè figi in memoria, sed ab omnibus accipi, vt sedulò cogitent, & secum iugiter ratiocinentur de ipsis in omni negotio, otio, opere, occupatione, quiete, ac in ipsomet somno si fieri possit. Quibus formulis dicendi explicatur summa quædam cura, sollicitudo, diligentia in lege diuina rectè intelligenda, & consideranda, vt promptè perfectèque pro qualibet occasione in vsum reuocari queat, executionique mandari *Pende meditaberis in eis.* *Lex diuina intelligenda & consideranda est.* Quare hanc meditationem postulat Moyses in lege Domini? Nunquid hæc sola meditatio sufficit ad hoc vt ipsa lex perfectè obseruetur? Respondet Abulensis, vt multum in illis ad- *Abulensis.* uertas, quia ab eis omne bonum dependet. Adhuc rogo quare aduertendum est in illis, & cur omne bonum ab eis dependet? Respondeo aduertentiam, vel meditationem alicuius rei indicare amorem, qui in corde residet, & ipsâ meditatione amorem circa illam augeri. Sicut de ira, quam contra peccatorem Vates Regius Dauid conceperat, dixit Psal. 38. v. 4. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* q. d. *Meditatio alicuius rei indicat amorem qui in corde residet.* Cùm indignationem ex peccatoris contra me stantis conspectu excitatum silentio premerem, & dolor mihi eximis sedibus commoueretur, cõcaluit cor meum intra me, iústo dolore mihi cor accensum est, sanguine, qui circa cor est, inca- *Psal. 38. v. 4.* lescente, *& in meditatione,* &c. q. d. Cùm ipse mecum cogitarem, aut tacitus mecum ipse loquerer, atque commemorarem huius peccatoris iniuriam indignationis ardor mihi in animo accensus est. Sæpè enim fit, vt cum iniuria afficimur, fortes simus, iniuriæ postea commemoratione ad iram exardescamus. Sic de amore dicendum est, nam cum ignis amoris incenditur in corde ad diligendum Deum, eiusque voluntatem exequendam in obseruatione mandatorum ipsorum meditatione exardescit ignis, & augescit, dùm illa voluuntur in mente. Quia cùm amor ignis sit, qui in corde accenditur, continua meditatione Dei, qui causa est huius amoris, adaugescit ignis, cuius affectus est exactior sollicitudo & diligentia in exequendis mandatis suis &c. Hinc est quod toties Dauid hoc ipsum repetat in Psal. 118. v. 16. *In iustificationibus tuis meditabor* & vers. 70. *Legem tuam meditatus sum*, & vers. 48. *Et meditabor in mã-* *Meditatio mandatorũ Dei exardescit ignis amoris.* *datis tuis,* & 117. *Et meditabor in iustificationibus tuis,* & tandem vers. 148. *Vt meditarer eloquia tua.* ait igitur Sirach, *Sed quæ præcepit tibi Deus illa cogita sẽper* *Psal. 118. v. 16.* Igitur legit. *Quæ tibi mandata sunt à Deo, Sanctè meditare Tò semper.* Vt est in vulgato indicat frequen- *Tò semper quid significet.* tationem cogitationis eorum, quę pręcepit, quam frequentationem confirmat testimonium Deuteronomij, vbi pręcipit Deus illam cogitationem, vel meditationem diurnam, & nocturnam, & in omni loco & actione, &c.

Illustratio tertia.

COncludit Ecclesiast. *Et in pluribus operibus eius, ne fueris curiosus.* Quod hemistichium iam di- 104.
ximus in Originali Græco desiderari. Sed additũ *Scrutatio non debet esse vana sed vtilis.* esse à vulgato, vt explicat qualis debeat esse scrutatio, & meditatio, id est, vt non sit vana, curiosa, & inutilis sed sancta, pia, humilis, & vtilis. Lyra, *Lyra.* non fueris curiosus, nam in talibus est magis va- *Dionysius.* nitas, quam vtilitas. Dionysius immoderando inquisitionibus ad rem non pertinentibus, seu inuestigando, quæ nihil conferunt ad salutem, neque expediunt, sed magis deseruiunt vanitati. Hu- *Hugo.* go affert definitionem curiositatis. Illa (inquit) est

Palacius. est superflua inuestigatio ad se non pertinentium. Palacius, apertè non tollit humilem inquisitionem, sed curiosam.

Ergo taxat Ecclesiasticus inquisitionem *Taxatur inquisitio curiosa, in operibus omnibus operibus Dei.* curiosam in omnibus operibus Dei, qui enim huic vitio curiositatis subijcitur, non potest non errare in inquisitione earum rerum, quæ vult Deus occultari. Ideò Numero 4. versu 20. Cùm Deus facultatem præbuisset *Num. 4. v. 20.* Aaron & filijs eius ad tangenda Sancta Sanctorum, illam negat alijs, quare ait: *Alij nulla curiositate videant, quæ sunt in Sanctuario, priusquam inuoluantur alioquin morientur.* Quasi diceret nullis alijs præter Leuitas fas erat curiosè videre, quæ in Sanctuario occulebantur. Et licet quomodocunque viderent, *Nullus alijs nisi Leuitæ fas erat videre, quæ in Sanctuario occultabãtur.* vt placet Abulensi, voluntatem Dei transgrediebantur, sed potiore iure puniebantur, qui ducti vana curiositate accedebant ad videndum, quæ in Sanctuario custodiebantur. Vocatur enim (inquit Abulensis) curiositas, cura, vel desiderium sciendi, & hoc *Abulensis.* modo, vocantur curiosi illi, qui nimis interrogant, quia de multis curant, & hoc modo Terentius in Eunucho, introducit Che- *Terentius.* ream, quærentem aliquem curiosum, id est, aliquem, qui inquireret ab eo de successu fortunæ suæ.

105. *D. Aug.* Hinc est, quod Diuus Augustinus, tom. 1. lib. 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 21. dicat, *Est item aliud, quod de corporibus, per imagines quasdam concipit anima, & eam vocat rerum scientiam. Quamobrem rectè etiam curiosi esse prohibemur, quod magnum temperantiæ munus est,* *Curiosi esse prohibemur.* *Hinc illud est: Cauete ne quis vos seducat per philosophiam. Et quia ipsum nomen Philosophiæ, si consideretur rem magnam totoque animo appetendam significat (siquidem Philosophia est amor studiumque sapientiæ) cautissimè Apostolus ne ab amore sapientiæ deterrere videretur, subiecit: & elementa* *Philosophia quid.* *huius mundi. Sunt enim qui desertis virtutibus, & nescientes quid sit Deus, & quanta maiestas semper eodem modo manentis naturæ magnum aliquid se agere putant, si vniuersam istam corporis molem, quam mundum nuncupamus, curiosissimè intentissimeq; perquirant. Reprimat igitur se anima ab huiusmodi vanæ cogitationis cupiditate, si se castam Deo seruare disposuit.* Lege vlterius, & vide, *Reprimenda anima à cupiditate vanæ cogitationis.* tomo 5. libro 15. de Ciuitate cap. 1. & tomo 9. tractatu 97. in cap. 16. Joan. probat curiositatem inuenisse hæresim explicans id 2. Timoth. 2. vers. 16. *Profana autem, & vaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit: ex quibus est Himenæus, & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iam factam, subuerterunt quorundam fidem.* Vbi Apostolus carpit nouas Hereticorum voces, quibus no- *Vana curiositas generat hæreses.* uos errores inducunt, hæ enim sunt profanæ, & falsæ, imò sacrilegę. Eas comparat canceri, non animali, sed morbo, cui nisi occurratur, ita semper proserpit, & vt Gręca habent, pastionem habebit, siue depasceretur, Scilicet, vicina membra, vt to- *Heresis cancer est.* tum hominem sensim inficiat, & perimat. Talis est hæresis, quæ semper serpit, tum ab vno errore in alium, & ex malo in deterius, semper proserpit, & prolabitur. *Malum* enim [inquit Dionys. capite 4. de Diuin. *Dionysius.* nomin.] *Cum sit defectio à bono, suæ infirmitate, & pondere semper ad aliud, & aliud malum* *D. Hieron.* *progreditur.* Sicut Arius, de quo Diuus Hieronymus. *Vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma propalata est.* Itaque vitandum omnino curiosita- *Vitanda curiositas quia malorũ cancer est.* tis vitium, quia origo est hæresum, & cancer est malorum. Ideò Paulus, 1. Timoth. 4. versu 7. Monet: *Ineptas* (Græce, *Profanas*) *1. Tim. 4. v. 7.* *autem, & aniles fabulas devita.* Respicit Apostolus ad fabulas Hæreticorum præsertim Simonianorum, qui contexebant longissimas fabulas de rerum creatione, de pugnis Angelorum, de coniugijs Deorum, de Deo bono & malo, &c. Quas deuitare debet Christianus, & non subijcere se curiositatatis vitio. Hinc est quod Euclides olim rogatus à *Euclides.* quodam, quales essent Dij, quaq; re potissimum gauderent: *Cætera quidem ignoro* (inquit) *at curiosos illis odia esse.* Cùm quidam exquire- *Curiosi odio sunt Deo.* ret, an mundus esset animatus, & rursus, *Demonax.* an globosus? *Vos* (inquit Demonax) *de mundo solliciti estis, & vestram ipsorum immunditiam non curatis.*

Quare *primus superbiæ gradus est, curiositas,* vt Diuus Bernardus docuit, tractatu de *Curiositas primus gradus superbiæ.* gradu humilitatis. Inde est, quod cùm Sponsus, Canticorum 1. vers. 7. Aduertit spon- *D. Bernard. Cant. 1. v. 7.* sam suam curiositatis vitio subiacere; dixit ei: *Si ignoras te, O pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, &c.* Vbi Diuus Bernardus, loco citato: *Quia enim seipsam ignorat, foras mittitur, vt hædos pascat: hædos quippe, qui peccatum significant, rectè oculos auresque appellauerim, quoniam sicut mors per peccatum in orbem, sic per has fenestras intrat ad mentem. In his ergo pascendis se occupat curiosus dùm scire non curat, qualem se reliquerit intus. Audi curiose Salomonem, audi stulte sapientem: Omni custodia, inquit, custodi cor tuum, vt omnes videlicet sensus tui vigilent ad id, vnde vita procedit, custodiendum. Quò enim à te ò curiose* *Cor omni custodia custodiendum.* *recedis? Cur te interim committis? Vt quid audes oculos leuare ad cælum, qui peccasti in cælum? Terram intuere, vt agnoscas te ipsum. Ipsa te tibi repræsentabit, quia terra es, & in terram ibis.* Quare hoc vitium curiositatis, nascitur ex immortificata vel potius effrænata carnis, & sæculi concupiscentia, & vt hoc vitium fugiamus debemus hos animi motus auersos à ratione, & ipsi rationi non obtemperantes *Vnde nascatur vitium curiositatis.* coercere, & comprimere, ideò dixit idem Diuus Bernardus de vita solitaria ad fratres de *D. Bern.* monte Dei. *Hinc in animis infirmioribus, & in quibus concupiscentiæ carnis, & sæculi necdum perfectè mortificatæ sunt, vitia passim curiositatis ebulliunt.*

Rursus hoc curiositatis vitium fugiendum docet D. Basilius, sermone 2. de renunt. 106.
vitæ, & perfect. spiritus. *Ne (inquit) sis curio-* *Quomodo fugiendum vitium curiositatis* *sus neque omnia videre velis, vt ne saniem vitiorum menti tuæ attrahas: Vtiliter vide, vtiliter audi, vtiliter loquere, vtiliter responde.* Ratio-

nem huius doctrinæ affert Plutarchus, libro de curiositate: *Sicut venatores (inquit) canibus diuertere, & quemuis sectari odorem non permittunt, sed loris eos retrahunt & reuocant, quo purum, & integrum reseruent peculiari eorum officio olfactum, vt vestigijs inhæreant acrius, & magis indagent vestigia nare ferarum. Sic oportet ad omne spectaculum, & ad omnem auditionem curiosi digressiones, & circumuagationes præcidere, retrahereque, atque ad conducibilia reseruare. Nam vt aquilæ & leones, quando ingrediuntur, contra hunc intro vngues, ne aciem, & mucronem eorum atterant: ita curiositatem, quam studij ad cognoscendum acumen, & mucronem esse putamus ne absumamus, neque perstringamus in rebus teterrimis, &c.* Vide totum libellum de curiositate. Huius versus explicationem concludit Dionysius Cartusian. Sed hoc iam in multis cernimus adimpleri quod scribit Richardus: *O quanti veritatem quærunt, non in veritate, sed in vanitate: & quæsitam inueniunt non ad veritatem: sed ad vanitatem: & quod miserrimum est, in verbis vitæ lucra mortis negotiantur.* Hinc Beatus affirmat Gregorius. *Graue curiositatis est vitium, quod dum mentem circa aliena & extranea occupat, eam sibi ipsi semper abscondit.* Ideò Ecclesiasticus, vt ab hoc curiositatis vitio homines abstrahat, adiecit, *Et in plurimis operibus ne fueris curiosus.*

Plutarchus.

Similitudo leonum & Aquilarum.

Dionysius. Richardus.

D.Greg.

VERS. XXIII.

Non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.

VERS. XXIV.

In superuacuis rebus, noli scrutari multipliciter & in pluribus operibus eius non eris curiosus.

Sensus.

Non est tibi necessarium, &c. Quasi diceret. Cùm monuissem te cogitare assiduè opera, quę tibi incumbunt facienda, Dei verò pleraque opera, nullo modo curiosè inquirere nunc rationem offero libenter, quia tibi opus non est, ea quæ occulta & abscondita sunt, & quæ vires tuæ intelligentiæ superant, quæque placuit Deo hominibus celari, & recondi, oculis tuis spectare. Quare in rebus superuacuis, id est, superfluis, quæque ad vitæ institutionem, & necessariam vel vtilem cognitionem non pertinent, noli multipliciter scrutari, &c.

Notæ.

Primum versum breuiorem reddit Originale Græcum, sed eundem cum vulgata sensum conseruant. *Pro in superuacuis rebus*, est in Græco, *in superuacuis sermonum tuorum.* LXX. *operum tuorum*. Tygurinus, *Plura negotij tuis ne cura*, λόγον σοῦ. Logos enim, propriè sermonem significat, vel sententiam, vel orationem. Aliquandò rationem exigere, & reposcere apud Demosthenem. Interdum pro oratione, id est, cura, & respectu, & occasione ponitur. Item pro re, apud Platonem. Pro opinione, fama, & existimatione hominum, apud Philonem. Ali-

107. quando etiam sunt studia litterarum, & disciplinę liberales apud Synesium, & Xenoph. propter quod vltimum significatum fortè, LXX. legunt, *operum tuorum.* Sed prius significatum proprius est verbi λογος. Licet pro re, & pro negotio, & pro opere sumatur. Drus. Illud omisit, legens, ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου. In superuacuis, licet dicat. Non damno hoc rebus quidem, sed tamen est, cur malim, ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν λόγων, quod extat in Complut. Notum enim vt verbum pro re vsurpetur, in hac sententia, vbi λογος significat rem, & verbum. *Sermonum tuorum*, vel *operum tuorum*, &c.

Illustratio prima.

108. Non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Dionysius *Abscondita*, id est, imperscrutabilia, & secreta, *videre*, id est, intelligere *oculis tuis*, interioribus; Iansenius, *Abscondita*, id est, quæ captum tuum excedunt, quæque Deus hominibus non voluit manifestare, *videre oculis tuis*. Quasi diceret, necessarijs rebus cognoscendis tantum vacandum est. Tandem Palacius. Imò contra necesse est captiuare intellectum nostrum in obsequium Fidei. Ergo secreta cælestia, velle euidenter, & iuxta humanam rationem, experientiam metiri, id iam est, quod Deus voluit latere, & quod noluit te in lucem producere. At verò quę ex verbis S.

Dionysius. Iansenius. Palacius.

S. Scripturæ colligere solet Theologica nostra, siue de Deo, siue de Angelis, planè noluit Deus esse ascondita, ac ideò licebit ea scrutari.

Dixerat auctor in pluribus operibus eius, ne fueris curiosus, nunc reddit rationem, aiens: Non est tibi necessarium; quæ sunt abscondita videre oculis tuis. Quasi diceret. Quid opus est tibi, quæ voluit Deus celari, cernere oculis tuis corporalibus. Sunt enim multa non solum spiritualia, & supernaturalia, sed & corporalia, & naturalia, quæ voluit Deus remanere abscondita, nolens ea reuelare, sicut sunt occulta sapientiæ suæ, quæ nemo hominum, dùm in via est, assecutus est. Quare Dauid magni æstimat sibi à Deo retecta esse, cùm ait Psal. 50. vers. 8. *Occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi*: Vocat occulta ea, quæ obsignata erant vsque ad præfinitum tempus, in quo Deus reuelare statuerat, vt mysteria Incarnationis, Resurrectionis, & alia quæ vocabantur occulta sapientiæ Dei, quia soli sibi manifesta erant, & hominibus occulta, & ascondita, quæ vanè scrutanda non erant. Quid enim opus erat, vt antequam Deus vellet manifestare, & reuelare, videret homo oculis suis. Non solum ergo spiritualia occultta non expedit homini ea vanè scrutari, & velle videre oculis suis. Sed nec corporalia. Vt cum dixit Dominus, Num. 4. vers. 20. *Alij nulla curiositate videant, quæ sunt in Sanctuario, alioquin morientur.* Ecce pœnam latam in eos, qui res, quæ in sanctuario continebantur, audebat videre oculis suis, pœnam scilicet mortis. Quare ergo tantum supplicium inferendum erat contra eos, qui curiosè oculis suis videre volebant, quæ occultabantur in Sanctuario? Nunquid curiosus intuitus oculorum puniebatur, propter irreuerentiam rerum sacrarum? Respondeo, verum esse curiositatis vitium, vt diximus, prohiberi à Domino, sed simul intuitum oculorum sine necessitate interdicebat sub pœna capitis: Non enim erat opus, vt alius præter ministros assignatos, quales erant Leuitæ, & Sacerdotes, videret oculis suis, quæ volebat, occulta, & absconsa, manere oculis eius. Ideò cùm Sirach, curiositatem in rebus fugere pręcepisset, reddit rationem. *Non est tibi necesse*, &c.

109. Confirma, hoc id quod dicitur. 1. Regum. 6. cap. 29. *Percussit autem de viris Bethsamitibus, eò quod vidissent arcam Domini*, &c. Si viri Bethsamitæ, gauisi sunt, cùm viderunt arcam Domini, & obtulerunt Sacrificia, vt ibi dicetur, cur Deus percussit eos, eo quod viderant Arcam Domini? Lyra assignat quatuor causas, scilicet, lætitia inepta, sacrificium indebitè oblatum, quia de fœmellis. Tertia curiositas, 4. Quia demiserunt arcam extra domum aliquam magno tempore sine luminibus. Sed Abulensis has causas reijcit, quęst. 25. in 1. Regum cap. 6. Quia sufficientes non erant, ad hoc, vt populus pœna capitis puniretur. Ipse assignat aliam, scilicet, quia oculis suis ausi sunt eam nudam videre, quod ne fas erat apud Israëlitas. Ducti enim curiositate videndi ea, quæ intus abscondebantur. Quare vt ostenderet potentiam suam percussit eos, &c. Nam grauitas pœnę quam subiertint de hac etiam grauitate culpæ nonnullam ingerit suspicionem; quæ augetur ex Hebræo textu vbi dicitur percussos esse, *quia viderunt in arca Domini, scilicet, vt addit Pagninius; quæ erant in ea*: Hoc est, tabulas legis, & reliqua; si qua includebantur, seu vt legit Vatab. *Quod introspexissent in arcam Domini*: quasi non modo externam faciem, sed etiam internas latebras rimarentur. Serarius, studio sciendi an aliquid ex ea Philistini eripuissent. Et cùm introspicere arcam, nefas erat Israëlitis; præter sacerdotem, ideó percussi sunt. Rupertus, explicat de illis, qui in sacris Scripturis diuinitatis mysteria maiore curiositate, quam humilitate scrutantur. Dionysius, de illis, qui Eucharistiæ Sacramentum irreuerenter intuentur, aut sumunt. Diuus Bonauentura, in 4. distinctio. 9. articulo 2. question. 2. ad quartum argmentum de illis, qui in eodem Sacramento Eucharistiæ, satis non habent, Christum Dominum latentem fidei lumine contemplari, sed vlterius cupiunt patentem carnis oculo intueri. Quomodocunque intelligatur, confirmat nostram sententiam, nam cùm reprehendisset auctor curiositatem in scrutandis rebus. Addit rationem, *Non est enim tibi necessarium ea, quæ ascondita sunt, videre oculis tuis.*

110. Quod optimè probatur, in Eucharistiæ Sacramento, quia ad cognoscendum mysterium absconditum, & credendum Christum contineri, sub speciebus panis, & vini, non est opus videre oculis carnis, cùm hoc sit mysterium fidei, quod solum patet oculis fidei, & non corporalibus: *Quod non capis, quod non vides animosa firmat fides.* Quare secundùm Apostolum 2. Corint. 10. vers. 5. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*, eiusque verbis tribuentes fidem, ita credamus esse Christum in Eucharistia, vt si oculis corporeis intueremur illum. Nefas enim est homini, velle hoc absconditum mysterium vanè scrutari, nam à gloria Maiestatis eius opprimetur. Sic dixit Salomon, Prouerbiorum 25. vers. 27. *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum; Sic qui scrutator est Maiestatis, opprimetur à gloria.* Tanta est enim maiestatis gloria, quæ in hoc Sacramento inuolucris specierum tegitur, & velis fidei obtenditur vt nemini fas sit eam oculis corporalibus intueri, & temere euoluere id, quod inuolutum est. Quis enim audebit hoc intentum velum extendere, vt oculis carneis possit quod inscrutabile est, & reconditum inquirere, & scrutari? Nemo, qui sit mentis compos. Ideò vocatur *mysterium fidei*, quia sola fides, licet cæca sit, habet facultatem intuendi, & scrutandi tam reconditum mysterium. Oculis autem corporeis non licet tantæ maiestatis scrutatores existere. Humanus enim intellectus, cum humanæ cognitioni nititur, pugnat argumentorum armis contra scientiam Dei, occurrit autem fides ex parte diuinæ scientię, & non solum reluctatur ei, & repugnat, sed ad manus veniens fortiter dimicat, & victoriam consequitur. Nam non solum

Redditur ratio cur non debet esse curiosus in pluribus operibus &c.

Psal. 50. v. 8.

Mysteria incarnationis, & Resurrectionis vocabatur occulta sapientiæ Dei.

Num. 4. v. 20.

Cùm nolebat Deus, vt ea quæ erant in sáctuario viderentur.

1. Reg. 6. v. 29.

Cur Bethsamitæ percussi sunt vium arcam Dei viderent.

Lyra.

Abulensis.

Responsio.

Introspicere arcam nefas Israëlitis.

Serarius.

Rupertus.

Dionysius. D.Bonau.

Sumere Eucharistiam irreuerenter nefas.

Non est opus videre oculis carnis, quæ abscondita sunt in Eucharistia.

2. Cor. 10. v. 5.

Prou. 25. v. 27.

Non scrutandum vanè Eucharistiæ Sacramentum.

Quare Eucharistia vocatur mysterium fidei.

lum versutias, & calliditates argumentantium eludit, sed & omnem machinam, & celsitudinem insurgentem, atque attollentem se aduersus cognitionem, & scientiam Dei euertit: & sicut victores mancipia in captiuitatem adducunt: Sic fides, quæ in hoc mysterio victrix euadit in captiuitatem redigens intellectum humanum, quasi captiuum mancipium ad Christi castra perrahit, vt in obsequium eius addicatur. Cùm autem manumissus à Fide in Christi seruitutem redigitur, non audet se maiestatis scrutatorem exhibere, nec quæ recondita sunt in Eucharistiæ Sacramento videre oculis suis. Quare optimè dixit Ecclesiasticus. *Non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt videre oculis tuis.*

Fides in captiuitatem redigit intellectum.

Illustratio secunda.

III. *Breuior hæc sententia in Originali.* IN *supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius, non eris curiosus.* Integram sententiam reddit breuiorem Græcum Originale: *In superuacuis sermonum tuorum* LXX. *Operum tuorum ne sis curiosus.* Sed Vulgatus illam proponit clariorem. Dionysius, id est, in vanis atque superfluis rebus, vt sunt multorum Sophismata, & figmenta (noli scrutari multipliciter. In cuius confirmationem affert exemplum. Vnde legitur (inquit) quidam in talibus glorians, post mortem suo apparuisse concio cum cappa, Sophismatibus vndique picta, & intus igne operta, atque dixisse: Hæc cappa magis me opprimit, quam si vnam super me turrim haberem, & data est mihi pro gloria quam in sophismatibus habui, &c. Palacius explicat, ea vocari videntur superuacua, quæ Deus in literis sacris voluit esse secreta. Nam quæ in eis ipse reuelauit vt minimè superuacua, ita maximè rimanda esse concessit, & ea perscrutari, non modò non prohibuit, imò proposito summo præmio præcepit. Ait enim sapientia: *Qui me elucidant, vitam æternam habebunt*, &c. Ecclesiastici 24. vers. 31.

Dionysius. *Qui gloriatus est in Sophismatibus post mortem punitus.* *Palacius.* *Ecclesi. 24. v. 31.*

Iaque superuacua, vt explicat Iansenius, sunt superflua, quæ ad vitæ institutionem, & necessariam vel vtilem cognitionem non pertinent, quæ scrutari multipliciter non conuenit. Quam sententiam proponit Ecclesiasticus in confirmationem superiorum, imò hæc repetitio est præcedentium. Superuacua & superflua sunt ea, quæ sunt altiora & fortiora homini, quæ præcipit Sirach nec quærere, nec scrutari. Sic Rabanus: *In superuacuis*, &c. *Superuacuas res scrutari est, eas res rationabiliter agnoscere velle, quas vario docet intelligari non deberi. Vnde Ecclesiastes. Quid necesse est homini maiora se quærere*, &c. *Sobrius intellectus in omnibus est optimus, qui reficit animam, nec grauat mentem. Vidisti mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud, & perimures nomen Dei tui*, &c. Et concludit. *Hæretici duobus modis fiunt, scilicet, vel de Creatore, vel de creatura, vltra modum disputantes, in errores incidunt, & à veritate recedunt.*

Iansenius. *Hæc sententia repetitio est præcedentium.* *Rabanus.* *Quomodo fiunt hæretici.*

112. Ergò superuacuè scrutatur, quæ ad se non pertinent, qui inquirit altiora, & fortiora se ductus curiositate. Ideò Dauid, Psalmo 130. versu 1. aiebat ad Dominum: *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.* Vt radices superbiæ præcidat & mala germina tollat, quę ex ea nascuntur, hæc verba profert, cor exaltatur, cùm quis sibi quæ virtutes, quæ decora insint considerat, & de illis extollitur. Tantis igitur Propheta donis ornatus, corporis firmitate, pulchritudine, deinde prudentia, rebus gestis, regia potestate, victorijs de se, ait: non esse exaltatum cor suum, neque oculos elatos, in quibus superbia de cordis penetralibus tanquam in speculo primum apparet. *Neque ambulaui in magnis*, &c. Neque magna quædam & excelsa consequi studui, & summam operam ac laborem in illis obtinendis impendi neque illa, quæ difficiliora erant, quam vt meis viribus ea possem pertingere, vel ad bene viuendum parum necessaria, vt quærerem laborauì. Quod vel de rebus intelligendum est, quę ad inquisitionem pertinent, vel quæ ad actionem. Vt ea quę altiora se, & fortiora superuacuè quis scrutatur, & inquirit. Sic Diuus Ambrosius tom. 4. lib. 1. de interpellat. cap. 9. *Non tibi* (inquit) *scire à homo alta Sapientiæ, Quid curiosè quæris inuestigare, quod tibi non expedit scire, nec cognoscere datur? Diuus Paulus audiuit aliqua secreta. Sapientiæ, quæ prohibitum est alijs intimare, & ideò raptus est in paradisum, raptus vsque ad tertium cælum, vt audiret ea, quæ in terris audire non poterat. Si quæ audiuit homo, non licuit ei loqui. quemadmodum quod non audiuit inquirit?* Et statim cùm citasset locum Iob. 28. vers. 14. De Sapientia, *Abyssus dicit*, &c. inquit: *Si interrogatur mare, vbi est Sapientia? Dicet mecum non est, quia calcauit me, nec fluctus mei eam turbare potuerunt. Et tu ergo in hoc sæculi istius freto, nali perfectam illam Dei sapientiam in hoc mundo quærere, quia mundus eam non cognouit. Sed si vis eam inuenire, talea fluctus huius mundi, sicut talcauit Petrus, & ambula super aquas huius sæculi; & porriget tibi dexteram Sapientia, sicut porrexit & Petro: quia nemo fuit, quem non, sæculi huius vnda turbauerit*, &c. Concludit dicens: *O homo quid vis profunda scire Sapientiæ quæ supra te sunt? Timere Deum Sapientia est, abstinere à malo disciplina est*; Ergo ne in rebus superuacuis curiosus sit homo, timore Domini debet se defendere, quia ipse docebit eum altiora se non quærere, nec fortiora se curiosè indagare, sed hus militatem eum docebit, vt cor eius non exaltetur, hec oculi eius efferantur.

Superuacue scrutari quid. *Psal. 130. v. 1.* *Dauid gloriatur non esse exaltatum cor suum &c fuerit diuinis ornatus.* *Mundus non cognouit diuinam sapientiam.* *Non debet homo curiosus esse in superuacuis rebus.*

113. Et *in pluribus operibus eius non eris curiosus.* De hoc vitio curiositatis iam superius diximus, vbi idem hebraismus repetitur. Nihil videtur dulcius ea curiositate, qua quis in operibus, quæ fiunt supra se, quæ sunt, & quomodo fiant rimari, & scrutari conatur. Sed si quis hoc melle satiatus poenam timeat curiositatis, nam tandem illud euomet. Sic dixit Salomon, Prouerbiorum cap. 25. vers. 16. *Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus, euomas illud.* Quæ sententia parabolica est, & licet ad voluptates corporis possit applicari non incongruè de perceptione sapientiæ potest explicari. Mel enim,

Nihil videtur dulcius curiositate. *Prou. 25. v. 16.*

Mel vertitur in nauseam ei qui nimiũ comedit. enim, quod admodum dulce est, mediocriter sumendum est, vt sit salubre; quia si quis nimium ex eo comedat, in nauseam vertitur, venticulum soluit, & vomitum prouocat, quo perit mel comestum, & pœna incurretur. Sic dicendũ de sapientiæ perceptione, quę animæ non modicam affert voluptatem, sicut qui mel multum comedit, ita satiatur, vt sibi damnum asciscat. Sic qui ex Scripturarum dulcedine plus præsumit quam valet concoquere, volens sapere plus quam oportet, & nolens sapere ad sobrietatem, frequenter etiam quæ bene intellexerat amittit, excedens à recta fide, seseque varijs malis animi, & corporis involuens vt experientia multa docet. Rectè enim cecinit Martialis *Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.* Quare homo debet fugere à vitio curiositatis quâ excitatur ad scrutanda, & inquirenda, quæ allequi non potest, nam si mel sapientiæ inuenit, non multum comedat, quia cuomet illud. Concludit Palacius haud malè, iam verò neque tollit auctor curiositatem in sciendis humanis historijs, in perscrutandis naturæ mysterijs, in enucleandis medicorum secretis, modo illa nimia non sit. Ait enim: in superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, scrutari igitur poteris, modò ne nimis multum. Tum ait, in pluribus operibus eius, ergo in quibusdam operibus licebit esse curiosum. Certè in illis, vnde gloria Deo, aut commodum nobis processerit.

Martialis. *Fugiendum vitium curiositatis.* *Palacius.* *Nimia scrutatio prohibetur.*

——— Hæc ille.

VERS. XXV.

Plurima enim supra sensum hominum ostensa sunt tibi.

VERS. XXVI.

Multos quoque supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.

Sensus.

114. PLurima enim super sensu', &c. q. d. Non est tibi necessarium vanè scrutari, quæ non sunt tibi ostensa & reuelata, cùm multa sint tibi manifestata, quæ vires intelligentiæ humanæ longè superant, & si ductus vana curiositate coneris, occulta, & absconsa vanè scrutari, haud dubium decipieris. Sicut multi decepti sunt, & vani sunt effecti, quod suspicarentur, & opinarenrur se intelligere, quæ non intelligebant, nec intelligere poterant.

Notæ.

PLurima, &c. Hunc primum versum non variant Originalia Græca super sensum, idem est, ac, quam sensus hominum capiat, quo significat non omnia quę ostensa sunt curiosè inquirenda, quod pleraque captum nostrum excedant. Aut inter ea, quę nobis ostensa sunt, & quę vel scire, vel facere nos oportet, esse multa, quę vires nostræ intelligentiæ superant, vt satis sit in illis ingenium occupari, nec debeat etiam ad alia transcendere. Sic Jansenius & optimè.

Iansenius.

In 2. versu pro *supplantauit* in originali est, *seduxit*, aut *decepit*, à verbo Græco, πλάναω quod est, seduco, impono, eludo, illudo, fallo, in errorẽ induco, lædo, id est, seduco; ex quibus significationibus educitur significatio supplantandi, quia supplantare, quod est pede suppositio in terram deijcere, metaphoricè sumitur pro seducere, vel in errorem inducere, qui enim seducit alium, quasi pede suppositio, illum in terram deijcit. Sed vsus est Vulgatus, verbo supplantandi, vt melius declaret intentum. Quod est, ostendere, quam fallax sit vana aliquorum opinio circa ea quæ superant vires intelligentię suę, potens est enim propria suspicio, & opinio illum in terram, quasi suppositio pede, imo in contumeliosum barathrum deijcere. Rursus in vulgato, id est, *To vana*, quod est in Græco ὁσίῳ, licet desideretur in Rom. LXX. Aldo. Basilio, sed omitti debet, quia superflua est. Pro *suspicio*, est, ὑπονοήσις, quod est, animo concepta vel præsumpta opinio, vel suspicio, quæ læpè multos in errorem induxit. Tandem pro *sensus illorum*, est in Græco διαλογισμοὶ αὐτῶν quod alij legunt *mentes eorum*, & scriptum reperitur in Aldo, Basilio, & Romana. Διαλογισμὸς, est sententia, intelligentia, ingenium, mens, sensus, cogitatio, intellectus. Philo dixit, *eximio munere, quam mentem* (Διανοίαν) *appellamus homo donatus est.* Thucyd. *mentem habeo honestam*, intentam studijs. Quare non malè legunt Originalia *mentes*, & melius vulgatus *sensus*, quia significat mentem & intelligentiam.

Supplantare quid.

Illustratio prima.

PLurima *super sensum hominum ostensa sunt tibi*, &c. Lyra, illa scilicet, quæ sanctis Prophetis sunt reuelata ad salutem hominum, quibus est humiliter, & firmiter sentiendum. Dionysius, id est, Deus in scripturis multa te docuit, quæ intellectum tuum excedunt, propter quod proponuntur tibi credenda. His debes esse contentus nec quærere noua, vel incomprehensibilia comprehendere velle, seu proprio intellectu metiri vt fecerunt Hæretici, propterea in diuersos sunt lapsi errores. Hugo, Iansenius & Palacius ferè eodem modo.

115. *Lyra. Dionysius.*

Iaque vt dehortetur Ecclesiasticus à vana scrutã-

ſcrutatione eorum quæ abſcondita, & occulta remanent in diuina voluntate; ſuadet hominem ea reuereri quæ iam manifeſtata & reuelata ſunt à Deo, vel per Scripturas, vel per ſanctos Prophetas, & doctores, vel pręcipuè per Meſſiam, qui doctor iuſtitię promiſſus fuerat, q. d. Ea omnia, quæ reuelata, & oſtenſa ſunt tibi, quę abſque reuelatione, & manifeſtatione in mente diuina celata manerent, ſufficiant tibi ad credendum, noli curioſè, quæ occulta iacent in diuina voluntate velle ſcrutari, & rimari. Nam cùm placuerit Deo ipſe quæ celata ſunt, reuelabit. Sic dixit ad Dauid Pſal. 80. verſ. 11. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Per *os*, ſignificata eſt mens humana, vel cor, aut animus. vt autem reuelet Deus, & inſerat in mentem hominis arcana, & ſecreta ſapientiæ ſuę, ei præcipit os dilatare & extendere, vt ea capere poſſit, quæ ita excedunt vires humanæ intelligentiæ, vt niſi ipſe Deus animum eius reddat capacem, nullo modo comprehendere ea poterit. Quare dilata animum tuum, extende os cordis tui, vt illud Deus ſecretis ſapientiæ ſuæ poſſit implere. Sic Jſa. 45. v. 3. dixit Deus ad Cyrum: *Et dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum, vt ſcias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Jſrael.* Cùm Regum potentia, ſplendor, auctoritas, & maieſtas, maxima ex parte diuitijs opibuſque ſuſtineatur, nam pecuniæ obediunt omnia, volens Deus optimus maximus Regem glorioſiſſimum, & fortunatiſſimum facere, theſauros, & diuitias ingentes pollicetur. Et licet hęc ad litteram, at allegoricè, ipſe potentiſſimus Deus, cùm aliquem glorioſiſſimum & fortunatiſſimum facere deſtinat, theſauris ſapientię ſuæ & arcanis myſterijs replet, ei communicans arcana ſecreta, & reuelans, quæ ad ſalutem ſuam, & aliorum conducunt. Sic in veteri lege Prophetis multa reuelauit, & in lege euangelica, cùm expedit, ad ſuam gloriam & ſalutem animarum manifeſtat ea, quæ abſcondita, & celata manent, in theſauris abſconditis, & arcanis ſecretorum ſapientię & voluntatis ſuæ. Quare cùm multa reuelauerit, & manifeſtauerit, non eſt cur homo pręſumat alia inquirere, & ſcrutari quæ in penu ſapientiæ Dei recondita ſunt, & aſſeruata, ſed his reuelatis contentus, ea conſideret, & magnifaciat, ne ſi non reuelata perquirat, & curioſè ſcrutari præſumat, ſeducatur & in errorem lapſus præcipitatur, & puniatur. Sic explicat Palacius: Ita planè Teſtamentum vetus multa docuit, quæ vires naturæ docere non potuerunt. *Non enim voluntate humana, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.* Et quia Deus plura tunc non oſtendit, contenti oſtenſis Iudei eſſe debuerant. At quanto plura & maiora nobis Chriſtianis per Euangelium, & canonicas epiſtolas demonſtrata ſunt; Quæ inquit Paulus, *reuelauit Deus per ſpiritum ſuum*; Contenti igitur ſimus tantis Sacramentis, & in eis erudiendis verſemur diu atque noctu. Eſt enim inciuile auertere oculos ab his, quæ nobis Deus vult reuelare. Et certè ſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Hæc optimè Palacius. Inde ſequitur damnum, quod ſubijcit Sirach.

Dehortatur ſapiens à vana curioſitate. — Pſal. 80. v. 11 — *Per os ſignificata eſt mens humana.* — *Dilatare animum quid* — Iſa. 45. v. 3. — *Cum aliquē fortunatum hominem vult facere Deus replet theſauris ſapientiæ ſuæ.* — *Qui præſumpſerit nō reuelata inquirere decipietur.* — Palacius. — *Contenti eſſe debemus Sacramentis nouæ legis.*

Illuſtratio ſecunda.

116. MVltos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum LXX. legunt: *implantauit ſuſpicio ipſorum*, Quod verbum inuenitur in D. Auguſtino, & Diuo Cypriano, vt cùm legit id Pauli Gal. 6. verſ. 3. *ipſe ſeducit*, quod ipſe vertit, *ipſe ſe implanat*. Sed minimè latinum eſt, Tygurinus. *Multos enim decepit vana ſua opinio* Druſius, *ſeduxit*. Sed hæc verba non mutant ſenſum. Vulgatus autem vtitur verbo *ſupplantandi*, vt melius declaret effectum propriè alicuius ſuſpicionis, vel opinionis, nam ſeducit mentem, & quaſi ſupplantat, vt homo in errorem præcipitetur. Nicolaus de Lyra ſic exponit: *Quia* præſumentes de ſuo ingenio ſuſpicantur ad quæcunque ardua cognoſcenda ſe poſſe pertingere. Optimè Dionyſius, id eſt, propria ſuſpicione, ſeu præſumptione, quâ ſuſpicabantur ſe poſſe incomprehenſibilia penetrare, ſupplantauerunt, & perdiderunt ſeipſos. Melius Janſenius: Significatur ergo multos deceptos, & vanos effectos, quod ſuſpicarentur, & opinarentur, ſe intelligere, quæ non intelligebant, nec intelligere poterant: quemadmodum patuit in philoſophis pleriſque, & hæreticis, qui dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Tandem Palacius: Multi errores, Multæ hæreſes exordium ſumpſerunt ex hac nimia curioſitate.

D. Auguſt. — D. Cypria. — Gal. 6. v. 3. — *Propria opinio ſeducit mētem &c.* — Lyra. — Dionyſius. — Ianſenius. — Palacius.

Jtaque volens Sapiens hominem dehortari à vana curioſitate, qua inſolenter ſeipſum effert, nimium ſibi confidendo, ſe poſſe cognoſcere, & penetrare per ſcientiam ſuam ſecreta ſapientiæ Dei, & alia, quę occulta, & abſcondita ſunt, hanc ſententiam proponit, in qua damna, quæ elatis animo vana opinio & ſuſpicio attulit in medium profert, ſupplantat enim eos, & in errores varios in ducit. Id probatur ex eo Jerem. 10. v. 14. *Stultus factus eſt homo à ſcientia.* Vatab. *Bruteſcit homo præ ſcientia.* Nimirum Dei, dum ſcilicet plenè vult cauſas indagare pluuiæ, fulgetri, ventorum, quorum ſolus Deus habet ſcientiam & prouidentiam, &c. Optimè ad intentum explicuit D. Thom. *Stultus,* inquit, *eſt homo à ſcientia Dei. Primo propter cordis elationem.* Rom. 1. *Dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Secundò propter inquirendi curioſitatem, & nimiam capitis fatigationem. Vnde ait Agrippa rex Paulo, multæ te litteræ ad inſaniam conuertunt,* Act. 26. &c. *Bruteſcit* enim *homo præ ſcientia*, præſumens ſe ſcire, quod certè ignorat, arrogat ſibi poſſe occulta penetrare, & in errorem lapſus decipitur, & ſupplantatur. Jpſa enim ſcientiæ præſumpſio ſupplantat animum ſuum, quaſi ſuppoſito pede illum in præcipitium deijciens.

Hæc ſententia proponitur ad dehortandum hominem à vana curioſitate. — Iere. 10. v. 14. — D. Thom. — *Quare ſit homo ſtultus à ſcientia Dei.*

Rurſus hoc poteſt illuſtrari ex eo Jſaiæ 47. v. 10. *Sapientia tua & ſcientia tua hæc decepit te.* Vbi 117.
gens de Babylonia, quæ dedita erat ſcientiæ diuinandi; & proponens arrogantiam & inſolentiam ſuam, reddit cauſam ſuæ deceptionis, ſcilicet ſcientia ſua Aſtrologica & magica, quam & alijs & ſibi euentura certiſſimè præuidere ſibi, perſuaſerat, ſeque & alios multos deceperat vt ſequentia probant. Non dixit nudè *ſapientia*, & *ſcientia*. Ne videretur detrahere veræ ſapientiæ, & ſcientiæ, ſed dixit: Sapientia tua, & ſcientia tua hæc, quam tu putas ſapientiam, cum ſit error & fallacia. Multi enim videntur ſibi ſapere, cum maximè deſipiant, & ſe, & alios decipiunt. Noſter Sanchez in paraphraſi ſic explicat ad noſtrū intentum: Hæc ſtulta cogitatio, quæ tibi videbatur eſſe ſapientia, fraudi tibi, atque exitio fuit. Ecce quomodo vana ſuſpicio & opinio, qua homo effert ſeſe, & ſibi confidit, illum ſupplantet, nam fraudi illi eſt, & exitio non modo temporali, ſed etiam ſempiterno. Quia certum eſt à ſapientia & opinione propria hominem decipi, ab

Iſa. 47. v. 10. — *Quare Babylonia decepta eſt.* — Sanchez. — *Vana opinione homo ſeſe effert & ſibi confidit.*

illa

illa inquam ſapientia, quam ad ſuam gloriam homines quærunt, & ſuis ad illam conſilijs & artificijs inhiant, illa ſpiritus alit inſolentes & inflatos. Hæc ſcientia eſt Babylonica, nempe præſtrigiatrix, & deceptoria, quæ tam eſt longè à vera ſapientia, vt qui ex illa ſe putant aliquid intelligere, ducti opinione, & ſuſpicione decepti, omnino neſciant, quomodo eos ſcire oporteat. De quibus Paulus 1. Corint. 8. v. 1. *Scientia inflat, & charitas vera ædificat: Si quis autem exiſtimat ſcire aliquid nondum cognouit, quomodo oporteat eum ſcire.* q. d. Scientia nudè, ac ſolitariè ſumpta, ſuapteque natura animi tumorem parit, & magnos quoſdam ſpiritus addit, charitas verò ædificat. Quod ſi quis ſibi videtur aliquid ſcire, eoque nomine ſibi nimium placens, cæteris ſe proponit, & plus æquo ſibi indulget, is nondum quidquam nouit vti noſſe oportet. Vide D. Bernard. ſerm. 16. in cant. D. Ambroſ. ait. *Manifeſtum eſt habentem ſcientiam in eo ipſo gloriari, ſi non foris quia prudens eſt, vel apud ſe, ingenium enim ſcientiæ, hoc eſt, vt glorietur in ſeſe, ideò inflat.* Nihil enim ita hominem, tumefacit, quam propria opinio circa rem difficilem, quæ ſuperat humanæ intelligentiæ vires. Et ita ſuam opinionem & ſuſpicionem diligit, vt alios contemnentes ſuam propriam ſententiam magni faciat. Sic dixit Plutarchus in quæſt. Platon. *Cæcutit enim in re amata is, qui amat. Diligitur autem ex proprijs nihil perinde ac opinio & oratio ab earū parente.* Vide Platonem lib. 13. De ſcientia, vbi agit de opinione. Ariſtot. lib. 7. Ethic. cap. 3. Inquit: *Sunt enim qui non minus opinioni ſuæ, quam alij ſuæ ſcientiæ credunt,* &c. *Nonnulli namque eorum, qui opinantur non ambigunt, ſed arbitrantur exactè ſe ſcire.* Inde eſt, quod arbitrantes ſe ſcire quod docent, quia opinionem ſuam tanquam ſcientiam amant, nihil ambigentes, ſeducantur, & ſupplantentur, & alios decipiant, &c.

Scientia Babylonica deceptoria eſt. — 1. Cor. 8. v. 1 — *Scientia nude ſumpta animi tumorē parit.* — D. Bernard. — D. Ambroſ. — *Nihil ita hominem tumefacit quā propria opinio.* — Plutarchus — Plato. — Ariſtot.

118. *Et in vanitate detinuit ſenſus illorum.* Complutenſes, *& cogitatio praua labefecit ſententiam illorum.* Tygurina, *& coniectura ſenſus ſui praua labefactauit mentes eorum.* Ferè idem repetit in hoc hemiſtichio, nam quos propria ſuſpicio & opinio ſupplantauit & ſeduxit, horum etiam mentes detinuit, id eſt, labefactauit. Dionyſius, id eſt, intellectum eorum fecit pertinaciter inhærere vanis erroribus, ita quod incorrigibiles facti ſunt, &c. Lyra, nam per hoc in errores, & hæreſes ceciderunt. Palacius, id eſt, multi errores, multæ hæreſes exordium ſumpſerunt ex hac nimia curioſitate. Ita praua opinio & ſuſpicio, quæ homines multos ſupplantauit & ſeduxit, detinuit in vanitate ſenſus ipſorum, vel montes, id eſt, incorrigibiles fecit, vt in erroribus ſuis detinerentur vanè iactantes, ſe ſolos, quæ oportet, ſcire, & docere. Vnde tot hæreſes in Eccleſia traxerunt originem. Hos hæreticos præcipit Apoſtolus omnino vitare, cum ait Tit. 3. v. 10. *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita: Sciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.* q. d. Hæreticum & ſectarum ſtudioſum hominem poſt vnam aut alteram admonitionem reijce, atque à tua conſuetudine conuictuque penitus amoue, certo perſuaſus, eum, qui eiuſmodi morbo laboret, euerſum eſſe, a ſe

Quos propria opinio ſupplantauit horum etiā mentes labefactauit. — Dionyſius. — Lyra. — Palacius. — *Hæreſes à propria opinione traxerunt Originem.* — Tit. 3. v. 10. — *Hæreticus reijciendus eſt.*

que adeò non animi imbecillitate peccare, ſed veluti ſponte ſua, & ſuoptę iudicio condemnatum eſſe. Dixit Tertullianus de præſc. hæret. *Eſt autem hæreticus Apoſtolo, quicumque ſanæ doctrinæ non acquieſcit, ſed impijs opinionibus & doctrinis ſibi ſoli & ſuis placitis hæret, vnde & hæreticus dictus eſt, eo quod eligat quæ ſibi placent, & illis obſtinatè hæreat.* Quod teſtimonium confirmat verbum *detinuit ſenſus illorum*: Nam qui ſic incorrigibilis efficitur, & in ſua pertinacia detinetur, ſuæque prauæ opinioni hærens oſtenditur, hæreticus eſt, & omnino vitandus. Ex hac enim vana curioſitate ortæ ſunt hæreſes vt ſuperius probauimus. Concludit Palacius. Lege Pſal. 72. & Jerem. 12. Videbis etiam viros pios ferè è Sancta religione dimoueri, dum curioſè nimis inueſtigare conantur, cur pacem habeant peccatores? Cur impij regnant? pij proſtrati iacent? cur viles prædeſtinentur ad gloriam? Grandes reprobentur ad pœnam? cur miſer duret annos multos in ſumma miſeria? Fœlix ſubitò rapiatur ab ea? Tu conſultiſſimè vocabulum poſitum attende, *Supplantauit*, inquit, *ſuſpicio illorum.* Jd eſt, ſuſpicio, quam tu tibi concipis; non fides, quam litteræ ſacræ te docent. Dum pij homines acti ſuſpicione humana, *quomodo ſcit Deus? aut ſi eſt ſcientia in excelſo.* Vides hos à ſuſpicione humana ſupplantari, non à perſuaſione legis diuinæ. Ergo qui curioſus eſſe volet, perſuaſiones è litteris Sacris ſumat: Ita non ſupplantabitur. Supplantabitur verò ſi humanis ſuſpicionibus velit metiri rerum euentus. Huc vſque Palacius.

Tertull. — *Quicumq; ſanæ doctrinæ non acquieſcit hæreticus eſt.* — *Ex vana curioſitate ortæ ſunt hæreſes.* — Palacius. — *Aliqui à ſuſpicione humana ſupplantantur.*

Tandem in originalibus Græcis extat interiecta ſententia, quæ à vulgato omiſſa eſt, fortè quia ab aliquibus intercluſa; quæ talis eſt: *Pupillas non habens carebis luce, intelligentiæ autem expers, ne profitearis.* Quo ſignificatur (explicat Janſenius) cognitionem in profeſſione debere eſſe quaſi pupillam in oculo, qui lucem percipere non poteſt, nec toti corpori eam communicare; ſi caret pupilla, hoc eſt, viſu, qui in pupilla reſidet, ita cognitionis expers non poteſt alijs lucem communicare, inde à profeſſione & doctrina abſtinere debet. Jtaque cùm multi ſæpè lapſi ſint in errores quia luce ſcientiæ, & cognitionis caruerint, & ſua opinione nixi, auſi ſint falſam doctrinam communicare: ex quo tot errores, & hæreſes ſumpſerunt principium. Jdeò addita videtur hæc ſententia vt imperitos & ignaros, ſcientia deterreat ab officio docendi. Nam ſicut qui pupillas in oculis non habet, caret luce, qua poſſit alios videre, ſic qui expers eſt intelligentiæ, id eſt, ſcientiæ, & doctrinæ debet abſtinere ſe à munere vel profeſſione docendi: Et ſicut qui caret pupillis cęcutiens præceps fertur. Et ſibi impingit parietem, & in omnia offendit, Sic qui caret ſcientia præcipitem ferri neceſſe eſt, &c. Druſ. tranſtulit: *Scientiæ vero expers ne indica.* Id eſt, ne prode illam tuam inſcitiam. Nam ſcitum eſt illud Prou. 17. 28. *Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur*, q. d. Ne indica te ſcire quod neſcis, quodue non didiciſti. Nam id coniunctum cum maxima tua infamia. Vt enim qui oculis vel pupillis caret, ſi ſe videre dicat, omnibus ridiculus eſt: Sic qui ſibi arrogat ſcientiam earum rerum, quas ignorat, ſe deridendum omnibus propinat, &c.

119. *Profeſſionis cognitio debet eſſe quaſi pupilla oculi.* — Ianſenius. — *Multi lapſi ſunt in errores quia luce ſcientiæ & cognitionis caruerunt.* — *Qui ſcientiam non habent docere nō debent.* — Prou. 17. v. 28.

VERS. XXVII.

Cor durum habebit malè in nouissimo, & qui amat periculum, in illo peribit.

Sensus.

Cor durum, &c. q.d. A periculo incidendi in errores vellem cor tuum instituere, & primum moneo vt diuinis monitis acquiescas, ad hoc vt emollias, illud. Nam cor durum & pertinax, obstinatumque in malo, & in sua, præconcepta opinione, quodque aliorum monitis & consilijs non cedit in nouissimo, id est, tandem male habebit, quia affligetur malo & in damnationem ruet. Hic enim amat periculum, quia sic se gerit, ac si amaret, dum monitus de periculo, vitare illud non vult, proinde dignus est qui in illo quod amauit pereat, &c.

Notæ.

Cor durum, &c. In LXX. inuerso ordine hæc sententia legitur nam primò ponitur, *qui amat periculum*, &c. Et postea, *cor durum*, &c. Etsi aliquo modo sensum variare videantur, sed parum interest, nam quoquo modo legas, sensus idem est. *In nouissimo*, Tygur. legit, *tandem*, sic & Drusius in Græco est ἐπ' ἐσχάτων proprie *ad extremum*, à verbo ἐσχατία, quod est extremitas, & significat oras & extrema cuiusque rei, & inde transferunt *tandem*, vel *in nouissimo*, aut *ad extremum*, id est, in extremo, vel in nouissimo die vitæ, hoc est, in morte, tunc enim cor pertinax & obstinatum malum habebit, nam pœnas luet suæ pertinaciæ & obstinationis.

Illustratio prima.

120. *Palacius* — *Cor durum habebit malè in nouissimo.* Fortè hæc sententia cohæret cum superioribus, licet Palacius censeat esse quartam capitis partem, in qua cor instituit auctor; sed cum in præcedentibus egisset Ecclesiasticus, de his, qui arroganter ea, quæ abscondita erant inquirebant, & scrutabantur, & de ijs, qui pertinaces in sua opinione & suspicione lapsi erant in multos errores. Nunc vt eos ab hac pertinacia deterreat, proponit pœnam ei respondentem, dicens: *Cor durum habebit malè in nouissimo.* q.d. Emolli cor tuum doctorum monitis, vt à pœna pertinaciæ libereris, nā qui persistit in sua obstinatione in extremo mortis tramite malè habebit, id est, affligetur malo. Lyra, autem sic explicat: Hic consequenter inducit ad debitum modum in intrinsecis motibus, circa quod primò malitiam reprobat. Cor durum quod resistit instinctui diuino ad bonum, sicut in corporalibus dicitur durum, quod non cedit tangenti. 3. Meteor. Habebit male in nouissimo, nam sicut dicit Augustinus in serm. de Innocentibus: *Hac enim animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei.* Dionysius vocat nouissimum horam mortis, & diem sui iudicij particularis & vniuersalis, quoniam in agone non pœnitet verè. Palacius appellat cor durum quod erga Deum & homines tenerum non est. Tale cor male habebit in nouissimo, ô horrēdum prognosticum! qui scit corde esse duro, credat se male habiturum in nouissimo. Neque enim æquum est, vt Deum sentiat blandum in morte, qui erga Deum & homines fuit durus in vita.

Deterret sapiens à pertinacia, & penā proponit.
Qui persistit in obstinatione malè habebit in morte.
Lyra.
D. August.
Qui in vita obliuiscitur Dei, in morte Deus obliuiscitur.
Dionysius.
Palacius

Ergo, *cor durum*, est, cor pertinax & obstinatum, quod monitis Dei, & hominum renititur, & reluctatur. Vt dixit Seneca Ep. 84. *Duritia est insensibilitas cordis, qua homo nec se sentit, nec alium, nec pietate flectitur, nec precibus mouetur: Exemplis non inducitur, minis non terretur: Beneficijs induratur flagellis non eruditur: frontuosus ad impia, pronus ad illicita: Subdi nescit, nisi forte cum resistere non potest.* De hoc enim agens Paulus ad Rom. 2. vers. 4. *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam, te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & inpœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddit vnicuique secundum opera eius.* Et vers. 8. concludit Apostolus: *Ijs autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescūt veritati, credunt autem iniquitati ira & indignatio.* q.d. An diuitias, atque ingentes thesauros benignitatis Dei, patientiæ, ac lenitatis contemnis? An non intelligis immensa illa sua tum bonitate, tum facilitate, Deum in mortalem id vnum agere, ac sedulo conari, vt te ad pœnitentiam, ac præteritæ vitæ detestationem alliciat, sensimque perducat, tantum abest, vt impunitatem polliceatur? verum pro duritia tua & corde à pœnitentia penitus abhorrente, quodque nulla Dei beneficentia emolliri, ac flecti potest, sic planè decipis, vt dum genio ac voluptatibus indulges cupiditatum fomenta, ac illecebras consectaris, maiorem & iustiorem contra te iram prouoces: Quæ illo maximè extremo mundi die instar diu comparati thesauri cumulatissimè effundetur. Quo die Christus Dominus viuorum atque mortuorum iudex dabit vnicuique pro qualitate, & conditione meritorum, &c. Pende verbum *thesaurizandi*, qui enim in sua peccandi obstinatione persistit, quotidianis repetitis sceleribus thesaurum iræ Dei adauget & amplificat, vt in die nouissimo pœna & supplicio acerbiori animaduertatur.

Cor durum & pertinax quale.
Rom. 2. v. 4
Deus hominem ad pœnitentiam adducit.
Thesaurizare irā quid.

121. Hinc est quod misericors Deus his immittat calamitates, & dolores, vt cor durum & obstinatum emolliat, ipsi vero magis indurantur, & obstinantur. Vt in Pharaone, cui Deus tot plagas immisit, vt cor suum emolliret, & non solum non emolluit, sed potius indurauit, quinimo ipse Deus in pœnam obstinationis suæ dicitur Exod. 4. v. 21. *Ego indurabo cor eius.* Si Deus auctor non est malorum, cur dicitur indurasse cor Pharaonis? Respondet Theodoretus: *Cæterum vt aliquo adducto controuersiam dissoluamus, aduertendum est, quod sol vi caloris sui ceram quidē liquefacit, lutum vero exsiccat, & illam quidem emollit, hoc autem indurat. Quemadmodum ergo sol iste vnâ & eâdem virtute, contraria operatur: Sic ex longanimitate Dei omnium nonnulli capiunt vtilitatem; alij verò damnum, & illi emolliuntur, isti verò indurantur. Ipse enim vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Cum igitur humana natura arbitrij libertatem habeat, qui crediderint saluabuntur, qui vero non crediderint gehennæ sibi fiunt auctores.* Et affert exemplum Iudæ & Iudæorum. Optimè Abulensis huic dubio satisfacit tom. 2. in Exod. c. 4. q. 12. dicitur Deus cor Pharaonis indurare, non quidem malitiam apponendo, sed suam gratiam non apponendo, aut appositam non conseruando. Gratia Dei est aliquid mollificatiuum animæ nostræ, quæ cum insit, anima nostra mollis valde effecta ad quamcumque partem faciliter vertibilis est. Hac autem deficiente, anima nostra dura & immobilis redditur, atque in malo radicatur. Dicendum communiter quod Deus neminem indurat malitiam apponendo, aut quamlibet alteram formam ponendo, aut quamlibet alteram formam positam inducentem ad malum causando: Sed gratiam mollificantem subtrahendo, &c. Itaque cum animaduertit Deus hominem non cedere gratiæ suæ, vt per illam cor suum emolliat & conuertatur ad Dominum, subtrahit auxilium gratiæ suæ, quod est mollificatiuum; & obstinationem duritiemque, quam cœpit tenere, non solum non abijcit, sed adauget, vt pertinacia sua victus condemnetur, &c. Confirmat D. Augustinus tom. 8. in Psal. 77. Agens de Pharaone: *Hunc enim, inquit, iniquissimam, & malignissimam obstinationem Deus cum facere dicitur, non instigando & inspirando, sed deserendo facit, vt illi operentur in filijs diffidentiæ, quod Deus debitè, iusteque permittit.*

Deus immittit calamitates vt cor durum emolliat.
Exod. 4. v. 21.
Theodoret.
Quomodo dicatur indurasse Deū cor Pharaonis.

Abulensis.
Indurat Deus cor nō malitiam apponendo sed gratiam non conseruando.
Gratiā mollificans est.
D. August.
Indurat Deus cor deserendo, &c.

122. Ergo Deus ductus sua immensa misericordia tribulationes immittit hominibus, vt cor emolliant, & conuersi ad Dominum, vitam æternam consequantur, ipsi vero diuinæ vocationi renitentes, magis indurentur. Sic aiebat Ierem. cap. 5. v. 3. *Domine oculi tui respiciunt fidem: Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra Petram, & noluerunt reuerti.* q.d. Tu domine semper intentus es, vt res, quas creasti stabiles conserues, quod ergo Iudæos vis destruere, præter morem facis, & cogunt te eorum scelera. *Percussisti eos*, tot calamitatibus castigando, & mille tribulationibus affligendo, vt dolentes ad te conuerterentur, *& non doluerunt*, quasi dedolentes effecti sunt. Quia sicut dixit Hippocrates: *Cum corpus ægrum, & afflictum suas plagas, vel dolores non sentit, certum est signum mentem ægrotare.* Laborare scilicet amentia, delirio, vel stupore. Sic Iudæi plagas Dei non sentientes laborabant mentis stupore, & amenti pertinacia. Sicut videmus pueros nequam contra flagella obdurare se (nos dicimus, *no sienten los açotes, porque tienen y a hechos callos*) ac ea non curare, nec sentire, induereque quandam velut dedolentiam nam vt dixit D. Bernardus lib. 1. de consider. ad Eug. cap. 2. *Hebetati cordis indicium est, propriam non sentire continuam vexationem.* Ergo *indurauerunt facies suas supra Petram.* Id est, magis quam Petra, Petra duriores, effrontes, & impudentissimi fuerunt. Tales enim sunt peccatores, qui in suis sceleribus ita obfirmantur, vt nolint cedere flagellis diuinis, & cor suum emollire, sed faciem indurare supra Petram. Nam vt dixit D. Ambrosius lib. 4. exam. cap. 17. *Surdiora corda hominum sunt, quam dura saxorum. Qui tandem habebunt malè in nouissimo*, id est, cum tempus mortis appropinquauerit, affligentur malo, hoc est, æterno supplicio addicentur, & destinabuntur. Sic D. Bernardus Epist. 253. dixit: *Ob hoc enim procul dubio inflexibilis & obstinatæ mentis punietur æternaliter malum; licet temporaliter perpetratum: Quia quod breue fuit tempore vel opere, longum esse constat in pertinaci voluntate: Ita vt si nunquam moreretur, nunquam velle peccare desineret: Imò semper viuere vellet, vt semper peccare posset.*

Qui diuinæ vocationi renituntur indurantur.
Ierem. 5. v. 3.
Cum Deus vult destruere prater morem facit.
Hippocrat.
Pueri nequā contra flagella obdurescunt.
D. Bernard.
Peccatores obstinati nolunt cedere flagellis diuinis & sic indurantur.
D. Ambros.
D. Bernard.
Obstinati puniuntur æternaliter.

Rursus de hoc obstinato peccatore dicitur, Psal. 118. vers. 70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum; ego vero legem tuam meditatus sum.* Vbi ipse Diuus Bernardus serm. 2. de quadrag. *Inde enim cordis duritia, inde mentis obstinatio, quia meditatur quis non legem Domini; sed propriam voluntatem.* Pende rationem obstinationis mentis. Quia homo meditatur suam voluntatem, id est, suam in omnibus voluntatem obsequitur, & exequitur, non restringit voluntatem propriam, vt conformetur voluntati Dei, & mandatis eius. Vel per delectationem mentis frænum laxat voluntati suæ, quæ cum deprauata sit exequitur eius beneplacitum, vnde procedit coagulatū habere, sicut lac, cor, id est, obfirmatum & obstinatum in prauitate sua, & persistens in obstinatione tandem malo æterno affligetur. Quam duritiam & obstinationem solet dæmon efficere in hominibus, qui parati offeruntur eius obstinatæ voluntati. Sic moraliter explicat D. Gregorius lib. 29. Moral. cap. 15. explicans id Job 38. v. 30. *In similitudinem lapidis aquæ durantur & superficies abyssi constringitur.* Ait de satana: *Ipse gelu de cælo est genitus, quia constricturus corda reproborum, à summis cadere est ad ima permissus. Qui benè in cælestibus conditus, in culpæ frigore mentes sequacium quasi gelu dum cecidit adstrinxit. In lapidibus similitudinem aquæ durantur. Per aquas namque populi: per lapidem vero eiusdem satanæ duritia designatur. Illo igitur ad ima veniente, in similitudinem lapidis aquæ duratæ sunt; quia eius malitiam imitati homines, mollia viscera charitatis amiserunt.* Vnde processit malum pœnæ, quo æternum mulctantur.

123.
Pf. 118. v. 70
Qui non legem Dei sed propriam voluntatem meditatur obstinatur.
Coagulatum cor idē quod obstinatum.
D. Gregor.
Iob 38. v. 30
Dæmon constringit corda reproborū.
Per lapidem duritia dæmonis intelligitur.

124. Tandem *cor durum*, & obstinatum, inquit Ecclesiasticus, *malè habebit in nouissimo*, id est, in morte, vel iudicio, acerbissimè punietur. Sic D. Chrysostomus, tom. 5. hom. 49. ad popul. rogat: *Et quomodo Deus iudex & iustus, & fortis, & patiens sustinet, & pœnas hic non exigit? Habes causam. Longanimis, inquit, est, longanimiter autem agit, ad pœnitentiam te trahens; si vero permaneas, secundum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram. Igitur si iustus est, quod dignum est reddit; ne multos despicit patientes: Si fortis, & post mortem reddit (hoc enim est fortitudinis) & in resurrectione*, &c. Iam diximus iram thesaurizare, esse adaugere causam supplicij. Ideò Isaias cap. 5. v. 18. ait: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis*, &c. Vbi per particulam comminatiuam supplicij, dolet vates duritiam & obstinationem populi Israël, & per consequens hominis impœnitentis, qui habet cor durum & pertinax, nam trahere iniquitatem in funiculo indicat perseuerantiam, & continuationem peccanti. Sic Isidorus 2. sent. cap. 13. *Trahit iniquitatem vt funiculum, qui tardat conuerti ad Dominum.* Significat etiam studium, & affectum, quo quæruntur, & excogitantur modi peccandi, vt non ex ignorantia, aut ex infirmitate, sed data opera, & de industriâ scelera admittuntur. Ducimus enim ea, quæ sequūtur, at vero trahimus ea, quæ resistunt, & obluctantur suis viribus & conatibus, si sunt sensibilia, aut sua grauitate & pondere, si sensu carent. Quocirca

Cor durum in morte punietur.
D. Chrys.
Thesaurizare iram est augere causam supplicij
Isa. 5. v. 18.
D. Isidorus
Qui tardat conuerti ad Dominum trahit iniquitatem vt funiculum.

peccata

peccata quasi sua grauitate, & formidabilitate renitentia pertrahere, supremum gradum malitiæ prodit. Hos autem peccatores obstinatos & impœnitentes minatur Propheta dicens: *Væ*, id est, heu, quam dura & acerba supplicia in die mortis recipient, & post mortem experientur. Ideò adijcit vers. 24. *Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exuret: Sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium Sancti Israël blasphemauerunt. Ideò iratus est furor Domini in populum suum*, &c. Ecce supplicium eorum, qui cor suum iniquitatibus obfirmauerunt, nam si malè habebunt in nouissimo corda dura & obstinata, horrendum prognosticum timendum est. Quare, inquit Palacius: qui scit se corde esse duro, credat se malè habiturum in nouissimo. Neque enim æquum est, vt Deum sentiat blandum in morte, qui erga Deum & homines fuit durus in vita. Concludit Dionysius. Hinc Dominus loquitur reprobo Isai. 48. *Sciui quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea.* Nonne ducum atque lapideum habet cor, qui nec blanditijs emollitur, nec promissionibus allicitur, nec comminationibus reuocatur; sed obicem ponit Spiritui sancto, nec inspirationi acquiescit diuinæ, nec admonitioni Angelicæ, nec informationi humanæ? Hæc optimè Dionysius.

Væ particula comminatiua supplicij. — Isa. 5. v. 24. — *Corda obstinata malè habebunt in nouissimo.* — Palacius. — Dionysius. — *Durum habet cor qui blanditijs nō emollitur.*

Illustratio secunda.

125. ET *qui amat periculum, in illo peribit*, Rabanus, ille dicitur amare periculum, qui non curat, nec studet vitare periculum. Alioquin, quis est, qui velit incidere in periculum, cum omnes velint euadere interitum? Sed ille quodammodo amat periculum, qui diligit eas res, quæ tendunt ad interitum: Vt est libido, auaritia, luxuria, & cæteræ, perniciosæ cupiditates, nec non, hæreses, atque nouitatum præsumptiones, quæ certissimæ sunt animarum perditiones. Lyra, id est, occasiones peccatorum, *in illo peribit*, sicut auicula volitans circa laqueum. Dionysius, *Qui amat periculum*, id est, vitium, seu peccandi occasionem, *in illo peribit*, id est, damnationem incurret iuxta illud, Psal. 10. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Nec potest peccata euadere, qui non curat vitiorum occasiones effugere. Hugo restringit hoc adagium ad inuidos, qui aliena fœlicitate lætantur. Sed Jansen. putat generalem esse sententiam, occasionè, inquit, curiositatis, à qua dehortatus est, monstrato periculo, quod illi subest, vt significet meritò curiosos illos perituros, si periculo demonstrato pergant in sua curiositate. Palacius seriem præcedentium secutus, Explicat de corde duro. q.d. Cor durum amans periculum damnationis æternæ, in ea damnatione peribit. Est enim cordis duritia, aperta ad damnationem via, sicut benignitas, charitas, teneritudo est aperta ad fœlicitatem semita. Contractius, inquit ipse Palacius solet hoc verbum intelligi de ijs, qui amant res licitas, quæ ad illicitas tamen pelliciunt, vt qui gaudet fœminarum familiaritate, iniquorum consortio, &c. At qui ex necessitate, vel charitate se in periculum conijcit, is non amat periculum, ac ideò non solet in illo perire.

Nostler Delrius agnoscit adagium in hoc hemistichio, & in confirmationem citat Senecam tragicum dicentem:

Rabanus. — Lyra. — Dionysius. — Qui amat periculum in illo peribit. — Psal. 10. — Hugo. — Iansenius. — Palacius. — Cordis duritia aperta damnationis via. — Delrius agnoscit adagium. — Seneca.

Nemo se tuta diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit.

Et addit: Vulgo tritum Hydriam tamdiu ad fontem commeare, dum frangatur, fieri nequit, quin assiduè aleam iacienti aliquando damnosi canes subsiliant. Ideò Iason, prudenter ait Medeæ: Iason.

Quin ipsa casus sæpe iam expertos time.

Prou. 11. v. 27. *Benè consurgit diluculo, qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.* Et concludit: Porrò hoc adagio fundatur quod habes cap. 12. v. 13. Meritò neminem misereri eorum, qui sponte sua & gnari conuersantur cum improbrijs, qui illos postea grauiter lædunt & euertunt: *Quis*, ait, *miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus, qui appropriant bestijs.* Et fabula Satyri, de quo in florilegio Græco: Qui ignem voluit exosculari, & amplecti. Et se grauiter ambussit.

Prou. 11. v. 27. — Ecclesi. 12. v. 13.

126. Ergo quomodocumque intelligatur hæc sententia, vel contra eos, qui obstinati sunt in peccato, & homines duri cordis, quod describit S. Bernardus lib. 1. de considerat. ad Eugen. cap. 2. vel contra illos, qui nimis curiosi in rebus diuinis, de quibus paulo ante egit, qui facile ruunt in periculosos errores, vel aduersus eos, qui non curant effugere peccatorum occasiones; & qui pœnitentiam differunt in aliud tempus, & sæpe sine pœnitentia moriuntur. Generalis est sententia, quæ hortatur fugere pericula peccandi, & docet occasiones peccatorum vitare.

Descriptio eorum qui duro corde sunt. — D. Bernard.

Hoc optimè illustratur ex eo Prou. 28. v. 26. *Qui confidit in corde suo stultus est*, q.d. Qui confidit in consilijs & cogitationibus cordis sui, ita vt ea sequatur in omnibus actionibus suis, nullius quærens iudicium, sed suo innixus iudicio, talis stultus est, & per suam stultitiam in multa incidet pericula & mala. Vel qui propria fretus virtute audacter in pericula, & in occasiones, tentationes quæruit, stultus, ac vecors est: Quia nimirum ipsum pericula inuoluent, ac tentationes in ruinam impellent. Vbi D. Chrysostomus hom. 66. ad pop. *Tentatio, ait, vos non apprehendat nisi humana. Precemur Deum ne intremus in tentationem. Nam illud est humilium hominum se periculis non ingerere, imò generosorum atque sapientum. Nec itaque nos geramus temerariè*, &c. *Noli tentationes accersere, quid superflua attrahis pericula, quæ nullam habent vtilitatem*, &c. Hinc est quod dicat D. Augustinus lib. de singular. cleric. *Nimium præceps est, qui transire contendit, vbi conspexerit alium cecidisse, & vehementer infrenis est, cui non incutitur timor alio pereunte.* Ouidius 2. de Ponto eleg.

Sed me timor ipse malorum
Sæpe superuacuos cogit habere metus.

Idem de arte amandi dixit lib. 2.

Cum mora non tuta est, totis incumbere remis
Vtile, & assiduo subdere calcar equo.

Qui confidit in corde suo stultus est. — D. Chrysost. — Tentationes ne accersenda. — D. August. — Ouidius.

127. Qui periculum peccanti timet, debet fugere velociter, ne apprehendatur ab ipsa occasione, & ruat, &c. Vnde si conspectus fœminarum occasio est peccandi debet quisque timere, & fugere conspectum illarum. B. Petrus Damianus lib. 2. Epist. 18. refert: *In quodam nempe monte Orientis lapides sunt ignifieri, qui masculus, & fœmina nuncupantur, & dicuntur Pyroboli. Qui nimirum, cum à se inuicem procul sunt, non accenduntur: Si vero fœmina appropinquauerit masculo, protinus ex eis ignis egreditur, ita vt omnia, quæ circa montem sunt, flammis vaporantibus*

Fugiendus conspectus fœminarum si occasio sunt peccandi. — D. P. Damia.

tibus exurantur. Ab ipsis vero lapidibus edocemur, vt si consumi libidinis incendio nolumus, muliebris aspectus speciem declinemus, ne de conspectu forma, flamma prosiliat, quæ in nobis, non montis, sed mentis fruteta peruadat. Quare si periculum lapsus, vitare velimus conspectum, & consortia fœminarum longè fugiamus.

Lapides igniferi quales & quid nos doceant.

Rursus non solum ipsum peccatum vitare debemus, sed etiam occasionem incidendi in illud, Dixit Iob cap. 31. v. 24. *Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi: Fiducia mea. Si vidi solem cum fulgeret*, &c. Quod expendens D. Gregorius lib. 22. Moral. cap. 8. Inquit: *Vnde pensandum est, quod postquam in auro non habuisse fiduciam, nec in multis diuitijs lætatum se fuisse testatur, ad huc ad sublimiora ducitur vt tanto nos magis erudiat, quanto de se aliqua subtilius narrat. Ait enim: Si vidi solem*, &c. *Ac si post despectum terrenæ suæ abundantiæ patenter insinuet: Quid dicam? quia nequaquam in auro lætatus sum, qui in ipsa quoque luce corporea delectatus non sum*, &c. q.d. Non solum aurum desideraui et non intuitus sum, sed nec causam eius, quæ est sol; adeò effectum exosus sum, vt nec causa eius, sua me luce lætificet, quia in radijs eius effectum, scilicet aurum inspiciebam. Tunc enim perfectum est odium mali, cum etiam ad causam eius extenditur, quæ quamuis bona sit, quia tamen in suis visceribus inclusam habet culpæ occasionem, ideò eam prosequi & detestari debemus.

Occasio peccati vitanda. — Iob 31. v. 24. — D. Gregor. — Tunc odium mali perfectum est, cum ad causam eius extenditur.

Hinc est quod de Samsone dicatur, Iud. c. 14. v. 5. 6. *Cumque venisset ad vineas oppidi apparuit catulus leonis sæuiens, & rugiens, & occurrit ei, irruit autem spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, quasi hædum in frusta discerpens.* Quare ergo Samson cum procul vidisset leonem, non aufugit abdens se sub vitibus, vt ab eius occursu liberaretur? Respondeo, quia licet fugere posset, vt qui inermis erat, & inter vineas se abscondere; sed quia Nazareus erat vt dicitur cap. 13. v. 5. Et vinum bibere, aut siceram prohibebatur, vt eam perfectè impleret, & sua professionis iura plenè seruaret, non solum vinum non gustabat, sed nec vineas pedibus tangebat, ex quarum vitibus vinum exprimitur: Maluit cum feroci leone certare, quam vineam tangere, cuius vinum ei interdictum erat, vt videtur Num. 6. vers. 3. Vide ibi Lorinum.

Iud. 14. v. 5. — Samson fugit occasionē peccandi.

128. Vnde infertur illum, qui peccare desijt, debere omnia pignora auferre, quæ possunt esse incentiua reuersionis ad peccatum: Quare Cato apud Plutarchum reprehendit Vlyssem eo quod cum egressus esset liber & incolumis ex antro illius Cyclopis gigantis, & è manibus eius integer euasisset, speluncam repetere voluit, vt pileum & cingulum, quod ibi per obliuionem reliquerat, reciperet. Imprudens & insanus vocari debet, qui semel periculum fugit, & ad ipsum regreditur. Nihil igitur remaneat in domo, in loco peccati, ob quod oppignoratus existas. Ob hoc enim ad illud redibis. Exod. 32, v, 20. Cum Moyses descenderet de monte afferens tabulas legis: *Vidit vitulum & choros, iratusque est valdè, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, arripiensque vitulum quem fecerant combussit, & contriuit vsque ad puluerem*, &c. Quare Moyses non reliquit aliqua fragmenta vituli, sed combussit, & contriuit vsque ad puluerem? Respondet Abulensis: Vt esset in eo experimentum ad inueniendum peccatum filiorum Israel. Sed fortè contriuit vsque ad pul-

Qui peccare desijt pignora auferre debet, quæ sunt incentiua peccati. — Plutarchus. — Exod. 32. v. 20. — Quare Moyses contriuit vitulum vsque ad puluerem. — Abulensis.

uerem, vt tolleretur penitus occasio peccandi, quia, si fragmenta vituli remanerent, offendiculum eis proponeretur ad illum adorandum. Vt autem penitus occasio peccandi extinguatur, comburatur vitulus igne, & vsque ad puluerem conteratur. Rursus cur Ioseph Patriarcha cum ab hera prouocatus est ad libidinem, pallium reliquit aufugiens, cum posset illud violenter arripere, & secum deferre? Respondet D. Ambrosius lib. de Ios. cap. 5. *Excusatur quod ingressus est prædicatur quod elapsus est. Nec pluris fecit vestimenta corporis, quam animi castimoniam. Reliquit tanquam non sua, quæ adultera suis manibus detinebat: Et aliena iudicauit, quæ tactu impudicæ potuerunt comprehendi. Contagium enim iudicauit, si diutius moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua transirent.* Timuit quod per manus, quibus pallium resumeret, venenum ad cor peruenturum erat. Et licet argui posset imprudentiæ, vt qui ea reliquit, ex quibus à iudice conuinci poterat, sed respondet pro ipso D. Hieronymus laudans eius simplicitatem, & prudentiam: *Ne virus rabidosum canis perserperet.* Vocat impudicam fœminam, rabidosum canem, quia quos mordet, suis impudicis verbis inficit, &c.

Cur Ioseph pallium reliquit in manu Dominæ suæ. — D. Ambros. — D. Hieron. — Impudica fœmina rabidosus canis est.

129. Porrò D. Petrus exhibuit nobis exemplum vitandi pericula peccandi cum postquam peccauit exponens se periculo negandi magistrum, non remansit in atrio vbi lapsus est, sed *egressus foras fleuit amarè.* Luc. 22. v. 62. Quia forte si in eodem loco remaneret, iterum in peccatum negationis misere laberetur. Exemplum etiam aliud præbuit nobis Moyses, vt dicitur Exod. 10. vers. 24. *Vocauitque Pharao Moysem, & Aaron, & dixit eis: Ite sacrificate Deo, oues tantum vestræ, & armenta remaneant. Paruuli vestri eant vobiscum.* Respondet Moyses: *Cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt*, &c. Cur autem Moyses nec vngulam remanere permisit? Numquid greges ita necessarij erant, vt sine eis non posset populus ad desertum proficisci? Respondeo hoc dixisse Moysem ad docendum peccandi pericula fugienda esse. Si enim greges populi in Ægypto remanerent, periculum esset iterum ad Ægyptum redeundi. Vt autem vitetur occasio rursum reuertendi, inquit Moyses: *Non remanebit ex eis vngula.* q. d. *no ha de quedar rastro, ni prenda que les incite à boluer.* Ideò cum Petrus ab Angelo è carcere educeretur, iussus est calceare caligas suas, inquiens Angelus Act. 12. v. 8. *Præcingere, & calcea te caligas tuas, & fecit sic.* Numquid non melius esset citò egredi & nudum euadere, ne esset periculum in mora? Quid necesse est tantò tempore immorari? Caliget se caligas suas Petrus, & præcingat se, ne si aliquid in carcere remaneat, iterum illuc redeat, & occidatur in carcere. Quare etiam præcepit Deus Abraham, vt iuxta Saræ placitum, *ancillam & filium eius eijceret?* Gen. 21. v. 20. Nonne satis erat ancillam propulsare, & filium retinere? Cur matrem & filium præcipit eijcere? Respondeo, sic præceptum esse, ne si vnum innocentem retineret, alter nocens inde redeundi arriperet occasionem. Vt autem hæc vitetur necessum fuit vtrumque propulsare.

D. Petrus præbuit exemplum vitandi periculum peccandi. — Luc. 22. v. 62. — Exod. 10. v. 24. — Moyses præbuit etiam exemplum vitandi occasionem peccandi. — Quare D. Petrus iussus est calceare caligas suas. — Act. 12. v. 8. — Gen. 21. v. 20. — Quare Abraham iussus est ancillam & filiū eijcere.

130. Præterea Gen. 19. v. 17. Præcepit Deus Loth. Per Angelum, vt de Sodomis egrediatur, & ait: *Ne stes in omni circa regione.* Cur imperat Loth, vt fugiat omnem circa regionem? puniturus ne erat Deus alias regiones, præter terram australem Sodomo-

Gen. 19. v. 17. — Cur præcepit Deus Loth fugere Sodomam.

domorum? quare hoc præceptum imposuit? Respondetur 1. quia totam vallem ignis erat absumpturus, ideò iubetur Loth, vniuersam illam egredi planitiem. 2. Respondet Glossa. *Sicut Sodomitica cætera, fuge vitia*. Neque enim satis est peccatum effugere, sed amplius necesse est ab omni illius occasione, ac veluti vicinia longius submoueri: Addo vicinam Sodomis regionem esse omnia libidinum incitamenta, quibus homo segniter immorans in Sodomorum flammas actutum prolabetur. Ideò D. Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 6. consulit: *Fuge ergo Sodomam, relinque ocius, desere elementa huius mundi, non te imminentia inuoluant pericula, non sistas fugiens, nec in tota vitiorum regione remoreris.* Porrò quare Dauid dixit Psal. 118. v. 29. *Viam iniquitatis amoue à me*, nonne sufficiens erat ipsam iniquitatem fugere, vt saluaretur Propheta? quare à via iniquitatis remoueri postulat? Respondet eleganter D. Ambrosius octon. 4. super hunc Psal. *Et pulchrè*, ait, *viam dixit iniquitatis, non iniquitatem, eo quod non quasi naturalis iniquitas sit in nobis, sed maiorum post peccata currentium sit attrita vestigijs.*

D. Ambros. — Psal. 118. v. 29. — *Via iniquitatis amouenda.* — D. Ambros.

131\. Hinc tandem est, quod parens mortalium Eua præceptum Domini transgressa sit, quia periculum non vitauit, nec oculos, nec manus remouit: *Vidit igitur* (inquit Moyses Gen. 3. vers. 6.) *Mulier quod bona esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* Inde sequitur: *Et tulit de fructu illius, & comedit*, &c. Quod commentatur D. Bernardus de grad. humilit. 1. gradus superbiæ, dicens: *Oculos, inquis, tendo, non manum. Non est interdictum ne videam, sed ne comedam. An non licet oculos quo volo leuare, quos Deus in mea posuit potestate? Ad quod Apostolus: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Et si culpa non est, culpæ tamen indicium est. Nisi enim mens minus securiose seruaret, tua curiositas tempus vacuum non haberet, & si culpa non est, culpæ tamen occasio est, & indicium commissæ, & causa est committendæ.* Quare Iesus Sirach ad fugienda peccandi pericula, & occasiones vitandas, omnes adhortatur, cum ait: *Et qui amat*, &c. Addit Palacius: At qui ex necessitate, vel charitate se in periculum conijcit, non amat periculum. Ac ideo non solet in illo perire. Vt S. Vitalis, qui noctu cum meretricibus commorabatur, vt eas à fornicatione dimoueret.

Eua quare præceptum Dei transgressa est. — Gen. 3. v. 6. — D. Bernard. — *Fugienda peccandi pericula.* — Palacius.

VERS. XXVIII.

Cor ingrediens duas vias non habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur.

Sensus.

Cor ingrediens, &c. q. d. Aliqui sunt, qui animi sui amorem in diuersas partes distribuunt, volentes duobus, vel pluribus Dominis seruire, & placere, non sincerè quærentes Dominum, hi enim qui cor suum ita partitum, & diuisum volunt habere, non assequentur, quod impensè intendunt. Non habebunt successus prosperos, sed in vacuum laborabunt, & tranquillitate animi priuabuntur. Numquam enim qui duas ingrediuntur vias, requiem, & tranquillitatem habent, sed semper in corde ipsorum sollicitudines, & angores adaugent curæ. Huiusmodi autem in illis duabijs vijs scandalum, & ruinam patiuntur, per hoc, quod non sincerè per rectam viam gradiantur, sed duas vias sectentur, partim Deo, partim mundo seruientes, &c.

Notæ.

Licet hæc sententia absit à Græco, at Franciscus Lucas in suis Annotationibus in scripturam sequitur versionem aliorum, qui loco *successus, requiem legerunt*. In altera sententiæ parte, pro *prauus corde*. Quidam *prauum cor*; alij *prauicor*, nonnulli *prauicors*, plerique *praui cordis*, & *prauicordius* habent, & quamuis hæc inueniatur varietas in litteris, non tamen in sensu. Nam in idem recidunt.

Illustratio prima.

132\. *Cor ingrediens duas vias, non habebit successus.* Hoc hemistichium explicatum inuenies supra cap. 2. num. 67. vbi Phrasis vim extricauimus.

Rabanus de corde hæreticorum quando vera permiscet falsis, & falsa inserit veris. Aliquas enim sententias Sacrarum scripturarum rite intelligunt ac proferunt, & aliquas secundum suam vecordiam in sensum peruersum trahunt, suisque auditoribus eas commendare satagunt. Et probat 2. Tim. 4. v. 3. Lyra, id est, habens notitiam benè in intellectu, & malitiam in affectu, qui non habebit successus prosperos, sed aduersos, &c. vel vt Glossa, *non habebit successus, quia in vacuum laborat.* Holcot, *successus*, scilicet quietos. Quia in vanum laborat si velit veritatem articulorum inquirere per rationes, siue nitatur eos destruere, quia velit nolit habebit remorsum conscientiæ, & synderesim repugnantem. Ideò cor talis inconstantis, inquietatur continuè. Ex vna parte motum per rationes sibi apparentes, & ex alia parte per inuisibilem fidei veritatem, probat Job. 20. v. 2. Hoc potest apprimè illustrari ex ea Judæorum legatione ad Ioannem Baptistam, in qua ei Messiæ dignitatem libenter deferebant. *Tu quis es?* Ioan. 1. v. 19. Hi enim ingredi volebant duas vias, habebant enim in intellectu notitiam boni, nam Christum Dominum agnoscebant; sed malitiam in affectu simulabant, cum honorem debitum Messiæ, Ioanni offerebant. His autem legatis conuenit, quod Salomon ait Prou. 13. v. 27. *Nuntius impij cadet in malum*, id est, legatus missus ab impio pœnas suæ legationis debitas luet. Nam vt Plato lib. 34. dial. 12. de legibus dixit: *Si legatus, aut præco falsò, quæ sibi commissa sunt nuntiauerit, dicendaue tacuerit, vel rursus ab hostibus amicisue rediens, quæ ab illis accepit; aliter quam acceperit retulisse reperiatur. Quasi Mercurij, Iouisque mandata, legationesque contra legem contempserit, in iudicium deferatur. Et indices pro magnitudine rei quid pati, dareue ipsum oporteat, si damnatus fuerit, statuant.* Illud *cadet in malum*, idem est, ac, quod intendit non assequetur. q. d. *Nasaldra con loque pretende,*

Rabanus — *Qui habent notitiam in intellectu & malitiam in affectu, habebunt successus.* — Lyra. — Glossa — Holcot. — Ioa. 1. v. 19. — *Legatio ad Baptistam qualis.* — Prou. 13. v. 27 — Plato — *Cadere in malum quid.*

tende, errara el blanco. Horum prauitatem describit Oseas cap. 7. vers. 15. *Erudiui eos*, inquit, *& confortaui brachia eorum. Et in me cogitauerunt malitiam, facti sunt quasi arcus dolosus.* Erudiui, id est, docui eos legem, viamque salutis per Moysem. Et reprehendi, & castigaui prauos eorum mores, per Prophetas. Erudiui etiam eos ad bellum, *& confortaui brachia eorum*, vt hostes suos debellarent. Vt dicitur Psal. 143. vers. 1. *Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Erudiui ergò eos, & roboraui tot tantisque medijs. *Et*, id est, at *ipsi in me cogitauerunt malitiam*, vt mihi rebellarent, ac Deos gentium sequerentur, & colerent. Ergo enumerat hic Propheta beneficia, quæ Deus in populum Israëliticum contulit. Beneficium enim est maximum, alicuius mentem præceptis imbuere; quæ viam homini ad præclarum aliquod opus expediant. Beneficium item maximum robur addere, & confirmare brachia, vt quod quis ingenio atque arte descripsit, re ipsa compleat. Vtrumque populo præstitit Deus. Querelam protinus iacit Deus, cum subdit: *Et in me*, &c. Nimirum quod ipsi essent fortunati, & liberi, imò quod viuerent, non meæ acceptum referebant liberalitati, ac potentiæ: Sed ab idolis, quæ ipsi sibi finxerant profectum, existimabant. Hæc insanæ atque stolidæ voces referuntur Exod. 32. v. 4. 3. Reg. 12. v. 28. Psal. 77. v. 29. Ieremias 44. v. 17.

Ose. 7. v. 15. — *Erudiri idē est ac legem docere.* — Psal. 143. v. 1. — *Quæ beneficia Deus populo contulerit.*

133\. *Facti sunt quasi arcus dolosus.* Est autem arcus dolosus, qui alio emittit sagittam, quam quo fuerat à sagittario destinata, quando illum ferit, in cuius fauorem torquebatur, quomodo si iaculum, quod vibratur in hostem, amicum transfigat; aut quod petit feram, & filium, parentemue conficiat. Vel si feriat à quo vires accepit, & quem tueri pro beneficijs debuisset. Quomodo si quis in illum ferrum conuertat, à quo illud ad defensionem accepisset. Et orationem ille contra magistrum habeat in iudicio, à quo orandi artem, & facultatem esset edoctus. Sic cum ad Joannem mittunt Iudæi legationem, vt eum Messiam constituant, facti sunt quasi arcus dolosus, nam in Christum *cogitauerunt malitiam*. De Strabonibus, qui ij sunt, qui oculos distortos habent, ait Aristot. Problem. sect. 32. v. 7. *Rem eandem geminari videri. Causam situs habet eo scilicet quod oculos non suo medio nexus, locatusque est.* Hi autem, qui distortos habent oculos sagittas in scopum iacere non valent. Nos dicimus: *Los que tienen los ojos crujados, no pueden tirar apunteria.* Non enim respiciunt signum, vel scopum directo obtutu. Sic etiam impijs, qui cognitionis non expertes sunt, sed voluntatis, & affectus, mala opera eorum cæcitati minimè tribuenda sunt, sed peruersitati: Non enim operum sagittas in scopulum dirigunt, quia Strabones sunt. De his inquit Diuus Gregorius Nazianz. Orat. 44. Pentecostes, *Nam quid de alijs dicam perspicuè mortuis (quos ad vitam reuocare Christi solius est, qui sua potentia mortuos viuificat) qui loco malè, atque improbè distrahuntur, cum doctrinæ vinculo constricti sint, tantumque inter se contendunt, quantum distorti oculi vnam eandemque rem cernentes, ac non obtutu, sed situ dumtaxat inter se dissidentes, si tamen illis distortio, & peruersitas, non autem cæcitas obijcienda est.* Hi etenim quasi *duas vias ingredi videntur*, ideò, *non habent successus*, id est, non assequentur quæ impensius intendunt, vt in responsionibus Ioannis ostensum est, &c. Eandem interpretationem amplectitur Hugo, qui ait: *Cor ingrediens duas vias*, vnam intellectu, & alteram affectu; quia *non habebit successus*, id est, non benè succedet ei; quia nec veritatem inueniet, nec meritum laborando acquirit. Rabanus quia eorum labores in vacuū ibunt. Tandem Palac. illud, *non habebit successus*, sic intelligit: Tu volebas frui bonæ, & malæ viæ: At neque his frueris, nec illis. Nam fruentem te bonis, quæ in mala via esse videntur, auocat bona via, & dulcedini tuæ in malo bona via felleum amarorem inspergit. Ita contra, fruentem bonis viæ bonæ, via mala reuocat: & dulcedine bonæ viæ frui, vt decet, non sinit, &c.

Arcus dolosus qualis. — *Strabones sunt qui oculos distortos habent.* — Aristot. — *Impij similes sunt strabonibus qui cognitionem habent & non affectū.* — D.G. Naz. — *Cor ingrediens duas vias quale.* — Hugo. — Rabanus. — Palacius.

Illustratio secunda.

Et prauus corde in illis scandalizabitur. q. d. Vt explicat Palacius, id est, ingrediens simul viam bonitatis, & malitiæ, scandalizabitur, & offendetur ex vtraque. Nam gaudens in bona, torquetur ex mala. Contra gaudentem in mala, bona contristat. Ergo esto calidus, & frigidus, quia vero tepidus es, incipies euomi ab ore Domini. Huc pertinet illud vetus Prouerbium: Qui duos insequitur lepores, neutrum capit, quia dum vni ingruit, alter elabitur. Et qui multa comprehendit, nihil amplectitur. Apud nostrates dicitur. *Quien mucho ab arca, poco aprieta.* Hoc vitium prauicordis reprehenditur à Plutarcho cum in vitijs agit, de Themistocle: *Ferunt autem*, ait, *Timocreontem ob suspicionem inclinantis ad Medos voluntatis extorrem actum, sententia etiam Themistoclis, damnatum. Itaque in Themistoclem, vt is eiusdem criminis insimulatus est, hæc ille scripsit.* 134.

Ergo Timocreon non iam (velut ante ferebant)
Cum Medis solus iungit amicitiam.
Non mihi iam soli mutilanda est cauda misellæ
Debetur pœna, & vulpibus hæc alijs.

Prauum cor scandalizabitur. — Palacius. — *Qui multa comprehendit nihil amplectitur.* — Plutarchus

Iansenius qui hanc sententiam de ijs, qui duobus Dominis seruire non valent, ait. Huiusmodi dicit. Scandalizandum in illis duabus vijs, hoc est, scandalum, & offendiculum passurum, atque ruinam, per hoc, quod non sincerè rectam viam ambulat, sed duas vias sectatur partim Deo, partim mundo, seruiens. Idem Sirach cap. 36. vers. 22. Inquit: *Cor prauum dabit tristitiam.* Et Salomon Prou. 11. vers. 20. *Abominatur Dominus*, ait, *cor prauum.* Appellat autem Ecclesiasticus *prauum corde*, vel prauicordem, illum, qui non rectè ambulat coram Deo, sed machinatur mala in animo suo contra ipsum Deum, & contra proximum suum. Sic Salomon dixit Prou. 6. vers. 14. *Prauo corde cogitat malum.* LXX. *Peruersum cor machinatur*, seu *architectatur mala*, hoc est, numquam non aliquid mali meditatur, quod alijs inferre possit. Super quæ Diuus Ephræmus Syrus in libro contra impudicos, eorumque laqueos: *Quemadmodum*, inquit, *ex quibusdam latebris multitudo venenatarum bestiarum egreditur: Ad eundem etiam modum, ex corde similium hominum, multitudo pessimarum cogitationum procedit. Cor namque peruersum [vt habet Scriptura] machinatur mala omni tempore*, &c.

Non potest quis duobus Dominis seruire. — Iansenius. — Eccles. 36. v. 22. — Prou. 11. v. 20. — *Prauus corde quis.* — Prou. 6. v. 14. — D. Ephræm

Itaque *praui cors*, est ille, qui non simplex est. 135.
Vel cor prauum significat non sincerum, non apertum, non candidum, non simplex, non fidele; sed perfidum, duplex, fraudulentum, tectum, malignum, non se prodens. Dixit enim Jerem. cap. 17. vers. 9. *Prauum est cor omnium, & inscrutabile,*

Ier. 17. v. 9. — *Prauum cor inscrutabile.*

re, quis cognoscet illud? Id est, multæ sunt in cordibus hominum latebræ, & abditi recessus, neque illorum consilia, atque studia possunt explicari. Prauum namque tortuosum, flexibusque atque anfractibus multiplex, & varium sonat. Homo autem; qui non sincere ambulat, sed tortuosè, sicut Deo abominationi est, ait enim Salomon Prou.11.vers.20. *Abominabile Domino cor prauum.* Sic ait Ecclesiasticus: *Scandalizabitur in illis.* Id est, in vijs duabus, quas ingreditur. Diuus Hieronymus tom.6.lib.3. In Matth. cap.15. Agens de scandalo ait: *Dicamus quid significet. πϖσκομμα & σκανδαλον, nos offendiculum, vel ruinam, & impactionem pedis possumus dicere. Quando ergo legimus. Quicumque de minimis istis scandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto, factoue occasionem ruinæ cuiquam dederit.* Hanc definitionem approbat & explicat D.Thom.2.2. q.43. art.1. Cum ergo actiuè vel passiuè, sicut ait S.Thom. sumatur scandalum, Scandalizari propriè erit, offendiculum, vel occasionem ruinæ sibi sumere. Ille autem qui duas vias ingreditur, vt superius explicuimus, occasionem ruinæ sibi ascisci. Quia cum viam bonitatis & malitiæ ingrediatur, offenditur ex vtraque, id est, offendiculum sibi sumit, *vel offensabit in eis*, vt Tygurina & sicut Apost. Rom.14.v.13. præcipit: *Ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.* Quia peccatum est charitati Christianæ repugnans. Sic vnusquisque debet sibi scandalum non ascisce re, quia peccatum est, vt facit *cor ingrediens duas vias*, vel *prauicors*, qui *in illis scandalizabitur.* Jd est, offendiculum sibi sumit, &c:

Alia sententia hoc loco interijcitur in Vatablo, quæ in cæteris Originalibus desideratur. Hæc est: *Pupilli orbus lumine carebis: Cognitionem autem cuius expers es, ne profitearis.* Cognitionem in professione vult esse (ait Vatab.) quasi pupillam in oculo, qui frustra aperitur: Jta inanis est professio eius rei, quam professor nulla scientia comprehensam habet. Sed hæc sententia ommittenda, quia non est in vulgato, licet in superiori sententia scil.26.n.119. eam tetigimus.

Qui non sincere ambulat Deo abominabilis. Prou.11. v.20. D.Hieron.

Scandalum quid. D. Thom.

Rom.14. v.13. *Ponere offendiculum peccatum est charitati repugnare.*

VERS. XXIX.

Cor nequam grauabitur in doloribus: Et peccator adijciet ad peccandum.

Sensus.

136. Cor *nequam*, &c. q.d. Cor pertinax, & durum, sicut ferrum candens, aquę immersum, quia aqua flagellationum tinctum obduruit, haud dubium laboribus, & doloribus premetur, & grauabitur. Quoniam sibi semper maiores, & grauiores parat dolores; & mala, thesaurizans sibi iram in nouissimis diebus. Peccator enim, qui peccatis deditus in profundum peccatorum venit, nullius admonitionibus à praua viuendi vita reuocatur, quia illas despicit. Sed præcedentibus peccatis, & sceleribus semper adijcit, vt amplius peccet, addendo peccata super peccata: Nullum enim finem peccandi facit, alia alijs accumulat, siue multiplicat, &c.

Notæ.

Cor *nequam*, in Græco est καρδία σκληρά. *Cor durum*, verbum σκληρὸς est durus, Strigosus, rudis, cæsus. asperus, austerus, à verbo originali σκελλω, quod est, attenuare, siccare, arefacere. Inde χελσκελὴς prædurus, modum duritiæ superans Antigon, σίδερος ψελσκέλης ferrum nimis induratum. Solet enim vt durius fiat cædens in aqua tingi. Hinc dicitur prædurum, ac pertinax pectus, præfracta mens, quæ nimirum nullis precibus, verbisue quantumuis blandis molliri potest. Sed καρτερὰ βαφὴ σιδηρόσως, non aliter ac ferrum, quod candens aquæ immersum obduruit, nec flecti amplius potest. Hinc σκληρὸς cor durum ex ariditate nimirum. Ideò vulgatus vt hæc omnia comprehenderet legit *nequam* Tygur. *pertinax.* Nam de animo vel corde hoc modo præduro loquitur Sirach. Pro *doloribus* alij transferunt *laboribus.* Quia verbum originale vtrumque significat. *Adijciet ad peccandum.* Alij *adijcit super peccata.* Nam iuxta Prouerbium Heb. עברה נדררת עברה *Transgressio transgressionem trahit. Peccata peccatis.* Alij habent ἁμαρτίαν ἐΦ' ἁμαρτίας, vt in Ald. Basil. & LXX. alij. ἁμαρτίας ἐΦ' ἁμαρτίας, quod secutus est Camerarius.

Illustratio prima.

137. Cor *nequam grauabitur in doloribus.* Rabanus grauantur eorum præcordia dolis versutijs, & idcircò onerantur multiplicibus peccatorum sarcinis. Palacius explicat, vir malus non reuocat se à peccato, imò vero addit peccatum peccato. In hoc diffident iustus, & peccator, iustus enim cum laboribus, & doloribus grauatur, mollis redditur, sed peccator cum laboribus, & doloribus à Deo flagellatur, sicut ferrum candens, aqua immersum magis obdurescit. De primo exemplum nobis proponitur 2.Paral.34.v.27. de Josia rege Juda, cui prænuntiauit Deus tribulationem: *Ecce enim inducam mala*, &c. Vers. 24. Et cum ipse rex postulasset à Propheta, vt pro se Dominum deprecaretur, ait Dominus v. 26. *Ad regem autem Iuda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini: Hæc dixit Dominus Deus Israël, quoniam audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus in conspectu Dei, super his, quæ dicta sunt contra locum hunc, & fleuisti coram me: Ego quoque exaudiui te dicit Dominus.* Pende illud *emollitum est cor.* q.d. quia iustus es, & mihi gratissimus emollitum est cor tuum, cum te laboribus affligere minatus sum. *Nonne* (inquit D. Ambros. lib. 3. de virgin.) *Inter asperitates laborum contritionesque animorum boniflos doloris assurgit? Quia contrito corde Deus placatur.*

E contra, verò peccator magis flagellationibus obdurescit. Exemplum huius inuenio 4.Reg.17. de Oseæ rege Jsraël, cui Deus flagellum immiserat, & flagellauit populum, illum tradens in potestatem regis Assyriorum, qui transtulit Israël in Assyriam. Populus autem Israël ambulauit iuxta ritum gentium, & earum Deos coluerunt. Cum ergo sic flagellati debuissent cor emollire, magis illud indurauerunt. Sicut ait Scriptura vers.13. Prouocauerat prius illum ad pœnitentiam dicens: *Reuertimini à vijs vestris pessimis*, &c. *Qui non audierunt* (ecce Israëlitarum induratio, vt notauit Abulensis) *sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo*, &c. Id est, sic patres sui induruerunt ceruicem. Vocantur patres istorum primi, qui legem susceperunt vt dixit Abulensis. Nam illico vt susceperunt illam, fecerunt contra eam colentes vitulum. Et dixit Deus Exod.32.vers.9. *Cerno quod populus ista dura ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos*, &c. Sicut enim tunc Deus grauauit populum labore maximo, sic nunc, ait Scriptura v.20. *Iratusque est Dominus vehementer. Proiecitque omne semen Israël, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium*, &c. Quia *cor nequam* [durum pertinax] grauatur à Domino *in doloribus, & laboribus*, &c.

4.Reg.17. v.13. Abulensis.

Populus Israël dura ceruicis erat Exod.32. v.9.

138. Pende etiam exemplum regis Pharaonis Exod. 4. vers. 21. Vbi ait Dominus: *Ego indurabo cor eius.* Quare autem dicatur Deus cor indurare? Respondet Abulensis: Deum dici cor Pharaonis indurare, non quidem malitiam apponendo, sed suam gratiam non apponendo (verba illius sunt, fortè descripta ex Diuo Gregorio vt diximus supra vers. 27.) aut appositam non conseruando. Gratia Dei est aliquid mollificatiuum animæ nostræ, quæ cum insit, anima nostra mollis valdè efficeta, ad quamcunque partem faciliter vertibilis est. Hac autem deficiente anima nostra dura, & immobilis redditur, atque in malo radicatur, &c. Jtaque gratiam mollificantem abstrahit Deus. Cum cor Pharaonis, vel alterius indurat. Et cum cor Pharaonis induratum est, plagis, & laboribus eum planè grauauit: Quia *cor nequam*, vel *durum* ait Sirach. *Grauabitur in doloribus*, vel *laboribus*, &c.

Pharao laboribus induratus. Exo.4.v.21.

Gratia Dei est mollificatiuum animæ, qua deficiente dura redditur.

Tandem de rege Antiocho 2. Mach. 9. vers. 5. dicitur: *Sed qui vniuersa conspicit Dominus Deus Israël, percussit eum insanabili, & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum Sermonem, apprehendit eum dolor dirus, viscerum, & amara internorum tormenta. Et quidem satis iustè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret.* Pende hæc vltima verba *licet ille*, &c. Id est, quamuis à Deo flagellatus, non resipuit, sed durus & pertinax perstitit. Ergo peccator nequam in doloribus vel laboribus obdurescit, sicut ferrum candens aqua immersum, vt flecti amplius nequeat, nec conuerti ad Dominum, quia pertinax pectus eius, & mens præfracta, nullis precibus, verbisue quantumuis blandis emolliri potest. Peccatum enim obdurat corda, & ea mollia reddi non sinit. Vt videtur in Antiocho, qui licet Deus eum ita vehementer flagellauerit, fortè vt ad sanitatem reuerteret, ille nullo modo à sua malitia cessauit, & sic obduratus perijt, &c.

Antiochus exemplum obstinationis 2. Mach. 9. v.5.

Peccator sicut ferrum laboribus obdurescit.

Peccatum obdurat corda.

Illustratio secunda.

139. Et peccator adijciet ad peccandum, vel *adijciet peccata super peccata.* Vel *peccatis accumulabit.* Quod idem est; Cum igitur impius cor durum, & pertinax habeat, non corrigitur, sed addit peccata peccatis. Hoc optimè probari potest ex eo Prou.13. vers.6. *Impietas autem peccatorem supplantat.* Eleganter vtitur luctantis Metaphora, qui aduersarium supplantat. Sicut enim, qui supplantat alium pede suppositio, in terram injcit. Sic *impietas peccatorum.* Id est, violentia, & supplantatio peccatorum, hominem in terram injcit: Hoc est in aliud peccarum ruere cogit; nam quasi pede suppositio, id est, supposita voluptate, in præcipitium injcit, vel *supplantat*, id est, ad plurimos lapsus impellit, alias ex alijs ruinas præparans. Sed magis ad intentum legit hunc locum Symachus: *Iniustitia vero attrahit peccatum.* q. d. Vnum peccatum aliud ad se trahit, sicut magnes attrahit ferrum. Sic dixit Beda serm. de Nat. *Sicut magnes ferrum, sic concupiscentia peccatum ad se trahit. Item vt ferri annulus magneti adhæretis, alium leuat, & hic alium, donec catena fit: Sic peccata alia ex alijs pendent, ad se attrahunt*, &c. Sicut cortinę tabernaculi vt dicitur Exod.28. vers. 5. *Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraque parte, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit aptari.* Ita cortinæ ansulis dispositæ erant, vt cortina cortinam traheret, sic etiam peccata disponunt animum vt peccatum peccatum trahat: Sunt enim ita inter se connexa, vt vnum peccatum aliud trahat. Vide Oseam cap.13.v.2. *Et nunc addiderunt ad peccandum.*

Prou.13. v.6.

Supplantare quid.

Beda.

Vnum peccatum aliud trahit sicut ferrum magnes. Exo.28.v.5.

Ose.13.v.2.

Quare Isaias cap.5. vers.18. Jnquit: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.* Signum proponit pertinaciæ, & impœnitentiæ. q.d. Væ vobis quibus planè insedit ambitio, cupiditas, ebrietas, libido, &c. Quique illis quasi funibus adstricti estis, & callum obduxistis, vt ex ea per longam moram, & consuetudinem roborata, vos extricari non possitis. Sicut boues loris assueti plaustrum trahunt, assiduè: Sic ambitiosi, cupidi, ebriosi, & alij eiusmodi, assiduè trahunt longum funem, & plaustrum peccatorum. Vt enim obtineant id, quod suæ ambitioni, aut cupidini præfixerunt, alia ex alijs peccata accumulant. Vt dixit Diuus Basilius super hunc locum. Apponit similitudinem eius, qui funes nectit, aut plectit iuuencas Storeas. *Pari modo*, inquit, *qui in profundum malorum festinant se protrudere, priusquam priori peccato sit impositus finis adoriuntur secundum. Rursus huic alteri aliud continenter coaptant. Atque ita prorsus vita, quæ per peccatorum gradus progreditur, assimilis videtur funiculo cuipiam contexto, & in longum protracto, quippe quæ & quod prius cœperat connectere, vetitet: Et quod semper adest, coaptat & adiungit ad similitudinem præcedentis. Ob hoc ait: Væ qui attrahitis peccata quasi funiculo longo* [nos dicimus: *Ay de aquellos, que traen la soga arrastrando*] & inferius in eiusdem loci explicatione subiungit: *Certè*, ait, *ad hunc modum hi funiculi quantalibet longitudine extendantur, perquam difficiles sunt solutis, ob vigorem peccantium confirmatum consuetudine peccandi: Quique inuoluunt se vehementer peccatis crebrius repetitis.* Quid aprius ad intentum.

Trahere iniquitatem in funiculis quid. Isa.5. v.18.

Peccatum trahere quid.

B. Basilius.

Peccatum funiculo longo comparatur.

Hoc confirmat D. Gregorius lib. 20. Moral. cap. 16. Versans id Ose.10. vers.11. *Ephraim vitula docta diligere trituram. Vitula*, inquit, *tritura laboribus assueta relaxa plerumque ad eumdem laboris vsum, quare vitula assueta tritura non compulsa reuertitur. Ita prauorum mens huius mundi seruitijs dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta, etiam si sibi liberè vacare liceat, subesse tamen terrenis sudoribus festinat, & vsu miserę conuersationis trituram laboris quærit, vt à iugo mundanę*

140. Ose.10. v.11. *Quare vitula assueta tritura ito rum reuertitur ad eam.* D. Gregor.

danæ seruitutis cessare non libeat, etiamsi liceat. Talibus congruit id Iob 30. vers. 7. *Qui inter huiusmodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant.* Vide Pinedam nostrum.

Iob 30. v. 7

Tandem hæc doctrina confirmatur ex eo Psal 41. v. 8. *Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.* D. Ambrosius explicat de veteri; & nouo testamento, sicut Diuus Hieronymus: *Non præualebat* (inquit Episc. Mediol.) *Vetus testamentum ad istius mundi redemptionem, inuocabat, & quasi ad auxilium arcessebat nouum testamentum. Clamabat lex, annuntians Euangelium*, &c. Idem confirmat in Psal. 35. ad id: *Iudicia tua abyssus multa.* D. Gregorius lib. 27. Moral. cap. 16. ait: *In peccato igitur quod committunt prius contra se iudicium suæ rationis inueniunt, & post ad districtionem æterni examinis perducuntur.* Et quamuis ad litteram de calamitatibus hic versus intelligatur, nam vt explicat Genebr. calamitas calamitatem attrahit, vt emergere non liceat; nulla calamitas sola. Apud nostrates dicitur: *Bien vengas mal si vienes solo.* q. d. Nulla est mearum miseriarum intermissio & finis, nullus fundus: Quia abyssus immensa profunditas est, quasi sine fundo, cumulus malorum cumulos alios, & moles varias trahit ad vocem fistularum tuarum, id est, nubium, per quas veluti fistulas, & canales imbrium magnam fundis copiam. Te tonante & excitante tempestates, obruor varijs calamitatibus, &c.

Psal. 41. v. 8 *Abyssum abyssum inuocare quid.* D. Ambros. D. Hieron. D. Gregor. Genebrard. *Nulla calamitas sola.*

NihilominusD. Augustinus tom. 9. in append.
141. tract. 4. de contrit. cordis cap. 9. Vocat peccata abyssum, quæ alia peccata, & æternam pœnam attrahunt. Et clarius Nicolaus de Lyra, licet de afflictionibus explicet, nam vna afflictio aliam vocat. Sed moraliter intelligit de peccato, aiens: *Ideò dicitur: abyssus abyssum inuocat, id est, culpa culpam.* Vnde dicit D. Gregorius lib. 25. Moral. cap. 9. *Omne quippe peccatum, quod tamen citius pœnitendo non tergitur, aut peccatum est, & causa peccati, aut peccatum, & pœna peccati: Peccatum namque, quod pœnitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Ex illo quippe vitio, culpa subsequens oritur, ex quo cæcata mens ducitur, vt peius ex alio ligetur.* Et non inelegantius hæc confirmat idem Diuus Gregorius lib. 13. Moral. cap. 6. Explicans id Job 16. v. 15. *Concîdit me vulnere super vulnus.* Inquit: *In infirmis suis sancta Ecclesia vulnere super vulnus conciditur, quando peccatum peccato additur, vt culpa vehementius exaggeretur.* Et probat ex eo Ose. 4. vers. 2. *Sanguis sanguinem tetigit.* Quod explicans ait: *Sanguis ergo sanguinem tangit quando peccatum peccato additur, vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur.* Vel *cum culpa culpam cumulauerit.* Vt translatio Tygurinæ in nostra sententia confirmat: *Et scelerosus peccatis accumulauit.* Tandem inquit Oseas cap. 10. vers. 13. *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis*, id est, ager quem arastis hactenus, & semen, quod seminastis fuit impietas, ac consequenter seges non fuit alia, quam impietas. q. d. Nihil cogitastis quam impietatem impietati addere, scelera sceleribus cumulare.

D. August. *Abyssus peccatorum aliam inuocat* Lyra. D. Gregor. *Peccatum quod pœnitentia non diluit aliud attrahit.* D. Gregor. Ose. 4. v. 2. *Sanguis sanguinem tetigit, quid.* Ose. 10. v. 13 *Arare impietatem quid.*

Huius loci tandem illustrationem decorat testimonium D. Ioan. Chrysostomi tom. 5. lib. vnico contra gentiles: Inquiens. *Anima enim, quæ peccati gustum semel fecerit, tum quæ nullius doloris, aut pœnitentiæ stimulis tangitur, magnum certè auctarium morbo adijcere solet.* Affert exemplum scintillæ, quæ immensam materiam corripit; quantoque plura comprehenderit flamma, tantò maius robur ad alia consumenda concipit, &c. Isaias dixit cap. 34. v. 14. *Et pilosus clamabat alter ad alterum* quod pendens D. Gregorius lib. 7. Moral. cap. 12. *Pilosus autem alter ad alterum clamat, cum perpetrata nequitia, ad aliam perpetrandam malitiam prouocat, & quasi quadam cogitationis voce commissa iam culpa, culpam adhuc, quæ committatur inuitat.* Vide si placet quæ dicemus c. 5. v. 5. n. 19. & cap. 7. vers. 8. Pergo ad alia.

D. Chrysost. *Sicut scintilla auget ignem, sic peccatum.* Isa. 34. v. 14 D. Gregor. *Vna culpa aliam inuitat.*

VERS. XXX.

Synagogæ superborum non erit sanitas: Frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelligetur.

Sensus.

142. Synagogæ superborum, &c. q. d. Cœtus superborum, qui postquam in peccatis radices emittunt, ita obdurescunt, vt nullum remedium videantur habere, & nec nullam velint curationem recipere in hac vita, suo tempore, etiam sine curatione perdetur, & profligabitur. Quia frutex peccati, id est, omnis eorum ad peccandum potestas, in qua iam benè radicati videntur & firmati, stirpitus extrahetur, & penitus eradicabitur, & tolletur ab eis, ita vt amplius non intelligatur, nec cognoscatur esse, vel fuisse, hoc est, sic extrahitur, vt nec reliquiæ supersint, &c.

Notæ.

Loco *Synagogæ* est in Complutens. ἐν ἐπαγωγῇ *In inductione.* Et in Drusio sine præpositione ἐν quod est *in* q. d. Non est sanitas vel remedium superbo, cum in calamitates inciderit. Nam eius calamitas comitem fere habet desperationem. ἐπαγωγὴ, iam diximus cap. 2. v. 2. n. 14. Significare obductionem, vel inductionem, & quoduis malum alicui illatum, nec non quamuis calamitatem quam noster vertit obductionem, fortè quod calamitas mentem veluti nebula quadam obducat, eiusque serenitatem tollat, & significat pœnam capitis, &c. Sed noster vulgatus non legit ἐπαγωγῆς. sed συναγωγὴ, *Synagogæ superborum non est sanitas*, nec remedium. Quia eorum superbia fouet in animo desperationem, vel potius impedit remedium, & quasi muro mentem obstruit, ne transeat diuina salus ad eos saluandos. Tygurina. *In suasione arrogantis nihil est sani.* Quia sibi persuadet se non egere diuina misericordia. Hoc est, persuasio hominis superbi non est sanabilis. Quamdiu animus opinione sui elatus aut inflatus est, ad nullam pietatem, aut frugem redire potest. Sola via & ratio ad resipiscentiam est cordis humilitas. Drusius. *Calamitatis superbi non est remedium*, quia calamitas, cum obductum reddit, ne lucem diuinæ gratiæ admittere possit. Statim reddit rationem quare non est superbo remedium, vel sanitas, *frutex enim peccati radicabitur in illis.* Clarius Complutenses, *planta enim nequitiæ radices misit in eo*; cum enim peccatum in animo radicatur, nullo modo sanitati locum dat in se. Vulgatus tandem adijcit: *Et non intelligetur*, quod in originalibus desideratur.

Non est sanitas superbo. *Superbia fouet in animo desperationem.*

Cordis humilitas via ad resipiscentiam. *Cum peccatum in animo radicatur non dat locum sanitati.*

Illustratio prima.

143. Synagogæ superborum, &c. Inprimis certum est, superbum, cum monitis eorum, qui eum reducere conantur, non obtemperet, miserè cadere, quia in eum Deus animaduertit. Hoc illustratur ex eo Psal. 81. vers. 6. *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.* Loquitur hic Deus cum iudicibus reipublicæ, & terræ moderatoribus, & eos Deos appellat, non quia natura sint, neque eis hic Deitatis honor conueniat; sed quia per adoptionem, sicut Interlinear. explicat, Dij vocitantur per adoptionem scilicet gratiæ, & per participationem, quam ad iudicandum receperunt. Sic Lyra: *Ego dixi Dij estis.* Scilicet participatiuè, eo quod iudices ex officio sunt executores diuinæ iustitiæ. Sed ne extollantur, cum se deitatis honore decoratur, ex probrat illos [*dales en cara consuba xeja*] in memoriam reuocans suæ naturæ vilitatem, & sic subiungit: *Vos autem sicut homines, moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.* q. d. Non est quod caput vestrum erigatis, existimantes per naturam titulum diuinitatis possidere, quia nec natura Dij estis, nec iure hæreditario eam dignitatem ex parentibus accepistis. Sed potius vos vellem persuasum habere, eos homines esse, & tanquam homines perijsse, licet regali honore fuerint decorati. Vosque tanquam eorum filios tandem perituros. Eleganter Diuus Augustinus ad nostrum intentum hunc locum commentatur, dicens. *Id est, omnibus vobis promisi fœlicitatem cælestem, vos autem per infirmitatem carnis sicut homines moriemini, & per elationem animi, sicut vnus de principibus, id est, diabolus non extollemini, sed cadetis*, &c. Cadunt scilicet, quia extolluntur. Hic autem casus remedium non habere videtur. non est sanitas, id est, superbiæ casus fere vnquam sanatur, sicut in diabolo. Quare Innocent. Pap. lib. 2. de contemp. mun. cap. 32. Jn superbiam inuehens, inquit: *O superbia, & præsumptuosa superbia, quæ non tantum Angelos Deo voluisti adæquare, sed etiam homines præsumpsisti deificare. Porro quos erexit, depressit, & quos exaltauit humiliauit*, &c.

Iudices dij appellantur. Psal. 81. v. 6 Interlinear Lyra. *Iudices superbi pereunt.* D. August. *Superbiæ casus fere vnquam sanatur.* D. Innoc.

144. Hinc est, quod Deus, sicut ipse *excelsus est, & humilia respicit.* Sic *alta* (superba) *à longè cognoscit.* Psal. 137. vers. 6. Quare ergo alta, id est, superba à longè Deus cognoscit? Numquid aliquid ita distat à conspectu Domini, vt illud minimè cernat, vel cognoscat? nonne *omnia nuda & aperta sunt oculis eius*? Heb. 4. vers. 13. Ita sanè. Cur ergo alta à longè cognoscit? nota verbum *cognoscere*, non ait, & alta à longè respicit, sed cognoscit, quia quamuis omnia videat; & nihil non cognoscat; tamen cum nos volumus alicuius ingratitudinem exprobrare, dicimus nos eum non cognoscere, licet cognoscamus. *An dadque no os conosco*, vt respondit Christus Dominus sponsus quinque virginibus, quæ postquam despectæ fuit, ipsę ad cælestia ostia pulsarunt Matt. 25. v. 12. 13. dicentes: *Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis nescio vos.* Vt quid Dominus talia respondit? nonne illas cognoscebat? cognoscebat sanè, sed quia eas inuisas habebat, ideò illas non cognoscebat. Sic ait Dauid Deum, *alta*, id est, superba, *à longè cognoscere*, non quia à se distant, sed quia ea odio habet. Eleganter Diuus Augustinus super hunc locum, inquit: *Quid sibi ergo præstat superbus, nisi vt à longè videatur, non vt non videatur. Ne putes te ideo securum esse debere, quod minus te benè videat, qui à longè te videt. Tu enim quod à longè vides, non benè vides. Deus etsi à longè te videt, perfectè te videt, & tecum non est. Hoc agis non vt minus perfectè videaris, sed vt non sis cum illo à quo videris.* Quare Christus Dominus exoptat discipulos suos, & omnes fideles Christianæ humilitati addictos videre, ne superbiæ inseruiant, & per extollentiam animi miserè pereant.

Psal. 137. v. 6. *Quare alta à longè Deus cognoscit.* Heb. 4. v. 13 Matth. 25. v. 12. 13. *Ingratitudinis exprobratio.* D. August. *Superbus à longè cognoscitur.*

Inde est quod D. Paulus 1. Timot. 5. v. 23. Hoc discipulo Timotheo consilium præbeat, & hoc remedium præstet ad sanandam stomachi infirmitatem: Dolore enim Stomachi affligebatur. *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter Stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* Cur Paulus, qui alia miracula, & prodigia patrauerat, non sanauit discipuli Stomachum? numquid potestas non erat ei, ad hæc, & alia miracula conficienda? vel numquid Timotheus, si sanaretur minimè proficeret in prædicatione Euangelij, & minus ad conuersionem gentium idoneus redderetur? quare discipulo per miraculum non medetur? *Cur itaque* (inquit Chrysostomus to. 4. hom. 16, in Epist. ad Timot.) *illius Stomachum in oratione firmauit? Cuius enim vestes mortuos suscitabant, & hoc vtique facere poterat, quanam ergo ratione?* Respondet, *vt si quoque videremus viros magnos, & virtute præclaros infirmari, nihil moueamur, & illud enim fiebat vtiliter. Si enim illi* (Paulo scilicet) *datus est Angelus satanæ, ne extolleretur, multo magis Timotheo oportuit dari, poterant signa illum in arrogantiam tollere. Idcirco medicinæ legibus illum inseruire permittit vt & ipse humilior sit, & cæteri non scandalizentur, discantque quod cum naturæ nostræ illi essent, virtutes tamen exercuere, quas legimus*, &c. Itaque vult Deus homines humiles esse ne extollantur, & cadant. cum superborum casus minus sæpe sanentur.

1. Tim. 5. v. 23. *Consilium Pauli de bibendo modico vino.* D. Chrysost. *Ad humilitatem exhortatio.*

Tandem præoptat Deus humilitatem à superbia separare, ne superbia humilitatis diuitias scelerate diripiat. Notat D. Petrus Chrysologus ser. 9. id Matt. 6. vers. 3. ex præcepto Domini: *Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quod faciat dextera tua. Putas* (inquit Chrysologus) *quam vult nescire alterū, qui te ipsum, qui facis, vult aliqua tui parte nescire? nesciat sinistra*, &c. q. d. Nullum tibi membrum sit, quod eleemosynam, quam liberaliter erogas, non ignoret, nesciat sinistra tua, te dexteram tuam pauperi porrigere. Jn manu dextera virtutes intelliguntur, & in sinistra vitia. Sicut Chrysologus explicuit: *Sicut sunt, ait, nobis in dextera parte virtutes, ita nobis pars vitiorum in sinistra.* Ergo nescire debet pars 145.

Humilitas à superbia separanda. D. P. Chrys. Matt. 6. v. 3.

Hypocrisis fugienda in facienda eleemosyna.

ſiniſtra vitiorum, quid faciat dexterà virtutum, ne ſiniſtra, virtutum dexteræ inuida, in eam inuadat, & virtutes diripiat. *Nam ſiniſtra eſt*, inquit ipſe, *quæ nobis animarum prælia ſemper indicit*, *& ne virtutes in effectum veniant*, *elaborat.* Cum igitur in ſiniſtra ſit ſuperbia, & in dextera humilitas, neceſſe eſt dexteram fugere ſiniſtram, ne ſuperbia humilitatem diripiat, & illam in præcipitium elidat. Et homo in ſuperbiam elatus miſerè ruat, & non ſanetur. Ideò Eccleſiaſticus affirmat, Synagogam, id eſt, congregationem ſuperborum, qui nullam volunt admittere curationem, ſuo tempore etiam ſine curatione perdendam. Nam *Synagogæ ſuperborum non erit ſanitas.*

In manu ſiniſtra ſuperbia & in dextera humilitas.

Illuſtratio ſecunda.

146. Complutenſes vt diximus, legunt: *In inductione ſuperbi non eſt ſanitas.* Et in notis affirmauimus verbum Græcum *epagogues* ſignificare quoduis malum alicui illatum, & quamuis calamitatem, quod calamitas mentem obnubilet, eiuſque ſerenitatem tollat, & punitionem mortis, &c. Et eſt, q. d. nullum eſt remedium, ſeu ſanitas ſuperbo, cum in eum Deus animaduertit. Hoc eſt, ſuperbi qui noluerunt audire ſalutaria monita, ſed ea duro corde reiecerunt in peccatis perſeuerantes, cũ tempus punctionis illis aduenerit, punientur ſine reparatione, & vindicabuntur ſine curatione. Optimè hoc probatur ex eo Iſai. 2. verſ. 11. 12. *Oculi ſublimes homini humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum: Exaltabitur autem Dominus in illa die, quia dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omniem arrogantem, & humiliabitur. Et ſuper omnes cedros Libani ſublimes, & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan*, &c. Omnes enim ſuperbos puniet Deus in die vindictæ. Vide exemplum regis Tyri, qui ita eleuatus eſt ſuper ſe, vt ſe Deum eſſe ſibi perſuaſerit, & diuinitatis honorem & gloriam ſibi conuenire in ſuum animum induxt. Ezech. 28. verſ. 7. Sed minatur Deus per Prophetam animaduerſionem, cum ait: *Idcircò ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos gentium, & nudabunt gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum. Interficient, & detrahent te, & morieris in interitu occiſorum in medio maris.* q. d. Irrumpent contra te alieni populi omnium omnino gentium robuſtiſſimi, diſtringentque ferrum in caput tuum, & in pulchritudinem, & ſpeciem euertent: Fœdabuntque quam tibi ante ſapientia tua, ſed potius artificio fraudulento quæſieras. Illi ergo ſternent te, & exanimem ex ea cathedra deijcient, quam dicebas eſſe diuinam. In corde maris, quo non putabas acceſſuras vnquam hoſtiles acies, ibi quam certiſſimè, & quam citiſſimè, morieris. *Numquid dicens, loqueris; Deus ego ſum coram interficientibus te*: Putabat ſe Alexander Macedo Iouis Ammonis filium: Talis ſanè videri ſtudebat, vt auctor eſt Plutarchus. In eius vita. Hic vero ex vulnere & ſanguine quo perfuſus eſt, ex ea opinione deductus, mortalem ſe eſſe cognouit. De quo ſic Plutarchus: *Poſt ſagitta ictus cum grauiter doleret, id quidem dicebat amicis, quod de vulnere effluit, ſanguis eſt, non ichor quales felices ſtillant de corpore diui.* Sic in inductione, id eſt, in die punitionis & vindictæ, non erit ſanitas, ſuperbo, qui à Deo animaduertetur, & interficietur, vt perſuaſum habeat, ſe non ſolum Deum non eſſe, ſed nihili, vt ad regem Tyri dixit Dominus verſ. 19. *Omnes, qui viderint te in gentibus obſtupeſcent ſuper te: Nihili factus es, & non eris in perpetuum.* Hæc hominis anihilatio pœna eſt ſuperbiæ ſuæ. *Superbia* (inquit Philo Iud. lib. de pœnis, & præmijs) *per latitudinem ſignificatur, dum ſe anima diffundit, à quo non debet.* Rex Tyri diffuſus eſt, qui non debuit, nam ſe Deum eſſe ſibi perſuaſit. Sicut ergo quod in omnibus ſublimius eſt, Deus dicitur, ſic nihil eſt quod depreſſius exiſtimatur. Ecce ergo pœna ſuperbiæ regis, rex Tyri aſcendit ſuper omnia, ſuam oſtentans altitudinem, & prædicans ſe Deum eſſe; Deus autem eum punit pœna annihilationis, *nihili factus eſt*, quia ſicut Deo nihil ſuperius, ſic nihil nihilo humilius, & depreſſius, quare *in inductione ſuperbi non eſt ſanitas*, &c.

Calamitas obductio dicitur. — *Superbo non eſſe ſanitatẽ quid.* — Iſa. 2. v. 11. — *Omnes ſuperbos puniet Deus in die iudicij.* — Ezech. 28. v. 7. — *Animaduerſio regis Tyri propter ſuperbiam.* — *Alexander ſe eſſe mortalem ex ſanguine collegit.* — Plutarchus — *Anihilatio pœna eſt ſuperbia.* — Phil. Iud. — *Superbia per latitudinem ſignificatur.*

147. Porrò Druſius, qui vertit hanc ſententiam: *Calamitatis ſuperbi non eſt remedium.* Aliter explicat dicens: non eſt remedium ſuperbi, id eſt, ſuperbo in calamitate, id eſt, cum in calamitates inciderit, nam eius calamitas comitem fere habet deſperationem. Vide quę referuntur in lib. Machab. de rege Antiocho, qui in tot incidit calamitates & miſerias, vt ipſe fœtorem corporis ſui ferre non poſſet. Inter alia dicitur deſperaſſe. Nam 2. Machab. 5. v. 13. *Orabat hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Si Deum tantopere precatus eſt, cur ſcelerum veniam non impetrauit? Reſpondet noſter Serarius fuiſſe ficta & ſimulata omnia, ſi vera pœnitentiæ ratio conſideratur. Seu quod idem valet, verum quidem, & ſerium ei dolorem fuiſſe, ſed ob ſola ſua incommoda, & miſeriam. Sicut fuit dolor Eſau, de quo Paulus Heb. 12. v. 27. *Non inuenit pœnitentiæ locum*, &c. Addo veniam non impetraſſe, quia eius oratio deſperatione plena eſſe videbatur. Cum enim ſuperbia eſſet repletus, & ſimul deſperationem haberet, vt illa verba indicant: *à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Id eſt, deſperauit illam conſecuturum. Et cum deſperatio in animo ſuperbi calamitatem comitetur, ideò ſuorum ſcelerum veniam minimè impetrauit. Quare tanti tyranni Epitaphium, quis ille eſſet, tanquam præconio declarabant. *Qui ſibi videbatur fluctibus maris imperare ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere; nunc humilitatus ad terram in geſterio portatus eſt, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans.* Vide alia in Serario.

Calamitas ſuperbi comitem habet deſperationẽ. — 2. Mach. 5. v. 13. — Serarius. — Heb. 12. v. 27. — *Oratio plena deſperatione miſericordiã non conſequetur.* — *Epitaphium regis Antiochi.*

Hic tyrannus ſicut rex Tyri, & alij ſimiles homunciones, Deos haberi voluerunt, ſed eos mors irriſit, & de eis Plinius lib. 7. cap. 7. Cum de conceptu hominum, & generatione agit: *Tu*, inquit, *qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris: Et te ne alumnum quidem eius exiſtimas, ſed partum. Tu cuius ſemper in victoria eſt mens: Tu qui te Deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti?* Vnde & ſapienter concludit. *Is demum profectò vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.* Pende tandem id, quod de Epimano Antiocho, inquit Scriptura: *A quo non erat miſericordiam conſecuturus.* Quia deſperatione comitante ſuperbia repletus erat. Quod idem eſt, ac dicere: *Calamitatis ſuperbi non eſt remedium non eſt ſanitas*, &c.

Mors irridet ſuperbos qui ſe Deos eſſe exiſtimarunt — Plinius. — *Quare Antiochus non erat miſericordiam conſecuturus.*

Illuſtratio

Illuſtratio tertia.

14.9 *Frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelligetur.* Frutex nihil aliud eſt, teſte Valla, lib. 4. quam qui ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit, & ſtatura, ſimilis eſt multis herbis. Vulgo. *La mata, o árbol bajo*, Et ſumitur pro ſtirpe, vt Sueton. Ideò Druſius vertit *Sirps prauitatis*, id eſt, *frutex peccati.* Sicut enim frutex radicatur in terra, & tanquam ex ſtirpe rami pullulant. Sic iniqua voluntas, quam peccati fruticem appellat Dionyſius iuxta id Mat. 3. verſ. 10. *Iam enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt*, id eſt, iniqua hominis voluntas abſcindetur ſeu potius extirpabitur. Iniqua enim voluntas ſtirps ſeu frutex peccati, & prauitatis eſt: ex ea enim tot mala pullulant, quot patrata videmus. Ideò dixit Oſeas cap. 9. v. 10. *Et facti ſunt abominabiles ſicut ea, quæ dilexerunt.* Eſt enim voluntas humana ſicut Chamæleon, qui rerum omnium, quibus ſe applicat colorem induit, vt dixit Plinius lib. 8. cap. 33, Sic & voluntas omnium rerum ſpeciem & faciem quaſi induit. *Non* enim inquit Auguſtinus epiſt. 52. ad Maced. *Faciunt bonos vel malos mores niſi boni & mali amores.* Et tt. 2. in epiſt. 5. Ioan. *Talis eſt quiſque. qualis eſt eius dilectio. Terram diligis? terra es: Deum diligis? Quid dicam? Deus eris.* Hinc eſt quod propria voluntas frutex ſit omnis prauitatis. Qui autem in hac ſtirpe iniquæ võlũtatis firmatus & radicatus eſt, *Non intelligetur* id eſt, non cognoſcetur, quia eradicabitur, & deficiet. Quod explicuit Tygur. *Et nullus pretij cenſebitur.* Vel omnis ſuperborum poteſtas ad peccandum, in qua iam benè radicati videntur, eradicabitur penitus, & tolletur ab eis, ita vt amplius non agnoſcatur eſſe, vel fuiſſe, tolletur inquam ita vt neque reliquiæ ſuperſint.

Frutex quid. — Valla. — Suetonius. — Dionyſius. — *Voluntas iniqua frutex peccati.* — Oſe. 9. v. 10. — *Voluntas humana ſicut Chamæleon.* — Plin. — *Talis eſt quiſq; qualis eius dilectio.*

Hoc illuſtrari poteſt ex eo Pſal. 36. v. 35. *Vidi impium* (inquit Pſaltes) *Superexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani* (Ecce ſuperbia impij in elatione ſua radicatus) *Et tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.* Ecce quomodo eradicatus eſt, id eſt, radicitus euulſus, vt non cognoſcatur, nec intelligatur, quod Vatab. confirmat, cùm ait in noſtra ſententia: *vel veſtigijs ſuis euertetur, id eſt, inſtitutis ſuis falletur.* q. d. Nec veſtigia ſuperbi remanebunt, & ſi aliqua ſupereſt memoria, *nullius pretij cenſebitur.* In impiũ ſuperbum (inquit Dauid ſecundum interpretationem Agellij) oculos intendi, & vidi eum tanquam cedrum, quales eſſe in Libano ſolent proceræ, & ramis denſæ, & firmis radicibus nixæ propinquis multis, & potentibus genere, liberiſque ſtipatum, clientibus & ſeruitio fultum, qualis Saul fuit, qualis Doeg Idumæus, quem deſtruendum, & euellendum de tabernaculo, Dei ſcilicet, tanquam firmam arborem prædixit. Vidi enim non ſolum *ſuperexaltatum*, ſed etiam *eleuatum*, in Heb. מתערה *methghare.* Quob eſt apertũ, detectũ, qui nemine pertimeſcens apertè, & audacter in omnia ſcelera rueret. Sexta editio *impudentem.* In quo neq; timor eſt, quia potens, & valens; neque pudor, ac verecundia, quia inuerecundus, & audax. Quodnam ab eo facinus, quodue flagitium abſit, cùm ad facinus, vires, ac potentia excitent, ad flagitia inuerecundia, & impudentia impellat? *Quæſiui* (inquit) *eum, & non eſt inuentus locus eius: Tranſiui, & ecce non erat.* Quæſiui eum vt ſaltem locum, vbi ſteterat aduerterem, nec potui; adeò funditus interijt, vt nullum etiam veſtigium relinqueret. Quia vt ipſe Dauid ait, Pſal. 1. verſ. 6. *Iter impiorum peribit.* Et Pſal. 145. v. 4. *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum* Et Iob. 4. v. 9. *Vidi eos qui operantur iniquitatem, flante Deo periſſe;* & Pſal. 1. v. 4. *Tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ*

Pſal. 36. v. 35. — *Impius ſuperbus eradicabitur.* — *Superbus inſtar cedri.* — *Superbi deſcriptio.* — *Locus ſuperbi non inuenitur.* — Pſal. 1. v. 6. & 145 v. 4. Iob. 4. v. 9.

Hinc eſt quod dicat Sirach. *Et non intelligetur*, Quod idem eſt, ac dicere ſecundùm lectionem 149.
Tygur. *Et greſſus eius conuellentur.* Vide Ezech. 17. v. 9. & Sapiens. 4. v. 3. Iis verò, qui exiſtimant ſuperbos plantatos, & radicatos in terra perpetuò victuros, vt omnem falſam exiſtimationem deponant, affirmat Iſai cap. 40. v. 24. *Et quidem* [ait] *neque plantatus, neque ſatus, neque radicatus, in terra truncus eorum: repentè flauit in eos, & aruerunt, & turbo quaſi ſtipulam auferet eos.* Quaſi diceret: Explicat noſter Pineda, Iob. 5. v. 3. num. 4. Qui in oculis hominum florent, & in ſua felicitate videntur firmam quandam perpetuamque ſtabilitatem conſecuti, perinde ſunt, ac ſi nunquam ſati, aut ſeminati eſſent, nec radices illas egiſſent. Euerſis enim fortunis perflans iratus Deus, illos conuellet, atq; deijciet de ſuo ſtatu, & velut aridiſſimas, leuiſſimaſque ariſtas diſſipabit: ita nemo ſine Dei pręſidio ſtabilis erit. Totum hoc continet verbũ *Non intelligetur.* Licet Palacius aliter explicet illud, & non malè, dicẽs: *Vir pius intelligit ſuper egenum, & pauperem.* Pſal. 40. Quærit enim eum, vt ab egeſtate, quæ eum premit eripiat. Et Dominus miſericors, tunc intelligit ſuper peccatores, quando eos vult à peccatis eripere. Tunc enim de cælo in terram aſpicit, *Vt audiat gemitus compeditorum, & ſoluat filios interemptorum.* Pſal. 101. At quando non vult peccatorẽ à peccato liberare, dicitur non intelligere, nec curare peccatorem. Hoc docet auctor cùm ait, quod arbitrium eradicabitur, & no intelligetur, neq; curabitur. Ad hunc ferè modum intelligitur id de impio Pſal. 9. v. 35. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Quia ſcilicet Dominus non plenè quæſiuit, vt qui ſanare volebat.

Superbi neque plantati neque radicati. — Iſa. 40. v. 24. — Pineda. — *Nemo ſine Dei præſidio ſtabilis erit.* — Palacius. — *Quando Deus non vult hominẽ à peccato liberare dicitur non intelligere.* — Pſal. 9 v. 35.

Nota tandem quod tranſtulit Druſius: *Stirps prauitatis in illo radices egit.* Nam de impijs ſceleratis, qui in peccatis radices miſerunt, dicitur de Rege Antiocho 1. Mach. 1. v. 11. ait auctor huius libri. *Et exijt ex eis* (ijs ſcilicet inter quos Alexander Macedo regnum ſuum diuiſerat) *Radix peccatrix Antiochus illuſtris*, &c. Vbi Tygur. legit: *Sceleroſa ſtirps orta eſt*, &c. Alij *radix peccati*: nominatur autem, *radix peccatrix.* Quia quemadmodum arbor mala fructus grauiſſimorum peccatorum edidit quam plurimos. Poteſt etiam vocari, *radix* ſeu *ſtirps peccati*, ſiue prauitatis, quia in illo prauitas radices egerat, vt tot ſcelera ederentur, &c.

Impius ſtirps prauitatis. — 1. Mach. 1. v. 11.

VERS. XXXI.

Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.

Sensus.

150. COr *sapientis*, &c. q. d. Quia cor sapientis, quod sapientia plenum est [in ea enim assiduè meditatur] doctrinæ fontem scaturientem habet, necesse est, eam communicare, & omnibus libenter propinare, quia sicut fons suam aquam communicans, quid intra se contineat, manifestat. Sic cor sapientis, aqua sapientiæ affluens, suam sapientiam manifestat, eam omnibus propinans. Et in actibus sapientiæ, quos communicat, ipse sapiens facile dignoscitur, & deprehenditur, qui sapientiæ stùdet. Et quælibet auris, id est, quicunque hanc libenter potat sapientiam, audiens doctrinam eius, nam qui bonus est, concupiscit sapientiam ex suo fonte potare, audiendo sapientem. Hæc est enim natura, & affectio sapientis, vt studiosè diligenterque audiat, & res reconditas & cognitione dignas, necessariasque meditetur, &c.

Notæ.

Prou. 25. v. 12. ET *auris bona audit cum omni concupiscentia sapientiam.* Drusius legit: Et *auris auditoris cupiditas est sapientis.* Quia sapiens nihil ita expetit vt aurem attentam. Vnde Salomon Prou. 25. v. 12. *Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem.* Quod alij interpretantur, *Qui redarguit sapientem ad aurem auscultantem.*

Lyra. Lyra explicat hanc sententiam. Cognoscetur sapiens in verbis, & operibus sapientię, per quæ cognoscitur habitus latens in mente. Glossa. Hugo. *Per doctrinã iudicatur qualiter doctores sapiũt res.* Glossa cognoscetur, id est, probabitur apud Deum. Hugo vocat cor sapientis, cui sapiunt res secundum saporem suum, & amantur secundùm valorem suum. Intelligetur ab illis insapientia, id est, doctrina. Per doctrinam enim iudicatur qualiter doctores sapiunt res, & quanti æstimentur. Ideò in ore leonis mel inuentum est, Iud. 14. v. 8. Dionysius. Dionysius, id est, per verba, & opera sapientialia ab ipso procedentia agnoscetur: habitus enim agnoscitur per propriũ actum, & causa per effectũ Rabanus: In prudentia enim doctrinæ cor sapiẽs secundum veritatem intelligitur, & inhianter boni auditores hanc doctrinam discunt, quæ commendat virtutes, & persequitur vitia. Sa. Sâ intelligetur, id est, deprehenditur. q. d. Studebit sapientiæ. Tandem Iansenius explicat de eo, qui audit, & meditatur sapientiam, vt statim dicemus. Iansenius.

Illustratio prima.

Cor sapientis quærit doctrinam. Prou. 15. v. 14. COr *sapientis intelligitur in sapientia.* Agens de sapiente Salomon Prou. 15. v. 14. inquit, *Cor sapientis quærit doctrinam.* Id est, qui sapere cœpit semel cognitione rerum inescatus amplius edoceri, & in sapientia proficere auidissimè desiderat. Psal. 36. v. 30. *Os iusti meditabitur sapientiam*, siue ad meditationem cordis, siue ad locutionem pertineat, os iusti dicitur, meditari sapientiam, quia illius verba sapientia plena, tum ipsi dicenti suauia sunt, tùm etiam audientium animos dulcedine perfundunt. Sed si os est, quare meditatur, & si meditatur, quare de ore loquitur? Quia in corde meditatur, facile ad os procedit, vt quod meditatus est, alijs communicet. Sic explicat Geneb. loquitur meditatam sapientiam. Tandẽ ait Salomon, Prou. 17. v. 24. *In facie prudentis lucet sapientia.* q. d. Sapientia, quamuis in animo est, tamen perspicua sui argumenta in facie, & in vultu, & in reliquo hominis habitu prodit, ibi splendet, ac fulget: præcipuè in verbis, quæ eius sapientiam manifestant, &c. Vide cap. 1. v. 5. *Aufplendet sapiens sapientior erit.* Et cap. 18. v. 4. *Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans, fons sapientiæ.* Palacius tandem explicat de corde sancto, quod à Deo intelligitur, curatur, prospicitur. habet enim [inquit] Deus specialem piorum prouidentiam. Psal. 36. v. 30. *Quare dicitur os meditari.* Geneb. Prou. 17. v. 24. *In verbis sapientiam audiens sapiens sapientior erit.* Prou. 1. v. 5. & 18. 4. Palacius.

Illustratio secunda.

151. ET *auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam*, siue sit ipse sapiens, siue quiuis alius bonus auditor, concupiscit audire sapientiam, vt illam ediscat. Nam *audiens sapiens, sapientior erit.* Prou. 1. v. 5. Eleganter ipse Salomon Prou. 18. v. 15. Hanc veritatem edocuit, cùm ait: *Cor prudens possidebit sapientiam, & auris sapientium, quærit doctrinam* In his verbis sapiens suadet, vt quisque in sapientia progressus magnos facere studeat, præter propriam meditationem, & studium, præceptores etiam adhibeat. Vide Plutarchum, libro de audiendo, qui inter alia ait: *Quare cùm ferat emolumentum auditio iuuenibus grande, nec discrimen minus, operæ pretium esse existimet semper, secum, tum cum alijs de audiendo differre, quando hoc plerosq; secus vti cernimus, qui priusquam ad audiendum se comparauerint, meditantur dicere.* Hanc auditionem restringit Philo de congressu quærendæ eruditionis: *Auditus enim*, inquit, *non debet cuiquam vacare, nisi vni verbo, quod virtutes vnius solius Dei decenter exprimit.*

Sapiens cupiscit audire sapientiam. Prou. 1. v. 5. & cap. 18. v. 15. *Quare dicitur os meditari.* Geneb. *Præceptores adhibendi sunt addiscendum.* Philo.

Ergo vocat Sirach, *aurem bonam*, vt affirmat Dionys. hominem studiosum, & docilem, Deoque cupientem complacere. Ideò fortassis Salomon cum sapientiam à Deo postulauit. Dixit, 3. Reg. 3. v. 9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum.* Pagnin. *Cor intelligens.* LXX. *Cor ad audiendum*, vel *cor cum auribus.* Quia enim cor receptarum erat sapientiam, postulabat cor audiens vel cum auribus, *ad audiendum cum omni concupiscentia sapientiam.* Et qui eo modo cor intelligens habet, *Auris bona dicitur.* Quia auris bona vt Hugoni placet dicitur, quæ libenter audit bona, & prudenter dijudicat audita, & obediente operatur intellecta, vt exoptat Salomon, cùm *cor docile.* Concupiscebat, *vt discernere posset inter bonum, & malum.* Hanc aurem bonam Complut. vocant *desiderium sapientis*, quia hoc tantummodo desiderat. Drusius *aurem auditoris cupiditatem* appellat *sapientis*, Sapiens enim nihil ita expetit, vt aurem attentam. Tandem Palacius inquit. Dixerat auctor, cor durum (scilicet quod Deum non audit) malè habiturum in nouissimo: dicit nunc contra esse de corde sapientis, quod attentissimè verba Dei audiat: Sunt enim *dulciora super mel & fauum, Audiam* enim *quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Psal. 84. vers. 9.

Auris bona est quæ libenter audit bona. Palacius. *Sapiens nihil ita expetit vt aurem attentam.* Psal. 84. v. 9.

VERS. XXXII.

Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.

Sensus.

SApiens *cor*, &c. q. d. Ille, qui sapientiæ studet, & sapientia, intelligentiaque repletur, & affluit, abstinere se à peccatis curat. Quia *neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat*, vt dixit Salomon. Sap. 7. v. 28. Cuius imitator sum. Proprium est enim eorum, qui in sapientiæ studium incumbunt diligi à Deo, quæ dilectio indicat in sapiente abstinentiam à peccatis. Et cùm sapiens virtutibus studet, & dat operam, id est, se in illis exercet, prosperum & secundum successum expectare potest, omnia enim ad nutum succedunt. Nos diceremus: *Alque seda, o se exercita en obras de virtud, todo le succede apedir de boca.*

Sap. 7. v. 28.

Illustratio.

152. SApiens *cor*, &c. Ergo cùm certum sit, *In malenolam animam non introire sapientiam, & nec in corpore subdito peccatis habitare.* Sap. 1. v. 4. Non enim sapientia, & peccatum inter se ineunt amicitiam, nec ad inuicem inter se connectuntur. Inde est, quod qui sapientiæ, & intelligentiæ studet, à peccatis se abstineat, quia si ab eis non se contineret, nec sapientia, nec intelligentia in eo sedem figeret, &c. Prosperum autem successum habet Sapiens, qui Dei obsequio se addicit. Sic de sapiente inquit Salomon. Prou. 14. v. 15. *Seruo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius*, &c. Rabanus: qui ergo intelligit legis Dei traditionem, coercet se à peccatis, & in operibus exercet iustitiæ, quorum nobilis portio est eleemosynarum largitio: propterea subiungit.

Sapiens debet se à peccatis abstinere. Sap. 1. v. 4. Prou. 14. v. 15.

VERS. XXXIII.

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.

Sensus.

153. IGnem *ardentem*, &c. q. d. Magna virtus & grata Deo eleemosyna est, & ita potens, vt efficiat in homine erga peccatum, eundem effectum, ac aqua in igne. Sicut enim ardẽtem ignem, & lædentem aqua sic extinguit, vt nõ noceat, imò ne sit quidem faciat. Ita eleemosyna peccata hominis sic extinguit, & expiat, vt quæ instar ignis illum læderent, perderent, atque in ignem inextinguibilem mitterent, perdant lædendi vim, & omnino esse desinant, quia intuitu eleemosynę remittuntur, extinguuntur, &c.

Notæ.

Prou. 16. v. 6. PRo *eleemosyna*, est in Græco, ἐλεημοσυνῆς, quam dictionem vertit Drusius vt solet. *Misericordia expiat peccata*, ægrè fert vt noster Vulgatus interpres restringat eam ad stipem, quę pauperibus datur. Et eum Galli, inquit, sunt secuti in editione postrema, & subdit. Meo iudicio latius patet hoc loco, & pro beneficentia sumitur, vt alias ferè in hoc libro. Probat ex eo Prou. 16. v. 6. *Misericordia, & veritate redimitur iniquitas.* Vide supra num. 49. Sed si rectè perpendatur optimè Vulgatus ad eleemosynam restrinxit, quia cum hæc efficiatur in amorem Dei, & eam exaltent sacræ scripturę & veteres magistri, prædicantes eius virtutem maximam erga Deum, nihil mirum legat potius *eleemosynam*, quam misericordiam, aut benignitatem, quia qui eleemosynam nominat, cætera omnia comprehendit, D. Cyprianus & D. August. vt mox dicemus vertunt *extinguit peccatum.* Sed melius Vulgatus *resistit peccatis.* Nam cum peccata vrgeant, & exigant vltionem, eleemosyna placando Deum, illam impedit, & iram compescit & comprimit, & vt remittatur impetrat. Hoc dicitur fieri per fidem cuius virtute beneficentia misericordiaque in opes calamitososque exercetur. *Iudicium* enim *sine misericordia ei, qui non facit misericordiam: superexaltat autem misericordia iudicium.* Iac. cap. 2. v. 13.

D. Cypr. D. August. Iac. 2. v. 13.

Testimonia Sanctorum Patrum, circa hanc sententiam.

154. DAmbrosius tom. 2. post finem c. 31. Prou. & 4. Eccles. explicat duobus sermonibus hunc locum ad illum. Inter multa tam præclara offero tibi hanc sententiam. *Vt miseri* (inquit) *homines qui in mortem peccatis aruerant, ad vitam eleemosynis*

D. Ambros.

fymis reuiuiſcant: ſicque illis miſericordia fons ſalutis, quibus auaritia fuerat mortis incendium, vt flammas quas ſibi peccando incenderant, largiendo reſtinguant: atque vtiliore commercio, qui pecuniam quondam dederat, vt adulterium perpetraret, nunc pecuniam eroget, vt adulter eſſe iam deſinat, & emat ſibi quodammodo innocentiã, qui ſibi emerat aliquando peccatum. Dicit enim Dominus ad diſcipulos ſuos: date eleemoſynam, & ecce munda omnia ſunt vobis, &c. & tom. 5. ſerm. in Domin. 15. de natiuit. *Magna*, ait, *eſt eleemoſyna, quæ ardentium criminum globos beneuolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum, vt quamuis offenſus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogatur liberare eleemoſynis, quem diſpoſuerat punire peccatis, &c.* Ferè idem repetit ſer. 6. poſt dom. 3. Quadrag.

D. Auguſt. Diuus Auguſtinus tom. 9. in Apend. tract. 10 de rectitud. Cathol. cõuerſat. *Date ergo Deo*, inquit, *quod vobis dedit, quia ipſe accepit, quod pauperibus datis: ipſi quidem datis, ſed vobis in futurum transmittitis, non vt ventrem impleatis, ſed vnde flammas extinguatis: quia ſicut aqua extinguit ignem: ita eleemoſyna extinguit peccatum. Hinc Dominus & per Prophetam dicit: dabunt ſinguli redemptionem animarum ſuarum, & non erit in eis morbus, nec caſus*, &c. Diuus

D. Cypria. Cyprianus lib. de opere, & eleemoſynis, ait: *Sicut aqua*, &c. *Hic quoque oſtenditur, & probatur, quia ſicut lauacro aquæ ſalutaris gehennæ ignis extinguitur ita eleemoſynis, atque operibus iuſtis delictorum flamma ſopitur.* &c. Vide D. Maxim. hom. 2 de eleemoſynis,

Illuſtratio prima.

155. Tob. 4. v. 11. SEntentia hæc apprimè poteſt illuſtrari ex eo Tob. 4. v. 11. Qui inter alia, quibus filium ſuum inſtituit, hoc de eleemoſyna conſilium præbet: *Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynã: quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.* q. d. Si vis peccatis reſiſtere, vel ea extinguere, & à morte, & tenebris animã tuam liberare, fac eleemoſynam, quia cùm hæc virtutem habeat remittendi peccata (vt infra dicemus) & liberandi à gehennæ incendijs, omnia

Eleemoſynæ facienda ad expianda peccata.

B. Alcuin. hæc ſi ſtipem pauperibus erogaueris, conſequeris. Dixit eleganter B. Alcuin. lib. de virt, & vitijs *Ita miſericordiam Dei & indulgentiam peccatorum noſtrorum pauperum miſeratione, & elemoſynis meremur, quoniam qui ſuum ab inope non auertit animum, cito ad ſe Domini conuertit auditum.*

Quare tam cito Chriſtus ſalutem domui Zach. Quid eſt quod Chriſtus Dominus tam cito ſalutem domui Publicani impertiret, cùm in eam ingreſſus eſt? Vt ſtatim poſt ingreſſum dixerit. Luc. 19. v. 9. *ait Ieſus ad eum, quia hodie ſalus domui huic facta eſt.* Id eſt, extincta ſunt peccata omnium, qui in huius Publicani domo inhabitant: Salus enim quam dedit, ſpiritualis erat, virtutem habens peccata remittendi. Cur ergo ita factum eſt? Reſpondet 1. Chriſti Seruatoris introitum ſalutem huic domui detuliſſe, quia medicus erat, cuius tanta erat virtus & potentia, vt protinus, ac introiuit, omnes illius domus habitatores, à peccatis liberauerit. Dixit enim D. Auguſtinus *Ecce quare Chriſtus intrauit. Salus hodie facta eſt. Vtiq; ſi Saluator non introiſſet, ſalus in illa domo facta non eſſet.* Reſpondeo 2. ad intentum, eleemoſynarum Publicanum omnẽ ſuam culpam abluiſſe, quia protinus vt dixit, *Ecce Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus*, ſalutem recepit, id eſt,

Luc. 19. v. 9.

D. Auguſt.

Eleemoſyna omnem culpam Publicani abluit.

co die, quo diuitijs ob eleemoſynã domus exhauſta eſt, ſalutem, & remiſſionem peccatorum obtinuit. Chriſtus Dominus Luc. 11. v. 41. dixit: *Date eleemoſynam, & ecce munda ſunt vobis.* Super quem locum B. Petrus Damian. opuſc. 11. de eleemoſ. 4. v. 2. *Sicut enim ardor ignium metalli cuiuſcunq; ſic eleemoſyna conſueuit animæ purgare ſqualorem,*

Luc. 11. v. 41

D. Pet. Dã.

Rurſus probatur noſtra ſententia ex eo Dan. 4. v. 24. Vbi Daniel Propheta Domini, Nabuchodonoſori cõſilium præbet ad peccata redimẽda. *Quamobrem Rex*, inquit, *conſilium meum ſit placeat tibi & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitã ignoſcet delictis tuis.* Peccata redimere, eſt, pœnas ab offenſione diuina iam impendentes, oppoſito maturè remedio, quaſi interpoſito pretio, illas declinare. q. d. Quare, ô Rex, conſilium meum probari tibi velim, quo tuis tibi rebus optimè conſulueris, pœnas, quas pro peccatis tibi iam proximè impendere denuncio, maturo remedio, quaſi repræſentato pretio, declina, ac redime: hoc verò erit ab eleemoſynis, quibus pauperum ſubleuabis inopiam: forſitan his Dei miſericordiam inclinabis ad veniam. Nota verbum *redimere*, Sicut enim quod captiuum eſt, pretio redimitur, ſic peccatorum pœnas, quibus homo aſtringitur, & veluti captiuatur, pretium elemoſynæ redimit.

156. Dan. 4. v. 24. *Daniel Nabucho. ſuaſit eleemoſynam facere ad redimenda peccata.*

Verbum redimere quid.

Quæro vlterius, cur Chriſtus Dominus aquam ad bibendum quaſi eleemoſynam à Photina Samaritana poſtulauit? Nunquid neceſſe habebat eam aquam potare vt ſitim ſuam naturalem extingueret? *Aquam* ait D. Ambroſius *Saluator à muliere poſtulat, & ſitire ſe ſimulat, vt ſitientibus æternam gratiam largiatur. Sitiebat ergo Chriſtus? Sitiebat plane, non potum hominum, ſed ſalutem ſitiebat, non aquam mundi, ſed redemptionem generis humani.* Si ſitiebat ſalutem Samaritanæ, & eius peccata condonare volebat, quare aquam, quam non bibiturus erat, exquirebat? Ratio igitur quare Chriſtus Ieſus eleemoſynam aquæ poſtulabat, hęc erat, vt per actum miſericordiæ, qualis erat eleemoſyna aquæ, peccatorum remiſſionem mereretur, & ſuam redemptionem Samaritana adipiſceretur. Quia *ſi eleemoſyna*, vel *miſericordia, expiat peccata*, vult Dominus actum miſericordię à Photina poſtulare, vt peccatorum ſuorum condonationem mereretur, & illam obtineret. Sic ait Diuus Ambroſius. *Ipſe inquam* (id eſt Chriſtus) *eſt fons, qui in Euangelio à Samaritana muliere, ſicut lectum nuper audiuimus, aquam poſtulat, ſed peccata condonat: aquam putei reprobat, ſed fontem vitæ perennis indulget.* Aquæ ergo miſericordia mulier propria peccata redemit, captiuam enim Chriſtus inuenit, & redemptione indigebat, ſicque per miſericordiæ actum, ſeipſam redemit, &c.

Ioan. 4. D. Ambr.

Chriſtus ſitit.

Illuſtratio ſecunda.

157. *Peccatum mortiferum bellum inferre homini.*

ET *eleemoſyna reſiſtit peccatis.* Nota verbum *reſiſtere*, quod proprium eſt decertantium, peccata enim durum, & mortiferum bellum inferunt homini, vt autem homo eorum ictibus, & percuſſionibus poſſit reſiſtere, miſericordiæ & eleemoſynæ armis induit, & præcingit ſe, vt in certamine bellico, & duro prælio, ne penitus proſternatur. Eleemoſynæ enim veluti arma ſunt, vel clypei, quibus homo protegitur aduerſus peccatorum mortiferos impetus, &c.

Notanda

Notanda tamen ſimilitudo aquæ, quã extinguitur ignis, quam in ſimilitudine baptiſmi conſtituunt. D. Cyprianus & D. Leo, & Diuus Ambroſius. Diuus Leo ſermon. 11. de Quadrag. eleemoſynarum vocat miniſtrum miſericordiæ, ait enim *Deuropera, vt omnes Deo vno ore benedicant, & qui aliquam dat portionem ſubſtantiæ ſuæ, intelligat ſe miniſtrum eſſe miſericordiæ diuinæ, qui partem pauperis in manu poſuit largientis: vt peccata quæ baptiſmi aquis, aut pœnitentiæ lachrymis abluuntur, etiam eleemoſynis deleantur, dicente Scriptura. Sicut aqua extinguit*, &c.

Eleemoſyna eſt miniſter miſericordiæ.

D. Leo Pa.

D. Ambroſ. D. Ambroſius loco citato: *Sæpè quidem* (inquit) *videmus hoc fieri, vt aqua effuſa flammarum reſtinguat incendia, ſed è contrario interdum videmus quod immenſum ignium globi aquarum fluenta conſumant, & veluti ab aquis accepta eſca vehementius rediuiuis ardoribus conualeſcant, ita vt videatur aqua non extinxiſſe incendia, ſed auxiſſe. Quænam eſt illa aqua, quæ conſumit flammas, nec ipſa conſumitur? Illa eſt, puto, quæ in lauacro de Chriſti fonte non conſumitur à peccatoribus, ſed gehennæ conſumit incendia. Quæ dum per baptiſmum infunditur, & ipſa, in hominibus, & tartari reſtinguit ardorem.*

Aqua extinguit ignem, & ignis aquam.

Sicut baptiſmum abluit peccata, ſic eleemoſyna ſuo modo.

Itaque ſicut Baptiſmum abluit hominem, & per lauacrum virtute ſanguinis Chriſti purgantur & expiantur peccata: ſic eleemoſyna baptiſmi inſtar, ignem peccatorum extinguit, & expiat peccata, purgatque tanquam in cæleſti lauacro, &c.

D. Ambroſ. Concludit autem D. Ambr. concedens aliquam maiorem virtutem eleemoſynæ, quam lauacro baptiſmi. *Ita igitur*, ait, *eleemoſyna reſiſtit peccatis, ſicut aqua Baptiſmi gehennæ reſtinguit incendium. Ergo eleemſyna quodammodo animarum aliud eſt lauacrum, vt ſi quis fortè poſt baptiſmum humanã fragilitate deliquerit, ſuperſit ei, vt iterum eleemoſynis emundetur, ſicut ait Dominus; Date eleemoſynam, ecce omnia munda ſunt vobis. Niſi (quod ſalua fide dixerimus) indulgentior eſt eleemoſyna, quam lauacrum. Lauacrum enim ſemel datur, & ſemel veniam pollicetur; eleemoſyna autẽ quoties feceris, toties veniam promereris. Hi ergo duo miſericordiarum fontes ſunt, qui & vitam tribuunt, & peccata condonant.* Vide Diuum Auguſtinum lib. 21. de Ciuit. cap. 22. & vide Lucenam noſtrum in vita S. Xauerij lib. 7. cap. vlt.

Eleemoſyna quodammodo maior eſt habet virtutem quam baptiſmum.

Eleemoſyna confert ad delenda peccata.

Dubium, in quo Senſu intelligenda ſit hæc virtus eleemoſynæ remittendi peccata.

158. *Quomodo eleemoſyna expiet peccata.*

TAndem quæritur ad perfectam huius ſententiæ intelligentiam, quomodo ſit intelligendum eleemoſynam peccatis reſiſtere illa expiare, redimere, & alia huiuſmodi, quæ in ſacra pagina inueniuntur, vt diximus ex Tobia, ex Daniele, ex Salomone, & alijs. Huic difficultati optimè noſter Pererius facit ſatis libro. 5. in Daniel. explicans locum Danielis præfatum. Inter alia, inquit, Qui largitur eleemoſinas vel iam iuſtus eſt, vel eſt peccator. Si iuſtus eſt, cum iuſtitiæ nullum mortale peccatum cohærere queat; profectò ipſius eleemoſynę non purgabunt vel tollent eius peccata: valebunt autem vel ad reliquias piorũ peccatorum radicitus excidendas, vel ad expianda peccata venialia, quibus non carent iuſti; vel denique ad perſoldam pœnam peccatis debitam, quę ſcilicet remiſſis omnibus peccatis, pœnaque æterna condonata, ad tempus vel in præſenti vita, vel in purgatorio perſoluenda eſt. Vocabulum autem peccati, etiam pro pœna peccatis debita non ſemel in diuinis litteris poni notius eſt, quam vt demonſtrari neceſſe ſit. Confert præterea multum largitio eleemoſynarum viro iuſto ad præcauenda imminentia peccata. Etenim qui frequens, & copioſus eſt in dandis eleemoſynis, huic ſingulariter protegit, ac tuetur Deus, cunctaque peccãdi irritamenta, & occaſiones procul ab eo amouet, vel aduerſus eos animum eius validè præmunit, ac roborat. Si autẽ qui in peccatis eſt, eorũ tamen pœnitens, & vitam in melius cõmutare ſatagens, crebris eleemoſynis multorum egeſtati opituletur, quo placitum ſibi, & propitium faciat Deum, & ab eo veniam ſceleribus ſuis impetret: ea donatio eleemoſynarum conducit plurimum ad remiſſionem peccatorum, non ſanè quod ipſa eam efficiat. Solus enim Deus eam facit eo temporis puncto, quo gratiam, & iuſtitiã in animum hominis infundit, ſed quod ad eam accipiendam præparet hominem, eumque reddat idoneum, & quodammodo dignum, cui Deus eximium illud remiſſionis peccatorũ, munus impetratur. Porrò ſine fide, & pœnitentia, aut dilectione Dei, quantalibet eleemoſynarum effuſio nihil homini ad remiſſionem peccatorum & cæleſtis iuſtitiæ conſecutionem prodeſſe poteſt. Itaque cum Scriptura vtitur his dicendi modis exaltans eleemoſynę virtutem, non tribuit eleemoſynæ virtutem propriam ſacramenti, vel pœnitentiæ, vel baptiſmi, quæ eſt peccatorum remiſſio omnino quantum ad culpam, & aliquando vtique quantum ad pœnam, licet ſemper aliqua condonetur. Sed oſtentare volens poteſtatem, quam eleemoſyna habet pœnas peccatis debitas remittendi, quę ſolent appellari peccata, & ſacrificia pro peccatis, inquit, *reſiſtit* eleemoſyna *peccatis*, id eſt, pœnis peccatorum, *expiat peccata*, id eſt, remittit pœnas pro peccatis debitas. Vide quod, eleemoſyna ſit ſacrificium pro peccatis, Heb. 13. v. 16. Tandem Rabanus notat: Cauendum eſt, ne quiſquam exiſtimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non poſſidebunt, quotidie perpetranda, & eleemoſynis quotidie redimenda. In melius quippe vita eſt mutanda, & per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt propitiandus Deus, non ad hoc emendus quodadmodo, vt ea ſemper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi quamuis miſerando deleat iam facta peccata, ſi non ſatisfactio congrua neglegetur,

Peccatum ſolet ſumi pro pœna peccati.

Sine pœnitentia & dilectione Dei nulla eleemoſyna poſſunt expiare peccata.

Rabanus.

Pererius.

VERS.

VERS. XXXIV.

Et Deus prospector est eius, qui reddit gratiam : meminit eius in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum,

Sensus.

ET *Deus prospector*, &c. q. d. Deus conspector illius eleemosynę, Deus inquam, qui retribuit gratias pro gratia alteri præstita, is meminit eius eleemosynę in futuro tẽpore, cum mala incidunt, vt tunc intuitu eleemosynæ à malis præseruet, aut liberet eum, qui fecit eleemosynam, & ille in tempore casus sui, hoc est, cùm inciderit in peccata, vel potius in calamitates aliquas inueniet firmamentum, in quo scilicet cõsistat, vt non penitus pereat, sed sustentetur, & cõseruetur, id est, consequetur sustentationem, & subleuationem intuitu misericordiæ præstitæ, &c. Sic explicat Jansenius.

Notæ.

159. *Deus prospector est eleemosynæ.*

PRima pars scilicet, *Et Deus prospector est eius.* Abest ab Originalibus Græcis, addidit eam vulgatus interpres, vt caput & principium sententiæ redderet, quo perfectior exhiberetur.

Porrò *qui reddit gratiam* est in Complut. ὁ κύριος ὁ ἀνταποδιδους, & *Dominus qui retribuit gratias*, Quam lectionem ferè sequũtur recentiores quia eam imitatus est Camararius. At Drusius aliam sequitur scilicet, ὁ ἀνταποδιδους χάριτας. Et ait, potest paraphrasis esse Dei gratiam referẽtis, licet homines ingrati sint, beneficijs, hoc est, qui de alijs bene merentur χάριτας, id est, χαριν Heb. In *Et in tempore casus sui.* ἐν καιρῷ πτώσεως, id est, calamitatis verbum πτώσις, est casus, id est ruina, nam cadere interdum valet in calamitates incidere. Licet aliqui hic ad casum in peccato referant. Vulgatus addit *casus sui*, vt inuenitur in Complut. potestque referri ad sequentia, vt sensus sit. Tẽpore aduerso inueniet ὑπὲρ σήγμα, eius stabilimentum, siue firmamentum, Hoc est, consequetur ab eo robur, quo se fulciat ac muniat contra res aduersas. Drusius mauult id *in tempore casus sui* ad hominem beneficum pertineat.

Illustratio

160. Lyra. Hugo. Dionysius. Sâ.

ET *Deus prospector*, &c. Aliqui ea verba, *eius qui reddit gratiam*, referunt ad eum, qui eleemosynam erogauit pauperibus. Sic Lyra, Hugo, Dionysius, quos sequi videtur Sâ, & est, q. d. Is qui pauperum miseretur, eis eleemosynas elargiendo, & benefaciendo, Deum habet prospectorem, vt suo tempore talem gratuletur beneficentiam. Nam solet eius meminisse, & in tempore calamitatis se offerre in firmamentum, & stabilimentum, & sui casus adminiculum. Sic ait Dionysius, id est, Deus gratiosus aspector, adiutor, & approbator illius, qui pius & gratiosus est proximis suis. At Palacius refert ad eleemosynam dicens: si vnquam eleemosynarium cadere in peccatũ contingat, in ipso casu inueniet misericordiã, quam fecit, cui nitatur; & in qua firmetur, vt surgat, quia eleemosyna misero data, rogat pro datore Deum vt eum ab ea miseria liberet, qui miseros ab eorum miseria liberare solebat. Tàdem Rabanus explicat de præmio eleemosynæ, dicens: Nõ enim propter fauorem humanæ laudis, ac cupiditatem præsentium rerum facienda est eleemosyna, sed propter dilectionem Dei & amorẽ æternæ beatitudinis. Tunc enim si ita fuerit expensa, habebit remuneratorem Deum: qui in tempore casus, hoc est, in fine præsentis vitæ, reddet præmium æternæ vitæ.

Reddere gratias pro bono. Palacius. Rabanus.

Hæc sententia apprimè illustratur ex eo Iob. 4. v. 11. vt diximus: *Ex substantia tua fac eleemosynam: quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* Ad huius loci & doctrinæ probationem sufficiat testimonium Diui Augustin. tom. 10. in apend. ad finem serm. 44. ad fratres in eremo, de pietate, *qui opera charitate*, & suffragijs defunctorum: *Fratres mei charissimi*, inquit, *nunquam recordor me legisse mala morte perijsse illum, qui libenter in hac vita opera charitatis, vel pietatis voluit exercere. Habet enim multos intercessores, pius homo, & ille, qui opera charitatis exercet hilariter*, &c. Et paulò post ait: *Nam qui esurientem pane verbi reficit, qui sitientem potu sapientiæ refrigerat, qui infirmum fide, & patientia instruit, qui in tribulatione oppresso consolando, vel cõpatiendo, subuenit hic verus pius est, verus misericors est, verus amicus Dei: nec eum mala morte periturum aliquis dicere audeat.* Lege si placet D. Chrysostom. tom. 5. Hom. 36. ad pop. circa finem. Ergo Deus qui reddit gratiam prospector est eius, qui benè facit, vt memor sit illius in tempore tribulationis, & casus, in quo iustus inueniet firmamentum & adminiculum. Vt dixit D. Augustin. tom. 10. serm. 69. *Facite eleemosynas in hoc seculo, quæ deleant peccata, vt succurrant vobis in die iudicij quia quod mãducatis, perditis, & quod laboratis, derelinquitis: quod verò pauperibus erogatis, firmiter posidetis.* De hoc dicemus infra cap. 34. v. 19. Vbi vocat Sirach Deum *firmamentum virtutis*, &c. Et quia de eleemosyna fusius tractat auctor capite sequenti, ideò hic supersedeamus

Iob. 4. v. 11.

Non periit mala morte qui opera charitatis exercet. D. Augustin.

Quis verè pius & misericors est amicus Dei. D. Chrysost.

D. Augustin.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

1. FIli eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. 2. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. 3. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. 4. Rogationem contribulati ne abijcias: & non auertas faciem tuam ab egeno. 5. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. 6. Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum. 7. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum. 8. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifica in mansuetudine. 9. Libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi: & non acidè feras in anima tua. 10. In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorũ. 11. Et eris tu velut filius Altissimi obediẽs, & miserebitur magis quam mater. 12. Sapientia filijs suis vitam inspirat, & suscipit inquirẽtes se, & præibit in via iustitiæ. 13. Et qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerint ad illam, complectentur placorem eius. 14. Qui tenuerint illam; vitam hæreditabunt: & quò introibit benedicet Deus. 15. Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto: & eos qui diligunt illam, diligit Deus. 16. Qui audit illam, iudicabit gentes: & qui intuetur illam, permanebit confidens. 17. Si crediderit ei, hereditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illius. 18. Quoniam in tẽtatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum. 19. Timorem & metum, & probationem inducet super illum: & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius. 20. Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum. 21. Et denudabit abscõsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam & intellectum iustitiæ. 22. Si autem oberrauerit, derelinquet eum, et tradet eum in manus inimici sui. 23. Fili conserua tempus, et deuita à malo. 24. Pro anima tua ne confundaris dicere verum. 25. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. 26. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam

mendacium. 27. Ne reuererearis proximum tuum in casu suo. 28. Nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo. 29. In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ. 30. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. 31. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subijcias te omni homini pro peccato. 32. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij. 33. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. 34. Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis. 35. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimas subiectos tibi. 36. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

Argumentum.

IN hoc quarto capite Ecclesiasticus ad operà misericordiæ & ad sapientiam multipliciter exhortatur eius ostendens vtilitates. Docet insuper esse bonam, & malam confusionem, non zelandam sapientiam, nec veritati contradicendum, pro iustitia certandum, & verbo hominis opus suum respondendum, & tandem admonet hominem, vt erga subditos non sit auarus, sed humanus, & sit liberalis ad dandum, cùm sese offerat occasio.

VERS. I.

Fili Eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere.

Sensus.

FIli *eleemosynam, &c.* q. d. Fili non solum erga parentes liberalitatis virtutem, quæ regalis est, exequi debes, sed etiã erga omnes pauperes, quibus auxilium tibi præstandum est, & inter alia monita, quibus te instruere debeo, hoc non vltimum tribuo: vide ne pauperem, victu, quo vitam degat vllo modo defraudes, nec tua eleemosyna eum priues, sed dahilariter, quod ei debitum est, & quod in Dei amorem postulat. Insuper ne protrahas oculos indigentes, hoc est non patiaris pauperes diu in te respicere, dum petunt eleemosynam. nec protrahas eorum desiderium, sed dona cito, quod donandum est. Vel ne oculos transuertamus à paupere, vt cum ille intentè respexerit petès eleemosynam, non in diuersam partem, oculos nostros auertamus dissimulando nos videre, quod ille in nos respiciat, &c.

Notæ.

PRæ *defraudes* in Græco est, ἀποστερήσῃς, à verbo στερέω priuo, orbo, exuo, inde est ἀποστέρεω quod est, fraudare, priuare, spoliare, id est, ne priues, nec spolies pauperem victu. Pro *Eleemosynam*, non est verbum ἐλεημοσυνὴ, sed ζωὴν à verbo ΖΑΩ quod est viuere, inde ζωὴ, quod interpretatur Cicero viuêdi finem habere. Homero significat facultates, quibus videlicet vita nostra opus habet, id est vita, tempus vitæ, sumptus ad vitam sustentandã, substantia. Ideo Complut. & Drus. legunt, *vita*, Tygurina *victu*. Id est, ne pauperem defraudes vita, id est, victu, siue ijs, quę ad vitam pertinent. Vide Prou. 2. 7. v. 27. Terentius quoq; dixit: *Cui opera vita erat*, pro, qui ex opera sua viuebat, & Apuleius de asino aureo lib. 9. *Fabriles operas præbendo vitam tenebat.* Sed noster vulgatus aduertens pauperes vitam traducere ex erogatis eleemosynis, ideo eleemosynam transtulit.

Et oculos tuos ne transuertas à paupere. In originalib. *Et ne protrahas oculos indigentes, vel egenos*, id est, oculos hominis indigentis, & in te respicientis. Eleemosyna enim filia liberalitatis est. Ideo dixit Arist. in lib. de virtutib. *Liberalitas autem est erogare pecunias in laudabilia, & largitio ad honestos sumptus faciendos, & præsto esse ad auxilium in aduersa fortuna, &c.* Pauperes ergo in aduersa fortuna versantur, & auxilio victus non defraudandi.

Illustratio prima.

ERgo *Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes*, id est, ne destituas pauperem in eius necessitate, ne priues pauperem eleemosyna, quâ vitam miseram traducat, nec victu fraudes, & ne facultatibus quibus vita eorum opus habet, spolies, ea enim per inopiam traducitur, & prorogatur: & licet parcè, ac tenuiter viuant, famem ingruentem eleemosynis quodammodo propulsant. Illustris est locus ad huius sententiæ

tentię illustrationem Deut. 15. v. 7. Vbi præcipit Dominus populo suo: *Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperi eam pauperi, &c.* Vbi consulens præcipit Dominus pauperibus libenter subuenire. q. d. Si ad paupertatem venerit conciuis, & tua ope & auxilio indiguerit, non debes cor tuum obdurare, nec manum contrahere; sed liberaliter eam aperire. Pende illud *obdurare*, quod idem est, ac viscera claudere, vt dixit D. Joan. epist. 1. cap. 3. v. 17. *Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo* (id est, cor obdurauerit, contrahendo manum ab erogatione) *quomodo charitas Dei manet in eo?* Id est, non manet, ex corde enim charitatem euulsit, & in eius locum crudelitatem vocauit. Illud *contrahere manum*, idem est, ac defraudare eleemosynam pauperis, qui enim videns pauperem, victum non præbet ad vitæ sustentationem, sed contrahit manum, nec eleemosynam erogat, haud dubiũ vita eum defraudat, & priuat, &c. Fortè quia cancer auaritiæ in viscera sua serpit. Eleganter hoc innuit D. Paulinus Episcopus Nolanus. ep. 34. siue declam. de Gazophylacio. *Facile enim*, inquit, *serpit cancer auaritiæ, in præcordia nullis misericordiæ munita visceribus captamque vipereis alligat vinculis animam, si à bonis operibus nudam, & materia captiuitatis, hoc est, infructuosis operibus abundantẽ, serpens inimicus inuenerit* Cùm igitur ea manus contractio signum sit auaritiæ (auaritia enim superabundat in amando, & retinendo, & deficit in dando. Sic Boetius lib. 1. de consol. met. 2. *Nec retrahat manum plena copia cornu*, &c.) Hoc est, quod cùm auaritia tanquam cancer in præcordia nullis misericordiæ munita visceribus serpserit, manum retrahat & pauperibus stipem erogare facilè impediat. Cùm frater tuus in paupertatem venerit, inquit Dominus *Non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperi eam pauperi, &c.* Hæc manus apertio ad erogandam eleemosynam, eiusdem manus contractioni opponitur, & sicut contractio manus à clausis visceribus prouenit, sic aperitio à præcordijs misericordię munitis vim habet. Quare subiungit Paulinus: *Qui enim spernit pauperem exacerbat* (*vt scriptũ est*) *eum qui fecit illum, id est, communem omnium creatorem: qui sicut refectione inopum gaudet, ita defectione tristatur.* Ideò Iesus Sirach, primum huius capitis consilium prębens: *eleemosynam*, inquit, *pauperis ne defraudes.*

Deut. 15. v. 7 *Manus aperiendа pauperi.*

Obdurare cor quid.

1. Ioan. 3. v. 17.

Cancer auaritiа quid.

D. Paulin.

Boetius.

Apertio manus erogatio est eleemosynа.

D. Paulin. Prou. 14 v. 31. & 17. v. 5.

Abulensis tom. 3. Matt. definiens eleemosynam: eleemosyna, inquit, est opus in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum, pro vt eleemosyna est actus meritorius. &c. Ergo cum Ecclesiasticus ad non defraudandam pauperis eleemosynam exhortatur, non solum finem stipem erogandi, propter Deum scilicet, edocet; sed etiam ad artem omnium quæstuosissimam exercendam excitat, quia nulla ars ita quæstuosa inuenitur, sicut eleemosyna. Quare igitur Deus ita posuit Lazarum vlceribus plenum ante conspectum diuitis, vt saturari de micis, quæ de eius *mensa cadebant*, exoptaret. Luc. 16. vers. 21. Responderet D. Chrysostom. 2. Hom. in cap. 16. Luc. *Vt magnitudo pœnarum faceret magnitudinem misericordiæ.* Respondeo tamen positum fuisse à Deo Lazarum ante conspectum diuitis, vt amplius ipse diues ditisceret, & eleemosynam erogando magis locupletaretur. Pauperes enim ad misericordiam prouocat, & facere misericordiam ars quæstuosissima est. Ideò dicebat ipse Chrysostom. loco citato loquens cum auaro diuite *Quid seruas in delitijs tuis quod superfluum est? Quod iactas tribue in eleemosynam.* Et paulò post. *Quod proijcis*, ait, *de mensa præbe in eleemosynam, fac de damno lucrum.* Quod deijcis, & contemnis inquit, in quæstum vtilem conuerte, non enim ad erogandum id cogeris, quod custodiri potest, sed ad præstandum, quod proteritur, & scopis euerritur. *Fac de damno lucrum.* q. d. Eleemosynam tuam de ijs, quę superflua sunt. tanquam fundum in emphyteusim pauperibus tribue, vt assolent diuites facultates suas in Emphyteusim dare. Mica, quæ de mensa tua cadit, iam non tua est, da pauperi, & quod perierat recuperabis. Idem D. Chrysost. tom. 5. Hom. 37. ad populum, ostendit qualiter est ars omnium artiũ quæstuosissima eleemosyna. *Si enim*, inquit, *artis est proprium ad aliquam vtilitatem peruenire; eleemosyna verò nihil est vtilius, clarum est profecto quod & ars, & omnium est artium optima. Aeternam ministrat vitam, ex mortis manibus eripit, & in vtraque vita claros exhibet, & mansiones ædificat in cœlis, & æterna parat illa tabernacula.* Sed diues auarus ideo pœnas æternas luit, quia cum posset ad censum conferre Lazaro, ipsi eleemosynam elargiendo, non contulit. Eleganter hoc illustrat D. Petrus Chysologus ser. 121. aiens: *Impijs ergo oculis mendicus Lazarus ingeritur, admouetur, & vt diues dare posset, magis magisque diuitis census cumulatur, sed diues adamante durior, quidquid Deus pauperis propter alimoniam diuitis conferebat ad censum, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat, &c.* Lege vlterius.

3. *Eleemosynа definitio.* Abulensis.

Nulla ars ita quæstuosa sicut eleemosyna.

Luc. 16. v. 21

D. Chrys. *Paupertas ad misericordiam prouocat.*

Porrò Salomon Prou. 22. v. 2. inquit, *Diues & pauper obuiauerunt sibi vtriusq; operator est Dominus* Sibi inuicem occurrerunt, vt mutuo se adiuuarent. Sic explicat Diuus Augustinus tom. 10. lib. 50. Hom. 13. *Quando*, inquit, *facit pauperes, probat diuites, sic enim scriptum est: Pauper & diues occurrerunt sibi: vbi sibi occurrerunt? in hac vitа. Natus est ille, natus est & ille, inuenerunt se, occurrerunt sibi, & quis fecit illos ambos? Dominus. Diuitem, vnde pauperem adiuuaret: pauperem, vnde diuitem probaret. Pro viribus suis vnusquisque faciat.* Hoc posito, quæro, cur Deus pauperem & diuitem obuiare vult? Quare pauperem pati sinit, & eum constituit ante conspectum diuitis, sicut Lazarum posuit ad ianuam diuitis auari? Numquid diuitis saluationem præoptat, & vt pauper diuitem adiuuet intendit (*Cuesta le caro al pobre la saluacion del rico*) Responder eleganter D. P. Chrysolog. serm. 121. agens de occursu Lazari cum diuite auaro. *Purpura, bysso, delicatis vestibus, epulis blandis, ferrea viscera crudelis anima nutriebat: quam Deus humanæ salutis auidus inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum quam ipsum pietatis conflatorium eius proiecit ad ianuã: conflatorium dixi propter ferrea viscera.* Voluit enim Deus diuitem ad eius cognitionem, & amorem trahere, quia viscera ferrea anima crudelis nutrierat, emollire ea cupiebat, & pietatis cõflatorium, id est, necessitatem, & miseriam pauperis, cui eleemosynis subuenire debebat, proijcit ad ianuam. Vt ferrea viscera emollire seu potius liquare posset, & tandem Lazarum pauperem mendicantem constituit Deus ad ianuam, ne excusaretur, se mendicum cui bene faceret, non habere. Sic dixit Diuus Chrysost. tom 2. Hom. de diuite. *Ideo iacebat ad ianuam vt crudelitatẽ diuitis in suo corpore demonstraret. Ideò iacebat ad ianuã, ne di-*

Diuitiæ Emphyteusim pauperibus dantur.

Quare diues auarus æternas pœnas luit. D. Petrus Chrysol.

4. *Diuites & pauperem sibi obuiare quid.* Prou. 22. v. 2. D. Augustin.

Cur Deus vult diuitem & pauperem sibi obuiari. D. Petrus Chrysol.

Crudelis anima viscera ferrea nutrit & Deus per pauperem emollire cupit. D. Chrys.

ues diceret, non vidi, in angulo fuit, aspicere non potui, nemo mihi nuntiabat: iacebat ante ianuam, videbat illum exiens, & reuertens. Cùm ergo videritis sibi inuicem pauperem, & diuitem obuiare, & pauperem eleemosynam deposcentem coram diuite proponi: intelligit certum esse, Deum vtrisque benè prospexisse. Si autem fame mendicus confectus iacet, non Dei culpę tribuendum est, sed diuitis. Fame Lazarus confectus est, sed non Deus culpam sustinuit, iam ante ianuam diuitis eum proiecit, sed diues eius necessitati eleemosynis non subueniendo, culpam contraxit, cùm dicat Chrysostom. *Videbat illum & exiens, & reuertens.* Adijcit D. Chrysologus eodem sermone, 121. *Itemque Deus quia obduratis auribus vnius oris nil erat vox clamantis, ad aperiendum cor diuitis totum corpus pauperis vulneribus aperit, vt in admonendo diuite tot essent pauperis ora, quot vulnera: soluuntur viscera, vlcera producuntur, hiatus vulnerum dilatatur, sanies effunditur, & tota corporis caro componitur in scenam pietatis: vt quem vox esurientis non mouerat, vel suspiria, vel dolores, gemitus, & tota ærumnarum congeries commoueret.* Quia vt dixit Diuus Ambrosius lib. 2. off. cap. 16. *Plus clamat operatori bono debilitas, quam vox pauperis.* Quare Ecclesiasticus ad hanc eleemosynam elargiendam omnes adhortatur, dicens: *Fili eleemosynam pauperis, &c.*

Si pauper famescit, non culpa Dei, sed diuitis.

Chrysost.

Chrysolog.

Illustratio secunda.

Defraudare pauperem idem quod vita spoliare.

DEnique non est prætermittenda significatio verbi Græci *aportereo*, pro quo Vulgatus *defraudare* transtulit, quę est spoliare. Cùm enim pauperem eleemosyna, seu victu defraudamus, illum propria vita spoliamus. q. d. Ne victu, seu vestitu pauperem spolies, & quáuis verbum spoliare dicitur de ijs rebus, quę spoliatę propriè sunt, & eleemosyna non tam propria pauperis, quam erogātis est, nihilominus optimè verbū spoliandi conuenit. Nam licet non tam propria accipientis quam dantis sunt ea, quę pauperibus erogantur, verè dicuntur spoliari cùm ab eis pauperes defraudantur. Sic eleganter dixit Origenes à nostro Pineda citatus Job. 22. v. 7. num. 7. *Frotasse amictum nudum non præbere, ablationem, spoliationemque nuncupauit, spoliator enim, & raptor is est, qui nudum non induit.* Confirmat hoc Tertullianus, libro de Patientia, ait enim: *Nam & quod nostrum videtur, alienum est: nihil enim nostrum, quoniam Dei omnia cuius ipsi quoque nos.* Et elegantius Diuus Gregorius tom. 8. Past. cur. admonit. 21. *Nam cum qualibet* (inquit) *necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur: iustitia debitum potius soluimus, quam misericordiæ opus implemus.* Itaque cùm ait Sirach: *Eleemosynam pauperis ne defraudes.* Jdem est, ac dicere. Victu, vel vita pauperem ne spolies manum tuam ab eleemosyna contrahendo. Potest hoc apprimè illustrari ex eo Iob. 22. vers. 6. 7. Vbi Eliphas Iobum auaritiæ arguens, inquit: *Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.* Pineda. Quasi diceret. Quid tam crudele, & inhumanum quam per vim, & iniquitatem rapuisse pignora fratrum, & propinquorum? Quid tam crudele, quam ablato pignore, & necessaria veste nudum, & conglaciantem pauperem dimisisse; & quæ illorum vitæ, & corpori necessaria, in tuum te vsum petulanter conuertisse? Atqui non solum eo nomine raptor, & deprędator censeri debes, quod pauperi vestem abstuleris, sed eo etiam quod nudo amictum necessarium non præbueris, &c. Per *vestes* non solum strictè debent vestimenta intelligi, sed etiam quæcumque alia domestica, & necessaria supellex ad commodam vitæ sustentationem. Sic Jsa. 3. v. 6. Per vestimentum & panem, opes, & facultates necessariæ ad vitam intelliguntur: *vestimentum tibi est, princeps esto noster.* id est, tibi suppetunt necessariæ facultates. Respōdet verò eodem sensu: *In domo mea non est panis neq; vestimentum,* &c. Nizetas explicans id. *Aquam lasso,* &c. inquit: *Ergo reus quispiam est, non solum quia iniuriam facit, sed etiam quia benignè non facit. Vide igitur quanta nostra in alterum esse debeat munificentia: quandoquidem non ministrasse sitientibus pocula crimini datur, sicuti & aquæ frigidæ poculum mercede non caret,* &c. Admonet Ecclesiasticus ad stipem pauperibus erogandam, & pauperem ea minispoliandum, quia sicut omnia bona aliena sunt, vt dixit Tertullianus. Sic cum spoliatur mendicus victu necessario, defraudatur à diuite, & ipse furatur quod alienum est.

Iob. 22. v. 6.
Origenes.

6.
Iob. 22. v. 6.
Auaritia vitium.

Pineda.

Vestes significant supellectilem ad vitæ sustentationem.

Isa. 3. v. 6.

Nizetas.

Qui paupere victu spoliat, furatur quod suum est.

Tertul.

Hæc ratio præcipua est cur Deus pauperes in hoc mundo esse permisit, vt dixit Sanctus Lezarius Arelatensis Episcopus. Hom. 1. ad populū in quadrag. tom. 5. par. 3. Bibliot. noue agens de eleemosyna, inquit: *Ego autem puto charissimi, quia ita Deus noster pauperes in hoc mundo esse permiserit, vt in pauperibus diuitem fidem probaret: vel in pauperum misericordia diuitibus misereretur, vt abundantibus boni operis, ac redemptionis suæ occasio non deesset, vt beneuolum locupletem etiam inopia aliena ditaret, & opulentior quisque ingentia de egente lucra reciperet, & mirifico summoque commercio, dùm inopi misericordia temporali largitate confertur, inde æternus thesaurus compensetur* Et paulò post ait: *Noli despicere inopem: qui cum sibi pauper sit, facere te diuitem potest.* Noli inquam illum spoliare, & defraudare eleemosyna, quia quam illi confers, non amittis, sed potius seruas. Sic Epigrammatarius lib. 1.

Extra fortunam est quidquid donatur amicis.
Quas dederis solas semper habebis opes.

Illas namque Angeli recipiunt, & in æterna tabernacula seruata eas reponunt. Sic D. Paulinus Episcopus Nolanus epist. 33. ad Alethium. *Et quātum pecuniæ graui dextera geminatis excipientiū palmis hilaris datur & infatigabilis distributor infuderas, tanto illico Angelis interuolantibus gremio Domini gaudentis inuectum in trigesimos tibi fructus, ac redditus numerandum reponebatur.* Quare pauper nullo modo defraudandus, nec spoliandus est. Sic enim est Domini voluntas,

Læzar. Arel.
Cur Deus pauperes permisit esse in hoc mundo.

Pauper potest hominem diuitem facere.

Martialis.

D. Paulin.
Angeli recipiunt eleemosynas, vt in cælo reponant.

Illustratio tertia.

ET *oculos tuos ne transuertas à paupere*, Ne destituas pauperem in eius necessitate, nec differas beneficium, quod præsens illius inopia, indigentiaq; requirit, aut flagitat. Hoc enim eius tēpore cunctatio abesse debet. Misericordia verò studij amorisque plena adesse. Beneficium vltro in indigentem conferendum est: cùm verò rogatur, atque flagitatur nullo modo est differendum. Sic explicat Vatablus. Complutenses vertunt, *Et ne protrahas* vel *differas oculos indigentis*, id est, oculos hominis indigentis, & in te respicientis, ne differas, vel ne protrahas. *No a guardes a que te pidas el probre limosna ni menos dilate el darselas.* Hoc potest 1. eleganter illustrari ex eo Tob. 4. v. 7. Cùm dixisset: *ex substantia tua fac eleemosynam,* subiungit statim: *Et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodo potueris ita esto misericors,* noli fili, differre oculos tuos indigentium, sed protinus vt aspexerint ad stipem à te postulandam, eam libenter præbe.. Ne transuertas oculos tuos ab inope, sed illum respice, vt tui cordis miserationem manifestes. Justinianus censet *auerte faciem* significare fauorem & auxilium, & misericordiam ab aliquo substrahere, quod præcipuè facere solemus in eos, quos vel contemnimus, vel odio habemus; faciem autem in eos vertentes, quos diligimus, & quibus fauere studemus. Sic ait Psaltes Psal. 26. v. 9. *Ne auertas faciem tuam à puero tuo,* id est, ne mihi tuum fauorem & auxilium subtrahas, &c. Vide Psal. 68. v. 18. & 29. 8. & 43. 24. In hoc sensu ait Tobias ad filium, ne tuum fauorem, & misericordiam à paupere subtrahas, sed illi subuenire conare, &c. Item sicut auertere faciem signum est crudelitatis, sic oculos intendere indicium miserationis est, vt Dauid aiebat: *Aspice in me, & miserere mei,* Psal. 118. v. 132. Deum se aspicere cupit, quia cum respicit Deus, ita ad misericordiam prouocatur, vt nullum respiciat, cuius non misereatur, inde est quod Joseph, cum fratres suos respiceret, ita sunt eius commota viscera, vt fleuerit, & eorum necessitati subuenire cogeretur. Genes. 45. v. 1. 2. Jllud quod adijcit Tobias, *ita enim fiet,* &c. potest confirmari testimonio Augustini qui tom. 10. serm. ad fratres in erem. 44. *Cupis* (inquit) *ô homo vt tui misereatur Deus? Fac vt proximo miserearis. Nam tantum tui miserebitur Deus, quantum & tu misereberis proximi: tantum recipies in alia vita, quantum facies in præsenti vita, &c.*

7.
Oculi non sunt transuertendi à paupere.

Tob. 4. v. 7.

Auertere faciem quid.

Psal. 26. v. 9.

Oculos intēdere indiciū miserationis, &c.
Psal. 116. 4. 132.

D. August.

2. Potest illustrari hoc hemistichium ex eo Proū. 3. v. 28. *Ne dicas amico tuo: vade & reuertere, cras dabo tibi, cùm statim posis dare.* Suadet Salomō beneficium, & eleemosynam non esse differendam, sed opportunè cùm petitur dandam: plurimum enim de merito ille detrahit, qui moras nectit: plurimum etiam accedit, qui moras præuerrit: beneficium enim quod differtur incertitudini subijcitur. Sic dixit D. Cregorius Nazian. orat. 16. *Misericordiam*, ait, *tuam ne nox quidem intercipiat: ne dixeris alias redi, & in crastinum dabo, ne quid fortè accidat inter propositum tuum, & beneficium, quo verè impediatur.* Itaque nullum beneficio opportunius tempus est, quam illud in quo petitur. Sic Seneca lib. 2. de benef. cap. 2. *Quemadmodum,* inquit, *in agris opportunitas cibi salutaris est, & aqua tempestiuè data remedij locum obtinuit: ita quamuis leue & vulgare beneficium sit, si præsto fuerit, si proximā quamque horam non perdiderit, multum sibi adijcit, gratiamque pretiosi tamen lenti, & diu cogitati muneris vincit.* Hinc prouerbium dicitur: *bis dat, qui cito dat.* Confirmat ipse Seneca lib. 2. de benef. cap. 1. Cùm ait: *Gratissima sunt beneficia parata, facilè occurrentia, vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia, Publiana sententia. Bis est gratum quod opus est, vltro si offeras.* Quare Sirach monet eleemosynam non prorogare, nec differre, sed statim erogare, dicens: *& oculos tuos ne transuertas*, &c.

8.
Pro. 3. v. 28
Eleemosyna non differenda, sed statim danda.

D. Greg.

Beneficio nullū opportunius tempus, quam illud, in quo petitur.
Seneca.

Illustratio quarta.

ILlustris tandem locus est. Iob. 31. v. 16. Vbi hoc ipsum insinuat, cùm inquit: *Si negaui quod volebant pauperibus: & oculos viduæ expectare feci.* q. d. Explicat noster Pineda: pauperibus petentibus opem non solum munificum, ac liberalem me præbui, sed minimè expectatā egeni, ac viduæ deprecatione, rebus illos necessarijs subleuabam, atque illorum desiderio, expectationi, oculis benignus occurrebā, ne quisquam vel pudore, vel difficultate petendi præ inopia deficeret, ac nulla ratione sum passus, vel egestate, aut lachrymis, aut assiduo oculorum coniectu, intentioneque viduas contabescere, &c. Significat Job tantum absfuisse, *vt oculos viduæ expectare faceret* vt potius ipse expectaret viduam, cui occurreret, & re necessaria comularet. Didicerat nimirum ab Abraham parente, cuius oculi expectabant egentes, & peregrinos, & quibus benè mereri possit. Gen. 18. v. 1. *Sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cùm eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum,* &c. Didicit tandē vterque ab illo totius bonitatis auctore, de quo apud Isa. 30. v. 18. dictum est: *Expectat Dominus vt misereatur vestri*, &c. q. d. Prior ille expectat, prior desiderat benè de nobis mereri, ac nostrę necessitati, desiderio, expectationi occurrit. Jtaque verus misericors suis oculis pauperem, & mendicum pręuenit, vt ei benefaciat, Sic dixit Seneca lib. 2. cap. 1. Inter beneficia: *Primum est, antecedere desiderium cuiusque: proximum sequi, illud melius occupare antequam rogemur: quia cum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubore, qui hoc tormentum remittit multiplicat munus suum.* Actor. 3. dicitur Petrum, & Joannem paralyticum sanasse, cùm in templum per speciosam portam ingrederentur, eleemosynam erogarunt, non auri vel argenti, quæ non possidebant, sed salutis, quam paralitycus opus habebat. Ergo quis huic miraculo principium dedit? Qui prior præuenit vt eleemosyna, quam petebat ei erogaretur? Num ipse Paralitycus, qui ab Apostolis stipem postulauit? Ait autem Lucas Actor. cap. 3. v. 4. *Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne dixit: Respice in nos.* Vide Petrum prius intuitū fuisse, & Paralitycum ad petēdum prouocasse? Igitur quare Petrus vt salutis eleemosynam præbuisset, prior respexerit, & paralitycum prouocasset ad petendū? Respondeo sic Petrum fecisse vt diuitibus prębe-ret exemplum, pauperes oculis præueniendi, ad eorum necessitati hilariter subueniendum, & ex hoc exemplo ediscerent nullo modo oculos suos à pauperibus auertere, nec oculos eorum expectare facere, sed eos ad elargiendas eleemosynas præuenire. Sic dixit D. August. tom. 10. Hom. 39. ex quinqu. *Perfecta est ergo misericordia, vt ante occurratur esurientibus, quam roget mendicus. Non enim est perfecta misericordia quæ precibus extorquetur.* Sed quare Apostoli antequam templū ingrederentur, hoc miraculum fecerunt? Nonne melius esset prius orationi in templo vacasse, & post orationem hunc effectum misericordię obtulisse? Respondeo 1. sic factum esse, vt diuinæ liberalitatis effectus facilè cognosceretur, & sciretur ab omnibus Dei misericordiam, & liberalitatem Apostolorū precibus præcessisse. Sic dixit D. Ioa. Chrysost. *O gloriosum meritum Apostolorum, qui ante in tēplo operantur, quam ipsi Dominū deprecentur,* &c. Res-

9.
Non negandum, quod volunt pauperibus.

Oculos viduæ expectare quid.

Gen. 18. v. 1.

Isa. 30. v. 18

Expectat Deus vt misereatur nostri.

Miseros pauperes suis oculis præuenit & benefaucit.

Diuites oculos pauperū præuenire debent.

D. Chrys.

Respondeo 2. illum, qui aliquid è Deo impetrare studet, debere afferre aliquid, seu referre potius Deo, eleemosynam scil. vt subueniat pauperi. Sic Chrisost. Hom. 1. in 2. ad Timot. *Non apparebis* (inquit ex exod. 28.) *coram Domino vacuus. Iudæis ista dicebantur, quanto magis nobis? Idcirco namque pauperes ante fores stant, vt nemo vacuus ingrediatur, vt misericordia comiti securus introeat. Intras vt misericordiam consequaris, prior ipse miserere: qui autem posterior venit amplius dabat. Nã cùm cœpimus nos, secundus amplius ponit. Fac tibi debitorem Deum, & ita demum illum exige.*

Chrysost.

10. Rursus pende id quod fecit Christus Dominus, cum Ioannes narrat miraculum, in deserto patratum de saturatione quinque millium hominum quinque panibus: ait enim cap. 6. v. 5. *Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit, &c.* Cùm prius necessitatem omnium respexisset, statim eorum sustentationi subuenire cogitur, & ait ad Philippum: *Vnde ememus panes vt manducent hi?* Quare prius respicit Christus, quam eorum necessitatem adiuuet? Quia misericors est, & pauperes præuenit oculis suis, vt eorum misereatur. Psal. 20. v. 3. 4. ait Psaltes agens de iusto: *Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Super quæ D. Bernardus serm. 39. ex paruis. *Non immeritò* inquit, *sapit ea, quæ nõ modo immeritos, sed & male meritos præuenit, & ne petentibus quidem, imo & impetentibus, non inuocantibus, sed prouocantibus, non interpellantibus, spiritum bonum, spiritum vitæ, adoptionis spiritum largitur. Quid illi animæ dulce sapiat, cui misericordiæ tanta non sapit? Meritò proinde benedictio dulcedinis nominatur ea, quæ præuenit, quia quæ adiuuat fortitudinis, quæ consummat plenitudinis est.* Confirmat hoc Seneca lib. 1. de benef. cap. 1. Vbi ait: *Primum est antecedere desiderium cuiusque: proximum sequi. Illud melius occupare antequam rogemur. Non tulit gratis, qui cum rogasset accepit. Quoniam quidem vt maioribus nostris grauissimis viris visum est, nulla res carius constat quam quæ precibus empta est. Molestum verbum est, onerosum & demisso vultu dicendum, rogo, &c.* Vide D. August. num. 9. citatum. Quare Ecclesiasticus omnes admonet, vt pauperes præueniant ad eorum necessitatem subleuandam, nec differendos oculos indigentium, sed cum postulauerint eleemosynam reddendam esse, *& non transuertendos oculos ab eis.* Hæc enim oculorum transuersio manifestè indicat nolle hominem pauperis necessitati subuenire, &c. Lyra vt si non potes exhibere manum, saltem exhibeas animum & benignum aspectum. Palacius vt ea fiducia à me petat. Si enim viderit me à se oculos auertere, incipiet diffidere mihi, ac ita non petit, & in miseria sua perseuerabit.

Exemplum præueniendi oculos. Ioan. 6. v. 5. Psal. 20. v. 3. *Præuenit Deus benedictionibus dulcedinis.* D. Bernard. *Statim vt postulatur eleemosyna, reddenda.*

VERS. II.

Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua.

Sensus.

11. ANimam esurientem, &c. q. d. Cùm videris pauperem esurientem, ad eius inopiam attende, & aduerte, manifesta oculis tuis, te eam ad misericordiam mouere, ne malum inopis augeatur, & pauper magis exacerbetur, id est, non exasperes pauperem in inopia sua, tua, scilicet dissimulatione eius malum duplicando, eumque ad iram atque tristitiam prouocando: vt iam duobus malis affligatur, inopia scilicet & tristitia, vel ira ex neglectu sui concepta, &c.

Notæ.

ANimam esurientem ne despexeris. Pro depexeris in Originali est, μὴ λυπήσης, à verbo ΛΥΠΗ Græco quod est dolor, animi molestia, & ægritudo. Inde λυπέω, quod significat dolore afficere, vel contristare. Ideò Originale transtulit, *ne tristifices*. Et Drusius *ne contristes*. Quare autem Vulgatus legerit *despicere*, ratio videtur esse, nihil magis tristitiam afferre, quam despectionem, quia qui despicit, & contemnit, ad tristitiam, & iracundiam prouocat. Pro *non exasperes*, est, μὴ παρελκύσης. *Ne protrahas virum.* Melius Ald. Basil. LXX. & Drusius παροργίσης *ne ad iram prouoces virum*, id est, quemquam, aut virum pauperem. Sic vxor, pro vxore bona, & lana pro lana alba. Camer. *Ne subuertas*. Verbum enim παροράω, est, Despicio, negligo, contemno, fastidio, & παροργίζω est irritare, quare optimè Vulgatus legit: *ne exasperes*, vel ne irrites &c.

Quidespicit ad tristitiã & iracundiam prouocat.

Illustratio prima.

12. ANimam esurientem ne despexeris, &c. Præcepit idem quod ante, vt pauper ac inops præsenti, & prompta, parataque benignitate subleuetur, non dilatione torqueatur. Dilatio enim beneficij homini indigenti est permolesta. παρεγχυζεντία, est protrahere aliquem, eiusque spem ducere, ac suspensum tenere. Ergo est, q. d. Vide ne hominem esurientem, vel inopem ita despicias, vt eum ad tristitiam prouoces. Dixit enim D. Nazianz. orat. 16. *Nam si, qui pauperem despicit, eum, à quo factus est, ad iram concitat, non dubium est, quin opificem honore afficiat, qui ipsius opus complectitur.* Hoc potest apprimè illustrari ex eo Isa. 58. v. 7. *Frange esurienti panem tuum, cùm videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* q. d. Fac vt esurienti de cibo, peregrino de hospitio, & nudo de vestimento prouideas: & sicut carnem tuam foues, nec illam despicis, nec contristas; sic aliorum carnem, quam habere debes pro tua, ne despicias neque contristas *Carnem* vocat non solum consanguineos, sed alios quoscunque proximos in necessitate, & inopia constitutos, qui nullo modo despiciendi sunt, nec contristandi, sed cùm esuriunt illis panem frangendum, & cùm nudi sunt vestibus operiendi sunt.

Isa. 88. v. 7. *Dilatio beneficij homini indigenti est permolesta.* D. Greg. Nazianz. Isa. 58. v. 7. *Caro pro sanguineis & proximis sumetur.*

Rur-

Rursus Ezech. 18. v. 16. Agens Propheta de filio, qui patrem suum non imitatur in legis diuinæ transgressione, inquit: *Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis: & virum non contristauerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, à pauperis iniuria auerterit manum suam: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet.* Prius contrarium dixerat, moriendum filium, *egenum, & pauperem contristantem*. Itaque ait Ezech. si pater impius filium genuit timoratum & pium, qui paternam improbitatem intuitus, tam longè fuit vt illam sequeretur, vt potius execraretur, & horreret, qui neque virum afflixerit mœrore, & porrecto pane esurientis necessitati subuenerit, & vestimento nuda membra confouerit, à paupere vel opprimendo violenter, vel spoliando callidè manus abstinuerit: Hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet. Nota illud *virum non contristauerit*, id est, non despexerit pauperem, neque contristauerit, *& dare esurienti panem.* Idem est ac *animam esurientem* non despicere, sed sustentare: & qui hoc fecerit, inquit Dominus, *non morietur.* Sed vita viuet, quod præmium proprium est filiorum qui parentibus suis honore afficiunt, cum, esuriunt, &c.

Ezech. 18. v. 16. Ezech. 18. v. 16. *Qui pauperem non contristauerit, vita viuet.*

Illustratio secunda.

13. ET *non exasperes pauperem in inopia sua.* Hanc lectionem secuti sunt Aldi editio, & Basilenses, & Romana. Vatablus verò & Tygurina Complutenses imitantur, sicque vertunt: *Nec inopia sua suspensum teneas*, quod idem est, ac *ne protrahas*. Vel differas. Quamuis in translatione diffideant, non tamen in sensu, si rectè consideretur. Nam pauperem inopia exasperare, vel ad iram prouocare, idem videtur esse, ac suspensum illum tenere, & illius desiderium protrahere, vel differre: Nihilominus vulgatæ lectioni sensum aptare debemus. q. d. Noli tua dissimulatione, vel exprobratione pauperem exasperare, exprobrando inopiam suam, sic enim malum eius duplicabitur, & duobus malis affligetur, inopia scilicet sua, & tristitia, quam infers, cum prouocas eum ad iram. Nam vt explicuit Lyra: Afflicto non est danda afflictio. Sed consolatio. Duobus locis hoc potest optimè illustrari. Primus est Iob cap. 16. v. 15. *Concidit me vulnere super vulnus*, moraliter D. Gregorius lib. 13. Moral. cap. 6. Explicat de peccatis, *vulnere*, inquit, *super vulnus concidetur, quando peccatum peccato additur, vt culpa vehementius exaggeretur.* Sed iuxta litteram Hebr. legitur: *Diripuit me diruptione super facies rupturæ.* Id est, sagitta sagittæ, & vulnus vulneri sine fine succedit. q. d. Per suos iaculatores ac sagittarios, absq; vlla mei commiseratione frequentatis ictibus plagam plagæ superaddere non formidauit, ita vt sagitta sagittæ in eadem carnis meæ fractura iungeretur. Hoc igitur modo dicendi quantum doloris afferat multiplicatio vulnerum exaggerat, & quantum malum sit afflictum affligere, & pauperem exasperare tristitia vel ira super inopiam suam, quia est quasi *vulnere super vulnus concidere.* Hoc confirmat D. Gregor. Nazianz, orat. 1. Apolog. agens de exprobratione peccatorum. *Huc*, inquit, *accidit quod alij aliorum peccata obseruamus, non vt lugeamus, sed vt exprobremus, neque vt medicinam afferamus, sed vt nouum vulnus infligamus.*

Pauperem inopia exasperare est illum ad iram prouocare. Lyra. *Afflicto non est danda afflictio.* Iob 16. v. 15. D. Gregor. *Magnus dolor inopem contristare & inopia affligere.* D. G. Naz.

14. Probat hoc id Psal. 68. v. 27. *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Geneb. de Christo Domino, sicut alij intelligunt, interpretatur. q. d. Et de augendis meis doloribus, qui à te sum iam grauiter sauciatus; & percussus sermones instruerunt, addita etiam ignominia & verborum probris. Non sat habuerunt me communibus pœnis afficere, nisi & nouas, & extraordinarias procurarent: Vulnera enim perfricarunt, addentes vulnera, & dolores super dolores, & vulnera, quibus afficiebar. Tandem probatur ex eo Ierem. 8. v. 18. *Dolor meus super dolorem in me cor meum mœrens.* Quod quamuis explicetur q. d. Cum in dolore vellem me solari; & contra eum roborare non potui, quia cor mœrore oppressum est. Sic Vatab. tamen ad intentum est. q. d. Vt explicat Sanchez: Graues, inquit populus, animum meum dolores excruciant, qui non vnus est, sed varij atque multiplices, qui sine vlla cessatione succedunt, quod idem est ac illud cap. 4. v. 20. *Contritio super contritionem vocata est.* Id est, nullum tempus à labore vacuum, calamitas calamitati, eaque quotidie grauior succedit. Quæ lugendi forma in infelicibus familiares. Sic Seneca in Hercule furente act. 2.

O magne olympi rector, & mundi arbiter,
Iam statue tandem grauibus ærumnis modum,
Finemque cladi, nulla lux vnquam mihi
Secura fulsit, finis alterius mali
Gradus est futuri, &c.

Sic vulnus succedit vulneri, & finis alicuius mali, vt est inopia, gradus est futuri, id est, exasperationis, & amaritudinis, exaggeratur dolor, & tristitia eius, qui in inopia sua exasperatur, & contristatur, vel irritatur, seu prouocatur ad iram. Inopia enim grauiter humanum animum sauciat, & ad amaritudinem prouocat. Sicque quantum possunt homines paupertatem ex se propulsare, & à domibus suis longè amouere, & auertere conantur.

Ps. 68. v. 27. Genebrard. *Vulnus super vulnus addere quid.* Ier. 8. v. 18. Ier. 4. v. 20. *Nullum tẽpus vacuum cum calamitati vni alia succedit.* Seneca. *Inopia grauiter humanum animũ sauciat.*

Antiquitas, teste Alexan. ab Alex. paupertati sacellum struxit. Hanc Deam ore pallido furiæ similem, nisi quod facem non præferebat depingebant. Ea vestitu pallido erat induta. Et cum togam pullam veteres eam vocarent, quam induebant luctus causa. Et ab illo vestis colore atrati dicebantur (vide Ioan. Rosin. in Syntagm. lib. 9. antiq. Rom. cap. 32.) De qua toga Cicero loquitur in Vatinium. *Qua mente*, inquit, *fuisti vt in epulo Regis Arrij cum toga pulla procumbens? Item: qui in funere familiari cœnauit atratus, cum ipse epuli Dominus R. Arrius albatus esset*, &c. Eam tamen pullam aptabant paupertati. Hinc pulla paupertas Calpurnio dicta:

O vtinam nobis, non rustica vestis inesset
Pullaque paupertas, & adunco fibula morsu

Paupertatis autem numen extra ciuitatem proijciebatur. Sic ait Alex. ab Alex. lib. 2. Gener. die. cap. 4. *Apud alios timorem, Pallorem, paupertatem, & senectam tanquam noxia numina procul à ciuitate arcuere*, & lib. 4. cap. 11. Inquit: *Postea paulatim frugales mores defluxere, paupertasque probro haberi cœpit.* Cum ergo paupertas, vel inopia sit ore pallido furiæ similis, & induatur toga pulla, quia pulla paupertas est, & tanquam noxia extra ciuitatem procul arceatur, & tandem probro habita sit. Quid mirum est, quod pauperes. Qui tali numini inseruiunt, facile exasperentur probrosis verbis, & tristentur, cum exacerbatione in inopia sua affliguntur. Hinc est quod Titus Imperator

Paupertatis sacellum quale. *Paupertatis numen extra ciuitatem proijciebatur.* *Pauperes exacerbantur probrosis verbis.*

 (re-

(referente Suetonio li.22. de vita Cæsaris) non negauit quidquam petentibus, vt quæ vellent petetent vltro adhortatus est. Et quærentibus amicis, & domesticis, quare plura pollicetur, quam præstare posset? Respondit: Non enim decet quemquam à sermone Principis tristem discedere. Ergo minus à conspectu diuitis Christiani. Ideò Iesus Sirach monet *pauperes in inopia sua* minimè *exasperandos*, vel ad tristitiam & iracundiam prouocandos. Quia tandem Deus *eripiet de angustia sua pauperem*, vt dixit Job c.35.v.15.& Prou.17.v.5. *Qui despicit pauperem exprobrat factori eius.* Iob 35.v.15 Prou.17. v.5.

VERS. III.

Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti.

VERS. IV.

Rogationem contribulati ne abijcias: & non auertas faciem tuam ab egeno.

Sensus.

15. *Cor inopis ne afflixeris*, &c. q.d. Cum inopem afflictum videris, ne offendas illum, augendo offensionem ex miseria commotam cunctatione, ac despectione. Multo verò minus acerba verborum repulsione: Et cum pauper à te aliquid postulauerit, ne differas datum; quod daturus es, cito da, quia cum datum protrahis, & prorogas, pauperis angustiam augescere tui causa necesse est. Et cum aliquis in tribulatione constitutus ad te rogaturus accesserit, ne proijcias, ne repellas, nec minus propulses eum procul arcendo, sed benignus refoue, & tantum absit, quod faciem ab egeno auertas, vt illam serenam hilaremque ostendas, &c.

Illustratio prima.

Quare cor inopis non est affligendum.

Cor inopis ne afflixeris &c. Id est, cor irritatum, siue ira offensum ne magis conturbes, & ne differas donum pauperis, hoc est, id quod daturus es pauperi. Significat offensionem hominis inopis ex miseria commotam, non esse augendam cunctatione, aut despectione, sed potius misericordia consolandam. Sic Vatab. Ratio igitur quare cor inopis non est affligendum, est, quia iam inopiæ vulnere sauciatum est, & sicut qui perfricando vulnera renouat dolorem, & cruciatum maximè crescere facit: Sic qui cor pauperis affligit, renouat dolorem, & inopiæ suæ vulnus refricat, quod maximum dolorem & cruciatum cordi afferre necesse est, & cum sit ab humanitate alienum miseri hominis ærumnam, & calamitatem augere, inde monemur à Sirach cor inopis non affligere, sed potius condolere, sicut dixit Apostolus: *Flere cum flentibus* Rom.12.v.15. Quod explicans D. Ioan. Chrysost. tom.1.hom.in Psal. 40. *Si nihil*, inquit, *aliud potes, non parum, inquit, ei qui dolore afficitur conferes, si vna cum eo eius vicem doleas.* Itaque ait Sirach. *Cor inopis ne afflixeris.* Confirmat hanc veritatem S. Ephræm. Syr. in lib. de timore Dei ad imitationem Prouerb. *Ne irruas*, inquit, *in fratrem tempore tribulationis ipsius: & non adijcias dolorem super dolorem animæ eius.* Et paulò post. *Non rideas*, ait, *super afflictio, ne forte irascatur tibi Dominus, & non inueniat auxilium in die tribulationis.*

Vatablus,

Qui refricat vulnus renouat dolorem.

Rom.12. v.15.

D.Chrysost

S.Ephræm.

Et non protrahas datum angustianti. Clarius Tygurina, *& non differas quod erogaturus sis in egenum.* cunctatio in eleemosyna eroganda afflictionem, & angustiam parit, cum pauper in angustia constitutus eam postulat; quæ non differenda, ne magis angustietur. Huc pertinet quod supra diximus ex Salomone Prou.3.v.28. *Ne dicas amico tuo: Vade & reuertere, cras dabo tibi; Cum statim possis dare.* Dixit D. Nazianz. orat. 19. *Vna est beneficentia, quæ moras non patitur.* Seneca li.2. de benef. cap.1. *Sic demus*, inquit, *quomodo vellemus accipere. Ante omnia libenter, cito sine vlla dubitatione. Ingratum est beneficium, quod diu inter dantis manus hæsit: Quod quis ægrè dimittere visus est, & sic tanquam sibi præriperet. Etiamsi quid moræ interuenit, euitemus omni modo, ne deliberasse videamur. Proximus est à neganti, qui dubitauit, nullamque meretur gratiam. Nam cum in beneficio iucundissima sit tribuentis voluntas, qui nolentem se tribuisse ipsa cunctatione testatus est, non dedit, sed aduersus dicentem malè retinuit. Gratissima sunt beneficia parata facilè occurrentia, vbi nulla morâ fuit, nisi in accipientis verecundia.* Ratio autem quare datum non protrahendum angustianti est, quia cum *spes quæ differtur animam affligat.* Vt dixit Salomon. Prou.13.v.12. Et pauper vt inopiæ suæ remedium ab eroganteStipem expectet, ideò ait Sirach, cunctationem; vel dilationem remedij non prorogandam esse angustianti, sed statim offerendum remedium angustiæ suæ. Ex quo infert Rabanus, eleemosynam non faciendam ex necessitate, sed animo lubenti: *Hilarem enim datorem.* [inquit Paul.2.Cor.9.v.7.] *diligit Deus*, & addit, nō quantatem muneris Deum pensare, sed deuotionem cordis. Inde est, quod cum diuites in gazophylatium multa iactassent, despexit illos Christus Iesus, & viduam, quæ duo minuta miserit, quod est quadrans, laudauit: Ait enim Marc.12. v.42. *Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans, & conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylatium.* Quare autem hanc viduam magnificauerit, & diuites despexerit, ratio videtur esse, Christum Dominum pluris cordis voluntatem duxisse, quam dona multa. Quod confirmauit Seneca lib.2. de benefic. cap.15. cum ait: *Neque eorum neque argentum, nec quidquam eorum, quæ à proximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas.*

16. *Eleemosyna non differenda, & quare* Prou.3.v.28

D.G.Naz. Seneca.

Qui dubitat dare proximus est à negante.

Ratio, quare non protrahendum angustianti. Prou.13. v.12.

Eleemosyna faciendà ex animo. 2.Cor.9.v.7

Marc.12. v.42.

Viduæ, quæ duo minuta misit in gazophylatium Christus laudauit.

Il-

Illustratio secunda.

17. *Rogatio cõtribulati nõ abijciendæ.* RVrsus: *Rogationem contribulati ne abijcias.* In originali; *supplicium in tribulatione positum ne abijcias.* Cum videris aliquem contribulatum, vel in tribulatione, & angustia positum, eius rogationē ne repellas, sed benignas, & attentas aures præbe, vt spes, quam in te reposuit, non frustretur, sed ex te quod desiderat consequatur. Vnde infert Holcot dandam esse eleemosynam ex compassione, quare Job cap.31. vers.10. De se aiebat: *Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci.* q. d. Nullus huius criminis potest me arguere, negasse me pauperibus, quod volebant, id est, quod supplices postulabant non concessisse, sed procul abiecisse. Non solum munificum & liberalem se præbebat Job, sed etiam minimè expectata pauperis deprecatione, rebus necessarijs illos subleuabat, & non solum petitioni sed etiam voluntati, desiderio, oculis, atque exspectationi miserorum satisfaciebat. Sic noster Pineda. In quo Iob Deum optimum maximum imitabatur, de quo ait Psaltes Psal.9. vers.17. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, & præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Id est, non solum petitionem ipsam, sed etiam primum petendi affectum præstita ope prosequitur. Dixit Seneca li.2.de benef.cap.I. *Non tulit gratis, qui cum regasset accepit. Quoniam quidem vt maioribus nostris grauissimis viris, visum est, nulla res carius constat, quā quæ precibus empta est.* Confirmat Apuleius dicens: *Non enim leui mercede emit qui precatur, aut parum pretium accipit, qui rogatur.* Itaque monet Sirach tribulati rogationem vel petitionem non esse abijciendam, id est, non esse negandam, sed potius concedendam. Tribulatio enim, sui angustia, qua afficitur, quærit benignitatem, & misericordiam ab eo, qui eius potest subuenire necessitati, & petitioni respondere, &c. Hoc probat idem Seneca li.2.cap.2. Cum ait: *Sero beneficium dedit, qui roganti dedit.*

Rogatio cõtribulati nõ abijciendæ.

Iob 31. v.16

Pineda

Desiderium pauperum exaudit Deus.

Psal.9.v.17

Jdeò Deus promisit ponendum tabernaculum in medio hominum, ad audiendas pauperum deprecationes, Leuit.26.vers.11. Ait Dominus: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abijciet vos anima mea.* Quodnā hoc tabernaculum, quod Deus positurus erat in medio hominum? scio hoc tabernaculum significare illud, quod per desertum deferebat populus, in quo Arca testimonij reponebatur, & dicebatur Deus esse in medio populi eum protegens, & omnium petitiones, & deprecationes expectans, quare dictum est Deut.4.vers.7. *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Sed nihilominus dicendum existimo hoc tabernaculum significare Ecclesiam, quam Christus Dominus fundauit in terra, vel humanitatem suam, *in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, id est, diuinum verbum, quod est filius Dei. Pollicebatur enim Deus hoc tabernaculum fixurum in terra, vt in eo habitaret anima Dei, id est, filius, verbum Patris, Sic explicuit Origen. hom16. in fine. *Verumtamen velim requirere quid est anima Dei? Numquid nam putamus quia Deus habeat animam sicut homo? absurdum est hoc sentire de Deo. Ego autem audeo, & dico, quia anima Dei Christus est, sicut enim verbum Dei est Christus, & sapientia Dei, & virtus Dei, ita & anima Dei.* Quare autem Christus appelletur anima Dei? ratio videtur esse, quia ingens amor [quia infinitus] quo Deus filium suum prosequitur, causa est, propter quam hoc nomine Christus decoretur: Nihil enim inter nos ita diligimus vt animam nostram; ideò ad significandum ingentem erga aliquem amorem, nos dicimus: *Vida mia, alma mia.* Sic dicitur Christus in hoc sensu anima Dei, sicut Apostolus eum vocauit, *filium dilectionis Dei*, Col.1.v.13. Id est, filius dilectus, sicut anima ab homine valdè diligitur. Oleaster ait, animam Dei significare eius voluntatem. Siue ergo significet Christum Dominum, siue diuinam voluntatem, cùm inquit Dominus: *non abijciet vos anima mea.* Est. q. d. Cum ego animam meam, vel voluntatem meam, vel filium meum, in tabernaculo reposuero, quod in terra figam, non abijciet eos, qui ad deprecandum, vel auxilium petendum ad tabernaculum confugerint: *non abijciet*, non repellet *rogationem contribulati*, sed attentas aures præbebit, inuenientque omnes animam meam benignitate, & misericordia præparatam ad omnibus subueniendum. Quod à Deo consilium emendicare docet Iesus Sirach cum monet, *Rogationem contribulati non abijciendam.* Oleaster inquit, idem esse, non abijciet vos, ac non abominabitur voluntas mea vos, aut non euomet vos. Est autem vomitus res abominabilis, ac si dicat: Cum vos intus in corde habeam, & diligam intimē, non vos è visceribus proijciam veluti vomitum abominabilem; vel, non vos abijciam, sicut rem despectam, quam à nobis abijcimus. Sic rogationem contribulati debet homo non abijcere, sed necessitati libenter subuenire. Sicut faciebat Job, cum aiebat cap. 30. vers. 25. *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Afflictio enim pauperis commouet cor iusti compatienti, & ad fletum pronocat, &c.

Col.1. v.5 Tabernaculum Ecclesiæ

Quare Christus dicatur anima Dei.

Col.1.v.13 Anima Dei pro voluntate Dei.

Christus in medio vt omnibus subueniat.

18. *Quare promisit Deus ponendum tabernaculū in medio.* *Leuit. 26. v.11.*

Iob 30. v.25

Vltimum huius sententiæ hemistichium iam superius explicatum manet, versu scilicet 1.nu.6. *Et non auertas faciem tuam ab egeno.* Quod probatur ex eo Tob.4.v.7. *Et noli auertere faciem tuam ab vllo paupere.* Noli ita immisericors esse, vt saltem audire pauperis deprecationem non patiaris, noli auertere faciem, sed illam conuerte, & quem iuuare, & fouere non valeas. Verbis saltem solare, ne maledictioni eius, quem despicis subijciaris. Ideò sequent em subiungit sententiam.

19. *Non auertē da facies à paupere.* *Tob.4.v.7.*

VERS. V.

Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere.

VERS.

VERS. VI.

Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius : Exaudiet autem eum, qui fecit illum.

Sensus.

20. AB *inope*, &c. q. d. Cum pauper in miseria constitutus remedium inopiæ suæ humiliter postulauerit, ne ira percitus oculos, & voluntatem abducas eius deprecationem parui ducens, & ne locum præstes maledictioni, quam tibi retro deprecabitur. Deus enim qui eum creauit, eius curam gerit, & sibi imputat factam iniuriam pauperi creaturæ suæ irrogatam; quare, cum pauper maledictionem iustam tibi in amaritudine animæ suæ constitutus imprecatur, quia tu iniquè eam in illo prouocasti, exaudit Deus, & pauperis iniuriam assolet vlcisci, &c. Vel, vt Ioansem, explicat: quærentibus, id est, postulantibus à te eleemosynam non relinquas tibi retro maledicere, hoc est, non des occasionem, vt malè precentur tibi, idque retro, hoc est secretò, & post tergum, quia scilicet tibi ob paupertatem non audent coram maledicere, &c.

Notæ.

PRo *non derelinquas* est, *ne des locum homini*, id est, homini pauperi, nam horũ diræ maledictiones non sunt contemnendæ. Hinc Prou. 28. vers. 27. iuxta Hebr. *Qui abscondit oculos suos multus est maledictionibus.* q. d. Multa dira ei imprecantur pauperes. Tandem *qui fecit illum*, Deum intelligit, & simul innuit ab eo paupertatem esse, vt Prou. 22. v. 2. & cap. 17. v. 5. In originali non est particula, *propter iram.* Sed eam addidit vulgatus de suo. Vel potest ad Deum referri, vel ad eum, qui auertit oculos, vel ad iram pauperum. Quocumque modo intelligatur docet Sirach pauperum maledictionem minimè contemnendam, cum eorum deprecationem Deus soleat exaudire. Pauper enim in afflictione sua destitutus, contemptus, aut vexatus, impatientia commouetur ad imprecationes, quæ à Domino non repudiantur.

Illustratio prima.

21. AB *inope non auertas oculos tuos propter iram.* Solent pauperes suis importunis precibus largiturum lacessere, & prouocare ad iram: Quare non debent propter hanc iram oculos auertere, ægre, & molestè ferentes eorum importunitatẽ. Illud *propter iram*, potest etiam ad Deum referri. q. d. Ne consideres Dei animaduersionem in pauperem, iudicans propter eius peccata, inopia, & miseria punitum esse, vt auertas oculos ab eo, sed finem tuæ elargitionis solum perpende, scilicet, propter Deum. Non est tibi curæ de inopia pauperis iudicare. Quare cum Christo Domino, qui suos misericordes oculos in pauperem cæcum conuertit, discipuli quæsissent, si ille pauper natus esset cæcus, propter sua, vel parentum flagitia, respondit diuinus magister Ioan. 9. vers. 3. *Neque hic peccauit, neque parentes eius: Sed vt manifestetur opera Dei in illo.* Itaque neque propter iram ex importunitate pauperum conceptam, neque ex consideratione diuinæ vltionis oculi auertendi sunt ab inope, sed benignè faciendi, & subueniendi sunt, &c. Reddit statim rationem Ecclesiasticus non auertendi oculos ab inope, scilicet.

Finis largitiones eleemosynæ considerandus, &c.

Ioan. 9. v. 3.

Et non derelinquas quærentibus tibi retro maledicere. Originale hoc hemistichium explicuit legens: *Et ne locum homini maledicenti tibi.* Cum enim pauperes vacui dimittuntur, moleste, & impatienter ferunt eorum desiderium frustratum fuisse, & secreto post tergum ei, qui eos dimisit malè precantur. Nos de eis, qui secreto loquuntur, submurmurantes, solum labia mouentes, & vocem submittentes. Dicimus, *va rejando entre dientes.* Sic pauperes cum eis eleemosyna non erogatur submissa voce murmurant. *Rejan entre dientes, viendo se depedidos.* Hæc submurmuratio solet esse mala imprecatio aduersus diuitem, qui eos vacuos dimisit, & in amaritudine animæ suæ maledicunt ei.

Non dandus locus pauperi maledicendi.

Pauperes maledicunt illis, qui non erogant eleemosynam.

Præcipuus locus ad huius hemistichium est, Prou. 28. v. 27. *Qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.* Vbi Orig. Hebræum legit ad nostrum intentum: *Abscondenti oculos suos multitudo maledictionum.* Chald. *Et qui prohibet oculum suum à paupere multæ erunt maledictiones eius.* Id est, multa dira ei imprecantur pauperes. Hic *penuria.* Ponitur pro *maledictione*, sicut enim benedictio copiam & vbertatem rerum, ita etiam maledictio, egestatem, & paupertatem notat. Cum enim diues manum suam contrahit ab eroganda eleemosyna, auertens oculos suos à paupere, relinquens eum maledictionibus imprecantem, à Deo punitur in posterum, cum ab ipsa penuria flagellatur, ideò qui prohibet oculum suum à paupere, id est, *oculos suos auertens ab inope, multæ erunt maledictiones eius* (id est, *derelinquit quærentibus sibi retro maledicere*, vel vt originale transtulit: *Dat locum pauperibus sibi maledicendi*) in lege mutui Deuter. 15. v. 9. Ferè idem repetitur, dicitur enim: *Caue ne auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare: Ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum.* Pende illud, *clamare ad Dominum*, quod quamuis denotet, clamorem pauperum à Deo exaudiri, significat etiam imprecationem malam contra diuitem, quem maledictionibus imprecantur, quas Deus exaudit, &c. Peccatum ibi, idem est quod punitio, animaduertit enim. Deus in eos, qui immisericordes erga pauperes sunt. Item Deut. 24. v. 15. Fere idem repetitur cum agitur de reddendo pretio laboris sui ijs, qui mercede conducti fuerint ad laborandum. *Eâdem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum: quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: Ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.*

22. *Prou. 28. v. 27.*

Deut. 15. v. 9. Non cauendi oculi à paupere.

Immisericordes punit Deus. Deut. 24. v. 15.

Vide etiam Exod. 22. v. 23. vbi cum dixisset Moyses: *Viduæ, & pupillo non nocebitis.* Subdit: *Si læseritis eos vociferabuntur ad me; & ego exaudiam clamorem eorum*, &c. q. d. Si pauperes læseritis auertendo oculos ab eis, timete eos, quia in corde suo vociferantur ad me, & cum ego curam eorum geram, debeo eos exaudire, & eorum iniuriam vlcisci, vide etiam Iob 29. v. 12. Sic inquit Ecclesiasticus; *& non relinquas quærentibus tibi*, &c. Id est, *ne dederis locum homini maledicendi tibi*: Exhortatur enim ad pauperes benignè suscipiendos, & vt ait Glossa ord. Non per iram exasperandus est pauper, sed blanda locutione placandus. Qui enim potest, tribuere debet: Quia munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. Qui autem non potest, sermo bonus est ei super datum optimum. Non ergo danda est occasio maledictionibus. Reddens statim rationem, subiungit.

Exod. 22. v. 23.

Audit Deus clamorem pauperum.

Iob. 29. v. 12

Munus absconditũ extinguit iras.

Illustratio secunda.

23. MAledicentis enim tibi in amaritudine animæ, *exaudietur deprecatio illius*, &c. Clarius Drus. *nam si ille tibi maledixerit in amaritudine animæ suæ, eius preces exaudiet is, qui fecit ipsum.* Timenda enim est pauperis maledictio, cum in amaritudine animæ suæ illam imprecatur. Dionysius explicat, id est, oratio pauperis imprecantis tibi ex zelo iustitiæ mala pœnalia, per quæ corrigaris in hac vita, exaudietur à Domino, quando hoc deprecatur in amaritudine animæ, id est, in afflictione, & dolore, quam incurrit, eo quod renuas ei succurrere. Pius namque & iustus Dominus specialiter pronus est ad vlciscendam miserorum iniuriam, & eorum preces benignè exaudiendas. Hoc potest illustrari ex eo Prou. 14. v. 31. *Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius.* Propriè ex Heb. *qui opprimit tenuem, probro afficit factorem eius.* Et cap. 17. v. 5. *Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius.* Propriè. *Qui subsannat pauperem, probro afficit factorem ipsius.* LXX. *Irritat eum, qui fecit illum.* D. Hieronym. *lacessit factorem eius.* S. Paulinus *exacerbat.* Omnia in idem recidunt. Itaque ait. Qui calumniam pauperi imponit, atque paupertatis nomine illum minoris putandum existimat, probro, & contumelia non leui afficit conditorem. Caietan. hanc iniuriam in eo ponit, quod perinde fiat pauperi calumnia, quasi non sit Deo peculiaris cura illius tuendi: Cum tamen scriptum sit: *Tibi derelictus est pauper.* Psal. 10. v. 14. Sicut enim regi iniurius imprimis foret, qui eum, quem ipse in suam recepit fidem, opprimeret aut vexaret: Ita etiam Deo iniuriam irrogat, qui pauperem lædit, quem suæ curæ ac fidei specialiter commissum vbique clamitat. Sic D. Paulin. Ep. Nolan. Epist. 33. *Qui enim*, ait, *spernit pauperem exacerbat eum qui fecit illum, id est, communem omnium creatorem, qui sicut refectione inopum gaudet, ita defectione tristatur.*

Deprecatio maledicentis in amaritudine animæ exauditur.

Deus pronus ad vindicandum miserorum iniuriam.

Prou. 14. v. 31. & 17. 5

D. Hieron. D. Paulin.

Caietan.

Deo derelictus est pauper. Psal. 10. v. 14

D. Paulin.

Cum ergo pauperes à Domino specialiter protegantur (*estan debaxo de la protucion de Dios, y a cargo suyo*) eorum imprecationes exaudit, quia qui eos exprobrat, & maledicendi occasionem præbet, probro afficit factorem suum, id est, protectorem, cui *pauperes derelicti sunt*, & cum non ex iniquitate, sed ex amaritudine maledictiones imprecantur, benignè exaudit Deus ad eorum iniurias vlciscendum. Dixit enim idem D. Paulinus Ep. 33. ad Alethecum: *Facili enim via ad aurem Dei voces inopum diriguntur, quia oratio pauperis, (sicut scriptum est, Eccles. 35. v. 21.) nubes penetrat.*

Pauperes à Domino specialiter proteguntur.

D. Paulin.

24. Tandem *exaudietur deprecatio illius.* Super quæ sese offert difficultas. Si quælibet maledictio peccatum est. Quomodo dicitur Deum *exaudire deprecationem* pauperis, id est, maledictionem, quam imprecatur? Si verum est quod dixit Celidonius Ioan. 9. v. 31. *Scimus quia peccatores Deus non audit.* Quare ait Ecclesiasticus, Deum exaudire maledictiones, quæ in se peccatum continent? Respondeo primò ad sententiam Celidonij cæci, non esse in vniuersum veram. Nam vt August. Dixit, si Deus peccatores non audiret, Publicanus iustificationem non consequeretur: intelligenda tamẽ est de peccatore ad miracula patranda gratiam postulante, quem Deus non exaudit. At peccatoris oratio, quamuis non sit impetratoria ex merito, neque ex dignitate personæ petentis, tamen ex infinita Dei misericordia & benignitate, eam exaudit. Quod breuius dicitur, audit Deus orationem peccatoris non ex iustitia, sed ex misericordia. Et quando ad magnam Dei gloriam, & ad communem hominum vtilitatem pertinet, benignas aures ad talem orationem præbet, 2. Respondet Nicolaus de Lyra ad difficultatem propositam: Dicendum quod maledicere non accipitur hic pro imprecatione mali culpæ, quæ semper est peccatum, nec pro imprecatione mali pœnæ absolutè, sed pro imprecatione mali pœnę, vt vexatio det intellectum ei, cui imprecatur, & sic ex sua afflictione ad compatiendum alijs moueatur. 3. Hugo Caid. respondet. Hic non significari maledictionem eam, quæ cum peccato coniuncta est, sed amaritudinem cordis, quæ clamat ad Dominum contra diuites, qui possint ei subuenire, & nolunt, quare non dicit, maledicentes tibi in verbo, vel in voluntate, sed in amaritudine animæ. In quo sensu intelligendus est Sirach infra cap. 35. v. 28. *Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? à maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Illud *super*, est contra *deducentem eas*, id est, cogentem flere. Quod ait *delectabitur*. q. d. Libenter exaudiet. Displicebit enim ei iniuria, quæ flere facit. Eodem modo clamauit sanguis Abel contra Cain, Gen. 4. v. 10. *Vox* (ait Dominus) *sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Clamabat* [inquit D. Pet. Chrysol. ser. 125.] *terra, clamabat cælum, dolebant Angeli, quando iam tota sæculi fama loquebatur.* Id est, vltionem postulabat, & maledictionem, quare maledixit Deus Cain. *Nunc igitur maledictus eris super terram.* Abel cum ה. *he* significat filium Adam, id est, pauperẽ. Cain significat possessionẽ vel possessum, id est, diuitẽ. Sicut enim eleemosynæ clamant pro illis, qui eas elargiuntur: Sicut dicitur Act. 10. v. 4. *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã in conspectu Dei*: Sic maledictiones pauperũ in amaritudine animæ imprecatæ, à Deo exaudiuntur, id est, ipsa amaritudo ex immisericordia procedens, clamat, sicut sanguis Abel, vel sicut lachrymæ viduæ, & Dominus exauditor petitioni respondet. quare Ecclesiasticus concludit: *Exaudiet autem eum, qui fecit illum.*

Quare dicitur Deum audire maledictiones pauperum.

Deus audit peccatorem ex misericordia.

Lyra.

Ecc. 35. v. 28 Lachrymas viduæ exaudit Deus.

Quomodo sanguis Abel clamauit ad Deum. Gen. 4. v. 10 D. P. Chrys.

Act. 10. v. 4.

VERS.

Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam: Et magnato humilia caput tuum.

Sensus.

25. *Congregationi*, &c. q. d. Da operam vt ad dignitatem, & conditionem personarum te accommodes, vt scil. cum multitudine comiter atque æquabiliter verseris, & pauperum cœtui amabilem te, & affabilem præstes. In presbyterũ verò magna obseruantia esto, illum obserua, & cum eo modestè, & submissè te gere. Et tandem principi, & magnati demitte caput tuum. Nam apud populum, cum quo viuendum est æquo iure, superbia. & arrogantia hominis, se supra communem conditionem efferentis, importuna est & odiosa, comitas vero grata: apud principem vero nimia familiaritas, & fiducia contemptum affert, &c.

Notæ.

PRo *affabilem* est in Græco φιλόφρων in verbo φιλῶ, quod est amicus, qui amat, vel qui amatur, id est, charus, & aliquando cognatus. Ideò transtulerunt Compl. *amicabilem*, Drus. *amabilem*, verbum autem compositum φιλόφρων est amatus, charus, gratus, dilectus, iucundus, suauis, &, dicitur etiam amicus. Thucyd. cum agit de Lacedæm. inquit: *In eius amorem erant propensi Lacedæmonij*, alij *amantes eos*. Inde dicitur amicabilis, amabilis, affabilis, quæ omnia in idem recidunt. Secunda pars scil. *& presbytero*, &c. non est in Græco, sed neque τὸ *pauperem* primæ partis. *Et magnato*. in Græco μεγιστᾶνι, id est, optimati. μεγας est magnus, ingens, inde est μεγιστᾶνες, id est, primates, & proceres, vt Dan. 13. v. 5. *Et optimates*, &c. Isa. 33. v. 5. Legitur magnificus. *Solummodo, ibi magnificus est Dominus*, &c. & Marc. 6. v. 21. Rursus μεγίστος est maximus, amplissimus, potentissimus, proceriſſimus, & fortè eum intelligit Sirach, qui ex antiqua consuetudine Synagogæ præerat.

Dan. 13. v. 5
Isa. 33. v. 5.
Marc. 6. v. 21.

Illustratio prima.

26. *Congregationi*, &c. Præcipit auctor moderationem ad dignitatem personarum accommodatam, vt cum multitudine comiter, atque æquabiliter viuamus: Aduersus verò principem reuerentiam adhibeamus, cum eoque nos modestè submisseque geramus. Glossæ placet hic commendari mansuetudinem, & humilitatem, quia mansuetudo neminem spernit, humilitas se omnibus subijcit. Docet autem, inquit, Christianum æqualibus, & inferioribus affabilem esse, & mitem. Nos diceremus, *humano, y comedido*. Ju-

Pſal. 130. v. 1.

nioribus humilem, quare dixit Dauid Psal. 130. vers. 1. *Domine non est exaltatum*, &c. *Congregationem pauperum*, meo iudicio vocat cœtum humilium, quales sunt pauperes, quibus insita est humilitas cordis. Etsi aliquis de religiosorum cœtu hanc pauperum congregationem intelligat. Huic inopum, & humilium cœtui, inquit Sirach. Affabilem, & amabilem te præbe. Humilitas enim, quæ in pauperibus elucet, amorem, & mansuetudinem in animis conciliat: Ne loquaris illis torua aspectu, depresso supercilio, & contractione frontis. Hoc est, ne grauitate, & seueritate, quæ frontis nubecula est, eos pauescere facias, sed blandè, & comiter eos tractes, quia magnopere animos hominum conciliat comitas, affabilitasque sermonis [vt dixit Orator.] Insuper presbyteris & senibus quibus magna debetur reuerentia, animum tuum humilia, eos cultu, honore, & obseruantia affice. Tandem magnatibus, illis scil. qui sunt in suprema dignitate constituti, caput tuum humilia, id est, modestè, & submisse te gere, exteriorem eis exhibendo reuerentiam, &c. Ergo his sententijs [inquit Raban.] commendatur nobis mansuetudo & humilitas cordis: Quia mansuetudo neminem spernit, humilitas nemini se præfert, sed omnibus se subijcit. Docet enim Christianum, vt æqualibus seu inferioribus sit affabilis & mitis; senioribus autem, sit subditus atque humilis. Quia exaltatio genus est superbiæ, & probat ex eo Psal. 130. vers. 1. *Domine non est exaltatum cor meum*, &c.

Congregationi pauperum homo amicum se præbeat.

Rabanus.

Hoc supposito, ait Sirach: *Congregationem pauperum*, vel humilium, *affabilem te facito*, id est, gratum te præbe, iucundum, suauem, amicum, benenolum, in eorum amorem propensus, esto eos amans. Quare autem hoc moneat Ecclesiasticus, ratio videtur esse, quia sicut pauperes, & humiles à superbis despiciuntur, & opprimuntur, odioque habentur, quia despecti, & humiles. Sic iusti, & probi amplecti illos, & in eorum se amorem inclinare & propendere debent. Inclinatione enim voluntatis homines in optimos propendent; pauperes autem diligendo sunt, quia Christo pauperi assimilantur. Matt. 19. v. 14. Cum oblati essent paruuli; vt manus eis Christus imponeret, discipuli eos increparunt, sed Christus Dominus dixit eis: *Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum cælorum*. Marcus cap. 10. v. 14. Addit: Iesum *indignè tulisse* comminationem discipulorum: *Et complexans eis, & imponens manus super illos, benedicebat eos*. Ostendens amorem, quo illos prosequebatur, & docens discipulos eundem amorem.

Pauperes, & humiles diligendi, quia Christo assimilantur.

Matth. 19. v. 14. Marc. 10. v. 14.

Quare ergo Christus Dominus ita pueris affabilem, & amicabilem se præbuit, vt eos reciperet. Et amplexaretur, vt benediceret? numquid respiciebat infantilem innocentiam, & candorem puerilem, cum eos amplexabatur, ostendens sibi gratos esse? ita sanè; sed certè hæc affabilitas, & beneuolentia, qua pueros amplexabatur euidens signum erat eius amoris erga virtutem humilitatis, & paupertatis, quarum virtutum imaginem præseferebat puerorum amabilis paruitas, ita dixit venerabilis Beda: *Complexus paruulos Christus benedicit, vt humiles spiritu sua benedictione, gratia, & dilectione dignos esse significet*. Si per paruulos significantur

27. Cur paruulos recipiebat Christus, & amplexabatur.

Beda.

Per paruulos humiles significabatur. Marc. 10. v. 16.

nificantur humiles, quorum est regnum cælorum, quare Christus paruulos amplexatus est, & in vlnas accepit? sicut Pagnin. transtulit, & Arias Mont: *& vlnis complexus eos*. Sic etiam Erasm. *Cum cepisset eos in vlnas*, vel vt Syria. *Cumque tulisset eos super brachia sua*. Accipiebat ergo puellos illos Christus in vlnas, complectebaturque creaturas suas, nondum peccati fœditate inquinatas. Cur igitur Dominus tamquam vera mater eos fouebat? Respondeo, hoc signum beneuolentiæ in puerulos ostendisse, ad manifestandum amorem, quem erga humiles habebat, inclamatione enim voluntatis Christus in humilium amorem propendet. Quia autem humiles præseferunt puerorum imaginem, in vlnas Christus accipit, vberumque illorum dulcissimo lacte reficit. De quibus legimus Cant. 1. v. 2. *Meliora sunt vbera tua vino*. Quod si grandes, id est, superbi fiant, ex vlnis vberibusque depellit. Huc spectat Psalmus 130. Qui de humilitate conscriptus est: *Domine non est exaltatum cor meum*, &c. Vbi inter alia Psaltes inquit: *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam*, id est, si superbus fui, supplicio afficiar, hoc nimirum: *Sicut ablactatus est (puer) super matre sua, ita retributio in anima mea*. Hoc est, qualis est infans à lacte depulsus talis ego sim, hæc retributio superbiæ mihi contingat. Ablacter à te, Domine, omnique dulcedine lactis priuer, superbiæ retributio hæc est, ablactantur superbi, à diuino depelluntur lacte. Humiles vero infantium instar eo aluntur. Superbi sunt ablactati, humiles sunt lactentes. *Ex ore infantium* (inquit Dauid Psal. 8. vers. 3.) *Et lactentium perfecisti laudem*. Hi lactentes Apostoli sunt, vt interpretantur Beda, & Remig. Christi vberibus lacte dulcissimo nutriti, quia humiles fuerunt, lacte illo cælesti educati, cælestem toto orbi doctrinam promulgarunt, Christique laudem perfecerunt; eosdem appellat Dominus paruulos, Zach. 13. v. 7. *Et conuertam*, inquit, *manum meam ad paruulos*, id est, humiles, & pauperes. Itaque si per *pauperes* humiles intelliguntur, & hi significantur in paruulis, sicut Christus pauperes, & humiles amore prosequitur, & affabilem se, amabilemque præbet. Sic monet Ecclesiasticus: *Congregationi pauperum*, &c. Id est, pauperum multitudini amicabilem, & amabilem te exhibe, sicut fecit venerabilis Alethius, qui cum duxisset vxorem S. Paulæ filiam Ruffinam, & è vita discederet, pro eius anima epulum præbuit omnibus Romę pauperibus in Basilica Apostolorum principis, quod factum magnificat, D. Paulin. Epist. 33. Aiens: *Itaque patronos animarum nostrarum pauperes, qui tota Roma stipem meritant multitudinem in aulam Apostoli congregasti. Pulchro equidem tanti operis tui spectaculo pacor*, &c. Exemplum Christi proponit, qui quinque panibus quinque millia hominum satiauit, cui congregationi pauperum affabilem, & amicabilem Christus se præbuit, &c.

Cur Christus paruulos amplexabatur.

Cant. 1. v. 2

Pſal. 130. v. 1

Superbos Deus ab vberibus repellit.

Zach. 13. v. 7

Pauperum multitudo, vel congregatio diligenda.

Pauperes patroni animarum vocantur.

Ob hoc dixit Lucian. in Necyomantia Philonidis. *Optima est*, inquit, *idiotarum priuatorumque vita ac prudentissima. Quamobrem ab hac vanissima sublimium consideratione desistens, mitte principia semper ac fines in quirere, & vasros hosce syllogismos despuens, atque id genus omnia nugas existimans: Hoc solum in tota vita persequere, vt præsentibus benè compositis, minimè curiosus nulla re sollicitus, quam plurimum potes hilarem vitam, ridensque traducas.*

Idiotarum vita prudentissima vocatur à Luciano.

Illustratio secunda.

28. *Et presbytero humilia animam tuam*. Hoc hemistichium non est in Græcis. Tygurina pro *presbytero* legit *seniorem*. *Animumque tuum seniori*. Sup. *humilia*. Animæ humilitatem, cordis reuerentiam, & cultum interiorem appellat. Dionysius explicat de presbytero, aut sacerdote, cui reuerentia exhibenda quãuis sit pauper. Hugo, de acquiescendo eius consilijs, & exhortationibus, & mandatis obediendo. Holcot. explicat 1. de humili confessione, eam sanando ne pereat. Quia homo dum est in peccato, alia opera non sunt accepta Deo nec grata. Multum enim miseretur sibi ipsi, qui per confessionem animam suam purgat. 2. Explicat iuxta litteram de reuerentia debita tam prælatis, quam principibus. Non solùm honorem extrinsecum exhibendo, sed etiam opera debita faciendo, quando non repugnant iuri diuino. Ergo ratio quare humiliandus est animus presbytero est, quia sacerdotes Dij & Angeli in sacra Pagina appellantur. Sicut enim animum Deo humiliamus, sic vnusquisque debet presbytero humiliare animam suam. Hoc probat testimonium Diuus Gregorius tom. 4. li. 4. in dist. 13. Ep. 31. Qui ait: *In diuinis eloquijs aliquando sacerdotes Dij aliquando Angeli vocatur. Dijs non detrahes, Angelus Domini exercituum est. Quid ergo mirum si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos, aut Angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus*. Et Diuus Chrysostomus tom. 2. hom. 17. in cap. 7. Matt. *Nec considerant*, inquit, *nec intelligunt, sacerdotes Christi vicarios esse Christi; & Christum, & qui honorat sacerdotem Christi, honorat Christum*. Si ergo presbyter non solum præfertur imaginem Dei & Angeli, sed etiam repræsentat Christum, quid mirum dicat Sirach: *Presbytero*, &c. Et quia humiliare animam, est, debitum in corde cultum & honorem præstare, & Deo soli vel Christo hic cultus internus debetur, ideò sacerdoti reddendus, qui Dei vel Christi personam gerit. Eodem ferè modo loquendum existimo de senibus, quos reuereri debemus tamquam communes parentes. Jdeò dicebat Moyses Leuit. 19. vers. 32. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis*. Quod illustratur ex eo, quod Xenophon. li. 1. de inst. Cyr. docet: *Equidem, vt ab hac mea vestraque patria sum institutus, natu maioribus, non modo fratribus, sed ciuibus etiam de via, sedibus dicendi loco cedendum esse; sic & ipse, filij, ab initio vos institui, vt natu maioribus honorem principem deferatis, & vicissim minoribus honore præeatis*. Et elegantius hoc consilium vel præceptum inculcat. lib. de Lacedem. repub. Vbi agens de Lycurgo, inquit: *Quia enim sanxit, vt iudicando de animo ius penes seniores esset, perfecit, vt hominum vegetorum robore senectus sit honoratior*. Quare Sirach ait, vt transtulit Tygurina *& seniori animum tuum humilia*. Lyra, id est, seni exhibe reuerentiam debitam, & non demittas propter eius paupertatem. Presbyter ait, Græcè idem est, quod senex Latinè. Vide infra c. 6. v. 35.

Per presbytero humilia animam tuam.

Humilitas animi idem quod reuerentia.

Dionysius.

Presbytero humiliandus animus.

Hugo.

D. Gregor. Exod. 22. v. 28.

Malach. 2. v. 7.

Sacerdotes & Dij, & Angeli appellantur.

D. Chrysost

Leu. 19. v. 32

Xenophon

Natu maioribus honorandi sunt.

Iudicandi ius penes senes debet esse

Lyra.

Illuſtratio tertia.

29. *Magnato humiliandũ caput.* ET *magnato humilia caput tuum*, id eſt, optimati, vel *magnati caput tuum ſubmitte.* Fortè hoc additum eſt, ne quis ſuſpicetur per presbyterum ſacerdotem confeſſarium ſignificari, aut humilitatem confeſſionis peccatorum. Significatur enim ſacerdos, pro vt ſenior eſt, cui ſeu ætate, ſeu dignitate, ac magiſtratu, te humiliter ſubmitte, & obedientem erga eũ te gere. Sic Eſtius, (*Eſtius.*) Humiliari caput, ſignum proprium eſt obedientiæ, & ſubmiſſionis, quæ principibus, & ſuperioribus debetur. Sic docet Paulus Rom. 13. (*Rom. 13. v. 1*) *Omnis anima*, homo, *poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt.* q. d. Sit omnis homo ſubditus principibus, & magiſtratibus, qui poteſtate regendi & imperandi ſunt prediti, ſiue reges ſint, ſiue duces, ſiue gubernatores, ſiue conſules, &c. Debet autem ſubijci in rebus, in quibus poteſtas illa ſublimior, & ſuperior eſt, habetque ius & iuriſdictionem, &c. In hoc cap. 13. octo argumentis probat (*Argumenta, quibus probatur ſuperioribus obediendum.*) Apoſtolus principibus & magiſtratibus deberi obedientiam 1. quia hæc eſt ordinatio Dei, & præceptum diuinum 2. quia miniſtri ſunt Dei, & eius vices gerunt 3. Quia gladium portant, vt inobedientes plectant 4. quia præceptum Dei eſt vt ſub pœna damnationis obediamus magiſtratibus etiam ſecularibus 5. quia eis parendum eſt propter conſcientiam, &c. 6. quia charitas Chriſtiana hoc exigit, vt omnes, quemque pro ſuo gradu diligamus, &c. 7. quia hanc ſubiectionem, & obedientiam indicant tributa, quæ ſubditi pendunt magiſtratibus: his enim tributis teſtantur & profitentur ſe eis eſſe ſubiectos 8. quia lex Chriſtiana arcta eſt, vetat comeſſationes & libidines, præcipit omnem diſciplinam, & ſanctimoniam, vt induamur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Multo ergo magis præcipit obedire magiſtratui & legi ciuili, quæ ciuilem honeſtatem tantum, & communem reip. pacem & concordiam ſpectat. Hanc enim tuendam eſſe, ideoque magiſtratibus obediendum eſſe dictat lex naturæ & ius gentium. (*Lex naturæ & ius gentium dictat obediendum magiſtratibus.*)

30. *Humiliare caput, quid.* Porro cum præcipit Eccleſiaſticus *humiliare caput magnati*, fortè præcipit exteriorem magnatibus reuerentiam exhibere, qualem nos facimus, cum galerũ tollimus, & caput demittimus. Quod ſignum humiliationis denotat exteriorem reuerentiam, quam magiſtratibus, & ſuperioribus exhibere debemus, & hac exteriori demiſſione oſtendimus, nos omnes adſtrictos eſſe lege naturæ, ad præſtandam maioribus reuerentiam, quia maiores ſunt. Hoc probatur ex eo Job 32. v. 6. (*Iob 32. v. 6.*) *Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores, idcircò demiſſo capite veritus ſum.* Vbi noſter Ioannes de Pineda (*Pineda.*) inquit: quod affert cultum quemdam, & obſeruantiam inferioris erga ſuperiorem. Quod eleganter ſignificatum eſt demiſſione capitis, & paulo poſt: Ergo ſignificat elici omnem ſe cultum & reuerentiam ſenioribus detuliſſe, atque fortè etiam à tergo, vel in Angulo detuliſſe. Hoc faciebat Seneca vt ipſe ait Epiſt. 65. (*Seneca.*) *Si Conſulem videro aut Prætorem, omnia quibus honor haberi ſolet faciam, equo deſiliam, caput adaperiam. Ego verò illos veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo.* Eodem ſenſu ait Sirach: *& magnato humilia caput tuum.*

VERS. VIII.

Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum: & reſponde illi pacifica in manſuetudine.

Senſus.

31. DEclina pauperi, &c. q. d. Cum pauper ad te ſtipem petiturus acceſſerit, eum libenter auſculta, & hilariter illum recipe celans triſtitiam tuam, ſi fortè mœrore afficeris, in ſua neceſſitate ſubleuanda debitum tuum redde, & tandem ſi eum videris importunis precibus à te ſuæ neceſſitatis remedium poſtulare, ne toruo aſpectu, & aſpero vultu ei reſpondeas, ſed pacificè, benignè, amicè, manſuetè. Prouerbium apud noſtrates eſt. *Si no tienes miel en la orça ten la en la boca.* Si animum tuum declinat à manſuetudine, iracundiam ab ore depone vt in exteriore diſſimules manſuetudinem.

Notæ.

DEclina pauperi, &c. Græcè κλῖνον πτωχῷ τὸ οὖς σου. Complut. editio addit ἀλύπως, id eſt, ſine triſtitia. Quod etiam legitur in latina veteri. *Inclina*, inquit, *aurem tuam ad pauperem*, non grauatè, ſed libenter, ſed vultu læto ac hilari. Huc pertinet id 2. Cor. 9. v. 7. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Tandem in originalibus deſideratur illa pars: *Et redde debitũ tuum.* (*Pauperum preces benignè audiendæ.*) Quod vulgatus de ſuo addidit. Duo ergo hic præcipiuntur, videlicet vt & pauperum preces benignè audiantur, & eiſdem benignè atque amicè reſpondeatur. Pacificè autem reſpondere, eſt, ea dicere, quæ animo eius pacem, & tranquillitatem ſunt allatura. Reddere debitum pauperi, eſt lubenter eum audire, & benignè ei reſpondere, & pro facultate ſua ei ſuccurrere. Itaque vult benignam & amicam reſponſionem ei fieri, non ſuperbam, atque inhumanam: Qualis eorum eſt, quorum aures preces ſupplicum repudiant: Oratio vero acerba & crudelitatis plena, illorum animos perturbat. Præceptum igitur eſt, vt & aures pauperibus faciles ad audiendum præbeamus, & ad ſatisfaciendum benignam humanamque orationem adhibeamus. Acerbitas orationis fugienda eſt. Debitum (inquit Rabanus) eſt pauperis cum manſuetudine conſolatio temporalis, qui autem ei dare negligit, congruum debitum illi non impendit.

Illuſtratio prima.

32. *2. Cor. 9. v. 7. Hilarem datorem diligit Deus.* DEclina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, id eſt, *inclina*, vel vt Tygur. *Præbe aurem tuam pauperi citra moleſtiam.* q. d. Inclina aurem tuam ad pauperem non grauatè, ſed libenter, vultuque læto ac hilari. Scriptum eſt enim: *Vnuſquiſque pro vt deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: Hilarem enim datorem diligit Deus.* q. d. Vnuſquiſque ſicut præoptat in corde ſuo, & ſeligit, atque conſtituit apud ſe, ita ſanè conferat, non cum angore, animique triſtitia, & quaſi externa neceſſitate adactus: Hilarem enim atque alacrem largitorem diligit Deus. Ait enim B. Theodoret. (*Theodoret*) *Oportet enim animi alacritatem, ſuppeditationem pecuniæ præcedere.* Sic ait D. Chryſoſt. (*D. Chryſoſt.*) to. 1. hom. 55. in 1. 29. Gen. (*Eleemoſyna danda cum alacritate.*) *Magnitudo enim eleemoſynæ, non in multitudine pecuniarum, vel opum ſita eſt, ſed ex alacritate dandum iudicatur. Ideò ridentes* (inquit Seneca li. 1. de benef. cap. 3. Agens de gratijs, quæ fingebantur ab antiquis) *quia promerentur ne vultus hilares ſint, quales ſolent eſſe qui dant vel accipiunt beneficia.* Hanc alacritatem tanti æſtimat Deus in erogatione pecuniæ, vt Angelis præcipiat ſuis manibus eam recipere, & in cælo reponere, & retributionem reddere. (*D. Paulinus*) Eleganter inquit D. Paulinus Epiſc. Nolan. Epiſt. 33. ad Alethium, *& quantum pecuniæ graui dextera geminatis excipientium palmis hilaris dator, & infatigabilis diſtributor infuderas, tanto illico Angelis interuolantibus gremio, Domini gaudentis inuectum in trigeſimos tibi fructus ac redditus numerandum reponebatur.* (*Seneca.*) Quare idem Seneca li. 2. de benef. cap. 1. inquit: *Sic demus quomodo vellemus accipere. Ante omnia libenter, cito ſine vlla dubitatione. Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit*, &c. *Bis eſt gratum quod opus eſt vltro ſi offeras.*

33. Hoc optimè confirmatur ex eo quod ipſe Siracides cap. 35. verſ. 11. Dixit: (*Eccl. 35. v. 11*) *In omni dato hilarem fac vultum tuum*: Quod quamuis intelligatur de ſolutione decimarum: in vniuerſum poſſumus hanc ſententiam interpretari. q. d. Cum aliquid, videlicet eleemoſynam, daturus fueris, non triſti vultu quaſi coactus reddas, (*Eleemoſyna non coactè eroganda.*) *quia qui coactus aliquid facit*, (inquit D. Ambroſius tom. 4. in cap. 8. v. 2. ad Corint.) (*D. Ambroſ.*) *mercedem non habet.* Sed libenter vultuque alacri, ac hilari; (*D. Bernard.*) illum enim, qui lubenti animo eleemoſynam vel debitum aliquod elargitur, amore Deus proſequitur D. Bernard. ſerm. 71. in Cant. *Et eſt*, inquit, *candor quẽ ſibi induit is, qui miſeretur in hilaritate. Etenim ſi intuearis illum, quem Propheta depingit iucundum hominem, qui miſeretur, & commodat: Nonne is tibi videbitur de ipſa animi iucunditate induiſſe candorem quemdam pietatis, vultui pariter & operi ſuo? ſicut è regione ex triſtitia, & velut ex neceſſitate quis tribuat non candidum planè, ſed tetrum præfert manu & fronte colorem, & ideò hilarem datorem diligit Deus. Numquid & triſtem? Profectò qui reſpexit ad Abel ob alacritatis candorem, auertit faciem à Cain, quia conciderat, facies eius, vtique à triſtitia & liuore*, &c. (*Qui ex triſtitia dat tetrum induit colorem.*) Itaque ſine triſtitia & liuore eleemoſyna eroganda eſt, quia vt dicit D. Auguſt. (*D. Auguſt.*) tom. 8. in Pſ. 42 in id: *Salutare vultus mei, Deus meus: ſi fregeris ex animo eſurienti panem: quia plerumq; fit à triſtibus, & à murmurantibus, vt careant tædio interpellantis, non vt reficiant viſcera indigentis. Hilarem enim datorem diligit Deus. Si panem dederis triſtis, & panem, & meritum perdidiſti*, &c. (*Hilaris dator imitatur Deum.*) Tandem D. Joan. Chryſoſt. (*D. Chryſoſt.*) ſerm. in dictum Pauli 1. Cor. 11. *Oportet hæreſes eſſe.* tom. 4. *Sic enim*, inquit, *duplex erit eleemoſyna, & cum damus, & cum alacriter exhibemus. Hilarem enim datorem*, &c. Hilari ergo animo, non triſti, non torpido, non tardo danda eleemoſyna, ſicque imitabimur Deum, qui hilariter ſua bona communicat & effundit. Ait enim D. Proſper Aquitan. in ſententijs à D. Auguſt. excerptis. Sent. 115. *Cum bonum operaris, hilaris operare; nam ſi quid boni triſtis feceris, fit de te magis quam facis.*

Inclinare aurem. Phraſis eſt ſcripturæ ſæpius repetita, non ſolum ad captandam attentionem. 34. (*Inclinare aurem, quid.*) Sed ad aliquid à Deo poſtulandum, cum aliquid enim à Deo petimus, dicimus. *Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops, & pauper ſum ego*, Pſal. 85. verſ. 1. (*Pſal. 85. v. 1*) q. d. Vide Domine paupertatem meam, vt mei libenter miſerearis, præbebis enim aurem tuam ad preces meas, & adiuuabis me. Agellius intelligit ſe hic Dauidem pauperem vocare, quia in nulla re ſatis præſidij habebat, niſi in Deo ſolo, in cuius fidem, atque patrocinium ſe dederat, (*Pauper ſolum in Deo habet fiduciam.*) non enim opibus, non fortitudine, non ſapientia fretus erat, neque in militum robore, aut auxilio principum confidebat; ſed de illorum pauperum erat numero, quos aſpectu ſuo dignatur Deus, &c. Sed notanda eſt illa particula cauſalis, *quia.* q. d. Debes aures benignas mihi præbere, *quia inops, & pauper ſum ego.* Sed cur aurium inclinationem ſuæ paupertati coniungit? numquid Deus non audiret niſi Dauid inops, & pauper eſſet? Quare ad inclinandum Deum, vt ſuas preces exaudiat, ſuam imbecillitatem notam ipſi facit? Reſpondet B. Theodoretus. (*B. Theodor.*) *Quia exordium deprecationis humillimæ mentis eſt.* Et cum explicet de Dauide, & Ezechia qui *diuitias poſſidebant.* (*Paupertas inclinat aurem Dei.*) Ait, *Has quidem non conſiderabant, in naturæ vero paupertatem reſpiciebant, & Deum obſecrabant, vt huius communis paupertatis miſereretur.* Affertque exemplum ægroti: *Cæterum*, inquit, *hanc clauſulam: Inclina Domine aurem tuam, ex tranſlatione poſuit alicuius ægroti qui ob imbecillitatem non poteſt adeò clare loqui, vt exaudiatur, & medicum cogit, vt aurem ori eius admoueat.* Sed reſpondet D. Auguſtinus (*D. Auguſt.*) ſuper hunc locum tom. 8. *Qui enim non ſuperbe ſapiunt in Deo pauperes ſunt, & pauperibus, atque inopibus, & egenis inclinat aurem ſuam.* (*Pauperibus inclinat Deus aurem ſuam*) Format igitur Dauid argumentum, vt certam illationem inferat. Certum eſt Deum pauperibus libenter aurem ſuam inclinare, vt autem Deus mihi aures præbeat ad mihi ſuccurrendum, quamuis ſim diues, volo pauper & inops eſſe: Si igitur Deus inclinat aurem pauperibus, mihi pauperi & inopi haud dubium inclinabit, quia inops & pauper ſum ego. Quare ipſum precor exclamans: *Inclina Domine*, &c. Probat Auguſt. (*D. Auguſt.*) exemplo Lazari pauperis, qui in *ſinum Abrahæ* receptus fuit, Luc. 16. v. 22. (*Luc. 16. v. 22.*) Sed dubitãs ait: *Si qui diues eſt ad tormenta rapitur.* (Agit de diuite auaro) *quomodo Abraham præceſſerat pauperem, vt ablatum in ſinum ſuum ſuſciperet?* Reſpondet: *Sed erat Abraham in diuitijs pauper humilis, tamen omnia præcepta, & obaudiens. Vſque à Deo autem pro nihilo habebat illas diuitias, vt iuſſus à Domino filium ſuum immolaret, cui ſeruabat diuitias, diſcite ergo eſſe inopes & pauperes, ſiue qui habetis aliquid in iſto ſæculo, ſiue qui non habetis.* (*Abraham, licet diues pauper.*) Ergo ad ſimilitudinem Dei, qui aures ſuas pauperibus præbet, omnes exhortatur Eccleſiaſticus ad inclinandam aurem pauperibus. q. d. Sufficiat vobis propoſita pauperum miſeria, vt benignè, ſine triſtitia, neque moleſtia aures veſtras illis declinetis. Sicut enim Dauid Deo ſuam inopiam & paupertatem proponens, reſpectu eius exauditus eſt. Sic ipſa pauperum inopia adigat vos ad aures veſtras benignè inclinandas, vt eis hilariter ſubueniatis, & audientes eos, illorum neceſſitatibus ſuccurratis.

Illustratio secunda.

35. *Quare e'emosyna vocatur debitū.*

Et redde debitum tuum. Hoc hemistichium non est in Græcis, & licet vniuersaliter posset de omni debito intelligi, sed præcipuè de debito pauperibus in eroganda eleemosyna respondente explicandum est, nam ille reddit debitum suum, qui lubenter pauperem audit, & benignè ei respondet, & pro facultate sua ei succurrit. Sic interpretatur Dionysius & Iansen. quos sequitur Sâ. Quare autem eleemosyna vocetur debitum? Respondet Palacius, eleemosyna non tam est libera, quam debita, & pauper petit non omnino tuum: Sed quadam ratione suum, & cum das non tam putes te dedisse ex gratia, quam soluisse ex debito, bona diuitis, sunt pauperum ex charitate. Sed certè ratio videtur esse, quia omnia quæ erogamus non nostra, sed Dei sunt. Sic dixit D. Augustinus tom.10. serm. 76. de temp. *Semper enim sua Dominus tibi dispensanda interim commendauit, de re sua pauperibus te dare præcepit.* Vocatur etiam debitum, quia pauperes ius acquirunt ad ea, quę eis necessaria sunt. Vnde qui multa bona recipit, & nulla vel modica indigentibus erogat, fraudem facit. Et hoc est quod docet decretum cap. sicut ij. 47. dist. *Neque*, inquit, *minus est habenti criminis tollere, quam cum tu posis & abundans, sis indigentibus denegare. Esurientum panis est, quem tu denegas: Nudorum vestimentum est, quod tu recludis: miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terram fodis. Tot te ergo scias inuadere bona quod possis præstare quod velis.* Hugo Cardin. ad prædicta refert hoc debitum. q. d. Pauperi eleemosynam & consolationem, magnato reuerentiam, presbytero honorem redde. Sicut Paulus præcipit Rom. 13. v. 7. *Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: Cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem: Cui honorem, honorem.* Alludit ad id, quod dixit Christus Dominus Matt. 22. v. 21. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* D. Anselmus. *Tributum*, ait, *est quod domi soluitur statutis temporibus: Vectigal, quod à transeuntibus, Et sua negotia vehentibus datur pro rebus suis conseruandis: stipendium quod datur Dominis, quando per patrias vehuntur: Cui timorem debetis, timorem reddite: Vt reuereamini Dominos, atque timeatis, & cui honorem, vt honoretis regem, siue parentem, aut senem, vel huiusmodi personam personam honorem reddite.* Ergo si præcipit Dominus quod Cæsari, & Deo debetur, soluere, & Paulus, honorem, vel timorem, cui debitus est, reddere. Quid mirum, dicat Sirach: *Et redde debitum tuum*: Quod quamuis ad eleemosynæ elargitionem referatur, potest etiam de omni debito intelligi.

Dionysius. Iansenius. Sâ. Palacius

Omnia quæ erogamus nō nostra sed Dei sunt, quare sunt propria pauperum.

Hugo.

Rom. 13. v. 7

Tributum, & vectigal, quid.

D. Anselm.

Cui honor debetur dandus est.

Illustratio tertia.

36. *Pauperibus respondendū pacifice, & cum mansuetudine.*

Et responde illi pacifica in mansuetudine. Drusius videtur non effeciss *pacifica*. Substantium *mansuetudinis*. Quia transtulit *& responde ei pacifica cum mansuetudine.* Jd est, pauperi stipem à te petenti, responde verba pacifica cum mansuetudine, id est, ei redde verba, non solum pacifica, sed cum mansuetudine prolata. Quocumque autem modo sumatur, eumdem sensum reddunt. Eum lubenter audi, & benignè ei, & amicè responde, & pro facultate tua ei succurre. Quod consilium iam Tobias filio suo præburat, cum dixit ei c. 4. v. 8. 9. *Quomodo potueris ita esto misericors: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: Si exiguum tibi fuerit: Etiam exiguum libenter impertiri stude.* q. d. Da quod potueris, si diuitiæ tibi superfuerint, abundanter tribue, si minus abundueris secundum mensuram bonorum esto misericors. Nam vt dixit D. Ambrosius tom. 5. serm. infer. 5. in die cinerum. *Ille ergo, qui non habuerit vnde tribuat, sufficiat voluntas bona. Sed quis est qui se poterit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigidæ mercedem se Dominus redditurum promiserit?* Jnde est quod dixerit Dominus Isa. 58. v. 7. *Frange esurienti panem tuum.* Quare inquit, *frange*, non melius esset integrum reddere cum eleemosynam quisque elargitur? Cur fractum panem præcipit dare? posset aliquis respondere fractum panem signum esse beneuolentiæ, illud enim panis frustum, quod pauperi erogatur, amorem communicat alij fragmento, quod relictum est, & melius sapit elargitori. Sed melius ad intentum respondet D. Ambrosius loco proximè citato: *Frange esurienti panem tuum. Non dixit vt integrum daret: Cum pauper ille fortè alium non haberet: Sed frange*, inquit, *hoc est dicere: Etiam si tanta paupertas sit, vt non habeas nisi vnum panem: Ex ipso tamen frange, & pauperi tribue.* Vide 2. Cor. 8. v. 12. & 14. & super hunc locum D. Ambrosium.

Tob. 4. v. 8. 9.

Qui multum habet multum det, & qui exiguum libenter impertiatur.

D. Ambros.

Cur frangēdum panem esurienti.

Isai. 58. v. 7.

D. Ambros.

Respondere in mansuetudine, quid.

Tandem, *respondere pacifica in mansuetudine*, est, opera charitatis, cum eis exercere, & benignè eos alloqui, & recipere. Dixit D. Gregor. Nazianz. orat. 16. vocans charitatem præceptorum omnium primum maximumque. *Huius*, inquit, *præcipuam partem in eo sitam esse comperio, vt pauperes amore, ac beneuolentia complectamur, atque eorum qui nobis cognatione coniuncti sunt calamitatibus moueamur, & doleamus, neque enim illius omnino cultus Deo perinde gratus est vt misericordia*, &c. Vide D. Chrysost. to. 5 lib. 4. De sacerdotio, qui cum citasset hunc locum Ecclesiastici: *Cum eo*, inquit, *sapientissimus ille idem verba facit, qui illius infirmitatem subleuare potest, exhortans, vt tum vultus mansuetudine, tum orationis humanitate antequam ad largitionem descendat, illius etiam animum erigat, exciteque.* Confirmatur exemplo Titi, quod supra allatum est ex Suetonio num. 14. fine. Vnde infert Holcot. Ergo à multo fortiori quilibet Christianus diues & potens debet indigentibus perentibus saltem consolatione respondere: Quia si durè & crudeliter respondent, aliquando Deus sustinet sua bona auferri vel etiam in malum verti. Sic illa demum particula *pacifica in mansuetudine* duplicem sensum meo indicio potest admittere 1. ne eleemosynam erogemus cum iactantia & tumore. Secundum id, *attendite ne iustitiam faciatis coram hominibus.* Matt. iactantes vos de beneficij largitione 2. ne in memoriam beneficia reuocemus, dicentes ea fecisse. Vtrumque probat Seneca li. 2. de benef. c. 11. *Non est dicendum*, inquit, *quod tribuimus, qui admonet, repetit* (extraxit expublio, qui dixit: *Beneficium dedisse qui dicit, repetit*) *quid opus est loqui? quid alienum occupare officium? Ingratum me iudicas si istud te tacente, nemo sciturus est?* Et paulò post: *Nihil æquè in beneficio dando vitandum est quam superbia. Quid opus arrogantia vultus? quid tumore verborum? ipsa res te extollit. Detrahēda est inanis declaratio, res loquentur nobis tacentibus. Non tantum ingratum, sed inuisum est beneficium, superbe datum.* Probat exemplo Cæsaris, qui dedit vitam Pompeio.

D. G. Naz.

Nullus cultus Deo gratus est vt misericordia.

D. Chrysost

In largitione beneficij vitanda superbia.

Holcot.

VERS.

VERS. IX.

Libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi, & non acidè feras in anima tua.

Illustratio prima.

Sensus.

37. *Libera eum*, &c. Tu, ô iudex, qui à Deo, vel rege præscriptus es ad iudicandum, ne despondeas animo in pauperum liberatione, solent enim pauperes à potentioribus opprimi, quia ab omnibus despiciuntur, & ope auxilioque iudicis indigent. Ideoque eum, qui se defendere non potest, libera de manu potentioris, atque in ea re non sis paruo animo, vt scilicet ob metum, aut gratiam potentis omittas pro officio tuo pauperi succurrere, quam liberationem non feras in animo tuo acidè, hoc est, cum tædio, & tristitia, id est, non sis tædulus in ea præstanda, sed libenti, & volenti animo eam impende, quia pauper nullum alium præter iudicem à Deo per regem constitutum habet liberatorem, & vindicem. Aduersus eos, à quibus iniuriam patiuntur, &c.

Notæ.

Verbi ΔIKH significatio.

Libera, &c. Pro *superbi*. In Originali est ἀδικου, à radice Græca ΔIKH, quod est, ius, iustitia, fas; indè componitur verbum ἀδικος id est, iniustus, iniquus, improbus, iniurius, quod dicitur tam de re, quam de persona. Xenophon. Pæd. 8. *Ad impietatem, & iniustitiam conuersi sunt.* Hinc deducitur verbum ἀδικεω, quod est iniustè, & iniquè ago, perperam, contra ius fasque ago, scelus admitto. Significat etiam iniuria afficere, iniuriam inferre, contumelia afficere, iniurium esse in aliquem, vel lædere. Vulgatus transtulit *superbi*. Quia omnia hæc in eo inueniuntur, est iniustus, iniquus, improbus, iniurius, facilè conuertitur ad impietatem & iniustitiam, & multa contra ius fasque agere solet, pauperes, & humiles iniuria afficit & contumelia, & sollicitum, & anxium lædit, nocet. Originale legit *iniuriantem*. Tygur. *iniuriam inferentem*, vel *facientem*. Vt Drusius. Quæ omnia in idem recidunt. Hic superbus iniurius pauperem persequitur, & eum de terra depellere contendit nos dicimus: *Querria echallo del mundo porno ver le delante de sus ojos.* Quare ipse pauper iniuriam patitur, & ab eo contumelia opprimitur. Sed ne animo cadat, in suam protectionem Deus recipit eum, præcipiens iudicibus, qui funguntur munere defendendi, & protegendi eos, qui iniurias patiuntur, vt eos de manu huius superbi iniurias inferentis eripiat. Vatab. *Neque in vindicando.* Vbi verbum κρίνειν accipitur pro τιμωρεῖσθαι, vlcisci ac vindicare. Sed hoc præceptum ad iudicem ac magistratum videtur esse referendum: nam in ea potestate iniuriam inferentes debet propulsare ab innocente.

Sub nomine superbi intelligitur iniustus iniquus, iniurius, &c.

Præcipit Deus iudicibus vt pauperes de manu superborum eripiant.

Illustratio prima.

38. Sententia hæc apprimè illustratur ex testimonio S. Iob, qui velut iustus iudex hoc defendendi munere fungebatur cum cap. 29. v. 12. Inquit: *Eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor.* Hoc explicat noster doctissimus Pineda, est optimi principis officium, liberare, saluare, in tuto constituere, facere vt fugiat, vel vt euadat pauper de manu potentis, vt addunt LXX. Legunt enim: *Saluaui enim mendicum de manu potentis.* q. d. Videbant namque principis optimi viuam imaginem eripientis miserum hominem à potentioribus iniquè oppressum, & opem ac fidem sui principis implorantem, nec non pupillo, & ei, cui nemo aderat patronus, nemo vindex aduersus improborum iniurias, subsidio currebant: & ijs, qui ex iniquis aliorum inferiorum iudicum sententijs certum auxilium potentis me appellabant, ius suum incorruptè seruabam. Huc pertinet illa vox regia Theodorici apud Cassiodorum: *Inter gloriosas reipublicæ curas, quas perpeti cogitatione, Deo auxiliante reuoluimus, cordi nostro est leuamen humilium, vt contrà potentiam superborum nostræ pietatis erigamus obstaculum, nec liceat quidquam apud nos audaciæ, cuius est propositi superbæ calcare.* Pende illud. *Contra potentiam superborum*, quod idem est; ac liberare pauperem de manu potentis eum iniuriantis, & opprimentis.

Iob 29. v. 12.

Optimi principis officium liberare pauperem de manu potentis.

Pineda.

Pauperum defensio à iudicibus.

Cassiod.

39. Confirmatur hoc ex subsequenti sententia versu 17. vbi de se ait Iob: *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Hæc est altera boni iudicis pars confringentis potentiores, aduersus pauperes inuadentes. Vbi iniquum raptorem sequentem in pauperes comparat cum leone discerpente inferiores animantes, aut cum lupo diripiente ouem. Judex enim pugnat cum leonibus, superbis scilicet, qui pauperes opprimunt, & cum potentissimis tyrannis, homicidis, laniatoribus pauperum confligit. Quod eleganter Cicero pro Sextio in hæc verba dixit. *Sudandum est his, qui magistratum gerunt pro communibus commodis adeundæ inimicitiæ, subeundæ sapè pro reipub. tempestates: Cum multis audacibus, improbis, nonnumquam etiā potentibus dimicandum.* Melius Philò Iud. cum officium iudicis commem. li. de specialibus legibus: *Vltio*, inquit, *fert opem patientibus iniuriam.*

Iob 29. v. 17

Iniquus raptor similis leoni, & lupo

Cicero.

Philo.

40. Talem opem, & auxilium tulit mansuetissimus Moyses populo Israelitico contra Pharaonem, qui eum vexabat, & opprimebat. Quare dixit Dominus ad Moysem Exod. 7. v. 1. *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Quid autem est Deus Pharaonis? numquid hæc dignitas homini conuenire potest? quid Deus cum homine? quid diuinitatis excellentia cum hominis humilitate, & vilitate? cur Dei nomine Moyses aduersus Pharaonem decoratur? respondet Rupert. li. 1. cap. 6. q. d. *Ecce ego sustollam te super altitudinem nubium, faciamque te Deum, non quem ille fideliter adoret, sed quem seruiliter formidet, vt imperes aquis pro potestate Dei*, &c. D. Gregor. ho. 8. in Ezech. D. Hilar. lib. 7. de trin. D. August. hic q. 17. Notant nomen Deus

Exod. 7. v. 1

Quare Moyses constitutus est Deus Pharaonis.

Rupert.

D. Gregor.

D. Hilar.

D. August.

hic non abſolutè poni, ſed cum addito *Deum Pharaonis*; vt ſenſus ſit. Noli timere Pharaonem, ego enim tibi tantam dabo in rebus mirabilibus potentiam, vt Pharao te ſicut Deum reuereatur, neque licet grauiter læſus, lædere te audeat: Tu autem mandabis & præcipies ei quid faciat, ac niſi fecerit, punies. Propter quod quia Reges neminem agnoſcunt ſuperiorem à quo puniantur, præter Deum, eris ipſi inſtar Dei. Nihilominus reſpondeo dignitatem, quam Deus Moyſi detulit fuiſſe iudiciariam, fecit enim eum iudicem ad populum Iſraëliticum à Pharaone vindicandum, & liberandum, probat hoc nomen *Deus* nã in Heb. eſt אלהים *elohim*, quod ſignificat iudicem, vel principem: & poteſt ex Heb. legi: *Ecce ego conſtitui te iudicem Pharaonis.* Conſtitutus enim fuit Moyſes à Deo iudex ſupremus contra Pharaonem. Quia ergo iudicis officium eſt pauperem & oppreſſum vindicare à potentioribus, qui eum vexare & opprimere conantur, cum populus Iſraëliticus tanquam pauper à Pharaone, qui eum ſeruituti tenebat oppreſſum, vexaretur. Vt eum à tyranno ſuperbo vindicet, & tueatur, conſtitutus eſt à Deo Moyſes iudex Pharaonis, eius ſupremam poteſtatem, & tyrannidem contemnens quia in Dei locum ſuffectus eſt. Nos dicimus de eo, qui regis poteſtatem defert ad iudicandum. *Lleua al Rey en el cuerpo, y Moyſen no temia a Faraon porque lleuaua a Dios en el cuerpo.* Id eſt, Dei vices aduerſus Pharaonem gerebat. Quare in hac populi Iſraëlitici de manu regis tyranni liberatione, adimpletum eſt Eccleſiaſtici præceptum, qui iudicibus in Dei locum ſuffectis imperat pauperem de manu potentioris vindicare: *Libera eum qui iniuriam patitur de manu ſuperbi.*

Significatio nominis Deus.

Iudicis officium eſt oppreſſum vindicare:

Quid ſit Deus Pharaonis.

Palacius explicat: Tenentur liberare ciues in ciuitate, ruſticos in agro, viatores in itineribus, ab omni vi & inſultibus iniquorum, quæ ſi non fecerunt, tenebuntur damnum oppreſſis reſarcire 2. referri queunt ad priuatos, qui proximum tenebuntur ab iniuria liberare ex charitate, licet non ex officio, ſi id modo ſine ſuo damno poſſent. Ita liberauit Abraham Loth, liberauit Moyſes ab Ægyptio Iudæum. Idem præcipitur Prou. 24. & 18. Ratio vero eſt, quia ſumus vnius corporis membra. At membrum membro oppreſſo fauet ſponte, &c.

Palacij explicatio.

Illuſtratio ſecunda.

41\. ET *non acidè feras in anima tua.* Hoc eſt, ne tædulus ſis in hac liberatione præſtanda, ſed libenter, & volenti animo eam impende. Clarius Originale: *Et ne ſis impatiens cum iudices tu*, vel *ne demittas animum in iudicando.* Vel *vindicando.* Vel *ne ſis paruo animo cum iudicas.* Quia enim iudices potentiores & ſuperbos timent, aliquando omittunt pauperibus ſuccurrere. Quare Sirach eos ad ſuo munere fungendum iudices exhortatur, ne, inquit, animo cadas, vel ne ſis paruo animo ad iudicandum, vel potius ad pauperem omni alio humano auxilio deſtitutum tyrannide ſuperbi vindicandum. Tandem ne animo frangaris, ſed tuum erige animum ad rectè iudicandum, & pauperem defendendum de manu eorum, qui eum opprimere & vexare conantur. Hoc eſt quod præcipit Dauid Pſal. 81. v. 4. *Eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate.* Sic de rege iuſto dictum eſt Pſal. 71. v. 4. *Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.* Quamuis omnes homines iudicet, præcipuè tamen pauperes iudicio vindicabit, & illis ius reddet, qui plerumque ab inhumanis, auariſque iudicibus propter humilitatem & abiectionem, & quia dare nihil poſſunt, reijciuntur, *Saluos*, inquit, *faciet filios pauperum.* Qui præter paupertatem in luctu ſunt, cum à potentiore per iniuriam opprimantur, & mulctabit calumniatorem, qui per calumniam & fraudes libertate, ac bonis ſpoliare pauperes ſtudet, &c.

Iudices debent potentiores non timere.

Pſal. 81. v. 4.

Pſal. 71. v. 4. *Deus ſaluos facit filios pauperum.*

Huc pertinet id Iob 29. v. 13. *Benedictio perituri ſuper me veniebat.* LXX. *benedictio pereuntis*, ſeu *pauperis*. q. d. Super me erat benedictio illius in ſummo vitæ rerumque diſcrimine verſatus, & quem vel falſa, & iniqua delatura, vel calumnia potentiorum agebant capitis reum, atque certè periturus credebatur, niſi illi adfuiſſet incorrupti iudicis æquitas, & benignitas. Quare dixit Salomon Prou. 24. v. 11. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes.* Non eſt ſermo de his, qui dignas pro ſuis ſceleribus pœnas luunt, ſed de illis, qui iniuſtè ad mortem rapiuntur. Illud verbum *trahendi*, ſignificat violenter trahere, & præcipit Salomon ijs, qui potentes ſunt ad liberandos eos à punitione mortis, qui à potentioribus rapiuntur, & ad ſupplicium trahuntur. Non enim ſufficit ab iniuſtitia cauere non pronunciando iniquam ſententiam, nec opprimendo pauperes: Sed debet iudex, ſi poteſt violatores ac vexatores iſtorum coërcere, curare actionem inſtitui contra iſtos pro illis, non retardari potentia cuiuſquam à ferenda pro ijſdem ſententia. De Dauide dicitur, 1. Reg. 17. verſ. 34. *Paſcebat ſeruus tuus* (loquebatur ad Saul) *patris ſui gregem, & veniebat leo, vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum: & illi conſurgebant aduerſus me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam*, &c. Vide ſuper hunc locum D. Ambroſium tom. 5. in cap. 7. Apocal. in apertione ſigilli quarti, quare hoc officium eſt veri paſtoris vel iudicis pauperem & inopem inſtar ouis balantem, & auxilium aduerſus leonem, vel vrſum, id eſt, calumniatorem depoſcentem liberare, & de ore eius eruere. Quare Dominus per Ieremiam admonet iudices cap. 22. v. 3. *Facite iudicium, & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris.* q. d. Iudicium exercete incorruptum & integrum, & eum quem violator calumnia deprimit, liberate. Nota illud, *liberate vi oppreſſum de manu*, &c. q. d. Ouem humilem à leone ſuperbo, calumniatore ſcilicet erue, & vindica, *libera eum*, quia *iniuriam patitur de manu ſuperbi*, &c. *Et non acidè feras in anima tua*, id eſt, *ne ſis impatiens* in liberando pauperem à calumniatore ſuperbo. *No mueſtres azedia, ni lleues azedamente defender al probre.* &c. Vel vt Rabanus. Hoc eſt tædioſè vel indignè. Quia charitatis feruorem erga proximum ſe non habere oſtendit, qui eum ab hoſte eripere non contendit.

42\. Iob 29. v. 13. *Benedicebatur Iob quia oppreſſos liberabat.*

Prou. 24. v. 11.

Iudex non ſolum debet iuſtam ferre ſententiam, ſed violatores coercere.

1. Reg. 17. v. 34

D. Ambroſ. *Veri paſtoris officium.*

Ier. 22. v. 3

Rabanus

VERS.

VERS. X.

In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorum.

VERS. XI.

Et eris tu velut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis quam mater.

Senſus.

43\. IN *iudicando*, &c. q. d. Hoc tibi ſalutare conſilium præbeo, vt cum iudicaturus ſis, vel ſententiam laturus in cauſa pupilli, parentis vices geras, ſcil. miſericors ſis paternum affectum manifeſtans (nos dicimus *Hay quenta que no eres juez, ſino padre*) & quia huius pupilli mater orbata coniuge manet, id eſt, mors ſuo coniuge viduauit, viro indiget, qui eam tanquam coniux uindicet & protegat: Ideò quamuis iudicis munere fungaris mariti locum occupare cura eam à calumniatoribus vindicando, & ſic tuère, vt experimento diſcat te vices mariti gerere (nos diceremus: *Ampara la viuda de manera, que no eche menos el fauor que amparo de ſu marido*) ſi hoc feceris magna merces tali miſericordiæ reſpondebit. Si enim Orphanis patrem non habentibus, te vt parentem exhibueris, & matri eorum non habenti virum, te pro viro & marito præbueris, Deus viciſſim ſe geret erga te tanquam patrem erga filium ſuum, imò reuera tu eris illi tanquam filius vnicè charus: Quòd fueris obediens præceptis eius, & pluſquam mater tua miſerebitur tui, hoc enim tuæ miſericordiæ præmiũ reſpondebit, &c.

Iudex debet eſſe pater Orphanorum.

Notæ.

PRima pars, id eſt, *in iudicando*. In Græcis deſideratur. Sed explicationis gratia additum eſt ab interprete vulgato: Qui enim magis indiget iudice, qui vices parentis gerat, pupillus eſt, quia cũ orbatus ſit parente, talis auxilij & ſuffragij indigens eſt. Pro pupillis in Complut. eſt ὀρφανῷ, in ſingulari, ſed in alijs eſt ὀρφανοῖς, *pupillis*, qui orbi ſunt parente, vel parentibus. *Filius altiſsimi*, vel ſupremi vt Luc. 6. v. 35. Matt. 5. v. 45. Rabanus hanc pupillorum defenſionem coniungit cum pauperum liberatione, ait enim: Nullam eleemoſynæ ſpeciem prætermittit, pauperibus parentibuſque pupillos adiungit, & viduas, villis opem feramus. Sicut enim pupillo paternus impendendus eſt affectus, ita & viduæ viri ſui in ſolatij collatione eſt exemplum imitandum: Atque hæc facientes filij altiſſimi in obediendo mandatis illius eſſe probabimus. Quia magis nobis miſerebitur in remuneratione præmij, quàm materna affectio vnquam fecerit in ſtudio nutrimenti.

Luc. 6 v. 35. Rabanus.

Illuſtratio prima.

44\. IN *iudicando*, &c. Cum iudicaueris eſto inſtar patris pupillis. Nam hæc conditio hominum deſertorum omni ope indigentium, cùm omnibus, tùm præcipuè magiſtratibus à Deo maximè eſt commendata. Poteſt hæc ſententia apprimè illuſtrari ex eo Iob 29. v. 11. 12. *Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi. Eo quod liberaſſem pauperem, & pupillum, cui non eſſet adiutor, & cor viduæ conſolatus ſum.* Et præbens rationem mox ſubdit: *Iuſtitia indutus ſum: & veſtiui me ſicut veſtimento & diademate iudicio meo.* q. d. Ab omnibus, qui me iudicem incorruptum & integrum ſpectabant, & audiebant, laudibus efferebar, eo quod liberaſſem pauperem de manu calumniatoris, & pupillum ab omnibus deſpectum adiuuaſſem, & cor viduæ conſolatus eſſem. In eo potiſſimum gloriabatur Iob, quod *iudicaret pupillo, & viduæ benefaceret.* Vt inquit Chryſoſtomus atque illa præſtaret, ait Pineda, quæ à bono principe, & iudice requirit Deus, nimirum vt ſit princeps ſubditorum ſuorum, atque populariũ verus pater. Qua in re paternam quoque Dei gubernationem imitantur principes, quibus propoſitum eſt, vt ingentibus beneficijs mortales omnes demereãtur. *Cor viduæ* mœrens atque amarum, inquit Iob, viduæ inquam, quæ præ afflictione & mœrore neque audebat, neque valebat vociferari, *conſolatus ſum.* Illius enim deſiderium exaudiebam inſtar ſupremi numinis, quod *exaudit deſiderium pauperum.* Pſal. 10. v. 16. Itaque in iudicando eſto pupillis miſericors vt pater, quia miſericordia quamuis beneuolè iudicet, non tamen præter æquitatem. Eleganter dixit Plutarc. lib. de audiendo, cum de officio iudicis agit: *Atque iudicem quidem in diſceptandis cauſis decet neque infeſtè neque ambitioſè audire, ſed ex conſilio ad æquitatem. At in ſermocinationibus litteratis neque lex neque iuſiurandum vetat nobis vllum, quin differentem excipiamus beneuolè. Imo aſſociarunt veteres gratijs Mercurium, quod ſermo animum quærat congratulantem & beneuolum.* Ait ergo Sirach, iudicẽ futurum mitem inſtar patris, qui paterno affectu iudicat filium, nã vices Dei gerit, qui pupillorum, & viduarum pater eſt, & illos iudicat paterno affectu. Et cum domum ſuam pulſant, ſtatim eos audit & reſpondet Deus. Eleganter D. Auguſt. ſerm. 2. Rogationum agens de illo, qui pulſauit ad vicini ianuam poſtulans tres panes, &c. tom. 10. ſerm. 171. De temp. inquit: *Si accedat pupillus parua manu pulſare ianuam paternam, nuntiant eum Angeli Domino, pupillus pulſat defenſionis pietatem expectat, reſponde illi, Domine: Tibi enim derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor. Reſpondet illi, qui diues eſt, miſericordia plenus, qui miſeris pater eſt. Ego ſum iudex viduarum, & pater Orphanorum, nemo lædat quos ego ſuſcipio, nemo expoliet quos ego defendo*, &c. Si ergo Deus, quamuis iudex, patris vices gerit in cauſis pupillorum &

Iob inſtar pater orphanorum, & viduæ conſolatoris.

Iob 29. v. 11

D. Chryſ. Pineda.

Princeps ſubditorum ſuorum verus pater.

Pſal. 10. v. 16

Plutarchus

Iudicis officium.

45\. *Iudex vices Dei gerit.*

D. Auguſt.

vidua-

viduarum, quid mirum Ecclesiasticus iudicibus præcipiat, qui in locum Dei succedunt vt paterno affectu cognoscant, statuant, iudicent pupillorum & viduarum causas; quia iudex patris nomine decoratur, cum pupillos & viduas defendit, & vindicat. Libanius declamat, &c. Jnitio dixit: *Equidem patris nomen, & quod vos, qui iudicatis patres sitis, extimesco.* q.d. Si vos, ô iudices, paterno affectu iudicatis eos, & nomen patris in vobis lucet, timeo vos contra me iudicare, &c. Et statim iudicis officium signans ait: *Atqui opus est, opinor, eos qui rectum iudicium facere volunt, omnibus è medio sublatis, ad illud vnum intueri, vtrius causa iustior sit, ac siquidem huius iustiorem esse compererint, ei suffragium ferant, si meam autem mihi.* Itaque cum causa pupilli, vel viduæ iusta est, paterno affectu debet iudex vestiri, vt eos iudicet tanquam pater Orphanorum, & tamquam viduarum maritus.

Iudex patris nomine decoratur. Libanius.

Illustratio secunda.

46. Secundo potest illustrari ex eo Isaiæ. 1. vers. 17. *Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit Dominus.* q. d. æquitatem in iudicando seruate subuenite illi, quem potentiorum vis, & iniuria premunt. Viduarum solitudini, pupillorumque orbitati subsidio estote, quorum fortunæ impiorum auaritię atq; calumnię propositæ sunt. Quod si meliorem mentem suscipere rationemque viuendi, quam modò præscribo tenere volueritis. Si vobis quæ statim commemorabo, non præstitero, non recusabo quo minus mecum iudicio contendatis, arguatisque violatæ fidei, & officij præditi desertorem. *Illud quærite iudicium*, propriè est, disquirite vtrius litigantium causa iusta sit: nolite ob munera, fauores, aut metus præcipitare, aut peruertere sententiam, munera enim & fauores solent veritatem lædere, & peruertere iudicium. Quare autem pupillo præcipit Dominus *iudicare & viduam defendere*? Verbum Heb. שפט *Saphat* est ex legum præscripto ius dicere, & exequi, causas iustè diiudicare, & ritè controuersias dirimere, vt boni defendantur, & mali puniantur. Quę definitio sicut Deo conuenit, qui æquissimus iudex est: sic etiam ijs iudicibus, qui vices suas gerunt. Cùm autem præcipit Deus pupillum iudicare, non solum imperat ex legum præscripto illi ius dicere, & exequi, sed tamquam filiũ iudicare, benignè, beneuolè, & iustè. Verbum *defendere* vicem mariti gerere significat. *Defendite viduam*, id est, illam vindicate ex potentioribus, qui calumnijs eam opprimunt, & vexant, in locum viri succedite, ne iniusta sententia aduersus eam timore potentium pronuntietur. Quare vers. 23. Jsa. *Principes infideles* reprehenduntur, quia *socij* erant *furum*; & ideò *diligebant munera, sequebãtur retributiones. Pupillo non iudicabant, & causa viduæ non ingrediebatur ad illos.*

Æquitas in iudicando seruanda. Isai.1.v.17.18. *Quærere iudicium, quid.* *Defendenda vidua.* Isai.1.v.23.

47. Ratio autem quare ad hos iudices causæ viduarum non ingrediuntur, est, quia à viduis pauperculis non sperant munera, aut fauores, hinc earum causas non suscipiunt defendendas aut iudicandas, sed eas ditioribus postponunt, aut si cogantur iudicare causam, non eis, sed parti aduersæ, quia diues est, vel amica, adiudicant. Quare pręcipit Ecclesiasticus: *In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum.* Dixit enim Lactantius Firm. in epitome c. 9. *Si quis à potentiore iniuriam sustinet, eruamus. Pateat domicilium peregrinis, pupillis deffensio, viduis tutela nostra non desit.* & S. Jgnatius epist. 11. ad Polycarp. inter alia admonet, *Viduæ non negligantur, post Dominum tu earum curator esto.* Si ergo Deus pater est orphanorum, & viduarum quibus fauet tanquam sponsus vices viri gerens, cum ait Jgnatius post Dominum &c. Præcepit Polycarpo Smyrnæo, *Vt curator earum* sit, id est, in locum maritorum succedat ad eas iuuandas. &c. Officium enim iudicis patris, vel matris officium est. sic dixit D. Bernard. serm. 23. in Cant. *Erudimini qui iudicatis terram, discite subditorum matres vos esse debere, non Dominos, & si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica, matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis.* Si iudices ex sententia Bernardi patres, & matres debent esse erga omnes subditos. Quid mirum præcipiat Ecclesiasticus: *In iudicando*, &c.

Cur causa viduæ non ingreditur ad iudicem. Lactantius. D. Ignatius *Iudex curator viduarum post Dominum, id est vice Dei.* D. Bernard.

Illustratio tertia.

Eris tu velut filius altissimi obediens. Hoc verbũ *obediens*. Non est in originali q.d. Si hæc feceris, magna merces tibi respondebit. Si fueris pater orphanorum eos tanquam filios adiuuans, eris sicut filius altissimi obediens, quod est primum præmium, primo misericordiæ effectui respondens. Sic Christus Dominus hanc mercedem pollicetur inimicos diligentibus, & benefacientibus. Matt. 5. v. 45. *Vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est.* Et Luc. 6. v. 35. *Benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra, multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos, & malos*, &c. Esse filium altissimi respondet misericordiæ, quam iudex erga pupillum exercuit, sicut enim ipse paterno affectu illum complexus est, sic Deus hunc misericordiæ affectum remunerans, patris vices gerit erga iudicem pupillo benefacientem: tanquam filium amplectitur, illum hæreditando. Nam qui verè filius est, hæres est, & qui filius Dei adoptiuus fuerit, æterna hæreditate potietur. *Eris* (inquit Sirach) *tu velut filius altissimi obediens.* Dixit *obediens*, vt filiationem confirmet: filius enim, qui libenter patri obtemperat, potiori iure filius vocatur, quam alter, qui inobediens est, & melius à parente hæreditari, & meliorari meretur. Sic erit filius melioratus à Deo, tanquam filius altissimi obediens, qui hereditario iure Dei gloria potiturus expectat in præmium suæ erga pupillum paternæ misericordiæ. 48.

Præmium misericordiã facientes. Matth.5.v.45. Luc.6.v.35. *Esse filium altissimi quale præmium.* *Filius obediens propriè filius est.*

Illustratio quarta.

Et miserabitur tui magis, quam mater. Ecce secundum præmium iudicibus viduas defendentibus promissum. In originali Græco verbum diligendi inuenitur. *Et diliget te magis, quam mater tua* ἀγαπήσει *agapesei* à verbo ἀγαπάω *agapao*, quod est amo, diligo. Item amicè & hilariter accipio, & tam de honesto quam inhonesto amore vsurpatur. Hic de materno amore, qui honestus est agit Sirach. Sicut enim mater amicè & hilariter filium accipit. Sic Deus tanquam mater diliget te, amicè & hilariter te suscipiens. Quare autem vulgatus legerit *miserebitur*. Ratio videtur esse, quia cum hic Ecclesiasticus de præmio misericordiæ, quam in defensione viduæ exercuit, agat, 49.

Aliud præmium iudicibus promissum.

gat, sicut enim misertus est iudex viduæ litigantis, sic cum miserendo diligit Deus, & quia amor matris coniunctus esse solet cum miseratione, ideò vulgatus transtulit, *Et miserebitur tui magis quam mater.* Illud *magis* ardentiorem Dei amorem, quam matris manifestè indicat. Sic Dominus per Isaiam cap. 49. v. 15. Suum erga populum amorem ardentiorem exaggerans, querimoniæ populi, qui se à Deo derelictum & oblitum querebatur satisfaciens: *Numquid*, inquit, *obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.* q. d. Numquid mater à sua in tenerum & infantem filium indulgentia impetrare poterit, vt illius obliuiscatur & deserat? non sanè, sic neque vnquam ego obliuiscar tui, quod si aliquando contigerit, vt filij sui mater memoriam deponat, mihi tamen de te numquam erit obliuiori locus. Qua similitudine ostendit Deus magis sibi charum esse populum, quam est tenerrimus infans matri suæ. Hac maiori quam matris dilectio ne simul cum miseratione, prosecuturum Deum Ecclesiasticus pollicetur iudicem, qui vices mariti viduæ gesserit in eius causæ defensione, cum inquit: *Et miserebitur tui*, vel *diliget te magis quam mater.* q. d. Licet mater filij sui aliquando obliuiscatur, ego tamen numquam te obliuioni tradam. Nam diligam te, & miserebor magis quam mater, id est, tecum matris munus exequar in præmium, &c. Denique hanc mercedem pollicetur Christus Dominus, cum ait Matt. 5. v. 7. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Quare iudicibus, qui erga pupillos, & viduas misericordiam paternam, nec non maternam exequuntur, pollicetur Deus per Ecclesiasticum se illos cum miseratione dilecturum, &c.

Amoris Dei exaggeratio. Isai.49.v.15. *Magis charus est Deo populus suus quam infans matri suæ.* Matt.5.v.7.

VERS. XII.

Sapientia filijs suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se, & præibit in via iustitiæ.

Sensus.

50. *Sapientia filijs suis*, &c. q.d. Si volueris officia, & actiones, quas in electis, & fidelibus diuina sapientia operatur, cognoscere, prima actio est, vitam, non solum naturalem sed supernaturalem, & spiritualem præbere, quæ inspirata vita à diuina sapientia filios suos exaltat, & magnificat, & ita se erga omnes exhibet liberalem, vt præcedat inquirentes se ad eos benignè suscipiendos, & ne à via, per quam rectè in cedere possint recedant, & aberrent, ipsa, vt se inueniant, præit, viam commonstrans, & in ea deducens. Hæc est, exquirentes se veluti manu porrecta, in suam disciplinam, fidem, atque tutelam recipit, eos in via iustitiæ præcedens, *Tomales de la mano por que no se paren ni se pierdan en el camino.*

Notæ.

IN Græco originali non est verbum *inspirat*, sed *exaltat*, & extollit. Verbum enim ἀνυψώσει deriuatur à radice ΥΨΟΣ, quod est altitudo, celsitudo, sublimitas, cacumen, fastigium. Ex hac radice deriuatur verbum ἀνυψόω, quod significat exaltare, extollere in altum attollere, & euehere, seu erigere, & ὑψόω ita significat in altum erigere, vt sit etiam absoluere, perficere, sumpta metaphora ab ædificijs, quæ tunc demum perfecta sunt, cum ad fastigium sunt perducta. Hoc verbum vertitur exaltare, vel extollere Eccles. 15. v. 5. *Et exaltabit illam.* & cap. 43. v. 34. *Et exaltante eum.* Vide etiam 1. Mach. 1. vers. 4. *Et exaltatum est cor eius.* Et alia quam plurima loca, in quibus exaltandi significatio inuenitur, & in nullo alio loco reperio significationem inspirandi. Jtaque exaltat & euehit suos filios, id est, sui studiosos, & quasi discipulos. Nam filij sapientiæ, qui student sapientiæ, aut ipsi sapientes. Vide Prou. 4. vers. 8. Tandem ἐπιλαμβάνεται, est apprehendere sui studiosos, eisque manum porrigere, siue in suam disciplinam, fidem tutelamque recipere. Hinc incipit secunda huius capitis pars, & bene Ecclesiasticus eam superioribus subijcit, vt postquam dixit Deum suorum miserturum, iam mutato nomine Dei in nomen sapientiæ, ostendat quæ bona per suam sapientiam Deus elargiatur, & quomodo cum suis agere soleat.

Eccles.15.v.5.& 43.34.

Illustratio prima.

Sapientia filijs suis, &c. Hoc loco commendat Sirach studium, amoremque sapientiæ, cuius quidem filij efficimur, cum eam amamus, colimus, obseruamus, eiusque præceptis, monitis ac consilijs obtemperamus. Sed cum in originalibus sit *extollere*, non assequor. Quare noster vulgatus *inspirare* verterit, nisi velis dicere Deum alicui vitam inspirare, esse illum extollere, seu eleuare ad sui cognitionem. Et si, vt diximus metaphora ædificij sumatur, quod tunc perfectum dicitur ædificium cum perducitur ad fastigium, dicemus. Tunc Deum humanum ædificium ad fastigium perduxisse, cum vitam naturalem in prima sui formatione inspirauit. Dixit enim Moyses Genes. 2. vers. 7. *Formauit igitur Deus hominem de limo terræ* (id est, ex luto humanum ædificium extruxit) *& inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ* (hoc est, vitam inspirauit) *& factus est homo in animam viuentem.* q. d. Cum Deus de terra mortale ædificium hominis suis ipse manibus efformauit, & construxit, vitam inspirans, vel vitæ spiraculum, id est, animam insufflans (vt dixit rogans B. Albin. Alcuinus. *Quid est quod Deus inspirauit in faciem Adæ spiraculum vitæ? Resp. inspiratio Dei in faciem hominis traditio est animæ rationalis*) exaltauit illum, & magnificauit, quia iam absolutum & perfectum est, & tamquam domus regia ad fastigium perducta est. Quare Ecclesiasticus ad hanc primam hominis formationem alludens, in qua Deus media diuina sapientia, vitam humano corpori inspirauit, hoc est, animam insufflauit, agens de spirituali efformatione, media eâdem sapientia, 51.

Formatio hominis instar ædificij. Gen.2.v.7. Alcuinus. *Spiritualis efformatio similis est humanæ formationi.*

pientia, vt significaret per suam inspirationem hominem perficere & absoluere. Ex qua perfectione procedit illius exaltatio, & sublimitas, & esse magnificum in Dei cognitione & contemptorem eorum quæ trahunt ad peccatum, cum inquit: *Sapientia filijs suis vitam inspirat.* Quam interpretationem sectari videtur D. Clemens Alexandrin. lib. 7. Stromat. cap. 10. Vbi de hac exaltatione explicat id Pauli 1. Corint. 8. v. 1. *Scientia inflat*, id est, exaltat, & erigit. Verba enim illius sunt: *At, inquirunt, dicta est inflare cognitio. Ad quos dicimus. Fortasse quidem quæ videtur cognitio inflare dicitur, & si quis existimet dictionem idem sibi velle, quod tumefacere, & insolenter reddere: Sin autem quod magis dicendum est, manifestè, & verè sentire, significat vox Apostoli, solutum est quidem id, de quo dubitatur. Sequentes autem Scripturas, confirmemus quod dictum est: Sapientia*, inquit *Salomon* (tribuit enim Salomoni quod est Ecclesiastici) *inflauit suos filios. Non enim ijs, qui sunt in doctrina singularia, fastum, & arrogantiam ingenerauit Dominus, sed in veritate habere fiduciam, & esse magnificum in cognitione, quæ traditur per scripturas, efficit contemptorem eorum, quæ trahunt ad peccatum, quod significat dictio inflauit, quæ docet magnificentiam sapientiæ, quæ implantatur ijs, qui sunt per doctrinam, filijs.* Ex hoc Diui Clementis Alexandrin. testimonio constat verbum *inspirasse* esse idem quod *inflasse*. Et cùm sapientiam, vel scientiam, vel cognitionem *inflare*, secundum Clementis interpretationem significet, non superbum reddere, & arrogantem, sed confidere, & magno, & excelso esse animo, eo quod ex scripturis habeat cognitionem, quæ facit vt contemnatur, quod trahit ad peccatum; inde sequitur verbum *inspirandi*, quo Ecclesiasticus vtitur in hoc loco, significare eam inspirationem diuinæ sapientiæ, qua homo exaltatur, eleuatur, extollitur ad Dei magnificam cognitionem. *Inspirat* enim Dei *sapientia filijs suis vitam* spiritualem, qua magnificantur, & exaltantur, vt superius diximus.

Clem. Alex. *Verbum inflare pro exaltare.*

1. Corint. 8. v. 1.

Qui Deum cognoscit efficitur contemptor eorũ quæ trahunt ad peccatum

Verbum inspirare pro exaltare.

52. Itaque vita, quam Dei sapientia filijs suis inspirat potest esse naturalis, & potest esse spiritualis, & supernaturalis. De vita naturali possumus hunc locum interpretari, quia non solum ad locum Genesis potest alludere, sed ad id quod sapientissimus Salomon sap. 15. v. 11. Dixit idololatras redarguens, & inuehens in figulos, qui ex luto Deos fingebant: *Quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam, quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum vitalem*, id est, cum qui se finxit ignorauit, & qui inspirauit illi vegetam animam operantem, & efficacem, quæ non est cassa, sed agit semper aliquid, & ignorauit Deum vitæ suæ, & omnium bonorum auctorem, & largitorem. Pende illud *inspirauit animam*, quod idem est ac *inspirare vitam* naturalem homini, & insufflare spiritum vitalem, ex qua inspiratione animæ, vel insufflatione vitalis spiritus, colligitur exaltatio, & sublimitas hominis, quia cum hæc inspiratio, vel insufflatio ex ore Dei, vel sapientiæ diuinæ prodeat, & ex intimo pectoris latibulo, vbi ille spiritualis aër, vel spiraculum quasi occulitur & residet, inde est quod anima, in qua vita naturalis continetur, & vocatur spiraculum vitæ, tanta & tam ingenua decoretur nobilitate, & idem sit sapientiâ Dei filijs suis vitam inspirasse, ac illos exaltasse, & sustulisse, & suo vitæ spiraculo ingenuitate decorasse. Quid enim ex ore Dei, vel sapientiæ eius, & ex intimo pectoris latibulo potest procedere, quod non sit ingenuitate, & liberalitate ornatum.

Sapientia filijs suis inspirat vitam

Sap. 15. v. 11

Anima spiritualí nobilitate decoratur, & quare.

Hinc est quod idem sit Deum, vel sapientiam vitam naturalem per animæ insufflationem inspirasse, ac eos extulisse, &c. Huc pertinet id Prouerb. 8. v. 34. Vbi loquens de se sapientia diuina: *Qui me*, inquit, *inuenerit, inueniet vitam.* Vbi Salomon diligentiam vestigandæ sapientiæ præmio copiosissimo compensari docet; *inueniet vitam, tam, quid*, vtramque scilicet, spiritualem, & corpoream, adde etiam & æternam. Pende verbum *inuenire*, quod præsupponit exquisitionem sapientiæ, ad extrahendum vitam. Ideò Ecclesiasticus adijcit, *& suscipit inquirentes se*, id est, cum aliquis inquirit sapientiam ad obtinendam vitam, cum eam inuenit, ab ipsa suscipitur benigno aspectu. Tygur. *Sectatores suos amplectitur, & præit, in via iustitiæ.*

Prou. 8. v. 34.

Inuenire vita tam, quid.

Illustratio secunda.

53. PRæterea, *sapientia filijs suis vitam inspirat.* Vitam, scilicet, non solum naturalem, sed etiam spiritualem, & supernaturalem. Vt Holcot. explicuit, licet ipse dicat melius exponi de notitia, quæ est per gratiam fidei. De qua dicitur Rom. 1. *Iustus ex fide viuit.* Sapientia igitur filijs suis per gratiam vitam inspirat, id est, fidei vitalem notitiam. Ergo hæc vita tam est gratia supernaturalis, quam meritum bonorum operum, quia opera, quæ mortua reputantur, aduentante vita gratiæ viuificantur. Id est, vitam præmio dignam recipiunt. Jam diximus Deum animam homini inspirasse, cum inspirauit spiraculum vitæ. Inpræsentiarum etiam dicimus eodem modo diuinam sapientiam discipulis suis vitam spiritualem gratiæ inspirare. Hoc illustremus exemplo Pauli Phil. 1. v. 21. Vbi agens de vita spirituali, quam accepit, & qua viuebat, inquit. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Cum Christus Iesus sit diuina sapientia Patris, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.* Col. 2. & sit etiam vita, qua *viuimus, & mouemur; & simus.* Vt ipse de se dixit. *Ego sum via, veritas, & vita* Ioan. 14. vers. 6. Hinc est quod Paulus, cum hæc diuina sapientia ei vitam inspirauit, id est, animam cordi suo communicauit, prædicet, Christum esse suam vitam. Vita mea Christus est, vita scilicet animæ meæ, pendite modum loquendi Apostoli. Considerabat Paulus se morti addictum esse, cum Christus sapientia Patris longè à suo corde aberat, & vitæ ascitum, cum eius vita viuebat. Itaque Christus erat animæ suæ veluti anima, quæ animum suum animabat, & vitam spiritualem tribuebat. Sicut enim corpus cum anima discedit, mortuum iacet, & cum accedit vitæ vsura fruitur. Vt dixit D. Augustinus 6. vers. 1. De verbis Domini serm. 6. *Sicut expirat corpus cum animam emittit: ita expirat anima cum Deũ amittit.* Sic Paulus vel viuens vel mortuus iacebat. Cum aderat, vel aberat vita gratiæ à diuina sapientia communicata. Quod illustratur eximio eiusdem D. Augustini testimonio, in soliloq. cap. 13. qui enumeratis perennibus Dei beneficijs: *Hæc*, ait, *& multa alia beneficia fecisti mihi Domine Deus, vita animæ meæ, de quibus dulce esset mihi semper loqui, semper cogitare, semper tibi gratias agere, vt posim te pro omnibus bonis tuis laudare, & amare*, & lib. 1. de verbis Dom. serm. 6. *sicut*

Gratia vita spiritualis.

Deus vitam spi ritualem sicut naturalem inspirat.

Phil. 1. v. 21

Col. 2. v. 3.

Actor. 17.

Ioan. 14. v. 6

Christus vita anima, id est anima animæ.

D. Augustin. *Anima expirat cum Deũ amittit.*

D. Augast.

sicut, inquit, *vita corporis anima est, sic vita animæ Deus.*

54. Ergo cum cælestis sponsa Cant. 1. vers. 1. Ab sponso suo vitam spiritualem, id est, gratiam emendicasset, ait ad illum: *Osculetur me osculo oris sui.* q. d. ô filiæ Jerusalem animum meum languentem habeo renouatione indigentem: Jd enim vnus præstare posset dilectus meus, cuius desiderio langueo, si modo ab eius ore vnum, aut alterum oculum libare contingat. Quid ais, sponsa? numquid hic tuus loquendi modus tuæ limpidæ puritati & castitati conuenit? nonne aliud maioris dulcedinis poculum, quod libare posses, postulares? quare osculum oris sui tam audacter petis? Respondit sponsa, nullum aliud poculum dulcius, & sauius sibi propinari posse, quam diuini sui sponsi osculum; in eo, ait, vitam meam commissam, & depositam habeo. *Ên el tengo librada mi vida, mi contento, mi descanso, y mi gloria.* Apud sponsum meum vitam, & iucunditatem, nec non & æternam gloriam deposui, &c. Explicans hunc locum noster Sanchez, inquit: Extremum in amore est, vt aliquis sibi mortuus in eo viuat, quem amat. Eò ergo adsprare debet sponsa, vt ab osculo sponsi spiritum eius hauriat, in quo viuat, quod satis innuit ipse sponsus diuinus, qui per insufflationem, Spiritum sanctum, id est, diuinum halitum inspirauit: Hæc namque insufflatio per osculum significatur, &c. Ardebat etiam sponsa in amore amati, ideò appetebat sponsi osculum, quo viuificata, amorem suum facilè ostentaret, & quia amor ignis est, & calor. Hinc emollit & liquefacit partes corporis, & quia eo calore resoluuntur spiritus vitales & animales, ideò adiuuante ad eam resolutionem & consumptionem vehementi cogitatione, quæ fixa est in re amata; hinc ex amore vehementi sequitur deliquium & languor totiusque corporis infirmitas. Ad quam iuuat tristitia & horridudo animi de absentia rei amatæ. Quare postulat osculum sponsi, quo vitam & animam hauriat, & eo amore calefacta emolliatur, & liquefiat, & deliquiũ, quod patiebatur ita augeatur, vt possit exclamare: **Fulcite me floribus stipate me malis, quia amore langueo.** Cant. 2. vers. 5. Rursus explicans Diuus Ambrosius locum Cant. 1. v. 1. tom. 1. lib. de Jsai. & anima cap. 3. *Osculatur enim*, inquit, *nos Deus verbum, quando cor nostrum, & ipsum principale hominis spiritu diuinæ cognitionis illuminat, quo anima dotata charitatis pignore nuptiali. Læta atque ouans dicit: Os meum aperui, & duxi spiritum. Osculum est enim quo inuicem amantes sibi adhærent, & velut gratia interioris suauitate potiuntur. Per hoc osculum adhæret anima Deo Verbo, per quod sibi trãsfunditur spiritus osculantis. Sicut enim ij, qui se osculantur, non sunt labiorum prælibatione contenti, sed spiritum suum sibi inuicem videntur infundere.* Pende illud *transfunditur spiritus osculantis.* Cum enim in hoc spiritu vita contineatur, cum transfunditur spiritus, haud dubium vita communicatur.

Sponsa petit osculum spũi vt vitam & animam hauriat.

Cant. 2. v. 5

D. Ambros.

Qui se inuicem osculantur spiritum vidĕtur infundere.

55. Cum igitur sponsa osculum ab sponso postulat, vitam animæ suæ haurire concupiscit. Quare ait: *Osculetur me.* q. d. Præbeat sponsus mihi vitam suam, & ipse sit anima mea. In memoriam reuocauit sponsa modum, quo Deus homini vitam communicauit, cum eum ex luto efformauit in mundi exordio, sicque desiderat suam vitam, & animam haurire. Dixit enim Moyses

Sponsa osculum postulãs haurire animæ vitam cupit.

Genes. 2. vers. 7. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Accessit Deus ad Adam, & ore suo inspirauit in faciem, & os eius, & quasi exosculans eum, è suo pectore vitalem respirationem extrahens, insufflauit in eum, & vitam tradidit: *Et factus est homo*, &c. Hanc vitam cupiens ex sponso haurire, postulat osculum, *osculetur me.* q. d. Accedat, inquit, ad me sponsus meus, & ore suo osculum præbeat, vt vitalem respirationem in me faciat: Sic enim effundet spiritum, & animam, qua ego indigeo ad viuendum: Habitabit in me sponsus meus, & dicam: *Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus.* Gal. 2. v. 20. Sic explicuit S. Gregor. id *osculetur me: Cum eius osculum*, inquit, *sentio, subita mutatione me derelinquo, & in eius similitudinem illicò liquefacta transformor.* Amor enim est motus & impulsus, quo amans fertur in rem amatam, eique se vnit, in eam se transformans. Quare inquit idem Apostolus: *Mihi viuere Christus est.* q. d. Ita *inspirauit in faciem* meam *spiraculum vitæ* Christus Iesus, vt iam *factus sim in animam viuentem.* Viuo ego vita gratiæ, quam Christus mihi communicauit, propter quam *mihi viuere Christus est*, id est, ipse est vita mea; & ex ipso haurio spiritum vitalem, &c. Hæc vita spiritualis sine dubio est, quam diuina *sapientia*, id est, Deus per ipsam *filijs suis inspirat*, &c.

Gen. 2. v. 7. *Quomodo Deus, in faciem hominis inspirauit.*

Gal. 2. v. 20. D. Gregor.

Christus inspirat vitam gratiæ.

Illustratio tertia.

56. NOn est contemnenda versio Complutensium & Regiæ, nec non Drusij, qui secundum proprietatem verbi originalis legunt. *Sapientia filios suos exaltauit*, vel *extollit:* Vocat filios eos, qui sunt studiosi sui, id est, discipuli, nam filij sapientiæ sunt, vt diximus, qui studeant sapientiæ, aut ipsi sapientes. De illis ait Christus Dominus Luc. 7. vers. 25. *Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.* Licet D. Ambros. legat: *Ab omnibus operibus suis, quod opus iustitiæ sit, circa vnius cuiusque merita seruare mensuram.* Itaque iustificata est sapientia ab omnibus, qui veri sunt sapientiæ filij, qui verè sapiunt. Toletus omnes filij sapientiæ, id est, multitudo credentium sua fide Dei sapientiam iustificat, omnemque reprehensionem ac culpam ab eo auocat, ac in ipsos incredulos conuertit, si enim nemo credidisset, quod admodo dici posset, Deum non adhibuisse ex parte sua quod necessarium erat, sicque nec eius iustitiæ apparêret: At dum multi crediderunt, sapientia Dei iusta ostenditur, &c. Ergo cum sapientia in filijs iustificatur, ipsa filios eleuat, iustificat, extollit, exaltat. Prou. 4. v. 8. Optimè probatur ex eo Prou. 4. v. 8. *Arripe illam* (sapientiam) *exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* Ex Heb. potest legi: *Versa illam, & euehet te, honore afficiet te, vbi eam amplexus fueris*, q. d. Comprehende illam quasi magistram, quasi matrem, versa illam quasi discipulus, quasi filius, & ipsa exaltabit te, & honore te afficiet tanquam vera mater, & ab ea glorificaberis cum eam amplexus fueris. Quod idem est, ac id quod Ecclesiasticus inquit secundum versionem Tygur. *Et sectatores suos amplectetur*, & ipsi eam amplectuntur tanquam filij sapientiæ.

Filij sapientiæ, qui.

Luc. 7. v. 25 D. Ambros.

Sapientia iustificatur à filijs suis. Toletus.

Prou. 4. v. 8

Sapientia exaltat filios suos.

Jt.

Illustratio quarta.

57. *Sapientia amplectitur inquirentes se.* ET *suscipit inquirentes se, & præibit in via iustitiæ.* Tygur. *Sectatores suos amplectitur*, verbum *suscipere*, proprium est materni amoris, & confirmat verbum amplectendi, nam mater filios, qui eam quærunt suscipit, & amplexatur. q. d. Non solum diuina sapientia filios quos genuit, exaltat, & eis vitam inspirat, sed etiam parata manet ad eos omnes suscipiendos & amplexandos, qui eam tamquam matrem exquisierint, & tandem in via virtutis, quasi manu porrecta ducit eos, &c. Apprimè hoc illustratur ex eo sap. 6. v. 13. 14. *(Sap. 6. v. 13. 14.)* *Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab ijs, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam: Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.* q. d. Jllustris est, & immarcessibilis sapientia, facileque perspicitur ab ijs, qui eam diligunt, & inuenitur ab his, qui illam quærunt. *(Sapientia inuenitur à quærentibus illam.)* Anticipat cupidos sui, vt prænoscatur, id est, primas partes occupat in studio sapiētiæ cognoscendæ, cum vltro se illis cognoscendam offert, qui cupiunt præcognoscere, vel sese prior ostendit, vt sic cognita in sui concupiscentiam excitet ardentiorem cupidos sui. Si enim sapientia facilè videtur ab ijs, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam, quid mirum dicat Ecclesiasticus, *illam suscipere, inquirentes se, & præire in via iustitiæ: Præoccupat enim vt præeat in via iustitiæ.* *(Sapientia præit in via iustitiæ. Sap. 10. v. 10)* Porrò sapientiam præire in via iustitiæ, probatur ex eo sap. 10. v. 10. Vbi agens Salomon de Jacob, inquit: *Hæc profugium iræ fratris iustum deduxit per vias rectas*, &c. Profugium irę dixit, pro, ab ira fratris, iustum Iacob, hoc est, exulem, atque extorrem propter fratris Esau iram, qui illi infensus parabat insidias, deduxit per vias securas & tutas à calamitatibus, & prosperè ad finem deducentes, vt ei promiserat Deus Gen. 28. vers. 15. *(Ps. 72. v. 24.)* Vide Psal. 72. v. 24. *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.* Deus enim, suscipit filios suos, & deducit in voluntate sua per viam iustitiæ & virtutis.

Illustratio quinta.

58. *Interpretatio de Christo Domino. Rabanus.* RAbanus hunc locum explicat de Christo Domino dicens: *Sapientia diuina paruus sibi aptam laudat, ipsam sapientiam Dei, quam non aliam quam Christum filium Dei intelligimus. De qua Apostolus ait: Christum dico Dei virtutem & Dei sapientiam. Ipsa enim sapientia filijs suis vitam inspirat, quando discipulis suis & cæteris fidelibus, agnitionis suæ præbuit Sacramentum, & Euangelij reuelauit mysterium.* Probat ex eo Ioan. 14. *Ego sum via veritas & vita*, &c. Rabanum sequitur Dionysius, & Hugo Cardin. ait: *(Dionysius. Hugo.)* *Supra inuitauit auctor ad opera misericordiæ simplici admonitione verbi: Hic inuitat ad eadem exemplo Christi, vnde dicit: Sapientia (id est Christus Dei virtus, & Dei sapientia) filijs suis (id est, discipulis suis, vel imitatoribus suis) vitam inspirauit*, id est, *vitam spiritualem dedit*, &c. *(Christus sapientia, & virtus Dei. 1. Corint. 1. v. 24.)* Quod Christus Dominus sit sapientia, & virtus Dei probatur ex Paulo 1. Cor. 1. v. 24. Qui cum dixisset: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum*, mox vocat, *Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Dei virtutem siue potentiam dicit Christum propter Iudeos, qui signa postulabant, in quibus ostenditur potentia; Dei sapientiam propter gentiles, qui sapientiam quærebant: Tametsi vtrisque vtrumque factus est Christus & virtus & sapientia Dei, quia per Christum crucifixum virtus & sapientia Dei in electorum salute procuranda declaratur, & agnoscitur. Sic explicat D. Anselm. quem sequitur Estius. *(D. Anselm. Estius.)* Itaque Christus Dominus sapientia Patris, seu virtus Dei appellatur: *Vera enim sapientia Dei*, (inquit D. Petrus Chrysologus serm. 119.) *Christus est.* *(D. P. Chrys.)* Non solum quia filius erat Dei, & per consequens sapientia eius, vt terminus intellectionis suę, sed quia pater suam ostendit sapientiam & virtutem per Christum filium eius. *(Quarè Christus sapientia Dei nominetur. 1. Corint. 1. v. 30.)* Jdeò dicitur 1. Cor. 1. vers. 30. *Qui factus est pro nobis sapientia à Deo.* Id est, cuius merito veram sapientiam habemus à Deo auctore. D. Ambrosius. *(D. Ambros.)* *Ad confirmationem*, inquit, *credentium, Christum Dei voluntate dicit egisse, quæ egit: vt sciamus vere nos sapientiam didicisse, & sanctificatos esse, & redemptos à Deo per Christum.* D. Hieronymus explicat: *(D. Hieron.)* *Vt scilicet nos faceret sapientes.* Et statim aliam expositionem reddit: *Cum sit Christus Dei patris sapientia, tunc tamen cum quis in illum crediderit, sapientia, & Christus efficitur.*

59. *Christus sicut sapientia vitam discipulis inspirauit.* Hæc inquam diuina sapientia, qui Christus est vitam Ecclesiæ suæ, discipulis scilicet, inspirauit, cum misit de cælo Spiritum sanctum: Quia *factus est repentè de cælo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes.* Actor. 2. v. 2. *(Actor. 2. v. 2.)* Per hunc spiritum dedit discipulis Christus vitalem respirationem, qua indigebant, vt veri sapientiæ discipuli efficerentur: & sapientiam, quam per hanc respirationem vitalem, & extraxerant, & didicerant, vniuerso orbi communicarent. Quæ diuina sapientia tamquam vera mater parata manet ad omnes exquirentes se benigno aspectu suscipere. *(Christus suscepit omnes exquirentes se. Matth. 11. v. 28.)* Nam ipse Christus Dominus inuitat omnes, dicens: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onorati estis, & ego reficiam vos.* Matt. 11. v. 28. Si ipse omnes ad eos reficiendos, & recreandos, inuitat, cur non suscipiet omnes exquirentes se? Vide quæ Mattheus refert cap. 9. vers. 10. *(Matth. 9. v. 10.)* Cum suam vocationem enarrasset, ait statim: *Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi Publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.* Ecce quomodo peccatores se exquirentes suscipiebat, & cum eo recumbebant. Quod videntes Pharisæi murmurabant, & respondit Iesus. *Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus, non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* *(Christus præit in via iustitiæ.)* Suscipit eos benigno aspectu, & ipse, *præit in via iustitiæ.* Præcedit eos tamquam dux eorum, vt viam iustitiæ, & veritatis doceat. *(Exod. 32. v. 1.)* Querebantur olem Exod. 32. v. 1. & Actor. 7. vers. 40. Jsraëlitæ idololatræ, se non habere Deos, qui eos ducerent per viam, qua ambulabant, & aiebant ad Aaron: *Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Jam non reminiscebantur Deum hoc munus exercuisse, cum dicat Moyses Exod. 13. vers. 21. *(Exod. 13. v. 21.)* *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam*, &c. Sed postquam Dei sapientia Christus inspirauit vitam discipulis suis, præcedebat eos tamquam dux, & tamquam verus mundi magister, & ostendebat viam, &c. *(Marc. 10. v. 32.)* *Præcedebat* [inquit Marcus cap. 10. vers. 32. *illos Iesus.* *(Mich. 5. v. 2.)* Quia per Micheam cap. 5. vers. 2. Prænunciatus fuerat, & repetens Mattheus Prophetiam, inquit cap. 2. vers. 6. *(Christus dux futurus.)* *Et tu Bethliem terra Iuda, nequaquam minima est in principibus Iuda: Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.* Quare dux futurus, erat Christus, nisi quia præiturus erat, ducens omnes per viam *iustitiæ Dei, & ascensurus erat pandens iter ante eos.* Vt dixit idem Micheas cap. 2. vers. 13. *(Mich. 2. v. 13.)* *Viam iustitiæ.* Vocat Carensis pœnitentiam, siue bona opera. In hac via (inquit) præuenit nos Deus, comitatur, & subsequitur; præuenit enim per gratiam, vt incipiamus: Comitatur per adiutorium, ne deficiamus, sed proficiamus; subsequitur dando perseuerantiam, vt perueniamus, & coronemur: *(Deus præuenit, comitatur, & subsequitur. Matth. 10. v. 22.)* Quia *qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* Jtaque cum Christus Iesus sapientia patris vitam discipulis suis inspirasset, paratus manet ad omnes exquirentes se benignè excipiendos, & tamquam dux & magister ad eos præueniendos, vt doceat omnes viam iustitiæ, quæ eos ducat ad æternam vitam. Lege Palacium multa optimè ex hoc loco colligentem, & consequentem.

60. *Vitam pro Christo prodigere accipere vitā est. Prou. 9. v. 2.* Tandem hæc vita, quam Christus discipulis inspirat, ea esse potest, quam ipsi moriendo pro Christi nomine prodigunt & consumunt. De hac locutus est Salomon cum ait Prou. 9. vers. 2. De *sapientia: Immolauit victimas suas.* Vbi septuaginta *iugulauit filios suos.* Nam tormenta pro Christo pati haud dubium vita est ab ipso Christo inspirata. Dixit enim Paulus. 2. Tim. 4. vers. 16. *(2. Tim. 4. v. 16.)* *In prima defensione nemo mihi adfuit*, quod explicans D. Ambrosius. *(D. Ambros.)* *Præssuram*, inquit, *& tribulationes sibi illatas defensionem suam nuncupat. Passio enim Christianis vita est, & persecutio defensio.* Nam Ecclesia persecutionibus crescit. *(Ecclesia persecutionibus crescit. D. Hilarius.)* Sic dixit Diuus Hilarius. *Ecclesia dum persequitur floret, dum opprimitur crescit, dum conteritur proficit, dum læditur vincit, dum arguitur intelligit: tum denique stat cum superari videtur.* Et sic dixerimus hanc phrasim *inspirandi vitam* metaphoram continere à nutricibus, quæ dum lac puerulis sugendum tribuunt, vitam illis inspirare videntur, non ab re erit. Sic de Deo dixit Isa. cap. 66. vers. 12. *(Isa. 66. v. 12.)* *Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis: Quomodo si cui mater blandiatur, ita & ego consolabor vos.* *(Deus instar nutricis lac consolationis communicat.)* Vnde nomen *Sadai*, quod est Deus mammarum, quia ipse nutricis modo filijs suis vitam & lac consolationum perpetuo communicet, nec non lac persecutionum libenter impertiat: & lac dulcissimum Eucharistiæ demum proponat, quo particeps fiat homo vitæ Dei communicans secum corpus & sanguinem, in quibus sita est, vita quam ipse Christus, qui est sapientia patris filijs suis inspirat, cum se manducandum præbet, suscipiens libenter inquirentes se, &c.

VERS. XIII.

Et qui illam diligit diligit vitam: & qui vigilauerint ad illam complectentur placorem eius.

Sensus.

61. ET *qui*, &c. Quasi diceret si diuina sapientia ita se exhibet matrem & magistram erga omnes exquirentes se, & in via iustitiæ, tamquam dux præcedit ad perducendos in vitam æternam, quid mirum, si velit ab omnibus diligi tamquam mater, cum vita in eius acquisitione, & amore consistat, promittens afferre vitam ijs, qui illam amauerint, & qui ad illam obtinendam vigilauerint, iustitia eius complebuntur, & suauitatem dulcedinemque ipsius percipient ij, qui mane eam studiosè quæsierint, cupientes ab ea instrui, & solliciti tunc vt eam inueniant.

Notæ.

IN Græco non est illa coniunctio, &, sed absolutè incipit: *Qui illam*, &c. *Diligit vitam*, vel *amat* plenum esset, vitam longam, aut vitam iucundam. Vtramque enim præstat sapientia. Pro vita longa sumitur id Psal. 26. vers. 6. *(Psal. 29. v. 6)* *Et vita in voluntate eius.* Hebr. *vita longæua.* Pro *complectentur placorem*, est ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης, *replebuntur lætitia*, εὐφροσύνη est lætitia, hilaritas, animi voluptas, item lætitiam afferre, exhilarare. Transtulit autem vulgatus *placorem*, quod nomen non est Latinum, sed deducitur à verbo placare, significatque tranquillitatem, lætitiam, voluptatem, placiditatē, nos vocamus, *plazer* & dicimus. *Tomar plazer, o solaz, o consuelo.*

Illustratio prima.

62. ET *qui diligit illam diligit vitam.* Hoc primum hemistichium potest apprimè illustrari ex eo quod hæc vera dilectio in voluntatis diuinæ & legis obseruatione consistit, & vita, quam pollicetur, misericordia eius est. Sic dicitur Exod. 20. vers. 6. *(Exod. 20. v. 6.)* *Et faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea*, *(Vera dilectio in legis obseruatione consistit.)* id est, in multas generationes faciam misericordiam, hoc est, vitam tribuam omnibus diligentibus me, & mandata mea custodientibus. Prou. 8. vers. 17. *(Prou. 8. v. 17)* *Ego diligentes me diligo, qui mane vigilant ad me inuenient me.* Ego, id est, sapientia erga illos, qui me ardentius adamant, sic me gero quasi redamatrix, quia illis me facilem, & familiarem præbeo, & cum ait, *diligo* idem est, ac vitam tribuo, *(Diligere est vitam tribuere.)* quia si inferius in eodem cap. 8. v. 35. ait. *(Prou. 8. v. 35.)* *Qui me inuenerit inueniet vitam*, ergo cum sapientia diligit diligentes se, & inquirentes illam, eis tribuit vitam, quam concupiscunt. Et sap. 4. v. 6. *(Prou. 4. v. 6)* Inquit Salomon: *Dilige eam*, sapientiam, & *conseruabit te* vel vt LXX. *Et adhærebit tibi*, id est, vitam tibi tribuit, nam hæc conseruatio & adhæsio vitam sine dubio denotat.

Illustratio secunda.

63. *Qui vigilant ad sapientiam dulcedine sua fruitur.*

ET *qui vigilauerint*, &c. Qui mane consurrexerint ad illam comprehendendam, *complectentur placorem eius*, id est, dulcedinem, & suauitatem, quam assolet diligentibus se communicare. Cum hoc hemistichium pendo, in memoriam reuocare cogor id, quod de manna dicitur. Exod.16.v.21. *Colligebant autem manè singuli quantum sufficere poterat ad vescendum.* Duo habebat manna, primum requirebat præcurrere solis ortum ad colligendam benedictionem. Vt loquitur Salomon sap.16.v.27.28. *Vt notum esset omnibus*, inquit, *quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam.* Secundum habebat in se omnis dulcedinis suauitatem. Sic dicitur etiam, eodem c.16. v. 20. *Pro quibus Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes ostendebat: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur.* Cibus Angelorum manna dicitur, vel quia in aëtea regione ministerio Angelorum formatus est, vt dicitur Psal.77. vers.23. Et Exod. 16. vers.4. Vocantur *panes de cælo*, vt refert quoque Christus. Joan.6. vers.31. Quo significatur hanc escam è cælo demissam, in cælo, seu aëre confectam ab Angelis, vel potius ob tenuitatem, suauitatem, & exquisitum saporem, & ob locum vnde decidebat: Nam eiusmodi cibus erat, vt si corporeum aliquem cibum edituri fuissent Angeli, is certè fuisset. At qualem gustum manna referebat? Responderi potest: Mannæ gustum naturalem in similam, oleo, melleque litam referre, at supra naturam, Dei virtute factum, vt omnem pro edentium gustu, saporem contineret. Nisi quis verius existimet, vt explicat noster Castro, illa periphrasi manne suauitatem declarari, quòd dulcedo ac suauitas illius, adeò omnes cæterarum saporum ciborum superaret, vt, omnium cum esset suauissimus, vnus cum esset, pro omni sapore valeret, & omni gustui congrueret.

Sap.16.v.20

Manna cibus Angelorum.

Qualis gustus Manna.

Castro.

Ergo ait Sirach, *& qui vigilauerint ad illam*, scilicet colligendam, *complectentur placorem eius*, id est, suauitatem. Vigilare, vel manè surgere phrasis est Hebræorum, vt sit accuratissimè aliquid vestigare, sumpta ex eo, quod euenire consueuerat, vt diximus, his, qui manna de cælo defluum colligebant, quibus necessarium erat ante solis ortum præcurrere ad colligendam benedictionem, quod significat diligenter quærere. Sicut enim qui manè consurgebant manna colligebant, & suauitate eius, & dulcedine fruebantur; sic qui manè consurrexerint, id est, diligenter sapientiam vestigauerint. *Complectentur*, id est potientur, *placore eius*, hoc est, dulcedine, suauitate, & sapore, quem habet, quia dulcedo sapientiæ, quam omnibus se diligentibus propinat, omnes cibortum sapores longè superat, & superabat. cum sit suauissimus, pro omni sapore valet, sicut manna, & omni gustui congruit.

64. *Vigilare, quid.*

Manna sapor omnes sapores longè superabat.

Potest etiam hoc illustrari ex eo, quod ait Salomon. Prou.8.vers.34. *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam*, &c. Similitudo ducta aliquibus videtur ab his, qui foribus principum assident, & Regias frequentant, honores ambientes & munera. Neque enim minorem curam sapientiæ conquirendæ impendendum esse docet Salomon, quam illi in ambiendis honoribus ponunt. Iansenius metaphoram peritam voluit ab illis, qui alterius ad domum diluculo veniunt, consilij rogandi gratia, & tamdiu foribus hærent, quoad responsum acceperint. Fortasse etiam similitudo desumpta fuit ab his, qui amicarum foribus aduigilant, & liminibus affixi noctes insomnes ducunt. Sic erit beatus, *qui vigilauerint ad illam* comprehendendam, nam replebuntur eius dulcedine, & suauitate. *Se llenaran de plazer, y gozaran de solaj, y de consuelo*, Dionysius, id est, complacentiâm tranquillitatem atque dulcedinem eius gustabunt. Alij legunt *placatorē*, fortè quia qui sapientiæ sit auitatem & dulcedinem amplectuntur, fruuntur Christo placatore, *qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitias in corde suo.* Ephes.2. v.14. Sed nullo modo legendum est *placatorem*, sed *placorem.* Quia in originali est εὐφροσύνης, quod est lætitia, hilaritas, voluptas, placor, & alia similia.

65. Prou 8. v.34.

Vigilare ad fores, quid. Iansen.

Placor idem quod tranquillitas.

Ephes. 2. v.14.

Hic locus potest etiam explicari de Christo Domino sapientia Patris. Sicut explicat Holcot. aiens: Complectentur, simul & affectu placorem eius, id est, Christum, qui placauit Patrem propria passione, & nos sibi reconciliauit. Et potest probari ex eo Isa.26.v.9. *Anima mea desiderauit te in nocte: Sed & spiritu meo in præcordijs meis de manè vigilabo ad te.* Facit, enim, inquit Palacius. Vigiliam amor, si amor Christi te accenderit, excitaberis è somno, nihil aliud quam Christum, & cogitans & amans. Tunc senties placorem. Sui placidissimam esse sapientiam. Senties sapientiæ iucunditatem, & iubilationem. Est tunc anima velut *hortus irriguus: introducitur* tunc anima *in cellam vinariam, & ordinatur in ea charitas.* Demum *gustat* tunc *quam suauis est Dominus*, & incipit prælibare, qualis est æternitas, quam Deus tam magnificis verbis nobis pollicetur.

Isai.26.v.9.

Cum amor Christi accendit animam excitat eam à somno.

Psal.88.v.16. Isa.58.v.11 Cant.c.v.3. Psal.33.v.9

VERS. XIV.

Qui tenuerint illam, vitam hereditabunt: & quo introibit benedicit Deus.

Sensus.

66. *Qui diuinâ sapientiam tenuerit, ditescit.*

QVi *tenuerint illam*, &c. Cum iam egissem de amore sapientiæ, inpræsentiarum, laudo possessionem eius, ditescent enim valdè qui diuinam sapientiam in animo inditam firmiter retinuerint, nam non solum vitam hereditabunt, sed gloriam possidebunt, & illum qui sapientiam amplexatus fuerit in omnibus actibus, & conatibus suis, certo scio benedicendum à Deo, qui omnia studia fortunabit, & prosperabit, &c.

Illustra-

Illustratio prima.

Qui tenuerint illam vitam hereditabunt. Nam gloria sapientiæ præmium est. Prou.3.v.35. *Gloriam sapientes possidebunt.* Heb. *hæreditate obtinebunt.* Pro *benedicet* est εὐλογεῖ, de futuro, sed Complutenses: εὐλογεῖ, de præsenti, benedicit, sed non mutat sensum. Rursum verbum κρατεῖν significat certam cognitionem comprehensionemque sapientiæ, ac possessionem, quæ non in lingua, sed in animo consistit. Qui enim ita comprehendit hæres erit ipsius gloriæ, atque à Deo in omnibus, quæ suscipiet & aget, benedicetur, hoc est felix, ac beatus erit. Sic Rabanus ille quippe vere tenet sapientiam qui, Christi mandatis adhibet obedientiam: & quo ipsa intrauerit benedictio Dei, illuc simul comitatur, &c.

Rabanus.

Apprimè potest primum hemistichium illustrari ex eo Cant.3.vers.4. Vbi dicitur sponsam suum dilectum quæsisse, & *ait: Inueni quem diligit anima mea: Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ*, &c. Sicut enim sponsa suum sponsum, & inuenit, & ita illum retinuit, vt numquam à se abire permiserit, donec illum introduceret *in Ierusalem* cælestem, id est, gloriam, *quæ est mater nostra*, vt eam appellauit D.Paulus Galat.4. v.26. Vbi æternam gloriam hæreditare sperabat. Sic qui quæsierit sapientiam, & inuenerit, illamque arctè retineat, vt vitam gloriæ possit hæreditare, quia *qui tenuerit illam, vitam hæreditabit*, id est *gloriam.* Hic modus dicendi colludere videtur cum eo, quod dixit Salomon. Prou.4.v.8. Agens de sapientia: *Arripe illam, & exaltabit te: Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* Quid est *arripe* nisi fortiter *retinere*? Quid *exaltari*, nisi vitam hereditari? insuper. *Tenere* sapientiam, idem est, ac *amplexari*; & *gloriam hereditari*, idem quod ab ea *glorificari.* Qui enim tenuerit, & amplexatus fuerit sapientiam, & eam arctissimè retinuerit, vitam gloriæ hæreditabit, ipsa namque amatores suos exaltat, & glorificat, & ait: *Qui me inuenerit inueniet vitam.* Prou.8. Quia *qui ea fuerit potitus gloriam consequetur*, vt Tygur. legit. Potest confirmari ex eo Prou. 5. v.35. *Gloriam sapientes possidebunt.* Si de Christo Domino sapientia patris hanc sententiam velis intelligere, facilis est sensus, nam qui Christum per gratiam in se retinuerit, vitam hæreditabit, non solum vitam gratiæ, & vitam gloriæ, sed ipsum Christum, qui est *vita*, & cum animum occupat, omni benedictione cælesti illum cumulat.

Cant.3.v.4

Gloria sapientiæ premium, &c.

Vita pro gloria.

Prou.4.v.8

Sapientia amatores suos exaltat.

Illustratio secunda.

67. *Possessor sapientiæ benedicetur à Deo*

ET *quo introibit benedicet Deus.* Tygur. *& quocumque introierit accedat fauor Domini.* Hoc significat illum, qui sapientiam retinuerit à Deo benedicendum, qui omnia studia sua fortunabit, & prosperabit. Sic argumentum Holcot: Quocumque intrat sapientia, ibi dat benedictionem, sicut Episcopus in sua diœcesi: Sed intrat ad eos, qui tenuerint eam? igitur tenentibus eam dat benedictionem vitæ æternæ. Sicque (inquit Rabanus) eum qui per eiusdem & dilectionem cælestis regni aditum quærit, benedictione æterna ditabit. Vide Joan.10. v.9. Hæc

Holcot.

Rabanus.

est benedictio, quam Psaltes iusto impertiit Psal.1.v.3. Cum ait: *Et omnia quæcumque faciet prosperabuntur.* B. Theodor, *Sciens*, inquit, *nihil contrarium diuinis legibus huiusmodi hominem facere velle, sed suam ipsius voluntatem ijsdem accommodare.* Chaldæus legit: *& omne germen eius, quod germinat granescat, & proficit.* Quare aliqui hanc prosperitatem ad lignum referunt sed melius de iusto intelligitur, fortè sumpta ab arbore, quæ prosperatur, metaphora. Sicut folia & fructus, nec non surculi, qui conualescere queant, si plantentur, & in arbores euadere, quod mysticè verum est de iusti discipulis, qui proficiunt, & eam dem posteris quoque vtilitatem afferant. Et quamuis aliqui de Christo interpretentur hunc locum; attamen, sufficit prosperitas spectata in omnibus operibus, ac rebus iusti, à Dei lege & voluntate per se non discordantibus, sed ad illam tamquam ad finem relatis. *Iusto* enim *omnia cooperantur in bonum*, Rom.8. vers.28. Et vt ait Salomon. Prou.12. vers.21. *Non contristabit iustum quidquid ei acciderit.*

Psal.1.v.3. Theodoret

Sicut arbor prosperatur, sic iustus.

Iusto omnia cooperantur in bonum. Rom.8. v.28.

68. Deut.28. v.5.

Itaque omnes conatus iusti prosperantur, & cooperantur in bonum, quia cum diuina sapientia animum suum ingreditur, Dominus benedicit: *Le echa Dios mil beneficiones.* Jdeò Deut. 28. v.5. Dicitur: *Benedictus eris tu ingrediens & egrediens, emittit Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum*, &c. q. d. Ingressus tuus in locum aliquem æquè ac egressus erit felix & forunatus, quia te per omnia dirigit Deus, ita videmus viros sanctos à Deo in omnibus dirigi, omnesque eorum actus felices habere exitus, quia *omnia quæcumque facient prosperabuntur.* Sic ait Sirach & *quo introibit* (sapientia) *benedicet Deus.* Id est, Dominus faciet actus suos prosperari, & anima opera eius fortunabit. Similem effectum afferebat benedictio Apostolorum, cum pacem precabantur domibus. In sacra Pagina eamdem significationem habent pax, & benedictio vt dicitur Deut.29. v.19. *Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens: Pax erit mihi est*, &c. Sicut enim pax bonorum abundantiam significat, ita & benedictio. Ergo ait Christus Dominus Matt.10.vers.13. Ad discipulos: *Intrantes autem in domum, salutate eam dicentes: Pax huic Domui, & siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam*, &c. q.d. Domum, in quam intraueritis salutate, & benedicite, id est pacis benedictionem precamini, meretur enim hanc benedictionem, quia vos libenter susciptunt; & sic quo intrabitis Deus benedicet, id est, pacem, quam deprecamini domui, donabit Dominus. D. Ioan. Chrysostom. super hunc locum. tom.2.hom.33. ait: *Volens autem ostendere non esse salutationem hanc nudam, atque inanem, sed benedictionis vires retineret.* Theophil. etiam per salutationem & pacem, benedictionem intellexit Apostolorum. Ergo sicut Dominus benedicebat domum, quò Apostoli ingrediebantur, quia per eos sapientia diuina, id est Dei, & Iesu Christi cognitio in illa domo habitantibus communicabatur. Sic ait Sirach de sapientia: *Et quo introibit benedicet Deus.* Nam cum diuina sapientia cognitionem Dei, & amorem ingerat in cordibus tamquam cibum animæ, cognitio que & amor Deum propitium reddat; inde est quod ipse Deus locum, quo sapientia intrat, larga benedictione hoc est, bonorum abundantia, tamquam munerib⁹

Actus iustorum felices habens exitus.

Pax, & benedictio idem. Deut.29. v.19.

Matth.10. v.13.

Benedictio Apostolorum vt actus non erat. D.Chrysost

Quo intr at sapientia benedicit Deus

ribus amplissimis ornet. hoc significat quod legit Tygur. *Accedet fauor Domini.* Fauor enim Domini munus est amplissimum suæ benedictionis, quo ornat eum, cui fauet, &c. Palacius explicat: Allusit ad historiam Obededom. 2. Reg. 6. in cuius domum arca Dei introiuit. Ac ideò & hominem, & eius familiam Dominus benedixit. Quantò igitur vehementius Dominus benedicet animam, in quam diuina sapientia introibit? si curiosus desideras nosse, quomodo benedicit Deus animæ, in quam introijt sapientia, lege Psal. 127. Vbi dicitur: *Ecce sic benedicetur homo*, &c. Modo Psalmi illius benedictiones spiritu, non

Domum o-bedenom Dominus benedixit. Palacius.

carne intelligas. Tandem Glossa (inquit Holcot) explicat: Benedicet Deus eum. 5. Qui per eius fidem & delectionem, aditum cælestem quærit, æterna benedictione hereditabit Deum. Vnde Ioan. 10. v. 9. *Ego sum ostium: per me si quis introierit saluabitur.* Et quod ille ingressus sit facilis & sine mora docet Apoc. 3. v. 20. *Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam introibo ad illum.* Igitur quicumque audit doctrinam fidei, & aperit ianuam cordis ad amorem Dei, statim Deus intrat ad eum: & per consequens dat sibi benedictionem. Ideò *beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

Holcot. Ioa. 10. v. 9. Apoc. 3. v. 20.

VERS. XV.

Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto, & eos qui diligunt illam diligit Deus.

Sensus.

Leu. 11. v. 28

QVi seruiunt, &c. q. d. Qui seruituti sapientiæ se addicunt. Jtaque colunt ea veneratione, & cultu, quo res sacras venerantur, erunt velut sacrorum ministri, & Dei sacerdotes, qui ministerium sacrum, ac publicum in sanctuario exercent, & Deo sacrificant, & sicut diliguntur sacerdotes à Deo, sic sacræ sapientiæ cultores, & ministrantes ab ipso Deo in delicijs sunt: Quia amor præmium est, & merces amoris, sic diligit Deus eos, qui sapientiam suam amore afficiunt, ita apud nostrates dicitur. *Amor con amor se paga.*

Notæ.

QVi seruiunt ei, &c. In Græco est οἱ λατρεύοντες αὐτῇ à verbo λατρεύω, quod est seruio, famulor, & hoc deriuatur à λατρίς, quod est seruus, famulus, & aliquando mercenarius. λατρεύω significat etiam seruiliter colere, & apud Ecclesiasticos scriptores accipitur pro religiosè colere, vt apud Damascenum, & passim in nouo testamento. Vnde λατρεύοντες vocantur cultores Dei, in Epist. ad Hebræos. Rursus pro *sancto*, est ἁγίῳ, à verbo ἅγιος, quod est sanctus, purus, venerandus. inde est ἅγια ἁγίων sancta Sanctorum, locus templi sanctissimus. Apud LXX. significat etiam Deum, qui essentialiter sanctus est, alij deducunt ab ἀ. priuatiua particula, & γῆ, quasi à

Heb. 7. v. 26 terrenis rebus segregatus, quod nomen tribuit Christo Domino Paulus cum Heb. 7. v. 26. Vocauit eum, *segregatum à peccatoribus.* Itaque *sancto.* Potest dici de Deo לקדוש vel *sancto*. Id est, קלודש qui locus erat in templo, in quo sacerdotes rem diuinam faciebant. Priori sententiæ obstat, quod in Græco fonte est ἁγίῳ, vt diximus, nam Deus sanctus communiter ἅγιος vocatur cum articulo, putatur autem auus cum hæc scriberet respexisse ad locum, qui est Isa. 61. v. 6. *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri*, &c.

Isai. 61. v. 6. *Explicatio de Christo Domino.* Glossa. Lyra. Dionysius.

Tandem si de Christo Domino sapientia Patris hunc locum intelligere velimus, haud difficilis sensus est. Sic enim interpretantur Glossa, Hugo. Lyra. Dionysius. q. d. Quicumque se in obsequium Christi tradiderint, obsequentes erunt Deo, qui sanctus dicitur, secundum id Leuit. 19. v. 2. *Sancti estote, quia ego sanctus sum*, &c. Et quicumque Christum amauerit, diligetur à Deo parente suo, iuxta id Ioan. 16. v. 27. *Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis.* Sed sanè hic loquitur Sirach de obsequio diuinæ sapientiæ in generali, &c. Ioa. 16. v. 27

Illustratio prima.

QVi seruiunt ei obsequentes erunt sancto. Hoc vult significare ex studio, cultu, & obseruantia sapientiæ, cum fructum percipi, vt Deus colatur & honoretur. Is enim præcipuus est finis studij, ac cognitionis, quæ à sapientia comparatur. Cum vocat Sirach *obsequentes*, id est, ministros Dei, & veluti sacerdotes ministrantes in sanctuario, eorum apud Deum excellentiam ostendit. Vt Isa. 61. v. 6. Sicut in notis diximus, ad quem allusit Jesus. Ait enim: *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri: Dicitur vobis*, &c. Quia apud LXX. Pro *ministris* legitur λειτουργοί. q. d. Vos autem eritis apud homines eo loco, quo sacerdotes apud Hebræos, & ea in gratia apud Deum, quam habent, qui cum principe familiariter versantur. Quos cum alij compellauerint dicent: ô ministri Dei Jsraël, &c. Sicut enim qui apud principem familiariter versatur, apud alios in veneratione est, sic qui sapientiæ inseruit, ante Deum, qui in sancto, id est, in sanctuario colitur, obsequens est, hoc est, veluti minister, qui cum Deo versatur, apud alios enim eo loco, quo sacerdotes, habetur, & ea in gratia est, quam habet, qui principibus inseruit, & cum illis familiariter versatur. Itaque hanc excellentiam adipiscuntur, qui diuinæ sapientiæ seruituti se addicunt, vt obsequentes sint, id est, sint veluti sacerdotes Dei, vel ministri, qui sanctuario seruiunt. Et quemadmodum sacerdotes sumuntur pro illis, qui, & ipsi magni sunt, quibusque alij operam, victum, & obsequium præstant, sicut Hebræi Leuitico sacerdoti, aut qui præcipuo sunt loco apud regem, & illi valdè familiares, quos Hispani vocant, *de la camara*, vel *de la llaue dorada.* Sic qui addicuntur seruituti sapientiæ. *Obsequentes sunt sancto*, id est, veluti sacerdotes, vel ministri, sunt enim Dei familiares, & vocare possumus eos, de *la llaue dorada.* Aut *de la camara*, fa-

70. *Obsequentes vocantur ministri Dei.* Isai. 61. v. 6. *Qui ante Deum versatur apud homines colitur.* *Qui colunt sapientiam sunt veluti sacerdotes.*

familiariter enim veluti sacerdotes cum Deo versantur. Ideò Complut. vertunt: *Qui colunt eam* (sapientiam) eo cultu & veneratione, qua Deum sacerdotes venerantur, *ministrabunt sancto.* Id est, erunt veluti ministri Dei, qui sanctus est, seu sancti, id est, sanctuarij, vt sunt sacerdotes, qui Liturgiam, id est, sacrificium Deo offerunt, cum ministerium circa cultum Dei obeunt. Sic S. Cyrill. in cap. 4. Ose. vers. 8. Pulchrè docet sacerdotes debere se orando & sanctè viuendo hostiam Deo pro peccatis populi offerre: *Talis enim*, ait, *potest populum, qui in offensam Dei incurrit, legemque Dei violauit, in gradum pristinum restituere.* Et quia hi Dei familiares sunt & amici, ideò subtexuit quæ sequuntur.

Sacerdotes familiariter cum Deo versantur.

Palacius tandem Τὸ *sancto.* Intelligit sanctitati, nemo, inquit, putet se diligere sapientiam, aut ei inseruire, si sanctitati non obsequatur, vt enim iuxta Paulum. 2. Timot. 2. v. 29. *Discedat ab iniquitate, qui nominat nomen Domini.* Ita recedat ab iniquitate qui seruit sapientiæ, cur ita? Quia sapientia sanctitas est. Igitur, vt qui se totum tradit sapientiæ, credere debet, se tradidisse sanctitati. Ita qui partem sui dedit iniquitati, credat se totum sapientiæ abstulisse, &c. Demum Holcot. explicat Τὸ *sancto* de Deo Patre. Qui apud Iudęos vocabatur Sanctus sanctorum Leuit. 19. v. 2. *Estote sancti, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Ex isto dicto notat auctor, quod Pater, & filius sunt eiusdem substantiæ singularis. Sicut & Christus postea dixit Joa. 10. v. 30. *Ego & Pater vnum sumus*, & sic seruitus eorum vna est. Et ideò *qui non honorificat filium, non honorificabit Patrem.* Joan. 5. v. 23.

Palacij explicatio. 2. Timot. 2. v. 29. Holcot. Leu. 19. v. 2 Ioa. 10. v. 30 Ioan. 5. v. 23

Illustratio secunda.

71. ET eos, qui diligunt illam, diligit Deus. Ita gratum se Deus exhibet erga eos, qui diuinam sapientiam colunt, vt non solum obsequentes, id est, familiares & amicos efficiat, sed etiam eos ardenti amore prosequatur. Ipsa namque sapientia dixerat Prou. 8. vers. 17. *Ego diligentes me diligo.* q. d. Diligentibus me parem rependo gratiam, cum erga illos, qui me ardentius amant, sic me geram, quasi redamatrix, quia illis me facilem, & familiarem præbeo. Cum ergo Deus, ita sapientiam diligat, vt sit veluti filia ex visceribus suis prognata, nullus hanc sapientiam diligit, qui à Deo tamquam parente sapientiæ non diligatur. Hanc redamationem insinuat id quod dixit Christus Dominus Ioan. 16. vers. 27. *Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis.* Sic inquit Sirach: *Et eos qui diligunt illam* [id est sapientiam] *diligit Deus.* Hoc confirmatur ex eo, quod ipse Christus etiam dixit Ioan. 14. vers. 21. *Qui diligit me diligetur à Patre meo.* Ratio huius dilectionis Dei erga amatores sapientiæ potest esse, quia cum Deus ita sit adstrictus amore sapientiæ vt ipsam infinitè diligat, inde est, quod cum homo sapientiam amat, ita se Deum gratum exhibet, non possit eum non diligere, tamquam amatorem illius sapientiæ, quam ipse tanto amore prosequitur. Dictum est enim sap. 7. vers. 28. *Neminē enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat.* Ait ergo neminē diligi à Deo nisi studiosum sapientiæ, & omnes, qui cum ea habent consuetudinem, eo ipso diligi à Deo eiusque amicos esse. Palacius intelligens pro sapientia Christum hic, inquit: At necessario Deus Pater diliget eum, qui eius filium vnicissimè dilexerit. Ergo si Christianus nihil aliud nisi Christum in memoria gerat, non ideò Pater velut Christi gloriæ inuidus, Christianum odio prosequitur, sed contra velut eius gloriæ cupidus, diligit eum, qui Christum ardentius amat, &c. Jmitatur Rabanum, qui dixit: Quoniam qui diligunt Deum, qui genuit, diligit eum, qui natus est ex eo, quem vtique diligit Pater, simul diligit & filius. Sicut in Euangelio dicitur: *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* Ioan. 14. v. 21. Sed quia probatio dilectionis exhibitio est operis sequitur.

Prou. 8. v. 17. *Diligentes sapientiam ab ea diligitur.* Ioan. 16. v. 27. *Qui diligit Christum diligetur à Deo.* Ioa. 14. v. 21 Sap. 7. v. 28. Palacius. *Christus sapientia Patris.*

VERS. XVI.

Qui audit illam, iudicabit gentes: Et qui intuetur illam permanebit confidens.

Sensus.

72. QVi audit, &c. q. d. Cum magna sit excellentia amatorum sapientiæ, non solum eius seruituti addicti erunt veluti sacerdotes Dei, & sacrorum ministri, sed etiam reges, quare qui non solum seruierit sapientiæ, sed etiam libenter auscultauerit, & tamquam seruus paruerit, ad tam supremum excellentiæ gradum extolletur, vt regis instar gentes iudicabit, & qui oculos, & animum attenderit ad illam appropinquans, tranquillitate, & securitate fruetur, nullus enim timorem sibi incutiet, cum habitare possit confidenter, &c.

Notæ.

QVi audit illam, &c. In Græco ἐπακούων est, pro qui legitur in Aldo. & Basil. ὑπακούων, leue hoc fateor, sed curiositas etiam ad leuia gradum sistit, & omnia perscrutatur. *Iudicabit*, idem est. Quod reget. *Et qui intuetur illam*, ὁ προσέλθων αὐτῇ. Alij, *qui accesserit ad eā* Complut. ὁ προσέχων αὐτῇ, *qui attendit ei.* Hoc verbum *intueri*, est oculos & animum intentos in illam habere. Nos diceremus: *Tener puesta la mira en darle contento.* aut, *no atender a otra cosa sino a ver que ordina y manda.* προσέχων est à verbo προσέχω, quod significat adhibere animū, vel mente aduertere, vel adijcere, vel attendere animum, vel attentum esse ad rem aliquam, significat etiam auscultare, & obtemperare vt Actor. 8. & ponitur etiam pro spē, vel fiduciam in aliquo collocare vel obseruare aliquem more eorum, qui fiduciam in eo collocant, & certè qui fiduciam in aliquo collocant, animum solent aduertere ad ea, quæ ab illo dicuntur, sicut, & ij, qui obsequentes esse volunt. Tandem: *permanebit confidens* Vatab. *Securè habitabit*: Id est in summa securitate & fiducia vitam deget. Duplicem hic sapientiæ fructum pollicetur,

Iansenius.

cetur, vt Iansen. explicat, gubernationem populorum, & securitatem vitæ: Quorum vtrumque in hac vita & multo magis in futura suis confert sapientia, nam & in hac vita per sapientiam fiunt idonei, qui populis regendis præficiantur in politia, seculari, atque Ecclesiastica: & per eamdem in futura impletur in eis id sap.3.vers.8. *Iudicabit*, &c.

Illustratio prima.

73. Sapientiæ auscultator gentes iudicabit. Prou.8.v.15

QVi audit illam, &c.* Hanc consequenter excellentiam auscultator sapientiæ, quod iudicet gentes in præsenti, & in futura vita. Ipsa enim sapientia dixit Prou.8.v.15. *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.* Cum omne consilium ad sapientiam pertineat, inde probatur, reges per ipsam regnare, nimirum iustè, ac rectè. Nihil enim æquè necessarium est regibus ad rectam, iustamque reipub. administrationem, atque consilio vti, & probos consiliarios ad res suscipiendas adhibere, vt nihil temerè, & inconsultè fiat. Itaque per sapientiam reges regnant, & iudices iusta decernunt. q.d. reges, qui sapientiæ seruituti addicuntur, & tamquam consiliarij eius, consilia audiunt, eam consulunt tamquam scientiæ, & prudentiæ magistram, & simul ab ipsa potestatem sibi mendicant gubernandi, & iudicandi rempub. reges enim per sapientiam regnant, &c. Ideò dixit Lucianus de Astrologia: *Porrò Atreo, & Thyeste de regno paterno decertantibus, iam tum maximam Astrologiæ, celestisque doctrinæ curam fuisse Græcis palam est. At publico consensu statuerunt Argiui vt vter scientia præcelleret, is imperio potiretur.*

Per sapientiam reges regnant. — Lucianus.

74. Qui sapientiam non audit regni moderationē non meretur.

Ergo cum ait Sirach. Eum, qui sapientiam auscultat, gentes iudicaturum, ostendit ipsam sapientiam potestatem habere reges creandi, qui gentes regant, & iudicent. Rex enim qui sapientiam non audit regni moderationem non meretur, & iudex, qui ipsam non auscultat, & ei obtemperat, iudicis nomine indignus iudicatur. Ideò Salomon. Vicem Reipub. vehementer dolet, cuius rex insipiens est Eccles.10.v.16. *Væ tibi terra, cuius rex puer est.* Innata enim puerorum proprietas est inscitia, imprudentia, stultitia, præsertim non ita doctos, & prudentes consulit magistratus, quare deplorat reipub. miserum statum, cum regem puerum, id est, stultum, imprudentem, inscium sortitur gubernatorem. Sicut è contra celebrat felicitatem reipub. quæ sortita est regem nobilem. *Beata terra, cuius rex nobilis est.* Nobilem appellat, qui à parentibus vel à magistratibus optimè est institutus, qui sapientia, & prudentia est decoratus, & audit sapientiam, & illi obtemperat, hoc est, audit sapientes, & prudentes, & eorum consilia in reipub. administratione exequitur. Ideò Salomon adhuc puer a Deo diuinam postulauit sapientiam ad gentes iudicandas: Dabis, inquit, *ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare posit: Quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hunc multum.* 3.Reg.3.v.9. Ecce Salomon adhuc iuuenis, qui postulauit sapientiam ad iudicandum, & quia illam audiuit, & ei paruit, repletus est sapientia, & iudicauit gentes. Nota illud *docile*, quia in originali est, *audiens, & obediens*. Ideò vulgatus vertit. *Qui audit illam*, & Tygur. *qui paret ei erit iudex gentium*, & quia Salomon postulauit *cor audiens: & cor obediens*, quo sapientiam auscultaret, & ei pareret, Regis nomen, & iudicis gentium munus iure obtinere meruit. Ipse enim cum sapientiam cœpit postulare hac excitata cogitatione efferebatur Sap.8.vers.10. *Habebo*, inquit, *propter hanc* (sapientiam) *claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis, & acutus inueniar in iudicio*, &c. Adipiscar propter eam gloriam in vulgus. Quam autem celebre fuerit nomen Salomonis propter eius sapientiam, satis ostenditur 3.Reg.4.v.29. Et acumen illius in controuersijs etiam occultissimis diiudicandis declarat illa sententia 3.Reg.3.v.28. De infante dissecando, vt detegeret, quæ illius esset mater. Eique illum restituit. *Audiuit itaque omnis Israël iudicium, quod iudicasset rex, & timuerunt regem videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.* Meruit ergo *iudicare gentes*. Quia *audiuit sapientiam, & paruit ei*, habebat enim cor *audiens*, & obediens diuinæ sapientiæ. Tandem inquit ipse Salomon Prou.1.vers.5.6. *Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.* Id est, ille, qui sapientiam audierit implebitur sapientia, & intelligentia ad iudicandas gentes, optimè iudicis, seu regis munere fungi poterit.

Eccles.10. v.16. — Beata terra, cuius rex sapientia est decoratus. — 3.Reg.3.v.9 — Salomon adhuc iuuenis postulauit sapientiā ad iudicandum. — Sap.8.v.10. — Nomen Salomonis celebre propter sapientiam. — 3.Reg.3. v.28.

75. Sapientiæ auditor iudicabit in vita futura. Sap.3.v.8.

Præterea, qui *sapientiam audierit, & paruerit*, non solum gentes iudicabit in vita præsenti, sed etiam in futura, vt notauit Salomon sap.3.v.8. *Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.* In Græco *iudicabunt gentes*. Si ageremus de officio iudicandi propriè, pro excercere iudicium absoluendo & damnãdo ex potestate, & auctoritate iudiciaria, quemadmodum Christus Dominus constitutus est iudex viuorum & mortuorum, non conueniret iustis, quod ait Salomon. Sed altero modo accipitur impropriè iudicare pro redarguere alterum, aut verbo, aut potius exemplo. Nam iustus redarguendo vitam impij illam damnat; & suo exemplo, etiam lingua tacente, verius redarguit & condemnat, dum suis moribus collatis cum moribus impij, omnes impium reprehendunt, & damnant, dignumque iudicant supplicio: Sic dicitur Jerem.2.v.12. *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris*, &c. Vide etiam cap.4.v.16. & Ioan.12.v.48. Luc.11.v.19. & 31. Hoc namque modo iusti in die iudicij iudicabunt gentes sua virtute & constantia, quod, vt illi noluerunt sectari iustitiam per quam beatam fœlicitatem consequerentur, & imperium in populos tamquam reges. Hi enim sunt, qui in hac vita sapientiam diuinam audierunt, & obtemperârunt, ideoque in futura iudicabunt gentes. Sicut de Apostolis dixit diuinus præceptor Matth.19.vers.28. *Vos qui secuti estis me* (id est, audistis, & obtemperastis tamquam Domino ac magistro) *in generatione* (in die iudicij) *cum sederit filius hominis, in sede maiestatis suæ* (cum venerit gentes iudicare) *sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël*, non solum virtute & constantia, sicut cæteri iusti, sed tamquam assessores Regis Christi cuius officium est assidere præsidi ad simul iudicandum, &c. Sic ait Sirach. *Iudicabit gentes* in sæculo futuro, vide 1.Cor.2.v.15. *Spiritualis autem iudicat omnia*, &c.

Iustus redarguit vitā impij, & damnat. — Ier.2.v.12 — Iusti quomodo iudicabūt in iudicio. — Matth.19. v.28. — Apostoli assessores Christi iudicij.

Illu-

Illustratio secunda.

76. Qui intuetur sapientiā habitabit confidenter.

ET *qui intuetur illam, permanebit confidens*, propriè: *Qui attendit ei*, vel *accesserit ad eam*. q.d. Et ille, qui intuetur sapientiam, id est, mentem adhibuerit, vel attenderit animum, vel attentus fuerit ad voluntatem eius exequendam, & iussis obtemperare curauerit, obsequens ei vt obsequitur, quia in ea spem, & fiduciam suam collocatam haberet. *Habitabit confidenter, vel securè*, nos dicemus, *dormira sin cuidado, ninguna cosa lo inquietara, ni le dara pena*. Sic dicitur Deut.33.v.12. Cum Moyses Beniamin benedicit: *Et Beniamin* ait: *Amantissimus Domino habitabit confidenter in eo*. Vocatur amantissimus quia in eius sorte templum fuit ædificatum, quare ait, *habitabit confidenter in eo*, Deo, suo scilicet. q.d. Beniamin in sua sorte habitabit sine timore, quia habebit Deum secum in templo, & habitaculo suo, in eoque securè conquiescet, & quasi habitabit. Pari modo dicimus de eo, qui attendit animum ad sapientiam, *permanebit*, vel *habitabit confidenter*, quia habet diuinam sapientiam secū, cui obtemperat, & auscultat. Hic modus habitandi confidenter repetitur Deut.33.v.28. 1.Reg.12.v.11. Et alibi. Et quia sapientia confortat, & parit fiduciam, ideò ait Salomon Prou.28.v.1. *Iustus autem* (ad distinctionem impij, qui timet, & fugit) *quasi leo confidens absque terrore erit*. Habet enim secum diuinam sapientiam, qui ita timorem fugat in eo, qui eam intuetur, vt possit absque terrore confidens habitare. Quid certius.

Deut.33. v.12. — Beniamin habitaturus erat sine timore, quia Deum habiturus erat in templo. — Sapientia confortat, & parit fiduciā. — Prou.28. v.1.

Palacius: Cui sapientia ex suo speciali fauore præsentiam sua in specie visibili contuendam exhibuerit, is permanet rebus inferioribus maior. Permanet confidens, quod nihil eum ab ea sapientiæ charitate separabit. Permanet confidens, quod qui tantum gratiæ donum ei præstitit, reliqua minimè sit negaturus vt Anna. 1.Reg.1.v.18. *Vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati.* Vide nostrum Mendosa super hunc locum.

Palacij expositio. — 1.Reg.1. v.18.

VERS. XVII.

Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illius.

Sensus.

77. SI *crediderit*, &c. q.d. Si spem & fiduciam in sapientia collocauerit, & in ea confisus fuerit [*si della si fiare*] & se fidum exhibuerit, & firmiter, atque constanter ei adhæserit. Talis enim hæreditabit illam, quia ipsa numquam illum deseret; & post hanc vitam perpetuo possidebitur ab eo, & in possessione, vel detentione sapientiæ, liberi eorum, qui adhærent sapientiæ, possessionem eius retinebunt, erunt horum filij vel carnales, vel spirituales, quos ipsi genuerunt, in confirmatione, quia confirmabuntur, & stabilientur in terra, &c.

Notæ.

PRo *si crediderit*. Est in Græco ἐὰν ἐμπιστεύσῃ *si crediderit*. à verbo ἐμπιστεύω, vel ἐπιστεύομαι, quod creditum habeo, fiduciam adhibeo, vel fido, vel fidem & spem colloco, vt secundum LXX. dicitur 2.Paral.20.v.20. *Credite in Domino Deo vestro*. Id est, spem & fiduciam vestram in Domino Deo vestro collocate. In secundo membro est in Græco καὶ ἐν κατασχέσει ἔσονται αἱ γενεαὶ αὐτῆς, id est, *in possessione erunt generationes illius, vel in detentione sapientiæ*, vocat generationes, vel creaturas, filios sapientiæ. Pro hæreditabit, est in Græco κατακληρονομήσεις αὐτήν *hæres eius eris, vel hæreditabit*. Verbum enim κληρονομέω, quod est hæreditatem adire, seu hæredem fieri, vel esse, vel hæreditare, potest etiam hunc sensum efficere, sapientiam consequeris tamquam hæres, &c.

2.Paral.20. v.20.

Illustratio prima.

78. SI *crediderit ei, hæreditabit illam*. Id est, si piè credideris sapientiæ eris eius hæres. Vera enim & constans fides hereditatem sapientiæ ita obtinet, vt eiusdem hæredes, ac successores posteros relinquat. Palacius vbi te ipsam adeò obedientem videt cum te mori continget, eius heres eris. Illud *credere*, vel spem collocare in sapientia, ipsam sapientiam adstringit & obligat ad curam habendam eius, qui spem & fiduciam in ea reponit. Cum autem sapientia se magnifaciat in reddenda gratia ei, qui sibi credit & confidit [*se precia de ser agradecida a quien della fia*] ideò hæredem illum constituit, qui ei credit. Simile videtur illud quod narratur 3.Reg.1. Vbi dicitur Bethsabee. Matrem Salomonis credidisse regi Dauid, filium suum Regem futurum. Et sic factum est Salomonem iussis parentis sui vnctum fuisse in Regem, & hæredem constitutum, vt videtur c.1. v.30. *Iurauit rex, & ait viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iuraui tibi, per Dominum Deum Israël dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum post me, sic faciam hodie.* Sic qui sapientiæ credit hæres eius efficitur, vt inquit Sirach.

Qui sapientiæ credit hæres eius fit Palacius. — 3.Reg.1. — 3.Reg.1. v.30

79. Fructus iusti timentis Deum.

Et erunt in confirmatione creaturæ illius. Vocat creaturas filios, vel posteros, quo significatur etiam, liberos eorum, qui sapientiæ adhærent, possessionem sapientiæ retenturos, qui dicuntur fore in confirmatione, quia confirmabuntur, & stabilientur in terra iuxta id Psal.111.v.2. *Potens in terra erit semen eius: Generatio rectorum benedicetur.* Hic est fructus viri timentis Dominum, in quo adest sapientia diuina, Genebrard. Rectè beant suum sæculum, nec tantum sibi, sed alijs fœlicitatem afferunt, filijs nempe suis. Proborum progenies prosperabitur & fœlix erit, beneficentiam Dei experientur, & sentient, eorum gratia atque merito, possessione, quam iusti à Domino acceperunt, filij sui potientur, & confirmabuntur, & stabilientur in terra. Simile huic videtur id Psal.36.vers.25. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.* Potitur iustus possessione sapientiæ, & semen eius, id est, progenies, vel posteri eâdem potiuntur, quia filij confirmantur in eâdem possessione,

Psal.111.v.2 — Genebrard. — Iustorum progenies prosperabitur. — Ps.36.v.25.

Iustus potitur possessione sapientiæ & filij ea potientur. Palacius.

possessione, quam patres iusti obtinuerunt, eorum merito, & gratia, quid præstantius? Porrò idem vates regius dixit Psal.24.v.12. *Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hereditabit terram.* Tandem Palacius arbitratur à viro Theologo explicandum, vt anima rationalis in corpore: Ita gratia, & virtutes non gignuntur, sed creantur in anima. Vt enim nulla potentia naturæ, inducere potest animam in corpus; ita nec gratiam & virtutes infusas in anima. Ergo gratia, & virtutes infusæ sunt creaturæ piorum. Hæ creaturæ in igne tentationis non comburuntur, quia non sunt fœnum, quin potius confirmantur, quia sunt argentum, & aurum, &c. Holcot. aliter explicat ait enim. Et hic vocantur creaturæ illorum opera procedentia ex gratia & charitate, quæ immediatè creantur à Deo. Et ideò talia opera attribuuntur Deo tamquam principali auctori. Et ad istum intellectum dicitur Phil.2. *Deus est, qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate.* Et est modus loquendi, sicut loquitur Papa quando creat Cardinalem vocando eum creaturam suam. Et talia opera illorum, scil. qui seruiunt sapientiæ, diligendo, obediendo, & credendo, erunt in confirmatione, scil. in perseueranti statu firmata, & in Dei amore perfecta.

VERS. XVIII.

Quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum.

Sensus.

80. Quoniam in tentatione, &c. q. d. Dixeram illum, qui sapientiæ credidisset, & spem suam in ea collocasset, ipsam sapientiam hæreditaturum; nunc de eodem, affirmo illi sociam futuram in tentationibus, & electuram inter primos. Quia sic imprimis agit cum eo, vt illius per multas tribulationes constantiam probet, tentet, exploret, & in principio eligit eum; hoc est, delectum eius facit, probat & disquirit, neque temerè eum mox suscipit, [nos diceremus: *No dexa vn punto, al justo de su mano la sabiduria, siempre le acompaña en sus conflictos, y lo viene a poner entre sus escogidos*, &c.

Illustratio prima.

Duæ via sunt per quas suos ducit sapientia. Iansen.

Quoniam in tentatione ambulat cum eo. Duplicem viam rationemque proponit Ecclesiasticus qua sapientia suos erudiens progreditur, vt Iansen. explicat, vnam obliquam, & indirectam, atque asperam, qua suos per multas ducit afflictiones, multisque molestijs afficit: Ea via est πειραστικὴ, tentandi ac probandi causa instituta, vt discipuli sapientiæ se cognoscant. Altera est recta & plana, expeditaque, in qua hominem iam probatum exploratumque omnibus beneficijs & solatijs afficit, suamque ei faciem benignam, & hilarem ostendit. Ergo diuina sapientia dirigit iustum credentem ei, in tribulationibus, & vndique adest ei, non quod Deus incommutabilis moueatur, aut variet locum, qui immobilis consistit, sed, vt explicat Dionys. per suum effectum dicitur transire cum homine. Hoc duplici exemplo potest apprimè illustrari, Jacobi, & Josephi. De primo inquit Salomon sap.10.vers.10. Agens de diuina sapientia: *Hæc* (sapientia) *profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei: Honestauit illum in laboribus, & cōpleuit labores illius.* In his versibus affertur exemplum Jacob, qui vir insigni religione, iratum fugiens Esau fratem Gen.27.v,42. Recta deductus est via sapientiæ, deique munere. Prætulit illi lucem Deus, tunc præcipuè, cum mysticam dormienti ostendit scalam, & in ea Angelorum præsidia, atque pijs deferendum regnum. Ad hæc fœlices laboribus dedit successus copioseque ditauit. Illud verbum *deduxit*, idem est, quod *ambulauit*, nam qui aliquem aliquo deducit, ambulat socius cum eo, *vias rectas* appellauit securas & tutas à calamitatibus, & prosperè ad finem deducentes, vt ei promiserat Deus Gen.28.vers.15. In quibus etiam possunt intelligi tentationes, & probationes, quæ viæ rectæ sunt, & iustum deducunt ad finem gloriæ. Quod ait *honestauit*, idem est, ac locupletauit per ęrumnas artis pastoritiæ, *& compleuit labores illius*, hoc est maxima bonorum copia compensauit, seu auxit, accumulauit eum bonis, &c.

Dionysius. Sapientia comitatur iustum in tribulatione. Sap.10.v.10

Iustum deducit Dominus per vias rectas.

Si verbum *honestauit*, significat *locupletauit* vt est in Græco, quare ait in laboribus locupletan- 81.
dum? Numquid labores locupletant? ita certè, cum diuina sapientia ambulat cum iusto, nam ipsa est, quæ iustum ditat in laboribus, ipsa, quæ *complet labores illius*, hoc est multiplicat, & auget. Forte illud verbum *complendi*, aliquid innuit mysterij, si de laboribus illis loquimur, quos iustus amore sapientiæ patitur, ipsamet comitante sapientia. Labores enim, sicut infirmitates, vincula, compedes, & alia huiusmodi haud dubium in animo sinus & cauitates efficiunt, similes palis annulorum. *Encaxes, ô vagios*, quæ sicut palæ præparantur adhoc vt præmio impleantur, vt palæ annulorum pretiosis lapillis implentur, qui in eis inseruntur. Ergo cum ait Salomon, compleuisse sapientiam labores iusti Jacob, potest intelligi de hac laborum, & sinuum impletione, quam prænotauimus reddidit enim Deus Iacobo præmium laborum suorum, quo compleuit cauitates & sinus, quos labores egerant, non solum multiplicando bona spiritualia, quibus compensauit defectus, qui à laboribus in animo effecti fuerant. Sed etiam auxit & cumulauit eum diuina sapientia bonis temporalibus, vt dicitur Gen. 30.v.43. *Ditatusque est homo*, &c. Sed quid mirum: Si diuina sapientia illi aderat eius agens curam? & cum illo ambulauit in omni tētatione sua. Sic dixit vates regius Psal.72.v.24. *In voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me*, deduxerat per viam tribulationum, & tentationum, vt illum gloria, & honore decoraret.

Iusti labores locupletantur, & quomodo. *Implere labores, quid.* *Quomodo Deus Iacob locupletauit.* Gen.30. v.43.

Secundum appono exemplum S. Iosephi filij 82.
Iacob,

Sap.10.v.13 *Diuina sapientia ambulauit cum Ioseph in carcere.*

Iacob, de quo loquens Salomon, inquit: *Hæc* (ipsa diuina sapiētia c.10.v.13.) *venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni*, &c. Vide quomodo sapientia ambulauit in tentatione, cum Ioseph, non enim dereliquit eū imò affuit, fuit cū eo, iuit & protexit ipsum, ambulauit, & comitem se præbuit, ipsa etiam à peccatoribus Græcè à peccato, eum liberauit. Videlicet adulterij, ad quod sollicitabatur ab vxore Putipharis. *In foueam*, intelligunt aliqui lacum, in quem à fratribus coniectus est: Sed verius est, accipi carcerem, in quo vinculis adstrictus iacuit. *Donec afferret*, &c. Donec ei attulit sceptra regni, id est, insigne regium, fuit enim Ioseph decoratus & regia dignitate, & potestate, vt dicitur Gen.41.v.42. Quid Clarius ad intentum? Nota illud *non dereliquit venditum Ioseph*; q.d. Statim vt venditus fuit à fratribus Ioseph, diuina sapientia comitem se præbuit ambulans cum eo, in hac tentatione, seu probatione, vsque dum per varias tentationes, & afflictiones perduceret ad honoris fastigium, fecit enim illū saluatorem Ægypti. Illud etiam, *descenditque cum illo in foueam*, id est, carcerem, vbi vinculis adstrictus iacuit, significat idem quod *ambulauit cum illo in tentatione*, Tentatus enim & probatus fuit pius adolescens, cum in hanc tribulationem incidit, sed inter primos & electos euasit, quia sociam habuit sapientiam, quæ in primis eum elegit, id est, inter electos collocauit, non tantum cum ad saluatoris dignitatem euectus est, sed cum inter primos omnium Patriarcharum electos computatus est. Sapientia igitur *ambulat* cum iusto sibi credente, & spem in ipsa collocante? ideò dixit Dauid cum agit de iusto tentationibus impetito Ps.90.v.15. *Cum ipso sum in tribulatione*, &c. Quærit D. Bernardus serm.16. Qui habitat: *Vnde scimus quod nobiscum sit in tribulatione?* & Respondet: *Ex eo vtique quod in ipsa tribulatione nos sumus. Quis enim sustineret, quis subsisteret quis persisteret sine eo.*

Sapientia non dereliquit venditum Ioseph. *Sapientia ambulat cū iusto sibi credente.* Ps.90.v.15. D.Bernard.

83. Hæc ratio est, quæ animum iusti excitat ad tentationes patienter ferendas. Est etiam necesse iustos tentationibus concuti, vt in ipsa virtute crescant. Quare eleganter, vt assolet, dixit Seneca lib.de Prouid.cap.4.fine. *Quid miraris bonos viros vt confirmentur concuti? non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens ventus incursat: Ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit. Fragiles sunt, quæ in aprica valle creuerunt. Pro ipsis ergo bonis viris est, vt esse interriti possint multum inter formidolosa versari, & æquo animo ferre, quæ non sunt mala, nisi male sustinenti.* Jn quem sensum exponit Euthym. Id Psal.147.v.16. *Qui dat niuem sicut lanam. Adeò*, inquit, *copiosam, ac densam, vt breui tempore vniuersa ab ea contegatur terra, non secus atque à candida quadam lana.* Etenim frigida licet nix appareat, terram tamen dum operit, quasi perfectissima vestis lanea illam calefacit, vt superficialem herbam, vi sua licet vrat, virtutem tamen radicibus confert, vt fructum ferat. Sic vrant licet tentationes sanctos, non tamen exurunt, sed fœcundant. Dixit enim Clem. Alexand. li.1. Pedag.cap.8. *Omnis palmes in me non ferens fructum, tollit ipsum, & quidquid fructum fert, expurgat, vt amplius fructus ferat. Syluescit enim vitis, nisi putetur, ita etiam homo. Luxuriantes autem adnatas propagines, verbum, qui est gladius, expurgat, cogens appetitiones ne fructum ferre desiderent.* Citat statim Moysem, Deut.8.v.2. *Bono estote animo, vt vos tentet accessit Deus, vt sit timor eius in vobis, vt non peccetis.* Palacius existimat flammam tribulationum iusti in auram conuerti, quia Deus ambulat in tentatione cum eo, vt olim fecit, quando cum pueris in igne Babylonis ambulabat. Arbitror enim, inquit, auctorem hanc historiam in hisce suis verbis refricasse. Vide Psal. 22. vers. 4. 2.Cor.12.v.9.& 1.Cor.10.v.13.

Iustum tentationibus concuti necesse est, vt virtus crescat. Seneca. *Dare niuem, sicut lanam, quid.* Ps.147.v.16 Euthym. *Deus tentationibus iustum fecundat.* Clem.Alex Deut.8.v.2. Palacius.

Illustratio secunda.

In originali vero hæc nostra sententia breuior
redditur sic. ὅτι διεστραμμένως πορεύσεται μετ' 84.
αὐτοῦ ἐν πρώτοις, *quoniam peruerse* (vel obliquè aut cōtortè) *ambulat cū illo in primis*, vt intelligatur illa duplex via, quā in prima illustratione proposuimus, scilicet via obliqua, indirecta, & aspera per tribulationes; altera recta & plana per cōsolationes. Quam explicationē probat id, quod D. Iacobus c.1.v.2. inquit. *Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis, scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Nomine tentationum omne tribulationum, & ærumnarum genus intelligit. Si ergo ærumnæ, & tribulationes animum comprimunt, & in angustias adducunt, ita vt vocem ad querendum includere, & animam intercludere videantur, quare eas *gaudium* appellat, dicens *omne gaudium*, &c. Numquid tribulationes in se gaudium, & voluptatem continent, & lætitiam iustis afferunt? Respondet eleganter D. Gregor. Nyssen. orat.8. de beatitud. *Non enim* (inquit de iusto) *expectat ea, quæ reliquit, sed quæ petit, neque oculum conuertit ad id, quod à tergo iucundum est, sed ad propositum bonum contendet: Neque damno rerum terrenarum contristatur, sed lucra cælestium lætatur: Propterea omnes suppliciorum genus tamquam subsidium & auxilium propositi gaudij haud cunctanter excipit, & admittit ignem, tanquam materiæ purificatorem*, &c. Optimè L. Annæus, Seneca Philosophus lib. citato de Prouid. cap. 4. Hoc confirmat, & illustrat aiens. *Gaudent inquam magni viri aliquando rebus aduersis, non aliter quam fortes milites bellis. Militares viri gloriantur vulneribus læti fluentem meliori casu sanguinem ostentant.* Quem locum explicans Lypsius citat Diogenem Cynicum, *qui cum in casus, quosdam aduersos incidisset exclamauit.* Εὖγε ὦ τύχη, ὅτι μου ἀρρένως πεποίηκας, *eugè Fortuna quod viriliter me tractasti? atque idem in eiusmodi rebus cantillare clara voce solebat.* Sic refert Stobæus.

Iac.1.v.2. *Tentatio significat omne genus tribulationis.* D.G.Nysse. *Tribulationes gaudium afferunt iusto.* Seneca. *Magni viri gaudent rebus aduersis.* Lypsius. Stobæus.

Hoc autem gaudium in rebus aduersis proue- 85.
niebat ex summa felicitate, quam obtinent iusti in perferendis patienter tentationibus, & tribulationibus, quæ frequenter viros fortes, & strenuos insultant, exagitant, inuehunt. *Inter multa magnifica* (inquit ipse Senec.cap.3.de Prou.) *Demetrij nostri, & hæc vox est, à qua recens sum, sonat adhuc & vibrat in auribus meis. Nihil*, inquit, *mihi videtur infelicius eo, cui nihil vmquam euenit aduersi*, &c. Simili argutia Bias, ait Lypsius, *dixit infœlicem qui infœlicitatem non ferret.* Ergo fœlicitate potitur ille, cui aliquid aduersi euenit, potestque existimare gaudium, cum in tentationes incidit vel vt Syriaca vertit. *Cum ingrediemini in tentationes multas & varias.* Qui enim viam virtutis ingreditur in multas & varias ingreditur tentationes, quoniam peruersè & obliquè diuina sapientia ambulat cum eo, id est, per multas tribulationes illum ducit, vt mercede potiatur æterna. Eleganter B. Petrus Damian.

Nihil infelicius eo, cui numquam nihil euenit aduersum. Seneca. Lypsius.

Damian. li. 3. Epist. Ep. 14. ad sorores suas confirmauit hanc veritatem, dicens: *Qui bona operatur & flagellis atteritur, certus iam non immerito de retribuenda sibi bona, conferta & coagitata laborum suorum mensura letatur: Quia tanto post in patria creuisse summam crediti fœneris intuenit, quanto prius in via, nec stipendium quidem momenta neæ prosperitatis accepit.* Et probat testimonio Iac. 1. supra relato. Illud tandem *in primis*. Non est aduerbium, sed nomen, id est, in electis, quos primos vocat Ecclesiasticus, Sâ, quem Deus eligit varijs modis probat. Ianse-
Quod eligimus, id probamus. Sâ.
nius quæ enim elegimus, ea probamus, & exploramus qualia sint. Eodem modo loquuntur Hugo, & Dionysius. Qui sic ait, *in primis*, id est, inter electos, qui sunt primi, & charissimi apud se ipsum adscribit. Licet Palacius aduerbialiter iuxta litteram explicet, id est primum quod sapientia facit, est inducere, timorem, metum, &c. Drusius ait esse idem, quod primum, quod non approbo. Quomodo autem sapientia delectum faciat & in tentatione ambulet cum eo, qui incipit ei se addicere, explicat sequentibus sententijs.
Ianſen. Hugo. Dionyſius. Palacius. Druſius.

VERS. XIX.

Timorem, & metum, & probationem inducet super illum: & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ: donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.

Sensus.

86. *Sapientia tribulationes immittit vt probet.*

Timorem & metum, &c. q. d. Ita iustum diligit diuina sapientia, vt non solum timorem culpæ, & metum gehennæ, sed tribulationes ei immittat, vt probet, & exploret eum, ad hanc explorationẽ illum excruciat adducens flagella ad eruditionem, & tantò tempore his tribulationibus probat, donec probauerit quam sint cogitationes eorum firmæ, & exploraverit, an ei placeant cogitationes sapientiæ, & sic demum credere possit de illis, quod sint futuræ stabiles, quodque ex animo virtutem amant, &c.

Notæ.

In tribulatione doctrinæ suæ. In Græco est ἐν παιδείαις τῆς. *Disciplina sua*, sic legunt Complut. & Basil. at Ald. & LXX. ἐν παιδίᾳ, est autem παιδία ludus, vel iocus, vel infantia. q. d. Ioco, non serio eum torquet & cruciat. Sed παιδεία, est disciplina, castigatio, eruditio, institutio in bonas artes, doctrina, & alia eiusmodi. Erudit Deus, & instituit doctrina sua eos, quos amat, significat etiam castigationem, vt Heb. 12. *In disciplina perseuerate.* In Græco. *Si castigationem sustinetis, seu patimini.* Rursus, *& credat animæ ipsius.* Drusius *confidat*, id est, donec apud eum fidem obtineat, aut eius animo credat, fidemque habeat. Tandem *donec tentet eum in cogitationibus suis.* Ald. & Basil. legunt πείσῃ, à verbo πείθω, quod est penetro. Conor, experior, tento, & Latinè tentare pudicitiam matronę vel puellæ, pro conari, labefactari. Sed Complutenses & LXX. legunt πείσῃ à verbo πείσω, quod est tento, vel πείρομαι, quod est tento, aggredior, conor, experior, periculum facio, & hoc genuinum est. *In cogitationibus suis.* Forte legit interpres Λογισμοῖς, quod est cogitatio, sententia, intelligentia à verbo Λογίσω, quod est animaduerto, delibero, cogito in animo habeo, imaginor, nam originalibus est ἐν τοῖς λογισμοῖς αὐτῶν *in iustificationibus suis*, vel *statutis*, vel *iuribus*, id est חקיהם, statutis, aut ritibus suis. Quare sic verterit vulgatus non assequor. Rabanus, inquit sapientia inhabitans dirigit opera in varijs tentationibus, præparat exercendo, & probando ad futuræ vitæ gaudia. Qui sequitur Lyra. Scil. ad sui examen & meritum. At Ianſenius intelligit loqui Sirach. Per præsopopœiam, de sapientia veluti de præceptore aliquo, qui cum suscepit discipulos erudiendos, prius eorum explorat animos, & ingenia. Quæ vbi probè cognita habet, & suis institutis videt accommoda, tum demum eos peculiari fauore prosequitur, eisque amorem suum declarat. Dum autem hæc sic per fictionem sapientiæ tribuuntur, intelligendum est nihil aliud significari, quam Deum ipsum hæc per suam sapientiam agere in studiosos sapientiæ, atque hos sapienti Dei dispositione in suæ conuersionis principio aspera multa sentire, ac varijs prenuntiationibus: eosdem tamẽ si aliquamdiu perseuerauerint, omnia postea experturos leuiora, ac multa replendos consolatione. Contra quam accidit ijs, qui vitijs sunt dediti, quibus vita carnalis in primis læta videtur, sed postea eius sentiunt incommoditatem, &c. Singula verba nunc perstringamus, & illustremus.
Erudit Deus eos quos amat. Heb. 12. v. 7. Rabanus. Lyra. Ianſen. Holcot. *Iustis in principio immittit Deus tribulationem.*

Illustratio prima.

87. *Timorem, & metum, & probationem inducet super illum.* In originali non est, *probationem*. Additum autem est maioris explicationis gratia. Tygur. legit: *& eum iniecto territare metu.* Quod idem est. q. d. *Amedrenta al justo para probar su virtud.* Dionysius, id est, timorem filialem & metum iudicij, exercitationem quoque per aduersa ingeret ei. Ita ait Apost. Philip. 2. v. 12. *Cum metu, & tremore vestram salutem operamini.* Alludit Paulus ad id Psal. 2. v. 11. *Seruite Domino, in timore, & exultate ei cum tremore.* q. d. Cum multa diligentiæ, & sollicitudine pergite vestram salutem operari. Deus enim inducit super iustum timorem, & metum, & probationem, ad hoc vt suam operetur salutem. Ostendit autem timorem, & metum, & probationem signa esse prædestinationis iusti, & cum Deus ea immittit iusto, sicut *vult omnes homines saluos fieri*, 1. Tim. 4. v. 4. Id est, sincerè cupit, & ex animo desiderat omnes homines saluos fieri, & ideò omnia media ad salutem necessaria suppeditauit, quantum est ex parte sua, vt si qui pereant non Dei voluntate & prædestinatione, sed sua culpa, & malitia pereant. Sic etiam cupit iustum præ-
Territat Deus iustũ vt eius virtutem probet Dionys. Phil. 2. v. 12. Psal. 2. v. 11. *Timor, & metus signa prædestinationis iusti.* 1. Tim. 4. v. 4.

prædestinati, & adhoc vt suam operetur salutem, inducit super illum timorem, & metum, & probationem. Per *probationem* intelligit omne tribulationum, & tentationum genus, quibus Deus iustos probat, & eorum virtutem explorat, vt dixit Iudith cum agit de Abrahami probatione. Iudith 8. v. 22. *Memores esse debent, quomodo patres eorum Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes, qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt fideles.* Probat autem Deus iustos tribulationibus, & tentationibus, sicut probauit seruum suum Abraham Gen. 22. vers. 1. Super quod rogat B. Alcuinus: *Cur in tentatione Abrahæ Deus dixit: Tolle filium tuum, quẽ diligis Isaac?* Et respondit: *Vt ex charitatis ammonitione, & nominis recordatione tentationis pondus accumularetur, & paternus affectus torqueretur ex memoria promissionis*, &c. Rursus q. 104. Quærit, *& cur non statim licuit ei occidere filium, sed triduana itineris mora, cum immolaturus secum ducere iussus est?* Respondet. *Quatenus longitudine temporis tentationis quoque augeretur incrementum. Nam per triduum itur protenditur, & per totum triduum crescentibus curis paterna viscera cruciantur, vt omni hoc spacio tam prolixo intueretur filium pater, cibum cum eo sumeret, vt noctibus puer penderet in amplexibus Patris, inhæreret pectori, cubitaret in gremio: Quatenus per singula momenta in paterno affectu dolor occidendi filij accumularetur.* Vide quæ circa hanc materiam de probatione dicemus inferius. Præcipuè cap. 6. num. 196.
Probatio idẽ quod omne tribulationũ genus. Iud. 8. v. 22. *Iustos probat Deus tribulationibus, & tentationibus,* Alcuinus. *Abraham cumtantur in sacrificio filij, vt augeat meritum patientiæ.*

Illustratio secunda.

88. Et *cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ.* Hic nomine *doctrinæ* intelligitur tribulatio, qua tamquam flagello in illum Deus animaduertit, quem erudire desiderat, non est enim doctrina ita efficax sicut flagellum & tribulatio. Hoc apprimè probat id Isa. 26. v. 16. *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Pagnin. *Domine in angustia visitauerunt te: Effuderunt orationem, quando correctio tua fuit eis.* Quæ verba iam iusto, quam peccatori aptari possunt, vt Forerio placet, nam iusti cum premuntur, & quæritantur, doctrinæ tuæ auscultant; & eius rationem habent, & tribulationibus eruditur, competit etiam ei, qui corripitur arceturque à peccatis per doctrinam, minas, castigationem, &c. q. d. Effundunt querulationes, suæ orationis aptè concinnatas: Quando videlicet disciplina tua, & castigatio tua ad eos accedit. Noster Sanchez aliter explicat, q. d. Illa eadem gens Judaica erudita durius, in sua tribulatione requisiuit te: Neque enim illi doctrina illa magis opportuna, quam quæ præ nimio dolore gemere, ac murmurare facit. Sic ergo populus faciet alienus, si illum dura percusseris virga, stimulisque adactis murmurare compellas, vel ille populus, qui in laxis spacijs acceptus abs te mollitur non glorificauit te, idem in angustijs finibus dure coarctatus te requisiuit. Illud *in tribulatione murmuris* variè explicat. Sanchez, secutus D. Hieronymum. Ego autem censeo hic exaltare doctrinam & eruditionem Domini, quæ cum cadit super tribulationem, murmur excitare, si stultus est murmurat contra Dominum: Si iustus ad orationem, quæ per murmur explicatur, se conuertit. Sic videmus cum aliquis seruus punitur à Domino, cuius ser-
Doctrina idẽ quod tribulatio. Isai. 26. v. 16. Forerius. Gaspar Sanchez. *Doctrina, & eruditio Domini exaltatur.* D. Hieron.

uus est, murmur excitare, & nos dicimus. *Varezongando*, aut *varezando entre dientes*. Murmur dicitur de leni aquæ strepitu. Vt Virgil. 1. Georg. vers. 108.

——— *Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam*
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.

Vbi apponit amœnam descriptionem riuuli permeantis agrum. Seneca ita in Hip.

——— *Per flores nouos,*
Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.

Nos dicimus, *el suaue murmullo delagua*. Hunc lenem strepitum similem aquæ strepitui excitat in homine immissa, à Deo tribulatio. Stultus, cum accipit per tribulationem doctrinam, & eruditionem à Deo, murmurat, *reza entre dientes*, hoc est, in silentio cordis sui murmur excitat contra Dominum, vel mussitat submissa voce loquendo. Et si velimus significationem nominis *doctrinæ* ex Hebræo, extrahere, quia significat *stimulum*, dicemus verbum *murmur* significare, resistere, repugnare. Cum doctrinam tamquam stimulum Deus stulto immittit, murmurat, hoc est, resistit, nos dicimus, *da coreobos*. Sed cum iustum Deus probat doctrina, & eruditione. Excitat in corde suo hæc tribulatio murmur, lenem, & suauem strepitũ orationis, *haze que reze entre dientes*. Confugiens se ad orationem, &c. Sicut Anna faciebat cum *multiplicabat preces coram Domino.* 1. Reg. 1. v. 12. 13. Nã dicitur: *Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Rezaua entre dientes.* Nam *illa potissima est deprecatio, cum ab intimis voces sursum feruntur: Hoc præcipuè mentis est exercitatæ, non intensione vocis, sed animi feruore precationem absoluere.* Sic D. Chrysostomus tom. 1. de Anna. In quo sensu, ait Isaias: *Tribulatione murmuris*, &c. Et hoc ipsum significat Sirach, cum inquit: *Et cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ.* Diuina enim sapientia vexat iustum tribulationis doctrina, cum eum erudire placet.
Murmur vnde. *Stultus cum flagellatur murmurat contra Deum.* *Iustus in eruditione, & doctrina exercitatus fugit ad orationem.* 1. Reg. 1. v. 12. 13. D. Chrys.

Illustratio tertia.

89. NOn est contemnenda lectio, & explicatio Drusij, quã in notis proposuimus, παιδεία significare iocum, vel lusum. Et sic Ecclesiasticus castigationem, vel doctrinam, qua iustos Deus, vel sapientia torquet, inquit, esse iocum, vel lusum Deo, id est, delectatur Deus in iustorum afflictione & tribulatione: Cum videt illos torqueri, gaudio & lętitia perfunditur. Exod. 9. v. 16. Ait Moyses ad Pharaonem iussu Dei: *Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam*, &c. Quem locum repetens Paulus Rom. 9. v. 17. inquit: *Dicit enim Scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam.* Pagnin. *& profecto propter hoc stare feci te.* Clarius LXX. *& propter hoc conseruatus es.* Chald. *sustinui te.* D. Ambros. in Psal. 118. Octo. 17. *Super* id: *Iustus es Domine*, &c. Inquit: *Non vtique Dominus suæ laudis, sed nostræ correctionis incrementa quærebat.*

Rogo ergo si Pharaonis Deus non expectabat conuersionem, quare illum *seruat*, & *excitat*, & *sustinet*? Num melius esset quam primum vindictam de illo sumere? num sapientius, illum de medio citius tollere, ne populum excruciaret? cur illum non occidit, ne populus vexetur? Sed potiùs illum suscitat, cum reus esset mortis? sic ipse
Delectatur Deus in iustorum afflictione. Exod. 9. v. 16. Rom. 9. v. 17. D. Ambros. *Quare Deus seruat tyrannum.* D. Ambros.

ipse D. Ambrosius in cap. 9. Epist. ad Rom. vertit: *Te suscitaui*, & statim ait: *Hoc enim dicit, quia cum Pharao tantis malis esset reus, vt viuere non deberet, numquam futurus bonus, ne se aut merito viuere, aut Deum, quem sæpe fallendum censebat, ad vindictam dandam impotentem putaret, audit à Deo, ad hoc te suscitaui*, &c. Et statim subdit: *Ad hoc ergo quasi iam mortuus seruatus est Pharao, vt multa signa, & plagæ ostenderentur in illo*, &c. Sensusque litteralis huius loci Exodi est. q. d. Ego Deus, te, ô Pharao, regem constitui, conseruaui, permisique vt in populum meum tyrannus insurgeres: Vt ego vicissim in te quasi hostem tot plagis potentissimis insurgerem, tandemque te mergerem in mari rubro, vt sic omnes meam iustitiam ac potentiam agnoscant, timeant, & colant. Sic ex D. Chrysostomo. Itaque ratio litteralis quare Pharaonem Deus seruauit, & quasi suscitauit eum reus esset mortis, est, vt tot plagas experiretur. Sed moralis ratio, haud dubium est, quia lætabatur Deus cum populum suum videbat excruciari, erat quasi lusus aut iocus tribulatio iustorum ipsi Deo. Quia Deus conseruat tyrannos ad vtilitatem bonorum. Sic D. August. q. 32. in Exod. *Nouit Deus*, inquit, *vti malis, in quibus tamen humanam naturam non ad malitiam creat, sed patienter perfert, quo vsque scit oportere: Non inaniter, sed vtendo eis ad admonitionem, vel exercitationem bonorum. Ad eorum itaque vtilitatem Pharao seruatus est, sicut scriptura testatur, & exitus docet.* Ergo, ait Deus Pharaoni vitam conseruasse, vt illum aduersus populum suum excitaret, quo facto exaggerat lætitiam, qua perfunditur, cum videat populum suum à Pharaone vexari, siquidem Pharaoni mortis reo vitam concedit, vt hoc lætitiæ lucrum obtineat.

Quare Pharaonem Deus regem constituit.

D. Chrysost. *Seruat Deus Pharaonem, vt erueret populum, quia delectatur de eius tribulatione.*

D. August.

90. Pari modo Deus propter simile lucrum reliquit populum suum cruciari, non extrahendo eum à tribulatione, &c Ait enim Exod. 3. v. 7. *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui*, &c. *Et sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum de manibus Aegyptiorum*, &c. Pagnin. *Videndo vidi afflictionem* LXX. *Videns vidi.* Quę repetitio Dei moram in succurrendo significat, & ipsius etiam solatium in tribulatione iustorum, nam vt Diuus Gregorius lib. 13. Moral. cap. 19. ait: *Omnipotens Deus quid nobis pro futurum esse valeat sciens, dissimulat exaudire dolentium vocem, vt augeat vtilitatem*, &c. Ergo videns Deus afflictionem populi sui, quare non omni festinatione properauit ad eum liberandum? Cum enim aliquis amicum ardentius diligit, non cunctatur, cum necesse est, illi subuenire. Vide quæ sacra Pagina refert Gen. 14. Vbi dicitur Reges Sodomorum pugnasse contra regem Ponti, & cum Rex Sodomorum & Gomorrhæ terga vertissent. *Tulerunt* (inquit v. 11.) *Omnem subctantiam Sodomorum & vniuersa, quæ ad cibum pertinent, & abierunt: Nec non & Loth, & substantiam eius, filium fratris Abraham, qui habitabat in Sodomis.* Vix nunciatum est Abrahæ Loth, nepotem suum captum fuisse à quatuor regibus, cum bellum inferre statuit ad Loth recuperandum, illis vastitatem, cruciatum, tormenta denunciat: iam tympana tunduntur, iam militiæ signum datur, iam erigitur bellum, iam ala cataphractorum (*vanda de gente armada*) Abrahamum comitatur, & cũ velitatus esset, & contulisset manus, victoriam reportauit. Sic inquit textus sacer vers. 14. 15. *Numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo, & persecutus est, vsque Dan, & diuisis socijs irruit super eos noctè, percussitque eos. Reduxitque omnem substantiam, & Loth, Fratrem suum*, &c. Si Abraham secum prius cogitasset quid esset facturus in hoc infelici & subito successu, & non solum lentius ageret, sed differret, & procrastinaret comparare remedium, illum imprudentię argueremus. Quid enim memorandum in liberatione Loth, cum esset periculum in mora? Jtaque laudandus Abraham, qui non distulit quærere, & adhibere remedium ad recuperandum Loth ab hostibus captum. Sic videtur posse Deum simultatis argui erga iustos oppressos, & ingenti calamitate constitutus, cum videat eorum afflictionem, & non cum omni festinatione prosperet ad eos liberandos, vt visum est in hac populi calamitate, in qua ait ipse Dominus teste Moyse: *Vidi afflictionem populi mei. Videndo vidi*, id est, *violo despacio. que puso se a mirar lo vna, y muchas vezes.* Jn quo cum non esset necessum toties videre, cum semel sufficeret, vt certior fieret de eorum calamitate: Affirmare debemus hanc moram, & cunctationem aliam causam iudicasse, hæc est Deum iucundari, & lætari in tribulatione iustorum, & cum voluptate afficeretur videndo populi afflictionem, lentius agebat, & remedium procrastinabat, ne tam celeriter finem videret tantę iucunditatis & gaudij.

Exod. 3. v. 7 *Cum videt iustum cruciari descēdit Deus vt liberet eum.*

D. Gregor.

Gen. 14. v. 11

Abraham recuperauit Loth captum

Cur Deus differt liberationem iustorum à calamitatibus.

Deus iucundatur in tribulatione iustorum.

91. Cum D. Chrysostomus tom. 1. Explicat id Jobi 2. vers. 6. *Verumtamen animam illius serua.* Docet causam seruandæ animæ esse, quod iucundissimum Deo spectaculum præbeatur ab homine dum cum calamitatibus, morbis, paupertate, doloribus, cruciatibus luctatur, & se victorem, atque superiorem singulari virtute prębet, ait enim Chrysost. *Obserua inquit, ne quid in vita ratione patiatur: Etenim si de medio eum sustuleris, Theatrum nobis non plaudet amplius.* Quasi Deus diceret dæmoni: ne Iobum interficias, animam illius serua, cunctabundus excrucia, vexa, torque, quia si cito illum occidis, theatrum non plaudet amplius. *Acabos e la comedia.* Nolo vt torquendi Iobum inter capedinem facias, torque, sed non occidas, quia nolo hanc voluptatem cum tanta festinatione finiri, sed longo interuallo ea potiri. q. d. *No quiero que se me acabe esse entretenimento, sino ganarlo despacio, y a mi placer.* Simile spectaculum exhibitum est Deo in monte Morea, spectanti sacrificium Isaac, quod ad Abrahamo parabatur. Ideoque appellauit nomen loci illius. *Dominus videt*, Genes. 22. vers. 14. q. d. Abraham: In hoc ipso monte Deus pater videbit filium suum vnigenitum in cruce immolari, & tunc videbit, hoc est, facto ipso experietur quam acerbum, & arduum sit patri ante oculos suos filium vnigenitum iugulari, &c.

Iob 2. v. 6. D. Chrysost.

Iob seruatur, vt esset patiens iucundum Deo spectaculum.

Isaac in sacrificio iucundum Deo spectaculum.

92. Tandem Isa. 8. v. 4. Ait Dominus: *Quiescam, & considerabo in loco meo sicut lux meridiana clara*, &c. Id est in solio meo sedebo spectaturus gentem conuulsam & dilaceratam, cum calamitatibus, hostibusque depugnantem: cui post laborum, & ærumnarum imbrem, atque tempestatem, lucem, & serenitatem adferam. Qui hæc considerat Deus incredibili ex nostro certamine lætitia perfunditur, & suorum animis, vt diutius perdurare in certamine possint, seruandas præcepit. Itaque Deus, vel diuina sapientia cruciat iustos tribulatione doctrinæ, id est παιδεία lusu, ioco, id est, voluptate, & iucunditate perfunditur, cum videt eos cruciari, ideoque procrastinat adhibere remedium, non solum adsumendum gaudium, sed ad vtilitatem iustorum. Sic dixit D. Gregorius li. 20. Moral. cap. 24. *Alto namque consilio omnipotens Deus, cum sancti eius aduersariorum persecutionibus comprimuntur, cumque assiduis, vt liberentur, interpellationibus clamant, differre solet voces petentium, vt merita patientium crescant, quatenus eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius non exaudiuntur ad votum.* Et quia iustos diligit ideò cruciat eos tribulatione doctrinæ suæ, id est, flagellatione sua, qua eos vt filios erudit, & instituit. Eleganter dixit Seneca lib. de Prouid. cap. 4. *Hos itaque Deus probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet; eos autem, quibus indulgere videtur, quibus parcere: Molles venturis malis seruat.* Tandem cum iustis tribulationes immittit medijs persecutoribus, pater efficitur afflictorum, & iudex persequentium, quibus vtitur tamquam seruis & tortoribus, vt corrigat paternum ostentans amorem. Dixit eleganter. S. Remig. in p. 73. *Solet Deus facere quod frequenter faciunt homines, qui colligant qualecumque sarmentum, & corrigunt inde filios, quibus correctis, sarmentum mittunt in ignem, & filijs seruant hereditatem. Ita Deus per impios probat pios, & frequenter temporalem potentiam damnatorum exercet disciplinam saluandorum.*

Isai. 18. v. 4

Deus gentem dilaceratam calamitatibus sedet spectaturus.

Iustus Deus cruciat tribulatione doctrinæ.

D. Gregor.

Quia Deus iustos amat cruciat flagellatione.

Seneca.

Deus pater est afflictorũ.

S. Remig.

Illustratio quarta.

93. *Donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.* In originali est. *Quousque credat animæ eius, & tentet eum in iustificationibus suis.* Licet optimam doctrinam offerat dicere; *in iustificationibus.* Cum Deus iustos probet; & tentet in suis præceptis, & ordinationibus, est enim diuina lex lapis probationis, vt inferius dicemus, quo virtus exploratur, quam lectionem confirmat Drusius. *Et eum tentauerit statutis suis*, & Tygur. cum vertit: *Per iura sua redderet probatum.* Iura sua vocat præcepta Domini, quare Deus ius habet ad præcipiendum, vt præcepta sua seruentur, & sic tentat in iustificationibus suis, hoc est, in suis institutis; ac legibus illius, donec fidem explorauerit, ac perspexerit. Nam hic est finis illius viæ indirectæ, ac tortuosæ, ac consilium sapientiæ, vt homo fidelis firmitudinem animi sui, constantiamque cognoscat.

Iustus Deus tentat in suis ordinationibus.

Sapientia metu afficit suos donec probet.

Sed nihilominus legendum est, *in cogitationibus suis*: Nempe sapientiæ, significatur ergo sapientiam molestijs, & metu afficere suos inprimis, donec probauerit, quam sint eorum cogitationes firmæ, & explorauerit, an ei placeant cogitationes sapientiæ & sic demum credere possit de illis quod sint futuræ stabiles, quodque ex animo virtutem ament. Illud *suis* potest intelligi, vel de cogitationibus sapientiæ. Vel de cogitationibus iustorum. De his intelligendum est quod dixit populo Israëlitico Moyses Deut. 8. v. 2. *Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annos per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata illius, an non*, id est, vt per experientiam tibi ipsi, & omnibus ea constarent. Immittit Deus aduersitatem, vt experiatur virtutem, quæ in corde est; pende illud: *Et nota fierent*, &c. Jd est, tentauit Deus populum immittendo aduersitates, vt exploraret cogitationes eorum, quæ in cordibus eorum versabantur circa præcepta legis, vtrum ex his cogitationibus procederet obseruatio mandatorum Dei, & cum Deus, vel diuina sapientia iustum tentat in cogitationibus suis, id est, ipsius Dei, vel sapientiæ, intendit explorare vtrum voluntas hominis voluntati suæ diuinæ conformetur. Voluntas vel cogitatio Dei est, vt homo legem suam custodiat, cum autem videt hominem præcepta obseruare, certior fit de conformatione humanæ voluntatis cum diuina; & cum ea transgreditur animaduertit, quantum voluntas Dei, cum humana dissideat. Id est, quod dixit ipse Dominus: Isai. 55. v. 8. *Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, neque viæ vestræ viæ meæ, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ, à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris.* q. d. Neque viæ meæ neque cogitationes eum vijs vestris vllo modo consentiunt, &c.

Deut. 8. v. 2

Immittit Deus aduersitatem, vt experiantur virtutem.

Explorat Deus, an voluntas hominis suæ voluntati conformetur.

Isai. 55. v. 8

Demum quod ait: *Et credat animæ illius.* Drusius explicat, vt diximus in Notis. *Donec confidat animæ ipsius*, id est, donec apud eum fidem obtineat, aut eius animo credat, fidemque habeat. Sed verior explicatio est, quam obtulimus, &c. Tandem Palacius inter multa alia hanc notam proponit. Nota rursum quis sit tentationum diuinarum finis. Certe se sapientiam animæ probatæ credere, infundere, committere, vt in ea velut in domo habitet, velut in templo colatur, velut in sede quiescat: velut in arca inter Cherubinos sedeat: velut inter vbera sponsæ commoretur, &c. Non est autem contemnenda moralis explicatio Holcot, qui ait: Notandum quod tria sunt à Deo ordinata ad malum declinandum, & bonum consequendum scil. timor infernorum, amor supernorum, dolor flagellorum, & primum motiuum ad benè operandum est timor infernorum. Nam secundum D. Gregor. li. 5. Moral. cap. 21. in cap. 4. Job. *Culpa quippe oculos concupiscentiæ aperuit quos innocentia clausos tenebat.* Quod probatur exemplo Talpæ, de qua Aristot. li. 1. de hist. anim. cap. 9. affirmat habere oculos sed opertos corio: *Quippe cum omnino quidem nec videat, nec perspicuos habeat oculos, verum si quis prætensam membranam detrahit, locus oculorum apparet*, &c. Sed auctor de propr. li. 18. ait: Quidam naturales dixerunt, quod illud corium quo clauduntur oculi talpæ rumpitur præ angustia, quando incipit mori, & sic incipit aperire oculos moriendo, quæ eos clausos habuerat viuendo. Sic est de peccatoribus (inquit Holcot) quorum conuersatio non est in cælis, sed in terris quærendo diuitias & honores: Nam oculi eorum corio carnalis concupiscentię conteguntur. Jta quod propter defectum non vident, sed infrunitè & sine verecundia perpetrant mala. Ex cœcauit enim eos malitia eorum. Sap. 2. & sicut oculos culpa claudit. Sic equidem pœna aperit moriendo, quando percipiunt pœnas quibus adiudicantur. Dixit Diuus Augustinus super illud Psal. 49. v. 21. *Arguam te, & statuam contra faciem tuam: Modo te non vides, facio vt videas te: quia si videres te, & displiceres tibi, placeres mihi. Quia vero te non videns placuisti tibi, displicebis & tibi & mihi, mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis.* Et sic oculos quos culpa claudit, pœna aperit.

Credere, pro confidere.

Holcot.

D. Gregor.

Oculos quos culpa claudit, pœna aperit.

Aristot.

D. August.

VERS. XX.

Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum.

VERS. XXI.

Et denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam, & intellectum iustitiæ.

Sensus.

94. ET *firmabit*, &c. q. d. Iustum, quem diuina sapientia doctrinę suę tribulatione vexauit, non deseret, sed confirmabit, & solidabit gratia sua, & illum ad rectam viam adducet, viam scilicet consolationis, & gaudij: nam lætitia illum perfundet, non solum in præsenti vita, sed etiam in futura. Et non solum lætificabit consolatione sua, sed etiam aget cum illo, tamquam cum filio, vel amico reuelans ei mysteria abscondita, & nota faciens ea, quæ humano intellectu occultabantur. Et ita communicabit scientiam omnium rerum, & cognitionem iustitiæ, vel virtutis, vt animum faciat reconditorium, & thesaurum, vnde scientia & cognitio facilè extrahatur, &c.

Illustratio prima.

95. ET *firmabit illum*. Hæc prima verba non inueniuntur in Græcis, sed apposita sunt à vulgato maioris explicationis gratia, sicut etiam postrema, quæ etiam in originali desiderantur, & est primus effectus sapientiæ quem affert eius studioso, scil. firmare animam nempe in gratia, firmat etiam animas ne, etsi peccare possunt, peccare velint. Sed certe est q. d. Probatum qui prius varijs agitabatur tempestatibus, & tentationibus, sapientia firmabit, sua illum consolatione erigens, & confirmans, atque in firmo securitatis statu collocans. Hoc optimè probat id c. 1. v. 29. *Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis*. Vide quæ ad hunc locum superius diximus: *Et firmabit*: Homo ergo in tribulationibus vexatus, & tentationibus probatus, solet fieri firmus & stabilis in virtute. Ideò Paulus Heb. 13. v. 9. dixit: *Optimum est enim gratia stabilire cor*. S. Thom. explicat de gratia iustificante. Optimum est, enim aduersus tentationum vndas cor gratia iustificante stabilire, vt possit homo præmio consolationis potiri. Firmatur enim & solidatur cor in fornace tribulationis sicut lutum in igne. Sic ipse Sirach inferius ait cap. 27. vers. 6. *Vasa figuli probat fornax: & homines iustos tentatio tribulationis*. Cum autem figulus in fornace decoquit lateres, illos firmat, indurat, stabilit; sic diuinus figulus Deus media tribulatione, tamquam fornace corda firmat, & indurat, stabiliendo ea gratia iustificante, ne deficiant. Pari modo diuina sapientia iustum firmabit aduersus tentationum, & tribulationum vndas, ne subruere adigatur. D. Bernardus citatus ab Holcot apposuit exemplum dicens: *Quanto lignum magis percutitur, tanto magis terræ, cui inhæret infigetur. Sic & sancti multiplicibus tribulationibus solidantur*, q. d. Si palus agatur modicum in terra faciliter potest prosterni, sed si percutiatur super caput pali, firmatur, & solidatur, quanto magis ibi percutitur, tanto magis firmatur in terra qua figitur, sic aliqui fideles firmatum habent affectum licet imperfecte in terra amentium, sed frequenter per prosperitatem mūdanam prosternuntur facile in peccatum. Sicut Saul & Dauid sed si tales percutiantur tribulatione & aduersitate præsenti, in Deo magis ac magis firmantur. Sic loquebatur vates regius Ps. 43. v. 12. Postquam dixit: *Dedisti nos tamquam oues escarum*, vsque ad *cooperuit nos*. Tandem subdit: *Hæc omnia venerunt super nos*, &c. *Et non recessit retro cor nostrum*.

Sapientia filios suos consolatione cōfirmat.

Ecclesi. 1. v. 29.

Heb. 13. v. 9.

Gratia cor stabilitur.

Ecclesi. 27. v. 6.

Deus media tribulatione tamquam igne corda firmat.

D. Bernard.

Holcot.

Sancti tribulationibus solidantur.

Illustratio secunda.

96. ET *iter adducet directum ad illum*: Origen. *& rursus redibit recta ad Deum*. Hoc est, recta ad illum inueniet, quæ prius in tentatione ambulauit cum eo, qui est secundus effectus sapientiæ, id est, rectum iter ad animam adducere, eam, scil. visitando per Angelos, vel per semetipsum animum splendoribus implens, iuxta id Isa. 58. v. 9. *Ego qui loquebar ecce adsum*. Sic Palacius. Sâ, faciet viam expeditiorem sublatis difficultatibus. Dixerat oblique ambulasse cum eo, id est, ducens iustum per tribulationes & tentationes in præsentiarum contrarium pollicetur, nempe illum recta via ducturam, scilicet per viam consolationis, quietis, & gaudij, ideò subiungit, & *lætificabit* illum gaudio perfundet, & lætitia illum afficiet. Quia quæ prius timorem & metum induxit super eum, iam lætificabit eum quantum ad affectum.

Hoc illustrat id Tob. 3. vers. 22. *Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis: & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis*. Hoc est, facit Deus labori quietem, & dolori consolationem succedere. *Enim vero* (inquit D. Ioan. Chrysostomus tom. 2. hom. 2. in Matt.) *Miseritors Deus mœstioribus quędam etiam iucunda permiscens, quod certe in sanctis omnibus facit, quod neque tribulationes, neque iucunditates sinit habere continuas, sed tum de aduersis quam de prosperis iustorum vitam quasi admirabili varietate contexuit*. Quare ergo post tempestatem Deus tranquillum facit, & post fletum exultationes & gaudium infundit? Numquid tempestas tranquillitatem generat, & fletus, exultationem parit? cur ergo hunc Deus ordinem seruat cum ijs, quos tamquam filios castigat? Respondeo, quia omne violentum haud semper durat. Axioma enim

Secundus effectus sapientiæ.

Isa. 58. v. 9.

Palacius.

Sâ.

Sapientia ducit iustos per viam consolationis.

Tob. 3. v. 22.

Facit Deus dolori consolationem succedere.

D. Chrysost.

Quare Deus post tempestatem tranquillum facit.

phi-

philosophicum est: *Nullum violentum perpetuum*. Siquidem omne violentum est posterius eo, quod est secundum naturam: cum violentia adueniat rei in suo esse & naturali statu prius constitutæ, & sit quidpiam ab eo exorbitans, & recedens. Violentum enim dicitur quod repugnat naturali inclinationi rei impellentis ad oppositum. Et tandem Aristot. li. 2. Ethic, inquit: *Omne enim violentum inuoluntarium*. Igitur sicut tempestates haud multum durant, quia aëri violentæ sunt, & sicut in homine violentus est fletus & lachrymatio. Sic in Deo dicimus suo modo castigationem, & flagellationem violentas esse; & per consequens inuoluntarias. Et si tribulationum tempestates immittit, & lachrymarum abundantiam, non secundum naturalem, vt dicimus, conditionem, sed secundum meritum nostrum operatur.

Violentum, quid.

Conimbricenses lib. 1. de cælo c. 8. & lib. 2. c. 3.

Aristot.

Quis videat atris nubibus, atque densis cælum & vrbes operiri, & deseuiente tempestate, mox inualescente, viresque resumente maximas sese sic profudisse copiam molemque aquarū vehementissimam, vt domos euertat, &c. Aptissime Virgilius 1. Georg. à versu 322. describit tempestatem cum incipit.

Tempestatis descriptio.

Virgilius.

Sæpe etiam immensum cælo venit agmen aquarum
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes, &c.

Vbi docet quam sæua tempestate cælum soleat terram visitare. Sed cum tempestas violenta sit. Haud multum durat, apparet enim auricomus sol, qui omnia serenat, vt dixit Faustus:

Faustus.

Fulgidus vt pulsa sol tempestate serenat.

Et vt alius cecinit: *Post nubila Phœbus*.

Sic ait Tobias: *post tempestates tranquillum facis*. Has tribulationum tempestates solent peccata excitare, ex eis enim nubes condensantur, quæ cælum obnubilant, & impediunt ne oratio ad Deum transeat. Ideò dixit Ierem. Threnos. 3. v. 44. *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio*. Peccata enim hominum sunt (inquit noster Delrius) quasi vapores ex praui cordis humo ascendentes, quos cor impœnitens non tantum multiplicat, sed in nubem condensat. Hæc nubes est quasi sepimentum, seu paries inter Deum, & hominem, ne Deus orationem hominis exaudiat, & misereatur, solent nubes à rapidis ventis velociter moueri & fugari. Sed hęc nubes dimoueri nequit, nisi pœnitentiæ clibanus illam in lacrymas pœnitentiæ dissoluerit.

Post tribulationem consolatio.

Thren. 3. v. 44.

Delrius.

Peccatum nubes est, qua impedit, ne transeat ad Deum oratio.

97. Quod Deus violētos puniat, & quasi inuitus, probatur ex eo Gen. 6. v. 6. *Et tactus dolore cordis intrinsecus delebo inquit hominē, quē creaui à facie terræ*, &c. Et contristatus est in corde suo. Nimirum quia describitur pœnitudine, atque iracundia commotus, & velut inuitus ad puniendum. Idcircò vehementi quodam dolore angi dicitur, vt intelligamus Deum ad benefaciendum, quam ad corripiendum longe propensiorem, si quando punit non nisi compulsum, & irritatum nostris sceleribus, & quasi dolentem, & eiulantem expedire virgas; in manu supplicium, in oculis lacrymas, in corde dolorem præferendo. Illud, *dolore cordis intrinsecus*. q. d. (*condoler de coraçon*) indicat Deum non propensum sed inuitum ad puniendum se exhibuisse: Et quia *omne violentum est inuoluntarium*. Vt dixit Aristot. & nullum violentum perpetuum, ideò in Deo punitio inuoluntaria, & non perpetua dicitur. Ait enim Gen. 8. v. 18. *Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines*. Quæ promissio indicat in Deo esse violentum supplicium, & per consequens inuoluntarium, & nullo pacto perpetuum in hac vita & sicut violentum repugnat naturali inclinationi rei impellentis ad oppositum, sic punire & tempestatum tribulationem immittere repugnat naturali Dei inclinationi, quia hæc ad oppositum, id est, ad benefaciendum, & parcendum inclinat, quare non multum durant in Deo hæc supplicia, quia sunt inuoluntaria, sed *post tempestatem tranquillum facit*, & post nubila sol, & vt ex Festo diximus:

Gen. 6. v. 6.

Deus longe propensior ad benefaciendum, quam ad corripiendū.

Aristot.

Punitio in Deo inuoluntaria, & non perpetua.

Gen. 8. v. 18.

Supplicia in Deo non multum durant.

Fulgidus vt pulsa tempestate serenat.

Sic fulgentissimus sol Deus pulsa tempestate tribulationum animum hominis serenat, & liquefaciens nubem peccatorū per vim lacrymarum, exultationem infundit, & sicut tempestas tranquillitatem, sic lacrymæ exultationem generant, ideò cum diuina sapientia ambulasset cum iusto oblique, id est, per viam tribulationum & tentationum; ita ait, *& iter adducet directum ad eum, & lætificabit illum*, &c.

Illustratio tertia.

PORRO Holcot explicat id: *Et iter adducet directum ad illum*, id est, directè ducens ad Deum, quod iter est perpessa tribulatio propter Deum. Vnde colligitur tribulationem non solum fortificare hominem iustum, vt in primo hemistichio probatur, sed etiam rectificare in via ad Deum. 98.

Aristot. lib. 2. Meth. cap. 3. tom. 2. Agens de ventis, inquit: *Aquilones euaporosi sunt, quippe qui ab locis humidis & frigidis ingruant, atque ob id frigidi; sed apud nos amœni, mitisque cæli auctores sunt, quod nubes disijciant & abigant, contra australibus in locis, ijsdemque contrarijs, in quæ nubes impellunt, aquosi*. Hoc ipsum inuenitur in Salomone Prou. 25. v. 23. *Ventus Aquilo dissipat pluuias*. Et quia ventus rectus est, ideò rem ducit, quam vehit ad Austrum, qui est in opposito sinu. Haud dissimili modo tribulationes suum præstant effectum. Hæ enim ventis aquilonaribus comparantur, quia eorum asperitatem, rigiditatem, & frigiditatem imitantur. Sic dicitur Ierem. 1. v. 14. *Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ*. Per Aquilonem intelligit hostes aquilonares, quibus Deus minabatur Israëliticum populum dissipare. Ergo sicut hic ventus nubes propellit ad Austrum, cælum quasi purificant: Sic tribulatio nebulas peccatorum disijcit, & propellit vt hominem purum reddant. Sed quia ventus Aquilo rectus est ducit ad Austrum, vbi Deus inhabitat in lumine claritatis æternæ. Ideò præmonuit Habacuc cap. 3. v. 3. *Deus ab Austro veniet*. Et ad illum tribulatio compellit fugere. Sic dixit D. Chrysost. tom. 2. hom. 10. In Matt. *Neque enim vult Deus sua dona differre, sed tardius dando quod petimus, instantiam nobis orationis inducit. Propterea & aliquamdiu, & annuere precantibus differt, & tribulationes irruere permittit, vt ad ipsum & frequentius confugiamus, & expressius, nec ab eo discedamus aliquando. Tale aliquid faciunt amantiores filiorum parentes, cum paruulos suos viderint, à se quidem sæpe discedere, æquæuorum autem suorum lusibus detineri: præcipiunt famulis terribilia multa simulare, vt exagitati etiā metu paruuli, ad maternum sinum confugere festinent. Ita etiam Deus sæpenumero intentat minas*

Holcot.

Tribulatio rectificat hominem ducens ad Deū.

Aristot.

Prou. 25. v. 23.

Ventus aquilo dissipat nubes.

Ier. 1. v. 14.

Tribulatio vento Aquilonari comparatur.

Hab. 3. v. 3.

Tribulatio compellit ad Deum confugere.

D. Chrysost.

non

non vt eas in nos inducat, sed vt nos ad se potius adducat. Siquidem cum ad ipsum fuerimus reuersi continuo dissoluit timorem. *Quod sic quales in tribulatione sumus, tales etiam essemus in requie, nequaquam egeremus afflictionibus erudiri.* Vnde constat tribulationes bonos in via ad Deum rectificare. *Iter enim adducet directum ad illum.*

Deus intentat minas vt nos ad se perducat.

Tandem ait Sirach: *Et lætificabit illum*, q.d. Tribulatio hominem lætificat. Scire enim debemus, viam, qua ad Deum incedimus per vitam perfectam haud planam esse, sed difficultatibus plenam, Sic dixit Jacobus cap. 1. vers. 2. *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* Quare enim qui tentationibus agitantur, existimare debent in gaudium peruenisse? nisi quia *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei*: & cum tribulatio & tentatio perducat nos in gaudium fruitionis Dei perfectum, ideò adijcit Apostolus: *Patientia autem opus perfectum habet*, id est, effectum perfectum, qui est consecutio omnis gaudij cum beatis. Hoc confirmatur ex eo quod omnes electi Dei hîc expectant diuersos æternæ fœlicitatis gradus. Sicut dicitur Tob. 2. v. 18. *Filij Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam numquam mutant ab eo.* Sed illos, quos ad regnum æternum intendit promouere, hic per diuersas angustias & dolores probat & examinat, non vt per experientiam discat ab eis, sed per Dei beneuolentiam & suam patientiam mereantur. Sicut dixit Angelus Tobiæ cap. 12. v. 13. *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.* Ideò boni lætitia & gaudio debent compleri, & tripudiant, cum tales examinationes Deus præmittit. Quia si æquo animo tribulationes ferant, sibi pro certo debent polliceri suam dignitatem tandem cum gaudio possessuros. Patientia enim præsentis angustiæ & mœroris, futuræ lætitiæ & honoris euidens signum est. Vnde constat tribulationem hominem iustum lætificare.

Tribulatio hominem lætificat.

Iac. 1. v. 2.

Act. 14 v. 21

Tribulatio perducit hominem ad Deum.

Tob. 2. v. 18

Deus probat eos, quos ad regnum æternum intendit promouere.

Tob. 12. v. 13.

Et denudabit absconsa sua illi, &c. Tertius effectus sapientiæ animæ reuelari abscondita Dei. Vide Psal. 50. v. 8. 2. Cor. 12. v. 7. Tygur. & *exhilarato arcana sua detegit.* Mysteria abscondita illum docebit, addit Tygur. *Exhilarato*, vt demonstret illum lætificasse sapientiam, & huic quasi lætificato, & exhilarato denudasse, & detexisse arcana sua, sicut detexit Dominus Dauid, vt ipse dixit Psal. 50. v. 8. *Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Et licet D. August. explicet. *Quæ occulta, quæ incerta? quia Deus ignouit & talibus.* At D. Theodoretus sic interpretatur: *Non enim tantum me in regijs solijs collocasti verum vaticinationis gratia me dignatus est, & futura longo post tempore manifestasti, & ea quæ aliis incerta sunt, mihi certa fecisti, vt & alios docerem vnigenti filij tui humanitatem*, &c. Tandè Euthym. *Adeo tu*, inquit, *dilexisti me, vt ineffabilia prouidentia tua arcana per Propheticum mihi spiritum feceris manifesta. Ego tamen ingratus erga te esse apparui.* Hoc ipsum fecit Christus Dominus sapientia patris cum discipulis suis. *Vos autem* (inquit Joan. 15. vers. 15.) *Dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre meo nota feci vobis.* q.d. ex signo hoc amicitiam cognoscetis, quia secreta Patris mei reuelaui vobis, &c. Rabanus reddit rationem quoniam vbi spiritus gratia donum infuderit charitatis, profecto absconsa & abstrusa mysteriorum illic patebunt. Vide Isa. 60. vers. 5. *Tunc videbis & affluES; & mirabitur & dilatabitur cor tuum.* Quando scilicet Deum videbis sicuti est.

Sapientia detegit arcana sui, studiosis.

Psal. 50. v. 8

D. August.

Theodoret

Euthymius

Ioan. 15. v. 15.

Isa. 60. v. 5.

Et thesaurizabit super illum scientiam, & intellectum iustitiæ. Jam diximus hoc hemistichium in Græco desiderari, sed additum est à vulgato explicationis gratia. Ecce quartum effectum sapientiæ, qui est thesaurizare scientiam in anima sancta, id est, notitiam rerum naturalium: & quintum effectum, sapientiam recondere thesaurum intellectus iustitiæ in anima iusta, Tygur. legit: *Deinde locupletat eum scientia, & cogitatione iustitiæ.* Id est, pleniori eum cognitione donans, & abundanter illum perfundens scientia & intellectu iustitiæ: Vt sciat se & alios dirigere in viam iustitiæ. Sic Lyran. & sciat quæ conducunt ad salutem, & mysteriorum cognitione ditetur, ad perfruendum æternis bonis. Sic dicitur Isa. 58. v. 11. *Et implebit splendoribus, animam tuam.* Vt cognoscat, quæ sunt illa, quæ conducunt ad salutem, &c. Quia *non est finis thesaurorum* eius Isa. 2. vers. 7. Tandem *intellectum iustitiæ* thesaurizabit super iustum, quia cibauit illum pane vitæ & intellectus, &c. Vt dicemus cap. 15. v. 2.

Sapientia insum locupletat cogitatione iustitiæ.

Lyran.

Isa. 58. v. 11.

VERS. XXII.

Si autem aberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui.

Sensus.

Si autem aberrauerit, &c. q.d. Protectio sapientiæ erga hominem iustum durat vsque ad id tempus, in quo per malitiam consilio lapsus fuerit, & viam veritatis & iustitiæ reliquerit. Nam protinus vt malitiosè ille errore ducatur, & à societate sapientiæ quasi valedixerit: Illa eum deserens tradet in potestatem peccati sui, nullus enim ita aduersatur homini sicut peccatum, &c.

99. Protectio sapientiæ durat vsque ad tempus, & in quo aberrauerit iustus.

Illustratio prima.

Si autem aberrauerit derelinquet eum. Rabanus explicat dicens: Ille à via veritatis oberrauerit, qui fidem spem & charitatem perdiderit. Quem sapientia derelinquit: Quoniam indignum sua inhabitatione iudicauit. Vide Heb. 10. vers. 38. Hæc est autem iusta pœna desertorum, qui à sapientia, cui se semel addixerant, desciscunt atque deflectunt, vt & ipsi à sapientia deserantur, deseruntque miserrimè pereant, eique tradantur, qui eos male tractabit. Et pertinet istud maxime ad eos, qui iâ de se probati, & postea experti sapientiæ dulcedinẽ, tandem ab ea deficiunt. Hoc apprime illustratur ex eo Pauli Hebr. 6. v. 4. *Impossibile est enim*, ait, *eos qui semel sunt illuminati gustauerunt*

Semel illuminati, & prolapsi sunt non renouantur ad pœnitentiam.

Heb. 6. v. 4.

etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti: Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam. q. d. Qui aliquando baptismo lustrati, & illuminati fuerint, & cælestis muneris gustum aliquem & oblectationem perceperint, & ipsius diuini spiritus participes fuerunt effecti. Illam denique diuini verbi Christianęque disciplinæ dulcedinem, & eximias illas facultates delibauerint, quas olim in sæculo futuro, id est, hæc nostra tempestate diuinitus impertiendas vates illi prædixerant. Si fortè post hæc prolabantur, fieri nequaquam potest, vt denuo persimili pœnitentia & expiatione renouentur, &c. Illud *impossibile*, non refertur ad eos, qui semel acceperunt gratiam, nam istos non est impossibile per pœnitentiam renouari, sed ad semel baptizatos, quos illuminatos vocat Apostolus, nam baptismus antiquis Ecclesiæ temporibus, sacramentum illuminationis vocabatur; quia per illud transtulit nos Deus de tenebris in admirabile lumen suum, quod est lumen gratiæ. *Gustauerunt etiam donum cæleste.* Græci de remissione peccatorum interpretantur; alij de pace conscientiæ exponunt: Percipitur enim occultò quodam gustu suauitas illius doni, remissionis inquam peccatorum, quoties eam conscientiæ pax & serenitas cum interna spiritus consolatione consequitur. Explicans D. Greg. li. 29. Moral. c. 9. Iob 38. v. 19. *In qua via habitet lux: Multos inquit videmus quotidie qui iustitiæ luce resplendent, & tamen ad finem suum nequitiæ obscuritate tenebrantur. Et multos cernimus peccatorum tenebris obuolutos, & tamen iuxta vitæ suæ terminum repente redde luce iustitiæ liberos.*

Illos, qui post baptismum prolabuntur non renouari ad pœnitentiam, quid.

Baptismus Sacramentum illuminationis.

Alij tandem intelligunt de dono Eucharistiæ, quia Sacramentum corporis & sanguinis Domini vere donum cæleste est datum nobis ad gustandum ab eo, qui dicit: *Ego sum panis qui de cælo descendi.* Joan. 6. v. 41. Sic Haymo & Primasius & B. Theodoretus explicans id 1. Cor. 11. *Et sic de pane illo edat*, ait *& sic donum accipiat.* Rursus. *Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum*, qui doctrinam cælestia dona promittentem cum suauitate, & gaudio perceperunt, dicitur enim gustari verbum Dei, inquit S. Thom. quando non solum illuminat intellectum, sed etiam reficit affectum. *Virtutesque sæculi venturi*, id est, potentias. Græcè δυνάμεις significare videtur immortalitatem, & gloriam electis promissam in regno Christi cũ perfectas subiectione aduersariorum. Quæ vocantur virtutes, quia Dei virtus & potentia per ea mirificè declaratur. *Et prolapsi sunt*, post tot tantaque dona, lumina, suauitates, & dulcedines in apostasiam aliaue peccata prolapsi sunt. *Rursus renouari ad pœnitentiam.* Hic loquitur de pœnitentia baptismi, seu quæ præit baptismum, tantumque damnare hoc loco iterationem baptismi, vnde veteres passim ex hoc loco docent & probant baptismum æquè, ac confirmationem non posse iterari. Hebræi enim in Iudaismo sæpè se baptizabant, indeque facti Christiani putabant pari modo se posse iterum, tertiò & quarto baptizari, & baptismo iterato itidem peccata, in quæ sæpius incidebant expiare. Quare dicit. *Impossibile renouari ad pœnitentiam*, id est, iterum baptizari ad expianda peccata, &c. Noster Cornel. aliam sequitur expositionem ex Anselm. Lyr. Hug. Dionys. Vasq. Riber. & alijs, qui censent Apostolum propriè loqui de pœnitentia, eamque dicere impossibilem, id est, valdè difficilem esse peccatoribus,

Eucharistia vere donum cæleste, &c.

Ioa. 6. v. 41.

Haymo.

Primasius.

Theodoret

S. Thomas.

Apostatare ro pœnitentiam agunt.

Renouari ad pœnitentiam, id est, iterum baptizari.

D. Anselm.

Lyta.

Hugo.

Dionys.

Vasquez.

Ribera.

non quibusuis, sed grauissimis & ingratissimis, puta apostatis, qui post tot insignia lumina, & dona cælestia à Deo accepta, post tot gratias, & consolationes Spiritus sancti: Postquam gustauerunt delicias Dei, & futuræ vitæ à Deo, à fide & agnita veritate atque à Christo ad Judaismum, & infidelitatem decisunt, vt aliqui Hebræi faciebant.

Probatur hęc expositio ex eo quod mox subijcit Apostolus quasi exempio explicans quæ nunc dicebat: *Terra enim*, inquit, *sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo*; id est, continuam fertilitatem; dum enim terra labori & agriculturæ respondet, generatque herbam, facit Deus vt homines eam diligentius colant, & subinde triticum, aliasque segetes in ea ferant: Ipseque Deus illi nouas pluuias, & nouas solis, cælique influentias immittit, quo fit vt terra ita exculta nouos, plures, & meliores fructus ferat, quę est terræ quasi benedictio & fœlicitas. Vt ea, quã mater consequitur multos filios generans: Addit Paulus: *Proferens autem spinas, ac tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem*: Jd est, finis & exitus eius sit in combustionem, vt cum suis spinis, ac tribulis comburatur.

Heb. 6. v. 7.

Terra, quæ bibens imbrem benedicitur à Deo.

In eodem sensu inquit Ecclesiasticus de diuina sapientia, quæ illum; *qui aberrauerit*, id est, postquam viam veritatis ambulauit, & dona cælestia accepit, & tandem in apostasiam, prolabitur relinquẽdo diuinam sapientiam, deserit, & tradit in manus sui casus, &c. Lyra explicat, *derelinquet eum*, sicut contigit sacerdotibus, & scribis Iudæorum, qui à veritate, quam de Christo cognouerant per scripturas Prophetarum erraverunt per inuidiã, quam contra Christum conceperunt, eo quod prædicabat contra eorum vitia: Propter quod tradidit eos Deus in manibus Romanorum, qui partim eos occiderunt, partim captiuos duxerunt, & in manibus inimici permisit eos per obstinationem detineri.

Qui aberrat à via veritatis deseritur à sapientia.

Lyra.

Illustratio secunda.

102. *Glossæ explicatio.*

GLossa sic exponit. *Si autem oberrauerit fidem spem, & charitatem derelinquens, derelinquet eum. Habitatione sua indignum, & tradet eum protectione sua nudatum, in manus, id est, potestatem inimici, id est, diaboli.* Probat ex eo quod dixit Paulus. Hebr. 10. v. 38. *Iustus autem meus ex fide vivit, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.* q.d. Interea temporis, donec Christus liberator veniat, iustus fide in Deum & Christum sustinebit se in medijs malis, vt non abijciat spem, & confidentiam, sed in sua iustitia & patientia, vti cœpit, ita perget per fidem viuere, crescere, & proficere. Sed si quis tædio victus, aut animo in persecutione, aliaue aduersitate fractus patientiam abrumpat, collum, & humeros oneri subtrahat: Si præssus, malis, moraque victus animum despondeat, excidat à fide, & abijciat fidem, spem, iustitiam: Hæc non placebit animæ meæ, loquitur Deus humano more, quasi diceret. Non complectar apostatam, nec deosculabor bene placito meo, vti complecti soleo eos, qui mihi amica, & fideli necessitudine coniunguntur. Deus enim quasi iniectis brachijs de collo propendet hominum fortiter pro Christo agentium. Vbi autem grati esse desinunt, & remissa contentione

Hebr. 10. v. 38.

Qui subtrahit se à Deo ei non placet.

Deus apostatas non amplectitur.

laborem aspernantur: Remittit ipse quoque complexit, sicque desertor in cæcitatem, obstinationem, omniaque mala, & ærumnas collabitur. Sic eleganter explicuit hunc locum, vt assolet noster Cornelius, quæ explicatio optimè nostram sententiam confirmat. Cornelius.

103. *Qui consentit tentationibus à sapientia deseritur.* Dionysius Carthus. fere eodem modo exponit hanc sententiam. *Si autem aberrauerit*, id est, lucem veritatis & sapientiæ documenta reliquerit consentiendo tentationibus, & peccatis, *derelinquit eum*, &c. Id est, diuina protectione nudatum debitis pœnis subijciet. Sic Dauid loquitur ad filium Salomonem 2. Paral. 28. v. 9. (1. Paral. 28. v. 9.) *Tu autem Salomon, fili mi, scito Deum patris tui, & seruito ei corde perfecto, & animo voluntario. Si quæsieris eum, inuenies: Si autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum.* Deum derelinquere aut diuinam sapientiam, idem est, ac aberrare, qui enim scit Deum, & seruit ei, viam rectam sectatur, qui autem derelinquit ipsum Deum tentationi succumbens, aberrat dubio procul à via recta cognitionis & dilectionis Dei. (*Deum derelinquere, quid.*) Simili derelinquẽdi modo vtitur Deus cum omnibus, qui ab eo deflectunt per consensum peccati. Sic in generali dixit Dominus de Babylone Isai. 51. v. 9. (Isa. 51. v. 9.) *Curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam.* Super quæ D. Gregorius Pastor. 3. par. admon. 14. (D. Gregor.) *Babylon*, inquit, *curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens in praua actione confusa verba correctionis audit, flagella correptionis percipit, & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit.* Cum ergo contemnit homo ad recta salutis itinera reuerti, diseritur à Deo. (*Qui flagellatur, & non reducitur à Deo deseritur.*) Hoc est, si homo aberrauerit diuina sapientia relinquet eũ. Quia cum ingratum se præbuerit, similem meretur pœnam. Solet Deus hominem diligentissimè curare. Vt salutem consequatur, sed ipse ingratus indignus diuinæ protectionis efficitur. (*Pefecta conuersio, qualis.*) Sic ait D. Chrysost. tom. 5. serm. de vanitat. & breuit. vitæ fine: (D. Chrysost.) *Hæc itaque cum ipsi intelligamus, & non ignoremus quam deligentissimam nostri Deus curam susceperit, nihil erit per nos intermittendum, vt suis maximis erga nos beneficijs haud quaquam arguamur indigni.* Ideò Deus per Oseam cap. 14. v. 2. (Ose. 14. v. 2.) Prouocat ad pœnitentiam dicens: *Conuertere Israël ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua.* (*Conuersio ad Deum debet esse perfecta.*) Quæ conuersio debet esse perfecta, de illa ait D. Gregor. li. 1. Reg. cap. 7. lib. 3. *Perfecte conuertitur, qui quod semel graue egerat plangit: Quod rursum plangat vltra non repetit.* Vide D. August. serm. 3. in Domin. 1. Quadrag. (D. August.) vbi docet illum non esse conuersum qui priorum vulnerum cicatrices aperit & resauciat.

Illustratio tertia.

104. Et *tradit eum in manus inimici sui.* Græcè est, *in manus* πτώσεως αὐτοῦ hoc est *in manus casus sui*, id est, sinit eum cadere in mala ad quæ propendet, est genus loquendi mere Hebraicum, quale illud Psal. 106. v. 2. *Quos redemit de manu inimici.* (Ps. 106. v. 2.) Heb. *de manu aduersitatis*, & potest legi *aduersarij*. Nam כי vtrumque denotat; sic dicitur, *Et non venies in manus transgresionis*, id est, non peccabis. (*Sapientia tradit desertorem sui in manus inimici.*) Ergo tradit Deus sapientiæ desertorem in manus inimici sui, sicut fecit 2. Paral. 12. v. 5. Cum Rege Roboam: (2. Paral. 12. v. 5.) *Ipse dereliquit legem Domini, & omnis Israël cum eo.* Et volens Deus in eum animaduertere, permisit, vt consurgeret contra eum Sesac Rex Ægypti (*quia peccauerant Domino*) & ingressus Semeias Propheta ad Roboam, & principes Juda, dixit ad eos: *Hæc dicit Dominus: vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac*, &c.

Pari modo diuina sapientia eos, qui aberrant derelinquit, & tradit in manus inimici, vel in manus casus sui, nullus enim aduersarius impius, & hostis perfidus & cruentus ita hominem oppugnat, sicut peccatum, & cum libuit aliquem punire, tradidit Deus in peccatorum suorum manus. Sic Paul. Rom. 1. v. 28. *Et sicut non probauerunt*, inquit, *Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate*, &c. q. d. (Rom. 1. v. 28.) Quemadmodum eam, quam de Deo, rebusque diuinis assequi poterant cognitionem, mente complecti & excolere neglexerunt: Ita illos Deus in auersam ac plane detestabilem mentem, & omnis veri propique iudicij expertem tradidit. (*In reprobum sensus tradi, quid.*) Ex quo illud cõsecutum est, vt ea ipsi aggrederentur, ac perficerent quæ minimè oporteret, ita vt videas illos repletos iniquitate, &c. *Qui errant* (inquit D. Gregor. 25. Moral. cap. 9.) (D. Gregor.) *In Dei cognitione iuste tradun-tur vt errent pariter in agendis.* Ideò aiebat Dauid Psal. 66. v. 28. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam: Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.* D. Theodor. (Theodoret. *Deus peccata peccatis punit.*) Pœnam ob peccatum irrogatam iniquitatem vocauit. Sed D. Augustinus vocauit aliam iniquitatem in pœnam præteritę iniquitatis permissam à Deo. (D. August. Genebr.) Idem ait Genebr. Deus peccata peccatis punit, non infundendo malitiam, sed subducendo gratiam, & alia iustitiæ media, sine quibus non magis impij ad Deum conuertuntur, quam in sublimè aues sine alis volant. q. d. Sine eos libere ruere de iniquitate in iniquitatem, &c. Peccatum enim solet esse pœna peccati, & finit Deus homines in peccata ruere in pœnam iniquitatum suarum. Eleganter D. Gregorius lib. 25. Moral. cap. 9. (D. Gregor.) *Omne quippe peccatum*, inquit, *quod tamen citius pœnitendo non tergitur, aut peccatum est, aut causa peccati, aut peccatum & pœna peccati. Peccatum namque quod pœnitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit vt non solum peccatum sit, sed peccatum, & causa peccati. Ex illo quippe vitio culpa subsequens oritur, ex quo cæcata mens ducitur, vt peius ex alio ligetur. Sed peccatum, quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est, & pœna peccati: Quia iusto iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, vt præcedentis peccati merito etiam in alijs cadat. Quem enim liberare noluit, deserendo percussit*, &c. (*Peccatum non remissum suo pondere in aliud trahit.*) Quid certius? Ideò diuina sapientia eum qui aberrauit relinquens tradit in manus casus sui, id est, peccati sui, vt ab illo torqueatur, tamquam ab hoste cruento, apud quem pœnas sui sceleris luat. Tandem Holcot. in hac sentẽtia agnoscit pœnã damni, & pœnam sensus. Cum ait *derelinquit eum*, promittit priuaturum desertorem sapientiæ visione diuina. Quia primus dereliquit sapientiam. De hoc querebatur Deus cum dixit Ier. 2. v. 13. (Ier. 2. v. 13.) *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Quid mirum derelinquantur. (*Deus non derelinquit nisi derelinquentes se.*) Sic dicitur Paral. 24. v. 20. *Dereliquistis Dominum, vt derelinqueret vos.* Quia vt dixit D. Bern. (D. Bernard.) *Deus primus est in accessu & vltimus in recessu.* In 2. hemistichio agnoscit pœnã sensus, quod probat ex Ier. 5. v. 19. (2. Paral. 24. v. 20.) *Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra: Sic seruietis alienis in terra non vestra.* (Ier. 5. v. 19.) Scil. in terra morientium. Id est, in inferno.

VERS.

VERS. XXIII.

Fili conserua tempus, & deuita à malo.

VERS. XXIV.

Pro anima tua ne confundaris dicere verum.

Sensus.

105. Conserua tempus, &c. q. d. Fili consilium meum tibi placeat, exhortor te ad obseruandam opportunitatem temporis, vt alios doceas, & eis benefacias, quia omnia tempus habent. Et moneo te, vt temporis, & sæculi malitiam obserues, ne per eam à recto declines, sed adhibita diligenti sollicitudine & cautela ab illa sis liber, & caue à malo à quo scilicet propter temporis malitiam tibi est periculum, ne forte quid committas, quod sit contra conscientiam, & quoniã ob temporis huius malitiam solet fere periculum esse à pudore quodam inutili & pernitioso, dum quæ æquitas postulat, pudet vel dicere, vel facere, quia aliorum offensa metuitur: Rogo te pro anima tua, ne confundaris dicere verum, id est, pro conseruanda vita tua, & effugiendo vitæ periculo, vel pro anima tua, id est, pro conscientiæ tuæ salute, &c.

Illustratio prima.

Rabanus. Fili *conserua tempus*, &c. Dixit Rabanus: Supra commendauit sapientiæ donum, nunc ostendit ipsius factum, quia quicumque veraciter seruat præcepta sapientiæ, cautus est in temporum mutatione, nec deserit viam iustitiæ in tempore persecutionis & angustiæ. Ideò sapientia exhortans filios suos ipsa docet sapientia vt conseruent tempus: Quia *tempus omni rei sub cælo, & tempus est belli, & tempus pacis.*

Conserua tempus. Idem est ac obserua tempus, vel *occasionem*, σωτήρησον καιρὸν, id est, vtere opportunitate & occasione vt Palacius explicat Dionysius. (Palacius. Dionysius.) Tempore opportuno fac quidquid facere debes, nam opportunitas temporis est vna de generalibus circumstantijs virtuosi, ac meritorij actus. Holcot. id est, serua simul, ne aliqua pars eius inutiliter occupetur: Quia damna rerum poterit aliquis recuperare, sed temporum damna nemo. Sic Satyricus: *Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum. Rex poterit rebus succurrere, nemo diebus.* Vide Senecam Epist. 108. (Sâ. Iansen.) Tandem Sâ. tempus scilicet benefaciendi Jansenius, docendi alios. (*Temporis opportunitas obseruanda ad quodcumque opus faciendum.*) Quocumque modo intelligatur docet Ecclesiasticus temporis opportunitatem obseruare ad quodcumque opus faciendum. Quod probat id Eccles. 3. v. 1. (Eccle. 3. v. 1.) Vbi opportunitatem temporis præcipit obseruari. *Omnia tempus habent.* Id est, omnibus tempus est, & omni rei agendæ occasio. *Tempus* vocat spatium ac dimensionem, per occasionem verò tempus intelligit rebus agendis maximè opportunum, quod qui prætermittat reprehensione non caret. Docet igitur quid, quo tempore, faciendum nobis sit, vt extrema quæ sunt vitiosa facile euitemus, atque ex æquo vtrumque fugiamus, & excessum ne quid nimis, & defectum vt nihil desit. Sic noster disertissimus Pineda ex Nysseno & Euagrio. (Pineda.) Et cum dicat *tempus belli, tempus pacis* explicat D. Antiochus tom. 7. Bibl. nouæ hom. 91. (D. Antioch.) *Tempus belli, luctæ scilicet, cum aduersus hominem cominus confligit, & eo oritur diabolus in illum multiplicium tentationum armatus telis. Tempus pacis vbi discussa tentationum nube, serenitas amœna diuinæ gratiæ affulget, & inclarescit, incredibile gaudium inserens animæ.* Et qui ita retorquet, tentationum tela, vt victor euadat, haud dubium tempus obseruare, vel conseruare dicitur.

Insuper quoniam accidunt varia & difficilia tempora, in quibus cum maximo animæ periculo versandum est, vult summam prudentiam, & cautionem adhiberi, ne quis imprudens ea faciat, aut concedat potentibus, quæ sunt iniqua, atque ad conscientiam, & animæ salutem pertinent. 106. (*Tempore bene vtendum.*) Hæc tempora diligentissimè vult obseruari, ne quis incautus aliquid dicat, faciatue, quod contra conscientiam sit. Ideò sapiens cohortatur nos ad bene vtendum tempore. Sic inquit Paulus Ephes. 5. v. 15. 16. (Ep. 5. v. 15.) *Videte fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* q. d. Circumspectè conuersamini, non quasi insipientes, quales sunt ij, qui tempus hoc breuè ad salutem datum prodigunt, eoque abutuntur ad se damnandum. (*Caute ambulare, quid.*) *Tempus redimentes.* Id est, captantes occasionem, vel cum D. Anselmo. (Anselmus.) *Cautè enim ambulant, qui sic per viam bonæ operationis incedunt, vt ab insidiantibus vitijs se sapienter custodiant. Cautè ambulant, qui & bona faciunt, & nec suis, nec aliorum vitijs maculantur. Ambuletis non quasi insipientes sæculi amatores, qui non prouident sibi in futurum; sed vt sapientes, qui sic in hoc sæculo viuere student, vt in futuro vitam æternam habeant. Redimentes tempus. Tempus redimimus quando anteactam vitam, quam lasciuiendo perdidimus, flendo reparamus. Dum enim malè agimus, tempus, in quo bene operari deberemus, amittimus: Sed damnum temporis redimimus, si ita vitam commendamus, vt ea bona, quæ olim facere neglexi mus, & ea, quæ nunc facere debemus faciamus.* (*Redimere tẽpus, quid.*)

Tempus secundum D. Hieronymum est quasi captiuum, quando malè expenditur cum à Deo datum sit vt bonis operibus seruiat. (D. Hieron.) Ideoque per bona opera redemitur ex captiuitate, & in libertatem asseritur. (*Tempus est quasi captiuum, cum male expenditur.*) Potest etiam *redimentes* sumi pro ementes. q. d. Studiosè emite quantouis prætio & difficultate, & dispendio rerum iucundarum, *tempus*, id est, occasionem bene operandi, *Quoniam dies mali sunt*, id est, miseri, ærumnosi, pleni tentationibus, periculosi, ne in ijs perdatur vita æterna. Hoc confirmat id Eccles. 14. v. 14. (Ecc. 14. v. 14.) *Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat.* q. d. Non defrauderis à die, seu tempore gratiæ, vide vt illo vtaris, quod tam est prætiosum, (*Obseruare tempus, quid.*)

 sum,

sum, & particula. Id est, portio, *boni doni*. Jd est, occasionis quam tibi dedit bene operandi non te prætereat sine fructu. Hoc est *obserua tempus*. Dixit enim Theophrastus. *Nullum esse sumptum pretiosiorem tempore. Solum enim hoc recuperari non potest, & tamen vulgo nihil vilius habetur tempore.* Ita Laert. li.5. Simonides interrogatus *quantum temporis vixisset. Tempus quidem*, inquit, *exiguum, annos autem multos*. Seneca ad Lucil. Ep.1. *Omnia, mi Lucili, aliena sunt. Tempus tantum nostrum est. In huius rei vnius, fugacis ac lubricæ possessionem natura nos misit.* Ouid.

Theophr.

Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas,
Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit

Illustratio secunda.

107. IN Græco est Συντήρησον καιρόν, *conserua tempus*, vel *occasionem obserua* verbum *chairos*. Significat propriè occasionem, & opportunitatem temporis, & tempestiuitatem. Demost. occasio rerum bene gerendarum, vnde dicitur obseruare, vel captare occasionem ad aliquid faciendum, nos dicimus. *Aprovecharse de la ocasion*, aut *no dexar passar la ocasion*, vel *assir de los cabellos a la ocasion, paraque no se nos escape de las manos*. Cum ergo Ecclesiasticus monet tempus vel occasionem conseruare, vel captare, est, q.d. *Guarda la ocasion para aprouecharte della, no sea que huya, y no la puedas despues alcançar.*

Verbum καιρός, significat occasionem.

Apud antiquos occasio, quæ semper tempus comitabatur, vt dea colebatur. Vt Vincentius Cartharius in lib. imag. Deorum affirmat. Itaque occasionem, auctore Philostrato in statuis, inter Deos fortasse retulerunt, vt eius imagine, diuinis honoribus affecta, ac sæpe ob oculos posita, admoneremur omnes, vt in cunctis temporum momenta captaremus; res enim temporibus mutantur, effluunt, cumque, qui accipere, cum offerentur, omiserit, maximo mœrore afficiunt. Eius imago erat huiusmodi. Mulier nuda pedibus, rotæ aut pilæ insistebat, longos capillos è fronte dependentes habens, cæterum occipitio recaluastra, pedibus alata, perpetuam comitem habens pœnitentiam: Nam ea nobis per imprudentiam è manibus elapsa, nihil nobis præter pœnitentiam reliquit. Huiusmodi legitur occasionis effinxisse simulacrum Phidias, de quo M.P. Ausonij fertur sane quam elegans Epigramma è Græco conuersum, quod ex Philostrato describere libet.

Occasio, vt Dea colebatur.
Vinc. Cart.
Occasionis descriptio apud antiquos
Ausonius.

Cuius opus? Phidiæ, qui signum Palladis eius,
Quique Iouem fecit tertia palma ego sum.
Sum Dea, quæ rara, & paucis occasio nota.
Quid rotulæ insistis? stare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris sum. Mercurius quæ
Fortunare solet, tardo ego cum volui.
Crine tegis faciem, cognosci nolo. Sed heus tu,
Occipiti caluo es, ne tenear fugiens.

108. Latini occasionem vt Deam coluerunt, Græci vt Deum, καιρὸς enim apud illos virilis est generis, quam occasionem nos dicimus. Huic, Pausanias scribit apud Eleos altare positum, atq; eum ait ab Ione Poëta filiorum Saturni natu minimum vocatum fuisse. De hoc in Florilegio Græcorum Epigrammatum Posidippi extat scitissimum Epigramma, ad cuius exemplar, Ausonius suum conscripsit, quod descripsit auctor Florilegij lib.4. Ipse autem inquit:

Latini vt Deam colebant occasionem, Græci vt Deum coluerunt.
Posidippus

Vnde & quis fictor? Sicyonæ at nomine quisnam?
Lysippus. Tu quæ? occasio cuncta domans.
Quid summo insistis pede? Curro vsq;. At duo plantis
Cur talaria habes? vt leuis aura volo,
At quid dextrâ nouaculum habet? Mortalibus index,
Vel quauis aui seni quod acuta magis
Quid demissa à fronte coma? Obuius vt capiat me
Per Iouem? at à tergo quid sibi caluities?
Nempe semel pedibus, quem prætercurro citatis
Nemo volens me à tergo amplius arripiet.
Ob vos me talem sculptor formauerat, hospes,
Vtque alios doctam vestibulo imposuit.

Occasio cuncta domat.

Hæc duo Epigrammata inter se mirificè consentiunt, nisi quod Posidippus nouaculam in Ceri manibus collocat. Et Ausonius suæ occasioni pœnitentiam comitem adiungit. Calistratus etiam cum Posidippo de Cero Dea & loco conueuit, puerumque ipsum Deum facit, florentis ætatis, formosum, crinibus sparsis Zephyro, & cætera denique ferme quæ Posidippus. Vigilandum est igitur ac manus paratæ habendæ, vt quæcumque occasio tulerit, statim arripiamus; Nam dictio citius auolat, ac posteriores capitis partes glabras ostendit is, qui in priores capillatas manus non iniecit, nam eam postea comprehendere non datur. Cum pedes ad fugiendum alatos habeat. Sic inquit Calistratus in expositionibus statuarum apud Philostratum: *Coma autem ante frontem vagatur, quia tempus accedens sumere facile est: Eo præterito negotiorum vigens occasio vnâ abit, & neglectum tempus capere est nefas.* Sic etiam Plato lib.2. ait.

Epigrammata inter se conueniut.
Calistrat.
Quodcumq; occasio tulerit statim arripiendum
Calistratus Philostrat.
Plato.

Rem tibi quam noris aptam dimittere noli
Fronte capillata post est occasio calua.

Occasio calua, & quare

109. Cum ergo occasio nihil aliud sit, quam opportunitas temporis casu proueniens de eo, qui occasionem captat, & obseruat, mirum nobis proponit Hieroglyphicum Pierius lib. 8. cuius titulus est, *opportunitatis captator*, & agens de Echino terrestri vulgo el *erizo*; inquit. Nouit siquidem Echinus (de terrestri loquor) cubilia sua Aquilonum & Austrorum mutatione commutare. Duas enim cubilibus fenestras facit, alteram Notum versus, Boream versus alteram, quaque parte ventum futurum præcognoscit, fenestram obturat, alteram recludit: Sin intra tectum alatur ad parietem discedit. Hominem quippe temporum omnium conditioni sese accommodantem per id animal significari, & quod ait Phocylides: καιρῷ λατρεύοντα. Ideò aiebat Erasmus in prouerbijs: Quoties fortuna offert commoditatem, quæ tibi sit apta, statim arripe: nam occasio frontem habet capillatam, vt ea parte teneri possit, verū si semel se verterit ab occipitio calua est, vt iam apprehendi nequeat, hoc est, opportunitas cum contigit teneri potest, non redit autem cum voles, si neglexeris.

Pier. Valeri.
Hieroglyphicum de Echino.
Quare occasio habet frontem capillatam.

110. Quæ omnia nos docent oblatam occasionem nullo modo prætermittendam, sed obseruandam & captandam esse. In quo sensu loquitur Ecclesiasticus cum inquit: *Occasionem obserua*. Hoc apprimè potest illustrari ex eo Eccles. 9. vers.10. *Quodcumque* (inquit Salomon) *facere potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* q.d. Inquit noster Pineda: Nihil opus est exquisitis tantum, atque speciosis operibus intendere, ac non nisi ardua moliri, & magna conari quidquid tandem boni operis tempus & occasio obtulerint, arripiendum, & præstandam celeriter, ne è manibus

Occasio oblata non prætermittēda, sed captanda.
Eccl.9. v.10.

manibus opportunitas temporis ad benefaciendum breuiter elabatur. Illud *instanter* ad celeritatem contra omnem cunctationem refertur. Celeriter & absque mora boni operis occasionem arripere. Pro virili curabis vt sedulò, sollicitè, celeriter, primum quamque bene agendi, & honeste lætandi, & hilariter viuendi occasionem minimè prætermittas. *Quia nec opus*, &c. Id est, dum viuis potest sane re tua vti, scientia, qua polles, ratione, consilio, sapientia, quia efficies vt opera tua multum tibi conferant ad aliquid vel promerendum, vel commodi, & iucunditatis in vita. His verò nullus iam post vitam locus apud inferos. Postea enim nullum consilium, nulla scientia, nullum opus conferet vel ad beatæ viuendum, vel ad sortem, & conditionem, quam semel acceperis cum meliori commutandam. Docet ergo sapiens Salomon occasionem & opportunitatem bene operandi non esse prætermittendam, sed cum offertur arripiendam; quia cum occasio, & opportunitas transierit, & occipitium ostenderit, id est, sine capillis, nam occipiti caluo est, & fugit ne teneatur. Jam è manibus occasione dilapsa, nihil tunc poteris efficere; *nec ratio* enim, *nec opus, nec scientia* erit in sepulchro, quò omnes properamus. Quod idem est ac dicere, *occasionem obserua*, id est, opportunitatem capta, & tempus conserua, quia si illud prætermittis vituperaberis. Sic dixit Euagrius: *Chiron esse opportunitatem, & occasionem, seu tempus operationi aptum, quod qui dimittit vituperatione dignus est.*

Instanter idem, quod celeriter.
Nullus locus post vitam apud inferos
Euagrius.

111. Jnsuper potest probari ex eo Isa.55.v.6. *Quærite Dominum dum inueniri potest; inuocate eum dum prope est.* q.d. Ergo, ô populi, ne committatis vt tempus, & occasio vobis tam opportuna ad salutem abeat inanis. Quærite Christum dum multis modis vobis occurrit, inueniturque facilè. Eius auxilium implorate, dum prope est, & facile præces inuocatus exaudit. Quia si hæc occasio è manibus dilabitur, habet talaria vt tamquam leuis aura volet. Rom.2.v.4. Ait Paulus: *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit?* Pende id, *te adducit*. q.d. Tibi occasionem, & opportunitatem offert, vt possis per pœnitentiam illam arripere, & salutem obtinere, benignitas Dei te inuitat, & suadet, vt comam occasionis à fronte demissam capias, & animæ salutem cōsequare. Verbum *contemnere indicat* occasionem occipiti caluo esse, & fugere ne teneatur. Cum enim dorsa vertit, quia habet à tergo caluitiem, inquit ipsa.

Quærendus Dominus, dū inueniri possit.
Isa.55. v.6.
Rom.2.v.4
Benignitas Dei ad pœnitentiam adducit.

Nempe semel pedibus quam prætercurro citatis,
Nemo volens me à tergo amplius arripiet.

Id est, cum contemnit Dei patientiam, & longanimitatem, non poterit amplius salutis occasionem arripere. 2. Cor.6. v.1.2. *Tempore accepto exaudiui te. Ecce nunc tempus acceptabile*, &c. Galat.6. v.10. *Ergo dum tempus habemus operemus bonum.* Vide etiam Ier.16.v.16. Heb.2. vers.1 Et alibi. Jtaque monet Ecclesiasticus tempus obseruare, & occasionem captare ad benefaciendum cum sese nobis obtulerit, ne è manibus occasio dilabatur, & animi salutem, quam concupiscimus amittamus.

2. Corint.6. v.1.2.
Tempus acceptabile.
Gal.6.v.10.

Et deuita à malo. Id est, diuita malum, vel caue à malo, à quo scilicet propter temporis malitiam tibi est periculū, ne forte quid committas quod sit contra conscientiam. Hoc ipsum monet Psaltes. Psal.33. v.15. Cum ait. *Diuertè à malo*, & Psal. 36. v.27. *Declina à malo*. Jn vtroque Hieronym. *Recede à malo*, generaliter loquitur de omni peccato, à quo recedendum nobis est. Potest etiam intelligi actiuè de malo faciendo. Siue sit peccatum contra conscientiam committere, siue malum iniuriæ alicui inferre. Quomodocumque sit *deuita à malo*, vel declina, vel caue, &c. Quia non potest esse lætitia vera vbi est mala conscientia. Ideò dixit de idololatris Oseas cap.9.v.4. *Sacrificia eorum quasi panis lugentium*. Peccator enim comedit panem lugentium, quia ei nihil est lætum etiam si epuletur & tripudiet, cum mala conscientia tollat veram lætitiam. Hæc enim vermem rodentem & remorsum pungentem semper secum defert.

Nihil committendum quod sit contra conscientiam.
Psal 33. v.15. & 36. v.27.
D. Hieron.
Ose.9. v.4.

Illustratio tertia.

PRo anima tua ne confundaris dicere verum. Jd *dicere verum*, in Græcò desideratur, solum dicitur. *Et ne confundaris pro anima tua*, vel *nec te animæ tuæ pudeat*. Nos diceremus. *Mira que no hagas cosa de que te auergueuces.* Id indicat, quod Vatablus addit: *Ne quid committas cur te animæ tuæ pudere possit.* Vbi nota in discrimine salutis animæ pudorem esse inutilem, imò pernitiosum ex dignitate hominum potestateque susceptum quorum voluntatem nolumus offendere, aut eorum gratiam amittere, eamque veritati æquitatique præferimus. Holcot, pro vita temporali seruanda, nec pro aliqua confusione sustinenda est veritas demittenda: Quando pro loco & tempore debet vti, siue in confessione fidei vel peccati; siue in testificatione: Siue pronuntiatione iudicij: quia confessio vel mora pro vero defendendo vel dicendo non perdit, nisi corpus ad tempus, sed mendacium semper animam. Sic ille sed forte de erubescentia & confusione in generali intelligendum. In quo sensu forte dixit Isaias cap.54. v.4. Agens de generalitate. *Noli timere quia non confunderis, neque erubesces: Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuiscis, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius.* q. d. Metus igitur à te procul absit, quia procul etiam à te pudor aberit, atque confusio ex antiqua fortuna: Sic enim à me magnifice ac luculenter ornaberis, vt non iam amplius tenuitatis illius recorderis, quam in ætate iuuenili primum habuisti, aut opprobrij, quod afferre potuit antiqua viduitas. 112.

Nihil faciendum, quod pudeat.
Isa.54. v.4.

Sed quia noster vulgatus explicationis causa addit illa verba; *dicere verum* de dicenda veritate nobis explicandum est, illud pro *anima tua*. Duobus modis potest intelligi, vno modo vt anima significet vitam, & sic est sensus; non confundaris dicere verum pro conseruanda vita tua, & effugiendo vitæ periculo, hoc est, non sit tibi charior vita quam veritas, imò hanc cum opus est, deposito pudore libere confitere, etiam si sit periculum vitæ. Nos dicimus. *Confessa la verdad, aunque te cueste la vida.*

Dicendum verum.

Sed melius secundo modo debet intelligi quem sequitur Iansenius. *Pro anima tua*, hoc est, pro conscientiæ tuæ salute, ne scilicet conscientiam tuam lædas, & in animam tuam pecces, vt significetur causa, ob quam non est erubescendū dicere veritatem nempe salus animæ propriæ, quæ per pudorem confitendæ veritatis amittitur. Insigne testimonium ad hoc comprobandum est illud Luc.9. v.26. Vbi ait Christus Dominus: 113.

Iansenius. *Anima pro conscientia.*
Luc.9.v.26.

minus: *Qui me erubuerit, & meos sermones: hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & Sanctorum Angelorum.* Causam hic precedentis sententiæ de tollenda cruce, & abnegatione sui explicat, q.d. Dixi eum, qui non tollit suam crucem, neque sequitur, etiam si mundum lucraretur nihil proficere, sed se ipsum perdere: Quia qui me, sermoneque meos erubuerit, me per fidem non confitendo, aut meis mandatis non obediendo, quasi eum puduerit crucem tollere, & sequi illum, qui crucifixus est; hunc talem ego etiam erubescam illum, cum venero iterum non iam in humilitate, sed in maiestate. Iustum enim est, vt qui me erubuit in humilitate mea, ego etiam in maiestate mea erubuero, is omnino perdetur. Sic Toletus noster. Itaque tempore aduentus prioris, in quo sumus vsque ad posteriorem, inuitat, & exhortatur vt crucem tollant, & eum sequantur credendo, confitendo, mandatis suis obediendo, nec erubescant sequi illum, qui crucifixus est: Quod si id non fecerint quasi pudeat crucifixi diuinitatem confiteri, & sermonibus obtemperare, in posteriori aduentu, quando apparebit maiestas eius, tunc ipse erubescet eos, ac contemnet, & à se in exteriores æternæ damnationis tenebras proijciet, nihilque proderit ijs hominibus, etiam si medio hoc tempore mundum totum lucrati fuerint. Et quia reputatum fuit Euangelium quasi doctrina contemptibilis & pudenda, cum reuera esset summe honorabilis. Ideò, Paul. 1. Cor. 1. v. 23. Inquit: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum: gentibus autem stultitiam.* Christus crucifixus, & eius Euangelium contemptibilis videbatur Iudæis, & erubescebant se Christum crucifixisse, & coram eis nec nominandus erat, quia offendebantur, nos diceremus. *Era como nombrar la soga en casa del ahorcado. y tenian verguença, y empacho de ser discipulos del crucificado.* Sic Prouerbium apud nostrates: *Quæ dolent, ea molestum est contingere. En casa del ahorcado no se a de mentir la soga.* Cõfundebantur enim veritatem, id est, Christum crucifixum Deum esse, confiteri. Quare hanc iniuriam rependere pollicitus est, cum inquit ipse Christus: *Qui me erubuerit*, &c. Ergo *pro anima tua*, id est, cum vitæ periculo nemo confundendus est *dicere*, vel *confiteri veritatem fidei*. Ideò Rabanus explicat. Hortatur milites Christi, vt cum tempus persecutionis institerit, non deterreantur pro Christi nomine animam ponere, neque confundantur voce & ore veræ fidei confessionem proferre, &c.

Qui erubuerit confiteri Christũ Christus illum erubescet.

Toletus.

Non erubescendum tollere crucẽ.

1. Cor. 1. v. 23.

Christus crucifixus scandalum Iudæis.

Rabanus.

Illustratio quarta.

114. *Mendacium non dicendũ.*

DEnique Iansenius adijcit: Confundimur autem, hoc est, erubescimus dicere verum in pernitiem animæ nostræ, non solum cum præ pudore omittimus confiteri veritatem de Deo, sed etiam cum mendacia, quæ sunt contra honorem vel nostrum, vel proximi non redarguimus, aut cum pro officio peccantem fratrem arguere cessamus. Prou. 20. v. 17. Inquit Salomon: *Suauis est homini panis mẽdacij, & postea implebitur os eius calculo.* Dicitur suauis panis mendacij, quia lucrum mendacijs, & fraudibus partum non magnis acquiritur laboribus. Sed illud lucrum erit postea non minus insuaue quam si quis propane lapillos, aut arenam masticare cogeretur, dum ob suas iniustitias diuinam, aut humanam vltionem perferre cogetur. Eccles. 20. v. 26, 28. *Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assiduè erit. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione.* q.d. Infamiam grauem affert homini mendacium, quia efficit vt ei licet verum dicenti non credatur, & parum honestus habetur; qui veritatem non curat. Nihilominus tamen, *in ore disciplinatorum*, id est, eorum, qui non sunt bene instituti, nec attendunt quantum sit malum, *assiduè erit. Mores*, &c. Id est, mentiendi consuetudo semper habet coniunctam ignominiam, eique adhæret semper, quia ea nota non facile eluitur, neque existimationem aliquam bonam obtinere possunt qui de mentiendi consuetudine sunt infames, & omnes eorum mores, id est, actus hominis mendacis sunt sine honore, quia propter mentiendi consuetudinem etiam boni eius mores, suo carent honore. Sic explicuit hunc locum noster Antonius de Balinghem in locis communibus.

Prou. 20. v. 17.

Eccles. 20. v. 26.

Infamiam affert homini mendacium.

Balinghem

115. *Mendacium erga proximos prohibitum.*

Quod prohibitum sit mendacium erga proximos probatur Ephes. 4. v. 25. *Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.* Non enim debent membra sibi mentiri, aut mutuo fallere, sed fideliter pro inuicem sollicita esse. Dixit Homerus. *Exosus enim mihi ille velut inferni porta, qui aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud vero ore profert.* Si quilibet mendax exosus erat, quanto potius ille, qui cum proximo suo non loquitur veritatem. Qui enim iustus est iactat se odio habere mendacium. Sic Judas Patriarcha. Gen. 38. v. 18. 23. Pignora tradita Thamaræ, quæ se meretricem finxerat perdita esse minime ægrè tulit, sed curam gessit solum de honore suo soluens promissum ne mendacij argueretur à meretrice. Quare ait: *Habeat sibi, certè mendacij arguere non potest.* Veritatem dicere pluris æstimo quam pignora, licet prætiosa possidere.

Ephes. 4. v. 25.

Homerus.

Qui iustus est iactat se odio habere mendacium.

Genes. 38. v. 23.

Sed præcipue hoc interdictum est Leuit. 19. v. 11. *Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum*, &c. Quia qui mentitur haud dubium veniam non meretur. Hoc comprobat illud Xenophontis philosophi imperatoris, qui refert, in lib. 3. De institut. Cyri Cyrum conuocasse duces Persarum, & Medorum, & ex Armenijs eos, qui dignitate præstantes aderant, & cum opportunum visum esset, dicendi principium fecit. *Primum ait Armeni consulo tibi, vt in hac causa cognitione vera dicas, quo vnum illud saltem absit à te, quod odium maximum meretur. Nam certo scire te volo, esse hominibus impedimento ad consequendam veniam maximo, si in mendacio deprehendantur*, &c. Et cum de Persis, & Jndis agit Alexander ab Alex. & de patronis erga clientem, ait: *Id quod Persis & Indis magni criminis instar erat, quorum lege cauetur, vt qui clientem decepisset, quique ter mendacio abusus fuisset, illi omnem vitam silentium induceretur, nulloque magistratu, aut honore dignus haberetur. Artaxerxes quoque mirificè mendacium auersatus fuit, adeo vt mendacis hominis linguam triplici clauo affigi iusserit. Fertur Epaminundas tam seuerus veritatis cultor fuisse, vt ne ioco quidem quãdoque mentitus sit.* De eisdem Persis tradit Herodot. lib. 1. Clio, à quinto anno incipientes vsque ad vicesimum tribus dumtaxat institutum equitare, arcu sagittas excutere, vera loqui. Et paulò post. *Turpissimum apud eos ducitur mentiri*, idem repetit Cælius Rhodigin. lib. 18. Antiq. lect. cap. 18.

Leuit. 19. v. 11.

Qui mentitur veniam non meretur.

Alexander ab Alex.

Mendaces non merentur veniam.

Herodot.

Perse vera loqui docent omnes.

Rhodigin.

Jdeò

Jdeò Phocylides in poëm. admonit. hoc consilium in principio præbet.

Mendacia ne dixeris, sed vera omnia loquere.

D. C. Pap. Quare D. Clemens Pap. lib. 3. Recogn. apud quẽ Petrus Apostolus: *Me enim mentiri fas non est, neque vt infidelis hic* (Simon magis) *saluetur, aut non saluetur, ego fallere debeo.* Verum enim est quod Chrysost. tom. 1. hom. in Psal. 14. *Mala est macula in homine mendacium*, quia iniquitas est. Sic dixit D. Gregor. li. 18. Moral cap. 4. *Omne mendacium iniquitas est, & omnis iniquitas mendacium: Quia profecto ab æquitate discrepat, quidquid à veritate discordat.* Multa de hac materia in sanctis patribus. Supersedeamus hic, plura alia postea dicturi. Quæ omnia satis comprobant non esse nobis erubescendum vera dicere, etiam si periculum vitæ immineat. De veritate in confessione inferius dicemus. Vers. 31.

D. Chrysost. *Mendacium homini macula est.*

D. Gregor.

VERS. XXV.

Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam, & gratiam.

Sanctorum Patrum testimonia.

116. D. August. *Quæ confusio adducit peccatum.*

LIbet prius antequam ad explicationem accedamus aliquorum Patrum testimonia recensere. D. August. to. 2. Epist. 48. fini explicat hunc locum ad hunc modum: *Confusio adducit peccatum cum erubescit quisque prauam mutare sententiam, ne aut inconstans putetur, aut diuersus à se ipso iudice teneatur, ita descendunt in infernum viuentes, id est, sliam perditionem sentientes: Quos Dathan, & Abiron. & Chore hiatu terræ absorpti, tanto ante futuros figurauerunt. Confusio autem adducit gratiam, & gloriam, cum erubescit quisque de propria iniquitate, & pœnitendo in melius commutatur*, &c. D. Gregor. li. 1. in Ezec. hom. 10. Explicans id c. 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiorem*, &c. inquit; *Sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum, sapientia est, bonum vero erubescere fatuitatis. Vnde scriptum est: Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam. Qui enim erubescit pœnitendo mala, quæ fecit, ad vitæ libertatem peruenit. Qui vero erubescit bona facere à statu rectitudinis cadit, atque ad damnationem tendit*, &c. Vide etiam lib. 4. Moral. cap. 17. & D. Chrysost. tom. 1. hom. 10. in cap. 1. Genes. Tandem D. Julianus Epis. Toled. tom. 15. Bib. nouæ lib. 1. Rogat, quare sit confusio adducens peccatum, & adducens gloriam? & respondet idem quod D. Gregor. in loco, quem nuper citauimus scilicet li. 1. in Ezech. hom. 10. Sensus huic sententiæ haud difficilis est, offero illum, & illustro.

D. Gregor.

D. Iulianus

Sensus.

Est enim confusio, &c. Iam admonuit, inquit Ecclesiasticus, nullam in dicenda veritate confusionem, & erubescentiam admittere, nunc autem tibi rationem præbeo, quia duplex pudor inuenitur, alter non solum inutilis, sed etiam noxius, nempe qui secum adfert peccatum, quo scilicet à dicendo & faciendo quod æquitas requirit retrahimur, qualis est quem tibi ostendi. Pudor alter inuenitur vtilis, & honestus, qui homini gloriam, & gratiam apud Deum & homines conciliat, vt est is, quo nos pudet turpe aliquid committere: Js etiam, quo quis de male acta conuersatione confunditur, ita vt pœniteat, & emendet: nam & per eum simul gratiam meretur & gloriam. Sic explicat Iansenius, itaque non confundaris dicere verum, quia hic duplex pudor inuenitur, &c.

Iansenius.

Notæ.

Est enim confusio, &c. In Græco est, ἔστι γὰρ αἰσχύνη, nomen *aichune* est à verbo AIEXOΣ, quod est turpitudo, fœditas, deformitas, item probrum, dedecus, infamia, inde est Αἰσχύνη, pudor, proprie dicitur cum ob turpia erubescimus. Sicque à Philosophis definitur: *metus iustæ reprehensionis*. Vt ait Aulus Gell. lib. 19. cap. 6. Significat etiam dedecus, probrum, infamiam, ignominiam, interdum significat stuprum alicui illatum, eo vsus est Isocrates in Paneg. Hæc duo genera pudoris vitiosi & pernitiosi, pudoris honesti, ac laudabilis facile ostendunt quodnam sit illud temporum discrimen, quod summa diligentia prudentiaque est obseruandum. est tempus, in quo nihil verendum sit, & est, quod summam verecundiam postulet. Quemadmodum autem Paul. 2. Cor. 7. v. 10. Duplicem dolorem, vel tristitiam dicit esse: vnum secundum Deum, qui pœnitentiam efficit ad salutem non pœnitendam: Alterum dolorem mundi, qui mortem affert. Ita iste sapiens duplicem pudorem esse affirmat vnum auctorem peccatorum, alterum gloriæ, atque gratiæ consiliatorem. Vitiosus & prauus pudor δυσωπία Græcè appellatur: Alter vero rectus ac laude dignus omnium virtutum custos à Platone ac Cicerone est nominatus, est enim metus turpitudinis atque infamiæ.

117. Aulus Gell.

2. Cor. 7. v. 10.

Illustratio prima.

Est enim confusio adducens peccatum. Confusio hoc loco non est propriè ignominia, vt significat nomen Græcum, ἀτιμία, *atimia*, sed pudor, seu verecundia, quæ nascitur à metu. Ideò D. Ioan. Damascen. lib. 2. Orthod. fid. c. 15. agens de metu, inter genera metus pudorem, & verecundiam assignat, & pudorem describens: *Pudor, inquit, metus ex vituperationis expectatione susceptus, optimusque est hic affectus, verecundiam metus ob admissum dedecus: ac ne hic quidem affectus extra spem salutis est.* Quod explicans eius commentator D. Ioan. Biblius ait: Verecundia vero est timor perpetrandi quidpiam turpe aut flagitiosum, ne id cognitum inferat dedecus, aut infamiam suo auctori, & hic affectus optimus est: nam in ijs, quibus accommodari debet, vtpote adolescentibus, frænum

Confusio pro pudore.

D. Damasc.

Pudoris definitio.

frænum quoddam est, & retinaculum, quo animus ob ætatis feruorem, & grauiores cupiditates ad vitia popensior à turpium perpetratione retrahitur, timore dedecoris, aut infamiæ contrahendæ. Ideò D. Gregor. Nazianz. orat. 26. Agens de pudore. *Quo, inquit, nullum maius adiumentum ad virtutem excogitari potest.* *D. G. Naz.*

118. Fortè hæc fuit ratio quare antiqui Deum Pudorem colerent. Dixit Xenophon. imperator Philosophus agens de Lacedemonijs: *Non enim impudentiam, sed verecundiam esse Deam quandam volunt.* Pausanias in Atticis lib. 1. aræ huius diuæ meminit, cum ait: *Est enim sua apud illos* [Athenienses] *pudori ara.* Et lib. 3. in Laconecis agens de simulachro, quod habuit apud Lacedæmonios, inquit. *Abest ab vrbe stadia circiter* XXX. *Pudoris simulachrum, Icarij donum esse ferunt, & hanc celebrant dedicationis causam. Cum Icarius Vlyssi, Penelopem nuptui dedisset, Vlyssis animum tentauit numquid Lacedæmone domicilium habere vellet, quæ spes vbi hominem fefellit, filiam orare cœpit ne se desereret, atque vt secum permaneret. Quin & Ithacam iam proficiscentem, currum prosecutus, multis sollicitabat precibus. Vlysses tandem victus hominis importunitate, puellæ optionem dedit, vel se vt sequeretur si id malit, vel cum Patre Lacedæmonem rediret, vbi illam aiunt nihil sane respondisse, sed faciem tantum velasse. Icarium cum sibi probe nosse videretur quid illa animi haberet, vt cum Vlysse abiret, permisisse: signum vero pudoris ea in viæ parte dedicasse, quo Penelope cum faciem velauit peruenerat.* Vide Emblema 199. Alciati vbi hanc describit historiam. Inde forte deducti sunt nummi, quos refert Pierius. li. 40. in numo inquit. cuius inscriptio est: Sabina Augusta Hadriani Aug. ab altera, parte Dea sedes velo faciem, cooperta, digito dexteræ indice ad iugulum admoto conspicitur, cuius inscriptio. *Pudicitia,* lege illum, in verbo *pudicitia.* Tandem Vincent. Carthar. cum Hymenæum describit (qui pingebatur coronatus floribus & amaraco, dextera facem tenens, sinistra flammeum lutei velaminis id genus) quo velo nouæ nuptæ se tegebant, idque flammeum vocabatur, quo boni ominis causa eas velari solitas (Sext. Pomp. tradit) inquit: Sed tamen non incommode id ferri potest ad sponsæ ruborem atque verecundiam innuendam, quam idem dicamus licet cum Pudore, quem antiqui tamquam Deum venerabantur: Quare ei Athænis altare erat dicatum, &c.

Xenophon [illegible] Deum colebant. Pausanias. Pierius. Pudoris numinis descriptio. Vincent.

Numinis Pudoris digressio:

119. Jtaque hoc numen Pudoris inuentum est ad significandam verecundiam quę in facie resplendet, cum facies rubore suffunditur, vt cum aiebat Dauid Psal. 43. v. 16. *Et confusio faciei meæ cooperuit me,* id est, hic pudor nos vndique tamquam vestis operit, & contegit. Quisquis autem in corde suo siue vir, siue mulier huic numini in corde suo sedem constituit cum pudor sit metus, seu timor iustæ vituperationis vt Aristot. αἰσχύνη ἐστι φόβος δικαίου ψόγου. Timet aliquod crimen perpetrare, & cum culpa imminet, pudet eam committere, nam vt dixit Seneca Epist. 11. agens de pudore: *Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat.* Confirmauitque hoc Seneca Tragicus in Troas vers. 333.

Pudor ad quid inuentum. Ps. 43. v. 16. Seneca. Sen. Trag.

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.

Quod ipsum dixit D. Hieron. tom. 9. in regula Monac. *Ingenia liberaliter educata, facilius verecundia quam metus superat; & quos tormenta non vincunt interdum vincit pudor.* Pudor enim nouerca est homini, vt ipse Seneca in Hercule Oeteo inquit:

Quod non vetat lex, vetat pudor. D. Hieron.

——— *Hinc grauior tui.*
Nouerca pudor est.

Iamblicus ad Sopatrum de virtute, referente Stobæo serm. 31. de pudore, aiebat: *Huiusmodi fuerunt mores, qui bonitatem probant, & verecundiam sequuntur, propter quam turpibus cunctis abstinemus, & qui impudentiam ab anima exterminant, vtpote causam, quod multi turpia committant.* Et Agathon dicebat: *Cum peccare me puto, faciem vereor amicorum.*

Ergo cum Pudoris numen animum hominis moderatur & regit, ingentem illi adfert vtilitatem, quia illum à perpetratione mali arcere & omnem impudentiam, quæ tot malorum causa est propulsare videmus, vt de pudore, cum ille populum moderatur, dixit Ouidius li. 1. Fastor.

Pudoris numen animi hominis moderatur. Ouidius.

Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat,
Nullus erat iustis reddere iura labor.

Pudor ipse, quasi cum vnusquisque turpe sibi duceret peccare, ipse pudor, qui semper rationem habet honesti regebat populum in summa scilicet laude honestatis, *pro metu,* loco metus supplicij. Multi enim metu supplicij non delinquunt: at illi nonnullo metu sed pudore tantum quæ turpia vitabant, sine vi, quasi cum nullis viribus cogerentur, pudore tantum non delinquebant. Sic dicimus de pudore, qui sedem in animo hominis constituit ad illum regendum. Sine vi animæ potentias moderatur, *& nullus est illi reddere iura labor.* Facilè enim ius dicit, lites componit, pacem conciliat, vt verus iudex cordis. Sed quia pudor seu confusio duplicem effectum affert cordi, vt Homerus illiad. 24. dixit 1.

Pudor verus iudex cordis.

——— *Neque ei pudor*
Et qui viros valde lædit, atque iuuat.

Quod repetijt Hesiodus in operibus, referente Stobæo serm. 31. de pudore: *Verecundia, quæ viros multum lædit & iuuat.* Jdeò noster Ecclesiasticus hanc sententiam composuit: *Est* enim *confusio* (seu pudor) *adducens peccatum: Et est confusio adducens gloriam & gratiam.* Quales autem effectus hic duplex sit, iam explico & illustro.

Illustratio secunda.

120. *Est enim confusio adducens peccatum.* Cum enim quis erubescit, & pudet bona facere, metuens honorem, vel rem familiarem amittere, tunc eius confusio & pudor adducit peccatum, sicut fuit pudor, & confusio Iudæ proditoris, qui erubuit veniam à Domino postulare, & in desperationem incidit. Cum eo loquitur Prophetice Psaltes, cum Psal. 108. vers. 29. Ait *induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua.* Genebr. sic vt pallio duplicato, copiosè & largiter profundantur ignominia, & coram omnibus sint execrabiles aduersarij mei: Fortissimo & densissimo dedecore quasi duplicato, afficiantur. Sic fuit Iudas, de quo loquitur Dauid in hoc Psalmo, aliqui volunt, sicut veste duplici in hac vita & in futura confusus est, quia satanico pudore desperauit. Eleganter satis Diuus Chrysostomus tom. 5. hom. 5. Contra Anomæos hæret. postquam dixit: *Nihil tam pigritiam, & negligentiam potest expellere, quam dolor & afflictio animi quæ vndique cogitationes vagantes colligat, & sua in sede constituat.* Subijcit paulò post. *Sed quam frigidam, quam ineptam & sordidam complures sui erroris reddunt*

Quæ confusio adducat peccatum. Psal. 108. v. 29. Iudas confusus est in hac vita, & in futura. D. Chrysost.

reddunt rationem, non audeo inquiunt, minime confido, me pudet, ne diducere quidem os possum, peccata me detinent. Satanica ista verecundia est, pudendi ratio pessima, obtentus negligentiæ, ac desidiæ occludere tibi aditum ad misericordem & clementissimum Deum. Tuus hostis diabolus te petit cum te tam verecundum facit & pauidum, diffidis ne, &c.

Ergo illa confusio, id est erubescentia, peccatum adducit propter quam aliquod peccatum mortiferum in confessione silentio tegimus. Pessima est hæc erubescentia, animoque lætalis mortem tegendo mortem affert, cum integra debeat esse pecatorum confessio, vt docet concilium Trident. sess. 14. cap. 5. Vbi inter alia inquit. *Itaque dum omnia, quæ memoriæ occurrunt, peccata Christi fideles confiteri student, procul dubio omnia diuinæ misericordiæ agnoscenda exponunt; qui vero secus faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubescat ægrotus vulnus medico detegere quod ignorat, medicina non curat.* Id est auget infirmitatem peccatorum. Lege de integritate cōfessionis ex nostris Suarez to. 4. disp. 22. Vasquez tom. 4. in 3. p. q. 91. art. 1. dub. 7. & Toletum in summa, Valentiam, & alios. præcipit ergo Deus omnibus vlcus sacerdoti detegere, vt possit medicinam adhibere, cum autem erubescit peccatum confiteri, peccatum committit, quia hæc confusio adducit peccatum.

Pessima verecundia est cum in confessione tegitur peccatū. Integra debet esse peccatorum confessio.

Rogo quare Deus cum peccatum Caini, occidendo fratrem suum Abel, sibi notum esset, quia *omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.* Illum interrogauit Gen. 4. v. 9. *Vbi est Abel frater tuus?* & ipse respondit: *Nescio?* numquid Deus ignorabat illum occisum esse in agro à fratre suo Cain, cur quærit vbi sit? Respondet B. Alcuinus: *Non tamquam ignarus, sed tamquam iudex reum, quem puniat: cui Cain ad cumulum peccati sui, fallaciter ac superbè respondit.* Ego censeo Deum Cainum interrogasse, vt peccatum suum libere detegeret, & confiteretur, ad ignoscendum ei; sed quia erubuit peccatum suum cōfiteri, aliud peccatum adiecit, pro quibus punitus est. Sic ait Abulens. super hunc locum: *Deus interrogat Cain pro Abel, vt forte pœniteat, & peccatum remittatur ei. Cum ergo erubesceret nudare conscientiam, confusio, vel pudor eius adduxit peccatum,* &c. Et D. Ambros. lib. 2. de Abel, & Cain. c. 9. hoc confirmat cum ait: *Est quædam in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio crimen fateri, nec deuitare culpam, sed recognoscere. Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autem pertinacia denegantium.* Itaque pudor vel confusio est, quæ peccati causa est, & meretur procul dubio supplicium.

Heb. 4. v. 13. Gen. 4. v. 9. B. Alcuinus. Cum interrogauit Deus Cainum de fratre suo, volebat vt suum peccatum confiteretur, &c. Abulens. D. Ambros.

Illustratio tertia.

121. Tandem, *& est confusio adducens gloriam, & gratiam.* Tygur. *Est item pudor gloriæ gratiæque cōciliator.* Quod in idem recidit. Hic pudor qui est vtilis, & honestus, quo nos pudet aliquid turpe committere, gloriam & gratiam apud Deum & homines nobis conciliat. Hic inquam cum sedem in animo figit tamquam numen concilians, ita est in homine erubescentiæ causa, vt magnam glorię & gratiæ afferat vtilitatem. Jdeò dixit D. Gregor. vt supra retulimus; *Qui enim erubescit pœnitendo mala, quæ fecit, ad vitæ libertatem peruenit.* Hoc confirmauit D. Ambros. tom. 1. li. 2. de Abel & Cain c. 7. cum ait: *Quanta pudoris gratia, vt iustitiam teneat verecundia, quā culpæ reatus abstulerit.* Et statim subdit: *Erubescere enim debemus, & condemnare peccatum, non defendere, quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumulatur, & silēdo corrigimur, contētione prolabimur.*

Quid pudor vtilis, & honestus. D. Gregor. Qui erubescit pænitendo ad vitæ libertatē peruenit. D. Ambros.

Exemplum nobis proponitur in muliere, quę erat in ciuitate peccatrix, quæ pœnitentia ducta conuiuantes nō erubuit, & inter epulas lacrymas fudit, quæ confusio quantam illi, bone Deus! gloriam peperit; ipsa *stans retro secus pedes Domini, lacrymis cœpit rigare pedes eius,* &c. Luc. 7. v. 38. Forte illud *retro,* pudorem & confusionem indicat, quę ei tantam attulit gloriam. Dixit D. P. Chrysol. serm. 93. *Ad pedes tendit semper citam* (celerem, maturam) *veniam qui requirit, & bene stans, quia iam cadere non potest, qui ad pedes Christi meruit peruenire. Lacrymis rigabat pedes eius. En mutatur ordo rerū, pluuiam terra cælum dat semper: ecce nunc rigat terra cælum. O quanta vis in lacrymis peccatorum, rigant cælum, terram diluunt, extingunt gehennā, delent in omne facinus lata diuina promulgatione sententiam.* Ecce effectus promanantes à confusione, pudore, & erubescentia: talis enim confusio adducit gloriam & gratiam, quæ enim gloria illustrior excogitari potest, quam vt peccator veniam à largitore bonorum impetret, & ex ipso gloriam, & gratiam consequatur? Vnde Ezech. 16. v. 62.

Magdalena non erubuit peccata confiteri. Luc. 7. v. 38. D. P. Chrys. Est confusio adducens gratiam, & gloriam.

Jdeò querebatur Dominus de populo Israëlitico Jer. 3. v. 3. Cum vocans eum meretricē notat impudentiam suam, dicens: *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* q. d. Perfricuisti plane frontem non aliter ac vile, & publicū scortum, quod cum honestate ipsam quoque verecundiam deponit: scorta enim peccant inuerecundè, vsque adeo perfricta fronte, vt neque aliorum oculos vereantur, neque reprehensionē, aut publicam infamiā reformident. Eo progreditur peccator, de quo ait Salomon Prou. 18. v. 3. *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contēnit.* q. d. *Quando vn pecador llega a este este estado, ya tiene perdida la verguença.* Sicut erat populus Israël, cum præcepit Dominus Oseę, vt primum filium suum vocaret nomine Jezrahel Ose. 1. v. 4. *Voca nomē eius Iezrahel.* Jd est, semen Dei, scil. perditum & effusum, ac quasi occisum. Quo significatur ille gradus peccati, quo peccator suis illicebris intentus negligit, & non curat monitiones, conciones Dei, ideoque Deus illas, suamque gratiā sensim ei subtrahit. Quem expressit iudex ille apud Lucam c. 18. v. 2. *Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur, ni temia a Dios ni a las gentes,* timorem & pudorem à se deposuerat, sicut meretrix, quę frontem scorti ostendat. Cum autē significari intenditur peccator, qui deposito pudore, nec homines timet, nec Deum, ei frōs aptatur meretricis. Sicut ex aduerso ad significandum hominem iustum timentem Deum, depingimus pudore suffusum, & nos dicimus: *Es hombre de verguença,* vel *tiene verguença en la cara.* Quod confirmatur ex eo, quod superius diximus de pudore. Nunc autem vocat Ieremias populum scortum; quia noluit erubescere: Facta est enim ei frons meretricis. Nos vocamus talem, *cari declamida,* quæ velum pudoris ex se deposuit. Itaque erubescentia, & pudor, seu confusio est vtilis, cum causa est consequendi gratiam, & gloriam. Sicut peccator, qui *mala quæ fecit, pœnitendo erubescit,* qui ad gloriæ & gratiæ *libertatem peruenit,* sicut dixit Gregor. quare verum est, quod inquit Ecclesiasticus: *Est enim confusio,* &c. De duplici isto pudore altero noxio, altero vtili & bono, multa auctor habet in fine c. 41. & in principio cap. 42.

Ier. 3. v. 3. Frons mulieris meretricis, qualis. Prou. 18. v. 3. Ose. 1. v. 4. Luc. 18. v. 2. Peccator, qui pudorem deposuit instar meretricis est. Pudor vtilis.

VERS. XXVI.

Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium.

Sensus.

122 NE *accipias*, &c. Cum aliquis tibi falso ignominiam irrogat, noli contra faciem tuam alterius facie vel persona ita commoueri, vt non depolito inutili & noxio pudore, cum fiducia te ipsum defendas, nec in perniciem animæ tuæ admittas te, vel etiam alium grauari mendacio, ita vt præ verecundia illud depellere cesses. Itaque peccat, & conscientiam suam lædit, qui propriam famam negligit, nam si quis famam læserit, ne eius ita habito rationem personæ, vt non ausis te ipsum defendere, aut innocentiam tuam tueri, &c.

Notæ.

INdicat hæc sententia, vel notat vnam vitiosæ verecundiæ speciem, qua scilicet quis se finit alieno mendacio grauari, ignominiam simul animæ suæ dispendium sibi attrahens. In Græco est: Ne *accipias faciem aduersus animam tuam*, vel *personam* contra te ipsum. μὴ λάβοις πρὸς ψυχήν σου vel contra animam tuam, si quis, inquit tuam famam læserit, ne eius ita habeto rationem personæ, vt non ausis te ipsum defendere, aut innocentiam tuam tueri. Nam in tali casu pudor noxius est, & homini exitium creat. Quidam explicat contra animam tuam, id est, contra conscientiam tuam. Ergo *accipere faciem contra faciem*, idem est, ac non cedere alicui, vt animæ propriæ damno fiat, & quia hæc cessio solet fieri intuitu truculentiæ seu minarum alterius, & intuitu blanditiarum, seu precationum, aut precum, explicat Varab. id est, *ne cuius truculentiæ cedas*, &c.

Accipere faciem contra faciem, quid.

Illustratio prima.

NE *accipias faciem*, &c. Cum ergo doceat Ecclesiasticus propriæ famæ defensionem, inquit Franc. Guicciardus hist. li. 20. Defensio est ex lege naturæ cunctis mortalibus communis summi Dei voluntate, gentiumque consensu comprobata, vna cum mundo orta & desitura. Cui nequi ciuiles neque Pontificiæ leges hominum placito nixæ, & chartis exaratæ derogare possunt. Non est enim hæc ab hominibus facta lex, sed ab ipsa natura in omnium hominum pectoribus atque animis insculpta, inscripta, infixa. Defensionis humanæ vide exempla. Exod. 2. vers. 17. 18. Iudic. 3. v. 9. 1. Paral. 11. v. 14. Et lege in Libanio Sophista declamationem (quę est 21. Themistoclis oratio) in qua filius contra parentem suum se defendit.

Guiccardus

Defensio ex lege naturæ cunctis communis.

Libanius.

123 Ratio quare cuique liceat suæ famæ, & nominis defensio est quia fama seu nomen bonum magni ducitur, fama enim seu nomen bonum secundum Ciceronem 2. Tuscul. *Ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute.* Quare Salomon eam comparauit cum vnguento pretioso Eccles. 7. vers. 2. *Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa.* Nomen solitarie sumptum, in bonum sumitur, quod qui virtute & meritis excellunt, frequenter nominentur, ac digni sint, qui in ore hominum viuant, nos dicimus: *Tener buen nombre, y buena fama*, comparatur autem bonum nomen vnguento pretioso, quia sicut vnguentum procul sentitur, ita etiam fama aut nomen effunditur & vagatur longius, sicut. 2. Paralip. 26. Dictum est: *Egressum est nomen eius procul.* & 2. Corint. 2. vers. 15. *Odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco*: *quia Christi bonus odor sumus.* Et quamuis vnguenta tempore soleant euanescere, at nomen bonum diutissime durat, & memoriam suam in multa sæcula propagat. Vt infra dicemus de rege Iosia cap. 49. vers. 1. Cum ergo nominis boni suauitas tamdiu duret, quippe durat post mortem; neque quamuis post multa sæcula euanescit. Imò fieri non raro solet, vt virtus viuente homine per inuidiam, aut alia ratione oppressa non splendeat, & non nisi post mortem rediuiua emergat, vt dixit Seneca Epist. 79. Quamuis illud contingat frequentius vt instar vnguenti è proximo vel longinquo sentiatur in vita, & post mortem. Campensis. *Gratior fama bona post mortem quam vnguentum pretiosum, vel odor fragrantissimi vnguenti.* Cum ait Ecclesiastes melius esse bonum nomen quam vnguenta pretiosa, forte meminit corporum defunctorum, quæ vnguentis deliburata veluti immortalia durant, & sit quasi diceret melius est nomen bonum, quia post mortem durat, quam vnguenta prætiosa, quæ corpora efficiunt veluti immortalia, id est, magis durat nomen bonum, quam corpus vnguentis deliburum.

Ecclef. 7. v. 2.

Fama, sui nomen vnguento comparatur.

2. Paral. 16. 2. Cor. 15.

Quamdiu durat boni nominis suauitas.

Seneca.

Campensis

Quare fama pretiosior est vnguento pretioso.

Quod vnguentis veteres vterentur ad corpora defunctorum conseruanda, probari potest ex profanis & sacris. Plinius li. 13. cap. 1. Cum ageret de Dario. *Primum*, inquit, *quod equidem inueniam castris Darij regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexander cepit scrinium vnguentorum: Postea voluptas eius à nostris quoque inter laudatissima, atque honestissima vitæ ad bona admissa est, honosque is & ad defunctos pertinere cæpit.* Id est, pertinere cæpit apud Latinos, nam in Græcis iam diu mos iste inoleuerat, vt apparet ex Homero, qui præcessit Darij & Alexandri tempora: ipse enim dixit illi 23. *Rosacioque vnxit oleo.* Mos enim antiquus fuit corpora defunctorum lauare & vngere: Sic Virgil. 6. Æn. vers. 219.

124 Plinius. *Defuncti condiebantur vnguentis, vt conseruarentur.*

Virgil.

——— *Corpus, lauant frigentis, & vngunt.*

Fit gemitus, &c.

Enius. Tertul. *Corpora medicabantur condimentis sepulturæ.* Lactantius.

Tritus ad hunc morem versiculus Ennij:

Tarquini corpus bona fœmina lauit, & vnxit.

Hoc cõprobat Tert. qui lib. de resurr. carn. dixit: *corpora medicata condimẽtis sepultura.* Lact. li. 2. c. 4. *Defunctorũ corpora odoribus & pretiosis vestibus illita.*

Ju-

Iul. Firm. Iulius Firmicus ad Constantinum & Constanti August. cap. 23. ait: *Vnguentum hoc reserua mortuis, reserua morituris.* Lege de hac materia nostrum Cerda. ad id Virg. *Corpusque lauant*, &c. Adde Ciceronem 1. Tusculan. qui ait: *Condunt Aegypti mortuos, & eos domi seruant.* Fere idem ait Pompen. Mel. li. 1. cap. 9. De ipsis Ægyptijs. *Mortuos nec cremare, aut fodere fas putant: verum arte medicatos intra penetralia collocant.*

Cicero.

Pomp. Mel

Ergo in veneratione corporum defunctorum illa vngebant, & vnguentis pretiosis deliburata reponebant in sepulchris. Sicut apud nostrates etiam cadauera balsamo, & vnguentis condiunt seruanda in posterum, nos dicimus. *Embalsamar los cuerpos para que se conserven incorruptos.* Quem morem Ægyptiorum imitati sunt Hebręi, vt constat Gen. 50. v. 1. & 25. Vbi dicitur corpora sanctorum Patriarcharum Jacobi, & Ioseph balsamo, & vnguentis condita fuisse in morem Ægyptiorum, vt conseruarentur, & postea à filijs Israël asportarentur, cum in terram promissionis ipsi proficiscerentur. Sic narrat Moyses in morte Iacob: *Quod vernens Ioseph ruit super faciem patris flens, & deosculatus est eum. Præcepitque seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem.* Et postea mortem Ioseph referens, ait: *Mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis, & conditus aromatibus repositus est in loculo in Aegypto.* Et sicut Ægyptij condiebant corpora vnguentis aromaticis intus, & foris, vt conseruarentur; teste Diuo Augustino tom. 10. serm. 120. de diuersis cap. 12. Qui loquens de Ægyptijs, ait: *Diligenter curant cadauera mortuorum, morem enim habent siccare corpora, & quasi Aeneas reddere. Gabbaras ea vocant.* Sic Hebræi hoc condimento vtebantur ad corpora conseruanda & hoc ipsum factum est in corpore Christi Domini, ipse enim dixit Matt. 26. v. 12. *Mittens enim hec vnguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit.* & Marc. 14. v. 8. *Quod habuit hæc fecit, præuenit vngere corpus meum in sepulturam.* Vide etiam Marc. 16. v. 1. & Luc. 23. v. 56. & 24. v. 1. & Clem. Alex. lib. 2. Pedag. cap. 8. Cum igitur hic mos condiendi corpora defunctorum vnguentis pretiosis receptus fuerit forte Salomon in hoc loco alludisse videtur ad hanc consuetudinem, cum dixit. *Melius est nomen bonum quam vnguenta pretiosa*: q. d. Nomen bonum ad virtutem conseruandam adhuc post mortem, aptius fuisse quam vnguenta pretiosa ad corpora in æternum conseruanda. Quare dixit Seneca Epist. 19. *Si quod est pretium virtutis ex fama nec hac interit.*

Corpora defunctorum vngebantur.

125.

Corpora Iacobi, & Iosephi condita vnguentis.

Gen. 50. v. 1

Genes. 25.

Ægyptij condiebant corpora vnguentis.

Marth. 26. v. 12. Marc. 14. v. 8.

Clem. Alex.

Bona fama pretium virtutis.

Seneca.

126. Ergo ratio quare cuilibet suæ famæ & nominis defensio liceat, hæc est, quia sicut corpora, quæ non condiuntur balsamo & vnguentis facile corrumpuntur: Sic nomen sine defensione (quæ defensio iusta vnguenti pretiosi instar nomen & famam in perpetuum conseruat) facile corrumpitur, & interit, cum detrimento salutis æternæ. Quare cum sit licita defensio propriæ famæ, & nominis, admonet Ecclesiasticus illam non prodigere ex inutili & noxio pudore, sed iustam defensionem quærere in animæ propriæ vtilitatem, sicut Christus Dominus Ioan. 8. vers. 16. Cum dixit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Sic ait: *Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium.* Dixit enim Diuus Bernardus serm. 16. de exemplo Sanctorum: *Discę flagrare bono præconio; habeto testimonium bonum, custodi tuam famam bonam, tua bona famæ nullis fœtoribus obscuretur, tua bona famæ opprobrijs lacereturr.* Sic Guarricus Abb. serm. 3. de S. Benedito. tom. 13. Bibl. non inquit: *Ad omnes autem pertinet, vt prouidentes bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, nec conscientiam negligant amore famæ, nec famam fiducia conscientiæ.* Vide Tit. 2. vers. 8. *Vt is, qui ex aduerso est vereatur nihil habens malum dicere de nobis.*

Bona fama non prodigenda, sed conseruanda.

D. Bernard. *Propria fama custodiendo.*

Guarricus.

Tit. 2. v. 8.

VERS. XXVII.

Ne reuerearis proximum tuum in casu suo.

VERS. XXVIII.

Nec retineas verbum in tempore salutis. non abscondas sapientiam tuam in decore suo.

Sensus.

127 NE *reuerearis*, &c. q. d. Vide ne stultum pudor tuus efficiat te. Cum enim animaduerteris fratrem tuum in aliquo errantem, ne prætermittas illum præ pudore corripere, sed cadentem erige, & quamuis sapientia aliquando retinenda est ne despiciatur, cum autem videris spem salutis alicuius proximi promouendæ, ne abscondas illam, sed doce insipientem & indoctum. Tandemque ne abscondas sapientiam tuam cum decoranda & ornanda est, id est, cum pro Dei gloria, aut cum fructu audientium proferri potest; nam alio-

qui tempus est vt sapientia abscondatur; ne margaritæ ante porcos spargantur, easque conculcent, &c.

Illustratio prima.

NE *reuerearis*, &c. Hoc primum hemistichium coniungitur in originali cum præcedenti sententia; sed ad præsentem pertinere probat lectio vulgatæ. Prohibet enim alteram vitiosi pudoris speciem, cum scilicet quis præ pudore desinit errantem fratrem incusare, & indoctum instituere, cum salus animarum certo expectatur. Certum est enim nos debere errantem corripere cum bonum salutis expe-

Pudor vitiosus est desinere errantem incusare.

Dionys. datur. Sic explicat Dionysius ne timeas corripere proximum tuum dum peccat, dum modo spem habeas, quod corripiendo possis illum erigere. Hugo. Hugo citat Glossam, quæ ait: Ita peccat qui videt fratrem suum peccare, & tacet, sicut qui pœnitenti non indulget. Apprimè hoc potest illustrari 1.ex eo Gal. 6. v. 1. *Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.* Præcipit Apostolus correptionem fraternam cuiuslibet delicti, & quamuis hoc delictum sit Judaismi, vt notat D. Hieron. explicari etiam potest de quolibet delicto. q.d. Inquit D. Anselm. *Qui cæterorum curam sumpsistis, etiam si aliquis homo, id est, infirmus ac fragilis, ex ipsa humana fragilitate præoccupatus fuerit, id est, subitò lapsus in aliquo delicto, tractandus est humanè,* &c. *Instruite* idem est, ac erigite, vel instaurate, redintegrate, restituite. q.d. Sicuti restaurantur artus, & membra hominis lapsu luxata: ita fidem & mores luxatos proximorum restaurate. *Spiritu lenitatis* id est, mansuete, blande, leniter, *spiritum.* Vocat affectum internum lenitatis, qui est donum Spiritus sancti vt ait Chrysost. ita sit vt ipsa verba, & gestus spirent internam quandam lenitatem & suauitatem corripientis. Correptio enim (inquit noster Cornel.) est quasi pilula per se amara, quia correpti vitium deregit, & incusat: hinc sacaro & dulcedine vocis, & commodæ insinuationis, vel etiam extenuationis culpæ obliuenda est, & amaricies illius dulcoranda. Vide D. August. li. 2. de serm. Dom. in monte c. 20. Præcipit ergo Ecclesiasticus non prætermittendam correptionem proximi in casu suo, præcipuè quando maxima vtilitas expectanda est, & cum pro gloria Dei & fructu audientium proferri potest.

Galat. 6. v. 1 — Correctio fraterna præcepta ab Apostolo. — D. Hieron. — D. Anselm. — D. Chrysost — Correctio quasi pilula. Cornelius. — D. August.

128 Secundo, potest hoc optime comprobari ex eo Isai. 5. v. 19. *Fratres mei, si quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum scire debet quoniam qui convertì fecerit peccatorem ab errore viæ suæ salvabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum.* q.d. Si quis vestrum aut à fidei veritate recesserit aut à recto virtutis tramite deflexerit, eumque alius quispiam, vel ad Ecclesiæ castra reuocauerit, vel ad virtutis viam reduxerit, ingenti omnino dignum præmio videri. Sic enim illi persuasum esse debet, eum qui peccatis ac sceleribus implicitum ab errore reuocatum ad meliora & salubriora consilia traduxerit, pereuntis animum ab ipso pene interitu, ac sempiterno mortis, vt ita dicam faucibus eruere, & multitudinem scelerum, siue eius, qui corripitur, siue etiam eorum quibus ipse obnoxius degit, operire, sic noster Iustinianus in paraphrasi. Confirmat hoc D. Chrysost. hom. 3. in Genes. vbi inquit: *Vt anima corpore melior est, ita ijs, qui indigentibus pecunias & facultates suppeditant, maioribus præmijs digni sunt ij, qui admonendo & continuè docendo in viam rectam supinos, & desides inducunt monstrando eis virtutum diuinarum fragrantiam, vitiorum que maleolentiam.*

Isai. 5. v. 19. — Qui facit convertì peccatorem salvat animam suam. — Iustinian. — D. Chrysost. Præmio dignus est qui alium docet.

Genes. 25. v. 25. Genes. 25. v. 25. Dicitur natos esse ex Rebecca, Esau, & Iacob, postquam ex vtero matris egressus est Esau. *Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob.* Rogo quare Jacob plantam Esau tenuit manu sua? Respondet Procopius. Hoc prodigium significare Iacobum dominaturum in Esau eiusque opera vt ministri, & serui vsurum. Calx enim, vel planta propriè denotat seruitutem & laborem, vel significatur fore vt supplantet Jacob fratrem suum Esau præripiendo ius primogenituræ, & benedictionē, quibus adiutus dominium in fratrem esset habiturus. Qui enim in certamine luctæ calcem, vel plantam colluctatoris apprehendit, is citra omnem dubitationem victoria potitur. Nihilominus respondeo Iacobum plantam fratris tenuisse, vt inde intelligeretur pij & iusti viri proprium munus esse impiorum gressus dirigere, & reducere ad viam rectam si aberrauerint. Sic dixit D. Petrus Chrysologus serm. 70. Secundum aliquorum translationem ex Græco. *Prius didicit zelare quam nasci, ante triumphare quam vincere*, pende verbum zelare. Quod proprie significat zelum, & emulationem habere, & cum zelus bonus est, amat virtutem, & odit vitia. q. d. Vix natus est probus Iacob, cum cœpit zelare reprobum fratrem Esau, quasi illum corripiendo, &c. Itaque debet quisque fratrem suum peccantem corripere deponendo vitiosum pudorem, qui à tanto bono solet arcere animum, &c.

Quare Iacob plantam Esau tenuit in manu sua. Procopius.

Veri iusti proprium munus, quale. D. P. Chrys. — Zelare, quid proprie.

Illustratio secunda.

129. Occasio admonendi proximos non prætermittenda.

Ne retineas verbum in tempore salutis. Explicatius Tygur. vertit, *salutiferam occasionem nactus, ne comprimas sermonem.* q. d. Cum sese obtulerit occasio ingentem faciendi progressum in proximorum salute procuranda, ne illam prætermittas præ aliquo pudore comprimendo sermonem. Sed occasionem arripe, & verbum tuum sicut frumentum sere, vt fructum plurimum suo tempore metas. Est enim verbum quasi granum sementis, quod in terra satum suo tempore fructificat inserentis vtilitatem. Et quemadmodum semen vi retentum non fructificat, quia è terra pullulare desiderat, vt fructum plurimum afferat: Sic verbum retentum in tempore salutis non fructificat, exire enim cupit vehementer, vt fructum salutis proximorum efficiat. Sic ait Isai. cap. 55. vers. 10. *Et quomodo descendit imber & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.* Quamuis de Christo Domino, qui verbum est à Patre prolatum, & in terra satum aliqui intelligant; proprius tamen de verbo Euangelicæ doctrinæ alij interpretantur, & illud assimilat Propheta Euangelicus grano seminato in terra, quod dat semen serenti, & panem comedenti. Sicut enim satum fructificat, sic verbum Dei in cordibus humanis seminatum animarum salutem pro fructu vberrimo libenter offert. Quasi dicat Ecclesiasticus, verbum Dei non esse retinendum, ad seminandum in tempore salutis, id est, cum salutis animarum prouentus, & reditus expectatur (*quando se espera buena cosecha de la sumbra*) sed *qui retinet verbum in tempore salutis*, id est, cum magni reditus promittuntur, haud dubium simile est ei, de quo dixit Salomon. Prou. 11. v. 26. *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis:*

Verbum instar grani seminatiin terra. — Isai. 55. v. 10 — Verbum Dei non retinendum, sed seminandum. — Prou. 11. v. 26.

populis: Benedictio autem super caput vendentium. Aliqui diuinantes agrum squalidum futurum, ita vt frumentum metendum non sit, frumentum abscondunt, vt carius vendatur, quod causa est, vt ab omnibus maledictionibus imperantur: Sic qui cum necessitas salutis proximorum promouendæ vrget, verbum Dei abscondit, & retinet, dignus est vt omnes maledictionem ei imprecentur. Itaque non retinendum verbum in tempore salutis, siue hoc verbum sit prædicatio Euangelicæ veritatis, siue correptio morum, vt placet Hugoni, siue quodlibet aliud verbum de quo prouentus, seu reditus expectetur; hoc est, eum illum opportunitas temporis, & dignitas rei postulat: Est enim silentium eo tempore in tempestiuum. Contra verò oratio in tempore adhibita, cum ad consolationem, & salutem est peropportuna: Tum etiam ad gloriam, ac dignitatem eius qui loquitur, accommodata εὐκαιρία autem, hoc est, temporis. Opportunitas, & ad tacendum, & ad loquendum semper maximoperè est obseruanda.

Non retinendum verbum in tempore salutis.

Prou. 11. v. 26.

Illustratio tertia.

130 TAndem: *Non abscondas sapientiam tuam in decore tuo*, illud, *tuo*. In Græco desideratur explicatius transtulit Tygur. *nec sapientiam tuam celes quo minus reddas illustrem.* Drus. *ad ornatum, εἰς κάλλον ὦν*, ad pulchritudinem. Camerar, interpretatur: *Vt bellus esse videaris.* Alij explicant, vt diximus, cum ea ornanda & illustranda est. Cum enim sese offert alicui sapiēti occasio suam sapiētiam manifestandi, qua manifestatione, & ostentatione, illustranda est, stultitiæ arguetur, si illam abscondit, & retinet, nam vt ipse Ecclesiasticus ait cap. 20. v. 32. *Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?* Et concludit: *Melior est qui celat insipientiam suam, quam homo, qui abscondit sapientiam suam*, illud *in decore suo*, tribuitur *sapientiæ*, nam valdè illustris redditur sapiētia cum manifestatur, & qui illam occultat, ornatum & decorem detrpat. Rabanus explicat: Nequaquam enim sapientia coram his occultanda est, qui eam pia mente susципere & discere volunt, nec verbum prædicationis coram intentis auditoribus abscondendum: Probat loco citato Prou. 11. v. 26. *Qui abscondit frumentum*, &c. Hoc est, qui sanctæ prædicationis apud se verba retinet, hic maledicetur in populis, quando in solius culpa silentij pro multorum, quos corrigere potuit, pœna damnatur, ipse est abscondit talentum. Vendunt autem frumentum, qui verbum vitæ audientibus conferunt: à quibus pretium fidei & confessiones recipiant, dicente Domino: *Negotiamini dum venio.* Quorum capiti benedictio superuenit, dum singulis de tali negotio redeuntium Dominus dicat: *Euge serue bone & fideles*, &c.

Non abscondenda sapiētia in decore suo. — Eccles. 20. v. 32. — Prou. 11. v. 26. — Luc. 19.

Dupliciter explicat hunc locum Hugo Carensis. 1. Jd est, in ornatu verborum, q.d. Non magis quæras ornatum verborum, quam fructum audientium, vt aliqui faciunt. De quibus Paulus 2. Cor. 2. v. 17. *Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei*, &c. 2. Non abscondas decorem sapientiæ tuæ obscurè interpretando, decor enim sapientiæ est facilis & aperta doctrina. Vnde dicitur Prou. 15. v. 2. *Lingua sapientum ornat scientiam.* Vide Dan. 12. v. 3. *Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Dionys. explicat. *Non abscondas*, &c. Id est, ex consideratione dignitatis & pulchritudine sapientiæ tuæ, non ommittas eam proximis communicare, &c. Sic dicitur sap. 6. vers. 24. *Quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit referam, & non abscondam à vobis Sacramenta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem, neque cum inuidia tabescente iter habebo: Quo minus talis homo non erit particeps sapientiæ.* Vide Matt. 10. v. 27. Tandem Holcot, *in decore*, id est, in ornatu verborum. q.d. Non magis quæro ornatum verborum, quam fructum audientium. Sicut multi volentes videri, nituntur dicere curiosa & extrema per ignorantiam scripturarum fingentes falsa, quorum auctor est ille, qui falsus est & mendax & pater eius. Ioa. 8. Non sic fecit Apost. qui dicit 2. Cor. 2. *Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in vitam æternam.* Quia *qui elucidant me vitam æternam habebunt.* Eccles. 24.

Hugo. — 2. Cor. 2. v. 17. — Decor sapientiæ est facilis & aperta doctrina. — Prou. 15. v. 2. — Dan. 12. v. 3 — Docti, & eruditi fulgebunt quasi stellæ. — Dionys. — Sap. 6. v. 24. — Holcot.

VERS. XXIX.

In lingua enim sapientia dignoscitur: Et sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ.

Sensus.

131. IN *lingua*, &c. q. d. In ijs, à quibus sapientia non absconditur, facilè ipsa sapientia cognoscitur, cum loquuntur verba sapientiâ plena; & sensus, & sapientia, & doctrina in ore hominis cordati inueniuntur, & fundamentum firmum doctrinæ eius in bonis operibus dignoscitur, & stabilitur, nam qui *fecerit, & docuerit magnus vocabitur in regno cælorum*, sicut docuit sapientia Patris.

Matt. 5. v. 19.

Illustratio prima.

IN *lingua*, &c. Apposuit *sapientiam* pro sapiente, dignoscitur enim homo sapiens in lingua sua, quia lingua loquitur quæ animus suggerit. Jdeò dixit Christus Dominus Matt. 12. v. 34. *Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.* Quamuis loquatur Dominus de prauis cogitationibus, quas Pharisæi in cordibus suis thesaurizauerant, & in verbis cogitationes ostendebant. Sed in vniuersum potest hæc sententia intelligi, vt statim probat dicens: *Bonus homo,*

Homo sapiens dignoscitur ex lingua sua. Matth. 12. v. 34.

Ex abundãtia cordis os loquitur.

homo, &c. Jgitur ex abundantia cordis os loquitur, quia cum ebulliat sapientia in corde sapientis, ex eius abundantia per os verba prorumpũt, quæ notitiam præbent eorum, quæ in animo occuluntur: sapientia enim, quæ absconditur, per verba manifestatur, sicut ex fonte aqua procedit. Ideò subdit.

132.
Quid per sensum & scientiam, & doctrinam intelligatur.

Et sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, sensus circa temporalia versatur, significat iudicium, quod præbet homo cordatus & sapiens in rebus temporalibus (*el sentimiento, y parecer que vn hombre tiene de las cosas,*) *scientiam* vocat intelligentiam in ijs, quæ ad docendum pertinẽt. Tandem *doctrina* versatur in moribus instruendis, quę omnia in verbo *sensati* hominis inueniuntur. Vocat hominem sensatum quem nos cordatum. *Vn hombre cuerdo, y atentado en las cosas.* Id est, ait Dionys. ex sermone hominis sapientis innotescit interior sua scientia circa diuina, moralisque disciplina. Vatab. vertit; *Itaque ex verbis linguæ eruditio.* Vbi *doctrinam* intelligit *eruditionẽ* & eruditio dignoscitur ex verbis quæ proferuntur. Oratio enim est index animi atque ingenij interpres. Quare cum puer à patre ad Socratem deductus esset vt ex σιογνωσωνή, de eo iudicium faceret: Jussit adolescentem loqui, vt ex illius sermone naturam, ingeniumque cognosceret. Sed hic sapiens Sirach. De homine sapiente atque erudito loquitur, cuius doctrinæ ac sapientiæ illustre testimonium inest in oratione.

Dionys.

Doctrina significat eruditionem.

Illustratio secunda.

133.
Lyra.
Doctrina bona confirmatur per opera bona docentis.
Hugo.

ET *firmamentum in operibus iustitiæ.* Optimè Lyra explicuit de operibus verbis respondentibus. Quia doctrina, inquit, bona confirmatur per opera bona docentis. Confirmat hanc explicationem Carensis dicens. Iustitia enim operum dat firmitatem, & efficaciam doctrinæ, & auctoritatem docendi, quicumque enim docendi munere fungitur vtrumque debet connectere, scilicet bene operari, & docere, quia firmamentum, ac vis omnis doctrinæ & veritatis est per opera iustitiæ facta à docente. Quare Christus Dominus Matt.5.v.19. Illum magnum appellat: *Qui enim fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*, id est, *qui fecerit*, manu scilicet tenendo verbum Dei, & *docuerit*, eodem scil. vtens gladio, manuque vibrans in alios; *hic magnus*, id est, potens atque fortissimus *vocabitur in regno cælorum.*

Matth.5. v.19.

Jnter alia ornamenta summi antiqui sacerdotis, quæ ex præcepto Domini facta sunt inquit sacra Pagina Exod.28.v.33. *Deorsum vero ad pedes eiusdẽ tunicæ per circuitum quasi mala punica facies*, &c. *Mixtis in medio tintinabulis.* Idem repetitur cap.39. v.24. Cur ergo imperauit Dominus vt summus sacerdos ornatus incederet tintinabulis? nũquid volebat incessum illius notũ esse omnibus, vt illũ reuererentur? Ecclesiasticus noster c.45.v.10. hanc reddit rationem loquendo de Aaron; *& cinxit illum tintinabulis aureis plurimis in gyro dare sonitum incessu suo, auditum facere sonitum in templo in memoriam filijs gentis suæ.* Respondeo tamen ornatum sic fuisse sacerdotem, quia munera Doctoris populi fungebatur, & voluit Deus illum in officio suo instruere, ostendendo doctorem non solum verbis, sed operibus docturum populum. Hanc doctrinam nobis aperuit D. Hieron. tom.3. Epist.128. ad Fabiolam fine. *Tanta*, inquit, *debet esse scientia & eruditio pontificis Dei, vt egressus eius, & motus, & vniuersa vocalia sint. Quidquid agit, quidquid loquitur sit doctrina populorum: Absque tintinabulis enim & floribus virtutum nec sancta ingredi potest, nec nomen Antistitis possidere.* Hæc explicatio probatur, quia in vestimentis sacerdotalibus opera bona significantur. Iuxta id Psal.131.v.9. *Sacerdotes tui induantur iustitiam*, id est, pietatem, sanctitatem, vitamque suo gradu dignam. D. Chrysost. *vt iustè & sanctè coram te ministrent, remque tuam diuinam purè faciant.* Genebr. ad indicandum vestes sacerdotales esse simbola iustitiæ & salutis diuinæ. Agell. ideò dictum est, quia sacerdotum erat, legis iustitiam populum docere, & ex legis præscripto iudicare. Jgitur si hoc sacerdotale vestimentum volebat Deus tintinabulis exornari, ex aperto constat sacerdotibus & doctoribus præcepisse, vt opera & prędicationem inter se connecterent D. Athanas. super id 2.Tim.2.v.5. *Laborantem agricolam*, &c. *Quicumque vult*, inquit, *docere*, vel *alijs prodesse, decet illum primum operari id, quod docet: atque à Deo accipere dona gratiæ ac proferre fructus Spiritus sancti, quos deinde in alios diffundat. Nam si quis aliquem oleo suis manibus vncturus, oleum non habeat, quomodo impertiet alijs id, quod ipse non habet? Ad eumdem modum de ijs, qui alios docent est sentiendum.*

Exod.28. v.33.
Cur sacerdos ferebat tintinabula.
Eccles.45. v.10.
Doctor debet verbis, & operibus docere populum.
D. Hieron.
Psal.131. v.9.
Vestes sacerdotis opera bona significabant.
D. Chrysost.
Qui docet debet primũ operari.

134.
Quare Christus prius apponit opera, quam doctrinam.
D. August.

Quare autem Christus Dominus prius appponit opera, quam doctrinam? prius dixit, *fecerit*, & postea *docuerit*? numquid Doctor, aut concionator docere non potest quod non fecit? bene potest, sed inuertitur rectus ordo prædicationis, nã qui audiunt plus excitantur ad operandum, cum bonorum operum rectitudinem in doctore spectant, quam si rethoricam doceantur. Sic D. August. tom.3.6.4. de doctr. Christ. cap.27. & 28. *Habet autem vt obedienter audiatur quantacumque granditate dictionis maius pondus vita dicentis*, &c. 28. *In ipso enim sermone malit rebus placere, quam verbis nec existimet dici melius, nisi quod dicitur verius: nec Doctor verbis seruiat, sed verba doctori.* Quod probat id Matt.5.v.19. Quod diximus. *Qui autem fecerit & docuerit*, &c. Vbi D. Hieron. *Possumus*, inquit, *intelligere quod magistri eruditio etiamsi paruo peccato obnoxius sit, deducat eum de gradu maximo nec prosit docere iustitiam, quam minima culpa destruit & beatitudo perfecta sit quæ sermone docueris opere complere.* Si enim culpa leuis concionatorem deturpat, quid aget peccatum graue.

Concionator operibus doceat.
Matth.5. v.19.
D. Hieron.

Hoc optime confirmat D. Gregor. in *Pastor.*3. p. c.6. *Prædicator*, inquit, *quisque plus actibus, quam vocibus insonet, & bene viuendo vestigia sequacibus imprimat, vt potius agendo, quàm loquendo quo gradiatur ostendat.* Clarius tom.2. lib.30. Moral. cap.10. Hoc docet, cum ait: *Sancti igitur viri cum se ad prædicandum parant, prius se interius virtutibus innouant, vt ad hoc quod loquendo docent, viuendo concordent.* Seu vt alibi docet li.23.cap.1. *Ne vita à lingua discordet. Sed studet summopere contra maledicos rumores aduersantium, & defendere loquendo quod viuit, & ornare viuendo quod dicit.* Ideò Phocion, teste Plutarcho in eius vita, dicentes, & docentes bona, sed non facientes, aiebat similes esse cupressis, quæ cum sint sublimes, & pulchræ, nullum tamen edunt fructum. Futurus enim est concionator *potens in opere & sermone*, sicut Christus Luc.24.v.19.

D. Gregor.
Luc.24. v.19.

135.

Num.10.2. præcepit Dominus duas tubas argenteas fieri ad ducendum populum, qui progrediebatur in terram promissionis, dicens: *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem, quando mouenda sunt castra.* Quare ergo ad introducendum populum in terram promissionis, præcepit duas tubas fieri? in litterali sensu, imperauit eas fieri, vt ijs conuocaret Moyses populum, primo ad mouenda castra 2. ad Festa 3. ad sacrificia 4. Ad bella iubet autem eas fieri argenteas, tum ob reuerentiam cultus diuini, tum vt essent magis sonoræ. sed sacerdotibus erat hisce tubis clangere. Misticè autem per has tubas intelliguntur doctores, quibus commissum est prædicare verbum Dei. Sic explicant D. Hieronymus & D. Gregorius nec non D. Cyrill. li.5. de adorat. Cum ergo concionatores significentur, eorum munus est populum Dei in terram promissionis veram deducere. per argentum significatur puritas prædicationis. Et vt dixit D. Gregor. lib.30. Mor. cap.4. *Argenteæ fieri præcipiuntur, vt prædicatorum verba lucis nitore pateant, & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant.* Pendè id *nulla sui obscuritate*, &c. Quia si aliqua obscuritas est in eis, id est, si concionator peccatis implicatus prædicat, à populo contradicitur. Et de eo dicitur id Ose.4.v.4. *Populus enim tu us, sicut hi qui contradicunt sacerdoti.* Quem locum sic Arias Mont. exponit: Nemo est qui arguat populum: nam sacerdotes quorum est eum arguere, æquè improbi sunt. Vnde si hi populum increpent, ille recalcitrat, & scelus sceleri regerit, illud occinens:

Quare tubæ factæ ad introducendum populũ.
D. Hieron.
D. Gregor.
D. Cyril.
Per turbas argenteas significantur doctores.
D. Gregor.
Ose.4.v.4.

Væ tibi tu nigræ dicebat cacabus ollæ.

Quare sacerdotum verba vt inquit D. Gregor. lucis nitore pateant, vt proficiant. Rursus, *Ductiles* erant tubæ quia non solum, *necesse est, vt hi, qui venturam vitam prædicant, tribulationum præsentium tunsionibus crescant*, vt explicuit D. Gregor. sed etiam ad significandum prædicationem firmitatem habituram in bonis operibus, & vita recta iuxta legem Dei. Debet enim prædicationem ductilem offerre, id est, ductam ex corde tunsionibus laborum præparato.

Prædicationis firmitas in bonis operibus.

Cum ergo Gregor. explicans id Iob 38. *Quis gallo dedit intelligentiam*, de prædicatoribus explanasset, concludit: *Est adhuc aliud in gallo solerter intuendum: quia cum iam edere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens, vigilantiorem reddit. Quod patenter cernimus, si sanctorum prædicatorum vitam vigilanter videmus. Ipsi quippe cum verbum prædicationis mouent, prius se in sanctis actionibus exercent*, &c. Jdeò ipse D. Gregor. li.22. Moral. cap.10. Explicans id Prou.19. vers.14. *Abscondit piger manum suam sub ascella*, &c. Illud in prædicatores conuertit, qui docent quidem, & non faciunt: *Aegro*, inquit, *labor est manum suã ad os porrigere, quia desidiosus quisque prædicator nec hoc vult operari quod dicit: Manum enim suam ad os porrigere, est, voci suæ opere concordare.* Et S. Hieronym. in cap.18. Prou. *Qui prius respondet*, &c. Inquit: *Qui prius doctor esse desiderat quam discat, stultitiæ noxam non declinat.*

Veri concionatores prius se in sanctis actionibus exercent.
D. Gregor.
D. Hieron.

136.
Cum Isaias concionatorẽ instituit iubet illos in altum ascendere.
Isai.40. v.9.

Porro cum Deus prophetam Euangelicum prædicatorem constituisset, quare iubet in altum ascendere, dicens: Isa. 40.v.9. *Super montem excelsum ascende tu qui Euangelizas Sion?* Numquid necessum erat, illum in alto loco collocari, vt melius ab omnibus audiretur? Ita sanè, nam qui ex alto clamat à pluribus auditur, neque id plerumque fit nisi quando aliquid publicum est, & ad communem voluptate & vsum pertinere existimatur: Qua ratione Christus præcepit discipulis; vt *quæ in aure audissent prædicarent super tecta.* Sed sane præcipi prophetam in montem ascendere, cum ei officium prædicationis committitur, mysterium esse videtur. Concionatorem indigere prius in altitudinem virtutum per vitam rectam ascendere, quam prædicationis munere ipse fungatur. Hoc confirmat D. Gregor. tom.4. in Regist. Epist.24. li.1. in dist.9. *Illa namque vox*, inquit, *libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat, quia quod loquendo præcipit, ostendendo adiuuat vt fiat. Hinc enim per Prophetam dicitur: super montem*, &c. *Vt videlicet qui cælesti prædicatione vtitur, ima iam terrenorum operum deserens, in rerum culmine stare videatur, tantoque subditos facilius ad meliora pertrahat, quanto per vitæ meritum de supernis clamat*, &c.

Matt.10. v.27.
D. Gregor.
Illa vox auditorum corda libentius penetrat, quã dicentis vita commendat.

Tandem D. Chrysost. tom.2. hom.10. in c.5. Matt. super id. *Sic luceat lux vestra*, &c. Inquit: *Id est, sic illuminatè, docete, non vt verba vestra tantummodo audiant homines; sed vt opera vestra bona videant, vt quos illuminaueritis per verbum quasi lux, condiatis per exempla operum vestrorum quasi sales: quoniam qui docet, & facit, quod docet, verè ille docet; qui autem non facit quod docet, non alium docet, sed se ipsum condemnat. Et melius est facere & non docere, quam docere & non facere, quoniam qui facit, & si tacuerit aliquos corrigit suo exemplo; qui autem docet & non facit, non solum neminem corrigit, sed adhuc multos scandalizat.* Vide etiam. Hom.16. super id: *qui autem fecerit & docuerit*, &c. Quare optimè dixit Ecclesiasticus verba prædicantium, aut docentium *firmamentũ habere in operibus iustitiæ. Toman fuerça las palabras en la firmeza de la buena vida. Et firmamentum in operibus iustitiæ.* Quamuis Jansenius alium sensum amplectatur, dicens: simplicius tamen fuerit intelligere hac parte addita explicari de qua doctrina sit sermo, nempe ea, quæ sit firmamentum in operibus iustitiæ, hoc est, qua homines firmantur in operibus bonis.

D. Chrysost.
Melius est facere & nõ docere, quam docere & nõ facere.
Iansenius.

VERS. XXX.

Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

Sensus.

NOn contradicas, &c. Cum admonuissem sapientes, vt cessent à corripiendo alium, & docendo, nunc exhortor insipientes & errantes ad non resistendum veritati. Quare cum rectè à sapiente correctus fueris, & doctus, haud quaquam mendacijs te tueri & defendere coneris pertinaciter obsistens veritati, & si quod mendacium per imprudentiã, & insciitiam protulisti, ne pergas illud imprudenter defendere, aut negare, sed potius illud verecundè fatere, & de illo sic apud te confundere, vt emendare proponas, &c.

Illustratio prima.

137 *Non contradicendum verbo veritatis in correptione.*

NOn *contradicas*, &c. Hæc sententia est contra pertinaciam eorum, qui malunt veritati resistere, ac mendacium omni ratione tueri, quam ingenuè quod ignorant confiteri. Hoc verò sapiens turpissimum esse dicit, atque homine ingenno verecundoque indignum. Multi enim sunt (inquit Rabanus) qui, cum à rectoribus suis pro malè commissis arguuntur, aut hoc defendunt, quod iniquè gesserunt: Aut falsò denegant quod conscientia sua verum esse non ignorant. Ideò admonet ne quis præsumat contra veritatem contendere, & fallaciter excusando semetipsum defendere. Quoniam qui abscondit scelera sua, non corrigitur: Qui autem confessus ea reliquerit profectò sanabitur. Quare in originali non est Tò *verbo*, sed tantum *veritati*, & addit *secundum aliquid*. Quod idem est, id est, nec in vno verbo veritati contradicas. Sed planè illam fatere, nos dicimus. *Confessa de plano la verdad.* Signum enim est vitiosi pudoris hominem in correptione non fateri veritatem, sed crimen obiectum purgare, & à se repellere & excusationibus vti, vt corripienti satisfaciat. Conatur enim sic obiecti criminis infamiam præ pudore ex se repellere. Quod vitium reprehendit Ecclesiasticus, dicens: *Non contradicas verbo veritatis*, id est, correptioni verè tibi delatæ; sed potius cũ de commisso peccato ab aliquo arguaris, libenter correptioné suscipe, & fatere obiectum crimen, vt in via recta dirigaris.

Prou.28. v.13. *Qui suasce-lera confes-sus fuerit misericordiæ consequetur.* Hugo. Dionys. Caietan. Iansen. D. Gregor.

Hoc illustratur ex eo Prou.28.v.13. *Qui abscondit scelera sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Quę verba licet de confessione explicari possint, vt explicant Hugo, Dionys. Caiet. Iansen. Sed de confessione explicanda sunt, qua quis reprehensus, obiurgatusque admissas culpas non diffitetur, sed quam primum aperit ac reuelat superiori, sic noster Salazar, eleganter D. Gregor. hunc locum explicat ad nostrum intentum li.22.v.1.10. Ad id Iob, *& celaui in sinu meo*, &c. *Qui abscondit*, &c. *Sed inter hæc sciendum est, quod plerumque homines, & culpas confitentur, & humiles non sunt. Nam multos nouimus, qui, arguente nullo, peccatores se esse confitentur; cum verò de culpa sua fuerint fortasse correpti, defensionis, patrocinium quærunt, ne peccatores esse videantur. Qui si tunc cum id sponte dicunt peccatores se esse veraci humilitate cognoscerent, cum arguuntur ab alijs, esse se quod confessi fuerant, non negarent. Qua in re indicia vera confessionis sunt, si cum quisque se peccatorem dicit, vt de se dicenti etiam alteri non contradicit.* Id potest confirmari exemplo reprobi Caini, qui interrogatus à Deo, *vbi esset frater* Abel, quasi obiectum crimen purgans, & à se repellens, respondit, *nescire*, quod mendacium impudenter sustinuit, existimans posse peccatum suum excusationem afferendo obtegere. Gen.4.v.9. vbi B. Alcuin. rogans, quare Dominus interrogauerit Cain pro fratre suo Abel? Respondit. *Non tamquam ignarus sed tamquam iudex reum, quem puniat, cui Cain ad cumulum peccati sui fallaciter ac superbè respondit*, id est, mentitus est vt se excusaret de peccato commisso, & vt fugeret infamiam obiecti criminis præ pudore negauit. Quod vitium quia commune est multis, exhortatur omnibus Ecclesiasticus ad non obsistendum verbo veritatis vllo modo. Vide Psal. 140.vers.3.

Quæ sunt indicia veræ confessionis.

Gen.4.v.9. B.Alcuinus

Illustratio secunda.

138. *Mendacium in defensione fugiendum.*

ET *de mendacio in eruditionis tuæ confundere*, id est, pudeat te mendacium protulisse in tui defensione, & de *inscitia tua* confundere, id est, erubesce, pudeat te. q. d. *Auerguençate tu de poco saber, que confussa tu descortesia ineruditio* enim hoc videtur significare, qui eruditione caret, institutione vacuus est, id est, *no tiene criança, ni cortesia*, & de mendacio ex ineruditione orto erubescere, debet, &c. Alij transferunt: *Ob mendacium rusticitatis tuæ erubescere*, vel *pudeat te*. Rusticitas enim ex ineruditione orta mendacium prodit, & dignum efficit, vt sapientes illum exercentur, &c.

VERS. XXXI.

Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subijcias te omni homini pro peccato.

VERS. XXXII.

Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij.

Sensus.

139 *Errata planè confitenda.*

NOn *confundaris*, &c. q.d. Vide ne te comprehendat vitiosus ille pudor, quo quis deprehensus non vult fateri delictum suum, sed pergit mendacijs errorem suum, & peccatum tegere, & tergiuersari; sed planè confitere errata tua, maximè cum ob ea argueris à sapiente aliquo: & ne pro peccato à te commisso vlli homini te subijcias, hoc & obnoxium facias maioris & nouæ reprehensionis atque vltionis, si scilicet mendax inueniaris, dum vis excusare ac negare peccatum commissum. Et noli resistere ante faciem potentis, pro peccato scilicet à te comisso. Hoc est, cum iudex aut alius quiuis, qui potest vindicare, ac tua mendacia cõfutare, te de peccato arguit, noli mendacijs te contra eum defendere, nec contra potentiam eius, qui te veritate oppugnat obtinere, id enim perinde est, ac si coneris contra ictum, hoc est, vim fluminis, &c.

Illustra-

Illustratio prima.

140 *Non erubescendum humiliter confiteri peccata.*

NOn *confundaris confiteri peccata tua.* Sensum appositum videtur lectio Complutensium confirmare, qui legunt, *in peccatis tuis*, id est, in erratis tuis non erubescas, nec fugias confessionem. q.d. *En tus yerros no te mueſtres negatiuo, confiesſa de plano.* Loquitur Sirach. de omni peccatorum confessione, siue sit reus interrogatus à iudice, siue à confessario sacramentaliter. q.d. *No te empaches, no tengas verguença de confeſſar tus yerros.* Sed humiliter potius confitere peccata tua Deo, & homini, maximè si is habeat potestatem & sapientiam, qua te confutare poterit, vt per humilem confessionem, & agnitionem peccati veniam consequaris, & detritam vltionem euadas. Vide Prou.28.v.13. *Qui abscondit scelera sua*, &c. Et in præcedenti sententia. num.137. Lege explicationem. Potest hoc confirmari exemplo. Achan, qui eum furatus esset de anathemate, erubuit confiteri peccatum suum, puniuit autem eius causa Dominus populum Israël, & cum Deus quereretur ad Iosue, dixit cap.7. v.11. *Peccauit Israël, & præuaricatus est pactum meum, tuleruntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua.* Et cum Josue diligenter quæreret quis ex filijs Israël esset reus, inuenit Achan, cui ait Josue vers.19. *Fili mi, da gloriam Domino Deo Israël, & confitere (confiesſa de plano sin tenor empacho) atque indica mihi quid feceris (no me nieges loque has hecho) ne abscondas (ni me, lo encubras) respondetque Achan Iosue, & dixit ei: verè ego peccaui Domino Deo Israël, & sic, & sic feci.* Ergo ait: Enuntia mihi obsecro quid fecisti. num vides te Dei quasi digito demonstrari? confitere mihi quidnam patraris, *ne abscondas.* Heb. *Ne à me occultes*, quidquam scilicet, vbi verus confitendi modus indicatur, ne illi cui confitemur, celemus quidquam, sed efferamus & expectoremus omnia. In eo quod ait *da gloriam Deo.* Fit hoc argumentum: illud, quo datur Deo gloria, merito, ac libenter à nobis faciendum: sed peccata nostra confitendo, datur Deo gloria, ergo.

Non erubescendum humiliter confiteri peccata.

Prou.28. v.13.

Propter furtum Achan punitus est populus Israël.

Ios.7.v.11.

Cum verum autem sit duobus modis fieri Deo confessionem, vt docet D. Augustinus tom.8. in p.94. Scilicet, *confessio laudantis, & confessio gementis*, vtroque modo tribuitur gloria Deo. Per peccatorum confessionem Deo gloriam tribui, & quidem tanto maiorem, quanto ea occultiora, & maiora sunt, nemo ibit inficias, nam eo ipso profitetur quod admodo peccator ipsum esse omniscium, cumque omnes latebant homines, solisque animorum recessibus condita, & inclusa erant, ea sponte homo foras effert, & aperit. Profitetur etiam Deum misericordem, cui confessione istorum, tamquam humilitate quadam, & sui ipsius afflictatione, ac molestia, speret satis aliquid fieri. Profitetur eumdem Dominum esse summopere verendum ac metuendum, dum eius vel iussu; vel causa, & nomine dicuntur & enuntiantur, quæ humanus metus, ac pudor ita occulit, velat, voluit, ac inuoluit, vt ab vllo mortalium, fieri si possit, ea rescisi vnquam vellet. Vide Ose.13.v.12. *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius, dolores parturientis venient ei.* Nota hæc vltima verba, quæ ostendunt difficultatem confessionis, si non planè aperiatur Confessori conscientia: Quo enim diutius quis silet peccatum, eo difficilius illud pandit, & expellit, sicut puella, quæ fœtum mortuum gestat, quo diutius cum tacet & dissimulat, eo difficilius parturiet, quia indies magis is corumpitur, vt à matrice, & virtute pariendi ejci nequeat. Audi, Cassian. Ad collat.2.cap.10. *Illico vt patefacta fuerit cogitatio maligna marcesit, & antequam discretionis iudicium proferatur, serpens teterrimus velut è tenebroso & subterraneo specu, confessionis virtute protractus ad lucem, & traductus quodadmodo, ac dehonestatus abscedit. Tamdiu enim suggestiones eius noxiæ dominantur in nobis, quamdiu celantur in corde.* Quare pãdendum est peccatum in confessione, &c.

Deus verendus, ac metuendus.

Ose.13.v.12.

Duobus modis fit Deo confessio. D.Augustin.

Quo quis diutius tacet peccatum, difficilius pandit & expellit. Cassianus.

Hoc illustrat D. Augustin. in Psal.94. *Numquid*, ait, *& hoc non pertinet ad laudem Dei, quando confiteris peccata tua? Imo vero maxime pertinet ad laudem Dei. Quare maxime pertinet ad laudem Dei quando confiteris peccata tua. Quia tanto plus laudatur medicus, quanto plus desperabatur ægrotus. Confitere itaque peccata tua, quo magis desperabas de te propter iniquitates tuas. Tanto enim maior laus ignoscentis, quanto maior exaggeratio est peccata confitentis*, &c. Ex tali confessione Dei causa & nomine facta oritur pulchritudo gratiæ, qua peccator post confessionem potitur. Hoc verius est in confessione sacramentali: nam omnes, & singulos Sirach exhortatur, non solum ad simplicem erratorum confessionem, cum ritè & recte quis interrogatur à iudice potestatem habente delictum explorandi, sed præcipue adhortatur omnes fideles, qui legi Euangelicæ adscripti sunt, ad veram suorum criminum manifestationem in confessione sacramentali. quod sic illustro.

Ad laudem Dei pertinet confiteri alicui peccata sua. D.Augustin.

Ex confessione sacramentali oritur pulchritudo gratiæ.

Illustratio secunda.

141 *Confessio sacramentalis necessaria.* Origen. D.Augustin. D.Bernard.

DIuus Iacobus cap.5.v.16. inquit: *Confitemini alterutrũ peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini*, &c. De confessione sacramentali hunc intelligunt locum Origen. hom. 2. in Leu. D. Augustin. tom.10.li.50.hom.12. & tom.9. de visit.infirm.li.2.cap.4. & 5. D. Bernard.li.meditat. cap.9. Vbi citans hunc locum ait: *Conueniens namque valde est, vt nos qui peccando Deo contumaces fuimus, pœnitendo supplices sacerdotibus & ministris eius simus, vt homo, qui ad gratiam conseruandam non eguit, iam eam recuperare non nisi per mediatorem hominem posſit. Gemat ergo, & suspiret, & anxius pro peccato timeat*, &c. Cum ergo præcipiat Dominus, monente Apostolo præceptum confessionis, omnes ad eam faciendam adhortatur, dicens: Alius alij scelera sua vtque flagitia humili confessione aperire ne vereatur, & ad sacerdotum pedes sese abijciat, vt eorum auctoritate expietur, & assiduis ad eum precibus salutem consequatur. Non frustra Christus Dominus latus suum aperiri voluit, Ioa.19.v.34. *Et lancea latus eius aperuit.* Quia qui nostra venerat soluere & expiare peccata pectus suum fodi permisit, quo indicaret ad abluenda nostra peccata maxime necessarium esse si pectora aperiamus, & peccata sacerdotibus confiteamur. Pectus enim aperire nihil aliud est, quam secreta cordis communicare, & vulnera chirurgo manifestare, vt debitam medicinam adhibeat. Sic explicat D. Gregor. tom.3. hom.40. In Euang. historiam Lazari. *Quid est*, inquit, *peccatorum confessio, nisi quædam vulnerum ruptio? quia peccati*

Adhortatio ad confessionem.

Quare Christus latus aperiri permisit. Ioan.19. v.34.

D. Gregor.

zi virus salubriter aperitur in confessione quod pestifere latebat in mente, vulnera etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata, quid aliud agimus, nisi malum, quod in nobis latebat, aperimus.

142. Cant.8.v.2. D.Ambros. *Aperiendum secretum cordis Dei.*

Hoc adumbrauit cælestis sponsa cum Cant.8. v.2.dixit ad sponsum suum: *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ.* D.Ambros. in Apolog. Dauid poster. cap.11. Legit: *assumam te, & adducam te in domum matris meæ, & in secretum eius, quæ concepit me.* Quare sponsa ausa est, sponsum in secretum cubiculum introducere? Numquid vt alienæ curæ secedere iubeantur, & ne obstrepant interno colloquio, & turbent voluptates illas, quæ ex illo familiari, at que cælesti congressu hauriuntur? Numquid ad quietè orandum in secretum cubiculum adducit? ita Rupert. explicat hunc locum, quia hoc habet præcipuum oratio, vt animi morbis medeatur, qui ex antiqua matre plerumque nascuntur. Eo igitur inducit sponsum, vt tamquam iudex damnet puniatque immoderatos carnis affectus, & tamquam magister doceat quid facto opus sit. Sed ad nostrum intentum respondet D.Ambros. loco citato. *Vides quemadmodum nuda sit, quæ non potest tectum habere secretum intemeratæ vtique naturæ, secretum intimæ conscientiæ non resignatum aliqua temeritate vitiorum.* Effectus autem huius confessionis sponsæ haud dubium est pulchritudo gratiæ, nam postquam dixit se nigram esse addit, esse pulchram, nam nigredo peccati per diuinam Metamorphosim, quam efficit sacramentalis confessio, in gratiæ pulchritudinem transformatur. Claudat hoc hemistichium D.Augustin. tom.8. in Psal. 95. Qui eleganter explicuit id Psal.95. vers.6. *Confessio & pulchritudo in conspectu eius,* inquit *ipse: Pulchritudinem amas? vis esse pulcher: confitere; non dixit pulchritudo & confessio, sed confessio & pulchritudo. Fœdus eras, confitere, vt sis pulcher; peccator eras, confitere vt sis iustus. Fœdare te potuisti, formosum te facere non potes. Qualis autem est sponsus noster qui fœdam amauit, vt pulchram faceret, quomodo autem aliquis fœdam amauit? non veni, inquit, vocare iustos, sed peccatores. Et quomodo non erunt peccatores? Confessio & pulchritudo in conspectu eius, confitentur peccata sua,* &c. Vide D.Bernar. Epist.113. ad Sophiam Virginem, qui fere eadem repetit. Itaque ait Ecclesiasticus. *Non confundaris confiteri peccata tua.* Sed sponte & non coactè illa confessori manifesta. nam coacta confessio non tanti valoris est, quam spontanea. Sic dicitur de Myrrha, hæc enim arbor est emittens pretiosum liquorem, qui sua virtute vermes necat, & corpora à putredine conseruat. Sed dupliciter hunc liquorem emittit, vno modo coacte per incisionem, & puncturam, sed hoc modo extractus modici valoris est. Alio modo naturaliter & sponte, & hoc modo liquor pretiosior est, & magni valoris. Sic Glossa super illud Cant. 5.v.5. *Manus meæ stillauerunt Myrrham: & digiti mei pleni Myrrha probatissima.* Dixit: *Myrrha sponte manans pretiosior fit: Elicita corticis vulnere fit vilior.* Sic pœnitentes propter amaritudinem contritionis assimilantur arbori Myrrhæ. Si igitur pœnitentes emittant liquorem amarum, sed coacte propter vulgi notam, & propter timorem præcepti, tales frequenter punguntur à confessore, & monentur dicere veritatem, & tamen vix volunt, peccata confiteri. Talis confessio modici valoris est apud Deum. Dixit enim D.Gregor. li.9. Moral.cap.22. sup. id Job.9. *Neque enim possum metuens respondere. Quia vera obsequia Deo non reddimus, si ex timore mandatis illius, & non potius ex amore seruimus.*

Rupertus. *Effectus confessionis sponsæ est pulchritudo gratiæ.* D. Augustin. Psal.95. v.6 *Per confessionem obtinetur pulchritudo gratiæ.* D.Bernard *Arbor myrrha symbolū confitentis peccata sua.* D.Gregor. Cant.5.v.5. *Confessio non coacta sed spontanea facienda.*

Hoc comprobatur historia Cham vt diximus, qui confessus est, & tamen non est misericordiã consecutus, sed lapidatus est à populo. Sic timẽdum, quod illi qui peccata sua amore iustitię non confitentur sed timore pœnæ, misericordiam non acquirent. Alij autem qui amaram confessionem proferunt, sponte dolentes se contra Deum facine raperpetrasse diuinam misericordiam consequuntur. Vt patet de Dauid 1.Par.21. v.8. Qui dixit: *Peccaui nimis,* &c. Psal.53.v.8. Clamauit: *Voluntariè sacrificabo* tibi & confitebor nomini tuo. Vnde sequitur v.9. *Et ex omni tribulatione eripuisti me.*

Coacta confessio misericordiam non sequi meretur. 1.Paral.21. v.8. Psal.53.v.8

Illustratio tertia.

143. Palacius Prou.1. Psal.142.v.2. *Omnis homo quid significat.*

Et ne subijcias te omni homini pro peccato. Palacius ait simile illi esse. *Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Prou.1. Illud *omnis* idem est quod *nulli homini,* vt dicitur Psal.142.v.2. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens,* id est, nullus viuens. Nos diceremus: *no te hagas comun a todos.* Sed elige illum, qui te possit iuuare. Originale optime transtulit: *Ne subijcias homini fatuo te ipsum.* Tygur. *ne te submittas stulto homini.* In quo præcipit, ne vlla in re ad hominis stulti voluntatem conformemur, eique cedamus aut pareamus. Licet hic alium sensum præbere possumus. q. d. Cum in peccatum lapsus fueris, ne pro eo à te commisso vlli homini te subijcias, hoc est, obnoxium facias maioris & nouæ reprehensionis, atque vltionis, si scilicet mendax inueniaris, dum vis excusare, ac negare peccatum commissum. Aliqui enim pro sui peccati defensione mentiri solent, & facile redarguuntur ab his, quibuscum loquuntur, nam negare & excusare peccatum, causa est confusionis propriæ, & qui arguit negantem, æternam maculam ei inurit. Quare non subijciendus est vllo homini pro defendendo peccato, quia qui defendit illud, & excusat, subijcitur redargutioni alterius, qui ei possit in discrimen confusionis, & perturbationis adducere, Glossa. Rabanus intelligit, significari, non esse consentiendum ei, qui ad peccatum perpetrandum allicit. Quia dum quis allicienti ad peccandum consentit, subijcit se illi, à quo se superari permittit: Quæ subiectio confusione plena est, nam in quolibet temporis discrimine ignominia afficere & notare illum potest is, cui subiectus est. De his qui hoc modo subiectantur nos dicimus. *Le tiene puesto el pie en el pescueço, y assi le a frenta, y leda encara, o metiza con su pecado.* Forte in hunc sensum dixit Salomon sap.1.v.11. *Os autem, quod mentitur occidit animam,* licet aliter explicetur. Cum aliquis mendacio vtitur ad se defendendum vitæ & honoris pœna mulctabitur. Rabanus aliter hanc sententiam explicat. Scilicet sicut hortatur ad confessionem peccati, ita prohibet à consensu operis nefandi. Quid est enim aliud, non subijci homini pro peccato, nisi non consentiendum illi, qui allicit aliquo modo ad peccandum.

Negatur peccatum causa est propria confusionis. Rabanus. *Non imperandum peccatum.* Sap.1.v.11 Rabanus

144. *Delectus faciendus de eo cui aperienda est confessio.*

Tandem Lyranus illud. *Non te subijcias,* &c. Sic intelligit vt significetur delectum hominum habendum, & respiciendum, cui confitenda sint peccata, tantum scilicet ei, qui nouit, & potest Lyra sa-

lutare adhibere, aut ostendere remedium, sicut dicitur cap.1. de pœnit.dist.6. his verbis. *Qui vult confiteri peccata sua, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientem ligare, & soluere,* id est quærat sacerdotem scientiam & potestatem habentem, vt dirigere possit in vitam æternæ salutis. Hanc explicationem confirmat lectio Origen. & Tygur. *Ne te submittas stulto homini, & ne subijcias stulto homini te ipsum.* q.d. *No te pongas en manos de vn hombre ignorante, y necio que no sepa encaminarte, ni dirigirte por el camino de tu saluacion.* Hoc potest illustrari ex eo

D.Basilius. *Confessor ignorans fugiendus.* D.Basil. in regulis breuior, interrogat. 229. Cum enim prius interrogasset: *Numquid flagitiose facta abiecta omni verecundia enuntiari apud omnes debeant? an apud aliquos tantummodo? Etsi hoc, apud quos, & cuiusmodi?* Respondet: *vt igitur vitia corporis nequaquam, quibus ius temerè homines aperiunt, sed ijs tantummodo, qui rationem, qua ea curanda sint, teneant: Eodem modo etiam peccatorum confessio fieri debet apud eos videlicet, qui ea possint curare: Consentaneum in modum illi, quod scriptum est: vos qui firmiores estis, imbecillitates infirmiorum portate, hoc est, tollite diligentia, & cura vestra.* Sic D. Chrysost. tom.2. hom.44. in

D.Chrysost Rom.15. v.1. Matt.23. *Si enim,* ait, *vestimenta empturus gyras vnum negotiatorem, & alterum, & vbi meliores vestes inueneris, & pretio viliori, ab illo comparas: Quomodo non oportet populum circuire omnes doctores, & inquirere vbi syncera veritas Christi venundatur, & vbi corrupta & omnium confessiones cognoscere, & veriorem eligere plusquam vestimentum? dicit Apostolus: Omnia probate, & quod bonum est tenete.* Confirmat D. Anast. Sy-

D.Anasta. Synaita. nayt.tom.6. Bibliot. nouæ in quæst. q.6. qui cum prius quæsijsset, sit ne bonum confiteri peccata viris spiritualibus? Respondet: *Est bonum & valde vtile, sed non ijs, qui earum rerum sunt imperiti, & rudes: ne, per rationis expertem commiserationem ac dispensationem, per importunam, & à scientia alienam pœnarum, seu pœnitentiarum iniunctionem, te reddant, aut contemptorem, stupidum, aut socordem, & remissum. Si ergo inueneris hominem spiritualem, qui possit tibi mederi, citra pudorem & cum fide, confitere ei peccata tanquã Domino, & non homini.* Et probat versu 25. huius capitis, & tandem probat testimonio D. Basil. superius allato lege de hac materia D.Bernardin.

D.Bernard. Senens.tom.1.serm.15.infer.6.post.1. Domin. in Quadragesi.art.2.cap.1.

Illustratio quarta.

145. *Nemini cedendum à iustitia, & veritate præ pudore.* Prou.12. v.19. Palacius. Holcot.

Noli resistere contra faciem potentis. Jn Origin. *nec vultui potentis cedas.* Quod significat in nullius quantumuis potentis gratiam cedendum esse à iustitia, & veritate, quod frequenter præ pudore fieri solet. Complut. *Ne accipias personam potentis.* q.d. Vt deseras veritatem non spectes personam potentis, sed sectare semper veritatem, nam vt Salomon dixit Pro.12.v.19. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.* Id est, nulla potentia diruet veritatem vel labium veracis vera encinciantis nemo flectere, aut detorquere poterit, firmum quippe esse debet, &c. Palac. in communi explicat. Jd est, voluntati regis, & populi nõ est resistẽdum. Frustra enim nisi, & nihil aliud laborando, quam odium quærere extremæ dementiæ est. Holcot: *Noli resistere*, &c. Scilicet in placitis possessionarijs, & in alijs causis secularibus. Etiam si iustitiam habeas, nisi iustitiam tuam prosequi possis: Quia diuites opprimunt pauperes per potentiam. Vt dicitur Jacob.2. Sicut ictus fluuij obruit resistentem. Licet enim aliquis breui tempore impedire possit cursum fluuij, non tamen tamdiu quin aquos currens ad impedimentum ipsum obruet. Sic vult dicere, quod licet pauper possit attentare causam secularem contra potentem: non tamen possint eam diu defendere: quia ipse per congregationem amicorum aduersariorum per diuitias contra pauperem eum opprimeret. Ideò subijcit.

Ne coneris contra ictum fluuij. Vatab. hoc hemistichium adiungit primo, legens: *Ne verearis confitere peccata tua, nec cursum fluminis ne cohibeas.* Sensus huius lectionis est, confessionem peccatorum coram Deo, vel etiam coram hominibus, cum spiritus eam dicit, aut etiam exprimit, non esse supprimendam; hoc enim perinde esse, ac si quis aquam fluminis decurrentem vi impedire velit, ne cursum suum liberum habeat, eodem modo etiam conscientiæ, quę pressa, confessione leuari cupit vis affertur cũ silentio violento, peccata intus retinentur, ac occultantur. Cõplut. *Et ne inferas vim cursui fluminis.* Tygur. *nec aduersum cursum fluminis contẽdas.* Idẽ enim est resistere contra faciem potentis, ac conari contra ictum fluuij. Cum ergo dixerit non debere hominem se defendere mendacijs contra potentem, nec contra potentiam eius, qui veritate oppugnat obniti; subdit, id perinde esse, ac si quis conetur contra ictum, vel contra vim fluminis, q.d. Inquit Ianssenius humiliter potius confitere peccata tua Deo, & homini maxime si is habeat potestatem & sapientiam, qua te confutare poterit, vt per humilem confessionem peccati veniam consequaris, & debitam vltionem euadas. Dionys. explicat: vt omni potenti resistere non tentemus, nec contra insuperabilem potestatem, seu contra impetum mali, quod non vales euadere. Ideò dictum est, Paulo Act.9.v.5. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Dixit enim Seneca Epist.14. *Sapiens numquam potentium iras prouocabit, imò declinabit: Non aliter quam in nauigando procellam, idem facit sapiens nociturã potentiam vitat: hoc primum cauens ne vitare videatur, pars enim securitatis, & in hoc est, non ex professo eam fugere, quia quæ quis fugit damnat.* Vide Pinedam ad id Eccles. 10. v.4. *Si spiritus potestatem habentis,* &c.

Vatab. *Quomodo faciendo confessio.* Complut. *Resistere contra faciẽ potentis, quid.* Ianssen. Dionys. Act.9.v.5. Seneca. *Sapiens nũquam potentium iras prouocabit.*

Hugo Cardin. sicut non est conandum contra ictum fluuij, ita non est resistendum potestati, comparatur enim potens fluuio. Quo enim fluuius decurrit, parui etiam riuuli, quos ille secum rapit, nulla difficultate confluunt. Nam quę se offerunt obstacula fluuius suo impetu superat. Imò hinc colligitur plus difficultatis ei, qui principis ductum non sequatur imminere, quippe qui cõtra ictum fluuij conetur. Qui enim mali principis consilium sequitur, summa celeritate, totoque impetu currit. Jere.23.v.10. *Factus est cursus eorum malus,* Vide D. Nazianz. orat. de se ipso ad Episc. ad finem operis. Quare Drusius. Hoc tantum licere vti hoc prouerbio ijs, qui admonere volunt non esse resistendum temerè potentibus, nam contra fluxum omnis nititur, eique quasi vim adfert, qui hoc facit. Vide quæ dicemus cap.8.v.1. Et sequentibus. Tandem Palacius inquit existimo ictum fluuij esse ardens populi votum, contra quod non esse conandum, docuit Samuel 1. Reg.8. Cum populo regem petenti iniustissime, consulte cessit, sed melior est Jansenij interpretatio. Licet Rabanus aliter explicet, ait enim, obe-

Hugo. *Potens comparatur fluuio.* Ier.23.v.10

dientia

dientia ergo maioribus semper adhibēda est, vbi præcepta eorum concordant regulæ veritatis atq; iustitiæ. Quod & lex pari modo docet & Euangelium. Si autem potestas humana nos vult ad blasphemandum compellere, vel ad opera iniquitatis pertrahere, nullo modo debemus cōsentire, sed pro recta fide atq; vera religione, in quibus certa extat salus animæ omni tempore decertare.

VERS. XXXIII.

Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

Sensus.

PRo iustitia, &c. Cum tempus & occasio iustitiam & veritatem defendendi se obtulerit, noli præ pudore relinquere eius defensionem, etiam si à potentioribus expugnetur, certa, & oppugna vsque ad mortem, id est, licet mors tibi immineat, noli esse sicut ignauus miles, ac timidus, qui videns hostem scuto obiecto fugit; ne fugias, sed impetum fac in hostes, qui veritatem, & iustitiam expugnare conantur. Sic enim decertabis pro salute animæ tuæ, si autem mors sequatur pro tuenda veritate, Deus vindex omnium pugnabit pro te, & de inimicis tuis vlciscetur, &c.

Notæ.

PRo iustitia agonizare. Verbum Græcū ἀγωνιῳ, à verbo ἀγωνιζομαι, agonizomai deponente, quod significat in vniuersum certare, certamen inire, in certamen venire, vel dimicare. Xenoph. Pæd. 1. *Certare de honore & gloria aut consequenda, aut conseruanda libertate.* Demetr. *Dimicare pro tuenda, & conseruanda libertate.* Hoc verbum oritur à nomine ΑΓΩΝ, quod est certamen, solemnes ludi, vel certamina ludorum nos dicimus significare. *Luchar, ó combatir.* Cum ergo dicitur *agonizare*, idem est ac dicere, certa, decerta, in certamen veni, vel dimica. Pro *iustitia* est περὶ τ ἀληθειας. Verbum originale, ἀληθες, *alethes*, quod est verus, verax, inde ἀληθεία, quod significat veritatem, ex α priuatiua & λήθη, quod est obliuio, vt sit q. d. Carentia obliuionis (nulla enim est in veritate obliuio, quæ mendacij comes est. Hinc illud, *mendacem oportet esse memorem*) *alethes*, posuit Demosthen. pro iusto, quare vulgatus noster forte transtulit *iustitiam* pro *veritate*, præterquam quod idem significat iustitia, & veritas, non enim potest esse veritas sine iustitia, nec iustitia sine veritate, cum vtraque se inuicem complectantur.

Agonizare, quid.

Illustratio prima.

147. DOcet Sirach per pudorem etiam tiam omittendam confessionem veritatis, & defensionem iustitiæ, significans ob eam etiam potentibus esse resistendum. Forte cum hac sententia colludit id quod Christus Dominus dixit. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Matt. 5. v. 10. Vocat eos beatos, & regnum cæleste promittit ijs, qui decertant pro iustitia defendenda, id est, omni virtute, vel fide Christiana. Sic explcat nos-

Per pudorem non omittenda confessio veritatis, & defensio iustitiæ.

Matth. 5. v. 10.

ster Maldonat, propter iustitiam patientibus, tamquam pugnantibus regnum ipsum, pro quo pugnat pollicetur. Estius pro iustitia retinenda. Ad quod alludit D. Petrus 1. Pet. 3. v. 14. Vbi ait. *Sed & si quid patimini propter iustitiam beati.* q. d. Quod si etiam contingat vos affligi propter iustitiam, & pietatem, non ideò minuetur vobis fœlicitas, imò sic quam maxime eritis beati, videlicet spe certissimæ regni cælestis, &c. Holcot, & sic pro iustitia fidei, & pro salute animæ tuæ, certa contra aduersarios spirituales & temporales, legē Dei & bonos mores impugnantes. Sicut dicitur 1. Machab. 3. v. 21. *Nos pugnabimus pro animabus nostris & legibus nostris.* Ratio quare debet homo iustitiam amore prosequi, est, quia veluti Dei filia putatur, nata ex eius diuina sapientia. Hinc est quod antiqui eam vt Deam venerarentur, fingebatur virgo castissima è Iouis cerebro nata, & ei assidens in administratione iuris. Plutar. in lib. ad principem indoctum, dixit ex Anaxarcho: *Nescis inquit, assessorem, Iouis deorumque iustitiam, & fas esse, quo quidquid actum ab dominante fuerit, id ius & fas sit. Quod si hæc assimulare, & adæquare libet, non habet iustitiam Iupiter assessorem: Sed ipse ius & fas est, at que lex antiquissima & sanctissima. Et sane illa virgo iuxta Hesiodum illibata, reuerentiæ, modestiæ, & opis familiaris.* De hoc minime inquit Joan. Rosinus lib. 2. Antiq. Rom. cap. 5. *Primus omnium iustitiam docuit mutuo seruari inter mortales, omni vi, atque iniuria remotis.*

Maldonat.

Estius.

1. Petri 3. v. 14.

Iustitiam diligere, quia Dei filia, &c

Plutarch.

Cum ergo iustitia virgo sit illibata, inuideturà potentioribus à quibus frequenter violari solet, iustis illam possidentibus; & conseruantibus maximam vim inferunt, vt illam deserant, & execrētur. Sed horum vnicuique præcipit Ecclesiasticus. *Pro iustitia agonizare pro anima tua.* Certa, decerta, oppugna, vt hanc illibatam virginem incorruptam serues, certa pro ea conseruanda, & defendenda, charissima enim Deo est. Sic dixit Tertul. lib. 5. de pœnit. cap. 2. *At cum iudex Deus iustitiæ charissimæ sibi exigendæ tuendæque præsideat*, &c. Iustitia enim est Deo virtus charissima, illumque habet vltorem. De Deo Constantinus Manasses in annalibus.

Pro defendenda iustitia decertandum.

Tertul.

Sic mali oculis iustitiæ sunt expositi.
Et quamuis pœnas aliquando effugiant
Timidem tamen supplicia maiora luunt

Præterquam quod illi potentiores, aduersus quos iustus agonizatur, seu decertat, ministri sunt sathanæ, qui omnes iustitiam violare contendunt. Sic D. Ambros. in Psal. 38. super id, *vt non delinquā in lingua mea. Non ergo dubites*, inquit, *quando aliqui tibi molesti sunt volenti seruare iustitiam, ministros esse illius nequissimi, qui omnium auctr est flagitiorū.* Ideò præuenire defensorem iustitiæ volens, hoc consilium illi præbet Ecclesiasticus.

Potentiores iustitiam virginem violare conantur.

D. Ambros.

Illustratio secunda.

148. ET vsque ad mortem certa pro iustitia. Hæc pars in originali desideratur, sed apposita est à vulgato vt incitet, & incendat amatores iustitiæ ad illam defendendum, vsque ad mortem. q. d. iustitiæ defensionem suscipe pro conseruanda animæ salute, quæ perditur, si quis, cum opus est, præ pudore omittit defensionem veritatis & iustitiæ. Ideò *certa vsque ad mortem*, hoc est, resiste vsque ad sanguinem, mortem potius præopta, quam perdere veritatem, & iustitiam: Hæc enim virgo illibata digna est, vt à nobis incorrupta seruetur, quamuis vita pro eius conuersatione & defensione offeratur. In originali pro *iustitia*. Legitur *veritas*: *vsque ad mortem certa pro veritate*. Jam diximus idem esse in hoc loco iustitiam, & veritatem, cum vna sine alia inueniri non possit. Sicut enim diximus vt assessorem Jouis veteres coluisse, & ait. Plutarch. in lib. ad Princip. indoctū. *Prisci ad hunc modum loquuntur, scribunt, & docent: citra iustitiam dominari, ne Iouem quidem posse regè.* Sic de veritate ait Philo Iudæus lib. 3. de vita Mosis: *Veritas enim à Deo non seiungitur*, id est, semper assidet, & sicut Deus iustitiam assidentem, sic veritatem assessorem habet, & cui Deus hanc tribuit veritatem, ingens donum largitur. Sic ait Plutarch. de Iside & Osir. *Nihil homini accipere grandius, vel largiri Deo veritate sit augustius.* Non frustra præcipit Deus veritatem in rationali Pontificis collocare, & è collo in pectus pendere, Exod. 28. v. 30. Vt significaret iustitiam, & veritatem assessores esse pontificis ad populum iudicandum, & Dei munus esse pretiosum. Sic ait Philo Iudæus lib. de iudice. *Quid enim in vita est aque pretiosum ac veritas quam vates sapiens inscripsit loco sacratissimo, ea parte vestis pontificiæ, vbi est principalis vis animæ, vt sacerdotem per hoc ornamentum augustiorem faceret.*

Iustitiæ defensio suscipienda pro conseruanda salute animæ

Iustitia, & veritas idem

Plutarch.

Philo Iud.

Plutarch.

Quare veritas in rationali posita.

Philo.

149. Sed quare veritas in pectore pontificis collocata fuit? numquid ad ornamentum pontificis, & per illud illustrior populo appareret, ad populi conciliandam reuerentiam, & venerationem? ita sane: Sed si mysterium penetras, inuenies, affixam esse veritatem, non solum ad illam præ oculis habendam, & iuxta illam populum sacerdos iudicaret, & regeret, sed ad illam defendendam, & decertandum pro illa, ita vt si mors immineret, illi potius succumberet, quam perderet veritatem. Quia vt dixit, Xenophon philosophus Imperator de expeditione Cyri lib. 7. *At qui palam se veritatis studiosos declarant, eorum verba petentium aliquid non minus possunt, quam vis aliorum.* Ideò Isaias agens de beatis, qui iam sunt adscripti ciues cælestis Ierusalem ait ad Angelos Isa. 26. v. 2. *Aperite portas, & ingrediatur gens iusta custodiens veritatem.* q. d. Aperite, ô Angeli portas cæli, ad quod iam ascendimus cum triumphali plausu: Vt ingrediatur gens, quæ iustitiam coluit, & veritatem seruauit vsque ad mortem, illam defendendo. Quamuis D. Cyrillus, puter hæc esse verba Dei ad Apostolos, q. d. Vos, ô Apostoli, eorumque imitatores patefacite gentibus aditum per predicationem in Ecclesiā, vt fiant gens iusta & custodiant veritatem. Nam qui veritatem odit, odit Christū, & vt ait S. Chrysost. *Veritatis proditor est, non tantū ille qui mentitur, sed etiam qui liberè veritatē non pronuntiat, aut defendit cum opus est.* Jdeò Sirach inuitat pro veritate pugnare vsq; ad mortē. Quia corona debetur perseuerantiæ vsque ad mortem. Dixit enim Aristoteles lib. 1. Ethic. cap. 8. *Atque vt in Olympia, non hi, qui sunt elegantissimi forma, præstantissimique robore, sed ij qui decertant coronis afficiuntur: sic & qui bene agunt, eorum, quæ sunt in vita pulchra bonaque compotes fiunt.* Præmium autem huius defensionis tandem subijcit.

Veritas posita in rationali, vt defendatur à pontifice.

Xenophon

Isa. 26. v. 2.

Gens, quæ iustitiam colit, cælum ingreditur.

D. Cyrill.

D. Chrysost

Qui odit veritatem odit Christū.

Aristot

Illustratio tertia.

150. ET Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Breuius hoc legunt hemistichium Complut. & Regia: *& Dominus Deus pugnabit pro te.* Sic etiam Drusius hæc defensio Dei frequens est in sacra Pagina Exod. 14. v. 14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.* q. d. *Dios tomara la demanda y las armas por vos otros para que descanseis.* Vos quiescetis. Otiosè, & iucundè hanc Dei pro vobis pugnam & prælium spectando. Sic dixit D. Augustin. in solil. c. 15. in arduis & arctis; *constanter Deo crede, eique te totum committe quantum potes, ita enim ipse ad se subleuare non desinet, nihilque tibi euenire permittit, nisi quod tibi profit, etiamsi nescias.* Sic etiam eodem cap. 14. Exod. n. 25. *Dixerunt Aegyptij fugiamus Israëlem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Vide etiam Deuter. 1. v. 30. *Dominus Deus qui ductor est vester, pro vobis, ipse pugnabit*, &c. Hoc præmium est eorum, qui pro veritate, & iustitia tuenda certant vsque ad mortem. Quare Ecclesiasticus eos incitat ad veritatis defensionem præmium proponens, dicens: *& Dominus*, &c.

Quem defendit veritatem Deus defendit.

Exod. 14. v. 14

Exod. 14. v. 25.

Deut. 1. v. 30

D. Auguſt.

VERS. XXXIV.

Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis.

Sensus.

NOli citatus esse, &c. q. d. Duo vitia generaliter in hac sententia prohibere vellem, velocitatem scilicet ad loquendum, & tarditatem ad bene operandum, quare. Cum multi veloces inueniantur ad loquendum & ad imperandum, ipsi autem sunt inutiles in operibus suis, & remissi in bonis agendis, & cum sint multi, qui multa facile pollicentur, sed tardi sunt in præstandis promissis. Rogo te ne facile tuæ linguæ frænum laxes multa promittendo, & non opere exequendo, sed velox sis ad operandum, & ad loquendum, & imperandum tardus, ne inueniaris in lingua tua celer, citus, velox, & in operibus, & factis tuis inutilis, & remissus, &c.

151.

Notæ.

Noli citatus esse, &c. Complut. *ne sis temerarius*, apponunt enim verbum θρασυς, *thrasus*. quod est audax, temerarius, item magnanimus, fortis, strenuus. Inde θρασος audacia, temeritas, sed Romana ταχυς, quod est celer, citus, velox, pernix. Item præceps, præproperius, nimium festinans, quæ omnia in idem recidunt, nos dicimus: *No seas inconsiderado en el hablar, piensa primero lo que has de dezir, no caigas despues en falta.* Ne sis temerarius, & audax in loquendo, & promittendo ne sis præceps, & præproprius, in tuis verbis, sed prius cogita, quæ dicturus es. Complut. & Drus. μηχνε θρασυς, *ne esto audax*, in alijs erat θρασχυς, id est, asper, durus, scaber ne sis, inquit, verbis ferox, cuiusmodi fere vulgus est, nihil vltra verba ausurum, impigræ linguæ, ignaui animi. Sic legerunt LXX. Ald. & Basil, sed alij emendarunt θαχυς quod est celer, velox, cui emendationi fauet vulgatus. Vide cap. 5. v. 13. *Esto mansuetus*, id est, celer. Tandem *& remissus operibus tuis*, vel factis. Hoc Hebr. dicere ומתופה מל אחרר Prou. 18. v. 9. *Qui mollis est, & dissolutus in opere suo frater est sua opera dissipantis.* Hebr. *qui remissus est: in opere suo frater est eius qui sua dilapidat. Remissus*, id est, signis, ignauus, vide quæ de hoc verbo diximus cap. 2. v. 14.

Prius cogitandum quod dicendum, &c.

Illustratio prima.

152. Iac. 1. v. 19. *Noli citatus esse in lingua tua.* Cum hac sententia haud dubium colludit id D. Jacob. cap. 1. v. 19. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum*, & Prou. 17. v. 27. *Qui moderatur sermones suos doctus, & prudens est.* Sunt enim verba veluti vehementiores torrentes, qui auribus nostris personant ingentes ac præcipites. Considera torrentem de summis iugis montium altissimorum impetu maximo, incredibili rapiditate, horrendo strepitu atque fragore, per deiectus asperos, per decliuia loca, lapides, & saxa quæcumque perrumpentem, multa rapientem, & euellentem, & omnia secum trahentem aquarum immensa magnitudine ad imas vsque radices prouoluitur. In quas præcipitatus postea totis vallibus fertur horribili crepitu, & fragore loca huiusmodi præter lapsus. Non aliter verborum torrens impetu maximo & concitato cursu rapit, & euellit decliuia loca, id est, eos, qui in valle humilitatis habitant, qua propter hominem Sirach exhortatur ad verborum moderationem, & Salomon inquit Prou. 10. v. 19. *In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua prudentissimus est.* q.d. Qui tamquam torrens inundans citatus est in lingua sua, omnia rapit, omnia euellit, & impetu maximo omnia. Id est, honorem, & famam secum trahit, apte satis dixit D. Bernard. in lib. de ordine vitæ: *Sapiens ergo est, qui nouit tacere. Alliga, moneo sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & in multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictor, & ripis ipsius coërceatur. Cito lutum colligit amnis exundans. Custodi cor, & retine linguam.* Insuper noster Ecclesiasticus c. 28. v. 29. inquit: *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos.* Super quæ eleganter D. Ambr. lib. 1. de offic. c. 3. *Sed iugum*, inquit, *sit verbis tuis, & statera, hoc est humilitas, atque mensura, vt lingua tua menti subdita sit. Restringatur habenæ vinculis, frænos habeat suos, quibus reuocari possit. Ad mensuram sermones proferat, libra examinatos iustitiæ: vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, atque in verbis modus.*

Verba præcipitata; comparantur torrenti aquarum. Prou. 10. v. 19. *Verba sunt veluti torrentes.* Prou. 17. v. 27. D. Bernard. Eccles. 28. v. 29. *Verbis facienda statera.* D. Ambros.

Quare Dauid Psal. 140. v. 3. à Domino postulauit ostium in lingua sua. *Pone Domine*, ait, *custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis.* Hoc loco custodia tamquam instrumentum aliquod accipiendum est, quo labia coërceantur, fræna videlicet, aut camus, aut eiusmodi aliquid. Pone clausurum ori meo, ne imprudenter in verba prosiliam. Circumstantia vero iuxta sacrarum Litterarũ consuetudinem arx dicitur, & ædificatus locus vndique muris cinctis, ac firmus. Sic vocarunt LXX. arcem Sion 2. Reg. 5. v. 7. *Capit autem Dauid arcem Sion: hæc est ciuitas Dauid* LXX. *circumstantiam Sion.* & Psal. 30. v. 22. *Benedictus Dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate, munita.* In orig. *in ciuitate circumstantiæ.* Eiusmodi verò arcibus vt quæ præsidio sint, porta firmissima, & seris ac vectibus munita imponitur: Pone, inquit, ostium firmissimum labijs meis, quale solet arcibus, quæ præsidio sunt vrbibus, imponi. Super quem locum dixit Gregor. tom. 3. p. 3. curæ Pastor. admon. 15. *Non enim ponitur ori suo paries, sed ostium petit, quod videlicet aperitur, & clauditur. Vnde & nobis cautè discendum est, quatenus os discrete, & congruo tempore vix aperiat, & rursum congrua taciturnitas claudat. At contra admonendi sunt multiloquio vocantes, vt vigilanter aspiciant à quanta rectitudinis statu depereunt, dum per multiplicia verba dilabuntur.* Tandem D. Ambros. octon. 4. in Psal. 118. citans id Prou. 3. v. 21. *Fili mi ne effluant hæc ab oculis tuis*, inquit, *is quicumque est facilis in verbis, velut plenus rimarum hac, atque illac affluens, interiora euacuat sua, & exterioribus passionibus inundatur, tegere se nesciens, nec tenere verbum, quod accepit*, &c.

Custodia ori ponenda. Psal. 140. v. 3. *Ostium circumstantiæ, quid.* 2. Reg. 5. v. 7. Psal. 30. v. 22. D. Gregor. *Qui bona sua non auget, ea dissipat.* Prou. 3. v. 21. *Qui in verbis facilis est interiora sua euacuat.*

Itaque Ecclesiasticus vt moneat verborum considerationem, inquit: *Noli citatus esse*, &c. *Mira primero como hablas, no te despenes, considera lo que has de hablar.* Hoc monitum tribuit D. Bernardus in lib. de ordine vitæ, cum inquit. *Bona mens, & verecunda, vt loquatur multa prius considerat, quid dicat, & cui dicat, quo loco, & quo tempore*, &c. Quia *tempus loquendi, & tempus tacendi.* Vt docuit Salomon Eccles. 3. vers. 7. Cum ait *citatus, velox, citius*, &c. Assimilat linguam igni, vt Diuus Iacobus cap. 3. vers. 6. Linguam comparauit, quia sicut ignis habet in se velocitatem, pernicitatem, celeritatem incredibilem. Sic lingua, cum homo illam non coërcet, & refrænat. Quare Ecclesiasticus inquit, *noli*, &c. q. d. Refræna linguam, ne celeritate sua tamquam ignis omnia consumat, &c. Sed præcipue moderanda est lingua in promittendo, quæ implere non potest. Sic explicuit Palacius, id est, noli promittere facile, & præstare difficile. Vbi maturè deliberasti quid promittas, fideliter præsta promissa. Nam Petrus adeò ad promittendum facilis fuit, ad non præstandum facilior. Et olim Iudæi Exod. 24. tam faciles ad promittendam Deo obedientiam, difficilime, aut numquam eam præstiterunt, Ideò subdit Ecclesiasticus.

D. Ambros. D. Bernard. *Vir prudens prius considerat, quid dicturus, &c.* Eccles. 5. v. 7. *Moderanda est lingua in promittendo.* Palacius.

Illustratio secunda.

154. *Non debet homo esse remissus in operibus suis.* Luc. 19. v. 13. *Qui non vult talentũ duplicare condemnatur.* Matth. 25. v. 30. D. Hieron.

Et inutilis, & remissus in operibus tuis, iactantiam orationis fugiendam dicit & eam diligentiam in agendo, industriamque requirat, vt plus re atque opere præstetur, quam verbis promittitur. Sunt enim plerique lingua prompti & audaces, qui mirabilia promittunt, sed manus linguæ non respondent, quas habent ad exequendum debilitatas. *Parturiunt monte*, (inquit ille) *sed nascetur ridiculus mus.* Itaque *nolo esse citatus in lingua tua.* Optimè Hugo Card. explicat, non faciendo quod dicis, vel non soluendo quod promittis. q. d. Pauca loquere, sed plurima verba facito. plus enim facere verbum, quam dicere. Multi enim dicunt, sed pauci faciunt, multi promittunt, sed pauci promissa complent, &c. Itaque ne sis inutilis, & remissus in operibus tuis, ne sis infructuosus & piger in factis tuis. Quia vt dixit Salomon Prou. 18. v. 9. *Qui molles & dissolutus es in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* q. d. Quicumque opus ac negotium cœptum socordia & pigritia solutus intercipit *frater est*, &c. Id est, similis est omnino ei, qui parta iam bona euertit ac distrahit, nam qui in dies bona sua non augent, eadem quidem euertunt, ac dissipant. Ea enim est opum conditio, & natura, vt nisi illis quotidianæ occasiones fiant, citius quidem deficiant & dilabantur.

Fortè eum hoc colludit parabola, quam Christus Dominus prædicauit. apud Lucam cap. 19. v. 13. *Vocatis autè decem seruis dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio.* Illos autem, qui pecuniam auxerunt operando, præmio Deus affecit; at verò in illum, qui remissus, & inutilis fuit in operando, & augendo pecuniam, cum promisisset illam augere, diu animaduertit: dignus enim fuit, vt pecunia ab illo tolleretur, & puniretur, quem vocat D. Matt. cap. 25. vers. 30. Inutilem: *& inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores*, &c. D. Hieronym. tom. 6. super hunc locum inquit, *Piger, quia noluit talentum duplicare, condemnetur.* Ferè eodem sensu iustum appellarunt impij inutilem, cum dixerunt sap. 2. v. 12. *Circumueniamus ergò iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris.* In Græco est ανωφελὴς, id est, piger segnis, ignauus, vt originale transtulit, piger enim inutilis est. De illo enim dixit Salomon Prou. 19. v. 24. *Abscondit piger manum suam ascellæ, nec ad os suum applicat eam.* Hæc sentia ad socordiam pertinet, quam Salomon venustè admodum exaggerat, dum ait, hominem pigritia laborantem tantoperè dissolui, & eneruari, vt ne manus, quas fortasse ad prohibendum frigus in sinum abdidit, inde extrahere, & appositas escas ad os perferre nequaquam conetur.

Prou. 19. v. 24. *Piger inutilis.*

155. *Manus remissa egestatẽ operatur.* Prou. 10. v. 4.

Porrò ait, *& remissus in operibus tuis*, (*no seas remisso en tus obras*) nam vt dixit Salomon: *Egestatem operata est manus remissa.* Prou. 10. v. 4. *Manum remissam.* Vocat socordem, & dissolutum. q. d. Vir ille, qui pigritiam suam & socordiam solutis, atque otiosis manibus præseferat, paupertatem; & penuriam sibi accersit, manus socors & dissoluta quamdiu nihil agere videtur, aliquid tamen agit, & quid aliud? paupertatem sibi formar, sibi adstruit. Hinc dixit Hesiodus:

Multa autem piger vir vanam spem exspectans,
Indigens victus mala cogitauit animo.

Hoc affirmauit Salomon, cum dixit Prou. 21. v. 5. *Omnis autem piger semper in egestate est. el remisso, y perezoso nunca medra, siempre viue en necessidad y pobreza.* Et vers. 26. ait: *Desideria occidunt pigrum* (*muere a manos de sus desseos*) *noluerunt enim quidquam manus eius operari* (*porque nunca pone manos a la obra*) *tota die concupiscit, & desiderat* (*todo se leuanten desseos, y nunca llegan a granazon.* Hinc D. Hieronym. tom. 8. in probi. cap. 6. inquit: *Pigritia nutrix egestatis; & penuriæ.* Quare Ecclesiasticus admonet hominem ad fugiendum vitium pigritiæ, & remissionis, &c. Demum Holcot explicat hanc sententiam. *Noli citatus esse*, id est, nimis promptus ad loquendum, ad iactandum, ad sententiandum temere de futuris, & remissus & inutilis in operibus tuis. Sicut multi iactant in tempore prosperitatis se velle multa sustinere propter amorem Dei vel proximi, qui tamen de facto non sustinebunt, nec vnum verbum amarum, &c.

Prou. 21. v. 5. 26. *Piger concupiscit, & desiderat, & illum desideria occidunt.* D. Hieron. Holcot.

VERS. XXXV.

Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.

Sensus.

Noli esse, &c. q. d. Vide ne tegeras leonis instar in familiam tuam, ita scilicet vt curiosa omnium inuestigatione, clamoribus insanis, iussis, onerosis, vltionibus grauibus crudeliter tuos perturbes, premas, perdas, quos maxime fouere, & humaniter tractare debes. Sed sicut exterius erga extraneos humanum tegeris, sic te erga domesticos suauem, facilem, & iucundum exhibeas. Si enim ad potestatem dominorum vel parentum accedat importunitas, fœuitia, atque insania, fit prorsus imperium tyrannicum, aut feritate belluinum, &c.

Illustratio prima.

156. Prou. 30. v. 30. *Ferocitas leonis comparata Dominis in domo sua.* *Noli esse sicut leo.* Cum *leo* sit, vt docet sapiens Prou. 30. vers. 30. *Fortissimus bestiarum, & ad nullius pauet occursum.* Optima comparatione Sirach exprimit dominorum ferocitatem erga subditos illos. Cum leone conferendo. Videas namque leonem quod regium, & excelsum animal est, capite, iubis, pectore, & omnibus reliqui corporis partibus animaduersis. Caput illius in cætera bruta animantia dominatum ostentare visum est, sublatum in speciem, & similitudinem hominis. Et cum vis pectoris ad innadendum & conficiendum, quodcumque genus animantium venabulis & telis hostium contemptis, quam mirabilis est, atque stupenda? Cum aspiciunt ho-

Leonis descriptio.

mines terrificum, & immanem, Deus bone, quā ferus, & immanis, quam teter, & truculentus consistit: fremere incipit atque rugire. Mentem ipsum, & caput versat, & totum corpus concutiendo vehementer iubas erigit, & attollit in sublimè terrificas, & horrendas mortem intendens, atque minitans, sese aspectu horribili comparans ad inuadendum. Quam magna, vi & contentione, plenus iracundiæ totus ardens cœco, ac præcipiti impetu, præruptione facta frêmitu horribili, quam stragem afferre solet, & morte non contentus, discerpit, & dilaniat, comprimit, & suffocat. Pari modo herus, in subiectos sibi, & parens in filios, se gerere solet: Leonis instar in domo sua ferus & immanis, teter, & truculentus, consistit, fremere incipit atque rugire, caput versat, & totum corpus, iubas erigit, & attollit in sublime, & minitans, sese aspectu horribili comparat ad inuadendum; magna vi plenus iracundiæ, totus ardens *euertit domesticos suos, & opprimit subiectos sibi*. Sic etiam de tyrannis intelligitur.

Herus aut parens iratus similis est leoni.

Herile enim imperium per se videtur satis esse acerbum: ad eam autem potestatem atque acerbitatem si accedat in Dominis morum importunitas sæuitia, atque insania, fit prorsus tyrannicum, aut feritate belluinum. Jtaque requirit sapiens in Dominis summam erga domesticos humanitatem, ac æquitatem. Sicut Paral. Col. 4. v. 1. ait: *Domini, quod iustum est præstate*, &c. Et Ephes. 6. v. 9. *Et vos Domini eadem facite illis remittentes minas*, &c. φαν... verbum significat genus quoddam furoris, ac insaniæ, eiusmodi est in quibusdam melancholicis, qui hac amentia permoti in alios crudeliter desæuiunt, & quasi debachantur. Ideò Paulus tit. 1. v. 7. Non vult Episcopum esse *percussorem*. πλήκτην

Si Domini accedat acerbitas fit imperium tyrannicum. Colos. 4. v. 1. Ephes. 6. v. 9.

157. *Regis ira instar leonis.* Prou. 19. v. 12.

Quare Salomon, Prou. 19. vers. 12. Comparat iram Regis leoni, dicens: *Sicut fremitus leonis, ita & regis ira*. Quod de regis ira ostendit sapiens, intelligendum etiam de omnibus ijs, qui superioris munere funguntur, modo sint heri, modo sint parentes erga familiam suam. Cum ergo principum indignatio ingens sit, ad illos caute accedendum est, quia illorum ira cum leonis frementis ira componitur, magna est, atque adeò magnas semper strages edit, magnas pœnas intentat; procliuis est, atque adeò non solum iniurijs, sed non numquam etiam officijs exasperatur. Crebra est atque adeò ex præsenti gratia & fauore nihil statuere in posterum licet, sed commutatio semper expectanda. Tandem multis significationibus declaratur, sed tum maxime voce, ac fremitu. Regis enim vox asperior multos perculit, ac perculsos ex animauit, ita vt per omnia similis videatur leonis rugitibus, quibus attonitæ ferè concidunt, ac deficiunt, vt experimento didicimus quotidiano. Seneca lib. 1. de ira cap. 1. Cum iram principum notat, leonis meminit, dicens: *Leones fremunt*, & subdit: *nullum esse animal tam horrendum, tamque pernitiosum natura. Vt non appareat in illo, vbi ira inuasit, noua feritatis accessio, nec ignoro cæteros quosque affectus. Vix occultari, libidinem, metumque & audaciam dare sui signa, posse prænosci. Neque enim vlla vehementior intra cogitatio est, quæ nihil moueat in vultu.*

Regis vox multos perculit. Seneca.

Ergo exhortans Sirach heros ad mansuetudinem, leoninam feritatem fugere contendit dicens: *Noli esse sicut leo*, &c. Id est, ne sæuias. Nam leo animal sæuium, ac ferox, vnde tyranni eo nomine significantur. Sic 2. Tim. 4. v. 17. ait Paulus: *& liberatus sum de ore leonis*. Neronem innuens. ita ait Sirach, ne in domo tua instar tyranni sæuias, &c.

Tyranni nomine leonis significantur. 2. Tim. 4. v. 17.

Hoc confirmat id Ezech. 19. v. 6. Vbi loquens de rege Iechonia, ait: *Qui incedebat inter leones & factus est leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare. Didicit viduas facere*, &c. Ad parentes, & heros loquitur D. Paulus Ephes. 6. v. 4. cum ait. *Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini*, vt scilicet, ne vestra duritiæ, asperitate, nimis verberibus, aut laboribus filios vestros oneretis, & irritetis. Nolite leonibus assimilari, qui omnia euertunt, & opprimunt, domos vestras, id est, familias nolite euertere, & filios vestros nolite opprimere; sed mansuete & humaniter eos tractate, vt parentes, & non leones. Subiungit statim Apostolus vers. 9. heros monens: *Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas*, &c. q. d. Et vos Domini seruis exhibete similem humanitatem, benignitatem, amorem, sinceritatem, fidelitatem, qualem serui meo iussu vobis exhibent: *remittentes minas*, id est, ne sitis in seruos imperiosi, & minaces. Premit Apostolus fastum dominorum in seruos aliquando sæuientium instar leonum; euertunt enim familias, & opprimunt subditos sibi, &c.

Parentes ne filios ad iracundiam prouocent. Ephes. 6. v. 4. Ephes. 6. v. 9. *Domini debent seruos mansuete tractare.*

Illud tandem quod transtulit originale: *Et phantasia percutiens in seruis tuis*. Idem est audire, sine ratione, sine fundamento seruos flagellare. 158.
Por sola imaginacion, sin otro fundamento. Tygur. *nec in domesticos tuos insaniè sæuias*. Quod nos dicimus, *atontas, ya locas*. ne velis insanire aduersus domesticos tuos, sicut leo sæuiens, &c. Lectio Drusij hoc confirmat, cum legit: *& cerebrosus* [*dando de cabeca*] vt qui vanis imaginibus percelluntur [*como los que son acosados de vanas imaginaciones*] cerebrosus enim est, cui vitiatum est cerebrum, quique præceps fertur in iram, totusque suo consilio hæret, & obstinatus à nemine persuadetur, & iracundiæ obtemperans sine ratione fertur [*loco, sin sesso, ni Iuizio.*] Itaque ait, Ecclesiasticus; noli esse sæuus, & truculentus erga subiectos tibi sicut leo; ne sis sicut *cerebrosus*, qui iracundiæ obsequens sine ratione fertur in eos, quos puniturus es. Sed moderato animo, humili, & humano aspectu omnes tracta, vt humanitas, benignitas, & misericordia omnibus nota fiat. Mihi verò (inquit Palac.) id experientia compertum est, verba, & plagas sine rationis iudicio, raro ad meliorem frugem, vt plurimum ad peiorem mentem seruos prouocare. Ergo homo es, id est, consilij, & rationis ministerio vtens. Si verbis, aut verberibus, velut homo, non velut fera vtere. Vide infra c. 33. & Eph. 6. Col. 3. v. 1. Tim. 6. ad t. 2. & 1. Petr. 2.

Cerebrosus, quis. Palacius.

VERS.

VERS. XXXVI.

Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

Sensus.

160. *Auarorum conditio, quæ.*

Non sis porrecta, &c. q. d. quia auarorum conditio est, vt ad accipiendum manum habeant porrectam, hoc est, extensam; ad dandum vero collectam, hoc est, contractam, & compressam: ideò moneo te, vt horum conditionem non secteris, sed erga omnes liberalem & munificum te præbe; potius dando quam recipiendo, vt fugias teterrimum auaritiæ vitium, & illius consilium exequaris: *Beatius esse dare, quam accipere*, &c.

Illustratio prima.

Non sit homo facilis ad accipiendum, & tardus ad dandum.

Non sit porrecta, &c. Duo vitia hoc versu sapiens prohibet, & ne nimis faciles simus ad accipiendum, & neminis tardi ad dandum. Dixit enim Aristoteles tom. 2. lib. 8. Ethic. cap. 13. fine: *Plerique suscipere beneficia volunt; conferre autem nolunt, at fugiunt vt inutile*. Et in alio loco, magis proprium esse dixit δῶναι, quam λαμβάνειν, hoc est, beneficium dare, quam accipere. Diuus Paulus citat Actor. 20. vers. 35. Eam sententiam à Christo Domino emanatam: *Quoniam ipse dixit*. [scilicet Christus Dominus] *Beatius est magis dare quam accipere*. Quæ sententia quamuis in Euangelio non inueniatur, ait autem D. Ioan. cap. 21. vers. 25. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros*. Sunt enim alia multa, quæ fecit, & docuit Jesus, quæ in libris Euangeliorum desiderantur. Docet ergo omnes porrectis esse potius ad largiendum manibus, quam ad rapiendum aduncis. Sed quare fœlicius est *magis dare quam accipere*? numquid recipere aliquando beneficium non indicat accipientis felicitatem? Cur beatius est conferre beneficium, quam admittere? quia qui accipit desolutione cogitat, nam vt eleganter dixit Seneca 2. de benef. cap. 25. *Qui gratus futurus est, statim dum accepit, de reddendo cogitat*. Cum igitur nulla in conferente remaneat anxietas reddendi, aut soluendi, sed in accipiente, hæc causa est, quare beneficium conferre plus felicitatis habeat, quam illud accipere. Dixit enim Aristo. li. 4. Ethic. cap. 1. *Est enim ipsius virtus beneficia potius conferre, quam suscipere*. Agit deliberalitate. Præterquam quod largiri animi magnaminitatem, quæ virtus regia est, satis indicat, at accipere, signum mendicitatis, & indigentiæ est, non sit ergo inquit Sirach, *porrecta manus tua ad accipiendum*, &c.

Aristot. Actor. 20. v. 35. Ioan. 21. v. 25. *Multa fecit Christus, quæ in Euangelio desiderantur.* *Quare beatius est dare, quam accipere.* *Magnanimitas virtus regia est.*

Porrigere manum ad accipiendum, & colligere ad dandum, phrasis est, qua auaritiæ vitium valde detestatur sapiens. 161.
Nam auarorum natura est; vt sint propensiores ad accipiendum quam ad dandum; quod vitium hic notatur porrectione manus, ac contractione. Paulus autem 1. Tim. 6. vers. 18. Vult *diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare*, &c. Quare *auaritia* est, secundum Aristot. lib. de virtut. *Vitium animæ, per quod appetunt vndequaque lucrum*. Super abundat in amando, acquirendo, & retinendo, sed deficit in dando. *Est enim insatrabilis amor habendi*, vt dixit Diuus Anselmus & quod acquirit, retinet, & quod retinet non impertit, sed in dando deficit. Vnde nascitur damnum auaritiæ, nam generat radicem omnium malorum, in quod vitium, & in eius cultores Deus animaduertit; vt in Sodomorum punitione ostenditur, dixit enim. Ezech. cap. 16. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia; saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant*. q. d. Hæc fuit sodomæ sororis tuæ impietas & funesti casus, certa materies, superbus spiritus, & inflatus animus, splendida, ac cibis onerata mensa, saturitas, & abundantia, & tam ipsius, quam filiarum eius otium, & quies. Adde his animum inclementem, & durum: cum enim rebus omnibus ad satietatem affluerent, nihil tamen ex ea bonorum abundantia indigenti, ac pauperi porrigebant: Auaritia enim pleni erant, manus autem ad accipiendum porrigebant, & colligebant ad dandum. Vbi videtur præcipuum sodomorum flagitium esse auaritiam, quod maxime Dei iram, & vindictam incendit, & excitauit. Huc spectat quod dixit Lucian. in Timone: *Pessima, atque insidiosissima res opulentia, quippe quæ multis sæpe numero immedicabilium malorum extiterit causa*.

Auaritia, quid. 1. Tim. 6. v. 18. D. Anselm. *Auaritiam sodomorum Deus puniuit.* Ezech. 16. v. 49. *Præcipuum vitium sodomorum videtur esse auaritia.*

Quare ergo antequam hanc in sodomitas exequeretur animaduersionem, transiuit Deus per Abrahami domum, qui quamuis affatim diues, at misericors, & liberalis; habebat enim ad elargiendum manum porrectam, & ad recipiendum collectam, & contractam? Respondeo Deum ad puniendum discendentem, voluisse prius apud Abraham diuertere, & tamquam viatorem indigenam panem comedere, vt melius vindictæ gladium in libertate Abrahami acueret, & punitionem in eius charitate incenderet: & in eos vehementius animaduerteret, qui manum porrectam ad accipiendum habebant, & ad subueniendum egentibus contractam D. Hieronym. explicans hunc Ezech. locum inquit: *Diues ille in Euangelio purpuratus, nihil aliud refertur habuisse criminis, nisi quod opibus & diuitijs*,

Cur ante Sodomæ punitionem Deus diuertit ad Abraham. D. Hieron.

diuitijs affluens in tantam eruperat superbiam, vt manum egeno, & pauperi Lazaro non porrigeret, & sic oblitus sit conditionis suæ, vt ne hoc quidem misero daret, quod proijciendum erat.

Insuper, quia auaritia, seu cupiditas habendi *radix malorum* est, ideò quasi plumbum hominem grauat. Zach. 5. vers. 7. Dicitur: *& ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ*, &c. Vbi D. Gregorius li. 14. Moral. cap. 26. ait: *Volens Deus propheræ ostendere humanum genus, ex qua ab eo maxime culpa delebatur, per imaginem amphoræ, quasi patens os auaritiæ designauit. Auaritia quippe velut amphora est, quæ os cordis in ambitu apertum tenet.* Et paulò post: *Quid est talentum plumbi nisi ex eadem auaritia pondus peccati? Et proijcit eam in medio amphoræ. Impietas in medio amphoræ proijcitur: Quia nimirum inauaritia semper impietas tenetur.*

162. 1. Tim. 6. v. 9. Zach. 5. v. 7 *Auaritia quasi plumbum hominem grauat.* D. Gregor.

Quare ergo cum filij Israël transierunt per mare rubrum, diuisit Deus mare in diuisiones, vt affirmauit regius vates Psal. 135. vers. 13. & incesserunt per profundum maris, vt dixit Salomon sap. 19. v. 1. Et non ambulauerunt per vndas maris? & cum D. Petrus petita à Domino facultate, ambulauit super aquam (*ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum* Matt. 14. vers. 29.) minime mersus est, donec deficit fides? Respondeo, qua Petrus iam paupertatem & diuitiarum contemptum vouerat, & liberalem se exhibuerat dicens: *Ecce nos reliquimus omnia.* Matt. 19. vers. 27. Ideò potuit per vndas maris incedere, onus enim non portabat, quod in profundum deduceret, sicque aquæ cum sustinebant. Dixit *enim Lucian. in Timone: etenim si me audies potissimum opes vniuersas in mare præcipitabis, vtpote quibus nihil opus bono viro, quique philosophiæ possit opes perspicere.* At Israëlitæ, quia porrexerant manus ad argentum, & aurum Ægyptiorum recipiendum, auaritiæ imaginem representabant, ideò ne mergerentur ambulauerunt per sinum factis maris diuisionibus: quia auaritia pondus est, vt dixit Nyssen. *Cum enim grauitate quadam deorsum vitia vergant, idcirco frequentius id*, id est, auaritia. Sed Petrus quia manum habuit ad dandum extensam super aquas ambulauit. Ideò Ecclesiasticus hoc consilium præbet, & quia in principio cap. 5. de hac materia agendum est, hic supersedeo.

Matth. 14. v. 29. Matth. 19. v. 27. Lucianus. D. G. Nyss. *Quia D. Petrus contigit diuitias, ideò per aquas ambulauit.*

163. *Quare Israëlita inceſſerunt per profundum maris & nõ per vndas.*

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

1. NOli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris: est mihi sufficiens vita: nihil enim proderit intempore vindictæ & obductionis. 2. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. 3. Et ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. 4. Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus est enim patiens redditor. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum. 6. Et ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. 7. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius. 8. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. 9. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. 10. Noli anxius esse in diuitijs iniustis: non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. 11. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam, sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. 12. Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. 13. Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas: & cum sapientia proferas responsum verum. 14. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. 15. Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subuersio est ipsius. 16. Non appelleris susurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. 17. Super furem enim est confusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. 18. Iustifica pusillum, & magnum similiter.

Argumentum Capitis quinti.

NOn permanendam in peccato ob confidentiam diuitiarum, iuuentutis fortitudinis, aut misericordiæ Domini, impensius suadet, præterea monet ne sit homo vagus, sed firmus, & mansuetus in via Domini, & cordatus in verbis, & tandem dehortatur hominem à susurratione & à duplicitate linguæ, &c.

VERS. I.

Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris: Est mihi sufficiens vita: nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis.

Sensus.

1. NOli attendere, &c. q. d. Inter alia vtilissima monita, quibus tuus viuendi modus instituendus est, hoc non contemnendum tibi proponó scilicet, ne nimis confidas, nec innitaris illis diuitijs, quæ iustè vel iniustè acquiruntur: neque ita ad eas respicias, vt in illis fiduciam colloces, earumque intuitu, tibi pollicearis felicitatem, longam, & securam vitam. Quia in tempore mortis, cum Dominus ad iudicium te vocauerit, nihil vtilitatis tibi deferent, sed potius diuinam aduersum te vindictam, & animaduersionem prouocabunt, &c.

Notæ.

PRo *noli attendere* est in Græco μὴ ἐπέχε אל תשען *ne innitaris*. Verbum ἐπέχω multa significat, inter alia, expecto, sustineo, reprimo obsto, adhibeo mentem & applico, animum adhibeo. Hoc deducitur à verbo ἔχω, quod est habeo, obtineo, occupo, possideo. Ex eo componitur etiam προσανέχω, id est adhæreo, nitor, confido, quam significationem accommodat Drusius nostræ sententiæ legens: *Ne innitaris*, vel ne confidas, tribuens verbo composito ἐπέχω significationem alterius verbi, cum vtrumque deducatur ab vna eademque radice. Verbum Heb. huic respondens est שען *Saghan*, quod significat inniti, hærere

Isai.51.v.10 Isai.51.v.10 *Et innitatur super Deum suum*, significat

Gen.18.v.4 recumbere, reclinare. Gen.18.v.4. Iungiturque cum verbo confidendi. qui enim fiduciam suam in aliquo collocat, & ei fidit, dicitur eius fauore

Eccles.15. v.3. inniti. Infra cap.15.v.3. Vbi dicitur, *& continebit illum*, legit Drus. *eique innitetur*. Et cap.16.vers.3.

Drusius. *Et ne respexeris in labores eorum. Neue innitaris multi-*

Eccles.16. v.3. *tudini ipsorum*, sed melior lectio est, quam vulgatus proponit, *Noli attendere*, id est, ne fiduciam tuam habeas in diuitijs. Sic dixit Dauid Psal.61.

Psal.61. v.11. v.11: *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere*, id est, nolite fiduciam in illis collocare, aliqui legunt ἐπίχαιρε, *Ne lætare*, quod non displicet. *Tandem est mihi sufficiens vita*, vel *ad vitam*, id est, ad vitam sustentandam, ad victum, hoc est, nihil mihi deest ad viuendum, omnia mihi abundè suppetunt: Vita mea bonis omnibus expleta est, aut contenta.

Prou.27. v.27. Vt Prou.27.vers.27. *Et ad victum ancillis tuis.* Alij: *vita ancillis tuis.* Vide supra cap.4.v.1. Ergo

Eccles.4.v.1 *est mihi sufficiens vita*, id est, victus, est enim hoc loco αὐταρκὴ, idem quod αὐτάρκεια sufficientia. Quo nomine Paulus ad declarandam vim pietatis, vsus est.1.Tim.6.v.6. *Est autem quæstus magnus. pietas cum sufficientia* vel acquiescentia; id est cum animo contento. Alia vero affectio describitur à Christo Luc.12.v.19. (vt diximus in 1.illustratione) diuitis in suis prouentibus ac fructibus toto animo cogitationeque conquiescentis. Vltimum hemistichium de se in originalibus.

Illustratio prima.

NOli attendere ad possessiones iniquas, in vltima sententia precedentis capitis prohibuit Ecclesiasticus in ordinatum studium obtinendarum diuitiarum. 2. in præsenti verò inordinatum obtentarum amorem & fiduciam, & ad fugiendum auaritiæ vitium omnes exhortatur. Ex ea enim tamquam ex radice omnia mala videmus pullulare, cupiens multa possidere, vt auarus auri & argentia ceruis incubare conetur. Sic dixit Seneca lib.1.de ira c.16. *Videatur & auaritia magni animi, aceruis auri argentique incubat, & prouinciarum nominibus agros colet & sub singulis villicis latiores habet fines, quam quos consules sortiebantur.* Cum autem auaritia diuitijs incubat, filios ita iniquos generat, vt tamquam viperini filij erosis matris lateribus cum interitu eius erumpat. Et quod mirum si nimia sollicitudo diuitiarum ita in corde humano succrescit, non quidem è necessitate sata, sed in plena rerum affluentia, vt insatiatã progignat auaritiam. Quę tandem suas emeritas luit pœnas, ita vt idem Seneca dicat Epist.115.fine: *Nulla enim auaritia sine pœna est, quamuis satis sit ipsa pœnarum*; ô quantum lacrymarum; ô quantum laborum exigit? quam misera desideratis, quam misera partis est? adijce quotidianas sollicitudines, quæ pro modo habendi quemque discruciat. Maiore tormento pecunia possidetur quam quæritur. Ideò Ecclesiasticus ad hoc vitium fugiendum hic exhortatur.

[Ex auaritia omnia mala pullulant.] [Seneca.] [Nulla auaritia sine pœna est.]

Noli attendere ad possessiones iniquas, hoc verbum *attendere* denotat respectum ad rem aliquam scilicet, ne respicias iniquas opes, ne attendas, ne 3. innitaris, ne in eis fiduciam colloces, earumque respectũ fœlicitatem capias. Sicut fecit ille diues auarus, qui aiebat Luc.12.v.19. *Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare*; super quæ D.Basilius hom.6.inditescentes. *Præsto erant*, inquit, *qui animam illius è corpore exigerent, & ille cum anima de escis loquebatur. Eâdem illa nocte auferenda erat illi anima & ille multorum annorum delicias sibi ipsi imaginabatur. Permissum illi est quid vis consultandi, animique sui sententiam exprimendi, vt competentem suo proposito sententiam acciperet*; non inuitat corpus suum, non ventrem, sed animam inuitat, forte propter auaritiam, quia sciebat animam, dona, quæ offerebat, non acceptaturam; non enim vescitur anima, sed corpus. Et quia corpus multa ab eo postulaturum censebat, eius non recordatur, oblitus certe pœnæ à Deo iniungendæ. Eleganter D.Ambros.in Lucam, inquit, *Hæc dicit sæcularium abundantia rerum temulentus supinabatur, quia in manibus ei ad voluptatẽ omnia suppetabant, & conscius impietatis suæ, cuius pœna sequestrabatur, putabat quod Deus impiorum scelera non videret.* Vocat ergo Iesus Sirach *possessiones iniquas*, in-

[Non attendendum ad diuitias.] [Luc.12.v.19] [D.Basil.] [Auarus non inuitabat corpus, sed animam, & quare.] [D.Ambros.]

iniustè & iniquè partas, & acquisitas, quibus auarus contentus & placitus resupinatur, negligens quid in posterũ euenturum sit, sufficere sibi putat ad vitam transigendam, quare fiduciam in possessionibus iniquè acquisitis & in auro argentoque collocat, & diuitijs innititur & tamquam numen illas veneratur, eas enim idolorum seruitutem appellat Apostolus.

[Auarus contentus diuitijs resupinatur.]

De his diuitijs iniquè comparatis forte intel-

Ose.8.v.7. ligitur id Ose.8.v.7. *Culmus stans non est in eo; ger-*

S.Cyril. *men non faciet farinam.* S.Cyril.ex LXX.legit & explicat.q.d. *Similes erunt manipulo spicarum carentium granis, quæ in vtiles sunt ad conficiendum panẽ.* Chald. vertit, *omnes eorum opes, & segetes deprædabitur hostis.* Delrius agnoscit adagium & adoptat ostentationi virtutis non solidæ, rebusque modice durationis, nec ad fœlicem exitum peruenturis; quales esse solent diuitiæ male partæ. De quibus verum est istud Ptolomei dictum prol. in Almagestum. *Qui scientiam suam vltra astutiam, quæ in ipso est extendit, est sicut pastor debilis cum multis ouibus*: Has enim regere, pascere, & impinguare nescit. Ideò arguebat Oseas populum Israël, dicens: c.12.v.7.

[Adagium aptatum ostentationi virtutis non solidæ.] [Delrius.]

Ose.12.v.7 *Chanaam in manu eius statera dolosa.* Vocat Chanaan mercatores, quorum vnicum est studium quæstu iniusto ditescere, id est attendere ad possessiones iniquas, qui toti lucro inhiant. Fieri enim nequit, quin huiusmodi ex tanta lucri auiditate sæpe extra metas iuris & iustitiæ ferantur. De talibus ait D.Chrysostomus homilia 38. in Matthæum, & habetur c.11. *Eijciens* dist.88. *Eijciens Dominus vendentes, & ementes de templo, significauit quod mercator numquam potest Deo placere: & ideo nullus Christianus potest esse mercator.* Loquitur enim de lucrionibus, qui finem vltimum summumque bonum in lucro constituunt, parati peccare mortaliter vt lucrentur, vt ostendit, D.Thom.2.v.2. q.77.art.4. quique fraudibus & per iurijs negotiationem exercent, *attendẽtes ad possessiones iniquas.* Nam *melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate*, Prou.15.v.16.

[Qui diuitijs inhiat sæpe extra metas iuris fertur.] [D.Chrysost.] [Mercator numquam potest Deo placere.] [D.Thom.] [Prou.15.v.16.]

4. Hinc est in lege veteri prohibitum esse Deos aureos facere Exod.20.v.23. *Non facietis Deos argenteos, nec Deos auros facietis vobis.* Quare Deus hos Deos effingere interdixit? Respondeo, addendum *mecum*, quos videlicet vna mecum colar: nolebat enim Deos aureos efformari, vt populum suum ab eorum veneratione compesceret, & vnum Deum tantum coli, sed 2. Respondeo, Deos aureos & argenteos auaris esse opes, & nummos aureos, & ne Israëlitæ auaritię inseruirent, prohibet Deos aureos efformari. Sic D.Innocent. Papa tom.1.lib.2.de contemptu mundi cap.12. explicans locum Pauli, *Auaritia*, inquit, *est seruitus idolorum. Sicut enim idololatra seruit simulachro, sic est auarus thesauro. Nam ille cultum idololatriæ diligenter amplificat, & iste cumulum pecuniæ libenter augmentat, ille cum omni diligentia colit simulachrum, & iste cum omni cura custodit thesaurum. Ille spem ponit in idololatria, & iste spem constituit in pecunia, ille timet mutilare simulachrum, & iste timet minuere thesaurum*, expende illud: *spem constituit in pecunia*, congruit enim cum nostra sententia, vbi Ecclesiasticus admonet, non fidendum in possessionibus iniquis, nec diuitijs, vel proprijs viribus nitendum. Ideò aiebat D.August.in Psal.123. *Ille habet aurum, qui nouit vti auro, qui autem auro vti non nouit, habetur & non habet, possidetur, & non possidet. Estote Domini auri, & non serui auri, quia & aurum Deus fecit, & te super aurum; Aurum fecit ad subsidium tuum, te ad imaginem suam, vide quod super te est, & calca quod infra te est*, &c. Vide 1.Tim.6.v.17. *Diuitibus huius seculi præcipi non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo*, &c.

[Exod.20. v.23.] [Cur Deus deos argenteos effingere prohibuit.] [D.Innoc.] [Auarus idololatra.] [Ille habet aurum qui nouit vti auro.] [D.August.] [1.Tim.6. v.17.]

Confirmat testimonium Innocentij Rupertus Ab.tom.1.lib.3.in Exod.c.40. Cum ait: *Non facietis Deos argenteos*, &c. Apud nos idem est, ac si dicatur: *nõ studebitis auaritiæ, non seruietis mammonæ*; id est, è non confidetis diuitijs & opibus iniustis, non eas tamquam Deos coletis, vt vobis illas sufficere censeatis ad vitam. Ideò dicebat Luctatius referente Vincentio Cartario in lib. de imag. Deorum, pretiosas Deorũ statuas apud antiquos gentiles, esse eorum auaritiæ argumentum, qui sub religionis prætextu, auro, ebore, gemmis, alijsque rebus pretiosis delectantur, cum ex illis Sacras sibi imagines architectentur, quos plurimi quidem faciunt, ea magis ratione, quod tali materia constent, quam quod magna Deorum numina referant, &c.

[Auaritiæ nõ seruiendum.] [Rupertus.] [Vinc. Cart.]

Itaque ait Ecclesiasticus, *noli attendere ad diuitias* inique acquirendas, vel inique possidendas. Dixit enim Salomon Eccles.5.v.9. *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Et vers.10. *quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis.* Cum enim diuitiarum amor seu auaritia appelletur *idolorum seruitus*, seu ipsa idola, quibus auarus inseruit, hoc est, quorum seruituti addicitur; quia illud præ omnibus adamat, quærit, tuetur, Deoque sepe præfert;

[Statua Deorum apud gentiles, eorum auaritia argumentum.] [Eccles.5.v.9.] [Ephes.5.5.]

Ose.8.v.4. secundum id Ose.8.v.4. *Argentum suum & aurum fecerunt sibi idola*; id est, ex auro & argento suo conflauerunt sibi idola. Et idolum in sacra Pagina vocitatur vanitas: inde est, *non capi ex eis fructũ.* Auaritia autem, & libido pecuniarum illas efficit in vtiles, quippe ne imminuantur, non attinguntur: intactæ nihil pro sunt. Sterilescunt igitur tũ alijs, tum ipsi suo possessori. Quare aurum & argentum intacta idola, & vana & inutilia esse, quia eo nomine Sacræ litteræ sæpe falsos Deos traducunt, tum præterea & Deos mortuos, quippe qui vitam, neque suis possessoribus, neque pauperibus & egentibus tribuunt. *Quid* enim *prodest possessori, nisi quod cernit oculis*? id est, si in amplissima familia, seruorumque grege numeroso, sustentandis, alendisque pecunia copiosa insumatur, nihil enim amplius habet nisi oculis suis diuitias cernere. Quod cum nostra sententia congruit, vbi dicitur: *noli attendere*, noli respicere ad diuitias male partas. Diuites enim sæpe sæpius falluntur existimantes se iuste diuitias comparasse, & illam vocem repetunt, qua sibi decipiebatur Ephraim

[Idolum in scriptura vocatur vanitas.] [Auaritia diuitias facit inutiles.] [Idola dij mortui vocantur.]

Ose.12.v.8. Ose.12.v.8. dicens: *Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatẽ, quam peccaui*: q.d. Non poterit inueniri in meis negotijs, contractibus, ponderibus, (esto scrutatus ea quisquis volet) vlla iniustitia, qua peccauerim. Nota vocẽ diuitum, quos cœcauit cupiditas, & auaritia, qui, Deo suo, puta mammonæ, & opibus superbientes, & tumidi, omnia iusta & licita sibi putant. Vni enim intendunt lucro: hoc eorum idolum est, hoc eorum ius siue per fas, siue per ne fas illud conquirant, sic Cor- Cornelius. nelius noster. Multa de auaritia infra cap.8.v.3. & cap.10.à vers.9.inuenies.

Illustratio secunda.

5. ET *ne dixeris: est mihi sufficiens vita.* Tygur. *sufficiens mihi est ad vitam.* q.d. Ne dicas. *Con esto tengo bastante para passar la vida.* Hunc sensum confirmat

Stultum dicere pecuniã sufficere ad vitam. Luc.12. v.19.

firmat lectio Drusij: *Et ne dicas: sufficientes mihi sunt* (pecuniæ) *ad vitam.* Id est, satis mihi super sunt hæ opes ad transigendam vitam. Quod idem est ac dicere: *Anima habes multa bona in annos plurimos.* & *ab* homine auaro stultè dictum est, quid enim in posterum sit euenturum negligit. Et cum verũ sit illud prouerbium, *Arcetio iacularis*, nos dicimus: *Quien adelante no mira atras se halla.* Auarus, qui ignorans quot annos victurus sit, sibi longam vitam pollicetur, incidit in illam stultitiam, cuius pœnas luit auarus ille, cui dictum est: *Stulte hac nocte.* Vt inferius dicemus.

Auarus sua auaritiæ pœnas luit. Apoc.3. v.15.16. Aretha. Ribera. *Reprehensio Episcopi Laudicensis.*

Potest hoc apprime illustrari ex eo quod de Angelo, id est, Episcopo laodiciæ Ecclesiæ dicitur, scilicet neque *esse frigidum*, neque *calidum*, sed *tepidum*, propter quod *Dominus incepit euomere.* Apocal.3. vers. 15. 16. Et reddens rationem subijcit. *Quia dicis: quod diues sum & locupletatus, & nullius egeo;* cui dictum est: *Et nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cœcus, & nudus.* Verum est has diuitias, de quibus Episcopus Laodicensis gloriabatur, esse spirituales, sed cum Aretha possunt etiam explicari temporales, sicut etiam insinuat noster Ribera, cum ait de naturalibus diuitijs videtur intelligendum. De his ergo gloriabatur Episcopus existimans satis super esse ad vitam. q. d. Cum diues sim & locupletatus diuitijs ad vitam peragendam, *nullius egeo*, (*no he menester ya anadie*) opes mihi ad vitam sufficientes sunt. Ideò *eum vocat Dominus pauperem, & cœcum, & nudum.* Quę in hominem stultum cadunt, &c. Quare ait Dauid. Psal.61.v.11. *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.* Vocat diuitias opes cuiusque diligentiam labore acquisitas. Si, inquit, hæ multiplicentur & abundent, nolite id magnũ putare, nolite magni æstimare, & illis nimium fidere. Nam cor apponere alicui rei, est, illam rem magnam putare, & nimium ei fidere, & in illa spem, & fiduciam repositam habere. Sic explicat D. August. super hunc Psal. *Et quid est; ne apponatis cor? neque sperare in incerto diuitiarum. Ergo diuitiæ si affluant, ne apponatis cor, nec in diuitijs confidatis, non præsumatis, nec speretis,* &c. Affluentię enim diuitiarum, ita in corde humano fiduciam generant, vt illud excitent & incendant, ad fiduciam & spem in diuitijs collocandam; & in illis cor apponendum. Illud enim cor *apponere* denotat confidentiam, qua homo sibi longam vitam & fœlicitatẽ pollicetur. Confidit enim diuitias affluentes sibi ad vitam transigendam sufficientes esse. Quare admonet Ecclesiasticus haud dicendum, diuitias ad vitam sufficere, cum nullus sibi polliceri possit multum temporis duraturum, vt opibus, quas possidet, potiatur. Vita enim humana describitur quasi ventus circularis, qui est turbinis ventus. Hic enim rem quam agitat circumducit, & quãdoque rem ad magnam distantiam extollit, & exaltat; sed paulò post ventus euanescit statimque res ad terram relabitur. Haud aliter tota vita nostra circumfertur cum tempore, nam diei. Succedit nox, & nocti dies, &c. Et cum contigit hominem per secularem huius vitæ prudentiam ad ingentes diuitias & honores exaltari, incertum est quando iste ventus cessabit, vt ponderauit D. August. in serm. de die nouissimo ergo si res per turbinem exaltata propter instabilitatem venti cito relabitur super terram. Sic licet aliquis exaltetur per prudentiam huius vitæ, communiter contigit sic exaltatos repente diuersis capibus deprimi

Psal.61.v.11. *Cor apponere, quid.* D.August. *Quid diuitiæ in corde generent.* *Vita humana vento circulari comparatur.*

vnde Job c.21. v.18. Dixit de talibus: *Erunt sicut paleæ ante faciẽ venti, & sicut fauilla, quam turbo dispergit.* Cadent enim ex honoris & diuitiarum statu, vt in inferos deturbentur. Quare licet sibi sufficere vitam dicant, nihil tam proderunt diuitiæ in die vindictæ. Vt subijcit Ecclesiasticus. Iob 21.v.18

Illustratio tertia.

Nihil enim proderit in tempore vindictæ, & obductionis. Iam diximus hoc hemistichium in originali desiderari, sed additum est à vulgato maioris explicationis gratia: meminit enim finis eorum, qui in incerto diuitiarum spem & fiduciam repositam habuere. hic est animaduersio in tempore vindictæ animaduertet enim Deus in die iudicij in eos qui in diuitijs confisi sunt. *Diem vindictæ appellat*, diem iudicij, in quo vindictam Deus sumet eorum, qui in multitudine diuitiarum gloriati sunt, diem autem *obductionis* vocat vel diem calamitatis, vel diem mortis, vel iudicij. vide superius cap.2. num.14. Itaque *diuitiæ iniquè acquisitæ nihil prosunt*, sed potius lædunt. & tamquam tyranni in vita torquent, iuxta id Ose.12. v.8. *Inueni idolum mihi.* Vbi Chald. *Inueni vim mihi.* Quod expendens D. Gregor. Nazianz. orat. 14. initio: *Aurum*, inquit, *est occultus tyrannus, per quem multa sursum, deorsumque velut in talorum ludo iactatur.* Quæ verba sic explicat Elias cret. *Tyrannum vocat quod auri cupidis vim afferre, eosque velut tyrannidè opprimere posit. Inuisibilẽ vero propterea quod tacens, minimeque conspectum auaros subijciat, ab vsque quæ decreuerit per vim abducat.* Itaque non solum in vita lædunt diuitiæ male comparatæ, sed præcipue in tempore vindictæ, id est, in die mortis.

6. *Qui in diuitijs confidit tandem premetur.* *Dies vindictæ dies iudicij.* Ose.12.v.8 D. Gregor. Elias Cret.

Quare ipse Oseas dixit agens de idolis aureis & argenteis c.8.v.6. *Quoniam in aranearũ telas erit vitulus*, id est, idolum est opus inutile vile, euanidum: ac proinde se suosq; cultores adiuuare impotens, planeque infirmum & inualidum. Pineda Iob 18.v.5. ex R. Dauid, & R. Abraham vertit, *scintillas*, id est, ipsi velut leuissimæ sunt illæ statim peribunt & extinguentur. Peccator enim per vsuras, fraudes, & comparationem diuitiarum, parans sibi opes, præbendas, dignitates, magnis laboribus & molestijs, quid nisi telas aranearum texit? quæ mox vento casuum humanorum ac præsertim mortis difflabuntur & euanescent, nec eum in Dei iudicio tegere aut vestire poterunt, imò quæ quasi scintillæ ignem gehennæ illi succedent. Vide Jsa.59.v.6.

Ose.8.v.6. *Idolum est opus inutile.* Pineda. *Qui per vsuras parat sibi diuitias telas aranearũ texit.*

Hoc optime potest illustrari ex eo Prou. 11. v.4. ex quo forte Sirach descripsit: *non proderunt diuitiæ in die vltionis. dies vltimus* idem est, ac dies *vindictæ & obductionis.* q. d. Cum extrema illa dies ingrueret, in qua Deus iustam de sceleribus vltionem sumpturus est: cum denique ante Dei tribunal homo reus sistendus est, vt pro meritis aut præmium, aut pœnã referat, non proderunt, imò nocebunt diuitiarum ingentes cumuli. Quare autem diuitiæ non proderunt, sed nocebunt in die vindictæ? quia sicut diuitiæ male partæ male dilabuntur, sic quæ male acquisitæ sunt, non proderunt in die vltionis, quia male dilabuntur ante tempus vindictæ, & apud Deum nihil diuitiæ valent, vt earum intuitu iustam vltionem vultu tegere, & taciturnitate celare velit.

Prou.11.v.4 *Diuitiæ lædunt in die mortis.* *Quare diuitiæ non proderunt in die vindictæ.*

Hoc confirmat id Sophon.1.v.18. *Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die* 7.

Soph.1.v.18

Diuitiæ non possunt liberare hominẽ in die mortis

die iræ Domini. Irridet Propheta eos, qui auro colligendo insudant: Deum autẽ propitium sibi reddere nulla ratione curant. Cum loquatur de incursione Babyloniorum in litterali sensu, est, q.d: Vsque adeò infensos animos, & inflãmatos odijs afferent in Judæos hostes Babylonij, vt nullo artificio, nullo pretio placari possint, nullo tandem modo exsaturari vindicta: Quare licet instanti vim offerant maximam argenti atque auri, non tamen hostile ferrum arcebunt à iugulo. Sed quia iræ Domini dies solet esse tempus iudicij, in quo vlciscetur Dominus de peccatoribus. Cum Sophonias ait: nullo modo liberandos argẽto & auro oblatis, ostendit diuitias minimè profuturas in die vltionis & obdictionis. q.d. Licet ingentes diuitiarum cumulos coaceruent diuites ad se liberandos in die vindictæ Domini, spes eorũ frustrabitur, quia ex omni saluationis spe detrudentur. Sic vertit LXX. id Ose.12. v.8. *Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem. Omnes labores eius non inuenient ei propter iniquitates, quibus peccauit.* q.d. Male parta mala dilabuntur. Chaldæus: *Omnes diuitiæ vestræ non permanebunt vobis in die retributionis peccatorum.* Id est, non proderunt in die vindictæ. Quia *nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus suis.* Psal.75.v.6. Ideò Jacobus Apostolus c.5. v.1. ad deplorandum diuites inuitat propter futuram eorum infelicitatem: *Agite, inquit, nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris; quæ aduenient vobis,* &c. Id est, vos, qui securi in voluptatibus exultatis, coram diuino tribunali appello, vobisque diẽ nunc dico: cogitate diem iudicij adesse; quando ablatis ijs, quibus confiditis trademini tortoribus. Proinde nunc, id est, dum tempus habetis acceptabile, & diem salutis vitam corrigite; &c. Quare noster Sirach hoc consilium præbet; scilicet: *Noli attendere*, &c. *Nihil enim proderunt in die vindictæ & obductionis.*

Diuites non euadent vltionem offerendo diuitias. Ose.12.v.8. *Male partã cito dilabuntur.* Psal.75.v.6 Iac.5.v.1. *Diuites inuitat Iacobus ad plorandũ.*

VERS. II.

Ne sequaris in fortitudine tuà concupiscentiam cordis tui.

VERS. III.

Et ne dixeris, quomodo potui? aut quis me subijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.

Sensus.

8. NE *sequaris*, &c. q.d. Vide ne per multitudinem diuitiarum potens effectus, aut alioqui corporis viribus, aut Domini fretus obtẽperare queas, quibusuis cordis tui desiderijs, vt quidquid libet licere tibi putes. Neue per hanc obtentam fortitudinem, in huiusmodi petulantiæ & insolentiæ verba prorumpas; vt dicas: ô quam potens & fortis effectus sum? aut dicas: Qui me subijciet propter opera mea, quæ secutus fortitudinem meam pro libito peregi? hoc est, neminem vereor, insuperabilis sum. Quam linguæ petulantiam Deus inultam non sinet. Deus enim certissimè aliquando vindicando vindicabit iniuriam hanc superba ea iactatione sibi illatam, etsi ad tempus dissimulet, &c.

Notæ.

PRo, *ne sequaris concupiscentiam cordis tui*, est in Græco: *Ne obsequare animæ tuæ*, id est, cupiditati tuæ. *Concupiscentiam cordis tui*, in concupiscentijs cordis tui. in Græco est: ἐν ὁδοῖς καρδίας σου, *in vijs cordis tui.* Sic Complutenses, & vterque Camerarius. Noster interpres secutus est Ald. Basil. & LXX. Rursus, *& ne dixeris.* μὴ εἴπῃς vt Complut. *ne dicas.* At Ald. Basil. & LXX. addunt καὶ *&*, quos sequitur noster vulgatus. Loco *quomodo potui*, in Græco est, τίς με δυναστεύσει, quod transtulit Drusius: *Quis in me potentatum obtinebit?* & sequentem partem omittit, scil. *aut quis*, &c. Sed in Ald. Basil. LXX. Complut. & Camer. additum est διὰ τὰ ἔργα μου. *Quis me subijciet propter facta mea?* Camer. *Cuius potentia inquiret in facta mea?* Tandem *vindicans vindicabit*, ἐκδικῶν ἐκδικήσει σε *vlciscens vlciscetur te.* Complut. legunt: ἐκδικήσει σου τὴν ὕβριν, *vindicabit tuam iniuriam*, vel petulantiam. nam ὕβρις est iniuria, contumelia, petulantia, procacitas, improbitas, & alia id genus. Sed lectio vulgata genuina est.

Illustratio prima.

NE *sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui.* Hoc est, quod Spiritus sanctus tam sæpe reprehendit in scriptura, quod homines relicto Deo cogitationes cordis sui sunt secuti. Miserrima est vita, quæ timore Dei non continetur. Pro *concupiscentia cordis*, legit Originale: *Ne sequaris animam tuam & fortitudinem tuam, vt ambules in vijs cordis tui.* q.d. Ne succumbas concupiscentię cordis tui, ipsa enim quæ in anima indita est, curat, vt vires, quas homo per diuitias adeptus est, exerceat, & insolens fiat. Cum autem homo concupiscentiæ suæ cessit, illamque sequitur, dicitur ambulare in vijs cordis sui. Ambulat enim in vijs cordis sui, qui concupiscentijs animę suę conatur placere & arridere. Hic modus loquendi haud infrequens in sacra Pagina. Deut.29.v.19. *Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei.* q. d. Inter me & animum meum pax & concordia constituta est; nullus iam mihi molestiã exhibebit, nemo cor meum interturbabit, iam potero cordis mei concupiscentijs inseruire, & ex animo illis placere, &c. Sic dixit Ierem. c.3.v.5. *Fecisti mala & potuisti*; id est, non solum primis vicibus tentasti an posses concupiscentię tuæ ad satietatem obsequi: sed cum experta esses te impune peccasse, iterum addebas peccata peccatis.

9. *Miserrima vita, quæ timore Dei non continetur.* *Ambulare in vijs cordis sui quid.* Deut.29. v.19. Iere.3.v.5.

Rursus Eccles.11.v.9. *Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & ambula in vijs cordis tui, & intuitu oculorum tuorum.* Nos dicimus: *Da os a buena vida, y andad a vuestras anchuras.* Id est, viue pro libito. Tunc enim dicitur cor ambulare, cum desideria ad opus procedunt, & quæ desiderio & cogitatione concipiuntur opere complentur. Vide Psal.80.v.13. *Dimisi eos secundum desideria cordis eorũ.* Vbi D. Hier. legit: *Ambulabũt in consilijs suis.* D. August. *in affectionibus suis.* Quod explicat Chald. *Expuli eos in cogitationibus cordis eorũ: ambulauerunt in cõsilijs impietatũ suarum: comedent igitur fructus viæ suæ.*

Eccles.11. v.9. *Dimittit Deus impiũ in desiderijs cordis sui.* D. August.

Itaque

Itaque ne animæ tuæ placere & arridere ſtudeas, ſecutus fortitudinẽ tuam, tunc enim ambulabis in vijs cordis tui, & dices quod improbi dixerunt teſte Salom. ſap. 2. v. 11. *Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ: Quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur.* Nolunt impij iure agere, vel à ſenioribus moneri de iure, partibuſque officij: Ius, vt dicitur, ſtatuunt in armis, in potentia, in viribus: qui enim præualeat, valere, nihili fieri imbecilles, infirmos, impotentes: qui plus valeat robore, pluraque ſibi comparet, legibus obtemperare cenſendum magis, iuſtitiamque ſeruare: qui illud nequiuerit repellendum, &c. Fortitudinem ſtatuunt pro lege iuſtitiæ. *no ay mas iuſticia que ſu poder y fortaleza.* violenter enim omnia iudicant, ſolum fortitudinis legem reſpicientes, & iuxta illam lites decernentes, vt faciebant iudices illi Iſraël, de quibus loquitur Habacuc. cap. 1. v. 3. *Et factum eſt iudicium & contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt lex & non peruenit vſque ad finem iudicium: Quia impius præualet aduerſus iuſtum: propterea egreditur iudicium peruerſum.* q. d. Iuſtitia & æquitas potentiorum calumniæ, & contradictioni ſuccumbunt. Propter hoc leges, & iura non ſolum frigent, ſed & lacerantur, &c. Et cauſa cur non perueniat vſque ad finem iudicium, eſt, quia improbitas potens in timidis, aut cupidis iudicum animis, longe fortior eſt, [quia eius fortitudo eſt lex iuſtitiæ] inermi & ſola pauperum iuſtitia.

Sap. 2. v. 11.

Impij in ſtatuunt in potentia, & viribus.

Habac. 1. v. 3

Impius præualet aduerſus iuſtum.

10. Joannes Druſius tranſtulit, *Ne obſequare animæ tuæ, aut viribus tuis ambulando in concupiſcentijs cordis tui*, id eſt, noli cupiditati tuæ obtemperare, [ſumit enim animam pro cupiditate] noli appetitui inſeruire, & viribus. Huc refertur quod Salomon dixit Prou. 29. v. 10. *Iuſti autem quærunt animam eius*, id eſt, quærunt id, quod ipſe cupit, & cum quis cupiditati, & viribus inſeruit, ambulat in concupiſcentijs cordis ſui; ſicut ipſe Salomon, qui dixit Eccleſ. 2. v. 1. *Dixi ego in corde meo: vadam & affluam delicijs, & fruar bonis.*

Anima pro cupidit ate.

Prou. 29. v. 10.

Eccleſ. 2. v. 1

Subijcit Eccleſiaſticus: *Et ne dixeris quomodo potui?* Jd eſt, ô quam potens & fortis effectus ſum. Nos dicimus, *ſi, que puedo y me ſaldre con ello.* Sic Nabuchodonoſor dicebat Dan. 4. verſ. 27. *Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Cum enim à Daniele audiuiſſet horribile fulmen aliquando in caput ſuum vibratum iri: Tunc autem ingentem illam & pulcherrimam molem contemplatus, negligere cœpit cæleſtes minas, ſibique ad reſiſtendum ſatis eſſe virium, atque præſidij arbitratus eſt. Ideò vocat Babylonem robur fortitudinis ſuæ, obſecutus erat enim cupiditati, & viribus ſuis quibus confidebat, & ſe euaſurum ex Dei manibus ſperabat, &c. Sic etiam impiſſimus Senacharib, Iſa. 10. verſ. 13. *Dixit: in fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi: Et abſtuli terminos populorum, & principes eorum depræd atus ſum: Et detraxi quaſi potens in ſublimi reſidens*, &c. Sic etiam de ſe ſuperbe cogitat, vt non minus inſolenter quam ſtolide ſecum ipſe deblateret. Perfeci magna manuum mearum virtute, quod ſingulari mea prudentia, atque ſolertia prius & præcepi animo, & ex bellica diſciplina depoſui: Ego ereptos ampliſſimos populorum terminos imperio meo adiunxi, à quorum principibus ſpolia detraxi optima; & cum ſublimi ſederent in ſolio, inde eos ad puluerem vſque deieci.

Dan. 4. v. 27

Nabuchodonoſor neglexit cæleſtes minas.

Iſai. 10. v. 13

Senacharib ſuperbe de ſe cogitauit.

Fructus magnifici cordis, qualis

Hic eſt fructus, ſeu ſenſus magnifici cordis, in hunc fœtorem & famem erupit inflati animi, intolerabilis tumor, omnia ſuæ virtuti atque potentiæ arrogat, neque victoriarum vllum aut auctorem, aut conſortem admittit. Itaque nemo dicturus eſt, illum eſſe factum potentem ſine potentiæ conſortio. Nam quæcumque potentia & fortitudo deſuper data eſt homini. Sic Chriſtus Dominus Joan. 19. v. 11. Pilato, qui eum liberare cupiebat, dicenti: *Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo*, &c. Reſpondet: *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper.* Quare ait Sirac. *Ne dixeris quomodo potui?* &c. Tygur. *quam potens ſum:* Quæ particula in originali & Druſio deſideratur. Sed addita eſt vt melius explicetur ſubſequens hemiſtichium.

Quæcumque potentia deſuper data eſt Domini.

Ioa. 19. v. 11

Illuſtratio ſecunda.

II. A*Vt quis me ſubijciet propter facta mea? vel opera mea.* Hæc eſt petulantia & licentia hominum effrænata, qui ſuo arbitrio ac libidine, non voluntate Dei volunt viuere. Hanc impiorum audaciam iugum Dei repudiantium, Pſal. 11. verſ. 5. Deſcribit vates cum ait: *Quj dixerunt linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?* Significat intemperantiam, inſolentiamque eorum, qui timore Dei nolunt ſuas cupiditates coërcere, ſed ſumma cum licentia viuere.

Superbia ſuigienda.

Pſal. 11. v. 5.

Tygurinę lectio explicatior eſt: *Quis me propter facinora mea perdomabit?* verbum *perdomare.* Pertinet ad beſtiarum ferocitatem, quæ nequit edomari. Nos diceremus: *Quien me baxara lacreſta*, ſumpta à Gallis metaphora, qui criſtam erigunt, & denotant homines ſuperbos, & qui nulli ſubijciuntur. Vlyſſes Aldrou. li. 14. Ornithol. in morali de Gallo inquit: poſſunt autem & Thraſones, [Thraſos dicunt Græci, temeritatem, & ferociam] glorioſique ac ſtolidi homines nimium ſibi arrogantes per Gallos notari. Sicut enim Galli criſtam erigentes, temeritatem, & ferociam indicant. Sic ſuperbi poſſunt appellari criſtati, quia nulli ſubduntur. Et illud, *quis me ſubijciet*, denotat ſuperbiam & arrogantiam eius, qui erecto collo in nullius poteſtatem redigi permittit. Talis erat ille de quo loquitur ſanctus Iob cap. 15. verſ. 25. Cum ait, *contra omnipotentem roboratus eſt*, (quia dixit *quomodo potui?* id eſt, *quam potens ſum*) *cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt*, (quia ſe iactabat & gloriabatur, nulli ſubiectum eſſe, dicens: *Quis me ſubijciet?*) illa enim iactatio colli erecti, & pinguis ceruicis, ſignificat nolle ſubijci, & in alterius ditione & poteſtate redigi. Quod idem eſt, ac rumpere vincula ſubiectionis, quibus homo adſtringitur ad perfectam legis Dei obſeruantiam. Tunc enim vinculum præceptorum Dei diſrumpit, cum iactat ſe non ſubijci.

Vlyſſ. Aldr. Galli conſideratio.

Superbi poſſunt appellari criſtati ſicut gallj.

Iob 15. v. 25

Colli erecti denotat nolle ſubijci.

Hoc apprimè illuſtrat id Ierem. 2. verſ. 20. Vbi Deus per prophetam de populo legem ſuã tranſgrediente quæritur, dicens: *A ſæculo confregiſti iugum in eum: rupiſti vincula mea, & dixiſti: Non ſeruiam.* q. d. *Rompiſte las cadenas de mi ley, y hiciſte pedaços el iugo demi obediencia*, &c. Exiſtimat impius ſe legi Chriſti ſubijcere, & adſtringi, eſſe notam ignominiæ, qua inuritur, ſicque eius ſeruituti addictus, conatur vincula præceptorum rumpere, vt à dedecore, quod cenſebat ſe in ſubiectione legis ſuſcepiſſe, eximeretur. Huc expetat

12. Ier. 2. v. 20.

Impius putat obedire eſſe ignominiam

expetat ea vetus conſuetudo diſcindendi vincula, quibus vincti alligabantur. Quo ritu ac ceremonia, arbitrabantur ignominiæ maculam obliterari. Quare, qui ea perfringebat, nec vincula aut compedes diſſoluebat, ac ſi vinctus nõ eſſet, ſeſe reputabat.

Rumpere vincula eſt ignominiam deponere.

Hoc probatur ex eo quod Joſepho Iudæo contigit, nam imperatores illum vinculis aſtringi imperauerant. Cum ergo ignominiæ labem ſubijſſet, vt ab ea eximeretur, ipſe Ioſephus Titi Jmperatoris perſonam introducit, qui ad Patrem Veſpaſianum verba facit in hunc modum: *Titus vero, qui cum Patre aderat: iuſtum eſt*, inquit, *pater, vna cum ferro etiam probro Ioſephum ſolui. erit, enim, tamquam nec initio vinctus ſit, ſi non diſſoluerimus, ſed incidermus catenas. Namque id agi ſolet, in his, qui non rectè fuerint vincti. Eadem Veſpaſiano placebant: & quidam interueniens ſecuri catenas abrupit: Ioſephus quidem pro his, quæ prædixerat præmio famæ donatus, & de futuris iam dignus cui crederdum eſſet, habebatur.* Simili modo in obedientibus, id eſt legi diuinæ repugnantibus videtur Chriſti nomen & obedientia ignominia & opprobrium, quare nolunt ſoluere vincula legis, ſed incidere, vt ab hoc dedecore eximantur. Exiſtimant enim ignominiam contractam ex obedientia Chriſti poſſe, fugere. Hi enim ſunt, qui non ſolum legem abijciunt, ſed pudorem: Quare neque Deum timent, neque homines reuerentur. hi, qui laſciuientis naturæ motibus ſeruiunt, qui vino immoderatius indulgent, qui ſibimetipſis imperant nullam habendam eſſe rationem honeſtatis, quo voluptates, aut commoda, quæ eaptant aſſequantur. Sunt enim filij Belial.

Ioſephus.

Inobedientibus, Chriſti obedientia ignominia.

Qui legem abijciunt ſimul abijciunt & pudorem.

Huc pertinet quod de Iudæis, & gentilibus Paulus dixit 1. Cor. 1. v. 24. *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum. Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.* Inter Hebræos *ſcandalum*, idem eſt, quod opprobrium. Quare Chriſti crucifixi prædicatio, Judæis iniuriosa erat, iniuria enim laceſſebantur, cum audiebant Chriſtum à ſe crucifixum fuiſſe: ignominiæ nota inurebantur, cum illis Chriſtus crucifixus prædicabatur. Nos dicimus 1 *Era como mentar la ſoga en caſa del ahorcado*, vt ſuperius diximus cap. 4. num. 113. *Scandalizantur* (inquit D. Hieron. tom. 4. ſuper hunc locum) *ſi audiunt Chriſtum à ſe crucifixum.* Cum ergo Chriſtus Rex Iudæorum eſſet, & illum aſperneretur, cum prædicari audiebant, ſumma ignominia notabantur. Idcircò iugum legis deponere, & vincula præceptorum confringere, & diſrumpere conantur, vt hoc opprobrium & ignominiam fugerent, & à tali dedecore, & ignominia eximerentur. His ſimiles ſunt ij, de quibus loquitur Eccleſiaſticus, quorum vnus quiſque dicebat: *Quis me ſubijciet*, &c. q. d. Quis me legis diuinæ vinculis, & compedibus aſtringet, cum facta mea libertatem indicent? Jllud *propter facta mea eſt*, propter mea opera & facinora, quæ meam potentiam & fortitudinem ſecutus, pro libito peregi. Camerarius: *Cuius potentia inquiret in facta mea?* q. d. Quis ita potens erit, vt facta mea diſcutiat ad punienda ea, opera enim ſuperbi illum inſolentem faciunt, & ipſe incitatur ad deponendam Dei ſubiectionem, ſed non inultus euadit, cum dicat tandem Sirach.

D. Hieron.

Scandalizabantur Iudæi, cum audiebant crucifixum.

13. 1. Corint. 1. v. 24. *Scandalum apud Hebræos, quid.*

Camerar.

Illuſtratio tertia.

D*Eus enim vindicans vindicabit*, Originale addit, *iniuriam*. & Tygur. *Dominus enim vindex iniuriam abs te illatam vlciſcetur*, vel *vlciſcetur tuam petulantiam.* Deum enim impius ſuperbus iniuria laceſſit, nolens legibus obtemperare quam iniuriã, & petulantiam tandem vlciſcitur Deus illum impune abire non ſinens, ſed ſeuere ac vehementer in illum vindicans, & animaduertens. Illa verbi geminatio *vindicans vindicabit*. Supplicij magnitudinem & acerbitatem indicat. Quæ repetitio frequens in ſacra Pagina. Ierem. 13. v. 17. *Plorans plorabit.* Quod repetit Thren. 1. v. 2. *Plorans plorauit in nocte*, id eſt, continuo & effusè plorauit; denotat enim lacrymarum vbertatem, vehementiam, & aſſiduitatem. Sopho. 1. v. 2. *Congregans congregabo omnia à facie terræ*: Id eſt, diligenter congregabo. Pſal. 131. v. 16. *Sancti eius exultatione exultabunt*, id eſt, vehementer exultabunt. Apud prophanos etiam hæc geminatio cum eãdem ſignificatione inuenitur. Perſius Saty. 3. ——*Imus* ——*imus præcipites.* Et Virg. 9. Æneid. verſ. 427. inquit.

14. *Iniuriam inobedientiæ impij punit Deus.*

Repetitio verbi, quid indicet. Thren. 1. v. 2.

Soph. 1. v. 2

Pſ. 131. v. 16

Me, me, ad ſum qui feci, in me conuertit ferrum.

Eamdem vehementiam, & acerbitatem oſtendit Eccleſiaſticus, cum promittit Deum vindicantem vindicaturum. Id eſt, vehementer & acerbiſſimè de his vindictam ſumet. Vindicem ſe iniuriarum ſangũinolentum præbebit, non ſinet inſolentem & arrogantem inultum abire. Sic Iob cap. 24. v. 12. *Deus*, inquit, *inultum abire non patitur.* Id eſt, excitatur ad ſumendam de impijs pauperes opprimentibus vindictam ex Hebræo poteſt legi: *Deus non ponit inſulſum.* Quam verſionem eleganter noſter Pineda exponit, dicens: *Deum non ponere inſulſum* videtur eſſe idem, quod nihil Deum relinquere in mundo ſine ſale iuſtitiæ, & vindictæ ſuæ. Nihil ſine prouidentiæ ratione, nihil irrationale facere. Nam quamuis quæ in mundo fiunt inſipientibus inſipida videantur, & fatuis fatua, & ſtultis, inſulſa; at ſapientibus, & agnoſcentibus diuinã prouidentiã. Nihil inſipidũ, nihil inſulſum, nihil quod non ſit ſale conditum. Nã tandem *vindicans vindicabit.* Et Eccleſia Canit: *Nil inultum remanebit.* Vt ex Diuo Gregorio didicit lib. 4. Moral. cap. 17. Qui ait: *Nullum peccatum Dominus inultum relaxat.* Et lib. 26. cap. 17. inquit, *peccata quippe nequaquam diuina ſeueritas inulta remanere permittit.*

Arrogantem non ſinit Deus inultũ abire.

Iob 24. v. 12.

Pineda.

Deum non ponere inſulſum, quid. D. Gregor.

Hoc etiam poteſt optime illuſtrari ex eo Machab. l. 2. cap. 6. v. 26. vbi cum Eleazarus *ad carnem porcinam manducandam*, & legem Dei tranſgrediendum compelleretur, ſapientiſſimè reſpondit, nolle Dei præcepta tranſgredi, ſed perfectiſſime obſeruare, & reddens rationem inquit: *nam etſi in præſenti tempore ſuppliciis hominum eripiar, ſed manum omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam*: q. d. Si talem ignominiæ notam turpiſſimam mihi inurerem legem Dei tranſgrediendo, non impune abirem, nam nec viuus, nec mortuus, ſupplicij ac vindictæ Dei pœnas effugiam; quis enim ex manibus eius eripiet me? *Vindicans vindicabit* iniuriam, quam illi inferrem, ſi aduerſus illum me inaniter efferrem. Nemo igitur iactet ſe dicens: *Quomodo potui*, id eſt, quam potens effectus ſum? *Et quis me ſubijciet propter facta mea?* Cum Deum vindicem iniuriarum habeat, qui iniurias

15. *Eleazarus noluit carnẽ porcinam manducare.* 2. Mach. 6. v. 26.

Tranſgreſſor legis non abit inultus

in ipsum illatas vindicet, & de superbis tamquam de hostibus obedientiæ iugum confringentibus solet vltionem sumere. *Vindicans* [inquit Ecclesiasticus] *vindicabit.* Vindicta enim Comes est culpæ. *Hic ait* [id est, Hesiodus, vt Plutar. de tarda Dei vindicta refert] *vt non Plato comitem vindictæ noxæ esse, sed eosdē ex eodem simul fundo & radice pullulantem. Consilium prauum est auctori maximæ noxæ.* *Vindicta comes est noxæ.*

VERS. IV.

Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triste? altissimus enim est patiens redditor.

Sensus.

16. *Ne dicas*, &c. q.d. Si te grauissimis sceleribus adstrinxeris & animum tuum peccatorum sordibus pollueris. Et videris Deum in ea non animaduertere, ne iactabundus dicas te è manibus Dei ereptum esse, siquidem nihil triste & aduersum tibi contigerit. Quia etsi Deus pro sua potentia mox inferre possit vltionem, sed tamen quia patiens, & longanimis est, pro sua benignitate non eam statim hominum more infert, sed dissimulat aliquando, vt homines ad meliorem se vitæ frugem recipiant, & pœnas pro sceleribus voluntarias subeant, & aliquando vt diutius toleratos & induratos acrius præmat, quia etsi differat vltionem, non tamen aufert, sed tarditatem supplicij grauitate compensat, &c.

Deus patiēs, & longanimis, &c.

Illustratio prima.

Ne dicas peccaui, &c. Illud *triste* in Drusio desideratur. Solum legit: *Et quid mihi accidit?* sed additur à Complut. & vulgata, vt melius sententia intelligatur. Nam nihil ita manifestat pœnam, & supplicium peccati, quam tristitia orta ex iusto timore. Tristitia enim post patratum peccatum deregit, & profert in lucem ipsum peccatum, vt omnibus pateat. Vix primus fratricida Caiu in corde suo peccatum homicidij concepetat, cum statim concidit præ tristitia orta ex inuidia vultus eius. Quare Deus interrogans dixit ei: Gen.4.v.6.7. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua? nonne si bene egeris recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum adërit.* Beatus Alcuin explicat hunc locum de acceptatione sacrificij à Deo, cum ad interrogationem respondet: *Si pura mente obtuleris sacrificium recipies, respiciente Deo ad te, & ad sacrificium tuum: Si autem male egeris, intrantem, vel exeuntē te, semper peccatū tuum comitabitur. & desinet Dominus custodire introitū tuum, & exitum tuū.* Sed certe de pœna peccatū comitante loquitur, id est, aderit pœna peccati, quę quasi canis cubās fores peccati obsidet, tanquā flagitij vindex. Si malè egeris, tibi aderit, tibi allatrabit, te mordebit, & lancinabit. Canis hic est vermis conscientiæ, mentis turbatio, & indignatio, ira Dei capiti peccatoris imminens, tribulatio, angustia, omnesque ærumnæ præsentes & æternæ, quibus Deus peccata punit. Chald. vertit: *In diem iudicij peccatum tuum seruatum est, in qua vleiscetur de te.* Sedet etiam peccatum ad fores delinquentis quasi quidam partus abortiuus, aut fœtus malè expositus, qui Dei, & Angelorum, & aliquando tandem hominum (*nihil enim occultum, quod non reueletur*) oculis pateat in propatulo ad suam ipsius peccatoris infamiam, turpe sui præbens spectaculum. Sed pende illud: *Cur concidit facies tua?* si exterioris vultus mœror, & tristitia, non pateret in propatulo, non interrogaret Deus causam tristitiæ, quæ erat conceptum desiderium & consilium fratrem de medio tollendi; sed quia in facie mœrore confecta peccatum detegebatur, illum Deus interrogauit. Matt.10.26

Nihil ita manifestum supplicium peccati, & tristitia.

Genes.4.6.

B.Alcuinus

Peccatum comitatur pœna peccati.

Sedet peccatum ad fores delinquentis

Itaque cùm additur in nostra sententia à vulgato *triste*, explicatio est effectus peccati: nam qui peccat, mœrore conficitur, & timore supplicij perecllitur; & cùm à peccatoris animo hic mœror, & timor extrahitur, signum perditionis, seu obstinationis præbetur. Timor enim & tristitia animum peccatoris permouent & inflammant ad culpæ detestationem, & peccati pœnitentiam; & cùm quis aliquod scelus commisit, & non solùm illud non detestatur, sed obdurescit, omnium consilia repudians, quia nihil triste illi accidit, ex supplicij dilatione occasionem sumit sibi peccati sui impunitatem polliceri. Et audet dicere saltem in corde suo, quod illi alij scelerati dixerunt: *Non est Deus.* Psal.13.1. *Dixit*, inquam, *insipiens in corde suo*, id est, versat in corde, ore dicere non ausus: *Non est Deus*, qui prouideat, non est Dei prouidentia. *Elohim* iudicem sonat, ac prouidentiam respicit, non essentiam, id est, non est Deus, qui iudicet quemquam ex suis factis, qui attendat, consideret, curet hominum res, actiones & opera, & qui præmiis, pœnisve benè malève agentes afficiat, &c. 17. *Qui peccat, mœrore conficitur.* Psal.13.1. *Impius dicit in corde. Non est Deus.*

Ergo cùm ait impius: *Peccaui*, &c. hac voce videtur diuinam prouidentiam circa res creatas negare, & dicere, quod alij insanientes apud Iob cap.22.14. *Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat*, &c. Cùm enim Deum considerent à rerum moderatione abstractum, prouidentiam habere inficiantur, & detrectāt circa flagitiorum animaduersionem; & cùm eam minimè experiantur, irrident, dicentes se peccasse, & nullam castigationem sentire. Confirmatur ex eo Psal. 9. vel 10. 11. *Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat in finem.* Non audēt impij tam nefādam cogitationem verbis manifestare, quos eleganter arguit & reprehendit D. Hieronymus tom.8. in cap.2. epist. ad Rom. aiens: *Numquid proptereà de impunitate blandiris, quia Deus in præsenti non reddit? & tu longitudinem temporis & abundantiam bonitatis intuens, putas iam non esse iudicium? audi Scripturæ sententiam: Non tardat Dominus, promissis*, 2. Petr. 3. 9. Lege si placet libellum aureum nostri Leonardi Lessij de Prouidentia Numinis, vbi quindecim rationibus probat esse vnum supremum Numen, cuius 18. *Impius negat diuinam prouidentiam* Iob 22.14. Psal.10. secundùm Hebr.v.11. D.Hieron. Leon.Lessius.

ius prouidentia res humanæ & cætera omnia gubernentur. Sed vt contrario errore Ecclesiasticus illos liberet, subijcit.

Illustratio secunda.

19. *Tarda Dei vindicta noxa abrogat prouidentiam.* *Scit Deus hominum scelera dissimulare.* D. Hieron. *Mali Dei patientia abutuntur.* Eccles.8. v.9. *Altissimus enim est patiens redditor*, &c. q.d. Ne talia in corde tuo reuoluas existimans per tardam vindictam Dei prouidentiam abrogari, cum *Deus altissimus patiens redditor sit.* Mont. addit, *non te dimittet.* Tygur. *Sed impune te non dimittet.* Drusius: *longanimus.* q. d. Verum est, Deum esse patientem longanimum. *Ancho denarizes, y degran coraçon.* Scit enim Deus hominum scelera dissimulare, & in illis conniuere hominis tecti instar. *Sabe Dios hacer del disimutado.* Sed suo tempore nec impunitos, nec inultos eos abire patitur, sed in illos seuere animaduertit. Hac autem Dei patientia, & dilatione supplicij perperam mali abuntuntur, vt in peccatis suis frenum laxent Deo terga vertentes. Quare dixit D. Hieronymus tom.8. in cap.2. Epist. ad Rom. *Multi se homines per patientiam Dei se ducunt: quia non vult statim punire peccantes. putatur enim aut res humanas minime curare, aut culpas indulgere quia differt.* Et non considerant Dei prouidentiam per prorogationem supplicij minime abrogari, nec supplicium auferri quia differtur. Hinc est quod *quia non profertur cito contra malos sententia*, (vt dixit Salomon Eccles.8. v.9.) *absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.*

Quare Ecclesiasticus volens hanc stultam securitatem vituperare, hoc omnibus consilium præbet. *Deus enim patiens redditor est*, etsi conniueat in delictis puniendis, sed tandem *reidditor* est; nam dilationem supplicij grauiter compensat: seuere enim & vehementer in illos vindicare conatur. Sic dixit D. Augustt. tom.10.serm.102. de tempore. *Quomodo non est misericors, qui nos tanto tempore expectat vt corrigamur? numquid tam prolixa misericordia potest Deo auferre iustitiam, quanto enim diutius expectat, tantò grauius vindicat.* Ergo Sirach significare contendit neminem ob vindictę dilationem sibi debere polliceri peccatorum impunitatem. Quia licet Deus ostendatur patiens, sed tandem redditor est, & est *iudex iustus fortis, & patiēs*, (vt inquit vates Psal.7.v.12.) & omnibus peccatoribus notum facit. *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum*, &c. Eleganter ad intentum dixit, D. Aug. *Nunc enim patientia Dei ad pœnitentiam inuitat, vltimo vero tempore cum homines propter duritiam suam, & cor impœnitens thesaurizauerint sibi iram in die iræ, gladium suum vibrabit, quem non vibrauit primo aduentu, sed tamquam in vagina humilitatis abscondit? vibrabit autem cum in secundo aduentu, veniens iudicare viuos & mortuos in manifesto splendore claritatis suæ, iustis suis lumine & terrore impijs coruscabit.* *Tarda Dei vindicta noxa abrogat prouidentiam.* *Scit Deus hominum scelera dissimulare.* D. Hieron. *Mali Dei patientia abutuntur.* Eccles.8. v.9. Deus patiens redditor est. D.Augustt. Gratius Dei vindicat, cum expectat. *In die iudicij gladiū Deus vibrabit.* Psal.7.v.12 D. Augustt.

Digressio de tarda Dei vindicta.

21. *Aliqui Philosophi tardam Dei vindictam vituperarunt.* Plutarch. HInc est, quod olim aliqui Philosophi tardam Dei vindictā vituperarunt, quia eius prouidentia videtur abrogari, quare doctissimus Philosophus Plutarch. libellum edidit de tarda Dei vindicta, vel de ijs, qui sero à numinibus puniuntur. in quo apprime probat iustissimam esse tardam Dei vindictam, obiectioni Patrocleæ satisfaciens, qui dixit. *Tarditas est cunctatio inexigendo ab improbis supplicio Dei imprimis mihi absurda videtur.* Inter alia probat philosophus, primo per dilationem supplicij homines prouidos fieri, eosque emendari dicens: *Quare si virorum commemorata dicta, & actus expositi iræ asperitatem, & æstum exhauriunt: multo magis nos decet contemplantes Deum, qui metu nullo, nulla pœnitentia tenetur rei vllius, suspendentem tamen vltionem, diemque operientem, prouidos fieri in his, ac diuinam ducere virtutis portionem esse mansuetudinem, & tolerantiam, quam Deus demonstrat, quæ plectendo paucos corrigit, tarde plectendo multis commodat, eosque emendat.* Itaque supplicij dilatio optime diuinæ conuenit prouidentiæ, ad hoc vt tarde puniendo multis commodet, & corrigat. *Tarda Dei vindicta quam vtilis.*

2. Probat ex eo quod *flectantur, & ad pœnitendum inclinent spatiumque ad reuocandum, sed ad bonam frugem, quibus non impotens, & inflexibilis inoleuit improbitas, concedere.* Tertiò tandem hanc tardam vindictam illustrat lege veteri, quæ apud nos etiam inuenitur. *Quid Egyptiorum legem*, inquit, *nonne meritò vobis aliqui Græci descripsisse videntur, quæ statuit, vt prægnans si rei capitalis iudicata sit, dum est enixa in custodia habeatur. Sane quidem responderunt. Tum ego, si iam partum quis non pueri gerat, verum actionem vel consilium in lucis solis arcanum proferre valeat die, atque iudicio suo facinus quodpiam abditum detegere, vel salubris auctor sententiæ fieri, vel rei necessariæ inuentor: Melius ne facit, qui opportunitatem manet plectendi, quam qui immature interemit? Mihi etiam inquam ita videtur*, &c. Probat exemplis Dionysij, & aliorum, qui si mature interfecti essent, non efficerentur magnarum rerum auctores, *ex impuris enim probi fuerunt.* Et mox subdit: *At quorum secta est, & amplexa natura propinquiorum vitium, horum persequens improbitatis germanitatem supplicium in eam vindicat. Vt enim beruicarum genus, quod ἀνθρακοδόνα Græci vocant nigræ maculæ & lentigines genitorum, quæ in filijs exoleuerunt, resurgunt postea iterum in nepotibus, & mulier Græca enixa partum nigrum, cum inde causam diceret adulterij demonstrauit ætyopis se quartam progeniem esse.* *Tarda Dei vindicta quam vtilis.* *Dilatio supplicij Deo opportune conuenit.* *Tardæ vindictæ exempla.* *Si aliqui immaturè interfecti essent non efficerentur magnarum rerum auctores.*

Ex quibus colligitur quare Deum appellet Ecclesiasticus patientem redditorem eorum, qui Deo terga vertentes illum, eiusque diuinam negligunt prouidentiam, ad hoc vt late, laxeque viuere possint: quia cum non *cito profertur circa malos sententia*, liberè & *securè perpetrant mala.* Ergo ratio quare Deus in animaduersione malorum non festinat, est, quia expectat illos, vt à peccatis conuertantur, & agant pœnitentiam. Sicut dixit Diuus Hieronymus tom. 8. in cap. 2. Epist. ad Rom. explicans hunc locum. *Plerique etiam contra se calumniantur, cur in præsenti non reddit, non intelligentes, quod si ita fieret, nullus penè hominum remaneret, nec vnquam de iniustis fierent iusti.* Sed cum impij hac Dei patientia & in puniendo cunctatione abutuntur, magnitudine supplicij Deus tarditatem compensat. Sic Iob. agens de adultero inquit, cap.24. vers.23. *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam.* Cum quo colludit illud Apocal. 2. vers. 21. *& dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua.* Locum pœnitentiæ vocat Iob fiduciam, confidentiam, securitatem, vel tempus, quod peccatori conceditur tamquam induciæ, in quo securus, quasi agere & viuere poteſt. Sed hanc impunitatem, & quasi inducias suæ iustitiæ concedit Deus propter pœnitentiam agendam. Ideò dixit D. Hieronymus explicans id 22. *Vt impij laxe viuant diuinam negligunt prouidentiā.* D.Hieron. Iob 24. v.23. *Deus dat locum pœnitentiæ & impius eo abutitur.* Apoc.2. v.24.

Osc.8.v.5. Osc.8. v. 5. *Vsquequo non poterunt emundari*, id est, quamdiu durabit ista obstinata voluntas vitulos, & idola colendi? inquit, *Quæ tanta insania me dante locum pœnitentiæ illos ad sanitatem nolle reuerti.*

Et hæc non vltima ratio est, quæ seram, & quasi tardam Dei vindictam erga nefarios homines tuetur, quoniam quidem illius iustitia *dat locum pœnitentiæ*, vt inquit Salomon Sap.12.v.8.9. 10. Locus igitur pœnitentiæ, idem est, quod tempus, opportunitas, & quædam diuinæ iustitiæ quasi pactæ cum peccatoribus induciæ, post quas bellum illud extremi iudicij aduersus improbos ardebit, &c. Patiens enim & longanimis redditor est Deus, nam expectat peccatorem, & dat locum pœnitentiæ, sed quia eo abutitur tandem illum vindicans vindicabit. Eleganter Diuus Gregorius lib. 3. hom. 13. in Euang. citans id Psal.7.v.12. Deus iudex iustus, fortis & longanimis, inquit: *Dicturus quippe longanimem præmisit iustum; vt quem vides peccata delinquentium diu patienter ferre, scias hunc etiam quandoque districtè iudicare. Hinc per quendam sapientem dicitur: Altissimus enim est patiens redditor. Patiens enim redditor dicitur: quia peccata hominum & patitur, & reddit; nam quos diu, vt conuertantur, tolerat non conuersos durius damnat*, &c. Confirmat hoc Glossa Ordinaria super hunc locum Ecclesiastici dicens: *Nihil stultius quàm patientia Dei abuti, qui dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam.*

Sap.12.v.8. *Locus pœnitentiæ, quid.* D.Gregor. Psal.7.v.12 *Deus patiens redditor est*, Valer. Maxim. D. Gregor. *Diuturna expectatio Dei argumentum damnationis* Deus licet patiens districtè iudicabit. Glossa.

Sed tandè Deus *patiens redditor est*, nam vt minimum *tarditatem gratuitate supplicij compensat*, vt dixit Valerius Maxim. nos autem differendo pœnitentiam Deum honore fraudamus, emolumento maximo priuamus nos ipsos, & ingenti damno afficimus, & pessimo exemplo alios lædimus. Claudat hanc sententiam D. Gregor. lib.17.Moral.cap.4. explicans id Iob 24.vers.23. *Dedi ei locum pœnitentiæ, vnde*, inquit, *necesse est, vt cum nos diutius expectari conspicimus, ipsa prærogatæ pietatis tempora quasi damnationis argumenta timeamus, ne ex clementia iudicis crescat supplicium peccatoris, & vnde quisque eripi à morte poterat, inde grauius ad mortem tendat.*

VERS. V.

De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatum.

VERS. VI.

Et ne dicas miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.

Sensus.

23. *Non nimis confidendum in propositione peccatorum vt alia addantur.*

DE *propitiato*, &c. q.d. Quia solent homines nimium confidere in propitiatione peccatorum, ex qua inferunt se ex animo posse ita securitatem amplecti, vt censeant posse iam liberè culpam quamlibet suscipere & periculum negligere supplicij futuri: ideò has subijcio sententias, vt talem securitatem vituperem, quæ magnum hominibus conflat periculum faciendi iacturam salutis æternæ, ait ergo cum propitiationem Dei, & expiationem, seu remissionem peccatorum obtinueris, ne nimis sis securus, sed adhuc timere debes, siue propter periculum relapsus, siue quod de remissione non sis omnino certus, siue etiam quod remissione impetrata, digna pœnitētię opera sint in timore Dei peragenda. Quo temporalem vltionem etiam remissis peccatis debitam effugiamus; vel q. d. Ne de propitiatione peccatorum, & venia eorum obtinenda sine timore sis; id est, ne nimis debes esse securus de remissione consequenda, quasi ea facillimè, & cum velis, etiamsi non te pœniteat obtineatur; cum ipsa venia singulari Dei gratia donetur, & plerisque non contingat nec nisi pœnitentibus. Quare ne audeas nimia confidentia dicere Dei misericordiam maximam esse, cui nixus adijcias peccata peccatis, sperans eorum Deum miseraturum, &c.

Nota, & illustratio prima.

Nemo de propitiatione peccatorum potest esse securus.

DE *propitiato peccato*, alij *de expiatione*, id est, de propitiatione peccatorum tuorum ne sis securus. ἀφοβῶς, id est, *ne esto absque metu.* Complut. addūt, ἐν πλεοναζοντι quod reddunt *in abundantia*, vel auaritia & copia, vel redundantia, id est, nimium aut plusquam æquum est, nam verbum πλεοναζω est, copiosus sum, aut maior quam par aut necesse est, vide Prou.28.v.14. Et infra cap.18. v.27. *Peccatum super peccatum*, id est, *peccata peccatis.* Nostra autem lectio accedit ad Aldum & LXX. Videtur hic Sapiens admonere, ne homines abutantur misericordia Dei ad licentiam peccatorum, sed semper timore perculsi sperent eorum veniam. Vide Rom. 12. vers.22. & Psal.129.vers.4. *Quia apud te propitiatio*, &c.

Psal.129.v.4

24. *Non legendū propitiatu, sed propitiato peccato.* Glossa. Vatab.

De propitiato peccato, &c. In Biblijs antiquis erat: de *propitiatu peccatorū* vt videtur in Glossa Ordinaria, & in ea, quam interpretatur Vatab. & quia hoc nomen non erat latinum & parum vsitatum, mutatum est, in *propitiato peccato*, quod idem est, ac in *propitiatione peccatorum*, vt transtulit Montanus, vel *expiatione* vt legit Drusius. Sed explicatius vertit Tygurina *super data venia ne sis securus.* Qua sententia refutatur hæresis eorum, qui somniarunt hominem certo credere debere sibi remissa esse peccata; & sola fide obtineri remissionem peccatorum, & ad eam obtinendam non esse opus nisi vt quis credat in Crucifixi merita;

Hæresis duo confutata.

rita; nec de remissione metuendum esse, sed firmiter credendum eam mox obtineri per Christum à quouis credente, etiam in peccatis adhuc perseuerante. Hinc fit, vt plerique tam securè viuant, & liberè peccata peccatis adijciant. Quas hæreses confutandas, & oppugnandas remitto expugnatoribus Catholicæ veritatis.

Primum hemistichium apprime illustratur ex eo Prou.28.vers.14. *Beatus homo qui semper est pauidus, qui vero mentis est duræ corruet in malum.* Noster Salazar explicans lectionem D. Ioann. Chrysost. tom. 1. hom. 55. in Genes. *Beatus homo, qui timet omnia ob pietatem*, inquit: de metu peccandi, & mandata Dei transgrediendi, quo assiduo percelluntur viri iusti, verba ista exponenda esse. Nam per istiusmodi metum non tam quis pœnas & supplicia delictis inflicta, quam delicta ipsa veretur, quatenus pietatem violant, ac Dei maiestatem lædunt: *Qui vero mentis est duræ*, &c. Id est, qui animum obdurauit, vel obfirmauit suum, nec metu delinquendi absterretur, is corruet certè in multa crimina. Et insuper anima, quæ addicitur curis terrenis obdurescit, ne cælestis dulcedinis, & diuinæ suauitatis voce potiatur, & lacrymis liquefiat, propter amorem, & desiderium Domini sui, sed dicit cum Isaia cap. 47.vers.2. *Tolle molam & mole farinam*: vbi D. Petrus Damian. *Filia Chaldæorum mens praxis desideriis dedita ita huius seculi laboribus relinquitur, vt foris mundo velut ancilla seruiat, quæ intus Deum vt filia nequaquam amat, mundi enim actio mala est, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum vertit, atque ex se quasi farinam proijcit, quia seductio cordi semper immundissimas cogitationes gignit.*

Prou.28. v.14. *Beatus ille, qui semper est pauidus* Salazar. D. Chrysost. *Qui animū inducat cadet in multa crimina.* Isa.47. v.2. D. P. Dam.

Sed quid beatitudo cum homine pauido? Nam si ille *beatus* dicitur, teste Seneca Epist. 45. *Cui bonum omne in anima est. Cui bona sua nulla vis excutit: qui mala in bonum vertit, certus iudicij, inconcussus, intrepidus, quem aliqua vis mouet, nulla perturbat*, &c. Et Epist.124.fine. *Tunc*, inquit, *beatum esse te iudica, cum tibi ex te gaudium omne nascetur.* Si, inquam, inconcussus, intrepidus, dicitur beatus, quomodo trepidus, concussus, pauidus, potest beatus appellari? si tunc quis iudicatur beatus cum omne gaudium ex corde suo nascitur, & nihil illum interturbat, nec molestiam exhibet, quare qui non gaudium in animo habet, sed pauorem, timorem, & tremorem beatus accipietur? Respondeo, appellari optime hominem pauidum beatum, quia licet diuinam amicitiam & gratiam, quæ omne bonum est, in animo habeat; cum hæc in præsenti vita sit amissibilis, id est, amitti possit, qui pauore concutitur, ne illa spolietur beatus iudicari debet, &c. Sic etiam iustus prudens licet certo sciat peccata sua esse expiata, non se securum iudicat, sed timore concutitur, ne exponatur periculo gratiam amittendi, vel ne forte dereflatio peccatorum præterita insufficiens fuerit ad obtinendam eorum veniam. Dixit enim Auguſt. tom. 8. in Psal. 101. *Quia cinerem tamquam panem manducabam*, &c. *Nec in hoc tibi displiceat Deus, tamquam per istam indulgentiæ promissionem securos fecerit peccatores.* Itaque in timore iustus permanet, *& semper pauidus est*, per consequensque *beatus.* Ex Hebræo enim potest verti: *Beatus homo, qui metuit semper.*

Quare pauidus dicitur beatus. *Diuina amicitia amissibilis in hac vita.* D. Auguſt.

Beatus quis, Seneca.

Hoc optimè confirmatur ex eo Eccles. 18. vers. 27. vbi dicitur: *Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia.* q.d. homo qui prudens est, etiamsi arrideat fortuna numquam securus erit, sed in omnibus suis negotijs metuet, & infortunium, quod accidere potest, & Dei offensam, ne illam incurrat. Vocat *dies delictorum*, fœlices, qui multis præbent luxus, & multorum delictorum occasiones. In his ergo diebus, quibus occasionem habet delinquendi, cauebit sibi sapiens ab inertia, & negligentia, diligenter scilicet prospiciens, ne fœlicitas vt solet ipsum negligentem faciat sui officij, & cultus Dei. D. Bernardus de modo bene viuendi serm. 27. repetit verba B. Isidori. *Non oportet*, inquit, *pœnitentem de peccatis suis habere securitatem: quare? quia securitas negligentiam parit, negligentia vero sæpe hominem incautum ad priora peccata reducit.* Idem repetit de interiori domo cap.45. Vide etiam inferius Eccles. cap.27. v.4. *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua*, id est, ædificium spirituale, &c.

25. Eccles.18. v.27. *Qui prudēs etiamsi arrideat fortuna non est securus.* *Dies delictorum, qui.* D. Bernar. D. Isidor. Eccles.27. v.4.

Itaque homo sapiens, & prudens cum propitiationem peccatorum recepit, timorem non negligit, sed toto animo de propitiatione conseruanda cogitat. quamuis enim parta fama desidiosos soleat ingenerare, id tamen secus dicendum, vt parta fama sollicitudinem exagitare debeat. Nos dicimus: *Cobra buena fama, ye chate adormir*, dicendum potius, *no te eches adormir.* Cum enim quis peccatorum remissionem obtinuit, parta expiatione sollicitudine cruciatur, ne illam negligens amittat, &c. Tygur. legit: *Super data venia ne sis securus.* Sed fuge ne iterum inquineris. Quemadmodum Virginis purificationem apud Lucam fuga sequitur in Ægyptum, ita hominis purificationem fuga sequatur necesse est, qui enim animum pœnitentia purificauit, nisi sordidum dæmonem, peccatorumque inquinamenta fugerit, facile rursus inquinabitur. Quare monet Ecclesiasticus quod sequitur.

Homo prudens cum recepit veniam peccatorum, timorem nō negligit. *Quare fuga sequitur Virg. Mariæ purificationē*

Illustratio secunda.

26. *Cum quis timorem Dei expellit ex corde in multa peccata prolabitur.* Eccles.8. v.11.

NEque *adijcias peccatum super peccatum*, cum aliquis Dei timorem ex corde suo expellit, vana confidentia fretus, frænum laxat suæ cupiditati, sicque in multa scelera prolabitur ita vt peccata peccatis addere non reformidet. Et cum à Deo non puniatur, futuram vltionem negligens non recusat peccata committere. Secundum id quod Salomon dixit Eccles. 8. vers. 11. *Quia non profertur cito contra malos sententia absque timore vllo, filij hominum perpetrant mala.* Expellunt ex se diuinum timorem, & vana confidentia freti, non dubitant mala perpetrare, sed habenas cordis sui immoderata libertate remittunt, & legem Dei effrenatè transgrediuntur. Vnde sequitur illos non timere peccata peccatis adijcere. Dixit enim Diuus Ambrosius tom.3. in cap. 2. Epist. ad Rom. *Impunitatem sperans peccatorum, non solum durat inconuertibilis, & intractabilis manens; sed adhuc acerbius peccat, securus quod non sit vltio futura, cor habens impœnitens, ignorans quia iram sibi congregat in die iræ*, &c. Id est, in die iudicij, cum omnia in lucem proferentur. Hoc confirmauit Neocæsarien. in cap. 8. Eccles. Ob

D. Ambros. Neocæsar.

eam causam, inquit, *fas esse putat vir scelestus diutius peccare, quasi innoxius discessurus.*

Quare Sirach admonet *neque adijcias peccata super peccata*. Qui enim Dei propitiationem obtinuit, cauere debet iterum eadem peccata repetere. Et qui peruenit ad amicitiam Dei non debet iter aggredi per vitiorum viam. Sapientes reges, qui ductu Herodis ad regem Iudæorum adorandum peruenere, per Angelum admoniti sunt, vt per aliam viam ad regionem suam reuertantur, *& per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.* Matth. 2. vers. 12. Licet satanicus Herodes ira, & furore concitetur. Furit enim Herodes, hoc est, satanas, cum Magos, hoc est, sapientes, qui sibi sapiunt, solitam, quam tenebãt vitiorum viam deserere, & ad se minime repedare videt. *Tunc maxime* [inquit Tertullian. lib. de pœnit.] *sæuit hostis cum hominem plenè sentit liberatum, tunc plurimum accenditur, dum extinguitur, oppugnat, obsidet, si qua possit, aut oculos concupiscentia carnali ferire, aut animum illecebris sæcularibus irretire, non scandalis, non tentationibus, deficit*, &c. Quare non cedendum malo, sed oppugnandum, &c. *Inimicitias posuit Deus inter serpentem, & mulierem*, & pollicitus est, ipsam caput suum contrituram, Genes. 3. v. 15. Vt hæ inimicitiæ amicitiam Dei parerent. Ergo homo inimicitias perpetuas seruaturus est cum serpente horrido. Obseruat ille calcaneum suum, oppugnat, obsidet, insidias parat, immanes dentes calcaneo conatur infigere? obseruet homo caput, & conterat, contrito capite nocere non poterit, neque vt solet irretire.

Qui amicitiam Dei obtinuit, non debet iter aggredi per vitiorum viam. — Matth. 2. v. 12. — Tertullian — *Quare posuit Deus inimicitias inter serpentem, & mulierem.* Gen. 3. v. 15

27. Explicans D. Gregor. id Job 18. vers. 8. *Immisit enim in rete pedes suos, & maculis eius ambulat.* inquit, lib. 14. Moral. cap. 6. *Qui pedes in rete mittit, non cum voluerit eijcit: sic, qui in peccata se deijcit, non mox vt voluerit, surgit, & qui in maculis retis ambulat, gressus suos ambulando implicat, & cum expedire ad ambulandum nititur, ne ambulet, obligatur.* & cum agit de dæmone sub nomine Behemoth. lib. 32. cap. 26. ait; *prius enim quasi consulens blanda ad animum loquitur: sed cum semel dentem delectationis infixerit, violenta post consuetudine penè insolubiliter innodatur*, &c. Quare fit cumulus peccatorum vt dixit Diuus Hieronymus tom. 7. ad id Eccles. 7. *Ecce hoc inveni, vnum, & alterum. Hoc*, inquit, *reperi vniuersa diligenter euenti lans, quod paulatim peccando, & ad vnum delictum, aliud apponendo, grandem nobis summam efficimus peccatorum.* Itaque non addenda peccata peccatis, quia hoc multum Deo displicet: Hoc ipsum consilium præbet Moyses Pharaoni, cum Exod. 8. vers. 29. ait: *Verumtamen noli vltra fallere, vt non dimittas populum sacrificare Domino.* Quoniam sciebat Moyses maiora mala imminere ijs, qui in peccata relabuntur addentes peccata peccatis, fierique nouissima hominum illorum peiora prioribus, amice Pharaoni dixit: Noli vltra fallere, vt non dimittas populum sacrificare Domino. Tu igitur tibi ipsi caue post hac ne in pristina peccata recidens, grauius tibi aliquod malum accersas, acceptaque venia, caue ne relabaris. Seuerius enim tecum aget Deus noster iustus index, quam hactenus fecerit. Id ipsum docuit Christus Joann. 5. vers. 14. Quando paralytico sanato dixit: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Ideò dixit D. Ambros. super Psal. 1. *Posuisti vestigium super voraginem culpæ cito aufer pedem: ne supra plantam tibi ascendat pollutio, & lapsu faciliore deceptus supra lutum resideas.* *Cauenda ergo prima sunt vitia, ne in plura deinde grauiora deserpant.* Diuus Cyrillus ponderans quod Christus dixit adulteræ, Ioann. 8. vers. 11. *Vade, etiam amplius noli peccare*, ait, *nam in cassum sumitur medicina si post instauratam sanitatẽ per vitæ in continentiam, qui conualuit in pristinum incidit morbum.*

Peccata peccatis non adijcienda. Iob 18. v. 8. D. Gregor. — *Quomodo fit cumulus peccatorum.* D. Hieron. — *Qui in pristina peccata recidit grauius malum accersit.* — Ioan. 5. v. 14. — D. Ambros. — D. Cyrillus — Ioan. 8. v. 11

Tandem iudicium 10. vers. 6. Dicitur Israëlitas scelus nefandum perpetrasse, addentes peccata peccatis: *Filij Israël peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conspectu Domini*, &c. Noua scelera erant. Idolatriæ quæ addictæ preteritis peccatis, execrabiles erant Deo, qui ingenti odio eas prosequebatur: Quemadmodum enim qui vulnera refricat, ingentem affert sauciata dolorem; sic, qui peccata addit peccatis, quæ sunt animæ vulnera, quibus sauciato exponitur periculo æternæ perditionis, ea renouat, ingentem affert Deo dolorem, sicut in principio sæculi, cum *pœnituit quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus: de libo*, inquit, *hominem*, &c. Genes. 6. vers. 6. Itaque qui adijcit peccata peccatis est quasi qui sopitum dolorem excitat, & occasionem præbet, vt furor dolentis accendatur, & excitetur ad sumendam vltionem de refricantibus peccatorum vulnera. Quare ait Sirach: *neque adijcias*, &c. Vide que diximus ad cap. 3. vers. 29. num. 133. & dicemus ad cap. 7. v. 8.

Iud. 10. v. 6. — *Idololatriæ dicebantur noua scelera* — *Qui renouat peccata ingentem affert Deo dolorem.* — Genes. 6. v. 6. — *Qui mundatus est non iterum polluatur.*

Illustratio tertia.

28. Et ne dicas: *Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Non prohibet Ecclesiasticus confiteri misericordiam Dei magnam esse, reuera enim magna est misericordia Domini, & maior quam verbis explicari possit. sed prohibet hoc dicere ex securitate illa, & præsumptione remissionis peccatorum obtinendæ, vt dicat: in multis peccatis meis mihi erit propitius, magnitudo enim gratiæ ac misericordiæ eius multitudinem peccatorum superabit, & hinc eliciat actum securitatis vt libere & effrænatè peccare possit. Lectiones complutensium, Tygur. & Drus. eumdem cum vulgata sensum efficiunt. Ergo in hoc hemistichio eam libertatẽ referat Sirach ex præsumptione facilis miserationis diuinæ, quam quia plerique se facile & statim consecuturos confidunt, libere peccata peccatis adijciunt. Qui enim hac nimia confidentia freti effrænatè viuunt, memoria repetunt illud Psal. 76. vers. 8. Vbi Dauid ambigit, & in dubium vertit, Deum non miserturum peccatorum aiens; *Numquid in æternum proijciet Deus, aut non apponet vt complacentior sit adhuc? aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem? aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?* q.d. Minime, quia magna est, & infinita Dei misericordia. pende illud *aut obliuiscetur misereri Deus?* q.d. Numquid Deus potest sui ipsius obliuisci, sicut enim sui ipsius non potest non reminisci, sic nec diuinæ suæ misericordiæ, quæ in corde suo semper infixa est, vel q.d. Tanta ne illum, tamque implacabilis ira tenuit, vt penitus illius rei sit oblitus, quæ eius naturæ propria est, misericordiæ? *Deus enim natura sua misericors est*, vt dixit Euthym. explicans hunc

Misericordia Dei maior est quam verbis explicari potest. — *Vana confidentia procedens ex Dei misericordia resecanda est.* — Psal. 76. v. 8. — *Deum non potest obliuisci misericordiæ suæ.* — Euthym.

locum *quemadmodum & lux natura ipsa splendida est, & ignis natura ardet, quodque ideò Deus numquam id deponet quod sibi naturale est.* q.d. Consolabar me, cum cogitarem quod cum ad misericordiam propensus sit Deus, non patietur res nostras, tamquam obliuioni dari, & ira quasi muro obstrui misericordiæ fontes. Sic explicat D. August. *Riuus currit, fons ipse siccabitur? aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas*, id est, *sic irascetur, vt non misereatur? facilius ille iram, quam misericordiam continebit*, q.d. Et ita inclusas misericordias tenebit, vt nihil inde miseris impertiatur, &c. Vel ita coërcebit, aut reprimet ira suam misericordiam, vt suo ipsa non fungatur munere peccatoribus ignoscendo, licet peccata peccatis adiecerint, si ad ipsam conuertantur? q.d. Minime: magna enim est misericordia Dei; & dicebat Psaltes: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam*, Psal. 50. v. 1.

Deus natura sua misericors est. — D. August. — *Magna Dei misericordia* Psal. 50. v. 1

29. Cum ergo multi peccatores hanc magnam misericordiam Dei experiantur, nimia confidentia freti laxissimas remittunt habenas cupiditati peccandi, sicque effrænatè viuunt, ac si non esset lex, nec Deus, dicentes: Misericordia Domini magna est. Sed sanè Dei misericordiæ illius obliuiscitur, qui eius iustitiam non recordatur. Sic nos docuit Diuus Gregorius lib. 16. Moral. cap. 28. super id Iob 24. *Obliuiscatur eius misericordia. Omnipotentis Dei*, inquit, *misericordia obliuisci eius dicitur, qui omnipotentis Dei iustitiæ fuerit oblitus: quia quisquis eum nunc iustum non timet, postea inuenire non valet misericordiam.* Insuper diuina misericordia confidentes peccant, quia certam habent suorum peccatorum veniam. Quos Diuus Augustinus vocat inimicos desperationis. tom. 4. lib. vnico de vera & falsa pœnit. cap. 6. inquit: *Sunt alij inimici desperationis, qui adeo præsumunt, & de bono Deo confidunt, quod quamdam sibi licentiam acquirunt peccandi: & sine pœnitentia expectant veniam, quia credunt, quoniam Christiani sunt non posse damnari, adulantes sibi, eo quod scriptum est, omnis quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit*, &c. Et cum explicat id Psal. 77. *Ipse autem est misericors*, &c. tom. 8. Inquit, *in his verbis multi sibi iniquitatis impunitatem de diuina misericordia pollicentur; etiam si tales esse persistiterint, qualis generatio ista describitur praua & amaricans; quæ cor non direxit suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius; quibus consentire non expedit.*

Peccatores freti diuina misericordia effrænati viuunt. — D. Gregor. — *Aliqui peccant, quia certam habent Dei veniam.* — D. August. — *Multi impunitatem de diuina misericordia sibi pollicentur.*

Vnde D. Bernard. serm. 7. super Cant. dixit: *Misericordiæ fallax assentatio pessimam generat securitatem*; quæ vana securitas multos condemnat; impunitatem sibi suorum scelerum promittentes, & non cogitant misericordiam Domini sociam habere semper iustitiam, vt puniat eos, qui nimium misericordia confidentes diuina abutuntur misericordia ad liberè, & effrænatè peccandum, & licet diuina misericordia sit infinita, & Deus scelerum multorum soleat misereri, vt peccatores quotidiè experiuntur; sed cum hi peccant nimia confidenta freti, diuinam misericordiam expectantes, impunitatem suorum scelerum sibi promittentes, digni sunt vt à Deo seuere puniantur. Dixit: D. Leo serm. 12. de quadrag. *Abutuntur quidam patientia Dei, & qui non sunt in conscientia liberi, fiunt de longa impunitate securi; cum ideò differatur vltio, vt tempus possit habere correctio. Misericordiam igitur Dei nostri non ideò quis quam tardet amplecti, quia quod meruit non recepit; neque enim quidquid differtur aufertur, aut condemnationem euasit, qui indulgentiam non quæsiuit.* Ideò Rabanus afferens testimonium Deut. cap. 24. vers. 6. *Non accipias loco pignoris inferiorem & superiorem molam*, ait, superior autem & inferior mola, est spes & timor. Spes vero ad alta subuehit, timor autem cor inferius premit. Sed mola superior & inferior ita sibi necessario iunguntur, vt vna sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris vtique pectine incessanter debet esse spes & formido coniungi; quia in cassum misericordiam sperat, si non etiam timeat. In cassum iustitiam metuit, si non etiam de misericordia confidit quare hanc libertatem ex præsumptione diuinæ miserationis procedentem resecare contendens Ecclesiasticus, præsens consilium peccatoribus præbent dicens: *& ne dicas*, &c.

D. Bernard. — *Vana securitas multos condemnat.* — *Peccatores abutuntur misericordia Dei.* — D. Leo. — Rabanus. Deut. 24. v. 6.

VERS. VII.

Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius.

Sensus.

30. Misericordia, &c. q.d. Noli dicere magnam esse diuinam misericordiam, ad hoc vt illi nixus, frænum laxes in diuinæ legis transgressione. Nam sicut misericordia Deo proxima est, ita & iustitia, hæc vt festinet ad puniendum, illa ad miserendum, cum illis Deus vtitur ad diuinæ prouidentiæ gubernationem. Ira enim, se præbet Dei misericordia hominibus, sicut iustitia, misericordia miseros respicit ad parcendum, & iustitia festinat ad sceleratos puniendos, eaque à Deo missa, respicit ad peccatores, atque super eos quiescit perficiens quod iussa est, ac proinde ad illos non pertinet misericordia, sed tantum ad iustitiæ studiosos, &c.

Notæ.

Misericordia, &c. Pro *cito proximant*. Pagnin. legit παρ' αὐτῷ ταχυνεῖ, *apud ipsum properabit*. Et pro *requiescet* καταπαύσει. Fere eodem modo Vatab. Drusius tantum legit παρ' αὐτῷ, *apud ipsum sunt*. Ommittit ταχυνεῖ, id est, *properabit*. Vt inuenit in editione Aldi Basiliensis, & Romanæ, & sic vertendum putat. *ab eo sunt* miseri-

cordia & ira, id eſt, proficiſcuntur: & exiſtimat non legendum, iram apud eum feſtinare. Nam in his litteris Deus dicitur μακρόθυμος, id eſt, tardus ad iram, ſi tardus eſt ad iram, quomodo nunc ait, *apud eum ira feſtinat*? Nam ea verba innuunt Deum ad vltionem pronum eſſe, citoque iraſci. Quam lectionem & potiorem exiſtimo quod magis vulgatum explicet. nam idem eſt, *ab illo citò proximant.* ac *apud ipſum ſunt*, & ab illo proficiſcuntur, & in peccatores reſpicit ira eius. Græcè, ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καταπαύσει, *& in peccatores requieſcit ira eius.* Ita loquendo ſignificat homines improbos & ſceleroſos, & in ſuis peccatis obfirmatos, ad quos non miſericordia, ſed grauiſſima Dei ira vindictaque pertinet, eos Hebræi חטאים vocant. propterea in Complut. additur articulus ἐπὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς. alioqui omnes peccatores ſumus: & qui dicit ſe ſine peccato eſſe, mentitur, & veritas Dei non eſt in eo, vt dixit Ioann. Ep. cap. 1. v. 8. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.*

Illuſtratio prima.

31\. *Miſericordia & ira apud Deum ſemper morãtur.* *Pſal. 61. v. 10.*

MIſericordia enim & ira ab illo citò proximant.* Dicit ergo, *miſericordia, & ira* Dei apud ipſum ſemper morantur; & ita approximant ab eo, vt numquam à ſe ſeparentur. Illum ſemper comitantur, & his vtitur ad exequendam diuinæ ſuæ prouidentiæ diſpoſitionem. Hoc apprimè illuſtratur ex eo Pſal. 61. v. 10. *Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui: quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua,* idem eſt, *ſemel,* ac immutabiliter; quia ſemel loquitur Deus; & ſecundò id ipſum non repetit, id eſt, irreuocabiliter Deus eſt locutus duo hæc, quæ audiui de pœna malorum, & de præmio bonorum, vel *ſemel* & duo, id eſt, ſemel & bis, ſiue duabus vicibus, id eſt, ſæpius per Prophetas audiui, apud Deum eſſe *poteſtatem, & miſericordiam.*

Semel, idem quod immutabiliter.

Genebr. Geneb. intelligit poteſtatem iuſtitiæ, & bonitatem miſericordiæ, quæ duo doceat Deo conuenire ad remunerandum vnumquemque pro ſuis factis. Pro poteſtate in Heb. eſt, עז ghazaz, quod ſignificat robur, fortitudinem, potentiam, quæ poteſtas eſt puniendi violatorem, quæ ad attributum iuſtitię reducitur. Sic explicat Agell. quod enim ille ſemel locutus eſt, qui facere neglexerit, is ab eo punietur, cùm poteſtas illi adſit vlciſcendi ſuorum ſermonum violatores. Eodem verbo Heb. ait, Iſaias cap. 42. verſ. 25. *Et effudit* [Deus ſcilicet] *ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte bellum,* &c. Itaque idem eſt poteſtas, ac iuſtitia, vel ira, vel furor Dei, quo in ſceleratos animaduertit: habet enim iram, & poteſtatem ad effundendam & robur, ac fortitudinem ad exequendam poteſtatem ſuam, & effundendam iram, & indignationem in malos q. d. ira, & miſericordia citò Deo approximant, id eſt, apud Deũ ſunt, illum comitantur, ad remunerandum bonos, & puniendum ſceleratos.

Punire violatorem pertinet ad attributum iuſtitiæ. Agellius. Iſai. 42. v. 25. *Poteſtas idẽ, quod iuſtitia, vel ira.*

32\. Illud, *citò proximant*, haud dubium indicat officium bonorum ſeruorum, qui Dominis ſuis citò proximant, vt ex animo eorum voluntatem exequantur, bonos remunerantes, & malos punientes. Pari modo *citò proximant* Deo iuſtitia, & miſericordia, illum ſemper comitantur, vt voluntatem eius rectè perficiant. Diuinæ miſericordiæ præcipit Deus vt bonos præmijs decoret, quia peccata præcauêre, & legem Dei perfectiſſimè obſeruarunt. At iuſtitiæ, vel iræ, vel iuſto furori imperat Deus, vt in impios, & ſceleratos ſeuerè ac vehementer vindicet, & animaduertat, quia diuina præcepta impudenter tranſgreſſi ſunt. Cum igitur in præſentiarum reddat rationem Eccleſiaſticus præteritæ ſententiæ, monet, vt non effrænate viuant diuina miſericordia freti; quia ira, & miſericordia haud quaquam à Deo ſeparantur, ſed ſicut iuſti diuinæ voluntatis executores, vt eam perficiant, citò proximant. Nos diceremus. *Eſtan eſperando auerque es loque Dios les, manda para ponello en execucion.* Particula *citò* indicat celeritatem, & promptitudinem, qua ſerui herorum ſuorum voluntatem promptè exequuntur. Et in præſentiarum denotat iram & miſericordiam in Deo paratas, & expeditas eſſe ad perficiendam alacri animo voluntatem diuinam; ad hoc enim Deo proximant, vt *citò*, promptè, & ſine vlla cunctatione Deo obtemperent in remuneratione bonorum & in malorum punitione. *Citò proximant*, id eſt, expeditæ, & alacris diuinæ voluntatis ſignum expectant, ad illam exequendam. Ariſtot. lib. 2. de hiſt. anim. & lib. 4. de partib. anim. affirmat in animalibus habentibus ſanguinem & in omnibus hominibus, communiter fel cum iecore adiunctum eſſe. Iecur enim ſecundum naturam eſt conſolatiuum naturalis caloris. & fel iras prouocat & rancores. Quæ duo planè ſignificant Dei miſericordiam & iram. Miſericordia conſolatur, vt Pſal. 118. v. 76. *Fiat miſericordia tua vt conſoletur me.* Sed ira Dei præſumptiones diſſipat & conturbat Pſal. 178. *Fundamenta montium conturbata ſunt, quoniam iratus eſt eis.* Quare hæc duo ita coniuncta ſunt in Deo. Vt qui miſericordia abutuntur facile Dei iram incurrant. Ideò poſtquam dixit Sirach: *Neque adijcias peccatum*, &c. Subijcit: *Miſericordia & ira citò proximant.* Id eſt, proxime eſt enim ira miſericordia abutenti.

Quomodo miſericordia, & iuſtitia Deo proximant. *Non effrænate viuendũ propter Dei miſericordiam.* *Cito, quid denotat.*

Rurſus Τὸ *cito* Palacius variè explicat. 1. Cum peccatoribus, ira venit, quamuis tardiſſime veniat, cito veniſſe videtur: adeo enim demerſi ſunt in delicijs ſuis, vt breue videatur, quod longum eſt; ita enim cum nimis delectamur, aliquid videndo, audiendo, guſtando breuis omnis mora videtur. 2. Breuis eſt vita noſtra in tam breui ſpatio, nihil eſt tardum. 3. Omne peccatum ex natura ſua citam pœnam requirit, ſi cito illa non venit, id miſericordia Dei eſt, ſed aliquando permittit Deus pœnam iure ſæuire, nunc cita venit &c. Et licet originale vtatur verbo *properandi*, & *feſtinandi*, eumdem tamen ſenſum efficit. Nam ſicut ira, & miſericordia cito Deo proximant, vt re diuinum iuſſum præſtent, & efficiant. Sic, eædem properare & feſtinare dicuntur, cùm expeditæ & promptæ Deo proximant, & propius ad eum accedunt, vt eius iuſſiones exequantur.

Cito venit ira Dei in peccatores, licet tardiſſime veniat.

Exemplum promptitudinis diuinæ miſericordiæ ad iuſtos remunerandos proponitur nobis, Luc. 19. v. 5. Cum voluit Dominus Ieſus fidem Zachæi, & ipſum videndi amorem, & deſiderium remunerare; ait enim Lucas: *Suſpiciens Ieſus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe feſtinans deſcende quia hodie in domo tua oportet me manere.* Pẽde verbum *ſuſpicere*; quod ſicut effectiuum eſt, ita ſignificat miſericordiam exercere. q. d. Præcepit Ieſus miſericordiæ, vt Zachæo præmiũ deſiderij ſui perſolueret. quod re præſtitit, cùm Dominus ingreſſus eſt domum ſuã, & in ea manſit apud eum diuerſans. Vide Pſal. 101. v. 18. vbi ait Pſaltes *reſpexit* [Deus ſcilicet] *in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum*, illud *reſpicere*, denotat diuinæ miſericordiæ remunerationem.

Exemplum promptitudinis diuinæ miſericordiæ. Luc. 19. v. 5. Pſa. 101. v. 18. *Reſpicere, quid denotat.*

33\. Ergo non ſolùm miſericordia vt Deo proxima, ipſis iuſſis obtemperat remunerando iuſtos, ſed etiam ira paret præceptis Dei puniendo ſceleratos. Exemplum aliud nobis offertur Exod. 15. v. 7. Vbi narrans Moyſes vindictam, quam Deus de Ægyptijs, qui populum Iſraëliticum perſequebantur, ſumpſit, dixit in ſuo Cantico: *Miſiſti iram tuam, quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam*, q. d. Iram quaſi ignem efflaſti, qui deuorauit eos, non vt craſſiorem ſtipitem ac truncum, ſed vt leuiſſimam, & aridam ſtipulam. Non ſolum facilitatem, & velocitatem conſumptionis hac ſimilitudine ſignificat, ſed etiam omnifarium interitum: nam de lignis ſi comburantur: Carbones relinquuntur, at ſtipulæ conſumptæ in fauillas abeunt. Ergo ait Moyſes: *Miſiſti iram tuam*, id eſt, præcepiſti irę, vt in hoſtes populi Iſraëlitici animaduerteret, & de eis vindictam ſumeret: quæ diuinam perfecit voluntatem, ſiquidem deſcendit à Deo ira ſicut ignis, *& deuorauit* ſceleratos tamquam *ſtipulam.* Quæ conſumpta in fauillas conuertitur, & abit. Sic etiam alia his ſimilia exempla inueniuntur, quæ probant iram ſeu indignationem, & miſericordiam Deo proximare, vt eius voluntatem exequantur in bonorum remuneratione, & malorum punitione, &c.

Exod. 15. v. 7. *Mittere irã, quid.* *Ira à Deo deſcendit, ſicut ignis.*

Non erit abs re ſi hanc approximationem iræ, & miſericordiæ ad Deum intelligamus de vtriuſque inter ſe connexione, ita vt miſericordia numquam ab ira ſeparetur, & ſit. q. d. Feſtinat diuina ira ad peccatores in ſuis malis obſtinatos puniendos; ſed in ea feſtinatione, non procedit ſolitaria, ſed comite miſericordia, quæ tunc maxime elucet, cùm peccatores feriuntur cito, ne ſi diutius ſuis vacare ſceleribus permittantur, maiora ad ſupplicia reſeruentur. Simili modo loquendum eſt de miſericordia, quam ira Dei ſolet comitari, &c. Vtraque enim *cito* à Deo *proximant.*

Feſtinat diuina ira ad peccatores in ſuis malis obſtinatos puniendos.

Nota, & illuſtratio ſecunda.

34\. E*T in peccatores reſpicit ira illius.* Originale legit *requieſcet* Tygur. *& in ſceleroſos furor eius incumbit*, fere eodem modo Druſius. *Peccatores* hic non vocat Siracides homines, ſolum, vt ſic peccatores; omnes enim ſumus peccatores vt diximus, ſed ſceleratos, iniquos, impios, qui nefario ſcelere iura diuina effrænatè polluunt, ab ipſius inſtitutis impiè diſcedentes. In Græco eſt ἁμαρτωλοὺς, à verbo Originali: ΑΜΑΡΤΑ΄ΝΩ, quod eſt aberrare, rectam viam non tenere. inde, ἁμαρτωλός, peccator, vel peccatrix, qui prauum vitæ inſtitutum amplectuntur. In nouo teſtamẽto ſæpe trãsferunt peccatores, ſed eos, qui peccatis ſunt dediti, quare Montan. & Complut. legũt *peccatores*, quos ſequitur Druſius; ſed Tygur. *ſceleroſos*, ijs, ſcilicet, qui multis ſceleribus irretiuntur, & funibus peccatorum illaqueantur. Itaque *ira*, vel *excandeſcentia*, vt legit Druſius, in peccatores ſceleratos reſpicit ad ſe de illis vlciſcendum. Palacius, vt leo fameſcens in obiectum ſibi cadauer reſpicit, in illud cupiens inſilire. Ita ira Dei in ſcelera noſtra coniectos oculos habet, geſtiens in illa deſilire: & deſiliens, cum per miſericordiam Dei, non ſibi facultas denegatur.

Peccatores idem hic, ac ſcelerati.

Optimè hoc illuſtratur ex eo Pſal. 24. verſ. 19. Vbi ait Dauid rogans Deum: *Reſpice inimicos meos; quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me.* Noſter Lorinus, vel, orat conuerſionem inimicorum, vel punitionem, q. d. Vindictam ſume de hoſtibus meis, qui mille ſceleribus implicati, & te offendunt, & me perſequũtur; illis grauiſſimam vt merentur animaduerſionem conſtitue, &c. Vide Iob 40. v. 7. vbi ait, *Reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo.* Nam vt explicat D. Gregor. lib. 32. Moral. cap. 7. *Superbi ex reſpectu Domini confunduntur.* Paulò autem ſuperius inquit: *Duobus autem modis à Domino peccator vnuſquiſque reſpicitur, cum aut à peccato conuertitur, aut ex peccato punitur. De reſpectu enim conuerſionis dicitur: Quia reſpexit Dominus Petrum, & recordatus Petrus verbi Ieſu, fleuit amarè. De reſpectu vltionis rurſus dicitur: vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Vtriſque autem modis in humilitate arrogans ſternitur. Quia aut pœnitendo cognoſcit culpam, aut pereundo percipit pœnam.* Itaque officium iræ Dei eſt in ſceleſtos homines vindicare. Multa exempla in ſacra Pagina inueniuntur, in quibus oſtenditur iram Dei reſpiciendo peccatores confundere & vindicare. Nam vt inquit Pſaltes Pſal. 33. verſ. 17. citante Gregor. *Vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* q. d. Ira & indignatio Dei (nam in vultu lucet, dum mutato vel ſeuero vultu eos reſpicimus, quibus iraſcimur.) ſuper eos, qui ſceleribus implicantur, & ſuper omnes, qui faciunt mala, id eſt, contra eos obfirmatus vultus indignationis eius, & ſeueritas illa ſcelerum vltrix, vt eorum nomen atque memoriam de terra perdat. Sic perdidit Iſraëlem, *cum miſit in eos iram indignationis, indignationem, & iram, & tribulationem immiſſionis per Angelos malos.* Pſal. 77. v. 49. Ergo cùm Domini ira reſpicit peccatores, eos ſcilicet, qui impiè à Dei inſtitutis diſceſſere, mittit indignationem ſuam, vt Deus vindictam ſumat, illos grauiſſimis afficiendo ſupplicijs, &c.

35\. Pſal. 24. v. 19. *Ira Dei reſpicit ſceleratos vt in eos animaduertat.* Lorinus. Iob 40. v. 7. *Reſpicere Dei idem, quod confundere, & conterere.* D. Gregor. *Officium iræ Dei eſt in ſceleſtos vindicare.* Pſal. 33. v. 17. Pſal. 77. v. 49.

VERS. VIII.

Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.

VERS.

VERS. IX.

Subitò enim veniet ira illius & in tempore vindictæ disperdet te.

Sanctorum Patrum testimonia circa has sententias.

36. D. August. SAnctus Augustinus to. 4. lib. vnico quæst. Euangelicarum secundum Matt. quæst. 11. inquit, *sed magis eos decepit spes dilationis, dum se diutius victuros putant, & perditos mores aliquando in melius mutaturos. Contra quos dicitur:* Ne tardes conuerti ad Deum, neque differas de die in diem, &c. Et in lib. 50. Homil. hom. 13. *Promisit enim tibi quoniam quo die conuersus fueris oblitiscetur malæ tuæ præteritæ, sed numquam vitam crastini diei promisit tibi.* Vide tom. 10. de verbis Domini, serm. 16. & tandem sermone 102. de tempore ad conuersionem omnes adhortatur, ne ad extremum vitæ tempus differamus, & titat hanc sententiam vocans Ecclesiasticum prophetam, & subdit: *O homo, quare differs de die in diem, forte habiturus hodie vltimum diem*, &c. D. Hieronymus tom. 8. in cap. 2. Epistolæ ad Romanos super id, *An diuitias bonitatis*, &c. *Bonus*, inquit, *est*, Deus, *expectando, iustus est puniendo*; vnde admonet Prophe- D. Hieron. D. Ambros. ta, *non tardes conuerti ad Dominum*, &c. D. Ambrosius tom. 5. lib. de pœnitentia cap. 27. ait, *Neque ita conuersionis nostræ consilium temporis delectationibus prolongemus, vt sub scientia peccandi, & delectatione pereundi vsque ad extremam ætatem nos in voraginem criminum demergamus cum viuendi nobis vsum à diuina dignatione collatum, qui terminus claudat, habeatur incertum. Et forsitan, hoc, quod aut primum putatur, aut medium imminentis occidui meta iam limitet, sicque debitus finis indignantis Domini ex conuersionis tarditate vocatio, quandoquidem ex admonitione rumpendarum in conuersione morarum propositum videatur Oraculum, non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Hæc sententia perspicua est indigens solum illustratione. Sensum priùs reddamus, vt possimus sententiam apta illustratione decorare, quia illustris est.

Sensus.

NOn *tardes conuerti*, &c. q. d. Ne ita cõuersionem tuã differas, vt in aliud tempus reijcias eã, quia si pœnitentiam de peccatis procrastinaueris ob speratam diuinæ vltionis longiorẽ dilationem, subito iram Dei experieris, nam inopinato ac citius opinione vltio tibi obueniet, quæ ita disperdet te, vt eam effugere aut superare nequeas. Itaque oro te vt protinus ac te Deus vocauerit, respondeas, & cordis conuersionem non producas, ne subito diuinæ vindictæ rigorem pericliteris, & non solum omnium bonorum tuorum iacturam facias, sed etiam in æternum disperdaris, &c.

Notæ.

37. PRo *non tardes*, est in Græco μὴ ἀναμεῖνῃς *ne cunctare*, vel ἀναμείνῃς, *ne cuncteris*, & mox, ἕως κυρίου, pro eo quod in alijs ἕως κυρίου. Huc refert dictum Eleazari cuiusdam hominis Hebræi, quod in illustratione prima referemus. Pro *subito* est in Complut. ἐξαπίνης LXX. ἐξαπίνα, *derepente*, veniet *ira Domini*, id est, vindicta, siue supplicium, aut animaduersio in peccatores. *Et in tempore vindictæ disperdet te*, videtur legisse interpretes: ἐξολοθρεύσει vt aduertunt illi, qui notas compositerunt ad editionem LXX. idem annotant, in alijs esse ἐξελῇ, vel à verbo ἐξαιρέω, quod est, excipio, eruo, expugno, vel à verbo ἐξελαύω, quod est, expello, etumpo, effero. Alij ἐξελῇ, quod est, peribis, expelleris, eijcieris, exterminaberis. Sic legit Drusius, & ait, consentiunt in hac Scriptura codices omnes impressi, quos quidem mihi videre contigit. Sed melius omnibus interpres vulgatus, *disperdet te*. Nam verbum Græcum ἐξολοθρεύω significat disperdere, exterminare. *Diem vindictæ* vocat, vel diem iudicij particularis, vel certè vniuersalis.

Illustratio prima.

NE *tardes*, &c. Celebris est hæc sententia ad indicanda procrastinationis damna, quæ multa sunt. Nullo enim pacto cordis à peccatis conuersio producenda est, sed statim facienda, quia ignorat homo quando sit moriturus. q. d. ne procrastines, reijciasque in aliud temptus tuam conuersionem. Huc refert dictum cuiusdam Eleazari hominis Hebræi [referente Ioanne Drusio] qui interrogatus à discipulis, quando resipiscendũ esset, respondit, die vno ante mortem. Cum illi dicerent, se nescire quando morituri essent, propterea, inquit, hodie resipiscendum est, nam fortasse eras moriemur. Optimum respon- Drusius. Hodie resipiscendum quia fortasse eras morimur. sum, quo docemur tempore opportuno pœnitentiam agere, ne si illam procrastinemus, numquam conuertamur. Dauid Psal. 118. vers. 59. Psal. 118. v. 59. Nullam moram pœnitentiæ interponendam esse suo exemplo demonstrat: *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum & non sum turbatus vt custodiam mandata tua*: Vbi ex Hebræo legitur. *Festinaui, & non tardaui custodire mandata tua*, illud *cogitaui* & diligenter expendi: Et *non tardaui*, id est, nec moram feci nec distuli conuersionem meam. Quia vt eleganter D. August. tom. 10. serm. 71. ad fratres in eremo inquit; *Qui tardat conuerti periculum facit animæ suæ, quia mors non tardat: quæ si tardantem conuerti inueniet, ad tormenta deducit eum; dissoluta & paralytica cogitatio est, de crastina cogitare conuersione, & hodiernam negligere. Quid tu, peccator conuerti dissimulas & non metuis, ne mors repentina subripiat diem conuersionis.* Et paulo inferius: *Satis*, inquit, *alienus est à fide qui ad agendam pœnitentiam tempus senectutis expectat. metuendum est ne dum sperat misericordiam, incidat in iudicium.* Finit sermonem dicens: *Festinare debet ad Deum conuertendo, dum potest vnusquisque: ne si dum potest, noluerit, omnino cum voluerit non possit.* Ideò optime dixit Osseas cap. 13. v. 9. *Perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum.* q. d. Perditio, reprobatio, obduratio, & damnatio nõ est propriè Eleazarus. Qui tardat conuerti periculum facit animæ suæ. D. August. Osee. 13. v. 9.

proprie & per se ex Deo pendente, reprobante, obdurante, & damnante, sed ex homine peccante, seque in peccatis vsque ad finem vitæ obdurante, S. Prosper. Aquitan. in Capitula Gallorum in sententia super cap. 7. Agens de reprobis inquit: *Gratia Dei non prius eos deseruit, quam ab eis desereretur, & quia hoc ipso voluntaria facturos præuidit defectione, ideò in prædestinatione, electione illos non habuit.* Hinc est quod peccator festinare debet ad præmaturam conuersionem. D. Prosper. Aquit.

39. Pœnitentia non differenda, sed statim efficiẽda Psal. 94. v. 8 Origen. Ergo pœnitentia peccatorum minimè in posterum differenda, sed dum præsens sæculum durat efficienda. *Si enim hodie vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Vt dixit Psalt. Pf. 94. v. 8. nã *hodie* præsens sæculum intelligitur, vt explicat Origenes, dum enim præsens hæc vita durat pœnitentiæ tempus concessum est, vel sicut alter Græcus auctor exponit: *Hodie* proprie dictum est, vt ne quis, præsenti relicto in posterum tempus, pœnitentiam differat. Nouit diabolus difficile esse vt fidelis vir auribus admittat à Deo discessionem: Itaque artibus ac fraudibus aggreditur decipere, & petit hodiernum diem sibi, crastinum Deo, sed Dominus è diuerso clamat: *Hodie si vocem audieritis*, &c. Quare ipse Dauid in agenda pœnitentia cæteris antecessit, dicens: Psal. 118. vers. 67. *Priusquam humiliarer ego deliqui.* Verbum *delinquendi* de eo dicitur, quem facti sui pœnitet, & quem erasse dolet, ac se piaculo obnoxium esse intelligit. q. d. Antequam humiliarer, & disciplinæ legis tuæ subderem, sæpe delinquebam, ac mei facti me pœnitebat, & me peccasse dolebam. Non procrastinabat Dauid pœnitentiam, sed illam sponte agebat, ne differendo eam in posterum, tempus opportunum non inueniret, & impœnitens discederet. Quare monuit Christus, Joan. 12. v. 35. *Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant*, quod licet intelligatur, de ipso Christo Domino, qui lux erat, quæ illuminat omnem hominem, q. d. Dum Christus viuit occasionem salutis æternæ captate, ne moriatur, & in tenebris ambuletis. Sed D. Chrysost. illud, *dum lucem habetis*, explicat de præsenti vita, id est, ambulate in diuinæ, legis obseruatione, dum vita præsens durat, quia si pœnitentia in tempus futurum relinquitur, veniet, subito mors, & in tenebris inuoluemini, in damnum procrastinationis. Pœnitentia non differenda, sed statim efficiẽda Psal. 94. v. 8 Origen. Cum anima à Deo deseritur moritur. Occasio salutis captanda. D. Chrysost Ioan. 12. v. 35.

40. Matth. 8. v. 22. Rursus Matt. 8. v. 22. Quidam adolescens à Christo Domino vocatus, cum iam esset discipulus electus, dixit illi. *Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum Iesus autem ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quomodo mortui sepeliunt mortuos suos, nisi ab impijs, & mortuis Deo humantur cadauera defunctorum? Quia sicut moritur Caro dum deseritur ab anima, ita rursus anima cum deseritur à Deo, q. d. (explicat S. Paschasius Ratbertus in Matt. lib. 5.) D. Paschas. *Tu, qui fide viuis, & mortuus sæculo probaris, nihil tibi cum mortuis, ideo illud consortibus relinque, tu autem vna cum electis sequere me in vitam, alioquin cum mortuis, deputaberis. Hæc non quod funera defunctis abneget, sed vt doctrinam vbique credentibus aperiat. Neque vt ab officio patris filium reuocet, sed vt à consortio impiorum eum secernat, & omnia pro tempore pro doctrinã pro officio mistice dispenset.* Imitatus est, D. Ambros. statim citandum, qui dixit: *Noli inter mortuos habitare, qui viuis.* D. Ambros. Cum anima à Deo deseritur moritur.

Sed quæro, cur Christus Dominus ita eum à sententia remouet, sepeliendi patrem suum? numquid interdicitur filijs, parentes suos humare? Nonne officium pietatis est, mortuos in sepulchris condere. Quare hic adolescens à Christo Domino arcetur, ne corpus patris terræ mandet? Abulensis respondet, quod licet esset licitum patrem sepelire, Christus non permisit hoc discipulo, quia per hoc poterat impediri; ab eo quod Christus volebat, scilicet à prædicatione Euangelij, vt Lucas affirmauit cap. 9. Lyran. inquit, non fuisse denegatum discipulo pietatis opus, sed à sequela Christi impediebatur ex amore Carnali, ad parentes, &c. Estius respondet, Christum, hoc prohibuisse quia videbat hoc ei impedimento futurum ad se sequendum, quod retinendus forte esset, & à sancto proposito auocandus hortatibus & blandimentis propinquorum. Et cupiditate hereditatis paternæ. Fere eodem modo D. Chrysostomus. D. Ambros. tom. 2. in Psal. 44. ait, *Prohibet vt discipulus suus sepeliat patrem, quia æterno Patri, sine cessatione debet esse intentus.* Tandem D. Petrus Chrysol. serm. 19. ait: *Non pietatis obsequium negat, sed diuinam præponit humanis affectibus seruitutem.* Cur Christus adolescẽti non permisit sepelire patrem suum. Abulensis. Lyra. Estius. Ambros. D. P. Chrys.

41. Ego tamen respondeo rationem, quare Christus Dominus huic adolescenti à sepeliẽdo patre prohibuerit, esse, velle illum conuersionem suã non procrastinare, nec pœnitentiam differre, ne esset periculum in mora. Hic nondum erat discipulus, sed vocatus à Christo vt ad se conuerteretur, & ageret pœnitentiam anteactæ vitæ, cum ergo videret Jesus eius salutem in magnum venire discrimen, si ab incepta discederet conuersione, petitionem adolescenti negauit quia si illã concederet à conuersione retraheretur, & eam pro crastinando in posterum tandem sine pœnitentia discederet, & condemnaretur: vt autem adolescentem tutum redderet, petitionem illi denegat, sicque in tuto sine metu ac periculo collocat: effectus sane est diuinæ misericordiæ aliquando negare quod petitur, vt hoc exemplo probat D. Auguste. serm. 6. de verbis Dom. qui inter alia ait: *Piè quidem excusauit, & ideo dignior, cuius excusatio remoueretur.* Conuersio non differenda, quia est periculum in mora.

Insuper cum Ioan. prædicasset, *iam securim ad radicem arboris positam esse.* Matt. 3. v. 10. subdit: *Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Vbi non ramis minatur Ioannes, vt ait, D. Chrysost. aut fructibus, sed ipsi radici, ostendens, illos si forte neglexerint immedicabiliter feriendo, & ne spem quidem curationis esse habituros. Cauet ergo peccator pœnitentiæ fructum tunc proferendum differat, cum arborem securis extremis ictibus percusserit. Nam occidente sole, id est, vita, productus, fructus forsitan acerbus erit, neque ad maturitatem pertinget, hoc est, ne differat homo pœnitentiam in mortem, quia hæc mora periculum subijt, &c. Eleganter hoc confirmat Cordubensis Seneca lib. de breuitate vitæ cap. 4. cum ait: *Non pudet te reliquias vitæ tibi reseruare, & id solum tempus bonæ menti destinare, quod in nullam rem conferri possit? quam serum est tunc viuere incipere, cum desinendum est? quæ tam stulta mortalitatis obliuio in quinquagesimum, & sexagesimũ annum differre sana consilia: & inde velle vitam inchoare, quo pauci perduxerunt?* afferamus tamen aliqua pro crastinationis damna ex prophanis: Matth. 3. v. 10. *Arbor non ferens fructũ excidetur.* D. Chrys. Pœnitentia non differenda in mortẽ. Seneca.

Il-

Illustratio secunda.

42 *Procrastinationis damna.* Causinus.

CVm noster Nicol. Causin. li. 7. parab. Hist. vellet significare in mora esse periculum, partum refert Echini, vulgo. *El erizo de latierra.* Echinus, inquit, animal est, vt omnes norunt, à culmorum segete circumuallatum, illud cum Catulos concepit, partum diu remoratur, asperitatem videlicet stimulorum, & Lucinæ angores pertimescens: Sed tamen quo segnius differt, eo grauioribus angitur pœnis. Ita temporis incrementis fœtus asperior maternam aluum lancinat. Sic Diogenianus centuria 4. adag. 91. Quam historiam applicans, inquit, nulla imago commodior ad eorum mores exprimendos, qui suscepto semel hexomologeseos (id est, confessionis sacramentalis) consilio, inertia interim obrigescente differunt, & rem cætero qui leuem sibi indies faciunt grauiorem. Pierius lib. 8. inquit: Atque hoc tam prudens alioqui animal, in opportunitate captanda, & periculis euitandis ingenio & natura præmunitus, damni tamen alicuius ob procrastinationem ingruentis, hieroglyphicum est, si illi fœtus adijciatur suus, &c. Quod significat non procrastinandam esse conuersionem in finem vitæ, tunc enim dilata conuersio animam lancinare solet, vt in æternum pereat. Quare non tardandum conuerti ad Dominum, nec de die in diem differendum, &c. Vnde dixit D. Bernar. de modo bene viuendi serm. 27. *Priusquam dies mortis adueniat tibi, pœnitentiam age. Antequam puteus te absorbeat pœnite. Priusquam infernus te rapiat, peccata tua luge. Priusquam in profundum inferni mergaris, negligentias tuas plange. Vbinam non est locus indulgentiæ,* &c. *Qui autem male viuit, & in morte pœnitentiam agit, sicut damnatio illius est incerta, ita & remissio illius est dubia,* &c.

Diogenian. *Echinus signat procrastinationis damna.* Pierius. *Dilata conuersio animã lancinare solet.* D. Bernard.

43 *Corui vox procrastinationis hieroglyphicum.* Hist. Eccles.

Inter alia etiam hieroglyphica, vox corui celebris est ad significanda procrastinationis damna fundamentum sumptum est, ex lib. 4. hist. Eccles. vbi cum referatur ingens Arrianorum contra D. Anathasium persecutio dicitur, coruum forte fortuna versus eum volitantem crocitasse, turbamque gentilium casu astantem eum, tamquam præstigiatorem irrisisse, atque adeo postulasse, vt quid dixisset coruus, eis memoraret. Illum autem leniter subridentem dixisse, cras, quod Latino sermone diem proxime sequentem significat. Quare cum istam vocem emiserit, obnuntiat vobis diem crastinum vobis peracerbum fore, prẹmonstrat enim vobis mandato Imperatoris prohibitum iri, ne vestrum diem festum, qui proxime sequitur, celebretis. Quæ Athanasij prædictio licet ipsis videretur ridicula, vera tamen extitit. Hinc ortum est (inquit Vlysses Aldrouandus Ornithol. lib. 12.) vt homines differre paratos & procrastinatores, coruos imitari, vulgo dicamus, & coruinum cras canere. Hoc confirmat D. August. tom. 10. serm. 16. in Euang. Sec. Matt. cap. 11. De verbis Domini, aiens: *Scio ego, & mecum omnis homo qui paulo attentius considerauerit neminem Deum timentem sub verbis eius non se corrigere, nisi qui putat, quia plus habet viuere cras, cras, & subito ostium clauditur. Remansit foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum.* Quare monuit Poëta:

Cras coruũ diem proxime sequentẽ significat. Vlysses Ald. D. August.

Lucan. 22. *Tolle moras, sed semper nocuit differre paratis.*

Nociua enim est mora coruina ei, qui tardat conuerti ad Deum, & procrastinat de die in diem pœnitentiam suam, &c. *Coruina mora nociua.*

Ergo qui hanc procrastinationem prohibet, dæmon est, serpens astutus, qui conatur præsens tempus sibi dari, & crastinum Deo, cuius conatus irritos facere necessum est, ne nos in fraudem inducat, & verbis suis moram interponens pœnitentiam in finem vitæ protrahamus, & salutis æternæ iacturam faciamus. Leganter hoc obseruauit D. Basilius hom. 13. de exhortat ad baptism. dicens: *Vnus est prohibens* [dæmon scilicet] *qui nobis ad salutem obstruit viam, quem omni studio ac prudẽtia vitare oportet. Ille inquam torporem ac desperationem nobis inijcit, nos ad opus sanctum exurgamus. Ille vana spe corda nostra deludit, ipsius ergo cogitationes non ignoremus. An non hodie peccare, cras vero iuste agere, pietatem differre, nos exhortatur? Idcircò Dominus eius occurrens insidijs. Hodie,* inquit, *si vocem meam audieritis, nolite obdurare corda vestra. ille vero ait. Mibi hodie, cras Deo, Dominus contra: Hodie vocem meam audite. Serpens est ad decipiendum, hodiernum tempus nobis furatur astute, & spem facit crastini postquam crastinus venerit; rursus malus diuisor sibi hodiernum, crastinum vero Domino dari petit. Sic continuo diem de die trahens voluptateque præsenti, & spe frugis, nostram subducit latenter vitam.* Hoc confirmat Philo Iudęus lib. de sacrif. Cain, & Abel vbi ait, illos quibus dicitur vt auxilium à Domino petant *ridere, & cauillare redamantes in crastinum ista,* &c. Vt ergo huic sententiæ suggestioni occurramus, remedium est voci Domini obedire, & protinus vt nos vocauerit, illi obtemperemus, non tardando conuerti ad illum, nec differendo de die in diem, &c.

44. *Dæmon est serpens astutus.* D. Basilius. *Dæmon prohibet nobis obtinere salutem.* Psal. 94. v. 8. *Dæmon postulat sibi hodiernum diem, & crastinum Deo.* Philo Iud. *Voci Domini nobis obediendum.*

Illustratio tertia.

VErbum igitur *tardare*, indicat repugnantiam nostræ voluntatis, cum in fraudem ab hostibus deducta est, tunc enim cunctatur, & subsistit conuersionem suam procrastinando, & de die in diem illam producit, voci Dei non obtemperando. Anima enim sicut nauicula est, quæ in fragili ligno corporis vastum solet æquor sulcare. Cum venti secundi sunt, plenissimis velis nauigat; sed aliquando detinetur, cum aduersis vtitur ventis, aliquandoque cum ei pisciculus Remora adhæret, quia à remorando dicitur: Jllius naturam eleganter describit. Plin. lib. 32. cap. 1. qui cum dixisset ventorum violentiam impellentem nauigia, incipit, prædictum caput: *Tamen omnia hæc pariter que eodem impellentia, vnus ac paruus admodum pisciculus, Echeneis appellatus, in se tenet? Ruant venti licet, & sæuiant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, & cogit stare nauigia, quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irreuocabili iactæ. Infrænat impetus, & domat mundi rabiem nullo suo labore, non retinendo aut alio modo, quam ad hærendo. Hæc tantilla vis, est satis contra tot impetus vt vetet ire nauigia,* & lib. 9. cap. 25. inquit: *Hoc carinis adhærente naues tardius ire creduntur, inde nomine imposito.* Huius pisciculi mentionem facit D. Basil. in exham. ho. 7. ad magnificandum creatorem, & demonstrationem ipsarum virium creatoris faciendam. Quid hæc Remora significat nisi voluntatem humanam à dæmone humani generis hoste deceptam, blandicijsque & voluptatibus carnis illectam, & inductam; hæc, cum animus veluti nauigium

45. *Verbum tardare, quid.* *Anima nauicula, &c.* Plinius. *Natura pisciculæ remoræ.* D. Basil. *Remora voluntas humana.*

nauigium se in nauigationi huius seculi committit, vela ventis pandens, tamquam remora ei adhærens, vires compescit, & cogit stare nauigium, ne nauigandi fœlicitate vtatur; sed retardat, & remoratur, vt conuerti ad Dominum nequeat. Forte hoc attingere videtur D. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 8. cum ait: *Idcirco itaque mens reproba præsentis vitæ cursum æstimare non sufficit, quia admirationi illius ex amore succumbit.* Quare non obsequendum voluntati, cum à dæmone illecebris, & voluptatibus infecta est, tunc enim animam ad conuersionem remoratur, & retardat, quod periculosum est.

D. Gregor.

46. Tandem cum inquit Sirach *ne tardes, & ne differas* periculosam esse moram indicat in agenda pœnitentia, nam cum homo cunctatur in reddenda conuersione, displicet Deo, & euenit ei, quod Caino, cuius sacrificium non accepit Deus, quia fecit moram in illo offerendo, ait, enim sacra Pagina Gen. 4. v. 3. *Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.* Hi *multi dies,* significant negligentiam, & tarditatem conuertendi se ad Deum, vt notauit Philo Iudæus in lib. de sacrificijs Abelis, & Cain, quam tarditatem vocat ipse crimen: *Duplex,* inquit, *se ipsum amantis crimen. vnum quod post aliquos dies, non continuo gratias egit Deo: alterum quod de fructu obtulit, non de primo fructu, oportet eos, qui boni aliquid faciunt prouolare ante alios, & incunctanter amoliri impedimenta omnia,* &c. Quod repetit D. Ambros. lib. 1. de Abel, & Cain cap. 7. *Duplex,* inquit, *culpa, vna quod post dies obtulit, altera quod non exprimis fructibus,* &c.

Mora in agenda pœnitentia periculosa. Gen. 4. v. 3. Philo Iud. *Tarditas in conuersione crimen.* D. Ambros.

47. Jtaque non procrastinandam, neque differendam conuersionem propter periculum, quod imminet ei, qui tardat, & differt de die in diem. Sicut enim sacrificium Caini Deus non acceptauit; sic conuersiò vel pœnitentia crastina, id est, importuno tempore producta, non accipitur à Deo, sed repudiatur in damnum procrastinatoris. Eleganter Epigramate hoc confirmauit ille alius poëta à Iosepho Langio relatus, dicens:

Non differenda conuersio. Ioseph Langius.

Crastina qui differt meliorem in tempore vitam.
Quis recte hunc dicat consuluisse sibi?
Non qui promisit veniam, si crimina plangas
Crastina, promisit tempora certa tibi,
Qui piger est hodie superi ad mandata monarchæ
Ipsius obsequio cras minus aptus erit,
Emporij tempus nunc est: si fluxerit illud.
Postea iam nulli quærere lucra licet.

Ergo cum quis immoratur conuerti ad Dominum & producit de die in diem, non solum non consulit sibi, sed nec potest sibi veniam polliceri, siquidem eueniet ei, quod sibi damno erit, nam numquam est procastinandum. Sicut Alciatus Embl. 3. docuit, inquit, enim.

Qui moratur conuerti non potest sibi polliceri veniam. Alciatus.

Altiatæ gentis insignia sustinet Alce,
Vnguibus, & μεδεν fert ἀναβαλλομένῳ
Constat Alexandrum sic respondisse roganti
Qui tot obtinuisset tempore gestat breui?
Numquã, inquit, differre volẽs, quod & indicat Alce.
Fortior hæc, dubites, ocyor anne fiet.

Hoc peccatori consilium præbet Ecclesiasticus: *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem* hanc tuam conuersionem, ne tibi contingat, quod iam subijcio.

Illustratio quarta.

SVbito enim veniet ira illius, id est, præter spem, vel repente adueniet ira Dei, q. d. Nec opinantes, nec cogitantes, nec quicquam suspicantes, comprehendentur, & in eis vindicabitur. Sicut dicit Isaias cap. 30. vers. 13. *Quoniam subito dum non speratur, veniet contritio eius.* Quod colludit cum eo Prou. 6. v. 15. *Huic ex templo veniet perditio sua, & subito conteretur.* Id est, subita illum inuadet ruina. Ita enim accidit, vt eos, qui præuisa, & diu meditata admittunt flagitia, improuisa, & inopinata ruina opprimat. Illud ex *templo,* idem est, ac subita & non meditata perditio, & propterea grauior. Nam cum iacula præuisa minus feriant, ea certe, quæ non præuidentur grauiorem ictum imprimunt. Tygur. *Nam ira Domini repente erumpet.* Verbum *erumpere* significat impetu maximo rumpere, sicut qui aquæ obijcem amouere solet: Sic ira Domini repentino impetu aduersus procrastinatorem erumpet, ad eum puniendum, & vindicandum, Ioann. Drus. *de repente enim egredietur ira Domini,* id est, vindicta, siue supplicium, aut animaduersio in peccatores ex ore Domini egredietur, cum sententiam condemnationis in morte pronuntiauerit, &c. In originali additur: *& cum negligens fueris detereris,* quod in vulgato desideratur. Tygur. explicatius: *rerumque securus profligaberis.* Drusius autem ad voluntatem vulgati se confirmat, non legens hoc hemistichium, quamuis recitet Camerarium, qui transtulit: *Et cum negliges extirpaberis.* Hoc haud dubium additum est ad vim sententiæ augendam, illos enim, qui negligenter viuunt diuinæ immemores vindictæ, solet repentinus diuinæ vindictæ impetus comprehendere, & profligare, seu extirpare, ideoque hoc hemistichium ab originali additur, quod vulgatus non approbat. Hoc confirmat D. Hieron. sup. Am. cap. 1. v. 3. *Super tribus sceleribus Damasa,* &c. Dicens: *expectaui multo tempore vt Damasceni de suis sceleribus agerent pœnitentiam, & ideò nolui punire peccantes, vt aliquando conuersi reciperent sanitatem: verum quia tertio, & quarto eadem faciunt, cogor mutare sententiam, & plagis corrigere delinquentes.*

48. *Subito venit ira Dei procrastinationi.* Isai. 30. v. 13. Prou. 6. v. 15. *Erumpere, quid.* *Ira Domini pro vindicta sumitur.* *Quos negligenter viuunt solet repentina vindicta comprehendere.* D. Hieron. *Non vult Deus punire peccantes, vt conuersi recipiant sanitatem.*

Illustratio quinta.

COncludit igitur Sirach, dicens: *Et in tempore vindictæ disperdet te* Tygurina & Drusius, *& tempore vltionis peribis. Disperdi* enim & *perire* idem est, significatque supplicium procrastinationis esse. Disperdi, & perire peccatorem in tempore, quo Deus de peccatoribus vltionem sumat, in illo enim, vt ait Drus. eijcientur, & exterminabuntur. *Diem vindictæ* appellat, vel diem mortis, in quo Deus iudicat hominem, vel diem iudicij cum Dominus ad iudicandum venerit. De hac vindicta loquens Dauid Psal. 57. vers. 11. Ait, *lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Lætabitur iustus non tam de vindicta, quam ob iustum Dei iudicium, qui in se sperantium fidem non frustratur, & iniquorum hominum vires, atque potentiam comprimit, ne viris bonis noceant. *Et lauabunt manus suas.* Ad denotandum illos esse immunes à pernicie & exitio peccatoris, retribuentes Deo

49. *Supplicium procrastinationis, quale.* *Dies vltionis est dies mortis.* Ps. 57. v. 11. *Lauare manus, quid.*

 scele-

scelerum omnium vindictam, &c.

Ad huius hemistichij illustrationem sufficiat illud testimonium Jerem.cap.46.v.10. Vbi ait: *Dies autem ille Domini Dei exercitium, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis; deuorabit Gladius, & saturabitur, & in ebriabitur sanguine eorum.* Diem Domini vocat diem illum postremum, (secundum mysterium dico, nam secundum litteram de clade Iudæorum) in quo Deus peccatorem hominem non expectabit ad veniam, sed sibi suo furori satisfaciet, sic iudicium appellat Paulus diem Domini 1. Corint.3. vers.13. *Dies enim Domini declarabit.* Id est, dies iudicij. Itaque ait, Ecclesiasticus in eos, qui conuersionem suam crastinauerint differentes de die in diem vsque ad mortem pœnitentiam suam, Deum animaduersurum, & de illis vindictam sumpturum eijciendo, & exterminando eos, vbi in æternum pereant quare vnicuique consulit: *Non tardes conuerti*, &c.

[Margin: Ier.46.v.10 — *Dies Domini, qualis.* — 1.Corint.3. v.13.]

VERS. X.

Noli anxius esse in diuitijs iniustis: non enim proderunt tibi in die obductionis, & vindictæ.

Sensus.

50. Noli anxius, &c. q.d. Iam tibi superius suadere contendi, ne animum adijceres, nec confideres diuitijs male acquisitis, quia sicut qui calamo quasato innititur manum suam vulnerat, & perforat, sic qui diuitijs male partis nititur, ab eis lætaliter sauciatur. Nunc autem hortor te, ne sis sollicitus in diuitijs per nefas acquirendis, id est, nimio angore cruncieris incomparandis diuitijs, quæ male, & iniuste acquiruntur. Nam emolumentum nullum capies ex eis, sed potius tibi erunt detrimento in die iudicij, cum Dominus te ad iudicium vocauerit. in die enim vltionis, in quo redditurus es rationem vitæ tuæ, diuitiæ male partæ te ex manibus suis non liberabunt, sed ex eis condemnaberis, & æternas pœnas persolues, &c.

Nota, & illustratio prima.

Noli anxius esse, &c. In Græco est μὴ ἔπεχε *me epeche* quod in primo versu transtulit vulgatus: *Noli attendere*, noli respicere, noli confidere diuitijs male acquirendis, ne animum adijcias, aut spectes diuitias iniuste acquisitas, easque appetas, ne illis innitere, quia detrimentosæ sunt. Noster vulgatus melius legit. *Noli anxius esse*, sicut enim qui anxius est, procliuior est ad angiorem, id est, ad prementem, & discruciantem sollicitudinem, nam angor proprie est corporis, vel animi cruciatus: sic, noli *anxius esse*, noli sollicitudine, vel corporis, & animi cruciatu premi, & discruciari in acquirendis per nefas diuitijs. Sed da operam, vt ab his molestijs, angoribusque te abducas, ne tibi noceant in die mortis. nimia enim anxietudo prona ad luctum est, & mœrens, & finis eius tendit ad interitum. Ideò Dauid Psal.61. vers.11. dixit: *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere*, quem locum explicans B. Theodoret. inquit; *instar autem fluuij, videntes opes ad vestras domos confluere, nolite illis vestram mentem summittere.* Pende illud, *instar fluuij confluere*, significat enim diuitias multas per fas, vel per ne fas aquirere, & congregare, & qui *mentem summittit.* Sollicitudine cruciatur. Nam *cor apponere*, idem est, ac magni diuitias æstimare, & illis nimium fidere, & anxietate, sollicitudineque premi, vt eæ conseruentur. Ergo si acquisieris diuitias, noli earum sollicitudine premi, & discruciari. Nam, vt eleganter dixit: D.Petrus Chrysol. serm.29. *Auri furor ardentius humano feruet in pectore, quam caminus totus ignescit incendijs: & acrius homine, dissoluit in terra. Quam soluitur in calore flammarum. Crudelitatis Dominus, sæuus hostis, amando lædit, nudat vitando, ipsum etiam captiuat aspectum, fidem frangit, violat affectum, vulnerat charitatem, turbat quietem, adimet innocentiam, docet furtum, suadet fraudes, imperat latrocinium*, &c.

[Margin: *Angor est animæ, vel corporis cruciatus.* — Psal. 61. v.11. — Theodoret. — *Multæ diuitiæ per nefas non acquirendæ.* — D.P.Chrys. — *Auri furor ardet in pectore sicut ignis.*]

51. Sed hanc vituperandum indiuitijs iniustis comparandis, anxietatem demonstrat, D.Ambros. serm.64. de diuite auaro Domin. 8. post Pentecost. tom.5. explicans id Luc.12.v.18. *Quid faciam*, &c. *Destruam horrea mea*, &c. *Angustatur*, inquit, *ex abundantia, constringitur, & coarctatur ex opulentia. Terra ei non fructum copiam, sed curarum molestiam germinauit, ita vt curis, ac mœroribus stimulatus, egentibus, & esurientibus similes perferat cruciatus. Denique & egeni vox ista est; quid faciam vnde cibus*, &c. *Ijsdem cruciatibus pro sollicitudine facultatum, quibus pauper pro egestate torquetur. Vides diuitem, nec opimis copijs posse lætari, sed mentem eius absumit, ac soluit affluentia, dum nullo intellectu humanitatus admonitus sentire non potest, id sibi abundare, quod alijs deest.* Optime D.Ambros. hominis diuitis anxietatem depinxit, qui diuitias vel per fas, vel per ne fas congregauit, quem sapiens exhortans ad eas contemnendas incitat, ne anxietudine eorum animus deprimatur & discrutietur. *Ne attendas indiuitijs iniustis* legit Montan. vel ne eas respicias, vel *ne confidas*. Vt Tygur. nos diceremus: *do te fies de riquezas que ilicitamente puedes adquirir.* Drus. *ne innitere.* Diuitiæ enim sunt quasi calamus quasatus, quibus cum aliquis innititur. perforat manum suam, & sauciatus perit. quia manus, quæ eas recipit lætaliter sauciatur, & animus tandem perit. Hanc fiduciam comparat Rex Assyriorum arundini quasatæ, cum Ezechiam reprehendit, qui fiduciam suam in Rege Ægypti collocauerat, vt dicitur: 4.Reg.18. v.13. Et repetit Jsaias cap.36.v.6. *Ecce* (inquit *Rabsaces dux regis Assyriorum*) *confidis super baculum arundineum confractum istum, super Aegyptum, cui si innixus fuerit homo intrabit in manum eius & perforabit eam. Sic Pharao rex Aegypti omnibus, qui confidunt meo*, q. d. An auxiliares copiæ, quas promittit Ægyptius in eam te cogitationem impulerint. Nónne Ægyptius iste baculus, in quem incumbit Iudæorum fiducia arundineus est, idemque vanus atque confractus, cui si quis innitatur manum referet perforatam, & sauciam? sañe id sibi metuere, si sapiant, debent, qui salutem suam Pharaonis custodiæ crediderunt.

[Margin: *Vituperatur anxietas in acquirendis diuitijs.* — D.Ambros. — *Ijsdem cruciatibus pro diuitijs diues quibus pauper pro egestate torquetur.* — D.Ambros. — *Diuitiæ quasi calamus quasatus, qui perforat manũ.* — 4.Reg.18. v.13. Isai.36.v.6. — *Pharao baculus arundineus.*]

Diuitiæ

Diuitiæ igitur instar Pharaonis confractæ arundines sunt, quibus qui innititur, & confidit animo, & saucius redditur, & præparat se ad perniciem æterni supplicij: Dixit enim Salomon Prou.11.v.28. *Qui confidit in diuitijs suis, corruet.* Is nimirum, qui diuitias, & opes congregat, & auare asseruat, & in illis spem ponit suam, similis erit arbori, quæ deffluentibus folijs nudatur. Et quidem virentia folia spem immortalitatis ad vmbrant, [teste, D.Ambros. in Psalm.1.] Itaque perinde est, ac si dicat: qui spem suam diuitijs adijcit, ab spe immortalitatis deiectus concidit, vt in æternum pereat, quia diuitiæ vitiorum seminarium est, & cum multiplicantur, augentur peccata. Sic querebatur Deus per Oseam cap.4.v.4. *Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi*, & licet Tò *eorum* aliqui intelligunt de filijs, sed Chald. ad opes, & prouentus refert: vertit enim *sicut multiplicaui eis prouentus, sic ipsi multiplicauerunt contra me peccata*: Itaque sæpe videmus aliquos ex opibus insolescere & luxuriari, iuxta id Deut.32. v.15. *In crasatus est dilectus, & recalcitrauit.* Idcircò apposite ait S.Ambros. *Diuitiæ de vitijs nomen acceperunt*, quia diuitiæ vitiorum sunt fomes, & causa perditionis æternæ. vt cap.8. dicemus. Quare noster Sirach. exhortatur: *Noli anxius esse*, &c. Quod commentans Rabanus inquit: *Diuitiæ iniustæ sunt, quæ inique acquirantur & auare seruantur: ad quas animum Christiani non oportet anxiè anhelare, cui promissum est regnum cæleste, conturbat enim domum suam qui sectatur auaritiam qui autem odit munera viuet.*

[Margin: *Diuitiæ sicut arando confractæ est.* — Prou.11. v.28. — *Qui confidit in diuitijs, corruet.* — D.Ambros. — Ose.4.v.4. — *Diuitiæ seminarium vitiorũ sunt.* — Deut.32. v.15. — *Aliqui ex opibus insolescunt & luxuriantur.* — D.Ambros. — Rabanus.]

Illustratio secunda.

52. Reddens ergo rationem quare homo nõ debet anxius esse, & sollicitus in diuitijs iniustis acquirendis, inquit: *Non enim proderunt tibi in die obductionis, & vindictæ.* Diem obductionis, & vindictæ appellat diem mortis, & iudicij, qui dies *tempus est*, (vt Tygur. legit) *aggresionis, & vindicationis.* & vt Drus. *tempus aduersitatis, tempus aduersum, & calamitosum*, quod totum significat verbum ἐπαγωγή. *epagague*, vide quæ diximus cap. 2.vers.2.num.74. Inter alia significat calamitatem, nulla enim maior calamitas, & aduersitas, quam dies mortis, & iudicij, in quo reddit homo rationem villicationis suæ; tunc enim ingruit in eum ira, & vindicta Dei, & perpetrata flagitia punit æterno supplicio: Illud tempus est illatio vitæ, nam *epagague*, significat illationem ex argumentis. quemadmodum enim in argumentis illatio sumitur ex præmissis, ex quibus consequentia vera infertur: Sic tempus mortis, & mortis illatio absque dubio est vitæ præcedentis. vita enim est quasi quædam argumentatio, quæ vsque ad mortem durat, in die ergo iudicij, id est, vindictæ inferitur argumenti præcedentis vitæ consequentia, & illatio. Si præmittæ diuinæ legis obseruationem continet, reddunt illationem gloriosam. Sin autem habeant in se ipsius diuinæ legis violationem, & transgressionem producunt consequentiam afferentem pœnam, & supplicium. Ergo ait Ecclesiasticus diuitię iniustè comparatæ non tibi proderunt in die obductionis, & vindictæ, sed potius tibi detrimento erunt. Drusius. *nihil vtilitatis percipies*, nullius tibi erunt emolumenti, non te liberabunt è manibus iusti iudicis.

[Margin: *Quare non inhiandum in diuitijs acquirendis.* — *Nulla maior calamitas, quam mors.* — *Mortis tempus est illatio vitæ.* — *Nihil prosunt in morte diuitiæ.*]

53. Triplici loco Prou. hic optime illustratur, ad quos videtur referre Sirach cap. enim 20.v.2. ait Salomon: *nihil proderunt thesauri impietatis*, sed magis ad intentum cap.11. v.4. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis.* Vocat sapiens thesauros impietatis diuitias, quia ad impietates, & scelera hominem perducit. & tandem animos ad inferna deponit. Sic optime dixit: D. Petrus Chrysolog. serm.29. *Aurum nascitur in terra profunda, sectatur ipsa montiũ fundamenta, perque ima venarum cæcis discursit an fractibus, & dum semper suam repedat ad naturam, cælestes animos ad inferna deponit, obscurat sensus semper, alta mentium semper in terrena demergit.* Appellat etiam Salomon *thesauros impietatis*, opes contra ius fasque impietate, atque iniustitia, acquisitas, quæ in die iudicij, nihil prosunt, sed potius nocent, sua enim grauitate diuitem ad inferna demergunt.

Cum cap.11. addit Salomon *in die vltionis*, id est iræ, & indignationis, declarat illas non prodesse, sed potius nociua esse non *proderunt*, idem est, ac dicere oberunt, & nocebunt. q.d. Cum extrema illa dies ingruerit, in qua Deus iustam de sceleribus vltionem sumpturus est. Cum denique ante Dei tribunal homo reus sistendus est, vt pro meritis aut præmium, aut pœnam referat: non proderunt; imo nocebunt valde diuitiarum ingentes cumuli. Probat noster Salazar eo Psal.48.v.7. *Qui confidunt in virtute sua & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, frater non redimit, redimet homo?* (q. d. Si frater non possit redimere à morte, alius id minus præstabit, id est, non frater, non homo) *nec dabit Deo placationem suam, nec pretium redemptionis animæ suæ, & laborabit in æternum.* Hoc est, non poterit iudicem oblatio pretio metiorem reddere, aut latam mortis sententiam collatis pecunijs inuertere. Vide Job 27.v.19. & Ps.75. vers.6. Quibus probatur nihil in die mortis prodesse diuitias, sed potius detrimentum afferre. Melius hoc intentum probatur ex eo Prou. 6. v.34. Vbi ait Salomon: *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescit cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* Quod licet intelligatur de adulteris. Sed D.Hieron. explicat in communi dicens: *de Domino intelligendum, quia qui nunc parunt reprobis, non parcet in die mortis: nec acquiescet præcibus sero clamantium ad se: nec dona, quorum non est ibi tempus vel facultas, suscipiet*: non enim poterit peccator muneribus redimere pœnam, quam in die vindictæ pro merito scelerum recepturus est. Ideò Rabanus dixit vnde ipsa cumulatio diuitiarum non valet in die iudicij de manu vindictæ eripere possessorem suum, quæ hic ante misericorditer egentibus expensa non fuerant.

Tandem cum apud Lucianum in Charonte Homerus vniuersum mortalium genus arborũ folijs comparauit loquens Charon inquit: *At cum fragilis sit eorum conditio, vides tamen vt inuicem auide contendant pro imperijs, pro honoribus possessionibusque certando: cum tamen ipsos vniuersis his post relictis vnico tantum obolo onustos ad nos venire oporteat, vis igitur qui in edito consistimus loco quam possum magna voce acclamando eos adhorter? Primum quidem vt à conatibus & stultis, & vanis abstineant. deinde vt mortem semper præ oculis habentes hunc vitæ cursum transigant, in hanc sententiam verba proclamans: O stulti quid tanto studio in his rebus molimini? desisti te à laboribus, neque enim perpetuo viuetis. Nihil ex his, quæ præclara habentur perpetuum est: ne aliquid istorum cum moriendũ est, secum auferre quisquam poterit. Quin necesse est hominem quidem (quisquis is tandem fuerit) nudum abire, domum autem atque agrum in aliorum transire manus, semperque Dominum mutare.*

[Margin: Prou.10. v.2. — Prou.11. v.4. — *Thesauri impietatis, quid.* — D.P.Chrys. — *Diuitiæ in die mortis nociuæ.* — Psal.48.v.7 — Salazar. — *Non poterit quis iudicem ablato pretio mitiorem reddere.* — Prou.6. v.34. — D.Hieron. — *Dona non recipiet Deus in die iudicij pro redemptione pœnæ.* — Rabanus. — Lucianus. — *Hominum genus comparatur arborum folijs.* — *Mors semper præ oculis habenda.*]

VERS. XI.

Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.

Sensus.

54. NOn ventiles se, &c.q. d. Ne sis indicis ferrei instar, qui solet in Cymbalorum turri infigi, ad ventorum varietates designandas, vulgo: *Veleta de campanario*, vt sicut ille facile à ventis versatur in illam partem, versus quam spirat sic, tu ne in omnem ventum te vertas. Vel ne sinas te ad omnem ventum agitari, hoc est, non cuius vis doctrina commoueris: aut qua vis concupiscentiæ impulsu patiaris abduci, vel tandem, ne ita sis inconstans, & leuis, vt cuius occasioni oblatæ te accommodes, nunc vnum, nunc aliud sensiens, dicens, eligens, & amplectens. Nam peccator probatur ex eo, quod deprehendatur loqui duplici lingua, hoc est, varia pro diuersitate locorum; & personarum diuersa proferens. Hoc est ventilare in omni vento, & ire in omni via, &c.

Nota, & illustratio prima.

Ventilare, quid.

NOn ventiles te, Μὴ λίκμα verbum Græcum λικμάω, quod significat ventilare, idem est, ac ventilabro, seu vanno purgare, triticum scilicet, à nomine originali λικμὸς, quod est ventilabrum. Cum ergo ventilare, sit ventum excitare, vel facere, dure videtur Sirach dixisse, *non ventiles te in omnem ventum.* Sed quia significare voluit in constantiam, qua homo facile in omnem ventum versatur, ideò hoc verbo *ventilandi* vtitur. Nos dicimus cum constantiam, & firmitatem suademus: *No te mueuas a todos vientos*, id est, ne inconstantis animi, nec voluntate flexibilis sis; sed firmus, constans, stabilis, id est, esto vir, in quo nihil leuitatis, aut inconstantiæ, nihil inane, nihil mutabile, in te deprehendatur. Sicut enim, qui triticum ventilat, vel vanno (vulgo, *çaranda*) purgat, illud vento subijcit, vt ventus, qui reflat palleas ventilet, & ferat huc illucque: sic qui cordis inconstantis est, subijcit se vento iudicij, qui spirat, & iam hac opinionem sequitur, iam de ea deficit, & aliam sectatur, sicque in omnem se versat ventum. Quare explicat Rabanus in omnem ventum se ventilat, & in omnem viam vadit, qui luxum sæculi sequi, & timorem Domini seruare se pariter posse æstimat, & munde ac Christo æqualiter militare.

Inconstans animus reprehenditur.

Rabanus.

A leuitate & inconstãtia animi dehortatur sapiens.

Itaque dehortatur sapiens à leuitate animi, atque inconstantia, qualis est eorum, qui nihil certum habent, sed semper fluctuant, atque animum non habent in timore cultuque Dei confirmatum; nunc hoc, nunc illud sententes, & dicentes. De his loquitur Paulus cum inquit, Ephes. 4. vers. 14. *Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.* Cum enim ageret Apostolus de plenitudine cognitionis Christi, recte subdit, *vt iam non simus*, &c. Quorum, vt explicat Theodoret. propria est leuitas & inconstantia, qua facilime mutantur, & huc illuc leui momento impelluntur. q.d. Ne simus paruulorum instar, qui facile mutantur in eam partem, inquam feruntur, & versus eam partem vnde ventus spirat, conuertuntur. Eleganter hunc locum explicat D. Hieronymus dicens: *Multi venti: doctrinarum sunt, & flatu eorum fluctibus concitatis huc atque illuc homines incerto cursu, & vario feruntur errore; sed laborandum est, ne credentium turba in dogmatibus fluctuans ad instar paruulorum gurgite insidelitatis feratur incerto, dum venti hinc inde perflantes hæreticorum videlicet, siue sapientium sæculi diuersæ, compugnantesque rationes naufragium audientibus, aut inferunt, aut minantur, dum alij absque voluntate fallaciæ (ea tamen, quæ falsa sunt) prædicant, alij vero omni calliditate erroris laqueos componentes, nos decipere, & vincere festinant.*

Eph. 4. v. 14.

Theodoret

Paruuli facile mutantur.

D. Hieron.

Inconstans est instar ferrei indicij.

Itaque noli esse instar ferrei indicis, qui in cacumine turrium infigitur ad designandas ventorum varietates. Cum enim scire desideramus, an ventus aquilo, vel meridionalis, vel qui vis alius perflet, oculos intendimus, in indicem, quo ventorum differentias cognoscimus, *la velita nos señala que viento corre.* Ergo cum ait Sirach: *Ne ventiles te omni vento.* inconstantiam, & leuitatem vituperat, qua homo facile in omnem partem mutatur. Sicut de luna loquens ipse Ecclesiasticus illam inconstantiæ notat. Cum ait cap. 27. vers. 12. *Stultus sicut luna mutatur*, id est, stultus nihil à luna diffidet: Sicut enim luna varijs est obnoxia mutationibus, sic stultus inconstans est subijciens se omni mutationi, quæ illi obijcitur. Palacius id est, si in via Dei stas ne tentationum venti te ab ea dimoueant, ne cimbam animæ tuæ venti, quo volunt, rapiant. Ne fueris palea, aut puluis, quem proijcit ventus à facie terræ, ne fueris folium, quod à vento ex arbore erapitur.

Eccles. 27. v. 12.

Stultus vt luna mutatur.

Palacius.

Illustratio secunda.

55. ET non eas in omnem viam. vel *ne gradere qualibet semita.* In hoc hemistichio etiam sapiens inconstantiam, & leuitatem notat, qua homo flexibilis, iam hanc, iam illam sententiam sequitur. q.d. Ne sis ita leuis, & inconstans, vt quælibet opinio tibi arrideat, & illam ne facile probes, nisi longa, & sedula præcedat meditatio. Ille enim ambulat omni via, qui paratus est quacumque via gradi, siue sit bona, siue mala, & quamcumque sententiam sectari modo sit certa, modo incerta & improbabilis. De illo forte loquitur Isaias cap. 57. v. 17. Cum ait: *& abijt vagus in via cordis sui.* Quod quamuis intelligatur de populo Israëlitico; at de quolibet in pio explicari potest. Hæc grauis est pœna cum quis à Deo derelictus finitur vagari, & impune sequi suas concupiscentias, iuxta id Psal. 80. vers. 13. *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.* Alludit ad Cain, qui post fratricidium *vagus, & profugus* ambulauit in terra. Pende illud, *vagus in via cordis sui.* id est, iam per vnam, iam per aliam viam graditur, vt desiderium cordis sui stimulat. pro *vagus.* Hebræ. est, *conuersus*, vel *reuersus* quod significat iam hac via, iam aliam procedere.

Inconstantia hominis notatur.

Ambulare in omni via, quid.

Isai. 57. v. 17.

Derelictus ad eo sinitur vagari.

Psal. 80. v. 13.

Hinc

56. Hinc Dionys. Carthus. explicat nostram sententiam de varijs concupiscentijs, quas homo sectatur: Non eas, inquit, *in omnem viam* sequendo omnem concupiscentiam, & quidquid apprehensioni occurrit, & cum quidquid oculis cernit, cor concupiscit, ideò dicebat Salomon se *in omnem viam iuisse*, quia *omnia*, inquit, *quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, quia omni voluptate frueretur.* Eccles. 2. v. 10. Idem enim est, non negare oculis quod concupiscunt, & cordi voluptatem, quam appetit, ac dicere in omnem viam iuisse, quod explicauit cap. 11. v. 9. *Ambula in vijs cordis tui, & intuitu oculorum tuorum.* Communis cordi, & oculus huius appellationis illa ratio est, quod incredibilis vis oculis insit ad excitandum cor, & agendum, & versandum quoquo se oculi verterint. tum prætereaquod per oculos tamquam perfenestras sead res exterras effundat cor. & tandem quod oculis tamquam nontijs emissirijs vaturanimus ad res externas alliciendas. Quare animus sectatur oculorum. Concupiscentias, vt eas amplectatur. Quia vt Hebræorum prouerbium est, quod refert R. Dauid in Comm. Psal. 101. & Elia in lect. indictione סרסר, *sarser: Oculi, & cor proxeneta peccati.* Proxenetam vocamus licitatorem, vel conciliatorem duorum inter se stipulantium, aut spondentium, aliúmve quemuis contractum; conuentumque ineuntem. Vulgo: *el corredor.* Ergo hoc protenatæ officium in oculos conuenit, qui tum res externas suo veluti lumine contingunt, & præparant: Deinde ad cor redeuntes; illud alliciunt, & cum rebus ipsis conciliant, conglutinant, intercedunt, mediant, & cum animus hoc modo oculos sectatur, optime dicetur, *ire in omnem viam.* Quia si omnia, quæ oculi concupiscunt, assequuntur; & animus oculos imitatur, sicut oculi omni via voluptaria, & deliciosa graditur, vt id adipiscatur quod eis arridet: sic cor vel animus *in omnem viam it*, cum omni ea voluptate perfruitur, quam appetit, & ardenter sitit. Ergo inquit Sirach: *& non eas in omnem viam.* Omnem concupiscentiam sectando, & appetendo omne id, quod reprehensioni occurrit, quod tuæ voluptati, & iucũditati inseruire potest, &c.

Dionysius.

Quidquid oculus cernit cor concupiscit.

Eccles. 2. v. 10.

Eccles. 11. v. 9.

Cor per oculos, tamquã per fenestras effundat se.

R. Dauid.

Proxenetæ officium quale.

Ire in omnẽ viam, quid.

Illustratio tertia.

57. SIc enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Illa particula *omnis* difficilem reddit sensum, nam non omnis peccator probatur in duplici lingua. Quare Montan. ommisit eam cum legit: *Sic peccator, qui est bilinguis.* Tygur. *vt scelerosus bilinguis.* Drus. eodem modo. Verum enim est, quod probetur aliquis esse peccator, ex eo, quod deprehendatur loqui duplici lingua, hoc est, varia pro diuersitate locorum, & personarum diuersa proferens. Quod idem est ac ventilari in omnem ventum; & ire in omnia via. Sicut explicuit Raban. & subijcit: qui enim huiuscemodi loquendo aut operando illusione fallitur, peccator nimirum esse probatur. Sed si attentius perpenditur, non est super vacanea illa particula *omnis.* Nam omnis peccator bilinguis est, ille enim bilinguis aut loqui duplici lingua dicitur, vel qui duplici corde est, id est, cuius lingua cordi non respondet, sed aliud sentit, aliud loquitur, aut qui se omnibus accommodat, & falsa sæpe loquitur, per quæ & discordias excitat in hominibus, vel tandem ille, qui detrahit, vel adultatur; non detractor, vel adulator os bilingue gerere dicuntur. Vterque enim aliter præsens, aliter absens eloquitur, sic etiam de omni peccatore affirmare possumus esse bilinguem, & in duplici lingua probari. Sicut enim omnis peccator aliud loquitur, & sentit de lege Dei, & aliud operatur, nam opera praua verbis minime respondent: sic deprehenditur, illum esse peccatorem cum opera ad verba non confirmat; & diuinæ voluntati non vult parere, sed omnibus se accommodat falsa loquendo.

Peccator probatur in duplici lingua.

Rabanus.

Bilinguis, quis.

Bilinguis aliter præsens aliter absens loquitur.

58. Sed quare hæc duo coniungit Sirach, *non eas in omnem viam* cum probatione bilinguis? quia qui omni via praua graditur, in duplici, & multiplici lingua probatur esse peccator, qua propter Deus vel timor eius, inquit Salomon, vtrumque detestatur. Prou. 8. v. 13. *Viam prauam, & os bilinguè detestor*, id est, eum qui omni via praua graditur, & loquitur duplici lingua, execror, & detestor. Quia quicumque illi sit peccator est, occasionem enim præbet iudicandi illum peccatorum esse, &c. Itaque omnis ille, qui duplici lingua loquitur, vel bilinguis est, vel detrahendo, vel adulando, vel omnibus se accommodando, vel non confirmando opera verbis, peccator deprehenditur. Quare fugiendum est, *ventilari in omnem ventum, & ire in omnem viam, quia omnis peccator probatur in duplici lingua*, id est, bilinguem esse ansam præbet suspicandi peccatorem esse, quia sufficiens experimentum est.

Viam prauã, & os bilingue detestatur Deus.

Prou. 8. v. 13.

VERS. XII.

Esto firmus in via Domini & in veritate sensus tui, & scientia, & prosequatur te verbum pacis, & iustitiæ.

Sensus.

59. ESto firmus, &c. q. d. Iam te suadere curaui, vt inconstantiam, & leuitatem fugeres, nũc firmitatem, & constantiam tibi persuadeo. Cum ergo in via Domini, id est, in lege Domini te munieris, simul firmitatem, & constantiam amplectere in veritate sensus tui, id est, in vera sententia, quam concepisti, & fixam habes in mente de Deo, rebusque diuinis, quam per veram sententiam es consecutus. hoc est, commendo tibi firmitatem mentis in veritate à te intellecta de Deo, & eius doctrina, non hæsitando nec in dubium vertendo, quod certum est, & quia non sufficit in mente solum veritatem intelligere, præcipio tibi vt eam omnibus manifestes verbis, quæ veræ sententiæ in animo fixæ respondeant, id est, vbique re prosequatur verbum pacis, & iustitiæ, ita vt illud sibi semper vniforme numquam derelinquas, sed constanter illud profitearis, quod iustitiam homines docet & pacem inter eos fouet, &c.

Nota, & illustratio prima.

60. *Firmitas mentis in veritate intellecta tenenda est.*

Esto firmus, &c. In Græco solum habetur: *esto firmus in intellectu tuo tuto*. Drus. *esto stabilis in doctrina tua*. Cętera desiderantur. sed nostra lectio sic accipienda est, vt primum commendat nobis firmitatem mentis in veritate intellecta, & deinde constantiam sermonis, qui vbique respondeat iudicio animi, nec vel metu, vel ob gratiam cuiusquam alicubi ab animo dissentiat. Itaque cum viam Domini apprehenderis, id est, fidem vt explicant Dionys. & Holcot, qui addit: & ad hoc requiritur, vt vera sentias; & bene opereris. Secundum id 1. Cor. 1. v. 10. *Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia*. Ergo in fide esto firmus & constans, & in veritate, quam percepisti, vt noster Sâ, & scientia, quam de rebus agendis consecutus es, ne sis inconstans & mutabilis, sed esto vir magna constantia, & grauitate præditus. Vult ergo sapiens nos esse veros, simplices, sinceroſque tam oratione, quam cogitatione, vt idem semper [modo verum sit ac rectum] & sentiamus, & dicamus. Quare Apostolus Heb. 13. v. 9. fere idem consilium præbet: *Dominis varijs & peregrinis nolite abduci. Bonum est enim gratia stabilire cor*. Loquitur Paulus de hæresibus, quas vocat doctrinas varias, & peregrinas, illis enim *nolite*, inquit, *abduci*, & ne abducamur, & circumferamur varijs doctrinis, optimum remedium est, vt gratia, id est, sanctitate; & probitate stabiliamus in fide cor nostrum, [si enim deficis à sanctitate, facile quoque deficies à fide, quod si sanctitatem conserues, conseruabis etiam & fidem.] Pende illud *stabilire cor*, quod constantiam, & firmitatem, in fide, & veritate, quæ in mente percipitur significat, quod idem est, ac, *esto firmus, in via Domini, & in veritate*, &c. D. Chrysost. *varias doctrinas* interpretatur. *multi formes, & multi modas*. Mox autem subdit: *Nihil enim firmum possident, sed sunt differentiarum varietate multiplices*. & aliquanto post. *Contraria est fides, cogitationibus vagantibus*. Quare firmitas, & constantia debet esse in veritate fidei, & intellectus, quæ in mente percipitur, &c. Sic explicuit Rabanus dicens: Firmus in via Dei est, qui regulam catholicæ fidei rite credendo seruat, & doctrinam Euangelicam recte viuendo ac bene operando sequitur. Hunc prosequetur verbum pacis & iustitiæ, quando in meritorum retributione illi confertur præmium æternæ gloriæ, dicente Domino Matth. 25. *Euge serue bone & fidelis*, &c.

Dionys. Holcot. — *Vult sapiens nos esse veros simplices*, &c. — Hebr. 13. v. 9. — *Doctrinis varijs non abducamur*. — D. Chrysost. — Rabanus. — *Firmitas debet esse in veritate fidei*.

61. Hæc veritas fidei, quæ debet esse constans, & firma; confirmatur ex eo, quod Apostolis euenit. Actor. 5. v. 38. Qui cum victi iacerent, Gamaliel dixit: *Et nunc itaque dico vobis: discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur. Si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud*. Syria. *abstinete vos ab his hominibus, & ommittite eos*, hoc est, desinite persequi, & præceptis minacibus, atque carcere cohibere, quia si fides, quam prædicant consilium humanum fuerit, aut opus eorum, facillime dissoluetur. Si vero ex Deo est diuinum opus, & consilium, non poteritis illud dissoluere: quia constans, & firmum est, quare à dubio vos subtrahite. Dixit Seneca citatus à Drusio: *Cogitationes vagas, ac veluti somno similes, non recipies: quibus si animus tuus se oblectauerit, cum omnia deposueris, tristis remanebis. Sed cogitatio tua stabilis & certa sit, siue deliberet, siue quærat, contempletur, non recedat à vero. sermo quoque tuus non sit inanis*, &c. Item alibi: *Nihil firmi habet, qui in incerta propensus est*. Non est tamen turpe cum remutare consilium, vt idem ait; itaque vnus quisque firmus, & constans debet esse in veritate obtinenda, &c.

Actor. 5. v. 38. — *Diuinum consilium non potest dissolui*. — Seneca.

Illustratio secunda.

62. *Debet homo esse constans in verbis suis.*

Et prosequatur te verbum pacis, & iustitia. Montan. & Drus. tantum legunt, *& vnus sit sermo tuus*. Sicut enim firmitatem, & constantiam debet homo seruare in cogitationibus, hoc est, in veritate intellectus. Sic in verbis suis, ne sit inconstans illius instar, ad quem dicimus: modo ais, modo negas, id est verba tua in constantiam, & leuitatem redolent: *sed sermo tuus vnus sit*. Si veritatem fidei vel intellectus affirmas cum coram fidelibus assistis; illam coram alijs infidelibus, non debes verbis negare. Sed vt dixit Paulus Philip. 3. v. 16. *Verumtamen ad quod peruenimus, vt idem sapiamus in eadem permaneamus regula*, q.d. Rogo omnes vt regulam doctrinæ pariter & vitæ Christi ad quam in baptismo peruenerunt, retineant, in eaque permaneant, nimirum vt idem sapiant, sintque concordes in Christianismo, &c. Vnusque sermo sit cogitationibus respondens, &c. Sed Tygur. addit, *verbaque pacifica ac iusta sint tibi familiaria id est, comitentur te verba* pacifica & iusta, ita vt ex ore tuo, nulla alia verba elabantur. Illud, & *prosequatur te verbum pacis, & iustitia*, idem est, ac dicere, verba tua respondeant veritati in mente conceptæ. Nam sicut constans & firmus fuisti in veritate intellectus, ita verba tua prosequantur te, id est, constáter profitearis illud quod iustitiam homines docet, ei pacē inter eos fouet ne aliud profitearis ab eo, quod concepisti, quia iustitia, & pax minime conseruabuntur, &c.

Phil. 3. v. 16 — *Verbum pacis, & iustitiæ, quemadmodum*.

VERS. XIII.

Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas: & cum sapientia proferas responsum verum.

Sensus.

63. *Esto mansuetus*, &c. q.d. Si ab aliquo de aliqua difficultate interrogatus fueris, ne te durum & difficilem præbeas, sed mitem, suauem, facilem ad illum auscultandum, vt sic percipere possit, responsum tuum. ac proinde vbi intellexeris quod petitur, non inconsiderate, & temere, sed cum patientia, & longanimitate, atque sapientia responsum redde verum, & solidum, sicut sapientem, & prudentem virum debet, &c.

Nota, & illustratio prima.

Esto mansuetus, &c. Pulchra sententia, qua admonemur, vt simus magis propensi, attentique ad audiendum, quam parati ad loquendum. Auscul-

Docet omnes vt sint attenti ad audiendum, &c.

Auscultatio summam mentis celeritatem, attentionemque requirit: responsio vero moderationem, & patientiam. Contra fit, à multis, qui magis se comparant ad respondendum, quam ad audiendum ea, quibus responsuri sunt: ita accidit vt male respondeant, &c. In originali est *velox*, aut *celer*, ex verbo Græco ταχὺς, quod est pernix, celer, velox, & aliquando præceps, præ prosperus. & verbum Hebr. מהר, quod Græco respondet significat etiam festinare, velocem esse vt Prou. 28. v. 20. & 29. v. 20. Quasi significatio videtur esse contraria mansuetudini. Nam mansuetudo non excitat ad velocitatem, & celeritatem, sed potius modum adhibet, & iram continet. Quare ergo vulgatus transtulit *mansuetum*? Cum Aristot. lib. 4. Ethic. cap. 5. dixisset: *Mansuetudinem medio critatem esse circa iram*. lib. 1. mag. Moral. cap. 23. inquit; *Mansuetudo igitur est inter iracundiam, & iracundiæ cessationem*. Si ergo mansuetus est medius inter iracundum & contrarium, forte ratio quare ταχὺς transtulit vulgatus mansuetum potius, quam celerem, est, quia cum ad audiendum interrogantem indigeat māsuetudine inde est, quod magis verterit mansuetum, quam celerem: & qui mansuetudine vtitur ad audiendum, ostendit ex parte sua celerem esse ad auscultandum, & respondendum suo tempore interroganti: itaque hic *mansuetus*, idem est ac *velox*, & festinus, nam hæc festinatio, & velocitas non indicat iracundiam, sed potius amorem ad audiendum, & cum amor, qui solet esse festinus, sit ornatus mansuetudine, inde est, quod volens vulgatus declarare festinum amorem, quo debet esse præditus, qui præparatus est ad audiendum, potius *mansuetum*, quam *velocem* transtulerit. explicauit auctoris intentnm, licet verbi Græci significationem non descripserit.

Aristot. — *Mansuetudo, & mansuetus, quid.* — *Amor solet esse festinus.*

64. *Iansenij interpretatio melior.*

Quare magis ad litteram accedit interpretatio Iansenij, qui non tantum de Dei verbo audiendo explanat, quantum de audiendo interrogantis verbo. q.d. Ne difficilem, & acerbum te præbeas ad audiendum, sed mansuetum, id est, patientem, humanum, affabilem, iucundum, vt petentem & interrogantem intelligas, quia si præcipitanter. auscultaberis, similis eris ijs, qui vt sapientes teneantur, priusquam intellexerunt, quod rogantur, mox prorumpunt ad responsionem, interrumpunt præ impatientia narrantis & interrogantis orationem. Hoc est, quod dixit, D. Iacobus cap. 1. v. 19. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram*, illud *velox ad audiendum*, idē est, ac mansuetus, humanus, affabilis, patiens, non præcipitatus, sed attentus, & ad præbendum responsum, tardus, longus, patiens, continens, id est, diligentem in responsione adhibe considerationem, cum animo tuo illam pertracta, hoc est, antequam respondeas, & satisfacias interroganti, prius ratione, atque animo lustra, & diu responsionem delibera, & concoque.

Ad audiendum mansuetum debet homo se præbere — Iacob. 1. v. 19. — *In responsione diligens consideratio adhibenda est.*

D. Gregor. — *Qui quærit audire quod iustum est expectat*, &c.

Forte hoc est, quod dixit: D. Gregor. lib. 24. Moral. cap. 7. ad finem. *sed quia hæc*, inquit, *ex corde non protulit, audire quod quæsierat non expectauit, nam illico subiunxit. Quod si non habes, audi me, tace, & docebo te sapientiam. Quo enim veraciter querunt audire, quod iustum est, æquanimiter expectant audire quod quærunt. Helici autem, qui veraciter requisitionis verba non protulit, dici, quod quæsierat non permisit, sed mox quod intrinsecus gestabat erupit*, &c. Quod videtur confirmare Plutarch. lib. de audiendo. Vbi cum a-

Plutarch.

gens de conuiuio dixisset: *Debet enim, qui ad cœnam est inuitatus appositus vti, nec poscere aliud, nec reprehendere*. Quod colludit cum eo Luc. 10. v. 8. vbi Christus ait discipulis: *Manducate, quæ apponunt vobis*. Subiunxit mox Plutarch. *Item qui ad epulum accessit sermonis, si certis legibus, auscultet tacitus differentem. Quandoquidem ad argumentum, qui reuocat aliud, interijciuntque quæstiones, ac disceptant cum dicente: Cum sunt ad audiendum minus grati, vel benigni, tum promouent, nihil insuper dicentem orationemque simul protēlant*, &c. Itaque qui auditurus est, velox, & mansuetus debet esse, vt id, de quo ipse interrogatur, facile percipiat, & suo tempore considerate respondeat, & de hoc loquitur Apostolus Iacobus loco citato.

Inuitatus ad cœnam debet non poscere aliud nec reprehendere. — Luc. 10. v. 8

Illustratio secunda de verbo Dei audiendo.

65. Sed quia de verbo Dei audiendo aliqui interpretantur non erit abs re aliquid de hac materia proponere. Lyra, & Hugo & alij addunt particulam Dei, & de verbo eius audiendo interpretantur, quod non negat Iansenius. Ergo nulla dispositio ita Deo placet ad diuina verba exaudienda, sicut mansuetudo. Si animus hac mansuetudine non paratur, verbum Dei non inseritur cordi, vult enim in mansuetum animum se indere. Ideò inquit, D. Jacobus Apostol. Epist. can. cap. 1. v. 21. *Propter quod obijcientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum; quod potest saluare animas vestras*. q.d. Eam ob causam omni prorsus improba, sordidaue cupiditate, & vitiositatis dedundantia abiecta, excipite Christianæ vitæ præcepta Dei verbis declarata, hinc enim mihi credite veram ac sempiternam salutem consequimini. Recte prius Apostolus vitia expellenda monet, deinde ea præcipit, quæ sunt in animum inducenda, quæque ad salutem valent, videturque ad agricolarum consuetudinem respexisse, vt enim illi antequam semen iacians solum præparant, ac subigunt, vepres, & viticas & id genus alia remouent. Itaque Jacobus vitia primum expellenda ex animo præcipit, tum addit, *in mansuetudine insitum verbum accipiendum esse*. Scribit enim ad fideles in quorum cordibus iam seminatum & insitum erat Apostolorum prædicatione verbum Dei: quos hortatur ad eius audiendi & suscipiendi assiduitatem, qua nimirum firma radice hæreat, fructumque multiplicem referat, tamquam quod inciderit in terram bonam. Præcipit autem vt cum mansuetudine verbum suscipiant, quia sicut contentionis studium in dociles reddit, ita mansuetudo dociles, præsertim ad ea quæ captū ingenij nostri superant. Ita ait Sirach. *Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei*, &c.

Lyra. Hugo. Iansenius. — *Mansuetudo necessaria ad verbum Dei audiendum.* — Iacob. 1. v. 21. — *Similitudo agricolarum.* — *Insitum verbum recipiendum in mansuetudine.*

Ergo requirit verbum Dei tamquam dispositionem, mansuetudinem, vt quæ Dei verbum præcipit, vel consulit melius intelligatur. Dauid hoc promiserat cum Psal. 24. v. 9. Inquit, *Docebit mites vias suas*. q.d. Cum Christus venerit per verba sua mites instituet, vt præcepta Domini obseruent. Quid ergo? nónne omnibus hominibus doctrina verbi Dei proposita est, quare eam solis mitibus, & mansuetis dedit? Respondeo licet verbum Dei, & præcepta diuina omnibus in communi propositum sit, illis tamen vtile est, qui siue iusti, siue peccatores sint, mansuetudine animi, & humilitate non resistunt, sed obsequun-

66. *Ad audiendum verbū Dei optima dispositio mansuetudo.* Psal. 24. v. 9

tur, quos docet vias suas, cum per illas deducit, & assuefacit, in illisque ambulare, & progredi monet. Hanc animi mansuetudinem postulabat Moyses cum Deut. 32. v. 2. dicebat: *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.* Doctrina Moysis sicut verbum Dei per os eius stillarum recipienda est. q. d. Opto vt doctrina mea super animos vestros, sicut imber super arentes herbas descendat, vt illos viuificet, & ad fructum ferendum vegetet. Verbum Dei rori comparat, & imbri, & stillis. & animos confert cum herba & gramine. herba enim & gramen mansuetudinis simbola sunt. Igitur sicut herba, & gramen mansuete, & leniter pluuiam & rorem, nec non stellas recipiunt; sic animus, qui mansuetudine ornatus est, debet recipere doctrinam, & verbum Dei, quæ mansuetudo dicit quietem, attentionem, & reuerentiam ad audiendum, & conseruandum Dei verbum & doctrinam regni cælestis, vt boni seminis instar radices agere possit, & fructum facere in cordibus nostris; quod vtique necessarium est.

Deut. 32. v. 2. — Verbum Dei instar pluuiæ. — Herba & gramen symbola mansuetudinis.

67. Cum Gedeon Iud. 6. c. 38. Voluit experiri diuinum auxilium circa populum Israël roris descensum super vellus proposuit, ait, autem textus. *Factum est ita, & de nocte consurgens, expresso vellere, concham rore impleuit.* Per rorem enim è cælo delapsum doctrina vel verbum Dei significatur. at per *vellus* apte potest mansuetudo accipi, vt Psal. 89. v. 10. Ait Dauid: *quoniam super venit mansuetudo, & corripiemur.* In Heb. est verbum לגן, *ganan*, à verbo לגן, *ganan*, quod significat tondere, succidere potest verti ex Hebræo: *quoniam* [לגן *gan*] *ablatio, succisio cita est, & auolabimus.* Ideò vertit Pagn. quia resecatur cito, & auolauimus. Et quia LXX. in tonsionibus ouium spectabant lanę ouinæ mansuetudinem, cum hanc ostendant, oues, cum tondentur, & succiduntur, ideò transtulerè *mansuetudinem.* Ex eodem verbo dicitur, Deut. 18. v. 4. *Et lanarum partem ex ouium tonsione*, scilicet dabunt sacerdoti principium tonsionis ouium, id est, primam lanam succisam. Pagn. *Principium tonsuræ pecoris tui dabis ei.* Job 31. v. 20. Et *de velleribus ouium mearum calefactus est.* Itaque idem est vellus ac mansuetudo, quia ab animalium mansuetissimo resecatur, nempe, oue, vel agno, quæ mansuetudinis simbola esse solet. Ergo in vellus proinde cælestis discendit pluuia, quia in humilium, & mansuetorum animos diuina influit gratia, doctrina, verbum Dei. Sic ait Dominus Isaiæ cap. 66. v. 2. *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.* Illud *contritum spiritu*, legit, *quietum.* D. Ambros. in id Psal. 36. *Mansueti autem hereditabunt terram*, & inquit, *qui sunt mansueti, nisi quos nullus stimulus dissensionis exagitat, non ira perturbat*, &c. Et serm. 3. de obitu Theodosij tom. 5. *Et ego*, ait, *vt quidem sermonem meum per orationem concludam, dilexi virum misericordem, humilem imperio corde, puro, & pectore mansueto. prædictum, qualem Dominus amare consueuit dicens: supra quem requiescam, nisi supra humilem & mansuetum.*

Deut. 18. v. 4. — Iob 31. v. 20. — Vellus ouium simbolum mansuetudinis. — Isai. 66. v. 2. — D. Ambros. — Mansuetus est quem nullius stimulus dissensionis exagitat.

68. Exemplũ nobis proponitur in S. Maria Magdalena, de qua ait Lucas cap. 10. v. 39. *Quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius*, sedebat quasi vellus ouinum spectans cælestem rorem verbi diuini, ad suum animum recreandum, &c. Cum autem Martha eam ociosam intueretur, accusauit apud Christum Dominum, & illa nullo modo se vltricem præbuit, sed tacuit, solum Christi verbum in corde suo recipiens. Quare ergo Maria non se de sorore vindicauit, sed accusationem sustinuit tacens? nónne poterat saltem mansuete respondere, se in diuino eloquio recipiendo occupatam esse? cur tacuit, &c. Respondeo, quia Maria velleris officium gerebat, & sicut vellus mansuete rore perfunditur, sic Maria diuini verbi rore perfundebatur, cum Christi verba iucundè auscultabat. Et sicut ouicula, ex qua vellus succiditur, ita mansuetudine ornatur, vt nihil respondeat se tondenti, sed patienter velleris auulsionem perfert: sic Magdalena nihil respondit, sed mansuetudine decorata rore diuini verbi perfusa est, & diuini verbi manna placide reficiebatur, D. Bern. serm. 4. Qui habitat comparat verbum mannæ, inquiens: *Manna enim est omnem saporem habens, & odoris delectationem, & requies est vera & sincera suauis & salubris iucunda & sancta.* Et sicut manna mansuete descendebat de cælo, sic verbum de Christo vt reficeret Magdalenam, &c.

Quare Magdalena accusatæ à sorore non se vindicauit. — D. Bernard.

Hæc auditio diuini verbi in mansuetudine 69. significata est in beneficio, quo Deus populum suum affecit reddens Manna. Dicitur autem Exod. 16. v. 14. *Cumque operuisset super faciem terræ apparuit insolitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram.* Et num. 11. vers. 9. *Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Manna.* Itaque superficies terræ madefiebat cælesti rore, id est, manna sine tumultu, & sine fragore; sed mansuete, leniter & blande rorem terra suscipiebat. Sicut enim per manna diuinum verbum significatum erat, vt explicuit B. Petrus Damian. lib. 4. Epist. 5. ait enim: *Vbi luce clarius constat, quia illud manna, quo illi carnaliter alebantur, hoc diuini verbi significabat pabulum, quo nunc in anima recreamur.* Sic per terræ superficiem, quæ illum rorem suscipiebat, significatur animus humanus mansuetudinis virtute decoratus, qui mansuete, & leniter manna diuini verbi pascitur, audiens diuinum verbum, quo Deus vitam hominibus præbet; dicente Moyse Deut. 8. v. 3. *Vt ostenderet tibi quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei*; si enim hoc verbum, quod de Dei procedit ore, erat manna, & illud, pabulum verbum diuinum significabat, quid clarius ad significandam communicationem diuini verbi, quando illud animus in mansuetudine recipit, & ex eo pascitur, excogitari potest? dixit enim D. Chrysost. tom. 5. lib. 57. Ad pop. *non enim ista sunt, quæ nutriunt, sed verbum Dei.* Sic enim ait Sirach. *Esto mansuetus*, &c.

Verbi diuini auditio in mansuetudine debet esse Exod. 16. v. 14. Num. 11. v. 9. — Verbum diuinum Manna significatur. D. P. Damia. — Deut. 8. v. 3. — Verbum Dei nutrit. — D. Chrysost.

Illustratio tertia.

70. SVbijcit: vt *intelligas.* Verum est hic loqui de eo, qui mansuete, & non præcipitanter audit interrogantem, quia si illum interrumpit non intelligit, quod rogat, quare *mansuetus* debet esse ad *audiendum*, vt melius percipiat, quæ audit. Sed si de auditione verbi diuini interpretemur dicemus, necessarium esse mansuetudinem, & patientiam ad audiendum, vt melius, quod prædicatur intelligi possit, & audiens verbum diuinum, vtilitatem spiritualem percipiat. Vbi enim diuinum verbum inseritur & mansuete recipitur, maior vtilitas videtur. Illud *intelligas*, denotat progressum, quem verbum Dei facere solet in ijs, qui mansuete illud percipiunt, q. d. Audi, vt proficias,

Mansuetudo & patientia necessaria ad audiendum verbum Dei. — Intelligere, quid.

proficias, fac vt diuinum verbum non reuertatur vacuum ad Deum ex cuius ore processit. Sic per Isaiam cap. 55. vers. 11. Deus promiserat verbum suum non reuertendum ad se vacuum. apponit prius imbris similitudinem, qui inebriat terram, &c. Et mox subdit: *Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.* Certum est hic loqui prophetam de diuinis promissionibus, quæ non reuertuntur ad Deum vacuæ, sed prosperantur efficiendo, quæ pollicentur, vt de venia peccatorum pœnitentibus danda, & alia huiusmodi. Sed de diuini verbi prosperitate in animis hominum non dubium est, quin loquatur. Sic explicat hunc locum Diuus Gregorius in 7. Psalmos pœnit. Psal. 101. Super id: *initio tu Domine terram fundasti*, inquit enim: *Nam quod prædicantis verba pluuiæ sint testatur Dominus cum per prophetam dixit: quomodo descendit, &c. Ecce sicut de cælo descendunt pluuiæ, ita de prædicationibus verba emanant doctrinæ*, &c. Et D. Chrysost. tom. 2. conc. 1. in cap. 16. Lucæ, dixit agens de prædicatione: *Quamquam hic fieri nequaquam potest, nimirum vt sermo in tam multas aures disseminatus vacet omni fructu.*

Isai. 55. v. 11. — Verbum diuinum instar imbris. — D. Gregor. Prædicantis verba pluuiæ sunt. — D. Chrysost.

71. Ergo, qui verba Dei audiunt, debent illa *intelligere*, id est, vtilitatem spiritualem percipere, colligens diuinos flores ad componendum fauum mellis, quo animus nutriatur, & reficiatur verbum *intelligo* componitur ex inter & legere, & quemadmodum apes inter varios flores, eos colligunt, quibus facios componant, quare apes vocantur florilegæ, quia ad construendos facios flores legunt: sic Ouidius agens de apibus lib. 15. Metamorphos. versu 365. dixit.

[Cognitares vsu] de putri viscere passim
Florilegæ nascuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operique fauent, in spemque laborant.

Agit de origine apum, quæ ex putri tauro generantur. Et cum ait *rura colunt*, mente volutat locum Virg. 1. Æneid.

Quales apes æstate noua per florea rura.
Exercet sub sole labor, cum gentes adultos
Educunt fœtus: aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

Operique fauent, id est, opere delectantur. Cum enim paruula sit apis, est tamen ipsa quoque instar formicæ, magni laboris. Tandem *laborant in spem* mellis conficiendi ex præda florea, & rore matutino, quem ei floribus hauriunt, & noui examinis propagandi. Ita sicut apes colligunt flores, vt fauos mellis construant ad sui & aliorum alimẽtum. Sic qui verba Dei audiunt, debent illa *intelligere*, id est, inter alias flores illa legere, vt fauum dulcissimum ex rore, & floribus constructum in sui animi alimentum conficiant. Dixi inter alios flores. quia verba, quæ ad nostram vtilitatem non conducunt, non sunt audienda, sed cum verbum Dei perfunditur, id intelligere, id est, recipere debemus, quo maximos in virtute, & profectu animi progressus faciamus.

Apes vocantur florigere. — Verba Dei flos dicitur. — Verba, quæ ad vtilitatẽ non conducunt, non audienda.

72. Eleganter nos hanc doctrinam edocuit Plutarchus in lib. de audiendo, vbi inter alia sub prędicta apum similitudine, hæc nobis propinauit: *Decet itaque*, inquit, *vbertatem & fucum abluere orationis, & fructum ipsum sectari, atque æmulari apes non coronarias. Hæ, enim folia florida; & fragantia sectantur, eaque contexunt, & connectant, gratum quidem sed vnius diei, & nullius opus fructus. Illæ identidem violarum, rosarum, hyacinthorum, transuolitantes prata sic-*

Plutarchus — Vnde apes mel conficiunt. — Intelligere, quid.

per asperrimum, & acerrimum demittunt se thymum, eique insident flauum mel operantes, capitaque aliqua vtilè præda auolant ad peculiare suum opus. Haud aliter sobrietatem, & sinceram auditorem oportet, pictam & luxuriantem dictionem, atque res Theatrales, & ad pompam paratas sucorum eam; herbam Sophistarum ducere. ac Missas facere: ipsum autem attentione sensum orationis, concionatorisque animum subire, atque excerpere ex ea quod fructuosum est, & conducibile, memorem non non in theatrum se, neque in odeum, sed in scholam, & ludum venisse, doctrina vitam correcturus; quid aptius ad intentum? ergo cum audieris diuina verba mansuetus esto, inquit, Ecclesiasticus, vt *intelligas*, id est, vt instar apum fauum mellis ẽstruas ad cibum animi tui, quo maximos in virtute progressus facias, &c.

Sophistarum herba fugienda.

Illustratio quarta.

73. ET *cum sapientia proferas responsum verum.* Montan. *In patientia.* Tygur. *cum animæ lenitate responsum præbe.* Drus. *cum longanimitate dato responsum.* Quæ omnia in idem recidunt. Suadet sapiens in audiendo mansuetudinem, vt sapienter possit responsum proferri rectum. Pro *sapientia*, est in Græco μακροθυμία, quæ proprie iræ dilationem, & tolerantiam significat. Ephes. 4. v. 2. Cum *patientia* [machrotumia] *supportantes inuicem in charitate.* Col. 1. v. 11. *In omni patientia, & longanimitate cum gaudio.* Vide cap. 3. v. 12. Cum eodem verbo μακροθυμεῖς, quod significat iram differendo seu patienter. dicitur Actor. 26. v. 3. *Propter quod obsecro patienter me audias.* Id est, æquo animo, cum longanimitate. Ergo cum longanimitate responsum præbe. q. d. Sit mora inter responsum tuum, & interrogationem alterius, eamque patienter fer, ac tolera. Sic præbebis responsum rectum. Vulgatus transtulit cum *sapientia*, id est, sapienter respondebis. Sicut enim qui se ad respondendum præcipitat, stultus reputatur. Sic sapiens cum sapientia profert responsum suum.

Cum longanimitate dandum responsum. — Ephes. 4. v. 2. — Col. 1. v. 11. — Actor. 26. v. 3. — Rectum responsum prębendum.

De stulto inquit, Salomon Prou. 18. v. 13. *Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.* Hoc ipsum repetijt noster Sirach cap. 11. v. 8. *Priusquam audias, ne respondeas verbum, & in medio sermonem ne adijcias loqui.* Sed de sapiente adijcit, Salomon vers. 15. *Cor prudens possidebit terram, & auris sapientium quærit doctrinam,* LXX. *& aures sapientum quærent cogitationem.* Id est, excogitatam rationem, pende verbum *quærere*, quod significat excogitare rationem, qua roganti homo prudens satisfaciat rectum responsum præbens. Nam qui interrogatus cunctanter excogitat rationem respondentem rogationi, rectum responsum præbebit interroganti. Sicut qui prius respondet præcipitanter, quam audiat, stultum se demonstrat, & minime interrogationi satisfacit. Tandem huc pertinet id, quod diximus Iac. 1. v. 19. *Et tardus ad loquendum.* Sicut enim nimia loquendi facilitas, & licentia ingentem malorum segetem parit: Sic qui tardus est ad loquendum, id est, qui præ meditata responsione interrogationi vult satisfacere, sapienter. Et prudenter fegerit, & sapiens reputabitur. Sic ait, Sirach. *Et cum sapientia proferas responsum verum.*

Stultus prius respondet quã audiat. Prou. 18. v. 13. — Prou. 18. v. 15. — Quærere, quid. — Tardus ad loquendum quid. Iac. 1. v. 19.

In originali Græco interiectum est, hoc hemistichium. *Et sit in veritate vita tua.* Tygur. *fac integra sit vita tua.* Vat. *vel sincera, vel verax.* q. d. Vine vitam sinceram nullo simulationis fuco tectam.

Quod

Quod si sic vixeris cum fueris interrogatus responsum reddes. Oportet enim rectam vitam legi diuinæ consentaneam degere, vt quisque à veritatis via numquam aberret, &c.

Illustratio quinta de auditore verbi diuini.

75. *Auditor verbi diuini rectum responsum Deo prædicanti præbent.* Isai.30.v.21

POrrò si vltimum hemistichium explicare velimus de eo, qui verbi Dei quocumque modo auscultat, dicemus debere auditorem rectum responsum Deo prædicanti præbere, vt dinum verbum, eius anima maximam afferat vtilitatem. Promiserat Isaias populo Israëlitico Christum Dominum venturum, & cum dixisset: *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum*, (Christum Iesum, qui concionaturus, & doctrus erat gentes) mox subdit: *& aures tuæ audient verbum post tergum monentis: hac est via*, &c. Licet aliqui de doctoribus, qui non de futuri erant Israëlitis hunc locum intelligant, sed melius de Christo Domino præceptore maximo explicandus est. ipse enim docuit viam rectam, per quam incedere oportebat, & prædicauit verbum suum, vt ad se conuerterentur. Et quia sciebat Prophetas vocanti Christo aliquos minime responsuros, quæ inurbanitas, vel potius impudentia digna erat animaduersione, & Deum ad peccatores deserendos prouocabat. Consolatur eos, & incitat ad spem venię, dicens aures eorum audituras Deum eos post terga monentem vt conuertantur, & per viam rectam incedant. & si Deus per verbum suum peccatores moniturus est, vt conuertantur, & respondeant. Conueniens est, vt ipsi proferant *responsum verum*, id est, ex corde procedens, quod verè ostendat ad meliorem se vitæ frugem recipere. Sed quia renuunt respondere, queritur Deus apud Jerem.cap.7. v.13. Et *locutus sum ad vos mane consurgens, & loquens, & non audistis, & vocaui vos, & non respondistis.* Videt etiam Prou. 1.v.24.25. Quare Ecclesiasticus cum hominem ad audiendum verbum hortatus esset, nunc monet, vt proferat responsum verum, &c. Multa possemus de hoc argumento congerere, sed satis est intentum attingere.

Christus doctor maximus.

Deus per verbum monet peccatores. Ier.7.v.13.

VERS. XIV.

Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.

Sensus.

76. *Si est tibi*, &c. q.d. Iam monui te vtroganti verum responsum præberes, nunc hortor te ad respondendum proximo, si veritatem interrogationis exploratam habueris. id est, si intelligentia vera eius rei, de qua à te inquiritur, & consultatur, tibi fuerit, non renuas consulenti, & roganti libenti animo respondere, & dubio eius satisfacere. Sed tibi non est intellectus, id est, si id ignoraueris, silentium tibi impone, tace, & supprime, ne in responsione inerudita & indocta deprehendaris, & ignominia & confusione afficiaris, &c.

Nota, & illustratio prima.

Magister debet respondere ad mentè interrogatis.

Si est tibi intellectus, responde proximo. Tygur. *si quid sapis*, quo præcepto vsus linguæ, & moderatio informatur. Vel vt Drus. *si habes intelligentiam.* Loquitur Sirach. de magistro, qui audit vel discipulum, vel alium interrogantem, quem hortatur ad respondendum iuxta mentis interrogantis. id est, si recte sentis in quo possis consulere proximo tuum consilium exquirenti. respondet proximo, & ait: *si est tibi intellectus* Lyra, veritatis circa quæsitum nos diceremus: *Si alcançares a saber la verdad de loque te preguntan, no la niegues.* Si quæsiti veritatem cognoueris, ne renuas respondere. Hoc confirmat id, quod dicitur Iudit. 5. v. 5. Vbi cum Holofernes Achiorem de populo Israëlitico interrogasset, ipse iuxta quæsitum veritatem respondit, sic dixit Achior Holoferni: *Si digneris audire, Domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo, de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsum ex ore meo.* Ecce quomodo iuxta quæsita ab Holoferne, quia Achior habebat intelligentiam, veritatem respondit, sic admonetur sapiens, vt iuxta proximi vel amici quæsita libenter respondeat, ne reprehendatur à Deo, sic ille alius, cui dedit Deus talentum, & occultauit illud, &c.

Iudit.5.v.5.

Illustratio secunda.

77. *Qui prodit se scire quod nescit, vanus est.* Dionys.

In autem sit manus tua super os tuum. Quemadmodum enim, ait Dionys. Carthus. qui negat se scire quod scit, & renuit respondere ad ea, quæ nouit, & ad quæ expedit responderi, ingratus est: sic qui iactat se scire, quod nescit vanus est, & elatus. Jdeò Glossa ait: *Sicut peccat, qui scit, & non vult proximum suum docere, sic qui, nescit, & vult magister esse.* Quare D. Paulus 1. Timo. 1. v. 6. 7. *A quibus quidam ab errantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* q. d. A quibus cum veluti à scopo quidam aberrarint ad vani loquentiam, atque inanem verborum iactationem defluxerunt. Dum interim velint legisperiti ac magistri videri, nec intelligant tamen quæ temere effutiant, &c. Quæ mirificè in hæreticos conueniunt, qui non minus stulte, quam impie quoslibet deplebe quamuis rudes, & imperitos diuini verbi interpretes, & explicatores esse volunt, prius docent quam discere incipiant. Quare noster Siracides infra cap. 18. v. 19. Hoc consilium præbet: *antequam loquaris disce.* Id est, antequam quis loquatur alios docendo, oportet discere alios audiendo, quia temerarium est loqui antequam quis bene edoctus sit. Idcò quidam antiquus monachus [vt in vitis Patrum fertur] dicebat: ne ante tempus docere præsumas, alioquin minoraberis cunctis vitæ tuæ diebus. Ergo cum quis nullam haber rei, de qua inquiritur, scientiam, neque intelligentiam debet ori suo silentium imponere. Quia vt dixit sapiens Prou. 17. v. 28. *Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: Et si com-*

1. Timot. v. 6. 7.

Hæretici prius docent, quam discere incipiant. Eccles. 18. v. 19.

Prou. 18. v. 17.

compresserit labia sua, intelligens. Et si loquatur stultus, & ignorãs euenit ei, quę statim subdit Sirach.

Illustratio tertia.

78. *Verbum indisciplinatũ, quid.*

NE *capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris.* Iam diximus hoc hemistichium in Græcis desiderari. *Verbum indisciplinatum*, vocat indoctũ, ineruditum, imperitum, doctrina, & eruditione carens, vel verbum ignorantiam vel stultitiam redolens. Sic appellat Salomon sap. 17. v. 1. *Indisciplinatas animas*, eas, quæ in errorem inductę sunt ignoratione iudiciorum Dei. Sic verbum indisciplinatum vocatur, quod sapit ignorantiam, imperitiam, stultitiam. q. d. Si rem ignoraueris, quã à te requisierint, tace, nihil loquaris, ne verbum aliquod ex ore tuo elebatur ineruditum, & stultum, *& confundaris.* q. d. *y de verguença te salgan las colores al rostro.* Huc pertinet id Prou. 18. v. 13. *Qui prius respondet, quam audiat stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.* q.d. Qui prius ad docendum accedit, quam edoctus sit, stultitiam suam facile prodit, & non gloriam, sed opprobrium sibi ascisciť, vt enim dixit D. Gregor. Nazianz. orat. Apol. 1. de fuga in Pontum. *Nam certe alios docere aggredi prius quam ipsi satis edocti simus, & (vt dici solet) in dolio discere, hoc est, in aliorum animabus pietatem meditari, & exercere, valde stultorum aut temerariorum esse videtur. Stultorum vtique, quia ne stultitiam quidem suam agnoscunt: Temerariorum, si cum eam cognitam habeant, tamen aggredi hoc non verentur.* Itaque confusione dignus est, qui docet, non prius ediscendo, nam verbum indisciplinatum & ineruditum ipsum loquentem confundit, &c. Sic explicat Rabanus sicut ille peccat, qui habet eruditionem doctrinæ, & non vult proximo docendo prodesse. Ita ille non mediocriter delinquit qui non habet scientiam Scripturarum, & tamen vult magister esse aliorum. Quamobrem mandat illi qui non sufficit alios docere, linguæ custodiam habere, & ore verbum indiscretum non proferre: quia in confusionem perpetuã cadit, qui præcauere erroris laqueum non contendit. Ideò subijcit Ecclesiasticus.

Sap. 17. v. 1.

D. G. Naz.

VERS. XV.

Honor & gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subuersio est illius.

Sensus.

Homo sensatus, quis.

HOnor *& gloria*, &c. q.d. Sicut homo sensatus & prudens (quem nos vocamus *hombre prudente atentado y cuerdo*) honorem & gloriam adipiscitur in verbis sapientibus, quæ ingentem audientibus afferunt vtilitatem: sic homo imprudens, & stultus (*hombre de satentado que habla sin tiento, y sin medida*) lingua sua se ipsum perimit, id est, in æternum barathrum præcipitatur, se ipsum ignominia & dedecore afficiendo in hac vita, & post eam æternæ damnationis pœnas luendo, &c.

Illustratio prima.

79. *Homo sensatus, quis.* 1. Paral. 2. v. 12. Abulens. *Salomon homo sensatus.* Sap. 8. v. 19. *Homo sensatus sibi adiscitur honorem in verbis suis.*

HOnor *& gloria*, &c. Hæc sententia ostendit quam vim lingua & oratio habeat, quod sit huiusmodi instrumentum, quod gloriam aut infamiam, salutem aut perniciem afferre potest ijs, qui recte vtuntur, aut abutuntur, Hominem sensatum vocat Sirach. prudentem, eruditum, & quem nos appellamus, *hombre cuerdo, y atentado.* Qui sapientia ornatus antequam aliquid exequatur, præ meditari curat. Talis erat sapientissimus Salomon, de quo loquens Hiram. 2. Paralip. 2. v. 12. dixit: *Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cælum, & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem, & eruditum, & sensatum* [Pagn. *scientem intellectum, & intelligentiam*] *atque prudentem, vt ædificaret domum Domino, & palatium sibi.* Abulensis vocat sensatum Salomonem, id est, magni iudicij naturalis & maturi: nam antequam Deus daret sapientiam Salomoni, ipse erat acuti ingenij, & sensatus naturaliter, vt ipse de se dixit sap. 8. v. 19. *Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.* Itaque homo sensatus est homo ingenij acumine præditus, qui prudenter res disponit iuxta scientiam & prudentiam suam. Hic namque adipiscitur honorem & gloriam in verbis suis, sicut ipse Salomon sensatus optabat, cum diuinam sibi despondere sapientiam ambiebat, sap. 8. v. 10. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis, & acutus inueniar,* &c. *Tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & fermocinante me plura, manus ori suo imponent.* Ecce honorem & gloriam in verbis sensati & prudentis Salomonis. Hoc enim præmio homo *sensatus* propter verba sapientia & prudentia ornata remuneratur.

Sap. 8. v. 10

In originali autem hæc sententia aliter redditur; *gloria & ignominia in loquella.* Id est, sita sunt. Nam verba præferunt vel gloriam, vel ignominiam. Verba enim hominis prudentis, & sensati gloriam sibi ascisciunt. verba autem hominis stulti pariunt ignominiam. Forte hoc innuit Salomõ Prou. 3. v. 35. Cum ait; *gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia.* Sicut enim per verba sapientes ostendunt prudentiam, & sapientiam suam. Sic stulti in verbis suis cognoscuntur efferendo se inaniter. Ergo apud Deum & apud homines sapientes verbis suis, velut hæreditario iure gloriam obtinent firmam, & immortalem, & stulti per animi, & verborum superbiam sese efferunt, & tandem in ignominiam conuertuntur. Ipse Salomon cap. 18. vers. 21. refert effectus gloriæ, & ignominiæ, aiens: *Mors & vita in manu linguæ*, Hoc est, vtrumque in potestate linguæ situm est, aut viuere aut emori, quia pro vt quis male, vel bene loquitur, ita sibi vel mortem, vel vitam creat. Confirmat hoc id Christi Domini Matt. 12. v. 37. *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Super quem locum D. Chrysost. tom. 5. in hom. ad baptiz. inter alia: *Et ideò*, inquit, *eam Deus velut muro duplici voluit circumdari. Nam dentium tegmine, & labiorum custodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferamus. Refrenat igitur linguam, & si non patitur reticere, dentium morsu quiescat, & tamquam carnifici tradatur dentibus.* Licet plus dicat Salomon quam Ecclesiasticus, fere in idem recidunt, nam gloria respondet vitæ, & ignominia morti. Effectus enim gloriæ vita

80. *Verba præferunt gloriam, vel ignominiam.* Prou. 3. v. 35.

Mors & vita in manu linguæ. Prou. 18. v. 21.

Quare lingua duplici muro circumdata est. Matth. 12. v. 37. D. Chrysost.

est,

eſt, & effectus ignominiæ mors, vt experientia demonſtrat, gloriam enim homo tamquam vitam aucupatur, & ignominiam tamquam mortem timet. Vtrumque autem, ſcilicet gloria & ignominia, vita, & mors in poteſtate linguæ continetur.

Illuſtratio ſecunda.

81. TAndem ait Sirach. *Lingua vero imprudentis ſubuerſio illius eſt*, q. d. *La lengua viene aſer a el necio ſuperdicion*, in Græco eſt: ανθρωπου, id eſt, *hominis*, vt vertit originale, ſed vulgatus legit *imprudentis*, vt effectus linguæ declaret: nullus niſi inſipiens, & imprudens, ita in verbis ſuis labitur, vt dicatur linguam ſubuerſionem illius eſſe. Quod explicauit lectio Tygur. quæ ait: *Nec raro lingua præcipitat hominem.* q. d. Homo imprudens ita in verbis præcipitatur abſque præuia meditatione, vt ipſa verba inconſiderata mortem ſibi aſciſcant, vt ſæpe experientia docet: quia veluti peſtis eſt, quæ hominem inficit & occidit. Ideò Exod. 5. v. 4. dicitur: *ne forte occidat nobis peſtis, vel gladius*. Vbi in Heb. legitur: *lingua*, nam idem eſt lingua ac peſtis, vt videtur Pſal. 1. verſ. 2. *Et in Cathedra peſtilentiæ non ſedit*, id eſt, *linguæ*, & Pſal. 90. v. 3. *Ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero*. In Heb. *à peſte celeriter necante.* Si enim peſtis & lingua quæ occidit hominem, nullus niſi imprudens, & ſtultus perit in manu peſtis linguę, & ita *ſubuerſio illius*, &c.

Non raro lingua præcipitat hominem. — Exod. 5. v. 4 — Pſal. 1. v. 2. — Pſal. 90. v. 3.

VERS. XVI.

Non appelleris ſuſurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris.

Senſus.

82. NOn appelleris, &c. q. d. Oro te ne in nomen, & exiſtimationem incidas ſuſurronis, & detractoris, vt ſolent eſſe bilingues, qui coram blande loquuntur, at poſt tergum clam mordere conantur; quare ita tegeras in lingua, vt non deprehendaris mendax, aut detractor, ſicque tua perturberis confuſione, & faciem tuam prauo pudore ſuffuſam omnibus oſtendas, &c.

Notæ.

Vocare, pro eſſe. NE *appelleris ſuſurro, vel ſuſurrator*, id eſt, ne ſis. Nam verbum *vocare* (Druſ. *ne voceris*) idem eſt, quod eſſe, vt videtur Matt. 5. v. 19. *Minimus vocabitur in regno cælorum*, id eſt, erit, *ſera tenido por el minimo de todos*. Pro *ſuſurro* in Græcis eſt ψιθυρός, quod verbum dicitur tam de re animata, quam de inanimata, & ſignificat ſuſurrum. Vt Ouid. vocauit linguam ſuſurram lib. 7. Met. verſ. 826.

Procrin adit, linguaque refert audita ſuſurra.

Lingua dicitur ſuſurra. Submiſſionem cantum ſeu murmura illa dicit ſuſurra eſt, vt noſter Pontanus notauit Sophocles Aiac. p. 1. verba ſuſurra & maledica, vel potius eiuſmodi verba lingua ſuſurra, & clam maledica fingens, omnium auribus ingerit. & apud Suydam Αφροδίτης ψιθύρου ἱερόν, veneris ſuſurratricis templum. Ergo ψιθύροι, dicuntur ſuſurrones, homines, qui ſuſurris maledicis ſolent alios traducere, ſiue lingua ſuſurra alios deferre. *Homines ſuſurrones, qui* Inde dicitur ψιθυρίζω, quod eſt ſuſurrare, id eſt, ſuſurra lingua aliquid alicui in aurem dicere, vt ſedulius Rom. 1. tom. 5. Bib. nouæ definiuit: *Suſurratores, murmuratores, non in faciem, ſed in aurem loquentes.*

Illuſtratio prima.

83. *Rabanus.* NOn *appelleris ſuſurro*. Rabanus: ſuſurronem appellat detractorem, cuius confuſio vera eſt, quia damnatio certa. & eſt, q. d. Ne ſis murmurator, & detractor, nec vocari detractorem, & murmuratorem patiaris: deteſtabile enim vitium eſt, alicuius honori poſt tergum detrahere, & illum rodere, & incirculis vellicantes, ac maledico verbo carpentes. Hoc vitium interdictum erat à Domino Leuit. 19. v. 16. *Non eris criminator, nec ſuſurro in populo.* Quare Paulus. Rom. 1. v. 29. *Suſurrones, & detractores* vocat *Deo odibiles*. Quia vt ait Salomon Prou. 26. v. 22. *Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa peruenirent ad intima ventris.*

Suſurronis, & detractoris verbum deteſtabile. — Leu. 19. v. 16. — Rom. 1. v. 29 — Prou. 26. v. 22.

De odio quo omnes ſuſurratores proſequuntur agemus, eum explicemus ſequentem verſum. Interim aliquid in confirmationem verſus præſentis offeramus. Cum Deus præcepit neminem eſſe *ſuſurronem* in populo. Generale dedit præceptum, ne vllus alterum lædat, accuſans iniuſte, vel infamans palam, & publice, & ne clam & occulte de alio obloquatur, eave proferat, quæ noceant exiſtimationi. Nam vt D. Anſelm. in 2. Epiſtolam ad Corint. cap. 13. ait, *ſuſurratio eſt quando quis murmurat, & non in facie loquitur, ſed de illo alijs male loquitur.* Illi enim proprie dicuntur ſuſurrones, qui alienis auribus perſtrepẽtes amicorum coniunctiones diſſuunt, ac diſſoluunt: & occulte maledicendo odium in aliquem aut diſſentionem moliuntur. Aliqui transferunt vt Pagn. *Non ibis fraudulenter in populo tuo* LXX. *Non ambulabis dolo in genti tua.* Vel vt Muriſterus. *Non incedes veluti fraudulentus contra proximum tuum.* R. Kimhi explicat non diſcurras vt delator & accuſator; faciens inter amicos diſcordias. Pigmentarij vtitur exemplo, qui varias commiſcet ſpecies, & negociatoris, qui ventris cauſa, huc, illuc diſcurſat: Sic paraſitum [vulgo *truhan*] criminatoremque vltro ac citro commeare, vt habeat quæ referat; mercatoris ſimilitudo placuit Abenezræ, qui ab vno emit, vendit alteri, eodem modo detractorem, quod ab vno audiuit, alteri propinare, & obtrudere, fucis, ac mendacijs interpolatum mixtumque, ergo ſuſurratoris nomen non audiatur, ait enim S. Antiochus hom. 30. de ſuſurratione tom. 7. Bibli. nouæ. *Suſurrationem itaque fratres, quam maxime fugiamus, vt ne nos amænitate priuet paradiſi, noſque tranſmittat in gehennam ignis*, &c. Sicut enim paradiſi amœnitas cor reddit pacificum, & amœnum: Sic ſuſurratio & detractio animum commouet, & perturbat; & in ſe priuationem amœnitatis admittit, quare fugienda eſt, ne in ignis gehennam tranſmitemur.

Deus præcipit neminem eſſe ſuſurronem. — D. Anſelm. — *Suſurrones amicitias diſſuunt.* — *Suſurrator inſtar negotiatoris.* — S. Antioch. *Suſurratio fugienda.*

Illuſtratio ſecunda.

84. *Cauendum ne homo de mendacio arguatur.* ET *lingua tua ne capiaris.* Proprie, q. d. Caue ne de mendacio arguaris. *Guarda te no te cojan en mentira*, ſibi enim turpiſſimam ignominiæ notam inurit, qui *capitur lingua ſua*, id eſt, qui mendacia conflat, à veritate deflectens, &c. Tygur. *nec lingua tua ſtruxeris inſidias.* Druſ. *neue inſidieris lingua tua.* Verbum *inſidiari*, vel inſidias ſtruere, ſicut verbum *capere.* denotat hominis detractoris, vel ſuſurratoris fallacias & præſtigias, quibus alios capere ſtudet. Forte hoc innuit Salomon Prou. 11. verſ. 6. cum ait; *in inſidijs ſuis capientur iniqui.* Quod verti poteſt: *In inſidijs ſuis aut prauitate mentientes capientur.* Et quamuis intelligatur de auaris, qui captiui redduntur auaritia ſua, poteſt etiam explicari de ijs, qui linguæ verbis facile capiuntur. Qui enim verbis ſuis ſtruit inſidias mendacia conflans, in ipſis verbis ſuis capitur, ſeu captiuatur, id eſt captiuus redditur. nullus ita facile capitur ſicut mendax, nos eo prouerbio triuiali vtimur: *Antes cogen ael mentiroſo que al coxo.* Quare Salomon Prou. 30. v. 6. hoc conſilium præbet: *ne addas quidquam verbis illius, & arguaris, inueniariſque mendax.* Dixerat de verbis prophetarum vera annuntiantibus, quæ vocat ſermonem ignitum, & ea appellauit Clypeum, ſeu ſcutum protegens. Nunc admonet neminem audere falſa addere, & miſcere, ne arguatur, & inueniatur mendax. Ex quo infertur mendacem, qui facile in verbis ſuis capitur, argui à ſapiente. Ideò ait Sirach: *& lingua tua ne capiaris.* Id eſt, ne inſidias ſtruens verbis tuis mendacia conſles. Quia argueris, & confuſione perturbaberis.

Prou. 11. v. 6. Iniquus capitur in inſidijs ſuis. — *Nullus ita facile capitur, ſicut mendax.* — Prou. 30. v. 6. — *Mendax à ſapiente arguitur.*

Et confundaris. hoc verbum in originali deſideratur, ſed appoſitum eſt à vulgato ad explicandam vim ſententiæ, & oſtendendam pœnam reſpondentem culpæ illius, qui mendax eſt, & in verbis ſuis capitur. Mendacium enim parit confuſionem; & cum aliquis in verbis ſuis capitur confunditur & perturbatur. Quam pœnam Pſaltes deprecabatur in eos, qui verba ſibi ignominiam afferentia proferebant. *Induantur* (inquit Pſal. 34. v. 26.) *confuſione, & reuerentia* (Genebr. *ignominia*) *qui magna loquuntur ſuper me.* hoc eſt, qui magna & tumida verba, qui probra & maledicta, & mendacia pleno ore locuti ſunt. qui enim contra aliquem verba mendacia proferunt confuſione & ignominia inducuntur, cum in verbis ſuis mendacibus capiuntur. Gloſſa ordin. apponit exemplum hæreticorum, qui furtim & occulte ſeminant errorem, & confunduntur tandem æterna damnatione. 85.

Mendacium parit confuſionem. — Pſal. 34. v. 26. — Genebrard. — Gloſſa.

VERS. XVII.

Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem. Suſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia.

Senſus.

86. SVper furem, &c. q. d. Verum eſt, latronem, cũ in furto capitur, & arguitur, valde perturbari & confuſione impleri, ſed lõge ſuperat confuſio & pœnitentia illius, qui in mendacio capitur. Et ſicut bilinguis, qui palam vnum loquitur, & aliud poſt tergum, proximi honori detrahens, ſibi turpiſſimam ignominiæ notam inurit, & ſummum dedecus admittit: ſic ſuſurrator ſibi odium, inimicitiam, & contumeliã aſciſcit, & efficitur deteſtabilis, odioſus, infeſtus, &c.

Illuſtratio prima.

SVper *furem*, &c. Videtur ſapiens exequare pœnam furis atque obtrectatoris, quorum diſſimili in re eſt cõſimilis quædam ratio, quod vterque detractor ſit, alter rei alterius. alter famæ: Vterque lædit proximum, ille in re ſurripienda, hic in exiſtimatione minuenda. In originali tantũ eſt. *Super furem eſt confuſio nequam.* omittit, *& pœnitentia.* Illud *nequam*, oſtendit confuſionem furis, non eſſe bonam, ſed prauam, & ignominioſam, contrariam alteri confuſioni ortę ex bono pudore, vt indicet eſſe ſuſurronis ſimillimam. Quis ignorat, furem, cum in furto deprehenditur, turpem ignominiæ labem ſubire, ipſumque dedecore, & turpitudine notari. Pari ergo modo ſuſurro & detractor famę eadẽ pœna digni ſunt, & non eadem ſolũ ſed maiori, quia furis culpa excuſationem meretur, cum alterius ſubſtantiæ detrahat, vt propriæ neceſſitati ſatisfaciat. Sic dixit Chryſoſt. to. 3. hom. 37. in c. 5. Ioann. *Nam ſcortator voluptatis ſtimulos in excuſationem affert, fur paupertatẽ.* Sed cũ ſuſurro, & detractor famæ & nomini noceat, peior & turpior eſſe iudicatur, quia melius bonum & irreparabilius aufert. Quia vt optime ſapiens dixit Eccleſ. 7. v. 2. *Melius eſt nomen bonum quam vnguenta pretioſa*, & Prou. 22. v. 1. *Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multæ.* Si ergo fama & nomen pluris ęſtimetur ab homine quam multę diuitiæ, quid mirandum deteſtabilius. Delictum eſſe, auferre famam & nomen quam furari diuitias multas, & proinde magis dignum pœna.

Confuſio furis. cum capitur ignominioſa. — D. Chryſoſt. — *Suſurro, & detractor peiores furibus.* — Eccleſ. 7. v. 2. — Prou. 22. v. 1.

Fures olim puniebantur ſicut nũc mortis pœna. Sic refert Rhodigin. lib. 10. c. 6. de dracone legumlatore. *Draco*, inquit, *quem ſanguine non attramento leges conſcripſiſſe proditum eſt; quique omnium princeps Athenienſi populo tuliſſe eaſdem memoratur, qualecumque admiſſum foret furtum mortis pœnam irrogauit auctori.* & de Solone legum latore ait, duplici pœna vindicandum ſanxiſſe, in eum qui furti ſe alligaſſet. Si ergo *ſuper furem eſt confuſio* ſuſurratoris, id eſt, ſuſurrator magis dignus eſt pœna quam fur, ſicut enim confuſio mortis comitatur furem, ſic detractorem, & bilinguem. forte *confuſio nequam*, idem eſt, ac pœna mortis. Sed certe *confuſio, & pœnitentia*, hic ſignificant deteſtationẽ commiſſi criminis. vix latro, commiſſo crimine, in furto deprehenditur, cum confuſione perfuſus perturbatur, & illum facti pœnitet, eſt q. d. Confuſio, & pœnitentia eius, qui bilinguis eſt, & capitur in verbis, acerbior eſt, quam ea, quę furem comitatur, cum in furto deprehenditur. Suſurrones & bilingues fures imitantur, ſicut fures opes & res familiares auferre. Sic bilingues & ſuſurrones honori detrahere conantur. Et ſi fures, vt diximus, excuſationem aliquam habent, cum dicat Salomon Prou. 6. v. 30. *Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit: furatur enim vt eſurientem impleat animam: deprehenſus quoque reddet ſeptuplum*, &c. Siquidem opes furatæ reſtitui poſſunt, ſed honor amiſſus reſarciri nequit. Quare cum aliquis in furto honoris & famæ deprehenditur, maiore confuſione & pœnitentia ſupplicium ſui criminis ſubire timet, quam ille qui res fami-

87. *Fures puniebantur pœna mortis.* — Rhodigin. — *Suſurratorẽ comitatur pœna mortis* — *Bilingues fures imitantur.* — Prou. 6. v. 30.

familiares furatus est, &c. Vnde ait Sirach. cap. 41. vers. 15. *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni.* Cum enim quis diuitias possideat non facile stabilire & confirmare eas potest, quia fugaces sunt; at bonam famam & nomen bonum securius constituere sibi potest, vt in æuum permaneat. Ergo qui opes perdit recuperare illas, non est difficile, sed difficillimum bonum nomen seu honorem perditum recuperare. Non est enim æqua honoris ablati in humanis compensatio.

Eccles. 41. v. 15.

Honor perditus difficile recuperatur.

Illustratio secunda.

88. *Aliæ lectiones verbi denotatio non sunt suscipiendæ.* Lyra.

Et denotatio pessima super bilinguem. Non bene alij legerunt *deuotatio*. Sicut quidam libri habent. Nec *deuoratio* vt alij vertunt. Quæ lectiones, licet sensum accommodatum recipere possunt, non sunt recipiendæ, & quamuis Lyra in textu, *deuotatio* habeat; at verius est illum legisse *denotatio*, sicut noster vulgatus, patet ex eius commentario, qui sic habet, id est, ostensio confusibilis cum digito. hoc est, denotatio confusione plena, vt ille confunditur, qui digito designatur ab alio, qui eum alicuius criminis accusat. Quare optimè Montanus transtulit, *damnatio mala*. Tygur. *pessima vituperatio*. Drus. *condemnatio pessima*. q. d. Super bilinguem & susurronem, qui proximi honori detrahit, & verbis mendacijs illum furatur, grauis damnatio & vituperatio competit, id est, vt explicat optimè Iansen. venia talis non est dignus, sed omnino dignus est, qui sine misericordia damnetur, ac perpetuam ignominiam ferat: quia non ex inopia peccat, & grauissimum damnum infert, idque sine proprio commodo.

Grauis vituperatio competit super bilinguë. Iansenius.

Susurro [inquit noster Ecclesiasticus cap. 28. vers. 15.] *& bilinguis maledictus*, id est, maledictione perpetua mulctabitur ille, qui bilinguis & susurro est. Et Salomon tales detestatur Prou. 8. v. 13. cum ait *os bilingue detestor*, hoc est, execror, & odio prosequor illum, qui ore bilingui loquitur, id est, detrahit alterius honori, aliter præsens, aliter absens eloquendo.

Os bilingue detestator Dominus. Prou. 8. v. 13.

89. Prou. 18. v. 8. Rationem autem quare Deus odio prosequatur os bilingue, reddit Salomon Prou. 18. vers. 8. Dicens: *verba bilingues quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.* Pagn. vertit: *verba susurratoris sunt vt vulnera*, & ipse sic exposuit hunc locum. Verba illius, qui calumnias ingerit, & ab vno accepta, alteri in susurrat, videntur quidem non vulnera, sed quasi vulnera, non percussiones, sed quasi percussiones. id est, leuiores quidam ictus; sed tamen paulatim augentur, & animi interna peruadunt, id est, paulatim ac sensim ad cor vsque permeant, tale enim est susurronis ac bilinguis verbum sicut exigua plaga; quod tunc cum primum auditur leuem plagam infligere videtur, sed cum postea cogitatione & meditatione attrectatus, altius quotidiè descendit, & ad cor vsque pertransit. Quid euidentius? vide D. Bernard. serm. 24. in Cant. Bilingui ergo *denotatio pessima* conuenit, id est, meretur vt ab omnibus ignominiosè tractetur. Notare aliquem ignominia, dicimus pro eo quod est ignominia afficere. Et *denotatio pessima*, idem est, ac ignominia pessima. iure optimo bilinguis ignominiæ pœnam meretur, siquidem non necessitate, sed malitia petulanter peccat.

Verba susurronis, quasi vulnera.

D. Bernard. *Denotatio pessima, quid.*

Illustratio tertia.

90. *Pœna susurronis, qualis.*

Susurratori autem odium & inimicitia, & contumelia. Iam diximus hoc hemistichium in originali desiderari. Sed additum est à vulgato exaggerationis gratia, exaggerat enim sententiam operire pœnam & supplicium, quod susurratori competit. Sicut bilinguis meretur denotationem pessimam, id est, condemnationem, & vituperationem omnium, sic susurratori conuenit odium, & inimicitia, & contumelia omnium. Sic Rabanus: Rectè inimicitia & odium & cõtumelia susurratoribus adiunguntur: quia fraus illorum ac nequitia facit illos Deo & hominibus detestabiles. Quod omnes susurratores execrentur, & odio prosequantur. Constat ex eo. Rom. 1. vers. 29. vbi ait: *Susurratores & detractores, Deo odibiles.* Odio enim Deus prosequitur susurratores, quia susurratio solet generare discordias, cum quis vnum palam loquitur, & aliud post tergum, susurrans alterius peccatum, vt ignem furoris accendat inter eos, qui sibi inuicem aduersantur. Ideò Salomon Prou. 26. vers. 20. dixit: *Cum defecerint ligna extinguetur ignis, & susurrone subtracto iurgia conquiescent.* Nullus ita ignem discordiarum accendit vt susurrator. Sicut enim qui igni carbones, vel ligna suggerit auget ignem, sic qui ligna detrahit illum extinguit. Pari modo discordiæ augentur, & minuuntur. Si susurrator causa est, quod ignis discordiarum incendatur, illo subtracto iurgia conquiescent, id est, ignis discordiæ extinguetur, nam deficiente causa, deficiet & effectus. & sicut dixit Plutarch. *Ignem qui non præbet ei materiam extinguit.* Quare optimè Ecclesiasticus odium susurratori competere affirmauit. Quis enim non execratur eum, qui susurratione ignem discordiarum incendit, & fouet, non solum sunt Deo odibiles, sed & hominibus. Honorius Augustodunensis præsb. tom. 12. Bibl. nouæ p. 1. explicans id Prou. 26. v. 22. *Verba susurronis*, &c. Inquit: *susurronem vocat incentorum litis, & bilinguem qui laudem laude verborum simulat; & ideò quasi simplicia videntur verba ipsius, sed per ueniunt ad interiora ventris, quia susurro semper quærit audire vnde iurgia possit seminare, quibus Stomachus indigetur, & omnia interiora perturbentur.* Et D. Antiochus tom. 7. Bib. nouæ hom. 3. agens de susurratione, cum dixisset susurronem, & detractorem complices esse, & in extremam suam operationem conspirare, subdit: *Par siquidem, & vna est vtriusque operatio: vtrumque recta in viam abripiens perditionis, vtrumque cum infensè oderint, & Deum & homines, execrandum enim detractionis scelus atque susurrij: in ijsdem comperiuntur contubernales cum sint, quæ res facile indicat talium vitam longe esse contaminatißimam, atque impuram maximè*, &c. Itaque susurratori odium competit, nam vt explicat D. Anselm. id, *Deo odibiles*, inquit, *odibiles enim sunt Deo qui malè susurrant de proximis suis, vel detrahunt eis. vel Deo odibiles dicuntur, qui seminant inter amicos discordias*, &c.

Rom. 1. v. 29. *Susurratores Deo odibiles.*

Prou. 26. v. 20.

Discordias auget susurrator.

Honorius. Prou. 26. v. 22. *Susurro vocat incentor litis.*

D. Antioch.

Susurro & detractor similes.

D. Anselm. *Susurratori odium cum petit.*

91. *Et inimicitia & contumelia*, id est, competit, vel susurro meretur, vt omnes oderint, & tamquam inimicum execrentur & ignominia & opprobrio afficiant. qui inimicus est omnes suos conatus in inimicum effundit, illum insequitur, inuehit, oppugnat. Hac insectatione & oppugnatione dignus est, qui susurrat de

Qui susurrat contra proximum odio habetur. Rom. 1. v. 29. de proximo suo, qui eius honori detrahere per susurrationem conatur, dignusque est vt ab omnibus contumelijs afficiatur; ideò Paulus cum *susurrones* Deo *odibiles* vocasset, id est, inimicos & aduersarios, addit Rom. 1. vers. 29. *contumelioſos*. q. d. Susurrones digni sunt contumelia, & opprobrio, contumelioſos vocat, passiuè, id est, merentur, vt omnes eum contumelijs onerent, & multa in eos opprobria conijciant. Dixit Diuus Ambrosius super hunc locum. *Post hæc subijcit malignitate, quæ gignit susurrationes, atque detractiones: Et quoniam hæc Deo non displicere non possunt, ait Deo odibiles, & quia nec hominibus placent contumelioſos*, &c.

Susurrones cum detractores D. Ambros.

VERS. XVIII.

Iustifica pusillum, & magnum similiter.

Sensus.

92. Palacius. *Iustifica*, &c. q. d. Omnia Dei mandata siue sint maximarum siue minimarum rerum summa cura & diligentia sunt inquirenda, cognoscenda, & obseruanda. Et vt Palacius explicat, iustifica opera tua siue parua siue magna. Nihil nec magnum nec paruũ imperitè aut iniustè peregeris. Hæc iuxta Græcam lectionem. sed melius explicatur iuxta vulgatam. q. d. Cum detractores & susurrones odibiles & contumelioſi sint, iustum iudicium proferre stude in omnibus; da operam vt de rebus, quæ paruæ sunt iudices sicut de magnis, & non solum ea, quæ in detractionibus & susurrationibus parua videntur iudica, sed de his, quæ magna sunt paruum videtur susurrare, & detrahere, sed certè magnum est, si ergo iudicas hoc vitium vt paruum, iudica etiam illud vt magnum; ad hoc vt iustam pronunties sententiam. Susurratores enim furibus comparantur, sicut ij, qui parua furantur à iudicibus iudicantur, sic illi, qui magna detrahunt, &c.

Nulla debet distantia personarum, esse accipiendo nec accipietis cuiusque personam, quia Dei iudicium est. Deut. 1. v. 17

D. Hieron. *Apud Deum nullus distat ab alio.*

Notæ.

Iansenius. Aliqui vt Jansenius hanc sententiam diuidunt separantes eam à cap. 5. Et principium capitis 6. ab ea exordiuntur quia nullum cum præcedentibus nexum inueniunt. præcipue si de acceptione personarum explicetur, vt mox dicemus. Quamuis lectio originalis Complutensium nexum admittat, id est, cura vt non solum non ignores ac negligas magna, sed nec ea, quæ parua sunt vel videntur. In Græco est μὴ ἀγνόει, id est, *ne ignores*, quia verbum Græcum ἀγνοέω, significat ignorare, & iudicare. Alij etiam legerunt: *Ne imprudenter age.* imprudenter enim agit, qui ignorat an sit magnum, vel parum, quod iudicaturus est: sed licet Græca lectio non sit contemnenda, tamen vulgata præponenda, quæ licet videatur nexum non admittere cum superioribus, nihilominus, illum inueniet, qui *pusillum* & *magnum* intelligat in neutro genere, iuxta sensum prælibatum. Potestque esse huius sententiæ sensus: Iustè sentire & iudicare de magnis rebus te oporter, & de rebus paruis rectè pronuntiare, &c.

Iudicandus æque diues, & pauper. D. Gregor.

Illustratio.

93. Hugo. Dionys. Rabanus. *Iustifica*, &c. Hugo Carens. & Dionys. de acceptione personarum interpretantur. Sic etiam Rabanus qui ait: iudicij docet æquitatem, ne forte personarum acceptor fias, & per odium alicuius seu adulationem à via veritatis declines. q. d. In iudicando æque ratio habenda est causæ alicuius parui, atque alicuius magni, & vtriusque causæ perpendendæ sunt, vt de vtroque rectum iudicium proferri possit. Quam interpretationem confirmat Holcot. aiens: id est, æqualiter secundum merita, & non secundum acceptionem personæ. Hoc apprimè potest illustrari ex eo Deut. 1. v. 17. Quod iudicibus dicitur: *Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum, esse accipietis nec accipietis cuiusque personam, quia Dei iudicium est.* ex Heb. *non cognoscetis facies in iudicio*, id est, personam non considerabitis, an diues sit, an pauper, hunc audietis & iudicabitis, sicut diuitem. Quia cum iudicatis Dei vices geritis, Deus autem in iudicio æquissimus est, nec personam respicit. Eleganter dixit D. Hieronym. Epist. ad Damas. *Alienum te à personis omnium redde in iudicio; ac propter iustitiam in iudicio pauperem defendas, nec propter gratiam diuiti indecenter assistas, aut si non potes facere, cognitionem respice causarum.* Pende illud *distantia personarum*. q. d. Nullus apud Deum distat ab alio, nisi secundum distantiam meritorum. æque enim distat pauper & dites apud Deum, æque etiam distare debet apud homines, ne persona accipiatur vt non fiat iudicium iustum. Iudices enim, qui personam Dei gerunt, parati debent assistere ad audiendam causam pauperis æque ac causam diuitis, & quæ iusta fuerit eam defendere, & quod iustum est iudicare. Dixit enim D. Gregor. tom. 4. lib. 2. in dicti. 11. Epist. 27. *Ideoque huius præcepti vos pagina necessario duximus adhortandos, quatenus nullus personam attendentes: sed Dei timorem habentes præ oculis ibi cum omni æquitate, si qua vobis de eo dicta fuerint, memores futuri iudicij, subtili de beatis indagatione perquirere.* Hoc confirmatur Leuit. 19. vers. 15. Vbi ait Dominus per Moysem: *Non facies quod iniquum est, nec iniustè iudicabis? Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iustè iudica proximo tuo.* Quod præcipit Dominus iudicibus, est, non considerare personam pauperis, vt iniquã eius miseratione commoti iudicium conuertant, nec vultum potentis honorare, vt ei iniquam reuerentiam præstantes, non æquè iudicent, sed à iuris æquitate dimoueantur; quare iudices vnam semper in ferenda sententia æquitatem spectare debent, fugientes personarum acceptionem. Dixit enim Gratianus dist. 21. cap. inferior: *Sole ĉla ius exhibuimus non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est eum, qui maioris potestatis est iudicijs suis adijcere. Sed summus iudex secundum leges æternas non minus curat de debilibus, quam de potentibus & diuitibus quia cap. 6. Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus*, &c. Vide Ezech. 13. v. 18. & Prou. 17. v. 15. dicitur: *Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum.*

Leuit. 19. v. 15. *Iustè iudicandus proximus.*

Exempla non parua inueniuntur in sacris & in prophanis litteris, vnum aut alterum offeramus. Natham sapienter admodum regem Dauidem turpissimo adulterio & nefario homicidio pollutum ad resipiscentiam pertraxit

94. *Exempla de acceptione personarum.*

2.Reg.12.v.1.Elias, Jeremias, Ezechiel populi Iudaici magnatum, principum, regum scelera luculenter describunt, & damnant, sine personarum acceptione, Deique comminationes expressis verbis denuntiant. D. Ioann. Baptista Herodis regis personam minime respexit quo minus ei licêre diceret. *Non licet tibi*, &c. Marc.6.v.17. Vide Dan.4.v.24.& 5.v.22.1.Reg.28.v.17.& 2.Reg.3 vers.13.

Marc.6. v.17.

Ex prophanis hęc exempla accipe: Epimanondas (vt refert Plutarch. in Paral.) Thebanorum dux filium corona donatum, deinde securi feriri iussit, quod præcepti paterni contemptor. Cum hoste conflixisset, eumque vicisset. Brutus consul, & Manlius Torquatus liberorum suorum personas minime respexerunt, imo capite multarunt, vt patriæ libertatem conseruarent, vt refert Valer.Maxim.lib.5.cap.8. & lib.6.c.3. Tandem Zeleucus Locrensis, cum legem tulisset de adultero excæcando, eiusque filio in adulterio deprehensus esset, se vno, filium altera priuauit oculo, ne ob acceptionem personæ lex lata violaretur Valer. Maxim. lib.6. cap.5. Ergo ait Ecclesiasticus: *Iustifica pusillum & magnum similiter.* Id est, æque iudica paruum vt magnum. Quare dixit D. August. *Absit Domine, vt in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur personæ diuitum: aut præ ignobilibus nobiles, quando potius infirma mundi elegisti, vt confunderes fortia.* Vide Suetonium de vira duodecim cæsarum.

Plutarch.

Valerius Maxim.

Æque iudicandus magnus, & parvus.

D. August.

Tandem quia Montanus quem sequitur Drus. transtulit: *In magno, & in paruo ne ignores aliquid.* Alium sensum offerre necessum est, vel potest de præceptis Domini intelligi q. d. Da operam vt non solum non ignores, ac contemnas magna, sed nec ea quæ parua videbuntur. Et caue ne mandata Domini transgrediaris siue magna, siue parua contineant, quę inquirenda & cognoscenda sunt, vt obseruentur. Vel, vide ne ignores differentiam inter magnum & paruum vitium, vt quæ parua sunt, magna ducas, & quæ magna sunt parui æstimes, sed iustè iudica de pusillo, sicut & de magno. Itaque pusilla & magna possunt referri ad mãdata, vt ea obseruentur siue sint magna, siue parua. Quia mandata Domini sunt. vel possunt referri ad vitia, quæ vt sunt iudicari debent, iustum iudicium in omnibus præbeamus, vt superius diximus & hæc de capite 5.

95. *Montani & Drusij intelligentia.*

Non ignoranda differentia inter magnum & parvum vitium.

CAPVT SEXTVM.

Oli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. 2. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam, 3. Et folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. 4. Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum. 5. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. 6. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. 7. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facilè credas ei. 8. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. 9. Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam & conuitia denudabit. 10. Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. 11. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. 12. Si humiliauerit se contra te, & à facie tua absconderit se, vnanimen habebis amicitiam bonam. 13. Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. 14. Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. 15. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. 16. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inuenient illum. 17. Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius. 18. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. 19. Quasi is qui arat, & seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. 20. In opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationibus illius. 21. Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. 22. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proijcere illam. 23. Sapientia enim doctrinæ secundùm nomen est eius, & non est multis manifesta: quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei. 24. Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abijcias consilium meum. 25. Inijce pedem tuum in compedes illius, & intorques illius collum tuum. 26. subijce humerum tuum: & porta illam, ne accedieris vinculis eius. 27. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius. 28. Inuestiga illam & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam. 29. In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. 30. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ. 31. Decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris. 32. Stolam gloriæ indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi. 33. Fili, si attenderis mihi, disces: & si accommodaueris animum tuum, sapiens eris. 34. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire. sapiens eris. 35. In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. 36. Et si videris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. 37. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

Argumentum Capitis sexti.

IN hoc capite 6 docet Ecclesiasticus dilectionem proximi, propellere improperium, inuidiam, ac ferocitatem. Quam dilectionem iuuant dulcedo in verbis, & pacifica conuersatio. Docet etiam multiplices esse amicos, sed verum amicum non posse satis æstimari. Ostendit tandem quantum oporteat diligere & conseruare sapientiam, & quærere prudentum societatem, Deique præcepta seruare, &c.

VERS. I.

Noli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis.

Sensus.

1. NOli fieri, &c. q.d. Inter alia monita, quibus te, ô fili, informare incipio in hoc capite, hoc vnum maxime ducendum: scilicet, ne tibi vnquam contingat, vt cum te pro amico geris, fias inimicus, blande coram loquendo, & occulte eius honori detrahendo, quod valde detrimentosum est, quia idem improperium & contumeliam patieris, ac malus quisque hęreditare solet. Hoc enim vitium bilinguis & inuidi proprium est: quare tibi longe ab eo fugiendum est, &c.

Notæ.

Aliqui ex præcedenti versu incipiunt hoc caput.

IAnsenius hoc cap. 6. exorditur à versu vltimo, præcedentis capitis. *Iustifica*, &c. Forte quia in originalibus apponitur particula *&* coniunctiua. Cum incipiat caput: *& pro amico non fias inimicus.* Sectatur aliquos, qui simili modo exordiuntur. sed nos sequentes vulgatā lectionem ex hoc versu, initium facimus, sicut etiam alia originalia faciunt. Alij etiam codices extendunt caput quintum aduersum ab hoc alterum: *Ne te ipsum extollas*, &c. Sed licet aduersetur horum distinctioni copula *&*, vulgatum sequi & imitari debemus.

Hæc sententia dehortatur à perfidia in amicitia.

Pro amico, &c. Videtur hæc sententia dehortari à perfidia in amicitia, qualis est eorum, qui sub simulatione ac nomine amici sunt inimici. Nam eos dicit esse bilingues, hoc est, varios ac duplices, amicos fictos, ac perfidiosos, qui aliud habent in ore, aliud in pectore. Huiusmodi hominum perfidorum ac proditorum summam infamiam esse dicit. Sic Rabanus: Hac sententia, inquit, ostendit nobis ius veræ charitatis: quia qui vere amicus est, non potest ad inimicitiam reuerti. quoniam *charitas non agit perperam*, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem: congaudet autem veritati. 1 Cor. 13. v. 6. Pro, *hæreditabit* in Græco est κληρονομήσει, LXX. habent κληρονομήσεις, id est, *hæreditabis*, vt sensus sit, si pro amico fies inimicus, quasi hæreditate acquires nomen malum, ignominiam & dedecus. Sed Drusius existimat legendum esse; αἰσχύνη, & κληρονομήσει, hæreditabit te, siue hæredes tui erunt, videlicet, nomen malum, ignominia & dedecus. Vulgata distinctio hunc sensum continet, vt dicat mali nominis, quod ex simulatione amicitiæ comparatur, hæreditatem esse probrum & dedecus. *Et omnis peccator*, &c. Vel *sic peccator bilinguis*. Verbum substantiuum *est*, non habetur in textu Græco sed Complut. legunt, ἀτιμίαν ἕξει, id est, infamiam feret, siue infamis erit.

(Rabanus.)

Explicatio, & illustratio.

2. NOli fieri, &c. Duplici sensu potest hæc sententia explicari 1. vt hominem exhortetur ad amicitiam conseruandam. q. d. Ne ex amico fias inimicus, vt noster Sâ insinuauit, nec non Dionys. & Hugo. quod probat illud verbum *proximo*. Quod deest in originali Græco, id est, noli amittere amicitiam proximi tui, & fieri eius inimicus, sed dilige eum tamquam verus amicus. Hoc docet Salomon Prou. 27. v. 17. *Omni tempore diligit, qui amicus est*, id est, qui verè amicus est numquam desistit ab amici amore, sed semper amat, & ex amico non fit inimicus. Quam inconstantiam reprehendit D. Chrysost. tom. 1. explicans id Psalm. 120. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc & vsque in sæculum.* ait, *non vno*, inquit, *aut duobus, aut tribus aut decem aut viginti, aut centum diebus, sed perpetua, quod quidem non in est hominibus, sed multæ sunt rerum mutationes frequentes traductiones & continuæ vicissitudines. Hodie amicus, cras inimicus, hodie fert spem, cras vero te deserit: sæpe autem non solum deserit, sed etiam oppugnat, & insidiatur quouis hoste grauius.*

Duplex sensus sententiæ. Sâ. Dionys. Hugo. Prou. 27. v. 17. Qui amicus est omni tempore diligit. D. Chrysost. Amicus debet esse constans.

3. Germanus autem huius sententiæ sensus est, quem superius obtulimus. Scilicet, ne coram amicum te simules, & absens pro inimico te geras, occulte detrahendo, & calumniando. Hoc apprime illustrat id Prou. 11. v. 9. *Simulator ore decipit amicum suum.* Quod licet de adulatore possit intelligi, in vniuersum tamen de dolis & fraudibus explicatur, q. d. Simultatus amicus verba dat, fallit, decipit, amicitiæ nomine, nam coram blande loquitur, & post tergum eius honori detrahit, actiones amici calumniando, & amicus cum sit, inimicus efficitur. Beatus Petrus Damian. tom. 2. serm. 4. de S. Seuero Episcopo, & confess. mense febru. explicans id Jeremiæ 9. vers. 4. *Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam*, ait, amicorum iniurias amariores esse: *Improbus namque aduersarius cum à bonorum cordibus repelli se conspicit, eos, qui ab illis familiarius diliguntur, exquirit; & eos sæpe ad inferendam iniuriam concitat: quatenus sancti viri, dum eorum, à quibus maxime venerari debuerant, peruersitate lacerantur, eorum mens procliuius ad iracundiam prouocetur.* Nemo itaque amicus dicendus est, qui coram solum amico tractat, & post tergum ro-

Amicus coram, & post tergum inimicus reprobatur. Prou. 11. v. 9. B. P. Dam. Ier. 9. v. 4. Amicus simulatus ad iram prouocat.

rodit amicum. Quare non te simulare debes amicum coram & post tergum inimicum, illum calumniando tamquam inimicum, sic docuit eleganter Horat. serm. 4. cum inquit.

(Horatius.)

—— absentem, qui rodit amicum
Qui non defendit, alio culpante, &c.
Hic niger est: hunc tu Romane caueto.

Haud dubium amicus, qui ex amico fit inimicus, cauendus est, vt inimicus. Quare dicebat Cicero de Amic. *Cauendum vero est, ne etiam in graues inimicitias conuertant se amicitiæ. Noli*, ait Sirach, *ex amico fieri inimicus* proximo. Nota [inquit, Palacius] si tantum flagitium est inimicum fieri sine causa, quanto grauius erit Deo & Christo eius tantoperè nobis amico, tam sine causa fieri inimicum. Recte illud Ieremiæ 2. v. 12. *Obstupescite cæli*, &c. *Me derelinquerunt*, &c. Item versu 5. *Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me*, &c. Idem Micheas 6. v. 3.

(Cicero. Palacius. *Dei, & Christi amicitia confirmanda.*)

Illustratio secunda.

4. IMproperium enim, & contumeliam malus hæreditabit. q. d. Sicut malus hæreditat improperium, sic ex amico fit inimicus. LXX. *hæreditabis*, id est, si pro amico fias inimicus, quasi hæreditate acquires nomen malum, ignominiam, & dedecus, vel tandem mali nominis, quod ex simulatione amicitiæ comparatur, hæreditatem esse probrum, & dedecus: q. d. Qui ex amico fit inimicus tamquam malus improperium hæreditabit, & contumeliam. Sicut enim hæres iure hæreditario quæ relicta sunt Patris, vel alterius, qui illum hæredem instituit, possidet, & illis fruitur, sic falsus amicus hæres constituitur improperij & contumeliæ, & iure hæreditario ea possidet, quia debentur ei. Per prophetam Ieremiam Dominus de improbis inquit, cap. 23. vers. 40. *Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ numquam obliuione: Delabitur.* Loquitur Ieremias cum falsis amicis, qui prophetas exprobrabant, q. d. Sicut vobis opprobrio fuerunt prophetarum oracula: Sic ego efficiam vt opprobrium hæreditatis æternum & ignominiam, quæ vlla vnquam obliuione delebitur. Tò. *æternum*, idem est, quod diuturnum. Sic auctor falsis amicis similem pœnam pollicetur, quæ diuturna erit.

Malus improperium hæreditabit. Impij dabuntur in opprobrium sempiternum. Ierem. 23. v. 40.

Et omnis peccator inuidus & bilinguis. Tò. *&* idem est quod *sic, sic omnis peccator*, &c. Vt Montanus vertit. *Sic peccator bilinguis* ignominiam habebit. q. d. Parimodo peccator, qui bilinguis est, & inuidus eamdem pœnam, ignominiam scilicet hæreditabit, particula *omnis* neminem excludit, qui plenus inuidia est, omnis scilicet qui ob inuidiam ex amico fit inimicus, & omnis qui duplici lingua de amico loquitur, coram blande loquendo, & post tergum eius honori detrahendo, eamdem ignominiam hæreditabunt. In Græco non est inuidus, sed tantum bilinguis, qui idem est, ac falsus amicus, &c. Bilinguem vocat idem Sirach. maledictum cap. 28. v. 15. *Susurro & bilinguis maledictus*, id est, bilinguis maledictionibus impetitur, quæ sunt improperium, & ignominia, & contumelia, quæ iure hæreditario ei debetur, &c. q. d. Infamiam feret, vel infamis erit. 5.

Omnis peccator bilinguis. Bilinguis, quis. Ecclesi. 28. v. 15.

VERS. II.

Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam.

VERS. III.

Et folia tua comedat, & fructus tuos perdat. & relinquaris velut lignum aridum in eremo.

Sensus.

6. NOn te extollas, &c. q. d. Rogo te ne abutaris sapientia, quam de Deo hauseris superbiendo, neque te in tua prudentia & cogitatione extollas, alios præ te contemnēdo, & superbè gloriando instar superbissimi tauri, & indomiti animalis, quia ea virtus, & fortitudo, qua per accepta dona posses multa præclara præstare, confringetur, & languescet, dum per superbiam animi alios vel lingua, vel opere contemnis. Sicque fiet vt ipsamet hominis fortitudo quæ in donis eius consistit, comedat folia eius, & fructus perdat, hoc est, omnem eius ornatum & fructum, quem proferre poterat, consumat & auferat, atque hoc ipsum, quod illum decorare poterat, priuet eum omni gloria & fructu, sicque spoliatus relinquatur in hoc mundo velut lignum aridum in eremo, inglorius scilicet, & infructuosus, ad nihilum valens vltra, nisi vt mittatur foras, & igni deputetur. Sic explicat Jansenius.

Notæ.

NE extollas te, &c. In Græco est μὴ ἐπάρῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ ψυχῆς σου, *ne te ipsum extollas ob consilium animæ tuæ.* Sic Complut. & LXX. in alijs legitur, ἐν βουλῇ ψυχῆς μου, hac sententia ne extollas te, ô anima mea, ob consilium tuum: sed placet magis prior lectio Complut. *ob consilium animæ tuæ.* Conuenit id Prou. 27. v. 9. *Et bonis amici consilijs anima dulcoratur.* Sic Ben syra, *licet fuerint tibi sexaginta consiliarij, tamen consilium animæ tuæ ne deseras. velut taurus* ὡς ταῦρος. Drus. existimas ineptā esse comparationem. nam taurus nō diripitur, sed magis diripit. Placeret, inquit, nisi Græca exemplaria reclamarent, à quibus temere discedendum non est. Forsan in Hebręo fuit, כתור, ea vox etiam turturē denotat, & reddi possit ὡς τρυγών. Totum hoc membrum omittunt Ald. & Basil. sed optimā esse comparationē tauri constabit ex dictis. Rursus *& folia tua comedat*, vel *comede*. Hoc dicit εἰρωνευόμενος, id est, quasi cauilatoriè decipient, vel dissimulans vt suo loco dicemus. Tandē velut *lignū, aridum*, vel tamquā arbor arida, γὰρ, enim, quod ξύλον reddūt vtrūq; significat, scilicet Prou. 27. v. 9.

lignum, tigillum, vinculum, quo pedes includebantur. Rabanus explicat: Non te extollas,&c. Deus enim inspector est cordis, & non secundum faciem, sed secundum veritatem vnumquemque diiudicat, quem nemo potest per hypocrisim fallere. Quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius, qui si interius animæ ceruecatam ac tumidam cogitationem conspexerit, non ei placebit, sed allidetur virtus ipsius superbi per stultitiam elationis, & folia verborum eius sunt vacua, & fructus operum inutilis & velut lignum aridum non habens viriditatem dilectionis, inter steriles iniquorum actiones deputatur. Probat ex Psal.52.vers.6. *Quoniam dissipat ossa eorum*,&c. & 1.Petr.5.v.5.& Luc.14.v.11. & 18.v.14.

Nota, & illustratio prima.

7. *Non debet homo extolli consilio animæ suæ.*

NE *te extollas*, &c. Aliqui separant comparationem tauri. Tygur. *Ne quasi taurus*,&c. Explicant prius non se extollendum hominem in inconsilio animæ suæ, & mox tauri similitudinem verbis subsequentibus applicant. Egerat Sirach de falsa amicitia in primo versu, exprobrans illum, qui ex amico fiebat inimicus coram blandeloquendo, & post tergum eius opera calumniando. Nunc autem in præsentiarum agit de causa huius falsæ amicitiæ & imparis redditionis prouenientis ex superbia,& extollentia sui ipsius. Qui enim imprudentia & sapientia sua se extollit, alios contemnendo, fit ex amico inimicus eorum, quos contemnit, & despicit, extollit se ob consilium animæ suæ existimans illud sapienter & prudenter exhibitum. Quare Ecclesiasticus volens huic detrimento occurrere, admonet hoc superbiæ vitium fugere, ne homo suo fretus consilio efferat se,& virtus animæ suæ omnino elanguescat. Quidam vertunt, *ne sicut taurus discerpat te anima tua*: sed verbum passiuum est διαρπαγῇ diripiatur, hoc est, auferatur transuersus animus tuus impetu cogitationum ac cupiditatum suarum, sicut taurus efferatus atque indomitus, qui maxima vi impetuque rapitur, est enim summa violentia & temeritas consiliorum ac voluntatum in hominibus; eas vult sapiens coërceri atque in timore Dei ac potestate continere, eius autem vitæ dissolutæ animæ quæ ita effrenatæ pœnam postea pulcherrima similitudine subiungit. Ita que superbiã detestatur. Vt explicat Holcot. dicens: *Non te extollas in cogitatione animæ tuæ.* scilicet inaniter gloriando.

Superbiæ vitium fugiendum.

Holcot.

Hoc ipsum consilium præbebat Tobias filio suo. Tob.4.v.14. Cum aiebat. *Superbiam numquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas; in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio* LXX. *Noli superbire cordi tuo.* Syrus: *Ne extolleris corde tuo*, id est, mente tua. Cum superbia secundum D. August.tom.5.lib.14.de ciuit. cap.13. *Sit peruersæ celsitudinis appetitus*, id est peruersus animi impetus; quo ad propriam procurando excellentiam impellitur. Et peruersus dicitur, quia cum faciat hominem sibi non conuenientia appetere, rectæ rationi aduersatur, illamque peruertit. Inde est, quod superbus, teste D.Isidor.cap.8.Æthim.circa med. *ille est, qui vult supergredi quod est.* Oritur enim hoc vitium ex possessione bonorum seu naturalium, seu supernaturalium sine consideratione imperfectionis & eorum dependentiæ à Deo, vt Diuus Gregorius docet lib. 15. Moral. cap.33.

Superbia in sensu, & in verbo fugiẽda. Tob.4.v.14

D. August.

Superbia, quid, & vnde nascatur.

D. Isidorus *Superbus quis.*

D. Gregor.

Itaque ait, noli *extolli* in mente tua, *sensu*, id est, mentis conceptione, *nec in tuo verbo*, nimirum per inanem iactantiam, te, aut tua imprudenter extollendo. Hanc mentis conceptionem & verborum iactantiam numquam in te dominari permittas. Quare erga præcepit ne dominari permittat? Numquid superbia dominatum obstinet in corde hominis, sicut obtinuit in mente Luciferi? Respondeo, superbiam, reginæ nomen nactam esse, cum mentis angelicæ arcem occupauit, & quemadmodum sedem in angelica mente constituit: ita in humana mente conatur solium regni sui collocare. & tunc superbia menti humanæ dominatur, quotiescumque eam ita præoccupat; vt in illam imperium non minus habeat, quam Dominus in seruos, & rex in subditos. quod Dominium cum superbia assecuta fuerit, nihil est, quod homo superbe & præpostere non faciat, aut loquatur, cum cœcatata mens, nihil, quod recte sit consonum rationi, aut videat, aut cognoscat, &c.

Superbia tollet dominatum obtinere in corde hominis.

8. Hoc eleganter docuit D. Gregor. lib.34.Moral.cap.18. *Quasi enim*, inquit, *tyrannus quidam obsessam ciuitatem intercipit, cum mentem superbia irrumpit, & quo ditiorem quemque ceperit, eo in dominio durior exsurgit: quia quo amplius res virtutis sine humilitate agitur, eo latius ista dominatur.* Hinc est quod Tobias filio suo præcipiat fugere superbiam, id est, non pati eam in sua mente dominari. Et noster Ecclesiasticus inquit; *non te extollas in cogitatione animæ tuæ*, id est, superbiam minime tibi dominari permittas, te extollendo, & tuæ mentis consilio plausum dando. quia latius in te ista superbia dominabitur, & veluti tyrannus insiliet, & omnia bona tua diripiet, quia ab ea principium sumpsit omnis perditio, &c. Et ab ea oriuntur iurgia, vt Salomon affirmauit Prou.13. v.10. Cuius rationem reddidit Lyra. Quia quilibet eorum nititur indebitè alium excellere. Diuus Bonauent. tom.3. serm. 2. de S.Gregor. *Vnde* inquit, *hodie bella? vnde tanta sæuitia, nisi ex dominante superbia, quæ suos superiores odit, pares inuadit, inferiores premit*, &c. Vide Gen.13. v.7.

Superbia quasi tyrannus obsessam ciuitatem intercipit. D. Gregor.

A superbia oriũtur iurgia.

Lyra.

D. Bonau.

Illustratio secunda.

9. NOster vulgatus hanc elationem vel superbiam confert cum elatione tauri, dicens: *non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus.* Quid extollentia cogitationis cum tauro? numquid taurus symbolum est superbiæ & elationis? cur cum illo elatio mentis comparatur? Respondeo taurum symbolum esse superbiæ & elationis, vt noster Lorinus affirmauit, explicans id Psal.74.v.5.6. *Et delinquentibus nolite exaltare cornũ. nolite extollere in altum cornu vestrum.* Ducitur, inquit, Metaphora à tauris, alijsue cornutis animalibus, quæ strenue cornibus certare solent. proprium superbia vitium potentis ac diuitis est; confirmatur ex D.Cyrillo Alex. in cap.3.Habacnum.41. *Cornua*, inquit, *in scripturis à Deo inspiratis semper, aut regni, & potentiæ, aut superbiæ nationem habent.* Et probat loco Psalm. citato cuius sensus est, *nolite*, &c. Id est, ne de vestra potentia animos per mentis elationem extollatis, & exultanter gloriemini, & nostrum casum desinatis, tandem tubis obijcere, & nolite aduersus Deum gloriari, &c. Genebrard. explicat *exaltare cornu*; *superbire, vos efferre contra Deum, & eius legem Metaphora à tauris ferocibus, qui cornuum potentia gestiunt & quasi gloriantur.* Hoc symbolum probat Pierius Valer. lib.3. verbo, *taurus*, fine, ex sententia Ecclesiastici, quam explicamus, & ait, ferocitatem itidem, & furibundam petulantiam per taurum indicabant, vbi fœni fasciculum cornibus alligassent, recepta sunt hæc iam apud omnes, vnde dixerit Horatius: *Fœnum habet in cornu, longe fuge.* Quod vero attinet ad fœnum, id ideò factitari solitum, ait Plutarch. vt ferocitatem, lasciuiamque ex nimia pabuli vbertate resultare admoneremur. Sane Romanis mox fuit cornupetarum boum cornua fœno circumligare, quo obuiam prodeuntes admonerent ab illo cauendum. Eo figmento Hesiodus populi veros nuncupauit, qui quidem diuitiarum opulentia lasciuientes reliquos impetierent, ac proculcarent. Ex quibus. constat taurum superbiæ & elationis simbolum præ se ferre, & cum Ecclesiasticus ait, *non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus*, aptam apposuit comparationem: sicut enim taurus erecta ceruice extollit sese vt cœco impetu in agitantem irrumpat. Valerius Flaccus lib.2.

Taurus simbolum superbiæ.

Psal.74. v.5.6.

Superbia proprium vitium potentis ac diuitis.

D. Cyril.

Simbolum tauri ex Pierio.

Pierius.

Plutarch.

Populi veri, qui.

Hesiodus.

Valer. Flac.

Tum colla tumens, tum celsior armis taurus

Sic qui in cogitatione animæ suæ extollit sese quasi ceruicem instar tauri erigens cætera spernit, sicut taurus, vt in eius fabula narratur, teste Gabria. sic enim eam narrauit.

Qui extollit sese taurũ erigentem ceruicem imitatur. Vide Causin. nostrum lib.4. Histor. simb.17.

Tauri sedebat vilis in cornu culex
Volare num se vellet, ipsum interrogat,
Respondet ille; nec sedentem noueram
Nec euolantem te profecto sentiam.

Noluit quippe de sanguine culicis triumphare, sed ipsum superbe & generose spernere. Eodem sensu ait Ecclesiasticus, *non te extollas* sicut *taurus*, quia sicut ille cætera spernit, sic tu efferens te te, omnia spernes, &c.

10. Hanc tauri similitudinem refert Drusius ad taurum montem, & ad arbores eius, nam verbum Græcum ταῦρος, indifferens est ad significandum animal, & montem. Taurus ergo mons est Asiȩ totius longe maximus, qui ab indico mari exurgens, vaste satis attollitur. Accipitur etiam pro radice arboris. Quintilianus lib.8.cap.2. Sicut in his, quæ homonyma dicuntur. Taurus animal ne sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum non intelligitur. Igitur sicut taurus mons in altum erigitur. Sic qui sese superbe effert extollit se sicut taurus. Quid si ergo exponamus [ait Drusius] velut *taurus*, id est, arbores tauri montis. Nam ita Libanus ponitur pro arboribus Libani. eamdem recipit similitudinem, &c.

Mons taurus

Quintilian

Drusius.

11. Itaque *non te extollas in cogitatione tuæ animæ*, vel animi tui, id est, nequis plus cæteris sapere videris, te in tua prudentia & cogitatione extollas, alios præ te contemnendo, & superbe in te gloriando instar tauri superbissimi: Nos dicimus, *no te pagues de su sabiduria y prudencia presumiendo, saber mas que los otros, si no reconoce quien eres*, &c. Cognosce te ipsum & tui cognitione miserias animi tui tege, ne efferaris, & superbe de te sentias, sed in tui ipsius cognitione tempus traducere oportet. non est enim ita appositum in tegumentum ad ærumnas & miserias ob tegendas, quam cognitio sui. Sic cognoscebat Iob, cum cap.2. v.8. Dicitur testa saniem rasisse: *Qui testa saniem radebat sedens in sterchilinio*, quasi oblimasset ærumnas suas. Itaque dolorem ex lepra prouenientem testa leniebat, & mitigabat, vulnera testa tangebat, & humaniter tractabat. Sed quare sic faciebat, cum hoc sit miserorum remedium? si leuiter digito vulnus contrectatum exulceratur & augescit, quid si tegula illud corrumperetur? cur ergo testa Job saniem radebat, si non exulcerare vulnera, sed mitigare dolorem cupiebat? Respondet D.Gregor.lib.3.Moral.cap.17. *Potest etiam testa fragilitas mortalitatis intelligi. Testa ergo saniem mundare, est mortalitatis cursum, fragilitatemque pensare, & putredinem miseræ delectationis abstergere. Nam dum quisquis considerat, quam citius caro ad puluerem redeat: festine superat hoc, quod se de carne intus turpiter impugnat. Cum ergo ex tentatione praua mentem cogitatio influit: quasi ex vulnere sanies decurrit. Sed citius sanies tergitur si inconsideratione nostra fragilitas quasi in manu testa teneatur.* Si ergo Iob testa saniem radebat, & veluti vulnera exulcerabat, non illa augebat, sed argilla veluti in tegumento, id est, cognitione sui, fragilitatem ob tegere conabatur. Cum enim vestimentum desideratur, quo humanæ miseriæ abscondantur oculis omnium, solum fragilitatis humanæ consideratio, & cognitio, eas ob tegere, & abscondere poterit. *Non*, igitur *te extollas incogitatione animæ tuæ, velut taurus*, sed considera te ipsum, & humanam cognosce fragilitatem, ne vt statim dicitur folia & fructus tuæ sapientiæ misere perdas, &c.

Non debet homo videri se plus sapere, quam alij.

Cognitio sui optimum tegumentum miseriarum. Iob 2. v.8.

D. Gregor. *Humana fragi vitam intecta Iob significatur.*

Consideratio humanæ miseliæ obtegit humanã fragilitatem

Illustratio tertia.

NE *forte elidatur virtus tua per stultitiam*. Originale Græcum accommodat tauri similitudinem huic hemistichio, legens: *ne diripiatur, vt taurus anima tua*. Tygur. *ne quasi taurus anima tua discerpat te*, quod explicans Vatab. inquit: id est, vt *taurus solet planta discerpere: ita tuum te perdat consilium.* Quam comparationem ineptam vocat Drusius. Nam taurus non diripitur, sed magis diripit; sed quia ab exemplari Græco temere discedendum non est, explicemus similitudinem: Dixerat Ecclesiasticus, non se extollendum hominem in consilio. vel cogitatione animæ suæ, id est, ne superbiendum in suæ sapientiȩ & prudentiæ consideratione. Nunc cauendum præcipit à rigore & feritate superbiæ. illa enim virtutem animi perdit, & fortitudinem virtutis eneruat, & debilitat; & cum admonet, ab ea cauendum, & fugiendum, *ne diripiatur vt taurus anima tua*, vel *vita tua*, tauri similitudinem proponit ad denotandum effectum superbiæ, scilicet eneruare vires animi. Nam sicut taurus hostis, vel sudibus sauciatus eneruatur, & languescit, sic virtus animæ superbiæ feritate sauciata diripitur, & eneruatur vel sicut taurus planta solet hominem discerpere, & cornibus dilacerare, sic consilium, vel cogitatio propriȩ elationis eandem solet exequi crudelitatem, &c. 12.

Cauendum à veritate superbiæ.

Superbia effectus eneruare vires animæ.

Forte hoc docet vates Psal.58.v.13. Cum docet: *Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.* q.d. Depone eos, & depone debitum oris eorum & sermonem labiorum ipsorum: elationem illam verborum, & superbam sui iactationem, cum per aëra volitarent, & me despicerent, detrahe in terram, & vanam redde, atque frustare vt non eum exitum verba illorum habeant, quem animo præsumpserant; & in ipsa superbia sua comprehendantur, & tamquam laqueo teneantur. Sua illorum superbia propedica & laqueo vtere ad eos capiendos: quod cum ipsis turpius erit, tum ad tuam 13.

Psal.58. v.13. *Superbia crudelis.*

tuam potentiam declarandum insignius, illud ipsum, in quo se efferebant, ad illos deprimendos, & diripiendos, seu abijciendos conuersum est, &c. Sic explicat Agellius. Itaque effectus superbiæ est conuertere cogitationem, seu iactationem superbam in laqueum, quo ipse homo capiatur, & diripiatur, &c.

14\. *Cauendum à superbia ne virtus hominis elāguescat.*

Sed quia vulgatus hoc hemistichium legit sine tauri similitudine, alium sensum reddamus, hic est, quem proposuimus, scilicet. vt virtus hominis, hoc est, fortitudo ea, qua per accepta dona posset multa præclara præstarè, confringatur, & elanguescat, dum per superbiam animi, pleraque stultè designat, aut opere aut lingua. Ita enim frequenter videmus (inquit Iansenius) vsu venire, vt qui dona aliqua consecutus est, quibus multam sibi gloriam & fructum alijs adferre posset, si eis modestè, & humiliter vteretur, dum eis superbè abutitur sese iactando, & temerè quiduis audendum, perdat per stultitiam suæ superbiæ omnem donorum suorum rigorem: & efficaciã. Ferè eodem modo explicat Dionys. id est, ne robur gratiæ perdas & omnem virtutem infusam, quantum ad esse formatum propter superbię tuę fatuitatem, &c.

Iansenius. *Dionys.*

Anima, quæ superbierit peribit de populo Numer. 15. v. 30.

Fortè hoc confirmat quod dicitur Num. 15. v. 30. *Anima verò, quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus (quoniam aduersus Dominum rebellis fuit) peribit de populo suo: verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco delebitur & portabit iniquitatem suam.* q. d. Si quis peccasset per superbiam, sciens, ac prudens, de industria, datâ operâ, ex malitia, ex formali contemptu, non curando, sed negligendo expressum Domini verbum atque iussionem: talis puniri debebat sententia iudicis, aut certè à Domino ipso occidebatur. in litterali sensu sic explicatur, sed in morali potest intelligi de illo. qui per superbiam fecit irritum verbum Domini illud contemnens, quo ingentes fructus alijs afferre poterat, & per stultitiam suam virtus animæ eius eliditur, & euacuatur, & dignus est, vt deleatur de populo Domini, &c. Idem videtur significare parabola talentorum Matth. 25. qua voluit Dominus significare fructum, quem percipit ille qui accepti talenti lucratur aliud, & cum hi serui significent sapientes & doctores, quibus Deus talenta impertit ad negociandum & fructum faciendum, & is, de quo loquitur Ecclesiasticus, significatus est in eo vno seruo, cui dedit Deus talentum vnum, & abscondit illud ne dissiparetur, & à patre famil. puniretur, quem Dominus reprehendit quia cum posset lucrum spirituale augere, elisa est per stultitiam virtus eius, & meretur sicut alter seruus inutilis à Domino animaduerti, &c.

Talentorum parabola explicatur.

Illustratio quarta.

15\. ET *folia tua comedat, & fructus tuos perdat.* Drus. si folia tua, inquit, assumpseris, etiam fructum amittes, & tandem aresces. Prouerbium est apud Hebræos; vna cum folio vapulat causis, mirum autem ni ad illud respexit. nam læso fructu arbor infrugifera redditur, imò arescit penitus nisi remedium in tempore adhibeatur; admonetur autem homo ne suo fretus consilio & prudentia vitam instituat ac degat, accidit enim (quod inquit Salomon Prou. 1. vers. 31.) *comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consilijs saturabuntur*

Læso trunco arbor infrugifera redditur. Prou. 1. v. 31

Nam quam quisque fecerit sementem, talem metet, vt ait Paulus Galat. 6. v. 8. *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Galat. 6. v. 8.

Sed explicatio Iansenij mihi magis arridet, scilicet. Sicque fiat quod sequitur, vt ipsamet hominis fortitudo, quæ in donis eius consistit comedat folia eius, & fructus eius perdat. hoc est, omnem eius ornatum, & fructum, quem proferre poterat, consumat & auferat, atque hoc ipsum, quod illum ornare poterat, spoliet eum omni & gloria & fructu; sicque spoliatus relinquatur in hoc mundo velut lignum, &c. Dionys. per folia intelligit verba inania & illata, quæ deuorat & condemnat virtus elisa. & per *fructus*, opera bona prius facta, quæ euacuabit mercede. Quo pertinet parabola vitis Ioan. 15. vers. 6. *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittet & ardet.* Vide cap. 4. Danielis vbi proponitur visio seu somnum, quod habuit Nabuchodonosor arboris procerę. Cuius *folia* erant *pulcherrima, & fructus eius nimius* (cap. 4. v. 9.) signum hominis sapientissimi, qui producit verba pulcherrima, & fructus gloriosos, sed finis præcisionis eius indicat finem sapientis, qui sese præ alijs extollit. Nam dictum est: *Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius.* [vers. 11.] pende interpretationem quam reddidit Daniel, qui nostrę sententię interpretationi conuenit. Nam Nabucodonosor qui tamquam arbor procera, sublimis & robusta extulit sese superbiendo, significat sapientem superbum, cuius verba depascuntur, & fructus perduntur, &c. Sic explicat noster Delrius tom. 2. Adag. adag. 376. vbi ait, primariò pertinet adagium hoc ad superbiæ vitium, quod hominem priuat robore gratiæ, verba etiam docta & proba facit marcescere vt caduca folia, & opera, quæ prius bona fecerat mercede euacuat, & relinquit nos exhausto omni animæ virore, & deuotionis succo aridos, & à Deo vitæ fonte derelictos. Forte imitatus est Holcot. qui dixit: per vermen superbiæ bona opera coopertâ humilitate cito corrumpuntur. Probat ex Chrysost. sup. Matth. 5. vos estis sal terrę: *Quilibet*, inquit, *bona opera nulla sunt nisi humilitate tegantur, & condiantur.* 16.

Iansenius. *Per folia significantur verba inania.* *Dionys.* *Per fructus bona opera intelliguntur.* Ioan. 15. v. 6. Dan. 4. v. 9. *Quid per arborem Nabucodonosor intelligatur.* Delrius. Holcot. D. Chrysost.

Itaque remanet homo tamquam arbor sterilis, & infrugifera *& relinquaris*, inquit, *velut lignum aridum in eremo.* vel *tamquam arbor arida*, vel *vt siccum lignum, aut lignum aridum*, remanebit scilicet inglorius & infructuosus, ad nihilum valens vltra, nisi vt mittatur foras; & igni deputetur. Vt dixit Holcot: sicut lignum aridum non est vtile in ædificio sed reliquitur ignibus comburendum: sic superbus, qui est sine humore gratiæ non est aptus pro Dei ædificio. quia *omnis arbor, qui non facit fructum bonum excidetur*, &c. Matth. 3. v. 10. Qui enim sapientiæ suæ vires perdit, ornamentum, quo poterat decorari, & fructus quibus posset ornari, amittit, & manet sicut lignum aridum in eremo. Sicut enim arbor, quæ virtutem perdidit; qua viuebat, & augebatur, non solum fœcunditatem, decorem, & fructum amittit, sed deputatur igni, tamquã arida, & in sterilis. Sic ille sapiens, qui se extulit in cogitatione animæ suæ. & *relinquetur velut lignum aridum*, &c. Quæ similitudo non infrequens in sacris Litteris Jerem. 17. vers. 6. Cum maledictum eum propheta

Superbus remanet sicut arbor sterilis, & infructifera. Holcot. Matth. 3. v. 10. *Qui in homine confidit tamquam mirifica, &c.* Ier. 17. v. 6.

pheta vocasset, qui in homine confideret, subdit: *Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerit bonum; sed habitabit in ciuitate, in deserto, in terra salsuginis & inhabitabili.* q. d. Hic vsque adeò infelix erit vtpote à Domino maledictus, vt myricæ quàm simillimus sit. quæ in deserto nascitur, quia & ipsa inutilis & despicabilis est; & quia in arido solo natæ, deformis & misera; sed eo miserior si cum plantis alijs cælestis imber vitam ac speciem afferat, ad ipsam tamen numquam influat, sed arentem semper, & hiantem relinquat, neque ad ipsam pertineat commune bonum: Sed semper erit in arente solo, plenoque salsuginis, &c.

17\. Dixit Isaias 56. v. 3. *Et non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum.* Vt ostenderet propheta neminem ab Ecclesia Christi excludendum, quantumcumque antiqua lege repulsum. Nam in lege veteri arcebatur Eunuchus ab ingressu Ecclesiæ, vt constat Deut. 23. v. 1. inquit, iam non dicturum esse lignum aridum, id est, sterilem bonorum operum & arcendum ab ingressu Ecclesiæ. Demũ Ezech. 17. v. 24. *Frondere fecit lignum aridum.* & Christus Dominus inuenit ficum aridam. Marc. 11. v. 20. *Et cùm manè transirent, viderunt, ficum aridam factam à radicibus. & recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus. cui maledixisti, aruit.* Sic promittit Ecclesiasticus remansurum superbum, sterilem & aridum, sicut lignum aridum in eremo, ad nihilum valens nisi vt proijciatur in ignẽ; ille namque; qui plantatus erat *tamquam lignum quod dabat fructum suum tempore suo.* Psal. 1. vers. 4. & postea vitium superbiæ illum folijs & fructibus spoliauit, non solum priuans ornamento virtutis, sed & fructu bonorum operum, relinquitur velut lignum aridum in deserto igni solum deputatum. id est, æternæ condemnationi præscitum, &c.

Nemo ab Ecclesia Christi excludendus. Isai. 56. v. 3. Ezech. 17. v. 24. *Quid per ficum aridã, quam Dominus siccauit* Marc. 11. v. 20. Psal. 1. v. 4.

VERS. IV.

Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum.

Sensus.

18\. ANima enim nequam, &c. q. d. Anima, quę peccatis implicatur, [peccata enim eam reddunt nequam, & improbam] corpus, quod eam possidet, & spiritaliter occidit. Cum autem dissipatum, & disperditum hominẽ reddit, illum in ludibria exponit & in derisium hostium non solum spiritualium, sed & corporalium, nam omnes, qui eum, sic vitijs implicatum vident, ludibrio lædunt. tandemque anima improba suum possessorem in æternam miseriam, quæ sors est impiorum, deducit, & detrahit, &c.

Nota, & illustratio prima.

ANima enim nequam disperdet qui se habet. Reddit Sirach. rationem præcedentis sententiæ. Et similitudinis, in qua fructum humanorum consiliorumo stendit. Sicut enim [inquit Rabanus] bonæ voluntati fructus bonorum succedit operum: ita malitiosæ menti nihil proueniet prosperum, quia si dilectio non adhæret pectori, frustra quis fingit se operam dare virtuti. Dixit enim Salomon Prou. 14. v. 12. *Est via, quæ videtur homini iusta, nouissima autem eius deducet ad mortem.* *Nequam* vocat, id est, *improbam*. vel *malignam*, *qui se habet*, idem est, ac *possidentem se*, vel, *eum qui ipsam possidet*. potest vel corpus, vel totum hominem intelligi. Nam quamuis corpus humanum sit veluti theca, vel capsula animæ, in qua ipsa anima includitur, nihilominus tamen *possidentem se*, ipsum totum hominem comprehendit, vt dicatur, animam peccantis inquinatam totum hominem disperdere, & dissipare. Cum enim anima sit radix & origo vitæ hominis; nam continet eminenter in se animam vegetatiuam sensitiuam, & rationalem, id est, actus prouenientes ab his causis, ideò Sirach. dissipationem, seu disperditionem hominis animæ tribuit tamquam causæ totali, &c. Ipsa enim actiones humanas omnes moderatur, ipsa recipit in se peccata, ipsa consensum præbet per actum potentiæ voluntatis, sicque *nequam* est, *disperdit qui se habet.*

Redditur ratio præcedentis sententiæ. Rabanus. Prou. 14. v. 12. *Per animam totus homo intelligitur.* *Anima humanas actiones moderatur.*

. Rursum Salomon vocat animam præuaricatorum *iniquam*. Prou. 13. v. 2. *Anima autem præuaricatorum iniquo.* LXX. *animæ autem iniquorum peribunt immaturè.* Cum autem propter præuaricationes iniqua redditur, disperdit possidentem illam, id est, omnia ornamenta naturalia & super naturalia dissipat. Seque ipsam cruentat, & replet amaritudine, &c. Eleganter D. Ambros. to. 5. Domin. 4. Aduentus cum fœlicem vocauerit animam, quæ Christum inhabitatorem mereretur excipere, subdit: *Quam infelix est illa conscientia toto lachrymarum fonte lugenda, quæ se ita magis operibus cruentauit, vt in ea non Christus requiescere, sed diabolus incipiat dominari. Talis enim anima si medicamentum pœnitentiæ non cito subuenerit, à luce relinquetur, à tenebris occupabitur, vacuabitur dulcedine, replebitur amaritudine, à morte inuadetur, à vita repudiabitur.* Quid verius? è contra anima cum Deum possidet, est prædium ipsi carissimum, fertilissimum bonorum operum, & tandem efficacissimum: licet enim exterius instar ligni vitis sit vilis & despecta, interius tamen habet succum viuificum, puta spiritum Christi; quo languidi & quasi mortui reuiuiscunt, incalescunt, aliosque Dei amore inflammant ad ardua virtutum opera. Sic Bernard. serm 63. in Cant. *viro sapienti*, ait, *sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia: vel quippe in cultum, desertumve in se sapiens derelinquet:*

Prou. 13. v. 2. D. Ambros. *Fœlix anima, quam Christus occupat.* *Anima quæ Deum possidet prædium est fertilissimum bonorũ operum.* D. Bernard

Illud *disperdendi*, verbum est in Græco ἀπολεῖ; 19.
ab originali verbo ὀλύω, quod est, perdo, amitto, vel pernitiem & exitum infero, perimo. inde componitur verbum ἀπολέω, quod significat perdere, malè perdere, interficere, amittere, & alia his similia. Iuxta hæc significata dicitur animam nequam disperdere possidentem se, id est, perdere, pernitiem & exitum inferre, vel perimere, vel interficere, vnde sequitur mors animæ & corporis, nam peccatum mortale hinc sumpsit significatum, quia hominem perdit, interimit, & & exitum, vel pernitiem æternam infert. & cum relicto sponso Deo vagatur per opum, honorum, deliciarum amores, innumera parit peccatorum monstrua: vt videre est in aulis & ciuitatibus.

Disperdendi verbum, quid in Græco. *Anima nequã disperdit possidentem se.*

tatibus, in quibus dominatur ambitio, auaritia, gula, libido, &c.

Anima nequã disperdit possidentem se. Iob 18.v.3. *Primogenita mors vocatur peccatũ mortiferum.* Pineda. Rom.15. v.12. Iacob 1. v.15. D. Gregor. *Anima prædium Dei est*

Quod *anima nequam*, id est, peccatis inquinata disperdat possidentem se, id est, dissipet bona eius, & male perdat ornamenta sua, docuit S. Iob c.18.v.13. cum ait: *Deuoret pulchritudinem cutis eius consumat brachia illius primogenita mors.* Suppono prius primogenitam mortem vocitari à Job peccatum mortiferum, sic intellexit nöster Joan. de Pineda aiens: obseruandum sane est peccatum dici posse recta ratione mortis parentem. nam *per peccatum mors*, inquit Paulus Rom.15. v.12. & peccatum *etiam generat mortem*, dixit Jacob 1. v.15. explicans hunc locum D. Gregor. lib. 41. Moral. cap.8. *Pulchritudo, inquit, cutis, est gloria temporalis, quæ dum foris concupiscitur, quasi species in cute retinetur, brachiorum verò nomine non incongrue opera designantur, quia corporale opus brachijs agitur. quid autem mors nisi peccatum est, quod ab interiori vita animam occidit?* deuorat igitur peccatum parens mortis pulchritudinem corporis & virtutem animæ, opera eius bona dissipans, & disperdens.

Peccatum dissipat pulchritudinem corporis & animæ. D.Chrysost

Quare D. Ioann. Chrysost. tom.1. hom.17. in Genes. agens de occultatione primorum parentum, cum vocem Domini deambulantis in paradiso exaudierunt, inquit: *Nihil peccati peius, dilecte, ipsum enim dum intreierit, non solum confusione totos non replet, sed & insipientes facit eos, qui antea intellectu & sapientia præditi fuerant.*

Peccatum animam nequam facit, & inquirat, &c. Virgilius.

Peccatum præterea cum recipitur ab anima,
20. illam nequam efficiens, ita eam inquirat, & contaminat, vt non possit non possidentem se inquinare, & contaminare instar eius corporis viui, quod mortuum amplectebatur, de quo loquens Virgilius 8. Æneid. vers. 485. cecinit:

Mortua quin etiam iungebat [Mezentius] *corpora viuis*
Componens manibusque manus, atque oribus ora,
(Formenti genus) & sanie, taboque fluentes
Complexu in misero longa sic morte necabat.

Cum quo colludit id Claudian.2.Rap.

——— *Quid viuo sepultis.*
Admisces.

Valer. Max. Tormentum maximum corpora viua cad. ueribus adiungere. Cedrenus.

21 Confirmat Valer. Maxim. lib.9. cap.2. *At ne Hetrusci quidem parum feroces in pœna excogitanda, qui viuorum corpora cadaueribus aduersa, aduersis alligata, atque constricta, ita vt singulæ membrorum partes essent accommodatæ, tabescere simul patiebantur: amari vitæ pariter ac mortis tortores.* Et Cedrenus refert, prodigium de infante nato, & ab vmbilico dissecto in duo pectora, & duo ora, cum diuersa vt apparuit anima. Nam vigilante vno, alter dormiebat: cũ verò vnus discessisset, quatriduo post discessit alter. An non obsecro alterius mors. à putredine primi mortui? in quibus & prodigio istius & crudelitate alterius manifestatur communicatio nequam animæ vitijs implicatæ ad corpus sibi vnitum, id est ad hominem totum. Nam mortua peccatis anima contaminat hominem, & ad mortem æternam adducit, non solum eius pulchritudinem & fortitudinem deuorat, & reliqua eius ornamenta detrahit, sed etiam hominem spiritualiter occidit; nam peccatum inquit Iacobus cap.1. vers.15. *Generat mortem cum consummatum fuerit*, id est, cum anima illud operè perficit se ipsam necando, hæc est disperditio, & dissipatio, vel interfectio, de qua loquitur Sirach. cum ait: *Anima nequam* (iniqua, peccatis implicata, & contaminata) *disperdit*, (perdit, interficit, amittit) *qui se habet* [*possidentem se*, id est, totum hominem.] Tunc ergo *nequam* dicitur anima, cũ in se peccatum lethale commisit. In quo tempore cõscientiæ flagellationem sentit. *Nam* [vt ait D. Chrysost. tom.1. hom.17. in Genes.] *hanc* (conscientiam) *intrinsecus habentes vbicumque sumus circumferimus. Ipsa nos circumit, obturbat, laniat, flagellat, numquam quiescit: sed & domi, & in foro, & in templo, & in mensa, & dormientem, & surgentem adoritur, rationem delictorum exigit, obque oculos proponit, & delictorum grauitatem, & subsecuturam pœnam.*

Quid caucet commutatio animæ nequam ad corpus. Iacob.1. v.15. *Anima nequam dicitur cum peccatum mortale admittit.* D.Chrysost

Illud *disperdit* illustrat tandem id Isa.1. vers.8. 22.
Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Vbi loquitur ad litteram de vastatione per Assirios populi Jsraëlitici. q.d. Relinquetur Sion, quæ in loco excelso sita, tamquam specula, quæ munimentum erat, atque custodia ciuitatis: sicut vmbraculum, quod custos excitat in vinea, quod peracta vindemia dissoluit, dissipat, disperdit. aut sicut tugurium, quod postquam collecti fuerint è cucumerario fructus ita disturbatur atque destruitur, vt nullum sui deinceps relinquat aut vsum aut vestigium. & sicut ciuitas quam hostis populatur & vastat. Sed D. Hieron. cum iuxta litteram hunc locum de vastatione Israël explicuisset, adijcit, tom.4. *Iuxta anagogem vinea Dei & pomorum paradisus, anima nostra appellari potest; cui si mens, id est, νοῦς præfuerit, habet custodem mentis Deum: sin autem vitia nos quasi quædam bestiæ fuerint deprædata, relinquemur à custode Deo, & omnia nostra redigentur ad solitudinem.* Vide etiam Mich.3.v.12. & Ezech.23. v.29.

Verbi disperdendi illustratio. Isai.1. v.8. *Anima per peccatum relinquitur, vt vmbraculum in vinea, &c.* D.Hieron.

Hunc effectum haud dubium prædicat illa per Oseam cap.2.v.3. Comminatio, vbi cum populum admonuisset, *vt auferret fornicationes suas & adulteria sua de medio vberum suorum.* Subdit: *ne forte expoliã eam nudam, & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam*, &c. Vbi loquens cum anima peccatrice inquit: Si Deo spreto ad peccata deflectas omnibus suis gratijs, beneficijs, & donis denudabit: & faciet vt inculta & inutilis iaceas, ac redigaris in solitudinem, punietque te siti, id est, desiderio voluptatum, quas obtinere nequeas: vt instar Tantali sitiens, aquas videas & tangas, sed eas ore contingere & haurire nequeas. Rursum *siti*, id est, desiderio fœlicitatis, quam assequi non potes. Vera enim & solida fœlicitas solis iustis à Deo destinatur, & obtingit.

Osc.2. v.3. *Qui spreto Deo ad peccata deflectit nudatur omnibus gratijs.*

Illustratio secunda.

ET *in gaudium inimicis dat illum.* Clarius legit 23.
Montan. *& derisum inimicorum facit se*, q. d. Non solum anima nequam disperdit hominem, sed tradit illum deridentibus se. Sicut de se dixit Jetem. Thr.3. v.14. agens de captiuitate: *Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.* q.d. Omnes, qui me captiuum considerabant deridebant, & eram eorum canticum. *Reianse de mi, y les era materia de su entretenimiento.* Inimici enim oblectantur & ludunt, cùm vident inimicos in miserijs constitutos. Sic cum desperdit anima nequam hominem, illum tradit inimicis suis, id est, dæmonibus, ad illudendum & oblectandum. Holcot. ait: exponitur ad litteram de inimicis terræ, vel de diabolo, qui inimicus hominis vocatur, vel vniuersaliter de omni superbo. Nam quanto aliquis superbit amplius, tanto est maior confusio

Anima nequam tradit hominem deridentibus se. Thren.3. v.14. *Inimici oblectantur cum vident inimicos in miserijs constitutos.* Holcot.

confusio quãdo cadit. vt in Goliath. 1.Reg.17. & Holoferne Iud.9. & Nicanore. 2.Mach.15. Vide etiam Ezech.23. vers.32. *Eris in derisum & subsanationem.* Habac.1.vers.10. *Et ipse de regibus triumphauit: & tyranni ridiculi eius erunt.* Agit de Nabuchodonosore, qui futurus erat superbus & potens, vt reges à sua virtute subiugatos duceret in triumpho, & omnium tyrannorum potentiam superbè despiceret, haberetque ludibrio. Sic dæmon cum animam captiuam reddit, hominem despicit habetque ludibrio. Eleganter D. Gregor. li.33. Moral. cap.2. Explicans id Iob 40. *Omnes bestiæ agri ludunt.* inquit: *Bestiæ in herbis ludunt cum reprobi spiritus humana corda in illicitas cogitationes pertrahunt. An non immundis spiritibus ludere est mentes hominum ad imaginem Dei conditas, modo facta promissione decipere, modo vacuis terroribus irridere, modo eis transitoria gaudia quasi mansura imprimere, modo mansuras pœnas quasi transitorias leuigare? Harum proculdubio bestiarum illusionem pertimuerat, qui dicebat: Deus meus in te confido non erubescam, neque irrideant me inimici mei*, &c. De hoc inferius dicemus cum exponamus id cap.18. vers.31. *Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis*, id est, in ludibrium & irrisionem.

Ezech.23. v.32. Habac.1. v.10.

Illustratio tertia.

ET *deducet in sortem impiorum.* Hoc vltimum hemistichium desideratur in originale Græco, additum verò est à vulgato explicationis gratia. Nam effectus disperditionis animæ nequam est, non solum hominem in ludibrium inimicorum exponere, sed in sortem impiorum deducere, hoc est, in æternum inferorum supplicium, quod in sortem ducunt impij, qui in æterna damnatione adstricti dicunt: *Hæc est pars nostra, & hæc est sors.* Sap.2.v.9. Sicut de iustis inquiunt ipsi, cum tormentis cruciantur: *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Sap.5.v.5. & Colos.1.v.12. *In partem sortis sanctorum.* Hæc est deprecatio, quam optat sapiens Sirach, cum agit de malitia mulieris nequam cap.25. v.26. dicens: *Sors peccatorum cadat super ipsam.* Tandem Iob cum de supplicio temporali, & æterno egit, cap.20. vers.29. concludit: *Hæc est pars hominis impij à Deo* [id est sors] *& hæreditas verborum eius à Domino.* q.d. Hæc sanè merces spectat rebellem aduersus numen hominis impudentiam, atque ab æquo & recto longè aberrantem: qui non solum verbo & lingua, sed infandis etiam facinoribus & conatibus diuini numinis maiestatem violare tentauit. Hic est vitæ improbæ exitus dignissimus suo iure consecutus. Obseruat quippe despectatque cuncta è sublimi cælorum specula supremus ille, idemque iudex incorruptissimus. Super quæ D. Gregor. li.15. Moral. cap. 20. *Iniquus verò, inquit, quia portionem suam habere ipsum Dominum non quæsiuit, partem suam extra Dominum ignem inuenit, & ab eius facie exclusus, quia gaudere in ipso non appetit, sub ipso crucietur.* Ergo anima peccatis & sceleribus implicata, inquit Jesus Sirach, non solum disperdit se possidentem, & in ludibrium inimicorum tradit, sed tandem in sortem impiorum deducit, id est, in æternam condemnationem, &c.

Sap.2.v.9. Sp.5.v.5. Col.1.v.12. Iob 20.v.29. *Quæ est pars hominis impij à Deo.* *Anima, quæ Deum non quæsiuit excluditur à facie Dei.*

VERS. V.

Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos: & lingua Eucharis in bono homine abundat.

Sensus.

25. VErbum dulce, &c. q. d. Nunc iterum te, ad conciliandam aliorum amicitiam exhortor, medijs verbis suauibus, nam verba dulcia, suauia, mollia, & humana, non solum multorum amicitias comparat, conciliat, aucupatur; sed inimicorum excandescentiam mitigat, lenit, placat; & lingua gratiosa in bono homine copiosum profert fructum, efficietque vt & alij similiter blande & suauiter loquantur, &c.

Notæ.

VErbum dulce est in Græco λάρυγξ γλυκὺς, *guttur suaue*, & *dulce*, id est sermo blandus aut suauis. Sumitur enim guttur pro sermone, quem emittit. Salomon dixit eodem sensu, vt dicemus in prima illustratione, Prou. 16. vers.21. *Et qui dulcis est eloquio maiora percipiet.* alij dulcedo labiorum. ex quo loco posset hoc membrum legi. *Dulcedo palati addit amicos.* ei quod subdit Sirach. *& mitigat*, &c. Probatur ex eo Prou. 15. vers. 1. *Responsio mollis frangit iram.* Rursus: *& lingua Eucharis*, alij bene loquens, &c.

Prou.16. v.21. Prou.15. v.1

Miror equidem vulgatum apposuisse verbum *eucharis* cum in originali non sit hoc verbum Græcum, sed aliud, scilicet δυλαλὸς, quod significat disertam, benè loquentem, à verbo λαλέω, quod est loquor, inde componitur εὔλαλος, quod propriè est bene loquens, facundus, disertus, vel etiam loquacalus. *Eucharis* autem componitur à verbo Græco χαρις, quod est gratia, venustas, lepor, elegantia. Ex eo componitur verbum εὔχαρις, *Eucharis*, quod significat idem quod ἐπίχαρις, & aliquid amplius. *Epicharis* est, cui gratia in est, venustus, lepidus, scitus. item gratus, iucundus, vrbanus. Item quod gratiam conciliat, quod gratiosè fit, quod gratum est omnibus, & alia id genus. Inde deducitur εὐχαρίστια *eucharistia*, quod est grata beneficiorum recordatio, grata animi significatio, vel gratiarum actio. Sic Theologi appellant mysterium cœnæ Dominicæ, quoniam pars eius præcipua est gratiarum actio, coniuncta cum commemoratione beneficiorũ Dei, & celebratione. Sed si vtriusque verbi Græci significationẽ consideremus, in idem recidit, idem enim est, lingua diserta, facunda, bene loquens, vt Montan. legit à verbo *eucalos* & *eucharis*, vel *gratiosa*, vt noster

vulgatus transtulit. Nam olim cum in margine inueniretur *gratiosa*, quod erat significatum *eucharis*, postea vt & alias factum est, contextui idem nomen insertum est, & transtulere *gratiosa*, vt Lyra, Jansen. & alij, sed noster vulgatus idem verbum Græcum *eucharis* apposuit, sicque iam intextum irrepsit. Tandem *in bono homine abundat*. Drus. *multiplicat affabilitatem*. Complut. *bonas loquelas* εὐπροσήγορα. Verbum εὐπροσηγορίαν est facilitas quædam sermonis, quam affabilitatem vocant, nam εὐπροσήγορος, est qui libenter salutat, affabilis. ac si diceret. Qui linguam desertam habet à multis salutatur, siue multos salutatores acquirit, plurimi eum libenter salutant. Quæ omnia complexus est vulgatus legens. *abundat*.

Illustratio prima.

26. *Modus lucrandi amicos.*

VErbum *dulce multiplicat amicos*. ex hac sententia incipit Ecclesiasticus docere modum lucrandi amicos, nempe per suauitatem rationis, & blandi loquentiam. In originali ponitur *guttur* pro *verbo* loquela per figuram metonyminiam, qua contenta pro contentibus, effecta pro efficientibus referuntur. Nam sententia agit de comitate ac suauitate orationis, qua in congressionibus, collocutionibusque hominum (quas Græci ἐντεύξεις vocant) vtendum est. Multum enim valet ea sermonis gratia, cùm ad beneuolentiam hominum conciliandam, tum etiam ad eorum affabilitatem alliciendam, vt nostræ humanitati ac comitati, aliorum affabilitas respondeat, vocat εὐπροσήγορα, commodos aptosque sermones (vt diximus in Notis) quibus alij nostra comitate incitati, erga nos humaniter atque suauiter vtuntur. Nam quod dicit quidam apud Terentium: *Si malè dixeris, peius audies*, illud in contrariam partem accidit, vt orationis nostræ suauitas, & gratia aliorum summa in nos voluntate, & sermonis comitate remunerentur.

Verbum dulce multiplicat amicos.

Itaque *guttur dulce*, idem est, quod verbum dulce, suauè, iucundum, deliciosum, multos sibi conciliat amicos, quia cum verba sint cordis indicia, affectus interiores enuntiant, & in lucem proferunt; & cum ab alijs audiuntur, excitantur ad reciprocum amorem. Quare D.

D. Chrysost.

Chrysost. tom. 5. oratione 9. inquit: *Vnde nam ego tuam mentem scire queam, quam per sermonem interpretem. Sermo nempe tuus mentem tuam declarat, & in apertum profert*. Si ergo declarat, affectum enuntiat & prouocat aliorum compensationem. Sicque verba dulcia aliorum animos leniunt, & prouocant, ad par pari referendum, & amorem amore mutuo compensandum.

Guttur suaue vocat sermonem blandum.

Guttur ergo suaue, *vel verbum dulce* vocat etiam sermonem blandum ac suauem, vel dulcedinem labiorum, q. d. Dulcedo palati addit amicos. Sic de discipulis loquitur Salomon Prou. 16. v. 21. *Qui dulcis est eloquio, maiora percipiet* quod licet de præmio docentis possit intelligi, id est, ampliora præmia in beatitudine nancisceturus, alijs *addet doctrinam*, scilicet, sibi ipsis, id est, suam ipsius scientiam augebit, cumulabitque docendo. Sed forte illud *maiora* ad maiorem numerum discipulorum poterit referri. q. d. Qui verbis dulcibus, & suauibus docet maiorem discipulorum numerum percipiet, vel multiplicabit, nam auditorum, & discipulorum incrementum prǣmium solet esse docentium, &c.

Prou. 16. v. 21.

Qui verbis dulcibus docet multiplicat discipulos

Prou. 19. v. 4.

At sicut de diuitijs loquens Salomon Prou. 19. v. 4. *Diuitiæ addunt amicos plurimos*, id est, multiplicat, sic noster auctor de verbis dulcibus inquit, illa multiplicare amicos. q. d. Sicut diuitiæ vim habent ad conciliandos amicos, sic sermo blandus, & verbum dulce amicos aucupatur. Meliora enim sunt verba quibuslibet diuitijs, sic dixit D. Joann. Chrysost. tom. 4. hom. 10. in cap. 4. 1. ad Corint. *Innumerabilibus diuitijs, & multis thesauris meliora verba*. Si ergo diuitiæ & thesauri aucupantur amicos, & verba sunt diuitijs meliora, melius conciliabunt amicos, præcipuè cum dulcia proferuntur. Verba comparauit idem D. Chrysost. tom. 4. hom. 2. in cap. 2. Epist. 2. ad Thesal. cum ventis: *Quomodo ergo*, inquit, *velum quocumque spirauerit ventus illuc defert nauem, vel potius sicut clauus transfert nauem si ventus sit secundus: ita etiam cogitatio, si bona verba secundo vento ferantur, nauigabit absque periculo. Quod enim nauigijs sunt inspirantes venti, hoc animis sunt verba*. Si ergo in animis verba efficiunt idem quod secundus ventus in nauigijs, sicut ventus secundus absque periculo nauem defert in portum, & nauigantium animos. afficit beneuolentia, & amore: sic verba dulcia, hoc est, secundo vento prolata absque periculo amicos lucrantur, &c. Vnde verum est quod ait Sirach, *dulcia verba amicos multiplicare*.

Sicut diuitiæ vim habent multiplicandi amicos, sic verba dulcia. D. Chrysost.

Verba comparantur ventis ex Chrysostomo.

Illustratio secunda.

INsuper: *& mitigat inimicos*. Hæc pars in Græco desideratur. sed addita est à vulgato ad augendam verborum dulcium vim, & potentiam. Quasi diceret ita in se verba dulcia continent virtutem, vt non solum lucrentur amicos, sed etiam inimicos, nam iram illorum mitigant, sedant, placeant. Hoc apprimè illustrari potest ex eo quod Gedeoni contigit, & refert auctor libri iudicium cap. 8. vers. 3. Sua enim molli, dulci, ac humili responsione placauit Effrathæos aduersus se insanientes, & furia concitatos. *Quod* (dicitur) *cum locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum*. LXX. *Tunc remisit se spiritus eorum ab eo, dum ille loqueretur sermonem hunc*. id est, cum verbum defensionis locutus est *remisit*, &c. Appositissima venti ac turbinis translatione & similitudine popularem illum tumultum historiæ auctor depinxit. Vt enim ventus in vnum quempiam vel terræ, vel maris locum cumuolutus incumbens, hic verticem, illic turbinem efficit, quibus vel nauem obruere, vel comprehensum animal in terra turbare ac deijcere molitur: Ita vulgus, vbi in iras populariter intumescit, sese ipsum cœco impetu contorquens, nullam non feram & crudelem in eum, cui infensus est, cogitationem suscipit, quoad prudentissima optimi cuiuspiam viri oratione sedatus, & animos, & nocendi studium deponat. Hoc appositè illustratur ex eo Virgili lib. 1. Æneid. versu 152.

27. *Verbum dulce mitigat inimicos.*

Iudic. 8. v. 3

Vulgus concitatus comparatur vento, aut turbini.

Virgilius.

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est,
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus.
Iamque faces, & saxa volant, furor arma ministrat.
Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quē
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Quod confirmat Plutarchus lib. de repub. vbi ait: *Quemadmodum musici neruos pulsari volunt leniter, non impetu quodam concuti. ita ratio rempublicam gerentis, consulentis, ac regentis, præferre non debet vim dicendi, aut malitiam*, &c. Vide Dionem Chrysostom. orat. 34. qui subdit multa in hanc sententiam. Ergo interpres libri Judicum tumultus illius æstum opportuno verbo significauit. Quo *tumebant contra eum*. Quo exemplo quantum boni ac pij viri grauitas & auctoritas opinioque valeat, quantum lenis & matura eiusdem viri efficere possit oratio verbis dulcibus docemur. Vide exemplum in Iosepho li. 11. Ant. c. 8.

Plutarch. *Qui cedat rempublicā turbatam, similis musico, &c.* Dio. Chrysost.

28. *Boni viri grauitas, & auctoritas quid faciat.*

Porro hoc confirmatur ex cap. 24. lib. 1. Reg. vbi narratur successus persecutionis Saul aduersus Dauidem, cum habitabit in locis tutissimis Engaddi: postquam in spelunca Dauid latens præcidit oram vestimenti Saul, & ille egrederetur pergens cæpto itinere; Dauid post eum locutus est verba dulcia & mollia, quibus iram Saul mitigauit, ita vt cogeret eum ad par pari referendum. Dicitur enim eodem cap. 24. vers. 17. *Cum autem complesset Dauid loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul: Numquid vox hæc tua est, fili mi Dauid. & leuauit Saul vocem suam & fleuit, dixitque ad Dauid: Iustior tu es quam ego: tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala*, &c. Hic effectus conuersionis Saul tribuitur dulcibus verbis Dauid, quibus lenuit, & mitigauit iram hostis Saul. Quare dicitur Prou. 15. v. 1. *Responsio mollis frangit iram. Sicut sermo durus suscitat furorem*. Theodoret. *qui respondit delicatè*, aut *deliciosè*, id est, iræ vim & impetum retardat, & remittit. Sicut enim fulmen molliori carni parcere: Ossa verò præ dura comminuere solet: sic item iræ impetus in mollem & suauem sermonem incidens obtunditur, & hebetatur: in durum verò sermonem incurrens, crudelius sæuit. Quamuis autem Seneca lib. 3. de ira cap. 39. dicat: *Primam iram non audebimus oratione mulcere, surda est, & amens; dabimus illi spatium*. Nihil refert, cum experientia doceat, quantum prosit verbum dulce, aspectus iucundus, & cætera huiusmodi ad iram arcendam. Dixit enim eleganter Plutarchus lib. de non irascendo: *Hinc Socrates quoties commoueri aduertebat se in amicum asperius*,

1. Reg. 24. v. 17. *Dauid verbis mollibus mitigauit Saulem.*

Responsio mollis frangit iram. Prou. 15. v. 1 Theodoret

Seneca.

Verbū dulce conducit ad iram arcendam. Plutarch.

Maris velut rupem obijceret se fluctui.

Remittebat vocem, arridebat vultu, & intuitu vtebatur leni, itaque vergendo alteram in partem, atque in contrarium animi motum se torquendo stantem & infractum se conseruabat. Sic etiam verba dulcia non solum amicos conciliare, sed inimicos arcere, & mitigare solet.

Illustratio tertia.

29. *Lingua Eucharis, quid.*

ET *lingua Eucharis in bono homine abundat. Lingua* ergo *Eucharis*, idem est quod gratiosa, diserta, facunda; gratia, venustate, & vrbanitate, ornata, cum ipsa gratiam conciliet, & grata sit omnibus. Hæc inquam lingua in bono homine, id est, in homine prudenti nos dicimus, *En vn hombre discreto, y entendido*. Copiosum profert fructum, id est, multiplicat amicos, scilicet, & familiares lucratur. Tygur. *Plurimas salutationes consequitur*. q. d. *Todos le hacen el cumplimiento deuido, y cobran estima del*, id est, efficit vt & alij similiter suauiter & blandè loquantur. Ideò Drus. transtulit; *& lingua diserta multiplicat affabilitatem*. q. d. Qui linguam disertam habet à multis salutatur, siue multos salutatores acquirit, plurimi eum libenter salutant. Itaque significatur comitatem, & suauitatem orationis valere non tantum ad beneuolentiam hominum conciliandam, sed etiam ad alliciendam eorum affabilitatem, vt scilicet nostræ humanitati, & comitati aliorum affabilitas respondeat, illique nostra suauitate incitati etiam erga nos humaniter ac suauiter sese gerant. Hæ gratiosæ salutationes erant, quas Absalon proferebat, cum corda solicitabat eorum; quos eligere volebat aduersus patrem suum. Dicitur enim 2. Reg. 15. vers. 5. *Sed & cum accederet ad eum homo, vt salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens osculatur eum*. Sic lingua gratiosa, & verbis dulcibus sollicitabat omnes, & multiplicabat affabilitatem, vt aliorum affabilitas suæ responderet, &c. *Sollicitabat* enim *corda virorum Israël*. In Hebræ. est גנב לב, idest, vt Pagnin. legit *& furabatur Absalon cor virorum Israël*. Tygur. *furatus est*. Vatab. id est, *his dolis & artibus inibat gratiam ab Israëlitis, & animos Israelitarum sibi conciliabat*. Lyra. attrahebat ad se corda hominum, vt sic ei iungerentur contra patrem suum. Itaque Absalon lingua sua gratiosa, diserta, & vrbana multiplicabat affabilitatē populi vt omnes eum aduersus patrem sequerentur? Pende *furabatur cor*, nam verba dulcia omnium corda furatur, &c.

Lingua gratiosa cupiosum fructum participat.

Ad quid valet suauitas orationis.

Absalon sollicitabat corda ciuiū. 2. Reg. 15. v. 5.

Verba dulcia furantur cor.

Lyra.

Tandem Sirach beneficium rependere docet, cum ait *& lingua Eucharis in bono homine abundat*, abundat enim, nam lingua sua, qua gratus est omnibus, lucratur compensationem beneficij, cum ille, qui gratiosè agit alicui bonum, dignus sit vt pari rependatur beneficio. Hinc est quod olim fingerentur à Poëtis Gratię, quę vocabantur Charites ab eodem verbo Græco χαρὶς, sicut illud Epigramma, quod Romæ in ędibus Columnensium gratiarum simulachro est incisum.

30. *Lingua gratiosa lucratur compensationem beneficij.*

Gratiæ seu charites, quæ.

Sunt nudæ Charites niueo de marmore: at illas
Diua columna suis ædibus intus habet,
Par tribus est facies, &c.

Harum enim Gratiarum vnam Aglaiam nominarunt, ab hilaritate seu lætitia: propterea quod hilariter præstandum sit beneficium. Secundam Thaliam, à viriditate, quod beneficij memoria semper virere debeat, & numquam marcescere. Tertiam Euphrosinem ab oblectatione, & quod non minus in dando beneficia, quam in accipiendo nos delectari conueniat. Quarum vna aduersa pingitur, duæ ad nos conuersæ: Quo illud significatur duplicem pro accepto beneficio gratiam rependi opportere. Nudæ sunt, beneficia enim sine fuco esse oportet, &c. Vide longum tractatum de Gratijs in Seneca li. 1. de benefic. cap. 3. Lege Vincentium Cartharium de imaginibus Deorū, qui, ab antiquis colebatur, verbo *Gratiæ*. Ergo si *lingua Eucharis* cum beneficium præstat abundat, id est,

Nomine gratiarum.

Beneficia sine fuco oportet esse. Seneca.

id est, lucratur compensationem beneficij, vt dixit Seneca lib.5.de benef.cap.25.fine, *Quæ* [inquit, id est, memoria] *quemadmodum subiecto* Seneca. *vno aut altero verbo ad contextum reddendæ orationis adducta est: Sic ad referendam gratiam admonitione reuocanda est*, &c.

VERS. VI.

Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.

Sensus.

MVlti pacifici, &c.q.d. Conare ex animo omnes habere pacificos, & cum omnibus amicitiam concilare, ne aliquis aduersum te iustam habeat querelam; & tibi malè precetur, sed quamuis omnibus gratus & beneuolus exhibearis, caue ne secreta tua sine delectu patefacias, sed vnum elige consiliarium de mille, nam pauci sunt, cum quibus consilia nostra communicare possimus, pauci fideles, pauci prudentes; quare consiliarij, quibus secreta cordis tui detegas, pauci tibi sint, & rari, &c.

Nota, & illustratio prima.

41. D. August. MVlti pacifici, &c.D. August. tom.4.de salut. docum.cap.6. cum dixisset: *Elige tibi consiliarios bonos Deum timentes, & veritatem amantes*, subdit: *vnusquisque ad ædificationem, non ad destructionem placeat proximo suo, quia non omnis amicus consiliarius esse poterit, dicente Sacra scriptura. Amici tibi sint multi, consiliarius autem vnus*. D. Hieronym. tom.4. explicans id Isa. 3. *Et honorabilem vultu, & consiliarium*. Illud confirmat sententia nostra.

Non omnis amicus consiliarius esse potest.

D. Hieron.

Rabanus. Tandem Rabanus in Glossa: *Cum omnibus*, inquit, *pax est habenda quantum permittit nostra fragilitas; sed non cum multis consilium, quia scriptum est: Misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet*, Prou. 20.

Pacifici qui. Pro *pacifici* est in Græco εἰρηνεύοντες, quod est pacem seruantes, aut in pace degentes, non est verbum εἰρηνοποιοὶ, quod est pacem facere inter discordes, vt dicitur Matth.5.v.9. *Beati pacifici*, id est, qui pacem faciunt inter discordes; sed aliud verbum εἰρηνεύω, quod est pacem habeo, in pace custodio, vel in pace dego. Quasi diceret: pacem serua vel custodi, vel in pace vitam age. Nos dicimus; Hispane, *Tener paz con todos, a nadie querer mal*. In hoc sensu dixit Iob 5.v.23. *Et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi*. q.d. Non solum tu, sed & agri tui erunt pacati ab hostium incursibus, sed etiam à bestijs, quæ infestæ solent esse agris, &c. Genes.34.v.20. *Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum*, id est, pacem seruant, & in pace degunt. quemadmodum de populo Israël dictum est; Jos.23.v.1. *Euoluto autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis*, &c. Pacifici enim erant, & vitam agebant pacificam.

Matth.5. v.9.

Pax habenda cum omnibus.

Iob 5.v.23.

Genes.34. v.20.

Iof.23.v.1.

Pari modo exhortatur noster Sirach omnes ad pacem seruandam, & vitam pacificam degendam. Cum nihil fœlicius homini euenire poterit quam tranquillitate potiri, & paci ex animo studere. Sed quamuis conari debeamus omnes nobis pacificos habere (*tener paz con todo el mundo, y estar bien quistos con todos.*) seu vt Tygur. legit, *Fac beneuolos habeas multos*, nos dicimus. *Tenlos a todos contentos haziendo te amigo de todos, y que todos te quierã bien*. Hoc est, quod dixit Paulus Rom. 12.v.18. *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*. Vide Psal.119.v.7. Sed non omnibus conuenit arcana nostra communicare. Vult enim Ecclesiasticus multorum nobis gratiam alliciendam esse, cum quibus pacificè viuamus: sed vnum tamen eligendum de multis, cum quo assiduè, familiariter, & ex amicitiæ arctissima lege arcana pectoris communicemus. Sic fiet vt duo sint mutua necessitudine deuincti cum ingenti *emolumento societatis*, vt sapienter à Cicerone dictum est: *Quanta vis amicitiæ sit; vel ex eo maximè intelligi potest, quod ex infinita societate generis humani, quam conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, & adducta in angustum, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungeretur*. Confirmat hoc Isocrates orat. ad Demonicum aiens: *Iucundè* [ac suauiter] *sis affectus erga omnes: sed vsum* (siue consuetudinem) *habeas cum optimis: Ita enim illis non odiosus, hic vero amicus eris*. Ideò subdit Syracides.

Nihil felicius quam pace potiri.

Vnus eligendus cui arcana pectoris communicemus.

Cicero.

Cum optimis vsus habendus.

Illustratio secunda.

ET *consiliarius sit tibi vnus de mille*. nō inconcinnatè legit originale: *at consiliarij tui vnus de mille*, q.d. Licet multos habeas, qui pacem tecum habeant, & cum quibus pacificè viuas: at consiliarios, quibus secreta cordis tui detegas; habeas paucos & raros. quia pauci sunt fideles, & prudentes. Sicut fuit Jonathan, de quo loquens Scriptura. 1.Paral.27.vers.32. ait: *Ionathan autem patruus Dauid, consiliarius, vir prudens, & litteratus*. Qui enim consiliarij munere functurus est, debet prudentia & litteris esse ornatus; & licet videatur Sirach. consiliarios restringere, vt vnus de mille eligatur, non tamen prohibet multos eligere, si tales inueniantur; quia *vnus de mille* idem est, ac paucos, & raros, id est, vt qui diliguntur sint litterati & prudentes. 32.

Consiliarius sit vnus de mille.

1.Paral.27. v.32.

Vnus consiliarius, id est pauci & rari.

Hoc confirmatur ex eo Prou.15.vers.22. *Dissipantur cogitationes vbi non est consilium*, (alij *secretum*) *vbi vero sunt plures consiliarij, confirmantur*; vbi videtur præcipere Salomonem, & nequis cogitationes suas, & animi sensus alijs prodat quam consiliarijs. Itaque sensus est: cogitationes & consilia prodita; & in vulgus sparsa eliduntur, infirmantur, adeò vt sæpius vrgeri, ac perfici non possint. Cum verò his tantummodo aperiuntur, qui consilio suo eadem promouere possint, magis, ac magis confirmantur, & roborantur. Hanc explicationem sequitur Caietanus. Ex quo colligitur necessum esse in rebus consiliarios adhibere, vt perfici possint. Et quicumque vel sapiens, vel insipiens consiliarios debet sibi & suis rebus adhibere. Dixit enim Salomon Prouerb.12. v.15. *Qui autem sapiens est audit consilia*. Symmach. *qui vero audit consilia sapiens est*. Quasi diceret: qui peritus est, aut probus, is libenter alios auscultat, & accepto consilio sententiam mutat, nam cum sapiens sit, parum suo iudicio tribuit, &c. Itaque cum

Prou. 15. v.22. *Vbi non est consilium dissipantur cogitationes.*

Caietanus.

In suis rebus debet homo consiliarius adhibere.

Prou.12. v.15.

cum tibi necesse sit consiliarios seligere, elige eum, qui prudens, & sapiens sit. sic monuit ille alius Græcus poëta:

Σοφȣ̃ παρ᾽ ἀνδρὸς προσδέχȣ συμβȣλίαν
Σοφὴ σοφὸν γὰρ γίγνεται συμβȣλία.
Consultor ille sit tibi vir, qui sapit:
Sapientis etenim consilia sapientia.

33. Qualis autem consiliarius deligendus sit, ex his, qui nobis proponuntur, docet nos Hinemarus archiepiscopus Rhemorum tom. 9. Bib. nouæ p.2. Epist.31. *Consiliarij autem*, inquit, *quantum possibile erat tales eligebantur, qui primò secundum suam quisque qualitatem vel ministerium Deum timerent, deinde talem fidem haberent, vt excepta vita æterna, nihil regi & regno præponerent, non amicos, non inimicos, non parentes, non munera dantes, non blandientes, non exasperantes, non sophisticè vel versutè, aut secundum sapientiam solummodò huius sæculi, quæ inimica est Deo, sapientes; sed illam sapientiam, & intelligentiam scientes, qua illos, qui in supradicta humana astutia fiduciam habuissent, pleniter per iustam & rectam sapientiam non solum reprimere, sed funditus opprimere potuissent*, &c. Lege Iustinianum super id: Tob.4.v.19. *Consilium semper à sapiente require*. Vide inferius ad cap.8. v.20.21.22.

Quis consiliarius deligendus sit.

Hinemar.

Iustinian. Tob 4.v.19

34. Tandem ad huius loci illustrationem non abs re erit illam sententiam Salomonis applicare, quam affert Eccles.17. vers.29. Vbi inter alia, inquit, *virum de mille vnum reperi*. Cuius loci explicationem, quam ex Neocæsariensi refert noster dissertimus Pineda, qui de pudicitia interpretatur, veneror, quia auctorem vt meum dilectissimum magistrum obseruantissimè colui, & summam ei præstiti reuerentiam. ait enim Neocæsar. *ac virum quidem pudicitia ornatum, inter mille fortasse perspexeris*. Sed meo iudicio Salomon de consiliarijs mentionem facit, cum vnum *virum de mille reperit*, qui vt talis esset, sapientia & prudentia decoratus, futurus erat: fidelis, sapiens, & prudens, cui arcana cordis communicari possint. Hanc dicendi formam in P. Virgilio inuenio in epig.

Virum de mille vnum reperire, quid

Eccles.7. v.29.

Pineda.

Neocæsar.

Vir bonus, & sapiens vnus ad contristandum.

Virgilius.

Vir bonus & sapiens, qualem vix reperit vnum
Millibus è multis hominum consultus Apollo.

Ergo cum Salomon multos consulentes habuisset, qui coram eo assisterent, illorumque periculum fecisset, ex illis omnibus vix vnum verè sapientem & consiliarium reperit, id est, ex multis vix reperitur vnus, qui consiliarij sapientis & prudentis munere fungatur. ad quam sententiam respiciens noster Ecclesiasticus, omnes exhortatur ad hunc talem consiliarium quærendum, cui secreta cordis detegi possint, dicens: *& consiliarius sit tibi vnus de mille*, &c. Fortè id, *vnus*, ad amicitiam refert & admonet non plures in amicitiam recipiendos. Sic Lucian. cum retulisset modum, quo Scytæ inijssent amicitiam, inquit: *Admittuntur autem ad huiusmodi fœdera ad summum tres. Nam qui multis sit amicus, is eo loco habetur apud nos, quo communes istæ atque adulteræ vxores: arbitramurque iam non perinde firmam illius amicitiam fore, posteaquam est in plures partes dissecta.*

Lucianus.

Apud Scytas tres tantum in amicitiã admittuntur

VERS. VII.

Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei.

Sensus.

35. SIpossides, &c. q.d. Antequam conuincaris in amicitia cum aliquo contrahenda, vt eum possis tamquam verum amicum possidere, experire prius si veri amici nomine dignus habeatur, fac prius periculum fidelitatis & beneuolentiæ, & in aduersitate tua proba illum: aduersitas enim hoc bonum parit, scilicet veros amicos à falsis distinguere, ergo in minoribus prius illum periclitare, quam ei credas maiora. id est, ne ei tua arcana detegas, priusquam eius fidelitatem experiaris, &c.

Illustratio prima.

SIpossides amicum in tentatione posside eum. Hoc ipsum senserunt qui de amicitia scripserunt, prius deligendos esse amicos, quam diligendos: in ipsa vero amicitia eorum beneuolentiam & fidem tentandam esse, moresque eorum periclitandos. Periculosum est amico statim se ipsum committere ac credere: in minoribus rebus vt pecunia, honore cæterisque periculum amici fieri potest. Rabanus: *Per diuersas*, inquit, *species falsos amicos exprimens, tandem ad verum peruenit amicum quia multi amicos se esse profitentur in prosperis, & inimici apparent in aduersis*. Quia vt inquit Cicero de amicit. *In prosperitate incerta est amicitia: Nescitur enim an persona, vel prosperius diligatur, dilectio quæ glutinatur munere eodem suspenso dissoluitur*. Clarius Tygur. legit. *Amicum paraturus experimento probatum para*. experientia enim & periculum parit veritatẽ. q.d. Si ardenter concupiscis amicum verum comparare, in tuis angustijs & tribulationibus periclitari conuenit. Nam vt Philo dixit: *Quemadmodum equi virtutem in bello exploramus, sic amicum in calamitate, & infortunio*. apud Maxim. serm. 6. & sicut igne probatur argentum, vel aurum: sic amicus rebus aduersis.

Amici prius deligendi quam diligendi.

In tentatione possidendus amicus.

Rauanus.

Cicero.

Sicut equus in bello probatur sic amicus in tentatione.

Philo Iud.

Quod optime illustratur ea Salomonis, Prou. 17.v.17. sententia: *Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustijs comprobatur*: nomine fratris de amico etiam loquitur in secunda parte, q.d. Verus & non adulterinus amicus amicitiam nullo tempore intermittit. Non enim satietas, non ætatis aut morum diuersitas, non denique fortunæ commutatio, quæ temporis decursu euariari solent, illius beneuolentiam variam aut stabilem reddunt, quorum amicitiæ fides in angustijs præcipuè & calamitatibus exploratur. Sic ait Cassiod. *Qui verè amicus est, omni tempore diligit, nam eum tormentum non separat, labor non laxat, thesaurus non superat, alienus amor non occupat*. Hinc est illud Isocratis productum: *Amicos ex vitæ calamitate & periculorum participatione probato, aurum enim igni probamus; amicos autem in rebus aduersis dignoscimus*. Ab Isocrate descripsit Ouidius:

Prou.17. v.17.

Sicut equus probatur in bello, sic amicus in calamitate.

Cassiod.

Ouidius.

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum
Tempore sic duro est inspicienda fides.

In nullo enim tempore aurum vel argentum ita exploratur, vt suam gradus perfectionem ostendat, sicut cum in igne probatur: Sic amicus in angustijs

In angustijs amicus explorandus.

gustijs & calamitatibus amicitiæ suæ fidelitatem ostentat. Quia cum sit amicitia amor mutuus vnius ad alterum, vt Aristoteles descripsit, solet huius amoris ignis in aqua tribulationis, & calamitatis extingui, & quemadmodum aquæ aspersio ignem ascendit, sic calamitas, & tribulatio sinceram ac veram amicitiam decoquit, & probat. Quare periculum faciendum, priusquam amicus deligatur.

Aqua tribulationis extinguit & accendit amicitiam.

Quare dixit eleganter Cicero: *Non facile diiudicatur amor verus & fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, vt quasi aurum igne, sic benevolentia fidelis periculo aliquo perfici possit; cætera sunt signa communia.* Confirmat Maxim. ferm. de amic. aiens: *Amicos probabis ex calamitate in vita & communicatione periculorum. Aurum enim igne probamus, Amicos aduersa fortuna cognoscimus.* Et alter Tragicus Græcus dixit: *vt ignis aurum, tempus ita amicum probat.* Sic probauit Deus Job cum ipse ait cap. 23. v. 10. *Et probauit me quasi aurum quod per ignem transit.* id est, tribulationibus me exprobauit, &c. Sic explorata in angustijs fuit amicitia Dandamis & Amizoæ apud Lucianum, nam cum Amizoça captiuus raperetur ab hostibus Dandamis se ipsum in redemptionis pretium obtulit, & cum eius causa oculos perderet. *Porro Amizoça* (inquit Lucianus) *non tulit diutius vt videret ipse amico cæco Dandamide, sed ipsius semet occuluit. Atque ita sedente, ambo, omnique honore à populo Scytharum publicitus aluntur.*

Maximus.

Amicus sicut aurum in igne tribulationis probandus.

Iob 23. v. 10.

Lucianus. Exemplum veræ amicitiæ.

Celebris est sententia Plutarchi lib. de multit. amic. vbi cum dixisset: *Neque enim quod facile capitur, id est diligendum.* Subdit: *quomodo autem Zeuxis incusantibus eum non nullis quod imagines lente pingeret, fatetur,* inquit, *longo tempore fingere me, nempe ad magnam pingo æstimationem. Perinde amicitiam & consuetudinem debes seruare, vbi eam longo ponderatam spacio acceperis.* Hoc enim longum spacium probat amicitiæ fidelitatem. Nam siue fortuna sit secunda, siue aduersa, debet amicus experiméto cognoscere an in omni tempore amicus diligat; & si talis est, deligendus est, sic dixit ipse Plutarch. *Non sunt ergo recipiendi, neque adiungendi quilibet prompte, neque diligendi qui sectantur, sed sectandi qui digni sunt.* Nullus autem dignior eo, qui permanserit in tentationibus, & in angustijs exploratus fuerit, ea de causa Christus Dominus remunerat discipulos suos faciens illos sedere ad iudicandum in solijs gloriæ; quia, inquit Luc. 22. v. 28. *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis.* Et cum Ioan. 15. v. 15. dixit: *Vos autem dixi amicos.* addit Hieronym. in cap. 7. Mich. tom. 5. *Quoniam perseuerastis mecum in tentationibus meis*, & Liban. declam. 21. de Themistocle cum de amicis ageret, inquit: *At enim fuerunt reuera etiam in meis calamitatibus.*

36. *Confirmatio superioris doctrinæ.*

Plutarchus

Sectandi amici, qui digni sunt.

Luc. 22. v. 28.

Ioan. 15. v. 15.

D. Hieron.

Libanius.

Quæ veræ & sinceræ amicitiæ certa exploratio est. amicus enim vt refugium in tentationibus proponitur. Dixit ergo eleganter Plutarchus in loco iam repetito: *Nec nauis ad tot tempestates demittitur in æquor, neque prædia loricis, vel portus muniunt vallis & aggeribus periculorum expectatione tantorum & tam multorum, ad quam multa profitetur spectata ritè & solidè amicitia refugium & subsidium.* Quare Lucianus in Toxari dixit de electione amicorum apud Scytas: *volo tibi commemorare quo ritu faciamus amicos, non ex poculis quemadmodum vos, neque si quis æqualis sit aut vicinus: verum vbi strenuum quempiam virum conspexerimus, quique præclara facinora parare possit, in hunc omnes studio incumbamus; & quod vos in ambiendis coniugijs, id nos in amicis non grauamen, diu quasi procos agentes, nihilque non facientes, ne videlicet frustemur amicitia, neve reiecti esse videamur. at vbi iam in amicitias cæteris repulsis delectus est quispiam, protinus fœdus initur ac ius iurandum, quod sit maximum, nimirum & victuros eos pariter, pariter & mortem oppeturum, si sit opus alterum pro altero. Atque ita facimus. & enim simul atque incisis digitis sanguinem in calicem destillauerimus summisque intinctis gladijs ambo pariter admouentes biberimus, non est quidquam quod deinde nos queat dirimere.*

Lucianus. Exemplum veræ amicitiæ.

Amicus refugium amici in tentationibus.

Plutarch.

Quomodo Scytæ amicos facerent.

Formula amicitiarum.

Sed multo elegantius & ad nostram sententiam illustrandam aptius testimonium inuenio in Xenophonte philosopho & imperatore, qui in lib. 4. historiarum Græcarum, laudans Lacedemoniorum fidelitatem inquit, *Nam secundis rebus fidelem se declarare, magnum quiddam videri non debet: sed demonstrare constantiam suam adflictis amicorum rebus, id scilicet memoriam meretur sempiternam.* Hoc confirmauit Cicero in Lælio de amicitia, cum inquit: *Amicitiam omnibus rebus humanis anteponamus. Nihil enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res, vel secundas vel aduersas.* Ideò prius probandus est. Dixit enim Plutarch. *vt diligenter compingitur nauis, quæ sit in tempestatibus præsidio futura. Ita diligenter probandus amicus, quo sis vsurus ad omnia.* Cicero dicebat: *Amicus certus in re incerta.* Quo significabat amici fidem in rebus aduersis explicari. & cum aliqua exempla veræ amicitiæ Lucianus retulisset, Toxaris respondit; *Merito parua ista miramini, propterea quod non sunt vobis admodum graues occasiones declarandæ amicitiæ, quippe in alta pace viuentibus: quemadmodum nec in tranquillitate queas scire, bonus sit gubernator, nec ne: tempestate enim tibi opus fuerit adhoc vt dignoscat.* Sic cum amici pace viuunt, non mirandum si amicitia perseueret, at cum tempestatibus tribulationum iactantur, si fixi persistant, veram & fidem amicitiam ostentant.

37. Xenophon *Demonstrare constantiã in adflictis amicorum rebus, meretur memoriam æternã.*

Cicero.

Plutarch.

Amicus certus in re incerta quid.

Sicut gubernator nauis in tempestate, sic amicus in tribulatione cognoscitur.

Ergo cum quis comparat amicum, quasi illum in precordijs concipit, nam amicitia veros & minimè degeneres amicos in prospera & secunda iucundè & cum voluptate concipit; sed in aduersitate & angustia, cum maximis, vt fieri solet, doloribus enititur, & in lucem edit. Signum huius veræ amicitiæ dedit D. Thom. Apostol. cum dixit Ioan. 11. v. 12. ad condiscipulos: *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* q.d. Si nos veræ amicitiæ, quam dilectissimo præceptori habemus, specimen & significationem præbere velimus, socios tribulationis, & angustiæ consortes esse debemus, vt nostræ amicitiæ fidelitatis periculum faciat. Simile signum exploratæ amicitiæ dederat Petrus cum Matth. 26. v. 35. dixit: *Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo*, sicut etiam cæteri condiscipuli *dixerunt*: id est, amicitiam tuam non negabo, &c.

38. *Quomodo amicus comparandus.*

Ioan. 11. v. 14.

D. Thom. Apost. fuit verus amicus Christi.

Matth. 26. v. 35.

Itaque amicus prius probandus quam recipiatur. Dixit enim D. Augustinus tom. 4. lib. vnic. de amicitia cap. 12. *Primum certe eligendus est, qui ad hoc aptus putetur: Deinde probandus, & sic demum admittendus.* Audiamus tandem in hac materia D. Ambrosium tom. 4. lib. 3. de offic. cap. 21. qui appositè ait: *Etenim si amici secundæ res amicos adiuuant, cur non & in aduersis amici rebus amicorum adiumentum suppetat? Iuuemus consilio, conferamus studio, compatiamur affectu. Si necesse est, toleremus propter amicum etiam aspera. Plerumque inimicitiæ subeundæ sunt pro-*

Amicus prius quam recipiatur probandus.

D. Augustin.

D. Ambros.

Quid pro amico tolerandum.

propter amici innocentiam. Iusti enim vox est: & si mala mihi euenerint propter amicum sustineo. In aduersis enim amicus probatur. Nam *in prosperis amici omnes videntur.* Ambrosium sequitur Petrus Blesen. lib. de Amic. cap. 17. tom. 12. Bib. nou. p. 2. *Probetur*, inquit, *amici prudentia si opportunum videris eum durius arguendo, vt exerceatur eius tolerantia, & probetur.* Itaque ait Ecclesiasticus si cupis comparare amicum, qui tibi verus sit, prius experire an intentatione & angustia fidelis sit: tribulatio enim & angustia tamquam ignis verum explorant amicum, &c.

Petr. Blef.

Exemplum veræ amicitiæ.

Lucianus.

Exempla subijcienda quæ Lucianus offert. primum de Ludamida, Aretæo, & Charixeno, ad quos Ludamidas cum esset paupertimus, & ipsi diuites, per testamentum, Matrem & filiam commendauit, vt hanc cum dote elocarent, & illam alerent. Quod testamentum benignè acceptum adimpleuerunt. in quo demonstratum est fidelem esse amicitiam cum in tribulatione explorata manet, &c. Aliud insigne exemplum refert Lucianus de Demetrio Sunienſi & Antiphilo Alopecensis, qui se in vicem in tribulationibus constituti adiuuabant, & comitabantur, & cum vnus aliter non posset alteri subuenire, ipse se ipsum de eodem crimine accusauit, vt sic similiter vinctus amicum incarcere consolaretur, &c. Vide quæ dicemus versu 14. num. 50. & 51.

Aliud exemplum ex ipso Luciano.

Illustratio secunda.

39. *Non facile videndus amicus.*

Iansenius.

Dionys.

DEmum *& ne facile credas ei.* Complut. & Regia addunt: σεαυτὸν, id est, *te ipsum.* Quod in vulgato expunctum est, & iure quia eo omisso sententia plenior est. Tygur. legit, *temere.* Quod idem est. significatur enim non facile & temere credendum alicui amicitiam verbis pollicenti, sed priusquam ei fides firmiter habeatur, probandam eius fidem. Sic Ianſ. Dionys. Carthus. explicat, non facile credendum, confidendo de sua fidelitate, charitate, ac probitate, antequam per multa experimenta fueris inde certificatus [verba Dionysij sunt] idcirco blandis hominibus non statim credendum est, nec alicui reuelandum proprium secretum, nisi de eius fidelitate habeatur certitudo probata. Dixit enim Seneca Epist. 3. *Tu verò omnia cum amico de libera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum, ante amicitiam iudicandum. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte: tam audacter cum illo loquere quam tecum*; pende illud, *ante amicitiam iudicandum.* Id est, antequam in amicitiam aliquem recipias, iudica si dignus est. & *non facile credat ei.* Sed diu *cogita*, an tibi conueniat necessitudinem cum illo constituere, &c. Sic dixit Cicero: *omnia cum amico discutienda sunt, primum autem, discutiendus, probandus, quæ amicus est.*

Non reuelandum secretum, nisi fidelitatem experimur eius, cui committimus.

Seneca.

Cicero.

VERS. VIII.

Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.

Sensus.

40. EST *enim*, &c. q.d. Ratio quare electio amicorum deliberationem & explorationem expostulat, hæc est, quia est quoddam amicorum genus, qui solum in proprium commodum, & vtilitatem respiciunt, & cum hæc desideratur, deficiunt, ideò non persistunt in tempore tribulationis. Sunt enim amici secundum tempus suum, hoc est, qui amicos se ostendunt cum est ei opportunum, & commodum honori & vtilitati ipsorum. Quare facile in tempore calamitatis & tribulationis datam fidem fallunt & frangunt, &c.

Illustratio prima.

ESt *enim amicus secundum tempus suum*, vocat Sirach. *tempus suum*, quod est captum ad lucrum temporale, qui ad tempus diligit, suique commodi causa. Cicero ad Q. Fratrem: *ingenue si quem forte cognouisti: tui amatorem, quam temporis, hunc ad tuum numerum libenter adscribito.* Sic explicat Lyra secundum tempus aptum ad lucrum suum, quod est tempus prosperitatis amici, qui propter aduersitatem superuenientem recedit ab amicitia. Quod apprimè illustratur ex eo Prou. 19. v. 4. *Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi, quos habuit, separantur.* Quamuis Jansenius de diuite, & auaro, qui verè pauper est, explicet, sed intelligenda est hæc sententia vt sonat, non de veris amicis, & qui societatem ex animo colunt, sed de his, qui commodis suis studentes, amicitias mentiuntur, ac semet ipsos, suaque potius, quam amicos diligunt. Hi inquam facile cum diuitibus in prosperitate de gentibus, amicitiam & beneuolentiam constituunt; quia vt amici adulterini magis propriæ student, & diuitias potius quam personam deligunt, quare tam diu persistunt in amicitia, quam diu diuitiæ affluunt, & comparantur, sed cum diuitiæ tabescunt, & hic dies in summam paupertatem redigitur, qui amici veri non sunt, sed solum suis commodis student, cum amici inopiam experiuntur, facile separantur, & deserunt, quia simulatus amicus fortunam sequitur, & ad ipsius conuersionem mutatur.

Cicero.

Secundum tempus esse amicum, quid.

Lyra.

Prou. 19. v. 4.

Iansen.

Amici adulterini propria vtilitatis studient.

Fraudulentus amicus fortunam sequitur.

Hinc tritum illud:

Donec eris felix, multos numerabis amicos
Tempora si fuerint nubila solus eris. 41.

Ouid. *Paupertatẽ omnes fugiunt.*

Paupertas enim cum fœdam faciem præ se ferat omnes fugat, & repellit, eos præcipuè, qui fictè & simulatè amant. de his enim inquit auctor noster: *Est amicus secundum tempus suum.* q.d. Vide ne facile & temere credas ei, qui verbis pollicetur, quia sunt amici, qui tempus suum seruant, id est fucati, & simulati, qui cum fueris in prospera fortuna, te sequentur, & cum in aduersa repelleris. Dixit enim Aristot. lib. 4. Ethic. c. 8. *In malum amicitia nihil firmum stabile est: quippe qui sui similes non permaneant. Ad tempus amicitias colunt,* &c. Illos tantum elige, qui, te, & non tuam fortunam diligant, vt in tempore aduersitatis permaneant. Hoc Pseudo August. tom. 4. lib. vnico de amicitia cap. 3. vbi cum amicitiam diuiserit in carnalem, mundialem, & spiritualem. explicans mundialem, inquit; *Amicitia mundialis est,*

Aristot.

Pseudo August.

Amicitia mundialis, quæ.

quæ rerum bonorum temporalium cupidine protrahitur: semper est plena fraudis atque fallaciæ, nihil in ea certum, nihil constans, nihil securum: semper cum fortuna mutatur, & sequitur marsupium: vnde Salomon (tribuit Salomoni, quod est Siracidis) *dicit: amicus secundum tempus, & non permanebit in tempore tribulationis. Tolle spem quæstus, & statim desinet esse amicus. vnde quidam.*

Non est personæ, sed prosperitatis amicus,
Quem fortuna tenet dulcis, acerba fugat

Amicitia quam cupiditas introducit fraudulenta est. Blesensis. D. Ambros. *Amicitia non est vectigalis.*

Hoc confirmat Petrus Blesens. lib. de amici. Christi. cap. 7. tom. 12. p. 2. Bibl. nouæ. *Amicitia*, inquit, *quam immunda cupiditas introducit fraudulenta est, nihil certum, nihil stabile habet, bona hominis amat, non hominem, amorem metitur ex quæstu.* Citat D. Ambros. lib. 3. offic. cap. 21. qui ait: *Non enim amicitia vectigalis est, sed plena decoris, plena gratiæ. Virtus enim est amicitia, non quæstus: quia non pecunia quæritur, sed gratia: nec licitatione pretiorum, sed concertatione benevolentiæ.*

Cicero. *Amicus vetus diligendus est.*

Hinc Cicero lib. 1. de legibus agens de vera & sancta amicitia: *non est*, inquit, *sancta amicitia nisi ipse amicus per se ametur toto pectore, vt dicitur: qui quidem amandus est, desperatis emolumentis, & fructibus.* Et 4. ad Hecen. hanc confirmat sententiam. *Qui fortunis*, ait, *alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi, simul atque fortuna elapsa est, deuolant omnes. Cum enim recesserit res ea, quæ fuit consuetudinis causa, nihil super est, quare possint in amicitia retineri.* Hi enim sunt amici, *quamdiu sibi opportunum est.* vt legit Tygurina. Quare Salomon Eccles. 3. v. 8. dixit: *Tempus dilectionis, & tempus odij.* vbi respuit humanæ voluntatis inconstantiam, ac rerum etiam subluarum varios status, qui te nunc ad amandum adigant, nunc ad odiendum, & tu te ipse permutabis in horas amata relinquere pernix: *quia est amicus secundum tempus suum*, &c. Jdeoque neque in odijs desperandum de instauranda amicitia, neque in amicitia non cauendum ab odio: odientes videlicet tamquam amaturi; & amantes tamquam aliquando osuri. Ideò subdit Sirach.

Eccles. 3. v. 8. *Respuitur humana voluntatis inconstantia.*

Illustratio secunda.

42. *Amicus simulatus non perseuerat.* Aristot.

ET *non permanebit in die tribulationis.* Tygur. *Qui tibi desint tempore calamitatis.* q.d. Amicus qui fictus & simulatus est, non permanet, non perseuerat, in tempore tribulationis, quod non pacum doloris incutit, ei, qui in amico spem suam collocauerat. quia, cum sit verum quod dixit Aristot. lib. 9. Ethic. cap. 11. *Amicos igitur habere necessarium quidem est, magis in aduersa fortuna. nam, & qui fortunam habent aduersam indigent ope.* Cum hac ope & auxilio amicorum priuantur, maximo dolore & acerbitate animi opprimuntur, & eorum dissimulantia detegitur. Qui enim in alicuius ope, & auxilio confidit, & in tempore suæ calamitatis ab eo deseritur maiori dolore & animi acerbitate cruciatur, quam si in eius fide non niteretur. appositè hoc docuit Plutarch. lib. de non irascendo circa finem cum ait; *Meum quidem ingenium nostri profecto quantis momentis ad beneuolentiam hominum, & fidem propensum sit. Ergo sicut illi, perinane, qui ingrediuntur, quocunque magis applico ad diligendum animum meum, impingi magis, & cum falsus sum angor.* Sic etiam amicus, qui amico suo fidebat, & in tempore tribulationis deseritur, angitur, & cruciatur; quare Dauid dicebat Psal. 54. v. 13. *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Tu verò homo vnanimis*, &c.

Qui in aliquo confidit, & ab eo deseritur magna animi acerbitate cruciatur. Plutarch.

Psal. 54. v. 13.

Ergo non facile credendum amico, sed illius faciendum periculum, priusquam deligatur. Ne cum venerit tempus tribulationis & calamitatis non permaneat, & maiorem incutiat dolorem eius in tali tempore derelictio, & ingratitudo. sicut qui ingreditur per inane, & impingitur, magis angitur, &c. Et sicut de eo, qui in miseram fortunam redigitur, de quo Salomon Prou. 19. v. 4. *A paupere autem & hi, quos habuit, separantur. est enim* (ait Siracides) *amicus secundum tempus suum*, &c. Solet tandem talis amicus comparari hydagyro, quod latini vocant argentum viuum, vulgo, *el azogue.* quod ita amicitiam contrahit cum auro, vt facile ei adhæreat, sed cum aurifex aurum in catino injcit, vt in fornace exploretur, argentum viuum vertitur in fumum, & deserit aurum: Sic amicus fictus tempore prosperitatis comitatur amicum, sed tempore tribulationis fugit, & deserit. est etiá sicut ductor pugnaturus in hastiludio, qui illum strenuè comitatur, & antecedens deducit ad arenam, vt antequam ad lignum conferatur arma diligenter recurrit, & adaptat, Galeam conserit, & adnectit, in statione defigit, & deserit, arrectoque animo expectat euentum. Sic *amicus secundum tempus.* tempore prosperitatis, amicum comitatur, & in tribulatione deserit, &c.

Non facilè amicus credendus.

Prou. 19. v. 4

Amicus comparatur argento viuo

VERS. IX.

Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus, qui odium, & rixam, & conuitia denudabit.

Sensus.

43. ET *est amicus*, &c. q.d. Alterum genus amicorum fugiendum est, qui facile amicitiam deserunt; existimat aliquis illos beneficijs adstrictos esse, & cum voluntatem mutuam reddituri sunt, tunc, se inimicos gerunt. alterum etiam amicorum genus vitandum est eorum, qui in inimicos conuersi omnia ea, quæ eis nota fuêre in tempore amicitiæ detegunt, ea præcipuè, quæ ei opprobrio futura sunt, & odium animo conceptum per rixam verborum denudant. atque inter rixandum etiam detegunt conuitia, & opprobria, quæ tempore amicitiæ aduerterunt, & quæ eis tamquam amicis detecta fuerunt, &c.

Illustratio prima.

Pernicioso sunt amici, qui facile ad inimicitiam transeunt.

ET *est amicus qui conuertitur ad inimicitiam.* Per hanc sententiam denotatur hos amicos, qui ad inimicitiam facile ex amicitia transeunt, pernicioso esse, ac proinde ne in tales incidamus studiosè esse probandos. Potest ita intelligi, & exponi: Qui ita immutabitur vt ex amico fiat inimicissimus: tecumque ita rixetur, vt si quod probrum tuum lateat, in medium proferat. ea autem tanta amicorum commutatio, atque alienatio maximam hominum leuitatem in amicitia ostendit. Palacius: nimis fœmineæ amicitiæ est ex amore in odium transire. Masculi amoris est ab

Palacius.

ab amico offensus, in amicitia perseuerare. quanto igitur potius erit Euangelici amoris, &c.

Lyra.

Nicol. de Lyr. de homine inuido hoc hemistichium explicat: Et hic est homo, inquit, inuidus, qui supercrescente amici sui prosperitate, per inuidiam incipit dolere, & eidem contrarius esse. Quæ explicatio non contemnenda. Nam nihil amicitiam extenuat, & minuit sicut inuidia, quia cum *inuidia* sit secundum D. Damascenum lib. 2. Orthod. fid. cap. 14. *Tristitia ex alienis bonis suscepta.* Vel secundum Aristot. *In apparenti felicitate alicuius.* Cum fictus amicus respicit amici fœlicitatem, seu prosperitatem, deserit amicitiam, & efficitur eius inimicus. Nihil ita animum perturbat, & inuidia replet sicut prosperitas amici. Frater erat & amicus improbus. Cain fratris sui Abel, & tamen passus non est illum crescere & fœlicitare frui. Quæ maior fœlicitas, quam à Deo respici, & eius munera ab eo acceptari, hæc inquam occasio fuit in vitæ fratris Cain Genes. 4. v. 5. *Iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Et hæc inuidia fraternæ fœlicitatis eum in inimicum commutauit, & tandem occidit. Vide Genes. 27. v. 41. vbi dicitur: *Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo: venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.* Vide Gen. 30. v. 1. de inuidia, quam Rachel habuit fororis suæ, &c. Et cap. 37. vers. 8. de inuidia fratrum pro eius fœlicitate, &c.

D. Damasc. *Inuidia, quid.* Aristot.

Quæ occasio inimicitiæ Cain erga fratrem Abel. Gen. 4. v. 5.

Gen. 27. v. 41.

Sic est etiam genus amicorum, qui inuidia prosperitatis alienæ deserunt amicitiam. Cuicumque autem eorum possemus dicere, quod dixit loquens cum inuido Anthol. sacr. Iacob. Bill.

44. *Sunt amici, qui inuidia prosperitatis alienæ deserunt amicitiam.*

Oh tua quam grauiter plecteris crimina tandem
Inuide, cum bona te nunc aliena premant?
O miserum: cuius dolor est aliena voluptas:
Quoque alius gaudet, tingeris ipse bono,
Vulneribus quænam arte tuis afferre medellam
Quis valeat, cum tu vulnera tecta geras?
Sit licet iniustus liuor, nil iustius illo est,
Namque premens alios, opprimit ante patrem.

Maxim. Anton. *Inuidia amicorum præcipuè timenda est.* Stobæus.

Quare cum Cleobolus philosophus apud Maxim. serm. 54. & Anton. in Melis. p. 1. serm. 62. interrogaretur quænam præcipuè cauenda sint? respondebit: *Amicorum quidem inuidiam, inimicorum autem insidias.* Et apud Stobæum serm. 38. tom. 2. dicebat Periander: *Quemadmodum rubigo propria est frumenti ægritudo: sic inuidia amicitiæ est infirmitas.* Et tandem Xenophon. imp. phil. lib. 3. Memorab. agens de Socrate ait: *Cum autem quid esset inuidia consideraret, dolorem esse quemdam reperiebat, sed non in amicorum aduersis rebus, nec in secundis hostium; sed eos solum aiebat inuidere, qui amicorum fortunam prosperam iniquo animo ferrent.*

Xenophon

Inuidia amicitiæ pestis. D. Basilius.

Hoc confirmat D. Basil. hom. 11. de inuidia, vbi inter alia multa, quæ de hoc pernitioso vitio congerit, repetit Periandri sententiam, quam proximè retulimus. Cum affirmasset non inuidere viro Ægyptio scitam, sed suæ genti quemlibet, subdit: *Et omnino vt ærugo frumenti est vastatio, sic inuidia amicitiæ pestis.* Lege sanctos & Doctores, & de hac materia inuenies multa. Igitur vt nos cauere studeamus de inuidis amicis, qui prosperitate amicorum anguntur, & cruciantur, in memoriam reuocat hoc genus amicorum, qui facile inimicos conuertuntur, cum inuident amicos prosperitate aut fœlicitate potiri.

Sed certius est Syracidem loqui de eo genere amicorum, qui facile irascuntur, & excandescunt, & propter leuem causam amicitiam deserunt, & in inimicos conuertuntur: vt Pseudo August. tom. 4. lib. de amicitia dixit: *Difficile est eum, quem sæpe in acutia furor exagitat, non aliquando exurgere in amicum: vnde Ecclesiasticus: est amicus, qui odium & rixam*, &c. *Noli esse amicus hominis iracundi, neque ambules cum viro furioso, ne forte scandalizetur anima tua.* Quod genus amicorum fugiendum est, nos dicimus, *que ay amistades como pegadas con alfileres, y poca ocasion es menester que se deshagan.* Talis enim amicitia leui occasione tabescit, & deficit. & aliquando ipse occasiones quærunt, vt amicitiæ finis imponatur. Hoc probat id Prou. 18. v. 1. *Occasiones quærit, qui vult recedere ab amico*, & D. Hieron. hoc confirmat, cum tom. 5. in cap. 7. Mich. ait: *Delicata est amicitia, quæ amicorum fœlicitates, & diuitias sequitur.* expende illud *delicata amicitia.* Quia facilitatem deserendi amicitiam indicat, ita facilis huius amicitiæ transitus ad inimicitiam, vt leuis occasio illam extenuet, & minuat. hic talis amicus comparatur nautæ, qui ex naufragio, innitens tabulæ euasit liber, & in ignem proijcit, &c. Sic multi qui ab amicis in naufragio, tribulationis liberati euaserunt, amicos vendicatores odio prosequuntur de honore, & fama detrahentes, &c. Quare optimè Syracides ait: *& est amicus*, &c. Vide Thren. 1. v. 2.

45. *Est genus amicorum, qui facile irascuntur, & deserunt.* Pseud. Aug.

Prou. 18. v. 1. *Occasiones quærit qui vult recedere ab amico.* D. Hieron.

Amicus fictus comparatur nauta

Illustratio secunda.

46. *Est amicus, qui odium, & rixam denudat.* Iansenius.

ET *est amicus qui odium & rixam, & conuitia denudabit.* Tygurina. *Opprobrium tuum per rixam proferat*: proprie est, qui odium animo conceptum per rixam verborum denudant, & detegunt, atque inter rixandum (vt explicuit Iansen.) etiam detegunt conuitia, & opprobria, quæ tempore amicitiæ aduerterunt, & quæ eis tamquam amicis detecta fuerunt. Quid certius? hoc probat id Prou. 29. v. 5. *Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius.* Quem locum intelligit noster Salazar de adulatoribus, q.d. Quisquis amicitiam ex animo colere vult, adulationem vitare debet. nam quicumque blanditijs, sermonibusque ad assentationē compositis cum amico suo vtitur, non amicè ac beneuole, sed hostiliter agit cum illo expandens, ac circumiaciens retia pedibus illius, vt his illigatus corruat; Metaphora sumpta à venatione, &c. Sed ad nostrum intentum sic explico, ille amicus, qui verus non est, sed fucatus, & simulatus, ita emollit verbis suis blandis & adulatorijs amicum suum, vt ipse adigatur, ad detegendum cordis arcanum. quo dolo rete expandit pedibus amici, vt cum fuerit inimicus, ignominia illum afficiat, denudando cordis secreta, quę ei tamquam amico detexerat, &c. Tunc odium quod in corde tectum habebat, denudat & deregit, &c. Quare dixit eleganter Seneca Epist. 3. *Tu quidem ita viue, vt nihil committas, nisi quod committere etiam inimico possis.* Et Publius: *Ita crede amico, ne sit inimico locus* vt Sophocles dixit:

Prou. 29. v. 5. *Homo adulator rete expandit gressibus amici.* Salazar.

Amicus fictus blandis verbis decipit amicum.

Seneca.

Publius.

amico ego velim.
Sic credere atque commodare, vt neutiquam
Semper futuro. Nam profecto plurimis
Sodalitatis portus insidus fuit.

47. *Monitum S. Francisci Xauerij de amicitia.*

Et noster beatissimus Franciscus Xauerius Orientis Apostolus, qui solis radiantis instar orientale & Japonium regnum prædicatione illustrauit,

uic, inter alia salubria monita, quibus sapientissimè suos instituebat, hoc vnum non contemnendum. Ita cum amico tracta, tamquam futuro inimico. *Trata con tu amigo como si en algun tiempo vuiere deser tu enemigo.* Satis prudenter & sapienter dictum. fortè ex Biante philosopho potatum, qui

Bias. aiebat; *Ama tamquam osurus, oderis tamquam amaturus.* id est, sic amandus tamquam sis osurus,

Cicero. &c. Ex Biante mutuauit Cicero qui li. de amic. dixit: *Illud potius præcipiendum fuit vt eam diligentiam adhiberemus in amicitijs comparandis, vt ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus.*

Hoc hemistichium aliter in Græco legitur χαμμάχλῶ ὀνει διςμε σε ἀποκαλύψει, *& pugnam opprobrij tui reuelabit*, seu vt transtulit Drus. *& certamen probrij tui detegat*, id est, opprobrium, quo certaturus est, deteget, & denudabit? Jansenius, quo significatur eum, qui ad inimicitiam transpositus est propositurum ad iurgium, quo amici opprobrium sit publicaturus. Dixit enim Cicero Iansen. in cel. *Cauendum verò est, ne etiam inimicitias conuertant se amicitiæ: è quibus iurgia maledicta contumeliæ gignuntur.* Illud quod repetitur: *Et est amicus*, de suo addidit vulgatus, desideratur enim in originali, sed apposite adiectum est. Pergo.

VERS. X.

Est autem amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.

Sensus.

Et *est amicus*, &c. q. d. Aliud genus amicorum inuenitur, qui tamdiu amicos diligunt, quamdiu de suis bonis reficiuntur, à quorum consuetudine, & societate debes te subtrahere, quia fucati, & adulterini sunt, & solum permanent in die tuę prosperitatis: cum autem in miseram fortunam redigaris, te deserent, & in laboribus te destituent, &c.

Illustratio prima.

48. *Amicus socius mensæ, quid.* Est *autem amicus socius mensæ.* Vltimum genus amicorum proponit auctor, qui fucatè diligunt, & non in veritate, comitantur enim amicos dum mensa durat, & cum hæc deficit, illos deserunt. Hos vocat vulgus, *amigos de taça de vino*, tunc multa pollicentur, & in tribulatione amicos nescire profitentur. Similes sunt indicibus, qui designant ventorum varietates, vulgo, *veletas.* Sicut enim hi facile à ventis versantur in illam partem versus quam ventus spirat sic amici, qui mensa fruuntur tunc amicos se esse iactant, sed cum ventus perflat, tunc deserunt, &c. Tales enim

Dau. Ps. 34. v. 16. notat Dauid Psal. 34. v. 16. *Dißipati sunt, nec compuncti, tentauerunt, subsanauerunt me subsanatione frenduerunt super me dentibus suis.* Vbi legitur ex Heb. *Congregauerunt se, inquam cum hypocritis & subsanationibus, qui indulgent ventri*, &c. Indulgentes ventri, vocat parasitos, qui vt dicemus, ij sunt, qui ventri ciboque sunt dediti, quo ingenio est Gnato apud Terentium. Tales enim multi erant Saulis amici. *Qui indulgent ventri parasiti vocantur.* Huiusmodi homines imitantur naturam & consuetudinem muscarum, quæ ad culinam conuolant ipso nidore excitatæ, vbi nihil amplius sentiunt, euolant. Hi ergo pro amicis se gerunt causa voluptatis & commoditatis, quam ex animo percipiunt ex societate mensæ, quam sectantur. quales sunt adulatores, & qui epulis delectantur, & hi non permanent in amicitia tempore tribulationis & necessitatis.

Hoc apprimè docet ipse Syracides c. 37. v. 4. 5. *Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum.* *Quid, sodalis amico cōdolet causa ventris.* Nota id *condolet causa ventris*, id est, compatitur tamquam amicus causa alimenti & vtilitatis, & facile deserit, & inimicus efficitur in tempore tribulationis & necessitatis. falsus est enim & adulterinus sodalis & amicus, qui cum amico lætatur tempore lætitiæ, & condolet tempore abundantiæ, id est, cum omnia cedunt prosperè, & alimenta suppetunt; fiat verò aduersarius ei, cum inciderit tempus tribulationis. quod genus amicorum, qui socij sunt mensę & deserunt tempore necessitatis, fugiendum est. *Amici, qui sunt socij mensæ deserunt in tribulatione.* Sunt enim similes canibus, & lupis, qui tamdiu diligunt & appetunt cadauer, quamdiu carnes in eis suppetunt, quibus vescantur; & cum hi carniuori carnem non inueniunt, destituunt cadauer & fugiunt. Sic amici, qui socij sunt mensæ, dum cibus est, quo vesçantur, & delectentur permanent in amicitia, cum autem mensa extenuata est, deserunt amicum, &c. Eleganter hoc docuit D. Joann. Chry- D. Chrysost. sost. tom. 2. hom. 13. fine in cap. 14. Matth. cum prius dixisset: *Amicitia enim diuinitus, non in malum amicorum, sed in vtilitatem atque commodum inuenta est. illæ verò parasitorum amicitiæ omni capitali peiores inimicitia sunt.* *Parasitorum amicitiæ omni inimicitia peiores sunt.* Mox subdit: *Nam multa ab amicis lucrati sumus, ab istis verò semper nobis opprobria, semper nocumenta inuehuntur. Non retineas amicos damni magistros, non retineas amicos mensæ magis, quam amicitiæ cupidos, qui enim tales sunt, si delicias detraxeris, illi quoque amicitias dissoluunt.* Quid certius, & exploratius.

49. *Quare discipuli non postularunt à Christo remedium, vt pasceret in deserto famescentes, &c.* Antequam Christus Dominus quinque panibus, & duobus piscibus vniuersam in deserto gentium multitudinem pasceret, dubium est, quare discipuli, vel aliquis alius ex turba non postulauerit à Christo communis omnium necessitatis remedium. Sic rogat D. Chrysost. hom. 50. in cap. 14. Matt. *Sed cur nam nemo ex turba accedens pro se ipsis Christum rogauit?* & respondet. *Mirum in modum verebantur ipsum, atque amabant, adeò vt vel inediam æqui ori animo perferrent, sed neque discipuli pro turba orauerunt, vt eos nutriret, imperfectiores enim adhuc erant.* D. Chrysost. Sed respondeo ad intentum. non orant Apostoli, vt multitudinem pascat Christus solum, quia adhuc imperfecti erant, sed ne detegerent omnium conuiuarum imperfectionem, scilicet ne viderentur Christi amici & sodales causa ventris, & non causa sui amoris. Si enim peterent alimenta, & post refectionem Christum desererent, videretur causa refectionis solum socios, & sodales fuisse, & impleretur quod apud nostrates celebratur, *la comida hecha la compaña deshecha*, quod dicitur de ijs, qui tamdiu in amicitia permanent, quamdiu mensa durat, vt autem huius in gratitudinis suspicionem tollerent, non orant Apostoli, vt multitudinem reficeret. Hoc *Prouerbium nostrum la comida hecha, la compaña deshecha.* pro-

probatur ex eo quod Christus postea dixit Ioan. 6. v. 26. *Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis.* q. d. Non amore mei, sed causa ventris, quæsitis me, eratis amici, & socij, sed socij mensæ, qui peracta cœna deserunt amicos. Sic Tragicus Græcus dixit:

Pleros amicos mensa habet, non veritas.

Ita etiam socius mensæ fuit Judas proditor, quem Christus vocauit amicum, vix enim vescitur, cum mensam deserit, vt Christum hostibus in mortem traderet.

50. *Non est vera amicitia, quam necessitas cōciliat.* Porro noster Delrius tom. 2. Adag. adagi 377. inuenit in hac sententia adagium, in quo docemur non esse veram amicitiam, quam necessitas, vtilitas, aut voluptas conciliant, cui adagio simile est aliud *Ollares amici*, deductum ex antiquo ζῆχυτρα ζῆ φιλια, *ferret olla, viuit amicitia.* Hos varijs nominibus perstrinxerunt comici Græci, Eupolis vocat: σὺν περὶ τηγανον ἢ μετ' ἄριστον φίλους *amicos iuxta sartaginem inter prandium.* D. G. Naz. D. Gregor. Nazianz. Epist. 160. inquit: *Illud Theognidis probo, qui cum eam amicitiam, quæ vltra pocula & societatem minimè se porrigit, haud quaquam laudet eam contra, quæ in rebus elucet, laudibus vehit, his verbis vtens.*

Ad calices multi sese profitentur amicos,
Rebus at in dubijs rarus amicus erit.

Cum ergo hic amici parasitorum generi assimilentur, qui conuiuiorum in diuidui solent esse comites. Vulgo *los truhanes por causa del comer.* *Parasiti individui comites conuiuiorum.* Dicitur Leuit. 19. v. 16. *Non eris criminator, & susurro in populo.* Leuit. 19. v. 16. Vbi Chald. vt citat Stutius lib. 2. antiqui coniug. cap. 4. *Non comedas placentas in populo tuo.* Hoc est, non parasiteris, non agas, adulatorem, delatorem, & obtrectatorem ventris & cibi causa. R. Salom. Nam vt R. Salomon annotat in hunc locum, videtur moris fuisse, vt qui delectaretur adulatoribus, conuiuijs illos exciperet, delicatosque cibos, illis apponeret, quo promptiores essent ad calumniandū: detrahēdumque proximo. Et cum verbum *Rachel* רכיל quo hic Moyses vtitur, sit à radice *Rachal* רָכַל id est, *Parasitus, qui sit.* miscuit, significat susurronem, & parasitum; significat etiam Rochel רוכל pigmentarium, siue pharmacopolam; & negotiatorem, &c. Quemadmodum autem & pharmacopola varias miscet species aromaticas, & negotiator ventris, lucrique causa huc, atque illuc discursando varias sibi merces comparat, quas postea rursus distrahit. Ita etiam parasiti, Sicophantæ, & susurrones vltro, citroque cursitant, vt habeant quod dicant, & ingerant in aures suorum auscultatorum; atque ita homines quasi commisceant, id est committant inter se lites, iurgia, & discordias excitantes. *Parasiti comparantur negotiatoribus.* Sic R. Dauid Kimhi. lege Plutarc. lib. Plutarchus Quemadmodum adulatorem ab amico internoscas vbi hos versus citat:

Simulachrum est enim hoc parasiti existis
Qui sunt amici mensæ, & inpar opside.

Similis ergo his sunt ij amici, qui ventris causa ad conuiuia accedunt, qui vocantur socij mensæ, &c. Et ab Eupolide, vt diximus, vocitantur ollæ amici, qui non ex animo, sed cibi, ventrisque causa alios colunt, à quibus cauere nos oportet, vt inquit Sirach, & rationem reddit.

Illustratio secunda.

Et *non permanebit in die necessitatis*, id est, paupertatis, vel *calamitatis*, vel *tribulationis*, vel *afflictionis.* Omnia hæc significat θλιψεως. à verbo θλιψις, quod est compressio, & afflictio. non pro ipsa affligendi actione, sed pro angustijs, in quas redigitur is, qui affligitur: seu pro illa anxietate, qua premitur, aut denique generalius pro illo malo, quod patitur. 52. *Amicus fictus non permanet in die necessitatis.* Vnde etiam oppressionem, & tribulationem significat. Itaque diem necessitatis appellat diem angustiæ, & afflictionis, in quam redigitur, qui in paupertatem & inopiam deuenit. *Qui appellatur dies necessitatis.* In qua die, vel statu egestatis, ille amicus, qui solum causa ventris diligit, deserit amicum. Et non mirum, quia sicut ait Salomon Ecclesiastes 5. v. 10. *Vbi malæ sunt opes, multi, & qui comedunt eas.* Ecclesi. 5. v. 10. Non solum famuli, sed etiam fures, & amici adulantes, qui socij sunt mensarum; sic etiam cum paruæ sunt opes, quia diues quierat, in egestatem venit, pauci etiam sunt, qui ad mensam concurrunt. nam cum sint amici ex parasitorum genere, qui colunt & diligunt ventris causa, facile amicum deserunt, & domum eius minime frequentant. *Pauper paucos amicos habet.* Sic verum est, quod Petronius dixit:

Cum fortuna manet vultum seruatis amici:
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Posset hæc sententia applicari ijs, qui Dei amici vocantur, cum Deus mensam suorum beneficiorum proponit; at cum hi in tribulationes & afflictiones incidunt, deserunt Deum, & mensam deliciarum quærunt, quam deliciosis cibis extruit, qui eis mortem afferre desiderat, dæmon scilicet, qui æternam pernitiem intentat.

VERS. XI.

Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget.

VERS. XII.

Si humiliauerit se contra te, & à facie tua absconderit se, vnanimen habebis amicitiam bonam.

Sensus.

51. A*micus si permanserit*, &c. q. d. Si amicus à te minime discesserit, sed firmus permanserit tam in prosperitate, quam in aduersa fortuna, non despicias eū, sed adiunge illum ad te, & si inferior tibi fuerit, tamquam æqualem dilige. Et facultatem præbè ad conuiuendum tibi, & aduersandum inter domesticos tuos liberè ac fiducialiter tamquam si esset vnus ex eis. Quod si aliquando præ humilitate ille non admodum liberè, & confidenter se erga te exhibuerit, sed demisserit se coram te,

te, & se non numquam à facie tua abderit se, nihilominus tamen semper bonam eius amicitiam habebis vnanimen, hoc est, tibi per omnia consentientem, idemque quod tu volentem, vt de eo diffidere non debeas, etiamsi non tanta erga te vtatur semper libertate, quanta merito deberet iure veræ amicitiæ, imò hoc ipso nomine magis agnoscere debet bonam eius & vnanimem amicitiam, quod te reuereatur, & debita sibi familiaritate non aburatur. Sic ferè Iansen.

Illustratio prima.

53. *Vera amicitiæ descriptio.*

Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis. Non parum distat vulgatus ab originali, vt mox dicemus. Hic incipit Ecclesiasticus veræ amicitiæ vtilitatem proponere. *vera enim amicitia* secundum Ciceronem, nihil aliud est, *nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beneuolentia & charitate, summa consensio.* Vnde nascitur quod idem docet: *Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secundas, vel aduersas.* Qui enim tam in prosperis, quam in aduersis fixus permanet, verus amicus est. Nam si probandus est, vt diximus. Non in prosperitate, cum inueniantur tunc amici, qui vocantur amici mensarum. Et docemur non esse veram & sinceram amicitiam, quam necessitas, vtilitas, aut voluptas conciliant. Sed probandus sit amicus in tentatione & aduersitate. & cum fixus permanet tam in prosperis, quam in aduersis, id est, stabilis in amore in prosperis & in aduersis, vt explicat Holcot. tunc maximè verus ostenditur amicus, & esse debet quasi æqualis. quod idem est ac dicere. *Erit sicut tu*, vel *alter ego*. Vt dixit Hieronym. hoc indicat Salomon, cum cap. 17. v. 17. inquit: *Omni tempore diligit qui amicus est*, q.d. Qui permanet fixus in amicitia, non solum in prospera fortuna, sed etiam in aduersa amaturus est. Quia cum tempore aduersitatis probetur amicitia, si vera & sincera est, restat vt qui in eo tempore diligit, æstimandus sit vt verus amicus. Ideò D. Ambros. lib. 3. de offic. cap. 21. cum dixisset: *Solatium quippe vitæ huius est, vt habeas, cui pectus aperias tutum, cum quo arcana participes, cui committas secretum pectoris.* Subdit ad intentum: *Vt colloces tibi fidelem virum, qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur.* Itaque sicut qui in omni tempore diligit tam in prosperitate, quam in aduersitate, verus amicus est, sic talis, qui fixus permanet in vtraque fortuna pluris æstimandus est. nam verum est quod Plautus dixit:

Si amicus in tentatione permanet, verus est. Holcot.

Prou. 17. v. 17.

Qui in omni tempore diligit verè amicitiam habet.

Plautus.

Pauci ex multis sunt amici homini, qui certi sient.

Et certum vetus adagium: Amicitia stabilium, fœlicitas temperantium.

54. *Amicus verus debet esse, quasi coæqualis.*

Ergo cum experiaris amicum permanere fixum, *erit tibi quasi coæqualis.* id est, idem actu. atque in domesticos tuos liberè aget quasi sit dominus aut pater familias, potestatem quamdam in familiam vsurpabit pro iure amicitiæ, in qua omnia sunt communia; vtetur domo familiaque tua vt tu. Dixit enim Cicero in Lælio. *Eodem modo erga amicum affecti sumus, quo erga nos met ipsos, & nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentia pariter, æqualiterque respondeat.* Cum enim aliqui inter se amicitiam constituunt, hoc persuasum debent habere, se superioritatem deponere necessum esse, nam amicitia ita inter distantes, efficit æquales, vt inferior æquetur superiori, & superior inferiori. Nam cum hæc æqualitas deficit, amicitia permanere non potest. Sic dixit eleganter D. Ambros. lib. 3. de offic. cap. 21. *Pietatis custos amicitia est, & æqualitatis magistra, vt superior inferiori se exhibeat æqualem, inferior superiori. Inter dispares enim mores non potest esse amicitia: & ideo conuentre sibi vtriusque debet gratia. Neque auctoritas desit inferiori, si res poposcerit; nec humilitas superiori. Audiat quasi parem quasi æqualem, & ille quasi amicus moneat, obiurget, non iactantiæ studio, sed affectu charitatis. Quid est enim amicus nisi consors amoris, ad quem animum tuum adiungas, atque applices, & ita misceas, vt vnum velis fieri ex duobus, cui te tamquam alteri tibi committas, à quo nihil timeas, nihil ipse commodi tui causa in honestum petas.*

Vera amicitia æqualitatem quærit. D. Ambros.

Amicus consors amoris.

Hæc æqualitas inter amicos comprobatur ex eo quod Sacer textus dixit, 1. Reg. 18. v. 1. de amicitia Jonathæ cum Dauid. *Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam.* quod explicans Abulensis, inquit, quod Jonathas nihil magis diligebat quam seipsum, sed tunc incepit diligere Dauid quasi æqualiter sibi ipsi, ideò anima sua visa est colligata animæ Dauid, scilicet tamquam anima Dauid & sua esset vna anima. Tangitur autem, inquit, in hoc radix propria amicitiæ: quia quando aliqui veri amici sunt, tanta est in eis colligatio, quod iam non sunt vt duo homines, sed vt vnus per vnitatem affectionis, quia *vera amicitia est idem velle, & idem nolle.* Vt ait Tullius in lib. de vera amicitia. sed quare non inquit Textus animâ Dauid conglutinatam esse animæ Ionathæ, sed contrarium, numquid non reciprocabat amorem, vt esset in eis vera lex amicitiæ? Respondet Abulensis, non fuisse immediate amicitiam inter vtrumque, nam licet Jonathas diligeret Dauid valde, tamen Dauid nondum diligebat Jonatham, quia nesciebat an ab eo diligeretur, & amicus est nomen relatiuum æqualitatis, cum non possit esse amicus amico, &c. Sed respondeo inter vtrumque veræ amicitiæ legem seruatam esse, vt indicat verbum conglutinare, quod est coniungere, & quasi glutino copulare. & in eo modo dicendi lex amicitiæ includitur. Quia tamen Jonathas, tamquam superior (erat enim princeps & hæres regni Saul patris eius) volebat æquare se Dauid, qui erat inferior, vt amicitia inter vtrumque constitueretur, ideò dicitur Jonathæ animam conglutinatam vel colligatam fuisse animæ Dauid, non è contra. & quia amicitia efficit æquales eos, qui inter se sunt impares, vt Jonathas, qui superior erat, æquaretur Dauid, qui erat inferior, & sic arctissimo necessitudinis vinculo coniungerentur, ideò dicitur animam Jonathæ conglutinatam esse animæ Dauid, & non è contra. Cui dicere possemus, quia *amicus* Dauid erga te *permanet fixus, erit tibi quasi coæqualis.* Hanc æqualitatem probat id quod dixit. Macentes amico suo Arsacomæ teste Luciano in Toxaris, qui cum gratias egisset de beneficio accepto, respondit, Macentis: *Noli me alium à te ipso putare: Nam mihi profecto gratias agere ob hæc, quæ feci, perinde est, ac si sinistra mea gratias agat dexteræ, quod vulneratæ sibi subministrauit, atque officiosè curam egit ægrotantis.* Ostendit enim amicos vnum corpus efficere, & vnum alteri seruire, idem esse, ac vnum membrum sibi coniuncto membro deseruire.

Verbum conglutinare, verè amicitiæ legem includit.

Amicitia efficit æquales eos qui inter se sunt impares.

Æqualitas amicorum probatur exemplo. Lucianus.

Græcum originale legit: *& in bonis tuis erit vt tu.*

56.

Amicus alter ego. Holcot. Iansenius.

tu. vel accommodabit se tibi. Holcot: id est, in tua familia confidet, & tu in sua: vt sint omnia communia: quia talis amicitia & tanta *non quærit quæ sua sunt.* 1. Corint. 13. At Jansenius vult hanc sententiam esse coniunctam cum præcedenti de socio mensæ, & sit, q.d. Et in fœlicitate tua se præbebit velut alterum te, & liberè ac confidenter conuersabitur inter domesticos tuos velut vnus ex illis: aut quod cum magna libertate arguet domesticos tuos, velut causam tuam agens, & pro tuis commodis sollicitus. Contra si excidas à priori fœlicitate, & afflictus fueris,

Amicus simulatus est sicut parasitus.

Raban.

sentiet eum tibi inimicum, atque se subtrahet à solita familiaritate. Quod potest illustrare id quod in præcedenti sententia deparasitorum genere diximus, ad quam intelligentiam accedit Rabani explicatio. sed quia sectari debemus vulgatum nostrum, verior est superior explicatio, quam retulimus. & licet particula & coniunctiua, videatur ad præcedentem sententiam referri, & iuxta eius sensum præsentem sententiam explicandam; nihilominus, illud *& in bonis*, potest sic explicari, & licet socius mensæ sit amicus fucatus; at verus amicus *in bonis tuis erit sicut tu.* id est, coæqualis. nam id *sicut tu*, vel *accommodabit se tibi*, dicitur etiam de lege veræ amicitiæ. Sic D. Hieronym. tom. 5. in cap. 7. Mich. inquit: *Interrogatus quidam quid esset amicus, respondit: Alter ego.* & paulò post: *Amicitia pares aut accipit, aut facit vbi inæqualitas est, & alterius eminentia, alterius subiectio non tam amicitia, quam adulatio est.* Hoc vetus adagium olim colebatur: *Amicitia æqualitas amicus alter ipse.* ἡ φιλία ἰσότης. Pythagoras dicebat, amicitiam æqualitatem, & eamdem animam: vt amicum, alterum ipsum.

Verbum accommodare dicitur de lege veræ amicitiæ. D. Hieron.

Amicus alter ipse.

D. Ambros. Hoc confirmat D. Ambros. dicens: *Quid est enim amicus, ni consors amoris*, &c. Ergo si hic modus dicendi inueniatur in lege veræ amicitiæ, optimè poterit explicari lectio complutensium iuxta sensum vulgatæ.

Illustratio secunda.

57. *Ex vera æquitia fiducialiter agitur.*

Seneca.

Tullius. *Qualis lex veræ amicitiæ.*

Seneca.

Et in domesticis tuis fiducialiter aget, &c. Hæc fiducia oritur ex vera amicitia, nam si amicorum omnia sunt communia, communis etiam erit moderatio in rebus domesticis, quod forte dicitur de consilijs amicorum circa domus gubernationem. Nam si dicebat Seneca Epist. 3. *Tu verò omnia cum amico delibera.* Nihil debet homo in rebus domesticis deliberare nisi prius cum amico inconsultationem illud proponat. Dixit enim Tullius in orat. pro Plantio: *Vetus est lex illa iustæ veræque amicitiæ, vt idem amici semper velint, neque est illum certius amicitiæ vinculum, quam consensus & societas consiliorum & voluntatum.* Si ergo certius amicitiæ vinculum est consensus consiliorum, quod mirum est, quod homo omnia sua cum amico deliberet, & præcipuè ea, quæ ad domus gubernationem pertinent. Hoc Seneca confirmauit Epist. 3. cum ait: *cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce.* Et si hoc verum est, optimè inquit Sirach: *Et in domesticis tuis.* (rebus) *fiducialiter aget.* vel in domesticos, scilicet familiam, aget, illam, amicè gubernando. quod insinuat Vatab. cum ait: *Et in domesticos tuos potestatem vsurpabit*, id est, potestatem ab amico mutua tam infamiliam exercebit. Quamuis verbum *vsurpabit*, indicet violentiam, vt nos dicimus, *alzarse ha con el gouierno de tu casa sin poderlo remediar.* Sed tamen in bonam partem vsurpare illud verbum possumus, vt notauimus.

Amicus potestatem habet in rebus amici. Vatablus.

Illustratio tertia.

58. *Amicus præ modestia solet ab amico se abstrahere.*

Si humiliauerit se contra te, & à facie tua absconderit se. id est, si aliquando præ modestia, vel humilitate, ille non admodum liberè & confidenter erga te se gesserit, sed demiserit se coram te, & se non numquam à facie tua absconderit, &c. Solet enim amicus, licet fixus, & verus, abstrahere se aliquando tam à tegimine domus, quam à communicatione sui, præ modestia, vel humilitate, non se ingerens in rebus domesticis, quod licet leges veræ amicitiæ derogare videatur, non debet amicus eius amicitiæ diffidere, neque spem familiaris communicationis abijcere; sed sperare eius amorem non de futurum, &c. *Vnanimem habebis amicitiam bonam.* Nam familiari communicatione gaudebis, cum in eo leges veræ amicitiæ seruatas inuenias.

Amicus, qui permanet, se gerit tamquam æqualis. Rabanus. Iansenius.

Rabanus secutus Græcam lectionem hunc secundum versum explicat de amico fucato & non verò, & hoc vltimum hemistichium seperat à primo. Quam intelligentiam sequitur Jansenius, atque hunc reddit sensum. Si amicus permanserit fixus, ipse certe se gerat erga te, tamquam æqualis tibi, liberè te tuosque domesticos admonens. hoc enim indicium est, & demonstratio veri amici: Si autem se non liberè erga te gesserit, sed perfictionem & hypocrisim sein perniciem tui apud te humiliauerit, demisse se gerens, vt magis decipiat, certo scito, quod tempore aduerso à facie tua absconderet se, suamque operam & consolationem tibi subtrahet; q.d. ait Rabanus, hoc est fingit se esse quod non est. Holcot; legit interrogatiuè: Si humiliauerit se, inquit, contra te, scilicet veniendo vt placeat tibi, & à facie tua absconderit se, à terrore iræ tuæ scilicet fingens se deuotum in faciem, sed habens cor dolosum: Vnanimem habebit amicitiam tuam? q.d. Non, id est, reputabis tu talem amicitiam firmam & stabilem? q.d. non, &c. In Græco originali vltimum hemistichium desideratur. Et quamuis hanc explicationem amplectatur Jansenius, primam vt vulgatæ magis conformem proposui sequendam. Vide Palacium, qui tres expositiones proponit. & concludit: Porro, quam in cruce Christus perstiterit fixus, vt nostrum negocium ageret: quamque ibi humiliauerit se: & quam absconderit ibi faciem suam, (verè enim tunc fuit *absconditus vultus eius.*) nemo Christianus nescit. Cur ergo non eum tibi vnanimem amicum habes.

Vulgati lectio sequēda. Palacius.

Isa. 53. v. 3.

VERS. XIII.

Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende.

Sensus.

59. AB *amicis*, &c. q. d. Hoc non vltimum consilium tibi præbeo, vt alijs, qui manifeste hostes habentur separeris, non animo & affectu, quia inimici sunt diligendi, sed loco ne sit tibi causa doloris & pœnæ, & insuper admoneo vt ab amicis tuis, non veris, sed fictis, caueas, sunt enim multi, qui palam profitentur amici, & cum non sint veri amici, sed ad oculum seruientes, & adiuuantes, adstringunt nos ad denudanda, & detegenda cordis arcana, & postquam denudauimus, eos insidiosos, & dolosos deprehendimus, &c.

Illustratio prima.

Quomodo separandum nobis ab inimicis, vt lex Christi non derogetur.

AB *inimicis tuis separare.* Hæc sententia haud quaquam legem de dilectione inimicorum derogat, sed potius confirmare videtur. Nam cum agat Ecclesiasticus de vera & falsa amicitia, vt veram amplectamur & reuereamur, falsam autem vitemus, & insidias eius, seu fucatum faciem fugiamus, admonet, vt ab inimicis caueamus; hoc est, ab eis nos separemus, in ordine ad communicationem arcanorum, non facientes eos secretorum participes, quia cum profitentur inimici, si aliquid vel audiunt, vel notant circa honorem, vel famam nostram præ odio & praua voluntate certiores faciunt alios de nostris defectibus, &c. Et vt Palac. explicat: Nihil coram eis egeris: caute coram eis loquere, si loquendum illis est, nam liuor & odium eorum sinistrè omnia tua interpretatur. omnia tua in malum retorquet. omnia tua accusat & damnat. & tandem detrahit honori tuo. odium enim inimicorum non est obscurum ac occultum, sed studium nocendi apertum, & propterea vitandum. vt autem vitetur hæc occasio detrahendi, admonet Sirach. vt homo separetur ab inimicis suis, non quantum ad dilectionem eorum, sed quantum ad locum & presentiam ipsorum. Hoc probat quod ipse Ecclesiasticus cap. 12. v. 11. 12. Sic ait Raban. vni vnanimitas est inter amicos, ibi stabilitas est amicitiæ. Vbi autem fictio: & non veritas, ibi nequaquam est amicitiæ firmitas vnde admonet vt ab inimicis, vbi parent inimicitiæ, penitus se separet, & cautelam habeat in amicorum discretione, *Custodi te*, inquit, *ab illo. Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam*, &c. Ratio quare præcipiat Sirach. custodiri ab inimico, alia non est, nisi vitetur occasio detractionis, odij, rixæ, quæ ab communicatione inimicorum nascuntur, & vt illos vitemus diligamus eos, sic dixit D. Augustin. tom. 8. in Psal. 99. *Disce diligere inimicum, si vis cauere inimicum.* Sic explicat Holcot: *Ab inimicis tuis separare*, non affectu vel animo, sed familiaritate, vel loco, ne te dolosè decipiant, vel malo exemplo inficiat: Sic præcipiebatur Numer. 16. vers. 26. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum & nolite tangere, quæ ad eos pertinent: ne involuamini peccatis eorum.* Malum enim exemplum infectio peruersa est.

Palacius. *Coram inimicis caute loquendum.*

Eccles. 12. v. 11. Rabanus.

D. August.

Holcot.

Illustratio secunda.

60. *Ab inimicis fucatis cauendum.*

ET *ab amicis tuis attende.* Clarius originale Græcum: *& ob amicis tuis caue tibi.* intelligendum est de vulgaribus amicis, non de veris. quales paucissimi fuerunt in omni æuo. quare exclamat alibi Socrates Ω' φίλυς ϗδεὶς ψίλος Ο *amici, amicus nemo est.* Vix enim fidelis amicus inuenitur. vt ait Salomon, Prou. 20. v. 6. *Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?* id est, rarus est, qui in amicitia vera permaneat, vide Prou. 11. v. 9. *Simulator ore decipit amicum suum*: & vers. 13. *Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat amici commissum.* Sic explicat Palacius, imo vero nec coram amicis audebis omnia maxime quæ secreta esse vis, nec coram amicis effutias. Qui coram amicis suum secretum effundit eius perpetuo seruus efficitur. Holcot; autem explicat; *Attende*, id est, discretionem habe, an sint fixi & firmi, vel non, quia raro inueniuntur perfecti. Matt. 7. v. 15. *Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos*, &c.

Prou. 20. v. 6.

Palacius. *Qui coram amicis suum secretum effundit eius perpetuo seruus efficitur.*

Cum ergo rarus sit amicus fidelis, cui possint arcana seuire committi, exhortatur ad cauendum ab amicis, & melius huius sententiæ vim declarat vulgatus verbo *attendendi*, q. d. Diu cogita an sit fidelis amicus, *attende*, experire, periclitare; nos dicimus: *abre los ojos, y mira bien que amigos tienes, si dellos te puedes fiar.* Fides vero & voluntas eorum, qui nondum nobis amicitia sunt cogniti, obseruanda est, & exploranda. Et si fideles inuenias ad amicitiam illorum te te ingere. quia vt dixit D. Augustin. quæst. 12. *Nullius repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam; non vt statim recipiatur, sed vt recipiendus optetur; atque ita tractetur, vt recipi possit. illum enim in amicitiam recipere debemus, cui omnia nostra consilia refundere audeamus.*

Rarus amicus fidelis.

D. August.

61. *Quare attendendum est ab amicis Seneca.*

Rationem quare attendendum est ab amicis reddit Seneca Epist. 3. *Quidam*, inquit, *quæ tantum amicis committenda sunt, obuijs narrant, & in quaslibet aures quidquid illos vrit, exonerant: quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant, & si possent, ne sibi quidem crediturì, interius premunt omne secretum. Neutrum faciendum est, vtrumque enim vitium est, & omnibus credere, & nulli, sed alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius*; & quia pauci fideles amici sunt, vt dixit Theognides.

Pauci fideles amici. Theognid.

Paucos inuenies, ô Polipæda viros amicos
Fideles in difficilibus rebus persistentes,
Qui ausint concordem animum habentes
Aequè bonorum, malorumque participes esse.

Ideo Ecclesiasticus hoc optimum consilium præbet. Admonitus Dion syracusanus, teste Plutarcho, vt caueret sibi ab Heraclide, & Calippo, quorum fidei plurimum credebat. Respondit, se malle vita excedere, quam in metu violentæ mortis amicos, inimicosque iuxta ponere. quare prius debet homo periculum facere amicitiæ illius, cum quo familiariter acturus est, ne decipiatur ab eo, qui se amicum esse profitebatur. Vide in quantam infœlicitatem deducti sunt Machabæi, qui non se ab amicis attenderunt, cauentes insidias eorum, qui sese amicos simulabant. 1. Mach. 12. vers. 42.

Plutarchus

Probandus amicus, vt recuperetur.

1. Mach. 12. v. 42.

vers. 42. *Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum exercitu multo, & excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis suis*, &c. vers. 46. *Et credidit ei*, &c. Et tandem perijt deceptus ab eo, qui simulauit se amicum, à quo se ipse caueret, in tam infœlicem fortunam non deuenisset. Quare ait Sirach: *& ab amicis tuis attende.* Holcot: moraliter explicat de inimicis spiritualibus, carne scilicet mundo, & dæmone, à quibus carere debemus, nè prosternamur. ad illum.

Holcot.

VERS. XIV.

Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum.

Sensus.

62. AMicus *fidelis*, &c. q. d. Cum homines in præsenti vita egeant præsidio, & protectione aliorum, nihil tam iucundum & optabile, sicut id, quoquis protegitur, & defensatur. Et cum hoc munus faciat amicus fidelis, moneo te vt quæras ex animo illum, in quo fortem protectionem habebis, fortiter enim protegit te munitissimæ & tutissimæ arcis instar, & eius patrocinio, & opera à multis iniurijs, & malis imminentibus defendêris, & propugnaberis, & causa eius protectionis multi ab inferenda iniuria deterrebuntur. Si ergo talem amicum fidelem inueneris, vel nactus fueris tanta potieris fœlicitate, quanta is, qui thesaurum inexhaustum reperit, sicut enim, qui diuitijs multis abundat; summa fruitur fœlicitate, sic qui fidelem amicum inuenit eadem fruetur abundantia & fœlicitate, &c.

Vis amicitiæ quanta.

Illustratio prima.

Nihil optabilius amico fideli.

AMicus *fidelis protectio fortis.* In hac sententia, & duabus subsequentibus commendat Sirach. amicum fidelem, & verum, quo nihil tutius, nihil optabilius, nihil salubrius in vita esse potest. difficile est enim illum inuenire, sicut dixit Salomon Prou. 20. vers. 6. *Virum autem fidelem quis inueniet*, id est, inuentu difficilis est; qui res amici fideliter tractet, cum amicus verus & fidus vix in tanta multitudine inueniatur. Sed aliquando inuentus est. vt refert Lucianus in Toxari. Cum Gyndanes Abaucham amicum sequeretur in itinere quod fecerat, deferens liberos, & vxorem, quam vnicè diligebat. Factum est vt ipsis dormientibus in quodam cœnaculo, quo diuerterant, *ingens ortum est incendium. ibi experrectus Abauchas relictis filijs plorantibus repulsa vxore, quæ inhærebat iussaque vt ipsa se seruaret, amico in humeris sublato*, (ictus enim erat à latronibus, ita vt nec stare quidem posset præ cruciato) *descendit, perrumpensque euasit, ita vt nequaquam incendio laederetur.* Post hæc cum probro obiectaret quispiam Abauchæ quod desertis liberis atque vxore Gyndanem extulisset: *Imò liberos*, inquit, *denuo parare haud quaquam difficile: tum incertum an bi boni sint futuri: porro amicum diu fuerit priusquam inueniam talem, qualis est Gyndanes: cuius amor mihi multis argumentis est exploratus.* Vide Valer. Maxim. lib. 4. de amicitia cap. 7. vbi refert exemplum veræ amicitiæ: Damon & Pythias Pythagoricæ prudentiæ sacris imtiati fidelem inter se amicitiam iunxerunt. Quorum vnum cum vellet Dionys. Syracusanus interficere, & ille impetrasset ab eo vt profectus domum res suas ordinaret, alter vadem se pro reditu eius tyranno dare non dubitaret. Solutus erat periculo mortis, qui modo gladio ceruices subiectas habuerat. Cum Dionys. & alij exitum contemplatentur. Eodem autem momento & hora constituta qui eam acceperat superuenit. Admiratus tyrannus eorum animum & amicitiam, remisit supplicium ac rogauit, vt se in tertium gradum amicitiæ reciperent. Subdit Valerius: *Hæscine vires amicitiæ, mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem mansuefacere odium in amorem conuertere, pœnam beneficio pensare potuerint.* Idem repetunt Cicero in Tusc. l. & li. de off. & Lactantius lib. 5.

Prou. 20. v. 6.

Lucianus.

Inuentus est amicus fidelis.

Val. Maxim.

Lyra & Hugo de protectione in tribulatione explicat, amicus enim fidelis, suum amicum in tribulatione protegit, & defendit instar scuti vel Clypei; quo ictus aduersariorum retunduntur & torquentur: In Græco est verbum σκεπὴ; *protectio valida* à verbo originali σκέπω; quod est tegere, vel operire, inde *schepe*, quod est tegumentum, quo aliquid obtegimus, & abscondimus, tutamen, præsidium, munimen, quo aliquis munitur & tegitur. Hinc est quod Dauid cum Dei auxilium & præsidium, vel tuta mentum implorabat, vocabat eum protectorem, dicens, Psal. 83. v. 10. *Protector noster aspice Deus.* vbi Pagnin. *clypeæ noster vide Deus*, sicut enim clypeo, vel scuto quis protegitur & munitur ad se defendendum de inimicis, ictus eorum retorquendo; sic postulabat Dauid Dei protectionem, qua velut clypeo ictus aduersariorum retorqueret. Pari modo Sirach. vocat amicum *protectionem fortem*, quia qui fidelis & verus est per varias tentationes exploratus, instar clypei amicum suum tutatur, & defendit, ne ictus inimicorum illi infigantur, sed retundit ictus, vt sit *valida protectio*: De protectione qua Deus populum suum per desertum protegebat, inquit, Isai. cap. 4. v. 5. 6. *Super omnem enim gloriam protectio; & tabernaculum erit in vmbraculum Diei ab æstu; & in securitatem, & absconsionem à turbine & à pluuia.* q. d. Non solum illos glorioſos reddet, sed etiam suo patrocinio tutos ab omni periculo præstabit. Erit præterea tabernaculum, in quo dum æstus magis feruet & vrit, dulcem captet populus ille sanctus, atque secutam vmbram; ibique absconditus à pluuia se, ac turbine defendat. Ergo cum amicum vocat Sirach. *fortem protectionem*, ostendit illum omnibus modis protecturum sicut vmbram, & tabernaculum, & sicut clypeum, quo semper amicus tutam & securam vitam degat. Vide Ps. 120. v. 5. Ideò dixit Cicero 1. defin. *Amicitiæ præsidium est firmissimum.* Quid est enim (inquit Rabanus) amicus nisi consors amoris, ad quem animum tuum adiungas atque applices: & ita misereas, vt vnum velis fieri ex duobus? Cui te te tamquam alterum tibi committas, à quo nihil timens, nihil ipse commodi tuicausa in honestum petas.

Quare Dauid vocat Deum protectorem.

Psal. 83. v. 10

Isai. 4. v. 5.

Deus fuit protectio, & tabernaculum populi sui.

Amicus pro tectore fortis.

Illustratio secunda.

64. *Qui inuenit amicum inuenit thesaurum.* QVi autem inuenit illum inuenit thesaurum. Idem est inuenire, ac nancisci; ita transtulit Tygur. *Qui talem nactus est, thesaurum inuenit.* non dixit diuitias, sed thesaurum, quia si diuitiæ consumuntur, thesaurus non exhauritur, & vt significet semper amicum suppeditare auxilium, protectionem, præsidium absque iacturæ in amicitia timore aliquo. Ideò vocat eum thesaurum. cum habeat in eo thesaurum inexhaustum, qui numquam deficiat. Holcot, id est, rem multam delectabilem & amabilem: de quo Prou.21.vers.21. *Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti.* & quia thesaurum in necessitate recurritur sic etiam ad fidelem amicum quia ipse etiam cum dispendio succurreret. Dixit enim Petrarcha dial. 52. *Quamobrem si amicum verum qualem prædicas inuenisti magnas te diuitias inuenisse credito.* Ideò Socrates dicere solitus est, [teste Erasmo lib. 3. apoph.] nullam esse possessionem prætiosiorem verò bonoque amico. nec aliunde plus fructus, aut voluptatis capi. Jtaque præposterè facere multos, qui pecuniæ dispendium grauius ferunt, quam amici iacturam. Quique se beneficium perdidisse clamant gratis collatum, cum eo sibi conciliarint amicum quouis lucro potiorem. Idem Socrates Cræso interrogato [teste Maximo serm.6.] quod esset maximum & pretiosissimum ex regno consecutus? cum ille respondisset, vt hostes vlcisceretur, & amicos beneficio afficeret: Multo, inquit, melius fecisses, si illos tibi amicos asciuisses. Idem Maxim.serm.de amicit. refert, quod Alexander interrogatus à quopiam, vbi thesauros haberet, amicos ostendens, in his, inquit, sicut de pauperibus dixit D. Laurentius, quos thesauros appellauit. ille alius Tragicus dixit:

Cui sunt amici esse sibi thesauros putet.

Merito (inquit Liban. Sophista. exem. progym. *Merito igitur amici ab Alexandro & iudicati & appellati fuere thesauri.* Sic ostensus est amicus fidelis, & protectio fortis nec non vicem præstitit thesauri illi alius Agathocles erga amicum Diniam. Cum non solum in prosperis, sed multo potius in aduersis illum comitatus est [referente Luciano in amicitia] *ille enim in inopia amico laborante se locauit, vt illum aleret. Quin & ægrotanti ductissimè inseruiuit, & vbi vita defunctus est, noluit vnquam in patriam reuerti: verum ibi perseuerauit in insula, pudori sibi fore ratus si vel mortuum amicum deseruisset.* Sic Lucian. qui in eodem libro agens de Arsacoma, qui ad conuiuium Leucanoris regis aspiciens eius filiam Mazæam, illam ambiuit, vt sibi matrimonio iungeret, vt autem illam à Parente proposcit, ait Luc. Leucanorem respondisse: quantum pecorum habes, &c. *Nec plaustra,* [ait Arsacomas] *possideo, nec armenta, verum sunt mihi duo amici honesti, probique quibus alij Scytharum nemini.* Cum autem ipse amicis referret, se ludibrio fuisse conuiuijs, *At qui dixeram,* inquit, *illi quantas haberem opes, nempe vos, vestramque beneuolentiam longe præstare, multoque firmiorem esse Posporanorum opibus.* Tandem inquit Mnesippus teste ipso Luciano: *At si hoc crudelè quando tu amicitiam admirari visus es: ego nihilo se eius puto, nullam esse mortalibus possessionem hac præstantiorem neque pulchriorem,* &c. Sic dixit Rabanus: Non enim vectigalis amicitia est. Sed plena decoris, plena gratia virtutis. Quid amicitia pretiosius? quæ Angelis communis & hominibus est.

Holcot. — Erasmus. — Præpostere facit, qui pecuniæ dispendium grauius ferunt, quam amici iacturam. — Maximus. — Liban. — Amicus fidelis vicem præstat thesauri. — Lucian. — Amici fidelis exemplum.

Sed cum vir inueniatur talis fidelis amicus, qui verè protegat, & defendat, & thesauri nomine dignus habeatur, quærendus est Christus Dominus, qui protectio fortis est, quia verus & fidus amicus est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, teste Apostolo Colos.2. vers.3. Et cum sit thesaurus inexhaustus licet nostra cupiditas inexhausta sit, semper inueniet gratiæ diuitias, quibus ditescat, & satietur. Ideò appetebat Salomon hanc diuinam sapientiam, in *cuius amicitia* erat *delectatio bona,* sap.8.vers.18. & cum illi venissent *omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.* illam magni faciebat, quia vt fidelis amica thesaurus erat, sibi inexhaustus, & inæstimabilis, id est, qui nullo pretio satis digne æstimari poterat. *Infinitus enim,* inquit, *thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei,* &c. Sap.7.vers.11.14. id est, indeficiens, qui numquam deficit, & si vtentes eo participant amicitiam Dei, quid mirum Salomon ardentius exoptaret hunc indeficientem thesaurum, vt Dei amicitiæ particeps fieret: pende illud *amicitiæ Dei,* qui enim appetit diuinam sapientiam, efficitur Dei amicus, & quia verus & fidus est, in communicatione illius inuenitur thesaurus indeficiens, ex quo protectionem & præsidium hauriat, non metuens eum vmquam deficiendum.

65. *Christus verus thesaurus. — Col 2.v.3. — Quare Salomon appetijt diuinam sapientiam. — Sap.8.v.18. — Sap.7.v.11. — Qui appetit sapientiam particeps est amicitiæ Dei.*

Quare qui hunc amicum fidelem *inuenit,* id est, *nactus* est, felix & faustus nominatur, cum inueniat inexhaustum thesaurum, qui numquam exhauriatur, & pereat. & sic protegit hominem Christus diuina sapientia, vt non dubitet morti imminenti se tradere, vt amicum in periculo damnationis constitutum liberet. Refert Lucian. in Amicit. de duobus Chalsidencibus amicis, euthydico scilicet, & Damone, illos in vera amicitia perseuerasse, nam cum Damon, naue vehementius inclinata simulque propellente fluctu, cecidit prono capite in pelagus. Cum autem succlamasset cum præfocaretur. Euthydicus abiecit se in mare, arreptoque Damone, qui iam deficiebat vna iuxta illum nauit ac subleuauit, & tandem extraxit. Concludit Lucian. *Cogita iam per Deos quod aliud genus beneuolentiæ documentum quisquam edere queat in hominem amicum, qui noctu decidisset in mare, vsque adeo sæuiens, quam communicata morte?* Sic cum homo in huius mundi pelago nauiget periculo naufragij expositus, facile iactantibus fluctibus, propelentibus scilicet vitijs, excidere prono capite solet. sed cum Christus fidus esset amicus, & protectio fortis, abijcit se in tribulationum mare, vbi nare cœpit dicens: *intrauerunt aquæ vsque ad animam. veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Psal.88. vers.3. & subleuans hominem ab inferorum periculis liberat. quia vt *amicus fidelis est protectio fortis.* Vide Prou.22.v.1. & sap.7.v.14.

Qui Christum vt fidelem amicum nactus est felix nominatur. — Lucian. — Exemplum veræ amicitiæ. — Christus Dominus hominē extraxit à morte. — Psal.88.v.3.

VERS.

VERS. XV.

Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius.

Sensus.

AMico fideli, &c. q.d. Si amici fidelis pretium explorare volueris, scito amicum fidum tanti pretij esse, vt nihil in rebus expetibilibus, quod cum eo permutari possit, quia res est pretiosa, & omnium pretiosissima, ac talis, cui nihil eorum, quæ homines magni faciunt æquari possit, nec auri & argenti ponderatio æstimari debet in comparatione eius fidelitatis. nihilque est illo pulchrius, nihil honestius, nihil optabilius, &c.

Notæ.

66. AMico fideli nulla est comparatio. Commendat Ecclesiasticus amicum fidelem, & affirmat nihil pretij suæ fidelitati æquari posse. In originali, non est, *comparatio,* sed commutatio, à verbo Græco ἀντάλλαγμα. ος quod est commutatio, permutatio, vel, id quod aliquid permutatur. Quod pro alio datur in permutationem. exponitur etiam id, quo dato aliquid redimitur. vt Matt.16. v.26. *Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* vel, *Quid dabit homo commutationis pro anima sua?* Marc.8. vers.37. q.d. Quid dabit homo cuius permutatione redimat animam suam? vel sic, quid pro anima sua dabit permutatione? vel per commutationem? alij compensationis vocabulo vtuntur eodem sensu. accipitur pro reconcilliatione vt Eccles. 44. vers.17. *Et in tempore iracundiæ factus est.* (ἀντάλλαγμα) *reconciliatio*, verbum originale est ΑΛΛΑΤΤΩ, quod est mutare, vel immutare. inde *antallagma,* commutatio. & quia cum aliquid emitur, quod in pretium affertur, comparatur cum re empta, ideò noster auctor *comparationem,* pro commutatione, vel compensatione transtulit, quod in idem recidunt.

Matth.16. v.26. — Marc.8. v.37. — Eccles.44. v.17.

Illustratio prima.

67. AMico fideli nulla est comparatio. Hoc vult significare nihil esse in mundo pretiosius verò sinceroque amico, eiusque dignitatem non posse satis æstimari, est autem fides firmamentum stabilitatis, ac constantiæ eius quæ in amicitia quæritur, q.d. Quæ compensatio vel commutatio digna iudicatur in comparatione fidelis amici? quasi respondeat, nulla, quia res est omnium æstimabilium pretiosissima, & pulchrior possessio, sicut ille alius dixit:

Amico fideli nulla est comparatio.

Οὐκ ἐστιν οὐδὲν κτημα καλλιον φιλου.

Nulla est amico pulchrior possessio.

Et cum Aristot. lib.9. Ethic.c.1. dixisset amicitiam, quam morum similitudo bonorum conglutinauit, quoniam propter se est, permanere, subdit philosophus: *Hanc autem talem amicitiam virtus conglutinauit, in qua ex animo & voluntate ponderanda est remuneratio.* Tandem Cicero in lelio inquit: *Quæ videntur vtilia, honores, diuitiæ, voluptates, & cætera generis eiusdem hæc, amicitiæ nunquam anteponenda sunt.* q.d. Quamuis honores & diuitiæ magni æstimentur, si comparentur cum vera amicitia, viliora debent in eius comparatione iudicari. Ita Libauius Sophista in exem. progymnasm. inquit, de Euripide: *Deinde animaduertens homines diuitias & regnum magni pendere plane pronuntiat. Non regnum amico, non opes præstant bono. quare amico fideli nulla est comparatio,* nec commutatio, non est pretium, quod debeat pro illius commutatione magni fieri, sed anteponendus est amicus fidelis omnibus rebus æstimabilibus, quia ea omnia comparari non difficile est, sed amicum fidelem inuenire difficilius est, &c.

Aristot. — Cicero. Amicus fidelis pretiosior diuitijs omnibus. — Libauius.

Illustratio secunda.

68. ET non est digna comparatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. q.d. Pluris æstimanda est fides veri amici, & bonitas eius, quam aurum & argentum, vel *non est digna,* hoc est, non respondet bonitati fidei, id est, fidelitatis illius, sed ab ea lōge superatur. Bonitas fidei veri amici comparatur auro & argento, quia hæc metalla cum explorata sunt suæ propriæ naturæ bonitatem satis ostendunt, & nos dicimus, *es fino como el oro, y es limpio como la plata.* amicus enim fidelis suæ fidei bonitatem sæpè sæpius ostentat. *Descubre en las ocasiones la fineça de su le altad, es fino amigo.* & sicut argentum defœcatum: *vsa delimpieza en todo.* hoc est, *no es nada interessado su amor,* sed gratis & fideliter diligit amicum suum. Hic dicendi modus non inusitatus in Sacra pagina. Cum agit Job de diuina sapientia c.28.v.15.17. inquit: *Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.* q.d. Numquid diuina sapientia auri argentiue pretio comparari poterit? minimè verò, nam neque illa venalis exponitur, neque comparandę vllum auri optimi purissimiq; pondus, aut vlla quamuis ingens numerosaque pecunia satis erit. quia grauior, atque pretiosior est omni argento, quãuis mundissimo, ac defœcatissimo. Aurum certe mundissimum, atque purissimum vitrum, aut Crystallus, adamâsve pellucidus non poterit cum sapientiæ splendore, & dignitate conferri, neque aurum defœcatissimum ex Ophaz, aut de Tharsis, nullaque manificentissima suppellex, ad sapientiæ pulchritudinem & ordine assurgere possunt. Sic noster Pineda. vide etiam sap.7.v.8. 9. vbi Salomon eamdem proponit similitudinem cum de sapientia diuina agit: *Et præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. nec comparaui illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.*

Pluris æstimandus est amicus, quā aurum, & argentum. — Amor fidelis amici non est mercenarius. — Iob 28.v.15. — Sapientia non est venalis. — Aurum non potest comparari cum sapientia. — Pineda. Sap.7.v.8.9.

Sic etiam noster Ecclesiasticus comparat fidei bonitatem, quam præfefert amicus fidelis, auro & argento, quæ nihili æstimantur in comparatione illius. Et si amico humano ferè hæc conuenire non possunt, cum bonitas fidei illius sub humanis terminis cōcludatur. At verè Christo Domino sapientiæ diuinæ concinnius aptari possunt. ipse enim fidelis amicus, cui nulla est comparatio, nec permutatio, & verè *non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius.* in fide eius infinita bonitas reperitur, & in bonitate eius fides diuina includitur.

69. Nihil æstimatur aurū in comparatione amici fidelis. — Christus solus fidelis amicus.

ditur. ipse est enim fidelis amicus, & tamquam pro diuina sapientia non appenditur argentum, nec aurum in commutatione eius, & omnes diuitiæ nihili ducuntur in comparatione illius, quare ex animo quærendus est, tamquam fidus amicus, cui homo seipsum regendum tradat, &c. Sic Holcot. affirmat dicens: istud maximè verificatur de Christo amico fidelissimo, qui nos liberauit de potestate diaboli, & nobis vitam perpetuam impetrauit. 1. Petr. 1. *Non corruptibilibus auro & argento empti estis*, &c. Et ideò, inquit, certissimè assero, quod Christus est ita fidelis amicus, quod quemlibet sibi fidelem, & eum in amicitia cæteris præponentem, incomparabiliter magis diligit, quam potest pater, aut mater: & magis continuè sollicitatur circa eum ad procurandum sibi omnia necessaria ad salutem mentis & corporis. quia vt amicus vult, vt omnipotens potest. Ideò *non est digna*, &c.

Drus. transtulit: *Neque est pondus pulchritudinis eius*, id est, æquans pulchritudini eius, q. d. Nihil est illo pulchrius, nihil honestius, nihil optabilius, vel pulchritudo & bonitas eius non potest satis æstimari vllo pondere. Sicut de doctrina sapientiæ dixit Salomon Prou. 22. v. 18. *Quæ pulchra erit tibi, cum seruaueris eam in ventre tuo & redundabit in labijs tuis*. id est, cum illam ab auribus ad mentem traduxeris, atque in animo reposueris, id est, cum illam probe intellexeris, seu percallueris, pulchra apparebit tibi, id est, amœna, dulcis, delectabilis. Sic verba & consilia fidelis amici pulchra amico apparent, id est suauia, delectabilia, & appetibilia, & non est pondus pulchritudinis eius, quia nihil suauius, ac delectabilius amico fideli, qui pulchra & suauia verba profert, vt amicus ea audiens, & in ventre mentis & voluntatis seruans suauitate & delectatione, seu pulchritudine, quam continent perfruatur. 70.

Nihil pulchrius, quàm amicus fidelis. Prou. 22. v. 18. *Consilia fidelis amici delectabilia.*

VERS. XVI.

Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inuenient illum.

Sensus.

71. AMicus fidelis, &c. q. d. Vt magni amicum fidum facias, & illum tibi asciscere coneris, aliam eius excellentiam, & præstantiam tibi enuntio, quæ hæc est, illum medicinæ instar à malis illatis opportunè curare, vitamque & immortalitatem afferendo: nimirum quia sua consolatione & ope mala imminentia vel tollit, vel mitigat, ita vt alias vitam defecturo vitam conferat, non tantum hanc sed etiam æternam. & vt tibi notum sit illum Dei beneficio comparari, doceo te, non nisi metuẽtes Dominum illum inuenire tamquam præmium & mercedem à Deo collatam, &c.

Amicus fidus instar medicinæ.

Notæ.

AMicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, id est, medicamentum quod vitam iucundam facit, ne dicam longam. nam vita etiam absolute pro vita longa. Drus. explicauit per ipsum verbum Græcum quod est in originali, id est, φάρμακον ζωῆς pharmacum, enim vox est ambigua & anceps. interdum enim in bonam partem de medicamento salutari dicitur, interdum in malam de læthali medicina, seu vulgo dicta, *veneno* apud discoridem dicuntur omnia illa, quæ in medicina vsum aliquem habent, per se autem læthalia sunt. de voce *venenum* id testatur Aul. Gell. lib. 12. cap. 9. postquam enim quædam recensuit vocabula, quæ *media* & *communia*, & *ancipitia* appellat, dicitque posse significare, & capere duas inter sese res contrarias. addit: *Periculum enim & venenum, & contagium, non vti nunc dicuntur pro malis tantum dicta esse, multum exemplorum huiusmodi reperias*: ex quibus cum colligamus apud veteres dumtaxat scriptores ancipitem vsum habuisse vocem illam *venenum*, merito quis miretur hæc, quæ Caius L. Qui venenum ff. de verborum signif. scripta reliquit. *Qui venenum dicit, inquit, adijcere debet, vtrum malũ an bonum. Nam & medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum eius naturam, cui adhibitum est, mutat. Quin id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent hoc nomine continentur*. Vnde adiectione alterius nominis distinctio fit. ergo cũ Ecclesiasticus vtatur hoc verbo, φάρμακον quod tam venenum, quam medicamentum significat, addit, *vitæ*, vt intelligatur non loqui de veneno, sed de medicamento, nam si medicamentum salutare vitam tribuit, sic venenum seu toxicum ipsam tollit.

Pharmacum quid. *Venenum dicitur vel bonum, vel malum in lege.* Aul. Gell.

Illustratio prima.

72. AMicus fidelis, &c. Nomine medicinę aũt remedij significat sapiens maximam amicitiæ opportunitatem ac vtilitatem, maximeque ad vitam degendam necessariam. est enim amicus, siue consoletur in rebus aduersis, siue in secundis gratuletur, siue nos moneat, obiurgetque errantes, siue iacentes excitet atque erigat opportunus ac salutaris totius vitæ nostræ medicus eius consilia & monita solatia sunt animorum nostrorũ optima & saluberrima remedia. Quare hanc sententiam Dionysius explicat de amicorum consilijs & auxilijs, quibus vitam amicorum à tristitia eripiunt & de sollicitudine eorum, qua mortuos à culpa ad vitam gratiæ reuocare & ad gloriam deducere conantur. Hoc videtur innuere Salomon Prou. 27. v. 9. *Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: & bonis amici consilijs dulcoratur*. Quanta insit amicorum consilijs & suasionibus dulcedo & suauitas, quantumque ex illis emolumentum percipere liceat, ostendit sapiens exemplo vnguentorum, atque aromatum. q. d. Amici magno in prætio habendi sunt, quia eorum sermones, adhortationes, & consilia vnguentis pretiosissimis iucundiora & vtiliora sunt: nam cor quidem exhilarant, omnem angorem & tristitiam ab animis repellendo, & caput etiam roborant, mentem ab omni ignorationis & insipientiæ ebrietate liberam præstando. Hæc enim sunt quæ in optimis amicorum consilijs præcipua emolumenta in esse possunt, si videlicet animum reficiant, & mentem edoceant. Hæc autem vnguenta sunt pharmaca & medicamenta, quæ vitam amico tribuant, &c. Nam fidus amicus, monitis consilijs & correptionibus

Quid nomine medicamenti intelligatur. Dionys. *Bonis consilijs amici anima dulcoratur.* Prou. 27. v. 9. *Amici vnguentis pretiosis comparantur.* *In optimis amicorum consilijs multa insunt emolumenta.*

tionibus & exemplis facit vt alter ipse æger animo conualescat, & à vitijs emergat, & ad veram virtutem perueniat, quæ vera animæ vita est. & ita præstat amico, vt nunc per famam, in futuro per gloriam semper viuat, sic dixit Menander.

Menander.

Quærendus ægro medicus est vt corpori,
Sic est amicus mentis ægritudini.
Nam verba amica sunt medella commoda.

73. Certè vix vllum vulnus in hoc mundo accipimus, quod non amicorum ope atque alloquio soleat sanari aut leniri, inter alia adagia hoc vnum est. *amico ægrotanti medicus est oratio*. Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατρὲς λόγος. ex Plutarcho. Huc allusit Horatius lib. 1. Epist. 1.

Vulnus animæ ope amicorum sanatur. Plutarch. Horatius.

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi depellere partem.

Homerus etiam dixit: *Amicorum est admonere mutuum*, id est, bonus est affatus amici admonitoris. Hanc licet vsurpare, si quando dicemus amici munus esse, vt amicum, si quid erret liberius admoneat. Quia si amicus est pharmacum vitæ & medicamentum æternitatis, quid mirum, si adhibito medicamento verborum & consiliorum tribuat medellam. D. Joann. Chrysost. orat. 3. de regno inquit: *Vtilia medicamenta ægrotantibus quidem sunt vtilia, sanis autem superuacua: amicitia autem non modo sanis opus est, sed & ægrotantibus: & custodit quidem diuitias, suppeditat autem necessaria paupertati, clariorem reddit gloriam, atque obscurat ignominiam: vnum autem hoc difficilia quidem omnia minuit, bona omnia auget. quæ enim calamitas extra amicitiam non intollerabilis? & quæ fœlicitas absque amicis non ingrata?* Vocatur autem pharmacum vitæ, quia sicut salutare medicamentum tribuit & producit vitam, & disponit ad æternitatem. Nam amicus sua salubri monitione & redargutione à pestiferis malis & morte æterna amicum præseruat, & vt dixit Plutarchus lib. quemadmodum adulatorem ab amico inter noscas. *Sed mordacibus, vt medicinis vti ad vitam. & salutem ægroti*. Pseudo August. to. 4. lib. de amic. cap. 3. reddit rationem quare amicus sit medicamentum vitę. *Non enim, inquit, validior vel efficatior est vulneribus nostris medicina, quam habere qui omni incommodo occurrat compatiens, & omni commodo occurrat congratulans, vt iunctis suis humeris, onera sua inuicem tollerent, & quod vnusquisque propriam leuius quam amici portet iniuriam*, &c. Confirmat Cicero de amicitia: *Verum amicum*, inquit, *qui intuetur tamquam exemplar aliquod sui intuetur; quo absentes ad sunt, egentes abundant, & imbecilles valent: & quod difficilius dictu est, mortui viuunt.*

Homerus. *Amicus medicamentum vitæ.* D. Chrysost. *Quare amicus dicetur pharmacum vitæ.* Plutarchus. Ps. August.

Illustratio secunda.

ET *qui metuunt dominum, inuenient illum*. Cum de fidelibus amicis egerit Sirach. nunc ostẽdit quam magna res sit fidelis amicus, & qua ratione tam rarum & magnum bonum obtineri possit, nempe non nisi Dei singulari beneficio & dono, ne quis se suo marte illum sibi posse parare existimet. *Qui*, inquit, *metuunt Dominum inuenient illum*. id est, Dei, quem colunt munere consequentur illum, & Deus talem illis dabit tamquam mercedem sui cultus, sic Iansenius. Quare autem timentibus Deum hoc conferat beneficium, ratio videtur esse. quia cum amicitia super timore Domini fundata, sit firmior, & fidelior, quoniam firmum iacit fundamentum, tota moles ædificij crescit securius, & ipso Dominus, qui totius bonitatis basis solida & firma est, cõfert soliditatem, constantiam & firmitatem, vt amicitia non deficiat, & cum amicitia timentium Dominum ab ipso Domino sit quæsita, ideò qui timent Dominum amicum fidelem inueniunt, id est consequuntur, vt præmium sibi debitum, &c. Dicebat enim Cicero in lib. 1. offic. *Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior, quam cum viri boni moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. Nihil enim amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum.* 74.

Timentes Deum inuenient fidelem amicum. Iansenius. *Nulla firmior amicitia quam quæ cum viro bono initur.* Cicero.

Confirmat hoc Pseudo August. tom. 4. in lib. de amicitia, cum cap. 2. dixisset veram amicitiam non posse esse inter eos, qui sine Christo sunt, caput concludit dicens: *Cum vero in tali amicitia, quam libido commaculat, vel auaritia fœdat, vel incestat luxuria; tanta & talis experiatur dulcedo: libet conijcere, quantum habeat suauitatis illa, quæ quanto honestior, tanto est & securior, quanto Castior, tanto iucundior, quanto liberior, tanto fœlicior*. D. Ambros. lib. 3. de offic. cap. 21. dixit: *Non potest enim homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus*. Tandem D. Hieronym. in Epist. ad Paulin. *Vera*, inquit, *illa amicitia est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia corporum tantum, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor, & diuinarum scripturarum conciliant studia*. Pende, *Dei timor conciliat*. Id est, is, qui Dei timore munitur consequitur verum & fidelem amicum, cui arcana cordis sui securè & fideliter communicare, & animam suam detegere & denudare possit, præmium enim est metuentium Dominum, vt talem amicum fidum & verum consequatur. Palacius tandem infert. Quod si amici sunt præsidium, thesaurus & medicamentum, quid Christus nobis erit, qui tantoperè amicus noster est? de ipso melius potest hæc sententia intelligi.

Ps. August. *Amicitia, quanto honestior tanto securior.* D. Ambros. D. Hieron. *Vera est illa amicitia, quam Dei timor conciliat.* Palacius.

VERS. XVII.

Qui timet Deum æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius.

Sensus.

75. QVi timet Deum, &c. q. d. Non solum amicus fidelis & præmium metuentium Dominum, sed vnusquisque eorum, qui Deum reuerentur, quemadmodum ipse fideliter amat Dominum, & sese amicum erga illum gerit, sic etiam respondebit Dominus illum diligens: & sicut ipse propter Deum proximum amore prosequitur, ita similiter habebit bonam, fidelem, & constantem amicitiam alterius erga se, vel æquè, id est iustè. æquũ enim est vt qui Dei timore adstringitur bonam beneficio Dei aliorum amicitiam erga se adipiscatur, quoniam qualis ipse est erga Deum & proximũ, talis erit, & amicus illius, id est, fidelis, & sincerus ei obtinget amicus, sicut ipse recto animo Deum & proximum diligit, &c.

Notæ.

PRo æquè habebit, &c. Drusius legit: *recte vtitur amicitia* erit nempe fidi amici. Alij: *dirigit amicitiam suam.* Deus inquit, facit vt recta sit amicitia eius, vt bene ac fœliciter amicis vtatur. Tandem, *erit amicus illius. vel proximus ipsius erit, ὁ πλήσιον οἱ πλήσιον αὐτοῦ*, id est, proximi eius, vulgatus melius legit *ὅτι καιρὸν τὸν ᾗ ὁ φίλῳ αὐτοῦ*, *quoniam secundum illum erit amicus illius.*

Illustratio prima.

76. *Amicitia inter bonos permanet.* Raban. Cassiodor.

QVi timet Deum æquè habebit amicitiam bonam. Bona amicitia dicitur ea, quæ inter bonos inuenitur. Sic explicuit Rabanus, *Plena & perfecta amicitiæ gratia inter perfectos viros eiusdemque virtutis perseuerare potest.* & Cassiod. sup. Psal. inquit: *vera amicitia tantum inter bonos proficit, inter optimos consummatur.* Nam ea amicitia, quam auaritia, vel ambitio, vel luxuria conciliat citissimè deficit. quia (vt ait Holcot) in quo non est timor Dei, in corde dissolutus est, & ad omnia peccata paratus est, & ideò ad amicitiam fidelem non dispositus. Ratio quare amicitia inter bonos permanet, hæc est, quia amicum diligit propter Deum. Sic dixit D. August. tom. 10. serm. 256. de temp. cap. 1. *Ille enim*, inquit, *veraciter amat amicum, qui Deum amat in amico, aut quia est in illo, aut vt sit in illo.* Illud *æquè* significat redditionem vel remunerationem amicitiæ, nos dicimus, *correspondencia de amistad.* Ita vt qui propter Deum aliquem diligit, ille diligatur ab eo similiter. Ideò dixit Cicero: *Idcirco amicitiæ comparantur, vt commodum mutuis officijs gubernetur.* Nam *beneficia mutua & grata esse debent.* 2. offic. hoc significat lectio Complutensium, *dirigit amicitiam eius.* id est, suam amicitiam rectam facit. q. d. Separat amicitiam à dolo, fallacia, & circumscriptione, & facit eam rectam, fidelem, & veram, sicut est ea, quæ timore Domini stabilitur & constituitur. Drus. *Recte vtitur amicitia eius*, id est, fidi amici. q. d. Deus facit vt recta sit amicitia eius, vt bene ac feliciter amicis vtatur. Hanc felicitatem tribuit amicitiæ timor Domini, in quo fundatur amicitia. Hæc ratio est quare dicat Ecclesiasticus: *Qui timet Dominum æquè habebit amicitiam bonam.*

Redditio, amicitia, quales. Holcot. D. August. Cicero. Deus facit amicitiam rectam.

Illustratio secunda.

QVoniam secundum illum erit amicus eius. id est, qualis ipse est erga Deum & proximum, talis erit & amicus illius. Tygurina: *Quoniam tamquam alter idem erit amicus eius.* quod proprium est veræ amicitiæ, vt superius diximus. est enim fidelis amicus alter ipse. vt ex D. Hieron. tradidimus. Drus. legit *proximus πλήσιον αὐτοῦ*. verbũ πλήσιον significat propinquum, & eos, qui genere propinqui sunt, domesticos, & familiares, & proximos. Correspondet verbo Hebraico רֵעֵהוּ, à verbo רָעָה *raghas*, quod inter alia significat placere, velle, amare, & alia id genus vt 2. Reg. 15. v. 37. *& veniente ergo Chusai amico* רֵעֵה *Dauid.* idem cap. 16. v. 16. & 3. Reg. 45. *amicus regis.* Cum proprium amici sit placere amico suo & velle, & amare, quod ipse vult & amat, vt dixit D. Hieronym. ad Demetri. *In amicis non res quæritur, sed voluntas: quia & alterum ab amicis sæpe præbetur, alterum solum charitas tribuit, eadem velle, & eadem nolle firma amicitia est*, ex D. Hieronym. describit hanc sententiam Sallust. ideo verbo Hebræo quod significat placere & velle explicatur amicus & proximus.

77. *Fidelis amicus alter ipse.* D. Hieron. *Proprium amici est velle, & amare, quod amicus vult, & amat.* D. Hieron. Sallustius.

Sed quia difficilliter amicus, qui verè fidelis sit, inuenitur. cui omnes, quas præscripsimus conditiones, apte conueniant. in Christum Dominum hæc vnicè & perfectè quadrant, quem qui nactus est amicum, hic verè fidelem conciliauit amicum; per quem tamquam infinito diuitiarum penu exhauriet quidquid volet. ipse solum est medicamentum vitæ & immortalitatis, quem metuentes Dominum inueniunt Dei beneficio. facile quæritur, haud difficulter inuenitur, & possessio tanti amici ditat animam, cor delectat, & qui eum possidet fœlicitate potitur, &c.

78. *Solus Christus fidelis amicus.*

VERS. XVIII.

Fili, à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam.

Sensus.

79. *Vera amicitia sine sapientia obtineri non potest.*

FIli, à iuuentute, &c. q. d. Cum vera amicitia, vt explicatum est, sine sapientia obtineri non possit, consilium tibi præbeo, ô fili, vt à prima ætate, & teneris annis assuescas doctrinam & disciplinam edisce re, & excipere: Sic enim experieris duraturam vsque ad postremam senectutis ætatem, cum homini maximè opus est sapientia. Sicut enim voluptas execrabilis non deserit hominem, sed senio accedente magis etiam augescit. Sic sapientia nullo modo hominem in senectute deserit, sed illum comitatur vt sapienter se in omnibus gerat, &c.

Nota, & illustratio.

FIli, à iuuentute tua excipe doctrinam. vulgatus sequitur lectionem Germanicam, quę habet verbum Græcum *δέξαι*, quod est excipe Complut. & Regia; *δέξαι*, quod est *elige*. Tygur. *adsciste*: quæ omnia in idem recidunt. & *doctrina* idem est, quod *disciplina*. Hoc loco instituit sapiens præcepta & monita, quibus homines ad studium amoremque sapientiæ cohortatur. Hic autem significat à pueritia sapientiæ disciplinam esse suscipiendam. sapientiamque à primis ætatis temporibus perceptam vsque ad canitiem, ac summam senectutem duraturam: Adeò à teneris [inquit ille] consuescere multum est. Sic Salomon Prou. 22. v. 6. *Adolescens iuxtæ viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.* Confirmat Rabanus aiens: Quicumque ergo à iuuentute studet sanæ doctrinæ autem adhibere obedientiæ, in senectute dulcissimos fructus metet sapientiæ.

Doctrina in teneris annis excepta numquam deficit. Prou. 22. v. 6. Rabanus.

Ergo doctrina vel disciplina, quam homo à teneris annis excipit, vel elegit, vel adsciscit, augescit in dies, & ferè numquam deficit, comitatur enim homines vsque ad senectutem, tunc enim inueniuntur sapientes. Sic dixit Glossa Ord. *quia qui in iuuentute studet sanæ doctrinæ, in senectute dulces fructus metet sapientiæ.* Illustris est ad intentum

Doctrina quam homo à teneris annis excipit augescit in dies. Glossa.

tum sententia Thren. 3. v. 27. vbi ait, Jerem. *Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua*: vbi D. Thomas: *Iugum timoris Domini & amoris. Adolescentia vt ferbens æt.us deprimatur, & facilis ad bona assuescat.* q. d. Jerem. Bonum est cuicumque mortalium à primis annis diuino. iugo ceruicem submittere, atque illi sub esse cui pronus est ad miserendum animus, & ad largiendum liberalis. est enim plane bonum iugum non abijcere vsque ad vltimum vitæ spiritum. Nostet Delrius iugum significari vult tolerantiam diuinæ disciplinæ & correctionis, qua nos immissis, varijs afflictionibus & calamitatibus erudit. probat ex eo Euripidis qui sic ait:

Thren. 3. v. 27. D. Thomas. *Bonum est homini à primis annis diuino iugo ceruicem submittere.* Delrius. Euripides.

Qui non malis assuetit, ille fert quidem
Verum dolet, cum colla supponit iugo.

Mandata Dei iugum nominantur. Alij explicant de mandatis, & præceptis Domini, quæ iugum nominantur Matth. 11. v. 29. Hoc iugum à teneris vnguiculis assuescere optimum est, docet enim ipsa experientia boues dum nouelli sunt, subiugandos, equos dum pulli domandos, canes dum Catuli coro assuefaciendos. Per iugum etiam potest significari doctrina & disciplina, qua pueri eruiuntur, vt cum ad senilem ætatem peruenerint, sapientes inueniantur, vt præmium sapientiæ fœliciter consequi mereantur.

Doctrina & disciplina iugum.

80. *Miseratio in Iob creuit ab infantia.* Iob 31. v. 18.

Insuper Iob cap. 31. v. 18. suam miserationem erga omnes exaltans, inquit: *Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.* q. d. Ab infantia eruditus sum in scientia miserendi, & ita creuit mecum, vt vsque ad senectutem peruenerit, & possim æterna in laude versari. Sic etiam Tobias filium suum à teneris annis in lege Domini obseruanda instituit, cap. 1. v. 10. *Quem ab infantia* [inquit sacer Textus] *timerè Deum docuit, & ab itinere ab omni peccato.* Cũ autem timor Domini sit initium sapientiæ, ita illum in doctrina & sapientia instituit, vt numquam eam adolescens desereret, sed in senectute sapientiam inueniret, id est, timorem Domini, quo munitus cælum facile penetraret, &c. Itaque à iuuentute excipienda est doctrina & disciplina, vt in senectute inueniatur sapientia. Cassiodor. in Epistolis. *Indigne*, inquit, *transacta adolescentia, odiosam efficit senectutem, & honestè acta superior ætas, fructus capit auctoritatis. Quid enim senectuti surripere valet, in quo iuuentus reprehensibilis non fuit.* Et D. Cyprian. de. 12. abusionibus cap. 3. *Quomodo ergo*, ait, *honoratus in senectute adparebit, qui disciplinæ laborem in adolescentia non sustinuerit? Sicut ergo fructus non inuenitur in arbore, in qua pampinus aut flos, quasi fructus prius non adaparuerit. Sic enim in senectute honorem legitimum ad se qui non poterit, qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitatione non laborauerit.* Eleganter Horat. 1. Epist. 18.

Tobi. 1. v. 10. *Qui in iuuentute inuenit sapientiam in senecta eum non deseret.* Cassiodor. D. Cyprian. *Adolescentia est quasi flos & senectus fructus. Idem probatur eruditione.*

Inter cuncta leges, & per cuncta bere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter ætum.

Et Epist. 2. ait,

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Si ergo sicut testa adolescens odore disciplinę imbutus fuerit, seruabit odorem sapientiæ, in senectute enim sapientiæ studebit. Sic inquit Vatab. *ad canos vsque duraturam.* idem est, *vsque ad canos inuenies sapientiam*, ac dicere, cum senueris, sapientia decoratus euades, vt possis te in omnibus sapienter gerere. pende. id sap. 8. v. 2. *Hanc amaui & exquisiui à iuuentute mea*, &c. *Doctrix est enim disciplinæ Dei, & electrix operum illius.* Vbi agit de diuina sapientia, quam à iuuentute Salomon exquisiuit, vt duraret vsque ad senectutem, & in ea sapiens euaderet, &c. Hæc doctrina & sapientia significatur in manna, de quo dicitur Exod. 26. v. 21. *Colligebant autem mane singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum.* Sicut enim illi mane colligebant manna ad vescendum per diem, vsque ad noctem. Sic qui in matutino iuuentutis sapientiæ manna colligit, vescitur per suam ætatem vsque ad senectutem, &c.

Adolescens imbutus odore sapientiæ in senectute seruat odorẽ. Sap. 8. v. 2. *Doctrina, & sapientia significantur in Manna.*

VERS. XIX.

Quasi is, qui arat & seminat, accede ad eam, & sustine bonas fructus illius.

VERS. XX.

In opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius.

Sensus.

81.

QVasi is, qui arat, &c. q. d. Cum excepturus vel electurus sis doctrinam & sapientiam, oportet te in ea acquirenda laborare instar agricolę, qui postquam terram pastinauit, & ipsi semen mandauit, expectat sustinens fructus, vt eis securè in domo sua fruatur. Sic tu si sapientiam acquirere statueris, suscipe laborem, & expecta, quia suo tempore fructus tui laboris comedes. Erige ergo animum & labora, quia cito labor transibit, & tandem fructibus sapientiæ abunde potieris. Exiguus enim est labor, & pro minimo reputatur in comparatione acquirendæ sapientiæ, &c.

Illustratio prima.

82. *Accedendum ad sapientiã quomodo.*

QVasi qui arat, & qui seminat accede ad eam. Pulchra & apta similitudo, ex qua intelligimus quomodo nobis sapientia colenda sit; est enim illius disciplina frugifera quædam cultura animorum, ingeniorumque nostrorum, in qua animi nostri studio sapientiæ ita excoluntur, vt fructus vberes ac præstantes in omne vitæ tempus perferant & capiant. Nota est illa sententia Pauli 2. Timot. 2. v. 6. *Laborantem agricolam, oportet primum de fructibus percipere*, id est, fructuum esse participem. & hoc hemistichium non est in originali, neque in Regia, neque in Complut. in reliquis autem originalibus, non desiderantur. Appositum autem est, ad significandum laborem pro sapientia obtinenda subeundum, idque

2. Timot. 2. v. 6.

cum

In arante & seminante continuus labor significatur. Eccles.11. v.6. *Numquam cessandum à facienda eleemosyna.* *Non cessandum à bonorum operum studio.* 1.Cor.9.v.10

cum certa spe bonorum fructuum eius suscipiendum. In arante, & seminante significatur continuus labor, quem in acquirenda sapientia adhibere debemus: Hac vsus est similitudine Ecclesiastes: cap.11. v.6. dicens: *Mane semina semen tuum, & vespere necesset manus tua.* Verum est hic sermonem facere de elargienda eleemosyna, quæ per semen intelligitur, vt frequenter sumitur in Epistolis Pauli, q. d. numquam necesset manus tua à facienda eleemosyna, & nos dicimus. *No partas mano de hacer bien, ni dexes de la mano la limosna.* Sed simul exhortatur numquam cessandum à bonorum operum studio. In quomodo dicendi labor continuus explicatur; sumitur enim metaphora arantium & serentium, qui numquam à labore cessant. Sic D. Paulus 1. Cor. 9.v.10. *Debet*, inquit, *in spe qui, arat, arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi* eadem etiam vtitur comparatione Ecclesiasticus ad significandum laborem pro acquirenda sapientia subeundum. quam similitudinem apposuit Jacobus, vt iam dicemus cum sequens hemistichium illustrabimus.

Quærenda sapientia, sicut pecunia Prou.2. v.4. Beda. Lyra.

Alia vsus est comparatione Salomon cum dixit; loquens de acquirenda etiam sapientia Prou. 2.v.4. *Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Beda & Lyra, tanto, inquiunt, conatu & labore, quanto auarus quærit pecuniam. Ergo Salomon eamdem curam & sollicitudinē in paranda sapientia adhiberi vult, quam auarus homo incomparandis, congerendisque diuitijs ponere consueuit. Auarus sane vt diues euadat omnes contrahendi modos experitur, &c. Qua similitudine laborem in acquirenda sapientia adhibendum declarat. Sic Ecclesiasticus sua similitudine idem intentum inculcat. Sic Salomon adhibuit cum Eccles.7.v.26. inquit. *Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem & considerarem, & quærerem sapientiam,* &c. Et si de diuina gratia intelligere volueris tantum debes laborem adhibere pro illa comparanda, quantum adhibet qui arat & qui seminat, pro acquirendis fructibus quibus vescatur. (Eccles.7. v.26.)

83. *Quid labor arantis, & serentis cum labore acquirēdæ sapiētiæ* Glossa.

Sed quid labor arantis & serentis, cum labore acquirendæ sapientiæ? numquid qui sapientiam inuestigare contendit, arat terram cordis sui, vt pastinata, & irrigata possit semen recipere & fructificare, &c. Ita explicat Glossa: *Vt vomere Euangelij ex corde suo genimina vitiorum extirpans. qui secundum semen diuini verbi edere & fructus virtutum desiderat metere.* q.d. qui fructus dulcissimos virtutum præoptat metere, & comedere, prius debet humum cordis sui pastinare, vomere diuini verbi: quia si tribulis vitiorum occupata manet, incapax est sationis, vt fructus virtutum quis carpere possit. eleganter dixit Boëtius. (Boetius.)

Qui serere ingenuum volet agrum,
Liberat prius arua fruticibus:
Falce rubos, filicemque resecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.

Vitia extirpanda ad plantandam virtutem. Iere.1.v.10. Cassian.

Hac vsus est metaphora Jeremias cap.1.v.10. cum deprædicatione sua iussu Domini loquitur: *Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & ædifices, & plantes.* En prius illi præcipitur vitia extirpare, vt virtutes serere vel plantare valeat. Super quem locum Joan. Cassian. inquit collat.14.cap.3. *Sciendum est duplici nobis laboris intentione sudandum in expellendis vitijs, quam in acquirendis virtutibus, vt colligitur ex eo quod Ieremiæ dictum à Domino est ecce,* &c. Et D. Joann. Chrysost dixit: *Hæc agriculturæ species optimas spinas euellere.* Itaque propria species agriculturæ spiritualis, est vitia prius extirpare, & pastinare cordis humum vt virtutes serantur & plantentur, & fructus dulcissimi colligantur. Sic explicuit hunc locum Pallacius & infert: Hæc eadem tu facito; extirpa primum vitia è terra animæ tuæ. Hæc enim sunt sapientiæ præsentanea pestis. Tu virtutibus & bonis operibus animam emolli: tunc verba diuinæ legis in ea semina. Minime credens statim te fœcunditate sapientiæ potiturum, expecta potieris, & licet rerum & affectionum tuarum facias iacturam, inde tibi maiora lucra prouenient. Ergo ad acquirendam diuinam sapientiam prius aranda cordis terra, & serenda virtutibus, vt fructibus sapientiæ quis delectari queat. Sed haud dubium similitudo arantis & serentis apposita est ab auctore, vt significetur labor, qui in comparanda sapientia adhibendus est: qui enim arat sudore ex maximo procedente labore perfunditur, & qui seminat, nullis parcit laboribus, donec semina terræ mandauerit. Sic acquisitor & inuestigator sapientiæ multos labores perferre, & sustinere oportet, vt possit sapientiæ fructibus oblectari, &c.

D.Ioann. Chrysost. *Proprium est agriculturæ spiritualis vitia prius extirpare vt virtutes plātentur.* Palacius. *Ad acquirendam sapientiam aranda prius terra cordis.* *Qui se mi nat nullis parcit laboribus, sic qui quærit sapientiam.*

Illustratio secunda.

84. Et *fructus bonos fructus illius,* &c. Tygur. *& bonos ab ea fructus expecta.* q.d. necesse est in sapientiæ indagatione multis perfungaris laboribus, vt bonos eius fructus, id est, dulcissimos fructus expectare queas. Sic dixit Rabanus ostendit quia patientia probatio est virtutum. Vide Luc.8.v.15. Hoc illustratur ex eo Jacobi 5. v.7. vbi agens de aduentu Domini, qui est vera sapientia Patris, hac agricolæ vtitur comparatione: *Ecce agricola,* inquit, *expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquauit.* Postquam agricola arauit, & semina mandauit terræ, expectat sustinens fructus suæ sationis. exemplum proponit agricolæ, qui terram colit sudans, vomereque proscindit, semen veluti amittens spargit, multisque diebus patienter sustinet, vt cum fœnore recipiat quod seminauit. Cum tamen incertus sit de terræ prouentu, qui à commoditate temporis, & tempestiua scilicet pluuia, & opportuno solis calore dependet, cum tamen patientibus præmium certum omnino sit, illisque temporalis fructus, istis verò æternis.

Laborandum in acquirenda sapientia, vt obtineantur fructus eius. Iac.5.v.7. *Qui seminat expectat vsque ad tēpus messis.*

Rursus Dauid Psal. 26. v.14. inquit: *Expecta Dominum viriliter age & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Super quæ D. August. in enarratione huius Psalmi: *sed quando,* inquit, *istud erit? Arduum est mortali, tardum est amanti; sed audi non fallacem vocem dicentis: sustine Dominum. Tolera vstionem renum viriliter, & vltionem cordis fortiter: non tibi negatum putes, quod nondum accipis. ne desperatione deficias, vide quia dictum est: Sustine Dominum.* Ergo in hoc sensu dixit Ecclesiasticus, *& sustine,* id est, *expecta bonos fructus illius,* expectare debet sicut qui arat & seminat, qui sapientiæ fructibus delectari contendit, vt eorum voluptatem abunde capiat.

Psal.26.v.14. *Premium certum patientibus.*

Illustra-

Illustratio tertia.

85. *In acquirenda sapientia exiguum laboratur.* Sap.6.v.15.

In *opere enim ipsius exiguum laborabis.* Respexit haud dubium Ecclesiasticus ad id sap.6.v.15. vbi ait Salomon: *Qui de luce vigilauerit, ad illam non laborabit,* &c. Ergo inquit, labores in sapientia quærenda, vigiliasque inaniter non consumi, vt sit inperuestigatione aliorum rerum: prope esse in ore, & in corde, non supra vel procul; non in cælo & trans mare, denique esse intra nos, & in potestate nostra, si vocanti, pulsantique respondere velimus, & aperire. Vide inferius cap. 51.v.35. *Quia modicum laboraui,* &c. Originalia in idem recidunt cum vulgato. illud *operè* aliqui explicant, in eius cultura metaphoram arantium, & seminantium prosequentes. q.d. in cultura sapientiæ non multum laborabis, id est parum laboris incomparanda sapientia subibis. respectu dulcissimi fructus, qui ex sapientia percipitur. Quinam sint hi fructus? non solum est cognitio rerum humanarum, quæ sapientiæ studio obtinetur; sed etiam visio beatifice, quæ in se diuinæ gloriæ pondus comprehendit. ad intentum dixit Paulus 2.Cor.4.vers.17. *Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supramodum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* q.d. omnis nostra tribulatio momentanea est & leuis, si cum æterno illo & grauissimo gloriæ pondere conferatur, perinde ac si plumam vnam, vel fauillam leuissimam cum plumbo totius vniuersi comferas. quod idem est ac dicere: Incomparabiliter maius & excellentius pondus gloriæ futuræ tribulatione, quam hic patimur.

Opus pro cultura. 2.Corint.4. v.17. *Momentanea est tribulatio si cum pondere gloriæ conferatur.* D.August.

Idcircò ait Dominus, vt contemplatur D. August. tom.10. in Psal.93. super id: *Qui fingis laborem in præcepto: æternam,* inquit, *vitam tibi daturus est Deus, cogita quanto labore emenda sit. Intendite fratres venale est, venale est quod habeo, dicit tibi Deus, eme illud. Quid habes venale: Requiem venalem habeo, eme illā. De labore intendite, vt simus in nomine Christi fortes Christiani. Iam modicum est quod restat,* &c. & to. 10. lib.50. Hom. hom.8. *Quam paruo,* inquit, *constat regnum cælorum, quam vili pretio tanta possessio proponitur,* &c. Rursus Rom.8.v.18. inquit D. Paulus *non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* q.d. etiam si bonum opus spectes quatenus ex gratia, & charitate fit, adhuc tamen propriè, & adæquate non est condignum ad tantam gloriam, licet enim cum ea proportionem quandam habeat, non tamen æquam dignitatem; quæ enim proportio est inter terrenam possessionem, & martyrium vnius horæ cum æterna & immensa gloria cælesti? Dixit D. August. tom.4. lib. de patient. *Non enim sicut omnes qui sciunt participes sunt scientiæ, ita omnes, qui patiuntur sunt participes patientiæ sed qui passione rectè vtuntur hi patientiæ veritate laudantur, hi patientiæ munere coronantur.*

Gloria labore emenda, quia venalis est. Rom.8 v.18 *Non sunt condignæ passiones huius vitæ ad futuram gloriam.*

86. Porro sap.3.v.4. ait Salomon loquēs de iustis, qui in hac vita patiuntur: *Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati in multis bene disponentur.* q.d. etiamsi in conspectu hominum passi sunt, sed spes illorum immortalitate gloriosa plena est, & amitti deinceps non potest. In paucis sunt vexati, castigati, correpti, eruditi, inquit, *in paucis,* quia non respiciebat auctor ad acerbitatem tortorum, sæuitiamque, sed ad spem eorum, qui torquebantur, & retributionem futurorum bonorum. illud *in multis bene disponentur.* idem est ac supra multa constituentur, denotat enim qualitatem præmij respondentem meritis *in illa domo,* vbi *mansiones multæ sunt.* Matt.25.v.21. dicitur illi, qui in hac vita laborauit. *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam intra in gaudium Domini tui.* Pende illud *super pauca,* id est, parum laborasti respectu præmij, quod adeptus est. Ergo Ecclesiasticus confirmans animum inuestigantis sapientiam, cui dixerat laboraturum instar arantis, & seminantis, pro certo promittit parum laboris inter futurum respectu præmij obtinendi. parum, inquit, *laborabis in eius opere,* id est, in sapientia comparanda respectu mercedis futuræ. Sic dictum est Ruth cap.2.vers.12. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israël, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.* Vide longam super hunc locum considerationem in nostro Luisio puente.

Sap.3.v.4. *Iusti in paucis vexati, & in multis disponentur.* Matth.25. v.21. *Iusti supra multa constituuntur.* Ruth.2. v.12.

Illustratio quarta.

87. Hanc mercedem pollicetur, cum inquit; *& cito edes de generationibus illius.* Tygur. & Drus. *prouentus transtulere,* quod idem est ac fructus. nam fructus, quos terra vel arbor generat, illius generationes dicuntur. q. d. citissimè fructus laboris tui percipies. Sic Palacius dixit, id est, de fructu & partu, quem sapientiæ venter generabit; agricola non videt statim fructum seminis. quem in terram proiecit: sed eum venturum suo tempore expectat. Hoc illustratur ex eo Pauli 2.Tim.2.v.6. vbi ait: *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere,* q.d. vti legitime certantem militem, & athletam oportet coronari [nemo enim *coronatur nisi legitimè certet*] ita laborantem agricolam, si videlicet strenuè in agro laboret, oportet primis agri fructibus frui? [*es de nuda la primera estrena de la fruta nueua alque lo trabajo.*] ita etiam oportet indagantem sapientiam instar agricolæ arantis & serentis fructibus sapientiæ delectari, quia qui laborat, comedit, de quo dixit Psaltes Psal.127.v,2. *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* id est, bona labore manuum tuarum parta, vel fructus laborum tuorum comedes. Et omnia tibi fauste succedent. Siquidem in hac vita & in futura his fructibus, vel generationibus oblectaberis.

Iustus patiēs cito de fructibus sapientiæ edet in cælo. Palacius. 2.Tim.2. v.6. *Nemo coronatur nisi qui legitime certauit.* Psal.127. v.2.

88. Tandem illud *cito* denotat celeritatem percipiendorum fructuum sapientiæ ad animos indagantium sapientiam confirmandos, & timorem ex labore procedentem excitandum, sic iustorum animos confirmat Christus. Cum ait Apoc.22.v.12. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est reddere vnicuique secundum opera sua.* Hæc dicuntur ad iustorum exhortationem, vt in sua iustitia perseuerent; nihil aptius quam Christum cito esse venturum, vt singulis secundum cuiusque opera reddat: *merces mea,* &c. id est, non opus habeo aliunde mercedem ac præmium mutuari, vt eam ijs, qui bene egerint, conferam: quoniam mecum est ipsa merces, eam in mea potestate habeo, eam mecum simul affero, vt absque mora iustis impertiar. Quare cito edet iustus de generatione sapientiæ, id est de fructibus ex ipsa prouentibus gloria scilicet æternum datura.

Tò cito, quid denotet. Apoc.22. v.12. *Cito edet iustus de generationibus sapientiæ.*

89. Tandem Palacius fructuum sapientiæ meminit,

Duplex fructus sapientiæ ex Palacio.
1. 2. 3. Psal. 66. Tit. 2. v. 13. 4. 5. 2. Cor. 1. v. 4 6. 7.

nit, & inter alios hos enumerat: Primò est, animam liberare à tenebris & cœcitate, quamquam perseuerantia peccandi parit. 2. Est, liberare à tormentis, quæ mens sibi malè conscientia sentit. Cum enim peccatum sit vulnus animæ, necessario ei dolorem incutiet nisi mortua iacet. 3. Liberare à metu inferni, quem sibi peccator iure commeruit, Psal. 66. 4. Erigere animam in spem vitæ æternæ potiundæ. Tit. 2. v. 13. 5. Erigere animam ad confidendum in Deo velut in patre, qui in omni tribulatione *consolatur nos.* 2. Corint. 1. v. 4. 6. Expectare diem mortis & iudicij cum animi fiducia Philip. 1. v. 23. 7. sentire iam nunc gaudium & iubilationem cælestem Psal. 22. v. 5. & Isa. 25. v. 6. Psal. 88. v. 16. Psal. 18. v. 11. & 33. v. 9. & sap. 12. v. 1. Iam verò tam modicum frequenter anima laborat in sapientiæ acquisitione, vt non numquam simul cum peccatorum expulsione sentiatur suo modo gratiæ iucunditas, vt fere simul anima eijciat tormenta, quæ peccatum animæ dabat, & gaudeat lucis, quam recipit iucunditate. Omnium nostrum in hac re Christus exemplum est. modicum ex cruce laborans: breui ex immortalitate ditissimus. Hæc Palacius. Hinc demum edisci tur, beatitudinem absque fastidio satiare, vt vates dixit Psal. 102. v. 5. *Qui replet in bonis desiderium tuum*, & Psal. 106. v. 9. *Et animam esurientem satiauit bonis.* animæ enim nostræ desiderium insaturabile est: illaque bona appetibilia erunt, quæ hanc cordis concupiscentiam saturauerint. Sic D. Petr. Damian. *illic*, inquit, *vitæ fontem, & sitientes hauriunt, & hauri entes sitiunt, quia non potest vel auiditas passionem gignere, vel satietas fastidire*, &c.

Beatitudo absque fastidio satiat. Psal. 102. v. 5. Psal. 106. v. 9.

D. P. Dam.

VERS. XXI.

Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors.

Sensus.

QVam aspera, &c. q. d. Insipientes & stulti, quia in comparanda sapientia inertes, & desidiosi sunt, langori & desidiæ dediti, quique suis ducuntur cupiditatibus, & voluptatibus terrenis addicti, ignorantes quantum lateat in eis periculum, ideò vera sapientia insipida, acerba, nec non amara est; sicut enim qui infecto sunt stomacho, libum delicatum & dulcem stomachantur tamquam ingratũ & amarum: Sic stulti stomachantur sapientiam, & numquam in ea excolenda permanent, &c.

Notæ.

QVam aspera est. in Græco, ὡι τραχεία ἐστὶ. ita legendum censet Drusius: non τραχεία, vt habent Ald. & Basil. videtur autem in mente habuisse locum illum Salomonis Prou. 24. v. 7. *Excelsa stulto sapientia.* vt dicemus. Rursus: *& non permanebit.* LXX. ἐμμενῆ non ἐμμένει vt Ald. & Basil. Complut. cum LXX. consentiunt. *emmenès* est permanens. *Emmenei* constantia. Tandem excors. Heb. חסר לב, carens corde. Ostendit hoc loco sapiens ad quos sapientia pertineat, & qui eius sunt capaces: nempe dociles ac modesti, qui eius doctrinæ se subijciunt, eiusque præceptis ac monitis mores vitamque suam regi sinunt; vecordes verò & contumaces, qui suis cupiditatibus ducuntur ab ea vehementer abhorrent, &c.

Illustratio prima.

90. *Originale & vulgatus non dissident*

QVam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus. non dissidet originale à vulgato, tantum ommittit *hominibus*. In hac sententia causam indicat Sirach. Cur in excolenda sapientia plerique nolint perseueranter laborare, & quales illi sint, vt diximus. Gloss. Ord. Sic explicat: *Imprudentibus semper, & stultis abominabilis est meditatio sapientiæ, & detestantur eos, qui se arguunt, quia vtilitatem disciplinæ nesciunt*, &c. Haud dubium auctor descripsit sententiam Salomonis Prou. 24. v. 7. vbi dicitur: *Excelsa stulto sapientia.* vel vt Vat. *ardua res est.* Chald. *Murmurat stultus aduersus sapientiam.* q. d. Cum stultus in terra atque infoecibus suis hæreat, sapientia quidem longo interuallo supra ipsum attolitur. nos dicimus: *passa sele por alto al necio la sabiduria.* Hugo Cardin. sic explicat hunc locum: ideò stultus non potest eam attingere, quia modicus, ipse ac breuis est, nec ascendere potest, quia oneratus est amore terreno, & sollicitudine temporali; ipsa etiam sapientia ad talem descendere dedignatur, quia vt habes sap. 1. v. 4. *In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Tãdem Holcot exponit, *indoctis*, id est, vitiosis, quia volentes viuere sicut placet & non sicut decet, libenter sequuntur delectationes suas; sed sapiẽtia tales repugnat causando remorsum conscientiæ ex hoc quod dicit eos viuere non secundum rectam rationem, & sic sapientia est eis aspera, &c.

Glossa.

Stulti sapientiam execrantur. Prou. 24. v. 7.

Hugo. *Stultum non attingit sapientiam.*

Holcot.

Ergo sapientia alta est stulto, id est, ita sublimem & in accessam putat esse sapientiam, vt ad illam se peruenire posse desperet labore perteritus. Sed cur sapientia, quæ sæpe alibi profunda, hic excelsa dicitur? Occurrit D. Augustinus. tom. 8. in Psal. 58. *Nam duplex*, inquit, *genus hominum est, qui ad sapientiam peruenire non possunt. superbi ac pusillanimes. est igitur sapienti erga superbos profunda, erga pusillanimes excelsa.* Et quia quod arduum & excelsum est, asperum & difficile dicitur, ideò Ecclesiasticus vocat *asperam* sapientiam indoctis hominibus, quam Salomon appellat arduam & *excelsam* stulto, nam homo indoctus & insipiens stultus vocitatur, stultitia enim ex insipientia prouenit, & ex defectu doctrinæ.

Cur sapientia alta & profunda dicitur. D. Augustinus.

Sapientia indoctis aspera.

91. Prou. 23. v. 9.

Rursus idem Salomon Prou. 23. v. 9. hoc consilium præbet: *In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquii tui.* Hic in vniuersum sapiens præcipit, ne quis elegantes, & acutos sermones auribus insipientium instillet; hi enim quoties eorum sensum non assequuntur, ne ipsorum insipientia deprehendatur, ad deridenda ea, quæ audierint, se conuertunt. id enim est, asperam esse sapientiam indoctis hominibus, q. d. Sicut quod asperum est, deglutiri non potest, & si degluriatur, coquere illud stomachus non valet, sicque facile emouit, & foras proijcit. Ita insipientes verba, quæ in auribus eorum instillantur, cum non possint deuorare & si de-

Non instillandi acuti sermones auribus insipientium.

deuorent illa non possunt coquere, irridentes euomunt.

Lyra. *Sapientia insipientibus, sicut cibus insipidus.*

Quare Lyra explicans nostram sententiam similitudinem eorum affert, qui stomachantur omnia; sicut cibus sapidus infecto gustui videtur esse amarus: sic aspera est nimium sapientia insipientibus. Cum quis cibum gratum & dulcem præ angustia stomachi nauseat, & facilè stomachatur, signum præbet stomachum laborare, & eius virtutem debilitatam esse præ imbecillitate: sic insipiens & indoctus, cum virtutem intellectus debilitatam habeant, cibum gratissimum & dulcissimum sapientiæ concoquere non valentes, sapientiam vt asperam & acerbam stomachantur, & ita eam euomunt & proijciunt, &c. Atque cum nolint audire sapientes, qui eos docent arguentes, & increpantes, condemnantur. Tunc enim contra se querelas iaciunt, & vnusquisque ex his indoctis hominibus, qui sapientiam asperam contempserunt; ait Prou. 5. v. 12. *Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, nec audiui vocem docentem me, & magistris non inclinaui aurem meam.* Vide quæ diximus ad id cap. 2. vers. 26. *Exeeratio autem peccatoribus sapientia.*

Quid dicãt insocti, qui sapientiam contempserunt. Prou. 5. v. 12.

92. *Quare sapientia dicitur aspera imperitis.* Prou. 9. v. 8. D. Cyprian D. Gregor.

Dicitur tandem sapientia aspera imperitis, quia cum officium sapientiæ sit stultum arguere & increpare, ille verò non potest patienter increpationes ferre; ideò asperæ videntur; & eas detestantur. Quare Salomon dixit Prou. 9. v. 8. *Noli arguere derisorem, ne oderit te.* D. Cyprian. *Qui corripit impium, odietur ab eo.* Super quæ D. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 24. *Neque enim*, inquit, *iusto timendum est, ne derisor cum corripitur, contumelias inferat, sed ne tractus ad odium peior fiat.* Et D. Patianus. *Stulti obiurgationes execrantur.*

D. Patianus

Stulti obiurgationes execrantur.

nus in Præfat. parent. ad Pœnit. sic explicat hunc locum: *Vt cœnum solet tunc maximè fœtere; cum moueas: & incendium tunc maximè ardere, si vertas: & rabies tunc maximè sæuire, si prouoces. Ita illi obiurgationes necessariæ stimulos contrario calce fregerunt, non enim sine suo quidem malo & vulnere repugnantes: Nam à Domino dictum est: Argue stultum*, &c. In hoc sensu ait noster Auctor: *Quàm aspera est nimium sapientia*, &c.

Illustratio secunda.

93. *Peccatoris inconstantia* Luc. 13. v. 6.

ET non permanebit in illa excors. Tygur. *Nullus enim excors perdurat apud eam.* q. d. Ita est aspera & inamœna sapientia imperitis, vt aggressi eius studium facilè ab ea resiliant; nec permaneant in ea excolenda. Hæc vecordium in constantia declaratur ea parabola seminantis, Luc. 13. vbi inter alia, num. 6. dicitur: *Aliud cecidit supra Petram, & natum aruit.* Quod explicans Christus Dominus: *Qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent; quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Eccè eos, qui non tenent, quod habent, nec permanent in sapientia, quia videlicet eum primum eos tentatio vel leuiter pungit, nullam interponunt moram, quin sapientiam siue timorem Dei à se excutient. Vbi pulchrè dicitur à Christo Matth. 13. vers. 6. *Sole autem orto æstuauerunt*: vt ostenderetur leuis animi in constantia, cui primus solis ortus visus est totius æstus, dicique pondus. q. d. Qui præ animi mollitie primum orientis solis radium, non secus ac cum in meridiano exurit terram, noluerunt sustinere. Hugo Victorinus hoc confirmat cum explicat id Joan. 18. vers. 38. vbi Pilatus interrogauit Christum: *Quid est veritas?* non expectato responso: ait enim: *Fecit ergo quæstionem, & non expectauit solutionem. Sic multi transitorio feruore conuersi ad Deum verâ bonâ desiderare incipiunt, sed eadem mentis mutabilitate, iterum ad transitoria uit effusi, effectu, in mentis proposito non persistunt.* q. d. Interrogant quid sit veritas? at cum veritas odium pariat, hoc est, laborem & tolerantiam desideret, illi veritatis explicationi non acquiescunt. Eodem sensu ait Ecclesiasticus; *Et non permanebit in illa excors.* Rursus excutiunt ex se inspirationes cælestes, & licet aliquando misericordiam ostentent, sicut nubes matutina deficit. Dixit Dominus Ose. 6. vers. 4. *Quid faciam tibi Ephraim, &c: misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.* q. d. Quid faciam vobis, ô Hebræi? obstinati enim estis in vestris sceleribus, nec pia mea monita & inspirationes in mentem admittitis: licet enim aliquando aliqua pietatis & misericordiæ in proximos egentes & miseros vos tangat cogitatio & sensus; tamen is instar nubis & roris matutini, qui statim ad ortum & calorem solis euanescit, subitò præterit; & pertransit, quasi pietas & misericordia vestra inconstans est, instabilis & euanida.

Materia peccatoris inconstans est.

Hug. Vict. Joan. 18. v. 38. *Pilatus cum rogauit, quid sit veritas, non expectauit responsum.*

Ose. 6. v. 4. *Obstinati inspirationes Dei non admittunt.*

Excors, in Græco est, ἀνόητος, qui sine corde est; metaphoricè accipitur pro timido. apud Theophil. verò de ligno, est medullæ expers, quod sine medulla est. dicitur etiam exanimis, cor non habens, mortuus, timidus, ignauus, socors. Holcot. Excors dicitur ille, qui deditus est temporalibus curis & fraudulentis diuitijs acquirendis. Vt Prou. 21. v. 6. *Qui congregat thesauros lingua mendacij vanus & extors est.* Cum ergo de hominibus viuis hic agatur, non sumitur excors pro mortuo, qui sine corde est, sed de timido, ignauo, socorde, qui medullam intellectus non habet, sed ita timidus est, vt videatur cor non habere. Hoc modo loquendi vitur Oseas cap. 7. v. 11. cum agens de Ephraim: *Et factus est*, inquit, *Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* q. d. Fuit sanè exors & fatuus Ephraim sicut columba, cui nihil videtur esse cordis aut sensus: vocat *seductam*, id est, simplicem, seu seducibilem, *& non habere cor*, vel excordem esse, idem est ac vecordem, qui nihil sentiat, nihil præuideat, nihil caueat, aut odoretur mali. Vide hunc locum in nostro Sanchez eleganter extricatum, & in Cornelio.

Holcot.

Ephraim, quasi columba non habens cor. Ose. 7. v. 11.

Ergo cum *excors* sit idem quod timidus, simplex, seducibilis, inquit Ecclesiasticus: *Et non permanebit in ea excors*, id est, ille qui corde timido est, qui simplex & seducibilis est, non conseruabit sapientiam; sed facilè desetet eam cum ab alijs seducatur ad viam concupiscentiæ sectandam. Ideò Dionysius non inconcinnè explicauit hoc hemistichium, dicens: *excors*, id est, insensatus & passionibus subditus, qui etsi ad horam videatur sapientiam affectare & conseruare, tamen cum cœperit

94. *Excors quæ dicantur.* Theophil.

Excors non permanet in sapientia.

Dionys. *Excors insensatus, & passionibus subditus.*

concupiscentijs & alijs passionibus agitati, mox vincitur, & sapientiam detestatur. Vide Ose.4.

Excors idem quod vanus. v.11. Salomon confert excordem cum vano, vt idem sit vanus & excors Prou.12.v.8.& 21.v.6. vanus enim est ille, qui excors est, cum medulla intellectus in eo desideretur, & cor non habeat ad sentiendum & præcauendum. Ideò non permanet in sapientia, &c. Palacius eum vocat indoctum, qui non est docibilis Dei, quem spiritus non docuit omnem veritatem. Psal.93. v.12. Ergo si virum nondum Dei gratia doctum admoneas, vt non secundum carnem viuat, sed spiritu facta carnis mortificet. Rom.8. vt diligat inimicum, vt neget seipsum, ô quam nimirum aspera videbitur ei ista sapientia? nec diu excors ille, si inceperit, in ea perseuerabit. Tædio enim affectus itineris per desertum ad Ægyptum redire curabit.

Excors est indoctus, qui spiritum non docuit omnē veritatem.

Palacius.

VERS. XXII.

Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabun- proijcere illam.

Sensus.

95. Q*Vasi lapidis virtus*, &c. q. d. Cum stulti & indocti homines sapientiam detestentur, ita eos probabit, sicut lapis suo pondere homines probat; quemadmodum enim cum quis prægrandem lapidem eleuare contendit, & sua grauitate & pondere vincitur, statim eum abijcit, & separat à se. Sic sapientia, lapis cum sit grauissimus suo pondere & grauitate, stultos probat. an velint, & possint ferre ipsam sapientiam, & cum eius ponderi succumbant, mox præ ignauia, & animi langore, non demorantur eam à se proijcere velut nimis onerosam & molestam, &c.

Explicatio, & illustratio.

Lyra. Iansen. Hugo. Dionys. *Stulti propter difficultatem acquirendæ sapientiæ illam proijciunt.*

Q*Vasi lapidis virtus probatio erit in illis.* Lyra, Jansenius, Hugo, Dionys. hunc locum intelligunt de grauitate & onere sapientiæ erga stultos & indoctos. Indocti, inquit Dionysius, attentabunt sapientiam adipisci, sicut quis tentat lapidem deportare, cuius cum senserit pondus molestum, abijcit illum. Sic isti cum experiuntur difficultatem in exercitio ac studio sapientiæ, protinus eam abijciunt. Sic etiam Holcot. & vult tantum dicere, quòd sicut ponderosum lapidem aliquis non diu portat, sed citò vincitur eius ponderositate & proijcit: sic sollicitus circa mundum cito proijcit sapientiam, quam audit. *& non demorabuntur*, id est, non tardabunt proijcere illam. Confirmat hanc interpretationem lectio originalis, quæ sic habet. *Quasi lapis probationis fortis erit in eo*, id est, ipsa sapientia erit stulto velut magnus & grauis aliquis lapis, quo probantur vires hominum. Sicut enim illum infirmi & segnes mox abijciunt, eumque portare recusant; ita & stulti sapientiæ studium velut nimis graue & intolerabile reijciunt à se. Loquitur enim de sapientia, quæ nimium grauis videtur stultis, & pondus eius ferre non possunt. Sic ergo pondus æterni supplicij extremæque sententiæ esset nobis nunc probandum, & mente sustollendum, &c.

Sapientia nimium grauis stultis.

Isa.28.v.16 *Christus Dominus promissus est lapis probationis.*

Cum Deus in lege veteri per Isaiam cap.28. v.16. promisit filium suum in terram venturum, illum comparauit lapidi probato, dicens: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum.* quem vocat Forerius *lapidem probationis.* non solum ad significandam passionem Christi venturi, sed ad indicandum ipsum futurum lapidem probationis, cuius pondere & grauitate stulti contererentur. Ad quem locum alludens ipse Christus, Matt. 21. v.42. *Numquam legistis*, &c. & vers.44. *Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum.* pende, *conteret eum.* Si Christus Dominus, qui est sapientia Patris, est lapis probationis, optimè ait ipse: *Super quem ceciderit, conteret eum.* verum autem est secundum explicationem D. August. attestante nostro doctissimo Maldonato lapidem cadere super lapidem esse, Christum de cælo ad eum iudicandum & condemnandum venire. Sed existimo hæc verba eumdem sensum habere, quem habet nostra sententia. Christus Dominus sapientia Patris lapis est probatus, seu probationis; omnes illi stulti, qui eum detestantur, nolentes eius voluntatem in obseruandis præceptis exequi, conteruntur ab eius pondere & grauitate. Nam sicut qui per grandem lapidem extollere non valent, illum proijciunt, & aspernantur: sic qui hunc lapidem probationis Christum scilicet sapientiam Patris eleuare non possunt, id est, eius perfectionem sustinere, eum à se proijciendo, conterentur ab ipso Christo; nam cum venerit ad iudicandum, suo pondere & grauitate eos aggraua- bit, &c.

Matth.21. v.42.

D. August. Maldonat. *Lapidem super lapidem cadere, quid.*

Hoc potest illustrari ex eo Zach.12. vers.3. *Ponam Ierusalem lapidem oneris.* Super quem locum, inquit D. Hieronym. tom.5. suo tempore esse in omnibus vrbibus, oppidis, & vicalis Palæstinæ rotundos lapides grauissimi ponderis, ad quos iuuenes exercere se solent, & eos pro virium mensura magis ac minus subleuare, & eiusdem formæ visam à se dicit æneam sphæram Athenis, accepisseque à ciuibus Athenarum in illa massa fortitudinem probari. putat ergo Hieronymus hunc esse sensum: In Ierusalem quasi in lapide oneris periculum facturas esse gentes omnes suarum virium. Deinde verò eidem succumbentes lapidi, oppressum iri: & reuera ita contigit; nam qui Ierusalem varijs vexarunt incommodis, postea à Machabæis ijdem malè mulctati graues dederunt audaciæ suæ & impietatis pœnas. Pari modo dicimus de sapientia, quæ lapis oneris est stultis, quos facilè conterit, &c.

Zach.12.v.3 D.Hieron. *Mos eleuandi lapidem à iuuenibus in Palæstina.*

Qualis lapis oneris in Ierusalem.

Illu-

Illustratio secunda.

96. Druſius. *Lapis probationis lydius est.*

IOannes Druſ. vocat hunc lapidem *probatorem*, & hunc intelligit lydium, id est, (ait) quo aliquid probamus, quem lydium lapidem appellant Latini. Et potest etiam probari eodem loco Isa.28.vers.16. vbi Christus dicitur lapis probationis, quod suos fideles in Ecclesia probat. Probatio autem fit in patientia ac perseuerantia: aut in patientia, & leuitate: quarum altera veros discipulos sapientiæ, altera stultos alienosque ab ea ostendit. de ipso lapide explicat noster Eman. Sâ lapidis, scilicet probantis aurum. nullus autem lapis aurum probat præter lydium. q.d. Quemadmodum in lydio lapide aurum & argentum explorantur, sic in diuina sapientia sapientes & stulti probantur. Nam sicut lydius demonstrat an sit aurum verum, an adulterinum: sic sapientia declarat, an sit homo sapientiæ studiosus, an stultitiæ. Agens Plin. lib. 33. cap. 8. de lydio lapide: *Auri*, inquit, *argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant. His coticulis periti cum è vena vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri sit in ea, quantum argenti vel eris scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente.* idem experimentum efficitur à sapientia, quæ verè lydius est, quo differentia stulti & sapientis deprehenditur, quantumque vnusquisque sapientiæ habeat, vt possit appellari sapientiæ studiosus.

Eman Sâ.

Plinius. *Lydius probat aurum, & argentū.*

97. *Et non demorabuntur proijcere illam.* Aliæ lectiones eumdem sensum cum vulgata efficiunt, ille enim, qui grauitati, & ponderi lapidis succumbit, statim à se proijcit lapidem, ne ab ipso conteratur: sic qui sapientiæ grauitatem sustinere non valet, illam à se proijcit, & detestatur, & tandem ab ea tamquam à grauissimo lapide conteritur, &c. Vide Prou.1.v.22. & Psal.49. v.17. Ergo vt vir debilior (inquit Palacius) cum lapidem eleuans, sine mora eum proijciebat, quia tenere diu non poterat: ita vir carnalis incipiens super se onus sapientiæ leuare, non demorabitur, quin eam cito à se repellat, asserens minimè se esse sapientiæ leuandæ idoneum. Ergo si sapientiam super te leuasti, ne eam proieceris. Si sustineas, dabit tibi illa vires: & quo magis sustines, facilius feres.

Qui sapientiæ grauitatem sustinere non valet, illā proijcit.

Palacius.

Homines carnales non valent sustinere sapientiam.

Tandem Holcot. Sicut idiotæ vel pueri videntes lapidem pretiosum, & ignorantes eius virtutem, curant modicum de eo, & pro pomo, vel aliquo paruo delectabili eum proijciunt: sic carnales & mundani non percipiunt virtutem veræ sapientiæ. Sicut dicitur. 1.Cor.2.v.14. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* & ideò de vera sapientia non curant, sed pro sapientia mundana cito eam abijciunt: quia tales imprudenter odibunt sapientiam & prudentiā. Prou.1, vers.2.

VERS. XXIII.

Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta: quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei.

Sensus.

98. S*Apientia enim*, &c. q.d. Cum ardua res sit sapientia, cum illam comitatur doctrina, ita excelsa est, quia suo nomini respondet, vt non sit multis nota, & manifesta, quare multi, qui sapientes habentur, nomine solum illis nota est, non reuera, & sic nomine tenues sapientes appellantur, quia reuera sapientia non est eis manifesta. Sed ij, quibus cognita per experientiam est, eam non deserunt, nec deseruntur ab ea, sed sicut ipsi ei adhærere per amorem, ita apud eos permanet, vt illos societur vsque ad claram Dei visionem, in qua sola perfecta est sapientia: hi namque sunt prædestinati & electi, &c.

Nota, & illustratio prima.

Sapientia non ζοφία sed σοφία.

S*Apientia enim doctrinæ secundum nomen est eius.* Decepti sunt aliqui existimantes nomen Græcum σοφία deductum fuisse à verbo ζόφος (vnde ζοφία, quod significat caliginem, tenebras, obscuritatem, & occasum, seu partem occidentalem. & sapientiam ζοφίαν vocant obscuram, caliginosam, quasi nulli notam & manifestam. falluntur, inquam, quia diximus cap.1. vers.1. Cum de Etymologia nominis σοφία agemus, quam sapientiam vocant, nam Latini sapientiam à sapore deducunt. & Philoponus dicit vult quasi σοφίαν, quoniam res diuinæ, circa quas versatur, per se ac natura sua sint manifestissimæ. *Omne* autem, *quod manifestatur, lumen est*, inquit Paulus Ephes.5.vers.13. Cum autem non scripserit Auctor hunc librum nec Latino nec Græco idiomatè, vt in Isagoge probauimus; sed Hebraico, & à nepote Sirach. Græca lingua descriptus fuerit; inde est, quod non dicatur *zophia*, id est, caligo, sed *sophia*, id est, sapientia à sapore deducta. Et quamuis dicatur, *non esse multis manifestam.* quod occasionem præbet iudicandi, occultam & caliginosam esse, quia est *zophia*, id est, caligo est nomen eius. Nihilominus dicendum existimo. Cum Jansenio, dici non esse notam, quia sapientia ardua res est, & excelsa, & non quibusuis obuia. Nam creata sapientia infusa, supernaturalis vincit dignitate vniuersum ordinem rerum supernaturalium. Vide Sap. 7.vers.29.

Philopon.

Ephes.5. v.13.

Sapientia à Sapore deducitur.

Iansenius.

Nisi velis cum Dionysio, & Holcot. ad gustum dulcedinis summi boni reducere, sic enim Dionysius explicat hoc hemistichium his verbis: Sapientia hæc salubris & doctrinalis docens summo bono iugiter adhærere, *secundum adhærere. nomen est eius*, id est, nomen habet à sua proprietate, & re ipsa, suaque actione, videlicet ab interno diuinorum sapore, & gustu dulcedinis. Summi boni dicitur enim sapientia quasi sapida scientia, &c. Hucusque Dionys. Hugo Card. Tò *eius* intelligit de stulto, dicens, stultum doctrinam sapientiæ reputare stultitiam, quia non intelligit, neque sapit ea, quæ dicuntur. Sed melius refertur ad ipsam sapientiam, cuius nomen est sapor, & non manifestatur multis. alij

Sapientia doctrinalis docet summo bono iugiter adhærere.

Hugo.

Sapientia non manifestatur multis.

transferunt *illis* loco *illius*. & Tygur. *Nam ſapientia talibus de nomine tantum ſuo*.hoc eſt,nomine ſolum talibus nota eſt, non reuera aut, nomine ſolum eis competit: qui quidam nomine tenus ſunt ſapientes, quibus reuera ſapientia non eſt manifeſta, cum ſint inſipientes, ſapientes demonſtrantur. Sic Camerar.expoſuit: *Quidam nomine tenus ſapientes ſunt*. Lege Ioannem Druſium, qui hæc optimè extricat.

99. *Et non eſt multis manifeſta*. Si eſſet omnino ignota ſapientia non reſtringeret eius communicationem. *Non eſt multis*, id eſt paucis nota eſt, nam pauci ſunt, qui ſapientiæ nuptias auidè appetant. & quamuis dicat Iob ſapientiam ignotam eſſe hominibus,dicens cap.28. v.11.*Sapientia verò vbi inuenitur? & quid eſt locus intelligentiæ, neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium*, &c. *trahitur autem ſapientia de occultis*.q.d.Errat profectò cælo toto, qui diuinam ſapientiam, diuinæque bonitatis participationem in terra potiſſimum, non in cælo prouenire exiſtimat. Nihilominus non eſt dicendum ſapientiam ita occultam & abſconditam eſſe, vt nulli manifeſtetur. Dicit autem non *multis*, id eſt, ijs, qui in terra ſuauiter viuentium degunt, amatoribus ſcilicet ſæculi & deliciarum ſectatoribus, non adhæret, vel repudiat vt tanto bono indignos; ij tantum, qui auidè ſapientiæ ſtudent, ſe abſtrahentes à voluptatibus carnis, & omnia impedimenta remouentes, ſua communicatione delectantur,& theſaurus ſapientię abſconditos poſſident, &c.

Sapientia paucis nota. — *Iob 28.v.11* — *Ijs,qui in terra ſuauiter viuentiū degunt non inueniunt ſapientiam.*

Illuſtratio ſecunda.

100. *Quibus autem cognita eſt, permanet vſque ad conſpectum Dei*. Iam diximus hoc hemiſtichiū in Græco deſiderari; additum tamen eſt ad ſignificandum, ſapientiam eos, quibus per experientiam cognita eſt,non deſerere, nec deſeri ab eis, ſi intelligatur de ſapientia pro, vt eſt ſpeculatiua & pertinet ad intellectum, fere numquam deſerit habentem ſe,nec ipſe ab ea deſeritur.Sed ſi referatur ad ſapientiam practicam, quæ vocatur *ſapientia doctrinæ*, & Rabanus vocat *ſinceritatem legis diuinæ*, non ſemper permanet,cum experiamur multos, qui ſapientiam doctrinæ, id eſt, legis diuinæ ſinceritatem guſtauerunt, poſtea in peccatum prolapſos eſſe, & in damnationis præcipitium abijſſe. Loquitur ergo de practica ſapientia, quæ legis diuinæ obſeruatione poſſidetur, & cum hæc perſeuerat in iuſto illum deducit ad adipiſcendam plenam & integram ſapientiam in cæleſti tabernaculo, vbi clara Dei viſione æternum perfruatur. *Quibus autem cognita eſt,hoc eſt, qui eum recta fide ac bonis operibus ſeruaut, perducit illos ad contemplationem gloriæDei.Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Matt.5. Itaque loquitur hic Eccleſiaſticus de electis ad gloriam. Quæ veritas haud indiget probatione cùm perſpicua ſit.Solum lege idLuc.22.v.28.vbi ait Chriſtus diſcipulis ſuis: *Vos autem eſtis,qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis,ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo*,&c.

Sapientia illius,quibus cognita eſt, non deſerit. — Raban. — *Sapientia doctrinæ ſemper permanet in homine.* — Luc.22. v.28.

VERS. XXIV.

Audi fili, & accipe conſilium intellectus, & ne abijcias conſilium meum.

Senſus.

101. *Audi fili*,&c. q. d. Cum iam cognoueris cauſas, propter quas multi diſcedunt ab ſtudio ſapientiæ, nunc libet conſilium prouidens & fidum tibi præbere, & ſic oro te, fili, vt illud excipias ad ſeruandū in corde tuo, & quia ſalubre conſilium eſt, non tibi contingat,illud contemnere,& abijcere, ſed ex animo ſententiam meam auſculta, &c.

Illuſtratio prima.

Audi fili, & accipe conſilium intellectus. Hæc ſententia continet exhortationem ad diſciplinam ſapientiæ ſuſcipiendam. Cum ſtatuat Sirach. præbere conſilium prudens ſtudioſo ſapientiæ,quod ſtatim ſubijciat,prius attentionem exigit,ait; *Audi fili*,vocat filium,vt oſtendat præceptorem paterno fungi munere, cum diſcipulum erudit, & ſimul notat diſcipuli ſubiectionem. Sic Raban.Docet ſapientia quemadmodum ſubijci oporteat legi diuinæ, quia qui illi conſentit, ſemetipſum in æternum conſeruabit. & hic modus captandæ attentionis non infrequens in Sacris.Prou.4. v.16.*Audi fili mi,& ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. viam ſapientiæ monſtrabo tibi*, &c. Id eſt, auribus percipe verba mea. & moribus exprime, vt vita tua in longum differatur. Vide Prou.1. v.8. & 23.19. *Audi fili mi,& eſto ſapiens*, &c. *Conſilium intellectus*, vel intelligentiæ vocat conſilium prudens,quod illuſtrat intellectum ad bonum operandum.Tygur. *& ſententiam meam amplectere*. vel vt Druſ. *& admitte ſententiam meam*, δέξαι γνώμην μου ſic Ald. Baſil. & LXX. at Complutenſes: ἔκλεξαι id eſt, *elige*. q. d. *Toma y eſcoge eſte conſejo que te doy, en que veras mi parecer*.

Magiſter patris officio fungitur. — Prou.4. v.16. — *Conſilium intellectus eſt conſilium prudens.*

Hoc totum illuſtrat id quod aiebat ſanctus Iob cap.29.v.21. *Qui me audiebant,expectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum*. q.d. inquit noſter Pineda: Ita eloquentiam ac dicendi vim & copiam iuſtitiæ, atque fortitudinis comitem, vniuerſi mirabantur, vt non ſolum ſenatus, atque conſilij mei viri ſapientiſſimi attentè audirent, & quam ſententiam ego dicerem ſuſpenſis animis expectarent, ac quāuis longiſſima oratione vterer, nulla illis eſſet longa, moleſtave expectatio. Verū etiam reliqui omnes dictis,atque præceptis meis ita audientes ſe præbebant, vt ſimul atque dicere pararent,accurrerent. Nemo itaque audebat dicentem interpellare, vel monenti aut imperanti obſtrepere. Nihil enim quod opponerent, contrave dicerent,habebant, non manus ſolum, ſed & animum meis conſilijs dantes.*Todos los que me oyan es tauan eſperando mi parecer para executarlo, y atentos es cuchauan mis conſejos*. quia ornata erant omni prudentia. Sic Eccleſiaſticus expectare ſententiam ſuam, & amplecti conſilium ſuum ſtudioſum ſapientiæ monet, vt talibus conſilijs inſtructus voluntatem Dei exequi non refugiat.

Iob.29.v.21. — *Iobum audiebant omnes intenti, cum ius dicebat.* — *Quod Iob. dicebat audientes exequebantur.*

Illu-

Illuſtratio ſecunda.

102. *Tandem & ne abijcias conſilium meum*. Tygur. *nec renuas*, Druſ. *nec reſpuas*. exhortatur ad amplectendum conſilium ſuum, & non à ſe abijciendum, ſicut ij, qui odio habent ſapientiam, & abijciunt eam, ad quos loquitur Salomon Prou.8. v.33. *Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes,& nolite abijcere eam*,id eſt, nolite contemnere inſtitutionem meam. Chald. *ne conculcetis eam*. Regia. *Ne obturemini*. id eſt, ne ſitis ſimiles corpori obſtructis meatibus obturato,nam plurimis emolumentis vos carere neceſſum erit. Qui enim à ſe abijcit conſilium nolens audire, obſtruit aures ad recipiendum, & cor obturat ad exequendum illud. Verbum *renuere*, quod deſcribit Tygur. indicat obſiſtentiam ex parte voluntatis.*nec renuas conſilium*, id eſt, non recuſes accipere conſilium meum. Hoc verbo vtitur Jerem.cap.5. verſ.3. cum ait: *Attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam*. Obſtiterunt diſciplinæ, ne eam reciperent. Sic & conſilium, &c. Ferè idem ſignificat verbum *reſpuere*, quo vtitur Druſius. idem eſt quod repudiare, & contemptim velut cum ſputo reijcere. Et reſpuere auribus dicimus, loquentem nolle audire. Cum agit ſcriptura de ijs, quæ tamquam immunda comedenda non eſſent, inquit, Luc.11.v.47. *Et ſciatis quid comedere,& quid reſpuere debeatis*. Et Galat.4. v.14.*Non ſpreuiſtis*,inquit,*nec repuiſtis: ſed ſicut Angelum Dei excepiſtis me*. Vbi idem videtur ſpernere,ac reſpuere; ergo ait Sirach. *Nec reſpue conſilium meum. (no tengas en poco,el conſeſo que te quiero dar)* non eſt enim contemptibile, ſed dignum vt ex animo illud recipias, & opere exequaris. ne obijcias illud, ne renuas, nec reſpuas illud contemnendo, quia plurimum emolumenti tibi afferet. Quale autem ſit conſilium, quod accepturus eſt, iam ſubijcit ipſe Eccleſiaſticus.

Conſilium non abijciendum. — Prou.8. v.33. — *Qui abijcit conſilium cor obturat ad exequendum* — Ierem.5. v.3. — *Verbum reſpuere, quid.* — Luc.11.v.47 — Gal.4.v.19. — *Bonum conſilium recipiendum ex animo.*

VERS. XXV.

Inijce pedem tuum in compedes illius, & intorques illius collum tuum.

VERS. XXVI.

Subijce humerum tuum, & porta illam, & ne accedieris vinculis eius.

Senſus.

103. *Inijce pedem tuum*,&c. q.d.Si tibi arriſerit ſtudium diuinæ ſapientiæ, & illam adipiſci volueris, pro certo exiſtimate debere ei totum ſubmittere, ac libenti animo tolerare, vt ab ea coercearis, ducaris, & guberneris, & quidquid in eius acquiſitione graue & moleſtum viſum tibi fuerit, non recuſare. Quare pedes tuos inſerere debes in compedes illius, & ceruicem tuam intorques illius, præpara humeros ad eam ferendam, & cum te videris vinculis illius illigatum, ne contriſteris, nec indigneris, nec offendaris: quia licet in ergaſtulum detruſus videaris,& vinculis contumelioſis adſtrictus, ne accideris, quia nobiliori libertate decoratus euades,cum è vinculis peccatorum te ſolutum videas, &c.

Illuſtratio prima.

Inijce pedem tuum in compedes illius. His verbis nil aliud vult ſignificare,quam ſummam obedientiam ac ſubiectionem, qua nos à ſapientia & doceri & gubernari libenter patiamur. Vult enim, vt Paulus dixit. 2.Corint.10.v.3. *Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti*; id eſt,ita captiuari, vt omnes ſenſus noſtros eius diſciplina conſtrictos habeamus. Ergo ait *inijce*.propriè, *inſere*, nam pedes compedibus inſeruntur,cum conſtringuntur qui captantur,compedes enim vinculorum genus eſt, quibus vincti coercentur in ergaſtulo, ne ſe fugæ dari poſſint. Sed quare cum hoc vinculum contumelioſum ſit, tribuat illud Sirach ſtudioſis ſapientiæ? Reſpondeo in ſacra Pagina hoc genus vinculorum iuſtis tribui non infrequens eſſe. Sic affirmauit D.Gregor.mag. in 7.Pſal.pœnitent. explicans id Pſal.101.v.21. *Vt audiret gemitus compeditorum. Sancti*, inquit, *viri non incongrue compediti dicuntur, quia legati vinculis diſciplinæ Dei: nequaquam ad ea, quæ exteriora ſunt, vagantur, & quaſi greſſum operis immobiliter figunt, dum à conditoris deſiderio nuſquam diſcedunt*. *De his namque compedibus ſcriptum eſt: Inijce pedes tuos*, &c. Vide etiam Pſal.104.v.18.vbi loquens Dauid de Sancto Joſepho: *Humiliauerunt*, inquit, *incompedibus pedes eius*.id eſt, afflixerunt, atque ſtrinxerunt compedibus pedes eius, quod genus humilitatis pertulit propter caſtitatis defenſionem,& illum fecit illuſtrem.

In compedes ſapientiæ inijciendi pedes. — 2.Cor.10. v.5. — *Quare cum vinculum contumelioſum ſit tribuitur ſtudioſis ſapientiæ.* — D. Gregor. — *Sancti viri compediti dicuntur, & quare.* — Pſal.104. v.18.

Sed quid ſignificent *compedes* in hoc loco, Rabanus explicat: *Inijcit ergo pedem ſuum in compedes illius, qui progreſſum vitæ ſuæ munit præceptis illius*. Jtaque præcepta ſapientiæ, compedes ſunt, quibus ſtudioſi debent conſtringi, & vinciri. Sic approbat Holcot; ſignificat duo præcepta, quibus ligari debemus ad diligendum Deum & proximum,& adijcit: Quæ quidem dilectiones à Deo ſunt ita fortiter combinatæ, quod neutra ſine alia poterit meritrice exerceri. & hoc eſt, quod probat D.Auguſt.8.de Trin.cap.13.inquit: *Qui diligit Deum, quis eſt niſi qui facit quæ præcipit Deus*.& de compedibus ait ipſe D.Auguſt.tom.8. in Pſal.78. verſ.11. *Poſſunt & intelligi compediti, qui præceptis ſapientiæ colligati ſunt, quæ patienter ſuſtentata in ornamenta vertuntur, vnde ſcriptum eſt. Inijce*,&c. Cum ergo præcepta & leges ſapientiæ compedes dicantur, quibus viri ſapientes conſtringuntur. Sicut compedibus illigantur, & coercentur qui puniendi in ergaſtulo reſeruantur, ne fugæ ſe dare poſſint. Sic etiam ſtudioſos ſapientiæ,ne ſe in fugam conferant, conſtringit ipſa ſapientia, & compedibus præceptorum ſuorum, ita eos vincire curat, vt à peccatorum nexibus coerceantur. Idem D. Auguſt. hoc innuit cum in Pſal.89.ſuper id: *& compeditos corde in ſapientia.Sed cū illi*,inquit,*erudiantur in ſapientia,qui*

Compedes hic,quid ſignificent. — Rabanus. — Holcot. — D. Auguſt. — *Præcepta compedes ſunt ſapientiæ.* — D.Auguſt.

inijciunt

inijciunt sicut scriptum est, pedem in compedem eius, non vtique pedem corporis, sed pedem cordis, & eius velut aureis vinculis alligati à via Dei non exorbitant, nec fiunt ab eo fugitiui, &c. Pende illud *non exorbitant.* quod verbum significat ab eo quod rectum est aberrare, quasi exorbita recedere, nos dicimus. *Salir fuera de camino. O de compas.* illi inquam, qui sapientiæ legibus quasi compedibus vincti, non aberrant iter rectum, nec recedunt exorbita, id est, *non fiunt fugitiui*, non sectantur concupiscentiæ vias, vt sequuntur illi, qui à via veritatis discedunt; sicque aureis vinculis compediti, amicitia diuinæ sapientiæ delectantur. Qui ergo debita peccatorum non soluunt, soluuntur à compedibus sapientiæ, sed tamen peccatorum vinculis constringuntur, & tribulationum compedibus illigantur, vsque dum debita soluant.

Exorbitare, quid.

Mandatis Dei compediti amicitia eius delectãtur.

104. Ita in legibus duodecim tabularum hæc lex de re iudicata inuenitur, quæ est 34. *Aeris confessei, rebusque iure ioudicatis, triginta dies iustei sunto: postidea indu manus iactio esto; in ious ducito. Nei ioudicatum facit. Aut quips endo ioure vindicit. Secumducito aut neruo aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut volet, maiore vincito,* &c. Sic explicatur hæc lex: *Confessei æris,* id est, pecuniæ, quam per confessionem aduersarij in iudicio factam, constiterit esse debitam. *Confessei* passiue dicitur, pro, de quo reus confessus est, *rebusque iure iudicatis.* Jacobus Renardus legit, ærisque debiti iudicatis. *Triginta dies iustei sunto.* decem viri, teste Cæcilio iustos dies appellarunt, veluti quoddam iustitium; id est, iuris, inter eos quasi interstitionem quamdam & cessationem, quibus nihil iure agi cum aduersarijs posset. *In ius ducito.* Ius hoc loco significat locum illum vbi magistratus, vel alius iudex consistit iurisdicendi, aut iudicandi gratia. *Nei ioudicatum facit*, nisi soluerit id, quod sententia iudicis, siue Prætoris continet, nisi sententiæ à Prætore latæ obtemperauerit. Iudicatum enim iussum, siue sententiam Prætoris de re controuersa significat. *Aut quips endo ioure vindicit.* Nisi quis eum in iure vindicet. quips, pro quis, vel aliquis, *endo,* pro in, *vindicit,* pro vindicat, antiquè. *Secum ducito s;* vtpote sibi propter æs alienum addictum. *Vincito neruo, aut compedibus. Neruum,* inquit Festus appellamus ferreum vinculum, quo pedes impediuntur ab impediendo dicti. Sunt & compedes vincula pedum ferrea. *Quindecim pondo,* significatur grauitas, & pondus eorum compedum, vide Aul. Gell. lib. 20. cap. 1. Quæ lex in peccatoribus adimpletur: peccatores enim, qui debitis flagitiorum irretiuntur, quasi neruis & compedibus vinciuntur, non solum quindecim pondo, sed mille millibus & amplius, quorum debita enunciantur, cum ad iudicium ad ducuntur.

Lex duodecim tabularum de re iudicata.

Explicatio legis.

Nerum, quid.

105 Eleganter ad intentum Paschasius Radbertus lib. 3. in Lament. Ierem. tom. 9. Bibli. nouæ, explicans id Thren. 3. v. 7. *Aggrauauit compedem meum. Quibus,* inquit, *prægrauata compedibus formidat, ne non possit euadere à supplicijs: quia & si eius fuit corruere, miserantis Dei est eam de tantis laqueis liberare. Quid autem miserabilius esse potest animæ delinquenti, quam vt sic conclusa teneatur carcere miseræ captiuitatis, ne vltrà egredi queat ad libertatem bonæ actionis, insuper & vincta compedibus delictorum atrocius aggrauatur flagitijs saltem ne se promoueat pœnitentiæ ad remedium? Compedes enim ipsius sunt omnia concupiscilia sæculi, & oblectamenta carnis,* &c. Lege D. August. tom. 8. in Psal. 68. super id.: *& vinctos suos non despexit,* vbi ipse legit: *& compeditos suos non spreuit. offensus,* inquit, *à seruis, fecit eos compeditos: Sed clamantes de compedibus non contempsit.* Hic vocat compedes mortalitatem, & corruptibilitatem carnis. *Compedes sunt. quibus ligati sumus.* Et soluti à compedibus sapientiæ, &c.

Aggrauare compedem quid. Paschasius.

Vinctus suos Deus non despicit. D. August.

Ergo cum, *Dominus soluat compeditos* Psal. 145. v. 8. non solum eos, qui captiui detinentur, sed qui peccatorum compedibus irretiti iacent; præcipit etiam eos, qui manus peccatorum effugere, ad diuinam arcem sapientiæ se recipere, vt protegantur incolumes, ne pœnas suorum flagitiorum luant, sed liberi præceptis sapientiæ subijciantur, inijciendo pedes suorum affectuum, in compedes illius, id est, in præcepta sapientiæ. Tunc enim hæ compedes, quæ videbantur ferreæ, aureæ conuertuntur, & ornamenta vocantur. Audi D. August. tom. 8. in exposit. Psal. 99. in id: *Seruite Domino,* &c. *Omnis seruitus,* inquit, *amaritudine plena est: Omnes conditione seruili obligati, & seruiunt, & murmurant. Nolite timere illius Domini seruitutem: non erit tibi gemitus, non murmur, non indignatio. Nemo sepetit inde venalem, quia dulce est quod redempti omnes sumus. Magna fœlicitas est, fratres, esse in ista domo magna seruum, etsi cum compedibus. Noli timere serue compedite, confitere Domino. Meritis tuis attribue compedes tuas; confitere in compedibus tuis, si vis vt in ornamenta vertantur.* 106.

Psal. 145. v. 8. *Ad arcem diuinæ sapientiæ se recipiunt, qui effugerunt manus peccatorum.*

D. August. *Compedes sapientiæ aureæ vocãtur.*

Cum igitur exhortatur Ecclesiasticus ad inserendum pedes in compedes sapientiæ, exhortatur ad obediendum præceptis sapientiæ. Sicut enim compediti addicti iacent seruituti eius, qui eos compedibus adstrinxit, in omnibus eius voluntatem exequentes: Sic cum ait Sirach. *Inijce,* &c. Studiosum sapientiæ admonet, vt ita sapientiæ, obedientiæ, & seruituti addicatur, vt eius præcepta custodiat, & voluntatem illius ex animo exequatur. Compedes enim sapientiæ illum ad altissimum honoris gradum euocabunt, & ad filiorum libertatem, vbi clara Dei visione perfruetur, erigent, &c. Dei enim seruitus depulsio est seruituris, & eius vincula, vinculorum potius solutio est. Sic dictum à Seneca lib. 5. de benef. cap. 20. *Multa esse beneficia, quæ tristem frontem & asperam habeant, quem admodum secare & vrere, vt sanes, & vinculis coërcere.*

Inserere pedes in compedes sapientiæ, est obedire eius præceptis.

Seneca.

Illustratio secunda.

ET *intorques illius collum tuum.* Rabanus: *Indit collum suum intorquem eius qui temperat sermones suos secundum regulam ipsius.* Tygur. *& in neruum eius ceruicem tuam.* Drus. *& in collare eius collum tuum.* alij *in numellas eius.* Verbum Grecum κλοιοί, teste Hesychio, vinculum est. quod collo circumdatur, collare, manicæ, includitur enim ei collum, manus, pedes, ita Dominus ad Jeremiam cap. 27. v. 3. *Fac tibi,* inquit, *vincula, & catenas, & pones eas in collo tuo.* [δεσμοῖς καὶ κλοιοῖς, καὶ περιθεῖνα τὸν τράχηλον ἑαυτοῦ] *& mittes eas ad regem Edom,* &c. Pro *catenas,* apponit, *chloiois,* quas boias appellant larini: Sunt autem boiæ, vt auctor est D. Jsidor. lib. 5. Ethimol. titulo de pœnis in legibus constitutis. torques damnatorum quasi iugum boum, vt affirmat etiam Festus. Hanc latini furcam appellant, cui intraductione rei ad ignominiam & ludibrium collum inserunt. Plutarch. in qq. Romanis familiare esse dicit apud Romanos supplicium, vt alligati furca per loca traducuntur, vocatur etiam collare ligneum & ferreum. Tandemque numella, quod genus vinculorum est ad discruciandos noxios paratum, quo & collum & pedes immittuntur. Festus numellam vinculi genus esse asserit, quo canes solent alligari. & quo ceruix includitur Neruum appellat Plautus. *Nerus* etiam vinculi genus est, quo pedes, aut ceruices, impediuntur.

107. Rabanus. *Torques idẽ, quod neruus & collare, & numella.*

Ier. 27. v. 3.

D. Isidorus. *Boiæ sunt torques dãnatorum, & furca.* Festus. Plutarch.

Numella, quid.

Festus. Plautus.

108. Cum autem nomen *torquis,* propriè significet ornamentum colli ex auro argentove, & alia id genus, hic impropriè accipi debent hæc genera vinculorum, quæ retulimus. Vsus tamen est hoc verbo Græco, vt subiectionem studiosi sapientiæ clarius indicaret. Sicut enim illi, qui his vinculorum generibus subijciebantur, parati iacebant ad supplicium perferendum, cui condemnabantur: Sic studiosus sapientiæ subiectus debebat esse voluntati sapientiæ, vt ipsi obtemperaret, & sicut furca vel iugo rei intraductione ignominia afficiebantur; Sic in contrarium studiosus sapientiæ, qui ceruicem suam intorquem sapientiæ inferret, gloriam & honorem consequebatur, & eius subiectio cedebat in ornamentum gloriæ. Sic Salomon cum pater nam obedientiam exaltat, huius aurei ornamenti meminit, cum inquit Prou. 1. v. 8. 9. *Audi fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: vt addatur gratia,* corona, *capiti tuo, & torques collo tuo.* Sicut enim qui obedit patri, vel voluntatem matris exequitur, caput inclinat, ceruicem parat in signum subiectionis; sic vnicuique in præmium suum proprium ornamentum tribuitur, capiti corona, & torques ceruici, vel collo.

Torques propriè est ornamentum aureum.

Torques sapientiæ cedit in ornamentum gloriæ. Prou. 1. v. 8. 9.

109. Hoc præstantissimo præmio decoratus euasit Ioseph, cum è carcere eductus in altissimam prorregis Ægypti dignitatem euectus est. Dicitur enim Gen. 41. v. 42. *Et collo torquem auream circumposuit Rex Pharao.* Quæ aurea torques respondet catenis ferreis, quibus antea, cum in ergastulo detinebatur, adstrictus iacebat. forte his catenis ferreis non solum pedes & manus, sed & ceruix alligabantur. ait ergo Iacob parens filio suo Ioseph, cum bene ei præcabatur, Genes. 49. v. 24. *Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum. & manuum illius per manus potentis Iacob.* R. Salomon & R. Dauid apud Pagninum legerunt: *Deaurata sunt vincula brachiorum eius,* Chaldæus: *Tunc positum est aurum optimum super brachia eius.* illud *tunc,* debet referri ad tempus, in quos effectus est in prorregem, cum collo aurea torques circumposita est Pharaonis iussu, & cum dissoluta sint vincula, & mutata in aurum, manifeste ostenditur, opprobrium in honorem commutatum fuisse. & probatur ex eo sap. 10. v. 13. vbi agens Salomon de diuina sapientia, inquit, *hæc venditum iustum non dereliquit in vinculis, donec offerret illi sceptrum regni,* &c. Tò *donec,* indicat vinculorum dedecus in sceptrum regni permutatum esse à diuina sapientia. quod probat forte Ecclesiasticum hanc commutationem respexisse, cum inquit: *& intorques illius collum tuum.* Licet enim in originali Græco vtatur auctor verbo, quod significat opprobrium, & dedecus, scilicet *boia,* id est, furca, cui intraductione rei ad ignominiam collum inserebant: Sed vulgatus noster transtulit *torquem*, quæ honoris & gloriæ ornamentum est, vt significetur præmium diuinæ sapientiæ. nam quamuis studiosum sapientiæ aliqua ignominia & opprobrio affecerit, sed tandem, eum ad altissimum honoris & dignitatis fastigium in præmium euehit, vt fecit cum Patriarcha Joseph, & hoc confirmatur ex vers. 30. subsequenti.

Quid torques Iosephi Patriarchæ, cum pro rex creatur. Gen. 41. v. 42.

Genes. 49. v. 24. *Vincula ferrea Iosephi deaurata sunt.*

Sap. 10. v. 13.

Vinculorum dedecus Iosephi permutatus est à sapientia in sceptrũ regni.

Potest hæc illustrari ex eo quod refert Daniel cap. 5. v. 7. Cum enim rex Balthasar perterritus esset illo portentu, quod ei cœnanti apparuit, iussit sapientes quærere, qui visionis interpretationem exhiberent, & in præmium torquem auream proponebat. *Quicumque,* inquit, *legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo,* &c. & vers. 16. Hoc ipsum præmium Danieli promittit, *& torqueam auream circa collum tuum habebis*: Vnde constat hoc honoris ornamentum sapientis esse proprium præmiũ. quod præstat diuina sapientia suæ sapientiæ studiosis; quare Ecclesiasticus exhortatur illos ad inijciendum collum intorquem illius: quia si obedientiam studiosus præstiterit, torque honoris decoratus euadet, &c. Audisti [inquit Palacius] Deũ deligendum esse ex toto corde, anima, viribus, & ex omni toto tuo. id est, ex pedibus, manibus, collo, & corpore toto? Hoc igitur nunc Ecclesiasticus docet, sapientia cohibet manus ne noceant. pedes ne effundant sanguinem, collum & corpus vt à lege Dei non dimoueatur. Totum te Deus vult, totum te Deo sapientia vendicat. Nihil tuum, matri meretrici largitur. 3. Reg. 3.

110. *Balthasarẽ regi Daniel interpretatur visionem & promittit ei torquem auream.* Dan. 5. v. 7.

Palacius. *Diligendus Deus ex toto corde.*

Illustratio tertia.

SVbijce *humerum tuum, & porta illam.* Alijs verbis idem significat summum obsequium sapientiæ, studiumque perseuerans. Tygur. *Humero tuo subiecto sustine eam.* Drus. *supponito humerum tuum, & gestato eam.* Quę lectiones eumdem cum vulgato sensum efficiunt. q. d. non renuas sustinere quidquid molestum pro sapientia acquirenda sese obtulerit. nos dicimus: *baja tus ombros para lleuar la carga que te echare sobre tus cuestas.* quia enim in comparanda sapientia vel dilectione Dei. multa sese offerunt impedimenta grauia, & importabilia, quæ retrocedere faciunt studiosos sapientiæ, & dilectionis Dei, ne in eius studium incumbant. Ideò Sirach eos excitat ad sapientiam inquirendam, licet necessum sit omnes neruos intendere in eius consecutione. sub allegoria autem harum partium & grauaminum monet, vt quis se totum sinat à sapientia cohiberi, & captiuari. omnesque sensus suos & affectus eius disciplina & præceptis constringi, vt quidquid ea faciendum decreuerit, id non detrectet exequi, etiamsi molestum carni videatur: quia dignum est præmium, quod ipsa sapientia pollicetur tanto labore. vt inferius ad vers. 30. & 31. dicemus. Sic explicuit Raban. *Subijcit illi humerum suum ad portandum, qui actus suos subdit magisterio illius, & implet operè quod iubet.* 111.

Non renuẽdum sustinere quidquid molestum pro sapientia acquirenda.

offeratur. Præmium sapientiæ dignum est labore, quo acquiritur. Rabanus.

De subiectione humeri, dixit Iob cap. 31. v. 36. agens de libro vitæ eius acta continente, & Dei manu sententiaque munito: *Vt in humero meo portem illum, & circumdem illum. quasi coronam mihi.* Vtramque huius sententiæ partem [inquit noster Pineda] in bonum accipiunt plerique interpretes. & de *humero* illud probat, quod honorificis insignibus impositis decorari soleat, est videlicet, vt Philippus ait, locus conspicuus cunctis. ergo ait, librum illum gestandum humeris tamquam suæ dignitatis insigne. Nicol. tamquam suæ victorię vexillum. Dionys. tamquam rem per omnia loca circumferendam. ita vt quod alijs oneri esse solet & molestiæ mihi (inquit Job) decori, & dignitati erit, & circumferendi, publicandique laborem multa nominis mei gloria, &

Iob 31. v. 36.

Humerus honorificus insignibus decorari solet.

Nicolaus. Dionys.

 laude,

laude, atque sanctitatis existimatione cubens compensabo. Sic sapientia quæ oneri alijs stultis solet esse, studiosis sapientiæ decori & honori est, & cum humerum subijcit ad illam portandam. non molestiæ, sed decori & dignitati est. de Christo Domino dixit Isai. cap. 9. v. 7. *Et factus est principatus super humerum eius*, hunc principatum vocant crucem S. Iustin. & Tertullian. & alij, & quamuis dedecori & ignominiæ crux videretur esse, tamen per eam principatum regni Christus obtinuit. vide Baruch. 2. v. 21. Sic dixit Dominus. *Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram, & opera facite regi Babylonis, & sedebitis in terra, quam dedi patribus vestris.* Ecce inclinationem humerorum ad laborandum, & ecce præmium patientiæ, &c.

Sapientia stultis onus est, ac studiosis decus, & honor. Isai. 9. v. 7. S. Iustin. Tertullian. Baruch 2. v. 21.

112. Tandem horum versuum allegoriam non cōtemnendam subijcit Iansenius, quam non dedignor hic describere suis verbis. ait enim: Quod si distinctio aliqua inter has partes quæratur, prior versus rectè intelligetur pertinere ad præcepta negatiua: quibus à faciendo quippiam cohibemur: Secundus verò versus ad præcepta affirmatiua, quibus ad faciendum aliquid adstringimur. Subijcimus enim humerum sapientiæ, & portamus eam, quando quidquid iniungit faciendum, & si graue sit, exequimur. Rursum pedes constringuntur cum affectus nostri cohibentur. collum cum superbia curuatur, manus cum à malis operibus, Dei timore impendimur, &c. Palacius addit; Apertus est sic textus, si intelligatur de sapientia, quæ est dilectio Dei, hæc enim adstringit manus pedesque nostros, vt spiritu, non carne viuamus Rom. 8. si de sapientia, quæ est filius Dei intelligatur non est obscurus. Deus enim se nobis velut onus imponit & ipse membra nostra vinculis adstringit, dictum est Psal. 26. & 30. *Viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominum*, vides Deum velut onus lapidis nobis imponi. Dictum est etiam Rom. 8. *Si spiritu facta carnis mortifica veritis, viuetis.* ergo spiritus sapientiæ mortificat, & vincit membra carnalia nostra.

Allegoria huius subiectionis sapientiæ. Iansenius. Palacius. Psal. 26. & 30. Rom. 8.

Illustratio quarta.

113. ET *ne accedieris vinculis eius.* Originale: *& ne sis inimicus vinculis eius.* Tygur. *nec indigne feras vincula eius.* Drus. *& ne offendaris vinculis illius.* Si vim verbi *accedieris* perpendimus, inueniemus illud significare idem quod verbum Græcum à quo deducitur ἀκηδεία *accedia*, quod est, pigritia, tristitia, tædium, anxietas, nos dicimus, *azedia, o de sabrimiento, o des contento.* vnde deducitur verbum *accedior.* aris, quod latinum non est, q. d. *No muestres azedia y de sabrimiento.* ne accediam ostendas in vinculis sapientiæ, ne tædio, vel tristitia, vel anxietate afficiaris, sed lubenti animo membra tua vinculis eius subijce, quia vincula sunt, quæ tibi honorem & gloriam afferent. Nam hæc ipsa vincula quæ sunt nostræ imbecillitatis argumenta, eadem ipsa sunt quasi supplementum fortitudinis & presidium validissimum ad retinendam fortiter sanctitatem, quam semel tenere cœpimus.

Acedior, & acedia, quid. *Vincula sapientiæ quasi supplimentū fortitudinis, &c.*

Si autem vim verbi originalis Græci pendimus, aliam significationem reperiemus, quæ etiam cum præcedenti colludit, verbum enim προσοχθέω est despicio. Valla melius verti dicit, in sensus sum alicubi quam offensus, est enim tædium molestiamque capio ex re qua piam. Deriuatur à verbo originali ΟΧΘΕΩ, quod est offendor, indignor, grauor, id est, grauatè fero, metaphora ducta ab (ὄχθη ochthi, ripa, extrema est, & eminentur terræ ora quam fluuius vtrinque allicit) quoniam animus eius, qui re aliqua offenditur, aut indignatur, quasi exurgit, & intumescit. ex hoc verbo componitur προσοχθέω, quod est offendo, vel offensus sum, &c. q. d. Ecclesiasticus, ne offendaris, ne indignaris, ne grauatè feras, ne tædium, & molestiam capias, cum te astrictum vinculis sapientiæ videris. Non enim tibi afferent dedecus & ignominiam, sed potius honorem & gloriam. licet enim eius vinculis astringaris, te eius obedientiæ subijciens, ne moleste feras talem subiectionem, cum tam excellens sit, vt ea te id altissimum gloriæ fastigiū extollat, &c. Omnia hæc significata complexus est noster vulgatus cum vsus est verbo *acedieris.*

Valla. *Qui se vidēt adstrictū vinculis sapientiæ non indignandum.*

VERS. XXVII.

In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius.

Sensus.

114. IN *omni animo tuo*, &c. q. d. Si sapientiam adipisci volueris, nō frigido, aut tepido animo, sed serio, id est, tota anima tua & tota virtute tua, & tota fortitudine tua, eam quærere debes. omnes conatus tuos impende in eius mādatis obseruandis, & conare vt scias quæ illa sint, & cognita opere præstes, eius voluntatem in omnibus exequendo, &c.

Illustratio prima.

IN *omni animo tuo accede ad illam.* Rabanus: *Corde enim*, inquit, *magis accedendum est ad sapientiam: quam corpore quia spiritualis lux animo inspicienda est non carne. Sed tamen sensus corporis regendi sunt. ratione mentis. vnde spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis*, &c. *Qui enim animo deuoto meditatur & agnoscere certat sapientiam Dei, quæ Christus est, seruare studet mandata eius, & corporis luxum pro continentia restringere, ne diffluat in voluptatibus vitæ præsentis, sed magis viuat sub regula disciplinæ cælestis hic nimirum in nouissimis suis inueniet requiem. Quando carne solutus pro præsenti labore præmia percipiet æternæ gloriæ.* Sapientiæ notitia facit hominem proximum Deo, & vitæ: perpetuæ possessorem: nec potest perueniri ad immortalitatis stolam, & gloriæ coronam, nisi per agnitionem sapientiæ, quæ est sanctorum beatitudo, contemplatio Dei, perceptio veritatis. Ioan. 17. *Hæc autem est vita æterna, vt agnoscant te*, &c. Tygur. legit: *animo toto aspires ad illam.* Lyra explicat *intellectum tuum & affectum sibi totaliter applicando.* pro *accede*, est in Greco προσέλθε, à verbo προσελεύθω, idem quod προσερχομαι, sed minus vsitatum, nisi in futuris, & cæteris inde formatis temporibus, significat autem aduenio. Item adeo, accedo, & quamuis verbum *aspirare*, significet *accedere*, vt ait Gell. lib. 1.

Corde, non corpore accedendum est ad sapientiā. Gal. 5. v. 16. Ioan. 17. v. 3. *Verbum accedere in Greco, quale.* Gellius.

lib. 1. & probat ex Cicerone. aliquid amplius adijcit ad verbum accedendo, significat enim contendere, & niti. Sed clarius legit Vulgatus, *accede ad illam*, quod est magno conatu sapientiæ adhærere, & cum addit, *in omni animo tuo*, vel in tota anima tua indicat accessionem per amorem, quia cum amor ardens est, hanc intimam adhæsionem efficit.

115. Hoc probatur quia sic volebat Christus Deū parentem suum diligi, cum aiebat, locum Deut. 6. v. 5. repetens, Matth. 22. v. 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.* in loco Deut. additur: *Et ex tota fortitudine tua.* in quo virtutem charitatis proponit, quæ omnium virtutum eminentissima est, sicut enim aurum eminet inter metalla, inter elementa ignis, inter cælos empyreum cælum, inter planetas Sol, inter Angelos Seraphini. Ita inter virtutes eminet & præcellit charitas, seu dilectio Dei: ea enim est aurum radiantissimum, quo cælestia emimus bona: ignis est cælestis, qui animos omnium circa se inflammat; empyreum cælum est, in quo habitat Deus. Sol est qui omnia illuminat, fœcundat & viuificat: Seraphica virtus est, quæ charitate flagrantes Seraphinos ardentes efficit, ergo Deum debemus diligere ex toto corde, &c. Super quæ D. August. lib. 1. de doctrina Christ. cap. 22. per cor accipit cogitationes, per animam vitam, per mentem siue virtutem intellectum, quasi hic præcipiat Deus, vt hæc omnia in illum, qui ea nobis contulit, conferamus. Audi S. August. cum ait: *Diliges ex toto corde tuo, ex tota anima, ex tota mente, nullam vitæ nostræ partem reliquit, quæ vacare debeat & quasi locum dare, vt alia re velit frui; sed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit. Sic enim proximum diligens sicut seipsum, totam dilectionem sui & illius refert in illam dilectionem Dei, quæ nullum à se riuulum, extra se duci patitur cuius deriuatione minuatur.* Confirmat D. Petrus Chrysol. serm. 62. aiēs: *Hinc est quod ad cor tuum venit, & ad mentem tuam, quia animo, corde, corpore, à te ab initio diligi perquisiuit. Quidquid est cordis, quidquid mentis, quidquid virtutis humanæ, ita Dei amore voluit possideri, vt hominis mundanus non haberet quod violaret affectus.* Ideò D. August. agens de sua conuersione, lib. 9. conf. cap. 1. expertus suauitatis amoris Christi, aiebat: *Quàm suaue mihi subitò factum est carere suauitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, eam dimittere gaudium erat. eijciebas enim eas à me tu vera & summa suauitas, eijciebas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior.* vide D. Bernard. serm. 20. in Cant. sensus igitur est: Diliges Deum tuum ex tota voluntate, totoque eius affectu, & conatu, ita scilicet vt omnia Dei præcepta impleas, & nullam amoris tui partem des idolo, aut rei cuipiam Deo contrariæ, &c. In quem proinde omnia tua referas oportet, ita vt generaliter velis illum esse finem omnium tuarum cogitationum, actionum & amorum. Sic dixit idem D. Petrus Chrysolog. serm. 147. *Quidquid*, &c.

Diligendus Deus ex toto corde. Matth. 22. v. 37. *Charitas, seu dilectio Dei sicut aurum eminet inter omnes virtutes.* *Charitas Seraphinos efficit.* D. August. *Conferenda omnia nostra pro diligendo Deo.* D. P. Chrys. *Quomodo sit Deus amandus.* D. August. *Dulcedo suauitatis Dei intrat pro voluptatibus sæculi qui abijciuntur.* D. Bernard.

116. Simili modo intelligenda est illa accessio ad diuinam sapientiam, ad quā exhortatur Sirach. cum ait; *In omni animo tuo accede ad illam, vel in tota anima tua. & virtute tua conserua vias eius*, id est, per amorem accede ad sapientiam, & ama illam dilectione animæ & virtutis, &c. q. d. Nihil in te quidquam tibi reserues, sed omnem dilectionem tuam apud sapientiam colloca, elige illam vt finem tuarum cogitationum & actionum. In omni animo tuo aspira ad illam. Et sit tibi quasi in signum & scopum, in quem omnia tela studiorum & amorum tuorum conijcias. omnia tua consilia vnam sapientiam spectent, & omnium voluptatum tuarum ea tibi sit scopus, ad quam referantur & dirigantur. accede ad illam.

In omni animo accedendum est ad sapientiā. *Sapientia scopus studiorum & amorum.*

Illustratio secunda.

117. ET *in omni virtute tua conserua vias eius.* Tygur. *& pro virili parte serues eiusdem vestigia.* Si nomine viarum vestigia intelliguntur, est, q. d. Explorare oportet per quas vias incedat sapientia, vt viriliter possis eas sectari, nos diceremus. *No la pierdas deuista.* insiste vestigijs eius. Sic Job cap. 23. v. 11. cum de Deo locutus esset, ait: *Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.* q. d. Quid me, ô amice Eliphaz reuerti, & conuerti ad rectam, verissimamque mandatorum Dei semitam iubes, cum illam semper ita tenuerim, vt neque vnguem latum in alterutram partem deflexerim: neque contentus vulgari aliorum hominum, quamuis iustorum more, Deum sequi, pedes ipsos meos in ipsa illius vestigia ponere semper studui, neque ponere tantum, sed insistere, adhærereque firmissimè, fixis quasi gressibus? Quo enim ille me prælato numine ducebat summa animi contentione sequebar, & illius diuinas virtutes, gressusque actionum studiosissimè imitari conabar, &c. In eodem sensu monet Ecclesiasticus, vt conseruemus vias sapientiæ.

Vestigia sapienitæ seruanda. Iob 23. v. 11. *Insistendum vestigijs sapientiæ.*

118. Sed nomine *viarum* hoc loco, non dubium est, quin significentur mandata, & præcepta diuinæ sapientiæ, quæ explorare debemus, vt ea opere exequi possimus. Sic explicant Hugo & Iansenius. Probatur ex eo quod dicitur Job 23. v. 11. *Viam eius custodiui*, vbi per viam intelligitur lex Domini, vt noster Prado Ezech. 5. v. 7. explicat id: & *in præceptis meis non ambuletis.* Et probat ex Psal. 118. v. 1. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* vbi iusti dicuntur vitæ suæ actionibus suscipere iter per Regiam Dei stratam, quæ recta indestinatum beatitudinis finem sine erroribus, & ambagibus nos ducit, vide Psal. 43. v. 20. & cum Iob dixisset: *Viam eius custodiui*, adijcit mox: *A mandatis labiorum eius non recessi*, &c. Super quæ noster Pineda: Quod autem dixit: *Dei vestigia, aut viam*, nunc *mandata labiorum* appellat, Psal. 17. v. 22. *Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo vias custodire*; est tamquam ostensa ac demonstrata vestigia, per quæ incedere debeamus aduertere. Figuratè autem plerumque viæ Domini eius præcepta atque mandata significant, quę Dominus ostendit, atque demōstrauit. Ideoque viæ eius dicuntur, non per quas ille ambulat, sed quas nobis demonstrat, vt in illis ambulemus. Psal. 27. v. 14. *Legem pone mihi Domine in via tua*, &c. Viam Domini præcepta illius ac legem intelligit: quæ si seruauerimus, & per eius viam ambulauerimus, omnibus erimus inimicis superiores. Tandem Psal. 84. v. 10. ait Psaltes: *Deduc me Domine in via tua*, &c. q. d. Tamquam verus doctor & viæ monstrator doce me viam tuam, per quam ambulem: quæ via in tuis præceptis, mandatisque continetur, vt quid mihi sequendum sit, quid vitandum intelligam, &c. Salomon Prou. 8. v. 32. vocat beatum, qui seruat vias sapientiæ: *Beati, qui custodiunt vias meas.* id est, documenta monita, & præcepta, quæ ego trado.

Nomine viarum significantur præcepta diuinæ sapientiæ. Iob 23. v. 11. Ezech. 5. v. 7. Psal. 118. v. 1. Iob 43. v. 20. Psal. 17. v. 22. *Vias custodire, quid.* Psal. 27. v. 14. *Per viam Domini lex intelligitur.* Prou. 8. v. 32.

Pari-

Pari modo ait Sirach. *Et in omni virtute tua conserua vias eius*, id est, toto animo, totis viribus, & conatibus custodi præcepta & monita sapientię, ea opere exequendo. Verbum *conserua* indicat perseuerantiam in obseruatione viarum sapientiæ. Cùm enim nos aliquem dirigimus, ad iter rectum faciendum sine declinatione ad dexteram, vel sinistram, dicimus: *Tened el camino en la mano, y guardad el orden que os he dado para que caminneis derecho adonde vais.* Sic ait Sirach, In quàntum potueris conserua vias sapientiæ, vt peruenire valeas ad eius perfectam dilectionem & tandem ad æternam fœlicitatem, &c.

Custodienda monita sapientiæ totis viribus, & conatibus.

VERS. XXVIII.

Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam.

VERS. XXIX.

In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.

Sensus.

119. INuestiga illam, &c. q.d. Si dicitur tantò pluris rem constare, quantò pretiosior ea est. (*Lo que mucho vale mucho cuesta*) quid mirum quòd quærenda sit sapientia, & ingenti labore inuestiganda: illa magno æstimatur, & sic magno pretio comparanda est. Quære ergo illam, quia manifestabitur tibi: non enim subducit se ab his, qui eam inquirunt; & cum apprehenderis illam, noli deserere, & ne eam abire permittas, sed conserua eam in corde tuo. Futurum enim erit, vt cum sapientiam apprehenderis, in pace degas, & securitate gloriosa fruaris, conuertetur enim tibi sapientia in lætitiam, & delectationem, &c.

Illustratio prima.

Inuestigare, quid significet. Matt. 7. v. 7

INuestiga illam, & manifestabitur tibi. Originale Græcum addit verbum, *quære*. Fortè alludens Christus apposuit illam exhortationem & promissionem in Euangelio Matth. 7. v. 7. *Quærite & inuenietis, & qui quærit inuenit*, itaque sapientia non deducitur in cubiculum dormientium, sed datur studiosè diligenterque eam quærentibus. Sed certè verbum *quære* redundat, cum verbum *inuestigandi* non solùm significet quærere, sed etiam vestigia alicuius rei quærendo sectari, sumpta metaphora à venatoribus, qui feras vestigijs odorantur, vt eas venentur; *Inuestiga sapientiam.* vestigia eius sectando, *& ipsa manifestabitur tibi.* Clarius Tygur. *Nam tibi cognoscenda dabitur.* Si quæsieris illam, pro certo habe eam consecuturum, cùm ipsamet cognoscenda, & apprehendenda proponatur.

Hoc hemistichium apprimè illustratur ex eo Sap. 6. v. 13. vbi Salomon elogio sapientię accendit desiderium ac studium ipsius, dicens: *Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab his, qui diligunt eam; & inuenitur ab his, qui quærunt illam.* vocat *claram* verbo λαμπρὰ, ad denotandum dignitatis splendorem, qui instar amaranti (ἀμαράντου) marcescit numquam. & eius consecutio amori tribuitur. Amori nihil difficile, calcar est ad inuestigandum quod amatur, non amatur quidem nisi præuisum aliquo modo, & præcognitum: tamen vbi rei aliquantum cognitæ amor exarserit, ad eiusdem cognitionem maiorem perurget. quare inuenitur sapientia ab inuestigantibus illam. aliquando simplici

Sap. 6. v. 13.

Amor calcar est ad inuestigandum, quod amatur.

primæ petitioni Deus satisfacit, sin minus quærendum erit: quò d si ne tunc quidem inuenias, pulsare debebis videlicet magna animi contentione, atque perseuerantia. Et quærit quidem is, qui cuncta alia è mente proijciens vni illi intentus est, quod quærit, ac præsentium rerum nihil consideratur, vt Chrysost. hom. 14. in Matt. docet. Prou. autem 2. vers. 4. hanc defert similitudinem Salomon: *Si quæsieris eam quasi pecuniam, & quasi thesaurum effoderis illam; tunc intelliges timorem Domini*, &c. Qui enim quærit thesaurum, inuestigat vt inueniat. Sic inuestiganda sapientia, vt manifestetur & cognoscatur. Tandem Christus Dominus Matth. 7. v. 7. inquit: *Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.* Hoc ipsum docet Auctor cum exhortatur ad inuestigandam sapientiam, quæ est Dei dilectio, vel ipse Deus, confidens illam manifestandam quærenti.

D. Chrysost.

Sapientia quærenda quasi pecunia.

Prou. 2. v. 4.

Matt. 7. v. 7

Sapientia est Dei dilectio.

Illustratio secunda.

ET *continens factus ne derelinquas eam.* Clarius Tygur. *assecutus eam, ne deseras.* dupliciter potest verbum *continens* explicari. Primò vt *continens* sit idem, quod *compos* factus, vel apprehendens, vt sit. q.d. Cum eam apprehenderis & continueris, ne abire permittas, tene eam, ne discedat à te, quod enim magno labore acquiritur, maiore animi sollicitudine seruatur. In hoc sensu dixit Sponsa Cant. 3. v. 5. suum Sponsum apprehêdisse. Discesserat diuinus Sponsus à se, & cum illum quæsiuisset, & inuestigasset, & rogasset custodes ciuitatis, vt dicerent, numquid quem diligeret, inuenissent? ipsa mox vidit, & inuenit, & ait: *Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.* q.d. Cum à ciuitatis custodibus paululum essem digressa, ecce occurrit mihi quem desiderabam. tenui eum, neque ab amplexu meo iam abire patiar, &c. Pluris illa plerumque facimus, amamusque magis, quæ maiori nobis studio atque labore comparata sunt. Ideò dixit D. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 4. *Abscondit se sponsus cum quæritur, vt non inuentus ardentius quæratur; & differtur quærens sponsa, ne inueniat, vt tarditate sua capacior reddita, multiplicius quandoque inueniat quod quærebat.* Ergo sponsa quæsitum diu per tot incommoda atque ludibria, ac tandem inuentum sponsum tenet arctè nunc, neque relicturam se dicit, donec stabili iam matri-

120. *Verbum continens idem, quod compos factus.*

Cant. 3. v. 5

Quod magno labore acquiritur, maiori studio seruatur.

D. Gregor.

matrimonio eius complexu in æternum fruatur.

Pari modo Jacob vt benedictionem Angeli consequeretur cum eo colluctatus est tota nocte, & cum apprehensum teneret, vt dixit Genes. 32. v. 26. *Non dimittam te nisi benedixeris mihi.* quod explicans D. Ambros. tom. 5. in cap. 6. Apoc. *Id est*, inquit, *à precibus non cessabo, nisi me virtutibus ditaueris, vt qui vsquæ modò secundum carnem vixi, à modò secundum spiritum viuam.* Qui enim luctatur & laborat vt possit inuenire sapientiam, cum illam apprehendit, non dimittat, sed teneat deuotionis affectu, & non iam secundum carnem, sed secundum spiritum viuat. Hanc consequitur felicitatem, qui inuestigat sapientiam, & perseueranter quærit. Sic eleganter D. Ambros. explicans locum Cant. lib. de Jiac. cap. 5. dixit: *Semper vigilet anima, & prætendat quæ requirit eum, & quæ tenere desiderat, ideò quasi sublapsum sibi. In cubili, inquit, meo, in noctibus quæsiui quem dilexit anima mea. Qui benè quærit, in cubili quærat, in noctibus quærat: nec die feriatus, neque nocte sit. Nullum tempus vacet à pietatis officio, & si non inuenerit primò perseueret in quærendo.* Et paulo post: *Omnis enim qui quærit inuenit, & qui inuenerit adhærere debet, ne posit amittere.* vide alterius. Itaque verbum *continens*, quod Sirach. apposuit, significat consecutionem sapientiæ. q.d. Cum eam consecutus fueris, & apprehenderis, ne patiaris à te abire, sed tene eam, nec dimittas, nec derelinquas, nec deseras. Vide inferius, cap. 15. v. 1.

121. *Quare Iacob arctè tenuit Angelum, cum quo luctabatur.* Genes. 32. v. 26. D. Ambros.

Vigilare debet, qui quærit Deum Sponsum.

Nota, & illustratio secunda.

122. SEd quia verbum Græcum ἐγκρατὴς, à verbo originali κράτος, quod est robur, vis, potentia non solùm significat, qui in potestate habet rem aliquam, vel comporem esse, vel continere apprehendendo; sed etiam esse superiorem, vt qui est superior sompo, qui ventum coërcet & reprimit, rebus venereis non deditus, vel abstinens rerum venerearum. Inde ἐγκράτεια, continentia, temperantia, & verbum ἐγκρατέω, contineo me, id est, continens sum, & κρατέω, est vincere voluptates, imperare voluptatibus. Ideò aliqui illud *continens factus*, interpretantur de abstinentia rerum venerearum. q.d. Et cum continentiam, & castitatem assecutus fueris sapientiæ fauore, non patiaris eam scilicet sapientiam à te abire & recedere, cum ipsa requiem tibi afferet tandem.

Verum continere ad castitatem refertur.

Hoc optimè illustratur ex eo Sap. 8. v. 21. vbi ait Salomon: *Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adij Dominum, & deprecatus sum illum*, &c. *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam*, &c. cap. 9. v. 4. Et quamuis hîc *continens* significet comporem esse, vt sit sensus: Cum intelexissem quod non aliter compos esse possem sapientiæ, aut potirer sapientia, vel quod non consequerer aut adipiscerer sapientiam, nisi Deus daret, conuerti me ad eum pro ea deprecandum. de sapientia enim comparanda à Deo erat Salomoni cura suscepta. Sed nihilominus D. Augustin. tom. 1. lib. 10. confess. cap. 29. de continentia & castitate hunc locum intelligit, cum ait: *Da quod iubes, & iube quod vis. imperas nobis continentiam. & cum scirem, ait quidam, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum. Per continentiam quippe colligimur, & reintegramur in vnum, à quo in multa defluximus. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor, qui semper ardes, & numquam extingueris: Charitas, Deus meus, accende me, continentiam iubes. Da quod iubes, & iube quod vis.* vide cap. 31. Sic explicat hunc locum Tertullian. lib. de Velan. virgin. cap. 13. *Et si à Deo confertur continentiæ virtus. Quid gloriaris quasi non acceperis.* alludit inquit Pamel. ad illud Sap. 8. v. 21. *Vt sciui quoniam aliter non possem esse continens*, &c. Vide etiam D. Prosper. Aquit. lib. de lib. arb. pro defens. D. August. contra Cassian. cap. 36. Vide Paul. ad Tit. 1. v. 8. vbi *continentem* vocat castum. Gal. 5. v. 23. *Continentia, castitas.* Præcipuus locus ad huius confirmationem est Tob. 6. v. 18. *Tu autem cum acceperis eam (in vxorem, inquit Angelus Raphael) ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea, &c.* id est, ne tangas eam, sed castitatem serua. Arabice: *ne cognoscas eam vsque ad tertiam diem.* vbi esse continentem, idem est, ac esse castum. Sic aliqui explicant locum Ecclesiastici. sed prior expositio propius ad litteram accedit.

Non potest obtineri sapientia, nisi Deus det. Sap. 8. v. 21.

Continentia virtus datur à Deo. Tertullian. Pamelius. D. Prosper.

Gal. 5. v. 23.

Tob. 6. v. 18

Ne derelinquas eam. ne deseras, ne abijcias, ne abire permittas. Sicut Deus non deserit hominem, nisi ab eo deseratur: sic sapientia non deserit hominem, cum ab homine relinquitur. Ideò dicit, ne sapientia derelinquat te, sed ne tu derelinquas eam. qui sunt autem desertores sapientiæ? ij scilicet, qui vt inquit Hugo, *peccando & torquendo*, deserunt eam. Sic etiam explicat Dionys. Itaque ille qui effrenatè vitijs inquinatur, abijcit à se diuinam sapientiam. Nam vt inquit Salomon Sap. 1. v. 4. *Quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* & cap. 7. v. 25. *Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio sapientia. quædam claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideò nihil inquinatum in eam incurrit.* Sic est, q.d. Sirach, ne ita effrenatè viuas, vt abijcere à te sapientiam, & deserere cogaris.

123. *Deus, & sapientia non deserit hominem, nisi ab illo deseratur.* Hugo. Dionys.

Sap. 1. v. 4. *In maleuolam animam non introibit sapientia.*

Sap. 7. v. 25.

Nota, & illustratio tertia.

124. IN *nouissimis enim inuenies requiem in ea.* Hic non solum appellat sæculum futurum *nouissimum.* Nam vt sapiens dixit, Sap. 6. v. 21. *Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.* sed etiam denotat sæculum præsens. Cum enim sapientiam apprehenderis, & ita eam tenueris, vt nullo modo à te abeat, tunc *inuenies requiem in ea.* pace, & tranquilitate potieris. ἀναπαύσις enim requiem, vel intermissionem à labore significat, à verbo ΠΑΥΩ, quod est, finem impono, cessare facio, seu desisto. Cum enim multum laboris & difficultatis requiratur ad comparandam sapientiam, promittit Sirach studioso sapientiæ fruiturum quiete & tranquillitate, & à labore cessaturum, cum apprehenderit eam. Quare indoctus dixit radices virtutis esse amaras (vt mox dicemus) fructus verò suauissimos, hoc idem significat sapiens in studio sapientiæ, initia eius carni esse molesta, sed exitum esse iucundissimum, ob eam causam Paulus Rom. 12. vers. 31. præcipit vt experiamur, *quæ sit voluntas Dei bona*, Rom. 12. v. 31. *grata, & perfecta.* vide Josue 22. v. 4. & Prou. 3. v. 1. Sed præcipuè Matt. 11. v. 29. *In nouissimis*, inquit, hoc est, postea cum iam assueueris virtuti, pro fatigatione & labore, inuenies requiem conscientiæ in ea; in præsenti etiam vita, inquit Lyra, senes dulcedine sapientiæ delectantur. propter quod etiam Philosophi circa finem vitæ sue;

Sap. 6. v. 21. *Nouissimum dicitur sæculum futurum, & præsens.*

Matth. 11. v. 29. *Nouissimum quies.* Lyra.

dimissis

dimissis occupationibus alijs, vacabant contemplationi causæ primæ, & inquit D. Thom. ideò subijcit. D.Thom.

125. *Sapientia conuertitur in oblectationem.* *Et conuertetur tibi in oblectationem.* Tygur. *Et conuertet se tibi in lætitiam.* q.d. Ipsa sapientia, quæ ita difficilis erat inuentu, & quasi aspera in eius consecutione, conuertet se tibi in lætitiam, & oblectationem. Hoc probatur ex eo Joann.16.v.20. *Amen amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos: mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini; sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Sed præcipuè potest hæc conuersio illustrari ex eo Pauli ad Heb.12.v.11. *Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.* Super quæ D. Chrysost. tom.4. hom.30. *Ne mireris, inquit, si cum sit dura, fructus habeat dulces. Nam etiam in arboribus cortex quidem est propè omnis expers qualitatis & asper: fructus autem sunt dulces.* nobis enim in momento castigationis & affectionis videtur esse mœroris, non gaudij, quia disciplina suo doloris sensu ita nos afficit, & perstringit, vt fructum pacatissimum inde secuturum non cogitamus: nam quando transijt dolor, tunc ferè melius iudicamus, fructumque disciplinæ agnoscimus, & persentiscimus, ideoque gaudemus. Quare dixit D. Gregor. lib.21. Moral.cap.4. *Nunc etenim flagellatur iustus, & verbere disciplinæ corrigitur, quia ad æternæ hæreditatis patrimonium præparatur.*

Ioan.16. v.20. — Heb.12.v.11 — D.Chrysost. — *Iustus hic castigatur, quia præparatur ad gloriam.* — D. Gregor.

Sapientia ergo assimilatur palmę, quæ inferius tactu aspera est, sed superius fructum dulcissimum omnibus præbet. & cùm iustorum vita sapientia ornetur, quia ipsa sapientia se gerit asperam studiosis sapientiæ, cum illam inuestigant; non mirum dicat ipse D. Gregor. lib.19. Moral. cap.16. *Nec immeritò iustorum vita palmæ comparatur, quia scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta: superius verò, & visu & fructibus pulchra: inferius corticum suarum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur. Sic quippe est electorum vita, despecta inferius, superius pulchra: in imò ista quasi multis corticibus obuoluitur, dum in numeris tribulationibus angustatur: in summo verò illa, quasi pulchæ viriditatis folijs amplitudine retributionis expanditur.* Cum ergo studiosus diuinæ sapientiæ pro ea comparanda multis obuoluatur difficultatum & laborum corticibus, tandem sapientiæ fructu oblectatur, cum post tot difficultates & labores, *ipsa se in oblectationem conuertitur, & se conuertit in lætitiam.* Nam eius amaritudo conuertetur tibi in oblectationem, non solum in futura vita vbi istud perfectè impletur, sed etiam in præsenti, quando carne ex parte per assuetudinem virtutis superata, virtus incipit esse iucundissima, tum propter naturalem suam honestatem, quam in se habet; tū propter pacem mentis, quam efficit. Sic ferè Ians. & ille alius Philosophus citatus à Drus. dixit: *Radices litterarum amaræ, fructus dulces.* quid certius? pergo.

Sapientia assimilatur palmæ. — D.Gregor. *Iustorum vita palmæ comparatur, inferius tactu aspera, superius fructibus pulchra.* — *Iustu laborat pro sapientia, & postea fruitur oblectatione eius.* — Iansenius. Drusius.

V E R S. XXX.

Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ.

V E R S. XXXI.

Decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris.

Sensus.

126. ET *erunt tibi compedes*, &c. q. d. Ne pedem referas à comparanda sapientia, fidem tibi facio, te non solum consecuturum requiem & oblectationem, cum eam apprehenderis, sed forti protectione, & honore glorioso perfrueris. Compedes enim quæ contumeliosam infirmitatē efficere videbantur, tibi in fortitudinis protectionem conuertentur, & in bases fortes, in quibus scilicet solidè possis consistere, & torques, vel numellæ, quæ deformitatem habere, & seruitutem præ se ferre videbantur, in ornamenta pulcherrima, qualis est stola gloriæ, vertentur. Ornatum enim aureum vitam tribuentem inuenies in sapientia, & vincula eius non grauia, sed leuia erunt, sicut nexus hyacinthinus, qui non grauat, nec dehonestat, sed leuissima est & ornat, &c.

Illustratio prima.

ET *erunt compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis.* hæc vltima pars in Græco desideratur: addita tamen est à vulgato explicationis gratia. Quibus verbis sapiens significat initia, quæ in studio sapientiæ & virtutis difficilia asperaque videbantur, dissimillimum exitum consequi, atque ex amaris radicibus fructus tandem suauissimos ac pulcherrimos existere. Compedes enim ac numellæ, cæteraque vincula, quæ iudicio carnis summam infirmitatem atque deformitatem habere videbantur, in maxima conuertuntur tum præsidia, tum ornamenta. Ideò Dionys. optimè explicat hunc locum dicens: *Compedes*, id est, spiritualia vincula, & præcepta, seu adhæsiones sapientiæ (vt Lyra explicuit) erunt animæ tuæ protectiones fortissimæ contra prælia vitiorum, atque insidias tentationum, *& bases virtutis*, id est, sustentamenta ac fundamenta roboris spiritualis omniumque virtutum, quæ per compedes illas custodiuntur, & nutriuntur. Melius Jansen. Nam præcepta sapientiæ, quibus sibi suos deuincit veluti compedibus & numellis, etsi in primis carnem premant, & libertatem quamdam eripiant; tamen postea per obseruationem eorum & fortiter illos protegunt contra omnia vitia, ac iram Dei, & gloria magna atque libertate eos apud Deum & homines decorant & ornant.

Compedes sapientiæ sunt spiritualia vincula. — Dionys. — Lyra. *Quid per compedes & bases significetur.* — Iansenius.

126 Iam superius explicuimus, *compedes* significare præcepta sapientiæ, quibus sapientes constringuntur, ne ab illius communicatione, & adhæsione separentur; sed ne videretur compedes illas, sicut ferreæ efficiunt, afferre ignominiam, & dede-

Vincula sapientiæ non dedecus, sed decus afferunt.

decus, nunc omnibus fidem facit, compedes ipsius, id est, præcepta, quibus sui studiosos deuincit, fortem protectionem illis allatura, quia præcepta sapientiæ protegunt, & defendunt illos, qui per ea sapientiæ adhærent. Cum enim homo solutus ab his compedibus iacet, facile à vitijs expugnatur, & vincitur, quia cum indigeat protectione sapientiæ, quæ suos protegit, & tuetur ab hostium incursionibus, cum hostes vident illum à sapientiæ deseri, & destitui, non dubitant inducere, & inferre bellum, ingruereque spe certa victoriæ.

Qui soluitur à vinculis à vitijs expugnatur.

De hac protectione sapientiæ, quam per compedes, id est, per præcepta, & monita præstat, habes testimonium Ecclesiastes 7.vers.13. vbi Salomon protectionem sapientiæ confert cum protectione pecuniæ, inquit enim: *Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia, hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo.* Olympiodorus insinuat, non pecuniam laudari etiam infra sapientiam, sed hanc solam: Comparari autem cum pecunia, quam scilicet mortales tanti faciunt, eo quod præstet sapientia, quæcumque præstat illa. Eripere namque è periculis, ciuitates extruere, protegere velut vmbram eum, qui sit ipsa præditus. Præterea id amplius habere, quod impertiat viuificantem scientiam, dum persuadet cuncta visibilia contemnere, solam verò suscipere vitam æternam. vnde constat multo sapientiam diuitijs esse meliorem. Nam licet protegant hæc aduersus incommoda, nequeunt per se vitam tribuere, siue præsentem, quæ hominis propria est, siue futuram cum felicitate sempiternam, sicut sapientia, quæ sua protectione hæc omnia præstat.

Qualis protectio sapientiæ. Eccles.7. v.13. — Olympiod. — *Effectus sapientiæ similis effectibus pecuniæ.*

128. Quare ipse Salomon comparat sapientiam ligno vitæ, Prou.3.v.18. *Lignum vitæ, inquit, est ijs, qui apprehenderit eam.* Duo præcipua habebat lignum vitæ, & vmbram, quo protegere, & fructum, quo vitam tribuere poterat. Sic aiebat sponsa Cant.2. vers.3. *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Vbi vocat sponsum lignum vitæ, quod vmbra & fructu ornabatur, quæ duo habet in se sapientia, nam si fructibus suis prorogat, vitam sui studiosis reddit tam præsentem, quam futuram, non minus compedibus suis, id est, præceptis & monitis protegit eos, qui sua potiuntur vmbra, & protectione. Et si de Christo Domino, qui est sapientia Patris, intelligamus hunc locum Prou. vt intelligunt Hieronym. in cap.65. Jsai. D.Gregor. mag. lib.12. Moral. cap.4. Clemens Alex. lib.5. Strom. & alij, quia est lignum vitæ, quæ in media attollitur Ecclesia. Dicemus, illius protectionem instar ligni paradisi fortitudinem præbere studiosis sapientiæ ad se tuendos ab hostium incursibus. Sic dicebat Dauid Psalm.30. vers.21. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Communiter desperantibus in Deo loquitur, sed propriè beneficium illud sibi à Deo præstitum indicat, quod clam ex inimicorum suorum conspectu subductus sit, & ereptus. Sed si facies Dei Christus est, & ipse sapientia Patris, nullum aliud absconditum locum inuenimus, quam vulnus lateris, vbi sicut in interiori cubiculo, & conclaui suæ maiestatis abscondit & protegit, & seruat iustos studiosos sapientiæ ab hostium omnium incursibus. Et si in ista protectione tabernaculi vt inquit, Genebrard. inuenitur metaphora regis, qui eos, quos securissimos esse cupit, in suum penetrale, & tabernaculum recipit, vt non solum eum regis parietes sed etiam oculi custodiant. Quid de protectione Christi instar sapientiæ dicemus? ipse est rex omnipotens, qui non solum protectione potentiæ suæ, sed protectione oculorum, & compedibus præceptorum suorum, protegit, tuetur, & defendit, eos, quos suis præceptis, tamquam compedibus constrinxit, vt liberi, & incolumes ab hostium incursibus effugiant quæ protectio fortis est, quia nullus studiosis sapientiæ nocere poterit, neque eos eripere de manu eius, id est, de protectione eius. Sic de ouibus dicebat Christus Dominus Joann.10. vers.28. *Et non rapiet eas quisquam de manu mea.* id est, de protectione mea, quia fortis protectio est. Manus enim Dei defensionem & auxilium Dei, & velamen protegens, & potentiam eius liberatiuam significat. Exod.33.v.22. *Ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea.* In quo sensu Sirach. vocat *compedes* sapientiæ *protectionem fortē.*

Sapientia similis ligno vitæ, quare. Prou.3.v.18 Cant.2.v.3. — D.Hieron. D.Gregor. Clem.Alex. *Christus lignum est vitæ & protegit suos instar arboris paradisi.* Psal.30. v.21. — *Vulnus lateris Christi conclaue est suæ maiestatis.* — Genebrard. — *Christus protegit instar diuinæ sapientiæ.* — *Christi protectio fortis est.* Ioan.10. v.28. — Exod.33. v.22.

129. *Et bases virtutis*; nomen *basis* firmum fundamentum significat, super quo vel columnæ, vel aliquid simile solidatur, Job 38. v.6. vocat Dominus basim, ipsam terræ stabilitatem, cum rogat Iobum: *Super quo bases illius* (terræ) *solidatæ sunt.* Sicut enim columnæ firmæ & immotæ consistunt basibus suis innixæ: Ita sane terra stat immota, non alio fundamento, non alia basi, quam sua grauitate subnixa. Sic dixit Psaltes Psalm.103. vers.5. *Firmasti terram super stabilitatem suam.* Hieronymi ex Heb. vertit: *Super basim suam.* Ita etiam Cant.5. v.15. Cum depingit sponsa speciem dilecti sponsi sui, commendans crura eius, inquit: *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.* Pedes attemperantissimè dicuntur bases, quia non secus tibiæ pedibus, quam columnæ basibus innituntur. Dicuntur autem bases aureæ, quia calcamenta auro gemmisque exculta.

Basis significat fundamentum. Iob 38.v.6. — Psal.103. v.5. — D.Hieron. — *Terra firmata est super stabilitatem meam.* — Cant.5.v.15

Ergo Sirach. *Compedes* sapientiæ, non solum vocat protectionem fortitudinis, sed etiam *bases virtutis*, id est, fundamenta firma, super quæ virtus iusti studiosi sapientiæ innititur, vt solida permaneat. Tunc dicere poterit cum Apostolo Philip.4.v.13. *Omnia possum, in eo, qui confortat.* id est, in basi, quæ me sustentat. Hinc discat studiosus sapientiæ, qui magnas pro ea comparanda difficultates adijt, non esse formidandum, neque à sua sapientiæ prensatione deficiendum, qui enim illam dedit, firmitatem basis marmoreæ præstabit. Qui ad statuæ Nabucodonosoris similitudinem, proceritatem, & molem altitudinis prodigiosæ luteis non tam firmat, quam suspendit pedibus, id est, terrenis consilijs, aut hominum opinionibus; quid mirum si ad pusilli lapidis impulsum cadat? Atqui diuinæ sapientiæ eiusque præceptis & monitis tamquam basibus firmis nititur; in eaque conatus suos & studia versat, non est, quod aduersariorum fraudes, aut machinas, aut naturæ infir-

Compedes sapientiæ sunt bases virtutis. Phil.4.v.13. — *Ponderatis statuæ Nabucodonosoris.*

infirmitatem, & inconstantiam ipse eiusque virtus timeat.

Vocat etiam *bases virtutis*, bases fortes, constantes, solidas, in quibus solide possit iustus consistere. vt explicat Iansenius sic vertit Tygur. *Solidoque firmamento*. Hugo, *Bases virtutis* appellat

130. patientiam, & obedientiam, quæ sicut bases totum fabricæ spiritualis pondus sustinent. Lyra sic vocat compedes sapientiæ bases, quia innitens sapientiæ non frangitur aduersitate. alludit sine dubio ad ædificia, quæ firmis fundamentis construuntur. Agens Christus Dominus de verbis suis Matth. 7. v. 24. inquit: *Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cadit, fundata enim erat supra petram*. id est, supra basim virtutis. per domum intelligitur spirituale ædificium, per petram basim solidam, super quam innititur, per pluuiam, & flumina, & ventos intelliguntur labores & aduersitates. Quæ omnia iustum, qui in basi virtutis fundatur, non frangunt nec demoliuntur. quia sapientia præceptorum suorum basibus eum firmat, & solidat, &c.

Bases virtutis vocantur constantes, solidæ. Iansenius. Hugo. Lyra.

Patientia, & obedientia bases virtutis. Matth. 7. v. 24.

Illustratio secunda.

131. ET *torques illius in stolam gloriæ*. Tygur. *Et eiusdem nerui honorifico amictui*. Drus. *Et boiæ eius honorifico amictu*. Iam superius diximus pro *torques* in Græco esse *κλοιόν*, quod significat neruum, & boias, vel collare. nunc etiam ponitur idem verbum. à Rabinis dicitur קולר *colar*, quod à Latinis & Hispanis acceptum videtur. Ergo ait Sirach. illam *torquem* sapientiæ vertendam esse in *stolam gloriæ*, id est, illam sapientiæ subiectionem, qua sapiens adstringitur ad sapientiæ obtemperandum, non in subiectionem seruilem, sed in stolam gloriæ commutandam esse, id est, in ornamentum honorificum.

Nomen Græcum, & Hebræum respondens torqui, quale.

Stola nihil aliud est quam indumentum ad ornamentum hominis præparatum: apud Græcos quodlibet vestis genus significat. Apud Latinos tamen ad honestæ tantum matronæ vestem hoc nomen translatum est, quæ vsque adimos pedes demissa erat, & cuius extremam partem ambibat instita assuta, quæ erat fasciola quædam, siue lumbus. Sic Ouid. lib. de arte.

Stola, quid.

Este procul vittæ tenues insigne pudoris,
Quæque tegis medios instita longo pedes

Ouidius.

Horatius 1. serm. sat. 2.

Ad talos stola demissa, & circumdata palla

Horatius.

Hæc matronæ Romanæ vtebantur, non aliter atque viri tunica. Sic enim eas virorum & mulierum vestes confert Terentius. Stola etiam accipitur pro veste sacerdotali, apud Apul. lib. vlt. Metam. Sed vt cumque hæc stola sumatur vestimentum erat honorificum: quo castæ feminæ decorabantur. Et in sacra Pagina viris etiam hoc vestimentum tribuitur. Genes. 41. vers. 42. inter alia ornamenta, quæ rex Pharao in Josephum congessit ad eum decorandum, hoc vnum nominatur. *Vestiuitque eum stola byssina. Quid stola* (inquit D. Ambros. lib. de Ioseph. cap. 7. tom. 1.) *quæ amictus est sapientiæ, nisi tributum ei ab illo rege cælesti prudentiæ principatum?* Berengosius Abbas lib. 1. de cruce cap. 5. tom. 7. Bib. nou. *In stola*, inquit, *byssina, & torque aurea duplex latet intelligentia, dum per byssum caro virginea, & per torquem cælestis significatur sapientia*.

Stola proprium indumentum feminarum. Terentius. Apuleius. Genes. 41. v. 42.

Stola ornamentum etiã virorum, vt videtur in Ioseph. D. Ambros. Berengos.

132. Quare Sirach. cum hortatus esset studiosum sapientiæ ad submittendum collum intorquem sapientiæ, quæ licet ornamentum honorificum sit, subiectionem quasi seruilem indicabat: nunc pro certo illi pollicetur hanc torquem in stolam gloriæ conuertendam. id est, sicut stola gloriæ nobilibus tribuebatur in ornamentum honorificum: Sic torques sapientiæ, quæ subiectionem postulabat, sapienti futura erat in gloriam. Sic Philo Judæus lib. de Ioseph. explicans significationem torquis, quæ data est Josepho à Pharaone: *Cæterum*, inquit, *torques aurea non ad gloriam solum, sed & ad pœnam pertinere videtur. Quamdiu enim res ciuiles ei bene procedunt, placet sibi honoratus à ciuibus. Cum autem aduersitas accidit, non volenti, quod damnandum esset, sed fortuito, quod meretur veniam, nihilominus iniecta intorquem manu trahitur, tantum non increpante suo Domino. Hanc torquem donaui tibi, ornamentum in prosperitate, vinculum in aduersitate*. Pende hoc vltimum de *ornamento*, & *vinculo*. Cum enim ait Sirach: *Iniįce collum tuum intorques sapientiæ. torquem* appellat *vinculum*, quo deuinciendus erat studiosus sapientiæ, sed cum nunc ipsam *torquem* iterum nominat, *stolam gloriæ*, hoc est, ornamentum eam vocat, vt discat sapiens, hanc sapientiæ torquem ornamentum esse in prosperitate, id est, *in nouissimis*, cum iam sapientiam apprehenderit, & vinculum in aduersitate, id est, cum tot labores & aduersitates subit pro comparanda sapientia, ideò ait: *Et torques illius*, &c.

Promittit Sirach subiectionem sapientiæ in stolam gloriæ conuertendã.

Philo Iud.

Quid per torquem quã Pharao dedit Ioseph significatur.

Torques sapientiæ ornamentum in prosperitate.

Illustratio tertia.

133. DEcor enim vitæ est in illa. Montan. *Decor enim aureus est in ea*. Tygur. *Ornatus enim ipsi est aureus*, vel vt Drusius. *Ornamentum aureum est super illam*. Græcè est; *κόσμος γὰρ χρύσεος*, ornatus auri vel aureus. Maluit interpres rem reddere, quam verba. per ornatum enim auri nihil significatur quam decor, & pulchritudo, quam suis sapientia affert in hac vita, qualis autem sit hic decor sapientiæ Dionys. vocat perfectionem vitæ spiritualis, quæ in actu & vsu sapientiæ consistit, iuxta id sap. 6. v. 16. *Cogitare ergo de illa* (sapientia) *sensus est consumatus*. id est, pertinet ad perfectionem sapientiæ de illa cogitasse, & prudentia perfecta est suscipere cogitationem de comparanda sapientia, quæ prudentiæ finis est. Diuina vera sapientia comprehensionem vtilem continet earum rerum, quæ veram quoque fœlicitatem suo tribuant tempore, in hoc autem non nullam inchoationem eius, quæ comparatione cuiuslibet alterius notitiæ, perfectio nominari & consummatio potest. q. d. Cogitare de illa prudentiæ perfectio, vel prudentia est perfecta aut consummata, vel ad prudentiam perfectam pertinet de illa vel solum cogitasse: aut perfectè prudens est qui adhibet medium certum ad eam acquirendam, nempe cogitare, curare aut sollicitum esse de illa. ergo cum sensus consummatus sit decor vitæ, quia perfectio vitæ

Ornamentũ auri, quid significet.

Dionys.

Sap. 6. v. 16.

Cogitare de sapientia finis prudentiæ est.

vitæ spiritualis decorat hominem & ornat, ideò Dionysius vocat perfectionem vitæ, &c. Et forte sicut in auro significatur charitas, quæ homini perfectionem affert. Ita *decor vitæ*, quem tribuit sapientia, dici potest perfecta charitas, quæ studiosum sapientiæ ornat decoratque.

Dionys.

Decor vitæ, quem præstat sapientia perfecta charitas est.

134. Sed nihilominus hanc pulchritudinem & decorem vitæ, quæ inuenitur in sapientia, vocat auctor splendorem, quem sapientia homini confert, & elegantiam, qua illum ornat, & vitam tribuit, *candor est enim* sapientia *lucis æternæ*. Sap. 7. v. 26. & sui studiosos lustrat, & splendorem confert, quo eorum vita pulchritudinem & decorem recipit, &c. Sic fecit Deus cum vidua Judith. cap. 10. v. 4. quæ cum induisset se vestimentis iucunditatis, & omnibus ornamentis suis ornasset se. inquit Textus: *Cui etiam Dominus contulit splendorem*. [*añadiole vn lustre limpissimo que la hermoseaua mas*] *& Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit vt in comparabili decore omnium oculis appareret*. Parimodo sapientia studiosis sui splendorem vitæ, elegantiam, & pulchritudinem tribuit, vt omnium oculis gloriosus appareat. *Decor enim vitæ est in illa*.

Sap. 6. v. 26.

Sapientiæ studiosis confert Deus splendorem sicut contulit Iudith. Iudith 10. v. 4.

Illustratio quarta.

135 POrro: *Et vincula illius alligatura salutaris*. Dixerat prius: *Et ne accedieris vinculis illius*, id est, ne tristieris vel tædio afficiaris ob vincula eius veluti manibus tuis iniecta. nunc rationem reddit, quare non tædio afficiendus, scilicet; quia *vincula illius alligatura salutaris est*. Originale: & *vincula illius nexus hyacinthinus*. Tygur. & *hyacinthino textu vincula*. Drusius: & *vincula eius vitæ hyacinthinæ*. Græcè est *κλῶσμα ὑακίνθινον*. vbi videtur allusisse ad Num. 15. v. 38. vt dicemus. est autem *κλῶσμα* filium retortum. Per *nexum hyacinthinum* intelligitur alligatura salutaris & vtilis. Et si per *vincula*, & *vittas hyacinthinas*, intelliguntur præcepta, & mandata sapientiæ, optimè vocat ea *alligaturam salutarem*, quia alligant hominem, ne in peccata labatur; & reddunt salutem animæ ad consequendam vitam æternam. & non minus concinnè, *vittas hyacinthinas* appellat, quia si per *vittas* intelliguntur mandata, & præcepta sapientiæ, per colorem hyacinthinum, qui est color cælestis, præmium æternum obseruationi præceptorum respondens indicatur.

Vincula sapientiæ alligatura salutaris.

Nexus hyacinthinus est alligatura salutaris.

Quare Deus Num. 15. v. 38. præcepit Moysi dicens: *Loquere filijs Israël, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas cum viderint, recordentur, omnium mandatorum Domini*, &c. Cum in obseruatione mandatorum Dei includatur præmium eorum, scilicet gloria cælestis, præcipit vt recordentur mandatorum Dei, ad spem eorum confirmandam, perfruendi tandem præmio sempiterno, & excitandum amorem suum erga Deum, qui sic obseruationem suæ voluntatis remunerat, & tali præmio afficit. Quare D. August. tom. 9. in solil. cap. 18. dicebat: *Omni momento me tibi obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla est hora vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non vtar: sic nullum debet esse momentum, quo te non habeam ante oculos in mea memoria, & te non diligam ex omni fortitudine mea*. Ergo vincula sapientiæ, quæ opprobrium afferre videbantur, vocat nexus, vel vittas hyacinthinas, quæ ita nectunt hominem, & constringunt vt ipse adigatur mandatorum Dei non obliuisci, & prouocat eum ad eorum obseruationem, vt regnum cælestè, quod pollicetur, feliciter consequatur. Felix enim est necessitas, quæ sic ad meliora compellit.

Num. 15. v. 38.

In obseruatione mandatorum Dei includitur præmium.

D. August.

Vincula sapientiæ nexus hyacinthinus.

VERS. XXXII.

Stolam gloriæ indues eam, & coronam gratulationis super pones tibi.

Sensus.

136. STolam, &c. q. d. Si sapientiam apprehenderis, euades gloriosus, nam ea indutus tamquam glorioso amictu ab omnibus glorificaberis, & per eam vndique conspicuus apparebis & ornatus. tamquam si corona decoratus specteris. ipsa enim tamquam regina exultationis & lætitiæ coronam tibi imponet, vt exorneris, &c.

Illustratio prima.

STolam gloriæ indues eam. Cum stola secundum D. Jsidorum. lib. 19. Etymol. cap. 15. *Matronale sit operimentum, quo cooperto capite & scapula à dextro latere in læuum humerum mittitur. Stola autem Græcè vocatur, quod supermittatur*. Et insuper honorificum indumentum sit, quo vel matronæ, vel sacerdotes ornarentur. Vt diximus. at Sirach. illum, qui sapientiam apprehendisset, simul cum ea honorificum ornamentum induturum, quo decoratum tamquam glorioso amictu futurum esse, vt appareret gloriosus in conspectu omnium, sicut stola totum corpus cooperiebat; sic sapientia totum hominem induit & ornat tamquam indumento glorioso, & totum ipsum velut stola gloriæ decorat. Quia sicut Hest. 6. v. 8. dicitur: *Homo; quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs, & accipere regium diadema super caput suum*. Sic hominem iustum, quem diuina sapientia ornare exoptat, debet indui stola gloriæ, quæ regium est vestimentum, & diademate coronari tamquam regem. vt fuit Mardocheus per regem Assuerum, & Joseph per regem Pharaonem.

D. Isidor.

Stola honorificum ornamentum matronarũ, & sacerdotum.

Qui apprehendit sapientiam induitur ornamẽto gloriæ.

Hest. 6. v. 8.

137. Hoc apprime illustratur ex eo Prou. 4. vers. 8. *Arripe illam*, (sapientiam) *& exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te*. Verbum *arripere*, refertur ad nuptias contrahendas, sicut moris erat apud Persas, vt cum primum sponsa è domo paterna educebatur ab sponso per vim è matris gremio raperetur. Qua ratione consulebat virgo suæ pudicitiæ; dum se per vim ad nuptias abduci ea ratione significabat. Quem morem Hebreos etiam imbuisse non est ambigendum, q. d. Sapientiam in morem dilectissimæ

Qui arripit sapientiam exaltatur ab illa.

Prou. 4. v. 8.

Sapientia in morem sponsæ in domum cordis transferenda.

lectissimæ sponsæ in domum tuam, id est, in cor tuum transfer, vi namque opus est ad sapientiam & virtutem parandam: haud enim sese ipsam in manus dat: abripienda est, & à difficultatum plurimarum, quibus hæret gremio per vim auferenda. Et *exaltabit te*, id est, magnificabit, decorabit te; sic explicat noster doctissimus Salazar. Ad eumdem modum, inquit Siracides, studiosum sapientiæ, qui eam apprehenderit, vel arripueret tot difficultates vincens, tamquam stolam gloriæ, qua exaltabitur, & magnificabitur, illam induiturum. ibi supplenda est particula tamquam, id est, tamquam stolam gloriæ, veluti ornamento regio induet illam, sicut ille, quem rex honorare desiderat, sicut exoptat sapientia, hæc nota similitudinis adijcienda est, quæ desiderari videtur, vt in illo Horatij: *Nec excitatus Classico miles grauis*, quod enarrant, vt *miles*. Tygur. & Drus. transferunt, vt *amictum honorificum*. στολὴν δοξῆς, quia sapientia sui studiosum, quando in eius cor transfertur, veluti honorifico amictu decorat in suorum laborum, & difficultatum præmium, quas in comparanda sapientia superauit.

Qui apprehenderit sapientiam ab illa magnificatur.

Horatius.

Illustratio secunda.

138. PORRO: *Et coronam gratulationis superpones tibi*: Complur. & Drus. *Coronam exultationis*. Tygur. *Festiuamque tibi coronam impones*, quæ omnia in idem recidunt. ἀγαλλίαματος, à verbo ΑΓΑΛΛΙΑΩ quod est exultare, lætitia gestiri, vt Luc.1. v.14. *Et erit gaudium & exultatio*. Luc.10.vers.21. *In ipsa hora exultauit spiritu Sancto*. Actor.16. Apoc. 19.v.1. Petr. 4. Inde deducitur nomen ἀγαλλίαμα, ατος, quod significat exultationem, vt Luc.1. v.14. Vulgatus transtulit *gratulationis*, maioris explicationis gratia. Gratulatio enim est testatio gaudij ob fœlicem successum, & continet in se exultationem, & festiuitatem. vt autem Sirach. Ostentationem faceret fœlicis successus, qui studioso sapientiæ in ea comparanda obtigerat, transtulit *gratulationis*. Qui enim in acquirenda sapientia, vel virtute, tot labores & difficultates vicerat, dignus erat, vt ei omnes victoriam gratularentur, *& festiuam exultantemque coronam* sibi ipse imponeret. Hanc coronam superpositam opponit oneri, cui humeros subijciendos dixerat. Et ait sibi superponere, qui ipse, qui victoriam obtinuit, ferris à se redimeretur.

Corona gratulationis idem quod exultationis.

Luc.10.v.21

Gratulatio, quid.

Hoc etiam comprobatur ex loco Prou. 4. v.9. vbi ait Salomon, vel potius Dauid Salomoni, qui sapientiam comparare cupiebat: *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & coronam inclytæ pro-*

Sapientiæ studiosum corona protegit.

Prou.4.v.9.

teget te. q.d. Hæc sapientia, quam tot documentis tibi intimo dabit capiti tuo coronam gratiæ siue gratiosam: per hanc nimirum communi omnium gratia, & gratulatione coronam & regnum consequeris. *Dabit tibi*. q.d. non tam parentis est regnum filio legare, & hæredem relinquere, quam sapientiæ atque virtutis: hæc enim tibi vel me reluctante regnum & coronam addicet. *Et corona inclyta proteget te*. id est, tuebitur, atque muniet. Nam corona, & imperium, quod in alijs periculosum est, aleæ plenum & securitatis expers, te muniet, tuebitur, atque securitate donabit. Jansen. allegoricè hunc locum explicat; Sicut enim Diadema gratum alioqui, & pulchrũ caput nouo decore & gratiæ cumulat, sic sapientia homines gratos & honore digniores reddit. Rursus corona est regni insigne, per sapientiam verò homo sui ipsius, atque vitiorum rex constituetur, & alia eiusmodi asserit. Vide alia multa in nostro Salazar.

Sapientia coronatur, & munit. Jansen.

Per sapientiã homines constituimur.

Sic ait noster Sirach: *Et coronam gratulationis*, &c. Id est, cum te sertis honorificis sapientiæ reditum viderint, gratulabantur tibi exultantes felicem successum, pro eo quod in acquirenda sapientia tot difficultates superasti, tot labores vicisti. & quia *humerum tuum subiecisti*, vt sapientiam *portares*, merito *coronam gratulationis vel exultationis*; vel *festiuam*, *imposuisti* capiti tuo, fruere illa, vt æternæ gloriæ diademate in cælesti curia, vbi diuina sapientia solium gloriæ tenet, redimitus æternum decoreris, & magnificeris, &c.

139.

Sertis honorificis redimire solet sapientia.

Sed tandem quid *corona* cum *humero*? quia humerum subiecisti, diademate decoraberis, Respondeo, cum regnum, vel principatus onus dicatur, & munus, *cargo*, *y carga*. Sicut enim onus humero superponitur, sic etiam dicitur munus regale humero sustineri. ita Isaias cum Christi Domini regnum prædicit, ait cap. 9. v. 6. *Et factus est principatus super humerum eius*. q.d. Qui non alienis humeris, vt tyranni solent, sed sui ipsius imponet regni pondus. Sed quia insigne principatus & regni corona est capiti superposita, ideò studiosus sapientiæ, coronam sibi superposuit, quia ponderi humerum subiecit. quasi corona præmium oneris sit, &c. Et insuper ostenditur gloriæ in posterum redimendus corona. Sic Rabanus: *Sapientia enim certa notitia facit hominem proximum Deo, & vitæ perpetuæ possessorem. nec aliter quisquam ad immortalitatis stolam & gloriæ coronam peruenire poterit, nisi per veram agnitionem sapientiæ: quia sola in cælesti regno Sanctorum beatitudo contemplatio vultus Dei, & perceptio veritatis*. Sic dicitur Ioann. 17. vers. 3. *Hæc est autem vita æterna*, &c.

Onus regale humero sustinetur.

mum tuum sapientiæ, tunc facile sapiens efficieris, &c. Sic fere Jansenius quem reliqui sequuntur.

Explicatio, & illustratio prima.

Rabanus. *Qui Christi veræ sapientiæ agnitionem quærit magistris se humiliet.*

FILI, *si attenderis mihi disces*. Rabanus sic explicat: *Necesse est* enim, *vt qui veræ sapientiæ (quæ Christus est) perfectam agnitionem percipere desiderat, primum Catholicorum magistrorum se humiliter subdat doctrinis. Sicque omnes affectus animæ suæ eorum subijciat disciplinis. De hinc vt intentionem cordis ab omni prauo desiderio auertens ad audiendum verbum Dei adhibent diligenter, caueatque vt ipsam meditationem legis Dei non propter ambitionem terrenarum rerum vel laudis humanæ, sed solummodo propter ipsius boni appetitum totum studium impendat, vt veræ sapientiæ fructum percipiat.* In Græco est, *si volueris*. Vulgatus transtulit, *si attenderis*, θελὴς, à verbo ΘΕΛΩ, quod est velle. θελήμα, ατος voluntas, id quod volumus. Licet autem velle significet vulgatus noster transtulit, *attenderis*, non respiciens tantum strictam verbi significationem, quantum sensum intentum ab auctore. *attendere* significat quasi animum intendere, & mentem in re aliqua fixam habere. Quæ intentio animi & mentis in se continet voluntatem assequendi illud, quod intenditur. Qui enim vult sapientiam comparare, attendit, & intendit animum, & mẽtem suam fixam habere studet, & nisi in acquirenda sapientia nihil aliud agit, nihil aliud cogitat, nec curat, nec meditatur. Quare optimè vulgatus transtulit: *Si attenderis*, id est, si animum in adipiscenda sapientia intenderis, vel vt Sâ explicat, si auscultaueris, aut credideris. *Disces*, cognitionem, & disciplinam accipies, percipies, cognosces, documenta capies. Simili modo Salomõ incipit caput. 5. Prou. *Fili mi*, inquit, *attende ad sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent*. q.d. Obserua attentius verba mea, vt ea, quæ ego cogitaui, altius animo imprimatur tuo, *vt custodias*, &c. Id est, ex his, quæ à me acceperis bona tibi mens indatur, vt optimam verborum meorum sententiam teneas, atque animo includas tuo, & *disciplinam*, &c. q.d. Id assequeris eruditione atque præceptis meis; non solum vt tu optime teneas doctrinam, sed etiam, vt eamdem quam tenes, labijs proferre possis ad alios edocendos, atque informandos. Quod idem est, ac *disces*, nam *labia conseruare disciplinam*, nihil aliud est, quam eam dicere ad docendum, &c.

Attendere quid significet.

Qui attẽdit animum ad sapientiam discet cognitionem eius. Sâ. Prou.5.v.1

Labia conseruare, quid

Illustratio secunda.

141. ET *si accommodaueris animum tuum, sapiens eris*. Complur. *Et si tradideris animam tuam, callidus eris*. Tygur. *Etiades callidus*. Idem Drus. verbum πανοῦργος (à verbo originali ΕΡΓΟΝ, quod est opus, factum, res) est, q.d. ad quodlibet opus promptus, vel qui dexteritate ingenij valet ad quodlibet agendum. Callidus, vafer, versipellis, veteratorius. Item in bonam partem pro solerti, in Prouerbijs Salomonis. & testatur Nonius, Plautus; *Hominũ versuto si quod rectè curatum velis, mandes*. Et D. Basil. hom. 12. in princ. Prou. quamdam esse bonam & laudabilem calliditatem scripsit. & probat multis exemplis.

Callidus sciens in bonam partem sumi

Plaut.

D. Basil.

Ergo cum vulgatus transferre debuisset versatum aut callidum iuxta proprietatem verbi originalis, transtulit *sapientem*, si *accommodaueris*, inquit, Sirach, *animum tuum*, id est, si dederis, si applicueris, si adhibueris; vel si dederis animam tuam, id est, te ipsum; & sub intelligitur sapientiæ, *sapiens* eris, propriè, *callidus*, versutus, astutus eris. *Vir enim astutus*, (inquit D. Basil. hom. 12. citata) *thronus est sensus*, id est, sapiens erit, nam sicut sensus & prudentia sedet in animo astuti tamquam in throno, moderando omnes animi actiones: Sic qui applicuit animum suum sapientiæ, vt ipsa sapientia quasi in throno sedeat, animi actiones moderando, *sapiens* efficitur, astutus, versutus callidus, & *thronus sensus* & sapientiæ; vide quæ diximus ad id cap. 1. v. 6. num. 33. & *astutias* sapientiæ, quis *agnouit*.

Accommodare animã, quid.

D. Basil.

Vir astutus thronus est sensus ex Basilio.

Cum de callido agit Salomon, Prou. 4. v. 8. inquit: *Sapientia callidi est intelligere viam suam*. id est, eius, qui vsili astutia præditus est, sapientia & prudentia tota in eo vertitur, vt intelligat homo viam suam, id est, vt in omni occasione quid facto opus sit solerter agnoscat, & rectam & sibi conuenientem vitæ iucundæ rationem calleat. Illud *suam* potest referri ad *sapientiam*, id est, intelligere in quo sapientia consistat, vt sapiens efficiatur, & versutus, & callidus, & astutus. Sic ait Sirach. callidus & sapiens efficitur; qui animum suum applicat ad sapientiam comparandam intelligendo viam suam, &c. Verbum *accommodare* est, aptare, vel apte collocare, *accommodanti coronam ad caput* dixit Cicero si accommodaueris animum tuum, id est, si aptaueris sapientiæ, vt coniungatur, & adhæreat illi, ex mutua illius communicatione, sapientiam hauriet, & *sapiens* & callidus efficietur, inferius cap. 38. v. 39. vtitur eodem verbo Græco & Latino. in eumdem sensum Sirach. *accommodantes animam suam, & conuenientes in lege altissimi*. Salomon Eccles. 2. v. 22. idem verbum ponit, vt suadeat non aptare cor cunctis sermonibus: *Sed & cunctis sermonibus*, inquit, *qui dicuntur, ne accommodes cor tuum*. Sed delectum haberi, &c. Sic auctor noster, *& si accommodaueris*, id est, si dederis. cor tuum; & animum tuum sapientiæ, *sapiens* eris; &c.

Callidus, idẽ quod sapiens

Cicero.

Eccles. 38. v. 39.

Eccles. 2. v. 22.

VERS. XXXIII.

Fili, si attenderis mihi, disces; & si accommodaueris animum tuum: sapiens eris.

Sensus.

140. FILI, *si attenderis*, &c. q. d. Si volueris edisce-re, qua ratione sapientia & eruditio obtineri possit, inprimis debes operam dare, vt affectus sis sapientiæ. & ad eam percipiendam bonam habeas voluntatem, sic enim futurum, vt facilius erudiaris, & sapientiam percipias, à qua si alienam habeas mentem, non poteris eius esse capax. Ergo si attenderis mihi faciendo scilicet quod dixi, *injice pedem tuum*, &c. Mentem tuam non auertendo à sapientia, sed eam iuxta meum consilium amando, tunc tu disces, & capax eris disciplinæ. & si accommodaueris animum

VERS. XXXIV.

Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: Et si dilexeris audire, sapiens eris.

Sensus.

143. SI *inclinaueris*, &c. q. d. Secundum, quod requiritur ad sapientiam ediscendam est, studiosum sapientiæ se ad audiendum cõponere, ne igitur aurem tuam ad audiendos magistros inclinare renuas, si enim libenter auscultaueris, & facilem te sapientibus audiendis præbueris; æquoque animo aures dederis, doctrinã excipies, id est, doctus eris; & si amaueris audire omnes, qui te scientiam imbibere possint, & præcepta dare, sapientis nomine insignitus euades, &c.

Explicatio, & illustratio prima.

Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam. Vatab. *Si affectus fueris studio audiendi.* Requirit sapiens φιλησοίαν, hoc est, studium amoremque audiendi. Sicut Salomon Prou.1.v.5. *Audi sapiens sapientior erit.* Qui ita affecti atque studiosi sunt à Græcis φιλήκοοι καὶ φιλομαθεῖς, appellantur. Complutenses permutant ordinem sententiæ, prius legunt, *si dilexeris*, & posteà, *si inclinaueris*. Sed melius vulgatus apponit in priori hemistichio, quod Complut. in posteriori, & in posteriori quod originale in priori, dicens: *Si inclinaueris*, &c. In quo suadet audiendos magistros libenti animo, vt ex eis excipiatur diuina doctrina. Hic modus dicendi, *si inclinaueris*, haud infrequens in sacra Pagina. 4.Reg.19.v.16. Cum orauit Ezechias ad Dominum dixit: *Inclina aurem tuam, & audi*: Psal.16.v.6. *Inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.* Psal.30.v.3. & 70.v.2. & 101.v.3. & passim alibi: sed præcipue Prou.4. v.20. *Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam*, in verbo *inclinandi* obseruare oportet ex Conrado medico ac philosopho in sua Philosophia, more comparatum esse, vt cum attentius aliquid auribus obire volumus, eas demittamus, & deorsum inclinemus, caputque aureque eam in partem flectentes, vnde sonus accidit, reddit verò rationem, quia auribus demissis vox capitur gratius, suauiusq; insonat, præterea, inquit, Sinuosis quibusdam an fractibus aures compactæ sunt, vti per quendam quasi lituum (*trompeta bastarda*, aut buccinæ genus in curuum gracilem edens vocem, quo in bello vtebantur) modulacior, atque dulcior ad organum vox melius penetret, cum demissis auribus captata, sursum mouetur.

Magistri libenti animo audiendi, vt melius doctrina excipiatur.

4.Reg.19. v.16.

Psal.16.v.6

Prou.4. v.20.

Ponderatio verbi inclinandi.

Conradus.

Ergo cum ait Sirach: *Si inclinaueris*, &c. Ita accipiendus est, vt doceat aurem inclinare ac demittere spiritualiter ac misticè per humilitatem, & animi obiectionem, quo vox Dei, vel sapientiæ gratior sit, atque dulcius auribus insonet, & quo præcepta & documẽta iucundius excipiantur. & verbum *inclinandi* animi subiectionem & humilitatem insinuat, vt constat ex ea adoratione, quam fecit Dauid Sauli, cum egressus est de spelunca, clamans post tergum Saul. 1.Reg.24. v.9. *Et respexit Saul post se, & inclinans se Dauid pronus in terram adorauit.* vide 1.Paral.29,v.20. & Iudith 15.v.2. & alibi.

144. *Inclinare aurem est demittere per humilitatem*

1.Reg.24. v.9.

Ergo auctor noster hoc verbo *inclinandi aurem* vsus est, vt significaret audiendam esse vocem sapientiæ, cum sui studiosum instituit, cum animi deiectione & humilitate, vt facile percipere possit doctrinam, qua illum erudit appositè dixit Iob 22.v.29. *Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria; & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur.* D. Gregor. lib.16. Moral. cap.8. dixit super hunc locum: *Oculos ergo inclinare, est nullum respiciendo despicere, sed seminorem, atque imparem, cunctis, quos aspicit æstimare.* Sicut enim oculos inclinare denotat humilitatem, sic aurem inclinare eamdem humilitatem insinuat. quæ necessaria est ad audiendum, vt doctrina, quæ auditur in animum transferatur. Dixit Salomon Prou.22.v.17. *Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium. appone autem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cum seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis.* Itaque hæc aurium inclinatio cum humilitate proficit studiosis sapientiæ, vt cælestis doctrina eis imbibatur. Christus Dominus dixit Matt.11.vers.25. *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus.* (huius sæculi scilicet, qui superbi sunt) *& reuelasti ea parvulis.* id est, humilibus, qui cum animi deiectione aurem suam ad Deum inclinare studuere. & *humilibus* Deus *dat gratiam* suam, sicut dixit Jacob. c.4.v.6. vide quæ diximus cap.22.

Oculos inclinare denotat humilitatem. Prou.22. v.17.

Aurium inclinatio profuit studiosis sapientiæ. Matth.11. v.25.

Illustratio secunda.

Excipies doctrinam. Montan. *recipies intellectum.* Tygur. *Scientiam percipies.* Drus. *Excipies eam.* nempe in domum tuam, vt hospitem solemus, qui nobis charus, & acceptus est, & quem longo tempore non vidimus. alij: *excipies intelligentiam.* Cum enim amicum hospitem excipimus, lætitia gestimus, & libenter amplexamur, & indulgemus, longosque miscemus sermones, & ad inuicem arcana cordis enuntiamus. Parimodo studiosus sapientiæ cum aurem suam ad sapientiam inclinauit, & humili libentique animo audit eam, & auscultat doctrinam eius excipit eam tamquam dilectum hospitem, & tunc lætitia perfunditur, ample ctitur eam, & cogitationes suas denudat, vt intelligentia rerum repleatur, &c. Vt repletus Beseleel Exod.35.v.31. *Impleuitque eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia, & omni doctrina.* Itaque *excipies doctrinam*, vel *intellectum*, vel *intelligentiam*, Græcè συνεσιν, hoc est, doctus euades, vt doctrina passiuè potius accipiatur, qua scilicet quis doctus fit.

145. *Vt hospes excipienda sapientia.*

Beseleel impletus sapientia. Exod.35. v.31.

Et si dilexeris audire, sapiens eris. Nos diceremus: *Si tuum ieres gusto de oyr*, aut, *si lætomares afficion.* euades sapiens. Verbum ἀγαπάω, à quo ἀγαπήσης significat diligere, & amicè, & hilariter excipere. q. d. Si amice & hilariter sapientiæ doctrinam acceperis, vel audieris, sapientis nomine decoraberis. Cum enim aliquid diligimus totis viribus amplecti, & consequi desideramus, & cum illud adipiscimur, eius virtutem participamus. vt sapientiæ doctrina fruamur, debemus amice & hilariter illam audire, & cum diligimus audire, eius sapientiæ participes efficimur. namque sapientiæ amore inflammatur, & ei amice adhæret, eius conditionem & virtutem participat, sicque sapiens euadet, &c.

146. *Qui diligit audire sapientiam, euadit sapiens.*

VERS. XXXV.

In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.

Sensus.

Sensus.

147. IN *multitudine*, &c. q.d. Tertium quod requiritur ad acquirendam sapientiam est, vt senes, & sapientes diligas, à quibus veram sapientiam percipias, in medio eorum tamquam discipulus consiste, vt doceant te, & illorum sapientiæ ex animo adhæreas, vt eam narrationem, quę de Deo est, rebusque diuinis auscultare valeas; & tandem vide ne parabolæ & doctrinæ laudabiles non semper apud te sint, prætermissíque ad pietatem non pertinent, &c.

Notæ.

IN *multitudine presbyterorum prudentium sta.* apud originale desideratur *prudentium* additum tamen est à vulgato, quia nomen *presbyterorum*, vel *senum* vt Tygur. legit: vel *seniorum*, vt Drusius, est commune bonis ac malis, & vt intelligatur Siracidem locutum fuisse de senibus vel presbyteris sapientibus, & prudentibus, addidit de suo *prudentium*, nomen *presbyter* in Græco est πρέσβυτερ à verbo ΠΡΕΣΒΥΣ, quod est senex, comparatiuum πρεσβυτέρ& est senior, ætate prouectior, maior natu, quorum ætas iam ad senium vergit, vetustior, antiquior, magis priscus. Item in Ecclesia πρεσβυτέροι, (Latinis quoque Theologis presbyteri) dicuntur omnes in genere, qui sunt ex Ecclesiastico (vt ita loquar) senatu: quorum alij politiam Ecclesiasticam administrabant. alij interdum & doctrinæ verbi præerant, vt apparet ex 1. Timot.5. v.17. vbi Apostolus ait: *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina.* Hinc dicitur πρεσβυτέριον, presbyterium, id est, ordo presbyterorum. 1.Timot.4.v.14. *Cum impositione manuum presbyterij.* Quo nomine existimatur Apostolus significasse cœtum omnium illorum, qui in verbo laborabant. vt Luc.22.v.52.66. *Conuenerunt seniores plebis.* & Actor.20.v.17. *Vocauit* (Paulus) *maiores natu Ecclesiæ.* Et c.22.v.5.30. & *iussit sacerdotes conuenire, & omne consilium*, &c. id est, totum seniorum ordinem, & totum senatum.

Presbyter, & senex idem sunt.

1.Timot.5. v.17.

1.Timot.4. v.14.

Luc. 22. v.52. Actor.20. v.17.& 22. v.5.

Et sapientiæ illorum, &c. In originali est καὶ εἰ τῆς σοφῶν, & *si quis sapiens fuerit* adhæreto ei. Τὸ εἰ, quod Complut. addunt abesse potest salua sententia. Sed tum legi debet cum interrogatione καὶ τῆς σόφῶν & *quis sapiens*, quod aliquando valet si quis sapiens, vt Hag.2.v.4. *Quis inter vos*, &c. Nam exponitur, ô si quis esset vestrum superstes. Sed noster vulgatus apparet legisse καὶ τὴ σοφία αὐτῶν πρεσκολλήθι, & *sapientiæ illorum*, &c.

Illustratio prima.

148. IN *multitudine presbyterorum prudentium sta.* Cum ait Siracides: *In multitudine presbyterorum stare.* Fortè meminit cœtus illorum, qui in verbo laborant, id est, ordinem seniorum, & senatum presbyterorum. Nam ætas hominibus plerumque prudentiam affert. hinc fit vt senes magis consilio valeant quam iuuenes, atque propter illius ætatis prudentiam apud Lacedæmonios summum consilium, γερσία dicebatur, quod cœtu conuentuque senum potissimum constaret. Ad hunc locum pertinet exemplum Roboam, qui iuuenum consilium auctoritati senũ suo maximo malè prætulit. Quare admoner Sirach. *In multitudine presbyterorum stare.* Sicut steterit Christus Jesus, cum duodecim annos natus in medio doctorum inuentus est à parentibus. Luc.2.v.26. dicitur: *Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem eos.* Verbum autem *stare*, dupliciter intelligi potest, vel stare coram senioribus magna cum reuerentia & humilitate sicut qui eis ministrat. vel *stare* dicit, quia iuuenum est stare coram senibus. Omnino capiendum, vt Psal.1.v.1. *In via peccatorum non steterit.* Lyra. hic ostendit à quibus accipienda sapientiæ doctrina scilicet ab illis quorum sapientia nota est & approbata. Dionys. explicat *verbum stare*, id est, humiliter ac reuerenter consiste. q.d. Ne stes coram senioribus sicut qui de sua sapientia præsumit, sed tamquam humilis cupidus sapientiæ, qui audit verba senum prudentium, vt ab eis doceatur, quia in eis solet sapientia & prudentia inueniri, sicut dixit Job cap.12.v.12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* q.d. Insenibus & longæuis, qui diu vixerunt, inuenitur *sapientia*, id est, rerum diuinarum, atque humanarum scientia, & *prudentia*, hoc est, scientia rerum agendarum ex debitis circumstantijs. Vocat hic Job. *antiquos*, sapientes & eruditos, id est, doctos, & diuturna experientia peritos. prudentia igitur & sapientia in antiquis & senibus est.

Luc.2.v.46.

Stare dupliciter dicitur.

Lyra.

Coram senibus standum humiliter, & non præsumptuose. Dionys.

Iob 12.v.12

Plutarchus librum composuit inter Moralia, cui hunc inscripsit titulum: *An tractanda seni respublica sit.* Et inter alia: *Nos verò*, inquit, *ab Ioue consiliorum fori & ciuitatem præsidis famulis non pedum, non manuum opera quærimus: Sed consilijs, sed prospicientiæ, & eloquentiæ, non illius quæ fremitum & strepitum populi excitet, sed quæ salecondita sit, & sollicitudine prædita prudente, cautioneque: in quibus ludibrio habita ab omnibus senectus, & vsus rerum testes rugæ elucent, assistentemque ei fidem, & gravitatis auctoritatem conciliant. est enim iuuentutis parere, senectæ imperare, ac maximè stat ciuitas vbi consilia senum, & iuuenum vigent hastæ. Atque hoc:*

149. Plutarchus *A senibus tractanda respublica.*

Magnanimusque senum cœtum amplum ante omnia cogit
Nestoriam ad puppim.

mirificè celebratur. Et ille Rex Agamemnon non à dijs expostulare solebat, vt refert Homerus, Illiad.3.

Iuuentutis est parere, senectæ imperare.

Homerus.

O consultores mihi sint bis quinque Pelasgi
Tales consilio, quales Nelita senex est.

Pelasgi autem populi sunt Græcæ vetustissimi, sic dicti, quasi πελαργοι, hoc est ciconiæ, quod more ciconiarum, antequam sedem sibi diligerent, bonam orbis partem peruagarint. Sic equidem homines non nisi post longam rerum multarum experientiam, sapientiam & prudentiam adipiscuntur. *Romæ* (inquit Plutarchus) *summum consilium in hanc vsque diem senatus dicitur. ac quomodo diadema lex & coronam, sic crines natura gloriosum imperatoriæ insigne maiestatis imponit. Etiam nomen* γερα apud Græcos γεραιειν, id est, *honor & honorare* ἀπὸ τῶν γερόντων, id est à senibus deductum *: ni fallor venerabile permanet: non quod Balneis calidis vtantur, & dormiant, molliùs: Verum quod regium ex prudentia locum in ciuitatibus obtineant: Cuius sicut arboris, quæ fructus serotinos edit, peculiares dotes, & absolutas in senectute denique natura fundit.* Lege alia multa in hoc libello sui commentario Plutarchi, notatu digna.

Pelasgi, qui dicti.

Non nisi post longam rerũ experientiã sapientia adipiscitur. Plutarchus.

Cum ergo in presbyteris, id est, senioribus, vel senibus prudentia & sapientia vt plurimum inueniatur (sunt enim senes ab vsu periti, qui vsus ipsis sapientiam conciliat;) quid mirum, iubeat Sirach. iuuenibus, coram eis stare, vt audiendo,

150. *Senes ab vsu periti.*

diendo, & auſcultando ſapientes efficiantur. Et ſi nomen *presbyterorum.* pro ſacerdotibus ſumatur, optime præcipit auctor iuuenibus, vt coram eis *ſtent*, vt audiant ſapientiam, & ab eis legem Domini requirant. Sic dixit Malach.cap.2.v.7. *Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius*, &c. Cum prius dixiſſet leges ſacerdotali nomini præſcriptas eſſe, ſubdit, ideò hoc ſacerdoti mandatum eſt, quia in eius ore diuinæ legis ac ſapientiæ theſaurus ſeruari debet, à quo alij in rebus quibuſque dubijs petant oracula. Cum enim Dei ad homines legatus ſit, & ex eius loquatur nomine, non alia quam Dei mandata & verba deferat, oportet. Sic debet ſtudioſus ſapientiæ coram ſacerdotibus ſtare, ad hauriendam ſcientiam diuinæ legis ex theſauro ſapientiæ, vbi ſacerdos legem diuinam ſeruat; ex ſacerdotio enim pendet totius populi fides, cultus & religio. Eo ergo ablato neceſſe eſt vt hæc pariter auferantur & pereant.

Malach.2. v.7. *Labia ſacerdotum cuſtodiunt ſcientiam.*

Noſter vulgatus addit de ſuo *prudentium*, &
151. reddit Lyra rationem. *Per hæc, inquit, excluduntur ſenes deſipientes, & etiam moribus deficientes*, &c. Sicut illi ſenes, qui ad peccandum Suſannam prouocauerunt; quos vocat Scriptura presbyteros. Dan.13.v.28. *Venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eam.* Et verſ.50. dixerunt ad Danielem: *veni & ſede in medio noſtrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis*, & verſ.52. Vocauit Daniel primum ſenem inueteratum dierum malorum. *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius, indicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens*, &c. Et Iſa.cap.65.v.20. inquit, *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.* q.d. Qui in ætate grandi pueri ſunt, dicique merito poſſunt centum annorum infantes, in exilio morientur, & vt clarius agam, & citra metaphoram, peccatorem centum annorum diuina configet maledictio, prouerbialiter dicitur de ſene fatuo, qui prius vocatus fuit *in facie dierũ.* nam id non ſolum apud Hebręos ſolum, vt docet hic locus, & communis interpretum conſenſus, ſed etiam apud profanos, apud quos illi vocantur pueri centum annorum, qui ætate tam grandi, tamen puerorum in morem mollia tractabant, neque à Domeſtica vmbra ſeu otio, quaſi pueri à materno gremio recedebant. Ita Ioann. Tzetzes dum explicat illud Heſiodi.lib.11.oper. & dier. vbi prouerbium eſſe indicat.

Lyra. *Senes diſſipientes excludũtur*, &c Dan.13.v.28

Puer centũ annorum, qualis. Iſai.65.v.20

Ioann. Tzetzes.

Sed centum quidem annis puer apud Matrem ſedulam
Nutriebatur, creſcens valde rudis domi ſuæ.

152. Ergo optimè vulgatus addidit *prudentium*, nam ſicut ſenes, qui prudentes non ſunt, pueri vocantur, ſic adoleſcentes, qui in ætate iuuenili prudentia pollent, ſenes appellantur, ſicut de Daniele diximus, & confirmat Salomon ſap.4.verſ.6. *Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata, cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* ille auctoritatem habet, & honorem ſenectutis, qui in iuuenili corpore mores habet ſeniles. Dixit hoc optimè D. Ambroſ. Epiſt.12. ad Valent. imperat: *Erubeſcat ſenectus, quæ emendare ſe non poteſt; non annorum canicies eſt laudanda, ſed morum.* Et Epiſt.21. *Verè ſenectus illa venerabilis, quæ non Canis, ſed meritis albeſcit: ea eſt enim reuerenda canicies, quæ eſt canicies animæ in Canis cogitationibus, & operibus effulgens.* Quare cum ait Sirach, iuuenem debere *ſtare* in multitudine, vel cœtu presbyterorum, vel ſenum prudentium, loquitur de ijs presbyteris & ſenibus, qui non tam ætate, quam moribus prudentes ſunt, hi enim digni ſunt, vt ab omnibus colantur, &c. Verbum *ſtandi*, non ſitum erecti, ſed præſentiam tantum corporis ſolet indicare. ſignificat etiam decentem ac reuerentẽ corporis ſitum in compoſito oppoſitum. quæ omnia conueniunt ad intentum Eccleſiaſtici.

Adoleſcentes, qui prudentia pollent ſenes vocãtur Sap.4.v.6.

D. Ambroſ.

Non annorũ canities eſt laudanda, ſed morum.

Verbum ſtãdi præſentiã corporis indicat.

Illuſtratio ſecunda.

Et *ſapientiæ illorum ex corde coniungere.* Mont. *Et qui ſapiens ipſi coniungere.* Tygur. *Cuius ſapienti.* Druſ. *Et ſi quis ſapiens fuerit, ei adhæreto.* Et qui 153.
ſapiens? Cum interrogatione, idem valet ac ſi quis ſapiens: vt Hag.2.v.4. Vulgatus tribuit ſapientiæ, quod ſapientis eſt, vt omnis tollatur ſuſpicio, Eccleſiaſticum admonet ſtudioſum ſapientiæ, ſe adiungere ſapienti, qui prauis moribus eſt, ſed ſapientiæ eorum ſitæ excognitione Dei. Hoc probat illa Chriſti Domini admonitio, Matt.23.v.2. *Super Cathredam Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruatè, & facitè; ſecundum opera verò eorum nolite facere: Dicunt enim, & non faciunt.* Vbi monet Chriſtus Dominus auditores, vt Phariſæorum & Scribarum veram doctrinam complectantur, vitia fugiant. Documentum tradit recipiendam doctrinam bonam nihil obſtante doctorum vita mala. Doctores enim & concionatores ante ſe ſermones Dei ferunt & ſuper ſe, inſuper intra te quod dicunt, an exequantur operè recogitant, labiumque ſuum in ſeipſum reflectunt, vt menſæ illæ, quas vidit Ezechiel cap.40.v.43. *Labia*, inquit, *earum palmi vnius reflexa intrinſecus per circuitum.* Nonne doctor vel concionator menſa templi eſt, in qua Deus cæleſtis verbi cibum populo apponit ſuo? Habent hæc mẽſa labia intrinſecus reflexa, hoc eſt reflectat in ſe labia ſua, ſermones, quos labijs profert, in ſe ipſum concionator conuertat, an operè illos præſtet animaduertat, an ſit aliquid in vita, quod à ſermone diſcrepet attendat. Super quem locum dixit D. Gregor. hom.21. in Ezech. *Doctor ergo cui de diſciplinæ moderamine loqui neceſſe eſt, menſam Dei eſſe ſuat, atque virtus labium reflectat, vt quod docendo loquitur, hoc ſub diſcretionis ſpiritu vigilanter operetur.*

Adhærendum ſapientibus, qui agunt de ſapientia & agnitione Dei

Matth.23. v.2.

Bona doctrina recipienda non obſtante doctoris vita mala.

Ezech 40. v.43.

Concionator menſa templi eſt in qua Deus verbi cibum populo apponit.

D.Gregor.

Ideò hanc iecit maledictionem Oſeas cap.9. v.14. in miſtico ſenſu in eos concionatores, qui non zelo animarum, ſed vanè gloriantes prædicant: *Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia.* Sicut enim qui puro zelo gloriæ Dei & ſalutis animarum id faciunt, florent filiorum ſpiritualiũ copia & fructu: itaque qui plauſum lucra aut commoda aucupantur, mox matrix eorum ſterileſcit, & vbera areſcunt, vt nec filios in ſpiritu gignere, ne ſi quos genuerunt alere, & promouerè poſſint. Hoc eſt quod ait Chriſtus Ioann. 15.v.4. *Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo niſi manſerit inuite, ſic nec vos niſi in me manſeritis.* Omnis enim ſuccus, vigorque gratiæ, qua ſpiritualiter viuimus, vegetamur, creſcimus, & fructificamus, deriuatur à Chriſto quaſi à radice & humo. Præclarè S.Bernard. ſerm.51. in Cant. *In gratitudo*, inquit, *inimica eſt animæ ex inanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio, ingratitudo ventris vrens ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ.*

Oſe.9.v.14

Concionator, qui zelo animarum non prædicat ſterilis manet.

Ioan.15.v.4

D.Bernard.

Quare ergo non legit vulgatus noſter, *& illis ex corde coniungere. Sed ſapientia illorum*, id eſt, doctrinæ

ctrinæ eorum adhærere ex animo oportet? qui quamuis presbyteri, quamuis ſeniores, quamuis ſapientes, poteſt in eis deprauatio morum inueniri, quos imitari non licet, ſed vt dixit Chriſtus Dominus quæ dixerint ſeruare, & facere, ſed ſecundum aliam tranſlationem nos admonet ſapientibus coniungere, & adhærere, q.d. Cum ſapientiam inueneris, qui verbo & operè te inſtituere, & docere poſſit, illum ſequere, ei adiunge, & adhære, & ab eo diſce doctrinam. Dixit Lactantius lib.1. de diuin. inſtit. cap.2. *Non ergo pigeat ad percipiendam ſapientiæ diſciplinam audiendi, vel legendi patientiam commodare.*

Sapientibus, nobis coniungendũ eſt

Lactantius.

Ratio quere cupidus ſapientiæ ſapientibus
154. coniungere debet eſt: *Vt omnem narrationem Dei poſſis audire*, vel *narrationem* omnem *diuinam* velis *audire.* Docet ex prudentibus & ſenioribus non tam quærendum quid illi ſentiant, aut inuenerint ſuo ingenio, quamquid proferant ex narrationibus diuinis, hoc eſt, quod verbo Dei ſiue ſcripto, ſiue non ſcripto ſit conformè. nec vnum & aliud dogma ſacrum dicendum vult, ſed omnem narrationem diuinam, omnemque doctrinam grauem & laude dignam, prætermiſſis ſcilicet, quæ ad impietatem non pertinent. Sic explicat Ianſenius. vocat *narrationem Dei* vel *diuinam*, doctrinam à Deo reuelatam, per prophetas vel ab ipſo communicatam ſapientibus, vt doceant populum Dei. Doctrina enim, quæ ex ore hominum procedit ad delectationem audientium, & non ad ſpiritualem vtilitatem audienda non eſt. Quare Apoſtolus dixit Timotheo diſcipulo chariſſimo 2.Timot.4.v.3. *Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacerùabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Talium magiſtrorum doctrina fugienda eſt, quia narratio Dei non eſt, ſed narratio hominum, qui non vtilitatem ſpiritus intendunt, ſed ſuam propriam vtilitatem. Præcipua Dei narratio, quam auſcultare debemus, Euangelium Chriſti eſt, in quo verba diuina, diuinam voluntatem manifeſtantia proponuntur. Scribens ad Galatas cap.1.v.7.8. *Sunt aliqui*, inquit, *qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti: Sed licet nos, aut Angelus de cælo Euangelizet vobis, præterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit.* Erat enim Euangeliũ, quod Paulus Euangelizauit, vera *narratio Dei*, quam ab ipſo Deo acceperat, vt mundum inſtitueret in lege Euangelica. illiſque, qui hanc narrationem Dei prędicant, adiungere nos, & adhærere ex animo, vel corde, toto ſcilicet affectu, præcipit Eccleſiaſticus. Poteſt etiam *narratio Dei* appellari verbum Dei, vt in ſcriptura Sacra proponitur, & alia monita & conſilia à Deo hominibus incommunem vtilitatem communicata, &c.

Quod proferiur ex diuinis narrationibus à ſapientibus, audiendum eſt nobis.

Ianſenius.

Narratio Dei, quid.

2.Tim.4. v.3.

Doctrina magiſtrorum, qui ſolum puniunt auribus fugienda eſt.

Galat.1.v.7

Euangelium vera narratio Dei.

Illuſtratio tertia.

Tandem: *Et prouerbia laudis.* vocat parabo- 155.
las & doctrinas laudabiles, vel ſententias prouerbiales, quæ magnam efficiunt in omnibus vtilitatem, vel verba notabilia laude digna, & vt explicauit Lyra. vel paræmiæ intelligentiæ, hoc eſt ſcite argutèque ſententiæ ad vitæ inſtitutionem pertinentes, non te fugiant. Tygur. *Nectè recondita prudentiaque dicta fugiant.* Druſ. *Prouerbia intelligentiæ.* Quæ omnia inter ſe conueniunt. in Græco eſt, καὶ παροιμίαι συνέσεως parabolæ intellectus, paremia. parabola eſt, aut prouerbium, vt dixit D. Chryſoſt. ſunt enim paræmiæ cælebres quædam, præſtanteſque ſententiæ in vulgarem, & familiarem vſum deductæ; quæ ab antiquitate, & longo experimento auctoritatem ſibi vendicant. nos vocamus: *Euangelios chiquitos.* Continent enim veritatem iam experimento probatam. D. Ioan. Chryſoſt. prouerbia appellat *cana verba.* non antiquata, ſed antiquitate ſeneſcentia, grauia, & matura. Et quidem id ipſum, quod viro cani & ſenectus afferunt, verbis ex antiquitate accedit, auctoritas videlicet, grauitas, maturitas, pondus. Ex quo fit vt quemadmodum ſenes, grandęuoſque adire ſolemus, vt conſilium ab ipſis petamus; ſic non numquam prouerbia, adagiaq; antiqua adhibenda ſunt in conſilium, quæ canam quamdam, & omni ſenecta grauiorem continent veritatem. *Et prouerbia laudis.* (inquit) *Sirach. non effugiant à te*, id eſt, adagia intellectus, ſcita nimirum, & docta, quæ à ſapientibus audieris, ab ore tuo numquam diſcedant, nos dicimus: *eſtas doctas ſententias nunca ſe te caigan de la boca.* Sed conare eas in promptu habere. Quare dixit Salomon Prou.1.v.6. *Animaduerte parabolam, & interpretationem, verba ſapientum, & ægnimata eorum.* Vide noſtrum Salazar, qui erudite hunc locum explanat. Ergo has laudabiles ſententias habere debemus in promptu ad noſtram vtilitatem. Non effugiant à te, id eſt, *no ſe te caygan de la boca, y del coraçon.* Sed in eis ſemper meditare.

Prouerbia laudis vocãtur parabolæ

Lyra. D.Chryſoſt. *Paremia, quid.*

D.Chryſoſt.

Prouerbia ſunt cana verba ex Chriſto.

Adagia vocantur parabolæ laudis Prou.1.v.6

VERS. XXXVI.

Et ſi videris ſenſatum, euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.

Senſus.

156. Et *ſi videris ſenſatum*, &c. q.d. Non ſolum opto, te in morem diſcipuli audire ſapientes, ſed ad frequentiam eorum te exhortor, quare cum videris aliquem ſapientem, qui virtute & litteris decoratur, & qui magna ornatur prudentia euigila ad illum audiendum, ſummo diluculo ad illum, nec tibi ſit moleſtum ſomnium tuum intercludere, quo illum audias: & gradus, quibus ſcanditur ad oſtia domus eius frequentare non ceſſet, id eſt, frequenter eum adeas, vt ab illo ſapientiam ediſcas, &c.

Nota, & illuſtratio prima.

Et *ſi videris ſenſatum, euigila ad eum.* Hæ omnes ſententiæ commendant nobis conſuetudinem bonorum ac ſapientum virorum, quorum virtus & ſapientia nos poteſt meliores, ac doctiores reddere. Mont. *Virum prudentem.* Tygur. *cor datum.* Druſ. *Intelligentem.* in Græco συνετὸν *Sunetos* enim eſt, qui commiſſus eſt, aut committi, ſeu coire in vnum poteſt. Item qui intelligi poteſt,

συνετὸν quid.

Aul. Gell.

poteſt: Sineſius. *non omnibus nota loquuntur.* Et in Epiſt. Ariſtot. ad Alexandrum, quod libros acroamaticos ediditſſet, dicitur Aulo Gell. interprete: *Neque editos ſcito eſſe, neque non editos, quoniam ijs ſolis qui nos audiunt, cognoſcibiles erunt.* Frequenter hoc verbum capitur actiuè pro intelligens, perſpicax, prudens, iniudicando, vel ſciens, quare optime vulgatus noſter tranſtulit *ſenſatum*, quia hæc omnia comprehendit. quod non modo licet Latinum non ſit, apud nos ſignificat; *Vn hombre cuerdo, atentado, prudente, y ſabio, y que ſiente bien dequalquiera coſa.* Cui quodlibet negotium committi ſecure poteſt, qui cognoſcibilis eſt omnibus, qui eum audiunt, prudens, perſpicax, ſciens, intelligens. Cum igitur talem *videris* nos dicimus: *En teniendo noticia de vn hombre ſemezante, euigila ad eum*, vel *mane ſurge ad eum.* vel *mane ad eum propera, & accedito.* Euigilare ad ſapientem, Hebraica phraſis eſt, tempeſtiuè & feſtinanter, illum adire, non tarde, & ſero, quomodo ſolemus ad ea accurrere, quæ nobis vehementer ſunt cordi.

Senſatus, quis.

Euigilare ad ſapientem quid.

Verbum Hebræum Græco reſpondens eſt שָׁחַר *Sahhar*, quod eſt nigreſcere, nigrum eſſe, denigrare, propriè ab aurora dicitur, quaſi aurorare, ſeu dilucurare dicas, id eſt, ad auroræ exortum, vel mane aliquem adire diſcendi cauſa, itè quærere, vel facere aliquid mane, id eſt, ſtudioſè, diligenter, & cum cura. Sic dicitur Iob 7. v. 21. *Et ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam.* & cap. 8. v. 5. *Tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum*, &c. Iſai. 26. v. 9. *Anima mea deſideraui te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.* Vide multa alia teſtimonia in Pagnini theſauro verbo שָׁחַר. Sed ad intentum extat id Prou. 11. v. 27. *Bene conſurgit diluculo, qui quærit bona.* Sed melius Prou. 8. v. 17. *Et qui mane vigilant ad me.* (inquit ſapientia) *inuenient me.* q.d. Illi, quos amor, & deſiderium ita exacuit, vt cura parandæ, capeſſendæque ſapientiæ ſomnum adimat, & multo mane ſuſcitet, ad operas, hi profectò tandem aliquando incident in me, his egomet ipſa occurram, obuiamque procedam. illi autem mane vigilare dicuntur, qui anticipant veſtigandæ ſapientiæ curam, qui ab adoleſcentia accuratam illi diligentiam nauant, & non differunt in ſenectam. Ergo ait Sirach, cum inueneris *ſenſatum*, qui ſapientia & prudentia præditus ſit, *euigila ad eum*, cura illius inueniendi adimat tibi ſomnium, ſuſcitare te oportet, & ſummo mane illum ediſcendi cauſa adire, vt ex illo ſapientiam haurias, & litteras auidè arripias. Feſtina, propera, matura tempus, vt fructus ſapientiæ abunde percipias.

Prou. 11. v. 27.

Prou 8. v. 17

Qui euigilare dicatur.

Cum intenditur ſenſatus & ſapiens euigilandum ad eum.

Nota, & illuſtratio ſecunda.

157. *Gradus oſtiorum ſapientis attendendus pediſſus.*

ET *gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.* Tygur. *Et pes tuus limina forium eiuſdem atterat.* Sic Druſ. qui ſecuti ſunt eos, qui βαθμὸς interpretantur dicentes ſignificare idem cum ὁδὸς, id eſt, limen, alioquin gradus ſiue ſcalas denotat. Lexicon Heſichij βαθμοι ἴχνη. Senſus ergo: veſtigia viarum vel tramitum eius exterat pes tuus. Simile eſt id Prou. 8. v. 32. *Beati, qui cuſtodiunt vias meas.* id eſt, documenta & monita, quæ ego trado, licet metaphoram ſequatur illorum, qui ita frequentant domum magiſtri, vt numquam ab illius via diſcedat. Sed hoc hemiſtichium optime illuſtratur verſ. 24. huius cap. 8. Prou. *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes Oſtij mei.* LXX. *vigilans ad fores meas quotidie ſeruans limina meorum introituum.* Loquitur cum ijs, qui ſummo mane ad ſapientiam quærendam euigilat, hoc eſt, qui diligentiſſime illam veſtigat, vel qui annos iuuentutis captat, & in his ſapientiæ atque honeſtati veſtigandę ſe totum dedit. Nam adoleſcentia eſt matutinum vitæ tempus. Quod autem adnectit: *Et obſeruat ad poſtes Oſtij mei.* Beda, & Caietan. poſtes oſtiorum ſapientiæ docent eſſe doctores: per hos enim quaſi per limina ad ſapientiam penetrant quotquot penetrant. Concinit Hugo, qui eiuſmodi doctores haud diſſimiles eſſe dicit Mardocheo, de quo ſcribitur Eſth. 2. v. 19. *Mardocheus manebat ad ianuam regis*; hi ſunt, quibus claues ſapientiæ commiſſæ ſunt, & ianitores illius exiſtunt, quorum eſt imperitos, & ſimplices ad penetralia illius introducere, &c.

Prou. 8. v. 34. *Beatus homo, qui vigilat ad fores oſtij ſapientiæ.*

Adoleſcentia matutinum vitæ tempus. Beda. Caietan. Hugo.

Eſth. 2. v. 19 *Doctores ſimiles Mardochæo.*

158. *Verbum exterere quid.*

Hæc frequentatio liminum domus ſapientis, & graduum ſcalarum eius optime declaratur à Siracide, cum ait, *euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.* Verbum *exterere* ſignificat terendo minuere, *gaſtar vſando.* Cum aliquis ita frequentat, id eſt, aſſidue adit aliquem locum, & in eo frequens eſt, dicimus de eo Hiſpanè: *y a tiene de ſempeorada la calle*, id eſt, ita aſſiduus eſt interendo viam, vt videatur, callem pedibus ex cauaſſe. Vt ergo Eccleſiaſticus ſtudioſum & cupidum ſapientiæ exhortetur ad frequentandam ſapientis domum, vt ſapientiam ediſcat, inquit; *& gradus oſtiorum*, &c. Palacius. ex libris Ciceronis colligas morem fuiſſe Romanis, filios mittere ad domos ſenum grauium, atque nobilium, vt ex eorum conuictu, & verbis Romanos mores in ſua puritate combiberent. Idem auctor noſter mandat ei, qui ſapientiam requiret, vt ſcilicet tã frequenter adeat limina ſenis cordati ac ſapiẽtis, vt terat ea, atque pedibus abſumat. Sic dicitur Dan. 13. verſ. 6. de illis ſenioribus, qui Suſannam accuſarunt. *Iſti frequentabant domum Ioachim, & veniebant ad eos omnes, qui habebant iudicia.* id eſt, iſti ſeniores, vt aures darent diſceptantium cauſis & populo querelis, Ioachimi domum, vtpote publicis curis opportunam frequenter obibant, ad quos quibus aliquid erat controuerſum iudicioque ſtudebant diſceptari legitimo, de more confluebant; ſic debent ſapientiæ ſtudioſi domum ſapientis atque ſenſati frequentare, & aſſiduus eſſe, vt audiant, quæ decent ſanam & veram doctrinam, &c.

Mos Romanorum mittere filios ad domos ſenũ. Palacius.

Dan. 13. v. 6

Domus Ioachim locus erat ad diſceptandas cauſas.

Audiamus tandem D. Paulinum hunc locum explicantem Epiſt. 4. ad ſuſpicium: *Omnia*, inquit, *in Chriſto ſapientis limina, vt iuſſum eſt, exterentes, vbiq; captemus cibum vitæ, vbique aucupemur verbum Dei, de omnium fidelium ore pendeamus, quia in omnem fidelem ſpiritus Dei ſpirat, & neceſſe eſt, à minimo Dei ſeruo vel guttam cœleſtis ſapientiæ diſtillare, quæ ariditatem mei cordis inroret, & mihi ſupra huius ſeculi ſapientum flumina ad portum vtilitatis exuberet; quia malo quinque verba loqui in lege, quam multa millia in lingua: Sicut vnam diem in atrijs domini viuere, quam millia in tabernaculis peccatorum*, &c.

D. Paulin. *Ad limina Chriſti ad eundum, &c.*

VERS.

VERS. XXXVII.

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime aſſiduus eſto: Et ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi.

Senſus.

COgitatum tuũ habe, &c. q.d. Quia non ſat eſt tibi doctrinã à magiſtris auſcultare, niſi quæ audiſti, rumines, cogites, mediteris, quod idem eſt ac dicere: *no baſta oyr la lecion, ſi deſpues no ſe repaſſa paraque ſe que de en la memoria.* Ideò hoc quartum tibi conſilium ſubijcio, vt perfectè, & perſeueranter cogitatione & meditatione tua præcepta & mandata Dei perpendas, & aſſiduè, id eſt, ſemper mediteris. Quod ſi feceris, & quæ tibi ſua ſi ſeruaueris, gratiæ Dei tibi promiſſio adijcietur, qua quæ dixi confirmentur. Ergo ſi hæc præſtes ipſe dabit tibi cor, hoc eſt ſapientiam: & dabitur tibi concupiſcentia ſapientiæ, feruentior ſcilicet, plenior, qua iam omni tædio & moleſtia, quæ in principio ſentiebatur, ſuperaris, ardentius ſapientiam deſideres, &c.

Illuſtratio prima.

159. *Cogitatus habendus præceptis Dei.*

COgitatum tuum habe in præceptis Dei, id eſt, *cogita conſummatè* vel vt Tygur. *Exactè perpende. Cogitatum habere*, idem eſt, ac dicere: *lleuarſe todo el penſamiento, no penſar otra coſa*, præcepta enim Domini diſtinere debent omnem noſtram cogitationem, & ſenſum. num quam à meditatione præceptorum vacare debemus, vt illa exacte & conſummatè impleamus. Raban. optimè explicat hunc locum dicens: *Merito illi dabitur cordis purus intellectus, & ſapientiæ diuinæ amor ſaluberrimus, qui cogitationes ſuas temperat ſecundùm præcepta altiſſimi; & ea meditatur, aſſiduè, quæ legi Dei concordant doctrinæ, ipſaque opera ſtudet implere, quæ nouit ſuo conditori omni modo placere.* Dionyſ. ea recolendo, & qualiter ea obſerues ſollicitè conſiderando. quod enim ex corde diligimus, in animo frequenter reuoluimus, & in noſtra cogitatione exacte perpendimus. *Beatus vir* (inquit rex pſaltes Pſalm. 1. v. 2.) *qui in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur diè ac nocte.* Vocat voluntatem propenſionem animi & affectum, quo iuſtus in legem Domini proſequitur, illam enim tamquam rem ſibi chariſſimam adamat, & illi totus eſt deditus. Meditari ad animum pertinet, cum aliquid comminiſcimur, & ex animo voluimus, itaque eſt, q.d. Felix ille, qui propenſione animi, & affectu adamat legem Dei, & ſicut qui rem aliquam diligit, aſſidue illam reuoluit animo, ſic qui legem, & præcepta Domini diligit, ea diu noctuque meditatur, nihil aliud cogitat, nec alias res agit, nec ad alias agendas diuagatur, ſed totus eſt in præceptis Dei intentus, & occupatus.

Raban.

Dionyſ.

Pſal. 1. v. 2.

Beatus vir, qui in lege Domini meditatur die, ac nocte.

Non recedendum volumen legis ab ore iuſti, ſed meditandum in ea. Ioſ. 1. v. 8.

Reſpexit vates Dauid ad id Joſ. 1. v. 8. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.* dixit, *ex ore.* quia eam actionem qua exterius à beſtijs differimus maxime, ſignificauit omni ſtudio conformandam, & è diuinæ legis præſcripto moderandam. Secundo voluit etiam Dominus indicatum oportere in corde legem ſuam eſſe penitus affixam, & impreſſam. *Sed meditaberis*, &c. Finis, ad quem perpetuum diuini voluminis in ore domicilium, & nocturna diuinaque aſſidua eius meditatio referri debet, hic proponitur, qui profecto eſt, vt ſecundum illius præcepta viuatur, ad eius amuſſim diligenter & accurate, facta, dictaque & cogitata omnia dirigantur: *non enim* (inquit Paul. Rom. 2. v. 13.) *auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.* Quare inquit Sirach: *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei.* Quam legis meditationem confirmat particula addita ab originali, ſcilicet, *exactè, conſummatè*, id eſt perfectè, non per tranſcurſum, ſed profunda mentis cogitatione illam perpende, & meditare, &c.

Non auditores legis iuſti ſunt, ſed factores. Rom. 2. v. 13

Illuſtratio ſecunda.

160. *Mandata Dei opere exequenda.*

ET *in mandatis illius maxime aſſiduus eſto.* Prius exhortatur ad exactam diuinæ legis meditationem, nunc autem ad ea opere exequendam inuitat. *Aſſiduum eſſe in mandatis Domini* non ſolum ſignificat continuam eorum meditationem, ſed etiam aſſiduam obſeruationem, vt dixit Moyſes ad Ioſue. ea ratio eſt quare præcepit Dominus ea ligare in brachijs, vt dicitur Deut. 6. v. 6. *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo.* Deut. 6. v. 6 *Narrabis ea filijs tuis, & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens: & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua*, &c. Loco illius, *& narrabis*, eſt in Hebræo. *& agues*, id eſt, vt Vatab. explicat, iterabis, & reuolues, reperes hæc mea præcepta filijs tuis. Inſuper ſumitur metaphora ducta à gladio, qui dum acuitur, ſæpius impellitur ad cotem. Significat ergo crebro, & continuo reuoluenda, & explicanda, & inculcanda filijs Dei præcepta, vt & ipſi acuantur, & incitentur ad ea cognoſcenda, & exequenda, & illa ligatio legis ad manum, denotat eius executionem. Quia manus opera ſignificant. Ergo *in mandatis legis aſſiduus eſto*, id eſt, aſſiduè cogita illa, vt opere illa exequaris, &c.

Vatablus.

Continuo reuoluenda Dei præcepta ad cognoſcenda.

Prou. 6. v. 21. Hoc confirmatur. *Liga ea* (præcepta) *in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo. Cum ambulaueris gradiantur tecum, cum dormieris cuſtodiant te, & euigilans loquere cum eis*, &c. q.d. Hæc præcepta mea quaſi in bulla deſcripta aut inciſa geſtato. Sic enim geſtari ſolent ea, quæ maxime cordi ſunt; & circumda tamquam torquem gutturi tuo, quotieſcumque greſſus moueris ipſa tibi ducatum præbeant, ac te à recta via exorbitare non patiantur. Cum dormieris, &c. Id eſt, hæc paterna præcepta in memoria tamquam in arce collocata, vt ſi forte ſomno preſſum atque iacentem hoſtis inuaſerit, ipſa omnes animi tui vires euocent, ac vigiles promptaſque ad repugnandum reddant. & familiariter age cum illis, & cũ ſommum abieceris, hæc documenta tracta & retracta. Vide quæ diximus ſupra cap. 3. verſ. 22. num. 51. *aſſiduus* indicat hanc ligationem in corde, & gutture, &c. q.d. Mandata Dei, & ſapientiæ tracta, & retracta in cogitatione, & in

161. Prou. 6. v. 21. *Ligare præcepta Dei in corde iugiter, quid.*

Præcepta Dei in memoria tamquam in arce collocanda.

execu-

executione, vt *assiduus* sis in eis tamquam qui ea frequenter meditatur, &c.

162 *Sine gratia nihil prosunt omnia.*

Et ipse dabit tibi cor. propriè Montan. *Et ipse firmabit cor tuum*, vel *confirmabit*. adijcitur gratiæ diuinæ promissio, qua confirmatur quod superius dixit, per requisita illa media sapientiam obtinendam, docens tamen præter illa adhuc opus esse Dei gratia, sine qua nihil prosint illa omnia. Si, inquit, hæc præstes *ipse dabit tibi cor*, Jansenius id est, *sapientiam*. Dionys. *Cordis illuminationem*. Hugo, id est, puri cordis *intelligentiam*. Lyra. *intelligendi scilicet & operandi*. Quæ omnia in idem recidunt. Nam per *cor* sapientia, & cordis intelligentia, seu illuminatio intelligitur. Probat hæc petitio Salomonis cum à Deo postulauit sapientiam : *Dabis*, (inquit, 3.Reg.3. v.9.) *ergo seruo tuo cor docile*, &c. Id est, cor aptũ ad suscipiendam disciplinam, & Abulens. vult, habere cor docile, vel vt ex Heb. legitur, *cor audiens*, accipitur pro docto: quia non solũ volebat Salomon habere aptitudinem ingenij ad hoc quod susciperet disciplinam; sed volebat habere cor actualiter doctum & sapiens, vt posset ex tunc iudicia prudentissima dare. Noster Serarius: vt scilicet libenter & doceretur, seu audiret, & rectè doceret, seu audiretur: audiret inquam spiritum Sanctum, sacerdotes, prophetas, consiliarios, actores, & reos. Vnde postea dicitur sapientia seu intelligentia ad audiendum iudicium. Cor verò promente ponitur vt Ierem. 5. v.21.23. Postulabat ergo *cor docile*, id est, sapientiam & intelligentiam, mentem scilicet illuminatam, vt posset iusta iudicia iudicare. Confirmant hanc explicationem lectiones Complutensium, Tygur. & Drusij nam *firmare*, vel *confirmare* cor, cum promittitur sapientia, idem est, ac præparare cor, vel componere ad recipiendam sapientiam. Job 11.v.13. dicitur : *Tu autem firmasti cor tuum*. Pagnin. *Si præparaueris cor tuum*. Tygur. *Si cor tuum rectè compones*. LXX. *Si tu mundum posuisti cor tuum*. q. d. Cum firmiter apud te statueris Deo supplicare, oportebit etiam te ante actæ vitæ pœnitere. Item *firmare*, aut disponere cor; quid. nere. *Cor*, est mentem aut animum, aut conscientiam Deo quodammodo ostendere, atque offerre, & in bono stabilire. Igitur cum ait Sirach. *Et ipse firmabit cor tuum*. est, q.d. Deus mentem tuam, & animum præparabit, & componet, & cor tuum mundum ponet, vt sapientiam recipias, & puri cordis intelligentiam, & illuminationem tibi præstet. Vide quæ diximus ad cap.2. v.10. *Et illuminabuntur corda vestra*.

Ianſen. Dionyſ. Lyra. *Per cor ſapientia intelligitur.*

3.Reg.3.v.9 Abulenſis. *Cor docile idem, quod audiens & accipitur pro docto.*

Serarius.

Poſtulare cor docile eſt ſapientiam, & intelligentiã petere.

Iob 11.v.13

Firmare, aut diſponere cor; quid.

Illustratio tertia.

163. *Studioſus ſapientiæ illã conſequetur.*

TAndem : *Et concupiſcentia dabitur tibi* : Clarius Tygur. *Et quam deſideras, ſapientia tibi dabitur.* Si de ſapientia vt ſic intelliginus, promittit Sirach. conſecuturum cupidum & ſtudioſum ſapientiæ, ipſam ſapientiam quam deſiderat, & concupiſcit, quia ſapientia talis eſt, vt concupiſcentiam ſui ſemper excitet: & ideò inferius. cap.24.v.29. inquit : *Qui edunt me, adhuc eſurient: Et qui bibunt me adhuc ſitient.* Si autem de ſapientia concupita, coincidit cum eo Prou.2.v.3.vbi etiã ex Dei dono promittitur ſapientia amanti eam, & ex amore eam ſerio ac diligenter quærenti : *Si enim* (inquit Salomon) *ſapientiã inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ : ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam : tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies : quia Dominus dat ſapientiam ; & ex ore eius ſapientia & ſcientia.* Porro Jacob Ep. canon. cap.1.v.5. docet nos concupiſcentiam ſapientiæ, cum exhortatur ad eam poſtulandam à Deo : *Si quis autem veſtrum*, inquit, *indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* Donum enim Dei eſt concupitam ſapientiam adipiſci, ideò neceſſe eſt, vt eam à Domino poſtulemus, vt affluenter detur nobis. *Dabitur tibi* [inquit Sirach] id eſt, vt explicat Dionyſ. infundetur tibi à Deo, vel concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi, id eſt, incrementum & feruor concupiſcentiæ huius puræ, ita quod magis ac magis [verba ſunt Dionyſij] ad ſapientiam & eius profectum, guſtum, ac perfectionem afficieris. Nempe quanto quis magis proficit in ſapientia, atque virtutibus. tanto plus ac feruentius cupit in eis proficere, &c.

Eccleſ.14 v.29. Prou.2.v.3

Poſtulanda ſapientia à Deo, qui dat affluenter. Iac.1.v.5.

Dionyſ.



CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

1. Oli facere mala, & non te apprehendent. 2. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. 3. Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. 4 Noli quærere à domino ducatum, neque à rege cathedram honoris. 5. Non te iustifices ante Deũ, quoniam agnitor cordis ipse est : & pones regẽ noli velle videri sapiens. 6 Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. 7. Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populũ. 8. Neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. 9. Noli esse pusillanimis in animo tuo 10. Exorare, & facere eleëmosynam ne despicias. 11. Ne dicas : In multitudine munerum meorũ respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. 12. Non irrideas hominem in amaritudine animæ : est enim qui humiliat & exaltat, circumspector Deus. 13. Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum : neque in amicum similiter facias. 14. Noli velle mentiri omne mendacium : assiduitas enim illius non est bona. 15. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua. 16. Non oderis laboriosã opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. 17. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. 18. Memento iræ, quoniam non tardabit. 19. Humilia valdè spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. 20. Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreueris. 21. Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum. 22. Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. 23. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, nõ defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum. 24. Pecora tibi sunt? attende illis : & si sunt vtilia, perseuerent apud te. 25. Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à puericia illorum. 26. Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. 27. Trade filiam, &

grande opus feceris, & homini sensato da illam. 28. Mulier si est tibi secundùm animam tuam, non proijcias illam: & odibili non credas te. In toto corde tuo. 29. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. 30. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi. 31. In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica. 32. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas. 33. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes & propurga te cum brachijs. 34. Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis, & de negligentia tua purga te cum paucis. 35. Datum brachiorum tuorum & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum. 36. Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua. 37. Gratia dati in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. 38. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. 39. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. 40. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Argumentum Capitis septimi.

Caput hoc plenum est salutaribus præceptis ad communem vitam pertinentibus. Præcipue docet à malis abstinendum, insuper vetat ambitionem, præsumptionem, pusillanimitatem, mendacium, verbositatem coram presbyteris, & præsumptionem in oblationibus. Deinde laudat vsum agriculturæ, & bonam mulierem, & seruum frugi. Monet vt parentes filios erudiant, & filias edocent & filij honorent parentes, & Deum ac sacerdotes illius honorent. Tandem hortatur ad opera misericordiæ, & ad memoriam nouissimorum.

VERS. I.

Noli facere mala, & non te apprehendent.

Sensus.

NOli facere, &c. q. d. Inprimis hortor te, ô fili, ne aliquod malum culpæ committas, si malum pœnæ voluerjs effugere, quia cum certum sit illud tritum prouerbium: Nisi essent peccata, non essent flagella. Si aliquid mali culpæ perpetraueris, non in tuis calamitatibus quæ peccatis debentur querelas moueas, agnosce enim peccata, eas quasi proprias attrahere, &c.

Notæ.

COmplutenses ad verbum *apprehendent* addunt iterum *mala*. vbi si in primo membro intelliguntur mala culpæ, in secundo denotantur mala pœnæ, nam licet in vtroque idem verbum Græcum ponatur, sed distincta significatione. Verbum est, κακὰ quod præcipue significat malum culpæ, vt Thucyd: κακὸν ποιεῖν. Scelus admitto. & Homerus Odyss. ὀ, τον τοι κακὸν aliqui interpretantur peccatū. Simul etiam κακὸν. Significat malum: præsertim, vsitatus est pluralis, & significat, mala, calamitates, ærumnas, κακία est vitium, malitia, vitiositas, scelus, maleficium, & tandem miseriam. Itaque cum ait Sirach. *Noli facere mala*. loquitur de malis culpæ, id est, noli committere peccata vel scelera, & mala pœnæ, id est, calamitates, miseriæ, & ærumnæ non te comprehendent. Quasi miseriæ & calamitates inuentæ sint ad flagella peccatorum; peccata enim ærumnæ, &c. Dixit enim Plutar. de vtil. cap. ab mim. *Mala vita ad se trahit conuitia.*

Mala vita ad se trahit conuitia.

Prima illustratio.

2. *Non facienda mala, vt non apprehendant facientem illa. Gen 4. v. 7.*

NOli facere mala, & non te apprehendent. Hæc sententia apprimè illustratur ex eo Gen. 4. v. 7. vbi contra reprobum Cain hæc sententia pronuntiata est: *Nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim in foribus peccatum aderit.* q. d. An non si animi sinceritate selectissima munera offeras sicut Abel, eamdem, quam ille benevolentiam experieris? absumam illico tuam victimam, atque interno insuper gaudebis præmio, &c. sin autem, si fratrem, vt male cœpisti; inuidia, odioque insecteris, aut in tuis oblationibus auaritiam istam tuam, atque impietatem exhibueris? scies tibi malum istud euenturum, nempe actatum delicti admissi pœna, te dies noctesque immani quadam carnificina lancinabit. aderit enim conscientia criminis; & suo tuam mentem satellitio circumsedebit, supplicium à te patrati sceletis exposcens. Tamquam cerberus pro foribus excubans animæ oblatrabit, dentes exeret, morsum minabitur; at tu miser nec intus in mentis secessum ingredi, nec foras egredi poteris; quin in tuorum facinorum furiales pœnas ineidas. Sumitur hic *peccatum* pro pœna peccati, nimirum pro conscientiæ flagello, & pro calamitate & ærumna peccatum comitante. D. Hieronym. vocat peccatum ianitorem vitiosæ mentis: *Quod si male egeris* (inquit) illico *peccatum* ante vestibulum tuum sedebit, & tali ianitore comitaberis.

Peccatum pro pœna peccati. D. Hieron

Peccatum contractum fores obsidet peccatoris.

Ergo peccatum vbi contrahitur fores obsidet peccatoris, atque inconditis clamoribus, Deum obtestatur vindicem, ac iudicem, pœnasque huius vitæ atque gehennæ sempiternas accersit. Sic ait Siracides, illum qui peccata commisit, mala pœnæ comprehendere. non solum sicut canis ad fores domus assidēs ad mordendum peccatorum, quod indicat verbum *apprehendere*, id est, mala pœnæ tamquam cerberus te apprehendent, si mala culpæ commiseris. Ruisus pœna tamquam ianitor sedet ante vestibulum animæ, vt te comitetur & ianuas mortis & supplicij tibi aperiat. & tandem suis clamoribus obtestatur Deum iudicem & vindicem tuorum scelerum, vt æternas luas in gehennæ supplicio acerbiores pœnas, &c.

Pœna vt ianitor sedet ante vestibulum animæ.

3. *Custodes domorum lares antiqui vocabant. Plutarchus.*

Huc pertinet illud quod quærit Plutarchus in Problem. probl. 50. agens de laribus, quos custodes domorum antiqui vocabant & Dij domestici vocati sunt. *Cur laribus, quos proprie præsides vocant, canis assistit, ipsi autem canum pellibus vestiuntur?* Cum respondisset esse domus custodes, subijcit. *An illud verius est quod à quibusdam Romanis dicitur, & Chrysippus, opinatur, dæmonia quædam mala circumire, quibus dij quasi carnificibus & scelerum vltoribus aduersus iniustos & impios vtuntur? Si lares furiales quidam sunt, & pœnarum exactores, vltrices & operationum speculatores. Idcirco enim sit vt canibus pellibus induantur. Quibus & canis ideò assidet, quod ad inuestiganda scelera, & vlciscendo improbos, sagaces sint.* Idem dicimus de peccatis, quorum pœnæ canum instar assident ad fores cordis, vt in vestigando scelus, improbum vlciscatur, &c.

Lares vltrices scelerum vltores.

Supplicium canis instar impedit hominem, ne eidem ingrediatur.

Quid si dicamus supplicium canis instar impedire hominem, ne portam cæli ingrediatur, quam clausam Ianus diuinus habet, & nisi ipse aperiat illam semper peccatori obseratam esse. Janum dicunt esse solem, ideoque geminum, quasi vtriusque ianuæ, cælestis potentem, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Sic Deus diuinus sol, vel ianitor, est, qui claues mortis & vitæ tamquam cæli sui ianitor seruat, cum homo in peccatum labitur, quasi occidit Sol, & se abdit obserans cæli portam, ne peccator ingrediatur: cum autem ad gratiæ lumen redit, tunc quasi ianuam cæli patefaciens diuinus ianitor homini potestatem præbet introeundi in cælum. Ergo clausa ianua est, dum in peccato perseuerat, &c.

Deus diuinus ianitor cæli.

2. Probatur nostra sententia ex eo Psalm. 9. v. 17. *Cognoscetur Dominus iudicia faciens: In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.* q. d. Hoc iudicio facto, & vindicta de impia gente sumpta cognoscetur Dominus, quod iudex & arbiter sit omnium, & digna pro meritis cuique rependeat præmia. Opera manuum impij dicit interitum, quem fecerat, & laqueum quem absconderat. Ergo comprehenditur impius ab interitu & laqueo, id est, interitus & laqueus, quo flagella & ærumnæ, & calamitates significantur, comprehendunt peccatorem, id est, peccatum committentem. Sunt enim miseriæ & calamitates quasi accensi, vel lictores, vulgo *alguazziles*, vel ministri Dei, qui peccatorem mala culpæ committentem capiunt, & comprehendunt, & imperante diuino iudice, illi manum injiciunt, vt in æternum carcerem detrudant, vbi pœnas suorum scelerum dignas luant. Verbum enim *apprehendendi*, quo vsus est Sirach, proprium est accensorum, qui sicut antiqui accensi vocabant quem magistratus, cui apparebat, iubebat: Sic hi lictores apprehendunt eum, quem diuinus iudex iubet vocare vt iudicetur, &c.

Psalm. 9. v. 17. *Deus est iudex, & arbiter omnium.*

Miseriæ, & calamitates, quasi lictores

Peregre profectus fuerat ille filius iunior, qui Luc. 15. *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* Et cum omnia bona misere dispendisset, facta fame in tota illa regione, ipse cœpit egere, & decreuit se vni ciuium regionis illius iocare, & adhærere, vt pascendi porcos munus exerceret; cumque misere fame pene conficeretur, implere enim ventrem suum desiderijs, quas porci manducabant, cupiebat, & nemo illi dabat. *In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Luc. 15. v. 17. Quis igitur effecit, hunc adolescentem fame pene confectum ac perditum ad domum paternam redire? Quis nisi fames, nuditas, paupertas, & calamitas? hi enim dictores erant diuinæ misericordiæ, quibus imperauit, vt ipsi manus injicerent, & in domum patris introducerent? nam post vitam luxuriantem, iniquitatibus fœdatam, maculis peccatorum aspersam, & contaminatam, misit Deus hos lictores, & accensos, scilicet famem, inopiam, nuditatem, vt manum injicientes apprehenderent ad deducendum in paternam domum, qui lictores diuinum iussum sunt executi. D. Petrus Chrysolog. serm. 1. hoc quodam modo confirmauit, cum dixit: *luxuriæ, ventri, gulæ, fames tortor apponitur, vt ibi vltrix pœna sæuiat, vbi pœnalis reatus exarserat.* quid torror, nisi lictor, seu accensus, quia sua comprehensione delinquentem cruciat? pende illud, *vt ibi*, scilicet contra illum, qui reatu pœnali exardescit, id est, culpam committit, vltrix pœna sæuit. quod idem est, ac mala pœnæ malum culpæ committentem

4. Luc. 15. *Filius prodigus bona dissipauit.*

Luc. 15. v. 17 *Filium perditum fames, & paupertas apprehenderunt.*

D. P. Chrysol.

Contra eum qui culpam commisit vltrix pœna sæuit.

tentem comprehendere, vt pœnas luat &c. verbum Græcũ καταλαβῇ, à verbo καταλαμβάνω, significat comprehendere, vel assequi cursu, & detinere sunt enim calamitates & flagella veluti assecutores eorum, qui mala culpæ perpetrarunt, illos assecuntur cursu, vt apprehendant, &c. quare ait Sirach. *Noli facere* mala: & te non apprehendent; te cursu mala pœnæ non assequentur, vt te comprehendant, si mala culpæ non commiseris, &c.

Illustratio secunda.

5 *Explicatio Dionysij.*

NOli facere mala, &c. Dionys. explicat. *Non te apprehendent iugo sui infælicis obsequij.* Statim enim vt quis vt ens libertate, illam amittit per peccatum commissum, apprehenditur iugo pœnæ, cui infeliciter obsequatur. Quid infælicius quam libertatem prodigere, & redigi ad obsequendum calamitatibus, quæ flagella peccatorum sunt? ideo interpretatur Iansen. vis liber esse à malis? noli facere mala iuxta vulgare prouerbium: Non essent plagæ, si non essent peccata, & ait hanc sententiam illi Saluatoris respondere. Matt. 7. v. 2. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* id est, iuxta peccati mensuram, erit castigationis mensura, & modus. metitur enim Deus grauitatem pœnæ, & flagellationis iuxta mensuram grauitatis peccati, vt pœna respondeat culpæ. ideo querebatur Job de mensura calamitatum, quas patiebatur, grauitati culpæ non respondente, cũ aiebat c. 6. v. 2. 3. *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera. Quasi arena maris hæc grauior appareret,* &c. q. d. optarem sane vt si quæ vnquam admisi errata, quibus diuini numinis indignationem aduersum me commerui, nunc cum grauitate simul meorum cruciatuum æquis lancibus expenderentur, vt cum omnibus perspectum esset Calamitates meas præponderare, non secus quam ingentem arenæ maris cumulum compositum cum re leuissima: nemini iam dubium esset, quæ patior non esse meorum scelerum supplicia, &c. Ex quo constat, si cuicumque peccato grauissima ex Dei lege constitueretur pœna, iniusta non esset, punit etiam citra condignum; tamen iam communi prouidentiæ & iustitiæ lege, non constituit Deus grauissima supplicia erratis leuissimis, & optime queritur Iob supplicia & pœnas, quas patiebatur, non æque peccatis Leuissimis suis respondere, &c. Certum est enim metiri Deum castigationem, & malorum apprehensionem iuxta mensuram & grauitatem culparum, &c.

Iansenius. — Non essent plagæ, si non essent peccata. — Matth. 7. v. 2. — Iob 6. v. 2. 3. — Deus punit citra condignum.

Tandem Dauid loquens cum Deo Psal. 17. v. 27. *Cum peruerso (ait) peruerteris.* peruersum vocat, 6
qui longe alia reddit Deo, quam quæ pro acceptis beneficijs debet, ingratum, beneficiorum immemorem, vt erat populus Israel Deut. 32. v. 5. 6. *Generatio praua atque peruersa,* &c. Cum hoc igitur peruerso, tu domine Deus peruerteris; quid est *peruerteris?* longe alium te ostendes; quam ille putat, atque sperat: illius spem opinionemque frustraberis, & alium te exhibebis, quam antea te ostenderas: prius enim beneficia in illum contuleras multa & maxima, ille peruerti maluit, non ea cognoscens, nec tibi gratias agens, consequenter & tu peruerteris; quia mutas gubernandi rationem, & quem beneficijs prius cumulaueras, illi mutato ordine pœnas, & supplicia, vt mereretur infliges. Ideo Ecclesiasticus sciens hanc esse Dei conditionem, scilicet mala pœnæ in illum immittere, qui mala culpæ patrauerit, id est, peruerti, cum peruerso, vt diximus ideo exhortatur omnes ad mala culpæ vitanda, ne eos mala pœnæ comprehendant, &c.

Psal. 17. v. 27. — Quis vocatur peruersus. — Deum peruerti quid.

VERS. II.

Discede ab iniquo & deficient mala abs te.

Sensus.

DIscede, &c. q. d. Idem iterum consilium tibi commendo, hoc est, vt ab re iniqua patranda abstineas, si vis mala abs te discedere vel consortium iniqui hominis, & diaboli declinare stude, vt facile possis non solum à vitijs & peccatis, sed à vindicta illorum liberari & eripi, &c.

Nota & Illustratio prima.

7 PRo *mala* in Græco est, ἁμαρτία, id est peccatum quæ dictio sumpta fuit ex Complut. Nam in Aldo & Basil. & LXX. desideratur, poterat enim legi. *Discede ab iniquo & abscedet abs te.* videlicet τὸ ἄδικον, id est, iniquum, vbi certum est, ibi *mala* pro peccatis sumi. Prima huius loci interpretatio, quam sequuntur Iansen. & Palacius, & approbat noster Eman. Sâ. est illud *ab iniquo*, significare idem quod à re iniqua, & *mala* denotare mala pœnæ, vt sit præcedentis sententiæ repetitio q. d. si volueris mala pœnæ abs se deficere, vel declinare à re iniquia quale est peccatum discedere, & abstinere oportet. Cuius sensus illustratio cum superioris sententiæ illustratione congruit, quam repetere super fluum erit. vide Leuitici 28. v. 21. & sap. 11. v. 7.

Ians. Palac. Eman Sâ. — Malum denotat hic, malum pœnæ.

Secunda interpretatio, quam idem Iansen. approbat, & sequũtur Hugo Cardin. & Dionys. Cart. est, vt loquatur sapiens de vitando malorum consortio, siue sit diaboli, siue hominis iniqui q. d. si ab iniquo homine discesseris, & ab illius consortio abstinueris, *mala,* id est, peccata, & scelera longe aberunt à te, hoc est, deficient, & fugient à te. Hic sensus potest confirmari ex eo Ps. 17. v. 27. quod in præcedenti sententia retulimus iuxta aliam eius loci interpretationem, quã alij sequuntur: *Cum peruerso peruerteris.* q. d. vt explicat Incognitus. *Cũ peruerso, scilicet Diabolo peruerteris.* Folengius inquit: *facile cum corrupto peruersoque homine peruersus eris,* &c. & probat ex eo Eccles. 13. v. 1. *Qui tetigerit picem iniquinabitur ab ea.* Itaque discedere oportet ab iniquo homine, qui peccata vitare contendit, nos prouerbiũ dicimus: *Dime con quien andas, y direse quien eres,* Si consortium habeamus cum homine iniquo & peruerso, iniqui & peruersi efficimur; sicut è contrario, si Societatẽ & amicitiã cũ homine iusto inimus, nos iniustos conuertimus. Ergo Sapiens consortium iniquorum fugere nos admonet, cum ait. *Discede, &c.* Sic faciebat Tobias c. 1. v. 5. Cum esset adolescens, quia videbat alios sectari idolatram Ieroboam regem, qui vitulos aureos fecerat, vt illos adorarent: *Hic (inquit Textus) solus fugiebat consortia*

Iansen. Hugo Dionys. — vitandum malorum consortium. — Psal. 17. v. 27. — Incognitus. Folengius. — Eccles. 13. v. 1. — Qui cum peruerso ambulat, peruersus efficitur. — Iob 1. v. 5.

tia omnium, sed pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum, &c. Difficillimum enim est bonum esse illum, qui prauorum consortia non fugit, quod iam probo.

8 Non ita dignum laude, & commendatione est, bonum esse inter bonos, quam bonum esse inter malos; sic D. Greg. commendans Job quia bonus & iustus existebat, cum degeret in terra Hus (vbi exemplo prauorum hominum malus euaderet, si eos imitari non pigeret) illum laudibus extollit. quia liber & incolumis culpæ vixit inter alia lib. 1. Mor. c. 1. *sicut (inquit) grauioris est culpæ inter bonos bonũ non esse, ita immensi est præconij inter malos etiam bonum extitisse.* quod confirmat D. Bern. Serm. 48. in Cant. aiens: *Non medio cristitulus perfectæ virtutis est, inter prauos vt vere bonum. Et inter malignantes innocentiæ retinere candorẽ.* Ex impiorum enim conuictu summum creatur sanctitatis periculum. 4. Reg. 5. dicitur Naaman Syrum venisse ad prophetam Eliseum, qui habitabat in terra Palesthinæ, vt à lepra eum mundaret, cum ad domum Prophetæ appropinquaret, noluit Elisæus in domum suam recipere, sed misit ad eum nuntium dicens: *Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua,* &c. Cur ergo Eliseus cum illo noluit communicare? Numquid contagium lepræ metuebat, vel virum gentilem contemnebat? Respondet Abulensis, Hoc factum esse propter aliqualem fastũ Naaman, quia ipse volebat vt Eliseus exiret, & honoraret illũ, ideo voluit consentire ei, &c. et 2. ad ostendendum maius miraculũ si sanaretur medio, nuntio quem misit, &c. Lyra respondet, hoc mandasse per nuntiũ, vt Dei potentiæ magis attribueretur miraculum, eo quod Propheta nõ loquutus est cum eo, nec eum tetegit, sicut credebat Naaman credens quod in ipso propheta esset aliqua virtus curandi ipsum. Sed respondeo, noluisse Eliseum loqui cum Naaman quia leprosus erat, vt doceret nos, non communicandum ijs, ex quorum conuictu & consortio pestis culpæ cõtrahi potest, ideo sermonem habere noluit cum Naaman leproso donec mundatus esset à lepra, nam si ferrum, quo nihil durius, & à quo vniuersa metallorum genera domantur, in terra diu defossum, duritia sua consumpta in terram conuertitur. quid faciet carneum cor, si carnalibus cum hominibus conuersetur.

Laudatur ille, qui inter malos bonus est. — D. Gregor. — D. Bernar. — Ex impiorum conuictu creatur Sanctitatis periculũ. — 4. Reg. 5. v. 10. — Cur Elisæus noluit Naaman communicare. — Abulensis. — Lyra. — Non communicandi ij, ex quorum conuictu pestis culpæ contrahi potest.

9 Hinc colligitur quare Iosephus Patriarcha fugiens heræ adulteræ consortium palliũ suum in manu inpurissimæ fœminæ reliquit, vt dicitur Gen. 39. v. 12. *Et illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret: dormi mecũ qui relicto in manu eius pallio fugit & egressus est foras.* Et licet Abulensis existimet Iosephum pallium reliquisse quia domina erat & nolebat in eam manus inijcere tangendo mollenter ad extorquendum Chlamydem de manibus eius, seruata sertii vrbanitate, & reuerentia. At D. Hieronym. tom. 2. Epist. lib. 1. aduersus Iouanianum. inquit; *Vnde Et noster Ioseph. quia tangere volebat eum Ægyptia, fuit ex manibus eius, Et quasi ad morsum rabidissimæ canis, ne paulatim virus serperet, pallium quod tetigerat, abiecit.* Hæc ratio est quare D. Greg. Naz. & D. Basil, noluerũt se socijs impijs commisceri. Sic ipse Nazianz. orat. 20. in Laudem D. Basilij. Non enim (inquit) *cum sodalium nostrorum petulantissimis & impudentissimis, sed cum castissimis consuetudinem habeamus, nec cum pugnacissimis, sed cum pacatissimis, ijs que quorum consuetudo maximos fructus afferebat: illud nimirum exploratum habentes, facilius esse vitium contrahere, quam virtutem impertire: quemadmodum etiam facilius esse morbo alieno infici, quam sanitatem largiri.* & in orat. 19. ait de matre Nonna: *quod nullus vnquam Gentilis feminæ quamuis alioquin honestissimæ, ac propinquissimæ manibus manum iniecerit, aut labra labris miscuerit imo nec cum his, qui prophana & iniqua mensa veniebant, non modo sponte, sed ne coacta quidem sal commune habuerit, nec impuram & sacrilegam Domum adversus conscientiæ legem, aut pertransire vnquam, aut conspicere sustinuerit,* &c. vide nostrum Sevarium ad c. 1. Iob vers. 5.

Quare Ioseph pallium reliquit in manu heræ. — Gen. 39. v. 12. — Abulensis. — D. Hierony. — D. Nazian. & D. Basil. Noluerunt cum impijs socijs commisceri. — D. Greg. Naz. — Facilius est morbo alieno infici, quam vitam contrahere.

Illustratio secunda

10 ERgo vt huius doctrinæ illustrationem decoremus, dicimus, hanc eandem rationem esse quare Sara vxor iunioris Tobiæ gloriabatur, se cum impijs minime commiscuisse, aiens. c. 3. v. 17. *Nunquam cum ludentibus misciui me neque cum ijs, qui in leuitate ambulant, participem me præbui,* Tò. *ludentibus,* nõ solum significat choreas exercere, quod peccatum est iuxta mentem Hugonis Cardinal. & idolatriam, vel persecutionem; sed omnem puellarum ludum, & omne lasciuiæ genus, est enim natura nostra ita ad malum prona. vt facile ad malũ attrahatur: nihilq; sit facilius quam malũ facere, & nihil difficilius, quã amplexari virtutem. Vnde sicut melli vel perexiguum absynthiũ amaritudinem & acerbitatem facile communicat; contra vero mel ne multis quidem partibus excedens dulcedinem suam absynthio impertitur, & sicut paruus lapis aggerum subductus totum in pronum trahit flumen, contra vero firmissima etiam moles & munitio impetũ fluminis in pronum ruentis vix reprimere potest: ita modica: quacumque peccati occasione à bono quisq; recedit, nec multę valent occasiones boni, vel vnũ ab aliquo malo reuocare. vide exemplũ Salomonis, qui mulieribus alienigenis se iungens, & conglutinans, nõ illas ipse conuertit, sed magis ab illis ita peruersus fuit, vt templa ipsarũ idolis construxerit. vide etiam exemplũ D. Petri, qui Magistrum negauit. Si ipse erat, qui Christũ seruatorem Deum esse confessus erat, & gloria transfigurationis Christi potitus erat. & tandem summus pontifex electus & creatus fuerat quare iuramento negauit se Iesum cognouisse? nonne ipse erat qui se iactauerat in fide, & amore Magistri. & glorianter suam firmitatem & constantiã ostentauerat, dicens Luc. 22. v. 33. *tecum paratus sum in carcerem, & in mortem ire.* & Matth. 26. v. 35. *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo?* Ita sane sed ratio quare in peccatum negationis prolapsus est nõ alia est, quã communicasse cũ improbis, qui calefaciebant se, & cum ancillis quibuscum locutus erat. *Tunc cœpit detestari, & iurare quia non nouisset hominem quam noxia* (inquit Glossa) *prauorum colloquia, quæ cogunt Petrum negare Christum vel hominẽ se nosse, quem confessus est inter discipulos Dei filiũ.* Quibus verbis ostenditur, quam facile sit hominem etiam iustum & pium improborum consortio & consuetudine deprauari, eorum que similem fieri celebris est illa Theognis sententia.

—— Ne te coniungito prauis.
Sed coniunge bonis & ab his bona plurima disces.
Cum prauis viuens, tu quoque prauus eris.

Sara vxor Tobiæ gloriabatur se cum impiis minime commiscuisse. — Iob 3. v. 17. — Hugo. — Nihil difficilius quam amplexari virtutem. — Salomon alienigenis se coniungens non illas conuertit, sed è contra. — Lucæ. 22. v. 33. — Petrus negauit magistrũ, quia cum impiis communicarit. — Glossa. — Theognis sententia. — Theognes

11 Hinc est magnum Moysem appellase miraculum filios Core immunes fuisse à seditione, & à punitione patris ipsorum *Factum est* (inquit Num. 26. v. 11.) *grande miraculum, vt Core pereunte, filij illius non perirent.* Vbi Lyra refert, ex Glossa Hebraica

Quare filij core immunes fuerunt à punitione patris.

Lyra. braica in Ps. 45. remansisse filios Core stantes in aëre diuina virtute, quãdo terra aperuit os suum, & deuorauit Core cum multis alijs, quovsque recluderetur sub pedibus eorum, & propterea in gratiarum actionem tanti sibi collati beneficij fecerunt illum Psalmum. cuius titulus est: *Filiis Core* caniturque: *Deus noster refugium*, &c. Grande enim erat miraculum filios euasisse incolumes. tam culpæ, quam pœnæ, cum pater puniretur, ipsis cum patre communicantibus?

Psal. 45.

Quare præcepit Deus Israelitis fugere consortia chananæorũ Num. 33. v. 51.

Porro antequam filij Israel in terram Chanaan ingrederentur, præcipit Dominus fugere consortia habitantium in terra illa, Num. 33. v. 51. *Disperdite* (inquit) *cunctos habitatores terræ illius*. Et vers. 55. *Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus.* Pro *Claui*, est in Hæb. *Spinæ*, erunt vobis quasi spinæ, qui pungentes quiescere vos non sinant, animas vestras prauis exemplis, quasi clauis ita excæcabunt, & prauis suasionibus quasi lanceis ita percutient, & stimulabunt, vt vos à fidei veritate submoueant. Quod ipsis contigisse ad litteram testatur Dauid dicens Ps. 105. v. 35. *Commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.* Quod omnibus iniquorum Societate vtentibus contingere non semel solet, dum paulatim ab iracundo iracundiam, à superbo superbiam addiscentes, se tandem cum illis immiscentes Deum ipsum dereliquerunt?

Claui in Hebr. sunt spinæ & praua exempla spinæ sunt.

Psal. 105. 35.

12. Hoc probatur ex eo Isa. 1. v. 22. *Vinum tuum mistum est aqua* vbi reprehendit & obiurgat propheta dolos & fallacias filiorũ Israel, sumit metaphorã à caupone, quod vinũ quod meracum esse debuit, aqua dilutũ est, quare nihil est sincerum Et simplex nihil non fallax, nihil non omnino calliditate corruptum, vinum itaque cum ad mistione aquæ, merces significantur artificio corruptæ. Sed ad nostrum intentum sic explico comparationem. sicut enim vinum statim ac aqua diluitur; languet, friget, decoloratur, odorem amittit, ac demum amittit, ac demũ euanescit: sic ex impiorum familiaritate, languet primum in homine virtus, deinde friget, decolor tandem Et acida redditur, &c. Quare Deus hanc facit querelam Ps. 49. v. 18. *Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* nos dicimus: *y vas ala parte*. q. d. si paratum ad furtum faciendum hominem vidisses, non modo illud faciebas, verum etiam, (quod animi ad vitia propensi est), currebas cum eo, & alacritate tua illum ad scelus confirmabas. Deinde quod peius multo est, cum adulteris sociabaris, & particeps eorum esse in flagitijs aptabas. vbi reprehendit prauorum hominum consortia. vide de hac materia 2. Corint. 6. v. 41. 15. Apoc. 18. v. 4. Prou. 1. v. 15. Ierem. 9. v. 2. 3. Reg. 23. v. 17. Isa. 48. v. 20. & 52. v. 11.

Isai. 1. v. 22. *Dolos, & fallacias reprehendit Isaias*

Psal. 49. v. 18

Prauum exemplum noxium esse solet.

Illustratio tertia.

13 Demum ad hoc probandum magni æstimo D. Ioannis Chrysost. ponderationem, quã to. 1, in Gen. ho. 16. facit ex persuasione serpentis aduersus Euam. Gens. 3. v. 6. dicitur. *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum*, &c. super quæ inquit Chrysost. *Vere corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Et rogat. *quare enim non antè diabolicum consilium, illi tale quid in mentẽ venit, nec lignum hoc considerauit, eiusque pulchritudinem vidit?* Respondet: *quia timebat mandatum Dei: & subsecuturum supplicium: nunc autem postquam à mala hac bestia decepta est, ita vt crederet, quod per hoc non solum non offendantur, sed & Deo æquales sint futuri: tunc illam spes promissionis ad sumendum cibum impulit? didicit experientia non multo post consilij perniciem, & quãta calamitas ipsos deprehensura esset*, &c. vsq; adeò enim efficax huiusmodi malorũ consuetudo est, vt miraculum sit hominem, vbi semel induit laqueum, inde expediri posse, & incolumem abire, & quo ipsa blandius serpit, eo constringit violentius. Confirmat hoc ipse D. Chrysost. tom. 2. in c. 18. Matt. explicans id: *Quod si manus tua, vel pes tuus scandalizat te*, &c. *Nequaquam*, inquit, *de ipsius corporis membris id dicit, (absit enim) sed de amicis atq; affinibus, quos vt nostra duxerimus membra. id quod & superius dixit. Nihil enim æque pernitiosum est, & noxiũ, ac prauorum hominum consuetudo ipsa atque conuictus. Quæ enim necessitas*, inquit, *amicitia plerumque vel in pernitiem, vel in vtilitatem valet*, dixit eleganter Seneca lib. 3. de ira c. 8. *Sumuntur à conuersantibus mores, & vt quædam incontactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem viri traxit: impudicorum cœtus, fortem quoque & siliceum virum emolliit: auaritia in proximos virus suum transtulit.* Quod confirmauit Plutarc. lib. 3. de quæst. conuiu. c. 7. *Consuetudo*, ait, *mire potest ad familiare vitium trahere affectum, atque qui præceps est in vitium, hic incurrat necesse est, in omnia, quæ occurrant. Itaque non est mirandum, si illi, qui inuidentiæ & facinationis asciuerunt habitum, etiã in familiares ex vitij proprietate concitẽtur* Sed de hac materia aliquãdo plura, cum explicemus id c. 13. v. 1. *Qui tetigerit*, &c. & ad vers. 21. & 22. eiusdem capitis.

Ponderatio D. Chrysostomi de vitando malorum consortio.

D. Chrysost.

Consuetudo malorum valde efficax est.

D. Chrysost.

Mores à conuersantibus sumuntur.

Seneca.

Plutarchi *Consuetudo potest ad familiare vitium trahere affectum.*

Ex quibus omnibus constat quam pernitiosũ sit hominibus prauis adhærere ad habendum cum eis consortium; & consuetudinẽ quia quoties amicus noscitur iniquus, monẽdus est, vt ab iniquitate recedat, quod si noluerit resipiscere, soluenda amicitia est, ne illius familiaritas nobis noceat; quemadmodum enim minuta quædam animalia, vt ait Seneca, cum mordent non sentiuntur, adeò tenuis illis, & fallens in periculum vis est, tumor indicat morsum, & in ipso tumore nullum vulnus apparet, vti experimẽto discimus in morsibus vesparum, & aranearum. Idem certe hominibus obuenit ex amica familiaritate prauorum. nam quamuis non percipiat homo diem aut horam, in qua vulnus inflictum est candidis moribus: tandem nihilominus se ictum aliquãdo sentiet, & corruptos bonos mores à prauo collocutore deprehendet. Ideò præcipit Ecclesiasticus ab iniquis longe discedere, vt peccata deficiant à nobis. procliuis enim est nostra natura ad malum, & si prauis exemplis prouocentur, declinabit à bono vt ruat in malum. Ergo, *Discede ab iniquo, & deficient mala abs te*, vel *declinabit*, aut *recedet à te peccatum*, &c.

14. *Omnibus pernitiosum est prauis hominibus adhærere.*

Seneca.

Exempla vesparum & aranearum ad probandũ consortium prauorum fugiendum.

VERS. III.

Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.

Sensus

Sensus.

Fili, *non semines*, &c. q. d. Hoc salutare consilium, quod tibi ô fili, præbeo, ne contemnas, scilicet ne in sulcis iniustitiæ serere queas, hoc est. ne velis carnis, & concupiscentiæ desiderijs satisfacere, ea faciendo, vt mala tua desideria, & prauæ cupiditates foueantur. quia si in his carnis desiderijs, & affectibus malis, opera mala, eis fomentum præbens seminaueris, inde in septuplum metes. id est, sicut ager semen in illo iactum cum magno fœnore reddit, ita & tu grande inde reportabis malum atque vindictam, &c.

Notæ.

15. Quid vocet Ecclesiasticus *sulcos iniustitiæ*, in prima illustratione discutiemus, insuper τὸ *mala* abest ab originalibus, sed optime à vulgato additum est explicationis maioris gratia Pro: *Et non metes ea in septuplum* est in Complut. καὶ οὐ μὴ θέρ αὐτὰ ἑπταπλάσια, *& nõ metes ea septupla.* At in Ald. Basil. & Rom. καὶ οὐ μὴ θερίσῃς αὐτοὺς ἑπταπλασίως, *& non metes illos septuplum.* vt vertit Drus. τὰ *ea* refertur ad semina, verbũ σπεῖρε quod est, *sere* vel *semines*, est verbum σπείρω, quod est semino; & cum seminatur, semina terræ mandantur & multiplicantur, ideò dicitur *ea*, id est semina terræ commendata in septuplum, id est, multipliciter metes. At Drus. & ij, quos ipse sequitur, legunt *illos* referentes ad sulcos, id est, illos videlicet, in quibus semina tua proieceris. notandũ tamen genus locutionis *metere sulcos*, id est, semina in sulcos cõiecta per figurã metonymiam, ponitur enim certe continens pro contẽto, nam sulcis continentur semina. Pro *septuplum* in Græco est ἑπταπλασίως, quod est septuplũ, vel septies. & more Script. multiplicicer significat:

Prima illustratio.

Seminare mala quid. Fili, *non semines mala.* duplici interpretationẽ hæc sententia explicatur. Nam tota difficultas est in discutienda sulcorũ significatione. Prima interpretatio est, *sulcos iniustitiæ* corda fragiliũ ad iniquitates prona significare, vt moneat Ecclesiasticus talibus non esse ingerenda semina prauæ doctrinæ, aut scãdalosæ vitæ, qui sunt veluti sulci ad semẽ recipiendum dispositi. Ita Lyra, Dionys. & Hugo, quæ intelligentia non contemnenda cum à sensu sententię non procul abeat, & in se optimã contineat doctrinam, & institutionem. Metaphoram ducit ab agricolis semina terræ committentibus. Sulcus enim fossa illa est ob longa, quæ inter arandum fit vomere ad iaciendum suo tempore semen. Sic Virgil. agens de tempore, in quo triticum & farra condenda sunt, inquit lib. 1. Georg. vers. 223.

Lyra. Dionys. Hugo.

Sulcus quid.

Virgil.

Debita quam sulcis committas semina, quamque
Inuitæ properes anni spem credere terræ.

Triticum in mense octobri seminandum q. d. Caue ne nisi in mense octobri triticum, & far sulcis committas, caue nimium festinus sis in credenda spe anni telluri in vitæ ac repugnanti; Tibul. lib. 1. eleg. 7. hoc dicendi modo vtitur.

Tibul.

Primus in expertæ commisit semina terræ.

Aliquãdo etiã sulcus pro ipsa aratione, siue terræ procisione sumitur, vt idẽ Virg. lib. 1. Georg. v. 67

Virgil.

At si non fuerit tellus fœcunda, subipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.

Ergo cum terrę sulcatę & procissę vomere semẽ committit agricola in animum ducit tempore messis fructibus abundantibus fruiturum, nam spe repletur, terram multiplicato fœnore semen inditum redditurã. Hac igitur seruata metaphora admonet Syracides nõ faciendam seminationem in sulcis iniustitiæ, nam corda aliquorum arata & procisa vitiosis moribus veluti vomere, ad semen prauæ doctrinę suscipiendum disposita sunt. Ita vt vix hęc praua semina eis immittantur, cum libenti animo ea amplectuntur, & multiplicato fœnore segetẽ peccatorum multiplicẽ reddunt. Qui autem in his iniustitiæ sulcis seminat, ea semina in septuplũ metet, nam acerbiori vindicta tandem punietur. Sic fere explicat hanc sententiam. Raban, dicens: Seminat ergo mala in sulcis iniustitiæ, qui in labore peruersæ doctrinæ operando exempla inserit nequitiæ, quorum fructus metet in septuplum, quando in fine præsentis vitæ perfectam vltionem suscipiet in igne gehennæ. Sic etiam Palacius in secundo sensu.

Non facienda seminatio in sulcis iniustitiæ.

Rabanus.

Palacius.

16. Hic sensus meo iudicio illustrari potest ex eo Oseæ 10. v. 4. vbi sub metaphora locutionis præfatam seminationẽ indicat, dicens: *Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus: & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri.* q. d. Loquitur hic populus verba, loquitur occasiones mendaces, id est, mendacia prophetarum prospera pollicentium, quæ ipsi occasionẽ præbebant manẽdi in peccatis, siue quibus excusabat peccata sua, affirmans opera sua Deo non displicere, quandoquidẽ sibi per prophetas læta promitteret. Verba sunt irrisoria, vt D. Hieron. explicat: *Dicite*, inquit, *quid vultis, errores veteres suscitate, pollicemini vobis prospera, quæ vertentur in contraria: fœdus ferietis nequaquam cum Deo, sed cum mendacio.* Quibus verbis significat magnus Doctor solere Israëlitas retractare, aut tacite secum, aut incõuenientibus, ac circulis cũm alijs, quæ audisset à pseudo prophetis, quæ pacẽ promittebant, & securum otium, si aut cum idolis fœdus, aut cum peregrinis populus iniret, modus autẽ loquendi per ironiam, non tam iubet, vt aliquid fiat, quam ne potius fiat retardat, & vetat. Sic explicat noster Sanchez; & secundam partem prophetiæ: *Et germinabit*, &c. nostra Ecclesiastici sententia probat. Ideò dixit D. Hieron. *Vt qui seminauerunt copiose in gaudio, copiose metant in lacrymis, qui riserunt fleant, qui habuerunt consolationem lugeant.*

Ose. 10. v. 4. *Verba visionis inutilis, quæ.*

D. Hieron.

Solebant Israëlitæ tractare inter se, quæ à prophetis audiebant.

D. Hieron.

Ego censeo in his verbis prophetę inclusã esse seminãtis metaphoram, quia cum minatur supplicium, metaphora terræ fructus afferentis tandẽ vtitur. *Loqui* enim *verba*, idem est, ac seminare: nam verbum similitudinem seminis ducit, sicut enim immittitur semen terrę sulcis, ad illud recipiendũ, dispositis? sic semina verborum in cordibus tamquã in terra disposita iaciuntur, vt fructum afferat. Sicut dixit Dominus per Isaiam c. 55. v. 10. 11. *Et quomodo descendit imber*, &c. *& germinare eam facit, & dat semen serenti, & panẽ comedenti; sic erit verbum meum, quod egreditur de ore meo*, &c. Ergo ait: *Loquimini verba visionis inutilis.* vocat *inutilem* eam visionem, quæ euanida & mendax est, id est, seminate in cordibus eorum, qui ad mendacia credenda proni sunt, ea verborum semina, quibus ad pacem, & securum otiũ sibi promittendum prouocentur, & ad fœdus cum idolis faciendum (alludit ad id Deut. 29. v. 19. *Cũque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo dicens: Pax erit mihi*, &c. non enim inultus euadet, qui talia semina in talium cordiũ sulcis seminat.

Loqui verba idem quod seminare.

Isai. 55. v. 10. 11.

Visio inutilis quæ.

Et germinabit, (inquit Ose.) *quasi amaritudo* iudi-

iudicium super sulcos agri: quæcumque opera, seu consilia nostra, semina dicuntur, quæ pro natura sua varios producunt fructus. *qui seminãt in lacrymis*, aut lacrymas seminant, *exultationẽ metunt*, qui proprius & naturalis lacrymarum partus est, qui in carne metit corruptionem, qui in spiritu vitam æternam. Seminarunt in sulcis suis Israëlitæ, cum à Deo recessérunt, radicem amaritudinis, quæ peccati propria descriptio est, inde necesse fuit, vt germen erumperet amarum, & suæ consentaneum radici; sunt quidem alia semina interdum euanida, interdum sic mandata terræ importuno atque in fœlici satu, vt fallatur omnino spes agricolæ, & copiosæ sementi nullus respondeat prouentus, vt Virgil. lib. 1. Georg. vers. 225. dixit.

Qui seminant in lacrymis in exultatione metunt. Psal. 125. v. 6

17. *Semina alia euanida: alia, cui nullus prouentus respõdet.* Virgilius.

——— *Sed illos.*
expectata seges vanis elusit àvenis.

Ouid. 5. Metamor. ——— *aruaque iussit*
Fallere depositum, vitiaque semina fecit

Ouidius.

Melius Alcimus Auitus. lib. 3. in solis elogia:

Alcimus.

Quin magis ipsa sibi tellus aduersa negabit
Seminis excepti, vertens mentita nitorem.

Licet ergo non respondeat prouentus sementi, cum semen terræ committitur. at peccati semina semper aliquid pariunt, quod homini lacrymas, aut perniciem afferat. *germinabit enim*, &c. id est, quamtumuis vobis prospera polliceamini, & fœdera feriatis, nihil proficietis sed quemadmodũ amaritudo, id est, amaræ & noxiæ herbæ multum per se vbiq, germinantes in agro culto, copiosius germinant: Ita iudicium hoc est, supplicium copiosum, vobis ex ista vestra securitate, & credulitate orietur. quare noster Sirach, inquit: *Fili, non semines*, &c.

Peccatæ semina pernitiẽ afferunt.

Quod videtur confirmare id Jerem. c. 4. v. 3. 4. *Nolite serere super spinas, ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam cogitationum vestrarum.* q. d, nolite similes esse stulto agricolæ, qui semen iacit in senticosum locum, antequã illum vomere proscindat, & à vepribus purget, ne à furore meo exciteturin cendium, vt nullo à vobis artificio possit extingui. *Serere in spinis*, idem est, *ac seminare in sulcis iniustitiæ*, nam sulcus iniustitiæ est cor varijs sollicitudinibus occupatum, & simul dispositum ad recipiendum prauorum consiliorum semen, quod adijcit de igne furoris, & *non sit qui extinguat*, indicat supplicium *septuplum* futurum, id est, multiplex & abundans, qui vmquam extinguetur, vt suo loco dicemus.

Ier. 4. v. 3. 4. *Serere super spinas est seminare in sulcis iniustitiæ.*

Illustratio secunda.

18. *Seminare in sulcis iniustitiæ idem ac seminare in carne.* Iansenius.

SEcunda interpretatio, quã libenter amplectitur Iansenius, aliter *sulcos iniustitiæ* explicat. At simplicius, inquit ipse, fuerit intelligere hoc significari quod est apud Paulum, qui dicit: *Qui seminat in carne de carne & metet corruptionem.* Sicut enim ibi seminare in carne, est ea opera facere, quæ caro desiderat, quæq; caro in sese veluti recipit, fouet, & nutrit sicut terra sparsũ in se semẽ ita & hic seminare in sulcis iniustitiæ, est satis facere desiderijs carnis, eaq; facere vnde mala desideria foueantur, *vt sulci iniustitiæ*, intelligantur desideria carnis & mali affectus, quibus qui fomentum præbuerit per opera mala, metent inde in septuplum, id est, abundantem vindictã, &c.

Sulci iniustitiæ sunt desideria carnis, & mali affectus Galat. 6. v. 8 *Quæ seminauerit homo hæc & metet.*

Hanc interpretationem illustrat id ad Galat. 6. v. 8. *Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem.* Hoc est, qui *in carnem* (ita Græcè legitur) veluti in magnum solum semina iacit, qui naturæ obsequitur, genio indulget, ventri seruit, voluptatibus sese constringendum præbet, totum deniq; patrimonium explẽdis cupiditatibus absumit. *De carne & metet corruptionẽ.* Corruptionẽ autem intelligit vitam illam miseram, quæ cum sempiterno interitu iungitur, quam vitam mortalem, aut mortem vitalẽ merito quis appellet, nisi velis illam vocare miseram, propter molestias vitæ. Sic Lucian. in Gallo: *illud autem vnum ingenere dixerim, nullam ex omnibus vitam mihi non visam tranquilliorẽ vita humana naturalibus dẽtaxat cupiditatibus, & vsibus circumscriptam.* sed certe molestior, quæ iungitur cum æterna. ita enim miseri apud inferos viuunt vt viui, videntes sempiternã mortem, ae funus intueantur suum, ita semper morientur, vt vita, quam pessime oderunt carere numquam possint. Sic dixit D. Bern. *Sic tamẽ morientur, vt semper viuant, & sic viuent vt semper moriantur.* Ergo *quæ seminauerit homo, hæc & metet.* vita enim nostra est quasi agricultura, tempusque seminandi; futura vita metendi tempus est, id est, mercedem recipiendi pro ratione seminis, hoc est, meriti. Sic vulgo dicitur:

Corruptio intelligitur vita misera, quæ cum eterno interitu iungitur. Lucianus.

Nulla vita miserior vita humana.

Vita nostra quasi agricultura, & tempus serendi.

Quod si quisque serit præsentis tempore vitæ,
Hoc sibi messit erit, cum ducent, ite venite;

Ergo *sulci iniustitiæ.* cum sint affectus animæ, & *seminare* in illis sit satisfacere carnis desiderijs per mala opera, quæ fouent talium affectuum seminationẽ, non mirum est, dicat Salomon Eccles. 2. v. 10. *Omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur.* Vbi generaliter omni se perfruiturum voluptate, pro voluntate, tradidisse fatetur. nihil inquit oculi mei quasi animæ exploratores concupierunt, quod eis negarem, id est, omnia concessi, nihil voluptatis subtraxi, sed potius effræ-

19. *Sulci iniustitiæ sunt affectus animæ* Eccles. 2. v. 10.

natæ cupiditati habenas laxaui, (dixit enim D. Greg. Nazianz. orat. 34. *Multa item de oculis, qui modo quodam omni sermone præstantior, cum ijs rebus, quæ cernimus, commercium habẽt, ac sola voluntate, & statim, cum ea mouentur, eodemque modo cum mente afficiuntur. Pari enim celeritate, & hæc intellectibus iungitur, & illi rebus ijs, quæ subcernẽdi sensum cadunt*) Ait igitur Salomon: Terrã cordis mei desideriorũ vomere procidi, vt sulcos facerem, vbi semina voluptatum & illecebrarum conderẽ. &c. illud, *non negaui eis*, indicat haud dubium dispositã habuisse cordis sui tellurem, & quasi vomere sulcatam, ad semen deliciarum carnis recipiendum, cum per oculorum foramina iaceretur. Idẽ significat: *Nec prohibui cor meum.* id est, *sulcos iniustitiæ* dispositos habebam ad recipiendum quidquid voluptatis & nociuæ iucunditatis seu lætitiæ, vt Hieron. vertit, eis immitteretur. Quare Ecclesiasticus monet nõ serendum *in sulcis iniustitiæ*, id est, non immittendum cordi semen voluptatis, quia tandem supplicium sempiternum metetur. Cur autem corda sulcos iniustitiæ nominentur, vbi mala seminãtur; similitudo ducitur à terra sulcis dispositis ad semẽ recipiendum, & in se condendũ. Nihil enim aliud est sulcos habere iniustitiæ quam cor habere dispositum ad condendum in se quidquid seratur: & desideria carnis, & affectus malos habere & seruare, in quibus semina malorum operum iaciantur, quæ si in corde foueantur generant actionem pessimam, &c. vt dixit D. Gregor. lib. 14. Moral. cap. 7. *Prauæ itaque desideria ad pessimam actionem trahunt*, & postcam

Non prohibere cor quid. D. Hieron.

Corda sulci iniustitiæ nominantur.

D. Gregor.

Post pessimã actionem supplicium sequitur. D. August.

eam sequitur supplicium, nam vt inquit D. August. tom. 8. in enarrat. Psal. 122. *Desiderio malo ad ima præcipitamur.* id est, malum desiderium nos ducit ad supplicium vt mox dicemus.

Illustratio tertia.

20 *Septuplum pro multipliciter.*

ET *non metes ea in septuplum.* vel *septupla*, vt Complut. At Tygur. *Ne septies tanto amplioremindemessem facias.* Quæ omnia in idem recidunt. Septuplum more sacræ Scripturæ positum est pro multipliciter. q. d. quemadmodum ager semen illi commendatum reddit cum fœnore magno: ita & ipsi grande inde reportabunt malum atque vindictam. vt cum de fure loquitur Salomon Prou. 6. v. 31. *Deprehensus quoque reddit septuplum.* vbi Iansenius ait septuplum additum ad copiosam quamdam ablati redditionem notandam, quasi non tantum ad id, quod lege cautum est pretium, sed longe maius soluet, vt sese vendicet in libertatem. Alij per *septuplum.* aiunt notari perfectam absolutamq; solutionem furti, sicut Psal. 11. v. 7. dicitur: *Argentum purgatum septuplum.* Probatur ex eo Gen. 4. v. 15. *Sed omnis qui occiderit Cain septuplum punietur*: id est, grauissime punietur, non quidem septies, Deus enim non punit bis in id ipsum, sed solum prædicitur pœna & vindicta occidentis Cainum, integra & perfecta. Nam septenarius numerus perfectionem & integritatem designat. Eumdem sensum efficit id Psal. 78. v. 12. *Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum*; vocat psaltes vicinos finitimas gentes, vt Philisthæos, Idumæos, & Amonitas, & è Moabitas: in quorum sinum (ait) tamquam loco mercedis (merces enim in sinum datur) septuplum, hoc est, cumulatissime redde. Vt Psal. 30. v. 24. *Retribuet abundanter facientibus superbiam.* Trita enim formula est, vt septuplum in pœnis, denotet perfectionem earum, plenitudinem, consummationem, magnitudinem, multiplicitatem, quemadmodum in genere septenarius pro multitudine vsurpatur. vt Isai. 11. v. 2. plenitudo diuinorum charismatum in flore radicis Jesse septemplici spiritu requiescere describitur. Vide Luc. 11. v. 26.

Prou. 6. v. 31. Iansen.

Psal. 11. v. 7.

Gen. 4. v. 15.

Septenarius numerus perfectionem significat. Psal 78. v. 12.

Psal. 30. v. 24.

Ergo cum auctor noster septuplum apponit, multiplicitatem, & perfectionem, seu consummationem pœnarum, quæ metuntur ex seminatione malorum designat. nulla alia pœna nominari potest perfecta & consummata, nec non multiplex, nisi æterna, quæ æternum est duratura. Hinc est quod Palacius dicat: Cum enim videamus culpam tempore finiri, numquam verò pœnam, iudicamus pœnam esse culpa grauiorem. Sed heu non modo iudicio nostro pœna septupla est: sed reuera omnis culpa mortalis septuplicem pœnam habet, id est, vniuersitatem ominum pœnarum, non quod omnes pœnæ vni culpæ respondeant: sed quod vnica inferni pœna omnium pœnarum huius vitæ vicem habet, vt (vt manna omnem continebat saporem, & omnis saporis suauitatem.) Adde etiam quod & in hoc sæculo Deus vnicam iniquitatem varijs pœnis castigat, vt varias etiam meretur. & si remittenda tibi iniquitas est, dolore tuo, & dolore Christi verè septuplici pœna repittenda est. Caue igitur ab iniquitate, quam huius & futuræ vitæ pœna in septuplo manet. Alium sensum apponit ipse auctor, quem sequitur, scilicet. Ne semines voluntatem & opera tua in sulcis iniquitatis, & non metes septuplam segetem. Vna iniquitas parit septem, adeò hæc est pestilens hydria. numquam vna iniquitas sola venit; sed nisi per pœnitentiam tollatur, suo pondere aut, certe sua fœcunditate in alias iniquitates incidere facit. Huius sensus illustrationem lege supra c. 3. v. 29. & c. 5. v. 5. & infra c. 7. v. 8. Tandem Drus. legit: *Et non metes illos septuplũ.* Tò *illos*, refertur ad iuleos, vt in notis diximus.

21. *Septuplum pro multiplicitate pœnarum.*

Palacius.

Omnis culpa mortalis septuplicem pœnam habet.

Seminare voluntatem & opera quid.

VERS. IV.

Noli quærere à domino ducatum, neque à rege cathedram honoris.

Sensus.

22. NOli *quærere*, &c. q. d. Cum ambitio & appetitus honorum in hominibus maxime dominentur, idque cum periculo & aliquando cum eorum pernitie, hortor te, vt neque stultis precibus à Domino, neque à regibus, peras principatum, aut honorificam sedem, quia in publicis illis functionibus non tantum honor expectandus est, sed onus molestijs, & periculis abundans. Et exacta ratio administrationis Deo & regi reddenda est, &c.

Notæ.

MIror in hoc loco aliquos legisse: *Noli quærere ab homine*, cum in originalibus Græcis non sit. Lyra, Dionys. Hugo, Palacius, & Jansen. *ab homine* legunt, & explicant. licet Iansen. dicat interpretem vertisse à *Domino*, idque à scriptore indocto mutatum in *ab homine* Græcis enim est ἀπὸ κύριε, à *Domino*. κύριος enim est, auctoritatem habens, seu obtinens in rem quam piam, à cuius auctoritate aliquid pendet; significat eriã herum vel dominum. Pro *ducatum*, est ἡγεμονίαν, quod significat imperium, quod obtinent qui imperatores & duces vocantur; solet etiam significare ipsum imperatoris munus, seu artem imperatoriam; vt apud Philonem. sed generaliter ponitur pro imperio seu principatu, licet aliqui præfecturam interpretentur. Et significat etiam quod nos dicimus; *Conduta de capitan.* quia si vim vocis exprimere oporteat, dicitur esse exemplum, quo quis alij præit, & veluti viam ostendit. Ideò vulgatus reddidit *ducatum* & cæteri principatum, quod idem est. Pro *Cathedram honoris*. Complut. *Cathedram gloriæ*, Tygur. *Sedem magnificam*, vel *gloriæ*. in Græco est; θρόνῳ δοξης, δοξα enim significat sententiam vel opinionem, & est opinio, quæ habetur ab alijs de nobis, non quam habemus ipsi de illis, significat etiam famam vel rumorem; & quia ad bonæ famæ significationem restringitur, ideò aliqui reddũt honorẽ & gloriã, vt hic vulgatus *Cathedram honoris* vel *gloriæ*. Et quia Cathedra est sedis honorifica & gloriosa, ideò Tygur. vertit: *sedẽ magnificã*. Drus. *sedẽ gloriæ*, quæ omnia in idem recidunt.

Ducatum quid significet.

δοξα quid.

Prima illustratio.

23. NOli *quærere à Domino ducatum.* alij principatum: sed vertit vulgatus *ducatum*, quia qui præest,

Ambitio dignitatum reprehenditur. Glossa. Lyra. *Dignitates, & honores bona sunt.* 1.Timoth.3. v.1. D.Hieron.

præest, alios ducere, & regere debet. illud à *Domino* indifferens est, vel potest significare Deum, vel regem, à quibus principatus vel ducatus peti, vel ambiri solent. Dehortatur enim sapiens candidatum (id est, magistratum vel aliam dignitatem ambientem (vulgo. *pretendiente*) ne à Domino precibus dignitatem vrbi vel imperio præsidendi importune postulet. q. d. noli precibus ad alicuius magistratus petitionem adspirare, cum dignitates ambire vel affectare ambitionis vitio non careat. Ideo Glossa hic ait: *ambitio interdicitur.* & Raban. *Ambitio enim prælationis nequaquam seruat tenorem veræ humilitatis. Vnde nec opus potest exercere iusti regiminis: quia semitam habere neglexit veræ pietatis.* Sic Lyra; Præsumptuosum est autem, quod aliquis se reputet sic esse virtuosum; propter quod vitiosum est appetere absolute, vel quærere principatum. Cur igitur hortatur Sirach. ad hoc pernitiosum vitium ambiendi dignitates fugiendum; nónne ipsæ dignitates & honores bona sunt? ita dixit Apostolus de dignitate Episcopali 1.Timoth.3.v.1. *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat?* Optimi & præclari sunt honores, sed in se continent laborem & onus graue, nos diceremus: *Buena carga se echa a questas.* Sic explicuit D.Hieronym. Epist. 83. ad Oceanum: *Si quis*, inquit, *Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; opus non dignitatem, laborem, non delicias; opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio.*

Dignitas opus, & labor est, illā ambire pernitiosum. Ouidius. *Phaëton ambirit honorem currum solis regendi.*

24. Cum ergo dignitas, vel honor opus sit & labor, illud ambitiose prensare vitiosum est: & cuilibet candidato, id est, dignitatum competitori accidit, quod Phaëtonti, de quo Ouidius finxit illum obtinuisse fauorem, vt vno die solis currus habenæ gubernandæ sibi committerentur; aurigandi tamen ipso imperito, deflectentibus solis equis, in terram decidisse, & totam terram combuisse. Hunc à parente honorem postulat Phaëton, cum inquit Ouid. lib.2. Metam. vers.47.

Vix bene desiderat, currus petit ille paternos, &c.

Et statim dissuadere incipit Phœbus pater aiens.

Dissuadere licet, non est tua tuta voluntas,
Magna petis Phaëton, & quæ non viribus istis,
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis
Sors tua mortalis, non est mortale quod optas.
Plus etiam quam quod superis contingere fas est,
Nescius affectas, &c.

Roa. Pontanus. *Phaëtontis ambitio, & successus quid notent.*

Vide nostrum Martinum de Roa lib. 1. singul. cap.17. vbi explicans id: *Magna petis, &c.* inquit: Magna dicit munera, quæ onera grauia, duraque potius habenda erant, quæ infirmum adolescentem oppressura pondere videbantur, & ad terram tandem afflictura: *Nec tam puerilibus annis, &c.* Noster Pontanus sic explicat ac si dicat, tutius ac melius in arundine longa equitares, quam equos & currum meum regeres. quam conuenienter hi versus in eos vsurpabuntur, qui sacras & ciuiles functiones, aut pecuniæ, aut honoris, aut vtriusque cupiditate inducti ambiunt; quas pro dignitate sustinere nequeunt, quando quidem non annis, sed animis pueri sunt, & se ipsos adhuc regere nesciunt; ideò subdit Phœbus loquens cum filio:

Finge dato currus, quid ages? poterisne rotatis
Obuius ire, rotis, nec te citius auferat axis?

Honor onus est.

Sic ijs, qui temerè dignitates & honores ambitiose petunt & affectant dicere poterimus. finge datam dignitatem vel honorem, quid ages? poteris ne alijs præesse, & moderari? cum citius onus principatus, quod tam ardenter desideras tamquam axis auferat, & te in æternæ dānationis præcipitium collidat? & munera quæ petis, & *quæris* onera grauia duraque potius habenda sunt. Ne sicut *ille currus petit paternos.* tu velis à *Domino*, vel à rege *quærere ducatum*, vel *principatum*, vel honorem, aut dignitatem, quia cito auferet te axis, id est, onus graue, & detrudet te, &c.

Testimonium D. Ambrosij contra ambitiosos. *Ambitio facit criminosos.*

Ergo audiamus D. Ambrosium tom 3. in c.4. Luc. explicantem vltimam tentationem, quā diabolus Christum oppugnauit in deserto: *Nam si inquisitor*, inquit, *in sacrilegium sæua interpretatione vertatur, in deterius vertitur quærentis offensa: non tamen inquisitionis, sed quæsitoris est culpa: nec inquisitio obnoxia malo, sed quærentis affectus. Quod si is, qui Deum quærit propter fragilitatem carnis, & mentis angustiam sæpe tentatur: quanto magis qui sæculum quærit? Atque hoc ipso pernitiosior ambitio, quod blanda quædam est conciliatricula dignitatum: Et sæpe quos vitia nulla deflectunt, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet etiam forensem gratiam, domesticum periculum, & vt dominetur alijs prius seruit. Curuatur obsequio vt honore donetur, &c.* 25.

Absalom exemplum ambitiosorum. D.Innoc. *Iniquitas mater ambitionis.* D.Chrysost. *Quare Dauid fugit & timet faciē Absalom.* Innocent. *Dauid fugit Absalom non vt filium, sed vt ambitiosum.* D.Chrysost.

Hanc doctrinam confirmat id quod de ambitioso Absalomo refertur 2.Reg.15.v.2. *Et mane consurgens Absalom, stabat iuxta introitum porta, &c.* Et vers.5. *Cum accederet ad eum homo, vt salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens osculabatur eum, &c.* Quare igitur hic princeps submittebat se, & omnibus comitem & humanū præbebat? non propter alium finem nisi vt Patris imperium iniuste vsurparet. Ita D. Innocentius papa tom.1. lib. 2. de contemptu sæculi c. 28. *Liquidum*, inquit, *ambitionis exemplum reperitur in Absalone, qui cum adspiraret ad regnum fecit currus & equites, &c.* sed c.26. ait: *Humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur, & obsequitur, cunctos honorat, & vniuersis inclinat, &c.* vocat statim iniquitatem matrem ambitionis: *Colludunt tamen ad inuicem mater, & filia, iniquitas, & ambitio; nam mater in aperto subsistit, & filia in occulto non resistit. Hæc enim vendicat sibi publicum, illa secretum.* D. Ioann. Chrysost. tom.1. hom. de Absal. pendit timorem Dauidis fugientis à facie Absalon, iuxta id 2.Reg.15. v.14. *Surgite, fugiamus, neque enim erit nobis effugium à facie Absalom, festinate egredi, &c.* Quare ergo Dauid ita timore percellitur? nónne ipse est, qui leones & vrsos dilacerabat, & cum eis ludebat tamquam cum agnis? Rursus cum hostis non esset filius, audaciam fugere debebat? suspicarique poterat manus eius non euasurum? Sed si filius est, quem ipsa naturalis obseruantia comprimere, & obligare debebat, cur timet? timet nihilominus, & ait: *fugiamus* tamquam qui spem è manibus suis effugiendi abiecit: *neque enim erit nobis effugium.* Quod consiliū optimum fuit, quia cum iam ambitionis vitium animum suum occupatum teneret, & hoc vitium geminatis viribus oppugnet, vt D. Innocentius dixit non mirandum, regem fugere à facie Absalom: ipse enim ostendit Absalonem timere, non vt filium sed vt ambitiosum. *Lusit* Dauid *cum leonibus*, & timet à filio deludi, & ludibrio lædi; quia vt dixit, D. Chrysostom. tom.4. hom.10. in c.4. ad Eph. *Si inuaserit amor gloriæ, omnia euertit & confundit.*

Nemo nisi rogatus dignitates accipere debet. Matth.19. v.17. D.Bernard.

confundit. Et cum tom.1. hom. de Absal. agit de eo inquit: *Amor principatus hanc omnem* (erga patrem) *eiecit reuerentiam, & vt homo fera esset, effecit.* Quare dignitates ambire, & quærere, vitiosum, & periculosum est. & nemo nisi rogatus & introductus eas accipere debet. Audi D. Bernard. dum super id Matt.19.v.17. *Ecce nos reliquimus omnia*, qui sic ait: *vbi timor Dei? vbi mortis memoria? vbi gehennæ metus, & terribilis expectatio illas iudicij? Sponsa nec cubiculum, nec cellam ingredi, nisi rege introducente præsumit: tu irreuerenter irruis, nec vocatus, nec introductus. Trahe me post te, ait illa* Cant.1.v.4. *Nunc autem trahit sua quemque voluptas, & odorem turpis lucri sectantes, quæstum æstimant pietatem.*

Secunda illustratio.

Ambitiosum ascensum sequitur ignominiosus descensus. Psal.36. v.20. *Ambitiosus similis lunæ, quæ crescit, & decrescit.* D.August.

26. RAtio igitur quare honores haud quærendi sunt, ea inter alias potest esse, quia hunc ambitiosum ascensum sequitur ignominiosus descensus. est enim ambitio fumi instar, qui facile deficit dum ascendit. In hunc sensum intelligitur id Psal.36.v.20. *Inimici domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus desitient.* contemplatur, psaltes ambitiosum candidatum honoris, & dignitatis, quidem honorem adeptus est, ad quem ardenter aspirauit, honorificatus & exaltatus est, sed protinus illum miserum, & abiectum considerat, & ab honore spoliatum, *deficientes, &c.* Statim sine mora, vt fumus deficit: Quænam est hæc subita mutatio? nunc honorificatus, & exaltatus, & mox vt fumus defecit? ita sane, quia ambitiosus haud dissimilis est lunæ, quæ postquam crescit mirabiliter in consummatione, in puncto decrescens luna ostenditur, & in consummatione minuitur. Ita mundi huius honores, vt obnoxij mutationibus, & varietatibus considerandi sunt, omni enim caret stabilitate & firmitate. Ait igitur D. August. tom.8. super hunc locum: *Fumus à loco ignis erumpens in altum extollitur, & ipsa elatione in globum magnum erumpens intumescit. Sed quanto fuerit globus ille grandior, tanto fit vanior. Ab illa enim magnitudine non fundata, & solidata, sed pendente, & inflata, it in auras, atque in ventos dilabitur, vt videas ipsam ei offuisse magnitudinem. Quanto enim plus erectus est, quanto extensus, quanto diffusus, vndique in maiorem ambitum, tanto fit exilior, & deficiens, & non apparens.*

Ambitiosus instar fumi deficit. Apoc.8.v.4 Psal.140. v.2. Isaias Abb. *Cupiditas humanæ gloriæ mendacium parit.* Aristot.

Itaque ambitiosus qui honores quærit, & ambit, sicut fumus deficit. fumus est deficiens, non sicut fumus aromatum & incensi, qui licet fumus, in Dei honorem offertur, & in conspectu Dei accipitur. Vt dicitur Apoc.8.v.4. *Ascendit fumus aromatum.* & Psal.140.v.2. *Dirigatur oratio mea, &c.* Quod argumentum est Deum fumo solere honorari. Sed ambitionis fumus ad nihilum proficit, nisi ad lacrymas ex oculis extrahendum. Honores enim sæculi cum mendaces sint, producunt ex se fumum etiam mendacem. Sic dixit Isaias Abb. orat. 6. *Humanæ gloriæ cupiditas mendacium parit.* Sed ne de ambitione longum texamus sermonem, sufficiat id, quod Arist. lib.4. Ethic. cap.4. inquit: *deprehendimus & ambitiosum hominem, atque honoris appetitione vacantem illum quia plusquam oportet, & vnde non oportet honorem appetit: hunc quia ne ob res quidem honestas honoribus affici vult.* Quare Ecclesiasticus monet *ducatū* vel principatum à *Domino* vel regibus non esse quærendum, id est, ambitiose prensandum. Vt duo Apostoli Jacobus & Joannes quæsierunt à Domino Matt.20. quibus respondit Dominus: *Nescitis quid petatis, &c.*

Illustratio tertia.

Cathedra pro sede honorifica vsurpatur. 1.Reg.20. v.25. 2.Reg.23. v.8. Abulensis. Iob 29.v.7. Pineda. *Iob ad publicum ciuitatis locum prodibat ius dicturus.*

NEque à rege Cathedram honoris. vel gloriæ, vel sedem magnificam, vel sedem gloriæ, noli inquit Sirach. à rege sedem honorificam ad aucupandum ex ea honorem, & gloriam, quærere: quia vanum est, & periculis obnoxium. Cathedra in sacra Scriptura pro sede honorifica vsurpatur, quæ regibus debetur. vt cum dicitur 1.Reg.20. v.25. *Cumque sedisset rex super Cathedram suam.* hæc sedes posita erat in capite mensæ, vbi solus sedebat ad vescendum, & nullus alius audebat (vt notat Abulensis) sedere in ea. 2.Reg.23.v.8. dicitur de Dauide: *Sedens in Cathedra sapientissimus princeps inter tres.* Scilicet inquit Abulensis: Dauid sedebat in Cathedra, & erat sapientissimus omnium, & iste computatur primus de tribus fortibus cuius sedes magnifica erat, &c. Tandem Iob 29.v.7. *Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant Cathedram mihi.* q. d. Inquit Pineda: Neque verò in agris solum, sed multo magis, in vrbe fœlix eram. quando enim ad publicum ciuitatis locum multo cum comitatu prodibam ius dicturus, & reipublicæ causam administraturus, primo mane surgebam. Deinde etiam in foro & publico vrbis loco, non tam seuero & cruento iudici, sed velut magistro plebis, ac doctori sapientissimo populi, iubebam sellam meā collocari, &c. 27.

Iudicium, & principum sedere est ad iudicandum. Amos 6. v.3. Homerus. *Fastigium dignitatis non in cathedra, sed in operibus situm.* Martialis. Raderus. Lipsius. Iuuenalis. Horatius.

Sed si verbi vim Hebraici perpendimus ישב *ia sab* tandem sedem significat, sed recte sumitur pro iudicari sella, aut pro regali solio, nam iudicium & principum est sedere, sicut & eorum qui iudicantur & ministrant, & audiunt proprium est stare. quare vox eadem vertitur solium Amos 6.v.3. *Appropinquatis solio iniquitatis*, & procede simul regali & iudicaria. 2.Reg.23.v.8. & pro sede regali 1.Reg.20.v.25. Si etiam verbi Græci vim consideramus καθεδραν, nihil aliud significat, nisi sedem vel sellam. Vt Hom. illia.3. *Cæteri quidem sedebant, tenebrantque sedes suas quieti*; & aliqui volunt non in sella ipsa fastigium dignitatis, sed in operibus situm. Sic Martial. lib.1. Epig.63. vel, 77. ad Flaccum.

Illic æra sonant: at circum pulpita nostra
Et steriles Cathedras, basia sola crepant.

Alij, inquit noster Raderus, Cathedras subsellia, alij sellas interpretabuntur. Lips. eleg. 1. cap. 19. Cathedras inquit, non absurde capiam prosellis, suadente Iuuenali:

——— *Cum iam sexta ceruice feratur*
Hinc atque inde patens ac nuda, pene Cathedra
signata falso.

ἕδρα autem sedes est. Horat. serm.1. Saty,10.

Discipulorum inter iubeo plorare Cathedras.

Cathedra pro subsellis gymnasiorū sumitur. D.Chrysost. Origenes. Psal.106. v.32. Lorinus.

Ex quo loco etiā intelligitur Cathedras sumi pro subsellis gymnasiorum, vbi Philosophi docebant, vt nostra etiam ætate pro sede magistrorū vsurpatur. Quare in illa sententia Iob. *Cathedram* ad doctrinam videtur referre Chrysostomus, & ad priorem illam suam indicendo libertatem & dignitatem. Sicut & Origenes *ad incensum studium charitatis, quod aliorum eruditioni atque vtilitati opera nauaret.* Rursus Psal.106.v.32. dicitur: *& exaltent eum in Ecclesia plebis, & in Cathedra seniores laudent eum.* Lege nostrum Lorinum, qui erudite multa congerit de Cathedra D. Petri in Roma.

Ezech.28.2.

28. Tandem Ezech.28.v.2. ait propheta ad regem

Superbi aregis Tyri dãnatur.

gem Tyri: *Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo & non Deus & dedisti cor tuum quasi cor Dei.* q. d. Sic te vesanus insluit spiritus, vt dixeris, Deus ego sum, aut quasi Deus in Tyrio saxo sedeo, quæ diuina cathedra est, aut digna, in qua nemo sedeat nisi Deus: Et putasti talem sapientiam ineſſe tibi qualis in vno reperitur Deo. quia qui ciuitatem illam habitabant, aut qui aliunde eo mercimonij causa quotidie confluebant, ciuitatem vtpote sitam in sublimi loco, egregiè munitam & omnibus mundi delicijs atque ornamentis instructam ad mirabundi sedé appellarunt Dei, aut dignam, quæ non ab alio quam à Deo habitaretur: Ideò rex ille sedem illam quam ipse occupabat, sedem appellabat Dei, aut si notam similitudinis subaudias, dicebat, non aliter se in regio solio sedere, quam in sua Cathedra Deus, cum esset sublimis, potens, &c.

Rex Tyri sedem suam sedem Dei appellabat.

29. Vnde constat Cathedram sedem fuisse honorificam, siue illa significet regium solium, siue Cathedras doctorum, vt Christus Dominus meminit Cathedræ Moysis Matt.23.v.2. *Super Cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi*, sicut Esdras 2. Esd.8.v.4. ad legem Moysi legendam audiente populo, vt sentit Euthym. licet D.Hieronym.& Beda doctrinam intelligant, quod qui docet, in Cathedra sedere soleat. Quare nomen Cathredæ ad docendi & iudicandi munus significandum vsurpatur. Moysi Cathedra est ea, quam primus occupauit Moyses, quemadmodum CathedraPetri, quam proximus occupauit Petrus, &c. Eodem autem cap. vers.6. Reprehendens Christus Pharisæos inquit: *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas Cathedras in synagogis.* vocat *primos recubitos* primum locum in capite mensæ in *cœnis*, id est, in conuiuijs solemnibus, ad quæ inuitantur. *Et primas Cathedras in synagogis* quo conueniebatur ab omnibus audiẽdæ legis causa, alijsque publicis conuentibus, eo quod glorioſum sit primas vbique obtinere. Nõ vetat Christus Dominus magistros primos sedere, quorum dignitati primus locus debetur, sed amare, affectare, ambire primum locum, certare & contendere pro primo loco, non tam rem igitur reprehendit Saluator quam animum, fit enim vt superiore loco constitutus humili & modesto, inferiore elato sit animo.

Matth.23. v.2. Euthym. D. Hieron. Beda. *Nomen Cathedræ ad docendi, & iudicandi munus significandum vsurpatur.* Matth.23. v.6. *Qui vocentur primi recubitus, & primæ Cathedræ.*

Ait ergo Ecclesiasticus: *Neque à rege Cathedram honoris.* non ames, non ambias, non quæras Cathedras honoris, & gloriæ, neque sedes honorificas, id est, noli affectare primum locum in ciuitate, quia sicut est ambitionis argumentum, sic eam fugere oportet, ne in his honoribus aliam gloriam & honorem perdas, quæ ijs debetur, qui ambitionis vitium detestantur; quia vltimum locum appetentes, seu *recumbentes in nouissimo loco, superius accendunt*, præcipiente Domino, *vt sit illi gloria.* in sempiternum, Luc.14.v.10. nam sedebunt in Cathedra gloriæ, vt æternis perfruantur delicijs. Palacius explicat, monemur ne cupiamus magistratum aut secularem, aut Ecclesiasticum, maxime Episcopatum, cui est annexa Cathedra docendi. Rationem docet Jacobus, dicens: *In multis offendimus omnes.* Docent etiam qui per principatum, *in superbiam elati in laqueum diaboli inciderunt.* 1. Timoth.3.

Non ambitenda sedes honorifica. Luc 14. v.10. Palacius. Iacobi 3. 1.Timoth.3

VERS. V.

Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis est: & penes regem noli velle videri sapiens.

Sensus.

30. NOn te iustifices, &c. q.d. Noli iustitiam & sanctitatem tuam coram Deo, qui scrutator est cordium, & omnia sunt ei manifesta sicut lux meridiana, vane ostentare: neque sapientiam tuam coram rege venditare. Vterque enim tuam facile computare potest ostentationem. Nam Deus, qui cordis agnitor solers & perspicax est, & quem nullum latet secretum, quemque potest peccari conuincere: & rex proponendo grauissimarum rerum difficultates, facile poterit ignorantiam cuiusque prodere; & reddendam exponere coram omnibus, &c.

Notæ.

SEcunda pars scilicet. *Quoniam agnitor cordis est*, in Græcis originalibus desideratur, addita tamen ab interprete est, vt rationem præbeat prioris hemistichij. Si Deus enim cordis agnitor non esset, posset homo se iustificare, sed quia perspicare scrutator est, nullus audere poterit iustificationem suam coram eo ostentare, quia facile poterit eum peccati arguere. Rursus pro *apud regem.* in Aldo & Basil. erat παρὰ βασιλέως, quod sonat à *rege*, sed ex Complut. & LXX. constat legendum esse παρὰ βασιλεῖ, id est, *penes regem*, vel *apud regem.*

Illustratio prima.

31. NOn te iustifices ante Deum. Tygur. *Ne te coram Domino pro iusto vendites.* vel vt Drus. *Ne iacta iustitiam tuam coram Domino.* Quod apud nos sonat. *No te jactes ni te alabes que eres justo delante de Dios*, quia vt ait Raban. *Nulla præsumptio pernitiosior, est quam de propria iustitia aut scientia quemquam confidere, dicente Scriptura: Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Psal.13.vers.2. Præsumptio enim vanissima est, velle aliquem iustum coram Deo reputari, quod argumentum est humanæ stultitiæ; nam qui vult coram Deo iustum apparere, penitus ex memoria deleuit illud philosophi dictum: *Noscere se ipsum*, qui enim naturæ suæ vtilitatem & fragilitatem bene cognitam, atque animo comprehensam habet, iniustus coram Domino reputatur. Ideò Iob cap.9.v.2. hanc veritatem plane fatetur: *Verè scio, quod ita sit, & quod non iustificetur homo compositus Deo.* & vers.20. *Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.* Est pulchra antithesis, inquit Pineda, in primo versu *homo* enos, miser ærumnosissimus compositus Deo, *el*, forti, iudici æquissimo, atque potentissimo. Agnoscit ergo suam imbecillitatem, atque diuini numeris maiestatem supplex reuereatur, q. d. Valde mihi exploratum est, & certo scio coram Dei supremæ sanctitatis luce clarissima,

Nemo coram Deo iustificandus. Raban.

Qui Deo comparatur, bono, quod acceperat, se priuat. D.Gregor.

clarissima, & fulgentissima, omnem humanam iustitiam velut tenuissimam lucernam obscurari. Dixit D. Gregor. *Quisquis se auctori bonorum comparat, bono se, quod acceperat priuat.* id est, ea ratione, qua quis se cum Deo componit, iustus esse desinit, quamuis iustus fuerit. Sicut de humili dicere solemus, cum quis se humilem esse agnoscit, humilis esse desinit. Sensus autem alterius versus Job est, cum meæ vitæ atque morum integritatem & perfectionem ostendere aggrediar, aut ex ipsis meis verbis prauitatis alicuius arguar, aut ipse Deus me redarguet, vt qui fons sanctitatis sit; aut ille idem, qui mearum actionum Dominus est, multa deprehenderit, quæ sibi displicant, quamuis ipsemet mihi valde placuerim? Quare dixit eleganter. Philo Jud. lib. de somnijs: *Quis enim cogitans se aquam & cinerem inde à creationis suæ primordijs inflabitur: & cristas tollet per arrogantiam? ideò sacrificaturos etiam ad hunc modum aspergi legislator iubet, neminem censens dignum his munijs, qui sibi non sit notus antea, & ignoret vtilitatem hominis, quam ex elementis, è quibus constat, conrectando intellexisse debuerat.*

32. Probat etiam hanc sententiam id Psal.142. vers.2. *Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Duas causas affert Dauid propter quas sibi ignosci æquum censeat. altera quia seruus eius est; altera quod si vellet adiustitiæ seueræ normam facta hominum reuocare, atque exigere, etiam qui iusti videntur & innocentes crimine tenebuntur: neque vllus erit tam iustus, qui effugere eius iudicium, & ex eo possit emergere. ne dum ego, ait Dauid, qui multis nominibus reus sum. Confirmo hanc doctrinam, quæ vera est ex eo Eccles.7.vers.17. *Noli esse iustus multum, neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas.* Aliqui intelligunt, cum qui multum tribuat, suæ iustitiæ, & de sanctitate in soleſcat, nimiumque nitatur prudentiæ suæ, qui mirabundus ad opinionem de sua sanctitate atque sapientia stupescat. Qualem describit parabola illa Pharisæi & Publicani, vt statim explicabimus, sed quare iustum multum prohibet sapiens, numquid redunda vel profluentia in sanctitate & iustitia inueniri potest? nónne dicitur Apocal. 22. vers.11. *Qui iustus est, iustificetur adhuc? & sanctus sanctificetur adhuc?* Cur ait Salomon: *Noli esse iustus multum?* Respondeo cum Jsidoro Peluſiota lib. Epist.131. *Virtutes mediocritates esse definierunt. Inter pietatem enim, & impietatem medium locum pietas obtinet, haud abs te sapiens quoque monuit: Noli esse iustus multum.* ergo si extrema vitiosa sunt, quando medium virtus possidet, iustus multum erit ille, qui ita iustificat se coram Deo, vt in superbiam, & vanam declinet præsumptionem. q. d. Ne de tua iustitia & sanctitate immodice præsumas: quoniam si coram Deo iustificari volueris vitiosus apparebis. Quare dixit D. Bernard. serm. 4. in Psal. Qui habitat: *Non quod iustitia bona non sit, sed quia dum adhuc infirmi sumus, oportet ipsa bona gratia temperari, ne forte elationis aut indiscretionis vitium incurramus.* Ad id Apocal. respondendum D. Joannem comparasse iustum cum improbo, & ait Christus Dominus; quemadmodum persecutores in sua obstinatione pertinaces, iram sibi in dies thesaurizabant: Ita etiam iustos ipsos ad perseuerantiam excitari, atque incendi debere, vt plurimum sibi meriti atque præmij in dies singulos thesaurizent. Itaque loquitur de meritorum incremento à iustis habendo.

Non te iustifices ante Deum, id est, ne velis iustus apparere de tua sanctitate tibi nimium vindicando coram Domino, qui cordium inspector est, & virtutis humanæ iustissimus ponderator. quia non iustificatur in conspectu eius omnis viuens. Vide finem iustificationis Pharisæi, qui coram Deo iustificabatur, ipsi gratias agens, se non extitisse latronem, adulterum, iniustum, raptorem. Luc.18.vers.12. 14. *Sed Publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum*, dicens: *Propitius esto mihi peccatori. Dico vobis* (inquit Christus) *descendit hic iustificatus in domum suam ab illo quia omnis, qui se exaltat humiliabitur*, &c. vide Pharisæum quo modo pro iustificatione, qua apud Deum iustificari volebat, repulsam passus est, & damnatus. &c. Quare, *non te iustifices apud Deum.* ille enim coram Deo de sua iustitia gloriatur quasi nullum habeat peccatum, ob quod argui timeat ab eo, vt Pharisæus, &c.

33. *Non iustus habendus homo coram Deo.* Luc.18.v.12 14.

Secunda illustratio.

Quoniam agnitor cordis ipse est. Idem est *agnitor cordis*, quod scrutator: Sic dixit Salomon sap.1. vers.6. *Et cordis illius scrutator est Deus.* Quod confirmat Jerem. cap. 17. vers.10. *Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui de vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum ad inuentionum suarum.* q. d. nihil mihi clausum est; nihil occultum: ego enim penitissimas cordis cogitationes introspicio: ego affectus omnes, intimosque motus intueor, & examino. qui vnicuique iuxta vias suas, atque consilia, & iuxta laborum fructus digna remetior. Dubitauerat prius Jeremias an aliquis agnosceret cor humanum, quia *prauum est*, & *inscrutabile.* Et respondet Dominus: *Ego scrutans corda*, &c. q. d. Cum ego ipse cor creauerim & in medio hominis reposuerim, vt sedem meam & thronum meum in medio illius collocarem, & possem affectiones hominis regere & dirigere, licet ille sæpissime me ex corde deponat, vt ipse suas voluntatis affectiones gubernet, & cogitet, quæ in suam pernitiem futura sunt, sic efficiens cor inscrutabile & prauum. Nihilominus ego qui creaui illud sinus eius explicabo tamquam cordis agnitor, & scrutator, vt fructus laborum suorum vel remunerem, vel puniam; est igitur Deus, qui omnia secreta callet, & nihil occultum est. Vide hoc idem repetitum Psalm.7. vers.10.

34. *Deus cordis agnitor, & scrutator est.* Sap.1 v.6. Ierem.17. v.10.

Rursus verbum Græcum ἐξιχνιάζω, quod est scrutari & examinare, D. Basil. illud explicans, ait, esse verbum forense quando torturis & argumentis fit inquisitio, scrutatio denotat exactam scientiam quam solet quis acquirere post diligentem inquisitionem. vt notat D. Chrysost. qua Deus non eget inquisitione, cum ei perinde nota sint omnia, ac si per quæstiones

Verbum scrutari, & examinare forense. D.Basil. D.Chrysost

atque tormenta inueſtigaſſet. Jtaque diſcernere, quis iuſtus ſit, quis nocens, illumque abſoluere, hunc damnare, haud difficile eſt illi, qui ſcrutatur corda, & renes: nam ſicut ignis argentum probum, improbumque demonſtrat; ſic ille cum ignis ſit, occultas hominum cogitationes excoquit & examinat. Hanc ſcrutationem cordis declarat Eccleſiaſticus per Verbum *agnitor*. Deus enim agnitor eſt penetralium cogitationum cordis, & inſpector eſt iuſtificationis hominis, quam ambitionis cauſa demonſtrat, vt ſuam prenſationem conſequatur, vide Prou.16. verſ.2. *Spirituum ponderator eſt Dominus.*

Deus occultas cogitationes hominis excoquit, & examinat. Prou.16.v.2

Et penes regem noli videri ſapiens. Hæc duo refert Palacius ad ambitionem ducatus, & ambitionem Cathedræ. Nam qui ducatum ſeu principatum quærit, præſumere debet ſe eſſe alijs meliorem: ac proinde iuſtificare ſe ante Deum: id eſt iuſtiorem alijs ſe coram Deo exiſtimare. Ac cum hoc grandis ſuperbia ſit ideò inquit auctor. Ne te ante Deum iuſtum æſtimes. nouit enim ille cordis latebras. & quod prauum eſt cor hominis præ omnibus. Similiter ſi à Rege vis Cathedram obtinere, ſapientem te illi vendites neceſſe eſt. At ſtultum eſt laudare te ore tuo, & item putare te eſſe ſapientem, cum ſis fortaſſe inſipiens. & quidem populum è cathedra docere res ſcilicet religionis (vt tunc moris erat) fauoris eſt potius diuini, quam induſtræ humanæ. Fauorem porro Dei à ſe ablegat ſuperbia, & tuæ ſapientiæ confidentia. Huc vſque Palacius, & non male.

Coram rege nemo oſtentandus ſapiens. Palacius.

Stultum eſt homini ſe laudare.

At Druſ. vertit: *Ne apud regem oſtentes ſapientiam.* Oſtentat enim ſapientiam ſuam, qui vt 35.
Cathedram honoris vel quamuis aliam dignitatem obtineat, coram rege ingenij ſui acumen venditare, & oſtentare memoriam ſtudet. Quare Salomon Prou.25. verſ.6. dixit: *Ne glorioſus appareas coram rege.* Vbi LXX. *Ne glorioſe te oſtentes coram rege.* id eſt, cum aliquando ad principum, heroumve concilium accerſitus fueris, in quo rex præſidet. primum quidem, ſi ſapis gloriam, ſapientiam, & dignitatem tuam, nequaquam oſtentabis. Omnis enim priuati hominis gloria, & decor, dum maieſtati obijcitur, qua rex fulget, hebetatur, & tenebris offuſa diſparet. & cap. 26. verſ. 12. ait ipſe ſapiens: *Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis ſpem habebit inſipiens.* Chald. *Si vidiſti virum, qui ſapiens eſt in oculis ſuis, melior eſt illo ſtultus.* Si forte conſpexeris virum aliquem verè ſapientem, qui de ſapientia ſuperbe effeſeratur; & alium quempiam ſtultum ac ſtupidum, qui ſe ipſum negligat, & ſtultitiam, ſtuporemque ſuum plane agnoſcat; de hoc potius bene ſperandum eſt, quam de illo. Si ergo in communi quilibet ſapiens vane oſtentans ſapientiam ſuam, ſtulto inferior habetur, & inſipiens reputatur. Quanto magis coram rege ſapientiam ſuam venditans inſipientiæ arguetur. Quare inquit auctor: *Noli velle videri ſapiens penes regem.* Vt dignitatem aliquam obtineas. ſed humilia te in omnibus, &c.

Oſtentare ſapientiam quid. Prou.25.v.6. Prou.26. v.12. *De ſtulto qui ſe cognoſcit potius quam de ſapiente ſuperbo ſperandũ.*

VERS. VI.

Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.

Senſus.

36. NOli fieri, &c. q. d. Noli poteſtatem, ſeu dignitatem iudiciariam temere ambire, quia ad iudicem pertinet viriliter reſiſtere, impedire, & frangere improborum conatus, & eorum violentias ſiue contra ſe, ſiue contra innocentes alios, quas debet reprimere & vindicare; Si tu igitur has iniquitates profligare, & irrumpere non vales, quomodo iudicis munere fungi poteris? Noli inquã hoc officium ambitioſe affectare, ne tibi contingat potentioris faciem pertimeſcere, & eius timore potentiæ, proferre, aut exequi ſententiam non audeas; ſicque ſcandalum ponas in dexteritate tua, & in æquitate, qua alios iudicare debes, id faciendo, per quod ad lapſum & ruinam inclineris, &c.

Notæ.

PRo, *Niſi valeas virtute irrumpere.* eſt in Complut. καὶ οὐκ ἰσχύσῃ, *& non valebis*, id eſt, quia non valebis, non enim valebis. Sed Camerar. habet; μὴ οὐκ ἰσχύσῃς, & alia vt idem notat εἰ μὴ ἰσχύσῃς. quam lectionem interpretatur is, qui olim Eccleſiaſticum in Latinum tranſtulit, *niſi valeas*, &c. & Druſ. legit, μὴ οὐκ ἐξισχύσῃς, *ne non valeas.* quæ omnia eumdem ſenſum efficiunt. Pro irrumpere eſt ἐξᾶραι, vt 1.Corint.5. verſ.2. ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν, *vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit*, id eſt expellite, eijcite. verbum enim ἐξαίρω ſignificat eleuo, excipio, eximo, educo, effero, augeo, expello, eijcio, libero. ex eodem verbo dicitur Eccleſ. 47.verſ.4. de Dauid, qui occidit Gigantem: *abſtulit opprobrium de gente.* & cap. 49. verſ.3. de Joſia: *& tulit abominationes impietatis.* id eſt, profligauit, & deſtruxit idolorum altaria. 1.Mach.3, verſ.20. *Ipſi veniunt vt diſperdant nos.* & verſ.35. ad *conterendam & extirpandam.* (Montan. *vt contereret & deleret fortitudinem Iſrael*) *virtutem Iſrael, & auferendam memoriam*, &c. Sic פלט, apud Hebræos ab alijs exponitur profliga, expelle, & ab alijs ſerua, libera, vt ſupra cap.4.v.9. *Libera eum qui iniuriam patitur.* Verbum *irrumpere*, quo vſus eſt interpres ſignificat violenter cum impetu ingredior, & Lactant. ſumpſit pro penitus, frango. qui enim iudicis munere fungi debet, violenter cum impetu ingreſſurus eſt, vbicumque inuenerit iniquitates, vt eas penitus frangat, & ſimul defendere & tueri innocentem, vt à manibus inimicorum liberetur, & eximatur, & tandem debet pernicioſos reipublicæ profligare, id eſt, deijcere, ſternere, diſſipare, depellere, deperdere, & ad ſupplicium deducere. qui ſic non valet irrumpere, & profligare iniquitates, punire flagitia, & in ſe admiſſas iniurias ſuſtinere, ambire iudicis officium non debet, &c. Quare cum ſit in vltimo hemiſtichio, *in æquitate* reddunt alij, *agilitate*, vide loco ſuo.

Variæ lectiones. 1.Cor.5.v.2. Eccleſ.47. v.4.& 49.3. 1.Mach.3. v.20. Eccleſ.4. v.9. *Verbum irrumpere quid ſignificet.* Lactantius. *Officium iudicis quale.*

Illuſtratio prima.

37. NOli quærere fieri iudex. Poſtquam egit Eccleſiaſticus de non ambiendis alijs dignitatibus, nunc peculiariter ab ambitione poteſtatis iudiciariæ dehortatur. Multa enim in iudice requiruntur, quæ paucis conceſſa ſunt, & nemo de ſe temere præſumere, vel potius multum ſibi confidere, & vendicare debet. Sicut ille alius inſolens Abſalom, cuius ſpiritus nullus locus capere poterat, qui ſe ipſum efferens; ad litigatores, qui ad regem Dauid parentem ſuum, vt iudicem omnium accedebant, vt eis iudicium faceret, ambitioſe dicebat. 2.Reg.15. v.4. *Quis me conſtituat iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iuſte iudicem?* Numquid Abſalom, qui iudicis officium ambiebat, conceſſa erant, quæ ad hoc munus recte exercendum, requirebantur? Minime. nam neque valebat iniquitates irrumpere; neque quod fieri oporteret, iudicio decernere. Erat enim adoleſcens inexpertus, & licet bona eſſet in eo indoles, ſed flexibilis ætas, multique ad deprauandum parati. Ideò à rectitudine alienus, ambitione erat deceptus, & facile à iuris æquitate, & præſcriptione dimoueri poterat: quare dignus non erat, qui iudicis officio fungeretur. D.Gregor. tom.2.lib.19.Moral.cap.13. agens de iudicis officio: *Quid Deo*, inquit, *quid proximo debeant ſolerter aſpiciunt, atque ad agenda bona ſe vehementer accedunt, & de perpetratis malis diſtricte redarguunt.* Quæ omnia hic adoleſcens inexpertus minime exequeretur, ſicque ambiendo iudicis officium, perperam dicebat, *Quis me*, &c.

Multa requiruntur in iudice, vt velit fieri iudex. 2.Reg.15. v.4. *Abſalom non bonus iudex.* D.Gregor.

Quare ait Sirach. *Noli quærere fieri iudex.* non ait: Nec talem poteſtatem accipias; quia iuſſu ſuperiorum non male faciet, qui illam admiſerit. Sic inquit (D.Auguſt. *Otium ſanctum quærit Charitas veritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceßitas charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ, atque intuendæ vacandum eſt veritati: ſi autem imponitur ſuſcipienda eſt propter charitatis neceßitatem.* Et auctor imperfecti hom.33. in Matt. *Opus*, ait, *deſiderare in ſe bonum eſt, primatum autem honoris concupiſcere vanitas eſt: primatus fugientem ſe deſiderat, & deſiderantem ſe fugit & horret.* Itaque non ait tantum, noli fieri, ſed noli quærere, nam iudiciariam poteſtatem quærere & ambire ſtultum eſt, cum ea, quæ oportent non concurrunt, & cum legum depoſitiones recte non valeat exequi, nam vt dixit Clem. Alex. lib.6. Strom. circa finem: *Exiſtimo legis eſſe proprium, & rectæ rationis, reddere, quod vnicuique conuenit, & quod eſt eius proprium, & quod ad eum pertinet.*

Iuſſu ſuperiorum poteſt quis dignitatem acceptare. D.Auguſt. *Auctor imperfecti.* *Non quærenda iudiciaria poteſtas.* Clem. Alex.

Illuſtratio ſecunda.

38. NIſi valeas virtute irrumpere iniquitates, obſcurius legunt, Complut. *Et non valebis tollere iniuſtitias.* particula enim & ſolet eſſe cauſatiua, id eſt, quia non valebis. Eumdem ſenſum efficit lectio Tygur. *Ne inique factis par eſſe non poßis:* q. d. Noli talem poteſtatem ad iudicandum accipere; ne illam virtutem, & fortitudinem non habeas, quæ par ſit, id eſt, ſufficiens ad *iniquitates irrumpendas, & iniuſtitias profligandas.* Raban. intelligit de proprijs iniquitatibus, dicens: *Proprias vnumquemque oportet vires perpendere, & ſic alieni iuris pro quantitate virium curam accipere: Qui ergo ad huc per mollitiem animi terrenis deſiderijs occupatur, cauendum illi eſt ne diſtricti iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ fiat ſubditis auctor ruinæ. Solerter ergo ſe quiſque metiatur, ne locum regiminis aſſumere audeat, ſi quod in ſe adhuc vitium regnat. Ne is, qui per crimen deprauatur proprium, iudex fieri appetat culparum alienarum.* Confirmat Philo Iudæus lib. de iudice initio, cum ait: *Abſurdum enim fuerit eos in culpa hærere, qui iura præſcribunt alijs, quandoquidem ab his potiſſimum exemplum vitæ petendum eſt*; &c.

Et pro, quia. *Quare non ambienda poteſtas iudiciaria.* Raban. Philo.

Sed Lyra, Janſen. & Palacius de alienis iniquitatibus intelligunt, id eſt; (ait Lyra) eas punire valeas ſecundum ordinem iuſtitiæ. explicans D. Joann. Chryſoſtom. tom.4. hom.2. in cap.1. ad Titum id Apoſtoli: *Sunt etiam multi inobedientes, quos oportet redargui, qui vniuerſa domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.* (legit Chryſoſt. verbum *redargui*; *quorum os oportet obſtruere*) inquit: *Nam ſiquidem doctrinæ quis percipit gratiam, non autem ſufficiens eſt illis obſiſtere, neque eis ſilentium imponere, qui adeò impudentes ſunt, pereuntium in ſe attrahit damna, ac per ſingulos auctor perditionis erit. nam ſi recte quidam admonet dicens: Ne quæras fieri iudex niſi valeas iniuſtitiam tollere: longe profecto dignius hoc in loco quiſque admonebitur. Noli quærere magiſter fieri; ſi virtutem eius rei à te alienum eſſe conſideras, verum etſi traharis, inde reſilire contende*, &c.

Lyra, & aliorum huius loci expoſitio. Lyra. Ianſen. Palacius. Tit.1. v.10. D.Chryſoſt. *Sunt multi inobedientes, quos oportet redargui.*

Rurſus inter alios iudices, ſapientiſſimos, fuit Dauid conſtitutus rex, & iudex populi Jſraël, & tamen videtur non potuiſſe profligare & ad ſupplicium deducere iniquitates Joab. Quare ergo contra hoc Eccleſiaſtici præceptum non peccauit Dauid? qui Joab principem ſui exercitus homicidam voluntarium, & duorum fratrum fraudatorem, & inficiatorem impudentem punire non auſus, vſque ad ſui regni finem tolerauit? An dicendum quod ideò hoc præceptum non eſt tranſgreſſus, quia crimina illa in omni regno toleranda ſunt, quæ corrigi & puniri non poſſunt, ſine totius regni perturbatione? Sapiens autem loquitur de ſceleribus plectendis in genere, quod Dauidem feciſſe teſtatur id 2. Reg. 8. verſ.15. *Et regnauit Dauid ſuper omnem Iſraël, faciebat quoque Dauid iudicium & iuſtitiam omni populo.* Et 1.Paral.18. verſ.3. dicitur. *Eo tempore percußit Dauid etiam Adarezer, quando perrexit ut dilataret imperium*, &c. Nec obſtat id quod hic addit Sirach: *Ne forte extimeſcas*, &c. Dauid non tam extimuit faciem Joab, quam periculum perturbandæ per eum totius reipublicæ, ideoque licet ſcelus eius ad tempus reliquerit impunitum, tamen magno zelo poſtea eius punitionem filio ſuo Salomoni commiſit. 39.

Dauid rex & iudex non potuit profligare iniquitates Ioab. 2.Reg. 8. v.15. 1.Paral.18. v.3. *Quare timuit Dauid Ioabum punire.*

Ergo verbum *irrumpere*, ſeu *profligare*, vt diximus in Notis, denotat virtutem iudicis, vt

Verbum irrumpere quid denotet.

vt tollat de medio peccata, auferat virtute sua, & dispersat iniquitates de populo, illas tollat, destruat, deleat, conterat, extirpet; quod vt valeat exequi multa debent in eo concurrere, scilicet vitæ integritas, & in iudicando æquitas. Deinde verò potentia, diuitiæ, nobilitas, & tandem fauor hominum, sine quibus non sufficeret vitæ innocentia. Sic dixit Palacius. Habes primum, quod sit præcipuum iudicis munus scilicet irrumpere iniquitates. Sane populi iniquitates velut catenæ vinciunt & circumdant eum, vt in ipsum velut in carcere vinctum, ira Dei desæuiat. Iudicis officium erit has catenas irrumpere, & (quod iuris doctores dicunt) prouinciam criminibus purgare. Habet & id secundo qui iudex esse volet, virtutem habere debet, animo scilicet & corpore. Vir ergo sit bonus, & potens; potentia scilicet sua vel regis. Igitur qui vel pecuniæ, vel amicorum potentiæ cedit, iudex minime sit.

Quæ debeant in iudice concurrere. Palacius.

40. *Consilium Iethro quod præstitit Moysi.* Exod. 18. v. 21. Caietan.

Hoc consilium Moysi præbuit Iethro sacerdos Madian cognatus eius. Viderat enim eum labore consumi populi vniuersum iudicantem, cum esset solus: *Prouide autem* (inquit Exod. 18. vers. 21) *de omni populo viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, qui iudicent populum omni tempore.* Vide Caietanum, qui numerat hoc loco conditiones ad legitimum iudicem à Moyse requisitas. *Viri* futuri sunt, & non mulieres, quoniam regimen mulierum pessimum est. *potentes*, alij sapientes, alij fortes, alij nobiles interpretantur. Nihil autem propius ad propositum accedit quam sapientes: non tamen sapientes significat, sed proprie viros valentes, seu valoris. Et in hoc loco viros valentes ingenio intelligit: quia prima pars iudicis à naturali ingenio est; viri siquidem ingenij naturaliter sunt aliorum rectores, & sine hac parte reliqua nihil valent. *Timentes Deum* prima animi virtus requisita ad iudicium est: timor Dei, oportet enim ius dicenti alijs rationem habere superioris iudicis, innumerabiles iniurias faciet; *In quibus sit veritas.* In Heb. *viros veritatis.* Dicitur vir veritatis qui sectator est veritatis, id est, qui sit verax tum dicendo, tum faciendo quod dixit, & quod veritas rerum gestarum testium & huiusmodi inueniant locum suum apud eum: *Et qui oderint auaritiam.* quamuis sufficiat homini non esse auarum, non sufficit tamen iudici, sed oportet tam alienum esse ab auaritia, vt oderit ipsam. ex Heb. *Odientes auaritiam.* LXX. *odio habentes.* Significans affectos continuo odio auaritiæ, & non qui ad horam oderint auaritiam.

Conditiones requisitæ ad legitimum iudicem.

In iudice debet esse veritas.

41. *Iudex debet esse iustitiæ amator.* Sap. 1. v 1.

Tertia conditio iudicium est *iustitia*, seu amor iusti, secundum id sap. 1. vers. 1. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Neque enim sat est vt iudex, vel ob spem humanæ laudis, vel alia quacumque vana ex causa, iustum iudicet (talis enim animus facile à proposito suo diuellitur) sed constantior iustitia est, quæ ex ipso iusti amore procedit. Quam iustitiam & æquitatem innatam sibi debet habere, qui iudicis officio fungitur. Insuper & fortitudinem & virtutem ad irrumpendas & profligandas iniquitates. Eleganter ad intentum dixit Philo Judæus in lib. de iudice initio: *Sicut enim ignis quæcumque admouentur calefaciens, ipse primum innata sibi vi caler; nix contra suapte natura frigida infrigidat & alia; sic iudex ipse debet esse plenus iustitia, si alijs ius administraturus est, à quo seu fonte promanant fluentia dulcia legum, & potabilia sitientibus iustitiam, id ita demum fiet, si is, qui ad iudicandum ascendit tribunal, iudicari se non minus, quam iudicare cogitet, & vna cum potestate assumat prudentiam, ne decipiatur, iustitiam & suum cuique tribuat: fortitudinem ne flectatur precibus aut misericordia, quo minus aninnaduertat inconuictos sceleris.* Lege si placet hunc libellum Philonis, & in eo formam recti iudicis descriptam inuenies.

Iudex omnis debet fortitudine ad profligandas iniquitates. Philo.

Illustratio tertia.

42. *Iudex timere non debet faciem potentis.* D. Nazianz.

NE *forte extimescas faciem potentis.* Manifestat Sirach. aliud periculum, ob quod non sit ambienda iudicandi potestas, nempe quia frequenter fit, vt iudex timore potentiæ alicuius non ausit iustam proferre & exequi sententiam. Dixit enim D. Gregor. Nazianz. orat. 6. ad Nyssenum: *Hoc enim per multis ætatis nostræ iudicibus vsu venire conspicio, qui magnis & excelsis viris grauissima quæque facilius condonarint, quam humilibus & abiectis quidquam vel leuissimi momenti:* extimescunt enim faciem potentis, quæ iudicem eneruat, vt suo non possit officio libere fungi, & qui ea virtute & fortitudine indiget, qua potentioribus obsistere, & eorum violentiam retundere non valet, iudicandi potestatem ambire & affectare, rem stultam facit, ne dicam temerariam. Cui autem donauit Dominus virtutem adamantinam, & siliciam fortitudinem, vt Ezechieli datum est, hanc iudicandi potestatem accipere licebit. Si enim ad prædicationis munus versandum suggessit Dominus prophetę faciem adamantinam & siliceam, *vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas à facie eorum.* Ezech. 3. v. 9. quanto magis opus habet, qui iudiciariam potestatem accipit, vt ius omnibus dicat? vtque potentiorum faciem non reformidet, & singulari virtute eos cohibere, vimque eorum & furorem auertere, & propulsare possit? Ratio autem quare Dominus Ezechielem duritie adamantina munierit & obuallauerit, est, quia Iudæi; ad quos prædicandos mittebat, homines erant impudentes, proterui, & contumaces, suique tenaces propositi. Ne autem eorum impetus propheta refugiat, & confundi ab eis timeat, fortiorem & robustiorem suo auxilio & beneuolentia redditurum pollicetur: nam adfunctionem suam obeundam adamante fortiorem, & ad sustinendam & comprimendam eorum effrænatam & proruptam audaciam silice duriorem faciem suam præparauit.

Iudex debet habere virtutem adamantinam, & siliceam fortitudinem.

Ezech. 3. v. 9.

Quare Deus dedit Ezechieli faciem adamantinam.

43. *Adamas quid sonet.*

Adamas in Græco ἀδαμας, indomitum donat, franguntur enim mallei, fatiscit incus, & omne farramentum dissultat, & rumpitur, neque tamen ab aduersaria vi quidquam patitur adamas; Sicut ergo à Domino munitur propheta contra frontem attritam & duram aliorum: sic etiam experiuntur, qui Dei causam ipso iubente, & iuuante, susciptunt, siue sit ad prædicandum, siue ad iudicandum:

dum: eos sic contra aduersos omnium impetus armat, & suo adiumento animos confirmat & roborat diuinus spiritus, vt alij à se superentur & durissima quæque perrumpantur, & frangantur, ne predicatores aut iudices difficultatibus cedant, & oneribus succumbant, quibus humana succumbebat vis & industria. Talem inquam duritiem & virtutem adamante solidiorem tribuit Deus ijs, quos ad iudiciaram potestatem obeundam eligit, qua possint potentioribus resistere, eorumque potentiam, & duritiem frangere, ne faciem eorum formidantes & pauentes, facile ab eorum potentia perrumpantur, & comminuantur. Quare hæc duricies adamantina in iudicibus requiritur, insuper opus habent diuitijs, & nobilitatis splendore & præstantia, vt melius & præstantius suo fungantur munere. adamantis instar, qui ingenti suo splendore & claritate corruscante nobilitatis & amplitudinis speciem præseferre videtur. Qui ergo hac excellentia, virtute, & præstantia pollet, iudicis officium accipere poterit: *Non enim potentis faciem extimescet*, sed iustam pronuntiabit, & exequetur omnibus sententiam. Sic dixit Palacius Habes 3. ex illo, *ne forte extimescas*, &c. quantum iustitiæ periculum sit à potentibus, hi enim sunt pondera, quæ iura velut telas aranearum disrumpunt. Misera musca est, cui à iure periculum est.

Iudicibus, quos Deus elegit, dedit virtutem adamantinam.

Iudices diuites esse debent.

Palacius.

Vltimi hemistichij explicatio.

44. Lyra. Hugo. Dionys. Iansen. Palacius. Sâ.

ET *ponas scandalum in æquitate tua.* Fere omnes interpretes Lyra, Hugo, Dionys. Jansen. Palacius & Sâ, explicant in *agilitate tua.* Cum autem in Originalibus Græcis legatur ἐν εὐθυτητοσυν *in æquitate tua.* vel *in rectitudine*, vel *integritate*, vel *in recto itinere.* non satis assequor quare legatur *in agilitate tua.* Originale enim verbum εὐθυς, quod est rectus, nihil aliud significat. inde est εὐθυτης, quod est rectitudo aut recta forma. exponitur etiam metaphoricè, æquitas, iustitia, exponitur etiam proceritas, vt est arboris, item directio, & rectus trames, & rectus processus. Cum igitur hæc significet verbum originale, non recte translatum est, *in agilitate tua*, sed in rectitudine & *æquitate* siue iustitia. Lyra intelligit: Ne ponas scandalum in agilitate tua, hoc est, ne alios scandalizes per leuitatem & inconstantiam tuam. Lyra. Iansen. Iansen. Ne forte extimescas faciem potentis & hanc timendo ponas tibi scandalum in agilitate, hoc est, dexteritate tua: quia scilicet pertimorem potentiæ alterius, tibi ipsi obstaculum præbet, ne pro tua dexteritate, & promptitudine pergas in iudicando & defendendo oppressos innocentes.

Ponere scandalum in æquitate quid.

Sed rectius legendum est cum vulgato: *in æquitate tua.* Ponere autem scandalum in æquitate, nihil aliud est, quam obstaculum sibi obijcere, vt non vtatur iustitia & æquitate. Timor enim impedit ne ius libere dicatur. Cum autem iudex potentiorum faciem reformidat, & illis molestiam præbere timet, qui fastidiosè ferunt quæ sibi contraria, videntur. *Scandalum ponit in æquitate sua*, id est, sibimet obstat, & impedit ne iustam sententiam iuxta æquitatem iuris libere proferat. Si autem sumamus scandalum pro offendiculo, vel pro offensa, *ponere scandalum*, erit offendere æquitatem suam, vel violare iustitiam, vel offensam præbere rectitudini suæ, vel tandem obstaculum vel offendiculum ponere recto itineri, per quod iudices recti gressus facere solent ad recte iudicandum, &c.

Ponere scandalum est etiam violare iustitiam.

Itaque monet Sirach. ambitionem fugere iudiciariæ potestatis, ne quis illam accipiens, & non valens virtute irrumpere & profligare, iniquitates populi, extimescat faciem potentis & ponat in sua æquitate & integritate obstaculum, &c. Concludit tandem Palacius. Habes 4. ex illo in agilitate tua, officium iudicis esse agilitatem diligentiam & festinatam maturitatem. Non est officium iudicis sterterе, aut animo indulgere, sed festinanter mala cohibere. necesse enim est vt veniant scandala: væ autem iudici, per quem hæc mala non veloci agilitate prohibentur. vt enim Salomon posuit scandalum in officio suo, idolum adorans, Eccles. 47. Ita malus iudex ponit scandalum stertens, vt qui occasionem dat sceleribus, qua augeantur & crescant. Palacius.

Officium iudicis quale.

VERS. VII.

Non pecces in multitudinem ciuitatis, nec te immittas in populum.

Sensus.

45. NOn *pecces*, &c. q. d. Licet officio iudicis fungaris, cuius munus ambire fugiendum tibi erat, hortor te, ne contra multitudinem ciuitatis pecces, iniuria illam afficiendo, vt lapsus est Roboam populi precibus non acquiescens, sed vectigalia imponens fecit populum stipendiarium, & si peccandum est tibi, ne publice pecces, ne doceas peccare subiectos, ne te exemplum peccati populo proponas. Neque te temere in populum immittas, siue ad regendum illum, seu potius ad componendas rixas & contentiones in populo excitatas, quia non solum est delictum graue contra totam communitatem peccare, sed etiam difficile est eam placare eiusque vltionem fugere, &c.

Notæ.

PRO: *ne te immittas*, est in Græco μη καταβαλης σεαυτον, quod vertit Drusius: *Ne præcipita te ipsum.* Ita legendum ex Complut. & LXX. & non καταβαλλω, vt est in Basil. verbum enim καταβαλλω multa significat, destruo, diruo, abijcio, deijcio, negligo, despectui habitus, demissus, hoc est, se deijciens, & submittens, &c. Hæc ratio est quare Tygur. vertit: *Ne te abiecte vulgo permittas.* qui enim immittit se in turbam & vulgum, & se præcipitat in eam, solet abijci, & despectui ha-

beri, & demitti, & vt hoc periculum fugiat iudex, quocum loquitur, admonet dicens: *Ne te immittas*, &c. Scilicet præcipitanter, *in turbam*, vt seditionem commotam pacare coneris, ne percusso capite ex tumultu cogaris fugere, &c.

Illustratio prima.

46. *Quid sit peccare in multitudine ciuitatis? varia expositio.*

NOn peccesin multitudinem ciuitatis. Rabanus, *Hoc vetat ne is, qui ratione pollet, & liberi arbitrij potest. te præualet, fidibitorum insolentia pronocetur ad peccandum, sed constanter robore resistat alienæ nequitiæ: nec se putet impune peccare in eo quod plurimorum voluntati elegit consensum præbere.* Vnde Rom. 1.v.32. *Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Lyra non pecces agendo iniuste propter fauorem multitudinis. illum sectatur Hugo & probat ex eo Gal.1.v.10. *An quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* qui enim hominibus placere statuit, in peccatum incidit, cum homines soleant ea, quæ legi Dei repugnant exoptare. Dionysexplicat de seditione ciuitatis concitanda, aut communitate turbanda. Quod reprehendit Malachias 4. v. 2. cum ait: *Vos autem recessistis de via & scandalizastis plurimos in lege.* q. d. Vos, ô sacerdotes, (eos enim corripit) contra quam sacerdotale nomen exigebat, & maiorum admonebat exemplum, neque seruastis legem, & quo minus seruarent alij vestro vel exemplo, vel doctrina fecistis, &c. Ita admonet Sirach. non pecces in multitudinem, id est, ne eam scandalizes seditionem concitando, vel tuo exemplo illum turbando, & efficiendo ne legem Dei tota multitudo non obseruet.

Galat.1.v.10 — Dionys. — Malach.4. v.2. *Reprehensio sacerdotum à Malachia.* — *Seditio minime concitanda.*

Aliter etiam exponit Dionys. Ne pecces in multitudine, id est, propter multitudinem populi, non agas, nec iudices iniuste, videlicet ex timore offendendi communitatem, vel desiderio complacendi eidem inaniter. Quod probatur ex eo Exod.23. v.2. vbi præcipit Dominus: *Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ vt à verò deuies.* Illud *turbam*, vel potest intelligi de multitudine iudicum vt sensus sit: Noli iniquum iudicium proferre, etiamsi maior iudicium pars ita faciat. LXX. *Non eris cum pluribus in malitia; non apponeris cum multitudine declinare cum pluribus, vt excludas iudicium.* Vel de multitudine ciuitatis, quam turbam propriè vocat Pagninus: *non eris post multos ad mala.* id est, non sequeris multorum exturba sententiam, vt malum iudicium proferas. Chald. *non sequeris multos ad male faciendum.* Solet enim aliquando vulgus condemnare aliquem, quem iudex iustus debet liberare, &c. Eman. Sâ: Non pecces cum offensione multitudinis vbi videtur loqui de peccato scandali, quo turbam ciuitatis offendit. sed melius explicat de iniuria illata contra multitudinem, id est, non pecces contra multitudinem ciuitatis, illam iniuria afficiendo. quia graue delictum est peccare contra totam communitatem: Sicut enim beneficijs ciuitatem vel communitatem cumulare laudabile est, ita in eamdem peccare vituperio dignum est, &c.

Exod.32. v.2. — *Iniquum iudicium non proferendum* — Dionys. — Eman. Sâ. — *Non peccandum contra multitudinẽ ciuitatis.*

47. *Alia expositiones.* Tandem Palacius alias expositiones tradit. 1. Ne fauore populi pecces, vt Absalon fauore populi patrem pellere regno quærebat. 2. Ne in gratiam populi pecces, vt peccauit Saul propter populum non occidens Abimelech. 3. Ne contra populum pecces, vt peccauit Roboam precibus non acquiescens. Subdit tamen videtur & alius sensus esse germanus scilicet; ô princeps si peccandum est, ne publice pecces, ne doceas peccare subiectos. ne te exemplum peccati populo proponas, &c. & probat exemplo Jeroboam, qui Jsrael fuit causa peccati. Vt constat 3. Reg. 12. vers. 28. & cap. 13. vers. 1. 2. Quæ expositio probatur ex versione Complut. qui in ablatiuo reddunt: *In multitudine ciuitatis*, id est, ne coram multitudine ciuitatis pecces illis præbens malum exemplum.

2.Reg.15, 1.Reg.15, 3.Reg.12. Palacius.

Malum exemplum vitandum.

Hoc potest illustrari ex eo Deut.22. vers.8. *Cum ædificaueris domum nouam facies murum tecti per circuitum: ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & inpræceps ruente.* Hoc præcepit Deus, quia in Palestina tecta domorum erant plana, quibus homines inambulabant, perinde ac nos intabulatis: ergo nec ex alto, circa extremitates in terram labi quem contingat, iubet hic Deus eas muro vel septo cingi. Vide Maldonat. in cap.48. Ierem.38. supposita litterali intelligentia, cur præcepit Dominus muro domus tectum coronari, & quare reum sanguinis efficit illum, qui hanc legem non impleuerit, si ipse reus non erat culpæ lapsus alterius? Respondet Theodoretus: *Siquidem cum ratione nos cohonestauerit, ea vult nos vti, quando rei necessitas exigit, & omnibus consulere, nec imprudenter omnia Deo committere, sed pro viribus nostris enitentes auxilium indesperare: Sicuti cum feminamus, non collocamus fiduciam in terra, sed benevolentiam diuinam præstolamur*, &c. Oleaster aliter in Morali respondet, inquit enim. Benedictus sis domine Deus noster, qui magis curas, quæ nobis vtilia sunt, quam nos. Nouisti ignorantiam, ac negligentiam nostram, etiam in his, quæ nobis necessaria sunt: ideò omnibus malis occurrit quę accidere nobis possunt, &c.

Maldonat. *Cur præcepit Deus domus tectum coronari.* — Theodor. — Oleaster.

48. *Non præbenda occasio peccandi per prauum exemplum.*

Sed respondeo hoc loco doceri non præbendam occasionem per malum alicuius exemplum, vt alij in peccatum incidant, & sic fiant culpæ rei. Sanguis enim in scriptura peccatum significat, sicque sanguis culpæ ab aliquo effusus sibi debet vendicare; qui occasionem præbuit alicui cadendi. Sic explicat Glossa locum Deut. dicens: *Qui doctrina & exemplo seruare potuisti, & neglexisti.* Sed clarius Lyra inquit: *Debet enim talis sensus suos & actus diligenter custodire, ne sint alijs occasio ruinæ, sibique imputetur ad interitum gehennæ.* Magnum enim malum est prauum alijs præbere exemplum. Sic dixit. D. Augustinus tom.8. in Psal. 189. super id: *à viro iniusto eripe me.* agens de iniusto, qui sibi nocet (inquit) *sed respondes: In quo mihi nocet? non enim inuasit rem meam, aut appetiuit salutem meam. Luxuriam pascitur, suis voluptatibus delectatur; sed si iniquitas habet voluptates ipse inquinatur? Nocet tibi saltem vel exemplo, quia viuit tecum, & ad quod agit inuitat; Nonne cum eum vides forte in illis sordibus prosperari, duceris taliuæ delectatione factorum?* & alio in loco citatus à Thoma hybernico, inquit; *Omnis, qui male viuit in conspectu eorum, quibus præpositus est, quantum in ipso est occidit; & forte qui imitatur moritur*, &c. Nam vt Iuuenalis docuit Satyra 14.

Glossa. — Lyra. — *Magnum malum est prabere malum exemplum.* D. Auguſt. — Iuuenalis.

Quoniam

Quoniam docibiles imitandis
Turpibus, ac pravis, omnes sumus.

Et in eadem Satyra clarius loquitur dicens.

Sic natura iubet, velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla, domestica magis
Cum subeant animos auctoribus, &c.

D.Greg. Naz. — Vide D.Greg.Naz.orat. 3. circa finem qui inter alia inquit: *Citius, profecto expeditis bellaces, & ex sapientibus excordes ac dementes, quam contra ex audacibus & stolidis moderatos atq; prudentes huiusmodi exemplis reddiderint. Etenim quos remotis etiã vitiorum illecebris, à malo auertere, atque à deteriore parte ad meliorẽ traducere difficile est, quis tandem his, vt placidi & moderati sint, persuaserit, cum Deos vitiosarum affectionum duces & patronos habeant: vbi vitiosi esse, non modo non turpe, sed honorificum etiam existimatur (vt pote Deorum aliquem defensorem ac patronum assumens, qui vitiosa hæc affectione laboret) atque aris & sacrificijs ornatur, ligitimamque libertatem nactum est.* lege D. Auguſt. to.5. lib.2. de ciuit. cap.7. hanc Nazianzeni doctrinam optime confirmantẽ. Et lib.1. confes. quibus omnibus confirmatur expositio Palacij hunc primũ hemistichium de exemplo malo non præbendo declarantis. sed de hac materia alibi plura.

A deteriori parte aliquẽ ad meliorem traducere difficile. — D.Auguſt. — Palacius.

Secunda illustratio.

49. *difficile est vulgus placare.* — *Lucianus.* — *Descriptio vulgi.*

NEc te immittas in populum, alij, *in turbam*. Scilicet ad gubernandum illum, vel potius ad componendũ rixas & contẽtiones in populo excitatas, quia difficile est vulgum placare, & periculosũ est reipublicæ rebus se miscere, maxime contentionis tempore, quod multi semper patent hostes, in quamcumque partem quis inclinetur. Lucianus hanc in Charonte perturbatam rempublicam sic describit: *Turbam quamdam video variam ac promiscuam, & vitam perturbationum plẽtam. Ad hæc ciuitates conspicio apum examinibus similes in quibus proprium quemdam peculiaremque singuli habeant aculeum, quo sibi vicinos pungunt. Quidam autem ex ipsis velut crabrones aguntque feruntque imbecilliorem ac viribus inferiorem*, &c. Lege in Act. Apost. cap. 19. vers. 30. vbi cum ciuitas Ephesiorum confusione & tumultu impleta esset dicitur. *Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli: Quidam autem & de Asiæ principibus, qui erant amici, eius miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum*, &c. Volebat Paulus contentiones ab argentario Demetrio excitatas sedare, sed discipuli non permiserunt, ne à multitudine confusa & turbata occideretur. Cum enim seditio & discordia cõcitatur, & commouetur si sedare coercere non valeas, rectius Pomponium Atticum imitare, qui eam, vt maritimos vitabat fluctus (vt Cornelius nepos in vita Pomponij Attici refert) vel Epimanundi, *qui domi se retinebat, omnem existimans funestam victoriam ciuilem.* vt æmil. Prob. in Epimanunda et Pelopoda, solonis legem, qua quẽlibet etiam priuatum, qui ex orta seditione, non alterutra se parte coniunxerit, domo, patria, fortunis damnat, non probat Aull. Gell. lib. 2. cap.12. Noster Ecclesiasticus hoc confirmat. c. 4. v.32. Cum ait: *Ne coneris contra ictum fluuij.* Ciuitas enim confusa & conturbata instar fluuij est contra cuius impetum ire stultum est. Hoc etiam probat id Prou. 20. v. 3. *Honor ẽsi homini qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumelijs.* Quod congruit cum eo Ciceronis lib. 10. Epist. 9. ad Atticum: *Nihil viro bono, & quieto ciui magis conuenire, quam abesse à Ciuilibus controuersijs.* in eundem sensum coeunt lectiones Tyguri- næ & Drusij. nam qui se immittit in vulgus perturbatum à luce tractatur à multitudine, & insuper præcipitatur. &c.

Act.19.v.30 — *Prohibitus est Paulo à discipulis immiscere se turbis ne occideretur.* — Cornelius nepos. *Qui non valet sedare turbam quid facere debet.* Æmilius. — Aull.Gell. — *Ciuitas conturbata instar fluuij est* Prouer.20. v.3. — Cicero.

VERS. VIII.

Neque alliges duplicia peccata, neque enim in vno eris immunis.

Sensus.

50. *Alligare peccatum quid?*

NEque alliges, &c. q. d. Si semel labi in aliquo delicto contigerit, mox cessa, ne adiicias peccatum peccato, id est, peccatum semel cõmissum ne repetas priori coniungendo, quia si in vno peccato immunis non es, hoc est, nõ es, impunitus de vno admisso, quanto magis si repetas. Vix vnius Criminis vindictam perferre poteris, quid mirum si duplicato peccato, duplicetur & pœna, quam ferre nõ valebis: quare cauendum est tibi à duplicatione peccati; ne crescat peccati punitio, &c.

Notæ.

PRo *neque alliges duplicia peccata* est, in Græc. μὴ καταδεσμεύσῃς δὶς ἁμαρτίαν, in singulari *ne alliges bis peccatum.* sed non variat sensum. Alligare peccatum dicitur. Is qui peccat, idem dicitur trahere iniquitatem vt Isai. 5. v. 18. Respexit vt apparet ad id prouerbium, quod superius retulimus cap. 3. v. 29. *Transgressio trahit transgressionem*, nempe vt currus currum trahit, nam facile delabimur ab vno crimine in aliud. Quod ne fiat etiam cauendum est. Cauebitur autem si peccatum semel admissum, non iterum admiserimus. à quo nos deterrere debet supplicium, quod manet eum, qui semel tantum, nisi pœnitentiam egerit, peccato se alligauerit, verbũ enim καταδέω est colligo, obligo, anẽcto; vnde κατὰ δέσμῳ, vinculum, quo alligatur, &c.

Illustratio prima.

51. *Non alligandа duplicia peccata.*

NEque alliges duplicia peccata id est, *bis* Tygur. *caue peccatum congemines.* hoc est duplices peccatum. Hæc sententia ad præcedentis confirmationem videbatur pertinere, propter adverbium, *neque*, quod præteritorum coniunctium est. ita vt esset sensus, ne quis immittendo se populo, iudicis officium ambiendo se inuoluat duplicibus peccatis, & suis scilicet & populo, cuius peccata sæpe imputantur rectoribus, siue ob seã dalum ab eis datum, siue ob negligentiam correctionis Sic Glossa, vt *pecces & peccantibus consentias* Raban. *Duplicia peccata ille alligat qui non solum semetipsum à peccatis non cohibet, sed etiam alijs, ad peccandum consentiendo fauet, cui in vno reatu satis esset, etiam si in altero se non implicaret.* Lyra scilicet tuum peccatum eum peccato populi; ita Dionys. & Hugo. Palacius Admonetur (inquit) princeps peccata sua publica duplicia esse. Nã vt Episcopus, qui cito manus imponit cõmunicat

Glossa; Rabanus. — Lyra. — Diony. Hugõ, Palac. *Peccata priuata publica duplicia esse.*

peccatis ordinati. Ita qui coram plebe peccat communicat peccatis, quæ eius exemplo populus admittet. Hugo, *neque alliges* id eſt, ad te liges. *duplicia peccata* vt ſcilicet pecces in te, & peccantibus conſentias. *Neque enim*, &c. id eſt, nec in peccato tuo, nec in peccato populi, ſed pro omnibus punieris. Principum enim peccata perniтioſiſſima ſunt, quæ grauius punienda ſunt, vt optime probat D. Solorzano in diſp. de Ind. iure.

Lib.3.c.5. num.22.

Quod poteſt probari ex eo Num. 25. v. 3. 4. *Iratus Dominus ait ad Moyſem. Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael.* Hoc præceptum de ſuſpendendis principibus accipitur, quod rei criminis eiuſdem eſſent, aut conſenſiſſent, aut non impediuiſſent. Ita Origen hom. 20. D. Auguſt. q. 52. Rabanus, Rupert. Comeſtor, Hugo, Gloſſa, Lyra, & alij quare autem hoc ita factum ſit eleganter oſtendit D. Petr. Damian. lib. 4. Epiſt. 15. fere ad finem *Quid eſt* (inquit) *quod populus in luxuriæ voraginem labitur, & in eorum præpoſitos vindicatur? ſubditi delinquunt, & principes in patibulis ſuſpenduntur? ſcilicet alius eſt, qui peccat, alius ille, qui vapulat. Cur hoc, niſi quia culpa ſubditorum in præpoſitorum redundat opprobrium: Et quod ab omnibus erratur, negligentiæ paſtoris adſcribitur? & vide quam formidoloſa ſit conditio præſidentium, vt non modo pro ſuis, ſed & pro ſubditorum puniantur offenſis. Arguit eos Moyſes, quia lex Dei negligentiæ illos ac corporis accuſat*, &c. Aliqui affirmant hos principes qui ſuſpenſi fuere, iudices fuiſſe, & hæc explicatio roboratur ex eo, quod additur; *vt auertatur furor meus ab Iſrael*, id eſt, à populo Iſraelitico. Si populus deliquit, & iram Dei ſuis criminibus irritauit, & ab eo ſumenda erat vindictâ, quare principes & iudices ſuſpendi iubentur? quia vt diximus peccata populi in opprobrium præpoſitorum redundare. quare infert D. Grego. teſte Hugone: *Hæc homines ſi attenderent prælationes non ambirent.* Et noſter Cornelius Diſcant; ait, hic chriſtiani principes & iudices, Deum, adulteria, ſcortationes, aliaque peccata præſertim publica in totum populũ, qui ea in ſuo cætu, vel republica tolerat, vindicare: ac proinde ſi populi tutiores eſſe velint vti debent, ſontes puniant, Deique offenſæ & iuſtitiæ ſatisfaciant. Jtaque Dei iram & vindictam tam à ſe, quam à toto populo auertent: alioqui ipſi iudices punientur pro peccatis populi, &c.

Num. 25. v. 3. Quare iuſſit Dominus principes populi ſuſpendere. Origenes. D. Auguſt. Rupertus. Comeſtor. Lyra. Peccata populi ſolet Deus in principe punire. D. Petr. Damian. Formidoloſa eſt conditio præſidentium. Peccata populi in opprobrium præpoſitorum redundant. D. Gregor. Cornelius.

Illuſtratio ſecunda

52. NEque alliges, &c. Prædicta explicatio, quæ cum ſuperioribus Cohæret non eſt contemnenda. Sed nihilominus quia Græca hanc ſententiam ſeorſim habent, alium ſenſum requirunt. *Ne alliges bis peccatum* legunt complut. quibus verbis prohibetur continuatio peccatorum, vt ſi ſemel labi in aliquo contingat, mox ceſſetur, nec adijciatur peccatum peccato. vtitur autem verbo *alligandi*; quia continuatio peccatorum, ac multiplicatio in Scriptura, dicitur eſſe quædam colligatio, vinculorumque connexio. vnde apud Iſaiam cap. 5. v. 28, dicitur: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis*, &c. vide huius loci explicatioem ſupra cap. 3. Num. 124. v. 139. ſic etiam dicitur Prou. 5. v. 22. *Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.* Verbum *capere* ſignificat comprehendere, quaſi iniquitates vocentur lictores, vel aſſenſi (vulgo *aguaſiles, o cerchertes*) qui iuſſu iudicis ſupremi impium capiunt, & comprehendunt, & ne emanibus elabantur, funibus peccatorum eos conſtringunt ad coniiciendum in carcerem, vbi integre debitorum ſuorum pœnas luat. vnde cum impij peccant, peccatis illigantur, & cum ea repetunt, ſibi *duplicia peccata alligant*, & inſuper tenacius conſtringuntur, vt ſuis ſceleribus dignam pœnã ſuſcipiãt. Quare qui peccata peccatis adijciunt, ipſi duplicia alligant peccata & qui vnico peccati funiculo conſtrictus eſt, ab eo liberari non valet, quomodo poterit ex duplicatis vinculis euadere? vt ſtatim dicemus? vide quæ refert D. Matth. cap. 18. v. 33. 34. de illo ſeruo, qui *decem millia talenta* debebat, cui dominus condonauit debitum, quia *rogauit* eum, id eſt, peccata contra Dei præcepta remiſit. per pœnitentiam. Cum autem hic ſeruus conſeruum ſuum ſuffocaſſet, quia debebat ei centum denarios, ad iram prouocauit Dominum ſuum, & ait illi verſ. 32. *Serue nequam omne debitum demiſi tibi, quoniam rogaſti me nonne ergo oportuit, & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* quando hic ſeruus debitor conuictus debitum decem millium talentorum agnouit, nihil illi conuitij dixit Dominus; cur poſtquam aduerſus ſocium ſe ſeuerum, durum, & omnis humanitatis expertem ſe exhibuit, tunc nequam & improbus ſeruus à Domino ſuo eſt appellatus? Reſpondeo in primo debitoris ſtatu peccauerat contra Dominum præcepta legis tranſgrediens, & quia humiliter veniam poſtulauit, eam obtinuit. At cum peccato præterito nouum peccatum contra proximum commiſit, alligauit peccatum duplex quæ repetitio ita Deum ad iram & vindictam concitat, & prouocat vt peccatum innoxium abire non patiatur, ſic que illud acerbe punit. Ita obſeruauit D. Chryſoſt. to. 2. hom. 62. in cap. 18. Matt.

Iſai. 5. v. 18. Prouer. 5. v. 22. Iniquitates vocantur lictores, vulgo alguaciles. Peccato peccatum non adijciendum. Matth. 18. v. 33. Ponderatio parabolæ talentorum. Matth. 18. v. 32. Peccatum duplicatum iram Dei prouocat. D. Chryſoſt.

53. Confirmat hoc id, quod Ioan. 5. v. 14. dixit Chriſtus paralytico poſtquam paralyſi illum liberauit ſalutem integram ei reſtituens: *Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quid deterius quam peccata peccatis adijcere? vide Rom. 2. v. 4. 5. Cum Herodes præcepit amputari cap. vt præcurſoris domini, clare oſtendit, peccatum hominem in peccatum trudere, libido Herodem impulit ad homicidium perpetrandum. Sic Beda hom. de decoll. Joann. Bap. *Quoniam* (inquit) *Herodes noluit cohibere luxuriam, ad homicidij reatum eſt prolapſus, eſt*, &c. Tandem dixit Dominus per Exech cap. 3. v. 20. *Si iuſtus fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo*, &c. vbi D. Greg. hom. 10. ſuper Ezech. inquit: *Quia vide repænitendo noluit vbi iam impingit iuſto eum iudicio deſerens, pænam ei, vt & ei alibi impingat*, & illud *ponam*, explicat, *eſt nequaquam ad peccandum premere, ſed nolle à peccato liberare.* Quare Eccleſiaſticus monet, non alligari duplicia peccata, id eſt, non repetenda, vel peccata peccatis adijcienda. vide ſupra; cap. 3. verſ. 29. Num. 139. & 141. & cap. 5. verſ. 5. Num. 26. & 27

Ioan. 5. v. 14. Nil deterius, quam peccata peccatis adijcere. Beda. Ezech. 3. v. 20. Ponere Deũ offendiculum coram iuſto peccante quid. D. Greg.

Neque enim in vno eris immunis. Tygur. *Cum ne vnum quidem laturus ſis.* q. d. pœnam vnius tolerare non poteris, quanto minus ſi duplicetur & pœna propter duplicatum peccatum. nos diceremus. *a penas eſtas perdonado de vno*, aut *a penas eſtas libre de vno, como te librarás dedos.* vel *no aucis ſalido devna y ya os quereis meter en otra.* Jdeo à peccato repetito nos deterrere debet ſupplicium, quod manet eum, qui ſemel tantum, niſi pœnitentiam egerit, peccata ſe alli-

A peccato regetio nos debet ſuppliciũ deterrere.

gauerit. De vno enim; Et de altero Deus rationem repoſcet, & reum adducet in iudicium, vt Salomon dixit Eccles. 12. v. 14. *Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum illud ſit.* ſic dixit quædam ex Sibillis agens de iudico. *Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt.* Docet enim Sirach, non repetendum peccatum, ne cum primum, ſi non remiſſum eſt, ſecundo adiunctum, prouocet iram Dei vt de omnibus iuſtam vindictam ſumat, &c.

Eccleſ. 12. v. 14.

VERS. IX.

Noli eſſe puſillanimis in animo tuo;

VERS. X.

Exorare, & facere eleemoſynam ne deſpicias.

Senſus.

54. NOli eſſe, &c. Si forte ex præcedenti ſententia intuliſti, te animo concidere propter admiſſa peccata, quaſi veniam impetraturum deſperes, moneo te ne animo deficias, ſed fac animo forti, magnoque ſis, ſperans veniam de iterato peccato impetraturum vt autem veniam conſequaris vacare te diuinis precibus oportet, & orationi eleemoſynam adiungere; nam qui in alios benignus eſt, Dei etiam benignitatem erga ſe ſolicitat & prouocat, &c.

Notæ.

NOli eſſe puſillanimis in animo tuo. diximus in originalibus Græcis harum ſententiarum ordinem inuerſum eſſe, nam appoſitæ ſunt poſt verſ. 11. ſed melius vulgatus hoc loco collocauit, vt animum eorum, qui conciderunt propter doctrinam præcedentis ſententiæ, erigat. Rurſus ex his duobus verſibus vnum efficiunt Complut ſcilicet, *Ne ſis puſillanimis in oratione tua, & Eleemoſynam facere ne neglexeris.* ommittunt *in animo tuo*, & adijciunt *oratione*, quod vulgatus optime diuiſit, vt melius ſenſum declararet. Tandem pro *eleemoſynam* licet in Græco ſit ἐλεημοσύνην; tamen Druſius, vt in alijs locis, reddidit, *miſericordiam*, ideſt, benignitatem, nam exiſtimat verbum Hebræum fuiſſ חסד, ſed forte non erat niſi צדקה, quod ſignificat eleemoſynam. Ne omiſeris inquit, benigne facere, aut ſtipem dare pauperibus.

Illuſtratio prima

55. NOli, &c. non in eleganter originalia Græca primo verſui adiunxerunt orationem qua poſtquam monuit Sirach. peccatum non iterandum, & nec vnum quidem eſſe impunitum, optime ſubiungit, quod amiſſo peccato ſit pro eius expiatione faciendum: orandum ſcilicet cum confidentia, & orationi addendam eleemoſynam, quæ extinguit peccatum ſicut aqua ignem. ſed vulgatus verbum *orare.* ad ſecundam ſententiam pertinere exiſtimat, & in priori ſuadet confidentiam animi ad fugiendam diffidentiam ortam ex comminatione ſupplicij proiteratione peccati. Ne cadas, inquit, animo, non diffidas, nec puſillanimitati ſuccumbas; ſed excita & erige animum, teque ipſum confirma. & ſpera omnium peccatorum tuorum veniam impetraturum. Jdeo enim (inquit. Rabanus) *puſillanimitas fugienda eſt, quia ſepe per illam triſtitia ſæculi, quæ mortem operatur, naſcitur. At contra conſtantes animo fortiter per patientiam ſufferunt laborem, quia omnem præſentis vitæ contemnunt laborem.*

Originale adiunxit primo verſui orationem. Non diffidendum ex comminatione ſupplicij.

Sic Jſaias 35. v. 4. confortabat deſperatos in aduentu Meſſiæ: *Dicite puſillanimis confortamini, & nolite timere.* q. d. Si quis in vobis fuerit animo puſillo & fracto, illum ad bene ſperandum his verbis excitate; Macti eſtote animo, procul abſit deſperatio ac metus, &c. Definiens Ariſtot. puſillitatem in libello de virtute ait: *Puſillitas, paruitaſque animi vitium eſt, per quod fit vt neque fortunam, nec infortunium, neque nomen, neque ignominiam ferre poſſint.* Et in fine huius libelli inquit: *Hanc anguſtia, querimoniaque, & diffidentia & depreſſio quædam animi ſequitur.* Noli, inquit Eccleſiaſticus puſillanimitate frangi, paruitateque animi, vt non poſſis minitationem ſupplicij pro peccatis tuis ferre. Sin autem anguſtia, diffidentia, aut animi depreſſione ortâ ex puſillitate opprimeris, ne deſpondeas animo, ſed illum erige, & fac vt procul ſit à te deſperatio ac metus veniæ non obtinendæ pro peccatis commiſſis. Sic aiebat Dauid Pſal. 54. verſ. 9. *Expectabam eum, qui ſaluum me fecit, à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate*, id eſt, ab animi anguſtia, mœrore, deiectione, vel ab ſpiritu puſillanimi, & paruo animo ſcilicet, D. Auguſt. legit: *à puſillo animo.* liberat enim Deus hominem à puſillanimitate, quæ (vt inquit ſcilicet Jſaac Syrus præsbyter Antioche lib. 1. de contemptu mundi cap. 42. tom. 6. Bibl. nouæ part. 2.) *mater eſt cruciatus* & ſtatim cap. 43. agens depuſallinimitate: *Quando, inquit, vult Deus peramplius tribulari, permittit etiam venire ad manus puſillanimitatis. Hæc autem parat in eo potentiam acediæ, in qua guſtat ſuffocationem animæ, quæ eſt guſtatio gehennæ, & ex hac ſuperinducitur ſpiritus exceſſus, ex quo naſcuntur plurimæ tentationes, ſcilicet confuſio, furor, blaſphemia, fatua culpatio, perverſæ cogitationes*, &c. Exempla puſillitatis inuenies Gen. 29. v. 19. Exod. 14. v. 10. & 20. v. 19. & Joan. 9. v. 22. & alibi: Cum ergo tot mala efficiat in animo puſillanimitas, præcipue cum poſt tot ſcelera commiſſa veniam quis conſequi deſperat, in omnium animos inducit hoc conſilium: *Noli eſſe puſillanimis in animo tuo.* Vide Joan. 14. v. 1. 27. & 16. v. 37. & Lucæ 12. v. 32.

Iſai. 35. v. 4. Puſillitas ex Ariſtot. quid. Ariſtot. Deſperatio orta ex peccatis commiſſis abijcienda. Pſal. 54. v. 9. D. Auguſt. Iſaac Syrus. Puſillanimitas mater eſt cruciatus.

Illuſtratio ſecunda.

EXorare & facere eleemoſynam ne deſpicias: Jam diximus verbum *exorare*, adiunctum eſſe 56.

in

Ad impetrãdam veniam multum conducit orare. Ecclesi.21. v.1.

in Græco primæ sententiæ, vt dicat: non sis pusillanimis adorandum, id est, ora cum confidentia: Nam ad impetrandam veniam peccatorum multum conducit orare. Sic infra cap. 21. v. 1. ait ipse Jesus Sirach: *Fili, peccasti, non adijcias iterum, sed de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Non solum non iterandum peccatum monet, sed ad orationem & deprecationem inducit, vt de pristinis veniam à Deo impetremus.

Per orationẽ ira Dei aduersus peccata flectitur.

Quare ergo Ecclesiasticus postquam egit de pusillanimitate ex animo abijcienda orta ex diffidentia veniam à Domino impetrandi, nunc omnes ad orationem faciendam exhortatur? Quia per orationem ira Dei aduersus peccata flectitur, & suam exequendo misericordiam, veniam peccatoribus postulantibus concedit; Peccauerat populus Israeliticus contra Dominum & cum ipse nolet veniam, seu impunitatem dare, quia oratione placatur, ait ad Ierem. cap. 11. v. 14. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.* q.d. Tu ergo ô Ieremia orare noli, abstineto à laudibus, quas oratio plerumque precibus adiungit, neque te pro peccatis populi supplicem opponas, neque enim vt maxime in populi vexatione, atque æstu, orando, clamandoque contendas, quod petis exorabis, eadem verba repetuntur cap. 7. v. 14. aiens Dominus, *non obsistas mihi*, quod adijcit, quia tantum in est viri iusti precibus, vt Deum vim afferri sibi ab oratore iusto fateatur, & quasi retardari dicat Dominus & frangi quod ad modo studium vindictæ orationis opposito.

Ierem.11. v.14. — Ierem.7. v.14.

Quare progibet Deus Ieremiæ orare pro peccatis populi. Ezech.22. v.30.

Quare ergo prohibet Deus Ieremiæ orare pro peccatis populi? si ipse Dominus quærit virum iustum, qui sibi orando se opponat ad ipsum placandum (vt dixit Ezechiel) & gladium vltionis de manibus arripiat: *Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret appositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.* cap. 22. v. 39. cur Ieremiæ obstat orare pro populo, qui peccauerat? Respondet D. Chrysostom. tom. 1. 1. hom. in Psal. 7. *Est aliud*, inquit, *quod non facit exaudiri? quando in peccatis perseuerantes oramus. quod etiam de Iudæis dixit Deus Ieremiæ (Ne deprecare pro hoc populo, An non vides quid faciunt?) Ab impietate non defecerunt, & tu offers pro eis preces?* Itaque ratio quare Deus repellit orationem pro peccatis oblatam, est, qui in eis persistimus, & non resipiscimus, nec à vitæ prauitate, ad Dei cultum, seu virtutis studium conuertimur. Si enim ad meliorem vitæ frugem nos reciperemus, & ad Deum conuerteremur, orationem non dimitteret, sed potius illam auscultaret, & nobis attentum se præberet auditorem.

D. Chrysost.

Orationem pro eo, qui in peccatis persisti non exaudit Deus

57. Nota illud *non exaudiam*, q.d. *No me ruegues por esse pueblo, que no saldras con ello.* Sed quid indecorum sequeretur, quod oratio Ieremiæ repulsam ferret? numquid ignominiam & infamiam pateretur? Quare impedit orare? Respondet eleganter D. Hieron. super hunc locum: *Ne videatur*, inquit, *rogans propheta non impetiare quod postulat, præcipit Deus ne pro populo peccatore & nullam agente pœnitentiam deprecetur. Quod autem dixit, & non resistas mihi, illud ostendit, quod sanctorum preces Dei iræ possint resistere. Ac reputemus crudelitatem Dei, qui ne rogari quidem se permittat, reddit causas, cur non exaudiat dicens: Nónne vides quod isti faciunt?* Ergo

Quare Deus impedit orare. D. Hieron.

ne irritæ viderentur orationes amicorum Dei, si eas non exaudiret, præcipit prophetæ, ne illas effundat, nolo, inquit, videri immemor nec ingratus erga illos, cum quibus amicitiam constitutam habeo. q. d. *porque soy buen correspondiente para quien deueras me sirue.* Scio enim ego seruis meis mutuam reddere voluntatem, & amicitiam; quare cum Deus preces & orationem exaudit, voluntatem faciendi id, quod petitur manifestat. Multa enim facit Deus deprecatus, quæ minime concederet, si rogatus non esset, aut promissa exequi differret. Sic pendit D. Ambros. id, quod respondet Christus Dominus matri suæ cum ipsa rogans dixit illi: *Vinum non habent.* Ioan. 2. cui respondit: *Nondum venit hora mea.* Ait igitur Ambros. tom. 2. Octon. 16. in Psal. 118. super id: *Tempus faciendi domini. & ille quidem tempus sciebat, & non differebat, & nos nesciebamus quo melius tempore subueniret*, &c. *Aut fortasse vult à nobis admoneri, vult rogari, imo si rogatus fuerit, & ante tempus venit, & venit ad ficulneam, & ante horam venit, vt dicit ad matrem. illa rogabat pro nobis, illa festinabat dicens: Vinum non habent fili, Respondet & Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea, & mater, quæ sciebat eius affectum, dicit ministris. Quodcumque dixerit vobis, facite: Iesus quoque, qui horam suam venisse negauerat, fecit quod ante differebat. Omnia Deus tempore fecit*, &c. Pende: *Omnia tempore fecit*, quod addit D. Ambros. ne Deum sententiam mutare videretur, omnia Deus suo tempore facit. Tempus tunc non erat, si virgo sanctissima non rogaret, sed quia rogauit tempus operandi quod postulabat appropinquauit, & sic necessitati succurrit, &c.

Scit Deus seruis suis reddere voluntatem & amicitiam. D. Ambros. *Deus vult rogari.* *Quare Christus dixit matri Nondum venit hora mea.* *Omnia Deus tempore facit.*

Rursus D. Iacobus hoc consilium præbet: *Tristatur aliquis vestrum Oret.* cap. 5. v. 13. suadet Apostolus in rebus aduersis ad preces confugiendum esse, & ad opem diuinam implorandam. Solent enim res aduersæ tristitiam ac mœrorem parare in animo, qui sacris precibus, aut leniendus, aut superandus est. ita Christus Iesus, cum mortem iam sibi imminere animaduerteret, de seipso aperte pronuntiauit Matt. 26. vers. 38. *Tristis est anima mea vsque ad mortem*, continuo sese in preces effudit. & mox discipulos monet, vt *vigilent*, atque *orent*, *ne intrent in tentationem.* Vide D. Laurentium Justin. de Triumphali agone Christi cap. 6. & quamuis hic locus Apostoli intelligatur de tristitia corporali & spirituali ex tribulationibus orta; sed non in concinne potest intelligi de tristitia ex peccato procedente, vt annuit Paez, quæ tristitia vera est, similis illi, de qua Apostolus 2. Corint. 7. v. 10. *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Ergo ait Iacobus: *Tristatur aliquis vestrum* tristitia, quæ pœnitentiam parit peccatorum? *Oret* cum humilitate, preces ad Deum fundat, vt in punitatem illorum consequatur. Quia si iuxta D. Augustini mentẽ peccata venialia & quotidiana à Deo permittuntur, nec datur, vt loquuntur Theologi, auxilium ad omnia collectim sumpta euitanda, vt propter & homo adorationis asylum confugere, ineaque de commissis huiusmodi deffectibus à Deo veniam inplorare cogatur. Tam grata enim est hominis humilis deprecatio, vt propter illam iugiter faciendam permittat Dominus inueniales culpas hominem frequenter elabi, salubriusque sit & gloriosius homini humilem Deo exhibere & rationem,

58. Iacob.5. v.13. *Auxilium diuinum implorandum.* Matt.26. v.38. D. Laur. Iust. *Cum quis tristatur pro peccatis oret.* Paez. 2.Cor.7. v.10. D. August. *Non datur auxilium ad omnia peccata venialia collectim sumpta vitanda.*

rationem, quam omnibus carere defectibus, nec pro illorum venia, impetranda orationis indigere suffragio. Quid mirum vt idemmet remedium postulet, non solum ad fugienda peccata mortifera, sed ad commissorum impunitatem à Domino impetrandam? quare Jesus Sirach pusillanimitatem ex peccati ruina ortam abigere conatur, & ad orandum cum fiducia ad Deum exhortari non dubitat. quia oratio cum detestatione peccatorum facta à diuino Largitore veniam impetrare solet. Largum possemus sermonem de orationis virtute texere, sed iterum, & sæpe de ea versanda offeretur occasio, &c. Pergo.

Abigenda pusillanimitas orta ex peccato.

Illustratio tertia.

59. *Nomen eleemosynæ misericordiam significat.*

Et facere eleemosynam ne despicias. Tygur *ne miserando benignum præbere te negligas.* Drus. *& misericordiam exercere ne negligas.* iam diximus in Notis & supra cap. 3. num. 39. nomen *Eleemosynæ* in Græco misericordiã significare à verbo ἐλέος חסד, quod misericordiam significat, seu pietatem, probitatem, & beneficium, gratiam, beneuolentiã, beneficientiã & alia: q.d. Nunquã misericordiam facere, & beneficium conferre, pietatemque erga inopes exercere despicias, vel cesses. Hinc dicitur 2. Reg. 2. v. 5. *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul & sepelistis eum.* Mortuum enim sepelire sicut opus misericordiæ est, ita etiam Eleemosynam erogare. Melius probatur ex eo Prou. 16. v. 6. *Misericordia & veritate redimitur iniquitas*; seu vt est in Hebræo *expiabitur*. seu *remouebitur* qui effectus est proprius eleemosynæ, vt mox dicemus. vide Gen. 24. v. 49. Dan. 1. v. 9. & alibi. Alij de radice alia deducunt nomẽ eleemosynæ, vt iam diximus, scilicet ex צרק tsadac, quod est iustificare inde nomen צרקה, quod ponitur pro prioata beneficentia, quæ alicui exhibetur. Vnde pro eleemosyna sumitur, & bono opere 1. Joan. 37. Isai. 56. v. 1. *Facite iustitiam.* Et Psal. 111. v. 9. *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Et alibi. Itaque ait Sirach. *Ne omiseris* benigne facere, aut stipem dare pauperibus Ratio autem propter quam hortatur auctor ad eleemosynam pauperibus erogandam, est quia inter alios eleemosynæ effectus, vel fructus vnus est non contemnendus scilicet extinguere peccata sicut aqua extinguit ignem. Et cum supplicium pro peccatis iteratis minitatus esset Sirach, vt ea peccator effugere posset, animum erigit ad sua peccata expianda, non solum per orationem, sed etiam per erogationem eleemosynarum, dicens: *Et facere eleemosynam ne despicias.* Vide quæ diximus cap. 3. vers. 33. num. 157. Cum versaremus illud: *Ignem ardentem extinguit aqua. Et eleemosyna resistit peccatis.*

2. Reg. 2. v.5. — Prou.6.v.6 — *Eleemosynæ nomen à verbo iustificandi aliqui deducunt.* — *Effectus eleemosynæ est extinguere peccata.*

60. Insuper potest hoc consilium illustrari ex eo Psal. 40. v. 2. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eam Dominus.* Beatum vocat illum, qui erga pauperes, se præbet benignum & misericordem, illis subueniendo in necessitatibus & eleemosynis peccata tua redimendo, vt in die mala liberetur. id est, in die illa, cum rationem vita suę reddirurus est. Non enim damnabitur pænitens. qui pro suorum peccatorum solutione se in pauperes misericordem præstitit. Dixit eleganter D. Petrus Chrysolog. serm. 107. *Eleemosyna pro delictis supplicat*, non solum in hoc tempore, sed præcipue in futuro. Et serm. 166. fine. *Redimat*, (inquit) *ipse eleemosynis, quod non potest supplere ieiunijs: quia illius gemitus Dominus nõ requirit, qui pro se gemitus pauperum sic redemit.* vocauit autem pauperum gemitus omnia in commoda, pœnasque vniversas, quibus inopia premitur, & peccatorum gemitus, pœnitentiæ rigores, vt ieiunium, lecti asperitatem, &c. supponit vero quod hic Christus dominus asserit, seipsum id omne pati, quod sui patiuntur pauperes. quid ergo facere debet qui peccauit? gemere. idem pauper facere debuisset pro sua indigentia. quid item peccator? super humum nudam cubare? pauper vero, qui nec lectulum habet, similiter idem. Num ieiunare peccator debuerat. Egenus ergo, qui nihil habet, quod ori applicet, non secus idem. Quid igitur peccatori faciendum? si forte intellexit in quo salus propria consistat, & id optet ex animo? accedit ad pauperem, ecce tibi Lectulus, inquit, ne noctes asperas, hyemesque rigidas transigas. Ecce tibi cibum porrigo, ne coactus necessitate ieiunes. Si carcere premeris, ego te soluere è vinculis, & de Carcere emittere curabo. sic etiam in cæteris inopiæ, indigentiæ, ac cæterarum rerum tristium pensionibus se gerit. Adest ergo rationis vltimæ dies, sistitur ante iudicem peccator ante diuinum tribunal manifestantur crimina rationem vero pro se quam nam peccator iste reddititurus? Quare post tot tantaque crimina commissa diebus noctibusque in Lacrymas non contabuisti, & consumptus es? vbi ieiunia? vbi vestitus vilis, & attritus habitus? Nihil tibi geritur, o peccator. Verum: inquies, aliud quid affero. quod tanti æstimo, quanti id, quod mihi objicitur possem æstimare. Non, dicis, o Iudex pauperum labores pro tuis computandos esse? ecce ego lacrymas affero, & offero, quas egeno absterси, & noctes laboriosas, quas ille, me opitulante non tranlegit; eas ego mihi ab eo redemi, nec tamen, quã ille passus nõ est, quia eleemosyna à me ipsi erogata, eam emi. Itaque si plura id generis. per me tolerata non affero, empta vero defero, & in idem fere recidit, ac si ego ea passus essem, quod fecerim, ne tu iudex æterne, in tuis egenis patefere. Optima quidem hæc ratio, nonne futura iusta erga Deũ, quæ tantum ponderis habent apud homines? si pecuniæ summam Petro debeo, Et is Francisco, & Petri nomine Francisco omne debitum soluo, poterit re Petrus secundo exigere debitum à me? Absit. Sic se habet in præsenti: quod ego pœnitentiæ soluere debeo, Debet Christus dominus pauperis indigentiæ, Lacrymæ sunt & corporis afflictationes, quas pro mei criminibus soluere debeo, Christus vero pauperum leuare inopiam. Si ego Syngrapham defero, quod pauperi iam satis fecerim, nonne liberum me Deus remittet, & peccatis solutum? ita quidem. Dixit enim eleganter Chrysolog. serm. 14. fine. *Beatus, qui fænerando paupere, ipsum sibi iudicem præstitit debitorum?* Quis ergo hæc non præstabit opera? *Beatus qui intelligit*, &c. cur fælicem appellas eum, qui intelligit super pauperem & inopem? *quia in die mala liberabit eum dominus*, & à quibus liberabit? ab illis certe debitionibus & Syngraphis, quas contra se in die rationis exigendas reseruauit.

Psal.40.v.2 *Beatus est, qui erga pauperem benignum se præbet, & misericordem.* — D. Petr. Chrysol. — *Quid possit eleemosyna.* — *Quid facerẽ debet qui peccauit.* — *Qui eleemosynas fecit quomodo iudicabitur.* — *Quæ offert homo facta in gratiam pauperum Deus accipit beneuolẽ.* — D. P. Chrysol. — *Qui fœneratur pauperi Deum præstat debitorem.*

Tandem in hoc potest esse deceptio, ne quis existimet redimere se posse peccata dum emit: D. Greg. Naz. orat. 11. pro Sancta Gorgonia sorore 61.

Nazianz. D. Gregor.

rore sua, ait aliquos existimare posse habenas vitijs laxare, & solutos viuere, dum pauperibus subueniant, accidit autem contrarium, nam dum cogitant vitium cum virtute commutare, tandem virtutem cum vitio permutant. *Non virtute, inquit, vitium sanant, sed vitium virtute commutant.* Dixit optime Lactant. Firm. lib. 6. de vero cultu cap. 13. *Circumspice conscientiam tuam, & quantum potest medere vulneribus: nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes. Abolentur enim si Deo largiare quia peccaueris: nam si fiducia largiendi pecces, non abolentur.* & S. Augustinus tom. 3. lib. vnico Enchiridion ad Laurent. cap. 69. eleganter ad intentum inquit: *Sane cauendum est, ne quisquam existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus, non ad hoc emendus quoadmodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat, iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.* Itaque eleemosyna virtutem non habet in obsequium peccatorum, sed potius aduersus illa pugnat, & ita priuilegium non præstat ad ea perpetranda, sed exhibet sacrificium pro commissis, ea conandum est, vt nobis fiat Deus propitius pro preteritis, nec emendus pro futuris. Quare optime inquit Jesus Sirach. *Et facere eleemosynam ne despicias*, id est, ne cesses eleemosynas erogare, quibus peccata commissa quasi pretio redimas, &c. quia tamen inquit Palacius siniſtre aliquis hæc posset interpretare credens quod orando, & dando eleemosynam, si alioqui in peccato perseueret, ibit in cælum, ne id credat, subdit textus.

Non viuendum male eo quod quis pauperibus succurrat.

Lactantius.

Non datur licentia peccandi, quia peccata largitione soluuntur.

D. Auguſt.

Curandum est vt nobis fiat Deus propitius pro peccatis præteritis, nec emendus pro futuris.

Palacius.

VERS. XI.

Ne dicas: In multitudine munerum meorũ respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.

Sensus.

62. NE dicas, &c. q. d. Non solum debes desperationem fugere, sicut iam admonui, sed etiam vanam præsumptionem & arrogantiam tollere. Ne ergo existimes te Deum tuis oblationibus & sacrificijs placaturum, tibi per eorum oblationẽ tuorum scelerum impunitatem promittendo, cum pietate in Deum & in proximum neglecta, impetrandæ misericordiæ vanam fiduciam habere coneris. respicit enim Deus munera, quæ offeruntur, cum ordo ea offerendi seruatur scilicet peccata lacrymis, & contritione prius abolendo, & pietatem in Deum & in proximum versando, &c.

Prima illustratio.

Sententia aduersus eos, qui in peccatis suis persistunt.

NE dicas: *In multitudinem munerum meorum respiciet Deus.* Hanc sententiam proponit Iesus Sirach. aduersus eos impios, qui etiamsi in peccatis suis perseuerent, per sacrificiorum multitudinem sibi impunitatem pollicentur. Quæ sententia pertinet ad vanam animi elationem, seu præsumptionem retundendam, sicut præcedens ad desperationem propulsandam. In Græcis originalibus breuior redditur hæc sententia, sed non discrepat in sensu, vulgatus addit, Tò. *Deus*, & reliqua, vt clariorem efficiat.

Hugo. Palacius. Rabanus.

Hugo, & Palacius dicunt hæc dici, contra illos, qui nimis confidunt de multitudine eleemosynarum non cessantes à peccatis. At Rabanus explicat de fugiẽda iactantia in benefactis. Quanto enim (inquit) homo sua benefacta per iactantiam extollit, tanto minoris meriti apud Deum fiunt. Ideò necesse est vt bono operi studium impendamus. Sed tamen ante omnia humilitatem in corde seruemus, & per charitatem proximis nostris concordes & compatientes simus.

63. Si hæc sententia explicetur de tempore legis veteris, per *munera* intelligi possunt sacrificia, quę pro peccatis offerebantur, quæ sacrificia seu munera per se Deo minime grata erant, nisi intentionem simul & dilectionem, seu detestationem peccatorum offerrent. Ait enim Deus per Ierem. cap. 11. v. 15. *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? numquid carnes, sanctæ auferent à te malitias tuas in quibus gloriata es.* q. d. vt quid enim dilectus mihi quondam populus in domum meam impios indixit ritus, atque in ibi contra Deum multa peccauit? Numquid oblatæ victimarum carnes ab iniquitatibus purgabunt, quas sibi laudi dixit stultus ille populus? Carnes sanctificatæ illæ communiter existimantur, quæ iuxta Hebræorum vitum legitime immolabantur in templo. His victimis fortasse sperabat populus ablatum iri peccata, quæ non solum audacter, sed etiam iucunde, imo vt sibi ipsi videbatur, glorioſe commiserat q. d. Minime malitias tuas, id est, peccata, in quibus perseueras, auferent à te multitudines sacrificiorum.

Per munera possunt intelligi sacrificia pro peccatis oblata.

Ierem. 11. v. 15.

Sacrificia sine detestatione peccatorũ nihil valebant apud Deum.

Hoc apprime illustrari potest ex eo Ose. 6. v. 6. *Quia misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta.* Quod repetit Christus Dominus Matt. 9. v. 13. *Euntes autem discite, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium.* q. d. Magna vobis videbatur illa religio ac sanctitas, quæ in externa sacrificiorum ac holocaustorum immolatione cernitur, sed sane dum abest misericordia, fallax est illa, ac fucata religio. Misericordia mihi gratior est, quam victima, & illa Dei practica cognitio, quæ animum ad illius legem, & voluntatem informat, & regit, multo placet magis, quam holocaustum. Sed cur dicatur Deus nolle sacrificium, cum tamen illud sæpe commendarit, ratio videtur esse, quia externa tantum in illis spectatur sanctitas & ab impuris manibus offeruntur. Et præterea, quia cum negatur aliquid inesse alicui, dicitur quod alterius comparatione existimetur exiguum, vt multis exemplis probat noster Sanchez ad cap. 6. Ose. n. 40.

Ose. 6. v. 6

Matth. 9. v. 13.

Misericordiã vult Deus, & non sacrificium.

Sanchez.

64. Hinc dicitur Deus amare misericordiam, sacrificium nolle, quia si consideres quam Deo misericordia placeat, quod est in externo sacrificio, nihili æstimabit: vocat *scientiam Dei* obseruationem legis, & voluntatis Dei, quam pluris facit,

Scientia Dei est obseruatio legis & voluntas Dei.

facit, quam holocausta. Quare prohibet Sirach. *dicere, in multitudine*, &c. Deus enim non respicit sacrificiorum multitudinem, quam ille immolat, qui in peccatis persistit, sperans per sacrificia veniam impetraturum, non offerens simul dilectionem, & peccatorum detestationem. Hanc intelligentiam confirmat expositio Palacij, qui sic ait: Peccatori enim in suo peccato persistere volenti, munera Deo offerre, nihil prodest. *Si charitatem non habuero.* Etiam totas *facultates in cibos pauperum* expendisse, non prodest. Iniquo illi Cain nihil profuit Deo de fructibus terræ obtulisse. *Ne offeratis*, inquit Dominus, *vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi*, &c. apud Isaiã: *Et sacrificia iniquorum* panis *lugentium*, apud Oseam. Ergo cum à te oratio requiritur, & eleemosyna pura requiritur, non sordibus vitiorum inquinata. Videant ergo principes, qui in peccato eleemosynas faciunt, quid illi habebunt vtilitatis, &c.

Palacius.

1. Cor. 13. v. 3.

Gen. 4.

Isai. 1. v. 12.

Ose. 9. v. 4.

Illustratio secunda.

65. NE dicas, &c. Si autem Ecclesiasticus tempus nouæ legis, prospectat, per *munera*, eleemosynarum multitudinem intelligendam existimo, cum in versu præcedenti de eleemosynis loqueretur ad veniam peccatorum impetrandã oblatis, & incusat eorum vanam confidentiam, qui veniam sibi eorum pollicentur, & impunitatem in suis sceleribus persistentes. q. d. ne tuis eleemosynis nimis confidas existimans per eas solas te Deum placaturum, & veniam peccatorum impetraturum, eorum detestationem negligens. Nam Deus non tantum respicit multitudinem munerum, quam intentionem & puritatem offerentis. Ideò cum Cain, & Abel obtulissent Deo sacrificia, id est, munera, non respexit ad Cain, sed ad Abel. Gen. 4. v. 4. *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. ad Cain vero, & ad munera illius non respexit.* Quare autem dicitur Deum prius respexisse ad Abel, & postea ad munera eius? nónne munera tantum debebat respicere, siquidem ea Domino obtulerat? quid necesse fuit prius ad Abel respicere, quam ad munera eius? Respondet optime Abulensis: prius ponitur Abel, quam sua munera, quia magis acceptauit Deus intentionem rectam offerentis, quam ipsam oblationem. quia ista omnia exteriora Dei sunt, sed voluntatem solam, quam potestati nostræ reliquit, vult vt subdamus voluntati suæ, & quia voluntas numquam perfecte vult nisi exequatur, quando executio in sua potestate dependet, ideò quandoque exteriorem requirit operationem, scilicet cum possumus Statim respondet ipse Abel. ad id quare *ad munera Cain non respexit.* Cum enim, inquit, ad personam Deus non respicit, nec à id quod extra geritur respicit, quia ea, quæ extra sunt solum habent bonitatẽ ab interioribus. Signum autem quod Deus respexisset ad Abel, fuit, sacrificium inflammasse: quia immisit Deus ignem super sacrificium Abel, & non super sacrificium Cain. Sic enim legit Theodotion: *Inflammauit Deus super Abel.* quod signum certissimum fuit diuinæ acceptationis apud Antiquos. vt constat Leuit. 9. v. 24. in sacrificio Aaron, & in sacrificio Gedeonis Iudic. 6. v. 21. & in sacrificio Eliæ. 3. Reg. 18. v. 38. & in Salomonis 2. Paral. 7. v. 11.

Per munera possunt eleemosynæ intelligi.

Deus non tantum respicit munus, quam intentionem.

Quare Deus prius ad Abelem respexit, quam ad munera eius.

Abulensis.

Quare non respexit Dominus ad Cain.

66. Confirmat D. Gregor. prælatam explicationem tom. 4. Epist. 126. lib. 7. in dict. 2. dicens:

B. Gregor.

Nec enim in omnipotentis Dei iudicio, quid detur, sed à quo datur aspicitur. Et probat loco Gen. 4. v. 4. & subdit: *Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt.* & tom. 2. lib. 22. Moral. c. 8. cum dixisset verbis maledicis persecutores suos non imperijsse, sæuientes intrinsecus æquanimiter toleraſſe, & tunc hospitalitatis suæ munificẽ tiam protulisse, inquit: *Vt auditu scilicet narrationis ordine, discamus quia exteriora munera ex interna cordis munditia condiuntur.* pende verbum *condire.* Inſipida enim Deo sunt exteriora sacrificia, & vt ex eis gustum & voluptatem capiat, necesse est illa dilectione tamquã condimento apparare, & recta cordis intentione & munditia ad saporem condire.

Non offerens à muneribus, sed munera ab offerente Deo placent.

Hinc colligitur quare noluit sacrificium Saulis accipere, cum obtulit primitias eorum, quæ cæsa erant. 1. Reg. 15. v. 21. 22. quia in obsequens eas offerebat, internaque cordis munditia carebat. Idcò Samuel ex parte Dei eius sacrificium respuit, dicens: *Numquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini?* q. d. non respicit Deus munera, sed intentionem offerẽtis, cum ergo cordis munditia careas, quia contumaciam & repugnantiam habueris, ideò tuum sacrificium non respexit, nec dum admisit, Quare nemini est dicendum: *In multitudine munerum meorum respiciet Deus.* licet enim pro suis peccatis multitudinem quis eleemosynarũ Deo offerat, si tamen ipse in peccatis persistit, in vanum laborat illas offerendo, sperans Deum eas spectaturum ad veniam illorum concedendam. Debet enim prius peccata detestari & confiteri, & postea eleemosynas offerre, vt Deus eas respiciat, & accipiat in peccatorum solutionem.

Quare sacrificium Saulis noluit Deus accipere. 1. Reg. 15. v. 22.

Qui in peccatis persistit in vanum laborat sacrificia, & eleemosynas offerendo.

Illustratio tertia.

67. ET offerẽte me Deo altißimo, munera mea suſcipiet; Originalia Græca fere non discrepant à vulgato, nam eumdem sensum efficiunt, scilicet: & cum ego Deo altissimo mea munera offerã, illa non respuet, sed libenter accipiet, addit Sâ, sine pœnitentia peccati. Hoc secundum hemistichiũ fere nõ differt à primo. Solum notandum illud: *offerente me*, quod videtur vanam offerentis confidentiam indicare. q. d. *Siendo yo el que lo ofrezco.* Cum ego sim offerens, non potest non munus suſcipere; quod superbiam etiam redolet, & arrogantiam: tribuit enim sibi & meritis suis Dei omnipotentis suorum munerum susceptionẽ, cum Deus faciat nihili omnia quæ ille offerre possit. Diceremus nos. *Como si Dios hiziera caso de sus dones y ofrendas.* Hanc superbiam Deus altissimus & arrogantiã execratur, efficit enim vt neq; munera, neq; eleemosynas ipse recipiat, neq; respiciat, illas floccipẽdens: Sed potius eius superbiam, & vanã confidentiam seuere puniat. ait enim D. P. Chrysol. serm. 9. *Deus de cordibus, non de manibus facta metitur.* non respicit Deus munera, seu eleemosynas ex manibus, sed vt de cordibus procedunt. Et cum corda plena sunt superbia, & arrogãtia, munera ex manibus oblata apud Deũ nihil æstimantur, sed potius repudiantur. Sicut dixit Isai. c. 1. v. 15. *Et cum extenderitis manus vestras* (vel ad orandum, vel ad sacrificia offerenda) *auertam oculos meos à vobis. manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* id est, peccatis sunt plenæ. quare nec orationes exaudiam, neq; sacrificia, nec munera accipiam, sed potius reijciam à me.

Sâ.

Vana offerentis confidentia notatur.

Deus de cordibus, non de manibus facta metitur. D. Petr. Chrysol.

Isai. 1. v. 15.

Itaque eum id offerente me, oleat superbiam

& elationem animi, vanamque ostentationem, ideò eleemosinas sic oblatas parui pendit Deus. Cur ergo Christus Dominus cum eleemosynam præcipit erogare, secretum postulat, dicens: Matt.6.v.3. *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciet dextera tua?* vbi D. Petr. Chrysol. serm.9. *Putas quam vult nescire alterum, qui se ipsum, qui facis, vult aliqua tui parte nescire?* D. Joann. Chrysost. tom.2. hom.21. in cap.6. Matt. cum dixisset Christum Dominum acturum de eleemosyna apposuisse prius. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus*, &c. *Quia eleemosynam equidem impossibile est omnino latere, orationem vero atque ieiunium secretum esse, possibile est.* subdit statim: *Sicut enim cum dixisset: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, non de manibus id dixit, sed studium quo omnis celari oportet, expressit.* Sed Respondeo Christum Dominum voluisse arroganciam & superbiam à conferentibus eleemosynam effugare, ideoque præcipit illam secreto erogari, ne si eam coram hominibus ostentet, ipsa superbia tamquam bonorum operum grassator impetum in eum faciat, & humilitate, meritoque boni operis ipsum spoliet, & nudet. Sic explicuit Glossa: Non se misceat laudis appetitus, vel vitium aliquod. Melius Rabanus. *Sinistra, vitia: dextera, virtutes. Quod ergo ait agit virtus, nesciat elatio, vel vana gloria, seu aliquod vitium: sed lux rectæ operationis fugat tenebras peccati: Sinistræ est delectatio laudis: dextera intentio implendi præcepta Dei. Cum ergo conscientiæ facientis eleemosynam; pro præcepto Dei implendo, miscet se laudis appetitio. Iam sinistra est conscia operis dextræ*, &c. Et quia hanc superbiam & vanam ostentationem Deus detestatur, ideò munera ab eo, qui dicit *me offerente* profecta, nec respicit, nec suspicit, sed abijcit, & respuit, &c.

Cum præcepit Deus eleemosynas erogare secretum postulat. D. Pet. Chrysol. D. Chrysost.

Glossa. Raban.

Arrogantia, & superbia in eleemosynis faciendis fugienda.

VERS. XII.

Non irrideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat, & exaltat circumspector Deus.

Sensus.

68. NOn irrideas, &c.q.d. Cum videris proximum miserijs & calamitatibus grauatum, aut in cordis amaritudine constitutum, ne dicteria in eum iacias petulantius insectando, ne eum deludas, nec ludibrio lædas: nam rerum vicissitudo in manu Dei sita est, & solet eum, qui deprimebatur, exaltare & eum, qui irridebat, deprimere, & proterere: ipse enim circumspicit omnia, & animaduertit, vt humiliet & exaltet, &c.

Nota, & illustratio prima.

NOn irrideas hominem in amaritudine animæ, in Græco est, μὴ καταγέλα ἀνθρώπου ὄντα ἐν πικρίᾳ ψυχῆς αὐτοῦ, additur *ipsius*, vel *suæ* verbum enim καταγελάω significant deridere, id est, ne derideas miserum hominem, quem videris afflictione & amaritudine agitari, cui potius est condolendum & miserandum, &c. vocat *amaritudinem animæ*, omne genus afflictionis & angustiæ, quæ solet hominem opprimere, & agitare, illumque in amaritudine constituere. Tandem in originalibus deest particula, *circumspector Deus.* adiecta est à vulgato maioris explicationis gratia. Vt ostendatur quis est qui circuspicit, &c.

Amaritudo animæ quid.

Ergo eum, qui amaro animo est, exacerbare, seu ad amaritudinem denuo prouocare, valde execrabile est, & Deo displicet vehementer: est enim quasi vulnus refricare. Constituerat Deus Sanctum Tobiam in amaritudine animæ suæ, cum oculorum lumine, Deo sic ad suam gloriam disponente, orbatus est, & dicitur Tob.2. v.15. *Nam sicut beato Iob insultant reges, ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius.* Hanc animi acerbitatem, quam de cognatis, & contribulibus accipiebat, patiebatur Tobias Jobi instar, quam commemorat sacer Textus, vt eius patientiam, Jobi patientiæ similimam exaggeret; nam extremus dolor, & omnium miserrima conditio est, quam maxime in se ipso. dolens Job conquerebatur cap.30. v.1. quod in suum dolorem alij insultarent. Si Jeremias Thren.1. v.9. cum agit de Jerusalem, plorat eam *non habuisse* consolatorem, quid si eius amaritudini alij insultarent? Hoc optime ostendit Ouidius in suo Archilochio in Ibim Cum extremo loco hanc irrisionem tanquam omnium miserrimam acerbitatem commemorauit, &c.

Eum, qui amaro animo est, exacerbare, displicet Deo vehementer.

Tob.2.v.15.

Irrisio omnium miserrima acerbitas.

Ouidius.

Sisque miser semper, nec sis miserabilis vlli,
Gaudeat aduersis fœmina, virque tuis.
Accedat lacrymis odium, dignusque puteris,
Vt mala cum tuleris plurima, plura feras.

69. Hanc ipsam miseriam psaltes deflebat, cum sic querebatur Psal. 34. v.15. *Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: Congregata sunt super me flagella & ignoraui. Subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis.* q.d. Cum patienciam meam tentauissent, periculum fecerunt, quam fortis & constans essem in iniurijs perferendis. Itaque ludus eorum factus sum, & mei derisum nullum finem fecerunt. parum esset, si ab eis irrisus tantummodo fuissem, atq; contemptus, etiam immani odio aduersum me exarserunt, & minis ac terroribus intentatis, tamquam teterrimæ belluæ dentibus frenduerunt, me lacerare, atque vorare cupientes. Job etiam cap. 30. v. 9. deflet insultatum fuisse ab omnibus & irrisum, cum esset calamitatibus oppressus, & in amaritudine animæ suæ. *Nunc*, inquit, *in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium.* & vers. 16. *Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.* Primum versum sic explicat Pineda: Cantio itaque & carmen ego effectus sum eorum, meaque calamitates non solum pro quouis alio sermone habent, in ore, sed cum gaudio & carmine excipiunt, atque in meum dedecus ridicula carmina componunt, & cantitant, vt nihil apud illos tam vulgare & tritum sit quam Jobi calamitas. Et cum hęc irrisio mearum calamitatum refricet vulnus amaritudinis animæ meæ, intimis sensibus angor, & hæret cordi infixus acerbissimus dolor, &c. Quare nemini *irridere licet, hominem in amaritudine animæ* constitutũ, quia animi dolore dissumpitur. Tum inquit Palacius, quia ipsa pauperis irrisio promeretur vt Deus te ridendum efficiat. Amaritudo siquidem miseri, misericordiam exigit, non risum. *Appone*, inquit, *iniquitatem super iniquitatem eorum*, Psalm. 68. vers. 38. Cur? *quia quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Ne igitur

Iob deflet se insultatum, & irrisum fuisse. Iob 30. v.9. 16.

Pineda.

Nemini irridere licet hominem in amaritudine animis constitutum. Palacius. Psal.68. v.38.

igitur rideas miserum, quia rota mundus est; Hanc Deus versat, facileque est illi te sublimem & ridentem eum, qui in imo est, ad imum vbi rideare deducere Ideò dicit Salomon Prou.24. vers.17. *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas*, &c. *ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.*

Scit Deus deprimere irrisores, & efflictum exaltare.

70. Dionysius & Jansenius addunt; sed potius consolandum, & miserendum vt dixit Paulus Rom.12.v.15. *Flere cum flentibus*, &c. Sicut enim ille, qui in amaritudine animæ est grauissimo dolore ex animi cruciatu frangitur, cum ab alijs irriderur, & insultatur. Sic cum condoletur, & miseratione subleuatur ab amico, eius dolor lenitur, & amaritudo animi multum extenuatur. Ideò aiebat Salomon Prou.31.v.6.7. *Date siceram mœrentibus, & vinum ijs, qui amaro sunt animo: bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.* Noster Doctissimus Prado in cap.73. Ezech. docet hic fieri sermonem de sontibus damnatis, & extremo supplicio addictis: Constat enim his vini meri poculum exhiberi solitum, quo vel fierent animosiores ad cruciatus, & supremam necem tolerandam, vel omnino ex temulentia in stuporem acti minime persentirent. quod *vinum damnatorum* vocat Amos cap.2. v.8. Sed in cap.14. Ezech. aliam sequitur expositionem idem Hieronym. Prado: *Date*, inquit Salomon. *siceram mœrentibus*, id est, vinum, & quidquid inebriat, his tantum modo copiosius offerre licet, qui charissimorum mortem acerbius lugẽt, vel alia de causa dolore tabescunt, & in squalore iacent: hos enim difficilius vinum mente & ratione priuat. interim autem eosdem oblectat, & mœrore delinito obliuionem adducit, afflictionum atque dolorum, quæ animum grauiter angebant. Cum ergo per vinum intelligatur consolatio, seu lætificatio, (*vinum enim lætificat cor hominis*, Psal.103.v.15.) inde est quod dicatur, *Date vinum* (id est consolationem præbete, & leuate dolorem) *ijs, qui amaro sunt animo.* (id est, qui in amaritudine animæ sunt constituti) *vt doloris sui non recordentur amplius.* Itaque ait Ecclesiasticus: *Non irrideas hominem in amaritudine animæ existentem*, sed potius leua dolorem eius, illi præbendo consolationem, &c.

Qui amaro animo est consolatione permulcẽdus. Dionys. Iansen.

Prou.31. v.6.7.

Prado.

Supplicio addictis olim vini meri poculum exhiberi solitũ.

Amos 2.v.8

Per vinum intelligitur consolatio. Psal.103. v.15.

Illustratio secunda

71. ESt enim qui humiliat, & exaltat circumspector Deus. idem significat verbum *deprimendi*, & *euehendi*, quo vtitur Tygurina, ac *humiliandi & exaltandi*, ex vulgato. Respexit autem Sirach. ad id 1.Reg.2.v.7. *Dominus pauperem facit & ditat, humiliat, & subleuat.* Quem locum eleganter illustrat noster Franciscus Mendoça Lusitanus tom.1.in lib.1.Reg. ita vt nihil addendum existimem. Humiliauerat Deus Annam eam dono fœcunditatis spolians, & exaltauerat æmulam suam Phenenam ei beneficium fœcunditatis tribuens. postquam autem suam sterelitatem fœcundauit, ait ipsa, se à Domino exaltatam fuisse, & æmulam humiliatam: Cum ergo noster Sirach. monet hominem in amaritudine animæ constitutum non irrideri, reddit rationem dicens: esse Deum circumspectorem, qui deprimit irrisorem, & afflictum exaltat. est enim Deo facillimum, si velit, miserum illum extollere, & deriforem eius humiliare. Cum qua sententia cognationem habet illud Socratis ad Dæmonicum: *Nemini*, inquit, *calamitatem exprobraueris, fortuna enim communis est, & futuram non videtur.* hoc est, cuique incertum est & incognitum. Verbo *humiliandi*, non declarat humilitatis virtutem, sed proprie humiliationem & depressionem.

Verbum deprimendi, & euehendi idẽ. exaltandi. 1.Reg.2.v.7

Luc.18.à 9.

Hoc optime probat humiliatio Pharisæi, & Publicani exaltratio. Hunc Pharisæus irriserat, seu potius insultauerat coram Deo, affirmans Publicanum *raptorem, iniustum, & adulterum esse. qui à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare.* præ confusione suorum peccatorum, sed confitebatur se peccatorem esse. Cum ergo Publicanus humiliatus esset, & Pharisæus exaltatus, circumspector Deus exaltatum Phãtisæum depressit, & humiliatum Publicanum euexit & exaltauit, dicens Luc.18.v.14. *Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur. Et qui se humiliat exaltabitur.*

Pharisæi, & publicani successus.

72. Vocat autem Deum *circumspectorem* quia *oculi Domini* (teste Salomone Prou.15. v.3.) *contemplantur bonos, & malos.* & animaduertunt quæ oculis hominum recondũtur. Sic orabat Iudith cap.6.v.15. *Domine Deus cæli & terræ, intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & ostende quoniam, non derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias.* Cur prius Iudith exaltationem inimicorum, & mox suam humilitatem, seu potius propriam coram Deo humiliationem ostendit? numquid suam, & suorum depressionem, & humiliationẽ ostentans, circumspectorem Deum excitare cupiebat, ad propugnationem, & defensionem Bethuliæ suscipiendam? ita quidem, quia ita Deus precibus deuincitur, vt se obligatum sentiat ad præstandam suorum defensionem, eos ab hostium manibus eripiendo. Sed vt opinor ratio quare Judith. hanc oppositionem obiecit, hæc est, vt Deo in memoriam ordinem suæ prouidentiæ reducat, qui solet esse, humiliatum exaltare, & exaltatum deprimere. proponit ergo hostium suorum elationem, seu arrogantiam, & insolentiam, vt illam humiliet & deprimat, & propriam suorumque conuiuium humiliationẽ & depressionem ostentat, vt illam, eos de manibus inimicorum eripiendo, subleuet, & exaltet. Dixit enim Iob c.22.v.29. *Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria.* Et melius Salomon ad intentum Prou.29.v.23. *Superbum sequitur humilitas.* [id est, humiliatio, & depressis] *& humilem spiritu suscipiet gloria.* id est, exaltatio. *Quia circumspector Deus humiliat*, & subleuat. Quare inquit Sirach. *Non irrideas in amaritudine animæ* iacentem; ne illum Deus *exaltet*, & te deprimat & *humiliet circumspector* est enim, & animaduersor, qui deprimit, & extollit. & vt ait Salomon Prou.3.v.34. *Ipse deludit illusores.*

Deus quare vocetur circumspector. Prou.15.v.3 Iudith 6. v.15.

Deus precibus deuincitur.

Superbus sequitur humilitas. Prou.29. v.23.

VERS. XIII.

Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias.

Sensus.

73. *Noli*, &c. q. d. Non solum hominem in angustia iacentem non irrisurus es, sed neque contra proximum mendacium machinaturus, neque contra fratrem amicumve fraudulenter incedas. Cum his ergo tibi ingenue, & sine vllo simulationis fuco versandum. quia si ille, qui necessitudine coniunctus non est, simulationem execratur, quanto magis is, cum quo non vulgaris amicitia vel consanguinitas intercedit. Age igitur cum omnibus sincere & ingenue, & non simulate & fraudulenter, &c.

Notæ.

Codices antiqui *amare* legunt, forte volentes originale Græcum corrigere, quod vtitur verbo *arandi*, phrasim non intelligentes. nam *arare mendacium*, idem est, quod machinari, sicut Salomon dixit *arare malum*, vt Prou. 3. v. 29. ait: *Ne moliaris amico tuo malum*. ex Heb. potest verti, ne ares quia verbum Heb. חרש, significat etiã
Ose. 10. v. 13. arare. Sic Ose. 10. v. 13. dixit: *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij.* & quamuis Glossa habeat *amare*. Ex quo videtur Rabanum sic legisse, sed ex commentario patet, abegisse. *arare*. Nam inquit: *Omne mendacium malum, & proximis inferre scandalum pernitiosum est. Multo magis ergo amico fraudem moliri, crimen imponere, quoniam testis mendax peribit.* Prou. 26. v. 1. verbum enim moliri idem est, *ac arare mendacium*. in Græco est: μὴ ἀροτρίᾳ ψεῦδος, *ne arato mendacium*. verbum ἀροτριάω deductum à verbo ἀρόω significat arare, & nihil aliud, inde forte sumptum est verbum Latinum *aro*, & pertranslationem significat *machinari*. vt transtulit Tygurina. Nomen *fratris* non restringitur ad naturalẽ fratrem, nam etiam significat eum qui vel affinitate iunctus vel eiusdem nobiscum gentis est, & etiam significat quemuis alium; licet in originali legatur nomen ἀδελφος, quod est frater vt crinus. Pro *neque in amicum* est μὴ δεφίλω, id est, illum, qui amore coniunctus est. Monet ergo Sirach. sincere ac sine fuco cum omnibus viuendum esse, cum his, id est, fratribus, cognatis, & amicis versandum ingenue, & sine vllo simulationis fuco, &c.

Illustratio prima.

74. *Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum*, id est, noli machinari, vel moliri aduersus fratrem tuum mendacium, quo illi noceas, & inferas malum. Si enim nullum mendacium (inquit Raban.) laudabile est, & cuiquam scandalum inferre pernitiosum: quanto magis contra amicum aliquid per fraudem moliri vituperabile est? Vnde Prou. 26. v. 18. dicitur: *Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & cum fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci.* idem monet Salomon Prou. 3. v. 29. aiens: *Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.* idem verbum, quod significat hic *moliri* transtulit D. Hieron. *arare* Ose. 10.

Arare mendacium est machinari, & moliri. Prou. 3. v. 29. D. Hieron.

Pernitiosum est fucosimulationis proximum ledere. Maximus.

Exemplum insidiatorum & machinatorum. Hest. 16. v. 2. 3.

Serarius.

Iosephus.

2. Paral. 13. v. 13.

Mendacium contra proximum fugiendum.

Leuit. 19. v. 11.

Illustratio secunda.

75. *Noli*, &c. Quare igitur hic Ecclesiasticus verbo *arandi* vtitur ad dehortandum, ne mẽdacium fabricetur contra alium quemuis? quid aratio cum machinatione? Respondeo sub metaphora arationis contineri machinationem fraudis: sicut enim qui arat, terram proscindit, vt semen abscondat: Sic qui machinatur insidias contra proximum, linguæ suæ vomere terram amici proscindit, vt machinationem mali in eo abscondat in pernitiem suam. Sic dixit Oseas cap. 10. v. 13. *Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij*, &c. q. d. Satis dici, ô viri Ephraimitæ, lusistis, ac perdidistis operam: Seminastis enim in impijs alienæ religionis sulcis corrupta semina, & supplicium inde, iniquitati debitum, ex stulto illo labore retulistis, &c. ex Heb. verti potest: *Machinati estis impietatem*. nam verbum חָרַשׁ *hharas*, quod est filere, tacere, cogitare, significat etiam arare, & vt ait Pagn. in Thes. metaphorice sumitur pro machinari, moliri, struere, in malum, malum cogitare, tacite machinari & insidiari. Prou. 3. vers. 29. legitur: *Ne moliaris*. & 3. Reg. 19. vers. 19. *Elias reperit Elisæum filium Saphat arantem*, &c. Amos 9. vers. 13. *Et comprehendet arator messorem*. Isa. 28. vers. 24. *Numquid tota die arabit arans?* vide 1. Reg. 8. v. 12.

Machinatis comparatur arationi.

Ose. 10. v. 13.

Machinari est cogitare, & etiam arare.

Job

Iob 1. v. 14. & alibi: At Prou. 13. v. 20. *Dolus in corde cogitantium mala*. & cap. 14. vers. 22. *Errant qui operantur malum*. Pagn. *cogitantes*, vel molientes, &c. Ait igitur Oseas, *Arastis impietatem*, &c. Me hortante vt seminaretis in iustitia, & metueretis in ore misericordiæ; vos contra arastis impietatem, id est, cogitastis iniqua consilia, vt à me recederetis, multisque vos peccatis implicastis, ideò messuistis iniquitatem, hoc est, pœnam, captiuitatem videlicet & mortem. De semine enim malo impietatis, quem alium fructum accipere meruistis, quam acerbas pœnas & supplicia.

Prou. 14. v. 22. Qui arat impietatem, metit iniquitatem.

76. Eodem verbo Heb. *chháras*. ait psaltes in persona Christi Domini Psal. 128. v. 3. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam*. Agellius verbum *fabricare* explicat de ferrarijs, qui ferrum aut æs malleis ad incudem feriendo ducunt: & refert ad labores, quibus Israëliticum populum rex Ægypti & populus eius nequissime vexauit. D. Chrysost. ad dolos & fraudes refert *fabricauerunt supra dorsum*, hoc est, dolos, fraudes, astus adhibuerunt. Alij transferunt: *Arauerunt aratores*. Sic aquila & Theodotion. Et Hebræi *prolongauerunt iniquitatem*, id est, prolongauerunt sulcum suum, sicut enim terram araro findunt, sic dorsum meum verberibus, & flagris exarauerunt, & sulcos produerunt, diuturnis & assiduis laboribus & iniurijs me affecerunt. Aliter etiam intelligi potest. Dorso meo tamquam adiugum subdito, arauerunt peccatores, & sulcos produxerunt, vt mihi laborem augerent, nullamque requiem à labore

Psal. 128. v. 3. Verbum fabricare quid.

D. Chrysost.

Dorsum Christi verberibus exaratum est.

concederent. Et licet noster Viegas de Christo Domino hunc locum intelligat aiens: ea vero similitudine indicatur Christi dorsum quasi tellurem frugiferam fuisse flagellis & verberibus prociss̃am & aratam, vt in eam sementis vniuersæ Ecclesiæ iaceretur, ex qua infinita fidelium leges breuissimo tempore pullularet. Sed haud dubium, verbum *fabricandi*, & *arandi* significat machinari & moliri. q. d. Machinati sunt & moliti malum contra me, & conantur terram corporis mei laboribus proscindere, machinationes suas opere complendo, & desideria sua me vexandi exequendo, &c.

Viegas. *Dorsum Christi quasi tellus frugifera.*

Cum ergo fraudulentus suis mendacijs malum machinatur in pernitiem proximi sui, proprie dicitur *arare mendacium*, id est, fraudulenter, & dolose machinatur malum aduersus proximum suum vel fratrem, vel cognatum, &c. arat enim, id est, aperit viam vomere mendacij ad nocendum proximo. Tandem Palacius confirmat hanc arationis similitudinem explicans hunc locum: Ergo duplex (inquit) est campus, quem arator linguæ proscindere possumus. Prior est veritas, posterius mendacium. ille campus dignus est qui exerceatur. est enim Deus verax, & veritas ac proinde fructus diuinos proferet. At mendacium indignissimus campus est, quem lingua proscindat. est enim diabolus mendax, & parer mendacij. Hinc quem fructum sperare licebit? quod si pessimum est, à lingua nostra mendacium arari, quanto peius erit, si id fiat in fratrem aut in amicum. Lingua loquendo dicitur arare, &c.

77. *Arare mendacium quid.*

Palacius.

Veritas, & mendacium duplex campus, quem possimus arare.

VERS. XIV.

Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona.

Sensus.

Noli velle, &c. q. d. Ne tibi persuadeas me prohibere mendacium solum prolatum contra fratrem & amicum. Insuper præcipio, ne te omni mendacio irretiri patiaris, ne illo quidem, quod in illius vergere dispendium videatur, imo nec illo quod videtur esse officiosum. assiduitas enim illius cum valde sit mala & noxia homini, vt qui summam adferat ignominiam, hortor te, vt saltem ab affectatis mendacijs abstinearis, in quibus non parum de decoris inuenitur, quod valde fugiendum est, &c.

Illustratio prima

78. *Noli velle mentiri omne mendacium.* Prohibet hic Ecclesiasticus non solum mentiri, sed etiam mentiendi voluntatem, vt autumant Jansen. & Palacius, præcipue autem affectationem interdicit. ait enim, *noli velle*, id est, noli affectare vllum mendacium, non quasi mendacium non affectatum propterea licitum sit, sed illud peculiariter prohibet, quod præcipue est cauendum, videlicet, ne studiosè, & ex proposito mentiamur; versat hunc locum optime D. August. tom. 4. lib. vno de Mendatio ad Consentium. c. 16. & 17. adi illum, ne quod longius disputat hic describamus. Solum repetam quod de voluntate mentiendi inquit cap. 16. *Vsque adeò*, ait, *generaliter omne mendacium esse detestandum, vt, etiamsi quis mentiri velit, etiamsi non mentiatur, iam voluntas ipsa damnanda sit, atque ad hoc interpretetur quod non dictum est; Noli mentiri omne mendacium, sed noli velle mentiri omne mendacium, vt non solum mentiri, sed nec velle mentiri quisque audeat vllo mendacio.* Lege Jansenium qui testimonium D. August. optime extricat, ne idem repetamus, sed solum hæc illustremus.

Non solum mentiri, sed velle mentiri prohibetur. Iansen. Palacius.

D. August.

In vniuersum mendaciũ interdicitur Exod. 23. v. 7. *Mendacium fugies.* Leuit. 19. v. 11. *Non mentiemini*, & in alijs quam plurimis sacræ Scripturæ locis. Philon. Iud. lib. de Joseph, hoc præceptum confirmat, cum ait: *Mendacium vbique fugiendum, in sacris consultationibus etiam religio vetat admittere.* Ergo quodcumque mendacium licet officiosum ab omnibus execrabile est, sicut execrabilis sapientia huius sæculi, quæ in mendacio consistit. Sic D. Gregor. lib. 10. Moral. cap. 16. cum explicat id Iob 12. *Deridetur iusti simplicitas. Huius mundi*, inquit, *sapientia est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere; quæ vera sunt fallacia demonstrare. Hæc nimirum prudentia vsu à iuuenibus scitur, hæc à pueris pretio discitur: hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt subiecti, & timidi in alijs mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitas, iniquitatis nomine palliata diligitur, dũ meritis peruersitas vrbanitas vocatur.*

Mendacium inter dicitur in scriptura. Exod. 23. v. 7. Leuit. 19. v. 11. Philon. *Quodcumque mendacium pernitiosum.* D. Gregor.

Scientiam mentiendi ediscere malū — Herodot. — Xenophon.

79. Quam autem pernitiosum sit hanc scientiam ediscere, & demonstrare, ipsa experientia docet. Ideo Persæ (teste Herodoto lib. 1.) crimen capitali dignum animaduersione censebant mentiri: & Xenophon Philosophus Imperator lib. 3. de Cyro initio, refert de rege Cyro, qui aiebat non esse venia dignum illum, qui de mendacio conuinceretur. *Nam certo* (inquit) *Scire te volo, esse hominibus impedimento ad consequendam veniam, maximo si mendacio deprehendantur.* quare pueri, cum à præceptoribus vel parentibus instituuntur, assuefaciendi sunt ad sectandam & dicendam veritatem: nam cum ætas illa prona sit in vniuersum ad mentiendum, si indicendis mendacijs assuescant, cum in dies vitia crescant in animo, tandem huius sæculi sapientia edocti pueri, cor suum machinationibus tegunt, & sensum verbis velant, quæque falsa sunt vera ostendunt, vt dixit Greg. Ideo inquit Plutarch. in lib. de instit liberis. *Supra hæc omnia, quod sanctissimum est, assuefaciendi pueri sunt, vera dicere: quando est mentiri seruile, omnibusque mortalibus odio habendum*, &c. Rhodigin. lib. 18. antiquit. lect. c. 18. cum de moribus Persarum agit, & de disciplina liberorum, inquit: *Liberorum disciplina ternario perficitur numero, vt equos agitent peritè, sagittas doctius excutiant, denique vera loqui sciant, velintque.*

Pueri assuefaciendi ad dicendam veritatem. — Plutarchus. — Rhodigin.

Mendacium quodlibet malum promit & inuenit. — Plutarch.

80. Quam autem obnoxium sit homines ad mentiendum assuefieri, demonstrat experientia: nam mendacium quodcumque sit quodlibet malum promit & inuenit. Sic dixit Plutar. in Apophtegm. *Epænetus omnium, ait, mendaces noxarum & maleficiorum architectos esse*: dixit *architectos.* id est inuentores & auctores esse maleficiorum. Architectus dicitur principalis inuentor vel auctor domus ædificandæ sic mendax inuentor est & auctor scelerum, quæ in repub. patrantur. non simpliciter, sed dupliciter ambulans, vt dolos facere possit, sæpissime tales fallaces & dolosos deprehendunt ij, quibuscum agunt.

Mentiendi vitium interdixit Christus Dominus. — Lucæ. 9. v. 3 — Lyra. — D. August. — *Dupliciter ambulare est mendacijs vti.*

Hoc mentiendi vitium forte interdixit Christus dominus, cum discipulis suis præcepit, ne duabus tunicis induerentur Luc. 9. v. 3. *Neque duas tunicas habeatis.* Quare duplicatam vestem discipulis Christus prohibuit? nunquid duæ tunicæ impediebant, ne celerius iter facerent? volebat ne Christus eos tempore hyemis rigidæ rigere? Lyra ad superfluitatem vestium refert, & ait. Terra enim promissionis calida est multum, & de communi cursu sufficit vna tunica illud enim quod esset ibi sufficiens, vel etiam superfluum esset in regione frigida necessarium, &c. Sed respondet D. August. lib. 2. de consensu Euang. c. 30. tom. 4. *Et quod non portari, vel haberi duas tunicas, sed expressius indui prohibet dicens: Et ne induerentur duabus tunicis: quid eos monet, nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare.* Quid est enim dupliciter ambulare, nisi mendacijs vti ad alios decipiendos? vt ergo discipuli alios possint adiuuare, vt ad fidem conuertantur prohibet duabus tunicis vti, id est, vt fugiant mendacia dicere, sed veritate inambulare, hoc est, simpliciter procedere.

81.

Illustratio secunda

Quare mendacium dicere prohibetur — D. Thom.

NOli velle mentiri, &c. Quare ergo mendaciū dicere prohibetur? Respondet D. Thom. in opusc. Omne mendacium prohibere propter quatuor: primum propter Diaboli assimilationem, talis enim efficitur diaboli filius diabolus enim mendax est, & pater mendacij, vt ait Dominus Ioan. 8. v. 44. ipse est qui primum mendacium dixit Gen. 3. v. 5. *Eritis sicut Dij.* Exod. 1. v. 11. ait, Moyses: *Ædificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaon, Phito, & Ramessis.* Quod explicans Origenes: *vide* (inquit) *quales ciuitates sibi ædificari præcepit Pharao, Phiton, id est, os deficiens: & Ramesses, id est, commotiones. Deficit namque os cum mendacium loquitur: à veritate siquidem & probationibus deficit, Ille enim ab initio mendax est, & ideo tales ciuitates sibi ædificari vult*, &c.

Gen 3. v. 5. — Exod. 1. v. 11. — Origenes.

Homines simul viuere non possunt si simul verum non dicunt. — Ephes. 4. v. 25.

2. Propter societatis dissollutionem, Homines enim simul viuere non possent, si simul verum non dicerent. Vnde Apost. Ephes. 4. v. 25. *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo; quoniam sumus inuicem membra.* Debet vnusquisque fugere mendacium, & agere cum conciuibus in veritate; sumus enim inuicem membra. q. d. vnum membrū non mentitur alteri, non decipit alterum, sed quodque alteri fidele est, illudque sincere adiuuat quantum potest; ita singuli, qui sumus inuicem membra, nemini mentiri, nec decipere, sed omnibus fideles esse, omnesque fideliter & sincere adiuuare debemus. dixit D. August. in Enchir. *Is, qui mentitur contra id, quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi. Et vtique verba propterea instituta sunt non vt per ea se inuicem homines fallant, sed vt eis quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat.* Sunt enim mendaces Deo, & hominibus odibiles, sic eleganter D. Ephræm Syr. de virtut. & vitijs: *Qui delectatur* (inquit) *mendacijs, hic in verbis suis omnem perdit auctoritatem: odibilis enim Deo pariter & hominibus redditur, & quis hominem mendacem non deploret? hic enim in nullo opere probatur, & in quacunque responsione suspectus est.* Noster Causinus lib. 10. parabol. c. 49. inquit ex Plinio lib. 15. cap. 29. Locustarum vox ab occipitio proficisci videtur. Et applicat. Mendacium oratio obscura, semper à tergo latens, nunquam prominens in aperto, aliud enim dicunt, aliud cogitant, vnde Deo hominibusque sunt odiosi. Homer. 1. illiad.

Qui mentitur loquitur voluntate fallendi. — D. August. — *Mendaces sunt Deo, & hominibus odibiles similes locustis* — D. Ephræm. — Causinus. — Homerus.

Qui aliud occultum habet in mente, aliud loquitur,
Exosus mihi ille est, æque inferorum portæ.

82. Tertio mendacium prohibetur propter famæ amissionem. Qui enim assuescit mendacijs, non creditur sibi etiam si verum dicat. Sic dixit noster Sirach. cap. 34. v. 4. *A mendace quid verum dicetur?* vide quæ ad hunc locum ibi dicemus. Huc pertinet Simbolum mendacij, quod refert vlysses Aldrouandus lib. 12. Ornithologiæ, agens de Pica (vulgo picaza) Pica, inquit varia mendacij & simulationis hieroglyhicum est, quæ nempe parte anteriore candida, amicum purum & sincerum affatu primum simulet; mox posteriore nigra, vel decipiat vel deludat Huc etiam spectat antiquissimum illud sapientissimi Pitagoræ dictum ab hac aue detortum: *Minime gustandum ex ijs, quibus est nigra cauda*: innuit non admittendos in amicitiam homines Simulatores & dissimulatores: hi enim quia formam amiserunt, fugiendi sunt. Quod vero ad mendacium facit, Tryphon Grammaticus ait: τὸ ψεῦδος ἐν τοῖς ἐχάτοις μελαινεται. id est *mendacium quippe in extrema parte nigrescere.* nigrescit-

Mendacium prohibetur propter famæ amissionem. — Ecclesi. 34. v. 4. — Vlysses. — *Pica simbolū mendacij & simulationis* — Pitagor. — *Non admittendi in amicitiam simulatores.* — Tryphon.

cit fama mendacis, cum mendacijs vtitur. Hoc hieroglyphicum mutuauit Causin. ex Pierio lib. 23. vide verbo Pica.

Causin. — *Homo mendax occidit animam suam.* — Sap. 1. v. 11.

4. Profitetur omne mendacium propter animæ perditionem, occidit enim homo mendax animam suam, iuxta illud Sap. 1. v. 11. *Os autem quod mentitur occidit animam.* id est, os mentiens in Deum eiusque detrahens potentiæ aut bonitati, vel proscindens lingua famam honestissimam proximi, animam suam vel alterius interimit. Quare non effugiet pœnam quantumuis occulte mentiatur, sed graui scelere irretit animam ad interitum æternum. Sic explicat noster Castro circa hunc locum. Tandem Psal. 5. vers. 7 inquit Dauid: *Perdes omnes, qui locuntur mendaciam.* Hæ rationes sunt propter quas omne mendacium prohibitum sit. Vnde noster Sirach. inquit: *Noli velle mentiri omne mendacium*, &c.

Castro. — Psal. 5. v. 7.

Nota, & illustratio tertia.

Quod bonum non est, nihil parit vtilitatis.

83. *Assiduitas enim illius non est bona.* Hoc declarat Tygurinæ lectio: *Numquam enim prodest frequentatio eius.* Quod enim bonum non est, nihil parit vtilitatis. in Græco est ἐν δελεχισμῷ, id est, assiduitas, frequentatio. ἐν δελεχία est assiduitas. ἐν δελεχεσμός est continua mobilitas qualis in anima cognoscitur. vulgatus reddit. *assiduitas.* Pro *non est bona est* οὐκ εἰς ἀγαθὸν, non ad bonum, vt Drus. vertit. subspectat, tendit, aut quid tale. D. August. citatus in 1. Illustratione. cap. 16. legit: *Non proficiet ad bonum.* est autem sensus, vt si diceret, malum euentum habet, siue pessimum finem sortitur. Quæ autem vtilitas in frequentatione mendaciorum? nulla, sed potius noxia eius assiduitas est. *Non est bona*, id est, nihil boni homini adfert. Nam cum tot peccata venialia in corde cumulētur, ita aliquando deficit animus, & virtus elanguescit, vt homo exponatur periculo in grauia peccata dilabendi. Dicit etiam assiduitatem non esse bonam, quia mala est, nam vt dicitur in Philosophia: bonum ex integra causa, malum ex quocumque deffectu, mendacium enim operatio mala est à causa mala procedens, & cum in se defectum contineat, id est, defectum veritatis, malum dicendum est. Infra cap. 20. v, 27. inquit Sirach. *Potior fur quam assiduitas viri mendacis: perditionem ambo hæreditabunt.* Jtaque *assiduitas* non est bona, id est, admodum noxia, & mala, vt Prou. 20. v. 23. *Cognoscere personam in iudicio non est bonum*; id est, valde malum est, & pernitiosum. Personarum acceptionem remouet Salomon à magistratibus ac iudicibus, quia hæc omnes iustitiæ leges violat. Sic ait Ecclesiasticus de assiduitate mentiendi, quæ non est bona, sed pernitiosa & mala. Cum ergo mala sit homini, vt cui summam afferat ignominiam, monet vt saltem ab affectatis qualibuscumque mendacijs abstineatur: nam qui ea affectat, facile eadem repetet, & in eis assiduus fiet, vnde in illud dedecus incidet, vt ei nec vera dicenti credatur. *Mendatio* enim (dixit Rhod. li. 18. v. 18.) *nihil fœdius turpe cuiquam debere.*

D. August. — *Assiduitas mentiendi non est bona, sed mala.* — *Mendacium operatio mala est.* — Ecclesi. 20. v. 27. — Prou. 20. v. 23. — *Ab affectatis mendacijs abstinendum.* — Rhodig.

84 Ab antiquioribus autem mendacium dicere, ita execrabile erat, vt vehementer in mendaces animaduerterent. Alexand. ab Alex. ait lib. 6. cap. 10. *Id quod Persis & Indis magni criminis instar erat, quorum lege cauetur, vt qui clientem decepisset quique ter mendacio abusus fuisset, illi omnem vitam silentium indiceretur, nulloque magistratu, aut honore dignus haberetur. Artaxerxes quoque mirifice mendacium auersatus fuit, adeò vt mendacis hominis linguam tripliciclauo affigi iusserit, Fertur Epaminundas tam seuerus veritatis cultor fuisse, vt ne ioco quidem quandoque mentitus sit.* Lege super hunc locum Tiraquellum, qui hæc omnia exemplis illustrat. Sed maxime dolendum est paucos ex multitudine amatores veritatis existere, cum mentiendi vitium fere in omnes grassetur. Dixit Rhodig. lib. 14. cap. 9. agens de luna, quam veritatis arbitrabantur imaginem: *Cui vnitas consecretur, sicuti mendacio multiplicitas*, id est, multiplicitas hominum mendacio consecratur, quia multi sunt, qui huic veluti simulachro inseruiunt, illudque venerantur, &c. Ratio autem cur non sunt amatores veritatis est, quia eam non cognoscunt, si eam cognoscerent, amarent, quia vt dixit Lactant. lib. 1. cap. 1. *Nullus suauior est animæ cibus quam cognitio veritatis.* & quia illam cognoscunt abhorrent; seruiendo mendacijs. Vt autem omnes ab hoc vitio possit Ecclesiasticus compescere, suadet fugere omne mendacium, non solum quod in alterius iniuriam profertur, sed etiam iocosum & leue: *assiduitas enim illius non est bona*, sed mala, &c.

Mendaces olim puniebantur. — Alex ab Alexand. — Tiraquel. — *Pauci sunt veritatis amatores.* — Rhodig. — *Lunæ vnitas consecratur.* — Lactant. — *Cognitio veritatis cibus animæ suauis.*

VERS. XV.

Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua.

Sensus.

85. NOli, &c. q. d. Cum steteris in cœtu, & congregatione senum, & presbyterorum, quos debes obseruantissime colere, & reuereri, ne verba multiplices, vt ostentes verbositatem tuam, & facundiam, copiamque in loquendo, sed tace illos audiendo. Et cum apparueris ante Domini conspectum, vt precibus diuinum numen sceleribus tuis violatum placare contendas, ne multum loquaris, existimans Deum opus tua oratione, & verbis multiplicibus habere, illis sæpe repetitis, vt te exaudiat; sed vtrobique verecundiam & modestiam adhibe, ibi ob reuerentiam senum, hic ob Dei venerationem & honorem, &c.

Notæ.

PRo: *Noli verbosus esse.* in Græco est, μὴ ἀδολέχει, ne esto garrulus à verbo originali ΔΕΣΧΗ, quod est sermocinatio, seu confabulatio, oritur ἀδολεσχία quod est garrulitas, nugatio, importunus sermo, blateratio, futilis loquacitas. inde est ἀδολέσχος, quod est garrulus, nugator, loquax, qui libens multa commemorat fabulamenta, vel etiam historias, & ἀδολεσχής contemplatiuus, meditatiuus. D. August. tom. 4. lib. 1. quæst. super Gen. q. 63. explicans id Gen. 24. v. 63. *Egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die.* quod legit ipse. *Exijt Isaac exerceri in Campo meridie.* Vim huius verbi Græci expendit dicens: *Qui verbum de hac re Græcum nesciunt, exer-*

D. August. — Gen. 24. v. 63.

citationem corporis putant. Scriptum eſt autem Græce. ἀδολεσχεῖ δῆμ. ἀδολεσχεῖν *vero ad animi exercitationem pertinet,& ſæpe vitio deputatur. More autem Scripturarum plerumque in bono ponitur Pro iſto verbo quidam interpres noſtri exercitationem, quidam garrulitatem, quaſi verboſitatem, quæ in bonum quantum ad latinum eloquium pertinet, vix aut numquam inuenitur, ſed vt dixi in ſcripturis plerūque in bono dicitur; & videtur mihi ſignificare animi affectum ſtudioſiſſime aliquid cogitantis cum delectatione cogitationis, niſi aliud ſentiant, qui hæc verba Græca melius intelligunt?*

Verboſitas tam in bonū, quam in malum ſumitur.

Nihilominus noſter Eccleſiaſticus in malam partem hoc verbum vſurpauit, *noli eſſe verboſus*, vel garrulus, nos dicimus *parlero*, aut *grande hablador*. quod communiter in malā partem vſurpamus.q. d. *No ſeas hablador, o parlero.* Cum in conſpectu ſeniorum Sapientium ſteteris, ſed potius audiens & auſcultans eſto. Sicut qui ediſcere cupit. Nomen πρεσβυτέρων eſt, ſeniorum vel ſenum vbi ſunt ſenes ne multum garrito. Tandem. *Non iteres verbum*, &c. vel *ſermonem*. Hoc vitium taxat Chriſtus Dominus Matth. 6. v. 7. vt dicemus. nam ibi eodem verbo vtitur Eccleſiaſticus, μὴ βαττολογήσητε. verbum enim βαττολογία, quod eſt multiloquium, ſumptum eſt à Batto quopiam inepto poeta, qui in hymnis ſuis eadem crebrius iterabat Titubantia, quando videlicet oratio repetitur, ſtultiloquium. Et Grāmatici Tautologiam vocant, id eſt, eiuſdem ſententiæ per alia atque alia verba repetitio. vt conſtat ex Ouidio & Virgilio. Quæ & Deo & hominibus odio eſt, ſic in oratione noſtra non vtendum nobis eſt tautologia, arbitrantes ſic nos Deum exaudire, & ſine iſta repetitione non audire, &c.

Verboſus quis

Sermonis iteratio taxatur à Chriſto Domino. Matth. 6. v. 7

Illuſtratio prima.

86. NOli verboſus eſſe in multitudine præsbyterorum. Gloſſa. q. d. *Noli ſenſum tuum docere, audi ſapientem ſeniorum: Tutius eſt enim audire. quam loqui. vnde ſit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Eundem ſenſum ſequitur Hugo & probat ex eo Eccles. 32. v. 9. *Audi tacens*, &c. ſed Senſus quem prætulimus verior eſt. agit de garrulitate. quod vitium linguæ eſt, Sicut mendacium. quod vitium ſi vbique vitandum eſt, maxime tamen in Cætu Seniorum atque grauium virorum, & in oratione, que ad Deum funditur. Jn vniuerſum verboſitas & garrulitas prohibetur, Eccleſ. 10. v. 14. *Stultus verba multiplicat. (es denecios hablar demaſiado)* Qui autem ſine ſententia ac ſenſu loquitur, non poteſt non multum loqui, quia quidquid loquitur ſuper fluum eſt. Pineda ait: Ergo multiplicatio verborum non ſolum verba affert multa, ſed etiam ampullacea, turgida inflata inſolentia, & quidquid in verbis ambitioſum & vitioſum eſt, tum præterea longam & ſtudioſam orationem. Ideo dicebat Job. c. 11. v. 2. *Nūquid qui multa loquitur: non & audiet aut vir verboſus iuſtificabitur?* id eſt, nūquid aliquando tantę garrulitati reſpondendi tempus non dabitur, aut blatero ſua loquacitate, ſe iuſtum eſſe probabit?

Tutius eſt audire, quam loqui. Gloſſa. Hugo.

Verboſitas & garrulitas prohibetur. Eccleſ. 10. v. 14. Pineda.

Iob 11. v. 2.

Hoc vitium garriendi, & multum loquendi eſt, per quod non ſolum verba indiſcrete, & vt ait D. Chryſoſt. ſine mente, prolixeque effutuentur; ſed qui hoc loquendi morbo laborant loqui ſemper tacere nunquam volunt: nec alijs loquendi, reſpondendive tempus concedunt. nos dicimus: *No dexanhaſerbaſta alque les oye.* à Platone ſic definitur. *In temperantia ſermonis ſine ratione.* Cum de horum garrulorum lingua agit Aulius Gell. inquit: *Tanquam prodiga æfreniſque eſt, vt fluat ſemper, æſtuetque colluvione verborum teterima.* Et importunos iſtos locutores, ait. *verbis humidis & lapſantibus defluere.* qui autem *verboſus*, & garrulus eſt, non *iuſtificabitur*. q. d. tantum abeſt, vt ſic garriendo iuſtum ſe apud nos probare poſſis, quin potius quo plures ſermones effutis, eo magis te impium ac peccatorem eſſe manifeſtas. nam vt dixit Salomon Prou. 10. v. 29. *In multiloquio non deerit peccatum* nos dicimus. *Quien mucho habla, no puede dexar de tro pecar, y errar.*

Quod vitiū ſit garriendi. D. Chryſoſt.

Garrulitatis definitio. Plato. Aulius Gell.

Prouerb. 10. v. 29.

Ergo cum in vniuerſum prohibeatur garrulitas, ſeu verboſitas, præcipue in conſpectu ſeniorum, ſeu ſapientium, ſiue ſint præsbyteri, ſiue non; merito prohibetur. Jam enim ſuperius attulimus Ethimologiam verbi *presbyter*. c. 6. v. 35. num. 147. & diximus aliquando ſenes, aliquando ſapientes ſignificare. Ratio igitur, quare coram ſenibus non multiplicanda verba eſt 1. quia digni ſunt reuerentia, & obſeruantia. Sic enim dicitur Leuit. 19. v. 32. *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis.* quid mirum præcipiat Eccleſiaſticus iuuenem minime verboſum futurum coram ſene. Præsbyteri enim, vel ſeniores tanquam magiſtri colendi ſunt à iunioribus & honorandi. Sic dixit Ariſt. lib. 9. Ethic cap. 2. *Omni ſeniori honor pro ætate reddendus eſt, aſſurgendo, & ſeſſione cedendo.* Idem docet Plato lib. 9. de leg. Et Cicero lib. 1. offic. *eſt* (inquit) *adoleſcentis maiores natu vereri.* 87.

Verboſitas prohibetur in conſpectu ſeniorum. *Nominis presbiter ethimon.*

Leuit. 19. v. 32. Ariſtoteles. Plato. Cicero.

2. Quia in ſenibus præter excellentiam ætatis, eſt excellentia experientiæ & prudentiæ, ex ætate longiore. Hinc ſenes olim regebant rempublicam, & à ſenibus nomen accepit ſenatus. 3. quia vt ait Philo de eſſenis. *Reuerentia erga ſeniores, & cura talis eſt, qualis eſſe poteſt germanorum liberorum erga parentes.* Jnſuper dixit D. Baſil. lib. de abdic. rebus *ſi honores ſenes ob iſtam animi tui ſubmiſſionem, gloria te afficiet Deus.* atque vt ait Jſychius faciet cum ſenueris, vt eadem reuerentia tibi à iunioribus rependatur. Si igitur ſeniores vel præsbyteri inſtar magiſtrorum ſint, ſicut diſcipulus coram magiſtro, non audet verba multiplicare, ſic iuuenes coram ſeniore, rurſus ſi præter ætate excellentiam, experientia, & prudentia pollent, vt rempublicam moderentur: Sicut coram prudentibus, & expertis æquum eſt pa ca loqui ſic coram præsbyteris & ſenibus. Tandem ſi ſenes parentum munere erga iuuenes fungantur, quemadmodum filij reprehenduntur ſi coram parentibus cum elatione animi multum loquantur: Sic iuuenes debent coram præsbyteris verboſi non eſſe. Hanc fere ſententiam repetit ipſe Eccleſiaſticus cap. 32. v. 13. *In medio magnatorum non præſumas, & vbi ſunt ſenes non multum loquaris.* Porro multi loquium vitandum, quia vt dixit D. Auguſt. lib. 3. contra Creſconium cap. 1. tom. 7. *Multiloquium autem eſt ſuperflua locutio, vitium ſcilicet loquendi amore contractum. Plerumque autem loqui amant etiam qui neſciunt quid loquantur vel quomodo loquantur*, &c. *Noli* (inquit Sirach) *verboſus eſſe*. vel garrulus in conſpectu ſeniorum, nec multiplices verba, quæ ſuperflua ſunt?

Senibus eſt excellētia experientiæ, & prudentiæ. Philo. D. Baſil. Iſychi. *Senex inſtar magiſtri.* *Senex parentis munere fungitur erga iuuenem.* D. Auguſt. *Multiloquium vitandum.*

Illuſtratio ſecunda.

88 ET *non iteres verbum in oratione tua.* Tripliciter poſſunt hæc verba declarari. Primo iuxta primam *orationis* ſignificationem, quæ eſt ſecundum Lyram petitio, ſeu à Sapientibus interrogatio, & in hac ſignificatione eſt, q. d. Sic intelligibiliter & præciſe tuam debes orationem, id eſt, interrogationem Sapientibus proponere, vt eam neceſſe non ſit iterum repetere & iterare. nam cū repetitur, ſapientis honor detrimentum patitur, quaſi ita tardus videatur eſſe ad id, quod proponitur percipiendum, vt habeat opus iterata repetitione ad interrogationis & reſponſionis intelligentiam Forte hoc eſt, quod dixit Cicero: *Si quæ verborum iterationes contemptionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac ſubmiſſione orationis alienæ.* & iuxta hanc intelligentiam inquit Sirach. Cum ſteteris in conſpectu ſeniorum vel ſapientum, non ſolum debes vitium garrulitatis, ſeu verboſitatis fugere, ſed ſi oportuerit aliquid eis difficultatis proponere, vt tibi ſatisfaciant: Ita loquere, vt neceſſe non ſit eundem ſermonem repetere, & eandem interrogationem importune iterare, vt ſic honori ſapientum conſulas, ne ſi eadem repetas & iteres, illis notam dedecoris afferas, &c.

Varia orationis acceptio. Lyra.

Cicero *Oratio non iteranda.*

89. 2. Iuxta alteram orationis ſignificationem, quam affert idem Lyra, pro petitione ſcilicet à Deo, & in huc petitione duplex ſenſus inuenitur, quem proponit Dionyſ. Cart. vt oratio noſtra, ideſt, depreecatio noſtra Deo fuſa ita deuota & ſine diſtractione, vt non indigeamus verba repetere, quaſi obliti, ſeu dubij an ea protulimus, aut tamquam ſine attentione prolata non tamen prohibetur in oratione ad Deum eadem nonnumquam repetere ex feruore ſpiritus ex feruore ſpiritus, vel ad feruorem ſpiritus excitandum, ſed ne temere id fiat, & irreuerenter, & citra fidem inutiliter. Quam interpretationem amlpetentur, qui ſcientiam ſpiritus docent. vide noſtrum luiſium de la puente. tom. de oratione.

Oratio deuota, & ſine diſtractione debet eſſe. Lyra. Dionyſ.

Tertiam huius loci expoſitionem, quæ agit de petitione à Deo ſecundum aliam ſignificationem Lyræ & Palatij, libenter amplector, quæ ſic eſt, q. d. cum orationi coram Deo vacaueris, ne multum loquaris iterando eandem orationem, & eadem verba repetendo, vt facilius à Deo exaudiaris, exiſtimans eſſe repetitionem verborum neceſſariam vt ipſe melius intelligit, ſicut fit inculatio verborum apud homines quia talis repetitio irreuerentiam, in aduertentiam, & infidelitatē denotat, quæ fugienda & deuitanda à nobis eſt, ne more Ethnicorum hanc faciamus orationem. Quam germanam intelligentiam illuſtrat D. Matth. 6. v. 7. vbi Chriſtus dominus forte hanc ſententiam reſpiciens, dixit: *Orantes autem, nolite multum loqui, ſicut Ethnici, putant enim quod in multi loquio ſuo exaudiantur.* quod explicans D. Auguſt. tom. 4. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte, inquit: *Sicut hypocritarum eſt præbere ſe ſpectandos in oratione, quorum fructus eſt placere hominibus, ita ethnicorum ideſt Gentilium in multiloquio ſuo ſe putare exaudiri: Et reuera omne multiloquium à Gentilibus venit, qui exercendæ linguæ potius, quam mundando animo dant operā. vt hoc nugatorij ſtudij genus etiam ad precem fundendam transferre conentur arbitrantes Deum ſicut hominem iudicem verbis adduci in ſententiam. nolite itaque ſimiles illis eſſe*, &c. Vide noſtrum Mendoca ad id. 1. Reg. 2. v. 3. *Nolite multiplicare loqui*, &c.

Palatius *Cum orationi vacatur non multum loquendum coram Deo.*

Matth. 6. v. 7.

D. Auguſt.

Multiloquiū à gentilibus venit.

In hoc loco Matthæi inuenitur idem verbum Græcum, quod in noſtra ſententia, μὴ βαττολογήσητε; ideſt ne vtamini battologia, hoc eſt, ne ſitis loquaces, verboſi, innaniter garruli, fruſtraneam mentis efferueſcentiam lingua effutientes vocat Ethnicos ἐθνικοὶ, gentiles, cultores dæmonum, quos deteſtantur omnes veræ veri Dei religioni addicti Putabant enim Ethnici vt D. Auguſtinus explicat, ſibi res ſuas Deo enarrandas eſſe, exiſtimabant eleganti eum dictione perſuadendum eſſe: Denique arbitrabantur gratam eſſe ei precum ſine mente murmuratarum multitudinem, fanatice nonnunquam multa quaſi diuino quodam perciti Spiritu iactantes. putabant enim quod in illa ſua verboſitate, loquacitate, & futili verborum profuſione exaudirentur. vt qui Deum rei totius fecerint certiorem, allatiſque in medium argumentis & cauſis, in ſuam adduxerint ſententiam, aut recitatarum ſine mente precum prolixitate exaudiri meruerint. Ita D. Paſchaſius Ratbertus ſuper hunc locum. Addit vero: *Sed fidelis Dei orator non multorum eget verborum, neque illi narrare plurima opus eſt, cui omnia patent, & vbique ſcrutatur ſecretorum arcana, & intentor eſt cordium, diſcretor quoque cogitationum ac medullarum? Sed nec ſane multas Lacrymas, Vel multas obſecrationes inpuritate cordis damnat; damnat autem multiloquium quod de* infidelitate, & impuritate mentis generatur? 90.

Ethnici qui D. Auguſt. *Ethnici putabant in verboſitate ſua exaudiri.* D. Paſchaſ.

Hic auctor deſcripſit ex D. Auguſt. hanc quæſtionem, quæ ſic eſt. *Sed quoniam quamuis pauca tamen verba & ipſe dicturus eſt; quibus nos doceat orare, quæri poteſt, cur vel his verbis paucis opus ſit ad eum, qui ſcit omnia antequam fiant; & nouit; vt dictum eſt, quid nobis neceſſe ſit antequam petamus?* Reſpondet D. Auguſt. tom. 4. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte. *Non verbis nos agere debere apud Deum, vt impetremus quod volumus, ſed rebus, quas animo gerimus, & intentione cogitationis cum dilectione pura, & ſimplici affectu*, &c. Poſt pauca uerba, inquit ipſe: *Sed rurſus quæri poteſt ſiue rebus, ſiue verbis orandū ſit, quid opus ſit ipſa oratione, ſi Deus iam nouit, quid nobis neceſſarium ſit? niſi quia ipſa orationis intentio cor noſtrum ſerenat, & purgat, capaciusque efficit ad excipienda diuina munera, quæ ſpiritualiter nobis infunduntur: Non enim ambitione precum nos exaudit Deus, qui ſemper paratus eſt dare ſuam lucem nobis, non viſibilem, ſed intelligibilem & ſpiritualem: ſed nos non ſemper parati ſumus accipere, cum in clinamur in alia, & rerum temporalium cupiditare tenebamur*, &c.

Quare paucis rebis opus eſt ad exorandum Deum. D. Auguſt. *Quid opus ſit oratione, ſi Deus iam nouit, quid nobis neceſſarium ſit.*

Illuſtratio tertia.

ET *non iteres*, &c. Itaque ſicut uoluntas Dei eſt, vt nos preces apud eum humiliter fundamus: ſic etiam vult vitari à nobis multiloquium, ne putemus iterationem, ſeu repetitionem, precum ſeu verborum neceſſariam eſſe, ad hoc vt Deus nos melius intelligat, & exandiat, &c. Jdeo Salomon Eccleſ. 5. v. 1. dixit: *Ne tenere quidloquaris, nec cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo, Deus enim in cælo & tu ſuper terram. idcirco ſint pauci ſermones tui*, &c. Cahl. *Cor tuum non feſtinabit proferre loquelam in tempore, quo tu oras ante Dominum.* Hanc de oratione intelligentiam amplectitur noſter Joannes de Pineda ſuper hunc locum: Sic ait: Ergo quinta exponendi 91.

Repetitio precum non eſt neceſſaria, vt Deus audiat. Eccleſ. 5. v. 1. Pineda.

ponendi ratio vt hæc verba contineant doctrinam de recte orando, & non cum multiloquio, sed modeste & submisse agendo cum Deo Sic Thuanus docet.

Thuanus.

Ne tibi sit præceps oranti lingua nihilque
Mente agita quod non sanctum Deus Ethere in alto
Quippe sedet iudex subiectaque despicit; at tu
Vermis homo terræque genus, ne murmure inepto,
Verbosisue Deum precibus, votisque fatiga.

Cum autem dicitur Deum esse in cælo, & hominem super terram, iterationem sine dubio damnat in oratione. Nam qui illum considerat veluti à rerum nostrarum moderatione abstractum, cum orat, iterat preces, quasi priores non exaudierit, & necesse sit, vt ipse Deus intelligat vel audiat easdem preces iterum fundere, id est eandem orationem repetere & iterare, &c. ait ergo: *Deus in cælo, & tu super terram* q. d. inquit Olympiod. *Quia Deus vbique præsens omnia perspicit etiam deprehendens occultas animæ cogitationes*, &c. Cælum notatur tamquam locus aptissimus ad despiciendum quod in terris geritur, quid petant, quo indigeant homines. Ita dixit Salomon 3. Reg. 8. v. 35. *Vt quidquid orauerint in loco illo* (templo scilicet) *Deus exaudiat in cælo*; vide Mattheum. 6. v. 8.

Quid Deus in cælo, & tu super terram

3. Reg. 8. v. 35.

92. Propterea intendendus affectus in Deum & excitanda fiducia de illius bonitate, & rerum humanarum administratione: fore enim vt qui cuncta possit, velit etiam non tam flexus plurimis verbis inanibus, quam iustis precibus & feruentioris cordis affectu delinitus de rebus nobis necessarijs atque vtilibus benigne prouidere ideo addit: *Idcirco sint pauci sermones tui.* quippe non multis verbis opus est apud Deum scientem & videntem nostra desideria neque iteranda est oratio, vt nos Deus intelligat & exaudiat. Quare Ecclesiasticus prohibet multiloquium & iterationem illam precum, quæ ex infidelitate procedit, aut irreuerentia, quasi apud Deum opus sit multis verbis ad exponendam necessitatem nostrã; vel ad presuadendum vt faciat quod petimus, sicut fit apud homines, aut quasi eadem iteranda sint tamquam prius dicta non satis intellexerit. Hæc enim ad infidelitatem gentilium pertinent. Sed iterant. Christiani easdem preces ad continuandã mentis eleuationem in Deum, vel etiam excitandam maiorem deuotionem.

Affectus in Deum intendendus est, cum oratur.

Non multis verbis opus est apud Deum qui scit nostra desideria.

Confirmat hoc D. August. tom. 2. lib. Epist. Ep. 122. ad Probam. c. 8. nam cum obiecisset, Deo non opus esse iterare nos orationem in multiloquio, cum semper auscultet. vnde mirum videri potest, quamuis multiloquium prohibuerit, *cur nos sic orare adhortatus sit, qui nouit quid nobis necessarium sit prius quam petamus ab eo, vt diceret* (Matth. 6.) *oportet semper orare & numquam deficere, viduæ cuiusquam proposito exemplo, quæ de suo aduersario cupiens vindicari iudicem iniquum Sæpe interpellando flexit ad audiendum, non iustitia vel misericordia permotum, sed tædio superatum: vt hinc admoneremur quanto certius nos exaudiat misericors & iustus Dominus Deus sine intermissione orantes, quando illa nec ab iniquo & impio iudice potuit assidua interpellatione contemni, & quam libens [atque] placatus bona desideria impleat eorum à quibus aliena peccata nouit ignosci, si quo cupiebat illa peruenit, quæ voluit vindicari.* Et cum cap. 20. consulat diu orare, subdit ipse D. August. *Neque enim vt nonnulli putant hoc est, orare in multiloquio, si diutius oretur; Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus, Nam & de ipso domino scriptum est, quod pernoctauerit in orando, & quod prolixius orauerit: vbi quid aliud, quam nobis præbebat exemplum, in tempore, precator opportunus, cum patre exauditor æternus?* Christus enim cum in terra vixit opportunus precator erat, pernoctans in oratione Dei præbens nobis exemplum diu in oratione perseuerandi. At cum ad dexteram patris sedet, constitutus est eternus exauditor nostrarum precum, excitans in nobis deuotionem, & feruorem, &c.

Confirmatio D. August. de non iteranda oratione.
D. August.

Matth. 6. Lucæ 18.

Cum diutius oratur, non est orare in multiloquio.
Lucæ 6.

Christus in terra erat precator opportunus & in cælo cum patre exauditor æternus.

93. D. Greg. lib. 10. Mor. c. 11. hanc iterationem orationis de peccati repetione interpretatur, quasi in hoc loco prohibeat Ecclesiasticus iterationem culpæ eius autem verba sunt Qua in re (inquit) *hoc est salubre consilium, vt cum se mens ex memoria culpæ reprehendit, hoc prius in oratione defleat quod errauit: quatenus cum erroris macula fletibus tergitur in petitione sua cordis facies ab auctore munda videatur. Sed curandum nimis est ne ad hoc rursus proruat, quod se mundasse fletibus exultat: nedum deplorata iterum culpa committitur in conspectu iusti iudicis ipsa etiam lamenta leuigentur. Solerter quippe debemus meminisse quod dicitur: ne iteres verbum in oratione tua. Quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam nos prohibet sæpe veniam petere, sed culpas iterare. ac si aperte dicat. cum male gesta defleueris, nequaquam rursus facias, quod in fletibus iterum plangas*, &c. et tom. 3. Past. cur. part. 3. ad mon. 32. fere eandem explicationem repetit, dicens: *Ne iteres verbum in oratione tua, verbum namque in oratione iterare est post fletum committere quod rursum necesse sit flere?*

Iterata oratio sumitur pro repetitione culpæ.
D. Gregor.

Non prohibetur sæpe veniam petere, sed culpas iterare.

94. Tandem vt vnusquisque quod libuerit eligat, subijcio aliam explicationem, quam nobis offert Hugo Carensis. id est Sic confitere, & confitere ita distincte, vt nõ opus sit iterare confessionem quod dicitur contra quosdam, qui confitendo peccata palliant alia inuoluendo, vel excussant, vel attenuant vel aliquid retinent inconfessum, vel confessionem diuidunt pluribus confitentes & minus peccatores appareant, vnde postea vrgente conscientia, oportet eos redire ad confessionem & Iterare quod minus, vel male dixerat. Huc vsque Hugo qui prælatas etiam explicationes proponit. Multa possemus congerere ad suadendam integram confessionem, sed alibi se offeret occasio, & de illa longius agemus.

Confessio facienda integra ne iterare eam necesse sit.
Hugo.

VERS. XVI.

Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo.

Sensus.

Non oderis, &c. q. d. semper opera, quæ cum labore & fatigatione elaborantur odio habentur ijs, qui molli genio inseruiunt: ne deficias, sed animi tui præstantiam & constantiam ostenta in eorum executione, quæ suum laborem & fatigationem afferre videntur, ne otio nimio affluas, aut inseruias: sed labori incumbe (*date altrabaso*) & inter alia opera agriculturæ arti vacare tibi oportet, qui ab altissimo instituta est. reliqua enim opera curiositas aut voluntas humana inuenit, & instituit. id est, homines ex suo ingenio noua multa prompsere, at agriculturam Deus ab initio creuit & instituit, cum hominem posuit in paradiso voluptatis, vt illum operaretur & custodiret, &c.

Nota & illustratio prima.

95 Non oderis laboriosa opera. In originali ponitur in singulari: *Ne oderis laboriosum opus*, vel operationem μὴ μισήσῃς ἐπίπονον ἐργασίαν q. d. ama opus etiam si laboris plenum fuerit, nam homo ad laborem natus est, vt mox dicemus. quocirca non debet vllum honestum laborem subterfugere, aut detrectare. Dixit enim sapiens quidam Hebræus: *Ama opus, & odio habeto doctoratum.* q. d. de re, non de nomine sis Sollicitus. nam de solo titulo gloriari, seque efferre, aut alios contemnere, cum asini quam plurimi eum gerant, extrema stultitia est sic Deus.

Ergo hortatur sapiens hominem ad otium fugiendum, non solum in agricultura exrcenda, sed in vniuersum in omni opere laborioso conficiendo. Nam homo natus est ad laborem. Sicut Job cap. 5. v. 7. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.* Quod dixit Eliphaz ad consolandum Job. q. d. ne quæso, ô Job, ita turberis ob eas quas pateris ærumnas, aut bonorum tuorum calamitates: numquid enim ex terra eiusmodi labores & ærumnæ procedunt? minime sed aut ex Dei voluntate, aut ex peccato. vel etiam, quia sicut auis ad volandum nata est, ita homo nascitur ad labores & ærumnas, &c. sed certe potest hic intelligi de labore proprio fatigationem generante. Nascitur enim homo ex materno vtero ad laborandum. Et in sudore vultus comparandum victum destinatus, sicque debet otium fugere. Aduerte autem non dixisse hominem creatum fuisse ad laborem, sed natum: nam cum primus homo creatus est, diues creatus, & plasmatus est nullius laboris & fatigationis indigus, sed peccatum effecit eum agricolam, destringẽs illum ad laborandum.

Otium fugiendum in omni opere laborioso.
Iob 5. v. 7.
Homo nascitur ad laborem.

Peccatum obstrinxit hominem ad laborandum cum diues creatus sit.

Si hoc ita est, quare cum Deus, *posuit eum in paradiso voluptatis*, præcepit ipsi, *vt operaretur, & custodiret illum?* Gen. 2. v. 15. numquid ab initio creationis ad laborandum destinatus est? minime, quia illud *operaretur*, non indicat opus laboriosum sed delectabile. vt operaretur, non laboriose quidem, quo fatigaretur, sed iucunde ad animæ recreationem excoleret hortum, & intentus suaui operi, non difflueret otio, atque adeo per otium laberetur in vitiũ. Ita D. Ambros. D. August. D. Basil. & D. Anastas. Synaita. Dixit enim D. Chrysost. tom. 1. hom. 14. in Genesim: *Quid autem dicet aliquis hominis cura paradisus indigebat? non hoc dico, sed voluit, tum vt paruam quamdam, sibique congruam gereret curam operando; erat autem operatio tunc citra laborem: dederat quidem occupationem, sed neque dolorem, neque molestiam habebat.* Sic etiam explicat D. Bernardus.

Gen. 2. v. 15.

Posuit Deus hominem, vt iucunde operaretur paradisum.
D. Ambros. D. August. D. Anast. Syn. D. Chrysost.
D. Bernard.

96. Ex quibus colligitur quantum Deus oderit otium, quod vitiorum seminarium esse solet, & quantum animo illud aspernatur, vt velit hominem creatum ad bonis delectabilius fruendum, sed laborandum obstringi, ne per otium, vt diximus, laberetur in vitium. Sic Raban. *vtili labori insistere, & otiositatem fugere laudabile est, quia otiositas inimica est animæ.* Si ergo antequam homo in peccatum rueret, otium fugere debebat, quanto magis post lapsum cum ei dictum esset à Domino Gen. 3. v. 17. 18. *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* opus, quod prius laboriosum non erat, sed delectabile, in laboriosum versum est, & naturæ odiosum. Quare hortatur Ecclesiasticus ad illud amplectendum, & amandum: *non oderis*, inquit, laboriosa opera. id est, ne ita operibus laboriosis succumbas, vt odio ea prosequare, ama illa, vt otium fugias, & vitium declines. Otiũ quasi vitiocissimam pestem ab hominibus prorsus exterminare Sirach contendit. Idcirco ad ignauos & corpore desides, opera laboriosa odientes, dirigitur illa similitudo arboris infructuosæ, quæ damnatur ad ignem. Dicitur enim Luc. 13. v. 7. *Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?* Super quem locum eleganter D. Petrus Chrysolog. serm. 106. *Infructuosa*, inquit, *arbor intricat cespitem, necat spacia, exhaurit terræ vires, cultorem conficit damno, afficit tædio possidentem: ac sic excidere istã lucrum est, & istam commodum non habere. Sic homo vtique qui naturæ donum, munus animæ, rationis beneficium, excellentiam sensus, iudicium mentis, artis industriam, culturæ bonum, per steriles atque inopes actus reuertit, occupat, margit, auctori cultori gratiam negat, sicut arbor è terra, sic iste è vita meretur excidi. Ita homo deses, ignauus si præsit populis, non sibi soli sit noxius, sed multis, dum sequentes se suo vitiat, & perdit exemplo.* Si de vitio otij, quod est mater vitiorum, & nouerca virtutum, longum texere vellemus sermonem, haud difficile esset, cum sancti patres in illud inuehantur, exhortantes ad illud fugiendum & declinandum. Sed alia nobis sese offeret occasio, de hac materia tractandi, vlterius progrediamur.

Otium odiosum, quia vitiorum seminarium est.

Gen. 3. v. 17

Non odienda laboriosa opera.

Lucæ 13. v. 7.
D. Petr. Chrysol.
Arbor infructuosa ex terra succidenda.

Ignauus si præsit populis suo exemplo sequentes se vitiat.

Illustratio secunda.

97. Et rusticationem creatam ab altissimo. γεωργία significat terræ agriculturam, seu rusticationem à verbo γεωργέω, agrum colo, agricolor. Rusticatio autem non tam significat exercitium colendi agrum, vt agricultura, quam nos vocamus, *labrança del campo*, quam ipsum actum rusticandi, id est, ruri degendi, *morada en el campo*, sed cum ille, qui rusticatur, seu ruri degit in colenda terra exercitatur, ideò agriculturam significauit auctor per rusticationem, *el exercicio dela labrança del campo.* Et forte posuit *rusticationem*, quia posuit *creatam ab altissimo*. Nam agricultura, quam Deus creauit potius rusticatio, appellari debet, cum illud Gen. 2. v. 15. quod diximus, *vt operaretur.* non tam ad laborem in agro paradisi excolendo, quam ad delectabile exercitium in rusticatione ruri degendo referendũ sit. Huc pertinet P. Virgilij Maronis Georgicarum argumentum, in quo agit de aratione, de semente, & de inuentione frugum, de instrumentis rusticis, de operum rusticorum temporibus, & tandem de prognosticis. agit etiam de agricolationis Origine, cum lib. 1. Georgicarum vers. 147. ait:

Rusticatio quid significet.

Rusticatio creata ab altissimo ad delectabile hominis exercitium.

Virgilius agit de agricultura.

Prima ceres ferro mortales vertere terram
instituit, &c.

Ceres dicta quasi Geres, quod fruges gerat, si Varroni credimus, atque Arnobio, qui ita ait, lib. 3. *quod salutarium seminum frugem gerat, cererem esse pronuntiant.* Et noster Cerda super hunc locum Virgilij ait: Sed obseruabis hanc frugum

Varro. Arnob.

Cerda.

Inuentio frugum cereri tribuitur. Ado.

gum inuentionem attribui Cereri, quia nimirum hæc Dea femina in Græciam adduxit aliunde quod gestum est Argo in Græcia regnante, quod scribit Ado in Chron. Etate 3. Hispanos certe nostros non Ceres, vlla, non Græci, sed rex noster Habides. *boues primo aratro domari, frumentaque sulco serere docuit, & ex agresti cibo melioribus vesci.* Verba sunt Justini lib. 44. Jtaque proprio inuento gloriamur, non ali unde emendicato. Huc vsque Cerda Virgilium secutus est Ouidius lib. 5. Metam. aiens:

Iustinus. Ouidius.

Prima ceres vnco glebam dimouit aratro,
Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris.

98. Quidquid autem sit de institutione agriculturæ, vel rusticationis apud Prophanos. de quo si libet, lege meum charissimum conterraneum & condiscipulum doctorem Alfonsum Cano deurreta in suo libello erudito, cuius titulus est, *dias de Iardin*, in gratiam illustrissimi Domini Ludouici Faxardo, qui in nostris oris maritimis imperium habuit in copias nauales. Quidquid inquam de hoc sit, certum autem est *creatam fuisse à Deo rustificationem*, cum Adæ præcepit terram exercere, & colere, vt fructus comederet de labore manuum suarum. Sic dixit Rabanus significat peccanti homini hanc sententiam datam, vt labore manuum sibi victum quæreret. Dicitur enim Gen. 3. v. 17. 19. *Maledicta terra in opere tuo. In sudore vultus tui vesceris pane.* Licet D. Chrysost. tom. 1. hom. 29. in cap. 9. Gen. Caino tribuat inuentionem, dicens: *Primus enim agriculturam inuenit.* Sed iam ante lapsum Adamum agricolam Deus constituerat, cum cap. 2. v. 15. dicatur, illum *posuisse in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* vbi D. August. tomo 3. lib. 8. de Gen. ad litt. cap. 8. respondens obiectioni, quod Deus hominem ante peccatum damnasset ad labores, & molestias agriculturæ, hæc subiungit: *Ita sane arbitraremur nisi videremus cum tanta voluptate animi agricolare quosdam, vt eis magna pœna sit inde ad aliud auocari. Quidquid ergo deliciarum habet agricultura, tunc vtique longe amplius erat, quando nihil accidebat aduersi vel terra vel cælo. Non enim erat laboris afflictio, sed exhilaratio voluntatis, cum ea, quæ Deus creauerat, humani operis adiutorio lætius, feraciusque prouenirent, &c.*

Alfonsus cano. *Rusticatio à Deo creata cum præcepit terram colere.* Gen. 3. v. 17. D. Chrysost. Gen. 2. v. 15. D. August. *Vtrum Deus hominem damnauerit ad labores, &c.*

99. Ergo agricultura, siue rusticatio homini in statu innocentiæ degenti, creata est, vt ea voluptuose vteretur, item post lapsum eam altissimus creauit, vt in sudore vultus sui homo eam exerceret. Quod exercitium in posterum sic homines imitati sunt, vt in maximo agricolatio habetur honore. Xenophon philosophus imperator lib. 5. de Administ. domestica, inter alia, quæ de laudibus agriculturæ proponit, refert hanc Socratem reliquisse sententiam: *Etiamsi recte dixit, qui agriculturam aliarum artium matrem & nutricem esse perhibuit. Nam cum agricultura prospere succedit, etiam artes cæteræ omnes vigent: at vbi terra necessitate aliqua inculta manet, etiam artes cæteræ fere terræ marique extinguntur.* ipse Xenophon dixit teste Cicerone, lib. de senectute nihil sibi tam regale videri quam studium agri colendi. Quin Cyrus Persarum rex ingenio præstans, & tanti gloria imperij clarissimus, agrum ipse sibi conserebat, arboresque sua manu satas dimetiebatur, & in ordinem disponebat. Proceres illos Romanæ nobilitatis, & antiquitatis viros ex agris ad imperia & dictaturas accersiri mos fuit: quibus illi cum essent perfuncti ad priores agriculturæ exercitationes reuertebantur. Homerus Laertem Vlyssis patrem heroica corporis maiestate præditum, quem ex filijs absentia senectuteque ingrauescente mœrorem capiebat, cum solatio colendi agri lenire ac mitigare facit. in qua occupatione post tot annorum exilium reuersus Vlysses versantem inuenit. Lege nostrum Marianam de rebus Hispaniæ, in rege Bamba, & doctorem Alfonsum Cano citatum die primo.

Rusticatio creata est vt ea homo voluptuose vteretur. Xenophon. *Agricultura mater aliarum artium.* Cicero. *Cyrus rex Persarũ agrum sibi conserebat.* Homerus. *Laertem Vlyssis pater agriculturã exercet.*

Hinc apparet primam humanarum artium fuisse agriculturam. naturali enim ordine prima omnium occurrit, necessaria scilicet parando victui, degendæque vitæ suggerens, quo licet intelligere errorem poëtarum gentilium, & historicorum, qui, vt D. August. tradit tom. 5. lib. 7. de ciuitate cap. 9. memoriæ prodiderunt, agriculturam post regnum Saturni esse inuentam. Quare Plutarchus eum fecit presidem agriculturæ lib. quæst. Rom. *An quod frugum hic Deus atque agriculturæ sit præses?* licet alij Polymiæ attribuunt vt refert cælius Rhod. lib. 7. c. 4. siquidem in ætate aurea, quæ saturno rege floruit, nullam fuisse dicunt culturam agri. Sic Virg. 1. Georg.

Prima omnium artium agricultura. D. August. Plutarch. *Saturnus præses Agriculturæ.* Cælius Rhod. Virgil. *Tempore saturni nulla fuit cultura agri.* Ouid.

——— *ipsaque tellus.*
Omnia liberius, nullo poscente florebat.

Et Ouid lib. 1. Metam.

——— *Natos sine semine flores.*
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

Legatur Plinius lib. 7. de inuent. agricult. Quod sane poëticum est, & fabulosum, cum certum sit, rusticationem ab altissimo creatam fuisse, & homini non solum in statu innocentiæ, sed etiam post lapsum communicatam, vt de labore manuum suarum vesceretur perlege librum Philonis Judei de agricultura.

Plinius. Philo Iud.

Tandem D. Ambros. tom. 4. lib. 3. de offic. cap. 6. *Bona quidem* (inquit) *agricultura, quæ fructus ministrat omnibus, quæ simplici industria accumulat terrarum fæcunditatem, nihil doli, nihil fraudis interferens,* &c. Et Cicero lib. de offic. dixit: *Omnium rerum, ex quibus aliquid exprimitur, nihil libero homine dignius.* Clem Alex. lib. 2. pedag. cap. 10. agens de agricola, ait. *Ei autem agriculturæ finis est, fructuum perceptio* D. Greg. Naz. Epist. 194. *Quin Poëta quoque quispiam, atq; arte liberior et solutior, agricolarum choro coacto rusticum carmen accinat, demessaque matura spica, quam iucundissimam corollam nectat, vitibusque hedera & vuis intertextis caput cingat. Agriculturæ nimirum hæc festiua sacra sunt, tuo beneficio rursum ad homines reuersæ. Rupes etiam lac fundant, & fontes mel, ac planta omnis, tam culta, quam agrestis, mitibus fructibus redundet, cuiusmodi scilicet Poëtarum figmenta sunt, cum terram benignitate aliqua vtentem inducunt.* quid mirum si hæc agricultura ab altissimo Deo creata sit? 100.

Bona agricultura quæ fructus ministrat omnibus. D. Ambros. Cicero. Clem. Alex. D. Greg. Naz. *Agricultura festiua sacra.*

VERS. XVII.

Non te reputes in multitudine indisciplinatorum.

VERS.

VERS. XVIII.

Memento iræ quoniam non tardabit,

Sensus.

Non te reputes, &c. q. d. Ne velis inter peccatorum cateruã computari, néve eis adhæreas, ne te aggregari sinas cœtui hominũ malignantium, qui auulso ex cordibus Dei timore, haud quaquam à malo deterrentur, nec didicerunt Deũ metuere, & supplicia imminentia præsentire, & præcauere. Sed in memoriam reuoca diuinam vltionem & irã, quæ reuera non tardabit, sed citius opinione, & certissime adueniet, nec diu aberit, &c.

Notæ.

Non te reputes, &c. clarius legunt Complut. *Ne computes te ipsum.* verbum Græcum προσλογίζομαι, à quo dictio προσλογίζου, significat imputare, acceptum ferre, attribuere, adscribere, id est, ne imputeris, ne attribuaris, ne adscribi permittas, *in multitude indisciplinatorum.* in Complut. est. ἁμαρτωλῶν. Ἁμαρτωλὸς enim proprie est peccator, vel peccatrix. Suid. qui prauum vitæ institutũ amplectitur. Certe in nouo Testam. ἁμαρτωλοὶ exponitur peccatores, qui peccatis sunt dediti, &c. à verbo ἁμαρτάνω, quod est aberro, ab omni æquitate excido, non attingo scopum, & alia id genus. vetus autẽ interpres videtur legisse: ἀπαιδεύτων, & ἀπαίδευτος est ineruditus, ideoq; vertit *indisciplinatus*, id est, carens disciplina & eruditione. sed Complut. & LXX. legunt ἁμαρτωλῶν, id est, *peccatorum*. Trãstulit autem vulgatus *indisciplinatorum*, quia semper peccator indisciplinatus est, caretq; diuina eruditione, & disciplina, quam si amplecteretur, non laberetur in peccatum. nam disciplina Dei hominem à peccando retrahit & frænat. *Memento iræ*, vel *iram*, scilicet iram Dei punientis impios, siue supplicium, quod peccatores manet, &c.

Indisciplinatus quis.

Illustratio prima.

102. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. q. d. Ne aggreges te cœtui eorum, qui prauum vitæ institutum amplectuntur, & ab æquitate diuinæ legis excidunt, à viaq; veritatis aberrant tamquam peccatores indisciplinati, neruditi, & disciplinã Dei odientes. Rabanus inquit, *Indisciplinatos vocat inquietos & inobedientes: qui præceptis Dei obedire nolunt. In quorum societate conuersari periculosum est.* Lyra, *sequendo societatem & mores eorũ.* Sâ, socium prestes. Sic etiam Hugo & Dionys. de societate malorum fugienda explicant. Potest hoc apprime illustrari ex eo Psal. 49. v. 17. *Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum, si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* [y vas ala parte con ellos.] vbi describit (inquit noster doctissimus Cardin. Bellarm.) interna vitia iniquorum. *Tu odisti*, &c. id est, auersaris animo eruditionem diuinæ legis, & factus es quasi oblitus esses præcepta mea, eaq; post tergũ haberes. B. Theodor. *Tu, tamen adulterarís, & eorum qui talia committere audent, socius es, & particeps.* Pende illud, *odisti disciplinam*. q. d. factus es indisciplinatus, ineruditus, peccator, scelerosus, sequendo societatẽ furum, & adulterorum, quasi computareris in numero eorum, consortium cum eis habendo. societas enim indisciplinatorum periculosa est, quia efficit vt odio habeatur disciplina Dei, & eius sermones, & eruditio retrorsum proijciantur. Cum dicat idẽ Vates Psal. 93. v. 12. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* vbi Beatum & fœlicẽ vocat illum, qui Dei eruditioni addicitur se eius scholæ adscribens, eam eligens vt cæleste doctrinam edíscat, & eruditus & disciplinatus ex tali schola euadat; plenus enim erit veris & solidis bonis quẽ Deus erudire dignatur, id est, cui Deus oculos aperit ad ea, quæ vere bona sunt aspiciẽda, atq; vt ad ea perueniat de lege sua docet eũ, id est intime illi persuadet obediẽtiam legis diuinæ toto affectu mentis amplexandã esse, &c. Itaque societas impiorum causa est, proijciendi Dei eruditionem. qui enim aliquid retrorsum proijcit, consulto illud ex memoria deponit, & obliuione obruit, vt melius suum prauum institutum sequatur. Ideò quia propheta impiorum consortium & societatem proponeret, prius in memoriam adducit *odisse disciplinam*, id est, factum indisciplinatum, vt esse possit socius, & particeps eorum, cum quibus societatem inire, & in numero eorum computari cupiebat.

Non se aggregandum cœtui peccatorum. Raban. Lyra. Sâ. Hugo. Dionys. Psal. 49. v. 17. *Descriptio vitiorum hominum iniquorum.* Theodoret. *Indisciplinatorum societas periculosa.* Psal. 93. v. 12. *Societas impiorum causa est proijciendi Dei eruditionem.*

2. Hoc probatur ex eo Prou. 13. v. 20. *Qui cum sapientibus graditur sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.* Monet Salomõ, inquit noster Salazar impiorum consortia vitare, & cum pijs inire cõmercia, & societates, nam ab vtrisq; mores facile contrahuntur. Τὸ *similis* denotat effectum praui cõsortij. q. d. qui init societatem cum stultis, id est, indisciplinatis, & peccatoribus, mores eorũ facile trahit, vt possit *in multitudine* eorum computari factus stultus & indisciplinatus, &c. Prou. 21. v. 10. ait ipse Sapiens rex: *Anima impij desiderat malum.* Idem interpres inquit: existimo Salómonẽ id suadere in hoc loco, ne cum eiusmodi hominibus amicitiam & commercium ineamus: nam cum animus ipsorum ad immanitatẽ procliuis sit, in obuium quemq; absq; discrimine furorẽ suũ effundunt: atq; adeo in eos, qui prope ipsos sedent, citius incurrunt, quã in remotos, & alienos. Sed melius intentum probat id 1. Cor. 15. v. 33. *Nolite seduci: Corrũpunt mores bonos colloquia mala.* Græcum verbum ὁμιλίαι, non tantum colloquia, sed etiã cõmercia, cœtus, comitatus significat. à verbo ὁμιλέω, quod est conuersor, cõuiuo, congredior, consuetudinẽ habeo, & familiaritatẽ cum aliquo. hęc colloquia vel cõmercia cum malis est mala & noxia. q. d. teste D. Ans. *Nolite seduci, id est, nolite stultorum verbis & blandiloquentia à recto tramite abduci, neque patiamini vos in tam pernitiosum errorẽ cuiusquam facile impelli.* agit de resurrectione. *Assiduitas enim praui colloquij vitiat mentem, & idcirco vitanda est, maxime ab infirmis. Sic enim verba proximorum audiendo quotidie sumimus in mente, sicut flando & respirãdo aërem trahimus corpore: & sicut malus aër assiduo flatu tractus inficit corpus, sic peruersa locutio assidue audita infirmantium, inficit animum, vt tabescat delectatione praui operis, & assiduitate iniqui sermonis.* Hunc locum Pauli citat Tertul. lib. 1. ad vxorem c. 8. aiens: *Conuictum atque cõmercia Deo digna sectare, memor illius versiculi sanctificati per Apostolum: Bonos corrumpunt mores cõgressus mali.* Et lib. 2. c. 3. ait: *Quis enim dubitet obliterari quotidie fidem commercio infideli. Bones corrumpunt mores confabulationes malæ, quãto magis conunctus, & indiuiduus vsus.* Hunc Menandri versum, *sanctificatũ* ab Apostolo sic citat D. Cypr. Ep. 54. *Declinent autem*, inquit, *de cætero fortiter, & euitent delectissimi fratres nostri verba, & colloquia eorum, quorum sermo vt cancer serpit, sicut Apostolus dixit: Corrumpu ingenia bona confabulationes pessimæ.* & lib. de vnitate Ecclesiæ

103. Prou. 13. v. 20. *Iniquorum consortia vitanda.* Salazar. Prou. 21. v. 10. 1. Cor. 15. v. 33. *Colloquium pro commercio.* D. Anselm. *Assiduitas praui colloquij vitiat mentem.* Tertull. *Malæ fabulationes corrumpunt mores.* D. Cyprian.

Permitiosa colloquia contagium mortis. D.Gregor. Nazianz.

vitate, quæso, ait, *vos eiusmodi homines, & à latere, atq; auribus vestris permitiosa colloquia, velut cõtagiũ mortis arcete, sicut scriptũ est: sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, & iterum: Corrumpunt mores,* &c. Tandem veritatẽ huius sententiæ Apostoli probat eleganter D.Greg.Naz.carm.iamb.3.canés:

Iuuenum improborum fugere cœtus noxios
Intus que quidquid prorsus est læti situm.
Sunt namque multi more qui pecudum scatent,
Fœda que scabie, gracilibus & morbis simul.
Iuueneſque tentant, simplices si quos vident:
Seque affricantes subdole his, illud student:
Vt prauitatis hos, suæ morbo impleant.
Cur ipsud autem criminum quo plurimos
Socios habentes, obtegant labes suas, &c.

Obtegunt enim hi labes suas, quia malis suis caliginẽ offundunt eorumque conspectũ eripiunt. Si ergo tam pernitiosum est comercium prauorum hominum, & societas sceleratorum, vt corrumpant mores, quid mirum ad moneat Sirach. fugere horum consortium, dicens *Non te,* &c.

Illustratio secunda.

104. *Memento iræ quoniam non tardabit.* Originalia ante hunc versum interijciunt sequentem, scilicet, *Humilia valde,* &c. Sed melius vulgatus sic ordinem versuum disposuit &c. Complut. *Memento quoniam ira non tardabit,* quod eundem sensum efficit, licet vulgatus explicatius legerit. ea Tygur. *Sed vindictam moram non esse facturam memineris.* idem est vindicta, ac ira irá enim impellit vltionem, & disponit ad vindictam Sic Raban. *Nam talibus contra reseruabitur vindicta: quã iræ nomine nuncupat, si non se ad meliorum vitã correxerint.* ὀργὴ est ira, iracundia, & dixit Arist. *Ira est apparentis vltionis appetitus. cum dolore, propter apparentẽ immerito vel in suos contemptum.* Ergo cum scelerosi seu indisciplinati peccatores, qui legi Dei terga vertunt, & vindictæ minas despiciunt, eosque irrident, qui diuinã proponunt vltionem, vt à peccatis coerceant, & refrænent, soleant irã Dei obliuisci vt libere & effrænate viuere possint, illis in memoriam adducit Sirach vindictam Dei, quæ moram non faciet, &c. q.d. ne computari sinas in cœtu indisciplinatorũ qui in peccatis suis fræna nolunt recipere, sed deprauatæ voluntati suæ habenas Laxant, quia si te illis aggregueris existmans euasurum te diuinam vindictam, tandẽ afficieris supplicio. Sicut enim illi indisciplinati. diuinam sentiunt vltionem, sic ad te puniendum, eadem ira Dei & vltio non tardabit; *Vindictam moram non esse facturam memineris.*

Ira impellit vltionem. Aristot.

Dei vindicta moram non facit contra iniquos

Vt igitur consortium, & societatem scelerosorum fugias, quibus vltio Dei præparata est, huius vltionis Ecclesiasticus memoriam renouat, dicens, iram vel vindictam Dei moram non facturam, quæ sicut in illos, sic in te, si eis associaueris animaduertet. *Mea est vltio* (inquit Dominus Deut.32.v.35.) *& ego retribuam in tempore, vt labatur pes eorum, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.* q.d. Ne igitur quisquam conqueratur de Dei patientia, & victus impiorum hominum sceleribus vlcisci suas iniurias quærat. Mea est, inquit, vltio, mei iuris est scelera vlcisci, neque solum ipsa vltio ad meum officium pertinet, ac mei muneris est, verum etiam tempus vltionis ad meam spectat administrationem, nam cum ille supplicium differt, vel dat locum pœnitentiæ, vel maturitatem scelerum spectat. Vt Gen.15.v.16. Neque vero, inquit, longe abest eorum pœna, prope est dies afflictionis eorum ac ruinæ. *Et adesse festinant tempora.* LXX. *Et ad sunt parata vobis,* neque enim tum aut consultando tempus terretur, aut supplicijs parandis mora fiet, cum iam parata sint & expedita, nihil qui aliud spectent, quam meum nutum. Abulensis, Nam Deus non tardat malis mala infligere, licet nobis, qui interiorum inexperti, sola interiora deceptoria iudicamus, videatur tardare. ipse tamen quando cito oportet, malis mala distribuit, &c. Itaque non longe abest flagellum, quod scelerum vindictæ à Deo paratum est, neque tardat. Quare vnusquisque meminisse debet huius iræ & vindictæ, vt à peccatis abstrahatur. Qui enim memoriam diuinæ vindictæ renouat in corde suo, abstinet se à peccatis, quæ iram Dei accendit, & acuit ad sumendam vindictam, &c. *Memento* (inquit Syracides) *iram non tardaturam.* Dei punientes impios, siue supplicium, quod peccatores manet.

vindicta ad Deum pertinet. Deut.32. v.35.

Tempus vltionis ad Dei spectat administrationem.

Deus non tradat malis mala inferre. Abulens.

VERS. XIX.

Humilia valde spiritum tuum quoniam vindicta carnis impij ignis, & vermis

Sensus.

105. *Humilia,* &c. q. d. Cum ira & vindicta Dei vt in impios animaduertat, semper parata maneat, rogo te, vt per humilitatem, ex detestatione peccatorum procedentem, hanc Dei vindictam effugias. Nam cum animus tuus ad superbiam pronus sit, necesse est illum submittere, & consideratione potentiæ & seueræ iustitiæ diuinæ valde humiliare, paratum ei præbendo, vt ipsi obedias. quoniam pœnas scelerum est ignis extrinsecus sæuiens, & vermis dolor intus accusans, & conscientia semper mordens, & carpens, &c.

Notæ.

106. PRo *Spiritum tuum* est ψυχὴν σου, id est, *animã tuam.* nam ψυχὴ est anima, & spiritus, & sumitur pro ingenio, sed hic est, te ipsum, id est, submitte te ipsum. In 2.hemistichio desideratur τὸ *carnis,* in Græco, & potest reddi supplicium impij esse iguẽ & vermem ὅτι ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ σκωλήξ. & licet πῦρ sit *ignis* intelligendus est ignis gehennæ, quem vocat Christus Dominus Marc. 9. v.44. *ignem in extinguibilẽ.* & σκώληξ, *vermis* qui non moritur, iuxta id Marc.9. v.45. *Vbi vermis eorum non moritur.* Et Isa.66. v.24. *Vermis eorum,* &c. vt infra dicemus.

Spiritus hominis humiliandus, vt Dei iracundiam temperet.

Illustratio prima

Humilia valde spiritum tuum. q.d. Abstrahe te à consortio indisciplinatorum, qui præsuperbia nolunt Deo, neque eius legi se subijcere, quia ira Dei non tardabit; sed vt melius diuinæ vindictæ potentiam effugere valeas, confer te ad ad humilitatis commune refugium, in quod tamquam in asylum debemus omnes confugere, qui diuini iudicis minis quotidie angimur; nullum autem opportunius excogitari potest remedium ad diuinam effugiendam vindictam, quam spiritum submittere ante Dominum. Humilitas enim spiritus, Dei iracundiam & indignationem temperare, & continere solet, vt probatur Gen. 18. v.19. excanduerat enim Deus v.19. aduersus

aduersus Sodomam, & vicinas ciuitates propter tot perpetrata scelera, quæ iram Dei lacesserant; volens autem Abraham, Deum ita sceleribus nefandis lacessitum, & iratum sedare, & demulcere, confugit se in humilitatis asylum, dicens: *Quia semel cœpi loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.* Si ita confidens liberationem Sodomorum à Domino postulauerat, vt quid necesse erat suam humilitatem insinuare? nunquid humilitas iratum, & irritatum Deum placabit? fuit q. d. vt explicat Procopius: *Non debeham in conspectu tuo etiam iusta confidenter proponere, cum sim puluis & cinis.* Respondet B.Alcuinus Albinus: *Sublimitatem promissionum, humilitatis temperauit subiectione.* Abulensis explicat, id est, licet ego quia sum puluis & cinis, id est, factus de puluere, & in cinerem redigendus, propter conditionis meæ vilitatem, non deberem coram tanta maiestate multiplicare verba, &c. Sed respondeo, suam humilitatem Abrahamum insinuasse ad iram Dei placandum, & indignationem temperandam. quia cum virtus humilitatis potens sit apud Deum, ipsum Abraham coram eo introducit, vt suo fungatur officio, scilicet vt iram Dei demulceat & ad parcendum inclinet.

Quid posset humilitas? placat enim Deum iratũ. Procopius. B.Alcuinus Abulensis.

Humilitas potens apud Deum.

107. Psal.21. v.15. Hæc melius illustratur ex eo Psal. 21. v.15. vbi Christus in persona Dauid ait clamans: *Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei.* Ceræ tabefactæ & ex calore liquescenti cor pauidũ comparauit. Nam cor dissolui dicitur, ac tabescere cũ quis pertimescit, sed quid per ceram liquatam denotatur? humilitas sane. Cum enim Christus dominus orauit ad Patrem (nam de humili oratione in horto facta Agellius explicat) humilitatem suam, insinuauit, vt à Deo, quod postulabat impetraret: cum ergo cor suum ceræ liquefactæ comparauit, vt ostenderet se in terra prouolutum, suam obtulisse orationem humilem, iram & indignationem Dei sceleribus & peccatis omnium lacessiti, volebat haud dubium placare, quare cor suum ante Deum liquescere humilitatis igne laborauit, vt ipsum Deum iratum demulceret. Quid autem cera cum humilitate? Vlysses Aldrouandus lib. 1. de insectis in moralibus, probat ceram virtutem humilitatis denotare, citans auctorem de rerum proprietatibus. nam vna ex ceræ proprietatibus est calori non resistere, in quo (inquit ille) notatur humilitas, quæ calori veri ignis, scilicet Deo, non resistit per superbiam, sed liquescens se diuinæ voluntati prorsus committit. Etenim cera, vt quotidiana docet experientia liquefacta, faciliter ducitur, & tractatur ad libitum: sic qui re vera humilis est sine vlla repugnantia diuinis acquiescit, obtemperatque præceptis, non aliter ac sponsa de se inquiens Cant. 5. v. 6. *Anima mea liquefacta est, vt locutus est.* Quid enim est dilectum nobis loqui, nisi Deum sua præcepta nobis inspirare: ad cuius vocem anima liquescit, quando sine resistentia omnibus Dei mandatis se subijcit. Ergo cum Christus dominus iram Dei per prolixam orationem demulcere contenderet, ad humilitatis asylum se confugit, cor suum tamquã ceram liquatam conuertens, id est cor suum ante Deum humilians, vt per humilitatem, quod deposcebat, impetraret. quia humilitas hunc efficit effectum. quare Sirach. inquit: *Humilia valde spiritum tuum.*

Ceram liquefactam humilitas imitatur. Agellius.

Quid cera cum humilitate. Vlysses Aldro.

Animam liquefieri ad Dei vocationẽ humiliari

Tandem Gen. 50. v. 18. *Fratres* Ioseph *proni in terram adorauerunt eum.* Quare igitur sic in terra prouoluti se submiserunt & humiliauerunt coram fratre suo? nunquid factum est, vt somnium Ioseph impleretur, vbi præsagiebat se à fratribus adorandum? Respondeo hanc eorum humilitatem intentam fuisse ad veniam ex fratre impetrandam. sic eleganter dixit Abulensis super hunc locum: *Si enim humiliari dicet eos, qui veniam adipisci desiderant, quam nullus vnquam per superbiam acquisiuit: quia superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam.* quia ergo nullum opportunius medium ad vltionem eorum, qui læsi sunt effugiendam excogitari potest, quam humilitas & submissio: ideo fratres Ioseph, vt eius manus effugerent (recordabantur enim iniuriæ, quam ipsi intulerant) humiliantur coram eo adorantes illum proni in terram, sic que veniam, & impunitatem iniuriarum adepti sunt. Quem actum depressionis illi imitantur, qui Dei vltionem ad peccata vindicanda dispositam euadere desiderat quare Sirach. admonet spiritus humiliationem ad vindictam diuinam effugiendam. Dicebat enim Dauid Psal.50.v.19. *Cor contritum & humiliatũ Deus non despicies* in Heb. est, *& confractum* Humiliatum vero dicitur quasi contusum, & ægritudinis mærorisque magnitudine percussum. & cor sic humiliatũ sacrificium Deo gratissimum est. sed quare non despicit Deus *cor humiliatum*? quod Euthym. explicat: *non auertet hoc est, suum ab eo non dimouebit aspectum:* Respondeo, Deum non despicere cor humiliatum, quia Deo non resistit, instar vaginæ. cum aliquod fulgur elabitur è cælo, quod ensem resistentem confringit, ac vaginam non reniten-rem relinquit illæsam Sic *superbis* Deus *resistit humilibus autem dat gratiam.* non despicit enim Deus cor contritione & humilitate mollitum, quia eius voluntati non renititur. Et quia humilitas apud Deum potens est ad diuinam eius misericordiam impetrandam, & ad effugiendam illius indignationem, & iram ad eos feriendos præparatã, qui diuinis anguntur minis pro peccatis suis. Jdeo cor humiliatum Deus non despicit, nec ab eo aspectum benignum dimouet, sed quasi obseruans humilitatem, furorem ad versus impium conceptum remittit, & vindictam scelerum auertens, ad ea condonanda prouocatur. ideo dicitur: *Humilia valde spiritum tuum,* vel *animam tuam,* id est, cor tuum vel te ipsum contritione magna & humilitate tamquam munus Deo deferte studę, vt vltores manus eius effugere valeas.

108. Genes. 50. v.18. *Humilitas vilis ad veniam impetrandam.* Abulensis. *Per humilitatem quis effugit Dei indignationem?* Iacob.4.v.6.

Illustratio secunda.

109. QVoniam *vindicta carnis impij ignis, & vermis.* quod sic explicat Glossa. *quia caro peccatorum, quæ luxuria defluit igni inferni, & vermibus cruciabitur, vbi vermis non moritur, & ignis non extinguitur in verme putredo gehennæ, in igne ardor signatur.* vel vermis est sera scelerum pœnitentia, quæ in tormentis conscientiam peccatorum mordere non cessat, vt ignis sit pœna extrinsecus sæuiens, vermis autem dolor interius accusans. Item D. Augustinus lib.21. de ciuit.cap.9. citans hunc locum, ait: *Potuit breuius dici, vindicta impij est: ergo dictum est carnis impij, nisi quia vtrumque, id est, ignis & vermis pœna erit carnis, aut si vindictam carnis propterea dicere voluit, quia hoc in homine vindicabitur, quod secundum carnem vixerit.*

Vindicta carnis impij ignis, & vermis. Glossa. D.August.

vixerit. *si enim secundum carnem vixeritis moriemini,* &c.

Ignis pœna extrinsecus sæuiens & vermis dolor intus accusans.
Iansenius.

Jansenius cognoscit duplicem impiorum pœnam, ita vt per ignem pæna extrinsecus sæuiens designetur, & per vermem dolor intus accusans, & conscientia semper remordens & torquens: ignis videtur extendi non solum ad tormentum animæ, sed etiam ad cruciatum corporis, vt dicet in die vniuersalis iudicij Christus dominus Matth. 25. v. 41. *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Cum præcipiat impios discedere, non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus animæ vnitum, intelligendum est, ignem æternum illos absumpturum, & non solum animas, sed etiam corpora cruciaturum in eternum. Ideo adiecit de suo vulgatus *carnis.* q. d. supplicium impij secundum carnem, & spiritum ignis & vermis erit.

Matth. 25. v. 41

110. Hoc expressum videtur in Jsaia cap. 66. v. 24. vnde Sirach. forsitan descripsit: *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.* q. d. quorum cadauera æternis vermium carpentur morsibus, nequæ qui, illorum excrutiat corpora, & extinguetur ignis; & cum supra quam credi potest, dura patiantur atque horribilia, nemo tamen aut videndo animum explebit, aut tam ærumnosæ conditionis miserebitur. Agit igitur, inquit, noster Sanchez super hunc locum hoc de æterno improborum supplicio, quorum non solum animæ, sed etiam corpora sempiternis sunt deuota supplicijs. Hunc forte respexit locum Christus Dominus Marc. 9. v. 44. dicens: *Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguitur,* vbi apponitur duplex cruciatus, quo impij in gehenna cruciabuntur, scilicet ignis inextinguibilis, & vermis semper corrodens, quorum pœna erit æterna. non enim ignis ad momentum vret, consumetque mortale corpus, sed talis erit vt numquam extinguatur, & in corpus iam immortale in sempiternum sæuiat. non vermibus scatebit cadauer, ex quo gignuntur ad spacium breue, sed etiam acutos sentient & ęternos morsus. Hoc confirmat id Judith 16. v. 21. *Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos. Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.* Minatur Iudith. omnibus, qui Iudaicum populum persecuti sunt suo tempore ignem & vermes.

Vermis damnatorum non morietur.
Isai. 66. v. 24.
Æternum damnatorum supplicium quale?
Sanhez.
Marc. 9. v. 44.
Duplex damnatorum cruciatus ignis, & vermis.
Iudith. 16. v. 21.

111. Noster Serarius super hunc locum Judith duas excitat quæstiunculas. Ad primam de igne respondet verum, minimeque imaginarium, aut metaphoricum, illum futurum, vt docēt Theologi. de quo vide nostrum doctorem Franciscum Escriuá, qui doctissimum de inferorum cruciatibus, sicut de cæteris nouissimis tractatum concinnauit præcipue discursu 4. §. 3. vbi nostram sententiam extricat. Lege etiam alium libellum quem erudite, & concinne satis in lucem edidit noster Martinus de Roa de inferni nouissimo, & de gloria. Secundam quæstiunculam proponit Serarar rogans: Verine vermes eorundem impiorum carnes depasturi? Primam sententiam negatiuã proponit, eorum, qui translate vermium nomine, ipsos conscientiæ angores, & cruciatus, quibus dies noctesque assiduo infælices excruciantur, & excarnificantur intelligunt. sed ipse partem affirmantem sequitur, dicens: non video tamen verborum proprietas retineri cur nequeat. Citat D. Anselmum Chrysost. Theophil. & alios, & probari potest ex eo D. Innocentij de contemptu mundi lib. 2. cap. 2. *Vindicta* (ait) *carnis impij vermis & ignis, vterque duplex interior, & exterior. interior, qui rodit & vrit cor, exterior, qui rodit & vrit corpus,* &c. Vide de hac materia Serarium & Sanchez ad locum Jsa. & Maldon. ad locum Marci citatum.

Ignis inferni nō metaphoricus, sed verus.
Franc. Esc.
Martin. de Roa.
Serarius.
Veri vermes carnes impiorum depascuntur.
D. Anselm.
D. Chrysost.
D. Innoc.

Tandem nomine *carnis* damnatorum corpora intelliguntur, quia dum in hoc sæculo vixere, carnis oblectamentis se dediderunt, quæ caro & carnis desideria in æternum præcipitium eos præcipitarunt, & igni, vermibusque seruandos tradidere. prius *ignem* nominat, & post *vermes,* forte vt ostendatur vermium cruciatum longe acerbiorem igne reputari. Sic dixit D. Bern. in serm. paru. cap. 6. *A facie illorum morsuum* quis sustinebit? Si conscientiæ vermis sic in hac vita impium cruciat, vt Ethnici, qui Dei caruerunt cognitione, eius cruciatum verbis augere vix possunt. Sic Seneca Epist. 97. *Prima,* inquit, *& maxima peccantium est pœna peccasse, nec vllum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet intueatur ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris in scelere supplicium est.* q. d. nullum peccatum est, licet muneribus ipsa fortuna illud exornet, protegat, & tueatur, quod inultum abeat, quia idem peccatum, ipsius peccati supplicium est. Et Cicero pro Roscio: *Suum quemque scelus agitat, suæ malæ cogitationes, amentiæque terrent. Hæ sunt magis assiduæ domesticæque furiæ.* Remorsum conscientiæ veteres fingebant furias esse, à quibus impij cruciantur.

Nomine carnis damnatorum corpora intelliguntur.
Cruciatus vermium acerbior igne.
Seneca.
Peccatum peccati supplicium est.
Cicero.

112. Ergo si gentiles remorsu conscientiæ, tamquam vermibus sic torquentur in vita præsenti, quid in futura, cum æternis vermibus excrucintur? & sempiternis ignibus exurantur? Diues auarus, qui hæc expertus erat tormenta, aiebat Lucæ. 16. v. 24. *Quia crucior in hac flamma.* vbi D. Petr. Chrysolog. sermo. 122. *Erras* (inquit) *diues hæc flamma non tam linguæ, quam mentis est, non tam linguæ quam cordis est, & adhuc iste conscientiæ calor, non illud extremum quid te manet, & expectat incendium. Nam si se iam nouissimi iudicij totus ignis ambiret, & illius desperatæ damnationis sententia iam teneret, numquam Leuares oculos,* &c. Cum autem explicat hanc oculorum eleuationem ad videndum Lazarum in sinu Abrahæ requiescentem, his elegantibus verbis, vt solet, diuitem insultat: *Sero Diues sursum leuat oculos suos, quos semper depressit in terram. Diues quos oculos leuas, ipsi sunt accusatores tui quos oculos leuas, ipsi non placant iudicem, sed inflammant: non reportant veniam, sed reatum: & exigunt pænarum cumulum non solamen. Quo oculos leuas? Quid clamas adhuc diues? quo respicis diues? ibi est Lazarus, ibi est impietatis tuæ proditor, testis criminis, crudelitatis assertor,* &c.

Remorsus conscientiæ qualis.
Luc. 16. v. 24.
D. Petr. Chrysol.
In diuitem auarum D. Petri Chrysologi inuectiua verba.

113. Huius versiculi explicationi finem imponat testimonium Lactantij lib. 7. cap. 21. quibus verbis inferorum cruciatus explicat. *Nam qui peccata in corporibus contraxerunt, rursus carne induentur, vt in corporibus piaculum soluant: & tamen non erit Caro illa, quam Deus homini superiecerit, huic terrenæ similis, sed insolubilis, ac permanens in æternum, vt sufficere possit cruciatibus, & igni sempiterno,* &c. Et pauca post verba inquit: *Idem igitur diuinus ignis, vna & eademque vi, atque potentia, & cremabit impios, & recreabit: & quantum è corporibus absumet, tantum reponet, ac sibi ipse æternum pabulum subministrabit.* Cum ait ipse; *recreabit.* non affirmat impios aliqua voluptate ignē perfundere, sed quod immortalitatem eorum illæsam conseruabit, vt immortales patiãtur cruciatus. Lege Palaciũ, qui ex his verbis Siracidis multa notatu digna infert, quæ ad futuram peccatorum in gehenna vltionem pertinent, & concludit: vere erit putre eorum corpus, quod perpetui depascent vermes vt enim deliciæ reales insunt beatis in cælo: ita realia tormenta damnatis in inferno, & hoc modo illud intellige Psal. 48. *Sicut oues* (1. putres) *in inferno positi sunt: mors* (id est, vermes quales in sepultura) *depascet eos.* Ergo qui hæc meditatur *humiliabit valde spiritum suum.* vt affirmat Ecclesiasticus.

Qualis inferorum cruciatus ex Lactantio.
Palacius.
Damnatis realia tormenta insunt
Psal. 48.

VERS. XX.

Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreueris.

Sensus.

114. Noli, &c. q. d. Amicus cum salua conscientia retinere potest, conseruandus est nec cum vlla re, licet eximia commutandus. quare non est dissoluenda amicitia nec amicitiæ lex confringenda, propterea quod amicus pecuniæ debitæ vel mutuatæ solutionē, in aliud tempus reijciat. Insuper nec frangenda amicitia cum eo contracta, propter pecuniam etiam excellentem, aut variam & multam. nec amantissimus frater contennendus propter aurum, quod vel eius nomine esset persoluendum, aut remittendum, &c.

Notæ.

Lectiones Græcæ huius sententiæ diuersum sensum videntur efficere à vulgari lectione, quæ à nobis retinēda est in Græco est μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν διαφόρου, quod vertit Drusius: *Ne permutes amicum pecuniæ causa.* Et complut. *Indifferenter secundum aliquid.* id est, ob rem indi efferentem sic infra cap. 27. v. 1. *Propter inopiam multi deliquerunt.* Jn Græco est. χάριν διαφόρου, id est, *propter bona fortunæ,* id est ob rem indifferentem, siue mediam, vt est pecunia, sed & paupertas, nam paupertas per se neque bona, neque mala est, sed ex vsu æstimatur. Siquidem bona est, si bene vtaris, & mala, si vtaris male. Quod confirmauit Lucian. in Timone aiens: *Paupertas optima me laboribus viro dignissimis exercens, mecũ que vere & libere conuiuens, & quibus opus erat, suppeditauit laboranti, & vulgaria ista docuit cōtemnere: effecitque vt mihi vitæ spes omnis ex me ipso pēderet, demonstrans, quæ nam essent opes vere meæ, nempe nequa edulator assentans, neque Sycophanta minitans, neque plebs irritata, neque concionatorum suffragiorum auctor, neque tyrannus intentus insidijs queat eripere.* Amicus, inquit, dũ salua conscientia retineri potest retinendus est, nec cum vlla re, quæ quidem media sit, cuiusmodi sunt bona fortunæ, & quæ Græci τὰ τυχηρά vocant, permutandus. Camerar. Legit *Ne commutes amicum cum re media vllo modo.* Et propter verbum διαφόρου, vel potest verti, *Cum re indifferenti,* vel *cum vlla re præstanti:* nam verbum διάφορος est promiscuus, qui citra delectum aliquid facit, non eximius, sed plebeius & vt vocant stoici bona illa quæ neque ad fælicitatem, neque ad infælicitatem conferunt, vt sunt diuitiæ, sanitas, vires, gloria, & cetera id genus. nam sine ijs possibile est felicem esse, cum earum vsus vel rectus fælicitatis, vel prauus infelicitatis auctor sit. Alij dicunt significare idem quod excellens & præstans, quia verbum διαφέρω. à quo oritur διάφορος. est antecello, præsto, excello. quæ significatio ab ea manasse dicitur; qua ponitur pro differo, nam qui alium antecellit re aliqua illa ipsa differt ab eo. Ideo διάφορος est differens, diuersus, præstans, & excellens, insuper & indifferens. quare secundum Græcam lectionem suadet auctor non relinquendum amicum propter quamlibet rem, siue præstantem, & excellentem, siue mediam, vt pecuniam. sed conseruandus quoquomodo est. Hinc vulgatus transtulit. *pecuniam differentē,* id est, causa pecuniæ, quia distulit quis, soluere pecuniam amico, &c.

Paupertas per se neque bona, neque mala, sed indifferens.
Lucianus.
Sine diuitijs, & gloria possibile est aliquē esse fælicem.
Amicus non relinquendus propter quālibet rem.

Jn 2. hemistichio vocat *fratrem charissimum,* qui germanus est, id est, qui vere frater sit, id est, certus amicus non commutes talem fratrem, & amicum cum *auro.* Originalia addunt *Ophir,* forte vt excellentiam auri ostendant, & sic exaggerent commutationem, nam licet aurum præstantissimum sit, cuius causa amicus commutandus, non ideo abijciendus est, sed conseruandus omnino. De ophir peculiarem libellum edidit Gaspar Barrerius Lusitanus, in quo persuadere conatur Ophiram esse auream Chersonesum, aut potius omnem eam oram, quæ Pegusijs, Malaca & samatra continetur. Vide Ioannem Petrũ Maffæum de re Indica lib. 1. & nostrũ Ioannem de Pineda, qui eruditissime disputat de auro Ophir in lib. 4. de rebus Salomonis regis cap. 16. ad quem te remitto.

Fratrem charissimum vocat eum, qui vere frater sit, & certus amicus.
Barrerius.
Maffæus
Pineda.

Explicatio sententiæ cum illustratione.

115. *Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem.* Si velis *Tò differentem* sic explicare, vt peccunia differens accipienda sit, pro pecunia excellenti, ac varia diuersa, aut multa. Tunc enim vulgata & Græca lectio in idem recidunt. Sic explicat Græcam lectionē Palacius & meminerit, inquit Doctus inter bona externa principem locum habere, non diuitias, sed amicos. vt recta ratio illas propter hos deserat. Sed vere sensum inter se diuersum efficiunt, si recte consideretur. Nam vulgatus reprehendit illũ, qui perdit amicũ propterea quod solutionem pecuniæ debitæ in aliud tēpus producat Græca vero lectio vituperat illum, qui causa pecuniæ suum amicũ perdere facit nihili: sed quocumque modo sit ille

Pecunia differens idem quod excellens
Propter dilationem solutionis pecuniæ non perdendus amicus.

vituperandus est, qui his leuibus causis amicum suum perdit, & facile amicitiã initã frangit, siue auaritia captus, siue fractus cupiditate, nolens nec minimũ quidem de propria voluntate concedere, vt contractam familiaritatem retineat.

Variæ interpretationes. Rabanus. Rabanus explicat de auaritia & cupiditate: *Multi*, inquit, *perierunt pro auaritia & cupiditate terrenorum, proximum ad imaginem Dei factum negligentes: docet ergo sapientia, vt magis diligamus proximum, quam pecuniæ thesaurum. Radix enim omnium malorum est cupiditas.* Lyra. Lyra de differente solutionem exponit, dicens: Noli rumpere amicitiam eius pristinam, si differat tibi reddere pecuniam, nam amicitia multo pretiosior est, quam pecunia. 8. Ethic. Dionys. Sâ. Hugo. Iansen. Hunc sequitur Dionys. & Glossam noster Sâ. Hugo varias proponit interpretationes, quæ sensum meo iudicio non penetrant. Duplicem propositam explicationem. Iansenius amplectitur iuxta duplicem lectionem vulgati & Græci. vulgatus sine dubio loqui de eo, qui perdit amicum, quod pecuniæ debitæ solutiutionem producat. Græca tamen lectio de eo, qui causa pecuniæ illum contemnit, &c.

Lex de solutione pecuniarum dilata. Exod. 22. v. 25. Isai. 58. v. 3. Ergo iuxta vulgatam lectionem forte ea lex data est Exod. 22. v. 25. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes.* Vide etiam Deut. 24. v. 10. quam legem transgrediebantur Judæi, cum eos Isaias reprehendit cap. 58. v. 3. *Omnes debitores vestros repetitis.* q. d. Ieiunium vestrum, quod magnificatis, vituperabile est, siquidem debitores vestros torquetis, exigẽtes, mutuas pecunias, cum eas ob paupertatem in aliud tempus ad soluendum differunt. pluris enim pecunias, quam amicos & proximos æstimatis, &c. Sic explicat Dionys. Dionys. sententiam nostram. id est pecuniã proximo à te commodatam, quam tardat persoluere, noli importune exigere, ita vt proximum crudeliter graues, aut irrationabiliter vexes, &c. Communiter enim qui auaritiæ inseruit pluris pecuniam quam amicum ducit, vnde sequitur illum repetere, & debitum importune exigere & vexare, &c. Quod Sirach dissuadere contendit, dicens: *Noli*, &c.

Cum autem iuxta Græci originalis lectionẽ.
116. *Reprehenditur auaritiæ vitium.* scilicet, *Ne commutes indifferenter secundum aliquid*, vel *re vulgari* reprehendit auaritiæ vitium. *No trueques vn amigo por qual quiera dinero, o precio*, modo pretium vile sit, modo eximium & excellens. nam amicus omnibus pretiosis, & præstantibus rebus anteponendus est. Cicero. *Amicus enim* (inquit Cicero) *est optima & pulcherrima supellex.* Vide quæ diximus ad id cap. 6. v. 15. *Amico fideli nulla est comparatio.* *Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti*, &c. Cum autem ait *indifferenter*, tã ad eximium, quam ad vile pretium referendum est. Indifferentia enim apud Stoicos dicuntur media, quæ per sese ad fœlicitatem, vel in fœlicitaem non faciunt, sed vsu probantur, aut improbantur: qualia sunt fortunæ bona, pro quibus amicus mutãdus non est. q. d. non permutes amicum propter rem indifferentẽ. vt infra cap. 27. v. 1. Res indifferens seu media est pecunia, vt in Notis diximus. *Pecunia res indifferens.* Sed permutatio modo sit cum re quapiam indifferenti, vel media, modo pretiosa & eximia nullo pacto facienda est. Dixit enim Salomon Prou. 12. v. 28. *Qui diligit damnum propter amicum, iustus est.* Prou. 12. v. 28. q. d. Qui in proximi sui gratiam, id est, ne illum defraudet, aut iniuriam aliquam illi irroget, negligit iacturam suorum bonorum, hic vere iustus est, vel qui relinquit, & negligit damnum, hoc est, qui damni illati, aut perferendi rationem non habet propter commodum amici, iustus est. Docet ergo hæc sententia ad iustitiam pertinere, vt pro alterius necessitate proprium locum negligatur, id est, omnia bona quæcumque sint, nihili ducenda in comparatione amici: nam non est comparatio amici fidelis, &c.

Neque fratrem charissimum auro spreueris. In originale est, aurum Suphir, seu Ophir: *Neque fratrem germanum cum auro Sophir.* 117. nomine fratris amicus certus, vt diximus, intelligitur, & frater, *Amicus rebus aduersis probatur.* qui vere frater sit. nam talis rebus aduersis probatur, vt dicitur Prou, 27. v. 17. *Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.* Et qui vere frater & amicus est, pluris auro æstimandus est, & non spernendus causa auri. & vt comparationem cum auro exaggeret, adijcit, *Ophir*, quod aurum pretiosius est, q. d. pretiosior est frater charissimus auro pretiosiori, & pluris ducendus quam aurum Ophir. *Ophir aurum pretiosum.* Vide cap. 6. v. 15. Pineda. Drusius. & nostrum Pineda vt diximus, à quo multa de auro Ophir edisces. Vide etiam Drusium, qui de Ophir hoc loco mentionem facit. Pergo.

VERS. XXI.

Noli discedere à muliere sensata & bona, quã sortitus es in timore domini: gratia enim verecundiæ illius super aurũ.

Sensus.

118. NOli discedere, &c. q. d. Si quemlibet amicum pluris ducere debes cum fidelis est, quam aurum, quid ni vxorem quã sortitus es? ideò hoc tibi etiam consilium offero. Cum sapientem vxorem in timore Domini versantem, & in simplicitate, bonitateque degentem, nactus fueris, ne discedas ab ea, sed illam maximi ducito, sicut aurum magni æstimatur. nam gratia illius, & venustas plusquam aurum facienda est, &c.

Notæ.

IN originalibus hæc sententia breuior redditur, sed non mutatur sensus. addit vulgatus explicationis gratia, vt exaggeret imprudentiam illius, qui ab vxore sensata discedit sine causa, *quã sortitus es in timore Domini*, nam cum talis est, aberrare ab ea, stultitiæ iudicium est. *Timor autem Domini*, referri potest, vel ad virum, vel ad vxorem, vt sit, *noli discedere* ab vxore in timore Domini versante. vel, si tu timens Dominam bonam & sensatam vxorem nactus fueris, &c. quocumque modo intelligatur perspicua sententia est. In Græco est. μὴ ἀστόχει γυναικὸς σοφῆς, quod vertit Drus. *Ne aberres à muliere sapiente.* Valet vt si diceret, scopus tibi sit mulier sapiens, bonaque, & da operam ne ab ea aberres, idem est *discedere*, ac *aberrare gratia enim verecundiæ.* addit *verecundiæ*, quia hæc comes est mulieris sensatæ, &c.

Illu-

Illustratio prima

119 *Beneficium Dei est mulierem bonã sortiri.* Raban. Matt. 19. NOli discedere à muliere sensata, &c. Jam diximus additum esse *quam sortitus es in timore Domini*. ad Domini beneficium exaggerandum. beneficium enim maximum est talem vxorem sortiri: Rabanus explicat de coniugio, inquiens: *Fœdus coniugis docet esse seruandum: ne facile disrumpatur, iuxta illud. Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Cum dixisset Sirach. quomodo erga amicum gerendum, in præsentiarum agit de dilectione vxoris, cum sapiens est, honesta, & casta. *Vxor prudẽs æstimanda.* Cum nactus inquit, fueris mulierem, vel vxorem prudentem in moderanda familia, & bonam, id est, castitati seruientem, & honestatem amantem. noli eam reijcere, seu repudiare, sed ama illam, & magni æstima eius prudentiam & sapientiam, qua familiam tuam administrat, & eius bonitatem fac magni, qua honestatem & castitatem seruat, tuo semper honori consulens.

Apprime hoc illustratur ex eo Prou. 5. v. 18. Prou. 5. v. 18 *Lætari debet homo cum vxore bona.* vbi agens de vxore Salomon inquit: *Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ: cerua gratissima, & gratissimus hinnulus: vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter.* q. d. fac vt vxor tua fœcunda esse possit, & benedictionibus vtere fœlix, quod fiet si eius amore, & legitimo vsu contentus, vires corporis nõ exhaurias vaga & aliena libidine, & per amorem Dei vitia declines. Sitque ea vxor tibi velut charissima cerua, & hinnulus gratissimus. *Vxor bona cerua charissima.* est enim hoc animantis genus hominibus in delicijs amabile & lepidem. significatque vxorem huiusmodi amabilem esse debere, & in delicijs instar ceruæ & hinnuli. Tandem amor ipsius instar vberum lac diffundentium dulcissimus, ita te inebriet omni tempore, hoc est, abunde tuo desiderio satisfaciat, & satiet, vt extra eam non requiras vnquam cum aliena voluptatem &c. Hoc totum probat verbum *discedere*. *Vxor bona, & sensata non reijciẽda.* *noli*, inquit, *discedere à muliere sensata, & bona*, noli eam reijcere à te, sed in amore eius delectare iugiter, id est, fruere illius amoribus impensius, adama illam ardentius, ne intermittas amorem illius alterius beneuolentia abstractus, & illectus: quia meretricij amores, & deliciæ diuturni non sunt, illos enim vel satietas dirimit, vel inconstans scorti fides, præfer igitur coniugij legitimi amores, quia his iugiter delectari, & diuturno tempore perfrui licebit, quia legitimi sunt, & permanentes.

Forte hic similitudinem ducit ab vxore non
120. *Nemo ab vxore sua discedere debet.* Matth. 19. v. 6. pudica, & sic efficit argumentum: Si ex præcepto Domini nemo ab vxore sua discedere debet; nam *quod Deus Deus coniunxit, homo non separet.* Matt. 19. v. 6. quãto minus ab vxore, quæ sapiens, sensata, & prudens est, insuper casta, & honesta? *Tò igitur* ex loco Prou. significat pertinere ad viros, numquam ab vxoribus discedere, sed iugiter cum eis in amore permanere. Seneca. *Amor coniugis castæ manet.* Dixit enim Seneca tragic. oct. act. 1. *Amor perennis coniugis castæ manet.* Hoc enim præceptum Dei est, & ab eis discedere contra eius voluntatem. Veteres non nulli philosophi aliquando à coniugio se abstinebant, ne illi pernitiosas vxores sortirentur. Antonius. De Socrate refert Antonius in Melissa p. 2. serm. 34. qui dicere solebat, tria se mala assecutum: Grãmaticam, paupertatem, & pernitiosam vxorem: quorum duo iam effugisset, pernitiosam vxorem effugere non potuisse. Et Diogenes, teste Laertio Laertius. lib. 6. cum aliquando vidisset, mulieres ex oliua pendere laqueo præfocatas: vtinam, inquit, & *Diogenes mulierum fuit osor.* cæteræ arbores similes ferrent fructum: erat enim Diogenes μισογύνης, id est, mulierum osor, eoque cupiebat omnes videre pensiles. Sunt enim aliqui Diogeni haud dissimiles, mulierum osores, qui à coniugio se abstinent, ne facile ab vxoribus discedant. Plautus. Dixit Plautus in Asina, *Madidum, nihil incontinentem, atque osorem vxoris suæ*, id *Ebrius est, qui leui de causa odit vxorem.* est, qui odit vxorem suam. forte madidum ponit pro ebrio, ebrius enim est, qui leui causa vxorem suam prosequitur odio. Sed Sirach. exhortatur ad coniugium seruandum & non discedendum ab vxore quæ bona est, & sensata, id est, *Cuerda y prudence*, cum ipsa sit ornamentum viri. Photionis vxor teste Anton. serm. 33. in complurium Antonius. fœminarum cætu interrogata, cur sola ex omnibus aureo non vteretur ornatu? satis, inquit, vxori magnus ornatus viri sui virtus est. Cum autem dicit: *Noli discedere*, non concedit à mala *Virtus ornatus bonæ vxoris.* recedere, sed significare voluit, à tali minime discedendum ob temporale aliquod incommodum, quodque summe sit imprudentiæ, nec non stultitiæ, imo & inhumanitatis talem vxorem sine causa, vel leuiter relinquere, &c.

Tandem quod vulgatus de suo adiecit, scilicet, *quam sortitus es in timore Domini.* 121. indifferenter loquitur, vt diximus, vt possit vel ad virum, vel *Æstimanda vxor, quam homo sortitus in timore Domini.* ad uxorem referri. q. d. quam sortitus es, & quã adeò obtinuisti vel recepisti, per hoc quod timueris Deum. id est, quia non causa luxuriæ sed procurandæ prolis accepisti: Sic dixit Tobias cap. 8. v. 9. *Et nunc Domine, tu sùis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in sæculum sæculi.* Tob. 8. v. 9. *Soror vocatur consobrina, & frater consobrinus.* Consobrinam vocauit sororem, more scripturarum, vt docet D. August. tom. 6. lib. 22. contra Faustum Manich. cap. 35. D. August. & probat hoc exemplo: Et *Loth*, inquit, *frater Abrahæ dicitur, cum patruus eius esset Abraham, ex qua vocabuli consuetudine, etiam fratres Domini vocantur in Euangelio, non vtique quos Maria virgo peperat, sed ex eius consanguinitate omnes propinqui.* Cum subdit, *sola posteritatis dilectione* timorem Domini insinuat, quem finem debet respicere, qui matrimonio iungitur, excluditur enim delectatio sine intentione generandæ prolis. Cum certum sit illos, *Qui cognoscit vxorem sola carnali delectatione peccat venialiter.* qui se inuicem cognoscerent sola carnali delectatione, & non ad extinguendam libidinem, vt Deus non offendatur, venialiter peccare. Ergo siue referatur timor Domini ad vxorem, vt sit, q. d. Quam sortitus es timentem Dominum, hoc est, sanctam & prudentem, castitatem amãtem; siue ad virum, qui respiciens timorem Domini ducat vxorem procreandæ prolis causa, docet Sirach vxorem non reijciendam, sed diligendam. vt Christus Dominus Ecclesiam dile- *Vxores diligendæ.* xit, sicut Apostolus docuit Ephes. 5. v. 25. *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam*, Ephes. 5. v. 25. &c. in timore Domini, in castitate, &c.

Illustratio secunda.

NOli discedere à muliere sensata & bona. Drus. vertit: *Ne aberres à muliere sapiente & bona.* 122. Quod verbum *aberrare* significat digredi, vel à *Quia bona vxore discedit à via recta deflectit.* via deflectere [*des viar se del camino de recho*] vt qui in timore Domini bonam vxorem sortitus est, recto incedat tramite, quia expressum Dei præ-

 ceptum

ceptum obſeruat,ſed qui eam reijcit,vel recedit ab ea,aberrat, quaſi à via recta deflectit, voluntatem Dei tranſgrediens. Itaque ait ipſe Deus. Scopus ſit tibi mulier ſapiens, bonaque, & da operam ne ab ea aberres. *Es la muger prudente y ſabia el terrero y blanco del amor del hombre, y a deprocurar no perdella de viſta.* Qui enim tela in ſcopũ iaciunt, ipſum figere, & attingere deſiderant, ne ab ſcopo aberrantes præmium propoſitum amittant: ſic inter coniuges vxor dicitur ſcopus, in quem amoris ſagittæ diriguntur, vir ille, ab ſcopo aberrat, qui vxorem, quam in timore Domini ſortitus eſt, dimittit, vel diſcedit ab ea, quacumque ex cauſa præter fornicationem, vt dicitur Matt.5.v.32. Cum autem permiſit Deus dari in lege veteri libellum repudij, ad duritiam cordis eorum eam legem inſtituit, vt patet Deut. 24.v.1. Quam legem permiſſiuam Chriſtus Dominus abrogauit, vt conſtat Matt.19.verſ.8. dicens: *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri, permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic*, &c. Ideò in confirmationem huius futuræ abrogationis, dixit Ieſus Sirach. *Noli*, &c. vocat vxorem *ſenſatam*, illam, quæ ſapienter moderatur, vel potius adminiſtrat familiam, & prudenter ſe gerit erga ſuum maritum, illi ſe ſubmittendo, & obtemperando. In originali eſt, *ſapiente* quod comprehendit prædictam prudentiam, & ſubmiſſionem. Cum autem appellat *bonam*, caſtam, & honeſtam intelligit, vt explicant Lyra, & Hugo, id eſt, caſtitati & honeſtati ſeruientem. nos hanc vocamus: *Vna muger honrada, muger que mira por ſu honrra, y por la de ſu marido.* Jlla enim, quæ honeſtatem, & caſtitatem ſeruat, honori proprio conſulit, & honoris mariti ſui rationem habet, cauet ſibi, cum imminet periculum amittendi honorem, &c.

Vxor bona ſcopus amoris viri, & ab ea non aberrandum.

Libellum repudij datum ad duritiam cordis Iſraelitarum. Matth.19. v.8.

Vxor ſenſata quæ.

Lyra. Hugo.

Illuſtratio tertia.

123\. GRatia enim verecundiæ illius ſuper aurum. Complur. *Gratia eius ſuper aurum.* Tygur. *Venuſtas eius præſtantior auro eſt.* Druſ. *Gratia eius ſuperat aurum*, quæ omnia eumdem ſenſum efficiunt. Lyra: Pretioſiſſimum enim ornamentum eſt in fronte mulieris verecundia, ad differentiam mulieris meretricis, quæ frontem inuerecundam, & impudentem oſtentat erubeſcere nolens. Janſen. elegantius explicat: Quod gratioſitas verecundiæ eius, per quam & erga virum ſuum demiſſe ſe gerit, & ab alijs ſe caſtam conſeruat, pluris ſit facienda quam aurum. q.d. venuſtas, ſeu gratia, quam verecundia ex ſe offert præ auro æſtimatur in muliere. nam ſicut proprium eſt auri ſplendeſcere, ſic proprium muliebris verecundiæ gratiam & venuſtatem oſtentare: & ſicut valor auri magni æſtimatur, ſic gratia verecundiæ in muliere maximi ducitur.

Verecundia in muliere pretioſum ornamentum, & pluris æſtimatur, quam aurũ. Lyra. Ianſen.

Ad hunc verecundiæ ornatum in mulieribus exhortatur D. Paulus 1.Tim.2.v.9. *Similiter*, inquit, *& mulieres in habitu ornato cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe*, id eſt, verecundè, ſobrie, moderate, & modeſte ornantes ſe. Demades dixit, pudorem in muliere eſſe arcem pulchritudinis. Tertul.lib.12. de culta fœmina cap.12. *Liceat*, inquit, *videri pudicam*. Vnde D. Gregor. Nazianz. carm. 63.

1.Timoth. 2.v.9. *Mulieres ornandæ verecunde, & moderate.* Tertul. D.Gregor. Nazianz.

Vnus amabilis in mulieribus eſt color, & flos
Eque pudore rubor: pinxit eum ipſe Deus.

Itaque pudor in mulieribus pretioſiſſimum eſt ornamentum; alia enim ornamenta Deo, vt in plurimum minime placent, ne dicam diſplicent. Quare D. Ambroſ. ſuper hunc locum Pauli loquens de ea, quæ ornat ſe immoderate: *Quæ autem*, inquit, *in domo Dei cum pompa ſe mauult videri, non vtique propter Deum, ſed propter homines conſequitur quod vult, vt glorioſa videatur nihil conſecutura à Deo, niſi maculam; quanto enim hominibus ſplendida videtur, tanto magis deſpicitur à Deo.* D. Chryſoſt.tom.4. hom. 8. in Morali inquit: *Quocirca & Paulo ingens cura eſt, huiuſmodi ſuperfluum ornatum ad honeſtiorem modum componendi, ac tuendo pudori plurimum ſtudij impendit.* Hic reprehendit Sanctus ornatum ſuperfluum earum, quæ adorandum incedunt in Eccleſiam. Vide elegantem huius materiæ inuectiuam in explicatione morali 1 Timot.2.v.9.hom.8. D.Chryſ.

Alia ornamenta præter verecundiam Deo non placent. D.Ambroſ. D.Chryſoſt.

Auri tandem comparatio non ſolum æſtimationem indicat, ſed ſplendorem ſicut enim inter omnia metalla aurum pluris æſtimatur: Sic gratia verecundiæ in mulieribus inter alia externa ornamenta pluris ducitur. Inſuper ſicut ſplendor auri oculos intuentium ſeu poſſidentium exhilarat. Sic verecundiæ gratia ſeu ſplendor, qui in mulieribus oſtentatur, oculos mariti exhilarat, & luſtrat familiam ſuam. venuſtas enim mulieris bonæ ſuperat aurum: nam lepor, gratia, ſuauitas, quam mulier ſenſata & bona oſtentat, à marito pluris quam aurum æſtimatur, &c.

Gratia verecunde mulieris ſuper aurum æſtimatur propter ſplendorem.

VERS. XXII.

Non lædas ſeruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam ſuam.

Senſus.

124\. NOn lædas, &c. q. d. Seruus in veritate operans, id eſt, iuſſum fideliter exequẽs, tua dilectione & familiaritate dignus eſt: quare ſi videris eum tuæ voluntati fideliter ſtudentem, bene eum tracta, humaniter accipe, ne eum iniuria afficias, vel inhumaniter lædas. Parique modo mercenarium, id eſt, mercede conductum, qui in tuũ obſequium animam, ſuam impẽdit, neq; per gratiam ſibi nimis parcentem, non lædas, neque malo aliquo afficias, ſed benignum te erga eum præbes, &c.

Notæ.

PRo *non lædas* eſt in Græco μὴ κακώσῃς, id eſt, *ne male tractes* verbum enim κακόω eſt vexo, male afficio, affligo, & inde male tracto; ne male afficias ſeruum fideliter tibi ſeruientem. Pro, *in veritate* eſt, ἐν ἀληθείᾳ, id eſt, bona fide aut fideliter, ἀλήθεια eſt veritas, id eſt, qui fideliter ſeruit, nec mendacijs Domino ſuo imponit, ſed quod iuſſum eſt ex animo & fideliter exequitur. nos diceremus: *No trates mal a tu criado, o es clauo, ſi te es en todo fiel*, &c. Impietatem & crudelitatem redolet mala ſerui tractatio, cum ipſe non ad oculum, ſed fideliter & veraciter ſeruit, & obſequitur. *Is ſeruus*, inquit. Palacius operatur in veritate, qui quod officio ſuo debet, exequitur. Qui functionis ſuæ canones ſeruat, vt falſo ſeruit qui tum nomen habeat ſerui, functionem ſerui non curat. Tandem pro *dantem animam ſuam*, eſt διδόντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ *impendentem animam ſuam.* id eſt, ſe totum tibi tradentem. id eſt, laborantem vſque ad ſudorem, & vſque ad exitum animæ, vt loquitur Palacius. *Haſta dar el anima, haſta echar el boſe*, &c.

Palacius.

Illuſtratio prima.

125\. NOn lædas ſeruum in veritate operantem. Raban. explicat: Admonet ſapientia vt modeſtiam æquitatis regulam in ſubditis noſtris conſeruemus. Non enim decet ſeruus deuotus, & bene operans propter inſolentiam Domini ſui calumniam patiatur: neque vt mercenarius debita laboris ſui mercede fraudetur. quia legalis & Apoſtolica lectio euidenter docet, vnaquæq; perſona cum æquitate tractetur probat: Coloſ.3.v.22. & 4.1. At Gloſſa: *Qualiter ſerui nutriendi ſunt aperte monſtratur, affectu ſcilicet filiorum pro iure naturæ: & diſciplinandi pro mentis inſtabilitate.* Cum D. Paulus Epheſ.6. v.3.6.7. loquitur ad ſeruos inquit: *Serui obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate ſeruientes*, &c. idem repetit Col.3.v.22. & addit: *Ex animo operamini.* q.d. vos, qui ſeruituti addicti eſtis temporalibus & mundanis Dominis obtemperate ſimpliciter, ingenue, candide, non ficte, non fraudulenter, non ad oculum; ſed vt ſerui Chriſti, vt Chriſto placeatis, *cum bona volũtate*, id eſt, cum beneuolentia, beneuole, amice, non grauatim, non moroſe, non coacte ſeruientes, ſicut Domino, & non ſicut hominibus. Poſt hæc verba reſpiciens Paulus conſilium Eccleſiaſtici, vertit ſe ad Dominos, & ait ad illos: *Et vos Domini eàdem facite illis, remittentes minas*, &c. q.d. Et vos Domini ſeruis exhibete ſimilem humanitatem, benignitatem, amorem, ſinceritatem, fidelitatem, qualem ſerui meo iuſſu vobis exhibent, & ne ſitis in ſeruos imperioſi & minaces, id eſt, nolite ſuperbire, & imperioſe in ſeruos agere, quod idẽ eſt ac dicere, ſeruum, qui in veritate operatur, noli iniuria afficere, nec male tractare, nec lædere verbis ſuperbis & imperioſis, ſed benigne eos accipite, & tamquam filios tractate; fidelitas enim, & ſinceritas illorum in tuæ voluntatis executione tuã benignitatem meretur. *Son dignos de buena correſpondencia en el trato.* Dixit enim D. Chryſoſt.tom. 2. in cap.11. Matt. hom. 28. *Boni enim Domini eſt omnia prouidere, quæ ad vtilitatem pertinent ſerui; Boni autem ſerui eſt, fideliter operari, & non diſcutere Domini ſui actus.* Vide Plutarch. lib. de cohibenda ira, vbi agit quomodo ſint ſerui tractandi.

Raban. *Seruus nutriendus affectu filiorum.* Epheſ.6.v.5 Coll.3. v.22. *Seruus debet ſeruire amice, & Dominus illum bene tractare* *Serui boni digni ſunt mutua beneuolentia.* D.Chryſoſt Plutarch.

Illuſtratio ſecunda.

126\. NEque mercenarium dantem animam ſuam. vel impendentem Tygur. *Se tibi totum impendentem.* q. d. neque mercenarium tradentem animam ſuam in tuum obſequium vllo modo defraudes. Hoc ſenſu Catullus dixit: *Certe te deierabas animam tradere*, id eſt, impendere te totum. In eumdem ſenſum dixit Apoſtolus 1. Theſſal.2. v.8. *Itaque deſiderantes vos cupide volebamus tradere vobis, non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras. Memores enim eſtis, fratres laboris noſtri, & fatigationis, nocte ac die operantes*; &c. illud *deſiderantes* eſt, affectu propenſi in vos, vel obligati vobis, vobiſque agglutinati, & cupide volebamus vitam pro vobis profundere. q.d. ita vos quaſi fœtus meos, ego quaſi mater & nutrix amo, & depereo, vt non ſolum cor & vbera mea, ſed & animam meam ſi poſſem vobis tradere cuperem: amor enim ſummus totum ſe in amatum transfert, & hæc eſt ſumma amicitia, qua ſe totum amicus amico communicat. Sic ſuo modo mercenarius dat animam ſuam, & ſe totum impendit, ſeu tradit ſeipſum vel animam ſuam illi, cui inſeruit, cum operatur impenſe & vehementer. *Mercenarij autem qui ſunt* (inquit D. Ambroſ. tom. 3.lib.7. in Luc.cap.15.) *niſi qui ad mercedem ſeruiunt? non id quod bonum eſt probitatis ſtudio perſequentes, nec virtutis gratia, ſed vtilitatis ſtudio prouocati.* Cum igitur quis ſic operatur impenſe, non lædendus eſt: id eſt non fraudandus in labore ſuo. ille enim lædit mercenarium dantem animam ſuam qui mercedem laboris ſui, vel procraſtinat, vel omnino tollit. Dixit eleganter idem D. Ambroſ. tom.5.lib.3.Epiſt.19. *Omnes mercenarij, omnes operarij. Qui tamen fructum expectat laboris, conſideret, quod is, qui alium mercede fraudauerit debita, & ipſe fraudabitur ſua. Fœneratum iſtud offendit, ea poſt ea cumulatione menſura exoluet. Ergo qui non vult amittere, quod eſt perpetuum; non eripiat alijs, quod temporale eſt:* idem repetit Epiſt.23.

Non defraudandus mercenarius mercede ſua. Catull. 1.Theſſal.2. v.8. D.Paulus, *quaſi mater amabat, & deperibat filios, hoc eſt diſcipulos.* *Mercenarij qui ſint.* D.Ambroſ. *Qui alium mercede fraudat debita, ipſe fraudabitur ſua.*

Hinc eſt quod Leuit.19.v.13. dicatur: *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane*, id eſt, merces, quod opus, ſeu labor diuturnus eſt. Hoc præcipit Dominus, quia opus mercenarij detineri iniquiſſimum ducit. Ratio autem quare opus mercenarij non demorandum eſt, quia ſubſtantia eius eſt proprio labore acquiſita, eum autem ſubſtantia aliquem priuaret, ſit à pietate alieniſſimum, ideò impijſſimum ducitur eius laborem morari vſque mane, & ſtatim poſt laborem & pondus dici non tradere. Vide Lorinum noſtrum. Jdeò aiebat Tobias filio ſuo c.4.v.15: *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui apud te non remaneat*, id eſt, pretium laboris ſui non producas in diem alium, ſed ſtatim redde & reſtitue: Vtitur verbo *reſtituendi*, ad declarandam obligationem Domini erga ſeruum operantem, cui non redditurus eſt pretium laboris & beneficium, quod ei confert, ſed debet ei reſtituere vt debitam pecuniam, cuius iam Dominium per laborem acquiſiuit & poſſeſſionem. Quia actus eſt iuſtitiæ commutatiuæ ſecundum D. Thom. mercedem laboris mercenario reſtituere. Ideò Plato de leg. cenſuit reddere duplum debere, qui pauperis mercedem tempore præſtituto nõ obtulerit. Alexandrum autem Seuerum imperatorem, quem multum laudat Cælius Lampridius, legimus, non ſolum conſueuiſſe mercedem ſtatim ſeruis reddere, ſed ſupra mercedem etiam multa addere, in ſcriptiſque habere, quid cuique ſeruorum præſtitiſſet: ei vero, qui nihil aut minimum petebat, dicere: *Quid eſt, quod nihil petis? an fieri me vis debitorem? pete ne priuatus de me quæraris.*

127\. *Mercenario non procraſtinanda merces laboris.* Leuit.19. v.13. Lorinus. *Merces laboris non beneficium, ſed debitum eſt.* Tob.4.v.5. *Merces reſtituenda eſt ei, qui operatus eſt.* D.Thom. Plato.

128\. *Debitum laboris mercenarij clamat ad cælum.*

Exaggerat hanc debiti obligationem S. Iacobus Apoſt.cap.5.v.4. cum inquit: *Ecce merces opera*

Iac.5 v.4.

rariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata à vobis eſt, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Videtur Apoſtolum introducere ipſum laborem operantis querentem ſe apud iudicem Deum, & iuſtitiam ab eo poſtulantem, quia iam illud pretium non Domini eſt, ſed ſerui, ipſi enim debitum eſt. Et verbum *clamat*, ſimile eſt clamori ſanguinis Abel : ſicut autem ſanguis interfecti Abel ad Deum clamabat, & vindictam expoſcebat, quia ſanguineum ſcelus erat : Sic merces denegata, & fraudata clamat, quia ſudor operantis eſt, &c. Sed quare tam facilis aditus eſt ad aures Domini ? quia iſte clamor iuſtus eſt, & Deus eſt conſtitutus iudex pauperum, & mercenariorum, & non poteſt aures ſuas talium clamori recludere, ſed aperire, vt facile ingrediatur, ad poſtulandam vindictam. Dixit enim per Malach. cap. 3. v. 5. *Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij*, &c. id eſt, accedam ad vos iudex, vt iudicem contra periuros, & qui mercenarios callide, mercede defraudãt. Clamor enim mercenariorum defraudatorum, id eſt, qui de fraude queruntur in aures Domini facile ingreditur, quia à ſe ipſo illorum eſt iudex conſtitutus, & audiens querelas iuſtas contra Dominos, qui eorum mercedem calumniantur, iudicioq; decernit quod iuſtum eſt, & vindicem ſe iniuriarum præbet, ſumens de calumniatoribus & defraudatoribus iuſtam vltionem. Quare Eccleſiaſticus monet mercenarium dantem animam ſuam in ſua mercede, minime defraudandum. Vide quæ dicemus ad id cap. 13. v. 4. *Pauper autem læſus tacebit*. & ad id cap. 34. v. 26. *Qui aufert in ſudore panem*, &c.

Clamat, quia ſudor operantis eſt.

Malach. 3. v. 5.

Deus iudex & teſtis periuris, & ijs, qui calumniantur mercedem mercenarij.

Eccleſ. 13. v. 4. & 34. v. 26.

VERS. XXIII.

Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.

Senſus.

129. SEruus, &c. q. d. Si nactus fueris ſeruum non ſolum ſedulum, officioſum & diligentem, ſed etiam prudentem, cordatum & circumſpectum, ex animo dilige illum, ſicut te ipſum ama; quia ſeruus, qui erga Dominum ſuum in miniſterijs domeſticis ſapientem & prouidum ſe gerit, dignus eſt, vt à Domino ex animo diligatur. & ſi voluerit à te libertatẽ accipere, ne tibi vtilitas propria ante oculos obuerſetur; vt eum in libertatem non vindices; ſed gratum te exhibe erga illum : quia ſi memoriam cuiuſcumque beneficij debet homo beneuolentia ſempiterna colere, meminiſſe debes, te à ſeruo tuo multis obſequijs ſeu potius beneficijs cumulatum, vt eum libertate nõ fraudes, neque ſi eum de miſeris, pauperem & humilem derelinquas; ſed effectibus tuæ liberalitatis fruatur, nequaquam vacuum abire permittas, &c.

Si ſeruus ſenſatus petierit libertatem non deneganda, neque vacuum ire permittendum.

Notæ, & primi hemiſtichij explicatio.

SEruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua. vocat *ſeruum ſenſatum* οἰκέτην συνετὸν ἀγαπάτω. *Famulum intelligentem diligat anima tua.* συνετὸς capitur pro intelligens, perſpicax, prudens, ſciens, Vatab. loco συνετὸς legit ἀγαθὸν, & *agatos*, eſt peritus rei alicuius, vel potius bene peritus, vel aptus ad rem aliquam, bonus, probus, honeſtus, præſtans, apud Homerum ſtrenuus, bellicoſus. Quæ omnia comprehendit vulgatus in verbo *ſenſatus*, id eſt, *hombre cuerdo, atentado, prudente, entendido, ſagaz, y que eſta al cabo de todo.* Cum quis nanciſcitur talem ſeruum debet illum ex animo diligere. forte ait, *quaſi anima tua.* quia ſi vita in anima reſidet, & hanc famulus ſenſatus & prudens ſuo fideli obſequio conſeruat, ſicut homo ſeipſum diligit, ſic debet eum diligere, qui vitam ſuam indemnem, id eſt, abſque detrimento ſeruat. Hoc ipſum repetit Eccleſiaſticus cap. 33. v. 31. *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua.* Vocat fidelem ſeruum ſenſatum, prudentem, & ſapientem, quem Dominus eius debet amore proſequi ex animo, impenſe, & vere, non ficte & fraudulenter. meretur enim ſeruus ſenſatus amorem Domini ſui, cum non differat ab eo, niſi in libertate. Dixit enim Seneca Epiſt. 47. *Serui ſunt, imo humiles amici*, & poſt pauca : *Viue cum ſeruo clemente, comiter quoque & in ſermonem admitte, & in conſilium, & in conuictum*, &c. Et D. Chryſoſt. tom. 4. hom. 2. in Ep. ad Philemon. inquit : *Namque non ſinit Eccleſiæ nomen indignari Dominos, ſi ſeruis connumerantur : non enim nouit Eccleſia, Domini ac ſerui differentiam. Cæterum ex probis, & improbis actibus vtrumque diſcernit.* Sic Theodor. in 1. ad Corint. cap. 7. v. 21. *Gratia*, inquit, *non nouit differentiam ſeruitutis & Dominij* : Quod confirmat Rabanus explicans : Dignum eſt vt ſeruus ſuis diſcipulus intelligens & beneuolus dilectione Domini ſui non careat, nec priuetur poteſtate congrua bene operandi, neque violentia ſeruitutis oppreſſus ad inopiam perducatur. Sed vt condigna prouiſione in omnibus ei procuretur, & vt frater tractetur. Quia licet per conditionem inferior ſit ſeruilem, tamen æqualis eſt ſecundum naturæ proprietatem. Vide 1. Cor. 7. v. 21.

Seruus ſenſatus diligendus, quaſi anima vel vita.

Eccleſ. 33. v. 31.

Serui humiles amici, & in ſermonem admittendi. Seneca. D. Chryſoſt.

Theodor.

Rabanus.

Illuſtratio ſecũdi hemiſtichij.

NOn defraudes illum libertate. Dupliciter poteſt hoc hemiſtichium intelligi, in particulari, & in communi. In particulari agit de veteri lege, vbi Exod. 21. v. 2. præcipit Dominus tempore ſtatuto ſeruos in libertatem vindicari. Quam legem repetit Jerem. cap. 34. verſ. 14. & queritur, illam Hebræos non ſeruaſſe, aiens : *Cum impleti fuerint ſeptem anni, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuum, Hebræum, qui venditus eſt ei, & ſeruiet tibi ſex annis : Et dimittes eum à te liberum; & non audierunt patres veſtri me, nec inclinauerunt aurem ſuam*, &c. q. d. Cum ab inita ſeruitute ſextus fuerit exactus annus, ineunte iam ſeptimo, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuum Hebræum, cuius ſeruilem operam, ſeu verius libertatem pretio coëmit. ſex annis ſeruiet tibi; poſt vero liberum abire permittas. Hæc ego ad patres veſtros; ipſi 130.

Seruus ſenſatus non defraudandus libertate.

Ierem. 34. v. 14.

Seruus ſeptimo anno liber dimittebatur in lege veteri ex præcepto Dei.

ipſi tamen neque audierunt, neque vt audirent aures adhibuere. Et ſi de omnibus hæc lex pronuntiata eſt, vt libertatem ſeruus acciperet tempore ſtatuto, maxime præſtanda erat prudenti & diligenti ſeruo, qui ſuo beneuolo obſequio ſuam emerat libertatem. De tali D. Ambroſ. tom. 3. in Epiſt. 1. ad Cor. cap. 7. v. 21. explicans id Apoſtoli. *Seruus vocatus es ? non ſit tibi curæ; ſed & ſi potes liber fieri, magis vtere*, inquit : *Hortatur vt bene ſeruiens de Dei timore carnali Domino, dignum ſe faciat libertate.* q. d. ne de eo ſis anxie ſollicitus quod ſeruus ſis, quaſi ſeruitus ſit conditio Chriſtianis hominibus indigna. *Sed & ſi poteſt*, &c. id eſt, ſi poteſt fieri liber, libertatem amplectere, eaque fruere, &c. Itaque Eccleſiaſticus forte reſpiciens hoc Domini præceptum exhortatur omnes Dominos ad ſeruos in libertatem vindicandum, & iugum ſeruitutis depellendum, vt fiebat etiam in anno Jubilæi, &c.

D. Ambroſ. 1. Cor. 7. v. 21.

131. 2. Videtur Syracides de ſeruis in communi locutum eum ait, non defraudandos illos, libertate, quia ſenſati, quia prudentes, quia ſapientes ſunt. Si enim beneficium beneficio rependi debet, cum conſtet ſeruum fidelem & ſenſatum poſſe Domino ſuo conferre beneficium, infertur debere Dominum beneficio libertatis illum donare, ſeu potius perſoluere. Dixit enim eleganter Seneca lib. 13. de beneficijs cap. 22. *Seruus* [*vt placet Chryſippo*] *perpetuus mercenarius eſt. Quemadmodum ille beneficium dat, vbi plus præſtat, quam quod operis locauit : Sic ſeruus vbi beneuolentia erga Dominum fortunæ ſuæ modum tranſit, & altius aliquid auſus, quod etiam fœlicius nato decori eſſet, & ſpem Domini anteceſſit, beneficium eſt intra domum inuentum.* Duobus exemplis confirmat cap. 19. *Si tibi oſtendere aliquem ſeruum pro ſalute Domini ſui ſine reſpectu ſuæ dimicantem, & confoſſum vulneribus, reliquias tamen ſanguinis ab ipſis vitalibus fundentem, & vt ille effugiendi tempus habeat, moram ſua morte quærentem : hunc tu negabis beneficium Domino dediſſe, quia ſeruus eſt ? Si tibi oſtendere aliquem, vt ſecreta Domini prodat, nulla tyranni pollicitatione corruptum, nullis territum minis, nullis cruciatibus victum, auertiſſe quantum potuerit ſuſpiciones quærentis, & impendiſſe ſpiritum fidei : hunc tu negabis beneficium Domino dediſſe, quia ſeruus eſt ?* Hoc ſi verum eſt poſſe ſeruum beneficium Domino conferre, licet alijs beneficijs poſſit illud Dominus rependere, nullum tamen beneficio libertatis oportunius ad rependendum à ſeruo collatum. Quia licet ſit hoc beneficium libertatis eximius & præſtantius omni collocato à ſeruo beneficio ſeu obſequio, cum ſeruus prudens & ſenſatus eſt, & totis viribus incumbit in obſequium Domini ſui, *dans*, vel *impendens animam ſuam*, haud dubium beneficium libertatis meretur, præcipue ſi ille poſtulat libertatem. Ideoque non dictum eſt, dona illum libertate, *ſed non defraudes*, aut ne priues *illum libertate*; ſi queat eſſe liber, quia ſi noluerit, erit tibi ſicut filius. Aut ſi voluit ſignificare eum donandum libertate, non tam præcepti eſt, quam conſilij, quo conſulitur, vt talis ſeruus aliquando pro fideli & diligenti ſuo miniſterio libertate donetur in præmium eius fidelitatis, quo & alij ſerui ad fidelitatem & diligentiam prouocari poſſunt.

Serui non defraudandi libertate, qui ſenſati ſunt.

Seneca.

Seruus poteſt Domino beneficium cõferre.

Beneficium ſerui meretur beneficium libertatis.

Porro *libertate defraudare*, poteſt intelligi de ſeruo prudenti & ſapiente, quatenus prudens & intelligens eſt, quia indignum eſt prudentem diu ſeruire, qui etiam liberis dominari & imperare recte nouit. Seruus autem ſolum corpore addictus eſt ſeruituti, non animo, cum animus ſit liber, & non poſſit conſtringi. Eleganter Seneca lib. 3. de beneficijs cap. 20. hoc apprime probat, dicens : *Errat ſi quis exiſtimat ſeruitutem in totum hominem deſcendere : pars melior eius excepta eſt. Corpora obnoxia ſunt, & adſcripta Dominis.* [addicta Dominis emptione tabulis mancipata. Lypſius] *mens quidem ſui iuris, quæ adeo libera & vaga eſt, vt ne ab hoc quidem carcere, cui incluſa eſt, teneri queat, quo minus impetu ſuo vtatur, & ingentia agat, & in infinitum comes cæleſtibus exeat.* (ſidera ſequatur, aut præeat) *Corpus itaque eſt, quod Domino fortuna tradidit. Hoc emit, hoc vendit : interior illa pars mancipio dari non poteſt. Ab hac quidquid venit liberum eſt, non enim aut nos omnia iubere poſſumus, aut in omnia ſerui parere coguntur*, &c. Itaque cum ait : *Non defraudes eum libertate*, poteſt explicari de interiori libertate, qua mens fruitur, quia vt melior pars excepta eſt, & ſui iuris eſt, non priues ſeruum hac libertate, quia Dominus es, non animi ſed corporis, hoc enim addictum eſt Dominis, non animus : præcipue cum mens vel animus ſerui prudentis & ſapientis eſt, tunc enim melius poteſt vti ſua libertate, quia ipſi natura dedit, & ſcientia. 132.

Indignum eſt ſeruum prudentem diu ſeruire.

Seneca.

Seruitus competit corpori non animo id eſt menti.

Mens non poteſt in ſeruitutem redigi.

Neque inopem derelinquas illum. Hæc vltima pars in Originalibus Græcis non eſt, ſed additur à vulgato maioris explicationis gratia. Si de manumiſſione ſeruorum iuxta Domini præceptum intelligere velis, alludere videtur ad id Deut. 15. v. 12. vbi dicitur : *Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & ſex annis ſeruierit tibi, in ſeptimo anno dimittes eum liberum : & quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris, ſed dabis viaticum*, &c. Si vero de quocumque ſeruo, qui in libertatem vindicatur, idem dicendum eſt, & hæc lex Domini adimplenda, quia iuſta eſt. Si debet quiſque memoriam beneficij perpetuo conſeruare, & gratum animum exhibere, multo magis ſeruo gratiam habere debet Dominus eius, quia eum aluit. nos dicimus : *Ha comido ſu pan*, & quia fideliter ei inſeruiuit : quare cum libertate donauerit, nequaquaquam vacuum abire patietur, neque inopem derelinquat, ne ingratus ſit, & immemor obſequiorum, &c. 133.

Seruus in libertatem donatus non debet vacuus manu mitti à Domino.

Deut. 15. v. 12.

Memoria beneficij conſeruanda eſt.

VERS. XXIV.

Pecora tibi ſunt ? attende illis : & ſi ſunt vtilia perſeuerent apud te.

Senſus.

PEcora tibi, &c. q. d. Si Dominus pecuarius fueris, non debes eſſe contentus, vt ſeruis tuis pecora curanda committas, ſed da operam, vt tuum pecus ipſe ſæpius inſpicias, & viſites, attendens numquid eis aliquid deſit, & an rite curentur. & ſi videris tibi pecora inutilia fore, relinque ea, & ſi vtilia non reijcias. Nam ſtultitiæ argueris, ſi ea reieceris, cum tibi vtilia fuerint,

rint, & ignorantiæ, si retinueris, cum vtilia esse expertus fueris, &c.

Notæ.

IN primo hemistichio suplenda est particula *si*, idem enim est, *pecora tibi sunt*. ac *si pecora tibi sunt*. Drus. vertit, iumenta κτήνησοι ἐςίν, verbum enim κτῆνος significat iumentum, vel pecus, dictum à possidendo, tamquam præcipua possessio. Apud Herodotũ dicitur: κτήνη ἀχθοφόρα iumenta, sarcinas portantia, quæ & sarcinaria iumenta læsari. Itaque siue sint pecora, siue iumenta onera portantia, tamquam possessio æstimanda est, & cura eorum non reijcienda seruis. *Attende illis*. Drus. *vise illa*. verbum ἐπισκέπτων, inuisere, seu inspicere, sequitur significationes verbi ἐπισκέπτομαι, quod est, inuisere, visitare, dicitur de medicis inuisentibus ęgrum. Matt. 25. v.36. *Infirmus, & visitastis me*. & Jac.1.v.27. *Visitare pupillos, & viduas*. significat etiam considerare, animo expendere, & dispicere, seu videre. Item inspicere, lustrare, recensere, & alia. q.d. inspice, aut visita, hoc est, curam habe, pabulumque suppedita, & alia necessaria.

Matth. 25. v.36. Iacob. 1. v.27.

Illustratio prima.

134 *Dominus pecuarius visitare debet gregem suum*

PEcora tibi sunt? attende illis. instituit hominẽ auctor circa pecora, quæ habet, & primo persuadet, vt ea visitet, quod declarat verbo *attendendi* quo vulgatus prædictas significationes comprehendit. Nam Dominus pecuarius, vel armentarius cum accedit ad videnda pecora vel armenta, non solum ea considerat, & attendit an aliquid desit, sed lustrat, id est, circumagit, nos dicimus: *Da buelta a su ganado*. ambit gregem insuper, & recenset, id est, recognoscit, & summam totius multitudinis per numeros colligit. [*hace alarde de su ganado, y locuenta todo para versile falta alguno*] sic apud Virg. Menalcas pastor Ecloga 3. conqueritur vers. 33. dicens:

Menalcas pastor pecus numerabat. Virgil.

De grege non ausim quidquam deponere tecum:
Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca
Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos.

Theocritus Theocritus:

——— *numerant vero vespere semper oues meas*

Oppian. 4. I... ita rem eamdem:

Vt autem cum opilio aliquis ex pascuis minans
Lanigeros greges reducit iterum, inque Ostijs
Stans stabuli, animo numerat ouium.
Multitudinẽ b... e recẽsens, an ipsi salua omnia sint.

Pende hunc vltimum versiculum, vbi ostendit, Dominum pecuarium non solum numerare recensentem oues, sed attendere an salua omnia sint.

135 *Ad quid Iacob misit Iosephum filiũ, vt viseret fratres suos.* Gen. 37. v.12.

Hoc probat id Gen. 37. a n.12. vbi de Jacob dicitur misisse filium Joseph. quem plus omnibus filijs diligebat, ad fratres suos: *Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum* (ad Joseph) *Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni mittam te ad eos. Quo respondente: Præsto sum, ait ei. Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, & renuntia mihi quid agatur*. illud *vide*, in Heb. est, ראה, *raah*. quod est respicere, contemplari, attendere, q.d. Vade, & attende fratribus tuis & gregum multitudini, visita eos, vt veniens, renunties mihi. functurus erat Ioseph officio patris, qui Dominus pecuarius erat, ad quem semper pertinet munus visitandi, & attendendi pecori.

Rursus videtur Syracidem imitatum esse Salomonem, qui cap. 27. v.23. Prou. hoc idem consilium pecuarijs Dominis præbet: *Diligenter igitur agnosce vultum pecoris tui: tuosque greges considera*. vbi videtur Salomonem ad pastoritiam & bucolicam artem inuitare homines, quia inter omnes artes, quæ ad augendam, multiplicandam, & amplificandam rem familiarem adhiberi solent, nulla vel nobilior, aut etiam quæstuosior esse solet. q.d. in curãdis pecoribus curæ & industrię tuæ plurimum pone, vt ex hoc quæstu fortunas tuas augeas. verba *agnoscendi*, & *considerandi* similia sunt verbo *attendendi*, quo vtitur Ecclesiasticus. attende diligenter, tuisque oculis agnosce, & mente considera, quæ desint pecoribus tuis. ea visita, lustra, & recense, quia officium pecuarij est, pecora sua visitare, attendere, lustrare, & recensere, vt sic res pecuaria incrementum ingens afferat.

Consilium exhibitum pecuarijs Dominis. Prou. 27. v.23.

Hoc confirmat similitudo, quam ipse Salomon offert Prou. 12. v.10. *Nouit iustus iumentorum suorum animas*. quam similitudinem sic explicat Rodolphus: Iustus sic prospicit, ac benefacit proximis suis, sicut enim hi, qui bruta animalia pascunt, aquationis & pabuli tempus, opportunitatemque exploratam habent, & singula pecoribus opportune administrant, etiamsi nullam gratiam ab his rationis expertibus sperent: Sic iusti etiam apud ingratos homines, qui bruta animantia imperitia & morum stoliditate superant beneficia colloꝗant sua. Itaque loquens Ecclesiasticus Dominis pecuarijs illos exhortatur ad attendendum pecoribus suis, ad lustrandumque & recensendum, &c. vt hac arte pecuaria, quæ ad amplificandam & augendam rem familiarem voluptuosamque viam transigere possit. Sicut enim nos dicimus: *El ojo del amo en gorda el cauallo*. quod emendicatum est ex Plutarcho lib. de inst. lib. *Nihil perinde saginare equum atque regis oculum*. Scite sanè ab equisone quodam dictum, & econtra: *Donde no esta su dueño, alli esta su duelo*. quod prouerbium Latini vertunt ad intentum *Ouium nullus vsus nisi pastor adsit*. ex Varro necesse est pastorem adesse, & attendere vt vsus ouium augeatur.

136 Prou. 12. v.10. *Iustus prospicit, & benefacit proximis suis.*

Domini pecuarij attendere debẽt pecoribus suis.

Plutarchus. Varro.

Et si sint vtilia perseuerent apud te. Monet insuper auctor, vt si vtilia sibi senserit quis sua pecora, non ea mox alijs diuendat, quemadmodum quidam pro more habent, sed sibi seruet vt ipse potius quotidianum commodum ab eis percipiat, quam alijs. Non est, inquit Jansenius honestior victus, quam ex animalibus & agricultura, quibus se patres veteris testamenti honeste felicius, & quietius nutrierunt. Ergo sicut luminis Stolidi esset in ea arte, vel modo viuendi perseuerare, in quo non solum quæstus non inueniretur, sed potius dura, vel flebilis iactura: Ita sapientis, & prudentis est, in ea arte perseuerare, & permanere, in qua res familiaris plurimum augetur. Si quis autem eam quæstuosam artem facile deserit, stultus, & Stolidus est. quare Ecclesiasticus eos, qui artem pecuariam exercent, exhortatur ad perseuerantiam, si in ea bene & fœliciter illis fuerit.

Si pecora sint vtilia homini seruet ea. Iansenius.

Moralis explicatio, & illustratio secunda.

137 *Documentum ad prælatos.*

TAndem libet Hugonis Carens. misticam, vel moralem explicationem proponere; vt vnusquisque quam ei placuerit eligat. eius

verba sunt: Mistice dicitur hoc de Prælato: *Pecora tibi sunt?* id est, simplices subditi, qui sicut pecora per omnia seruiunt, & pastore indigent, vt pecora: *Attende illis*, id est, prouide illis pastũ spiritualem verbi & exempli, & corporalem scilicet temporalis subsidij cum indigẽt. Vt de Petro dicitur ter: *Pasce oues meas*. de hoc dicitur Act. 20. v.28. *Attendite vobis vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiã Dei, quam acquisiuit sanguine suo*. de vigilantia boni pastoris vide Gen. 31. v.38. & 1. Reg. 17. 34. Potest autem illustrari ex eo Salomonis, quod superius retulimus, Prou. 27. v.23. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera*. vbi eleganter venerabilis Beda: *Pastori*, inquit, *dicitur Ecclesiæ, diligenter adhibe curam eis, quibus te præesse contigerit, agnosce animos, actusque singulorum, & si quid in eis vitij sordidantis inueneris, citius castigare memento: non enim tu semper oues dominicas pascendi potestatem habebis, sed æterna est corona, quam percipies, si commissum tibi gradum suo tempore bene ministraueris*. vide nostrum Barrad. ad id Joan. 10. *Ego sum pastor bonus*.

Act. 20. v.28.

Diligens cura adhibenda prælatis in subditos. Beda. Barradas.

138 *Idem propositum consilium ad reges pertinet.* Psal. 77. v.70. Theodoret.

Porro si de regibus verba Ecclesiastici intelligere velimus, dicemus, aliquos ex arte pastoritia in regalem dignitatem translatos esse. Sufficiat Dauidis exemplum, de quo dicitur Psal. 77. v.70. *Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus, de post fœtantes accepit eum*. vbi B. Theodor. *Eodem tempore per hæc verba ostendit, & Dauidis virtutem, cum nominasset ipsum seruum Dei, & Dei liberalitatem quoniam pastorem regem fecit. Porro amplificatio diuinæ liberalitatis est*, (scilicet *de post fœtantes*, &c. vbi Symmac. *sequentem prægnantes duxit ipsum*.) *neque enim perfectus pastor erat, sed pastoris minister, qui parientes oues sequebatur*. & D. August. tom. 8. *Ille quidem Dauid, ex cuius semine caro Christi est, ab officio pastorali pecorum, ad hominum regnum translatus est*, id est, ab irrationabilibus ad rationales oues pascendas transtulit, vt etiã Dominus dixit 2. Reg. 7. v.8. *Ego tuli te de pascuis sequentẽ greges, vt esses dux super populum meum Israel*. Nomen enim pastoris regibus conuenire, haud insolitum est. Audi Xenophontem philosophum & imperatorem Memorab. lib. 3. qui hæc refert: *Cum etiam Socrates aliquando in aliquem incidisset, qui delectus erat vt imperatorio munere fungeretur: Quamobrem, ait, Homerum existimas appellasse Agamemnonem pastorem populorum? an ideo quod quemadmodum pastorem in hoc adhibere curam oportet, vt oues & saluæ sint, & habeant pabulum necessarium: Ita etiã imperatori curandum sit, vt milites sint incolumes, & commeatũ habeant, id ipsum hoc modo consecuturi, cuius causa militant*, &c. Cælius Rhodigin. lib. 16. lect. Antiq. c. 3. inquit: *Inuenio; Ægyptiorum reges quandoque pastores fuisse nuncupatos: propterea quod in sacra historia lectum obseruauimus, Ioseph, & fratres eius in Aegyptum descendisse in principio pastorum*. Vide de Joseph. quomodo de officio pastoris, quod exercebat, per varios casus ad regnum euectus est; dixit enim Jacob. Gen. 49. v.24. *Inde pastor egressus est lapis Israel*. ait ergo Ecclesiasticus. Si tamquam pastor, ô rex, oues possederis, id est, regnum totum, attende illis vt saluæ sint, & pabulum necessarium habeant, & visita illas, vt videas si aliquid desit, &c. Hinc est quod Rabanus dicat: *Pecora eos appellat, propter simplicitatem mentis* (seruos scil.) *atque humilitatem ita & seruus bonus semper ad Domini sui paratus est vtilitatem. Vnde non meretur indigne abijci, sed cum omni diligentia reseruari.*

D. August.

Dauid de ministerio pastoris ad regnum translatus.

Rex pastor dicitur. Xenophon.

Rhodig. *Ægyptiorum reges pastores quandoque fuerunt.*

VERS. XXV.

Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.

Sensus.

139 FIlij tibi sunt, &c. q. d. Cum nati tibi sunt liberi, statim tibi cura subest eisdem consulendi, ac prouidendi (vt ille alius dixit: *curas pariunt liberi*) quare à pueritia eorũ erudi illos, & castiga, ne sicut ramusculi teneri inflectantur, & tandem illum rectum facere, & ad bonos mores reducere, non valeas, dirige illos à pueritia eorum. Et quia ex naturæ corruptione semper ad malum potius proni sunt, quã ad bonum, ad inobedientiam magis quã ad subiectionem, collum eorum, id est, appetitũ, & voluntatem, minis & verberibus tempestiue flecte; antequam rigidos tibi, & inflexibiles sentias, &c.

Notæ.

ERudi illos, in Græco est, παίδευσον αὐτά. Verbum enim παιδεύω, quod est instituo, doceo, corripio, castigo, erudio, liberos educo, vel trado conuenientem puerili ætati doctrinam. Inde παιδεία disciplina, castigatio, eruditio, litterarum studium. institutio in bonas artes, doctrina. Drus. Mauult legere, *castiga eos*, quod est יסר Prou. 19. v.28. *Erudi filium tuum ne desperes*. in Heb. *Castiga filium tuum dum spes est* παίδευε τὸν υἱόν σου. sic etiam Heb. 12. v.6. ex Prou. 3. v.11. & Apoc. 3. v.19. *Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem filium, quem recipit*, παιδεύω nempe vt pater filium. Nam est hæc proprie puerorum disciplina, vt virgis cædantur cum peccant. *Et curua illos* in Græco est κάμψον, verbum enim κάμπτω est flecto, inflecto; incuruo. Apud Craterem dicit curuus quidam senex, vt senecta curua dicitur à Tibullo. Inde κάμψις inflectio, curuatio, vel curuatura. Quare autem vtatur hoc verbo *curuandi*, suo loco dicemus.

Prou. 19. v.18. Hebr. 12. v.6.

Illustratio prima.

140 *Filij sunt erudiendi à tenera ætate.*

FIlij tibi sunt erudi illos. Si filios tibi donauerit Deus, erudi illos, institue, trade, conuenienti puerili ætati doctrinã. nos dicimus: *Instrue y elos, en señ a los, dales buena doctrina, sana, y segura*. Parẽtis enim officium est filios suos à tenera ætate docere, instituere & castigare, quia pueri sunt veluti teneri ramusculi, qui facile in quamlibet partẽ flectuntur, & diriguntur, & doctrinam, institutionemque parentum libenter accipiunt. & si aliquãdo resistunt, haud difficile eorum conatus prohibentur, & pueriles impetus reprimuntur, & franguntur à parentibus. Quod si in malam partem inflecti parentes patiantur; difficile ad bonos mores reducere valent. Quare à teneris vnguiculis erudiendi sunt, instituendi, dirigendi, flectendi, & conueniens tandem doctrina puerili ætati suæ tradenda est & si necessum fuerit castigandi sunt, & verberibus cædendi.

Hoc illustratur ex eo Prou. 19. v.18. *Erudi filium tuum, ne desperes*. ex Heb. *Castiga filium tuum, quia est spes*. eleganter ad nostrum intentum explicat hunc locum Salazar aiens: *Erudi filium tuum* id est, filium tuum cum adhuc mollis est, ac tenera ætate, supplicio flecte, & omni disciplinæ genere ad pietatem excole. *ne desperes*, ne scilicet.

Castigandus filius. Prou. 19. v.18. Salazar.

Cum adoleuerit, & vitia cum ipso excreuerint, de illius emendatione, & resipiscentia desperare opus sit. Ita enim euenire solet, vt mores praui adolescentium à pueritia neglecti ægre deinde compesci possint. LXX. *Sic enim erit bona spes.* q.d. filium tuum à pueritia flecte, sic enim bona tibi illius spes suberit, illum scilicet probum, ac frugi virum futurum sperare poteris, Filius enim iste à parente correptus, & emendatus, euadet vt aiunt, bonæ spei adolescens, de quo nihil non magnum, atque dignum expectare liceat: nam qui filio indulgentem se præbet, omnem futuræ probitatis spem excindit. Clem. Alex. lib. 1. Pedag. c. 9. Dei veluti parentis, & pedagogi humanæ naturæ officium ostendit, aiens: *Omnibus ergo viribus humanæ naturæ pedagogus, diuinum nostrum verbum vtens omnibus sapientiæ machinis infantes conseruare est aggressus, admonens, reprehendens, increpans, arguens, minans, sanans, promittens, gratificans, multis veluti quibusdam frænis à ratione alienas humanæ naturæ appetitiones alligans. Vt ergo paucis dicam in nos ita se gerit Dominus, vt nos in nostros filios. Sunt tibi filij castiga eos suadet sapientia, & inflecte eos à iuuentute tua,* &c. *At qui liberos nostros filios, & filias valde & supra quodcumque aliud amamus. Quoniam autem, qui ad gratiam quidem locuntur, parum diligunt id, quod non molestia afficiunt; qui autem ad vtilitatem acerbi sunt & adstringunt, & si in præsentia sint molesti, in futurum, postea seculum beneficio afficiunt: non præsentem voluptatem Dominus sed futuram spectauit delectationē.*

Filius à parente correptus euadet bonæ spei adolescens. — Clem Alex. — *Deus veluti pedagogus humanæ naturæ.*

141 Hoc diuini parentis & pædagogi officium Deus in parentes naturales erga filios transtulit, vt discant illos erudire, instituere, admonere, increpare, &c. Egent enim pueri, sicut nouelli iuuenculi, institutione, & disciplina, vt melius ad bonos reducantur mores eleganter Virgil. lib. 5, Georg. à v. 164. hunc erudiendi modum docet circa filios à tenera ætate, sub metaphora vitulorum cum domandi sunt, inquit enim:

Indigent pueri, sicut iuuenculi, institutione & disciplina. — Virgilius.

Tu quos ad studium, atque vsum formabis agrestem
Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas
At primum laxos tenui de vimine circlos,
Ceruici subnecte: de hinc, vbi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.

Hæc sententia vicem habet adagij, quam referas ad adolescentes, iam tum primo æuo instituendos, vt seruent odorem in posterum quo imbuti in prima ætate. estque præceptum ad liberorum nostrorum adolescentiam, pueritiamque translatum. Dixit optime Euripides:

Filij erudiendi, vt seruent in posterum odorem, quo imbuti in prima ætate. — Euripides.

Quæ quis didicerit, eadem vult seruare
Ad senium. Itaque filios bene institue.

Horatius. Horatius:

Naturam expellas furca tamen vsque recurret.

Cui accinit D. Gregor. Nazianz. orat. 1. *Solet enim id, cui vis adhibita est, non secus ac planta per vim manibus inflexa, simul vt missum fuerit ad se rursum redire.* Lege prudentium lib. 1. const. symm. vbi adultæ olim idololatriæ vires & robur conijcit in negligentiam pueritiæ informatæ. Claudius Appius apud Dionys. lib. 5. hist. ait: obsistendum cupiditatibus cum infirmæ non cum auctæ; *Nā principijs obsta sero medicina paratur cum mala per longas occaluere moras.* Strabo lib. 15. Geogr. paulo ante finem, cum de moribus Persarum agit; *a quinto,* inquit, *vsque ad XXIV. annum dicunt sagittare, iaculari & equitare, & inprimis vera dicere disciplinarum magistris continentissimis vtuntur, qui & fabulas ad vtilitatem accommodatas intexunt, cum cantu & sine cantu Deorum, & clarorum virorum facta celebrantes.* Vide Platonem 2. Polit, vbi Homeri fabulas, & nugas exterminat à sua ciuitate, vnis tantum consulens adolescentibus, interque alia ait: *Quæ enim in ea ætate opinionibus accipiuntur, difficillime elui, euellique consueuerunt.* Recte Æschines in orat. cōtra Timarchum: *Puerum recte institutum vtilem fore ciuitati in ætate virili.*

D.G.Naz. — Prudent. — Dionys. *Principijs obstandum.* — Strabo. — Plato. — Æschines.

Tandem Philo Judæus lib. de agricult. ait: *Inseram autem primum in puerilis ætatis animas surculos, quorum fructus ipsas enutriet.* 142. Non contemnendus est libellus Plutarchi de instituendis liberis, in quo multa tradit vtilia præcepta, quæ ediscere oportet parentes, vt possint recte filios instituere. inter alia inquit: *Vt enim membra corporis quo recta hæc nec distorta adolescāt. mox à partu confirmare pueris necesse est: Sic puerorum decet à primo componere mores, ductilis est enim, & mollis iuuentus, eorumque animis adhuc teneris facile infunduntur præcepta. omne vero quod durum est haud prompte emollitur. Quomodo enim molli ceræ imprimuntur sigilla, sic disciplinæ animis eorum, qui etiamnum sunt pueri insculpuntur.* Citat Phocylidem qui dixit:

Consilium de instituendis liberis. — Philo Iud. — Plutarch. — *Iuuentus ductilis, & mollis, vt erudiatur.*

Dum tener est agnus generosos instrue mores.

Illud etiam ne omittatur dignum est, vt pueros qui alumnis conuicturi, ministraturique sint, tales inprimis inquirimus, vt bonis veniant instituti moribus. Nota comparationem membrorum, quæ apta est ad institutionem liberorum, cum enim paruuli ex maternis visceribus elabuntur, & obstetricis manibus recipiuntur, ita molles & flexibiles sunt vt ceræ instar tractari possint, & ne distorta adolescant, ab obstetricibus conformantur. Sic pueris natura vt in bonis moribus instituatur, necesse est. tunc enim disciplinæ & eruditionis parentum animis eorum facile insculpuntur, & præcepta, bonique mores facili negocio infunduntur. Ideò dicebat Seneca lib. 2. de ira cap. 21. *Plurimum, inquam, proderit pueros statim salubriter institui.* Et elegantius Epist. 94. inquit: *Imbecillioribus quidem ingenijs, necessarium est aliquem præire. Hoc vitabis, hoc facies, præterea si expectat tempus, quo per se sciat, quid optimum factum sit: interim errabit, & errando impedietur, quo minus ad illud perueniat, quo possit se esse contentus: regi ergo debet, dum incipit posse regere, pueri ad præscriptum discunt,* &c. Quę igitur ingenia imbecilliora, quam ea, quæ insunt pueris, ideò necessum est parentes illis præire erudiendo, instituendo, castigando, docendo, &c. quia ea ætate puerili debent regi, dum incipit posse regere. & cum hoc officium regendi & erudiendi proprium sit parentum erga filios, quia ipsa natura eos filiorum magistros instituit, inde est quod Ecclesiasticus hortetur parentes ad filios erudiendos: *erudi,* &c.

Comparatio membrorum apta ad institutionem liberorum. — Seneca. — *Ingenia puerorum imbecilliora.*

Illustratio secunda.

ET *curua illos à pueritia illorum.* Tygur. *Et ceruicem eorum domes, à iuuentute.* Drus. *Flecte.* Cōplut. *Collum eorum.* 144 quia ergo adolescētes collum & ceruicem erigunt in signum libertatis, & repugnantiæ ad obediendum, & si adolescunt inflexibiles efficiuntur; ideò admonet auctor, vt tempestiue domentur, flectantur, curuentur, scilicet à pueritia eorum; vt per inflexionem, & curuationem ostendantur subiecti, obedientes, obtemperantes parentum suorum voluntati. Nos diceremus. *Noles dexes leuantar cabeça, nolos dexes descollar, con tiempo los humilla, no se leuanten a mayores, baxales la cresta,* &c. à tenera ætate curua illos, & doma ceruicem eorum, ne adolescant & inflexibiles, indomitique fiant, verbum *curuandi,* proprium est eorum, qui humiliantur in conspectu alicuius. Sic Moyses curuando se ante Dominum humilem se præbuit, cum dicitur Exod. 34. v. 8. *Festinusque Moyses curuatus est pronus in terram, & adorans, ait: si inueni gratiam in conspectu tuo, Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum [populus enim duræ ceruicis est], & auferas iniquitates nostras, atque peccata, nosque possideas.* Hæc Moysis curuatio ante Deum non solum fuit modus pertinens ad adorationem, vt Abulensis notauit, & ad exhibendam Deo reuerentiam, vt placuit Lyræ; sed etiam fuit signum humiliantis se, vt ipse Abulensis docet. ad quōd inquit, vt assequeretur, humiliauit se pronum in terra, quia iste est habitus conueniens postulanti.

A pueritia domandi, & curuādi filij. — *Verbum curuandi proprium eorū, qui se humiliant.* — Exod. 34. v. 8. 9. — Abulensis. — Lyra.

144. Sed quare ad se humiliandum curuatur Moyses, ante Dominum? nónne alia positione, & modo poterat se ante eum demittere? ita sane. Sed vt opponeretur populo, qui ceruicem & collum erexerat in signum libertatis, & repugnantiæ, quam populus ostenderat, nolens Dei præceptis obtemperare, quod ostendit cum ait: *populus duræ ceruicis est.* Ideò Moyses, vt suam in obediendo procliuitatem, seu potius facilitatem ostentet, aduersus populi inobedientis ceruicis inflexionem, curuat se ante Dominum pronus in terram, ad facilius assequendum, quod à Domino humiliter postulabat, &c.

Quare Moyses ad humiliandū se curuauit se. — Exod. 34. v. 9.

Pari modo curuandi sunt filij, cum erigunt se, id est, humiliandi ne adolescant, & inflexibiles, ac præfracti, id est, indomiti reddantur: & parentes pœniteat illos, à pueritia non curuasse, & in obseruanda lege Domini instituisse. Eleganter dixit Plutarchus lib. de inst. lib. *Post qua inadulti sanam, & frugalem viuendi rationem abiecerunt, in voluptates autem præcipitauerunt se effrænes & seruiles: tunc iam frustra neglexisse liberorum disciplinam, seducuntur pœnitentia, cum illorum sceleribus anguuntur.* Quare à tenera ætate curuandi sunt filij à parentibus, vt in recta viuendi ratione instituantur. *Porro* (inquit ipse philosophus) *docendi pueri sunt vt affabiles & comites sint: Nihil est enim æque ac mores ad compellandum asperi in visum magis. Ad hæc euadent grati pueri sodalibus, si in quæstionibus non semel præfracti sint. Non solum namque vincere, verum etiam pulchrum est vinci scire, vbi victoria est futura noxia, quando est etiam reuera Cad mea victoria.* Vocat Cad meam victoriam, Thebanorum victoriam, quod prouerbij vim habet, quoties significare volumus, tam magno constitisse victoriam, vt non ita multam intersit inter victoris sortem & victi: Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasmum in Adagijs.

Curuandi filij cum erigunt se. — Plutarch. — *Docendi pueri à tenera ætate.* — *Quæ sit cad mea victoria.*

Illustratio tertia.

145. ET *curua illos.* Si verbum *curuandi,* sumatur pro reprehendere, non erit abs re dicere Ecclesiasticum admonere parentes, vt filios reprehendant & castigent. Dauid hoc verbo se à Deo castigatum fatetur, cum ait Psal. 37. v. 7. *Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem.* Genes. explicat ob peccata psaltem punitum confiteri. Ideò incipiebat: *Domine ne in furore tuo arguas me,* &c. Ergo curuatum esse, idem est ac reprehensum, afflictum, depressum, humiliatum, &c. ait autem Ecclesiasticus, *curua illos à pueritia,* quia sic curuati ac reprehensi fœlicius germinant, cum multum reprehensio illis prodesse sciatur. ac non latuit hæc vtilitas Samsonem. Is enim *dilacerauit leonem quasi hædum in frustra discerperet.* Judic. 14. v. 16. Domum tamen regressus *patri ac matri noluit indicare.* Cur quæso tam insignem victoriam profundo silentio contexit? Plane, vt mihi videtur, ne si parentes tantas filij sui vires animosque agnoscerent, eum formidarent, proindeque ab eo reprehendendo, si opus esset, abstinerent: suas igitur vires occultare voluit ne paternis increpationibus eximeretur. Nam vt bene D. Bern. serm. 77. in Cant. *Seductori,* inquit, *dat manum, qui dare dissimulat præceptori.* Quare offert hoc vtile documentum Plutarchus sæpius citat. De inst. lib. *Conuenit igitur,* inquit, *prudentibus patribus hoc maxime articulo obseruare, excubare, refrænare adolescentulos præceptis, minis, precibus, consilio, pollicitis, exemplis ob oculos ponendis, cum horum, qui per libidinem grauissima naufragia fecerunt, tum illorum, qui ex continentia laudem & gloriam insignem comparauere. Siquidem sunt hæc duo quasi virtutis elementa, spes honoris, & supplicij formido,* &c. Et ne prolixum de hac materia texamus sermonē, alia quā plurima documenta te mitto lecturum in nostro eruditissimo Francisco Mendoça qui docte satis hanc vertat materiam lib. 1. Reg. ad cap. 1. n. 28. Annot. 12. vsque ad finem.

Verbum curuandi pro reprehendendi. — Psal. 37. v. 7. — Iudic. 14. v. 14. — *Cur Samson silentio contexuit victoriā dilacerati leonis.* — D. Bernard. — Plutarchus *Vtile documentum Plutarchi erga filios.* — Mendoca.

Tandem expende ad hanc sententiam illustrandam id Prou. 22. v. 15. 146. *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.* Hæc disciplinæ virga, quæ fugat stultitiam de corde pueri est eruditio, reprehensio, castigatio, & flagellatio, quibus collum pueri curuatur, & ipse eruditur: quia ad parentes pertinet hæc filiorum educatio, ad quam bene exercendam solet Deus parentes præuenire, vt possint deinceps filios suos in lege Domini instituere. Hæc ratio est quare Deus arcana cordis sui Abrahamo enuntiauit, dicens Gen. 18. v. 17. *Num celare potero Abraham quæ gesturus sum?* Amicorum enim est hæc tam familiaris, & intima communicatio, vt alterius alteri occultissima quæque detegantur: Scitum est enim vindictam Sodomorum decreuisse Deum Abrahamo reuelare. Sed quare postea reddens causam, adijcit: *Scio enim quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, & custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam.* q.d. hæc beneficia, scilicet reuelationem vltionis Sodomorum, & multiplicationem suę posteritatis, Abrahamo conferam, eo quod præcepturus sit filijs suis, & docturus legem Dei seruare. Quare igitur præsentibus beneficijs Deus persoluit futura Abrahami obsequia. Respondeo Deum tanti facere vt quis officium optimi parentis obeat, vt anticipato præmio id, quod subinde redditurus est, præueniat: & cum præsciat Abrahamum bonum & iustum patrem fam. futurum, qui filios suos ac posteros instituat ad pietatem, & veri Dei cultum, ideò illum his beneficijs honorare præuenit, &c.

Quid sit stultitia colligata in corde pueri. — Prou. 22. v. 15. — *Quare Deus Abrahamo secreta sua enuntiauit.* — Gen. 18. v. 17. — Gen. 18. v. 19. — *Quare Deus præsentibus beneficijs persoluit futura obsequia.*

Confirmat hoc D. Chrysost. tom. 1. hom. 42. in Gen. 147. *Non enim,* inquit, *tantam mercedem accipit qui ipse bene egit, sed & quia præcepit natis suis, largas retributiones arripit, idque merito, quoniam dicere vult, prænoui iusti mentem, idcirco remunerationibus præuenio.* Hoc ergo præmio decorabitur omnis pater familias qui filios

D. Chrysost. — *Ingenti præmio decorabitur pater fam. qui filios erudierit.*

suos in obseruanda Dei lege eriduerit,& eos castigatione , & disciplina à pueritia curauuerit. exemplum omnibus in Tobia Deus proposuit, qui statim ac filium de manu Domini accepit: *Ab infantia timere Deum docuit , & abstinere ab omni peccato.* Tob.1.v.10. Sunt enim filij sicut arbores infirmæ, quæ erigi de terra nequeunt nisi alicuius aut ligni,aut parietis adminiculo. quod si rectum est, ipsa quoque arbor recta, si obliquum tortuosa producetur. Cum enim paruuli nihil fere in tenera ætate cognoscant , aliorum facile ductum sequuntur,& imitantur. Quare si rectus est pater, rectam filios doctrinam edoceat,recti illi per viam virtutis incedunt; quod si obliquus sit,& à virtutis via deflectens,deflectunt & illi à virtute,& oblique succrescunt. Quare Plutar. in fine lib. de Educ. lib. optime inquit: *Ante omnia opus est,vt patres non solum nihil peccando,verum etiam honesta singula peragendo , manifestum sese filijs exemplar exhibeant,vt in eorum vitam quasi quoddam speculum intuentes ab operum simul,& sermonum turpitudine se penitus vertant.* Lege D.Chrysost.tom.1.hom.de Anna , & Sam. Educ. & hom.60.in Matt.vide Prou.3.v.24.Jer.7.v.16. 1.Reg.3.v.53. & 3.v.13.

Plutarch. *Pater exhibendus est bonum exemplar filiorum.*

D.Chrysost.

VERS. XXVI.

Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum , & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.

Sensus.

148. *Documentum parentum erga filias.*

Filiæ tibi sunt , &c. q.d. Aliud documentum vtile & necessarium parentibus præbeo. scilicet si filias procreauerint, attendant illis, sexus enim fragilis, & lubricus est, insuper & flexibilis, tener, & mollis, quare diligenter seruandus est,ne si illis nimiam euagandi libertatem concedant , & interesse permittant, publicis ciuitatis spectaculis , vel priuatis etiam conuenticulis parum honestis, earum appetibilis pudicitia expugnetur , & fama pudoris illarum periclitetur. Tandem amorem paternum dissimulare studeant , ne amotis erga illas manifestatio eis noceat , vultum hilarem ne ostendant , sed potius seueriorem & grauem. ne ex benevolentiæ significatione ansam præbeant & audaciam ad peccandum, &c.

Notæ.

HOc idem documentum repetit auctor cap.26.v.13. & cap.42.v.11. Verbum autem *seruandi* explicat originale Græcum verbo *attendendi* quia Græcè est , προσεχε τῷ σώματι αὐτῶν *attende corpori ipsarum.* Verbum προσεχω, cuius significationem alibi protulimus significat inter alia animum adhibere , vel aduertere. attendere, adijcere , vel attentum esse ad rem aliquam, & aliquando animaduertere & cauere, vt Luc.12.v.1. *Attendite à fermento Phariseorum* id est, cauete. Henr. Esteph. in Thesauro addit aliam significationem, ait, aliquando poni etiam pro spem in aliquo colloco , seu fiduciam, vel obseruo aliquem more eorum , qui fiduciam in eo collocãt.Hoc certe constat, eos, qui fiduciam in aliquo collocant , animum solere aduertere ad ea, quæ ab illo dicuntur , sicut & eos, qui illi obsequentes esse volunt. Vulgatus hoc totum comprehendit verbo *seruandi*, & Originale verbo *attendendi* , vt statim explicabimus. Tandem pro *non ostendas*, est in Complut. μὴ ἱλαρωῖς, *ne ostendas.*LXX. habẽt, μὴ ἱλαρώσης *ne hilarem exhibeas.* vt Drus. transtulit, imitando Ald. & Basil. sed quoquo modo legatur , eumdem sensum efficit.

149. *Filia seruanda ne violentur.*

Illustratio prima.

Filiæ tibi sunt ? serua corpus earum. q.d. si filias habueris iam adolescentulas , curam illarum de pectore ne abijcias , sed attende illis, mentem adhibe,animum aduerte, attentus esto in earum custodia , caue tibi ne seruare eas negligas, ne fiduciam & spẽ in earum de se custodia colloces, aduerte actiones illarum ne si curam dimittas , inuenta occasione , ipsæ se vtantur,vel abutantur,& pudicitiæ suæ non parcentes,illam concupiscenti facile prostituant. *Seruæ* ergo *corpus illarum*, id est, ne vagandi , & fluendi libertatem, seu facultatem concedas, & ne priuatis conuenticulis aliarum fœminarum impudicarum interesse permittas; ex his enim occasiones captant ad pudicitiam sollicitantibus prostituendam.

Hoc probatur historia Dinæ Jacobi filiæ Gen.34.v.12.vbi dicitur: *Egressa est autem Dina filia Liæ , vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi princeps terræ illius,adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa vi opprimens virginem*,&c. Quod explicans D.Joan. Chrysost. tom.1. hom.59. in Genes. *Vidistis*, inquit, *quantum sit iuuentus malum , quando rectæ rationis freno caret ? vidit enim virginem , & totus propter aspectum , captiuus factus est , & concupiscentiam opere complenit , & locutus ei iuxta mentem virginis : Quoniam iuuenis erat puella , eiusmodi verba , inquit, cum ea locutus est , quæ sufficiebant ad conciliandam sibi eam.* Pende 1.illud *locutus ei iuxta mentem virginis.* id est , sollicitauit eam blandis & dulcibus verbis,quæ ipsa virgo puella auidis & pronis auribus accipiebat in corde iam aspectu concupiscenti adolescentis mollito, & quasi columba seducta suam pudicitiam prostituit. Pende 2. *iuuenem esse puellam* , & cum ea adolescentem *locutum verba, quæ sufficiebant ad concilandam cum ea amicitiam.* Quod indicãt verba amatoria,& promissoria , vim habere ad expugnandam adolescentularum pudicitiam,si ipsæ attentis & benevolis auribus accipiant. & ipsa experientia docet puellas virgines in magno & euidenti discrimine versari , cum eis facultas euagandi conceditur , & permittitur earum impudicis inter esse conuentibus. Si enim Dina non euagaretur & egressa esset de paterna domo, in qua protegebatur,& fouebatur,vimque libidinis,seu concupiscentiæ propellebat , suam pudicitiam non prostituisset. Magnam enim vim habet oculorum aspectus ad excitandam cordis concupiscentiã quia oculi sunt duces in amore. sic dixit poëta Græcus Nonus Ponopolica lib.Dionysiacorum describens pulchram formam puellæ.

Infelix autem dina explicatur. Gen.34.v.12

Iuuentus quantum malum cum rectæ rationi freno caret.

Verba amatoria vim habent expugnandi adolescentularum pudicitiam.

Oculorum aspectus vim habet ad excitandam cordis concupiscentiam. Nonus.

Latens iuuenis oculo obliquo.
Candidum sagittas iaculans brachium intuebatur pudicum
Oculum circumuolutum ducens ducem amorum.

Et describens quomodo visus generet, amorem , ait:

Et iuuenca ferebatur saliens circa rupes
Pastorem inquirens , nouæ vero errabat bubulcus
Puellæ intuens roseam formam habentes circulos frontis.
Et dolosus irritabat amor amantem pastorem
Furore vehementiore exagitatum , &c.

150. *Quem effectum habeat nimius amor in adolescentulis.* Plutarchus.

Quem vero effectum afferat nimius amor in adolescentulis testatur Plutarchus lib. de Græcorum & Romanorum comparatione, hanc referens historiam ex lib. 3. hist. Africa. *Post alij vastationem*, inquit, *eiectus est in Africam Diomedes , vbi rex erat Lycus , qui in more habebat, Marti genitori suo hospites immolare. Caterum filia eius Diomedis amore capta Callirhoa patrem prodidit,ac Diomedem vinculis solutis salutem præstitit. Hic bene meritæ nulla habita ratione vela fecit. Vnde illa vitam laqueo finiuit.* iustum supplicium tam iniustæ proditionis & amoris inordinati. Virgines enim adolescentulæ in venerem pronæ , facile suam pudicitiam profundunt , cum sese offert occasio. Maxime autem feruntur in venerem, vtpote quæ magis eam voluptatem experiri expectant, cuius hactenus fuerunt expertes , vt scribit D. Thom. in 4. sentent. Rationem reddit D. Hieronym. in libello de vitando suspecto contubernio : *Libido*, inquit, *in virginibus maiorem famem patitur ,dum dulcius esse putant, quam nesciunt;* Quem citat & sequitur Glossa in cap. viduas lege 1. in verbo vsæ sunt 27. q. 1. vbi & textus hoc clanculum innuit , & in eam sententiam D. Hieronym. ad Gaudentium de Pacatulæ infantulæ educatione dicebat , eos *facilius carere experta corporis voluptate, quam eos, qui à pueritia libidinem nesciant. Ab alijs enim nota calcari,ab alijs ignota appeti , illos vitare pœnitendo suauitatis insidias : Hos carnis illecebras dulci titillatione corporis blandientes , dum mella putant , venena noxia reperire.*

Adolescentulæ in venerem pronæ facile suam pudicitiam profundunt.

D.Thom. D.Hieron.

Glossa. *Libido in virginibus maiorem famem patitur.* D. Hieron.

Cum ergo virgunculæ ita pronæ sint ad libidinem, necesse est illarum corpus seruari. Quod probat Petrus Aponius maximus sua tempestate philosophus in comment.in Aristot. proble. lib. 4. cap. 26. monens præterea parentes vt filias eo tempore diligenter custodiant. At ipse Aristot. lib. 3. de hist. anim. c.1.suadet etiã puellas tum maxime custodiendas esse , dum menses habere incipiunt : tunc enim præcipue ad vsum rei veneræ incitari. Hoc ipsum confirmat illud Alciati Emblema.

Cum virgunculæ pronæ sint ad libidinem, custodiendum corpus earum. Aponius. Aristot.

Alciatus.

Vera hæc effigies innuptæ est Palladis , eius
Hic Draco,qui Domine constitit ante pedes.
Cur diuæ hoc animal ? custodia rerum
Huic data , sic lucos templaque sacra colit,
In nuptas opus est cura asseruare puellas
Peruigili , laqueos vndique tendit amor.

151 *Pettarcha. Quanto puella castior tanto in eam vigilantior cupido.*

Hue pertinet illa mirabilis sententia Petrarchæ in dialogo 74. introducentis Gaudentium dicere : *Casta est mihi filia.* Respondit : *Iucunditas magna , sed sollicita : quanto enim castitas maior, tanto in eam vigilantior cupido. Nihil enim tam ardenter inuaditur , quam quod castis excubijs , & fœmineo pudore vallatum est, concesso autem corruptorit segnius, & permissa repentius appetuntur , multum vero cupida rei difficilis solet esse custodia.* Ergo quanto custodia difficilior, tanto debent esse studiosores parentes in filiarum seruanda castitate: sexus enim lubricus est, & simplex, multorumque insidijs obnoxius. Sic dixit D. Hieronym. tom.1. Ep.10. ad Furiam : *Pessimæ consuetudinis est , cum fragilis sexus,& imbecilla ætas suo arbitrio abutitur, & putat licere quod libet.*& insuper pudicitia in eo sexu maxime requiritur, ita vt ea perdita, præcipua sua commendatione sit destitutus. Quomodo autem sint seruandæ eleganter docet Petrarcha dial. 23. *Seduc*, inquit , *eam à spectaculis & concursu populi : Festis etiam diebus illam domi continc. Nullum vagis, ac discolis cogitationibus tempus linquat.Occupatio & labor, & occultior habitus , & victus asperior , frequens admonitio, dulces minæ , etsi quando res exigat,asperæ.Hæ sunt castitatis aduersus impudicitiam seræ & vectes , qui & insultantes otioso animo passiones arceant, & ingressus eijciant.*

D Hieron.

Petrarcha. *Virgunculæ abstinendæ è concursu populi.*

Illustratio secunda.

152. *Parentes non ostendant vultum hilarem ad filias.*

ET *non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Quod insuper requirit Ecclesiasticus est; ne parentes , ac potissimũ patres benevolentiã & amorem paternum erga filias ostentent, cuius amoris index est vultus , vel facies hilaris & iucunda : facile enim ipsæ debitam parentum obseruantiam contemnunt & libera voluntate ventum amoris sui sibi attrahere conantur. Sed potius contra seueriori & grauiori se vultu,seruato tamen moderamine,illis exhibeat, vt semper timeant,& ipsæ sibi caueant, vel attendant, à periculo amittendi pudicitiam : nihil est enim, quod magis satisfaciat filium parentis obseruantiam paruipendere , quam ludere patrem cum eo , & corridere illi , & nimis familiariter cum illo agere ; sic dixit ipse Ecclesiasticus cap. 30. v.9. *Lacta filium, & pauentem te faciet ; Ludе cum eo, & contristabit te.Non corrideas illi,ne doleas*, &c.q.d. si blande filium tuum tractaueris , & quæcumque ei grata sunt, & iucunda præbueris ,& indulseris ei,& lactaueris,pro lacte & dulcedine, quam ei præbes,& per quam efficis vt te non timeat, ipse te faciet timere & pauere, dum per improbos suos mores efficiet, vt & illi , & tibi male meruas. Si luseris cum illo, & ex illo voluptatem tibi captaueris,cum esset cum eo serio & grauiter agendum, ipse pro captata lætitia contristabit te.Ne ergo illo ridente,tu quoque cum illo rideas,vel potius risum eius comprime, ne quando risus tuus conuertatur in dolorem, cum videbis ex indulgentia tua auctam eius petulantiam, videbisque errata , in quæ per vitia sua incidit.Sic explicat Jansenius.

Filius parentis obseruantiam parum pendit cum ludit cum eo. Eccles.30. v.9.

Cum filijs serio & grauiter agendum parentibus.

Iansenius.

Igitur si hoc documentum verum est in parentibus erga filios, verius erit erga filias , quæ fragiliores sunt , & aliquando indulgentia parentum petulantiores fiunt. Incipiunt enim lasciuire , cum parentes eis corridենt , & ludunt cum eis. Quare cum audacem libertatem lasciuiendi sumunt , non debent parentes esse remissi , sed dent operam , vt eis medeantur. *Lasciuire*, inquit Franciscus Petrarcha dial. 29.) *incipit filia ? lautas dapes , & vestes illi molles , ac fulgidas annulosque & armillas detrahe, & quidquid est aliud , quo & ipsa sibi placeat, & placere alijs studeat , obijce illi domesticas curas; pensa, acus, & colos, & si quid est operis; quod suaues ac molles manus in callum duret*, &c. Sic occurritur lasciuiæ filiarum ex nimia parentum familiaritate , & indulgentia procedenti , non

Si non ludendum cum filijs, minus cum filiabus quia fragiliores sunt.

Petrarcha.

Quomodo occurratur lasciuiæ filiarum.

enim capaces sunt tantæ remissionis & indulgentiæ. & licet parentes eas ardenti prosequantur amore, & nimia beneuolentia, eam debito moderamine comprimant, ne ex amoris ostensione libertas earum lasciuiendi oriatur, & ita crescat indies, vt ignis lasciuiæ extingui non possit. Hilarem tamen vultum filiabus numquam parentes ostendant. Sicut enim hilaris, & læta facies cordis amoris index est, ita pernitiem illis comparare & afferre solet, &c. Quare Procopius explicans id Gen.26.v.8. de ioco Isaac cum Rebecca, quos vidit Abimelech iocari: *Vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. Hinc*, inquit, *concluditur non licitum esse viro cum sorore sua, nec patri cum filia sua, vbi adoleuerit ludrica exercere.* Quo circa viri prudentes cum filiabus iam nubilibus agere serio consueuerunt: ne licet cum patre nullum timeatur periculum, saltem liberiori illi ioco assuescant puellæ virorum sese amoribus irretire. Vide nostrum Pineda ad id Eccles.7.v.4. *Per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis.*

Pater cum filio nubili serio agat.

Pineda.

VERS. XXVII.

Trade filiam & grande opus feceris, & homini sensato da illam.

Sensus.

153. *Tradere filiam in matrimonium grande opus est.*

Trade, &c. q. d. Vt periculum, quod in præcedenti sententia versatum est effugere queas, moneo te vt quam primum valeas, filiam tuam cum nubilis fuerit in matrimonio collocare studeas. & cum eam nuptijs locaueris, opus cõmendatione dignum peregeris. periculo enim pudicitiæ prostituendę liberaberis, & ab eius custodia exonoraberis: matrimonium enim Sacramentum est, ex quo proles expectatur Deo religiosę educanda. Si statueris autem filiam tuam tradere tuo honori, & eius bono prospicere debes, elige virum sapientem & prudentem, cui eam tradas: quia magis respectus habendus est ad mores & prudentiam sponsi, quam ad opes, vel genus, & alia huiusmodi, &c.

Illustratio prima.

Digni sunt reprehensione parentes qui causa auaritiæ filias non collocant in matrimonio.

Trade filiam, & grande opus feceris. In hac sententia Sirach. eos patres reprehendit, qui causa amoris vel potiùs auaritiæ diutius apud se filias seruãt, & eas nuptijs locare differũt, quod tribui stultitiæ potest, cum periculum in mora sæpissime inueniatur. Hæc enim eas locandi retardatio causa est tanti dedecoris in earum prostitutione: ipsæ namque faciunt quod in libidinem venit, solum cupidiam sequũtur, & proprio honori non prospicientes se ipsas suis amasijs & venereis tradunt in odium suorum parentum, qui eas in matrimonio locare procrastinant. Sic dixit Raban. *Tradi filiam iubet, & subijcere matrimonio, ne forte lasciuiat in domo parentum, & corruat libidine. Sicque grande opus, hoc est vtile dicit peractum. Quia melius est vt sub custodia & disciplina viri maneat seruata, quam in domo parentum, cum iam superadulta est contaminetur neglecta.* Hanc forte sententiam Paulus Apostolus respexit, cum 1. Corint.7. v.36. dixit: *Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat, non peccat si nubat.* id est, si quis turpe sibi aut in decorum putat, si virgo filia domi suæ consenescat, & ætatis florem perdat, eo quod illa plus æquo sit superadulta (vel ὑπερέφηβος, superætanea, super ætatem nubilis) periculum autem scortationis virandæ, cogat eam connubio iungere, agat sane vt libet, neque enim propterea peccat, sed tuto potest illam viro tradere. Hunc locum Pauli exponit de parentibus erga filias D. Epiphanius hæres. 61. *Qui igitur*, inquit, *tunc habebant filias virgines, cum non daretur copia ipsas Christianis elocandi, seruabant virgines suas ad multum tempus. illæ vero nubiles annos transgressæ incidebant in scortationem propter naturalem necessitatem. Apostolus itaque videns damnum propter exactam accidens, permisit dicens: si vero quis vult suam virginem, & non dixit propriam virginitatem, non enim de proprio corpore dixit, sed de patre virginem asseruante*, &c.

1.Cor.7. v.36. *Qui filiam suam collocat in matrimonio non peccat.*

Quare monet Paulus virginem locari in matrimonio.

D. Epiphan.

Jtaque Apostolus ait, si quis putat sibi esse indecorum vt virgo domi expers connubij consenescat, id est, non modo adoleuerit, & pubertatem excesserit, vt ait D. Ambros. sed quod eius flos ætatis pœne præterierit, quod fere vulgo probro dari solet, quasi neminem inuenerit, cui nubere posset. *Et ita*, inquit, *oportet fieri* impetu videlicet cupiditatis perurgente, atque æstu libidinis sæuiente *quod vult faciat, non peccat.* Liberum est coniugium eligere, id enim sine peccato vsurpari potest. *non peccat*, ad parentem pertinet, qui filiam locat, aut sponsum dat, &c. Et licet multa extent in iure ciuili: L. ea quæ patris FF. de sponsal. L. viduæ & L. in coniunctione C. de Nuptijs, & L.2. FF. deri. nupt. & in iure Canonico cap. alter 30, q.5. & cap.3. qui matrim. accus. poss. quæ suadeant non esse absque parentum consensu nuptias celebrandas, idq; adeo est rationi inprimis consentaneum, vt ipsi etiam philosophi agnouerunt, vt Plato lib.6. deleg. Demosth. in orat. de cor. Euripid. D. Basil. D. Ambros. Tertull. & alij. Certum tamen atque exploratum est, etiamsi filijs absque parentum scitu, aut illis etiam inuitis coniugia ineant, firma atque rata esse eorum connubia, vt in Tridentina Synodo significatum est quidquid aliqui contra sentiant.

D. Ambros.

Varia iura circa filiarum collocationem in matrimonio.

Plato. Demosth. Euripid.

Quæ absque parentum consensu nuptiæ firmæ coniugia sint.

D. Basil. D. Ambros. Tertul.

Ergo Paulus parentes monet vt suas filias iam nubiles cum subest periculum impudicitiæ in matrimonio locare studeant, nam si id fecerint, non peccant, quia potius grande opus fecerint. exemplum huius consilij inuenimus in sacra Pagina Jud.12.v.9. vbi agens auctor illius libri de Abesam, qui post Jepte iudicauit Jsraël: *Post hũc*, inquit, *iudicauit Israël Abesam de Bethlehem, qui habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittens foras, maritis dedit*, &c. Quem locum explicans Arias Montan. inquit: Hic vero triginta filias domi natas adeo prudenter, adeo honeste, eduxit, vt omnes nulla prorsus excepta viris locauerit petentibus, ijsdemque dignis. Nihil enim accidit quamobrem vllam domi retineret, vel repudiatam, vel viduam ad se reuertentem excipe-

154.

Abesam sexaginta filios in matrimonio collocauit.

Montan.

ret, sed *emittens foras maritis dedit* cum idonea dote. Sacri sermonis verba *Sala hhusthan*, illas non vulgariter, sed liberaliter locatas indicãt à varijs variarumque familiarũ filijs expetitas. non intra vnam tantum, aut pauciores, cognationes coactas, sed *foras* hoc est, in varia loca distributas, exqua re affinitatum & opum copiam illi accreuisse magnam intelligimus. Hæc Arias Pende id diligentiam patris in tradendis filiabus tempestiue, ne aliquid accideret aduersi in domo sua. æque etiam ostenditur *grande opus feciss.*, omnes in matrimonio collocasse, antequam pudicitiam aliqua earum prostitueret, & de honore parentis detraheret.

Maritis dare idem est ac collocare in matrimonio.

Maritis dedit, vel tradidit, quod indicat

Digressio circa tempus in quo filiæ debeant collocari.

155. *Qua ætate filia tradenda maritis.* Hesiodus.

ROgabit tamen non nemo, qua ætate filiæ maritis tradendę? Respondeo discrepantes sententias de hac quæstione reperiri. Aliqui teste Hesiodo, lib.2. sunt, qui viro trigesimum annum, fœminæ, decimum quintum aptum connubio constituunt. Lycurgus vt testatur Xephon in Lacedem repub. initio, *Sanxit pudore virum præpediri debere, quo minus ad vxorem vel ingrediens vel egrediens ab aliis conspiciatur. Hoc modo si consuescant, maiori eos erga se desiderio teneri necesse est: & fœtus si qui producantur, fieri robustiores quam satietas inter eos obrepat. Præterea potestate adempta ne quiuis vxores ducerent, cum ipsis libitum esset, iussit vt vigerent corpora, matrimonia contraherent, idque non minus ad rectam procreandi rationem conducere putabat.* Cæterum Arist. lib. 7. polit. cap. 16. Maribus circa trigesimum sextum annum, puellis circa decimum Octauum nuptiarum tempus præscripsit, verba eius sunt: *Quæ propter puellas quidem circa ætatem decem & octo annorum nuptui tradere congruit. Masculos vero circa ætatem annorum sex & triginta, aut paulo circa, In hoc enim tempore & vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore simul apte desinunt procreare posse.* Hanc inequalem ætatem designant aliqui, quia vir tardius senescit quam mulier. Sic Euripides, teste Stobæo. sermo. 69.

Xenophon

Aristot.

Aristot. censuit filias 18. annos tradendas viris 36. annorum,

Vir tardius senescit quam fœmina. Euripid. Eftobæus.

Malum est ituenem vxorem viro coniungere
Diuturnior enim est marium vigor:
Fœmineũ vero corpus citius pubertate destituitur.

Jn nostris autem cæsarijs & Pontificijs legibus viri contrahere possunt impletis annis quatuordecim, Mulierem vero esse nubilem & viro maturam tradiderunt, quæ duodecim annos nata est. sed quia tamen potissimum ætate id debeat vterque facere, leges ipsę decernunt, illud tantum scriptum reliquerunt, filiam posse se inconsulto patre in matrimonio collocare, si pater eius nuptias distulerit vsque ad vigesimum quintum annum: veluti senserunt, fœminam intra tempus illud esse nuptui tradendam. Textus est in Authen. sed si post. C. dein offi. testa. & in § causas vers. *si pater* in Authen. vt cum de Appel. cog. & Glossa in c. de raptoribus in verbo excusata 36.q.1. Ascreus autem poëta viro trigesimum annum, mulieri, decimum quartum ad matrimonium constituit. In hanc sententiam ita docuit lib. 2. eius operis, quod inscribitur opera & dies.

Si pater nuptias distulerit inconsulto eo potest filia nubere.

Ascreus.

Ætate matura vxorem domum ducito,
Neque multo maiorem natu triginta annis
Neque multo minorem Ista enim tempestiua sunt nuptiæ.

Virgo autem pubescens anno 14. nubat decimo quinto.

Quidquid sit de hac re, illud statui debet parentes adigi ad filias cum nubiles sunt, tradendas viris, ne sit periculum prostitutionis in mora. Hoc verbo *tradendi*, vsus est Jscomachus apud Xenophontem lib. 5. de Administr. domest. loquens cum propria vxore: *Dic mihi, mea vxor, iam ne animaduertisti qua tandem de causa tum, ego te duxerim, tum tui parentes mihi te tradiderunt? Cum autem ego quidem de me, parentes vero tui de te consulterent, quemnam consortem optimũ domus & liberum caperemus. Ego te delegi, & parentes tui me quemadmodum videtur ex ijs, quos poterant.* Sic dixit Iob 6.v.13. Raphael Tobiæ iuniori cum certiorem faceret eum de Raguele, qui habebat filiam nomine Saram: *Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi in vxorem*, id est eam tradet tibi. addiderunt LXX. *Puella enim pulchra, & prudẽs*, &c. q.d. licet pulchra sit, licet diues & prudens, tibi sine dubio tradetur, *pete eam* sed quare ipsi tradẽda erat? Præter alias rationes vnica est, quia cum sit grande opus parenti filiã tradere, ab illius enim custodia exoneratur, ideo certo sciebat Raphael Raguelem filiam Tobiæ traditurum, si ipse peteret, optabat enim Raguel hoc opus grande peragere, & à custodia filiæ exonerari quare Ecclesiasticus monet parentem, vt filiam nubilem tradat, quia opus grande fecerit. quod grãdius opus excogitari potest à patre fam. quam filiam suam in matrimonio collocare. cum onus graue ex humeris deponat, & á cura & sollicitudine eam custodiendi liberetur, liberandõ eam á periculo amittendæ pudiciæ, &c.

156. *Quid debeat fieri, vt filiæ in matrimonio collocentur.* Xenophon.

Filia à parentibus petenda.

Tob.6.v.13

Illustratio secunda.

157. *Viro sensato filia tradenda in matrimonium.* Raban.

Et homini sensato da illam. Raban. *prudenti & strenuo mandat eam tradere ita enim solummodo seruata erit.* Cum tradenda sit filia in matrimonium, seligendus est maritus, qui prudens & sapiens sit, hoc est, sensatus. cuius nominis significationem superius adduximus vers. 23. Ita eligendus est sensatus & prudens, qui suam familiam valeat gubernare, & sciat administrare. Vt imprudens ditissimus licet contemnendus sit; Celebre prouerbium est Themistoclis, qui aiebat. *Malo virum qui pecunia egeat, quam pecuniam, qua viro* ideo ponitur verbum Græcum δώσεσιν, imperatiuum verbi δωρέω, quod proprie est donare, & δωρέα, donum, vel largitio. at donare est donum in aliquem conferre. *dar. gratiosa mente.* q. d. Jta æstimandus est homo sensatus & prudens, vt possit sine patrimonio tali viro filia dari. Nam qui prudens & bene moratus est sufficienti patrimonio dotatus est. Hoc optime experientia docet, vt non egeat probatione. Theophrastus, teste Laërtio lib. 6. cap. 1. censebat sapienti non esse ducendam vxorem propter varias rationes, quas idem philosophus affert, quæ videndæ in Justiniano super Tobiam c. 6. v. 13. docum. 2. Sed Antisthenes contradicebat, ducendam esse, at non voluptatis, sed liberorum gratia, debetur hoc naturæ & patriæ. sed cum optima indole præditis congrediuntur vt ex bonis nascantur boni, Quin amabit maritus vxorem non vulgari more, sed iudicio, Is enim vere & constanter amat, qui ardenter amat. At sapiens optime diiudicabit quæ sint amore dignæ, aduersus eos, qui vxores se iactant habere pro matulis hinc dixit Hom. 1. illa *Quicunque bonus maritus & prudens suam amat & curat.*

Themistocles.

Vir bonus sine patrimonio potest eligi vt filia tradatur.

Laertius.

Homerus.

158. Præterea Indorum virgines cum esse nubiles cæperint in publicum à patribus producuntur. Accurrente (vt assolet) multitudine libera illis datur optio è iuuenum turba virum sibi seligendi, quem virtute aliqua insigniter præstantem putent ita Rhodig. Legem quoque apud samnitas esse aiunt, præclaram & ad virtutem stimulos addentem: non enim licet filias; quibus ipsi velint elocare, sed quotannis virgines decem, totidemque iuuenum prestantissimi deliguntur, quorum primo prima, eodemque dignitatis ordine reliquæ coniunguntur: quod si quis honore hoc affectus à virtute deciscat, ignominia notato vxor adimitur. Sic refert Strabo lib. 5. rerum Geographicarum. Tandem Pausanias lib. 3. de Danao inquit, *Danaus cum nancisci non posit qui ipsius filias duceret paricidio pollutas, dimisit qui nuntiarent, nullam se à viris sponsalium nomine munus poscere, verum optionem puellis daturum, vt earum, qualibet sibi eum deligeret, cuius maxime esset forma complacita. verum huiusmodi ille ea locandi rationem inijt. Cum ad eam famam non multi sane conuenissent, cursus certamine proposito, ei, qui cæteros præuenisset, quam ille maluisset. Secundo alteram, eodemque modo cæteras vsq; ad extremum locauit.*

Virgines Indorum cum nubiles essent à patribus producebantur in publicum.

Strabo. Pausanias.

Puellis optio dabatur vt maritum eligerent.

De ritibus nuptiarum & moribus Hebræorum lege eruditissimum Ioannem de Pineda lib. 5. de rebus Salomonis cap. 2. & 3. agentem de Salomonis nuptijs, & lege Tiraquellum de lege connub. cum ergo virgines tradendę sint maritis, seligendi sunt sensati & prudentes, qui suas sciant diligere, æstimare vxores, & familiam suam præclare gubernare, & probe administrare, tandemque sciat familiam alere coniugijque labores patienter ferre, & filias, quas procreauerit sapienter collocare, &c.

Ritus nuptiarum videndi in Pineda. Pineda. Tiraquell.

Consulto dixit *homini sensato tradendam* filiam, nam cum stolidus est vitæ & famæ ipsa iacturam facit. Sic dicitur de Iustina vt refert Tiraquell. leg. 13. conn. n. 34. Hæc nobilissima puella Romanas puellas ætatis suæ forma supergressa cum iuueni locupleti quidem, sed stolido & prope furioso nuptui esset à parentibus tradita, ex sua sola pulchritudine in suspicionem marito venit, qui candidissimæ vxoris ceruicem conspicatus inclinantis se ad exuendum calceum, furore ex zelotipia accensus, teneram puellam, nouamque coniugem iugulauit. cuius est illud epitaphum?

Quare sensato viro filia tradenda nuptui.

Immitis ferro secuit mea colla maritus.
Dum propero niuei soluere vincla pedis
Nec culpa meruisse necem, bona numina testor
Sed iaceo fati sorte perempea mei.
Discite ab exemplo iustitiæ, discite patres
Ne nubat fatuo filia vestra viro.

VERS. XXVIII.

Mulier si est tibi secundum animam tuam, non proijcias illam, & odibili non credas te.

Sensus.

159. Mulier, &c. q. d. Si sortitus es vxorem bonam tibi congruentē, tuis moribus parem, & votis respondentem, nunquam eam domo tua propellas, neque repudies, aut à te longe abesse permittas; sed contra retine illam, & summo amore prosequere. Si autem tibi forte obtigerit ea, quæ tibi exosa fuerit propter indisciplinatos & improbos mores, & propter nimiam linguæ libidinem, & garrulitatem, ne proijcias eam, licet lex id concederet; sed ne nimium ei credas, ita vt cor tuū aperias, & arcana pectoris pandas, quia talis tua secreta alijs prodet, &c.

Prima illustratio

Mulier si est tibi secundum animam tuam, ne proijcias illam Raban. *Coniugalem commendat pudicitiam remouens omnem detestabilem copulam.* Tygur. *Vxorem ex sententia nactus*, vel *ex animi sententia*, quod idem est ac dicere: si nactus es vxorem tibi in omnibus congruentem, quæ tuam semper voluntatem exequatur, & sicut tu desiderare poteras. nos cum explicare volumus aliquid esse ita congruens, aptum & accomodatum, vt sit secundū animi sententiam, vel ad nutū, dicimus: *Vinole a pedir de boca, o a medida de su desseo.* Ergo *si te cupo ensuerte vna muger como la podias dessear, hecha en todo a tu voluntad y gusto y a medida de tu boca.* Si tibi forte obtigit vxor, qualē nancisci exoptares secundū cor tuum, & secundum voluntatem tuam tuis votis respondentem, ne proijcias eam, ne repudies, vel ipsi nuntium remittas; sed potius magni ducito eam ne repudies vel ipsi nuntium remittas; sed potius magni ducito eam, ardentius eam dilige secundum Dei voluntatem, nam mulier, quæ talis est pretiosior est lapidibus pretiosis, & pluris quam aurum æstimanda. Ideo dicebat Salomon Prouer. 31. v. 10. *Mulierem fortem* (prudentem, sapientem animo constantem ingenio viri congruentē) *quis inueniet?* (quia inuentu difficilis) *Procul & de vltimis finibus pretium eius, confidit in ea cor viri sui,* &c. significans pluris æstimandam esse talem mulierem (quia rara est) si inueniatur, quam margaritam licet maximi pretij. LXX. *pretiosior lapidibus pretiosis*, pretiumque eius tale dixit esse debere, quale est rei pretiosissimæ, quæ de longe affertur. vocat mulierem fortem, virilem, strenuam, sollicitam, res domesticas diligentissime obeuntem. vt de matre sua loquitur D. Greg. Nazian. in orat. de Patris funere: *Rem enim* (inquit) *domesticam industria sua iuxta leges mulieri forti à Salomone statutas, ita auxit, quasi pietatem colere nesciret. Deo rursum ac diuinis rebus ita se addixit, tamquam à rerum domesticarum procuratione omnino ab esset, Nec ab alterutro horum quidquam impedita est, quominus alterum impleret, quin potius vtrumque alterius ope fulciuit, & confirmauit.*

Non proijcienda vxor pudica, quam quis ex sententia nactus est.

Mulier bona pretiosior lapidibus pretiosis.

Prou. 31. v. 10.

Mulier fortis qualis.

D. Gregor. Nazianz.

160. *Ergo mulier secundum animam*, mulier fortis vocari potest, Strenua, sollicita, qui viri sui in omnibus voluntatem sequatur, id est, facta ad mariti sui nutū, *pedniente de la boca y volnntad de su marido.* Hæc namque securitatem & confidentiam in corde mariti generat, ita vt confidat in ea cor suum, tamquam in vxore, quæ est *secundum animam suam.* Prudentes enim viri non quærunt in vxore externam, sed internam animi, generositatem. Sicut monuit D. Chrysost in Epist ad Ephes. cap. 5. hom. 2. non longe à principio, tom. 4. *Non quæramus*, inquit, *in vxore pecunias, ne-*

Quæ vocatur mulier secundum animam.

Prudentes quærunt in vxore internam animi generositatem.

D. Chrysost.

que nobilitatem istam externam, sed nobilitatem, ac generositatem animæ, &c. Sic Booz in sacra Ruth historia legitur, ducturus vxorem, non diuitias in illa quæsiuit, sed vitæ probitatem & bonam famam, ideoque illi dixit cap. 3. 11. *Scit omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te esse virtutis.* Quare illam duxit vxorem quærens magis generositatem animi à virtute procedentem, quam nobilitatē generis, quæ non tanti ducitur.

Ruth. 3. 11.

Qui autem stultus est, quærit vxorem diuitem, alias contemnēs animi dotes ideoque non vxorem, sed Dominam asciscit. Hinc Satyricus Iuuenalis dixit:

Stultus quærit vxorem diuitem, licet careat animi dotibus.

Iuvenalis.

——— Veniunt à dote sagittæ.
Intolerabilius nihil est, quam fæmina diues.

De quo periculum fecerat apud Plautum Demenetus aiens.

Plautus.

Argentum accepi dote, imperium vendidi.

Vnde est Lycurgum legem tulisse, quæ præcipiebat, vt virgines sine Dote nuberent *Roganti* (inquit Plutarchus in Apophteg.) *quare puellas elocari indotatas sanxisse? Ne, inquit, vel per inopiam vllæ locabiles sint, vel opum causa ambiantur: sed expectans quisque virginis mores, ex virtute delectum faciat quare ergo elegantiam cultus vrbe pepulit.* Pende illud *ex virtute delectum faciat* q. d. qui ducere vxorem statuerit, diuitias & nobilitatem sine virtute contemnat, sed illam ducat, quæ sit decorata virtutibus, & generositate animi dotata, & exornata. Sicut vxores diuites, quæ magis expetuntur, mariti dominium comparant, quare illis minime obtemperant, neque ad nutum seruiunt, sed potius illis dominantur. Sic vxores exornatæ virtutibus maritis ad nutum seruiunt, & eius voluntati obsecundant, & morem gerunt, & tandem secundum animam sunt, & ex animi sententia nactæ. Qui tales vxores inuenerint, ne eas repudiet, &c.

Lycurgus præcepit virgines sine dote nubere. Plutarch.

Vxores diuites maritis dominantur.

161. *Non proijcias illam.* q. d. Si inuenisti vxorem ad nutum tibi seruientem, & tuæ voluntati obsecundantem, non expellas domo tua, non repudies, sed dilige eam tamquam animam tuam. Si de veteri lege hanc sentētiam intelligamus tunc enim facile vxores repudiabantur, monet Ecclesiasticus, eas à se non projicere, sed magni æstimare, &c. Si vero de lege nostra explicetur, idem admonet scilicet Diuortium, seu affinitatis dissidium non faciendum. Vide Matth. 4. 31. 32. & 19. 6. 8. & 1. Corinth. 7. 10. 11. Subdit Drus. quid si alia fuerit? id est, non secundum animam, vel ex animi sententia? an tunc expellenda? Vt infra cap. 25. 36. Idem Ecclesiasticus suadet, dicens: *A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur?* non item. Ben. Sira, cuius hic dictum celebratur. בּרזּן רנפל בחולקן גררה id est, *Os quod cecidit in sorte tua, rode.* Hoc est, vxorē, quam nactus es, retine, si bona, siue mala fuerit. Nam qui malam expellit, non recte facit, vt inquit Scholiastes. Raro enim postea ei ludet hora, vult dicere, raro felix est in altero matrimonio. Quin multa ei incommoda inde accidunt. Idem annotat esse quatuor hominum genera, quæ non veniant in iudicium, videlicet, extreme pauperes: colli doloribus vexatos, magistratum gerentes, eosque qui vxorem malam non eijciunt, siue perseuerantes in malo coniugio. Qui enim in aduerso coniugio permanent, non solum non vituperādi sunt, nec puniendi; sed potius laudandi, & remunerandi, quia præmio patientiæ digni efficiuntur. Ideo *non proiicias illam.*

Diuortium leui ex causa non faciendum.

Eccli. 25. 36

Vxor siue bona siue mala retinenda.

Nota & illustratio secunda.

162. Et *odibili non credas te*, id est, *non tradas te ipsum* vel *ne te permittas odiosæ.* Pro *odibili* est in Græco μισου μένη à verbo μίσοι, quod est odium, auersatio, & cum penultimam habet breuem, & acuitur, significat scelus, & impuritatem. Itaque odiosa, vel odibilis mulier est, quæ est inuisa, & propter mores, vel impuritatē odio est, aut odio digna. Talis, inquit, non est ducenda, vel si duxisti, non est ei nimium fidendum. Odiosa, vel odibilis potest sumi actiue vel passiue. actiue, vt ipsa propter conditionem, aut prauos mores odium generet in corde mariti passiue vt ipsa, licet non mala odio afficiatur à viro, qui iam illam stomachetur, & moleste ferat eius ineptias. Nos dicimus: *estar a vista de vna cosa, o auerle ya dado en rostro.* Huic, inquam, vtroq; modo *odibili, non credas te*, id est, arcana cordis tui ne ei committas, quia facile illa effutiet, & tu pudore correptus te abdere cogeris.

Odibilis mulier qualis.

Hoc illustratur ex eo Mich. 7. 5. *Ab ea, quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui.* q. d. Nolite vxoribus ipsis, quibus maxima debet inesse fidelitas, quasquæ fouetis in sinu molliter aperire mentis arcana, aut oris, quod obseratum esse oportet, Claustra reuelare. Elegāter noster Sanchez super hunc locum inquit, Non enim dicit custodiendam simpliciter ab vxore linguam, sed oris claustra. Vsque adeo enim periculosum est vxori cordis impertiri secreta, vt non illa solum ab ore, & lingua, sed ab illorum claustris arceri debeat, id est, ab obserato ore, & à frænata lingua. Quemadmodum si quis potentissimum aut calidissimum hostem esse putet, non tantum illi non credit apertam arcem, sed neque tutam esse putat, etiam si firmissimis sit obserata claustris. Si igitur vxori fideli & prudenti non sunt aliquando reseranda cordis & oris claustra, quanto minus vxori *odibili* & inuitæ, quæ facile euomit. quæ in cordis stomacho proiecta sunt?

Mich. 7. 5. *Arcana non aperienda vxoribus.*

Sanchez.

Odili vxori minime aperienda arcana cordis.

163. Exemplum nobis proponitur Iud. 16. 17. ad hanc veritatem cōfirmandam accommodatum in Samsone, qui *aperuit veritatem*, quam Dalila exquisierat ab eo, scilicet fortitudinem in capillis habere, ex qua detextione claustri cordis processit Samsonis tribulatio, nam à Philistæis victus, *& comprehensus est*, & ipsi *eruerunt oculos eius & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt*, &c. Hæc tanta tribulatio processit ex secreti communicatione, vt dixit Dalila Philisthis. *Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum*, nos diceremus. *Ha me descubierto todo suceraçon appecho.* arcana cordis sui mihi manifestauit, & communicauit. Si ergo secretum non detegeret, tam infaustum & aduersum casum & exitum Samson non pateretur. Erat enim Dalila odibilis & exosa mulier similis vasi confracto, quod aquam quam in se recipit facile effundit. Quare *non credas te*, id est, *note fies della.* vel *ne dedas*; aut *tradas te ipsum*, hoc est, cor tuum, vel animam tuam ne communices illi, aut arcana cordis tui ne detegas, vel nudes, &c.

Iudit. 16. 17. *Samsonis tribulatio processit ex communicatione secreti sui.*

Dalila odibilis, & exosa mulier.

Tandem Palatius explicat de cōcubina, quam hoc loco vocat, inquit, Odibilem, quia digna est, quam omnes odiant, vt quæ causa est dissidij inter legitime cōjugatos. tum odibilis est vt obquam vxor bona tam indigna patitur à viro. Ergo inquit, caue ne probam vxorem repudies, & caue credas te tuæ concubinę. Concubinæ enim auerte-

Concubina vocatur odibilis. Palacius.

auerterunt cor Salomonis, & ex infideli infidelem
3.Reg.11.2. reddiderũt 3.Reg.11. v.2.& Dauid propter concubinam interfecit Vriam, vt dicitur 2.Reg.11. quæ expositio non aliena est ab hac sentẽtia, sed prior Germanior. Vide D.Chrysost.in concubinatos inuehentem. D.Chrys.

VERS. XXIX.

In toto corde tuo honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.

Sensus.

In toto corde, &c. q.d. Primum parentum beneficium, quod ij nobis contulere, vix possumus persoluere, id est, non valemus nostris officijs eorum beneficijs respondere. Nam si per naturalem generationem naturam nobis, quam habemus indiderunt, quid mirum quin eos venerãdo præstitum nobis beneficium compensemus. quare filij in toto corde tuo patrem tuum obseruare, & ipsi honorem tribuere, & deferre cura. & gemitus matris ex doloribus partus & educationis procedentes, ne obliuiscaris, sed eos memoria retine, vt honore illam semper afficias, & caueas ne qua re à te offendatur, sicque gemitus augeantur, & nouos prioribus adijcias, &c.

Illustratio.

164. *In toto corde tuo honora patrem tuum.* De honorandis parentibus diximus supra. c.3. vers.3. & 6.& 7.& 16. vide quæ ibi congessimus. Solum addendum patrem hic honorari præcepisse Siracidem, vt auctorem præcipuum naturalis generationis, cuius beneficium illum honorando, & magnificando compensare debemus. *In toto corde*, indicat ardenti amore nos patrem honorare debere, quia genuit nos, & naturam, qua viuimus, mouemur & sumus, indidit nobis. &c. Tygur. vertit: *Animo toto magnifices*, ita pater honorandus est, vt eius opera magnificentur à filio, & cum ipse filius loquatur de patre, ita magnifice illum honoret, vt filialis amor latere non possit, sed in toto corde magnificet eum, &c. exemplum nobis præbuit D. Greg. Naz. qui optime hoc impleuit præceptum.

In toto corde pater Lonorandus.

D.Gregor. Nazianz.

Et gemitus matris tuæ ne obliviscaris. Palacius licet communem explicationem sequatur, sed additq; sed fortasse melius intelligitur degemitibus, quos bona mater edere coram Deo debet, vt filius dignus Deo sit. quorum exemplum pia Augustini mater Monica fuit. Illis plane gemitibus multum Augustinus debuit. Sed loqui Siracidem de gemitibus ex doloribus partus procedentibus probat lectio Complutensium scil. *Et matris doloũ partus ne obliuiscaris*, & Clarius Drus. *& dolorum matris, quos in pariendo pertulit, ne obliuiscare*, q.d. vt matrem honores sicut & patrem, in memoriam reuoca gemitus, & dolores, quos in partu pertulit, tales enim sunt vt vix compensari possint. ergo cum te videris indignatione commotum aduersus matrem tuam, recordare superioris beneficij, quod in te mater contulit, te in lucem edendo: repete memoriam gemitum & dolorum, quos in te enitendo pertulit: sic enim contineberis, & mitigaberis, & ad illam honorandam haud dubium prouocaberis.

Gemitus matris a filijs non obliuiscendi, vt eam melius honorent.

Palacius.

165. Hoc ipsum consilium præbuit filio suo Tobias, cum ei dixit cap.4.4. *Et honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: memor enim esse debes quæ & quãta pericula passa sit propter te in vtero suo.* Arabs: *& adhere genitrici tuæ*, illi nimirum semper debitum honorem soluendo, & ea illi administrando quæ opus habuerit. etenim honoris nomine hic illum intelligit, quem quisque subditus suo debet superiori, ita vt idẽ sit ac dicere, solue quod debes matri tuæ, nam officijs eius respondere debemus. & quia ad hæc officia præstanda erga parentes non modice iuuat cõsideratio eorum, quæ ipsi parentes in liberorum educatione patiuntur, idcirco ait: *Memor*, &c. Hoc est diligenti consideratione perpendere debes, quæ & quanta pericula passa sit, quãta scilicet cura te aluerit, & sustentauerit, quantaque diligentia sibi caueerit, vt te incolumem in lucem emitteret. Magni etenim matrum, quæ nos genuerunt, & diuturni esse solent dolores, fastidia etiam multa: honor ergo & amor ijs merito debetur. Sic dixit Arist.lib.8.Ethic.cap.7.& 11.& lib.4.cap.7. *Matres filios magis amant, generatio namque laboriosior est.* quare Euripides eleganter dixit:

Magni sunt dolores, & fastidia multa.

Aristot.

Euripides.

Quisquis parentes hic piè viuens colit,
Hunc viuentemque mortuumq; amat Deus.
Non liberis est pulchrius munus aliud
Quam liberos dici parentis optimi,
Parentibusque dignum honorem reddere.

166. Itaque considera quantis cum doloribus & gemitibus te in lucem mater emiserit, quantas item curas ac molestias diu noctuque tua causa susceperit quibus te sumptibus & laboribus ad annos pubertatis perduxerit, vt debitum honorem præbeas. Magnam vim habere videtur honor gemituum & dolorum quos perpessa mater est, recordatio, vt caueat filius ne ab eo mater offendatur sed honoretur, &c. Confirmat hoc D.Ambros. tom.3. in Euang. Luc. ad fin. cap.2. *Tu* (inquit) *matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui miserè in ipsis votorum fructibus maius periculum est: & cum ediderit quod optauit partu absoluitur, non timore.* Vide D.Hieronymum tom.9. Epist.2. de honore. Parentibus, vbi ait: *Matribus quoque debitam impendite reuerentiam, quæ vobis vteri labore seruientes, pondus vestri corporis tolerant, atque ignotam portantes infantiam, famulatum quendam exhibens nasciturus, &c.* Filius causa est matris doloribus. Hac igitur recordatione gestationis in vtero invictissima mater Machabeorum excitauit sextum filium ad martyrium perferẽdum: aiebat enim 2.Matth.7.27. *Fili mi, miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lactriennio dedi & alui, & in ætatem iustam perduxi, &c.*

Considerationē dolorum matrū filij eas honorare debent.

D.Ambros.

D Hieron. *Videquæ mater Machabæorum fecerit, ne filium minimum consortaret.*

Itaque ait Siracides: *Et gemitus*, &c. Sed quare gemitus dicit, & non dolores partus? Respondeo, gemitus esse dolorum indices; dolores enim per gemitus & lacrymas manifestantur, & non per se, quia in carne occultantur: ideoque gemitus & non dolores in memoriam adducit. Porro gemitus proponit, vt iram & indignationem filiorum extinguat. Sicut enim aqua extinguitur ignis, sic ignis furoris & iræ aqua lacrymarum & gemituum restinguitur. Et cum filius iratus est, & ad rixam concitus, maternorum gemituũ recordatione placatur, & mitigatur, &c.

Gemitus sunt doloris indices.

VERS.

VERS. XXX.

Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis quomodo & illi tibi.

Sensus.

167. *Filius gratus esse debet parentibus.*

Memento, &c. q.d. In omni occasione honora parentes tuos, non solum verbis, sed & opere, in memoriam repetẽs beneficij generationis, si ipsi enim vitam, & naturam tibi non indidissent per generationem naturalem (quia etsi à Deo recepisti quod habes, sed per eorum ministerium & operam) vitam & naturam non haberes. quare non paruam gratiam eis referre debes, sed summam quemadmodum summam accepisti, &c.

Magnam vim habet recordatio ad generationis par pari referendum.

D. Ambros.

Illustratio prima.

Quid generatio & natiuitas?

Memento quoniam, &c. Drus. vtitur verbo *gignendi. Memento quod per eos genitus fis.* & licet generatio & natiuitas interse differre videantur. Generatio enim, vt Speusipus docet, est motus ad essentiam, conceptio essentiæ, processus in esse, natiuitas autem est ortus ex vtero materno; nihilominus in idem aliquando recidunt. Memento te natum esse, idem est ac generatum esse. In memoriam reuocat hoc generationis beneficium, vt filius animad vertat se hoc beneficio deuinctum, & obstrictum esse, ad illud suo tempore rependendum. Certum est enim nos, medijs parentibus genitos & natos fuisse, & nisi ipsi interuenirent, nati non essemus. Sic namque statuit Deus, cum masculum & fœminam creauit in mundi primordio, vt ex ipsis nasceremur, & generationis reciperemus beneficium, quod deinde rependeremus parẽtibus seruiendo & obtemperando, & illos honorando verbis & opere, id est, sustentatione, & reuerentia, &c. Hoc beneficium cõmemorauit mater filiorum Machabeorum. 2. Mach. 7. 22. licet corporum formationem Deo tribuat: *Nescio* (inquit) *qualiter in vtero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donaui vobis & vitam & singulorum membra non ego ipsa compegi, sed enim mundi creator*, &c. Jdeo dicebat Cicero post reditum ad senatum: *Parentes charissimos habere debemus; quod ab his vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est.*

Magnum generationis beneficium.

1.Mac.7.22

Cicero.

168. *Quare filius parentibus tam multa debeat.*

Quare Salomõ aiebat Prou. 23. v. 22. *Audi patrem tuum, qui genuit te, & ne contemnas cum senuerit mater tua.* Ratio quare debet filius parentibus obedire, & obseruare eos, est, quia genuit eum, & hæc ratio tantopere filios parentibus obstringit, vt non obtemperare stultissimum iudicetur. Obedientiæ enim debitum ex generatione fluit, quia parentes omnem nostram actionem suam vendicant. Sic dicit Hierocles apud Stobæum serm. 77. *quemadmodũ Phidiæ, aut aliorum artificum opera, & si ipsa rursus alia quæpiam facerent, ea quoque non dubitaremus opera nominare artificem: eodem modo actiones etiam nostræ parentum nostrorum opera esse dicuntur, per quos, vt ageremus nati sumus.* Si ergo nostræ actiones atque opera ex generationis debito patrum propriæ sunt, illis certe subesse, & ipsorum imperio regi, & impelli debent. Magnam vim habet ea recordatio generationis ad par pari referendum, non enim haberemus vitam, & esse naturale, si parentes illud nobis non indidissent. Ideo dicebat D. Ambros. citatus à Josepho Sangio: *Primus gradus pietatis est iste vt quos auctores tibi voluit esse Deus, honores obsequijs, abstineas contumelijs, nec vultu lædenda est pietas parentum.* Pende illud *auctores tibi*, &c. id est, voluit Deus vt medijs parentibus vita tibi & natura tribueretur, quos auctores vocat naturalis generationis, & sicut auctoribus reddenda est obsequij compensatio, vt dicemus. Confirmat hoc D. Hieronymus tomo 9. Epist. 2. de honor. parent. *Præbeatur* (inquit) *patribus missa formido, qui primi nobis sunt causa nascendi.*

Stobæus Hierocles.

D Hieron.

Secunda illustratio

169. *Compensatio beneficij generationis naturalis est.*

Et retribue illis, sicut & illi tibi. Lege quæ congessimus cap.3.v.7.8. & 9. quibus hoc hemistichium illustratur. Addo hanc retributionem, vel compensationem beneficij generationis naturalem esse, & debitã filijs tanquam parentum beneficiorum debitoribus eleganter D. Ambros. Ambros. tom.3.in cap.2.Luc. fine postquam dixit: *Quod anxios patres loquar pro filiorum profectu, & multiplicatos alienis vsibus census, iactaque semina posterorum ætatibus profutura.* adjicit: *Nonne pro his obsequia saltem oportet rependi?* Confirmat hoc Plautus aiens:

D. Ambros.

Plautus.

Feceris par tuis cæteris factis patrem
Tuum si percoles per pietatem.

Complutenses legunt: *Et quid retribuet eis sicut ipsi tibi.* quo significatur parem gratiã à filiis non posse parentibus rependi, vt numquam se satisfacere posse existiment à quibus habent, quod quidquam possint. Secundũ id Arist. lib.8.Ethic. cap.13. *Neque enim in omnibus est, vt in honoribus erga Deos aut parentes, nemo enim vmquam dignum reddere potest.* Et statim subdit: *Debentem enim reddere oportet. At quidquid egerit, nihil vmquam, iis dignum fecerit, quæ à patre suscepit.* Melius D. Hieronym. citato loco: *Reddatur* (inquit) *naturis debitum: exolue filij quod debes, & officia debita qualicumque exhibe famulatu: quia parentibus nemo potest reddere quod debetur.* Et paulo post: *Redde amoris vicem colendæ pietatis. Facta parentum tuis cunabulis commoda officijs propijs exolue.* Ergo par pari referendum, à parentibus accepimus naturam, quam habemus, & nos referre debemus non solum obseruatiam & obsequium, sed sustentationem, & honorem verbis & opere. ipsi genuerunt nos, aluerunt, & instituerunt, & nos hæc beneficia compensare debiris obsequiis debemus, &c.

Filijs parentibus non posse rependi.

Aristoteles.

D.Hieron.

Reddere debemus amoris vicem colendæ pietatis.

VERS. XXXI.

In tota anima tua time Dominum & sacerdotes illius sanctifica.

Sensus

Sensus.

170. *In tota anima Deo reuerentia exhibenda.*

IN *tota anima tua*, &c. q.d. iam tibi præcepta tradidi ad pietatem expectantia, nunc ad religionem, & in primis circa Deum, deinde circa eius ministros alia præbeo. In tota anima tua omnipotenti Deo reuerentiam & venerationem exhibe, time illum in omnibus operibus tuis, dignus est enim omni reuerentia, & veneratione. Insuper & ministros eius admirare. Sicut enim Deus est ob excellẽtiam suam venerandus, & colendus, ita & sacerdotes illius propter eorum officium, & ministerium suspicere, & venerationem habere debes & vt sanctos reuereri, &c.

Notæ.

PRo *time* est in Græco Εὐλαβȣ̃, idest cole, vel reuerere. Nam verbum Εὐλαβὴς, est religiosus, verecundus, cautus, prensu facilis, & qui bene res capessit, id est, circumspecte. quoniam autem qui bene res capessunt & circumspecte, solent etiam timide id facere, ideo dicitur de eo, qui timide ad agendam rem aliquam accedit. Apud Ecclesiasticos scriptores idem est ἐυλαβὴς, quod religiosus, vel pius, intelligendo de pietate erga Deum, vt Luc. 2. 25. dicitur de Simeone: *Iustus & timoratus* (ευλαβὴς religiosus, vel pie consideratus) Hinc verbum. ἐυλαβέομαι, id est, Vito, caueo, vereor, solicitus sum, obseruo, veneror, religio mihi est, vel religiosum habeo, &c. Plato. ἐυλαβεῖσθαι θεὸν, Deum reuereri. Itaque verbum *timere*, quod vulgatus transtulit, non tam proprie significat timorem habere, quam reuerentiam, venerationem, & cultum. qui enim religionem habet apud Deum, illum adorat, colit, veneratur, reueretur, honorem & gloriam tribuendo.

Verbum timere pro reuerentiam habere.

Rursum, pro *Sanctifica* est θαυμάζε, ideo vertitur, mirare, suspice, admirare. Nam verbum originale θαυμάζω significat mirari, admirari, suspicere, vel cultu, aut obseruantia prosequi. tandem est, sic admiror, vt simul in pretio habeam, in admiratione simul & pretio habeo, quod idem est, ac magni facio. quæ omnia comprehendit verbum *Sanctifica*.

Sanctificare quid.

Prima illustratio.

171. *Raban. Timor Dei pro adoratione, & cultu.*

IN *tota anima tua time Dominum*. id est, cole, & reuerere Deum. q.d. *Reuerencia y honora a Dios muy decoraçon*. Rabanus explicat: *Timorem ergo atque amorem Dei in honorificentia ministrorum probare debemus. quia ipse dixit in Euangelio: Qui vos honorat me honorat*, &c. Matth. 10. Multa de timore Domini cap. 1. congessimus. In præsentiarum timor Dei significat adorationem & cultum, vt dicitur Deut. 6. 13. *Dominum Deum timebis, & illi soli seruies.* Hic timere Deum, idem est, ac colere & reuereri. quoniam autem Deo religiosa veneratio, & cultus duo affert, & internam numinis reuerentiam, & externum cultum, cæremoniarumque piarum obseruationem: vtrumque timore Domini significatur. primum psal. 1. v. 11. *Seruite Domino in timore.* Vbi Dauid loquitur cum regibus & iudicibus, ad quos dirigit consilium. q.d. illam supremam maiestatem Dei colite, & veneramini, eius diuinum numen timete exhibendo ei reuerentiam, & venerationem debitam sicut regi sæculorum immortali & inuisibili, cui debetur honor & gloria per æterna sæcula.

Deut. 6. 13. *Psal. 1. v. 11.*

Secundum probatur ex eo psal. 5. 8. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo*. hoc est, cum reuerentia & religione quadam nominis eius sancte, pie, religiose. quamuis nonnulli sic dictum putent, *in timore tuo*. q.d. Munera quidem, & oblationes non habeo, sed in timore tuo adorabo timorem tuum tãquam munus eximium offeram, vt alij videntes, & intelligentes timeãt, & ad te venerandum adducantur vel, *adorabo*, iuxta ritum ceremoniarum, & præscriptum legis obseruandæ, iis, qui templum adeunt te adoraturi. Sed quare verbum *adorandi* (quod significat interiorem deuotionem mentis, & exteriorem adorationem corporis, seu vt Abulens. in cap. 12. exodi, inquit; Adoratio autem secundum se est quidam cultus, quem anima deuota Deo exhibet in se ipsa per fidem & charitatem) iungit cum timore Domini? numquid qui adorat timet, aut qui timet adorat? Respõdeo adiunctum esse adorationi timorem Domini; vt ostendatur debere illum, qui diuinum numen adorat, illud timere, & colere summa reuerentia. non solum externa corporis, sed interna mentis veneratione. Et vt in lege veteri omnem cultum, & legis vniuersæ obseruationem timor significaret, & comprehenderet, illa ratio est, quod tunc timore peragebantur omnia; & velut serui colebant Deum pœnæ potius & vindictæ declinãdæ gratia, quam amore numinis: timebant nimirum sibi, nisi timerent punientem Deum, legemque minitãtem. Sed iam in lege gratiæ hic timor Dei generat amorem & charitatem. postulatque debitam tanto numini reuerentiam, cultũm & venerationem. quare præcipit Ecclesiasticus: *In tota anima time Deum*, id est, cole, & reuerere illum debita adoratione, scilicet externa reuerentia, & interna mentis veneratione. quia dignus est dominus, ut omnia nostra studia eius laudi, honori, gloriæque dicemus, & in eius maiestatem, & magnitudinem celebrandam incumbamus.

Psal. 5. v. 8. *Adoramus Deus cum reuerentia & religione.* *Abulensis.* *Quare adoratio iungitur cũ timore Domini.* *In lege gratiæ timor Dei generat amorem.*

Illustratio secunda.

172. ET *Sacerdotes eius sanctifica*. Hic non sumit Sirach verbum *sanctificare*, pro sanctum facere, aut gratiam conferre; sed proprie pro suspicere, & in pretio & veneratione habere, & pro admirari & magnificare. q.d. *Sacerdotes*, qui sunt Dei ministri *sanctifica*, id est, in magna veneratione habe, & munus eorum magnifica, & mirare, & suspice, id est, venerare; *Tenles acatamiento como a ministros de Dios*. Quis sacerdotale ministerium contemplatur, & non rapitur in admirationem, & stupet, simulque in pretio habet, & magni facit munus eius.

Sacerdotes in veneratione habendi.

Si loquatur Sirach de antiquis sacerdotibus, non solum qui extiterunt in lege scripta, sed in lege naturæ, licet in summa veneratione haberentur, sed respectu sacerdotum, qui in lege gratiæ eliguntur, non magnificati sunt. Si de sacerdotibus legis naturalis mentionem facimus repetere debemus quæ ex Abulense colligit noster disertissimus Jacobus Salianus in suis Annal. Ecclesiast. tom. 1. anno mundi 2223. ante Christum 1835. Octo, inquit, collegit Abulensis hoc loco .i. quod primogeniti erant Sacerdotes, ideoque tribus Leuitica sacerdotalis facta est (Num. 3. 12. 13.) loco primogenitorum omnium, qui Deo dicati erant. Non soli tamen primogeniti erant sacerdotes: nam Abel & Abraham sacrificasse constat, nec tamen fuisse primogenitos. 2. quod primogenitus reliquos antecedebat in mensa, & latius accipiebatur, vt colligitur ex Gen. 43. fine. & reliqua, quę apud primogenitos pertinebant.

Sacerdotes legis naturæ & scriptæ venerati. *Salianus.* *Sacerdotes erant primogeniti.*

Sacerdotium adhuc inter gentiles ordo dignitatis. Abulens.

Adhuc inter gentiles sacerdotium erat ordo dignitatis, vt probat Abulens. super cap. 47. Gen. cum agit de Putiphar sacerdote Heliopoleos, qui erat de honoratissimis viris totius Ægypti. Porro cum dixisset Moyses totam terram Ægypti industria Josephi fuisse acquisitam Pharaoni, excipit illico terram sacerdotum: *quæ à rege tradita fuerat eis*. Gen. 47. v. 22. causam autem propter quam coacti non fuerint sacerdotes vendere terram suam regi, sicut cæteri expressit ibi Moyses, ait enim: *Quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas*. Egregia vtique vehementique laudabili liberalitate, atque in Deum pietate, si verum ei colere contigisset, cuius ministros à communi calamitate exemptos esse volebat, suumque existimabat illis prębere temporalia, à quibus spiritualia recipiebat, & publice alere publico Dei famulatui destinatos: *dignus est enim operarius mercede sua*. Luc. 10. v. 7. vt versu sequenti dicemus.

Gen. 47. v. 22. *Terra sacerdotalis excepta à venditione tempore Ioseph.* *Luc 10. v. 7*

173. *Quam suprema sit dignitas sacerdotalis. Alexander.*

Videamus etiam quam suprema dignitas sit sacerdotalis, & quam digna veneratione. Alexand. ab Alex. lib. 2. genial. dier. cap. 8. inter alia inquit: *Sed Cybelis sacerdos varijs coloribus fucatus, & faciem pigmento delitus, oculoque obunctus cum mitella, & crocato, lineo calceamento ante simulacrum Deæ incedebat, cui erat proprium, cum tinnitu Cymbalorum, & sonitu tympanorum sacrum facere. Albanis ceremoniarum antistes ea fulgebat dignitate, vt post regem haberetur secundus. In Aritia Artemisiæ Dianæ sacerdos rex vocatur. Idem in Cappadocia Bellonæ fanum obtinuit: Et in Camanis Ponticis tantæ dignationis erat, vt annis singulis bis diadema gestaret. In zela quoque tanti imperij fuit, vt suprema fulgeret dignitate*. Multa alia possemus congerere ad huius dignitatis honorem confirmandum, sed hęc modo sufficiant.

Dignitas Pontificia qualis in lege veteri. Abulensis. Iosephus.

De dignitate Pontificia & sacerdotali in veteri lege scripta, multa lege in Abulense, quia multa sparsim in suis commentarijs inuenies, quibus honorem debitum sacerdotibus confirmabis. Sufficiat illustre testimonium Iosephi lib. 11. Antiq. cap. 9. & lib. 20. cap. 8. quod his verbis repetit Alexander lib. 2. Genes. dier. cap. 8. *Apud Hebræos*, inquit, *Pontifex festis diebus mitram gestat, cum nebride auro distincta, aut tunicam talarem, & Cothurnos cum tintinabulis. Quem maiestate decorum tanti Alexander fecit, vt venerabundus venienti occurreret, & velut sanctissimum numen adoraret*. Cæterique sacerdotes veteris legis veneratione digni erant, quia Deo sacri, & sanctificati sacrificia offerebant. Sed quid hæc omnia cum nostris sacerdotibus, qui suprema dignitate sunt decori.

Illustratio tertia.

174. *Sacerdotes nouæ legis maiori digni veneratione, quã veteris.*

ET *sacerdotes eius sanctifica*. Ergo Ecclesiasticus respiciens munus sacerdotale, quod Christus Dominus in lege nostra Euangelica ad gloriam Dei omnipotentis instituit, monet vt nostri veri sacerdotes debita veneratione colantur. dignitas enim eorum superat dignitatem Moysis, & Aaron, qui potestatem clauium ligandi atque soluendi non habebant. & in hoc (inquit Abulens. supra cap. 18. Exod. q. 11.) excedunt sacerdotes nostri temporis sacerdotes legis veteris, & prophetas: quilibet namque sacerdos simplex huius temporis perfectioris status est, quantum ad hoc, quam Moyses, qui erat eximius & maximus prophetarum, vt patet Deut. 34. & quam Aaron, qui erat summus sacerdos, &c. Et insuper sicut nostrum excedit sacrificium omnia veteris legis sacrificia, quæ figuræ erant incruenti altaris sacrificij, in quo verus pontifex Christus Deus & homo immolatur, & Deo omnipotenti offertur: sic ministri huius venerandi sacrificij omnes veteres sacerdotes superant, & excellunt, vide differentiam vtriusque sacerdotij in D. Chrysost. tom. 4. hom. 13. in cap. 7. Epist. ad Hebræos.

Abulens. *Sacrificium nouæ legis excellentius omnibus veteris legis.* *D. Chrysost.*

Ergo si veteris legis ministri sacerdotes, digni veneratione & reuerentia dicebantur; nec non in Dei optimi maximi obsequium erant addicti, quanto magis nostri sacerdotes sanctificandi sunt, id est, magnificandi, & colendi propter eorum maximam dignitatem, quam celebrans diuinis verbis S. Ephræm. Syrus lib. de sacerdotio initio operum, sic incipit prorumpens: *O miraculum stupendum; O potestas ineffabilis, & tremendum sacerdotis mysterium spiritale, ac sanctum, venerandum & irreprehensibile, quod Christus in hunc mundum veniens, etiam indignis impertitus est. genu posito lacrymis atque suspirijs oro, vt hunc sacerdotij thesaurum inspiciamus, thesaurum inquam his, qui eum digne & sancte custodiunt. Scutum siquidem est refulgens & incomparabile, turris firma, murus indiuisibilis, fundamentum solidum ac stabile, à terra ad axem vsque cæli pertingens: quid dico fratres excelsos illos axes contingi, imo in ipsos cælos cælorum sine impedimento atque labore ascendit, & in medio Angelorum, simul cum spiritibus incorporeis facile versatur. Quid dico in medio supernarum virtutum, quin & cum ipso Angelorum Domino atque creatore, datoreque luminum familiariter agit, & quantum vult confestim, quæ postulat facile, & suo iure quodammodo impetrat*, &c. Postquam autem hanc sacerdotalem dignitatem numquam integre commendatam egregijs & magnificis laudibus extollit, procedit Ephræm. ad ministrorum honorem, subijciens: *Cuncti ergo honoremus, cuncti hac venerandi sacerdotij sublimitate decoratos, prædicemus beatos, certo scientes, quod si quis amicum regis amet, hunc ipsum multo amplius à rege amatur. Quod si de illo, qui sacerdos est ignoras dignus ne, an indignus sit tanta sublimitate: tu ob præceptum ipsius Christi non despexeris*, &c. Vide D. Chrysostom. multis in locis hanc regiam sacerdotum dignitatem extollentem præcipue tom. 1. in Psal. 137. vbi ait: *Quid hoc sibi oculos in conspectu Angelorum psalam tibi: Quod quidem alius dixit: Libere, Deus, canam te. Alius: coram dijs modulabor tibi. Si ergo dicat Angelos, qui sunt in cælis, est id quod dicitur eiusmodi. conabor canere cum Angelis, & cum eis contendere, & choreas ducere cum supernis potestatibus. Etsi enim natura differam, animi tamen promptitudine, vt cum eis stare possim decertabo. Sin autem accipiamus quod dictum est ex aliorum interpretatione, videtur mihi dicere de sacerdotibus, id quod de dijs dicitur. Solet enim Scriptura sacerdotem vocare & Angelum & Deum*, &c.

Nostri sacerdotes pluris habendi sunt, quam veteres. *D. Ephræm* *Sacerdotium nostrum quale.* *Sacerdotes nostri qualiter venerandi.* *D. Ephræm* *D. Chrysost.* *D. Chrysost. sacerdotes comparat Angelis.*

Quis igitur non affirmabit dignos esse sacer- 175.
dotes nouæ legis summa reuerentia & veneratione,

tione? dij enim sunt, Christi sunt, Angeli sunt, qui gratia apud Deum præstant. Lege quæ ipse Chrysostom. tom. 1. Scribit explicans visionem cap. 6. Isai. hom. 5. cum dignitatem sacerdotalem comparauerit cum regia, & discrimen inter vtrumque proposuerit, subdit: *Quamquam enim nobis admirandus videtur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum, quo obcinctus est, tamen rerum terrenarum admirationem fortitus est, nec vltra potestatem hanc præterea quidquam habet auctoritatis. Verum sacerdoti thronus in cœlis collocatus est, & de cœlestibus negotijs pronunciandi habet auctoritatem. Quis hæc dicet? ipse cœlorum rex: Quæcumque ligaueris, &c. Quid cum hoc honore conferre possit, &c.* Vide etiam tom. 1. hom. 65. in Genesim.

Sacerdotes noua legis Angeli sunt, Christi sunt, dij sunt. D. Chrysost

Vis tandem videre quantus honor & reuerentia nouæ legis sacerdotibus debeatur? Postquam Angelus, qui loquebatur cum Joanne Apost. Apocal. 19. multa communicasset, & reuelasset, ita se ibi venerandum ostentauit, vt Joannes summam reuerentiam exhibuerit. *Et cecidi* (inquit Euangelista cap. 19. v. 10.) *ante pedes eius, vt adorarem eum, & dicit mihi. vide ne feceris, conseruus tuus sum, &c.* Quare ergo Angelus adorari passus non est? nónne dignus erat tantus ac talis princeps curiæ cælestis humana adoratione & reuerentia propter Angelicam dignitatem, & spiritualem naturam, quæ humanam naturam longe superat? ita sane. Cur ergo non permisit adorari à Joanne, cum in veteri lege hanc adorandi facultatem hominibus concessam fuisse certum sit, vt videtur Josue 5. vers. 15. *Cecidit Iosue pronus in terram & adorans*, &c. Respondeo veram esse rationem, quam affert noster Alcazar quæ est, Joannem repulsum ab Angelo ex quadam illius vrbanitate, & reuerentia: *Et cecidi*, &c. perinde valere, ac si diceret, se in genua prouolutum, simulque ab eis manus osculandas postulasse. Sed existimo Angelum eam adorationem, & venerationem grauiter refugisse ratione sacerdotij. Cum enim Joannes sacerdos & pontifex esset legis Euangelicæ, potestatem habens duplicem altissimam, videlicet remittendi peccata, & consecrandi corpus Christi: quam ob causam omnibus Angelis etiam

Quantus honor sacerdotibus debeatur. Apoc. 19. v. 20.

Iosue 5. v. 15.

Quare Angelus noluit adorari à Ioanne Apostolo. Alcazar.

supremis longe præstabat: merito iste Angelus eum sibi ad pedes accedentem ferre non potuit, eo potissimum; quod etiam *sacerdos Angelus* appellatur Malach. 2. vers. 7. quare merito non est passus Angelus se à Joanne vtpote legis gratiæ sacerdote adorari, quia eum tamquam alterum Angelum multo se nobiliorem esse propter munus sacerdotale intellexit. Sic vere noster Viegas super hunc locum: Ergo si Angelus demonstrauit tanto honore & veneratione sacerdotem dignum esse, vt Angeli eum obseruare debeant. Quid mirum dicat Ecclesiasticus: *Et sacerdotes eius sanctifica*, id est, honora, &c.

Malach 2. v. 7.

Viegas.

176. *Testimonium D. Martialis de honoribus sacerdotibus.*

Confirmat hoc D. Martial. Apost. Epist. 1. cap. 3. tom. 1. Bibl. nouæ aiens: *Honorabatis sacerdotes, qui decipiebant vos sacrificijs suis, qui mutis & surdis statuis offerebant, quæ nec se, nec vos iuuare poterant: nunc autem multo magis sacerdotes Dei omnipotentis, qui vitam vobis tribuunt in calice & vino pane honorare debetis*, & D. Antiochus hom. 124. cuius titulus est: *Sacerdotes venerationi atque honori habendos.* inter alia inquit: *Nec secus diaconos reuerenter obseruent omnes atque Christum Iesum, & Episcopum quasi patrem, presbyteros vt Dei concilium, & quasi vinculum Apostolicæ charitatis.* Itaque sacerdotalis dignitas in summa veneratione habenda est, vt luculenter inter alios demonstrat noster Hispanus Joan. de Torres lib. 2. cap. 7.

D. Antioch.

Dignitas sacerdotalis in summa veneratione habenda.

Joan de Torres.

Quare Sirach. sacerdotum dignitatem præcipit *sanctificare*, id est, in honore habere, vel *admirari*, aut *suspicere*, sicut enim Deus ob excellentiam suam venerandus; ita & sacerdotes propter ministerium eius suspiciendi sunt, & in veneratione habendi. illos *sanctifica*, id est, sanctos habe & reputa. Sicut dicitur Matt. 6. v. 9. *Sanctificetur nomen tuum*, id est, sanctum habeatur, & venerandum. Sanctos enim vocat sacerdotes Apostolus 2. Corint. 1. v. 1. *Cum omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia. Hic sancti* [inquit D. Hieronym.] *possunt accipi sacerdotes, qui primò ponuntur inuocantes Dominum.* Et sicut id, quod sanctum habemus, reueremur; & in magno habemus honore. sic cum ait Sirach. *Sanctifica sacerdotes*, vt sanctos haberi præcipit, & honorari ab omnibus, &c.

Matt. 6. v. 9

2. Cor. 1. vers. 1

Sacerdotes vocantur sancti ab apostolo?

D. Hieron.

VERS. XXXII.

In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas.

Sensus.

177. IN *omni virtute*, &c. q.d. Non solum colere, & venerari Deum & sacerdotes eius debes, sed in omni virtute tua, id est, totis viribus tuis conare omnipotentem Deum, qui te ex nihilo plasmauit, amore prosequi: dignus est enim omni dilectione & amore quantumuis sollicitus sit, flagrans & feruidus. Ministrosque eius non derelinquas, sed magna beneuolentia & amore complectere, ita vt de necessarijs omnibus eis prouideas, & subueniias, quia Dei sacerdotes sunt, &c.

Notæ.

PRO *dilige eum, qui te fecit*, est in Græco, ἀγάπησον τὸν ἱήσαντά σε. *dilige factorem tuum.* aliqui pro ἀγάπησον, à verbo ἀγαπάω, quod est diligo, *vt diligas Dominum Deum tuum*, & veneror, vt Josephus lib. 2. Belli Judaici: Ἀγαπῶσι αὐτοὺς δεσπότας, *venerantur suos principes.* nam pleriq; venerantur qui non diligunt. Itē boni consulo, contētus sum, acquiesco alicui rei, & alia aliqui inquā legūt, δοξάσον, id est, honorifica, vel honora; verbū enim δοξάζω est opinor, existimo, sentio de me magnifice, vel celebro, & sumitur pro laudibus cumulare, & gloriosa celebratione colere. q.d. Deum

Iosephus.

Deum thum omni virtute tua dilige, venerare, & senti de ipso magnifice, & gloriosa celebratione cole, & laudibus cumula, pro beneficio creationis, fecit enim & creauit te. Ministros vocat sacris operantes, scilicet Leuitas, vt Deut. 12. v. 19. *Ne derelinquas*, Græcè μὴ ἐγκαταλίπῃς, id est, ne deseras à verbo ἐγκαταλιμπάνω, id est, relinquo, & proprie in discrimine deserere, quare idem est, ne derelinquas, ac ne patiaris egere, vt Psalm. 36. v. 25. dicitur: *Non vidi iustum derelictum*, id est, egentem, & in necessitatem adductum, &c.

Agesilai regis liberalitas.

Psal. 36. v. 25.

Prima illustratio.

178. *Totis viribus Deus diligēdus.*

IN *omni virtute tua dilige eum, qui te fecit.* id est, *omni vi*, vel *totis viribus, dilige creatorem tuum*, vel *factorem tuum.* Lege quæ de amore Dei diximus cap. 2. vers. 10. num. 66. & 68. & 126. & cap. 6. vers. 27. num. 115. Ijs autem, quæ ibi congessimus nonnihil adijciamus ad hoc hemistichium illustrandum. Illud ex *virtute tua* extractum est ex cap. 6. Deut. vers. 5. vbi idem præceptum proponitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Marc. 12. v. 13. Cum hoc præceptum repetitur dicitur, *in tota virtute tua.* Luc. 10. v. 25. *Ex omnibus viribus tuis.* quod idem est, ac *ex tota fortitudine tua.* Nam Græcè est δυνάμει, quod est fortitudo, virtus, vires, robur, respondet enim verbo Hebræo מאד *meod*, id est, nimietate, seu vehementia, id est, pro virili, quantum possibile est tibi. verbum Hebræum, מאד est velle vehementer, vehementissime, summe, vel nimis,

Deut 6. v. 5.

Marc. 12. v. 13.

Luc. 10. v. 25

Psal. 118 v. 8

Psal. 118. v. 8. *Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque.* in Hebræo *vsque valde* Series est, (inquit R. Dauid) præcepta tua custodiam vsque valde, non derelinquas me. Pagnin. custodiam præcepta tua modo, tu non deseras me, vsque valde, vt non valeam illa custodire, *non me derelinquas vehementer.* q. d. voluntas mea, desideriumque meum est, vt custodiam valde præcepta tua toto corde meo, totisque viribus. Tu quoque me non derelinquas R. Himman. Præcepta tua custodiam vsque valde, id est, perfecte secundum vires meas, & tu Deus, qui omnium habes prouidentiam, ne derelinquas me. Significat etiam verbum מאד vires, robur, fortitudinem, abundantiam, vt Deut. 6. vers. 5. diximus, significat insuper, non solum vehementiam, sed nimietatem, vt LXX. transtulere Psal. 118. v. 4. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*, id est, valde, & totis viribus, & fortitudine, & virtute.

Vsque valde præcepta Dei custodiēda, id est perfecte.

Psal. 118. v. 4

179. *Quare Deus diligendus nimis.*

Ergo cum ait Sirach. *In omni virtute tua dilige eum, qui fecit te*, hanc postulauit nimietatem, in omni nimietate tua dilige, quod idem est, ac vehementer & summe, vel valde. Sed quare diligendus est Deus nimis vel cum nimietate? numquid nimietas potest placere Deo, siquidem extremum est recti, & æqui, id est superfluitas nimia, ergo creator amandus est nimis, vel cum nimietate? Respondeo, vt amor, & dilectio nostra eius diuinæ respondeat dilectioni, & congruat. *Deus autem* [dixit Paulus Ephes. 2. v. 4.] *qui dives est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos.* vocat nimiam charitatem, id est, immensam, nimia dicitur respectu hominum miserorum, & indignorum, non respectu Dei. Deum enim, qui est bonitas ipsa increata, decet hæc immensa Dei communicatio, & nimia charitas in homines. Sic Agesilaus rex cum ingens donum cuidam plebeio daret, illeque ex verecundia recusaret, dicens, hoc esse nimis magnum pro se: At inquit rex, non est magnum nimis pro Agesilao. Igitur si nimius est Deus, id est, immensus in dilectione sua erga nos, quare & nos non futuri sumus in eo diligendo nimij, & aliquo modo immensi? ideò ait Sirach: *In omni virtute tua dilige*, id est, in omni nimietate tua, hoc est, pro virili, quantum possibile est tibi. & quamuis in alijs rebus detur nimietas, id est, superfluitas, sed in amore Dei nimietas non est superfluitas, sed debitus amor, quia debet esse maior, & præstans omnibus.

Beneficium creationis nimiam hominis dilectionē postulat.

In amore Dei non datur nimietas.

Hinc est quod dicat Apostolus Rom. 5. v. 8. *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis*, &c. Commendare Deum charitatem suam in nobis, est ostendere, ac manifestare nobis charitatem suam erga nos esse valde admirabilem & commendabilem: quia Christus mortuus est pro ijs, qui adhuc peccatores erant. Si amorem erga nos admirabilem ostentat & vendicat Christus quare & nos non ostentamus nostrum amorem erga Deum? Pende verbum *commendare*, quia aliquando significat deponere apud aliquem aliquam rem, vel eius custodiæ tradere *dar alguna cosa a guardar en confiança.* vt Exod. 22. vers. 7. dicitur: *Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam*, &c. Et 1. Timot. 1. v. 18. ait Paulus: *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee*, &c. Sicut ergo cum quis commendat amico suo domum suam vt eam custodiat, dum aliquo proficiscitur. ita seruat illam, vt nihil desit, sed integram restituat amico. Sic cum Deus nobis commendat amorem suum, vt illum custodiamus, & seruemus integrum debemus illi restituere, id est, Deum integre diligere & redamare, &c. Et vt amor noster eius amori congruat, omnem laborem omnem curam, virtutem, fortitudinem, vires, studia, in amore Dei seruando insumere, & impendere debemus. Hoc est, *in omni virtute.*

Rom. 5 v. 8.

Quid sit Deum commendare charitatem suam.

Exod 22. v. 7.

Verbū commendare pro tradere custodiæ.

1. Timot. 1. v. 18.

In omni virtute Deus diligendus.

Illustratio secunda.

180. *Beneficium creationis nimiam hominis dilectionē postulat.*

Dilige eum, qui te fecit: id est, *creatorem*, vel *factorem tuum.* Quare autem creationis beneficium memorat Ecclesiasticus, cum præcipit Deum amari, *in omni virtute*, vel nimietate? numquid creationis beneficium hanc nimiam hominis dilectionem postulat? cur de illa hic mentionem facit? Respondeo hoc primum beneficium dignum esse immensi amoris, si in hominibus immensus & infinitus posset reperiri. Nam cum Deus hominem ex nihilo formauit, nostro iudicio magno conatu, & studio fecit illum, cætera enim præter hominem quasi sine consultatione & aduocatione creauit: ad formandum vero hominem dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Genes. 1. v. 26. quasi filium & Spiritum sanctum consuluisset, & cum eis consulto de faciendo homine deliberasset. *Tanta dignitas* (inquit D. Ambros. in exham. libello de dignit. conditio hum. cap. 1.) *humanæ conditionis esse cognoscitur, vt non solum iubentis sermone, sicut alia sex dierum opera, sed consilio Sanctæ Trinitatis, & opere maiestatis diuinæ creatus sit homo, vt ex primo conditio-*

Gen. 1. v. 26.

D. Ambros.

Homo creatus est consilio Sanctæ Trinitatis.

nis honore intelligeret quantum deberet suo conditori, dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præstitit ei conditor, vt tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilius se ab eo esse conditum intelligeret.

Similitudo Dei in homine debitum amoris postulat.

181. Ergo optime Ecclesiasticus amoris præcepto, creationis beneficium adiunxit. quia hoc beneficium ardentem hominis amorem promeretur, & quodammodo illum ex iustitia postulat. Hoc enim debitum contraxit ex dignitate, qua homo decoratus est, cum ad imaginem & similitudinem diuinæ Trinitatis creatus est. Sic D. Ambros. in lib. de dign. hom. cap. 2. cum de tribus potentijs mentionem fecerit, subijcit eleganter: *Atque in his tribus*, inquit, *eius imaginem mirabiliter gerit in sua natura noster interior homo, ex quibus quasi excellentioribus animæ dignitatibus iubemur diligere conditorem, vt in quantum intelligitur diligatur, & quantum diligitur semper in memoria habeatur. Nec solus sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore eius voluntas: imo nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis, & diligentis maneat Deus: & sicut non potest esse momentum, quo homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate & misericordia; ita nullum debeat esse momentum, quo præsentem eum non habeat memoria.* Lege integrum caput.

D. Ambros. — *Manere debet Deus in mente diligentis, & intelligentis eum.*

Creatio in Deo, & in homine generat reciprocum amorem. Deut. 32. v. 16.

Porro hanc Deo debet homo, præstare dilectionem, quia in beneficio creationis paternum amorem inclusit. & sicut generatio in patre & filio excitat reciprocum amorem. Ideò cum exprobat Moyses populi Jsraelitici ingratitudinem, inquit, Deut. 32. v. 16. *Hæccine reddis Domino popule stulte & insipiens? numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Vocat eum *stultum*, qui quantum beneficium ab eo accepit non cogitauit, *insipientem*, qui vltorem impietatis suæ eumdem esse non posse putauit, à quo factus est, q. d. popule degener & contemptibilis, numquid ipse non est pater tuus, qui te produxit, & tamquam in nido positum exclusit, & adhuc tenerum seruauit, ac sustulit, & *creauit te*, hoc est, confirmauit, atque ad soliditatem perduxit, & tamquam adhuc rudem effigiauit atque formauit? Itaque cum patrem Deum vocat populi, exprobat Moyses summam erga Deum ingratitudinem. Cum enim Deus paterno affectu amorem illis impenderit, & alimoniam præstiterit, quæ duo sunt patris laudatissimi argumenta, atque adeo oporteret eos tamquam filios amorem amore rependere, & pro liberali educatione gratiam habere, quid actum putas? Auerterunt à Deo cor suum & ad gentium idola conuersi, & collata sibi beneficia sunt obliti, ita se gerētes, ac si nulla Numinis imbutam haberent mentem opinione. efficit Moyses hoc argumentum: Deus fecit te, & creauit te, & patrem erga te se præbuit, ergo eum debes tamquam creatorem, & patrem ardenter diligere. Ergo optime Sirach. debito dilectionis adiunxit beneficium creationis, hominem excitans ad amandum Deum, vt creator & pater est. *In omni*, inquit, *virtute tua dilige eum, qui te fecit*, &c.

Ingratitudo populi Israëlitici erga Deum ostenditur. — *Creatorem debemus ardenter diligere.*

Illustratio tertia.

Ministri Dei adiuuandi, & non deserendi.

182. ET *ministros eius ne derelinquas*, vocat ministros, vt diximus sacris operantes, vt tunc erant Leuitæ, hos enim non *deseras*, id est, ne patiaris egere, illum enim dicimus deserere, quem in periculo pereundi versari relinquimus. Rabanus explicat: *Timorem Dei, & amorem se habere ostendit, qui honorat, & timet ministros eius, vnde qui vos recipit, me recipit, qui autem vos spernit me spernit, dignus est operarius cibo suo: qui enim in sacrario operantur, & de sacrario edunt, qui altario seruiunt de altario participant. Quamuis oblatio parua sit humili mente, & pura deuotione facta, multorum delictorum negligentias purgat, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Rabanum sequuntur Jansenius & Drusius Palacius, & Dionysius. non enim sunt derelinquendi, ita vt de necessarijs omnibus eis prouideatur, & subueniatur. vt in præcedenti versu diximus.

Rabanus. Iansenius. Drusius. Dionys. Palacius.

Hoc illustratur ex eo Deut. 12. v. 19. *Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore, quo versaris in terra.* Dixerat prius debere vnumquemque inuitare Leuitem. *Qui*, inquit, *manet in vrbibus tuis, & lætaberis, & refricieris coram Domino Deo tuo in cunctis, ad quæ extenderis manum tuam*, & statim monet quod dicimus. q. d. inquit Abulens. Si sic feceris ducendo decimas, & primitias, & vota, atque sacrificia spontanea, & cætera coram Domino in locum, quem elegerit, & ibi epulatus fueris cum filio & filia, seruo, & ancilla: & Leuitam ad conuiuium vocaueris, lætaberis, & reficieris in cunctis ad quæ extenderis manum. id est, Deus dabit quod gaudeas, & reficiaris, hoc est, abundes in omnibus rebus, ad quas manum miseris, id est, in omnibus rebus, quas incæperis, q. d. obseruando ista supradicta Deus dabit tibi tantam prosperitatem, quod omnes res & negotia, quas incæperis finias, & læteris in eis: *Caue*, &c. Sed quolibet anno voca eum quandocumque ascenderis ad sacrificia, &c. Jtaque cum adstricti essent obligatione Leuitas inuitandi monet Sanctus Moyses, vt illos inuitent, non relinquendo eos destitutos, &c.

Deut. 12. v. 19. Leuites inuitandus in veteri lege ex præcepto Domini. Abulens. — *Cum sacerdos inuitatur, Deus gratus efficitur.*

Ex quo constat Sacerdotes alendos esse, cum decimis populi, ex diuitijs communibus. 183
Vide quæ facta erant in Ægypto, cum fames per septennium grassata est per omnes habitatores eius, Genes. 47. vers. 21. dicitur Josephum proregem emisse omnem terram Ægypti in commutatione alimenti. *A nouissimis terminis Aegypti* (inquit Moyses) *vsque ad extremos fines eius, præter terram Sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.* Egregia vtrique vehementerque laudabilis liberalitas, atque in Deum pietas fuit. Cum autem isti sacrificuli nequissimi essent omnis superstitionis incentores, & stupidissimę omnium idololatriæ mancipia, quid facturum putemus istum regem, si illi & veri Dei cognitio contigisset, & in sanctos sacerdotes, qui eum religiose colerent, incidisset. Sic queritur D. Theodor. q. 106. *Tantopere venerabantur homines impij eos, qui non erant dij: at vero sacerdotes Dei viuentis non gaudent hac immunitate.*

Sacerdotes alendos esse ex decimis & diuitijs communibus. Gen. 47. v. 21. — *Sacerdotes non sunt compulsi vendere possessiones suas ab Ægyptijs. Theodor.*

Audi tamen D. Joannem Chrysostom. tom. 1. hom. 63. in Genes. explicantem illud mandatum, quod posuit Ægyptijs Joseph, vt tributum penderent Pharaoni, excepto solum sacerdotali terra. Genes. 47. vers. 22. *Audiant*, inquit, *qui nunc viuunt quantam olim sacerdotum idolorum curam habuerint, & discant vt vel saltem parem habeant honorem his, quibus omnium Dei ministerium creditum, & sacerdotio insigniti sunt. Si enim errantes illi, & tandem idolorum curam habentes, quia ex hoc putabant idola magis coli, si ita eorum ministros colerent, quanta erant condemnatione digni, qui nunc imminuunt, quod ad illorum spectat cultum.* Et paulo post subijcit: *Ne igitur simus deteriores infidelibus, qui propter idolorum errorem adhuc tantum cultum exhibent illorum famulis: sed quantum distat error, & veritas, tantum distant & illorum & Dei sacerdotes.* Hoc confirmat Diodorus Siculus lib. 1. *Totius*, ait, *regionis Ægypti, quæ tripartita est, primam sacerdotū ordo sibi portionem vendicat in magna apud indigenas auctoritate & reuerentia constitutus, tum ob pietatem in Deos; tum quod summam ex eruditione prudentiam ad rempublicam afferunt*, &c. Si ergo tantus honor tribuebatur sacerdotibus, vt primam sibi portionem eorum ordo sibi vendicaret; cur non participant nostri sacerdotes qui sunt veri Dei ministri æquam eorum alimoniam, vt in obsequium Dei omnipotentis sustententur? Ideo Ecclesiasticus noster cum præceptum de Deo diligendo, & honorando proposuisset, ministrorum eius non obliuiscitur: *Et ministros eius*, inquit, *non derelinquas.* Quia vt dixit Dauid Psal. 36. v. 25. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.* Lege nostrum Jacobum Salianum in Annalibus Ecclesiasticis tom. 1. anno mundi 2332. ante Christum Dominum 1721. à num. 4. vsque ad 8.

D. Chrysost. — *Condemnatione digni, qui minuunt quod ad sacerdotum spectat cultum. Diodorus.* — *Sacerdotes ... Dei ministri sunt.* — *Psal. 36. v. 25. Salianus.*

VERS. XXXIII.

Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachijs.

Sensus.

184 HOnora Dominum, &c. q. d. Non solum debes timere Dominum, eumq; tamquam creatorem diligere, sed etiam homines per externa sacrificia, per primitias, & decimas Deo debitas. Et debes sacerdotes & ministros eius honorare per ea, per quæ Deus honorandus. & tandem peccatorum tuorum purgationem quære de laboribus manuum tuarum per oblationes sacerdotibus factas, & eleemosynas pauperibus erogatas, vel propurga te afferens brachijs oblationem hostiæ, quę pro purgatione delicti mactari mandabatur Leuit. 5. & 6.

Notæ.

IN Græco vltimum hemistichium desideratur scilicet: *& propurga te cum brachijs.* Sed additur à vulgato vt honorem sacerdotum declaret, qui habendus est in alimentis eorum. Primo dixerat Deum timendum, seu colendum, secundo diligendum, in præsentiarum autem honorandum ex tota anima. In originali ponitur: *Time Dominum* seu *fac vt metuas*, quia in Græco est φοβοῦ τὸν κύριον. verbum enim φοβοῦμαι, significat timere, metuere, fugere, & φοβέω terrefacio, terrorem incutio, minito. Sed vulgatus transtulit *honora*, quia cum verus timor, qui est filialis includat in se reuerentiam, & honorem erga eum, quem timemus, idcirco, idem est timere ac honorare Dominum honor enim, qui alicui exhibetur nascitur ex timore reuerentiali, quo illum colimus: & quia timemus Deum timore reuerentiali, ipsum honoramus non solum interna veneratione, sed etiam externa reuerentia, qualis est cultus, & obseruantia per externa sacrificia, vt hoc loco postulat Sirach. *Honora Dominum ex tota anima tua* (illud *ex tota anima tua*, abest ab originalibus, sed additum est vt sacrificium, quod exterius Deo offerimus, honore externo internus amor & intentio comitetur.) scilicet per oblationem sacrificiorum, primitiarum & decimarum quæ Deo debentur. Primitiæ enim & decimæ, quæ Deo offeruntur. per manus sacerdotum recognitionem honoris Dei manifestant, & indicant Deum esse auctorem bonorum omnium, quæ nobis tradit: de manu enim eius accipimus, & debemus eadem ipsi reddere vt diuino largitori suorum bonorum, quæ hominibus impertit.

Timor filialis includit reuerentiam. — *Primitiæ, & decimæ recognitionem honoris Dei manifestant.*

Illustratio prima.

Honorandus Deus soluendo primitias. Prou. 3. v. 9.

HOnora Deum ex tota anima tua. Hoc hemistichium apprime illustratur ex eo Prou. 185
3. v. 9. *Honora Dominū de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da ei*, &c. id est, impende illi honorem & obsequium, & cultum, & quæ ab illo recepisti, eadem ex parte redde, & sic eum cunctorum auctorem esse agnosces, & persolue illi primitias, quæ debentur ex lege. Sic ait Ecclesiasticus: *Honora Deum ex tota anima tua*, vbi verbum *honorandi* innuit Deum nullam ex decimis aut primitijs ex nobis exquirere vtilitatem, vel emolumentum, sed honorem tantum sibi vendicare. Sed quomodo decimę ad honorem Dei pertineant? S. August. serm. de decimis inter alias hanc præbet rationem. *Attende quod creatura decima inter intellectuales est homo, quia Angeli in nouem ordinibus, decimus autem ordo est homo. & ideò est hominis decimam soluere vt ruinam Angelorum valeat supplere.* Primitias atque decimas Deo pendimus, nam initium bonorum à Deo esse primitiæ significant, decimæ autem complemētum eidem adscribendum esse innuunt, & cum honorem ab hominibus postulat per has decimas & primitias non solum honorem proprium exquirit, sed etiam sacerdotum honorem, quibus subuenire præcipit quare statim adijcit.

Quomodo decimæ ad honorem Dei pertineant. D. August.

Et honorifica sacerdotes. Palacius explicat, sacerdotes verò vt vncti oleo sancto, sancti haberi debent, & illæsi, ac illibati, vt ministri regis virgam regiam habentes. Item vt qui nobis Sacramenta ministrant, digne tractādi, honorifice sustentandi sunt. Demum vt qui sacra tangunt, velut sacri sunt venerandi, &c. In Originalibus est in singulari, *Sacerdotem honora.* Tygur. *Magnifacias.* qui enim honorat aliquem, illum magnificat. Optime ergo in his sententijs Sirach. Dei sacerdotes vt ministros eius adiunxit. si enim colendus est Deus, colendi seu sanctificandi sunt sacerdotes; si diligendus est Deus, ministri eius non deserendi, sed diligendi. Tandem cum ait; *Honora Deum*, adijcit, *& honorifica sacerdotes.* Hic non præcipit solum honorare sacerdotes

Sacerdotes honorifice sustentandi. Palacius.

externa veneratione & reuerentia, sed etiam illis subuenire, &c. nam honor in sacra Pagina nō incongrue significat subuentionem, vt ait Paulus 1. Tim. 5. v. 17. *Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim Scriptura; Non alligabis os boui trituranti, & dignus est operarius mercede sua.* Hic loquitur Apostolus de Episcopis, & de sacerdotibus quibus duplex honor tribuendus est. D. Ambros. geminum intelligit honoris genus; alterum, quo personæ dignitas externo honore colitur, alterum, quo vitæ necessaria administrātur. D. Joan. Chrysost. *Oportet enim,* inquit, *doctoribus necessarium victum affatim ministrari ne deficiant, neque soluantur, neque minimis occupati, magnis se ipsos atque alios priuent, vt spiritualia operentur, nullam secularium, vel eorum potius, quæ ad victum pertinent rationem habentes.* Ergo illud *duplici honore,* inquiunt Theodor. & Theophil. id est, multiplici, q. d. Presbyteri multo liberali & abundanti honore, id est, subsidio sustentationis præmientur. vult enim Apostolus bene & copiose ali, ac tractari: hi enim multum laborant & si bene habeantur magis ac melius laborare plusque fructus facere possunt. Sic ait Ecclesiasticus: *Et honorifica sacerdotes,* &c.

Honor significat subuentionem. 1. Tim. 5. v. 17. D. Ambros. *Episcopis, & sacerdotibus duplex honor debetur.* D. Chrysost. *Duplex pro multiplici.* Theodor. Theophil.

186 Sed quare sustentatio sacerdotum vocatur honor, cum proprie honor sit reuerentia, quam alicui exhibemus in virtutis testimonium, & sumitur pro dignitate, vt dixit Cicero: *Honos est præmium virtutis iudicio studioque ciuium delatum ad aliquem.* Quid honor cum sustentatione? Respondeo tantum inter nos exhiberi alicui reuerentiæ, quantum ipse habet sustentationis, vnde enim alimentum sacerdotibus præbemus, honorem reddimus, sustentamus enim eum, cui honorem debemus. Insuper quia sicut dicitur, honora parentes eos alendo, sic ait Sirach. *Honorifica sacerdotes,* id est, honora eos alimentis sustentando. & hæc obligatio procedit ex debito alimenti spiritualis, quia enim sacerdotes nos alunt alimento spirituali, debemus & nos illos alimēto corporali honorare. Sic aiebat Paulus 1. Cor. 9. v. 11. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus.* Nihil magnum, inquit, nobis præstatur, nec vobis onerosum videri debet, si nos spiritualia vobis subministrantes, vicissim carnalia recipiamus. Spiritualia vocat doctrinam Euangelicam, & Sacramenta per Spiritum Sanctum efficacia, quibus anima pascitur. Carnalia vero dicit alimenta, ac cætera subsidia, quibus caro, id est, corpus nutritur, atque fouetur. vide Rom. 15. v. 27. vbi idem repetit Paulus. Jtaque sicut parentes honorare, est illos alere, & sustentare, sic honorare sacerdotes, est subministrare illis alimenta & subsidia quibus nutriantur. & qui honorat Deum eius etiā ministros debet libenti animo honorificare.

Quare sustentatio sacerdotum vocatur honor. Cicero. 1. Cor. 9. v. 11 *Pro alimento spirituali debemus alimentum corporale sacerdotibus.*

Secunda illustratio.

187. ET *propurga te cum paucis.* Hoc vltimum hemistichium deest in Originalibus Græcis, forte additum est à vulgato, vt excitet homines ad offerenda sacrificia, quibus purgentur peccata. Sicut enim *eleemosyna* [vt dixit Job cap. 4. v. 11.] *ab omni peccato liberat,* sic decimas, & primitias persoluere & eleemosynam erogare de laboribus manuum purgat peccata. Cum hæc pars nō inueniatur in Græco censet Jansenius errorem fuisse legere *propurga te,* quod scriptum est, pro *propugnato cū brachijs* vt sit imperatiuus futuri tēporis. Quo significetur sacerdotes totis viribus & proprijs brachijs à nobis propugnandos & defendendos. Sed licet Jansenius non multum à via recta deflectat, & possemus eius intelligentiam insectari; tamen quia debemus potius vulgatum sequi, explicanda à nobis est lectio vulgata, quæ verior est, quam explicans Rabanus, Hugo, & Dionys. Rabanus ait: *Purgat se cum brachijs, qui de labore manuum suarum eleemosynā tribuit egenis, & de fructibus suis decimas atque primitias non differt conferre Ecclesiæ ministris.* Hugo inquit: *Propurga te cum brachijs,* eleemosynam tribuēdo proprijs brachijs acquisitam Prou. 3. v. 9. *Honora Dominum de tua substantia,* Dionys. id est, cum bonis operibus vel eleemosynis faciendo de brachiorum tuorum laboribus, seu per oblationes tuo labore acquisitas. At Palacius reprobat lectionem & coniecturam Jansenij cum in Scriptura non inueniatur præceptum de defendendis sacerdotibus, vt notum est, tunc sacerdotes suis armis defendisse, vt Machabæi suo exemplo demonstrarunt. 1. Mach. 2. & 3. & subdit: Alij volunt sensum esse, *propurga,* &c. id est, non ore solum, sed opere; non tantum confessione peccati, sed etiam muneribus oblatis pro eo. Alij id est, armis & pectusculis, quæ sunt brachia animalium, quæ tunc offerebantur pro peccato. Probatur ex Leuit. 1. & 2. & 3. & cap. 7. v. 30. *Tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum,* &c. vide vers. 31. & 34. Cum igitur hæc esset lex, vt populus daret pectusculum sacerdotibus, quod ex sacra cæremonia brachijs eleuabatur, ideò inquit, *propurga te brachijs,* eleuando oblationem, quam pro purgatione oblaturus es. Tandem aliam sequitur Palacius intelligentiam, scilicet *Pro purga te* afferens brachijs oblationem hostiæ, quæ pro purgatione delicti mactari mādabatur. Itaque significat purgationem peccatorū procurandam de laboribus manuum per oblationes sacerdotibus factas, & eleemosynas pauperibus impendendas. Brachia vocat labores manuum vel brachiorum, qui Deo valde placent, vt veniā peccatorum, quæ impetratur, facile concedat. Jdeò inquit Jacob. Gen. 31. v. 42. *Afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus.* & cum respicere Dei sit benefacere & complacere, vt cōplacuit sibi Sacrificium Abelis, meminit Jacob huius diuini beneficij, quia per illud impetrauit quod optabat. Tandem eleemosynā proficere ad peccatorum purgationem probauimus supra cap. 3. vers. 33. vide ibi, quæ ad huius veritatis confirmationem congessimus.

Offerenda sacrificia, quibus purgentur peccata. Iob. 4. v. 11. Iansenius. *Propurgare cum brachijs est eleemosynam dare brachijs acquisitam.* Hugo. Dionys. Prou. 3. v. 9. Palacius. *Aliæ expositiones.* Leuit. 7. v. 30. Palacius. *Brachia nominantur labores manuum, vel brachiorum.* Gen. 31. v. 42

VERS. XXXIV.

Da illis partem sicut mandatum est tibi primitiarum & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis.

VERS.

VERS. XXXV.

Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum.

Sensus.

188. DA partem, &c. q. d. Rursus exhortor te, vt sacerdotibus quæ tibi præcepta sunt libenter offeras, scilicet primitias, quæ ex omnibus terræ fructibus debentur. Deinde sacrificia, quæ pro delictis immolantur, quibus menstruatæ purgantur, & leprosi, & cum sacrificium pro tuis negligentijs & defectibus obtuleris, purga te cum paucis, id est, si multa tibi vt diuitibus non suppetunt, quia pauper es, saltē pauca præbe, quæ à pauperibus exiguntur. Insuper armum dextrum offer cum pectusculo, quia sunt sacerdotibus debita, & quod residuum fuerit trade offerentibus sacrificium, quia suum est. Porro liba Deo sanctificationis sacrificiū, quod pro aliqua singulari sanctificatione fieri solet. Tandem moneo te, vt initia sanctorum, id est, primitias Sanctas sacras facias, decimarum enim pars decima est, quæ à Leuiticis sacerdotibus offertur, & sunt decimæ sanctæ & Domino sanctificatæ, &c.

Notæ.

SIcut est mandatum tibi, vel, *præceptum,* est in Gręco, ἐν τέταλταισου sic est in omnibus originalibus, licet Camerar. admoneat nos alibi esse ἐνετείλατοσοι, id quod ipse verius esse putat. Rursus vbi dicitur *& purgationis* quod Drus. vertit: *Et pro peccato* ipse existimat corrigendum: *& pro delicto,* nam est in Græco, περὶ ἁμαρτίας, quod ita, inquit compēdio dicitur pro θυσίαν περὶ πλημμελείας, id est, hostiam pro delicto, siue expiando delicto, cuius mentio Leuit. 7. v. 1. videndus Carolus Sigonius de repub. Heb. lib. 4. cap. 7.

Pro *datum brachiorum.* est καὶ δόσιν βραχιόνων, *& munus armorum,* vel donū siue datum brachiorum, id est שוק שוקים est interpreti nostro armus, vt Num. 18. v. 18. *& armus dexter.* nā pectusculum eleuationis, & armus dexter cedebant sacerdoti. Pro *initia sanctorum,* est apud Complut. *primitias sanctorum.* Drus. eodem modo. id est, sacerdotibus dari solitas. Sic Phinees infra cap. 45. v. 30. vocatur *princeps sanctorum.* Drus. *antistitem sanctorum.* nam vt pontifex pręerat sacerdotibus. In Hebræo *sanctorum est* קרושים, quia sancti etiā Leuitæ nuncupantur. Alijs ἁγίων, id est, rerum sanctificatarum. hæc vox vertitur *sanctorum,* quę abest ab Aldo, & Basiliens. sed est in nostro interprete, & vertit *initia sanctorum,* id est primitias sacerdotum.

Explicatio sensus litteralis.

189. IN his sententijs fit mentio fere de omnibus sacrificijs, quæ Domino offerebantur. Nam cum Leuitica tribus, quæ erat sacerdotalis careret parte, seu possessione inter alias tribus Judæorum, pręcipiebat Dominus, vt omnis populus ei tribueret partem, scilicet primitias omniū & decimas, vt constat Leuit. 27. v. 30. *Omnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. Quia ipsi,* id est ministri [inquit Raban.] *peccata portant populi & orant pro eis.* Sed clarius 2. Paralip. 31. v. 5. *Plurimas obtulerunt primitias filij Israel, & decimas obtulerunt* iusti regis Ezechiæ; qui hæc mandauit populo, & ipse obediuit.

Quæ erant sacrificia vetera. Leuit. 27. v. 30. 1. Paral. 31. v. 5.

Ergo primum sacrificium erat primitiarum, quæ debebantur de omnibus fructibus frumenti, & vini, & olei, & arborum. vt cōstat Exod. 23. v. 19. *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.* & Num. 15. v. 13. *Vniuersa frugum initia, quas gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vsus tuos,* &c. Sed præcipue Leuit. 2. v. 1. *Anima cum obtulerit oblationem sacrificij donans similem, erit eius oblatio, fundetque super eam oleum, & ponet thus, ac deferet ad filios Aaron sacerdotes,* &c. Ad quem locū videtur alludere Ecclesiasticus, cum ait; *Da eis partem sicut mandatum est tibi primitiarum.* Hebr. est; *oblationem minchæ.* Aquila, *donum de frumento.* Vatab. *Sacrificium cibarium,* erat enim simila, id est, flos farinæ, quæ offerebatur sacerdotibus. Sed quæres cur hoc sacrificium Mincha, id est, ferreū instituit Deus? Respondeo. 1. propter pauperes, non enim omnium erat emere, & offerre animalia. 2. vt sacerdotibus de pane & annona prouideret: Magna enim pars huius sacrificij cedebat sacerdotibus. 3. vt sicut animalibus Deum colebant Hebræi, eique gratias agebant; ita & colerent frugibus terræ, discerentque in omni egestate, & alimonia ad Deum respicere. 4. quia sacrificium erat quasi cōuiuium, quo Deus epulabatur cum hominibus, victimęque erant quasi cibus Dei, panis autem, cuius materia est far, aut simila, necessarius est hominum cibus. Inde similam vel panem in suo sacrificio pariter exegit Deus, &c. Vide super hæc nostrum Cornelium. Hoc igitur sacrificium vocat Ecclesiasticus *primitiarum,* vt ipse Moyses paulo post Leuit. 2. v. 12. inquit: *Primitias tantum eorum offeretis ac munera.*

Primum sacrificium erat primitiarum. Exod. 23. v. 19. Leuit. 2. v. 1 *Cur sacrificium ferreū instituit Dominus.* Cornelius.

190. *Et purgationis.* Hoc est secundum sacrificium, quod dicebatur pro *delicto,* aut *peccato,* aut *lustrationis* vt originalia legunt, & Sirach. *purgationis.* Nam sacrificiorum, quæ pro peccato vel delicto vocantur, quædam fiebant pro purgatione, vt quæ à puerperis fiebant, aut leprosis: quædam fiebant pro negligētia, & admissis peccatis. Huiusmodi sacrificia [inquit Jansen.] excepto eo, quod cremandum erat in altari, adipe scilicet & renibus, tota cedebant sacerdotibus, qui soli eis vesci poterant. Hoc probatur Leuit. 7. v. 7. vbi postquam pręceprum est offerri sacrificium pro delicto, in quo cremabantur renes, & adeps, & cætera vescebantur sacerdotes, subdit vers. 7. *Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit: ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit.* vbi fere eadem erat hostia, quæ offerebatur pro peccato, ac pro delicto, qua lustrabantur, qui eam offerebant: & sicut vna sic altera ad sacerdotem pertinebat, qui ea vesci poterat, quare cum ait Sirach: *& purgationis;* id est, da hostiam pro peccato. cuius scilicet carnes obueniebant sacerdoti ad edendum.

Secundum sacrificium purgationis quale. Iansenius. Leuit. 7. v. 7. *Hostia pro peccato erat purgationis.*

Quod autem addit auctor, *& de negligentia tua purga te cum paucis.* Ostendit (ait Raban.) *quod oblatio quæ ex humili mente & pura dilectione Deo offertur, licet parua sit quantitate multorum delictorum negligentias purgat.* & probat ex 1. Petr. 4. vers. 8. &

Alind sacrificium pro negligentia. Num. 5. 6.

psal. 50.19. & Marci 12.42.43. alludit ad id Numer. 5.6. *& per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamque partem desuper, ei, in quem peccauerint.* Ergo præcipit Sirach, vt si quis peccauit ex negligentia, purget se, vt inde sua sacerdoti pars obueniat. Quod autem addit: *purga te cum pauca.*

Palacius.

Palacius explicat, consultum volui ei, qui peccatum fecit, videlicet si furtum confessurus es, confitere coram paucis, vt ita famæ tuæ prospiciatur. Sequitur Dionysium, qui eodem modo intellexit, & vterq; Lyram, qui ratione reddit: quia defectus proprius non est reuelandus multis. Sed melius explicauit Iansenius & Sà, quos imitati sumus in sensu, scilicet, offert sacrificium, quod paucorum est, causa paupertatis, &c.

Dionys. Lira. Iansen. Sà.

191 *Quod sit datum brachiorũ, quod erat tertium sacrificium.* Palacius. Dionys. Hugo.

Rursus *datum brachiorum tuorum*, &c. Palacius existimat hanc sententiam esse explicationem præcedẽtis, quare Dionys. & Hugo, quia nomen brachiorum sumitur aliquando pro brachiis humanis, censent, datum brachiorum esse oblationem, quæ fit de acquisitis proprio labore. Sed forte decepti sunt, cum in præsentiarum debeãt intelligi pro armis dextris, qui in sacrificiis pacificorũ cum pectusculo cedebant sacerdoti, cum reliquę carnes ad offerentes redirent, qui eas coram Domino edebant. Hoc forte dictum est Leuit. 7. 30. 31. 32. *Tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum, cumque ambo oblata Domino consecrauerit, tradet sacerdoti &c. Armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis, &c.* & Numer. 18. v. 18. *Carnes vero in vsum tuum cedẽt, sicut pectusculum consecratum & armus dexter tua erunt.* Laxius enim erat sacrificium pacificorum præ aliis, vnde & magna eius pars partim sacerdotibus, partim offerentibus cedebat. oblationis hostiæ pacificæ hic edebantur, vt tradunt R. Salomon. & Hebræi. Primo sacerdos iugulabat animal, & in partes cõscindebat. 2. accipiebat pectusculum animalis occisi; & adipes eius, eaque ponebat super manus laici offerentis. 3. Manibus hisce suas manus supponebat sacerdos, itisque eas adiuuabat, mox deprimebat, ac tursum transuersum ducebat à dextera in sinistram in modum crucis, versus quatuor mundi plagas, vt significaret Deum totius mundi esse Dominum. 4. adipem cum renibus in altari Deo cremabat: mox armum dextrum, & pectusculum sibi accipiebat Sacerdos offerens. Denique reliquam carnem reddebat laicis eam offerentibus, qui eam comedebant in atrio tabernaculi, vt præceptum erat: ait igitur Ecclesiasticus: *Datum brachiorum tuorum*, id est, sacrificium pacificum, in quo offerebatur brachium dextrum, id est, armus dexter, *offeres Domino.* & hoc erat tertium sacrificium.

Num. 18. 18. *Laxius erat sacrificium pacificorum præ aliis.*

Adeps cum renibus in altari Deo cremabatur.

192. *Initia sanctorum vocabantur primitiæ.*

: *Et sacrificium sanctificationis offeres Domino.* Hoc erat quartum sacrificium, quo significatur illud, quod à Nazarenis fiebat, non pro negligentia aliqua, aut purgatione tantum, sed pro singulari aliqua obtinenda sanctificatione. Lege cap. 6. Num. vbi ponitur sacrificium, quod offerebant Nazaræi non solum pro purgatione, sed etiam pro sanctificatione, &c. Licet Palacius censeat esse omnes hostias, siue pacificas, siue pro peccato, quibus Iudæi sanctificari solebant. vt videtur Leuit. 4. & 5. & 6. & 7. Lyra hostiam pacificam, Dionys. pro pace obtinenda, & conseruanda. Sà sequitur Iansenium, pro obtinenda sanctificatione, vt constat Num. 18.

Palacius.

Lyra. Dionys. Sà. Iansen.

Et initia sanctorum. Seu *primitias sanctorum* vt Complut. seu *sacras primitias*, vt Vatabl. Hoc erat quintum. Iansenius credit per primitias aut initia Sanctorum, intelligendam eam decimarum portionem, quam ex omnibus decimis Leuitæ debebant persoluere sacerdotibus, decimũ scilicet decimarum, quę ante omnia & ex omnibus erant reddenda (vt nunc moris est in Cordubensi Ecclesia, vbi decima pars decimarum persoluitur) vt est Num. 18. v. 26. *Præcipe Leuitis atque denuncia. Cum acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de areis, quam de torcularibus, & vniuersis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date Aaron sacerdoti, &c.* q. d. O vos Leuitæ ex decimis Israel dabitis decimam earum partem Pontifici, & sacerdotibus, eamque primo illis separabitis, antequam vos inde quidquã vobis sumatis: Ideoque erũt hæ vetæ decimæ & primitiæ vestræ tam frugum quam vuarum & vini, quas offeretis mihi, dando eas sacerdotibus, easque ego ita accipiam à vobis, ac si vos esseris Israelitæ laici, & penderetis mihi primitias, & decimas agrorum & vinearum vestrarum. Itaque *initia sanctorum* vel primitias vocat has decimas decimarum, & inquit, *Sanctorum*, quia erant sancta, & à Domino sanctificata, ideo vocat Sà sanctas primitias. In literali sensu loquitur Ecclesiasticus populo Israelitico, quem exhortatur ad aledos Sacerdotes sacrificiis, quæ offerre consueuerant in sanctuario. Sed quia id iam Christianus populus præstare minime debet, talibus enim præceptis obstrictus non est. Cum lex gratiæ, quam Christus Jesus promulgauit, & nos amplexati sumus aliis suauioribus præceptis nos obligauerit. ad sensum mysticum transeamus, vt mirabilis vtilitatis nobis fructum præbeat.

Initia Sanctorum vocabantur primitiæ, Iansen.

Decimæ decimarum quales.

Vocabantur decimæ initia sancta. rum, quia erant sancta, Sà.

Sensus moralis & mysticus.

193. *Sacerdotes ministri Domini sunt.*

Da illis partem, &c. Diximus iam primitiis, & decimis, nec nõ & eleemosynis sacerdotes alendos à nobis esse, sũt enim ministri Domini, quos reuereri, diligere, & honorare debemus. In præsentiarum ait Sirach: *Da illis partem, sicut mandatum est tibi primitiarum.* Si de præcepto soluendi primitias sacerdotibus loquamur, id Ecclesia præcepit, licet primitiæ, & decimæ non nisi sacerdotibus beneficiatis & curatis, quos nos vocamus *Curas dealmas* persoluere debeamus. Sed quia iam vniuersalius hanc sententiam intelligere possumus, dicemus debere nos, sicuti superius explicuimus, Deo offerre primitias. id est, vt affirmat Philo de Sacrif. Abel, & Cain: *Motus animæ primos vel ordine, vel vi Deo dedicare. auctorem eum constituendo, nempe cibum, incrementũ, sensus, sermonem, intellectum, partes alias animæ, partes corporis, vires harum, denique motus & habitus, qui secundum naturam sunt. Deinde bona opera, virtutes, illarumque actiones, vno verbo sanctos & ad virtutem pertinentes motus animæ & corporis, & vt consideremus, præcipuum rerum auctorem Deum esse, quidem auctor est naturæ, & plurimi refert in omni opere bene cæpisse. Dimidium facti, qui bene cæpit, habet.* Etsi intelligimus per primitias opera misericordię, & Eleemosynas, quibus pauperibus subuenimus, exhortatur nos Sirach. ad subueniendum Sacerdotibus cum in paupertatem venerint. Digni enim sunt alimentis, quibus pascantur. Glossa super 1. Timot. 5. 17. *Presbyteri duplici honore digni habeantur à subditis duplici honore, scilicet vt spiritualiter eis obediant, & externa bona ministrent. Boni enim dispensatores & fideles non solum honore sublimi præuenire debent, sed & terreno, vt non contristentur indigentia sumptuum, & gaudeant obedientia spiritualium. Instantior enim sit si non humilientur inopia: & crescit in illo auctoritas, cum videt se etiam in pretium laboris sui fructum percipere non vt abundet, sed vt non deficient*, &c. Ergo debemus sacerdotes alere, ne deficiant, &c.

Primitiæ sacerdotibus beneficiatis nunc debentur.

Primitiæ spiritualiter vocantur nostræ animæ primi.

Per primitias possunt intelligi opera misericordiæ, & eleemosyna. (inquit) *qui bene præsũt vita & doctrina digni habeantur*

194. *Sacrificium purgationis, est confessio peccatorum* Origenes.

Et purgationis. Iam explicuimus hoc sacrificium esse illud: quod pro delicto, aut peccato offerebatur. *Vide* (inquit Origenes super cap. 7. Leuit. agens de hoc sacrificio pro peccato) *quam multa misericordia & benignitas Dei est, vt vbi holocaustum iugulatur illud, quod soli Deo assertur, ibi etiam hostia, quæ pro peccato est immolari iubeatur quo scilicet intelligat se qui peccauit & pœnitet, & conuersus ad Dominum contribulari spiritus hostiam iugulat, in loco iam sancto stare, & sociari his, quæ pertinent ad Deum.* Et paulo post explicans id: *Sacerdos, qui obtulerit, & ex illud in loco sancto.* subijcit: *Consequens enim est, vt secundum imaginem eius, qui sacerdotium Ecclesiæ dedit etiam ministri eius sint, & sacerdotes Ecclesiæ peccata populi accipiant, & ipsi imitantes magistrum, remissionem peccatorum populo tribuant. Debent ergo & ipsi Ecclesiæ sacerdotes ita perfecti esse, & in officiis semper sacerdotalibus eruditi, vt peccata populi in loco sancto in atriis tabernaculi testimonij ipsi non peccando confitemant. Quid autem est in loco sancto manducare peccatum?* Et cum Ecclesiam appellat locum sanctum ait: *In hoc itaque loco positus Sacerdos Ecclesiæ populi peccata consumit, vt hostiam iugulans verbi Dei & doctrinæ sanctæ victimas offerens purget à peccatis conscientias auditorum*, &c.

Quam perfecti debeant esse sacerdotes.

Sacrificium purgationis est dolor intensus peccatorum.

Sed quia confessio pura peccatorum sacrificium est, quo pœnitens à peccatorum maculis purgatur, ideo præcipit Ecclesiasticus vt offeratur Domino sacrificium *purgationis*, id est, dolor intensus peccatorum, & confessio Sacramentalis eorum, quæ tali sacrificio purgatur anima & veniam scelerum suorum adipiscitur. Hoc sacrificium purgationis offerebat Dauid, cum profundens lachrymas prorumpebat psal. 50. 18. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies* vocat spiritum contribulatum & cor contritum & humiliatum, animum doloris vulnere transfixum. Has igitur victimas dolore peccatorum suorum tamquam spirituali gladio cœsas atque iugulatas, Deus gratissimas habet. Humiliatum vero quasi conuulneratum, & ægritudinis mœroris que magnitudine percussum. B. Theod. sic explicat: *Cum cor meum valde depresserim, & veluti contriuerim, & valde ipsum attenuauerim, acceptum sacrificium tibi offeram.* Hoc optimum Deo sacrificium est, cum quis profundẽs lacrymas ex dolore peccatorum procedentes cor contritum vt victimam iugulatam Deo litat, & qui peccatorem cõuersum Deo in sacrificium offert magno præmio remunerabitur. Sic explicat Origenes homil. 5. in id. *Qui offert illud, & reproputabit pro peccato ipsius erit. Discant* (inquit) *Sacerdotes Domini, qui Ecclesiis prosunt quia pars eis data est cum his quorum delicta reproputauerint. Quid autem est reproputare pro delicto? Si assumpseris peccatorem, & Deo, magno monendo, hortando, docendo, instruendo, adduxeris eum ad pœnitentiam ab errore correxeris, à vitiis emendaueris, & feceris eum talem, vt ei cõueniso propitius fiat Deus pro delicto, reproputare dicetis. Si ergo talis fuerit Sacerdos, & talis fuerit doctrina tua & sermo tuus, pars tibi dabitur eorum, quos correxeris, vt illorum meritum, tua merces sit, & illorum salus tua gloria*, &c.

Pſal. 50. 18. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies*

Cor contritum, & humiliatum quale. Theodor.

Origenes. *Qui in sacrificiũ offert peccatorem conuersum Deo, magno premio decorabitur.*

195. *Datum brachiorum est cor pœnitentis.*

Datum brachiorum. Jam declarauimus per hoc munusculum intelligi pectusculum, & armum dextrum, vel brachium, sed quid per hæc intendat Ecclesiasticus, declarat Origenes eadem homil. *Pectusculum tuum* (inquit) *esse cor tuum, de quo tibi auferendæ sunt omnes malæ cogitationes, inde enim procedunt, & altari ignis tradendæ sunt, vt ponit cor tuum mundum effectum Deum videre.* Et paulo post, inquit, *si ergo Sacerdos Ecclesiæ per verba & doctrinam, & multam sollicitudinem suam & laborem vigiliarum, conuertere potuerit peccatorem, & docere eum, vt meliorem vitam sequatur, vt ad timorem Dei redeat, cogitet spem futuram, à malis actibus desinat, & conuertatur ad bonos: si inquam tale opus fecerit, consequens est eum, qui in ipsius labore saluatur, Deo gratias agere, & offerre hostiam salutaris, pro eo quod salutem consecutus sit. In qua hostia pars efficitur sacerdotis pectusculum, & brachium dextrum, vt sit iudicium quod pectus eius & cor, quod ante mala cogitabat, sacerdotis labore conuersum, recipit cogitationes bonas, & ita mundatum est, vt ponit etiam Deum videre. Similiter & in brachio illud iudicium est, quod mala eius opera, & sinistra, quæ sunt vtique prauа & non bona, conuertit in dextram, vt essent secundum Deum*, &c.

Conuertere *magnũ opus.*

Tandem de sacrificio sanctificationis multa possemus congerere: nam per Sacramenta homines sanctificantur, & diuina gratia perfruuntur. Sed ne longius abeamus, & ex auctoribus allegorias describamus, pergamus ad alia. Idem dicendum nobis de *Initiis sanctorum*, id est, de primitiis Domino consecratis, vel de decimis, quas Leuitæ sacerdotibus persoluebant: quorum allegorias lege in nostro Lorino & in Mario super hunc locum Numerorum, qui optime eas legendas proponunt, &c.

Sacramenta sunt sacrificia sanctificationis.

Lorinus. Marius.

VERS. XXXVI.

Et pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio sua.

Sensus.

ET *pauperi*, &c. q. d. Satis mihi non est, si sacerdotibus persoluas, quod Deus illis impertiuit offerendo victimas, & sacrificia: insuper & Eleemosynas quibus sustententur. Necessum est etiam pauperibus subuenire, & stipibus eos sustentare, vt propitiatio pro peccatis & benedictio seu beneficentia, & largitas perfecta sit, nam si persolueris bona, quæ sacerdotibus secundum legem debentur, & pauperum obliuiscatis, imperfecta erit beneficentia tua: vt autem perfecta sit propitiatio tua & beneficentia postquam sacerdotibus subueneris, pauperi & egeno manum tuam etiam porrige; eum

cum de eleemoſynis ſuſtentando, & de tuis bonis ei ſubueniendo, &c.

Illuſtratio prima.

196. *Pauperi porrigere manum eſt erogare eleemoſynam pauperi.*

ET *pauperi porrige manum tuam.* Manum porrigere phraſis eſt pro erogare pauperi eleemoſynam, & illi ſubuenire, ne conficiatur fame, vel indigentia. Cum nos volumus dicere aliquem ab amico adiuuari, dicimus: *Diole lamano.* id eſt, illum adiuuauit, illi ſubuenit, ergo non ſatis erat præcipere, ſubuenire, ſacerdotibus primitiis & decimis, & rebus aliis, quibus alebantur, quia ſic eſſet beneficientia imperfecta, ſed præcipit etiam pauperibus ſuccurrere, eos ſtipibus ſuſtentando, &c.

Deut. 15. 11.

Hoc optime illuſtratur ex eo Deut. 15. 11. vbi dicitur: *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum verſatur in terra.* Voluit Deus ſemper inter Hebræos eſſe pauperem aliquem, vt diuites occaſionem haberent miſericordiæ in eum exercendæ. Idem eſt hic *aperire manum egeno & pauperi, ac porrigere manum pauperi.* Sed quare ibi ait, pauperes non defuturos, cum verſ. 4. eiuſdem capitis 15. Deuter. dixerit: *Et omnino indigens, & mendicus non erit inter vos*, &c. id eſt, curate pro poſſe veſtro, vt non ſint inter vos indigentes, & mendici, mutuando videlicet pauperibus, præſertim infirmis aut inualidis ea, quibus indigent, illiſque ea remittendo anno ſeptimo, ſi ante ea ſoluere, & reddere nequeant? Reſpondet Abulenſis, primam ſententiam intelligi imperatiue, ſecundam aſſertiue. Vatabl. aliter hæc teſtimonia conciliat, ſed Reſpondeo, primam ſententiam pertinere ad diuites, & ſuperiores populi, ſecundam ad ipſas pauperes. q. d. ad liberalitatem & beneficentiam veſtram ſpectat cura & ſollicitudo ſuccurendi omnibus indigentibus, ita vt nihil eis deſit, ne deficiant, præcipio vobis vt ſitis in ſumma ſollicitudine circa pauperes, & date operam, vt omnibus ita ſubueniatis, vt nemo indigeat, & vitam pauperem degat, omnibus manum porrigite, vel aperite, Eleemoſynas & ſubſidia libenti animo impertientes, ne pauperes, & egeni in mea republica inueniantur. Sed ex parte Egenorum prænuntio vobis hoc præceptum implere non poſſe. & ideo pauperes habebitis vobiſcum, vt erga eos miſericordiam, & benignitatem exerceatis. vt æternum præmium eleemoſynas erogando pauperibus acquirere poſſitis. Ideo omnibus porrigite, & aperite manum, vt tot diuitias parare valeatis. quod præceptum videtur reſpexiſſe Chriſtum Dominum cum dixit Matth. 26. 11. *Semper pauperes habebitis vobiſcum.* Quod expendunt Euſebius Gallicanus Epiſcop. ſiue Cæſarius homil. ad Monaſt. inquit: *Quod ita Dominus noſter pauperes in hoc mundo eſſe principauit, vt in pauperibus diuitum fidem probaret, vel in pauperum miſericordia diuitibus miſereretur, vt abundantibus bonis operibus, hac redemptionis ſuæ occaſio, ne deeſſet, vt beneuolum locupletem etiam inopia aliena ditaret, & opulentus quiſque ingentia de egente Lucra reciperet, & mirifico, ſummoque commercio dum inopi miſericordia temporaria largitate confertur, ſibi æternus theſaurus compenſaretur.* Id probat hiſtoria Lazari pauperis, quem Deus diuiti adiunxit, vt occaſionem præberet illi ſubueniendi & diuitias cæleſtes lucrandi, licet ipſe noluit hos in liberalitate progreſſus facere. Dixit D. Paulus epiſt. 34. *Poterat Deus æque vniuerſos diuites facere vt nemo indigeret altero: ſed infinitæ bonitatis conſilio ſic parauit miſericors Dominus, vt tuam in illis mentem probet. Fecit miſerum vt agnoſceret miſericordiam. Facit inopem vt exerceret opulentum.* Vide quæ diximus cap. 4. num. 3.

Vult Deus pauperes eſſe, vt diuites miſericordiã exerceant. — Deut. 15. 4. — Abulenſis. — *Conciliatio duorum locorum ſcripturæ agentium de pauperibus.* — *Quare pauperes vult Deus haberi.* — Matth. 26. v. 11. — D. Paul.

197. *Manum porrigere quid.* Prou. 31. 20. D. Auguſt.

Hanc autem phraſim *manum porrigendi* repetiit Salomon Prouerb. 31. v. 20. cum agit de fæmina forti & ſtrenua. *Manum ſuam* (inquit) *aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.* D. Auguſtinus tranſtulit: *Et fructum ſuum aperuit inopi.* Et ſic explicat: *Manus pauperi fructus inopi eſt, quidam pauper manus tuas quærit, & quidam inops fructum tuum quærit, qui non vult à te niſi quod neceſſitati ſuæ poſcit, pauper eſt manus tuas quærens*, &c. Sed melius tomo 10. ſerm. 217. de temp. cum egiſſet, de lanificio fœminæ ſubdit: *Eia fratres exercete lanificium ſanctum. Si quis habet plenum cellarium, plenum horreum, omnia iſta in colo ſunt, tranſeant infuſum. In ſiniſtra ſunt quamdiu pauperibus non erogaueris, at vbi cœperis eleemoſynam facere transferuntur ad dexteram, & fit opus, vnde veſtis fieri poſſit.* Itaque cum ait Sirach. *Et pauperi porrige manum*, idem eſt, ac dicere fructus manum tuarum, id eſt, ſtipem tuam libenter pauperibus eroga. Sed quia de hac materia aliqua in ſuperioribus congeſſimus, & in poſterum offeremus hic non plura.

Modus dicendi elegans circa ſubuentionem pauperum.

Secunda illuſtratio

VT *perficiatur propitiatio, & benedictio tua.* Jam diximus in Græco non eſſe Τὸ *propitiatio*, ſed optime addita eſt à vulgato, quia ſi per ſacrificia, quæ ſupra commemorauit, quæritur propitiatio, hæc non perficietur, ſi vltra non progreditur ad ſubuentionem pauperum, id eſt, in primitiis ſacerdotibus ſubueniat, vt pauperum non obliuiſcatur. Et cum dixiſſet eleemoſynas peccatis reſiſtere, nunc vt vera propitiatio peccatorum perficiatur, non ſolum debet homo ſubuenire ſacerdotibus, ſed etiam pauperibus ſuccurrere, vt veniam peccatorum perfecte obtineat. Vide quæ diximus cap. 3. verſ. 33. 198.

Quæ vera propitiatio.

Et benedictio tua in Græco eſt ευλογίασου, ſignificationem huius nominis inuenies ſupra cap. 1. num. 96. & nunc aliquid dicemus: ευλογία eſt honeſtus ſermo, item laus, prædicatio, item benedictio ad bene precandum. ergo hæc prædicatio vel benedictio aut fauſta precatio, non perficitur ſola benignitate & miſericordia erga ſacerdotes, niſi etiam exerceatur ad pauperibus ſubueniendum. Poteſt hęc benedictio actiue & paſſiue ſumi, nam poteſt etiam ſignificare eleemoſynã, vt Paulus 2. Corinth. 9. 5. vocauit ευλογίας collectas & eleemoſynas à fratribus beneuolis, & bene precantibus collatas. *Neceſſarium ergo* (inquit) *exiſtimaui rogare fratres, vt perueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc paratam eſſe, ſic quaſi benedictionem, non tamquam auaritiam.* Priuſquam nos veniamus procurent eleemoſynam ſeu collectam veſtram quam dudum, id eſt, ab anno præterito facturos vos promiſiſtis. *Sit quaſi benedictio*, vt videatur liberalis & ſpontanea beneficientia, non vero ab auaritia extorta: liberalis enim eleemoſyna benedictio optime dicitur. Ergo ſi benedictio eleemoſynam ſignificat, hæc perfecta non iudicatur, cum quis

Hominis benedictio ſignificationes. — 2. Cor. 9. 5. — *Benedictio pro eleemoſyna.*

quis Sacerdotibus ſolum ſuccurrit & pauperum obliuiſcitur, vt autem hæc benedictio, id eſt, eleemoſyna perfecta ſit, omnibus indiſcriminatim debet libenti animo ſubuenire.

199. *Benedictio pro laude, & fauſta precatione.*

Poteſt, etiam hic *benedictio* paſſiue ſumi pro laude, & prædicatione & omnium fauſta precatione: ſicque benedictionem apponet Eccleſiaſticus ad præmium beneficentiæ & largitatis, completa enim erit hæc munificentia, cum ab omnibus prædicetur & laudetur, & qui eam viderint fauſtis precationibus proſequentur largitorem. Sic dicebat Iob cap. 29. v. 13. *Benedictio perituri veniebat ſuper me, & cor viduæ conſolatus ſum:* id eſt, fauſta pauperum precatio ſuper caput meum redundabat, &c. Vide noſtrum Pinedam.

Iob. 29. 13. — Pineda.

Benedictio pro infuſione gratiæ.

Tandem *Benedictio*, eſt diuinæ gratiæ infuſio, & cæleſtium beneficiorum collatio, & æternorum præmiorum promiſſio. Sicut enim ros cæleſtis herbam facit germinare, & vireſcere: ſic diuina gratia, & beatitudo animam facit germinare per gratiam in præſenti, & fructificare per gloriam in futuro. Geneſ. 49. 21. Iacob benedicens filio Joſeph fauſta precatione eum proſequitur: *Omnipotens* (ait) *benedicat tibi benedictionibus cæli deſuper benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ.* vbi benedictio cæli eſt benedictio ſpiritualis influentiæ, benedictio abyſſi affluentiæ temporalis & tandem benedictio vberum & vuluæ benedictio æternæ felicitatis. De prima inquit Deus per Iſaiam cap. 44. v. 3. *Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam, & germinabunt inter herbas quaſi Salices iuxta profluentes aquas.* In litterali ſenſu eſt. q. d. Cum ager ſqualidus hiberno frigore, aut æſtiuo calore exuſtus fuerit, ſpiritum immittam repentem & benignum, & cum eo meam quoque benedictionem, quibus ſemina terræ mandata, & ſtirpes iam pene emortuæ continuo reuiuiſcant. Illæ vero ſtirpes ſic eſfloreſcent, & germinabunt, vt inter arbores alias ſic emineant, ſicut inter humiles & ſerpentes herbas, attollunt ſe Salices ad fluenta plantatæ. Agit de captiuitate, ſeu de duro Hebræorum exilio, & comparat illud ſterili agro, & arenti; & felicitatem, quæ deinde ſuccedet agro omnium nemorum copia atque amœnitate veſtito. Et reſpicit ad tempus Euangelij, in quo à terrenis cogitationibus ad cæleſtium rerum amorem & ſtudium homines excitandi erant, & ſpiritus ſui amore & gratiæ benedictione repleti futuri erant ſicut Salices. Sicut enim Salices iuxta aquas creſcunt, ſine aquis non proficiunt, ſibi ex aquis mollitiem acquirunt, ita vt efficiantur arbores teneræ, placabiles atque molles. Sic homines iuxta fluenta gratiæ & diuinæ benedictionis, futurum erat vt creſcerent virtutibus & meritis & futuri erant teneri & molles per clementiam & benignitatem, & flexibiles per obedientiæ promptam facilitatem.

Gen 49. 25. — Iſai. 44. 3. *Effectus diuinæ benedictionis.* — *Captiuitas populi ſterili agro comparata.*

200. *Benedictio denotat bonorum temporalium affluentiam.*

2. *Benedictio* denotat bonorum temporalium affluentiam. tunc enim Deus aliquem benedicit, quando facit ipſum in diuitiis abundare, vt Pſalm. 13. v. 5. *Hic accipiet benedictionem à Domino, &c.* id eſt, bonorum omnium cumulum acquirent. Et pſalm. 27. v. 9. *Et benedic hæreditati tuæ.* id eſt, bonis auge & cumula Iſraelis populum cum poſſeſſio tua ſit: quis enim Dominus ſuam poſſeſſionem & hæreditatem auctam non velit?

Pſal. 23. v. 1. — Pſal. 27. v. 9.

Per ubera, & per lac quid intelligatur.

3. *Benedictio* qua Deus benedicit, fit per affluentiam vberiorem, per vbera enim intelligitur vbertas æternæ gloriæ, & per lac dulcedo voluptatis æternæ exprimitur, & hæc vltima benedictio eſt quam ſeruat pater familias Deus primogenitis filiis ſuis, id eſt, iuſtis hominibus. Affirmat enim Jſidorus eſſe aliqua animalia, quæ primogenitis filiis dant vbera meliora. Sic vere Chriſtus primogenitis ſuis, id eſt, iuſtis & bonis, ſemper conſueuit dare vbera meliora, id eſt, dulcedinem benedictionis æternæ, & cæleſtis gloriæ plenitudinem. *Hic accipiet* (inquit Pſaltes pſalmo 23. 5. *benedictionem à Domnio, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.* Non ſolum cumulum donorum, quibus hic gratis iuſtus ditatur, ſed præcipue æternam benedictionem bonorum æternalium, quibus in cæleſti tabernaculo perfruetur. Euthym. per benedictionem intelligit donum cæleſte quo iuſtus hic potitur, & per miſericordiam æternum gloriæ pondus. Quæ duo vbera ſunt, quibus Deus iuſtos paſciter in præſenti & in futura vita. Sed his benedictionibus cumulatur iuſtus, qui in hac vita non ſolum ſacerdotibus ſubuenire, ſed & pauperibus ſuccurrere curauit. Eleemoſynis enim *propitiationem, & benedictionem perfecit.* Quare non ſolum Deus ſpiritus ſancti gratiam infundit, & bonis temporalibus cumulat, ſed benedictionibus vberum ſuorum, id eſt, lacte cæleſtis gloriæ, & dulcedine æternæ beatitudinis indulget, illum præmiis decorando, & benedictionem & eleemoſynam ei perſoluendo; perfecit enim, id eſt perfectam fecit ſuam propitiationem, & liberalem benedictionem, hoc eſt, benignitatem, & munificentiam ſuam erga pauperes. quia anima, *quæ benedicit*, (id eſt, eleemoſynam elargitur) *impinguabitur.* Prou. 11. 25. vide Job c. 1. 6. 7.

Iſidorus. — Pſal. 23. v. 5. — Euthym. *Benedictio donum cæleſte.* — *Deus gratiam infundit.* — Prou. 11. 25.

VERS. XXXVII.

Gratia dati in conſpectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam.

Senſus.

GRatia Dei, &c. q. d. Apud omnes mortales dona gratis præſtita grata ſunt, non eſt, qui non commendet liberalem munerum largitionem, quia apud omnes viuos gratioſa eſt; ſed cum liberalitatem & benignitatem exercueris erga viuos, ne erga mortuos debitam benificentiam deneges, ſed impende eis beneficia, quibus à viuis honorari ſolent; non ſolum exhibendo ſepulturæ beneficium, ſed etiam obſequium orationis & oblationis illis præſtando, &c.

Notæ

Notæ.

ALiqui habent *gratia datus*, sed idem est, ac dati quia est genitiuus *datus*, & sumitur pro dono liberaliter donato. In 2.hemistichio est in Græco, μὴ ἀποκωλύσῃς χάριν, *ne deneges gratiam.* Drus. transtulit *benignitatem*, quia putauit fuisse חסד, in textu aut. quæ vox in lingua Syrorum significat gratiam, vnde hæc interpretatio, vt apparet fluxit. vulgatus legit *gratiam*, vt gratiam largitionis, & munerum significet. De qua Job. 4.18. χάρις enim gratia, venustas lepos, elegantia. habet etiam alia significata, nam dicitur de eo, qui gratiam refert, aut rependit. & dicere aliquid vel facere in gratiam alicuius, vel reddere gratiam vel beneficium conferre, aut obsequi. & tandem pro amicitia, aut beneuolentia. Quare optime vulgatus reddidit *gratiam*. Explicat Drusius vocem Hebræam חסד, & ait denotare tum pietatem erga mortuos, siue officium, quod quis mortuo præstat, etiam cum plus præstat, quam debet. Nam officium proprie facit qui id facit quod debet, si plus facit benignitas est. v.g. Sepelire mortuum, qui cum viuus amicitiam colueris, officium est. Sepelire honorifice, in eamque rem sumptus de tuo facere benignitas.
Ruth.1.8. 2.Reg.2.5. Hoc sensu sumitur vocabulum חסד, Ruth.1.8. *Faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum.* Et 2. Reg. 2. 5. *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelistis eum.* Vbi cura in sepeliendo Sauli corpore adhibita eodem nomine appellatur. Sic in præsenti, &c.

Prima illustratio

202. *Dona grata sunt.* Palacius.
GRatia dati in conspectu omnis viuentis. Varie explicat Palacius hunc locũ. 1. de datione, seu donatione quæ grata est omni viuenti, q.d. esto munificus, nã datio tua, dona tua grata sũt, neq; est, qui nõ donis gaudeat. 2. de gratiosa, & hilari datione, nam hilarem datorem diligit Deus. Igitur cum gratia da cunctis. 3. Gratia doni tui ad omnes perueniat, quod Dominus dicit Matth.
Matth.7.7. 7.v.7. *Date & dabitur vobis, & omni petenti te tribue.*
Lucæ 6.7. Luc.6.v.7. ergo quantum in te est, omni viuenti tribue. Ita enim similis eris altissimo, qui *implet omne animal benedictione.* Psalm. 144. Rabanus,
Rabanus. Strabus. Strabus, & alij explicant de largitione eleemosynarum. de quo egimus supra, & diximus gratas esse apud Deum, & apud homines. Eleemosynas enim gratis donare indigentibus, habet gratiam, &c.

Ianson. Delrius. *Dona placant Deum & homines.*
Rursus Jansenius & Delrius noster tomo 2. Adag. adagium agnoscunt, & dicunt dona cunctis esse grata, secundum id poetæ.

Munera credo mihi placant, hominesque, Deosque
Placatur donis Iupiter ipse datis.

Sic etiam Lucianus in Fimone. *Non sunt reiicienda munera quæ à Ioue proficiscuntur.*

Prou.18.16 Hoc illustratur ex eo Prou. 18. 16. *Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium illi facit.* Quem locum explicat ad intentum noster Salazar existimans Salomonem homines ad liberalitatem & beneficientiam in vniuersum cohortari. q.d. liberales & profusæ largitiones hominem mirum in modum amplificant & nobilitant *dilatant viam*, vel *dilatant eum*, nimirum liberalitas & beneficientia cordi latitudinem addit, vel ipsa est latitudo, & amplitudo cordis. *Et ante principes sedere facit eum.* nimirum adeo honesta atque gloriosa est liberalitas, vt virum impense liberalem & magnificum dignum omnino esse censeam, qui inter principes sedeat. *Et ante principes spacium illi facit*, id est, locum illi inter principes præstat. Jtaque Salomon liberalitatis & beneficientiæ laudes commemorat atque virum beneficum tanta gloria & amplitudine præditum esse docet, vt inter principes merito sedem ac solium obtinere possit, quia principe dignam virtutem exercet. Hic est liberalitatis effectus & qui præstat dona, & munera gratiam apud omnes consequitur. Sic seruus, quem misit Abraham ad quærendum filio suo vxorem, Genes.24.53. qui non solum Rebeccæ vasa argentea, & aurea, & vestes donauit, sed *fratribus quoque eius, & matri dona obtulit*, quod gratum valde fuit omnibus, &c. & quid mirum si dicat Christus Dominus referente D. Paulo Actor. 20.35. *Oportet meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est magis dare, quam accipere.* id est, magis honestum, decorum, laudabile, quodque pluris æstimandum. Et dando placet homo, quærendo vel accipiendo displicet. Hinc illud nescio cuius poetæ. verum tamen & acutum apophthegma.

Liberales largitiones nobilitant hominem. Vir beneficus inter principes potest sedem obtinere. Gen.24.53. Act.20.35.

Temporibus nostris quicumque placere laborat *Qui vult placere det.*
Det, quærat, capiat plurima, pauca nihil

D.Thom. 203. *Beatius est dare quam accipere.*
D.Thom. 2.2. quæst.117.a.4.ad.3. alio modo hos versus citat, inquit enim: *Quia liberalitas est principium dationis, non pertinet ad liberalem, vt sit promptus ad recipiendum, & multo minus ad petendum. vnde versus:*

Si quis in hoc mundo vult multis gratus haberi,
Det, capiat, quærat plurima, pauca, nihil.

Jtaque cum beatius sit dare, quam petere, aut accipere. & si iucunditas liberalitatis sit penes tribuentem; at qui recipit non solum vtilitatem, sed etiam gratiosam voluptatem captat: Gratia enim doni in conspectu omnium. Dixit enim Seneca lib. 1. de Benefi cap.11. *In his sequemur, vt* Seneca. *opportunitate (dona) grata sint, vt non vulgaria quæque aut pauci habuerint, aut pauci intra hanc ætatem habent, aut quæ etiam si natura pretiosa non sunt, tempore aut loco fiant:* Hinc fit vt ita sint grata dona, vt à sapientibus non contemnantur cum illis offeruntur. Sic docuit Cæli. Rhodig. libr.13. cap. 16. aiens: *Esse animi præcelsi, ac prorsum regij munuscula vel ab infima fortuna hominibus collata, communicataue non aspernari. Verum erugata & renidenti fronte potius excipere, Lectum quippe est, lege apud Persas esse sancitum, vt quandocumque in Persas pergat Rex, pro facultate vnusquisque cum muneribus, quæ honoraria dici valent, aut aduentitia salutatum eat.* De regina Saba dicitur 3. Regum 10. dona opulenta Salomoni detulisse conuenit in Ierusalem vt eius tentaret sapientiam. Rursus Jacob Gen.43. 11. cum filios suos misit in Ægyptum vt frumentum emerent dixit ad eos: *Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera.* Insuper 1. Reg.10.27. Cum Saul vnctus fuit in regem. *Filij Belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera.* Vnde consue-

Dona ita grata sunt vt à sapientibus non contemnantur, cum eis offeruntur. Rhodig. 3.Reg.10. Gen.43.11. 1.Reg.10.27

Cælius Rhed. consuetudo, quam Seneca Epist.17. memorat, emanauit. *Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere.* Vide Cælium Rhodig. citatum, qui refert de rege Cyro, quod cum terram suam circumlustrasset, rusticus agricola obuiam ei procedens & adorans, ad aliorum exemplum, qui regi munera offerebant, non habens quid defferret, detulit aquam manibus oblatam, &c. Quod ei gratum fuit, &c.

204. *Abelis sacrificium munus gratum Deo.* Gen.4 v.4.
Ad huius confirmationem pende Abelis sacrificium, in quo Deo munusculum libenti animo donauit, quod ipse Deus respexit, vt illud accipere significaret. Quare ergo Deus donum ab Abele oblatum suis oculis spectauit. Gen.4. v.4. *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius?* Numquid sicut respicere Dei est, fauore prosequi, ita Abeli fauere, & studium nauare ostendit, cum illum spectauit? Ita sane, sed quia respicere hoc est, intento & defixo oculorum obtutu cernere, delectari, sibi complacere, inclinari, & quiescere dicimus, Deum in Abelis sacrificio sibi complacuisse, & Abele, ipsiusque sacrificio delectatum. beneuolo vultu illum, eiusque munera respexisse, id est, Abelis dona Deo grata fuisse. Nam si grata est omnibus quælibet liberalis donatio, quanto magis gratiosa & iucunda erit Deo Abelis donatio, licet Deo magis persona, quam donum perplaceat. Sic explicans hunc locum D.Gregorius tomo 4.Regist. Epist. 127.libr.7.ind.2. *Dicturus quippe* (inquit) *quia Dominus respexit ad munera, præmisit sollicite quia respexit ad Abel. ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt.* Jtaque liberalis donatio gratiosa & iucunda est omnibus viuentibus, & de ea loquitur Sirach.

Respicere quid. *Deo magis placet persona, quam donum.* D.Gregor.

Palacius. *Omnipotenti tribuendum.* Luc.6.v.30. Lyra Hugo. Dionys. Matth.25. v.35.
Huc pertinet tertia aliorum expositio qui sic exponunt (& placet Palacio vt diximus) id est, gratia doni tui ad omnes perueniat, secundum id Luc 6.30. *Omni autem petẽti tribue* q.d. esto promptus ad donandum, si quis quid à te petierit. sic conciliatur amor mutuus. Tandem veteres Lyra, Hugo, & Dionys. coniungunt non satis commode cum præcedentibus, vt sit sensus, in die iudicij rependendam nobis coram cunctis eleemosynæ nostræ gratiam: *Et esuriui enim & dedistis mihi manducare*, &c. Matth.25.35. quæ sunt opera misericordiæ, &c.

Secunda illustratio.

205. *Mortuis multa beneficia conferri [illegible].*
ET *mortuo ne deneges gratiam.* Ergo cum non deneganda sit mortuis gratia, seu benignitas, id est, beneficium, multa beneficia eis conferri possunt, sed præcipue quadruplex. primum est gratia sepulturæ, id est, mortua corpora in sepulchris condere. Secundum est beneficium orationis & oblationis pro eorum salute. 3. vt ipsorum posteri & relicti orphani defendantur, & consolatione erigantur. Tandem vt illorum fama defendatur & eorum nomen pro meritis honoretur. Quantum ad primum nobis ante
Tobi.1.21. oculos obuersatur S.Tobias cap.1.21. qui mortuos à Senecharib conabatur humo iniecta contegere, id est, humare, sic dicitur: *Tobias sepeliebat corpora eorum.* Vt quibus iam prodesse viuentibus non poterat, mortuis saltem prodesset, eos ab ignominia liberando, quam contraxissent, si eorum cadauera insepulta relinqueret. *Magnum quidem opus* (ait D.Ambros.libr.de Job.cap.1.) *Nam si viuentes operire nudos lex præcipit, quanto magis debemus operire defunctos? si viantes ad longiora deducere solemus, quanto magis in illam æternam domum profectos, vnde iam non reuertentur? Nihil hoc officio præstantius, ei conferre, qui tibi iam non possit reddere. Feræ hanc humanitatem defunctis corporibus detulisse produntur, homines denegabunt?* Vide quæ fecit Dauid cum Saul 1.Reg.3. & 2.Reg.7. & Gen.19. 29. de Jacob, & cap.50.24. de Joseph, de quibus agit illustrissimus Episcopus D.Sãcius Dauila in suo eruditissimo de veneratione reliquiarum volumine cap. 10. num.2. libr.1. Dixit enim D.August. tomo 5. lib.1. de Ciuit.cap.13. *Non enim contemnenda, & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorum fidelium, quibus tamquam organis & vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est spiritus. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, sepultura prouisa; ipsique dum viuerent, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus filiis mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos, Deum promeruisse, teste Angelo, commendatur.*

Magnum opus mortuos sepelire exemplo Tobiæ. D.Sancius Dauila. D.August. *Corpora defunctorum non sunt contemnenda, quia fuerunt organa bonorum operum.*

206. Diodorus. Q.Curtius. *Alexander Darium à se occisum iussit sepeliri.*
Hinc vt testis est Diodorus Sicul.lib.2. maxima apud Ægyptios in veneratione fuerunt, qui ad hoc opus incumbebant. Et Q. Curtius libr.5. in fine maximis celebrat laudibus Alexandrum Macedonem, quod cum Darium Persarum regem pugna commissa fudisset, audiens illum exanimem in suo curru insepultum à suis fuisse derelictum. Lacrymas præ compassione vbertim fundens, maximo cum honore illum sepeliri iusserit. Sic etiam Julius Cæsar Pompeij caput, quem infestissimum hostẽ habuerat sibi à Protolomæo missum cum honore sepeliendum curauit. Xenophon philosophus imperator agens de Xenophõ. Græcis lib.6. ait: *Vix. xv. stadia processerant, cum Cæsorum corpora inueniunt. Itaque cornu facto caudam eius ad cadauera primum oblata dirigunt: & omnia, quæ cornu complecti poterant, sepeliunt. Posteaquam primos illos terræ mandassent, acie prompta, rursumque constituta, eius cauda iuxta primos eorum, qui sepulti necdum erant. eodem modo quoscumque amplecti intra aciem poterant humabant. Posteaquam ad viam peruenissent, qua ex vicis iter erat, quo loco aceruatim cadauera iacebant, omnia in vnum comportata sepulturæ mandant.*

Exemplum sepeliendi mortuos.

Aliquæ gentes non humabant corpora sed cremabant. Plinius. Laertius. Alexand.
Apud aliquas gentes vsus fuit non humare corpora, sed cremare, vt constat ex Plinio lib.7. cap.50. & Pyrrho Eliensis apud Laertium in eius vita dicit, Romanos suorum corpora incendere solitos, & cum longinquis bellis defunctos eius cognouissent vt igne cremarentur decreto sanxerunt. Sic Alexand. ab Alex. libr.3. cap.12. qui agens de Ægyptiis & Siriis, inquit: *Apud Syros & Aegyptios condendi & non cremandi corpora, mediataque cadauera asseruandi in loculis vetustum morem inualuisse accepimus*, &c. Et Stobæus serm.124. ex Stobæus. Collectaneis Nicolai de moribus gentium, & ex Herodoto libr. 3. Histor. ait: Persæ & Ægyptij nefas esse putant mortuos comburere. Nam Persæ ignem Deum existimant, quare non iustum esse humanum cadauer offerre Deo. Ægyptiis vere persuasum habent ignem animatam quamdam esse belluam, quæ quæcumque nanciscitur, deuorat, atque consumit. At cum est expleta, ipsam, & ab ea vorata sunt vna emori, & propterea nec cremare, nec belluis offerre

Persæ & Ægyptij nefas putabant mortuos comburere & quare.

corpora, vt aliæ pleræque nationes Ægyptij statuerunt, sed ea condire ne à vermibus consumi possint. Lege eumdem Stobeum, & Alex. locis allegatis, vbi de modo sepeliendi cadauera multa inuenies. Vide D. Augustin. loco citato. Hoc itaque est primum mortuorum beneficium, scilicet illos sepelire, quia nullo modo eis *deneganda gratia* hæc, & benignitas.

Primum beneficiū mortuos sepelire. D August.

207\. Secunda gratia & beneficium, quod mortuis potest impendi, est orationis & oblationis pro eorum salute. Hoc satis confirmat & probat quod Machabæi fecerunt. 2. Machab. 12. 43. *Et facta collatione duodecim millia dragmas argenti, misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans (nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis) & quia considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Salubris, &c.* vbi nota textum mentionem facere de oratione, & de gratia, seu beneficio oblationis, quod pro defunctis offertur. Confirmatur hoc ex eo Iob. 4. vers. 18. *Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue.* quam consuetudinem constituendi panem & vinum super sepulchra mortuorum tangit Ecclesiasticus. cap. 30. v. 18. aiens: *Quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro.* Vbi locum Tob. extricabimus. interim lege nostrum eruditum Serarium super hunc locum in 7. præcepto Tobiæ, qui de eleemosynis pro mortuis explicat sententiam Tobiæ, & nostrum Ecclesiasticum. Optima (inquit) eleemosyna est, quando sacrosanctus Dominici corporis panis, dominicique sanguinis vinum pro mortuis offertur. Quod vnum D. Augustini mater moritura proposcuit, vt refert ipse Augustinus libro nono Confess. capite vltimo, Lege etiam Justinianum super Tobiam. Jtaque docet pro defunctis operibus satisfactoriis satisfaciendum. quod maxime fit sacrosanctæ Missæ sacrificio, in quo sub speciebus panis & vini viuificum corpus, & sanguis Domini nostri Iesu Christi immolatur, illud pro ipsis offerendo. Neque enim soli sacerdotes & clerici offerunt, qui iuxta diuersos gradus diuersis officiis occupantur, sed etiam audientes, qui votis precibusque assistunt, quod proprie adimpletur ministerio Sacerdotum, generaliter agitur à fide & deuotione cunctorum. Vide libellum aureum, quem in lucem edidit noster Martinus de Roa, vbi agit de Purgatorio, & de suffragiis, quæ animabus ad liberationem pœnarum valde proficiunt. & vide cap. 11. v. 28.

Secundum beneficium est orationes pro mortuorum salute. 2. Mach. 12. v. 48. Iob. 4. v. 18. *Consuetudo constituendi panem super sepulcra mortuorum.* Eccli. 30. 18. Serarius. August. Iustinianus *Pro defunctis operibus satisfactoriis satisfaciendum.* Roa.

208\. Tertia gratia, & beneficium, quod mortuis haud denegandum est, hoc est, scilicet, vt ipsorum posteri & relicti orphani defendantur, & illorum fama defendatur, eorumque nomen pro meritis honoretur. Ad hoc referebantur orationes funebres, in quibus defuncti honorabantur, & laudabantur, in conspectu omnium eorum, qui ad eorum funera celebranda, & iusta soluere conueniebant, sic D. Hieronymus tomo 1. ep. 3. in epit. Nepot. inquit: *Moris quondam fuit vt super cadauera parentum defunctorum in concione pro rostris laudes, liberi dicerent, & instar lugubrium carminum ad fletus & gemitus audientium pectora concitarent:* (Pro rostris ait, quod nos dicimus suggestum, *pulpito*. Polyb. rostra appellabat ἐμβόλοις suggestum, siue pulpitum, vnde concio ad populum in foro habebatur) Vide D. Gregor. Nazianzen. orat. pro fratre Cæsareo, qui inter alia inquit: *Valeant Gentilium certamina, & figmenta, per quæ miseri iuuenes ornati sunt, exigua exiguorum certaminum præmia proponentes, & quibuscumque rebus per libamina & primitias & coronas ac recens decerptos flores, hominibus visa functis parentant, patriæ legi potius, & stolido mærori, quam rationi seruientes. Meum munus est oratio, quod etiam fortasse futurum tempus excepturum est, perpetuo motus præditum, nec eum, qui hinc migrarit prorsus abscedere sinens: verum auribus animisque hominem, quem ornandum suscepit, semper conseruans ac desiderati simulachrum expressius, quam in tabula spectandum proponens. ac talia quidem sunt, quæ à nobis offeruntur: si autem parua & meritis tuis inferiora, Deo quoque gratum est quod fit pro viribus. atque alia quidem persoluimus, alia vero dabimus, anniuersarios honores & commemorationes offerentes, ij, quidem certe, qui superstites erunt, &c.* D. Ambrosius tomo 3. de obitu Valentiniani incipit: *& si incrementum doloris sit id, quod doleas scribere, quoniam tamen plerumque in eius, quem amissum dolemus commemoratione requiescimus, eo quod in scribendo dum in eum mentem dirigimus, intentionemque defigimus videtur nobis in sermone reuiuiscere, &c.* Vide Prouerb. 10. v. 7. vbi ait Salomon: *Memoria iusti cum laudibus, &c.* Laudes enim debitæ sunt iis, qui sancte vixerunt, &c. Lege inter alias M. Tulli orationem, quam coram totius populi Romani corona in defensionem sexti Roscij filij parentis eiusdem nominis recitauit, vbi filium luculenter satis defendit, probatque vel ea solum ratione à iudicibus tutandum ac fouendum fore, & in hæreditatem temere vsurpatam à Chrysogono quodam aduersario restituendum, quod pupillus sit, & filius hominis vita functi, hominis honestissimi, cuius filius honor ac bonorum ex testamento sibi relictorum restitutio debeatur. Quare Ecclesiasticus hæc omnia beneficia pro mortuis comprehendens monet, *mortuis non prohibendam gratiam*, &c. Vide digressionem pro exequiis defunctorum vbi repetimus testimonium D. Gregorij Nazianz. infra cap. 11. v. 30.

Tertium pro mortuis beneficium est posteros defendere & honorare. D. Hieron. D. Gregor. Nazianz. *Testimonium D. Nazianz. pro mortuis.* D. Ambros. *Laudes debitæ sunt iis qui sancte vixerunt.*

VERS. XXXVIII.

Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.

Sensus

Sensus.

Non desis. &c. q. d. Non solum hæc beneficia mortuis, sed etiam viuis superstitibus conferre, & præstare debes, scilicet non deesse plorantibus in consolatione, verbis enim tuis dolorem leuantibus debes eorum mœrorē minuere, & luctum abstergere. Cum eos videris lugentes luge, illis enim dolorem leuabis, & mœrorem minues, si eis commiserearis, & condoleas: commiseratio enim afflictum & mœrentem erigere & permulcere solet consolatione, &c.

Prima huius sententiæ illustratio.

209\. Non desis plorantibus in consolatione. Jn Græco desideratur Tò *in consolatione* additum autem est maioris explicationis gratia. Ergo cum egisset Ecclesiasticus de beneficijs quæ inpendi solent erga mortuos illos sepeliendo, & sacrificia orationesque in eorum suffragium offerendo. In præsentiarum agit de viuis superstitibus, qui mortem eorum lacrymantur; & exhortatur ad eos consolatione permulcendos. Sunt enim aliquando lacrymis & mœrore squalentes. afflicti, angustiati, finem lacrymis haudquaquam imponentes, & opus habent amicorum in mœrore solatio, vt luctum dimittant, ne assiduis, & immodicis lacrymis conficiantur; & contabescant. Quare admonet viuos, ne desint plorantibus eos consolando: amicorum enim solatia leuant plorantium dolorem, & mœrorem minuūnt, eosque in dolore confirmant, & in consolatione sustentant. *Sed si mortuam carnem* (inquit Raban.) *eleemosyna est sepelire, multo magis hominem viuum in tribulatione consolari, atque solatijs subuenire. Quis infirmatur & ego non infirmor*, &c. 2. Cor. 11. v. 29.

Plorantes pro mortuis consolatione permulcēdi. *Amicorum solatia leuāt plorantium dolorem.* Iob 30. v. 25.

Probat hanc sententiam & illustrat id Iob 30. v. 25. *Flebam*, inquit, *quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Ecce commiseratio afflictorum, quam Iob exercebat. & licet de omnibus afflictis generaliter loquatur, non abs re erit referre ad afflictos pro morte charorum. Flebat ergo Job super lugentes, mortem amici vel parentis, vel propinqui, & animus eius compatiebatur afflicto pauperi, quia commiseratione eos consolatione permulcebat. Super hunc locum inquit D. Gregor. lib. 20. Moral. cap. 26. *Qui enim afflicto perfecte compatitur, plerumque & hoc indigenti tribuit, in quo ipse qui dederit angustatur.* & paulo post: *Plus ergo non numquam esse dicimus compati ex corde, quam dare, quia quisquis perfecte indigenti compatitur minus æstimat omne quod dat*, &c. Vide Iob. 16. v. 5. *Consolarer & ego vos sermonibus.* vbi D. Gregor. lib. 13. Moral. cap. 3. *Eosque inter flagella roboramus cum doloris eorum vim verbis mitibus lenimus.* Sed D. Gregor. Nazianz. scribit Epistolam, quæ est 180. in qua exemplum nobis proponit condolendi aliorum, incipit enim: *Id quidem, quod Dei consilio ac prouidentia contigit prudentibus viris lacrymarum materia non est, nempe quod athleta post præclarium certamen, quo perfunctus est, ex arena excesserit, atque à certaminis arbitro assumptus sit, vt iustitiæ coronam accipiat, ac per eum Angelorum chorus augeatur; Hæc inquam, atque alia eiusmodi, ijs, qui ex Euangelij præscripto coniectos in veritatem oculos habent, gaudij, ac lætitiæ argumentum existunt. Quoniam autem vsus quidam & consuetudo hoc obtinuit, vt ob sanctorum virorum ex hac vita discessum & mœrore afficiamur; & ab ijs, qui chari nobis sunt, consolationem accipiamus. Eam ob causam triste quidem, at mœstum aliquid nec loqui sustinemus, nec vt huiusmodi sermonibus aures subijciatis; auctores vobis sumus: at verò eo, quo debemus, consolationis munere fungimur; illud scilicet vos monentes, vt per mutuum vestrum conspectum; semper eum ante oculos propositum habeatis. Hoc enim optamus, vt quisque & quæque ad beati illius viri vitam sese componat, ita vt, dum vos inuicem conspicitis; illud vobis persuasum sit, vos ipsius notas ac formam intueri. Vestram vitam informet ipsius puritas lenitas, humilitas, actuosa philosophia, perpetua animi ad Deum contentio; nec ad huius vitæ fraudes suspendi ac distrahi. Sic enim fiet; vt hæc alij in alijs perspicientes ipsius monimentum in vobis ipsis effingatis, nec aut ille, aut vos in morte sitis*, &c. Vide etiam Ep. 17. in qua Nyssenum Basilij fratris interitu mœstum & afflictum consolatur: & Orat. 20. consolatoriam ad matrem Nonam.

Iob flebat super lugentes mortem amici, & compatiebatur. D. Gregor. Iob 16. v. 5. D. Gregor. Nazianz. *Exemplum condolendi mortis aliorum.* *Consuetudo afficiendi mœrore discessum ex hac vita virorum sanctorum.* *Mortuorum virtutes imitandæ.*

210\. Ergo cum amicus amico compatitur; eius dolorem & mœstitiam minuit; D. Thom. 1. 2. q. 38. art. 3. rogat virum dolor & tristitia mitigentur per compassionem amicorum? Et respondet affirmatiue, citans Aristot. 9. Ethic. qui ait quod in tristitijs amicus condolens consolatur, & cum in corpore artic. primam rationem reddidisset de eo, qui humero suo portat onus alterius, eum adiuuando, subdit statim: *Secunda ratio & melior est, quia per hoc quod amici contristantur ei, percipit se ab eo amari, quod est delectabile. Vnde cum omnis delectatio mitiget tristitiam, sequitur quod amicus condolens tristitiam mitiget.* Quem articulum commentans Seraphinus Capponius in Apendice probat ex eo Psal. 68. v. 21. *Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.* & subdit: Ac si ex ipso contextu manifeste dixerit: Consolatorem tunc inuenissem, si vidissem aliquem mecum simul contristatum, id est, aliquem mihi patienti compatientem. Et hoc quia compassio, id est, dolor condolentis fuisset aliquo modo meæ tristitiæ atque doloris mitigatiua. Jtem per hoc quod propter id de non inuento sibi compatiente lamentabatur in Psal. 141. v. 5. *Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognosceret me.* Scilicet ad mihi condolendum, ac si aperte subindicet, quod si dexteram vidisset aliquem sibi condolentem, fuisset ex hoc mitigata sua tristitia, & dolor. excipit tamen hic auctor beatissimam virginem matrem, &c. Quia igitur commiseratio tristitiam mitigat, & dolorem minuit, abstergit lacrymas dolentiam. Ideò Sirach ad hanc consolationem adhortatur, cum ait: *Non desis plorantibus*, &c.

Cum quis amico compatitur eius dolorem minuit. D. Thom. Aristot. Psal. 68. v. 21. *Compassio alterius tristitiæ est mitigatiua.* Psal. 141. v. 5

Illustratio secunda.

211\. Et cum lugentibus ambula. In originalibus Græcis legitur: *Et cum lugentibus luge.* Jdem enim verbum est in vtroque scilicet πενθοῦντων, à verbo πενθέω, quod est lugeo. Sed vulgatus transtulit *ambula* vt variaret dicendi modum, idem enim est hic ambulare, ac lugere; id est, ambula vt lugentes ambulant, lugentes lu-

Cum lugentibus ambulare quid.

gent, sic ambulari erit lugere. quod satis illustrat id Pauli Rom. 12. v. 15. *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.* Præceptum est generale vt gaudeamus de bono aliorum, de quo ipsi gaudent; & fleamus & doleamus de eo malo, de quo ipsi flent & dolent. hoc enim charitas communis postulat, & ea beneuolentia mutua conciliatur & conseruatur. id est, hæc sit inter vos sympathia vt bona & mala fratrum æque vos ac illos tangant, hoc est, vt amicorum res secundas, & aduersas, eo quod ipsi animo siue hilari siue tristi excipiamus. Cùm D. Paulinus Ep. 37. Pamachium de morte vxoris consolaretur, citat hunc locum Pauli *flere cum flentibus*, & ait: *Vicissimque nobis compati, & inuicem onera nostra portare, vt mutuis consolationibus roboraremus communem fidem & fatigata pectora foueremus; cui muneri tantum dedit, vt eo functum magnæ ciuitatis instar amplificandum promiserit, enuntians per Prophetam, quia frater fratrem adiuuans exaltabitur sicut ciuitas magna, videlicet quod munimentum animæ dimicanti fraterna compassio ferat, varijsque mentis afflictæ pulsibus quasi murus obsistat.* Vide D. Ambros. tom. 3. Orator. de obitu Valentiniani.

Rom. 12. v. 15. — *Præceptum generale est gaudere cum gaudentibus & flere cum flentibus.* — D. Paulin. — Prou. 18. v. 19. — D. Ambros.

212. Quare ergo cum lugentibus lugendum nobis est? numquid luctus noster mitigat alterius luctum? ita sane, vt superius diximus de eo, qui amico condolet, & compatitur. Sed insuper quia per compassionem quis in se accipit dolorem alterius, sicut lacrymæ mitigant dolorem vnius, sic minuunt dolorem alterius compatientis. Hoc vtique significabant Christi domini Iesu lacrymæ in monte Lazari sui amici, cùm referat Ioannes illum cum lugentibus luxisse, cap. 11. v. 33. 35. *Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu & lacrymatus est Iesus.* In amoris significationem, non solum luxit Christus cum lugentibus, sed luxit, vt dolorem, quem per compassionem acceperat mitigaret. Dixit enim D. Ambros. tom. 3. orat. funebri de obitu Valentiniani; *Cum doluisse plerumque solatium sit dolentis.*

Quare cum lugentibus lugendum. — Ioan. 11. v. 33. 35. — *Christus plorauit Lazarum in signum amoris, & compassionis* — D. Ambros. — D. Thom.

Rogat igitur D. Thom. 1. 2. q. 38. art. 2. Vtrum dolor vel tristitia mitigetur per fletum? & respondet affirmatiue, afferens D. Augustini exemplum qui aiebat; *quod quando dolebat de morte amici, in solis gemitibus & lacrymis erat ei aliquantula requies.* & probat duplici ratione: *Primo quia omne nociuum interius clausum magis affligit, quia magis multiplicatur intentio animæ circa ipsum; sed quando ad exteriora diffunditur, tunc animæ intentio ad exteriora quodammodo disgregatur, & sic interior dolor minuitur: Et propter hoc quando homines qui sunt in tristitijs exterius suam tristitiam manifestant, vel fletu aut gemitu, vel etiam verbo mitigatur tristitia. Secundo quia semper operatio conueniens homini secundum dispositionem, in qua est, sibi est delectabilis: fletus autem & gemitus sunt quædam operationes conuenientes tristato, vel dolenti, & ideò efficiuntur eis delectabiles. Cum igitur omnis delectatio aliqualiter mitiget tristitiam, vel dolorem, sequitur quod per planctum & gemitum tristitia mitigetur.* Vide Gen. 38. v. 12. vbi Iudas post mortem suæ vxoris. *Post luctum consolatione suscepta ascendebat ad tonsores ouium suarum.* q. d. Luctus ille mitigauit tristitiam, quam de morte vxoris Judas conceperat, & sic consolatus est lugendo, & post luctum illum ascendebat, &c.

D. August. — *Qui dolet de morte amici in gemitibus inuenit requiem.* — *Fletus & gemitus sunt operationes conuenientes dolenti.* — Gen. 38. v. 12.

213. Ergo Ecclesiasticus hoc monitum omnibus proponit vtile & commodum, nemo, inquit, sit ita crudelis, vt cum viderit amicum mœrore & lacrymis confectum, non permulceat eum consolatione verbis & operibus, & ambulet cum eo, nam *melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij* (vt dixit Ecclesiastes cap. 7. v. 3.) *In illâ enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit.* Quod eleganter ad intentum explicat noster Pineda aiens: Præstat in domum funeris ire pietatis ergo vt lugeas cum lugentibus, & solatij officium exhibeas afflictis, quam vt exequijs ad sis postero alio fine aut sordida & lautioris Epuli cupiditate illectus. Vide Ierem. 16. v. 5. 7. 8. Chald. *Melius est ire in domum luctus ad consolandum eam.* Vide Gen. 50. v. 11. & 2. Reg. 11. v. 27. Lege tandem Alexandrum ab Alex. lib. 3. Gen. dier. cap. 7. vbi agit de luctu defunctorum, & pompa exequiarum. Finem faciat D. Paulinus Ep. 37. ad Pamachium, qui consolans eum de morte vxoris inter alia inquit: *Verè dico & non mentior, dum animi tui motus cogito, mea quoque viscera sentiosus pirijs tuis duci, & vt verè soci alia membra vulneris tui dolore configi.* Lege totam Epistolam, quæ nostrum locum apprime illustrat.

Verbis, & operibus consolandi ij, qui lugent. — Ecclesi. 7. v. 3. — *Melius est ire ad domũ luctus, quàm conuiuij.* — Alexan. — D. Paulin. *Verba consolatoria D. Paulini ad Pamachium in morte vxoris.*

VERS. XXXIX.

Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis.

Sensus.

Non te pigeat, &c. q. d. Inter alia monita hoc non contemnendum, quia multum proficit ad meritum. Rogo ergo te ne pigritia retraharis & animus tuus opprimatur in visitatione infirmorum: scio enim rem esse parum lætam, sed potius aliquando horret animus & nauseam mouet in viscere infirmos præcipue cum sordidi & squalidi iacent; sed animum tuum erige, & eos visitare non pigeat. Cito enim appropinquat præmium, quod erit dilectio Dei & hominum, diligeris inquam à Deo & hominibus, apud quos hunc impensæ charitatis fructum consequeris, vt vicissim summam apud eos beneuolentiam & gratiam conciliabis. & per hæc fiet, vt dilectio tua in te crescat & firmior fiat, quia charitas ex operibus crescit, &c.

Illustratio prima.

214. *Non te pigeat visitare infirmum.* Inter opera misericordiæ, quæ in Dei obsequium exercentur, magno apud Deum in honore est ægrotos inuisere, & eos consolatione permulcere. Quod opus illi gratum & iucundum fuisse Christus dominus in die generalis visitationis, cum omnes venire in iudicium præceperit manifestabit. Nam hoc opus enumerabit, vt illud æterno præmio persoluat. Inquit enim Matt. 25.

Infirmos visitare gratũ Deo.

Matth. 25. v. 36. *Infirmus, & visitastis me.* Id est, cum infirmos inuisistis eos consolando, me inuisistis, & consolati estis me. quare: *Venite benedicti Patris mei, & possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* id est, accipite æternum præmium his bonis operibus debitum, vt sciatis me plurimũ fecisse hæc misericordiæ opera, & præcipue hoc eorum infirmos visendi. Sed quid accipitur nomine visitationis? Numquid illos videre, & aloqui, vt ægritudinis minuamus molestias? Respõdet Abulensis super hunc locum: Dicendũ quod visitare de primaria sua significatione importat frequenter videre. Patet, quia infirmis visitatio est facienda in quantum eis necessaria est, aut vtilis sed videre illos valdè est eis necessarium: nam cum ægri multas tolerẽt molestias, opus est vt alij colloquantur eis, quia per collocutionem consolantur, & resumitur eorum malum quodammodo peruisionem & allocutionẽ. probat ex Arist. in Ethicis. Secũdum principale (inquit) patet, quia cum nomine infirmitatis significatur quædã inopia vel defectus, nomine visitationis significabitur valetudo illius, ergo necesse est quod omnia, quæ pertinent ad releuationem ægri accipiantur nomine visitationis. est autem necessaria visio, & allocutio propter consolationem, vt dictum est, necessaria est etiam administratio, scilicet quia infirmus non potest sibi ipsi ministrare, sed opus est vt alij ei ministrent parando omnia, quæ ad ipsum pertinent. etiã quia infirmis interdum multa desunt vt quando sunt inopes, ægritudo maxime pluribus indiget, consistit visitatio in hoc, quod de necessariis prouideatur. Probat nomine honoris, nõ enim honor parentum postulat solum exteriorem reuerentiam, sed præcipue sustentationem eorum. Sic de visitatione infirmorum. Et quia ægris multa concurrunt, quæ animos visitantium retardant & retrahunt à faciendo hoc opere misericordiæ præmisit Ecclesiasticus verbum pigere, *non te pigeat.* id est, ne patiaris animum tuũ pigritia opprimi, sed erige illum, & obstacula remoue, quæ ad visitandos infirmos retardant tuam celeritatem. Scilicet molestiam, fastidium, tædium, quæ & alia infirmos visitantibus occurrunt. & precipue cum ægri sordidi, & squalidi sunt, & stomachum visitantium ad nauseam mouent. Ne inquam pigrescas, sed illos inuise, nõ solum, vt tuis dulcibus sermonibus, & aloquiis consoleris, & ægritudinis molestias minuas, sed etiam vtde necessariis illis prouideas, si tanta egestas premit, & tanta sit eorum tenuitas, vt dissimulari non possit. Hi enim sunt, qui cum propter paupertatem aliena indigeant misericordia, ingenuo pudore à quærendo & postulando deterrẽtur, quos nos vocamus, *pobres eruergonçantes.* Talis namque in publicum hospitale domicilium, ad quod ægrotantes pauperes diuertũt, scilicet nosochomion se recipiunt cum morbo tentantur, & ægrotant, vt ibi curatio ipsis adhibeatur. De omnibus infirmis vel ægrotis generaliter loquitur Ecclesiasticus, & exhortatur ad eos inuisendos, vt sibi vnusquisque commodam vtilitatem capiat, hoc opus misericordiæ exercendo: quare ait *Non te pigeat*, &c.

Matth. 25. v. 36. — *Verbum visitare quid denotet.* — Abulens. — *Visitare significat subuenire inopiæ.* — *Ægritudo pluribus indiget.* — *Infirmi inopes visitandi & succurrendi.*

Secunda illustratio

Ex his enim in dilectione firmaberis. Optime hoc hemistichium explicuit Palacius. Grandem vero, inquit, Theologiam docet verbum illud *in dilectione firmaberis.* Contingit enim dilectionem augeri, quæ infirma tamen est. Diligebat Petrus Christum, cum dicebat Matth. 26. v. 35. *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo:* erat vero infirma dilectio, quam ancillæ vox ita deiecit. 216
At inquit, si visitaris infirmũ, firmabitur dilectio: Non facile à dæmone vincetur, qui infirmos visitare contendit. Infirmi infirmitas firmat infirmam charitatem. Potest etiam hunc sensum habere ex his operibus in Dei dilectione firmaberis, scilicet firmius te diliget Deus: ac ideo non te in peccata labi patiatur, &c. In originali *Diligeris*, id est, à Deo & hominibus diligeris, & accipies gratiã, si opera misericordiæ quæ superius commemorata sunt opere impleueris. Quod ait *ex his* refertur ad præterita. Illud *firmari in dilectione*, significat quasi in dilectione consistere, seu quiescere, *hazer asiento.* nos diceremus: *Si estas obras demisericordia exercitares, seuera, que ha hecho enti asiento el amor.* Ex Dei enim amore hæc opera misericordiæ procedunt. Sed quia non solum actiue, sed etiam passiue, hæc *dilectio* intelligẽda est, ideo dupliciter potest explicari, si actiue intelligamus, sensus est, quem prælibauimus, q. d. per hæc opera fiet vt dilectio tua in te crescat & firma fiat: quia charitas crescit ex operibus, & firmatur in corde: *Hase asiento el amor en el alma.* Et meritum quod quis adipiscitur in visitatione infirmorum ęquale est dilectioni & charitati, quam tractauit, & in qua versatus est. Sic dixit eleganter D. Dorothæus Doctr. 14. de virt. animæ to. 4. Bibl. agẽs de eo, qui infirmum curat: *Sed feret omnia patientissime, & certo credet maiori beneficio se affici ab ægroto; quam ægrotum de seipso.* Sed quia in Originali legitur verbum *diligeris*, vel amaberis, vel vt Tygur. *gratiam ex eo colliges*, intelligenda est *dilectio* passiue q. d. ex his fiet, vt magis diligaris, & charior seu gratior fias tum Deo, tum hominibus, hoc significat verbum γαπηθήσῃ, à verbo ἀγαπάω, quod est amare, & diligere, & aliquando amice, & hilariter accipere; Hilariter & amice accipiens, & ab omnibus gratus seu gratiosus fies: *Seras agradable a todos, seras amado de Dios, y de las gentes.* qui enim opera misericordiæ, præcipue infirmos inuisere animose præstat & exercet, amabilis redetur, omnibus, nemo est, qui eum non diligat, quia ab omnibus gratiam colligit, &c.

Dilectio alia infirma, alia firma & vera — Palacius. — Matth. 26. v. 35. — *Qui visitat infirmos à Deo, & hominibus diligitur.* — *Charitas crescit ex operibus.* — D. Doroth. — *Qui infirmum curat beneficium recipit ab infirmo.*

VERS. XXXX.

In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Sensus.

215. In omnibus operibus, &c. q. d. Finem consulendi facio in memoriam reuocans sententias sepulchrales, quas superius proposui moneo igitur te, vt in omnibus sermonibus, negotiis & operibus in quibus fueris distẽtus, recogites nouissima, quæ tibi iam imminere pręsentis obuersetur tibi ante oculos mortis tempus, quod incertum est, iudicium iustissimũ, quod post mortem tandem subiturus es: insuper & alia duo extrema mors, & vita æterna, id est, supplicium, &

præmium æternum: sic enim voluntas tua, seu animus tuus cohibebit se, ne aliquod peccatum saltem mortiferum committere audeas, &c.

Notæ.

IN *omnibus operibus tuis* in Græco est, ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις σοῦ Drus. vertit *in omnibus negotiis tuis*. Tygur. *factis*. λόγος enim inter multa significata sermones & verba significata sermones & verba significat, non factum, vel negotium, ideo Jansenius censet interpretem legisse non λόγος, sed ἐργοῖς, id est operibus vel factis, à verbo ἔργον, quod est opus, factum, negotium. Licet λόγος comprehendat opera, dicta, & cogitata. Drus. notat inuersione vulgari. Quanquam in illo, inquit, alia sententia esse potest, & religio docet rationem nobis reddendam esse, non solum factorum, sed etiam dictorum, ideo nō male vertunt Complut. *sermonibus*, si quidem ex eo sequitur id, quos nos transtulimus: nam si debemus meminisse verborum, multo magis operum, & factorum. Facta enim grauius puniuntur quam verba. Per nouissima intelligit mortem, videlicet moriturum te esse, futurumque escam lumbricorum ac vermium, & quod caput est, reddendam esse rationem omnium eorum, quæ feceris, dixeris, cogitaueris. Sed verior est sententia Dionys. Carth. qui assignat quatuor nouissima, de quibus edidit librum peculiarem, videlicet de Morte, Judicio extremo, Pœnis, quas reprobi sufferunt apud inferos, & Gaudio quod electi percipiunt in cælo. vide Vasquez, & Suarez. & alios. qui de Nouissimis tractant. præcipue Franciscum Eserium, & Martinum de Roa.

Ianſenius.

Facta magis puniuntur quam verba.

Dionyſ.

Prima illustratio

217. *In omnibus rebus respiciendus finis.*

IN *omnibus operibus tuis*, &c. Delrius noster to.2. Adag. Adag.379. in hac sententia adagium agnoscit, nempe illorum, qui capiunt de singularium rerum exitu, & fine, iuxta vulgatum illud. *Quidquid agas sapienter agas, & respice finem.*

Dionyſ. Halicarn.

Ita Dionys. Halicarn. lib.8. antiq. affirmat viros prudentes priusquam aliquid aggrediātur, prius eius exitum sibi considerandum censere. Probat Delr. Fabula Æsopi de vulpe, quæ vestigia ad leonis specum considerans, negabat eo sibi properandum, vbi nulla retro tenderēt, & citat Horatium. Sed probare hoc adagium possemus ex eō Luc.14.v.18. *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt.* (hoc est, respicere finem) *Si habeat ad perficiendum: ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.* Prius enim respiciendus finis operis, ne error sequatur, & ab aliis condemnetur.

Lucæ 14. v.18.

Considerans nouissima à peccato abstrahitur.

Certe tamen hic nō adagium, sed vtilissimam proponit doctrinam Ecclesiasticus ad abstrahendum hominē à peccando. considerans enim quis nouissima sua à peccādo abstrahitur. Nonnulli autem non explicant de omnibus nouissimis, quæ sunt Mors iudicium, Infernus, Gloria, sed vnus de vnō, & alius de alio. D.Hieron. to.3. Ep.ad D.Cyprian. quæ est 139. intelligit de nouissimo Mortis. *Nihil enim* (inquit) *ita decipit humanum genus, quam dum ignorant spatia vitæ suæ longiorem sibi sæculi huius possessionem repromittunt. Vnde & illud egregie dictum: Nullum tam senem esse & sic decrepitæ ætatis, vt non in te adhuc vno plus anno viuere suspicetur. Ad hunc sensum pertinet & illud, quod dicitur: Memento mortis tuæ & non peccabis.* Qui enim se recordatur quotidie esse moriturum contemnit præsentia, & ad futura festinat. Et ep.16.ad Principiam inquit: *& post multas ætates illa sententia: Memento semper diem mortis & nunquam peccabis*, &c. Sequuntur D.Hieronym. Glossa & Lyra, qui ait: *Nouissima, id est, mortem.* Sicut nauta sedet in vltima parte nauis, vt dirigat eam. quæ similitudo in eo consistit, vt sicut nauta, qui nauem regere conatur in postrema nauis parte sedet ad eam melius dirigendam: sic qui in meditatione mortis versatur, quasi in postrema parte nauis animæ sedet, vt eam dirigat in reseruationem æternam. Vide D. August. tomo 9. in tract. 18. de Speculo peccatoris.

Nullus ſe ita ſenē conſiderat, vt nō ſuſpicetur vno plus anno viuere.

D.Hieron.

Glossa. Lyra.

Nouissima de morte tantum ille intelligunt, qui intelligunt.

D.Auguſt.

218. *De nouissimo tertio scilicet inferno testimonia.* D.Chryſ.

D. Joannes Chrysost. to.1.hom.in ps.140. explicans id: *Pone Domine custodiam ori meo*, &c. explicat de tertio nouissimo, quod est Gehenna: *Quenam autem* (inquit) *fuerit custodia nisi cogitatio, quæ vrget terribiliter, habens præ manibus ignem eos vsturum, qui ore temere vsi fuerint: eum adhibe ianitorem & custodem intentantem minas conscientiæ, & hanc portam nunquam intempestiue aperies, sed tempestiue & propter lucrum, & bona innumerabilia. quo circa dixit quispiam: Memento nouissima, & in æternum non peccabis.* Melius to.4.hom.2.in epi.2.ad Thesal.cap.1. cum dixisset: *Si Gehennam semper cogitaremus, non cito in eam incidemus. Propterea supplicium minatus est Deus. Non potest fieri vt anima de Gehenna sollicite cogitans cito peccet. Etenim audi admonitionem optimam: Memor inquit, esto nouissimorum tuorum, & in æternum non peccabis. Dixerat enim ante hæc verba: Si quando te ceperit concupiscentia cogita Gehennæ ignem: cogita quam plane nullius æstimanda sit peccati voluptas, quamne voluptatem quidem habeat. si enim earum legum, quæ in hoc sæculo positæ sunt tātum potest metus vt à malis nos actibus cohibeat: multo magis poterit hoc recordatio futurorum, supplicium immortale, pœna sempiterna. Si metus terreni regis à tantis nos malis abducit, quanto magis regis æterni?* Lege totam hanc homiliam quæ optime nostram sententiam confirmare videtur. Non tamen negat S. Chrys. perfectius esse moueri spe gloriæ, quam metu Gehennæ; sed contendit imperfectioribus, nempe plerisque (populo enim concionabatur) efficaciores stimulos addere metum pœnæ infernalis, quam spem regni cælorum, & ideo efficaciorem illius, quam huius plerisque esse recordationem.

Qui inferni pœnas in memoriam adducit à peccatis se abstinet.

Secunda illustratio.

219. *Per nouissima intelligunt Mors, iudicium infernus, & gloria.*

SEd vere auctor noster per *Nouissima*, non solum Mortem & Gehennæ supplicium intelexit, sed etiam iudicium, & Gloriam, quorum recordatione abducuntur homines à peccādo. In memoriam, inquit, reuoca in omnibus sermonibus, negotiis, & operibus tuis nouissima tua, & continebis, cohibebisque te à delinquendo. Quare Moyses populum Israeliticum gētem absque consilio merito appellauit, dicens Deut. 32.28.29. *Gens absque consilio est, & sine prudentia.* & subdit: *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Super quæ D.Aug.to.9.explicās hunc locum tractat. 18. de spect. peccat. cap.3. inquit: *Reuera charissime frater, sic præsentis vitæ tuæ breuitatē attendas, & quod tibi deest in agendo Deo condigna pœnitentia, in disciplina præceptorum eius obseruanda, in sanctitate coram ipso perficienda, sapperes, & intelligeres, & mortem ante oculos prospiceres, procul dubio mox sine morā spretis pompis, postpositis mundi curis, despectis cæ-nis illecebris, proiectis voluptatibus, contemptis delitijs, in tui custodia vigilares, ac nouissima prudenter prouideres. Sapientis enim est, non tam cuiuslibet rei principium prospicere, quam finem, extremumque prouidere*, &c. Sic salua factæ sunt prudentes virgines, *quæ acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* id est, necessaria opera suppeditarunt ad mortis articulum, ideò intrauerunt cum diuino sponso ad cælebrandas in cæsti domo optatas nuptias. Matt.25.v.10. Virgines autem fatuæ, quæ nouissima minime prouiderunt, scilicet mortem futuram, iudicium subeundum, gehennæ supplicium præparatum, gloriam proferendam, & de re tanti momenti non fuerunt sollicitæ perīēre tandem cum hora mortis properaret. Quid enim stultius esse potest, quam amittere in vita, id sine quo ad destinatum vitæ beatæ finem peruenire nemo valet, vtinam nouissima prouidissent.

Prudentes virgines quare salua facta sunt. Matt 25. v.10.

Sic igitur Joseph patriarcha cuius prudentia ab omnibus commendatur; prouidit enim diuino afflatu illustratus septem in Ægypto annos fore nimiæ fertilitatis, totidemque super venturos sterelitatis, quod renuntians Pharaoni, ait Gen.41.v.33. *Nunc ergo prouideat rex virum sapientem, & industrum, & præficiat eum terræ Ægypti.* Rex prædictione territus ipsum denuntiatorem negocio præfecit. Quid ille? septem fertilitatis anni frumenta in horrea ingessit, quæ populi sterilitatem consequentium annorum temperaret, ne fame perirent. vbertatis anni hi sunt, quibus nunc viuimus. Gen.41.v.49. *Tantaque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excideret.* ergo aperta nunc sunt sacramentorum diuina horrea, vnde fit vt viri prudentes, Josephum imitati in horrea animorum suorum vim cælestium alimentorum magnam conferant, ne in annis consequentibus cum fatuis fameſcant. Hac enim prudentia Ægyptij agricolæ caruerunt, atque idcirco in annis sterilibus, non pecora solum, sed agros etiam ipsos pro frumēto vendere coacti sunt. vt dicitur Genes.47.v.20. quibus dicendum est, *Vtinam saperent & intelligerent, & nouissima prouiderent.* gens enim erat *absque consilio*, id est, nec cogitantes, nec memorantes diem mortis nouissimum, &c.

Ioſephi Patriarchæ prudentia.

Gen.41. v.33.

Gen.41. v.49.

Sacramenta noue legis diuina horrea.

Gen.47. v.20.

Hinc est, quod Ecclesiastes cap.9.v.10. hoc consilium præbuerit: *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu propōras.* Age ergo dum vitam transigis, charitatem, & cæteras virtutes exercere, & in illis frequenter versari, sine quibus in cælum non conscenditur, ne si id non feceris, post mortem Tartaro adiudicaberis: quo nisi à vitijs resipiscas diuina ope tibi succenturiante, seu sustituente, haud dubie festino gradu properas. Quare si prudens esse vis, *quodcumque facere potest*, &c. Mercatus est enim hæc vita, nunc aguntur nundinæ, in quibus diuinæ merces ementibus sunt exponendæ. finitis nundinis, frustra merces quæres. hoc tempus est eundi aduendentes, negociamini *dum venio* ait Dominus Luc.19.v.13. & inquit D. Greg. Nazian sententijs: *mercatum vitam existima, si negociatus fueris, quæstum facies*, &c. Quæ negociatio nititur consideratione nouissimorum, ideò *memorare.*

Eccleſ.9. v.10.

Dum vita eſt exercenda virtutes.

Vita hæc mercatus eſt. Luc.19 v.13 D.Nazianz

220. *Nouissimorū consideratio peccati remedium est.*

Illustratio tertia.

ERgo nouissimorum consideratio peccati remedium est. 1. Mors cum in peccati visceribus prognata sit, est enim mors effectus seu filia peccati, diuina sapientia ex suo inexhausto & profluenti prompsit ingenio hoc nouum, scilicet ex ipsa morte antidotum & medicamentū fecisse contra peccatum. Dixit enim Lactantius lib.de ira cap. 13. *Viperam, ferunt exustam in cinere mox dilapsam maderi eiusdem bestiæ morsu.* Ita etiam mors vel eius assidua meditatio, id est, ipsa mors tamquam in cinerem dilapsa per frequentem recordationem antidotum & medicamentum est aduersus peccatum, quod mortis causa fuit. Cum enim quis mortis memoria animum suum refricat, & eius meminit violentiæ, non audet peccatum committere quia mors peccatum subsequitur, & mortem æternum supplicium retrahit ergo mortis recordatio hominem à pecccando, sicque peccati antidotum est, &c. & ne effrænate in peccato proijciatur hoc remedium proponit. Rursus. Num. 21. v.8. dicitur Deum statuisse percussorum à serpentibus medicinam & antidotum esse serpentem Æneum. *Fac* (inquit Deus) *serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet*, vt vnde procedit percussio, procederet & remedium.

Lactant.

Mors antidotum aduersus peccatum.

Num.21.v.8

Tandem abijciens Dauid Saulis arma pugnauit contra Goliath, eumque proprio gladio truncauit. 1.Reg.17.v.51. *Et tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, præciditque caput eius.* Itaque Gigas eo gladio, quo Dauidem interficere conabatur, ipse interfectus fuit. Et cum Dauid Saulem fugeret cap.21.v.9. ab Amilech gladium, sacerdos obtulit eum, quo Goliath. caput absciderat, accepit Dauid, & dixit: *Non est huic alter similis, da mihi eum.* Non est igitur armatura fortior ad fugiendas inimicorum manus meditatione, seu recordatione mortis, ipsa eos offendit, dæmonemque & peccatum, & mundum, & carnem atque ipsam mortem iugulat, detruncat, perimit. Itaq; cū sit mors ex peccato generata eius assidua & attenta recordatio peccati antidotum est, & qui eam in memoriam reuocat à peccando compescitur: Jdeò transtulit D.Hieron. vt supra: *Memento mortis tuæ, & non peccabis.* Dixit D.August. tom.9.in spec. pec. cap. 3. *Ergo vtinam saperent, scilicet, peccata præterita quam sint amara. Vnde Ieremias: Vide quam amarum est & malum reliquisse*, &c. *Malum est in culpa, & amarum est in pœna, & nouissima prouiderent, prouiderent contra sterilitatem futuram, sicut Ioseph. Vnde Salomon in omnibus operibus tuis*, &c. Et cap.4. citans eumdem locum Sirach sub nomine Salomonis, subiicit: *Non melius poterit caro luxuriosa domari, quam qualis erit post mortem præmeditari*, &c. & cap.5. *Quid enim est in omni scientia, quod hominem prouocet facilius ad sui custodiam, & omnem iniustitiam expellendam ad sanctitatem in timore Dei perficiendam, quam sua corruptionis consideratio, suæ mortalitatis certa cognitio, postrema tremendæ mortis suæ recordatio.* Vide D.Hieronym.supra.

Mors ex peccato generata.

D.Hieron.

D.Auguſt.

Illustratio quarta.

221. *Mors impijs ansam præbet peccandi* Sap. 2. v.2.

PRæterea non solum mors subsequenda cōpescit, & abstrahit hominem à peccando, quin potius impijs ansa præberetur peccandi si solum mors ipsi ante oculos obuersaretur, vt illi dixerunt sap.2.v.1. *Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ*, &c. *Venite ergo & fruamur bonis*, &c. Sed vlterius illos retardat extremi iudicij meditatio. Qui enim cogitat se anteactæ vitæ rationem redditurum. refrænat concupiscentiam suam, & fugit peccata. Hac consideratione conabatur iuuenem quemque refrænare Salomon, cum

per irrisionem & ironicam permissionem, Dixit Eccles. 11. v. 9. *Letare ergo iuuenis in adolescentia tua, &c. & scito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.* prodit hic Salomon atque obiurgat effrænes adolescentiæ cupiditates, & noxia illa voluptatis desideria, quibus feruens illa exæstuat ætas rationis in extremo iudicio reddendæ recordatione; certo enim persuasum vult adolescentem non peccaturum impune, & vt illum à peccando contineat, & compescat in memoriam iudicij extremi meditationē reuocat. q. d. diligentissime inquiret in tui cordis vias, ac tuorum oculorum motiones omnes, æquissimisex aminabit ponderibus, vt referas prout gessisti in corde & in sensibus omnibus. D. Bernard. lib. 5. de consideratione cap. 14. agens de iudicio: *quo sane*, inquit, *pauido aspectu dum vehementius concutit intuentem fugat vitia.* vide inferius cap. 11. 29. digress. 1.

Extremum iudicium compescit à peccando.

D. Bernard.

222. *Remedium peccati inferni meditatio.*

De 3. nouissimo sufficiat testimoniū D. Joan. Chrysost. supra relati, nullum enim medium ita efficax inuenitur ad fugandas peccandi occasiones, quam æterni supplicij assidua cogitatio & meditatio. & quæ diximus supra vers. 19. huius capitis. vltimum tandem nouissimum scilicet gloria peccata repellit: præmij enim futuri meditatio haud inefficax contra peccatum remedium est: *Quid ergo*, inquit, D. Aug. to. 5. lib. 5. de ciuit. cap. 18. *Magnum est pro illa æterna cælestique patria cuncta sæculi huius quamlibet iucundi blandimenta contemnere, si pro hac temporali atque terrena filios Brutus potuit & occidere, quod illa facere neminem cogit?* Melius & ad intentum accommodatius D. Chrysost. tom. 1. hom. super id Isaiæ 1. v. 29. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis*, inquit, *promissi præmij & destinati supplicij ante oculos diuersa constitue. nullum momentum sit, quod non ista pertractes; nullum tempus quo non quæ destinata sunt cogites. Dum enim hæc iugiter meditaris ac loqueris, te ipsum instigas. non potest cogitare peccatum, qui supplicio cogitando, veretur. non potest delinquere qui futura præmia meditatur.*

Præmij meditatio peccati remedium.

D. Chrysost.

Cum ergo præmium gloriæ tanti æstimetur non pro ea magnum est, tamquam pro Rachele peccatum fugere, sed magnum est laboribus & morti destinari pro illa adipiscenda sicut Jacob. Ideò Paulus cum hanc diuinam sponsam cognouisset, & eius matrimonio potiri optasset, prorompit, dicens: *Desiderium habens dissolui & esse cum Christo.* Phil. 1. v. 23. raptus enim fuerat, in tertiū cælum, & gloriæ amplexibus fruitus fuerat, sicq; dissolui desiderat, vt æternum ineat cum illa matrimonium. Euenit Paulo quod accipitri, quem defert auceps ad aucupandas ardeas vulgo, *Garzas.* Cum enim ardea frequenter alta petat, ita accipiter illam aggreditur alta etiam petens, vt gloriam ardeę infringens deijciat illam in terram. tunc auceps auem ex vnguibus extorquens accipitrem capitio obtegit, & in pertica reponit, sed cum sanguinem ardeæ degustasset pipiat accipiter non quiescens, vt iterum preda capta fruatur, ideò dissolui conatur, &c. Sic Paulus cum in tertium cælum raptus esset, ibi ardeam diuinam, gloriam scilicet arripuisset & eius delectatione, & suauitate animum suum deliniisset, humi iam insistens, capitio mortalitatis obductus quasi flendo clamans: *habet desiderium dissolui & esse cum Christo* vt gloriæ coniugio in æternum fruatur. Magni faciendum est id pro quo adipiscendo vita profunditur, &c. Quare ait Sirach. *In omnibus*, &c.

Phil. 1. v. 23.

Comparatio venationis ardearum ad gloriam aucupandā accōmodata.

223. *In æternum non peccat qui nouissima meditatur, quomodo intelligatur.* Palacius.

Tandem *& in æternum non peccabis.* Qui nouissima memoria refricat se à peccando abstinet. Sed *Tò in æternum* non negat aliquando peccaturum. Vult enim sapiens remedium efficax fore nouissimorum memoriam ad non peccandum, nisi (vt inquit Palacius) aliunde tyrannus affectus peccando eam impediat, vt theriaca remedium pestis est, nisi à vehementissimo humoris veneno impediatur. Ergo cum duo sint retinacula, quibus homo à præcipitio peccati cohibetur timor scil. mali, & amor boni, quid poterit magis hominem continere in officio, quam timor summi mali, id est, inferni, & amor summi boni, id est, paradisi? Rectè ergo dicit, hæc cogitare prohibet hominem ne peccet. Porro licet filiale sit amore boni cohiberi à malo, seruile vero ab eo cauere, timore mali; consultissime tamen auctor vtrumque dixit, vt si amor boni hominem non conuertit, certe mali timor contineat: quia nonnumquam fumus concupiscentię adeò offuscat flammam charitatis, vt (nisi virtus timoris fumum deijciat) tota domus tenebris peccati obruatur. Quare dixit Ecclesiasticus: *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.*

Cupiebat Paulus dissolui, & esse cum Christo.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

1. NOn litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. 2. Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi. 3. Multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad cor regum extendit, & conuertit. 4. Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. 5. Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur. 6. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei: memento quoniam omnes in correptione scimus. 7. Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. 8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: Sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire. 9. Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbijs eorum conseruare. 10. Ab ipsis enim disces sapientiam & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. 11. Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. 12. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum. 13. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. 14. Ne contra faciem stes contumelioſi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. 15. Noli fœnerari homini fortiori te: quod si fœneraueris, quasi perditum habe. 16. Non spondeas super virtutem tuam: quod si spoponderis, quasi restituens cogita. 17. Non iudices contra iudicem: quoniam secundum iustum est iudicat. 18. Cum audace non eas in via, ne forte grauet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius eries. 19. Cum iracundo non facies rixam, & cum audace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te. 20. Cum fatuis consilium non habeas: non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent. 21. Coram extraneo ne facias consilium, nescis enim quid pariet. 22. Non omni homini cor tuum manifestes: ne forte inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi.

Argu-

Argumentum Capitis octaui.

IN hoc cap.8. docet Ecclesiasticus non contendendum cum viro potente, ne locuplete; nec cum homine linguato & indocto. Insuper admonet non despiciendum pœnitentem, neque senem: Neque de mortuo inimico gaudendum. & exhortatur ad audiendos seniores; arguendosque peccatores & contumeliosos. Tandem docet non fœnerari, neque spondere, nec contra iudicem iudicare; & non ambulare cum audace, cum iracundo, neque cum fatuis, nec cum extraneo.

VERS. I.

Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius.

Sensus.

NOn litiges, &c. q.d. Ex præceptis negatiuis moralibus, quæ nunc vellem, tibi proponere, primum in ordine ad potentiores erit, cum prudentia doceat cum nullo concertandum, nec dimicandum, ipsa maxime requirit cum potentioribus minime lites suscipiendas: litigant enim, vel dimicant potentioribus & actioribus armis; cum his inquam non est viribus concertandum, neque temere iurgandum, vel litigandum in foro; quia cum sint magni nominis, & auctoritatis facile imbecilliores proterunt, & vexant, & per potentiam suam, vel suorum aduersarios opprimunt, seque vindicant, & vlciscuntur, &c.

Notæ.

Quid diuersis hominum generibus non debeat præstari.

NOn litiges *cum homine potente.* Hinc docere incipit Ecclesiasticus multis negatiuis præceptis, quid potissimum diuersis hominum generibus non debeat præstari. Et primum præceptum est, non esse cum potentioribus concertandum. In Græco est. Μὴ μάχου, à verbo Ori originali MA'XH, quod est, pugna, conflictus, prælium, componitur verbum, Μὴ μάχομαι, quod est depugno, acriter pugno, & idem quod μάχομαι, quod est pugno, prælior, bellum gero, contendo, rixo, altercor. Significat etiam repugnare alicui rei. vel refragari, vel aliquam rem pugnando contendere. Noster vulgatus transtulit, *ne litiges*, cum deberet secundum vim verbi originalis legere, *ne dimices* vt Drus. legit. Sed melius vertit *litigare.* Quia commune est litigantibus verbis, vel armis, in foro, vel in campo. & si attendimus idem est litigare ac contendere aliquam rem pugnando, vel repugnare, vel altercari, qui enim litigat, contendit, repugnat, altercatur. Ne igitur audeas cum potentioribus altercari neque in foro, neque in campo, non repugnes illis, neque contendas cum eis, quia ab illis protereris, & opprimeris. Hoc congruit cum eo quod supra dixit Sirach. cap.4. v.32. *Neque coneris contra ictum fluuij.* Vide quæ ibi congessimus.

Verbum litigare commune est litigantibus verbis, vel armis.

2. *Pax cum hominibus habenda.* Luc.6. v.30

Illustratio prima.

NOn litiges, &c. Ita pacem cum omnibus habendam præcipit dominus, vt ipse dicat Luc.6. v.30. *Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* & Matt.5. v.40. *Et ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Si ea, quæ nobis auferuntur nostra sunt, cur non repetenda? Numquid litigare, & in iudicio contendere prohibitum est? quare præcipit dominus non repetere, quæ nostra sunt, sed potius dimittere & pallium, cum in iudicio aduersarius pro ea tollenda vult contendere? D. Ambros. explicat locum Lucæ. de vltione non facienda. q.d. tam longe à nobis vltio abijcienda est, vt nostra cum tolluntur, non repetamus, D. August. tom.3. in Enchir. cap.78. Respondet: *Prohibuit itaque suos de secularibus rebus cum alijs hominibus habere iudicium.* id est, non repetas in iudicio, seu coram iudice, qui auferentem compellat reddere ablata. Alij explicant: ne repetas vi auferendo, si vi abstulit ille à te, & hoc verum est; non debemus enim vim inferre auctoritate priuata ijs, qui abstulerunt nostra, vt ea recuperemus, nisi quodam casu, quando spes nulla est ea recipiendi, nisi de manibus auferentis abstrahamus, idque tum absque damno & nocumento alij illato facere possumus. Sic Toletus noster. D. Ambros. tom.3. in Ep. 1. ad Cor. cap.6. super id: *Quare non magis iniuriam patimini? Quamquam enim,* inquit, *Christianus litigare non debet, tamen si quid graue fuerit, & quod contemni non possit, causam ad Ecclesiam deferat, ne & damnum ad præsens, & offensionem forte incurrat.*

Matth. 5. v.40.

Vltio non facienda. D. Ambros.

D. Augusti.

Litigandum cum non est spes obtinendi nostra.

Toletus.

D. Ambros.

Sed respondeo Deum ita odio habuisse litigia siue in iudicio, siue extra iudicium, & sic disceptationes cum alijs odisse, ex quibus procedit species vltionis, vt rem licitam, qualis est nostra repetere prohibuerit. ne cum litigatur, pax Euangelica violetur, quæ tanta debet esse, vt litigare, & contendere odisse debeamus. Sic notat Rabanus: *Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes: docibilem, patientem cum modestia corripientem qui resistunt veritati.* Ergo si generaliter litigia à nobis abijcere tenemus, quanto magis in particulari cum potentioribus litigare & contendere. Siue in iudicio siue extra abstinendum nobis est: Potentes enim longiores habent manus, & illis resistere stultum est, & non obsistere tutum. Nos dicimus: *Pelean con espada mas de marca que la nuestra.* Et vt dixit Ouidius. *An nescis longas regibus esse manus?* sic dixit Seneca in Med. *Nemo potentes aggredi tutus potest.* Nam vt Homerus docuit semper plus potest rex quando viro inferiori irascitur. quod elegan-

3. *Deus odit litigia.*

Reges longas habent manus. Ouidius. Seneca.

Ouidius. ter confirmat Ouid. lib.3. Trist. eleg.4. canens:

Vtibus edocto si quicquam credis amico:
Viue tibi, & longe nomina magna fuge.
Viue tibi: quantumque potes, præstringe vita.
Sæuum præstringi fulmen ab arce venit.
Nam quamquam soli possint prodesse potentes,
Non prosit potius, si quis obesse potest,
Effugit hybernas demissa antenna procellas.
Lataque plus paruis vela timoris habent.

Familiaritas potentum damnosa, & sic fugienda.

Vbi monet amicum, vri priuata fortuna sua contentus, potentum familiaritatem fugiat: quæ quam sit noxia simili rudine demonstrat. noxia est enim, nam cum illis obsistitur, & litigatur plurimũ obesse possunt, & nihil prodesse.

Valer Max.

Ideò teste Valerio Max. lib.6. cap.2. Cn. Lentulus Marcellinus consul in concione grauiter conquestus est de Magni Pompeij immodica potentia. Huius orationem cum populus clara voce acclamans approbasset: Acclamate, inquit; Quirites dum licet. Iam enim vobis impune facere non licebit. Significans illius potentiam breui eo magnitudinis euasuram, vt nulla in re tutum esset vllo pacto resistere, si quid illi collibuisset.

4. D. Basil. *Similitudo ejus.*

Elegantem ad intentum proponit similitudinem D. Basil. hom. 7. in diuites auaros: *Et veluti flumina,* inquit, *ex paruis initijs exeuntia, deinde paulatim incrementum intolerabile in processu accipientia impetu demum violento quidquid obijcitur secum trahunt: Sic & ij, qui in magnam prouehuntur potestatem, ex eo quod iam aliquos oppresserunt, ad maiora continuo facinora, maioresque iniurias progrediuntur, ac reliquos quos prius præterierant per oppressos antea lædunt. Quãobrem potentiæ incrementum sit eis sceleris occasio maioris.* Sunt etiam potentes aquilis similes, de quibus fabulam aliqui componunt: Lepores suscepto bello aduersus aquilas auxilium vulpium imploratum quæ responderunt, non se illas fuisse defuturas, nisi scirent, & qui ipsi essent, & quibuscum bellum gererent. Docet fabula, eos negligere salutem suam, qui cum potentioribus inimicitias exerceant. Et cum agit de Aquilis

Potentes aquilis similes

Vlyss. Ald.

Vlysses Aldrouandus Ornithologiæ lib. 1. cum de sacerdotibus Ægyptij egisset subdit: Simili ratione ijdem sacerdotes potentiam cuiuspiam, quæ socijs & amicis pernitiosa esset, per aquilæ pennas significabant. Huiusmodi siquidem pennarum ea vis est, vt aliarum auium plumas si commisceantur interrerere, & quodammodo deuorare videantur. Ita eius, qui rerum summa potitur, maiestas fulgore suo reliquos obscurat, & veluti micantissimum solis iubar, vbi exortum fuerit, lucem omnibus stellis intercipit. Obijciunt alij hoc in multorum principem tyrannidem, & rapacitatem, quibus non sine rerum tuarum iactura possis adhærescere. Quomodocumque autem quispiam hoc acceperit, ita natura comparatum est, vt debiliora à validioribus absumantur. Hæc Vlysses. quid debilius lepore? quid potentius aquila? cum bellum gerere lepos vult cum aquila, ab ea facile absumitur. Sic pauper & debilis, qui contendere & litigare incipit cum potentioribus, iacturam flebilem & duram patitur, & ab eis facillime absumitur. Sic celebre est illud Adagium: *Cum principe non pugnandum.* Qui significabit arduum, principem à priuato superari: aut difficillimum vincere naturam, vsurpabit illud Homeri: *Ardua res homini est mortali vincere Numen.* Ideò Ecclesiasticus monet *cum potentioribus non litigandum. Hominem potentem* (inquit Rabanus) *forsitan hic superbum vult intelligi, aduersus quem contendere non est vtile. Inter superbos enim iurgia sunt.* cuius ratione, quam iam tetigimus subijcit, dicens.

Potentia permittosa aquilæ similis.

Debilitas à validioribus absumuntur.

Cum principe non pugnandum.

Illustratio secunda.

NE forte incidas in manus illius. q.d. explicat Dionys. ne per potentiam te opprimat; aut iudicem aliquando corrumpat ad proferendum contra te iniustam sententiã. Melius Iansenius, ne quis incidat in manus illius, & ab illo viribus superiore vincatur, & dure tractetur. Ne, inquit, litiges cum homine potente, quia tibi erit damnum, opprimeris scilicet, & confringeris à potentia sua. Optime hanc doctrinam illustrat idem Ecclesiasticus cap.13. v.3. apta comparatione cacabi & ollæ: *Quid,* inquit, *commune cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringetur.* Cum ambo inter se collisserint, cacabus, seu lebes, nihil patitur mali, sed olla quia testacea facile confringitur; sic qui litigat pauper cum homine potentiori, qui tamquam cacabus duritia & potentia pollet, pauper confringitur, & potens euadit indemnis. In huius confirmationem inuenio homiliam 37. Sancti patris Antiochi tom. 7. Bib. nouæ, cuius titulus est: *Aduersus optimates, & præfectos non esse contendendum:* Et inquit: *Diuinis litteris erudimur, ne cum eo, qui publica fungitur auctoritate velitaribus verbis, aut litibus conflictemur. Eiusmodi enim contentiosa velitatio cum potente quopiam adeo nihil affert commodi, vt in commodat plurimum. Inidonei enim nos nec sufficientes, qui causam iudicio experiamur cum incomparabiliter nobis eminentiore. Vt enim pisces, qui iam adoleuerunt iusta corporis magnitudine, ex insidijs imminent non dum per ætatem adultis, quo illos parent in suam alimoniam: ita & isti primores ac magistratus nullo suo negocio iniurij & sunt imbecilles, & opprimunt, qui si quid obtinuerint, indemne illis dedit, & impune,* &c. Quare cum potentibus non concertandum, quia ingẽs damnum inferre possunt. Insuper hoc probatur ex eo Eccles. 6. v.10. *Et scitur quod homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere.* Quia absque dubio ab eo superabitur, & sibi ipsi damnum inferet, &c.

5 Dionys. Iansen. *Cum potentioribus non litigandum, ne ab eorum potentia quis opprimatur.* Eccles.13. v.3. *Potentior similis cacabo respectu pauperis, qui est instar ollæ.* D. Antioch. *Aduersus potentes non contendendũ.* Eccles.6. v.10.

Hoc consilium tenendum est, nisi causa iusta offeratur in defensionem veritatis: tunc enim litigare quis & contendere oportet cum potentioribus, ne veritas, vel fidei vel charitatis violetur. Sic restitit Elias Regi Achab. 3. Reg. 18. v. 15. quare dixit: *Viuit Dominus exercituum: ante cuius vultum sto, quia hodie apparebo ei.* Cur sic apparere statuit Elias, cum sciat regem Achab insidias aduersus eum parauisse? numquid furorem regis contemnebat? & indignationem eius non timens parui pendebat? ita sane. quia cum mortem despiceret, minas eius non metuebat. in defensione enim veritatis mortem opperere obsistendo principi gratum ipsi erat. Parimodo D. Joann. Baptista. Marc. 6. v. 18. audacter Herodi resistebat, eius impudentiam & impietatem obiurgans, dicebat enim ei: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* duxerat enim eam, omnia iure proterendo. & cum potentiore litigando, quamuis instaret vitæ periculum, animus eius fractus non est, sed obstitit illi perferens in defensione pudicitiæ, & honoris alieni, carcerem, vincula, & mortem. Tandem Cartusianus exemplum addacit sanctissimi martyris S. Thomæ Cartuarien sis Episcopi, qui contra regem tyrannum

In defensione veritatis potest quis cũ potentioribus contendere. 3. Reg 18. v.15. Marc. 6. v.18. *D. Ioannes Baptista Herodi restitit audacter, quia veritatem defendebat.* Dionys. S. Thomas *Cartuar regi obstetere non recusauit.*

tyrannum pro Eccleſiaſtica libertate diſceptauit, in cuius defenſionĕ vitam in acie profudit. Itaque licet cum potentibus concertandum nō eſt, inferunt enim imbecillibus damnum, tamen cum cauſa veritatis vel fidei defendendæ proponitur: poſſunt haud dubio lites ſuſcipi.

VERS. II.

Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te conſtituat litem tibi.

Senſus.

6. Non contendas, &c. q.d. vt Janſenio placet, qui ſenſum penetrauit. Ne vulgari contentione, neque iudiciali lite temere agas contra virum diuitem, quod periculum ſit, ne is pro vulgari contentione excitet econtra litem forenſem, aut pro intentata contra ſe lite in iudicio, nouam inſtituat contra aduerſarium litem, cuius proſequendæ ille impenſas ferre non poſſit, aut in qua grauandus ſit iniquitate teſtium, vel iudicis, pecunia diuitis illius corruptorum, &c.

Nota, & illuſtratio prima.

Non contendas cum viro locuplete. Druſ. *Ne litiga.* in Græco μὴ ἐρίζε. A verbo originali ἜΡΙΣ, contentio, concertatio, componitur verbum ἐρίζω, quod ſignificat contendere, concertare, vel litigare. Et licet vulgatus idem vt ſuperius voluit ſignificare, ſed verbum Græcum diſtinctum eſt idem conſilium præbet nunc Eccleſiaſticus ac ſuperius præbuit. non ſolum, inquit, non contendendnm ſeu litigandum cum homine potente, ſed neque cum homine locuplete ſeu opulento. idem enim damnum efficit potentia cum veſtitur tyrannide, ac opulentia, cum eadem tyrannide munitur. Diuites enim opibus ſuperbientes, omnes pauperes & inopes proterere contendunt. Quare cum lites cum illis ſuſcipiuntur, perturbantur, & opulentia ſua ita defenduntur, vt non ſint magna eorum iactura, qui cum illis litigant contendant. *Ne*, inquit, cum illo contendas, litiges, concertes, Rabanus explicat; *Periculoſum eſt ergo cum eo litem agere, qui terrenis lucris atque auaritiæ æſtibus probatur anhelare. Quia inde oriuntur inuidiæ, contentiones, odiū homicidium, & cætera huiuſmodi flagitia, quæ mergunt homines in interitum: Radix namque omnium malorum eſt cupiditas.* Auaritia enim comes eſt diuitiarum, cum iſtæ augentur, creſcit & auaritia; & cum auaritia dominatur in animo, crudeli principatu premit illum, vt euertat, & proſternat inferiores, & eos, qui audent cum diuitibus concertare. Dixit enim Salomon Prou. 22. v. 7. *Diues pauperibus imperat. & qui accipit mutuum ſeruus eſt fœnerantis.* Caietanus priorem partem cum poſteriori ſic componendam eſſe dicit, vt altera ſit alterius ſimilitudo, hoc modo. Quemadmodum diues dominatur pauperibus, ita mutuans dominatur, inſultatque accipienti mutuum, quia nimirum accipiens mutuum ipſa mutui deprecatione, & acceptione pauperem agit; itaque energia huius ſententiæ eſt, vt ſuadeat Salomon, vt quoad fieri poſſit mutuum non petamus, quia tantum eſt diuitum ſupercilium, vt quemadmodum in pauperes, ita etiam in eos, qui ab ipſis commodatos nummos accipiunt, contumelioſe inuehi ſoleant. Nam cum pecunias cōmodant, ſic ſuperbe cum illis agunt, ac ſi eas ipſis ad eorum leuandam penuriam gratioſe donarent; & cum eaſdem repetunt, maiori faſtu ipſis mutuantibus tamquam ſeruis abuti conſueuerunt, tunc vel maxime cum vltra ſortem vſuras erigunt.

Cum viro locuplete non contendendum. — Raban. — *Auaritia comes eſt diuitiarum.* — Prou. 22. v. 7. — Caietan. — *Mutuum nō petendum.*

Ergo diuitiæ ita ſuperbos fluctibus arrogantię agitant, vt excitent ad euertendos, & proſternendos pauperes, præcipue cum eorum voluntati reſiſtunt, & cum eis litigant, & contendunt. 7.
Etſi verum eſt quod idem ſapiens Prou. 29. v. 16. inquit: *In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera*, id eſt, impij auctis opibus ac fortunis deteriores redduntur: ipſa enim bonorum acceſſio delinquendi ampliorem materiam illis ſuppeditat. Optimum erit Eccleſiaſtici conſiliū cum illis non litigandum, quia ipſa diuitiarum acceſſio, quæ in animo auaritiam generat, ita dominatur in eo, vt pauperibus cum illis decertantibus ac litigantibus, imperando noceant, ſicut potentes contendentibus cum ipſis. Non enim rarum & inauditum eſt pauperes ſæpiſſime à diuitibus & potentibus proſterni. Eleganter D. Chryſoſt. hom. Quod nemo læditur niſi à ſeipſo, dixit: *Quotidie videmus lædi quam plurimos, & affligi, & opprimi cum omni iniuria humiles & infirmos à potentibus & fortibus, & pauperiores à ditioribus inuadi: & ſicut non eſt poßibile numerare fluctus maris, ita neque hi, qui affliguntur & iniuriam patiuntur poſſunt numero comprehendi: quibus neque leges ſubueniunt, neque iudicum metus, neque vlla vis alia morbum hunc ac pernitiem poteſt cohibere. Ipſi enim iudices, qui ad hæc reprimenda conſtituti ſunt, grauiores ſæpe tempeſtates aduerſus imbelles ſuſcitare ſolent: & in tantum labes mali huius augetur, vt nonnulli infœlices, & ſtulti in id inſaniæ proruperint, & etiam diuinam pro his prouidentiam culpent.* Vide Prou. 22. v. 22.

Diuitiæ excitant ad contemnendos pauperes. — Prou. 29. v. 16. — *Pauperes à diuitibus proſternuntur.* — D. Chryſoſt. — *Iudices grauiores tempeſtates aduerſus imbelles ſuſcitant.*

Illuſtratio ſecunda.

Hoc etiam illuſtratur ex eo Jacobi 2. v. 6. *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia?* q. d. nónne intelligitis quam ſint diuitum mores à Chriſtiana charitate alieni? numquid non illi ſua vos nimia potentia opprimunt, & miſerandum in modum diuexăt, & quo iure; quave iniuria ad iudicium tribunalia pertrahunt? quod aliquando iuſtitiæ, aliquando charitati repugnat. nec dubium eſt diuitias elatos Spiritus tribuere, & aliorum contemptum parere. Quare opprimunt pauperes cum illis concertantes, & trahunt ad iudicium, vt illos diuexent, &c. Hoc confirmatur ex eo Mich. 7. v. 4. *Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus*, &c. q. d. Cum principes quoque publicos obeunt magiſtratus miſerorum perfugium eſſe debeăt, & quaſi vmbraculum in æſtu, potius abſterrent in tantis quaſi ſpinoſæ plantæ aculeis, quam diffuſis ad opacandum locum frondentibus ramis ad vmbram, & quaſi gremium alliciunt, qui enim inter illos optimus eſt, nihilo eſt paliuro melior atque benignior. Licet hic de principibus 8.

Iac. 2. v. 6. — *Diuitum mores à Chriſtiana charitate alieni.* — Mich. 7. v. 4. — *Diuites quaſi paliuri.*

bus & iudicibus Jſraël loquatur Propheta, ſimul de diuitibus ſermonem facit, quos vocat paliuros. Sed quare diuites hoc nomine dedecorat? numquid diuites inſtar paliurorum ſibi adhærentes pungunt? Reſpondeo hic prophetam agere de principibus, ſeu iudicibus Jſraël, & de diuitibus, qui debebant pauperes & inopes defendere, & minime faciebant, ſed potius illos opprimebant. paliurus enim eſt frutex ſpinoſus, & aſperrimus, qui ſibi appropinquantes fôdicat, ſic Virgil. Eclog. 5. cecinit conqueritans nihil illis pro votis ſucceſſiſſe:

Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo
Carduus, & ſpinis ſurgit Paliurus acutis.

Diuites ergo, qui ſicut molles violæ, & purpurei narciſſi delicioſi, & iucundi erga omnes ſe habere debebant, verſi ſunt in carduos, & paliuros. Sicut enim hi pungunt, & adherentes ſibi apprehendunt & nocent: Sic hi Jſraëlitici diuites, alijque ſimiles, non ſolum verbis iniurioſis pauperes fôdicant, ſed opulentia ſua tamquam adunco dente eorum bona diripiunt, & apprehendunt, & decertantibus cum illis multum nocent, opprimentes eos, & trahentes ad iudicia. Dixit D. Baſil. hom. 7. in diuites auaros: *Nihil enim opum potentiæ reſiſtit. Omnia tyrannide cedunt: Cuncta potentiam formidant; at pauper, quique iniuriam patitur, multam habet rationem, ſi quid prius agat, nĕ quid pro his patiatur, aut ad iudicium trahatur, aut aliquo modo plectatur. Diues vero ac potentiæ fidens & audax vltro laceſſit. Tū ſi reſiſtis, verbera parata, ſi quereris lamentationum, & accuſationum tuarum quæſtio fiet. In iudicium, in carcerem demum traheris. Calumniatores minime deerunt, qui mortis periculum intentent. Denique vt te hac moleſtia liberes, libenter adhuc aliud dabis. Igitur ô miſer parumper, quæſo, à tuo ſcelere reſpira, & tuæ conſcientiæ receſſus aliquantulum perſcrutare, tecumque conſidera quis rebus huiuſmodi finis? quæ ſors tuorum ſtudiorum impudentiæ fuerit*, &c. Quare optime Eccleſ. monet cum diuitibus non concertandum; & reddens rationem, inquit.

Paliurus quid. — Virgil. — *Quare diuites ſunt quaſi paliuri.* — D. Baſil. — *Omnia tyrannidi cedunt, cuncta potentiam formidant.*

Illuſtratio tertia.

9. *Ne forte contra te conſtituat litem tibi.* Explicat vulgatus per *litem*, quod originale per grauitatem tranſtulit. Nam Montan. vertit: *Ne forte contra trahat tuum pondus.* ſumit metaphoram à bilancibus in quibus altera pars oppoſita, atque librata ſua grauitate vincit, & alteri præponderat. Sic etiam accidit aduerſarijs partibus in iudicio, & cum vna opibus eſt infirmior, altera potentior, frequenter quæ plus poteſt, alteram vincat.

Litidē quod pondus.

Quod diuitiæ graues ſint conſtat ex ſacra Pagina. Geneſ. 13. verſ. 2. dicitur de Abraham: *Erat autem diues valde in poſſeßione auri, & argenti*, pro *diues*, eſt verbum Hebræum כָּבֵד *cabad*, quod ſignificat, grauare, graue eſſe, aggrauare, honorare, glorificare, vel diteſcere. in Hebr. eſt: erat grauis valde. Diuitiæ enim hominem honorant, & grauant, & Judith 18. verſ. 21. *Qui cum pergerent, & ante ſe ire feciſſent paruulos, ac iumenta, & omne, quod erat pretioſum.* id eſt, vaſa aurea & argentea, & alia pretioſa, vt explicauit Pagninus, alij grauitatem exponunt. id eſt, onera [impedimenta poſuerunt ante ſe, id eſt, præmiſerunt] Arias Montan. verbum *Hakebodah* & graue, ac ponderoſum, & pretioſum, dignumque ſignificat. Quidquid graue erat, quod in dimicationis conflictu impedimentum afferret, ac præcipue id quod ipſis pretioſum ducebatur, &c. Geneſ. 31. verſ. 1. de Jacob dicitur: *ditatus eſt*, id eſt, *grauis* factus eſt, à verbo *cabad*. Hæc grauitas diuitiarum impedit ingreſſum in regnum cælorum, quia arcta eſt via. Sic dixit D. Baſil. hom. 7. in diuites auaros: *Si arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, non te diuitijs oneratum, ac opum ſarcinam ferentem excipiet, geſtans diuitias tuas hinc egredieris.*

Diuitiæ graues. — Gen. 13. v. 2. — *Iud. 18. v. 21.* — *Diuitiæ hominem honorant, & grauant.* — Montanus. — Gen. 31. v. 1. — *Grauitas diuitiarum impedit ingreſſum in cælum.* — D. Baſilius.

Cum ergo diuitiæ graues ſint, & magno pondere libratæ, quid mirum lanx pauperis, quæ vacua eſſe ſolet à lance diuitis, quæ pondere diuitiarum oneratur, facile vincatur? & cum diues litigat cum paupere, ſic diuitijs ſuis iudices & eorum miniſtros, nec non teſtes contra pauperem corrumpit, vt pauper cauſa cadat, id eſt, litem perdat, & diues cauſam obtineat, & ſuperior à iudicio diſcedat. Sic dixit Sirach. *Ne forte contra te conſtituat litem*, id eſt, ne ita litiget contra te, vt litem conſtituens, cauſam obtineat, diuitijs enim ſuis poteſt & iudices & eorum miniſtros corrumpere. Quod originale explicuit bilancium ſimilitudine; ſicut enim lanx ponderoſior alteram leuiorem ſuperat, ſic cauſa diuitis quia diuitiarum pondere oneratur grauior eſſe ſolet; & cauſa pauperis leuior, quia opibus non grauatur. quod efficit, vt cauſam diues obtineat, & pauper litem perdat. Ideò tranſtulit Tygur. *Vt ne ſe ex aduerſo librans pondus opponat*, q. d. Caue ne litiges cum homine diuite, quia diuitiarum pondere, quibus iudices & miniſtri corrumpuntur, ſuperabit te, habent enim lancem ſuam grauiorem propter diuitias, & tu pauper cum ſis propter inopiam leuiorem: hæc ratio eſt, quare illi cauſam licet iniuſtam obtineant, & tu litem licet iuſtam perdas, & ſæpe à diuitibus vincaris. diuitibus enim non ſatis eſt habere quod poſſident, & alia multa obtinere conantur. Dixit D. Baſil. hom. 7. in diuites auaros: *Studium namque habendi contrarios eorum voluntati agit effectus. Non enim tantum eos ob tam parta non exhilarat, verum ob ea, quæ deeſſe videntur cupiditati, potius angit; ex quo anima curis continuo premitur, dum alios ſuperare contendunt, oportebat illos gaudere, & gratos eſſe, quod tam multis ſunt opulentiores, illi vero mœrent ac lugent quod ab vno & altero opulentioribus vincuntur*, &c. Pende verba *ſuperare*, quod proprium eſt diuitum, qui pauperes ſuperant; & *vincuntur*, quod pertinet ad pauperes, qui facile à diuitibus vinci ſolent. Vide vlterius, vbi inter alia inquit: *Quis mendacij pater eſt? quis falſæ accuſationis miniſter? quis periurij genitor? nónne diuitiæ, ac circa diuitias ſtudium?* Ideò Deut. 16. verſ. 18. 19. præcepit Deus Moyſi vt eligeret magiſtratus, & iudices tales: *vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent*, & mox adijcit. *Non accipies* 10.

Diues diuitijs iudices corrumpere ſolet. — *Cum diuitibus non litigandum.* — D. Baſil. — *Diuites multa obtinere conantur, obtentis non contenti.* — *Pauperes à diuitibus vinci ſolent in litibus.* — Deut. 16. v. 18.

personam , nec munera : quia munera excæcant oculos sapientum , & mutant verba iustorum , &c. Vide quæ inferius dicemus , cum explicemus id cap.20. vers.31. *Xenia , & dona excæcant oculos iudicum* , &c. & quod mox dicemus versu sequenti.

VERS. III.

Multos enim perdidit aurum & argentum , & vsque ad cor regum extendit, & conuertit.

Sensus.

11. M*Vltos enim*, &c. q. d. Ratio quare non tibi litigandum est cum diuitibus hæc est , quia diuites sunt aduersarij potentiores , & non tam causa quam pecunia superiores sunt. Cum igitur pecuniæ obediant omnia , scito diuitias & opes in huiusmodi contentionibus & disceptationibus , plus sæpe valere quam iustitiam & æquitatem multos enim perdidit aurum , quod causa fere semper sit, iacturæ temporalis, & spiritualis. Tamque potens est, & efficax auri sacra fames , vt etiam corda regum , qui & iustissimi esse debent, & auro non ita egent; à iustitia auertat , quanto magis corda iudicum inferiorum corrumpat , &c.

Notæ.

M*Vltos enim perdidit aurum & argentum.* In originali desideratur *argentum* , sed additum est maioris explicationis gratia. Triplicem sensum verba huius hemistichij patiuntur. Primò agit Ecclesiasticus de corporali perditione , nam propter aurum plerique sibi ipsis causa fuerunt exitij , & mortis , inijcientes se in grauissima discrimina lucri causa. 2. Quia propter aurum plerique alij mortem intulerunt , spoliantes eos & occidentes. 3. Loquitur de perditione spirituali , nam auri sacra fames , seu cupiditas multorum salutem spiritualem impedit , & perdit , cum eos ab æquitate ad impietatem pertrahit , vt mox dicemus.

Triplex perditionis effectus ex auaritia.

Illustratio prima.

12. C*Irca* primum non dubium est , aurum & argentum causam fuisse perditionis multorum , & vt illa consequantur , in magna discrimina , & certamina deuenire non timuisse. in verbo vno ad intentum Diuus Paulus multa comprehendit , cum dixit 1. Timot. 6. vers. 9. 10. *Qui volunt diuites fieri , incidunt in tentationem , & in laqueum diaboli , & desideria multa inutilia & nociua , quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.* q. d. ita fere vsu compertum est, qui ditescere concupiscunt , eos misere in tentationibus, & laqueis implicari , plurimisque stultis ac noxijs cupiditatibus constringi ; quæ nisi cohibeantur , miseros mortales exitio atque interitu obruunt sempiterno. Siquidem malorum omnium radix & veluti fons atque origo vitiorum , improba est auri argentiue cupiditas, &c. Diuus Petrus Chrysolog. serm. 29. agens de auro, quod multos perdidit , &c. inquit : *Auri furor ardentius humano feruet in pectore, quam caminus totus ignescit incendijs : & acrius homines dissoluit in terra , quam soluitur in calore flammarum. Crudelitatis Dominus , sæuus hostis amando lædit , nudat vitando , ipsum etiam captiuat aspectum , fidem frangit , violat affectum , vulnerat charitatem , turbat quietem , adimit innocentiam , docet furtum , suadet fraudes , imperat latrocinium. Et quid plura ? Radix omnium malorum est auaritia.* & post pauca : *Intuere quid auro grauius , quod cum mores hominum perdit , perdit & naturam.* verbo *perdendi* vtitur , sicut noster Ecclesiasticus. vide quomodo aurum causa sit perditionis , non solum morum sed etiam naturæ , nam vt illud homines consequantur & possideant, mores & naturam hominum perdere non reformidant. Quare eleganter dixit poëta Anonymus.

Aurum, & argentum causa perditionis multorum. 1.Tim.6.v 9 10.

Auri cupiditas fons , & origo malorum. D.Chrysol.

Quid auri cupiditas faciat ex Chrysologo.

Vt homines aurum possideant mores, & naturam perdere non reformidant.

Anonymus.

Perdidit innumeras vis atque iniuria gentes,
Atque auri nimij non moderata sitis.
Detestabilius nil terra creauit auaro
Et nimio lucri peius amore nihil.
Munera diuendit pretio dulcissima vitæ ;
Exiguo in quæstu iura bonumque putat.

Confirmat Ouidius lib. 1. Metamor. vers. 140. Ouidius.

Effodiuntur opes, irritamenta malorum,
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat : prodit bellum, quod pugnat vtroque.

Opes irritamenta malorum.

Seneca agens de auaritia lib. 7. de benefic. cap. 10. ait : *At me hercule terra , quæ quidquid nobis vtile futurum erat protulit : Ista defodit & mersit : vt noxijs rebus , ac malo gentium in medium prodituris toto pondere incubuit. Video ferrum ex ijsdem tenebris esse prolatum , quibus aurum & argentum : ne aut instrumentum in cædes mutuas deesset , aut pretium.* Et Epist. 94. hoc declarat , dicens : *Aurum & argentum propter ista numquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur natura abscondit.* dixit *pretium*, nam ob aurum cædes , vt explicuit Lypsius quare addit Seneca : *Nos in lucem , propter quæ pugnaremus , extulimus.* Vocauit Ouidius aurum *irritamenta malorum* , quia nullum est tam enorme, aut scelus, aut flagitium, quod pecuniæ & rei vel adipicendæ, vel augendæ perpetratum non fuerit. Et Ouidius longe plura & grauiora mala per aurum , & propter aurum , quam per ferrum perpetrari affirmat.

Seneca.

Ferrum, & aurum ex ijsdem tenebris prolatū.

Ouidius. *Quare aurum est irritamentum malorum.*

Philippus rex , qui fertur plures vrbes auro , quam ferro subegisse , dicere solebat , nullum castellum adeò munitum & firmum , quod expugnare nequiret , si modo asellus auro onustus eo posset ascendere. Sic aiebat Libanius : *Philippus fabricam Græcis maxime infestam admouerat , vim scilicet pecuniarum , neque enim militum copias comparabat in ipsos , neque vrbes capiebat certaminibus , sed aurum largiebatur, emebat prefectos , ac per illos oppida possidebat* , &c.

13. *Auro facile expugnatur ciuitas.* Libanius.

Et Patillius Embl. 202. eleganter hoc confirmauit, dicens : Patillius.

Et stabiles aurum portas & claustra reuellit,
Hæc ballista sacram disijcit vna fidem.
Aurato cornu multas non irritus vrbes
Pulsatas Macedo sic sibi sæpe tulit.

Plautus etiam aiebat : Plautus.

Odi ego aurum, multa multis sæpe suasit perperā :

Eleganter Plinius lib. 33. cum in Proœmio dixisset : *Imus in viscera eius , & in sede Manium opes quærimus tamquam parum benigna fertilique quaquà calcatur.* Mox subijcit cap. 1. *Vtinamque posset è vita in totum abdicari aurum , sacra fames , vt celeberrimi auctores dixere* [alludit ad id Virgil. Æneid. 3. *Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames*] *processum conuicijs ab optimis quibusque , & ad pernitiem vitæ repertum , quantum fœliciore æuo , cum res ipsæ commutabantur inter se , sicut & Troianis temporibus factitatum, Homero credo conuenit*, &c. nota id. *& ad pernitiem vitæ repertum.* Nam multos perdidit aurum & argentum. Antequam enim hæc pretiosa metalla ex terræ visceribus effoderentur , & in lucem ederentur ad communes vsus, pax florebat , & tot malorum occasio non dabatur ; sed postquam ex terra erutum est, in vitæ pernitiem repertum multos perdidit ; nam vt dixit Chrysolog. *docet furtum, suadet fraudes, imperat latrocinium , & mores.* hominumque *naturam perdit.* quia auaritia *radix omnium malorum est.* Confirmat Lucian. in Timone dicens: *Quoniam pridem innumerabilium malorum hic mihi fuit auctor , cum me assentatoribus proderet , insidiatores in me inuitaret , conflaret odium , illecebris corrumperet. Denique cum me adeò perfide ac proditorie destituerit..*

Plinius. *Aurum in pernitiem vitæ repertum.*

Quid faciat auaritia.

Lucian.

14 Hac amara & acerba radice sustentantur auaritiæ inseruientes , sicut alij Jobi irrisores, de quibus ipse ait cap. 30. vers. 4. *Et radix Iuniperorum erat cibus eorum.* Modo hic per iuniperum accipiatur genista , vulgo *retama.* modo arbor sic vocata , quam nos *enebro* appellamus, radix eius , quæ apta carbonibus est , *quod* (secundum D. Jsidor. lib. 17. orig. cap. 7.) *conceptum diu teneat ignem , adeo vt si prunæ ex eius cinere fuerint opertæ vsque ad annum perueniant.* cibus , seu panis erat Jobi irrisoribus , radices Iuniperorum mandebant , ex quo proueniebant mala , quæ patiebantur, & quia auaritia , seu auri vel argenti cupiditas in ea radice significabatur, omnium malorum radice alebantur. Sic dixit D. Gregor. lib. 20. Moral. cap. 12. *Quid ergo per radicem iuniperi , nisi auaritia designatur ? ex qua peccatorum omnium spinæ producuntur ? de qua per Paulum dicitur : Radix omnium malorum est cupiditas. ipsa quippe latenter oritur in mente , sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punctiones ab hac radice surgentes, statim prædicator egregius insinuat cum subdit : Quam quidem appetentes* , &c. *In iuniperis ergo peccata, in radice vero Iuniperorum , quid aliud quam auaritiam , id est , materiam intelligimus peccatorum.*

Iob 30. v. 4.

Prunæ iuniperi quantū durent accensæ. D. Isidor.

D. Gregor. *Per radicem iuniperi auaritia designatur.*

Sed quare in radice iuniperi significatur auaritia ? quid radix huius arboris cum cupiditate & auaritia ? Forte propter proprietatem, quam superius retulimus ex Diuo Jsidoro, scilicet, quia ignem, quem comprehendit , multo tempore conseruat. quam proprietatem auaritiæ tribuit Abulensis tom. 3. in Matt. q. 39. in cap. 7. explicans sessionem D. Matthæi in telonio, & rogans , quare dicitur Matthæum sedisse quando vocatus est à Christo Domino ? & inter alia respondet : *Tertio fuit* ad ostendendam magnitudinem beneficij respectu liberationis à periculo , quia quando Deus aliquem ad se spiritualiter vocat , benefacit ei , & tamen tanto est maius beneficium , quanto eum à maioribus periculis liberat. Sic fuit de Matthæo, quia nullum peccatum est , quod ita hominem implicet, & permanentius sit , quam auaritia , quæ numquam senescit , ab hac autem Christus Matthæum liberauit , non solum auaritiæ , sed etiam lucris illicitis insistentem. Sic Abulens. pende illud *permanentius sit*, cupiditas enim auri vel argenti solet vsque ad senectutem permanere , quod proprium est radicis iuniperi , cum in carbonem conuertitur, & efficitur pruna. hinc est quod omnium malorum radix & origo sit , & perditionis multorum. Quare Ecclesiasticus ait : *Multos enim perdidit* , &c.

Quare in radice iuniperi auaritia significatur.

Abulens.

Auaritia numquam senescit.

Illustratio secunda.

15. E*X his nascitur damnum secundum cupiditatis auri & argenti, scilicet, multos propter aurum vel argentum à latronibus viarum, & vrbium occisos fuisse. Hoc etiam damnum Diuus Paulus. comprehendit cum ait de diuitibus : *Incidunt in tentationem & in laqueum diaboli , & in desideria inutilia , quæ mergunt homines*, &c. Tentatio & laqueus diaboli est cupiditas auri , quæ mergit hominem in perditionem auaritia enim est , inquit Chrysologus quæ *docet furtum , suadet fraudes , & imperat latrocinium, perditque mores & naturam hominum.* Comprobat exemplo fratrum Joseph eodem serm. 29. aiens : *Aurum patriarcharum stirpem , progeniem sanctam , tantam germanitatis singularem coronam adeo corrupit , & totius reddidit pietatis extorrem, vt Ioseph Ægyptijs , fratrem barbaris , innocentem noxijs , ingenuitatem traderent seruituti. Sic siccauit mentes , sic corda depressit : Sic quod in eis fuerat humani sensus, ferinam in rabiem commutauit , vt non offensam Dei , non sancti patris dolorem , non proprij sanguinis sensum meminisse permiserit. Intuere quid auro grauius , quod cum mores hominum perdit , perdit & naturam.* Probat statim exemplo Judæ, qui auaritia depressus vendidit suum conditorem : *Hoc* (id est , aurum) *est quod Iudam fecit esse proditorem , vt hominem cogeret Deum negare, vendere germanum sui sanguinis , distrahere conditorem , & ipsum sanguinem taxare pretio , quem sponte Dominus erat nostrum largiturus in pretium. Incidit* enim Judas *in tentationem , & in laqueum diaboli* , qui laqueus ipsum suspendit , & fecit , vt medius crepararet , & euisceratus penderet. In huius damni confirmationem dixit Virgil. Æned. 3. vers. 55.

Multi propter aurum à latronibus occisi. 1.Tim. 6. v. 9.

D. Chrysol.

Auaritiæ effectus.

Iudas auaritia depressus vendidit suum conditorem, & laqueo se suspēdit.

Virgil.

Fas omne abrumpit : Polidorum obtruncat, & auro
Vt potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames, &c.

Auri sacra fames obtrūcauit Polydorum.

Vbi refert Virgilius nefandum scelus Priami , qui Polidorum hospitem auaritia

captus obtruncauit. Tale scelus propter similem causam commissum in hospitem ab hospite narrat Tranio, seruus vafer Teuropidi seni peregre redeunti, quo eum à suis ipsiusmet ædibus introeundis deterreat, quia ibi iaceat sepultus ille necatus, in Mostrellar.

Tranio.

TR. *Hospes necauit hospitem captum manu.*
Ipse vt ego opinor qui has ædes tibi vendidit.
TH. *Necuit?* TR. *aurumque ipsi ademit hospiti,*
Eumque hic defodit hospitem ibidē in ædibus.

Auaritia fidem, & ceteras bonas artes subuertit. Salustius. Lucanus.

Dixit ideò Sallust. in Catil. *Namque auaritia, fidem, probitatem, cæteraque bonas artes subuertit: pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit.* Lucanus lib. 3. *Vsque adeò solus ferrum, mortemque timere auri nescit amor.* Insuper aurum vrbes expugnat, viros facit domo extorres, euertit bonorum mentes ad res turpes, fraudes & impietatem docet, teste Sophocle. Quid certius? Confirmat hoc Lucianus in Gnico cum ait: *Aurum vero argentumque neque desiderem vmquam, neque ego, neque meorum amicorum quisquam. Omnia namque mala inter homines ex horum cupiditate nascuntur, & seditiones, & bella, & insidiæ, & cædes. Hoc omnia fontem habent plus habendi cupiditatem. Multos enim aurum perdidit* ait Sirach.

Lucianus.

Illustratio tertia.

16

Auri cupiditas multorū salutem spiritualem impedit, & perdit. 1. Tim. 6. v. 10.

TAndem de perditione spirituali longe magis verum est, quod docet Ecclesiasticus: auri enim cupiditas multorum salutem spiritualem impedit & perdit, cum eos ab æquitate ad impietatem pertrahit. Vt D. Paulus docuit cum addit: *Incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.* q. d. Qui diuitias appetunt, & hoc agunt vt diuites sint, incidunt in multas peccandi occasiones, ijsque velut laqueis, & retibus implicantur, & comprehenduntur, quod fit dum à tentatione superantur. desideria inutilia vocat ἀνοητας in fensata, stulta, absurda; itaque incidunt in desideria, seu cupiditates multas, easque stultas & noxias: stultas quidem, id est, à recta ratione alienas: noxias, *quia mergunt hominem in interitum & perditionem.* id est, in duplicem interitum temporalem, & æternum nam cupiditates, quas amor diuitiarum parit, non solum temporalibus malis hominem inuoluunt, verum etiam demergunt in profundum gehennæ. Eccles. 10. vers. 10. *Nihil est iniquius quam amare pecuniam, hic enim, & animam suam venalem habet,* &c. paruo enim pretio auarus animam suam vendit, &c. S. Leo papa serm. 9. de passione agens de Juda: *Videte,* inquit, *dilectissimi, & prudentes inspicite, quæ germina & quales fructus de auaritiæ stirpe nascantur, quam merito Apostolus radicem omnium malorum esse definiuit: quia nullum peccatum sine cupiditate committitur, & omnis illicitus appetitus istius auiditatis est morbus. Amori pecuniæ vilis est omnis affectio, & anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit: nullumque est in illo corde iustitiæ vestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Hoc perfidus Iudas inebriatus veneno, dum sitit lucrum, peruenit ad laqueum, & tam stulte impius fuit, vt triginta argentis & Dominum venderet & magistrum.* Ecce mortem spiritualem ex auaritia procedentem, vt verum habeatur quod Sirach pronunciauit, *Multos aurum & argentum perdidisse,* non solum perditione temporali, sed spirituali, & æterna, sequitur enim auaritiam supplicium, &c. Vide eruditissimum virum D. Joannem de Solorzano & pereira in supremo Jndiarum Consilio meritissimus Consiliarius in Disputat. de Jndiarum iure, vbi illorum auaritiam arguit, qui Jndiam penetrant, non tantum vt rebelles voluntates gentilium ad diuinam voluntatem conuertant, sed ad aucupandas diuitias, quæ haud dubium sunt irritamenta malorum: eleganterque hoc prosequitur & versat argumentum, rara eruditione illud confirmans. Adi illum.

Diuitiæ mergunt hominē in interitum, & perditionem.

Eccles. 10. v. 10.

D. Leo.

Quæ germina, & fructus de auaritiæ stirpe nascantur.

Mors spiritualis ex auaritia procedens.

Solorzan.

Illustratio quarta.

ET *vsque ad cor regum extendit, & conuertit.* id est, aurum extendit se non tantum ad inclinandum corda pauperum, & insipientium, sed etiam vsque ad inclinandum corda regum, quorum est iudicium ferræ, & conuertit sæpe eorum corda, hoc est, peruertit ea ad ferendum iniquum iudicium iuxta id quod dixit Thuanus: *Regina pecunia rerum,* & Eccles. cap. 10. vers. 19. *Pecuniæ obediunt omnia.* & tandem Lucianus in Gallo, ex quodam Poëta: *O aurum auspicata res, & ostentum optimum. Aurum est quod opibus imperat mortalium.* Breuior redditur hoc hemistichium in originali: *Et corda regum inclinauit.* Tygur. *peruertit.* Drus. *declinare fecit,* verbum *inclinare,* de bilancibus dicitur, cum lanx vna ponderosior inclinatur ad terram, vel leuior aliam declinare facit, q. d. ita grauis est pecunia, vel ita pendet aurum, vt corda regum, quæ ab auaritia aliena esse debent, faciat declinare, & lancem suam inclinare. Sic vsus est hoc verbo *inclinandi,* vates cum dixit Psalm. 118. vers. 112. *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* Verum est hic sumi ab aqua metaphoram. Vt enim aqua si per locum proniorem ducatur, suo impetu sequitur, & inclinatur eodem: ita cor vbi aliquid ei ostenderis commodi vel iucundi sua ipsamet sponte inclinatur & propendet. Quid autem efficatius, quid aptius ad cor inclinandum ad faciendas Dei iustificationes inuenitur, quam si illi fructum æternæ retributionis ostendas? Sed Theodoretus in his verbis trutinæ similitudinem inuenit: *Trutinæ,* inquit, *simile est animæ consilium, mens vero, quæ ducis vice fungitur, funiculum tenet. Si igitur pijs cogitationibus se applicuerit, necesse est ad meliora flectere. hoc se feciss diuinus vates ait: Inclinaui,* &c. *Etenim cum perspexerim lucrum, quod hinc percipi solet, volens, libensque pro his sudores suscepi,* &c.

17.

Auarum se extendit ad inclinandum corda regū.

Thuanus. Eccles. 10. v. 19. Lucianus.

Duomodo cor inclinatur.

Pſal. 118. v. 112.

Trutinæ similitudo ad significandā vim verbi inclinandi.

18.

Crux Christi statera bilancibus consimilis.

Forte etiam hanc inclinationem lancis significauit D. Joann. cap. 29. vers. 30. cum referens Christi Domini spirationem, dixit: *Et inclinato capiti tradidit spiritum.* Erat enim sanctissima crux statera bilancibus constans: *Statera facta corporis.* Hanc diuinus amor in manibus habebat. Cum ergo capiti Christi pondus amoris imponeret quasi lanx ponderosior inclinata

Ioan. 29. v. 30.

inclinata est, vt omnibus notum fieret, amorem victoriam reportasse, & lancem peccatorum vicisse, licet enim peccatorum lanx graui pondere constaret, necesse erat. vt amor pondere sui amoris lancem Christi premeret, vt aliam superet: Cum ergo amor stateram eleuaret, Christus *inclinato capite emisit spiritum.* q. d. Lanx Christi ponderosior apparuit inclinando caput suum, sicque alteram lancem licet ponderosam longe superauit, & victoria amoris celebrata est, &c. eadem similitudine vtitur Eccles. cum *Inclinandi* verbum regibus tribuit. *& corda regum inclinauit.* cor enim illorum statera est bilancibus constans, cum igitur auro, quod ponderosum est, cordis lanx premitur grauior apparet, & illam inclinat, id est, vincit & superat.

Cum amor crucis stateram eleuauit, Christus inclinato capite emisit spiritum.

Hoc potest apprime illustrari ex eo Job cap. 36. v. 18. vbi Elice loquens cum Jobo rege hoc consilium & documentum præbet: *Non te ergo superet ira, vt aliquem opprimas; nec multitudo donorum inclinet te.* q. d. si contingat vt in pristinam dignitatem restituaris, noli amplius peccare, neque sordida lucra, & dona sectando, quibus te corrumpi sinas, neque subditos & pauperes per vim opprimendo. Vide ergo in quas te miserias superbia & iniuria pauperum conieccerint: in quam egestatem auaritia & donorum cupiditas, &c. illud *inclinet te,* explicat noster Pineda, id est, non te sinas prece aut pretio abduci ab æquo & recto, non administrabis ius ex auaritia, sed sincero & candido animo. & subdit: cum dixit *inclinet* translationem duxit à virga æquitatis, & à regula iuris iustissima, non Lesbia illa, quæ cedebat ijs, quibus applicabatur, sed quæ nemini cedat, neque applicetur nisi æquo & recto Iudex sicut palma esto, quæ non flectitur pondere, sed nititur & consurgit in altum, & quo pluribus onustus precibus & donis constantior & rectior sit, imitetur sane Narniensem illum agrum, de quo Plinius lib. 31. cap. 4. vbi ait: *Quædam terræ imbribus ficciores fiunt, velut in Narniensi agro: quod admirandis suis inseruit M. Cicero, sic citate lutum fieri prodens, imbre puluerem.* non secus iudex ad iniustas preces seuerior & aridior.

Job 36. v. 18

Cauet iudex ne multitudo donorum illum inclinet.

Iudex esse debet sicut palma, quæ non flectitur pondere.

Plinius.

Sed meo iudicio agens Eliee. de multitudine donorum, quæ lancem cordis inclinant sumit metaphoram à bilancibus, quæ eleuantur, vel inclinantur maiori vel minori pondere. *Ne,* inquit, *multitudo donorum inclinet te,* vel faciat declinare. id est, ne cor tuum tam ingenti donorum magnitudine, tamquam maximo pondere prematur. Cor enim regis statera est lancibus constans, cum magnitudo donorum lanci cordis imponitur, facile illam deorsum inclinat, & declinat à recto & vero. Sicut filij Samuelis 1. Reg. 8. vers. 3. de quibus dicitur: *Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.* pendet illud *declinauerunt,* auaritia enim tamquam ingens pondus impositum est eorum cordibus, & ita ea depressit, vt inclinarent illa ad sequendam auaritiam, & ad peruertendum iudicium.

19.

Multitudo donorum lancem cordis inclinat.

Cor regis statera est lancibus constans 1. Reg. 8. v. 3

Quare Cassiodorus Senator lib. 12. variarum Epist. 1. inquit; *Regi nam illam procacium vitiorum auaritiam fuge, cui cuncta crimina detestabili deuotione famulantur: quæ dum pectus hominis ingressa fuerit, gregatim quoque male fidas cohortes admittit: Ferri non potest recepta, quia nescit esse solitaria. Agmen habet blandissimum: arma suscipit ex talentis, & per dulcedinem superat, quos amara deceptione captiuat.* pende illud auaritiam esse reginam, quæ non solum inferiores iudices peruertit, sed regum ipsorum corda inclinat, & declinat: quia si dicitur: *Pecuniæ obediunt omnia,* quid mirum reges peruertat si illorum *pectora ingreditur?* Ita reges conuertit sicut inferiores iudices.

Cassiodor.

Fugienda auaritia regina procacia vitiorum.

Pecuniæ obediunt omnia.

Vide denique quæ Cælius Rhodig. narrat lib. 23. cap. 5. de celeberrima regina orientis semiramide. Cum sibi (inquit) iam magno natu monumentum, in quo perfuncta humanis reconderetur, strueret inscriptionem huiusmodi excusipendam curasse: Quicumque ex regibus pecuniæ inopiam senserit, conditorio recluso sumat inde quidquid visum fuerit. Id cum perlegisset Darius, vt qui auri foret auidior, sepulchrum iussit recludi, sed in eo pecuniam quidem inuenit nullam, in eas autem incidit litteras: Ni malus vir fores, & pecunia prorsum inexplebilis, non vtique mortuorum loculos moueres. Exprobratione lepida in sacram auri famem, vt eminentissimi auctores dixere, &c. Sic Cælius Horatius 3. Carm. 16. inquit:

20.

Cæl. Rhod.

Auaritiæ exemplum.

Horatius.

Reges muneribus, munera nauium.
Saeuos illa queant duces.

Non solum tandem reges auaritia captat, sed Deos vt dixit Balbus poëta agens de auro. incipit enim:

Aurum cuncta mouet, superi flectuntur ab auro
Gaudeat & aurato Iupiter ipse thoro.
Aurum quisquis habet superos mercatur & astra,
Captiuosque tenet subditione Deos.

Aurum quisquis habet superos mercatur & astra.

Quia vt dixit Eccles. cap. 10. v. 19. *Pecuniæ obediunt omnia.* Lege nostrum Pinedam si placet, & vacat. nostram sic exponit sententiam. *Vsque ad cor regem extendit* [supple dominatum & imperium nam pecunia reges ipsos & supremos alioqui rerum dominatores, vna hæc imperatrix regum regina superbissimo dominatu premit & coëreet] & *conuertit,* supra illorum corda, quocumque volet, siue vt ex Græco legitur, *corda regum fecit declinare,* id est, à recto & iure diuertere. quod perinde est, ac si dicere-tur. Pecuniam pro numine dominante, etiam ab ipsis regibus coli: quippe simili quadam ratione scriptum est Prou. 21. vers. 7. *Cor regis in manu Domini, & quocumque voluerit inclinabit illud,* &c. Ad alia.

Eccles. 10. v. 19.

Pineda.

Pecunia pro numine dominante colitur.

Prou. 21. v. 7

VERS. IV.

Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna.

Sensus.

NOn *litiges*, &c. q.d. Non solum cum potentioribus pugnare & cum diuitibus litigare abstinendum est tibi, sed etiam cum homine dicace & garrulo, cum eo enim si contenderis in caput tuum pernitiem ascisces; quia dicaces & garruli non circumspiciunt quid agant, quid ve loquantur; sed si discesprauerit, non solum illum non mitigabis, neque ad mansuetudinem reduces, sed potius iracundiæ & loquacitati eius materiam ampliorē submininistrabis: eris enim instar illius, qui ligna igni suppeditat. *Como quien echa leña a el fuego*, &c.

Nota, & illustratio prima.

21 *Quis si homo linguax.*

NOn *litiges cum homine linguato*, vel *loquace*, vel *linguace* in Græco est, γλωσσώδες. à verbo ΓΛΩΣΣΑ, *Glossa*, quod est lingua, cōponitur verbum γλωσσώδης, quod est lingulatus, & linguax, & locutuleius, linguaculus, proprie blatero. nos dicimus. *hablador, deslenguado, y que no tiene pepita en la lengua, habla despiçadamente, sin tiento, sin medida, no reparando en nada.* Pro *litigare* ponitur idē verbum ac in versu primo Ἀμφισβήτει, quod est præliari, bellum gerere, contendere, rixari, altercari, quæ omnia significata complectitur vulgatus verbo *litigandi*. q.d. Ne tibi contingat cum blateronibus altercari, vel rixari, sunt enim loquaces, vel linguaculi, qui non considerant verba, quæ proferunt, sed loquuntur non solum in conditè, & inaniter, sed efficiunt verba immoderata, id est, blaterant, & blatiunt, *horum enim lingua* (vt ait Gellius lib.1.cap.15.) *tam prodiga, infraniique est, vt fluat semper, & æstuet colluuionem verborum teterrimam.* Hoc hominum genus locutuleios, & blaterones, & linguaces Latini. dixerunt, & Græci *Glossodas*. Cum his inquam rixari vel contendere periculosum est, nam ita scandescunt, vt verba emittant nociua noxia, & detrimentosa, quibus pernitiem comparant ijs, cum quibus rixantur vel altercantur, quare ab his cauendum est, &c. Sic dixit Raban. *Contra eum, qui indiscretus est verbis stultum est contendere; vbi non ratio, sed furor damnatur.*

Cum homine linguato non litigandum.

Aul. Gell.

Cauendum ab stultis, & blateronibus.

De his ergo sub nomine stultorum loquens Salomon Prou. cap. 29. v. 9. inquit: *Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue iracatur, siue rideat, non inueniet requiem.* Licet alium sensum tradat noster Chirinus, magis ad intentum est, quem tradit Rodolphus in hunc modum: si quando vir sapiens cum stulto disceptauerit, vt ipsum corrigat, & ad sapientiam seu bonos mores traducat, nihil præstat: nam siue iracatur, siue rideat, non inuenit requiem, ipse videlicet stultus, partim in suum exhortatorem iram effundens, partim eiusdem monita irridens, & iocose declinans, à suis delictis numquam quiescit, aut cessat. blaterat enim cum iracitur, & verba profert inconsiderata, quæ sapientem exhortatorem offendunt. Stultorum enim est non prius circumspectare verba, quam loquantur, sed sicut blatherones æstuare colluuionem verborum teterrimam. Quare non contendendum cum illis, nec rixandum: habent enim in lingua dæmonem, qui illam mouet, & ad peccandum irritat. Sic dixit B.Petrus Damian. serm.73. de vitio linguæ: *Notandum sane quia sicut auis aduolans exponit se ramo cuiuslibet arboris: Sic plerumque malignus spiritus veniens insidet linguæ inconsideratæ loquentis: & inordinatum quid in decursu sermonis per surreptionem suadet effluere, vnde post modum veniens quasi congesta dimicandi materia, cor hominis valeat impugnare.* Lege hunc de vitio linguæ, sermonem.

Prou.19 v.9

Stultorum est non prius considerare verba, quam loquantur.

B.P.Dam.

Illustratio secunda.

ET *non strues in ignem illius ligna.* Tygur. transtulit: *Nec in ignem eius ligna confercias*, id est, noli ignem furoris lignis verborum tuorum complere. Verbum Σπείρη est herba, qua instruendis stibadijs [lectulis] & toris vtebantur, tomentique lirco culcitras ea herba farciebant. Sed apud Hesichium exponitur, idem quod compositio, & constructio. Vnde στοιβάζω, futur. ασω, quod est construo, compono, struo, digere, vt Budæus interpretatur addens & hunc locum Eccles. *Struere ligna in pyram.* & 3.Reg.12.v.3. *Super altari quod struxerat.* Idem Budæus interpretatur etiam Stipo. Bala in stipo, vt Cant.2.v.5. *Stipate me malis.* verbum stipo idem est quod confercio, *llenar, embutir, recalcar.* Ratio autem quare ex verbo *stribe*, quod est herba. qua vtebantur veteres ad farciendas culcitras tomenti loco, interpretati sunt verbum *stoibazo*, quod est struere, vel confercire, forte est, quia sicut illa herba culcitræ conferciebantur, ita ex illa confertione compositorum verbum eiusdem significationis. Itaque idem est struere, ac confercire, vel stipare. Et prouerbium abijt, *ligna igni struere* vel apponere, sicut ignem lignis confercire. Quale illud in Latio; *oleum camino addere*, & Pythagoræ symbolum est, quod eamdem sententiam continet: *Ne ignem gladio fodias.* & hoc significat, non prouocandam loquacitatem linguacis contradicendo. Quia est sicut qui stipat, vel confercit ignem lignis.

22. *Ignis furoris lignis verborum non complendus.*

Lingua autem *ignis est*, vt eam vocauit Jacob Apost. cap.3.v.6. quare loquacem appellare poterimus ignitum, cum ergo igne furoris exardescentem quis verbis contentiosis prouocat, ligna in ignem struit. *Enciende mas el fuego y crece la llama, y el fuego de la ira*, qui in lingua demonstratur. Ideò frænanda est lingua, & à verbis contentiosis, quæ iram accendunt coërcenda, ne pugnam in audiente generet. B. Petrus Damian. serm. 73. Cum de victoria, quam de nostra lingua veternosus hostis reportat, egisset, subdit: *Ita ergo cum immunda quæque ac vana proferimus, quid aliud quam laqueos nobismet ipsis loquendo compingimus, quibus ab astutis aucupibus, hoc est, à malignis spiritibus post modum capiamur? Sæpe autem sermo noster non loquenti, sed audienti pugnam generat, ita vt cor eius in odium illius, qui contraria verba protulerat, vehementer accendat: & si facultas adsit, non verba verbis reddere quam malæ retributionis parat actibus respondere.* Quare optime Ecclesiasticus prohibet hæc verba contentiosa, quæ ignem iracundiæ prouocant, ne apponatur materia, & cibus igni, & ignis magis accendatur. & vt dixit Plutarchus agens de ira: *Ignem, qui non præbet ei materiam extinguit.* Sic qui iracundiæ igni non præbet cibum verborum, ipsam iracundiam extinguit.

Lingua ignis, & loquax potest vocari ignis.

B.P. Dam.

Sermo noster sæpenumero non loquenti, sed audienti pugnam generat.

Plutarch.

VERS.

VERS. V.

Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.

Sensus.

23. NOn *communices*, &c. q.d. Non solum ab homine iracundo abstinere debes, ne verbis tuis contentiosis ignem furoris sui accendas, sed etiam cauendum est tibi à familiaritate, & consortio hominis imperiti, & indocti, qui necdum virtutem, & honestatem percepit; tale enim hominum genus de seipsis bene sentiunt, & de aliis male loquuntur, non valentes linguam suam moderari; caue inquam ab horum familiaritate, ne inter garriendum male de progenie tua loquantur, & maiores tuos de aliquo crimine accusent, ficque ad rixas, & pugnas prouocent, &c.

Vitanda hominis imperiti familiaritas. Iansenius. Raban.

Sed sane Jansenius optime interpretatur iuxta nostram lectionem, de vitanda hominis imperiti familiaritate, quod periculum sit, ne tales, quales, fere de ipsis bene sentiunt, & de omnibus aliis male, nec suæ linguæ moderari nouerunt, &c. Sequitur Rabanum qui dixit: *Similiter & cum imprudenti disputare inutile est, quia facilis est ad proferendam contumelias.* Hoc idem consilium infra præbet Siracides cap.22. v.14. *Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris.* quid enim homo cordatus, & prudens edisceret de stulto & insensato, nisi stultitiam, & insensibilitatem? quid vtilitatis extraheret de eius stricta familiaritate, & communicatione? nihil sane, sed potius pernitiem comparabit: nam sicut stulti bene desentiunt. ita de aliis male locuntur. Jdeo subdit Ecclesiasticus.

Eccli.22.14

Illustratio secunda.

NE *male de progenie tua loquatur* Sensus, quem prælibauimus ex Drusio, habet fundamentum in originalibus, nam Montanus legit: *Ne inhonorentur maiores tui*, vel *infamentur* vt Drusius; vel *notentur ignominia*, vt Tigurina. illi enim, qui ex familiaritate, & communicatione indoctorum, id est, insipientium, & stultorum efficiuntur illis similes, progeniem suam inhonorant, & maiores suos infamant, & notant ignominia. Hoc erat quod dixit Jesus Judæis eos arguens, ipsi enim, cum essent mali, quærentes Christum interficere, magni faciebant se dicentes esse filios Abrahæ. Ioan.8.v.39. *Pater noster Abraham est.* Respondit vero Jesus: *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* q.d. Fateor vos esse posteros Abrahæ, & ex eius prosapia originem trahere, sed vos vt filij pessimi illum inhonoratis & infamatis, ignominiaque afficitis peccatis vestris, si vestrum genus magnificatis, operamini vt filij iusti parentis. parens vester Abraham, & alij maiores vestri iustitiam operati sunt, quare vos debetis opera Abrahæ facere, id est, iusti esse & similes maioribus vestris effici. Ideo ait Ecclesiasticus nolite cum indoctis, & insipientibus communicare, ne similes illis effecti vestris malis operibus maiores vestros ignominia afficiatis, & infametis, sicut enim filij iusti, & sapientes sunt honor & gloria parentum. sic mali & insipientes illos infamant & inhonorant. Hoc docet noster Salazar explicans id Prou.10.v.1. *Filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus mœstitia est matris suæ.* ex his fit (inquit) vt maius probrum & contumelia ad matres perueniat ex filiorum prauis moribus, quam ad patres, quasi nati ab ipsis degenerem indolem, & procliue ad scelera ingenium hauserint, & expresserint. Testatur id Salomon infra cap.29.15. cum ait: *Puer, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.* LXX. *Puer autem errans confundit parentes suos.* Cuius ratio optima reddi potest, quia puer dimissus voluntati suæ secundum indolem, & ingenij sui procliuitatem operatur, quod à matre inprimis accepit: atque adeo magnam matri labem inurit, &c. Itaque cum homo ex communicatione indoctorum

24. *Stulti male loquuntur de progenie eorum, qui cum illis versantur.*

Prou.29.15. *Puer errans confundit parentes suos.*

Ioan 8.v.39

Iudæi inhonorabant patrem suum Abraham operibus malis.

Filij sapientes honorant parentes, & insipientes inhonorant. Prou.10.1. Salazar.

Homini indocto non communicandum, vel colludendum.

Eccles.10.3

Talis quisque fit, qualis illi, qui cum eo conuersantur.

Pſal.17.27.

Folengius.

Nota, & illustratio prima.

NOn *communices homini indocto.* In originali est, *ne ludas*, vel *colludas*, vel *alludas*, id est, ne esto familiaris. Sumptum à pueris, qui cum familiaribus colludunt, & iocantur. id significat verbum συμπαίζειν. compositum enim est à verbo παίζω, quod est ludere, proprie puerili ter seu puerorum more (παις est puer) item est iocari, & dicitur de illis, qui dicaciter iocantur. At παίζω τῶ est hoc ludo, id est, ludēs dico, seu illudens aut iocans: Tandem pro *indocto* est ἀπαιδεύτω apaideitos enim est ineruditus, indoctus, imperitus, rudis. Significat enim non rudem litterarum sed nullius eruditum virtutis. vt infra cap. 10. v. 3. *Rex insipiens perdet populum suum.* In originali est idem verbum Græcum: *Rex ineruditus.* Nam παιδεύω est erudio, & hoc verbum proprie de pueris dicitur. & significat castigare. nam pueri vapulant cum delinquunt. Ergo *apaideutos*, quem pater numquam castigauit. nos dicimus: *mal doctrinado.* Hic sibi relictus, vt est natura hominis ad malum prona, nequam euadit, ac proinde dedecorat maiores suos.

Quare aliqui hanc significationem sectantes, explicant hoc modo. Ne communices cum homine inerudito, id est, qui à pueritia impunitus euadit, & non castigatus sibi derelictus est. Nam qui cum tali familiaritatem colit, idem facit; talis enim quisque sit, quales illi sunt, qui cum eo conuersantur. qui iuxta claudum habitat, claudicare discit. Hunc sensum sequitur Joan. Drus. & potest illustrari ex eo Psal.17. v. 27. *Cum peruerso peruerteris.* quod quamuis de Deo dicatur, qui peruertit conditionem suam ad miserendū pronam, & conuertit eam in supplicium, id est, cum peruerso, Deus ipse peruersus, hoc est, præter morem suum, dirum se vltorem ac iudicem exhibebit. Nihilominus Folengius vt superius diximus cap.7.num.67. de peruersione hominis, qui agit cum peruerso interpretatur: *Facile enim* (inquit) *cum corrupto peruersoque homine peruersus eris. Nam qui, vt ait sapiens, tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Neque sane absque causa clamat Apostolus, exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis.* Hoc enim nostro respondet Prouerbio: *Di me con quien andas, y direte quien eres*: Hæc non mala interpretatio. de eiusque materia non pauca superius. Perlege ea.

rum & ſtultorum, prauos mores hauſerit, vel potius didicerit, nihil mirum maiores ſuos effręnatione ſua inhonoret, & infamet.

Illuſtratio tertia.

25. SEd quia vulgatus tráſtulit: *Ne male de progenie tua loquatur* ad alium ſenſum verba trahere debemus, ſcilicet, ne communices cum homine inerudito, id eſt, corruptis moribus deprauato, ne inter garriendum de tuis maioribus male loquatur, & aliquod vitium vel defectum illis obiiciat, eos exprobrando. exemplum proponitur Jud.9.v.23.24. vbi dicitur ſi chimitas regẽ Abimelech. petulantius inſectari: *Miſitque Dominus ſpiritum peßimum inter Abimelech. & habitatores Sichem, qui cœperunt eum deteſtari: Et ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Ieroboal. & effuſionem ſanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem ſuum, & in cæteros Sichimorum principes, qui eum adiuuerant.* & verſ.28. dicunt: *Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? numquid non eſt filius Ieroboal, &c.* Rogat Abulenſis, quare dixit Gaal: *Numquid eſt, &c.*

Cum inerudito nõ communicadum, ne male loquatur de maioribus. Iud.9.v.23.

Reſpódet, voluiſſe Gaal deprimere Abimelech. ex generis conditione. & quia erat filius Gedeonis & mulieris cuiuſdam Sichimitæ, depreſſit eum ex parte patris, dicens: *Numquid, &c.* debebat autem deprimi ex parte matris ſcilicet, quia erat illigetimus; tamẽ quia erat mater Sichimita, & depremendo eam deprimerẽtur indirecte Sichimitæ, noluit vituperare eum ex parte matris. ſed ex parte patris. Vide quę Iudęi dicebãt Christum Dominũ exprobrantes, cum illi obiiciebãt filium eſſe Ioſephi Fabri, & Mariæ matris eius. Ioan.6.v.42. *Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit: quia de cælo deſcendi?* & Matt.13. v.55. *Nonne hic eſt Fabri filius? nõne mater eius dicitur Maria,* &c.q.d. *No ſabemos aqui quien fueran ſus padres, no es hiſo de un carpintero, y de Maria, que aqui la conocemos?* &c. Sicut enim Judæi inuidia & odio conuicti Chriſtum Iuſtum exprobrabant, & Sichimitæ Abimelecho crimen occiſionis filiorum obiiciebant, ſic ait Eccleſiaſticus: *Ne male de progenie tua loquatur.* Cum indocto ne communices, &c.

Galaad depreſſit Abimelech ex generis conditione. *Iudæi exprobrabant Ieſum, quia erat filius fabri.* Ioan.6.41. Matt.13.55

VERS. VI.

Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato: neque improperes ei: memento quoniam omnes in correptione ſumus.

Senſus.

NE *deſpicias*, &c. q.d. Cum videris hominem peccatorem à peccato ſe auertentem, & reſipiſcentem illum ne contemnas, neque ipſum peccatũ exprobrando illi obiicias, quia non eſt vituperandus, ſed ſuſcipiendus, & laudandus, & fouendus: in memoriam ergo reuoca omnes nos reprehenſioni obnoxios eſſe, cum nullus iuſtus ſit, qui faciat bonum, & non peccet, omnes enim peccatores ſumus, & gratia Dei indigemus, &c.

Nota, & illuſtratio prima.

26. NE *deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, neque improperes ei.* Verbum *deſpicias*, non eſt in Originali, ſed ſolum eſt: *Ne improperes homini auertenti ſe à peccato,* vel vt Tygur. *probrum ne obiicias,* vel vt Druſ. *Ne conuitium facias,* quæ omnia in idem reuocantur. vulgatus tamen clariorem reddit ſententiam, & ſenſum exornauit. q.d. Sic Raban. *Magis* (inquit) *condecet Chriſtianum compati proximo; quam improperare lapſo, quia incertum eſt apud vnumquemque ad quem finem producat actus ſuos: nec ſcire poterit quid ſibi ventura pariet dies.* Si videris hominem recedentem à via ſua mala, & cõuertentem ſe ad Deum, ne paruipendas, neque probrum facias ei peccatum ſuum obiiciẽdo. Notat enim hic Eccleſiaſticus aliquorum vitium, qui aliis peccata ſemel commiſſa ſemper obiiciũt, & improperant, etiamſi per pœnitentiam deleta ſint, & manifeſtum ſit hominem ea iam plane, & ex animo deſeruiſſe.

Homo, qui conuertit ſe à peccato non paruipendendus, nec exprobrandus.

Illuſtrat hanc doctrinam teſtimonium Pauli Galat.6. v.1. vbi ait: *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtructe in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.* Scio Apoſtolum loqui de conuerſis à Judaiſmo, & vocat *delictum*, quod Rom. 14. v.1. *Vocat infirmum in fide.* Sed nihilominus loquitur vniuerſaliter de quocumque peccato, in quod quiſque lapſus fuerit. Hunc ergo *inſtruite*, Vatabl. *reſtaurate*, redintegrate. q.d. ſicut reſtaurantur artus, & membra hominis lapſu luxata, ita mores luxatos proximorum reſtaurate. *In ſpiritu lenitatis*, id eſt, cum manſuetudine, blande, leniter. *Spiritum vocat* affectum internum lenitatis. *conſiderans*, &c. efficax enim eſt hæc ratio perſuadens miſericordiam, & miſericordem, ac lenem correptionem, ſi cogites te eiuſdem tentationis & miſeriæ conſortem, & obnoxium, Deumque ſolere permittere tentari eos, qui in lapſos duri ſunt & inclementes. Dixit D. Auguſt. *Numquam alieni peccati obiurgandi ſuſcipiendum eſt negotium, niſi cum internis interrogationibus examinantes noſtram conſcientiam, liquido nobis coram Deo reſponderimus, dilectione nos facere.* qui autem dilectione obiurgat peccatum alterius, non improperat peccatori, neque deſpicit, ſed recipit benigne, & manſuete, conſiderans ſe etiam peccatis obnoxium eſſe. vide D. Auguſt. lib.2. de ſerm. Dom. in monte cap.20. Itaque Apoſtolus reſpiciens conſilium Eccleſiaſtici, admonet eos, qui viderint peccatorem auertentem ſe à peccato, ne illum deſpiciant, & improperent, ſed recipiant affectu manſuetudinis conſiderantes omnes eſſe lapſibus obnoxios: *Memento* (inquit) *quoniam omnes in correptione ſumus,* id eſt, omnes ſumus obnoxij correptioni, ſeu reprehenſioni, neque quiſquam noſtrum eſt per omnia irreprehenſibilis: *In multis enim offendimus omnes*, vt dixit Jacobus cap.3.v.2. vide 2.Corinth. 6.7.

Galat.6.v.1 Rom.14.1. *Lapſus in peccato reſtaurandus, & inſtruendus.* *Conſideratio propriæ miſeriæ efficax ad excitandam miſericordiam.* D.Auguſt. *Qui dilectione obiurgat non improperat peccatori peccatum eius.* Iacob.3.v.2

27. Illud *ne deſpicias*, ſuadet miſericordiam in recipiendo peccatore. *ne deſpicias*, id eſt, ne abiicias, ſed cum conuerterit ſe, recipe illum benigno aſpectu, & affectu mãſuetudinis, ſicut Chriſtus Dominus recipiebat peccatores, qui ad ſe conuertebantur. ipſe enim dixerat: *non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Luc.5.v.32. & cum ad ſe confugiebant, *non deſpiciebat*, ſed obuiis vlnis illos excipiebat, ſicut docet parabola illius adoleſcentis, *qui diſsipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe.* Luc.15. v.20. vbi dicitur, vt poſtquam perditus adoleſcens *in ſe reuerſus*, ſtatuit confugere ſe ad domum parentis ſui, & conuerſus ad eum veniam peccatorum poſtulabat; *Cum adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.* Et in honorem conuerſionis eius, poſtquam illum veſtimentis, & annulis decorauit, conuiuium lautum miſcuit feſto conuerſionis. quod commentans & illuſtrans D. Petrus Chryſolog. ſerm.3. *Pater* (inquit) *vidit illum, vt & ille patrem poſſet attendere: patris viſus illuſtrauit filij venientis aſpectum, vt tota fugaretur obſcuritas, quæ circumfuſa fuerat de reatu. Non ſunt tales tenebræ noctis, quales illæ ſunt, quæ de confuſione veniunt peccatorum. Niſi ergo cæleſtis pater redeuntis filij radiaſſet in vultu: & totam confuſionis caliginem reſpectus ſui lumine ſuſtuliſſet, numquam diuini vultus vidiſſet iſte filius claritatẽ.* Et paulo poſt: *vt erigeret ſic iacentem, cecidit ſuper collum eius, vt amoris onere, onus tolleret peccatorum. & oſculatus eſt eum. Sic pater iudicat, ſic emendat, ſic peccanti filio dat oſcula, non flagella. Delicta non videt vis amoris, & ideo pater peccata filij redemiit oſculo, & clauſit amplexu, ne nudaret pater filij crimina, pater filium ne fœdaret. Pater ſic curat filij vulnera, ne filio cicatricem, nœuum filio ne relinquat. Aſpectus patris fugat crimina, expellit noxam, cunctam nequitiam, & tentamenta propellit, &c.* Pendẽ hæc omnia Chryſologi verba, in quibus noſtræ ſententiæ illuſtrationem inuenies. Docet enim peccatorem pœnitẽtem non deſpiciendum, neque improperandum, ſed vt diximus obuiis vlnis recipiendum. Inſipientium enim eſt peccãtibus, & ſi pœnitentibus, defectus & peccata obiicere eis improperando: quod acriter Sirach reprehendit, reddens rationem communis omnium corruptionis.

Qui ſe conuertit recipiendus benigno aſpectu. Lucæ 5.32. Luc.15.20. *Conuerſio filij perditi prouocauit patrem ad miſericordiam.* D. Petr. Chryſol. *Quare pater cecidit ſuper collum filij perditi.* *Aſpectus patris fugat crimina.*

Illuſtratio ſecunda.

28. POteſt etiam illud *ne deſpicias* probari ex eo Deut. 23. v.7. vbi dicitur: *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt: neque Ægyptium, quia aduena fuiſti in terra eius.* Vocat Idumæum fratrem, quia deſcendebat ad Eſau fratre Jacob. Ideo Iſraelitæ & Idumæi vocari poterant fratres, quia à duobus fratribus deſcendebant. quare præcepit Deus non abominandos. neque Ægyptios alia ratione, ſcilicet, quia Iſraelitas exceperunt tempore famis illis ſubuenientes, & moraliter Oleaſter ex hoc præcepto extrahit, pulchre hunc locum docere, qualiter fratrem diligere debeas, etiamſi aduerſetur tibi, ſolum quia frater eſt. qui ſi te odio habuerit neque tibi viſcera fraterna oſtendat, non ſit tibi curæ: dilige eum, non eum abomineris, ſed memento quia frater eſt, idem etiam dicendum de Ægyptiis. Sunt enim multi, quibus ſi multa beneficia contuleris, propter pauca mala in te collata, bona illa multa non referunt: quos locus iſte ſubtiliter arguit, qui non abominari docet Ægyptium, licet multa male illis intulerit, propter multa alia bona. Suſceperat enim eos benigne, ac tempore famis pauerat, & in optimo terræ loco habitare fecerat.

Iſraelitæ, & Idumæi vocabantur fratres, quia ab eadem radice deſcendebant. *Qualiter frater diligendus.* Oleaſter.

Sed certe in vtriſque ſignificantur peccatores, *Idumæus* enim ſignificat rufum, & terrenum, quæ epiteta ſunt propria peccantium. Ideo iubebatur offerre vaccam rufam Num.19.1.2. *Precipe filiis Iſrael, vt adducant ad te vaccam rufam,* &c. quod explicans Oleaſter, inquit: Putant tamen Hebręi ea peccatum adũbrari maxime ratione rubei coloris, qui apud Iſaiam peccatũ ſignificare videtur cap.1. v.18. vbi dicitur: *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum,* &c. Mihi vero potius videtur eam fuiſſe perfectiſſimum pro peccato ſacrificium, &c. Sic tamen ait B. Theodor. q.36. in Num. *Hanc quidem offerri pro peccato populi lege cauit: Verum præfigurat ſalutarem paßionem, quæ mundi peccatum abſtulit. Sed vaccam rufam offerri precipit, vt corpus terrenum prænotet: quia nomen Adæ terram rubram ſignificat, ex qua corpus ipſius formatum eſt,* &c. Rurſus, Ægyptius ſignificat anguſtiatum, ſeu tribulatum, quæ ſunt peccatorum epiteta, cum incipiunt conteri. *Cor contritum, & humiliatum, Deus non deſpicies.* Pſal.50. verſ. 19.

Idumæus ſignificat rufum id eſt peccatorem. Num.19.1.2. Iſai.1.v.18. *Quare peccatum per rubeum colorem ſignificatur.* Theodor. *Ægyptius ſignificat anguſtiatum.* Pſ.50.v.19.

29. Ergo inquit Moyſes: *Non abominaberis Idumæũ*, id eſt, peccatorem non deſpicies, præcipue cum iam incipit ad ſe reuerti, ſicut filius luxurioſus. *Neque Ægyptium*, quia cor anguſtiatum Deo & tribulatum offert, cum de peccato conteritur, & agere pœnitentiam ſtatuit. Sicut enim *Deus cor contritum & humiliatum* peccatoris iam pœnitentiam agentis, *non deſpicit*, ſed reſpicit, vt peccata remittat. Sic non debet homo Jdumæum & Ægyptum, id eſt, eos, qui ſe à peccatis recedunt, abominari, nec deſpicere, ſed eos adiuuare, & ab lapſibus erigere, vt veniam eorum impetrent, præceptum Eccleſiaſtici adimpletes, qui inquit: *Ne deſpicias hominem auertentem,* &c. ſiquidem *omnipotens Deus peccantes miſericorditer expectat, tempus ad pœnitentiam tribuit.* vt dixit D. Gregor. libr.26. Moral. cap.16. & explicãs 7. Pſal. pœnitent. cum egiſſet de filio prodigo, ipſe conuertens ſe ad peccatorem, inquit, *Si ergo à Patre, à quo per inobedientiam diſceſſeras, inueniri deſideras, & delicioſe in domo illius epulari, ad te ipſum ſtatim reuertere, & diſcuſſis actibus tuis, vnde excideris recordare; vt eo magis moueàris ad pœnitentiam, quo incipies agnoſcere quod amiſeris, & perdere quod inueneris.* Quomodo ergo eum deſpicere poteſt Deus, qui pœnitentiam agit? Cum dicat D. Chryſoſt. tom.5. hom. de Pœnit. *Sciebat* (Jeremias cum dixit: *Quis dabit capiti meo aquam,* &c.) *quod Deus lugentes lætificat, & pœnitentibus, præſto eſt, &c.* Ergo ſi pœnitentibus præſto adeſt, non deſpicit, ſed prouocat ad ſuam miſericordiam recipiẽdam ipſe enim Deus magis propenſior eſt ad illam exhibendam, quam peccator propenſus ad illam recipiendam. Sicut ſancti Doctores clamãt, Deum proniorem eſſe admiſerandum & parcendum, quam ad puniendum, & vindicandum. Inde ſequitur.

Cor contritũ, & humiliatum Deus non deſpicit. *Deus peccatores miſericorditer expectat.* D.Gregor. *Non deſpicit Deus eum qui pœnitentiam agit.* D.Chryſ.

Illuſtratio tertia.

30. NEque *improperes ei*, q.d. Diſce à Deo hanc benignitatis conditionem, ſcilicet, nulli peccatum ſuum obiicere, & improperare. nos diceremus: *Si eſta perdonado el peccado, no le des en cara con el.* Si peccatum, vel peccati ſupplicium Deus peccatori condonauit, & remiſit, ne illud in memoriam reuoces, vt illi obiicias & improperes. maximus enim dolor hæret infixus animo peccantis, cum ei peccatum, alias iam delectum obiiciatur, & non minus cum nondũ remiſſum eſt. Sic Judæi quærebantur de Chriſto cum per Salomonem Sap. 2. v.12. aiebant: *Circumueniamus ergo iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris: & improperat nobis peccata legis, & diffamiat in nos peccata diſciplinæ noſtræ:* id eſt, exprobrat

Si peccatum remiſſum eſt non adducendum in memoriam ad improperationem. Sap.2.v.12.

Deus exprobrat peccata in legem Dei commissa.

brat nobis peccata in legem Dei commissa, vel peccata ex ea lege profecta de qua dixerat: *Sit fortitudo nostra lex iustitiæ.* Sap.2.v.11. exprobrat, inquit, nobis delicta crudelitatis plena, ex hac lege profecta, nempe ex potentia illorum ac violentia, qua omnes opprimunt, omnes pessundant, & ea maleficia diffamat, hoc est, cum infamia nostra euulgat, accelebrat, quæ à ratione & cõsuetudine vitæ quam instituimus proficiscuntur. vel obiicit nobis peccata, quæ ob neglectum disciplinæ in nobis deprehendit.

Ægre fertur improperatio peccatorum.

Ergo cum ægreferatur improperatio peccatorum, admonet Sirach: *Neque improperes ei. (no lo afrontes dandole en'cara con su pecado)* sic videmus fratrem seniorem fratri iuniori luxurioso improperasse, cum animaduertit patrem festo conuersionis eius lautum miscuisse conuiuium. Jecit enim hanc quærelam Luc.15.v.30. *Postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam tuam cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatum.* Super quæ D.Petr. Chrysol. serm. 4. *Hic* (inquit) *rediisse fratrem dolet, non dolet periisse substantiam, nec damni causa queritur, sed liuoris: qui fratrem redeuntem de suo decorare debuit: non debuit deperdito sic fœdare: in filio est substantia patris tota: & ideo nil pater perdidit, filium cum recepit. Frater credidit damnum, qui rediisse conspicit coheredem.* Sed magis ad intentum explicat hanc improperationem D.Ambros.lib.7.in Luc. cap.15. *Constitue* (ait) *mihi aliquem ex his, qui sibi iusti videntur, qui trabem in oculo suo non vident, & alieni festucam vitij ferre non possunt. Quomodo indignatur quando aliquã peccatum faxenti, & diu indulgentiam deploranti venia relaxatur? quomodo aures eius Symphoniam populi spirtualem ferre non possint?* &c.

Lucæ 15.30

D.Chrysol.

Optima explicatio D. Ambrosij.

31. Aliud nobis exemplum proponit idem Lucas cap.7. v. 39. vbi agens de conuersione B. Mariæ Magdalenæ refert improperium Pharisæi vocãs eam peccatricem. *Hic* (inquit Pharisæus) *si esset propheta sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.* D.Ioan.Chrysostom.tom.5. homil.62. ad Populum agens de Magdalena inquit: *Vidisti eam stantem & confidentem & propria abluentem peccata? Vide quõmodo Pharisæo non est irrita, cum improperetur, ait enim: si sciret quia peccatrix est hæc mulier, non eam dimisisset, nec ad eum dixit: quid enim quæso tu mundus es à peccatis? sed plus patiebatur, plus gemebat, ferudiores effundebat lacrymas,* &c.

Pharisæus improperauit Magdalenam cum fuit cõuersa.

Lucæ 7.39. D.Chrysl.

Lege tandem alia huius improperationis exempla in sacra pagina. 2.Reg.16.v. 7. dicitur Semei improperasse Dauid fugienti à facie Absalom dicentem ei: *Egredere vir sanguinum, &c. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti regnum pro eo, &c.* Ecce quot peccata ei obiiciebat vocat eum *virum sanguinum*, non solum propter cædem Abner & Isboleth, quorum autem ei Semei imponebat, cum esset innocens à sanguine eorum; sed forte & iure, quia præcepit vriam occidere. Sic explicat D. Chrysost. tom.1. id psal.38. *Et dolor meus renouatus est. Cum ille me, inquit, maledictis incesseret,* (agit de maledictionibus Semei) *peccatum à me commissum renouauit in memoriam considerans, quod propter ipsum maledictis appetor, & punior, & regia expulsus, fuga cogor meæ saluti consulere.* Vide Tob.2.v.22.23. *Ad hæc vxor eius irata respondit: Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modo apparuerunt. Atque his & aliis huiusmodi verbis exprobrabat ei.* Vide nostrum Serarium super hunc locum quæstiuncula 8. vide Iob.2. v.9. & alia.

2.Reg.16 7.

Quare Dauid vocatus est à Semei vir sanguinum.

D.Chrysl.

Tob.2.v.22

Serarius.

32. Ex quibus omnibus colligimus Deo displicere aliis peccata sua obiicere illis improperando. nam dolor fixus animo hæret cum talia improperia audiuntur, &c. Quare magis oportet nos esse imitatores Dei, qui peccatum semel dimissum numquam in æternum amplius imputat, aut improperat, vsque adeo vt eorum etiam oblitus esse dicatur. De quo psal. 31.v.1.2. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum*, &c. quod eleganter approbat D.Petrus Chrysolog. serm. 34. cum inquit: *Prima est felicitas in peccatorum turpitudinem non venisse, sed felicitas est secunda peccatorum veniam peccatis latentibus inuenisse: Hoc propheta senserat, qui dicebat Beati*, &c. quare cum pater filij luxurioſi illum ad veniam recepisset, ait Textus Luc.15.v.20. *Cecidit super collum eius.* Cur ergo sic illum amplexatus est? numquid sicut moris est hospitem amplexibus recipere, sic pater recipiebat filium redeuntem in domum suam? &c. Respondeo non solum recepisse vt hospitem, sed præcipue illum nudum non corpore, quam animo lacertis texisse, & defectus dissimulasse. Sic eleganter D.Petrus Chrys.serm. 3. *Delicta* (inquit) *non videt vis amoris, & ideo pater peccata filij redemit osculo, clausit amplexu: ne nudaret pater filij crimina, pater filium ne fœdaret. Pater sic curat filij vulnera, ne filio cicatricem, næuum filio ne relinquat. Beati, inquit, quorum remissæ, &c.* & paulo post: *Ni forte timetur occursus, terret osculum; turbat amplexus. & capere ad vindictam, non recipere ad veniam pater creditur, cum filium trahit manibus claudit gremio, ligat lacertis.*

Deo displicet obiicere peccata illis improperando.

Pſal.31.1.2.

D. Petr. Chrysol.

Luc.15.20. *Cur pater filium peditum amplexatus sit.*

D.Chrysol. *Delicta non videt vis amoris.*

Hoc confirmatur ex eo Ezechi. 18. v.22. *Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.* Quid ergo est, *non recordabor?* nũquid cum Deus peccata condonat, delet ea ex memoria, vt numquam ea peccatori obiiciat, & improperet? q.d. omnium iniquitatum, quas operatus fuerat, non erit in posterum vltrix memoria, atq; ideo propter illas, non morietur? Respondeo peccata apud Dominum non viuere in æternum, quæ semel vera pœnitentia deleuit. nam admirabilis est pœnitentiæ vis, quæ id aufert ex diuinis oculis, quod illis nũquam non accusabat, & ad vindictam quotidie diuinum furorem acuebat, Habebat Deus hominum peccata illigata digitis quasi μνημοσυνα, quod homines aliquando faciunt, ne vmquam aliquid ex memoria cadat, vt Thren.1.v.14. seruabat illa Deus, & quasi consignarat in thesauris suis, ne qua in illa quisquam aliquid potestatis haberet. Deut.32.v.34. & in suos retulerat commentarios, quod homines faciunt, vt videtur Esth.2. v.23. & 1.Reg.15.v.2. ait Dominus: *Recensui* (quasi commentarios reuolueret, in quibus hominum peccata describerat) *quæcumque fecit Amalech, &c.* Hos ergo commentarios debet; hæc reuellit signa, hæc aufert μνημοσυνα (mnemosynum est quod nobis memoriam rei alicuius renouat, id est, id quo nobis res aliqua in memoriam reuocatur. nos dicimus, *memoria*) cum de peccato dolet, & vere, ac serio superiorem detestatus, nouam vitam instituit. D.Greg. tom.4. Regist. epist. lib.7. indict.7. explicans id Ezech. 18. v.32. *Nolo mortem morientis*, &c. inquit: *Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, saluus erit: omnes iniquitates eius obliuioni tradentur, si enim redemptor noster, qui peccatores non perdere, sed iustificare venit, in obliuione peccantium delicta dereliquit: quis hominum condemnanda referat, cum Apostolus dicat: Si Deus iustificat, quis est, qui condemnet?*

Admirabilis est pœnitentiæ vis.

1.Reg.15.2. *Pœnitentia delet commentarios, in quibus hominum peccata describuntur Deus.*

D.Gregor. Ezec.18.32. *Deus non vult mortem peccatoris.*

Hanc

Hanc benignitatis conditionem homines imitantes debent peccata proximorum iam deleta minime obiicere, cum dicat Ecclestastieus: *Neque improperes ei*, &c.

Nota & illustratio quarta.

34. *Memento quoniam omnes in correptione sumus*, aliqui antiqui codices habebant *in corruptione* & secuti sunt Lyra Hugo, Dionysius, sed vulgatus transtulit melius, *in correptione.* ὲν ἐλεγμοῖς. verbũ enim ἔλεγμον, est pœna, mulcta, & exponitur etiam castigatio, increpatio, obiurgatio, Demosthenes pro corona alij pro honore quare Mont. vertit, *Omnes sumus in increpationibus.* Sumit effectum pro causa ideo Tygur. legit, *in crimine.* Drus. *in culpa*, crimẽ vel culpa generat mulctam & pœnam, castigationem, & increpationem. q.d. inquit Iansenius: Omnes sumus obnoxij reprehensioni, nimirum, quia non est iustus quisquam, qui faciat bonum, & non peccet. Cuius rei consideratio cum nos mouere debeat, vt ne seueri simus etiam in eos, qui adhuc peccare pergunt, multo magis exigit, vt admissa peccata non exprobremus resipiscenti. Nota, quod optime legitur *in crimine*, vel *culpa* cum omnes obnoxij simus crimini, vel culpæ, & sic pœnæ & increpationi subiicimur. Jdeo aduertit Paulus 1. Corinth.10.v.12. *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat*, q.d. qui igitur vana atque arroganti securitate, & à stulta de se ipso opinione orta, stare sibi videtur, & pollicetur firmitatem, is etiam atque etiam, videaturne labatur, & cadat. Dixit D. Chrysost. *Quamobrem etiam sistes, caueas ne cadas: hic enim stare, non est firmiter stare, donec fuerimus liberati à fluctibus vitæ præsentis, & ad tranquillum portum nauigauerimus, Ne ergo quod stes efferaris, & in solescas, sed caute casum.* Nemo enim securus viuit, dum inter fluctus huius sæculi versatur, obnoxius enim est culpæ, & crimini, nec non effectibus eius, quales sunt mulcta, & pœna, & increpatio nullus tandem se iactare, & insolenter sibi arrogare potest, & dicere non peccasse; cum dicat D. Joan. Apost. epist.1. c.1.8. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Imitatur Salomonem, qui 3.Reg.8.46. inquit: *Non est enim homo, qui non peccet*, & Eccles.7. v. 21. *Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet*, & Prou.20.v.9. *Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato?* Quare D. Hieronymus Dial.2. aduersus Pelag. concedit hominem posse esse sine vitio, & negat posse esse sine peccato: *Id enim* (inquit) *soli Deo competit: omnis autem creatura peccato subiacet, & indiget misericordia Dei.* & Dial.1. ait: *Sine peccato esse perpetuo diuinæ solius est potestatis. Tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, & iustitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia. Dicente scriptura: Justus accusator sui est in principio sermonis. & in alio loco: Dic tu peccata tua vt iustificeris. Concluſit Deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur.* Itaque ratio efficax ad reprimendum aliquem ab exprobratione alterius propter peccata commissa iam deleta, hæc est, in memoriam reuocare omnes nos non solum peccato, sed etiam pœnæ obnoxios esse. Quod in particulari de aliquo dicimus cum exprobrare volumus: *Calle, que bien tiene porque callar.* Os tibi comprime, nondum enim fumum & flammam euasisti. Vt prouerbium etiam nostrum probat: *Callad que bien teneis porque. Superatus es à Gallo quopiam,* ex Cicerone. nos etiam diceremus: *bien tiene que dedigans.* satis enim ad improbandum tibi materiam suppeditas, omnibus generaliter applicare possumus, cum omnes mortales peccatis, & increpationibus subiecti sumus. & neque dum viuimus fumum & flammam euasimus, neque deest materia, sed mulctam suppeditamus ad nobis improbandum, &c.

Lyra. Hugo. Dionys.

Iansen. *Omnes obnoxij sumus reprehensioni.*

1.Cor.10.12 *Qui se existimat stare videat, ne cadat.* D.Chrys.

Nemo potest se iactare non peccasse. 1.Ioan.1.8.

3.Reg.8.46. Eccles.7. 21. P.ou.20.9.

D.Hieron.

Sine peccato esse perpetuo diuinæ solius est potestatis.

Quid dicimus cum exprobrare volumus.

VERS. VII.

Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt.

Sensus.

Ne spernas, &c. Cum te videris iuuenem viribus pollentem, ne efferaris, senum imbecillitatem, & debilitatem considerans, nec insolescas vitia senectutis obseruans, vt illis irrideas & afficias ignominia: Cum ex nobis senes fiant, senectus enim tibi expectanda est, nec putandum te semper in eo vigore, quo es iuuenis, permansurum, &c.

Illustratio prima.

35. *Ne spernas hominem in sua senectute*, quod in particulari dixit Ecclesiasticus de patris senectute cap.3. v. 13. *Et ne spernas eum in virtute tua*, in præsentiarum loquitur generaliter de omnibus. Solet enim iuuenes irridere senes, cum considerant eorum infirmitatem, & obseruant vitia senectutis, quod Senes ægerrime ferẽtes hac eos internos maledictione impetunt. *No lligues amis años.* Vtinam ad annos senectutis non peruenias. Vident enim iuuenes se rubustiores senibus esse, obliuione obruentes se aliquando ad eam ætatem, & infirmitatem peruenturos. Jdeoque vituperant eos, & spernunt, illos inhonorantes. quod vitium reprimere conatur Ecclesiasticus eum ait, ne despicias, neque inhonores hominem cum ad infirmitatem senectutis peruenerit, memento te aliquando senem futurum, &c.

Solent iuuenes senes irridere.

Præceptum senes honorandi traditur nobis Leuit.19.v.32. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* Hic de senibus ae ætate grandioribus agitur & præcipitur vi honore habeantur, ac debita afficiantur reuerentia, Nam cum sint imbecilli senes, & male corpore affecti, & non raro morosi, facile contemni possunt, & rideri; quare diuino timore cohibendi sunt, præsertim iuniores, ne id faciant, & vltorem Deum experiantur. Sicut pueri, qui Elisæum irriserunt. 4.Reg.2.v. 23. & ideo Ecclesiasticus hoc consilium præbuit: *Ne spernas*, &c. Hinc dixit Ouid.5.Fast.

Præceptum senes honorandi. Leuit.19. v. 32.

Ouid. *Magna fuit quondam habita senibus reuerentia.* Iuuenalis.

Magna fuit Captis quondam reuerentia Cani
Inque suo pretio ruga senilis erat.

Et Juuenalis Satyra 13.

Improbitas illo fuit admirabilis æuo,
Credebat hoc grande nefas, & morte piandum
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, &c.

Hic honos senibus debetur propter prudentiam, quam acquisierunt, qua nos indigemus, qui nondum ad eorum ætatem, in qua est multa experientia

perientia & rerum vsus peruenimus; senes enim sunt, qui multa sunt periclitati. Ideo aiebat: Cicero .i. de off. *est adolescentis maiores natu vereri, ex hisque diligere optimos, & probatißimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur.* Senes autem intelligendi sunt, qui sapientia & prudentia pollent aiebat enim Democritus: *Robur & forma corporis bona sunt: Senectus autem flos est temperantiæ & prudentiæ.* Nam vt dixit D. Chrysost. serm. 7. sup. epist. ad Rom. *Canities tunc est venerabilis, quando ea gerit, quæ canitiem decent: Cum vero iuueniliter senex conuersatur plus iuuenibus ridiculus erit.* Sic queritur Crates ex Antiphano:

Exprobrasti mihi Senectam, ceu magnum malum,
Quam qui non assecutus fuerit morte mulctatur,
Quam omnes desideramus. At si quando venerit,
Ægre ferimus adeo ingrati naturæ sumus,
Nullus enim tam diligit vitam, quam qui senescit.

Cicero. *adolescentis est maiores natu venerari.*

Democritus.

36. *Non spernenda, nec exprobranda senectus.* Laertius.

Sed vt in plurimum non speranda senectus, quæ ex se venerabilis est, & à nullo exprobranda. Sic refert Laertius lib. 4. cap. 7. ex Bione, qui docebat, nulli exprobrandam esse senectutem, ad quam omnes optant peruenire. Absurdum enim est aliis probro dare, quod quis optat sibi contingere. Idem Laertius lib. 1. cap. 4. inquit: Chilonem dicere honorem à iunioribus habendum senectuti, vt ipsi facti senes ab aliis habeantur in pretio. Ea res geminam habebat vtilitatem, siquidem vt senum auctoritas ac reuerentia temperabat ætatem lasciuam à peccando: ita senes cauebant ne quid committerent, quo iuuenibus vel ob ineptiam ludibrio possent esse, vel ob turpitudinem pernitiosi: sed inter omnes iuuenes, omnesque senes ea esset reuerentia, quę inter parentes, ac liberos. Sicut enim graue crimen est senibus parentibus iuuenes irridere, sic non minus graue spernere in homine senectutem, quæ digna veneratione est, & non debet contemni. Vide D. Cyprianum epist. 38. qui Rogatianum Episcopum propter Senectutem à quodam Diacono contemptum exemplo Samuelis consolatur: *Cum* (inquit) *Samuel Sacerdos à Iudæorum populo ob senectutem, sicut tu modo, contemneretur, exclamauit iratus Dominus: Non te spreuerunt, sed me; & vt hoc vlcisceretur: excitauit eis Saulem regem, qui eos iniuriis grauibus affligeret, & per omnes contumelias, & pœnas superbum populum calcaret, & premeret, vt contemptus Sacerdos de superbo populo vltione diuina vindicaretur.* Reddens autem rationem Sirach, subdit.

Senes cauere debent ne quid cõmittant, quo iuuenibus ludibrio esse possint.

D. Cyprian.

Senes contemnere displicet Deo.

Illustratio secunda.

37. *Senes ex nobis fiunt.* *Etenim ex nobis senescunt.* Tygur. Clarius, *etenim è nobis sunt, qui consenescunt.* q. d. non ex aliis, sed nobis senes fiunt, & tandem peruenturi sumus ad senectutem. Sicut enim tunc nolumus à iuuenibus irrideri, sic cum iuuenes sumus ab hoc vitio abstinere debemus, nã vt dixit D. Cyprian. ad Demetrianum de Mortalitate. *Hæc sententia mundo data est, vt Ord. Omnia orta occidant, & aucta senescant, & infirmentur fortia, & magna minuantur,* hoc dicit explicãs id Eccles. 3. 1. *& suis spatiis transeunt vniuersa sub sole.* q. d. *Todas las cosas tienem fin, todo se acaba con el tiempo, el tiempo todo lo consume.* & omnia tempus habent, ex tempore iuuentutis, peruenitur ad tempus senectutis, in quo omnia consumuntur, vires, & virtutes animi, valetudo, & fortitudo corporis, mentis integritas, aliaque hominis ornamenta, quibus in iuuentute, & virili ætate ipse deuorabitur. est enim homo sicut Sol, *qui procedit & crescit vsque ad perfectum diem.* Prou. 4. v. 18. id est, vsque ad perfectionem ætatis, in quo tempore sicut sol emittit perfectum splendorem, & tandem peruenit ad occasum, in quo luce deficiente, velut senescit & penitus obscuratur. Sic homo oritur splendidus, & in meridie ætatis veluti perfectum, & virilem emittit splendorem, sed cum ad ætatem senilem, hoc est, ad occasum vitæ peruenit, lux eius deficit. & splendor obscuratur, id est, despicit virilem splendorem, & sub terram absconditur. *Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur,* &c. inquit Salomon Eccles. 1. v. 5. Dixit eleganter D. Greg. Naz. orat. Eccles. 1. 5. de mortal. *est enim ad solis similitudinem nostræ quoque natura ortus, & occasus, vna est omnibus via, vnus ingressus vitæ circulus.* non aliter homo dum lucet in meridie ætatis luce sua quasi irridet, & contemnit occasum, & cum occidit, luce deficit, & obscuratur. quia *omnia orta occidunt, aucta senescunt, infirmãtur fortia,* &c. Si ergo homo animaduerteret aliquando ad occasum vitæ, id est, ad senectutem peruenturum: *Etenim ex nobis* homines *senescunt, non spernet hominem in sua senectute.* nec illum *inhonoraret*, nec *ignominia afficeret*, sed ætatem senilem veneraretur considerans, se aliquando senem futurum. *Etenim ex nobis*, &c.

Senes ex nobis fiunt.

D. Cyprian.

Ex tempore iuuentutis peruenitur ad tempus senectutis.

Prou. 4. 18.

Homo sicut sol procedit, & crescit vsque ad perfectam etatem.

Nostræ naturæ ortus & occasus instar solis.

VERS. VIII.

Noli de mortuo inimico tuo gaudere: Sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium voluemus venire.

Sensus.

38. *Noli*, &c. q. d. Non solum resipiscentem non contemnere, nec senem spernere, & afficere ignominia debes, sed neque gaudere de morte inimici tui, præbens te iniuriarum vindicem: reuoca in memoriam quæso, nos omnes mortales esse, & morti obnoxios, & nolle in gaudium inimicorum nostrorum venire, hoc est, nolumus alios etiam inimicos nostros de morte nostra gaudere, ideoque nec nos de eorum morte gaudere debemus, &c.

Nota, & explicatio.

Noli de mortuo inimico tuo gaudere, Originalia non dissident à vulgato. Solum Complut. augent vim sententiæ legentes: *Inimicissimo tuo*, nos enim hac vtimur exaggeratione, cum dicimus: *Aunque sea el maior enemigo del mundo.* Ne in eius morte Læteris, licet omni tibi ratione inimicissimus sit, & penitus infensus. Sic dixit Rabanus ex Prou. 17. v. 5. *Ne læteris in alterius casu, sed eorum vice condolentes, sicut nostram, ita & illorum ruinam deflemus. Mortis enim occasus omnibus communis est.* Cum enim quis mortuum spectat inimicum, illum

illum insultat, mortem eius celebrando. nos illud prouerbium repetimus ex Theocrito: *arbore deiecta quiuis ligna colligit*; vel *mortuo leoni, & lepores insultant*: Hispanè dicimus: *a moro muerto gran lançada.* Sic ait, *noli de mortuo tuo inimico gaudere.* Si Christus Dominus præceptum præbens de dilectione inimicorum, iussit illos viuos diligi, quanto magis mortuos? & si non esset præceptum de diligendo inimico dum viuit, adhuc mortuus inimicus diligendus erit, nam cum homo superstes est, præbens occasionem vindictæ suis operibus, dignus videtur esse omni vindicta, sed cum excessit è vita, & nullam ansam præbet vltionis, iuste meretur veniam præteritorum defectuum. Sed tamen præceptum de inimicis diligendis commune est, & omnes comprehendit, tam erga viuos, quam vita functos, itaque cum Sirach. crudelitatem aliquorum, qui erga mortuos infensi præbebantur, coërcere voluisset, hoc proposuit præceptum. inhumanitas enim & feritas est vita functos odio prosequi, tales enim leonibus sunt ferociores, cum *Leo* non solum, vt ait Plin. lib. 8. cap. 16. *tantum ex feris clementia in supplices, postratis parcit.* Sed etiam erga cadauera non efferatur, nec sæuit, inquit enim Gezner. lib. 1. de leone ex Homero, *Quoniam cadauera attingere leonem negetur*, & Joannes Tzetzes: *apud Homerum de cibo leonis corpus viuum, non mortuum accipiendum asserit.* Si naturali instinctu ferum animal suam ostentans generositatem, non solum miseris, qui se præbent supplices, & postratos, sed etiam mortuis parcit. Cur homo, non instinctu naturali, sed diuino lumine, & præcepto ductus, non parcit vita functis, cum iam postrati, & supplices superstitibus offerantur? Quare Ecclesiasticus hominem ab hac feritate cohibere tentans, inquit: *Noli de mortuo inimico tuo gaudere.*

Nobis non gaudendum de mortuo inimico.

Præceptum Christi Domini de diligendis inimicis commune est viuis & mortuis.

Plinius.

Leones cadauera non attingunt. Gezner. & Tzetzes.

Vita functis parcendi.

Illustratio prima.

39. *Ne ruina inimici non exultandum sit.* Prou. 24. v. 17.

HOc præceptum potest 1. apprime illustrari ex eo Prou. 24. v. 17. *Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte videat Dominus, & displiceat ei*, &c. verum est hic agi de casu & ruina inimici, id est, de calamitatibus, & miserijs, in quas solet incidere, & tantum abest, vt de illis gaudere & lætari debeamus, vt potius suo acerbissimo casu æque atque illi dolendum sit nobis. Verum etiam censeo hic Salomonem locutum de vero casu & ruina, quæ inimico accidere solet, scilicet de eius extrema calamitate, nempe morte. Sicque ait; ne velis lætitia perfundi cum inimicum tuum videris functum vita, nam hæc inhumanitas Deo displicet valde, &c. *Qui enim ruinæ latatur alterius non erit impunitus.* inquit ipse Salomom Prou. 17. v. 5.

Prou. 24. v. 17.

Prou. 17. v. 5. *Iob non gauisus est ad ruinam inimici.* Iob 31. v. 29.

Hoc potest etiam probari ex eo Job 31. v. 29. *Si gratulatus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui quod inuenissem eum malum*, quasi dicat; nullam lætitiæ voluptatem animo cepi ex meorum aduersariorum rebus aduersis, neque elatus sum in illorum pernitie atque ruina. Quamuis enim quis se à vindicta contineat, & totam rem Deo supremo vindici committat; sed cum videt iam hostem supplicio affectum, & vita functum, quo tutus est, qui non sibi lætandi, atque gaudendi materiam amplissimam oblatam intelligat? Hinc est quod Dauid vt hoc præceptum obseruaret in morte Saul inimici sui, non solum non lætatur, sed potius vehementer plangit mortem eius, dicente scriptura, 2. Reg. 1. v. 17. *Planxit autem Dauid planctum hui iuscemodi super Saul*, &c. Si ergo non solum Saul de Dauide bene meritus non erat, imo potius quam plurimis eum affecerat iniurijs, atque adeo fuerat insectatus, cur eius mortem ita lacrymatus est? poterat enim se à vindictæ affectu continere, & non ita flere necem eius, &c. Respondeo Dauidem ita præceptum de inimicis diligendis voluisse obseruare, vt vltra obligationem præcepti, vlterius progrederetur ad id, quod præstare non debebat. præceptum obligabat ad diligendum inimicum, ita, vt non lætaretur de morte vel ruina eius; ipse autem vlterius procedere voluit, flendo mortem eius planctu magno, vt longissime abesset à vindicta, & à transgressione præcepti de non insultando inimico vita functo. Probat & exaggerat hoc Josephus lib. 7. antiq. cap. 1. aiens: *Tanta autem fuit Dauid virtus, & erga Saulem benevolentia, vt quamtis sæpius capitalibus eius insidijs appetitus, non solum ægerrime tulerit eius interitum: verum etiam interfectorem illius affici supplicio iusserit. Præterea lamentationes, & epitaphia in laudem Sauli & Ionathæ composuit, quæ in hodiernum vsque diem leguntur.* Simile beneficium fertur Cæsarem contulisse inimico Pompeio iam vita functo, cum statuas, quas ipse Pompeius prius erexerat, iam à Cæsare postratas reponi iussit. Sic ait Plutarchus lib. de emolum. cap. de inimic. *Cum Cæsar*, inquit, *deiectas Pompeij statuas reponi iussisset: Cicero, dum Pompeij, inquit, statuas erexisti, tuas fixisti.* Tam longe debet quisquam abesse ab vltione inimicorum, præcipue vita functorum, vt non solum non *insultare* vel *gaudere* de eius interitu debeat; sed etiam multa conferre beneficia, vt perfectius præceptum obseruet, cuius rationem reddens Ecclesiasticus subdit.

Dauid planxit mortem Saulis inimici.

2. Reg. 1. v. 17.

Dauid præceptum obseruauit de diligendis inimicis.

Ioseph.

Cæsar beneficium contulit inimico Pompeio vita functo.

Plutarchus.

Illustratio secunda.

40. *Memores nos fore, tandem morituros.* SCiens quoniam omnes morimur. vel, *omnes morituros.* Drus. *memineris*, &c. nos dicere-mus: *A cuerda te, quæ todos nos hemos de ver en otro tanto.* memento nos aliquando ad vitæ metam peruenturos, quia morti sumus obnoxij, & quotidie morimur, id est, mortales sumus. *Morimur* inquam, dixit, non moriemur. Forte quoniam vita nostra mors quædam est quotidiana. nam vita ærumnosa mors est non vita. Viuere enim dicitur, & qui iucunde viuit. Multa de hac materia lege in nostro Francisco Scriua tom. 1. de nouissimo mortis. Probat id Genes. 2. vers. 17. *Morte morieris.* vbi Pagn. legit: *Moriendo morieris.* illa repetitio significat vitam, qua homo victurus erat, mortem appellandam, sensim enim dum viuit moritur. Sic explicauit D. Gregor. hunc locum lib. 25. Moral. cap. 2. eleganter dicens: *Statu videlicet immortalitatis amisso, cursus eum mortalitatis absorbuit, & dum iuuentute ad senium, senio traheretur ad mortem, transeundo didicit, stando quid fuit. Cuius nos quia de propagine nascimur, radicis amaritudinem quasi in virgulto retinemus. Nam*

Vita ærumnosa mors est.

Gen. 2. v. 17

D. Gregor.

Quotidie morimur.

quia ex illo originem ducimus, eius cursum nascendo sortimur, vt eo ipso quotidiano momento, quo viuimus incessanter à vita transeamus, & viuendi nobis spacium vnde crescere creditur, inde decrescat. Quia ergo ad summam moriendi quotidie tendimus per incrementa viuendi, bene de morientibus nequaquam transibunt dicitur, sed pertransibunt: quia transeunt etiam dum viuunt, sed pertranseunt dum moriuntur. & tom. 3. hom. 37. in Euang. inquit: *Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud quam quædam prolixitas mortis*, &c. D. Hieronym. ad Heliod. in Epitaph. Nepotiani Epist. 3. ad finem *Quotidie*, ait, *morimur, quotidie commutamur*, &c. & D. Gregor. Nazianz. tom. 2. in carm. de externi hominis vilitate, inquit: *Quæ vita hæc? Tumulum à tumulo peto rursus.* Tandem lege D. Basil. orat. 24. de morte.

Quotidianus defectus corruptionis est prolixa mors. D. Hieron. D. Nazianz. D. Basil.

41. Itaque inquit Ecclesiasticus, vt cohibeat inimicum ab insultando inimico vita functo, *Sciens quoniam omnes morimur.* hoc est, certo nobis moriendum est, mortique appropinquamur: imo tota vita nostra, mors quædam est, vt diximus. q. d. ne insultes mortuum inimicum, sciens nos omnes esse mortales, & obnoxios morti, & aliquando ad vitæ metam tandem perueniemus. Probat hunc sensum illa parabola Thecuitis 2. Reg. 14. Quam Dauidi proposuit. erat enim Absalom inimicus, & à domo patris absens erat, causa occisionis Amnon, & cum esset reus mortis, nam qui tunc alium interficiebat, morte mulctandus erat. apparuit Thecuites coram rege proponens ei parabolam, quam ab Joab acceperat, & inter alia dixit ei: *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur*, &c. Quare non ait, moriemur? numquid dum viuimus, morimur? ita sane sicut diximus; dum vita fruimur, morti appropinquamus. *& quasi aquæ dilabimur*, &c. Quare autem comparat vitam aquæ? quia facile labitur, ac difficile reuocatur, sic Abulensis, per mortem [ait] dilabimur in terram, scilicet quia conuertimur in eam, & non reuertimur ad viuendum, sicut aquæ, quæ semel dilapsæ in terram, non redeunt in primum locum. Sic Ouidius lib. 3. de arte amandi.

Certo nobis moriendum est. 2. Reg. 14. v. 14. *Dum vita fruimur morti appropinquamus. quæ instar aquæ est.* Abulens. Ouidius.

Ludite: eunt anni more fluentis aquæ

Et Philosophus Heraclytus dixit vitam nostram fluuium esse; & vbi nos legimus Psal. 89. vers. 5. *Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.* Hebræi pro his verbis alia reponunt: *fluere eos fecisti, somnus erunt*; annos nimirum, de quibus sermo est, tu Deus inundare fecisti, & tamquam collectam imbribus aquam cito defluere, ita vt somni instar sint: nihil enim solidi habent, sed tamquam somnus euanescunt. Alij putant de illa ipsa imminuta vita loqui prophetam, quæ de longiore cursu in breuiorem contracta post diluuium est: Hos, inquit, breues annos ne quidem ipsos totos viuere concessum est: nam sæpe homines immatura morte tamquam fluminis inundatione rapiuntur, eosque velut torrente quodam correptos ex hac vita tollis, vt sint somni instar, &c. Noster Lorinus de Textu Treueti hanc explicationem confirmat, & ait recitare aliam versionem: *Fluctuasti eos, somnia erunt, id est, delesti eos, quasi per fluctus; vel impetiuisti eos, hoc est, impetu ferebaris in eos, aut impetuosi, & quasi turbine, tempestate, fluctu delesti eos, & idcirco sicut somnia erunt.*

Vita nostra fluuius est, & fluere dicitur Psal. 89. v. 5. Lorinus. *Vita nostræ instar somni.*

42. Sed ad nostrum intentum Hebraizantes transferunt: *Inundas, seu inundasti, aut rapuisti eos, vt impetus aquarum, vt somnus sunt*, &c. Hoc facis velut impetu quodam ruere eos, instar nimbi diffluere: tamquam immissa inundatione subito rapis eos de mundo, velutque somnium traduntur obliuioni: te illos dissipante somnus erunt: iubes annos hominum properare velocissime, ita vt priusquam sese colligere valeant, & cogitare quid sibi acciderit in vita, sentiant illos velut somnium quoddam elapsos. Hanc metaphoram confirmat Sirach cap. 81. vers. 13. *Et pro morte defluente deprecatus sum*, vocat vitam *mortem defluentem.* q. d. rogaui Dominum pro vita, quæ nihil aliud est, quam mors defluens, incipit enim diffluere à natiuitate hominis, sine intermissione diffluit, & ad metam vitæ, quæ mors est tandem peruenit. Ita dixit D. Basil. orat. 24. de morte: *Mirum est ô viri amicissimi, quam statim vnusquisque nostrum postquam ex vtero materno in lucem prodierit, temporis fluxionibus vinctus rapiatur, à tergo semper diem, quem transegit, relinquens, neque ad hesternum, etiamsi totis admittatur viribus, reuerti vmquam potest.* Cum ergo ita moriamur, vt vita nostra mors potius quam vita appellanda sit, hominem infensum & inimicum in hostem suum coërcere conatur Sirach. à sumenda vltione ab eo, cum iam functus est, dicendo: *Sciens quoniam omnes morimur.* id est, mortales sumus, & in eamdem sortem ac illi aliquando conijciemur, & ab omnibus diligi voluntatem habebimus, quare non debemus inimicum mortuum insultare.

Ecclef. 51. v. 13. *Vita mors defluens.* D. Basil. *Vindicta non sumenda de vita functo.*

Illustratio tertia.

43. Et *in gaudium nolumus venire.* hæc vltima pars desideratur in Græcis Originalibus, Glossa in margine legit, *volumus* vt tribuatur desiderio veniendi ad gaudium cæleste. q. d. *y todos nos queremos saluar*, ita vt *volumus*, de gaudio regni cælestis intelligatur, ob quod bonum & sanctum gaudium consequendum abstinendum est à malo & impio gaudio de morte inimici, quod impedimentum præbet illius gaudij adipiscendi. Sed lectio vulgati verior est, quæ legit, *nolumus*, hoc est, vt explicat Lyra: Nolumus enim quod gaudeant de nostra morte, nec per consequens debemus de morte eorum gaudere. vide quæ dicemus ad id cap. 18. vers. 31. *Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Interim sensus huius hemistichij illustrari potest ex eo Tob. 4. vers. 16. *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.* Nam sicut vnusquisque ab omnibus vult amari, & à nemine lædi, ita debet alios diligere, nec vel in minimo lædere. Vnde D. Chrysost. tom. 5. hom. 13. ad pop. circa med. *Quod odisti*, inquit, *alteri ne facias, odisti contumeliam pati? neque tu alteri irrideas: Odio habes falli? neque tu fallas alium: & in omnibus generaliter si hæc verba retineamus, alterius disciplina non indigebimus.* Inde oritur consilium Ecclesiastici: *Et in gaudium nolumus venire.* Si non vis ab altero lædi cum tu mortuus sis, dum tu viuis, inimico vita functo ne insultes, nec de eius morte læteris: eâdem enim mensura, qua alios metiaris, te metientur; Tu oderis ab alio lædi, vide ne tu aliquando alteri facias, id est, in inimicum mortuum insultes, si non vis ab alio insultari, cum è vita decesseris, hoc est, *nolumus in gaudium venire*, hoc est, nolumus alios etiam inimicos nostros de morte nostra gaudere, ideoque nec nos de eorum morte gaudere debemus. Quod enim tibi vis, alteri ne facias, &c. Et vt dixit Christus Dominus Luc. 6. v. 31. *Pro vt vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.*

Vt gaudium æternum consequamur, abstinemus nos à malo gaudio. Lyra. *Non debemus de morte inimici gaudere.* Tob. 4. v. 16. D. Chrysost. *Qui non vult ab altero lædi non lædat alium.* Luc. 6. v. 31.

VERS. IX.

Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbijs eorum conuersare.

VERS. X.

Ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela.

Sensus.

44. Ne *despicias*, &c. q. d. Aliud consilium tibi præbeo, scilicet, vt senum & sapientum doctrinam auide; & cupide suscipias; in ipsis enim multa experientia & rerum vsus inuenitur, & sunt admodum in multis rebus diu versati. Quare prouerbia eorum, hoc est, sententias eorum dictaque scite & prudenter ausculta, & assidue ea meditare. Ab ipsis enim percipies doctrinam, & disces sapientiam, qua intelligas ea, quæ adhibere debes in administratione magnatum. Nam inter cæteros fructus, qui ex doctrina sapientium percipiuntur, iste est maximus, vt quis siue in aulis principum, siue in republica & Ecclesijs fidelium gratam & vtilem operam præstare possit, & cum summa gratia eorum, qui plurimum possunt, publica negotia eis commissa prudenter & fœliciter administrare. est enim principum offensio facilis, & periculosa est rerum publicarum administratio.

Nota, & illustratio prima.

Ne *despicias narrationem presbyterorum sapientum.* In originalibus ommittitur *presbyterorum*, additumque est à vulgato maioris explicationis gratia. Nam solent esse presbyteri sapientes, quorum narratio de rebus gestis haud contemnenda. Tygur. reponit *senum*, loco *presbyterorum*, forte quia in senibus solet esse sapientia, & experientia rerum, & cum multa audierint & viderint in tam longo temporis interuallo, texunt præteritorum narrationem, vt iuniores certiores faciant de ijs, quæ ipsis nota fuere in præteritis temporibus. Hæc videtur esse repetitio superioris sententiæ cap. 6. v. 35. vbi eamdem sententiam proposuit Ecclesiasticus: *In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te.* Lege si placet quæ ibi congessimus, ne eamdem illustrationem iterum hic repetamus.

Narratio sapientum de rebus gestis non contemnenda Eccles. 6. v. 35.

45. Addo insuper hic, *narrationem* significare rerum antiquissimarum memoriam, & repetitionem eorum, quæ elapsa sunt in superioribus sæculis; quæ solent repeti ad ediscendam prudentiam, quæ nobis proponitur. Sic fecit Dauid Psal. 77. v. 2. 3. 4. *Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Quanta audiuimus, & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filijs eorum in generatione altera: narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius, quæ fecit.* Confirmatur ex Christo Domino, qui Matt. 23. v. 35. dixit: *Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.* Quod dixerat Dauid Psal. 77. v. 2. impletum est in Christo Domino, cuius typum gerebat Dauid, ambo enim in eo conueniunt, quod per parabolas doceant mysteria regni cælorum. illud *à constitutione mundi* idem est, ac *parabolas ab initio*, id est, quasi apophthegmata quædam eloquar, non ab alijs accepta, sed ex cordis fonte prolata: nec quasi collectas aquas & turbidas fundam, sed ex purissimo fonte manantes: istud est *eructabo*, propositiones autem & ægnimata loquar ab *initio*, quæ olim euenerunt rerum antiquissimarum memoriam, secreta & occulta exponendi ratione repetam. Loquar igitur, ait vates regius, quæcumque audiuimus & cognouimus, non ex vobis tradimus, quæ ipsi commenti sumus, sed quorum scientiam à maioribus accepimus, & ab alijs, in quibus nulla fallendi suspicio inesse potest, &c. *Non sunt occultata*, &c. Vere paternæ benignitatis est, (inquit Agellius) diuina beneficia expertos eorum memoriam posteris tradere. Nam si thesauros & terrenarum rerum possessionem non ab illis abscondunt, quanto potius est, pietatem illis, & diuinarum rerum cognitionem relinquere, & in posteros fideli successione transmittere, quorum illis vt ignorātia pernitiosissima, ita cognitio vtilissima est.

Narratio significat rerum antiquissimarum memoria. Psal. 77. v. 2. 3. 4. Matth. 13. v. 35. *Christus Dominus per parabolas docuit mysteria regni cælorum.* *Dauid locutus quæ audiuit & cognouit.* Agellius.

46. Hanc ergo, *narrationem presbyterorum*, vel senum *sapientum* qua instruimur in cognitione & amore Domini, non despicere, sed libenter accipere, nos admonet Ecclesiasticus. Sicut D. Paulus 2. Timot. 2. v. 2. admonet discipulum Timotheum: *Et quæ audisti, inquit, à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Vocat doctrinam *depositum*, id est, doctrinam Christianam à se traditam & concreditam Timotheo, atque

Narratio sapientum libenter accipienda. 2. Tim. 2. v. 2. *Doctrina Christiana depositum vocatur.*

ab eo alijs porro commendandam. Doctrinam, quam per multos testes, id est, in præsentia multorum, qui testes esse possunt me docente audiuisti, tu fac docendo tradas & commendes alijs hominibus pari fide depositum hoc tractaturis. Quia depositum hoc non celandum erat, sed communicandum; & ita quidem vt per manus transire debeat, etiam ad successores: ideò non quibuscumque fidelibus hominibus illud præcipit commendari, sed ijs, qui sint idonei, vt alios quoque doceant. Hoc autem proprium est presbyterorum sapientum, &c. quare inquit Sirach: *Ne despicias narrationem presbyterorum sapientum*, vel senum, nam illi commendant nobis, quæ à maioribus acceperunt, &c.

Nota, & illustratio secunda.

47. *In sententijs, & scite dictis sapientiũ conuersandũ.*

ET *in prouerbijs eorum conuersare*. Tygur. *In pronuntiatis eorum*. Vatab. *In sententijs, aut scite dictis*. Hæc omnia significat verbum Græcum *παροιμία*, de cuius significatione consule nostrum Salazar in principio prouerbiorum. Admonet Sirach: dicta sapientum presbyterorum, vel sententias eorum, tamquam prouerbia præmanibus habenda. Sententiæ scilicet certæ & doctrinæ de ratione vitæ ac moribus hominum pronuntiatæ, quod nominat vulgatus *prouerbia*, seu parabolas. Sunt enim paræmiæ celebres præstantesque sententiæ in vulgarem & familiarem vsum deductæ, quæ ab antiquitate, & longo experimento auctoritatem sibi vendicant. ex quo fit vt quemadmodum senes, grandæuosque adire solemus, vt consilium ab ipsis petamus: sic nonnumquam prouerbia adagiaque antiqua adhibenda sunt in consilium, quæ canam quamdam, & omni senecta grauiorem continet veritatem. D. Basil. hom. 12. in princ. Prou. inquit: *Prouerbiorum nomen de eo quod vulgariter dicitur apud externos compositum est, & de illis plerumque quæ in triuijs dicuntur. Vnde paræmia definitur verbum iuxta viam vsu multorum tritum, & quod à paucis ad plura similia transferri potest. Apud nos vero prouerbium est sermo vtilis sub vmbra figuraque idonea expressus: multum & vsus & grauitatis complectens, in recessu quoque multum altæ sententiæ contegens.* Quæ solent esse in ore sapientum, vt audientes instituantur. Quare vnusquisque ea versare debet, vt ediscat sapientiam, & prudentiam, quam opus habet ad mores suos componendos.

Prouerbia sunt præstantes sententiæ in familiarẽ vsum deductæ.

D. Basilius.

Paræmiæ definitio ex D. Basilio.

Illustratio tertia.

48. *Senes, & presbyteri sapientes docẽt sapientiam.* Dionys. Raban.

A *ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus*. In originali non est *sapientiam*, sed solum legit: *Disces disciplinam*, vt Drusius, Tygurina: *Eruditionem doctumque iudicium*. Senes enim vel presbyteri sapientes docent sapientiam, id est, vt explicat Dionys. sapientialem & intellectualem doctrinam de Deo, & rebus ad salutem spectantibus. Raban. *Boni enim magistri non aliud docent quam quod ipsi à bonis præceptoribus perceperunt: quod etiam à summo magistro ad eorum notitiam peruenit.* Probat ex Eccles. 12. v. 11. Hugo Cardin. distinguit *sapientiam* de diuinis, *& doctrinam intellectus* de moribus & nota, inquit, quod dicit *doctrinam intellectus*, Multi enim doctrinam habent, quia multi sunt doctores, sed non omnes habent doctrinam intellectus, quia non faciunt intelligi quod dicunt, sed inuoluunt sententias sermonibus extraneis, de quibus dicit Dominus conquerendo Job 38. v. 2. *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?* Huc vsque Hugo. Ego censeo per *sapientiam* debere intelligi obseruationem diuinæ legis, & *per doctrinam intellectus* eruditionem circa magnates, sicut mox inquit: *Seruire magnatis sine querela*. Sicut finis veræ sapientiæ est cognitio rerum diuinarum, & obseruatio diuinæ legis; sic presbyteri vel senes, cum vere sapientes sunt, nihil aliud iuniores docent, quam cognitionem Dei, & executionem diuinæ voluntatis, quæ in obseruantia diuinæ legis ostenditur. Sic Tobias senex sapientia & prudentia præditus dicebat filijs suis cap. 14. v. 10. *Audite ergo filij mei patrem vestrum: seruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis, quæ placita sunt illi.* Eleganter noster Serarius: omnium primo religionem serio illis commendat: *Seruite*, ait, *Domino*, & seruiendi modum apponit: *in veritate*, non in mendacio, superstitione, hypocrisi, vel *fide non ficta* vt ait Paulus 1. Timot. 1. v. 5. Deinde *inquirite vt faciatis*, zelum, seruoremque in Dei obsequio præscribit. Non decet qualicumque modo Numini summo seruire, ignauorumque seruorum instar semper expectare, vt hoc aut illud, quod ad Dei honorem spectat agere iubeamur, & perpellamus. Inquirendum sponte, magnoque studio quidnam sit, quod Deo placeat, idque cupide faciendum. Scrutanda etiam Domini lex, audiendum Dei verbum, libelli pij legendi. Suscitandum etiam quandoque à melioribus, & prudentibus, factu quid vtile, &c. Vnde D. Paulus Apostolus Colos. 1. v. 9. 10. non cessabat orare, & postulare: *Vt impleremini agnitione diuinæ voluntatis in omni sapientia, & intellectu spirituali, vt ambularent digne Deo per omnia placentes.* Quasi fideles & morigeri seruui, qui Domini placitum & voluntatem in omnibus explere curant. Vide Rom. 12. v. 2. Hanc *sapientiam, & doctrinam intellectus*, edidicimus à senibus vel presbyteris sapientibus, ex quibus haurimus, non solum Dei & rerum suarum cognitionem, nec non eruditionem circa Dei voluntatem, sed etiam erga magnates, ideò subdit:

Hugo.

Iob 38. v. 2.

Quid per sapientiam & doctrinã intellectus.

Iob 14. v. 16.

Serarius.

Deus seruiendus in veritate.

Inquirendũ sponte quod Deo placet.

Colos. 1. v. 9.

Sapientiam, & disciplinam intellectus edidicimus à senibus.

Nota, & illustratio quarta.

49. *Seruire magnatis sine querela.*

ET *seruire magnatis sine querela*. Complut. *faciliter* Tygur. *Et dexterè proceribus ministrare*, ευμαρως est, facile, nullo negotio, prompte, expedite, à verbo *eumaris* quod est facilis. ευμαρια facilitas, aptitudo, tranquillitas, lenitas, facilitas, morum videlicet & animi. Vulgatus transtulit, *sine querela*, quod eumdem sensum efficit, & amplius explicat. Cum enim quis *dextere*, & faciliter, vel prompte, & expedite, Domino suo seruit, & ministrat, non excitat rixas, nec ansam præbet illius querelis, & ipsemet tranquillam vitam degit, quare nec ex parte ipsius, nec ex parte heri sui querelæ exaudiuntur. Ergo inquit Sirach. ne contemnas doctrinam sapientum, & eorum narrationem; quoniam ab ipsis edisces, non solum seruire Deo, sed & Dominis temporalibus. est enim principum offensio facilis, & in minimis queruntur & excandescunt, estque necessaria sapientum eruditio, vt in eorum obsequio homines eruditantur, & illis dextere, & faciliter, & sine querela seruire doceantur. Quare Paulus Ephes. 6. v. 6. *Serui obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo.*

Prompte, & expedite Domini ministrandi & seruiendi.

Principum offensio facilis, & in minimis excandescunt.

Ephes. 6. v. 6

non

mon ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut Domino, &c. illud *bona voluntate*. indicat facilitatem, & promptitudinem, quam seruus debet habere, vt ministret Domino sine querela, non solum actiua, sed neque passiua. Itaque cum magnates sint nobiliores & potentiores, quorum magna est potentia & auctoritas, ministrandi sunt à seruis libenti animo & voluntate, ne excitentur ex vna & alia parte querelæ, & ad faciliter illos ministrandos necessaria est institutio, & eruditio senum, vel presbyterorum sapientum, &c.

Domini ministrandi sine querela.

VERS. XI.

Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis.

VERS. XII.

Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.

Sensus.

NON *te prætereat*, &c. Senum prudentum narrationem caue ne prætermittas, & eorum sententias, & scite dicta ex memoria ne deponas. Sicut enim ipsi ex parentum ore, tamquam ex fonte eas hausere, sic tu debes easdem ab illis, qui senuerunt haurire. Percipies enim ab ipsis veram & solidam intelligentiam, vt cum sese tempus opportunum obtulerit, scias interrogantibus vera responsione satisfacere, eos docendo, apte, sciteque respondendo, hoc est, disces responsum dare, &c.

Illustratio prima.

50. NON *te prætereat narratio seniorum*. Originale: *Ne discedas*, vel *aberres à narratione seniorum*. Dixerat, non despiciendam narrationem seniorum sapientum, nunc monet illam non prætereundam, hoc est, iunioribus imitandos senes; sicut enim ipsi senes cum iuniores essent, didicerunt à sapientibus grandæuis, sic facti isti iuuenes senes imitandi sunt, & ab ipsis percipienda doctrina, & narratio eorum non despicienda. Hæc narratio potest intelligi ea, quam senes texunt de rebus iam elapsis in præteritis temporibus. hæc inquam non despicienda, &c. Forte de hac loquitur Job 15. v. 18. cum inquit: *Sapientes confitentur & non abscondunt patres suos.* Iuxta Heb. *Quod sapientes indicarunt, & non celauerunt à patribus suis*, id est, illud loquar & annuntiabo quod viri sapientia clari à prædecessoribus suis edocti nobis indicarunt ac tradiderunt. Jacobus Bolducus Parisinus, super hunc locum probat huiusmodi verbalem patrum ad filios traditionem doctrinæ ex ipso naturali lumine pendere. & refert quæ ab alio accepit, qui visitauit Peruacensem insulam. Solent, inquit, illius regionis incolæ licet infideles quotidie noctu, vel circa tempus matutinum, dumque adhuc degunt in lectulis à primo suorum parentum capite longam prædecessorum suorum seriem alta voce conrexere; idemque vbanitaris causa, quando suorum aliquis eos visiturus accedit facitant. Istius enim patrio more in lectulo tãquam in sede aut scabello benigne excepti, statim omnes de familia circumcirca dispositi, & prostrati, genua, vel brachia, vel pedes vna manu tenentes, altera vultum suum, vt sibi narran-

Senes à iuuenibus imitandi.

Iob 15. v. 18.

Iacob. Bold

Verbalis patrum ad filios traditio doctrinæ ex ipso naturali lumine pendet.

Pater familias ad filios narrationem dirigit.

das attentius excipiant, operiunt. Mox vero antiquior, vel pater fam. submissa in principio ac tenui voce, deinde paulatim altius deducta narrationem digerit. Alij tum suo ordine propria auorum proauorumque etiam à multis sæculis defunctorum nomina, nec non illa, quæ fortiter in bello, aut quouis aliomodo gesserunt, sed ea, quæ passi sunt, vsque ad stuporem memoriter recitare prosequuntur. Hoc modo ad eos, vsque nunc de diluuio, Patriarcha Noë [quem & adhuc Noa vocant] & de quibusdam alijs nostræ religionis mysterijs subobscuræ quædam cognitio peruenit ac perseuerat, Huc vsque auctor. vbi vides siue excepto naturali lumine, siue ex doctrina & eruditiorte hanc seniorum narrationem texere, vt iuniores doceant & instituant de ijs rebus, quæ ad mores componendos conducunt. *ipsi enim didicerunt à patribus suis*, audientes illos, & edisscentes, quæ ad vtilitatem propriam pertinebãt, vt ipsi filios suos instituant, &c. Drus. *Ne aberres à narratione*, id est, à sermone siue à doctrina. vult dicere, ab eo quod senes consulunt, consuadent, docent. Palacius: quæ secuntur, inquit, verba in textu præcedentium sunt explicatio & confirmatio. Nam cum aulica vita tota sit plena querelis. Si apud principem vales, conqueruntur omnes de te si non vales de eo, & de omnibus conquereris. At huic malo senum consilia medentur. vide 1. Petr. 3. v. 15. *Dominum autem Iesum Christum*, &c. vnde infert Rabanus: *Condecet enim seruum Dei diligenter, & cautè ea à magistris discere, quæ ipse postmodum alijs prudenter & salubriter possit proferre. Ne forte si ille piger & segnis sit adhæreditandum, postea alijs inueniatur inutilis ad docendum.*

Ab eo, quod senes consulunt, non aberrandum.

Palacius.

Aulica vita tota est plena querelis.

1. Petr. 3. v. 15

Rabanus.

Illustratio secunda.

51. *Senes facile docent alios veram rerũ intelligentiã.*

QUoniam *ab ipsis disces intellectum*. Tygur. *Sapere disces ab eis*. Drus. *Intelligentiam*, fructus, auditæ sapientiæ senum, est vera & solida intelligentia, quæ ab eis percipitur, nã cum sint longo rerum vsu, & experientia edocti, facile alios docent veram rerum intelligentiam. Non tantum scripturam, vt explicat Hugo. Sed præcipue, *disces sapere ab eis*, quæ ad salutem spiritualem, pertinent, & ad obseruantiam mandatorum Dei. ideo aiebat Psaltes Psal. 118. vers. 125. *Da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.* q. d. illud mihi oro pro pretio seruitutis tribuas, vt des mihi intelligentiam, ac peritiam

Hugo.

Psal 118. v. 125.

tiam tuorum præceptorum, ne tuæ voluntatis imprudens, de tuis iussis aliquid prætermittam. D.Hieron. legit: *Instrue me.* D.August. explicans inquit: *Numquam intermittenda est ista petitio, non enim sufficit accepisse intellectum, & Dei testimonia didicisse, nisi semper accipiatur, & quodammodo semper bibatur de fonte lucis æternæ. Testimonia quippe Dei quanto sit quisque intelligentior, tanto magis, magisque sciuntur.* Itaque intelligentia rerum discitur à senibus: notitia enim rerum illustratur intellectus, & earum cognitione instruitur, vt sciat homo quod faciendum sit in quolibet rerum euentu.

D. Hieron. D.August. *Non sufficit accepisse intellectum, nisi semper bibatur de fonte lucis æternæ.*

Illustratio tertia.

52. ET *in tempore necessitatis dare responsum.* Tygur. *& opportuno tempore respondere.* Significat ergo (inquit Jansen.) ab illis non tantum discendam intelligentiam, sed etiam quid & quomodo loquendum sit, & pro loco, tempore, atque personis respondendum. *Tempus necessitatis* vocat tempus opportunum, id est, cum sese obtulerit necessitatis occasio, sciet homo responsum dare se interroganti. Sic instruebat sapiens tamquam parens hominem filium habentē Prou.27.v.11. *Stude sapientiæ, fili mi, & lætifica cor meum, vt possis exprobranti respondere sermonem.* cum præcipit sapientiæ studere, indicat necessitatem habere institutione sapientiæ, vt possit responsum dare exprobranti, nam in nulla alia re clarius ostenditur vera sapiētia, quam in responsione ad exprobrationem, ne animus commoueatur, & ad vltionē excitetur. Hoc enim tempus necessitatis est, tempus opportunum, in quo necessaria est intelligentia, quæ à senibus percipitur, vt quæ ad rem pertinet, respondeatur, ne quis errore capiatur. Cum enim vita nostra, inquit Palacius, sit plena difficultatibus, ac ideo consilij egena, ex nullo meliore fonte, consilia, quam à senum prudentia summemus. excipe litteras sacras. Quare ait Sirach: *Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.* Senes enim cum sapientes & prudentes sunt, iuuenum intellectum illustrant, eos docendo, quæ ad intelligentiam rerum pertinent, propter rerum vsum & experientiam, qua pollent, & simul eos instituunt in vera illa intelligentia & sapientia, quæ docet quid & quomodo loquendum sit, & pro loco, tempore, atque personis respondendum. seu vt explicat Glossa. *vt sis paratus satisfacere omni petenti rationem.* de quolibet negotio, de quo interrogatur.

A senibus accipiendum, quomodo loquendum sit. Iansen. Prou.27. v.11. *In responsione ostenditur sapientia.* Palacius. *Senes, cum sapientes sunt, illustrāt intellectum iuuenum.* Glossa.

VERS. XIII.

Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.

Sensus.

53. NOn *incendas*, &c. q.d. Noli peccatores, cum de eis nulla speratur correctio, ad iracundiam prouocare, eos reprehendendo. id est, noli eis, siue facto, siue verbo, occasionem præbere, vt eorum malitia commoueatur, & flamma iracundiæ in pernitiem tuam excitetur. & caue, ne tu ipse eorum malitia, & improbitate acrius, & impensius cōcitatus in eam iracundiæ intemperantiam delabaris, vt simili furore, quo illi flagrant & se ipsos perdunt tu flagres, & ardeas, &c.

Explicatio, & illustratio prima.

NE *incendas carbones peccatorum arguens eos.* Jn originali non est, *arguens illos*, additum vero est à vulgato maioris explicationis gratia, & legit *peccatorum* in plurali, cum in Græcis sit in singulari, eundem tamen sensum efficit. Fere eadem phrasi hic Ecclesiasticus vtitur, ac in versu 4. cum dixit de homine linguato: *& non strues in ignem ligna.* Vide quæ ibi congessimus. In nostra sententia idem est: *Non incendas*, &c. ac dicere: Noli hominem improbum prouocare, aut irritare. Et vtitur metaphora ignem incendentis. Sicut enim qui lumen accendit flabello spirans, nimis flammam succendit: sic qui peccatorem reprehendit flammam furoris sui, nimis accendit. & in sui pernitiem illam excitat. Cum enim carbones non accēduntur, non nocent, at accensi & in flammam excitati grauiter vrunt. Sic etiam ignis furoris impij reprehensione tamquam flabello adhibito magis accenditur, & irritatur, & ad nocendum magis prouocatur. Sic Rabanus: *Cautus esse debet: qui alijs disciplinam adhibet: ne forte per nimietatem correptionis peior fiat irritatus animus delinquentis: vel ne ipse læsus grauatur peccatis alienis.* Vide illum vlterius.

Homo improbus non prouocandus, & irritandus. *Ignis furoris impij reprehensione accenditur.*

54. Hoc illustratur ex eo Prou.9.v.7. *Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat.* q.d. qui erudire studet derisorem veritatis, non solum nihil in eo proficiet, sed ipse sibi iniuriam facit, quia ignominiā sibi à derisore conciliat. Ideò præcipiebat Christus Dominus discipulis suis, Matt.7.v.6. his, qui ad prædicandum mittebat, ne *sanctum darent canibus. & qui arguit impium, ipse maculam sibi generat*, tum quia ex detractione impij male audit apud multos, & lædetur in fama nominis sui; tum quia ex importuna admonitione nonnihil sit reprehensibilis. Itaque noli arguere derisorem, ne oderit te, sicque & in illo peccatum augeas, & te sine fructu periculo exponas. augetur enim furor impij reprehensi sicut ignis flabello augetur. cum peccator in profundum peccatorum venit, ex se abijcit iusti reprehensionem tamquam sibi importunam & suæ deprauatæ concupiscentiæ contrariam, vnde cum à iusto reprehenditur, conceptum ignem furoris sui nimis reprehensio succendit, tamquam qui accensos carbones magis incēdit. Sic dicitur de Eudoxia imperatrice Arcadij imperatoris vxore, cum reprehensiones liberas D. Joannis Chrysost. ferre non posset, bis in exilium curasse eijci virum sanctissimum. Erat enim proterua & perconsequens correctionis incapax. D.Gregor.lib.13. Moral. cap.3. agens de reprehensione peccatorum, inquit: *At contra potens, & proteruus, cum aliquid perpetrasse cognoscitur, tempus quæritur vt de malo quod fecit, increpetur. Nisi enim prædicator sustineat quando proferre congrue correptionem possit, auget in eo malum, quod insequitur: sæpe enim cōtigit, vt talis sit, qui nulla increpationis verba suscipiat.* pende verba illa: *auget in eo malum*, id est, furorem conceptum in corde suo accendit, & flabello reprehensionis adauget ignem furoris, & non solum peccator increpationis verba non suscipit, sed potius commouetur, & perturbatur aduersus increpatorem, & igne furoris, quo flagrat, lædit. Jtaque cum peccatorum malitia correpta irritatur, & ad nocendum magis prouocatur, nullo modo flabello reprehensionis ignem sui furoris incendendum, ne corripiens ab igne lædatur augens furorem conceptum, &c.

Prou.9.v.7. Matth.6. v.7. *Sanctum nō dandum canibus.* *Eudoxia imperatrix reprehensione Chrysostomi ad iram prouocatur.* D.Gregor. *Quo tempore prædicator reprehendere debet.*

55. Sed obiicias, ergo peccatores arguendi non sunt. quod aduersatur præcepto Domini Matth. 18.v.15. vbi præcepit peccatorem corripiendum, & arguendum. Respondet Palacius hic: sed duo præcipit, alterum, ne eius bilem accendamus, alterum maxime admonet, ne ipsum arguamus, si nihil aliud ex reprehensione lucrabimur, nisi quod eius fama nos lædat. quando enim spes commendationis non lucet frustra arguemus. Hinc sequitur sceleratum tunc reprehēdendum cum spes emendationis luxerit. vel cum ad aliorum exemplum reprehensio facienda est, potissimum ab his, quibus ex officio competit impietates cohibere. Hi enim sunt prælati & superiores, nec non concionatores. Celebris est D.Pauli sententia 1.Timot.5.v.20. *Peccantes coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant.* q.d. eos, qui aliquo facinore obstringuntur, palam coram omnibus argue, vt & cæteri inde timorem concipiant, & à flagitiis cohibeantur. Sic explicat D. Chrysost. tom.4. hom.15. in 1.epist. ad Timoth. *Hoc est*, (inquit) *non cito decide, sed omnia diligenti inquiras indagine: vbi vero aperte didiceris, vehementer inuehere, ita vt alij resipiscant, vt enim temere & indiscusse iudicare pernitiosum est: ita manifesta peccata non persequi, viam aperit ad audienda facinora. Agite, inquit, non vtcumque, sed seuere, ita enim & alij metuent.* ideo concionatores debent imitari canes, qui latrare non cessant, quare mutos canes reprehēdit. Isai. c.56.v.10. *Canes muti non valentes latrare*, &c. Sic concionatores muti punientur, qui vitia non obiurgant, sed tanquam canes muti nolunt latrare. Ob hoc apud veteres cruci affigebantur, sic Rom.lib.4. cap.14. illud etiam (ait) non omiserim, Moris fuisse apud Romanos, vt quotannis certo die solemni in pompa gestaretur canis in crucem actus, ob eam causam quod hic in obsidione Capitolij Gallis, irruptionem in arcē tentantibus, Romanos clangore & strepitu excitassent, canibus interim somno indulgentibus. Sic Plutar.lib.de Fort.Roman. eamdem pœnam merentur concionatores, qui quasi canes muti non latrant aduersus vitia reprehendendo peccatores, &c. Jtaque debent resecare prædicaione sua putredinem reipub.

An peccatores arguendi, & corripiēdi. Palacius. *Prælatis, & concionatoribus competit impietates cohibere.* 1.Tim.5. v.20. D.Chryso.

56. Huc spectat id Ouidij l.1.Metam.versu 190.

Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus,
Ense rescandum est, ne pars sincera trahatur.

vide Senecam lib.1. de Clem. c.14. sed optime ad intentum dixit Cicero 3.Offic. *Etenim vt membra quædā amputantur, si & ipsa sanguine & tamquam spiritu carere cæperint, ne noceant reliquis: sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ à communi tamquam humanitate corporis segreganda est.* Philipica 8. *In corpore, si quid eiusmodi est, vt reliquo corpori noceat, id vri, secarique patimur vt mēbrum aliquod potius quā totum corpus intereat: sic in reipublicæ corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferum amputetur.*

Immedicabile vulnus ense resecandum est. Seneca. Cicero.

Illud tandē quod addit Apostolus: *Et vt cæteri*, &c. confirmatur ex testimonio Senecæ l.1. de Ira cap.16. vbi cum dixisset: *Omne pœnæ genus, remedij loco admoneo: obiurgatio te primum secreta, deinde publica emendare tentabit: Tu longius iam processisti, quam vt possis verbis sanari, ignominia non contineberis*, &c. subdit sub finem capitis & libri aiens: *Hoc semper in omni animaduersione seruabit, vt sciat alteram adhiberi, vt emendet malos: alteram, vt tollat. In vtroque non præterita, sed futura intuebitur. Nam vt Plato ait: Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. Reuocari enim præterita non possunt: Futura prohibentur. & quos volet nequitiæ male cedentis exempla fieri palam occidet, non tantum vt pereant ipsi, sed vt alios pereundo deterreant*, Quod emendicauit ex D.Paulo, qui argui peccatores præcipit, *vt cæteri timorem habeant.* Sed quia aliquando ita scelerosi proterui sunt, & immedicabiles, vt nullam ex se emendationis spem relinquant, sed potius furore propriæ concupiscentiæ concitari, correctionis igne succeduntur magis, & flamma scelerum suorum magis augescit; Oportet ex consilio Ecclesiastici, *non incendere carbones peccatorum* correctione nostra, ne medicina, non solum non medeatur, sed potius pernitiem comparet. Ideo subdit.

Confirmatio ex Seneca. *Quid in animaduersione seruandum est.* *Proterui, & immedicabiles non reprehendendi.*

Illustratio secunda

ET *ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.* Breuius & Clarius Complut, *Ne incendaris in igne flammæ illius*, id est, in igne illius flammante. 57.
In hoc 2.membro particula *peccatorum*, non est à peccatoribus, sicut in primo. sed *à peccato*, & vocat flammam ignis, peccata & scelera, quorum malitia velut ignis nocet, &c. q.d. inquit Jansenius. Nē & ipsi eorum malitia & improbitate vehemētius commoti, in eam iracundiæ intemperantiam delabamur, vt in aliquam eorum similitudinem deducamur, ardeamusque simili furore. quo illi ardent, & se ipsos perdunt. Potest etiam esse sensus: Non incendas carbones peccatorum, & hac ratione caue ne incendaris flamma eorum. Solent enim illi, qui lumen vel carbones accendunt, in illis incendi sicut dicitur de illis, quibus præcepit Nabuchodonosor, vt fornax succenderetur septuplum, quam succendi consueuerat ad comburendos adolescentes, Dan.3.v.19. versu autem 26. dicitur: *Et non cessabunt qui miserant eos ministri regis succendere fornacem: & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem: & eruptit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.* Sicut enim hi, qui fornacem ignis incendebant, incensi sunt ab ipso igne, quem ipsi succendebant: sic illi, qui carbones peccatorum incendunt, id est, ignem furoris dura reprehensione excitant, solent ab ipsa furoris flamma comburi, non solum sibi pernitiē comparando ex furore concitato eius, quem arguit; sed etiam excitando vel incendendo in se proprium furorem; in cuius flamma ipsemet incenditur & comburitur. sic explicat Lyra: *Ne incendaris, &c. qui correctionem tuam non ferentes prouocabunt te ad iram*, &c. Jdeo loquens Paulus cum parētibus Eph.6.v.4. inquit: *Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate eos in disciplina, & correptione Domini.* q.d. & vos, patres, ne intempestiuo vel importuno imperio, eos dure reprehendendo, prouocetis ad iram liberos ve-

Scelera vocantur flamma ignis. Iansenius. *Fornax Nabuchodonosor incendit tortores.* Dan 3.v.19, 26. Lyra. *Qui correctionem non ferunt prouocāt ad iram.* Ephes.6 v 4.

stros, neque illos aspere seruorum more tractetis; sed enutrite, atque educate eos adhibita eruditione, castigationeue, & monitis à Domino traditis, &c. quod confirmat Plutarchus lib de Liberis instituendis, vbi inter alia inquit: *Ediuerso patres nolo duro vel aspero ingenio esse: verum identidem conniuere quibusdam adolescentioris peccatis, atque sibimet ipsos quod iuuenes fuerint, subiicere: ac medicorum more, qui amara medicamenta liquoribus dulcibus temperantes, oblectamento viam aperiunt ad profectum. Sic parentes increpationum rigorem lenitate diluere: atque modo cupiditatibus liberorum remittere, laxare quæ modo contra habenas debent abducere. Ante omnia autem leuiter ferre delicta: Sin minus, vbi excanduerunt, certo cito deflagare. Potius autē debet ira pater præcipiti, quam morosa esse. Nam animus infectus & implacabilis non parum indicium est odij in liberos.* Ergo sicut pater non debet prouocare filios suos ad iram dura asperaque reprehensione, sic ait Ecclesiasticus, non incendendi carbones alterius, dure arguendo, & ad iram prouocando, ne ipse qui prouocat, & accendit flammam incendatur in ea, &c.

Plutarch. *Patres non prouocent filios ad iram dure eos tractando.*

VERS. XIV.

Ne contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo.

Sensus.

NE *contra faciem*, &c. q.d. Caue etiam ab homine contumelioso, petulante, & maledico, ne illum dare arguas, nec vehementius in eum inuehas, nec acerbius insecteris, ne ansa ei præbeatur omnia dicta insidiose obseruandi, quæ deinde rapiat in calumniam, & in prægrauationem hominis, sunt enim tales insidiatores, & calumniatores rerum, vt suo tempore obiiciant, & exprobrent, &c.

Nota, & illustratio prima.

58. NE *contra faciem stes contumeliosi.* Phrasis est significans reclamationem vel repugnantiam. *No contra digas*, ne reclames vel contradicas contumelioso. Pro *contumelioso* in Græco est, ὑβριστου, à verbo ὑβριστὴ, quod significat iniuriosum seu iniurium, contumeliosum, insolentem, & proteruum, petulantem, seu qui insolescere consueuit, qui petulantibus & contumeliosis iniuriis lacessere solet, exponitur etiam specialius conuitiator superbus & confidenter improbus, corruptor, flagitiosus, ingratus à nomine ὑβρίς, quod est iniuria, petulantia, procacitas, apertum & improbum maleficium, &c. Eodem verbo vtitur D. Paulus 1. Timot. 1. v. 13. cum anteactæ vitæ sortem vel conditionem in memoriam Timotheo reuocat: *Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus*, suam veterem nequitiam quibusdam veluti gradibus amplificat, & in gradu vltimo ponit *contumeliosum* quod ad violentiam refert Vatab. vt vim inferret, sed certe se iniurium & insolentem vocat. D. Jsidorus lib. 10. Etymol. verbo c. inquit: *Contumeliosus quia velox est & tumet in verbis iniuriæ.*

1. Tim. 1. v. 13. — *Contumeliosus quis.* — D. Isidorus.

Jtaque sicut in præcedenti versu docuit auctor peccatores proteruos minime arguendos, ne lædāt igne furoris sui corripientes, sic in præsenti versu monet, vt non rixemus cum homine contumelioso, quia petulans est, & iniuriosus, & quia talium proprium est petulantibus, & contumeliosis iniuriis quemlibet lacessere, & prouocare, debemus *non stare contra faciem eius*, id est, *non inuehi in contumeliosum*, Tygur. transtulit, vel, *non resilire à vultu* eius ne sicut solet contumeliosus insolescere, insolescat, & conuitietur contra sentientem, & cum illo rixantem. Sic explicat optime Dionys. non te oppones rixando, quia nihil proficies circa eum, sed ipse & seipsum spiritualiter perimet, & grauiter Deum offendet, scandalizabitque alios, & cōuitiabitur tibi. Ideo Apost. Paul. 2. Timot. 2. v. 14. *Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientum.* vbi monet Apostolus vitandas esse verborum pugnas, quæ nullam habent vtilitatem, sed aliorum potius subuersionem pariunt. Et licet, *noli contendere*, secundum mentem D. August. lib. 4. de Doct. Christi cap. 28. sit, *non curare quomodo error veritate vincatur, sed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius.* Verum de omni contentione verborū possunt hæc verba explicari. Cum enim quis verbis cum contumelioso rixatur, & *stat contra faciem eius*, non solum vtilitatem non captat, sed potius audientium scandalum & perniciem suam: contumeliosus quidem, quia petulans est, prouocat contumeliosis & petulantibus iniuriis ad iracundiam, & iniuria afficit cum illo contendentem, & rixantem, quare non *standum contra faciem contumeliosi*, reddens protinus rationem, subiicit.

Cum homine contumelioso non rixandum. — Dionys. *Contumeliosus grauiter Deum offendit, ideo non prouocandus.* — 2. Tim. 2. v. 14. — D. August. — *Contumeliosus prouocat ad iracundiam verbis.*

Illustratio secunda.

NE *sedeat quasi insidiator ori tuo.* In originali: *Ne insideat ori tuo.* q.d. ne sit sicut qui obseruat os alterius, vt insidietur ei. Ne sedens, inquit Palacius, rimetur aliquam contumeliam, quam verbis oris tui ille rependat. Dionys. id est, ne obseruet qualiter aliquid ex tuo rapiat ore, quo te grauet & probat ex eo Ierem. 18. v. 18. *Venite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Qui sedet quasi insidiator ori.* Idem est ac obseruare os alicuius, & attendere ad verba ad calumniandum ea. 1. Reg. 1. v. 12. dicitur de Heli: *vt obseruaret os eius.* Sic licet Annæ, id est, in os eius intendebat, & auribus attendebat ad verba, quæ proferebat. & quod Heli simplici animo faciebat faciunt contumeliosi obseruantes verba alterius, vt ea calumnientur. Sic inquit Dauid Psal. 36. v. 12. *Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis*, peccator sui incuriosus & negligens alios obseruat, & tempus, & occasiones inquirit, quibus iusto viro nocere possit, & illius vitam suę improbitatis accusationem esse putat, &c. Peccator omnibus modis iustum obseruat, nam non solum vitam suam indagat, sed *sedet quasi insidiator ori suo*, vt verba, quæ protulerit malitiose interpretetur, & ea rapiat, vt eum grauet, &c. Ergo, *ne stes contra faciem contumeliosi*, & petulantis, qui verbis suis contumeliosis & petulantibus lacessere alios consueuit, ne sedeat, id est, morose inquirat, & rimetur contumeliam, verba tua obseruando ad ea calumnianda, vt te quoad potuerit lædat, &c.

59. — *Contumeliosus insidiator est aliorum.* — Palacius. — Dionys. — Ierem. 18. v. 18. — *Insidiator oris quis.* — 1. Reg. 1. v. 12. — Ps. 36. v. 12. — *Peccator omnibus modis iustum obseruat & insidiatur.*

VERS.

VERS. XV.

Noli fœnerari homini fortiori te: quod si fœneraueris quasi perditum habe.

Sensus.

60. NOli, &c. Moneo te ne homini potentiori pecunias vel aliquid aliud mutuo des, periculum enim est in redditione mutui, nam potentiores suæ potentiæ confidunt, putantque quoduis beneficium eis esse debitum; quare, qui illis mutuum dedit illud exigere non speret, sed quasi perditum habeat. pauper enim alienæ potentiæ metu mutuum repetere non audet, & si ausit, id magno suo malo faciet, prouocando scilicet potentem ad indignationem & iniuriam pro beneficio accepto, &c.

Nota, & illustratio prima.

NOli *fœnerari homini fortiori te*, verbum *fœnerari* hic non significat solum quod nos dicimus fænori, vel ad vsuram dare; *dar al ogro, o a ganancia*, sed potius mutuo dare vel mutuare, vt originalia transferunt in Græco est; μὴ δανείσῃς *ne fœnereris*, ex verbo δανείζω, quod est fœnero, mutuo, do ad vsuram significat etiam *daneizo*, vt placet Henrico Stephano, mutuo dare citra vsuram: ambiguū enim est, nam significat ex æquo, & qui ad vsuram & citra vsurā dat mutuo, quam vltimam significationem hoc loco Ecclesiasticus sequitur, & forte non alibi: *Fortiorem* (inquit Raban.) *hic non viribus validum, sed elatione tumidum nuncupat, cui prohibet fœnus tribuere.*

Raban. — *Non accipiēdum mutuum à fœnerantibus ex præcepto Domini.* — Deut. 15. v. 6.

Ergo in veteri lege præceptum Domini erat Deut. 15. v. 6. *Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur.* In Hebræo est *mutuabis*, vel mutuo dabis, & LXX. vertunt *fœnerabis* sed vtuntur verbo Græco *Daneizo*. Chald. *& mutuabis.* vbi non est hic vsuræ permissio, vt multi putant, sed tantum prędictio fœlicitatis, & abundantię omnium rerum, quam accepturi erant omnes Judæi, q.d. si pie viuatis, Deus rebus vestris ita benedicet, vt ipsi alterius nullius auxilio egeatis, alios vero omnes possitis iuuare, eisque mutuo dare quare igitur hic dicitur fœneraturos Judęos multis gentibus, cum dicat Ecclesiasticus noli fœnerari homini fortiori te? Numquid cæteræ gentes fortiores erant & potentiores Judæis? quare Moyses præcepit non fœnerari, & Sirach. hoc extenuat vel taxat præceptum contrarium admonens? Respondet Abulensis. Hic poni benedictiones accommodantis, & dimittentis debita, & sicut per quæ quis peccat, per hæc torquetur; ita in quibus aliquis bene agit, in his remunerationis partem accipit: qui ergo accommodat, vel gratis erogat, abūdabit. q.d. quia pauperi accommodas, Deus multiplicabit in tantum bona tua, quod multis gentibus accommodare possis, & non indigeas, vt aliquis tibi accommodet at Ecclesiasticus agit de eo, qui mutuo dat fortiori se propter periculum solutionis: cæteræ gentes minime erant Iudæis fortiores; quia sub protectione Dei cæli commorabantur, ideoque Judæis eis mutuum dare poterant. Loquitur ergo Sirach vniuersaliter de omni fœnerante, cui præcipit non fœnerari potentiori se, reddens autem rationem subiicit.

Quare præcipit Deus [illegible] — Abulensis. — *Deus multiplicauit bona gentis Israeliticæ.*

Illustratio secunda.

QVod *si fœneraberis quasi perditum habe.* Complut. *quasi, qui perdidit, esto* Tygur. *pro amisso habeas*, nos dicimus Hispane. *Daldo por perdido*, vel *contaldo con las cosas perdidas.* Ergo pro explorato habeas, te omne id, quod potentioribus mutuo dederis amissurum: quia periculum est, ne illi non vltro reddat, & vel vi extorquere non possis, vel vt extorqueas, fere non expedit, sed vtilius tibi fuerit velut perditum reputare. Ita Jansenius ex parte mutuātis cessat libertas mutuum exigendi: ex parte vero recipientis mutuum, augetur superbia, & arrogantia, & nimia suæ potestatis confidentia: quæ omnia efficiunt, vt mutuum *pro amisso habeatur*, sunt enim nonnulli qui lites sic auersantur, vt potius pecunia sibi debita repetenda carere velint, quam litigare. Sic qui aliquid potentiori se mutuo dedit, ne cum illo litem exerceat, mutuum non exigit, sed quasi perditum habet. *Mas loquiere perder que pleitear*, quare melius est potentioribus non mutuare, nisi in casu necessitatis vrgentis. Et licet verum sit illud Prou. 22. v. 7. *Qui accipit mutuum seruus est fœnerantis.* Tamen præceptum Ecclesiastici tutius est seruare.

61. — *Quod mutuum potentioribus pro perdito habendum.* — Iansenius. — *Lites ab aliquibus odio sunt.* — Prou. 22. v. 7.

VERS. XVI.

Non spondeas super virtutem tuam quod si spoponderis, quasi restituens cogita.

Sensus.

NOn *spondeas*, &c. q.d. Rursum admoneo te, ne inconsiderate promittas, quod soluere nequeas, neque te in causa pecuniaria pro altero obliges: & si sponsor, vel fideiussor factus fueris, sollicitus esto tamquam qui reddere debet quod promisit. Nam si pro te promittis, reddere teneris, & si pro alio periculum est, ne pro eo soluere cogaris, &c.

Nota, & illustratio prima.

62. NOn *spondeas super virtutem tuam.* Tygur. *supra vires tuas.* Drus. *ne fide iube.* Verbum ἐγγυάω, non solum est despondeo, & vxorem do, vel desponsam trado; sed etiam spondeo, promitto, fidem do ἐγγύησις est fideiussio, vadimonium. Jtaque hoc verbo vtitur Ecclesiasticus ad prohibendas sponsiones seu promissiones in communi, cum sunt supra propriam virtutem; prohibet

bet etiam fideiussionem, seu sponsionem pro alio: & tandem loquitur de votis, vt in fine dicemus.

Promissio stulta ea, quam quis implere non potest. Eccl.5.v.3.

Circa primum vero stulta promissio est ea, quam quis adimplere non possit nos dicimus, *El necio nomina loque promete.* Et post sponsionem ipsum pœnitet, ita fecisse. Hoc illustratur ex eo Eccles. 5. v.3. *Displicet ei infidelis, & stulta promissio,* agit de voto, quod Deo offertur, & affirmat Salomon stultam quamlibet promissionem Deo displicere, nec nõ hominibus quare adiicit. *Multo melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere.* Salomon ipse Prou.25. vers.14. comparat promittentem & non implentem nubibus & ventis: *Nubes* (inquit) *& ventus & pluuiæ non sequentes vir gloriosus, & promissa non complens.* q.d. Sicut cum nubes imbrifice cælum inuoluere incipiũt, sed tunc postea ventus aquilo incumbens, illas distrahit, & pluuiam auertit: Sic ille, qui magnifice promisit, postea vero ex leuitate animi promissionis suæ pertæsus illam non adimplet. Leuitas enim hæc atque inconstantia mentis apte admodum cum vento confertur, qui pollicitationum nubes diffluat, & beneficẽtiam expellit.

Prou.25. v.14. *Qui promittit, & non implet instar nubis, & venti.*

Caietan.

Sic Caietanus: quemadmodum enim apparent quandoque futuræ nubes, futurus ventus, & futuræ pluuiæ, & tamen non sequuntur: ita apparet donatio iactantis se donaturum, & non sequitur donum: ipsa enim iactantia, signum est, quod non implebit quæ promittit. Solent enim qui sic promittunt supra virtutem suam, & vires suas spondere, & cum adimplere promissiones non possunt, ipsos pœnitet eas fecisse. quare Sirach. tales sponsiones fieri nescit.

Iactãtia promissionis signũ est quod non implebitur.

63. *Qui fideiubet præparet se ad soluendum.* Prou.22 v.26.

2. Prohibet sponsiones, vel fideiussiones pro aliis, cum exploratum sit non raro sponsores, vel fideiussores sponsiones soluere. Qui enim pro altero se prædem dat, vel in causa pecuniaria se obligat, præparet se ad soluendam sponsionem. quare Salomon Prou. 22. v. 27. hoc consilium præbet: *Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis: Si enim non habes vnde restituas, quid causæ est, vt tollat operimentum de cubili tuo?* Quorumdam temeritatem incusat, qui cum neque gratia, neque necessitudo aliqua, neque accepta beneficia id postulent, aliquando etiam non rogati, sese sponsores dant nullo adhibito consilio, qui non tantum temerarij, sed potius stulti appellari debent. Audi ipsum sapientem Prou.17.v.18. *Stultus homo plaudit manibus suis cum spoponderit pro amico suo.* Pagn. *Homo deficiens corde percutit manum spondens sponsionem coram amico suo.* Declarat Salomon hac ratione se non intelligere, quali periculo se exposuerit, quam multi fideiussionibus in varias lites & molestias inciderint, atque ad inopiam & miseriam peruenerint, &c. Juxta Hebræum significatur stultitiæ esse facile figere manum, hoc est, stipulari & fideiubere pro alio, ob pericula scilicet ipsi iminentia.

Sponsiones nullo adhibito consilio hominis sunt temerarij, & stulti. Prou.17. v.18.

Ritus antiquus circa fideiussores.

Tangitur in his locis hæc consuetudo, vt qui pro altero fidem offerebat manum suam, seu captum alterius manu insinuare solitum. Qui ritus ad solemnitatem stipulationis pertinebat, vt significaretur ad eumdem modum fidem stipulantis teneri adstrictam quo manus ipsa tenebatur. Vide nostrum Salazar cap.6. Prou. à num.5. & deinceps. Stipulatio, autem (teste Joan. Rosino Antiquit. Roman. lib.9.cap.5.) erat interrogatio certis solemnibusque verbis concepta, & apta, consentaneaque responsio, veluti, spondes? spondeo dabis? dabo. De stipulationibus autem quatuor quærebantur, quæ personæ vel obligare, vel obligari possent; quæ res in stipulationem deduci possent; quæ forma stipulãdi esset; quod ius stipulationum existeret. Ad stipulationes autem pertinebant fideiussiones, quæ per stipulationem fiebant, & vt aliam obligationem confirmarent, institutæ erant. Fideiussor erat, qui fide, aut periculo suo suadebat, vt id, de quo agebatur, fieret, quoniam eius euentum præstaret. Fideiussionis formula erat. Centum à me Titio tua fide credita esse iubes? iubeo iubebat autem sua fide qui auctor ac suasor erat vt alteri quid crederetur. Fideiussio vero omni obligationum generi adhibebatur. Hæc Rosinus.

Stipulatio quæ. Rosinus.

Fideiussiones ad stipulationem pertinebant.

64. *Antequam quis spõdeat, perpendere debet quantis viribus polleat.*

His ergo positis, inquit Ecclesiasticus: *Non spondeas super virtutem tuam.* q.d. perpende prius quanta virtute, vel quantis viribus polleas, & iuxta virtutem tuam te pro extraneo obliga, & offer te pro alienis debitis vadem tuas defigentem manus. Stultitiæ enim tribuitur, cum quis manus defigit suas non habens vnde sponsionem, vel stipulationem soluat. Quare cum interrogatur per stipulationem, si quid spondeat pro alio, qui sponsionem postulat? respondeat, non spondeo. Si enim persona obligari nequit, si substantiam non habet, quæ in stipulationem deduci possit, & reliqua, quæ pertinent ad fideiussionem si dicitur ei, centum, vel mille à me tua fide credita esse iubeas? respondeat, non iubeo quia *si spospondetis* (vt ait Sapiens Prou.6.v.7.2.) *& defixeris apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus*, nos diceremut: *Si vna vez fiaste quedaste cogido en el lazo, y obligado a pagar la fiança.* quare, inquit Sapiens: noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis, &c.

Qui fideiubet illaqueatus est verbis oris sui. Prou. 6. v.7.2.

Illustratio secunda, de Christo Domino.

65. *Christus D. iuxta vires suas spopondit pro debitis peccatorum.* Prou. 6. v.1.2.

SOlus ergo Christus Dominus iuxta virtutem suam, & vires suas spondit, cum pro debitis peccatorum vadem se obtulit, vadatus est enim & vadimonium promisit cum pro humani generis redemptione morti se dicauit. Cui dicere possemus, quod ait Salomon Prou.6.v.1.2. *Si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam.* Nam cum sese pro nobis sponsorem obtulit, vere defixit manus suas apud extraneum, id est, cruci affigẽdas tradidit. Et quidem non tantum fuit sponsor, aut præs pro debitis nostris, sed etiam vas pro reis, vt debita scilicet nostra exolueret, ac pœnas etiam, quas promeruimus, penderet. *Defixit autem manum apud extraneum*; id est, apud Patrem, qui vt nostra debita, atque pœnas à filio exposceret, cum illo non (vt ita dicam) paterne, sed tamquam extraneus aliquis ex summo iure egit, quod vel ipse filius testatus est, cum in cruce vltimam Patri solutionem offerens, cum eodem lacrymis obortis, expostulauit dicens: *Pater mi, pater mi, vt quid dereliquisti me?* Matt. 27.v.46. q.d. quare sicut extraneus mihi te exhibuisti, vt à me fideiussionem, vel vadimentum exigeres, quod pro hominibus spospondi? Ergo cum ipso Domino, qui non solum præs, sed vas factus est pro hominibus, id est, non solum personam, sed etiam bona sua pro illis obligauit. Loquens Job, hanc fecit apostrophem dicens Job

Pater à filio expoposcit debita nostra. Matth.27. v. 46.

Christus non solum præs, sed vas factus est pro hominibus.

Iob.17.v.3. Job.17.v.3, *Libera me, & pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me.* Pagn. legit: *Pone quæso pignus fideiussorem da mihi tecum, quis est, qui manum meam tangens polliceatur.* LXX. *Quis est iste manu mea ligetur.* Tygur. *Appone quæso fideiussorem da mihi tecum, quis est, qui manum meam tangat?* id est (vt explicat noster Pineda, ex quo descripsit Bolducus licet ipse hanc reticuit descriptionem) huius libertatis, & securitatis, quam postulo, illud erit mihi pignus, si tecum sim, si te meæ vitæ fideiussorem & vadem habeam, sic significabis te mihi esse propitium, &c. Hinc sane perspicere licet, vt vir pius nullibi agnoscat tutam fidem, nisi in Deo, neminem, qui in se capitali velit pro illo sponsorem se præbere.

Pineda. Bolducus.

Vir pius nullibi agnoscit tutam fidem nisi in Deo.

Vnde oritur quæstio, cur Judæ datum est regnum, dicente Iacob parente suo, Gen.49.v.10. *Non auferetur sceptrum de Iuda, &c.* Cum deberetur Ruben, qui maior natu erat? Aliqui possent respondere, regni dignitatem hæreditasse propter valorem, quem hæc tribus ostentauit, in transitu maris rubri, ait enim Abulensis tom.1. Gen.49. v.8. super id: *Iuda te laudabunt*, &c. Fuit etiam laudabilis de magna constantia, quia in introitu maris rubri omnes tribus inceperunt formidare, nec aliqua intrare audebat, tribus autem Iuda primo ingressa est. Hæc esset optima responsio si constantię effectus præcessisset; sed quia benedictio antecessit, ideo aliena est, &c. Quare respondeo Iudam dignum fuisse tanta dignitate, vt non solum regnum Jsraeliticum possideret, sed ex eo originem traheret rex regum & Dominus dominantium Christus Jesus, quia inter tot fratres solus Iudas verissimæ fraternitatis officio functus est, qui vadem se pro puero Beniamin Iacob parenti obtulit, illa enim verborum forma vsus est, quæ expressit rationem vadimonij Gen. 43.v.9. *Ego suscipio puerum; de manu mea require illum nisi reduxero, & reddidero, ero peccati reus in omni tempore,* prænuntiauit enim Christum Dominum futurum non solum vadem, sed etiam prædem, & fideiussorem pro fratribus suis, & conuenit ei, quod diximus: *Si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam.* q.d. *Si salistes señor por los hombres fiador, bien podeis pagar la fiança.* Nam sicut vades apprehendendam manum alteri dabant, & manum manui adfigebant; Sic qui pro nobis promisit vadimonium defigendas manus & pedes cruci tradidit, non enim refugit quo minus pro nobis, *quæ non rapuit exolueret.* Psal.60.v.5. vide nostrum Ioan. de Pineda, qui apte satis locum Iob extricauit. ex quibus constat solũ Christum Dominum potuisse sponsorem fieri, & vadem, prædemque se præbere, reliquis autem ait Ecclesiasticus; *Non spondeas super virtutem tuam, vel vires tuas.*

Gen.49. v.10.

Abulensis. Gen.49.v.8. *Quare Iudas, & non Ruben sceptrum regni hereditauit.*

Quia Iudas vadem se obtulit pro fratre obtinuit regni sceptrum. Gen.43.v.9.

Christus pro nobis vadimonium obtulit. Psal.60.v.5. Pineda.

Illustratio tertia.

66 *Qui spondet quasi restituens cogitare debet.*

QVod si spoponderis, *quasi restituens cogita.* Clarius Mont. *quasi soluturus cogita.* Tygur. *vt qui præstaturus sis illud, esto sollicitus.* Cum te sponsorem præbueris, tibi persuade ad soluendam sponsionem te obstrictum esse, ideoque non dubites, te illam tandem soliturum. Quare sollicitus esto, tamquam qui reddere debeat quod promisit; & si vadem, vel prædem te pro alio exhibuisti, haud dubium pro eo soluere cogeris. Hoc apprime illustratur ex eo Prou. 6.v.1.2. quod superius retulimus: *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum, eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis.* Nota illud *libera*, q.d. ne te laqueus iste inuoluat, nec sit perniciosus tibi, operam da vt libereris ab eo, quia incidisti ex tua sponsione in potestatem creditoris tui, qui iam ius habet à te exigendi debitum. Pende illud, *discurre, festina*, &c. quod imitatur Ecclesiasticus dicens: *Cogita, sollicitus esto,* q.d. ne tardus sis, neque negligens, sed subito & diligenter da operam, suscita amicum tuum, admonendo, precando, excita eum pro quo spopondisti, vt satis faciendo suo debito, te à vinculo tuo liberum faciat. Confirmat comparationibus damulæ & auis. Sicut enim damula se celeri fuga subtrahit è manu eam capere conantis, & auis volatu se liberat ab insidiis aucupis: ita & tu tua diligentia cura quam primum liberari de manu creditoris, ne in te manum suam coniicere possit, & ad soluendum cogere. quare sollicitus esto, & age quasi illaqueatus verbis tuis, tibi persuadens, tandem sponsionem te soluturum, &c.

Prou. 6. v.1.2.

Qui spondet, in potestatem creditoris incidit.

Qui spondet, cito liberet se, sicut damula, & auis.

Ex quibus locis constat, non in totum prohiberi pro alio spondere, sed tantum ostenditur periculum sponsionum, vt ne ad eas quis sit facilis. quare si spondet obligari se ad soluendam sponsionem, &c. Si tamen prohibet Sirach. eas facere, ratio est, quia periculum est, ne quis pro alio soluere cogatur. Ideo Chilon Lacædemonius dicebat, teste Diogene Laertio. Sponsioni non deest iactura. vide Franciscum Petrarcham, qui sic rogans in suo Dialog.14. de Vadimonio, sibi respondet: Dol, *Vadimonio exagitor.* R. *amissam modo pecuniam querebare, iam proiectam quereris. Nonne vltro te obligans pecuniam proiecisti? Vulgaris insania plurimorum, qua perfacile & pecuniam perdideris, & amicum.* Dol. *pro altero fidem obstrinxi meam.* R. *pro te ipso eam solues: & nihil debere, ac sine compedibus agere, quam iucundum sit tuo disces incommodo.* Dol. *Vadem pro amico dedi me.* R. *Da posthac amicis egẽtibus aurum,* &c. *Vnam tibi habet, nullique vmquam tuam dederis libertatem,* &c. Dol. *Vadimonio me addixi.* R. *credo oblitus illud Thaletis Milesij celebre documentum: Vadimonio adesse noxam. Et quid de hoc ille vir Sapiens dixerit, quod memorasse non inutile crediderim, quodque in Latinum versum ab Ausonio ad hunc modum sonat: sponde, inquit, noxa præsto tibi est, id est, sponde, sed noxa præsto est. Nam qui pro altero fide iubet, ac pollicetur, quod non sit in ipso sit præstare, nempe fidem alienam,* ideo ait Sapiens: *esto sollicitus perinde ac soluturus.*

67. *In sponsione periculum est soluendi.*

Laertius. Petrarcha.

Vadimonio adest noxa.

68. *Qui se pro altero obligat debitorem se constituit.*

Pende tandem illud, *quasi restituens cogita*, qui enim pro altero se prædem dat, id est, in causa pecuniaria se pro altero obligat, debitorem se constituit, & si non soluit, debet restituere, quia iam alienum est quod sponte promisit, seu spõdit. Cum enim dixit Salomon Prou.22.v.26. *Noli esse cum his, qui defigunt manus suas* (iuxta significationem superius allatam) *& qui vades se offerunt pro debitis.* Statim adiicit: *si enim non habes vnde restituas, quid causæ est, vt tollat operimentum de cubili tuo?* aliqui transferunt: *si enim non habet vnde restituat,* scilicet principalis debitor, nam eo deficiente, succedit sponsor, sed retinenda est lectio vulgata, q. d. si nimirum tibi satis bonorum non suppeditet ad dissoluendum debitum sponsione contractum, *quid causæ est, vt tollat,* &c. id est, nihil prohibebit, quo minus lectus, in quo dormis à te iure suffragante auferatur. Nota illud, *si non habes*

Prou.22. v.26.

Qui spondet, ad restitutionem se obligat.

bes vnde restituas. Ergo qui pro alio in causa pecuniaria se obligat, obligatione obstringitur soluendi id, quod spopondit, debet enim quod promisit prestare, alioquin restitutioni obnoxius est. quare consilium Salomonis quod ex Prou. 6. v. 3. obtulimus, implendum est. Vide Prou. 20. v. 16. & 27. 13.

Illustratio quarta de voto.

Nomo debet votum offerre supra vires suas. Glossa Raban. Lyra. Dionys. Hugo. Eccles. 5. v. 3.

69. TAndem Glossa, Lyra, & Dionys. Hugo. Hanc sponsionem interpretantur de voto, vel promissione, quæ Deo offertur, & monet Sapiens, ne quis voueat Deo, quod sit supra vires suas, & cum quidpiam quis vouit, cogitet de reddendis votis. Sic Raban. *Bonum est, vt quisque considerat mensuram virium suarum, & sic votum temperat, ne in mendacij reatum incurrat.* vocat hic Ecclesiasticus sponsionem *supra virtutem*, vel *vires* quod Salomon Ecclesiastes 5. v. 3. *Infidelem & stultam promissionem*, quare inquit; *si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio: sed quodcumque voueris redde*, &c. Ergo cum quis vouit Deo aliquod votum, quasi pro se veluti *amico spopōdit*, & apud Deum quasi *extraneum manum suam defigit*, & *illaqueatus* manet *in verbis suis, & captus propriis sermonibus*. Vnde monet Sapiens ne hoc votum vel sponsionem pro se quis faciat supra vires suas; sed si spoponderit sciat Deum quasi extraneum solutionem exigere curaturum, *esto* (inquit Sirach. secundum translationem Drusij) *sollicitus perinde ac soluturus.* q. d. *Tengase por Deudor, y cuidado de pagar su deuda.* quia vt dixit Salomon Eccles. 5. v. 4. *Multoque melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere.* nam liberum fuit & vouere, sed post votum se obligauit ad reddendum, & debitum debet præstare, ideo dicitur Deut. 23. v. 21. *Cum votum voueris Deo tuo non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es.* Quare dixit Petr. Chrys. ep. 3. *Magna debet esse in promissione discretio, quia inanis promissio de amicis comparat inimicos*, vel Deum vel homines, &c.

Deus quasi extraneus exigit solutionem debiti. Eccles. 5. v. 4. Deut. 23. v. 21.

Itaque cum quis non vult polliceri absque peccato est, sed postquam votum emisit, iam obstrictus est, & debet quod spopondit præstare, alioquin *quasi restituens cogitet*, id est, intelligat obligatum se esse ad restitutionem voti, id est, ad obseruationem promissionis factæ: & si eam persoluere noluerit, debitum à Deo seuere exigetur. Nota illud Prou. 6. v. 2. *illaqueatus verbis, & captus sermonibus*, qui enim voto aliquo se adstrinxit verbis suis illaqueatur, & irretitur, id est, ipse se ad debitum præstandum quod promisit, obligauit ipseque verbis suis, quasi laqueo se irretiuit & tandem *capitur sermonibus*, quia verba sua sunt veluti diuinæ iustitiæ ministri, quibus Deus cōmittit officium comprehendendi sponsorem, hoc est, vouentem, & debitum exigendi, & extorquendi; alioquin diuinus iudex illum in perpetuū carcerem detrudi imperat quare qui *spopondit, quasi restituens*, vel soluturus *cogitet*, ne sermonibus suis illaqueatur, & capiatur, &c. vide nostrum Pinedam Eccles. 5. vers. 4. nu. 4. vbi votum altari comparat, quod in Dei honorem quis erigat: ipsam vero persolutionem voti comparat cum oblatione & sacrificio, quod altari imponitur: vt videatur alludere ad altare sacrum, quod inuitabat fideles ad vouendas victimas, & oblationes, siue pacificas in gratiarum actionem, siue pro impetranda venia, aut quacumque re alia adipiscenda. Deinde vero ipsum altare suscipiebat easdem victimas: quicumque igitur offerens, & reddens exigebat altare, & oblatione implebat. Pergo.

70. *Qui votum emisit iam obstrictus est.* Prou. 6. v. 2. *Qui vouit, ipse verbis suis se illaqueauit.* *Verba vouentis, quasi ministri exactores Dei.* Pineda. *Quare votum altari comparatur.*

VERS. XVII.

Non iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est iudicat.

Sensus.

NOn iudices, &c. q. d. Ne temere iudices, iudicem suo munere functum non esse, existimare enim debes secundum iustitiæ regulam ius dixisse, vel ne audeas litem exercere cum iudice, vel contra eum litigare, quoniam periculum est, ne iudices illius causæ futuri sint sententiam pronuntiaturi iuxta iudicis opinionem, volentes scilicet illi placere, qui eiusdem ordinis est cum ipsis, &c.

Notæ.

NOn iudices contra iudicem. Proprie Tygur. *Ne litiges cum iudice*, verbum enim Græcum Δικάζω, à quo δικάζω non solum est ius dico, iudico, iudex sum, iudico causam, sed discepto controuersiam, vt placet Henrico Stephano, & quæstionem ago inde est, quod Tygur. & Drus. transferant *litigare cum iudice*: μετὰ κριτοῦ, κριτής est, iudex arbitrator in Complutensibus: κατὰ κρίτου, κατὰ est aduersus, cōtra, vt vulgatus transtulit. Sicque erit *contra iudicem* quod paulo diuersam habet sententiam, licet eumdem sensum vtraque versio efficit. nam idem est litigare cum iudice, ac contra iudicem. Tandem *iudicat*, in Græco est, κρίνουσιν, id est, sententiam ferunt de eo à verbo κρίνω, quod est accuso, diem dico, reum ago, defero, iudico, damno Drus. ius ei dicunt: Secundum quod iustum est, κατὰ τὴν δόξαν αὐτοῦ κρίνουσιν αὐτῷ, *secundum opinionem eius*, vel *dignitatem*. Dignitas enim, & opinio boni iudicis excitat eum, vt quod iustum est iudicet, & cum iustum iudicat, secundum opinionem suam ius dicit licet hic *dignitatem* denotet meritum eius, qui iudicatur, id est, iudicat secundum meritum, dans vnicuique quod suum est, & quod iustum iudicatur iuxta opinionem suam, &c.

Illustratio prima.

NOn iudices, &c. Ad duplicem sensum possumus hæc verba adducere. Primo vt monet Sapiens, non reprobandam iudicis sententiam, nec censendum illum recte non iudicasse, nec murmurandum de ilio, quia contra nos pronuntiauit sententiam. Ita Hugo, Dionys. & Palacius, qui inquit: Semper contra iudices musci- tamus, non ij solum, qui contra te iudicis sententiam

Non censendum iudicem non recte iudicasse. Hugo. Dionys. Palacius.

tiam acceperunt, sed & alij multi, qui conquerimur iudices non integre suum munus exercere, neque enim maiores minorum querelas euadunt. Id prohibet auctor dicens; præsumendum esse, quod recte ministrant, & quod Deus, quorum sunt ministri eis instigat meliora.

72. Ergo ait sapiens; Cum iudex constitutus à rege, qui ex Christi Domini veri iudicis locum suffectus est, sententiam aliquam pronuntiat, noli iudicare illum suo munere non recte functum, noli eius honori & auctoritati detrahere, nec tandem præsumas non iuste & recte ministrasse. Sed quod iustum est iudicasse. nam vt dixit Cicero 2. Offic. *Iudicis semper est in causis verum sequi*: definiens iudicem Claudius Cantiuncula de officio iudicis, inquit: *Iudex est vir bonus iuris dicendi, & æquitatis peritus ad id muneris publica auctoritate vocatus.* Si hoc ita est, cur iudicas iudicem, & eius auctoritati detrahis? *Inexcusabilis es, o homo omnis qui iudicas*; Rom. 2. v. 1. excusationem non habes, si maledicas de iudice, qui à Deo & rege constitutus est ad ius dicendum. dicebat Dion. lib. 52. *Nemo credit eos, qui vim inferre possunt iudicum munere fungantur ex iustitia agere; verum hæc omnium est opinio, speciem eos, ac quasi adumbratum quoddam exempla Reipub. propter verecundiam veritati actionum suarum prætendere, ac sub iudicij nomine cupiditatem suam explere.*

Iudicis auctoritati, & honori non detrahēdum Cicero Claudius. Rom. 2. v. 1. *Inexcusabilis est, qui iudicat.* Dionys.

Non temere reprehendenda boni iudicis sententia.

Itaque significatur non temere boni alicuius iudicis sententiam reprehendendam, vt fere faciunt homines qui causa ceciderunt. quoniam inquit qui vere iudicis officium facit, non iudicat iuxta hominum affectus, vt quisque fere facit in propria causa, sed secundum quod iustum est. dixit enim eleganter Aristot. lib. 1. Rhetor. cap. 1. *Ad hæc quoque perspicuum est nihil ad litigantem pertinere, nisi vt ostendat res sit, nec non, & factum ne sit, an non. si enim magnum aut paruum, iustum, aut iniustum, quæ legislator non determinauit, ea non à litigantibus accipere, sed per seipsum iudicem scire oportet. Maxime igitur conuenit vt quæ recte positæ sunt leges, cuncta ipsæ explicent, quæ explicari queant, & quam minima iudicibus relinquant.* quare non censendum est iudicem rectum non iudicasse quod iustum est.

Aristot.

73. Alius sensus est, qui lectionem vulgatam & originalem complectitur, iuxta interpretationem Jansenij, qui hanc sententiam simillimam esse superioribus affirmat, scilicet non litigandum cum iudicibus, quia periculum est, ne qui cum illis litigat causa cadat, & à cæteris iudicibus proteratur. nam iudices sententiam in fauorem iudicis contendentis pronuntiabunt. vt ostendant iudices apud omnes pluris faciendos esse. vide quæ superius congessimus ad illustrationem primæ sententiæ, quia ad confirmationem præsentis conuenire possunt. non enim iustum est cum iudicibus contendere, aut litigare, quia potestas eorum superat imbecillitatem nostram. Hæc interpretatio iuxta lectionem Tygurinæ & Drusij verior est, nam cum dixerit: *Ne litiges cum iudice*, adiicit: *nam sententia secundum ipsum pronuntiabitur.* Drus. *secundum dignitatem eius ius ei reddunt.* Considerant iudices iudiciariam dignitatem vel potestatem, qua ipsi funguntur, vt in fauorem eius sententiam pronuntient, ne iudiciaria auctoritas iacturam faciat, si iudex litigans causa cadat. ideo melius est litem cum iudice non exercere. Sed certe vulgata lectio primam interpretationem veriorem efficit, & confirmat eam secundum hemistichium.

Iansen. *Non litigandum cum iudicibus.*

Illustratio secunda.

QVomam secundum quod iustum est iudicat: q. d. nemo debet iudicare iudicem suo munere non fungi, vnicuique reddendo quod suum est, iuxta præceptum iustitiæ, sed potius pro se debet esse præsumptio recti iudicij, id est, iudicem bonæ ac integræ famæ præsumptione perfrui, & existimare debemus iudices consilium Salomonis exequi, dicentis Sap. 1. v. 1. *Diligite iustitiam qui iudicatis terram.* O vos omnes iudices, quorum munus est recte iudicare reddendo vnicuique quod suum est, *diligite iustitiam.* ita eam amore honorifico, obsequente, ac morigero prosequimini, vt nihil operemini, nisi id quod secundum iustitiæ regulam propositum vobis fuerit. Cum ergo iudices huic pulcherrimæ & iustissimæ Virgini magna veneratione obsequuntur: *Secundum quod iustum est iudicant.* Hoc probatur ex eo Job. 29. v. 14. *Iustitia indutus sum & vestiui me sicut vestimento & diademate, iudicio meo.* Super quæ D. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 13. *Iustorum* (inquit) *iudicia recte diademati comparantur: quia per magni operis gloriam ad retributionis ducunt coronam.* Quæ nimirum iudicia *secum quotidie introrsus agunt: quid Deo, quid proximo debeant, solerter aspiciunt, atque ad agenda bona se vehementer accendunt, & de perpetratis malis districte redarguunt, &c.* Hinc est quod dicat Plutarchus in lib. ad principem ineruditum: *Quod si coniecturis hæc sunt examinanda non profecto. Ioui Iustitia adsidet; sed ipse ius, & fas est, ac omnium legum antiquissima & perfectissima. atque propterea veteres isthæc finxerunt, docueruntque vt ostenderet sine iustitia, ne Iouem quidem recte potuisse imperare. Illa autem Virgo est, vt ait Hesiodus, incorrupta verecundiæ, pudicitiæ & veritatis contubernalis, &c.*

74. *Iudicandum est iudicem recte ius dixisse.* Sap. 1. v. 1. *Iustitia pulcherrima virgo veneratione digna.* Job. 29. v. 14. D. Gregor. *Iustitia virgo incorrupta.*

VERS. XVIII.

Cum audace non eas in via, ne forte grauet mala sua in te; ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries.

Sensus.

75. CVm audace, &c. q.d. Ne temere ingrediaris cum homine temerario & confidente, nec familiariter agas cum eo, quia magnum tibi imminet periculum amittendi tuum honorem, & vt socius factus graueris malis, quæ ille ex audacia & temeritate sua perpetrabit. Talis enim non ambulat secundum iudicium rationis; nec quemquam vult auscultare recte suadentem, sed impetum suarum passionum, & voluntatis suæ insolentiam, & arrogantiam insectatur. vnde multa imprudenter aget, per quæ non sibi tantum pernitiem comparat, sed etiam socio, qui propter consortium, & familiaritatem consocius & cooperarius habebitur, aut etiam ex communicatione ad consentiendum & cooperandum pertrahetur, & cum illo peribis, &c.

Nota, & illustratio prima.

CVm audace non eas in via, *ne forte grauet mala sua in te.* Tygur. *Ne facias iter cum temerario, ne ingraueſcat aduerſum te.* Pro audace in Græco est, τολμήρῳ à verbo τολμήρος, idem quod audax, intrepidus, interdum & temerarius. Lyra explicauit verbo ceruicoſi: *Non eas* (inquit) *cum audace, id est, ceruicoſo ex impetu iræ moto.* Ceruicoſum vocamus durum, & inexorabilem. *hombre de dura cabeça*, aut, *queda de cabeça*, & cum scandescit & impetu furoris commouetur, non solum audax est, sed & temerarius. Dionys. vocat; *audacem, præſumptuoſum, & intimidum.* Palacius, audax est, qui facere aliis nocere ausus est, Drusius ariolatur, & putat in codice aui fuisse שלי מא סכ, quæ vox significat hominem nequam, vel impium vt cap. 19. v. 21. *& qui ſe iungit fornicarijs nequam eſt*, vbi idem verbum ponitur.

Lyra. *Audax & ceruicoſus quis.* Dionys. Palacius.

Ergo ait Sirach, ne sequaris vias impij, nequã, audacis, temerarij, & præsumptuosi. quod admonuit Dauid cum dixit: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit.* Psal. 1. v. 1. abire in consilio impiorum, est sequi consilia prauorum hominum, eorumque monitis obtemperare. quod de Ochozia legitur 2. Paralip. 22. v. 3. *Sed & ipſe ingreſſus eſt per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum, vt impie ageret.* LXX. *mater eius fuit illi conſultrix ad peccandum*, Athalia scilicet. Deinde subiungitur: *Fecit igitur malum in conſpectu Domini ſicut domus Achab*, &c. Ergo cum nequam, audace, impio non eas, non ambules, nec eius vestigiis insistas, &c.

76. *Non insistendum vestigiis audacis, & temerarij.* Psal. 1. v. 1. 2. Paral. 22. v. 3.

Melius illustratur ex eo Prou. 22. v. 24. 25. *Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum homine furioſo: ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.* docet ab illius familiaritate abstinendum, qui facile ira corripitur, & qui furiosus est, id est, audax & temerarius; cum talibus enim non potest consistere amicitia, vt qui leuissimis causis offendantur, & cum talibus conuersari non caret periculo, scilicet imitationis. Tum quod in iracundo, quem vocat Sirach, *audacem*, vel temerariũ, sit frequens irascendi exemplum, tum quod iracundus, non solum suo exemplo pertrahat ad imitationem, sed & exhibitione occasionis, vt qui facile offensus & frequenter iniuste, aut non satis iuste, occasionem frequentem præbeat irascendi ei, qui cum ipso degit, tum quod hoc vitio contracto plane ineptus quis redditur ad amicitiam cum aliis ineundam, & res magnas gerendas, &c. Et sic explicat Iansenius. Nota hic vocari furiosum & iracundum, audacem, & temerarium, quorum consortium fugiendum est. *Ne forte* (inquit) *diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ*, quod idem est, ac *grauari malis eius.* vide nostrum Salazar.

Prou. 22. v. 24. 25. *Non ambulandum cum viro furioſo.* Iansenius. *Furiosus idem est ac iracundus, & temerarius.*

Illustratio secunda.

NE *forte grauet mala sua in te.* Tygur. *Ne ingraueſcat aduerſum te.* Drus. *Ne tibi ſit grauis, vel ne ſit grauis aduerſũ te*, Græce: μὴ βαρυνεται κατὰσε, nos dicimus: *Ser moleſto, y peſado.* Hugo explicat, id est, aggrauet malitiam suam in te, vel te lædendo, vel malitiæ suæ consentire compellendo. Probat ex eo Prou. 27. v. 3. *Graue eſt ſaxum, & ira ſtulti oneroſa arena: ſed ira ſtulti vtroque grauior.* q.d. grauissimum sane ad portandum est saxum, & arenæ etiam pondus, nequaquam leue: at ira stulti longe grauior, & onerosior est, illius enim pondus nullus stultus sustinere potest. Sic Lyra, sed melius. q.d. Magnum profecto saxi, & arenæ pondus. Sed ira stulti vtroque grauior his, quicumque illo agunt. Hoc enim stultorũ proprium est, non solum cum graues occurrunt causæ vehementius furere, sed etiam leues aliquando etiã nullas ob causas passim irasci; nos dicimus: *Son hombres que ſe echan con la carga.* & graues molestosque se aduersum te exhibent hoc est, *grauãt mala ſua in te*, id est, mala culpæ perpetrant, quibus tamquam socius tu grauaris. Nam sicut ille, qui cum iusto agit ex consortio illius iustus efficitur; sic qui commertium cum audace & temerario habet, audax & temerarius redditur. vt dixit Salomon Prou. 13. v. 20. *Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur.* LXX. *Et qui ambulat cum inſipientibus cognoſcetur.* nos dicimus: *dime con quien andas, y direte quien eres.* Monet Salomon impiorum consortia vitare, & cum piis inire commercia, & societates: nam ab vtrisque mores facile trahuntur, nihil certius. Confirmat D. Ephræm tract. de charitate. *Vnus* (inquit) *in vnum facile vertitur quia malitia ſuperat.* q.d. malus vnus facile in suos mores conuertit probum aliquem ac pium, nam prauitatis maxima vis est aduersus pietatem, adiicit: *Quapropter vnum malum vix multi boni in ſe conuertunt.* Cum ergo audax & temerarius grauet mala sua, id est, peccata in eo, qui socius eius est, suadet Ecclesiasticus abstinere à consortio eius, & *non iræ via eius*, id est, societatem inire, vel commercium habere, &c. vide quæ de hac materia superius cap. 7. congessimus num. 4.

77. Prou. 13. v. 20. Iansenius. *Furiosus idem est ac iracundus, & temerarius.* *Impiorum consortia vitanda.* D. Ephræm.

Illustratio tertia.

IPſe *enim secundum voluntatem suam vadit.* Originalem, *faciet.* Tygur. *aget quod sibi libuerit.* q.d. neminem vult audire recte monentem, sed voluntatis suæ insolentiam sequitur. Optime Palacius: ille enim nullo fræno timoris Dei, aut hominum cohibitus, libere quod libuerit facit. Tanguntur hic mala propriæ voluntatis: Hæc est, inquit Hugo, Origo omnium maiorum scelestorum. qui propriam voluntatem: quam comparat Ecclesiasticus equo in fræni (*Cauallo desbocado*) capite 30. vers. 8. *Equus in domitus* (inquit) *euadit durus, & filius remiſſus euadet præceps.* Sicut equus qui frænis & calcaribus in iuuentute non domatur, à sua naturali ferocia & petulãtia euadit durus, & intractabilis: ita filius, qui in iuuentute solutus est à disciplina & castigatione, & dimittitur suæ naturali petulantiæ, euadit præceps temerarius, & audax ad omnia vitia; ita vt ab eis non facile postea auocari possit nos dicimus: *Como quien eſta hecho a ſu voluntad.* Licet de hac materia propriæ voluntatis agatur præcipue cap. 18. v. 30. vbi ait Sirach. *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere*, &c. non erit abs re hic etiam aliquid tangere.

78. *Homo audax voluntatis suæ insolentiam sequitur.* Palacius. Hugo.

Ecclesiast. 30. v. 8. *Voluntas propria instar equi indomiti.*

79. *Peccata nascuntur ex propria voluntate.* Ierem. 14. v. 11.

Cum peccata nascentia ex propria voluntate valde displiceant Deo, & difficile remittuntur. Dixit Dominus ad Ierem. cap. 14. v. 11. *Noli orare pro populo iſto in bonum*, &c. licet mihi cordi es, ô Propheta, noli pro populo isto deprecari, quia neque te, neque illum exaudiam, quænam verba isthæc, Domine mi? nonne ostentasti sæpe tuam immensam misericordiam erga peccatores pœnitentes? Cur præcipis Jeremiæ, vt cesset à lacrymis, & quiescat à precibus, quia non exauditurus? quare sic sermones & promissiones conuertis? Respondeo, quum propheta has effudit lacrymas pro populo Israelitico, hic Dei optimi maximi cognitionem habebat. Si effusæ essent pro populo cognitionis Dei ignaro, forte exaudirentur. sed quia orabat pro populo Ierosolymitano, qui vrbanitate & elegantia pollebat, & peccata quæ commiserat, erant ex propria voluntate procedentia, & non per ignorantiam commissa. Ideo ait Deus non exauditurum orationes eius, &c. quare dixit D. Bern. serm. 71. super Cant. *Grande malum propria voluntas, qua ſit vt bona tua tibi bona non ſint. nihil omnino quod propria inquinatum ſit voluntate guſtabit is, qui paſcitur inter lilia.* Vide serm. de verbis Sapientiæ 7. *Sapientia vincit malitiam*, vbi inter alia, inquit; *Propria ſuquidem voluntas Deum impugnat, & aduerſus eam extollitur. Ipſa eſt, quæ paradiſum ſpoliat, & ditat infernum: quæ ſanguinem Chriſti euacuat, & ditione diaboli ſubiugat mundum.* Vide Rom. 6. v. 13. & cap. 13. v. 14. Ratio igitur cur iste temerarius grauis est consocio suo, est, quia suam propriam voluntatem sequitur, quæ tot malorum origo est.

Quare Deus prohibuit Ieremiam, ne oraret pro populo. *Grande malum propria voluntas.*

Illustratio quarta.

ET *simul cum ſtultitia illius peries.* Originalia non variant licet Drus. legat *amentiam*, quia verbum ἀφροσύνη, est immodestia, inspientia, in considerantia, loco *illius*, legunt *amentia tua* sed melius *illius*. q.d. sicut ille propter stultitiã suam perit, sic tu consocius illius peribis cum illo. nos diceremus: *Vendras a morir neciamente como el.* Nam perttrahet te ad consentiendum, & cooperandum, & simul cum illo peribis? sicut enim ait Salomon, Prou. 19. v. 3. *Stultitia hominis ſupplantat greſſus eius*, id est, causa est vt peruersa sit vita eius, & actiones eius prauæ sint, vel causa est, vt instituta & conatus hominis frustrentur suo fine, nec perueniãt ad desideratum effectum. Sed potius *violat vias eius*, vt transtulit D. Augustinus. id est, pereunt viæ eius. Sic etiam qui cum stulto init societatem, supplãtat greſſus eius, id est, perit in stultitia sua, q.d. sicut ille in stultitia sua perit, sic tu communicans stultitiam eius, simul cum illo peribis. dixit enim Psaltes psal. 48. v. 11. *Simul inſipiens, & ſtultus peribunt*, perit sine dubio insipiens, qui viam Domini ignorauit, & stultus, qui in eius amicitiam se insinuauit quare ait Sirach. cum audace & temerario non eas in via, ne forte communicans eius stultitiam simul cum illo pereas, &c.

80. *Consocius amentis cum illo peribis.* Prou. 19. v. 3. *Qui cum ſtulto init ſocietatem peris in ſtultitia ſua.* Pſal. 48. v. 11.

VERS. XIX.

Cum iracundo non facies rixam, & cum audace non eas in desertum quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te.

Sensus.

81. CVm *iracundo*, &c. Non solum cum audace non est tibi communicandum ob periculum malorum, in quæ per illius temeritatem facile inciditur: Sed neque cum iracundo, illo scilicet, qui leuissima de causa grauiter succenseat, & in multis agendis temerarius est; cum tali enim nec tibi disceptandum est, nec ad loca deserta abeundum. quia cum facile ad iram prouocetur, & maximi sceleris horrore à lædendo non reprimatur, nec alterius defensione, & auxilio cohibeatur, quia est in solitudine, facile irruet in te, & elider, & prosternet prouocetur, & leuissima ex causa irascitur, & excandescit, nos hunc appellamus: *hombre que preſto ſe le ſube el huſno, ola moſtaza, a las narizes.* Cito solet ad iram cõcitari, & prouocari. Cum hoc, inquit Ecclesiasticus, *non facies rixam.* Nos dicimus: *No te tomes con el.* Tygur. *ne committas pugnam (no le vantes pẽdencia con el. no le irrites, ni te traues con el a palabras)* proprium enim est viri iracundi concitare & prouocare rixas. Sic dixit Salomon Prou. 15. v. 18. & 29. v. 22. *Vir iracũdus prouocat rixas, & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum procliuior.* Leui de causa *facit rixam & committit pugnam.* ideo ad delinquendum facilis, id est, faciliter ruit in varia peccata, nempe in murmurationes, Vindictæ cogitationes, vociferationes indecoras, iurgia, manuum iniectiones, vltionem, & his similia quare idem sapiens eodem cap. 29. v. 9. hanc offert in nostrum intentum veritatem: *Vir ſapiens ſi cum ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur. ſiue rideat, non inueniet requiem.* Prouerbium docet stultum & improbum esse implacabilem, & incorrigibilem, proinde insinuat sapientibus caute declinandum esse à contentionibus cum stultis iracundis quod idem est ac dicere: *Cum iracundo non facies rixam*, non *committas pugnam.* iracundos vocat Arist. 4. Ethic. cap. 5. infensos, & ait: *Infenſos homines*

Proprium est iracundi concitare rixas. Prou. 29. v. 22. Prou. 29. v. 9. *Stultus est implacabilis & incorrigibilis.* *Qui iracundus.*

Cum iracundis contendere stultum est. D.Basil.

mines appellamus eos, qui quibus de causis minus rectum est, irascuntur, & vehementius, & diutius, quam ratio postulare videatur. Cum his contendere stultum est, & illos fugere prudentissimum. quia prima cogitatio hominis iracundi nisi rationis fræno cohibeatur, inquit, D.Basil.hom.de ira, *eo fertur vt ille pereat, à quo læsus est, & sæpe leues iræ in homicidia tandem desinūt.* & subdit: *Primo iaciuntur contumeliæ inter iratos, & sic durant donec contumeliæ, sicuti sagittæ deficiant. Deinde omni contumelia per linguam consumpta ad manus venitur & pugnam: ira namque certamen excitat, cor tamen vero conuitium, conuitium verbera, hæc vulnera, ex quibus & mortes sæpe sequuntur.* vide infra cap.28. v.11.

Illustratio secunda.

82. Et *cum audace non eas in desertum*, in Græcus originalibus non est, *cum audace*, sed tantum: *& ne eas cum eo in desertum.* illud *Cum eo* refertur ad *iracundum*, vel animosum & nominat eum audacem, qui enim *iracundus* est, *audax* & animosus est iuxta significationem prælibatam. Palacius: reliquum huius periodi est explicatio præcedentis. Ne igitur abeas in desertum cum audace. Audax enim ille est secundum Arist.lib.2. Ethic. cap.2. *Qui nihil omnino timet, sed aggreditur omnia, is audax nimirum efficitur*, quid non committit audax? cum periculum non timeat, omnia tentat sperans conatus suos irritos non futuros, quis Caino audacius? ille enim fratrem Abel in locum desertum eduxit, & audacter irruit in eum, & occidit. Sic dicitur Gen.4. v.8. *Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: egrediamur foras. Cumque essent in agro consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Noster Delrius in Pharo sapientiæ citat paraphrasem Hierosolymitanam dicens: Cainum in agro cæpisse conqueri de Dei prouidentia & iustitia: nec blasphemiis abstinuisse sed ab Abel patrocinium Dei susceptum, & fratrem reprehensum: ad hanc contentionem secutam cædem innocentis. Pende *contentionem* Cain *rixam fecerat*, & *cōmiserat pugnam* aduersus fratrem, postquam illum in desertum extraxerat, & ex contentione iracundi & audacis iniusta cædes processit abiit enim Abel cum fratre audace in desertum, & ipsius mors secuta est. Sed quare non eduxit Abel in locum fructiferum, sed in desertum campum ad tale nefandum scelus perpetrandum? quia iracundus & audax siccus & sterilis est, & solitudinem quærit, vt scelus committat D.Ambros. lib.2. de Cain & Abel cap.8. *Quid igitur si vult* (inquit) *quod ait eamus in Campum, nisi quia locus nudus gignentium eligitur parricidio? Vbi enim frater habebat occidi, nisi vbi fructus deesset? Tamquam præsagiens natura tanti sceleris loco germina denegauerat, quia non conueniebat vt idem solum, & contagia parricidalis sanguinis reciperet præter naturam, & fructus secundum naturam germinaret. Merito ipse dicit: eamus in campum, non dicit eamus in paradisum vbi poma florent: non in aliquem cultum & fructiferum locum. Ipsi parricidæ indicant fructum se sceleris habere non posse, nec penes eos fructum manere, qui tantæ impietati præbuerint officium.*

Palacius. Quis audax secundum Aristotelem. Aristot.

Cum audace non eundum in desertum locum. Gen 4.v 8. Delrius.

Abiit Abel cum fratre audace in desertum, & mors eius sequuta est.

D.Ambros.

Quare Cain occidit Abel in campo & non in loco frugifero.

83. Quare optime Ecclesiasticus iustum admonet, ne eat cum audace in desertum locum vt omnia mala, quæ solent in desertis locis euenire, facile effugiat. Vide 2. Reg.18. v.14. vbi dicitur Joabum tribus lanceis confodisse Absalomum, cum in campo eum ex quercu pendentem inuenit. quod audacter perpetrauit contra regis Dauid voluntatem præceperat enim patens Dauid filium suum innoxium comprehendere, & custodire; Cum autem Joab à quodam milite admonitus esset Absalomum ex quercu pendere, dixit: *Si vidisti quare non confodisti*, &c? qui respondit ad Joab: *Nequaquam mitterem manum meam in filium regis. Sed & si fecissem contra animam meam audacter*, &c. Nota aduerbium *audacter*. q.d. Nemo nisi esset audax & temerarius, nec non proiectus ad audendum mitteret manum in filium regis ex quo sequitur Joabum audacem & temerarium fuisse non occidendo Absalomum, quem cum in deserto inuenisset, ausus est tale scelus perpetrare. Pende etiam quod fecit Iehu 4.Reg. 10.v.12.13.14. cum veniens ad Cameram pastorum in via, inuenit fratres Ochoziæ regis Juda, & ait: *Comprehendite eos viuos. Quos cum comprehendissent viuos iugulauerūt eos in cisterna iuxta Cameram*, &c. Si eos in loco deserto non inuenisset, forte non iugulasset, quia desertus locus aptissimus est ad talia patranda facinora.

Multa mala solent in desertis locis euenire. 2. Reg.18. v. 14.

Quare Ioab occidit Absalomum.

4.Reg 10. v.12.13.14.

Illustratio tertia.

Quoniam quasi nihil est ante illum sanguis. Cum 84.
facile audax & temerarius ad iram prouocetur, non reprimitur à lædendo, & effundendo sanguine sceleris maximi horrore, id est, quia nihili ille æstimat effundere sanguinem, ideo non abeundum cum eo; qui enim horrorem, sanguinem effundendi, ex corde fugauit, & metum abiecit, nos dicimus: *perdio ya el miedo.* Hæc nefanda scelera committere audet. De his enim ait Psaltes psal.13.v.3. *Veloces pedes eorū ad effundendum sanguinem*, id est, ad patrandum homicidium iuxta id Prou.1.16. *Pedes illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem.* Et Isai.59.v.7. idem repetitur, qui ergo frequenter sanguinem occidendo fundit, quasi nihil æstimat iterum effundere. De eo enim qui sæpissime aliquid fecit, dicimus: *Tiene ya hecha la mano. Sic quasi nihil est ante illum sanguis*, hoc est, nihili reputat sanguinis effusionem, & homicidium quia in sanguine fundendo dexteritatem habet. Cum hoc iracundo & audace non debes in desertum abire, non solum quia quasi nihil est ante illum sanguis, sed etiam quia deest adiutorium, inquit enim: *& vbi non est adiutorium elidet te.* Caue ab audace quia in loco deserto, non habes, qui eum reprimat, & tibi præsidio sit. Duo enim (inquit Jansenius) à nocendo alicui impedire solent, nempe sceleris horror, & defensio, atque subsidium ab aliis periclitanti impensum. Cum quis his duobus impedimentis caret audax & temerarius efficitur. Veritas huius doctrinæ patuit in Cain, qui fratrem suum eductū in agrum occidit, tum quod parui faceret fratricidium, tum quod frater in agro destitutus esset omnium subsidio. dixit enim Salomon Eccles.4.v.10. *Væ soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se*, &c.

Non abeundum cum audace in desertum, quia nihili æstimat effundere sanguinem.

Psal 13.v.3. Prou.1.v.16

Audax propter [illegible] homicidium faciendum.

Qui soleant impedire à nocendo. Iansenius.

Eccles. 4. v. 10.

VERS. XX.

Cum fatuis consilium non habeas; non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent.

Sensus

Sensus.

85. Cum fatuis, &c. q.d. si aliquid, quod tua intersit, consultare, vel deliberare statueris, stultorum consultationem fugere debes, sed viros grauissimos vsu rerum peritissimos in consilium adhibe, ne si consilio stultorum vtaris, capiaris in errorem. Ergo consilium ne capias cum imprudentibus, quia ab eis non possunt sana & prudentia expectari consilia, eo quod pro sua affectione non possint diligere & approbare, nisi quæ eis placent, hoc est, stulta & noxia, & insuper stulti non possunt rem secretam, qualia sunt, de quibus consilia quæruntur, continere apud se, &c.

Nota, & illustratio prima.

Cum fatuis consilium non habeas, id est, *cum stulto ne consulta*, vel ineas consilium. μωρος stultum, & fatuum significat, Dioscorid. lib.4. Radices gustu fatuo, siue insipido. Stultus enim insipidus est, id est, non est sale sapientiæ conditus, vt possit prudenter & sapienter respondere. q.d. consilium ne capias cum eo, qui prudentia & sapientia caret. Alludit auctor ad id Prou.23.v.9. *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui.* vt in postremo hemistichio explicabimus. Rabanus explicat: *Fatui enim sunt omnes desertores veritatis: quia relinquentes viam iustitiæ, viam iniquitatis elegerint: nec patrum regulam sequi, sed suis voluptatibus deseruare probauerunt.* Palacios, Tractat. de consiliis & secretis, illa non sunt requirenda à stulto, quod enim consilium stultus dabit, nisi stultum? Dionys. vocat vitiosos homines, in quibus non est vera prudentia, nec sapientiæ donum: sed vitium puerilitatis, quod stultitia nominatur. Hugo refert exemplum Roboam, qui maluit à stultis iuuenibus, quam à senibus sapientibus consilium capere. 3.Reg.12.v.8. ideo noxium & stultum consilium dederunt ei, cum in consultationem & deliberationem venerunt. vide stultum consilium, quod Jobo vxor eius dedit cum cap.2.v.9. dixit ei: *Benedic Deo, & morere*, id est, maledic quod non accepit Job, sed potius illam increpauit, & appellauit stultum: *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es*, id est, stultum consilium, fatuum & insipidum mihi præbuisti, quia stulta es. ergo consilium minime cum fatuis & stultis hominibus habendum, nam vt dixit Plato: *Fatuus fatua loquitur.*

Cum stultis consilium non habendum. Prou. 23. v.9. Rabanus. *Probat* Prou.18. v. 2. & Prou. 14 v.12. Palacios. Dionys. Hugo.

Stultum consilium Iobe vxor eius dedit. Iob.2.v.9.

Illustratio secunda

86. *Non enim poterunt diligere, nisi quæ eis placent*, id est, stulta & noxia semper stulto stulta placent, & ea, quæ ipsi placent, scilicet stulta, aliis suadent consilium præbent iuxta mentem suam. & cum fatuus, & stultus mente careant, id est, prudentia & sapientia ad dandum consilium, inde est, quod male hortentur, &c. Pende consilium quod adolescentes Roboamo præbuerunt 3.Reg.12.v.8. stultum, noxium, & pernitiosum, quia erat consilium iuxta ipsorum mentem. & cum fatuus non possit nisi ea, quæ sibi placent diligere, si hæc noxia sunt, male suadebunt. sicut stulta Jezabel fecit cum rege Achab, cum noxium consilium dedit aduersus Naboth; quem fecit interficere, vt Achab vineam eius possideret. 3.Reg.v.21. sed quid mali consilium prauum non operabitur? dixit eleganter D.Greg. Naz. orat.3. Steliteut. c.1. *Quæ Persarū myriades, qui sagittarij, qui fundibularij, quis ferreus exercitus, atque vnde quaque à vulneribus tutus, quæ tormenta diruendis muris admota, ea efficere potuissent, quæ manus vna, & tempus vnum, & nefarium cōsilium perfecit?* Sed idem exemplo Roboam hæc confirmauit orat.27. *Dei iudicium* (ait) *cordatis hominibus pluris faciendum, magisque curandum est, quam omnium aliorum in vnum coactorum. An tu duos quidem homines, quorum alter acutior & sagacior, alter imperitior, & Hebetior esset, de eodem negotio in consilium adhibens, haud recta mente præditus esse videreris, si relicto prudentis consilio, iudicium imperiti sequereris, (neque enim Roboam ex eo laudem est consecutus, quod pro nihilo habita senum sententia, iuuenum consiliis paruit.)* D.Greg.Mag. explicans id Iob 21.v.16. *Consilium eorum longe sit à me*, inquit: *Quid est iniquorum consilium, nisi terrenam gloriam quærere, æternam negligere, salutem temporalem cum damno interiori appetere, & dolores transitorios ad æternos gemitus, commutare.* quare consilium cum fatuis non habendum, quia ea, quæ diligunt, scilicet noxia suadent, de his inquit Arist. lib.9. Ethic. cap.12. *Eliciunt ex sese mutuo ea, quæ placent.* Non verbum *diligere*, nam Aldus edidit στέρξαι, id est, amare. q.d. non delectabit ipsum tuis sermo. videtur autem (vt ait Drus.) transferre locum hunc Salomonis Prou. 23. v. 9. *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui*: Heb. *Ne spernat intellectum verborum tuorum*, quod ergo Salomon dixit: *spernere*, vel *despicere* id noster *non amare*, vel *diligere*, siue quod idem odisse. Nam negatio hic sumitur vt in illo. *Non gaudet stulti pater; non prosunt opes improbæ partæ.* Sic Drusius.

Stultis stulta placent & præbent consilium iuxta mentē suam.

Quid mali consilium prauum non operabitur? D.Nazian.

Dei iudiciū cordatis hominibus pluris faciendum.

D.Gregor.

Consiliū cum fatuis non habendum. Aristot.

Drusius. Prou.23.v.9

Sed notanda est translatio Complutensium; & aliorum: *Non enim poterit verbum celare*; vel *dicta*, aut, *sermonem continere*, quo significatur cum fa- 87.
tuo, vel stulto non tractanda consilia, quod non possit rem secretam, qualia sunt, de quibus consilia quæruntur continere apud se. est enim leuis ac futilis plenusque rimarum, vt inquit ille, hac atque illac perfluens. Instar vasis rimarum pleni, quod facile aquam intro contentam communicat, quam intta se continere non potest, quare secretum minime communicandum cum fatuo & stulto, qui non valet illud in corde seruare, sed per rimas sensuum facile omnibus communicat, &c.

Stultus secretum seruare nequit.

VERS. XXI.

Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet.

Sensus.

88. Coram extraneo, &c. q.d. Cum aliquid deliberare volueris, ne quæras extraneū, quem non satis cognoscis ad consilium cum eo faciendum, neque in oculis eius tibique non satis cogniti aliquid committas, quod sit occultandum; nescis enim quid ex visis vel auditis à te tamquam ex concepto semine apud te machinabitur, & tandem suo tempore edet in perni-

tiem, & ignominiam tuam. Sic fere Jansenius.

Illustratio.

Amicus non probatus vocatur extraneus, & cum illo non faciendum consilium Rabanus.

Coram extraneo ne facias consilium. Licet Rabanus appellet extraneum, *qui adde Religionem Christianæ alienus est, cum quo non est consilium iucundum, hoc est de Sacramentis diuinis vel mysteriis occultoribus disputandis, quia ne sumus sensus eius qualitatem vtrum ad fidem, vel ad blasphemiam vertatur.* Sed certe vocat hic *extraneum* eum, qui non est amicus probatus & exploratus, ab illo enim cauenda sunt consilia, nescit enim homo an fidem & secretum seruabit, an vero pernitiem sibi pariat. Multa superius de amicorum electione, & communicatione congessimus cap. 6. à versu 6. vsque ad 16. & sicut diximus omnia cum amico deliberanda, & arcana detegenda, sic nunc admonet Ecclesiasticus, *consilium*, vel rem secretam non *faciendam* coram eo, qui extraneus est, id est, amicus non est, nescit enim homo sibi aliquam pernitiem parat, describit auctor id Prou. 25. v. 9. 10. vbi ait Salomon. *Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles: ne forte insultet tibi cum audierit, & exprobare non cesset.* Significatur, ait Jansenius, non debere quemquam nimis fidere sibi in dirigendis suis negotiis & causis, sed si quod habeat negotium maxime singulare & arduum, tractandum illud cum alio, non tamen cum quouis, sed cum amico quopiam, de cuius fide non dubitatur, qui & bene consulere velit, & secretum seruare. Cauendum enim nequis secretum suum homini extraneo, cuius integritas non sit satis explorata reuelet, ne forte quod audiuit secretum publice obiiciet, & sine cessatione improperet. *non facere consilium*, idem est, *ac non facere occultum*, ne committas, inquit, coram extraneo, quem non exploratum & probatum habes, aliquid, quod occultandum sit; quia si dicitur Luc. 12. v. 2. *Nihil operatum est, quod non reueletur, neque absconditū quod non sciatur.* Chrysostomus progressu temporis in hac vita. quid mirum dicat Sirach occultum non faciendum coram extraneo, cui homo non potest fidere, nec ipse adstrictus est ad secretum seruandum. Si nihil faciendum quod occultandum sit, nec coram amico, nec familiari, minus committendum coram extraneo, qui illud tandem reuelet.

Prou. 25. v. 9

Iansen.

Secretum extraneo non reuelandum.

Luc. 12. v. 2.

Nihil occultum quod non reuelatur.

D. Chrysost.

Nescis enim quid pariet. Drus. *quid pariturus sit*, id est, moliturus, machinaturus, ipse Drus. ad tempus refert, nescis inquit, quid tempus pariturum sit. Melius Palacius & Jansenius referunt ad extraneum: noscis enim an fidem, & secretum seruabit, an vero pernitiem tibi parient. Metaphora parientis propria est machinantis, & molientis. Sicut fœmina prius cōcipit, & tempore suo partum edit: sic qui audiuit, suo modo in intellectu concipit, quæ conceptio, machinatio & molitio dicitur, & tandem cum verbis, quæ machinatus est, manifestat conceptum parere dicitur, id est, partum intellectus in lucem edere, id est, manifestare id quod intus in corde absconditum erat, eadem metaphora Salomon vsus est Prou. cap. 27. v. 1. ad idem docendum: *Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies.* Partum die tribuit, explicat Jansenius, tecte significans aliquid occultum, conceptum esse in mente. Diuina quod suo tempore edetur. q. d. nō hoc fiet quod tu concipis, nec quidquam facto eueniet, sed id proferet dies quod à Deo est conceptum. Cicero 3. de finib. *quibus etiam verba parienda sunt*, id est, manifestanda. Ergo inquit Sirach, *nescis enim quid pariet*, id est, quid manifestabit, vel an filium, vel filiam pariet. q. d. an bonum, vel malum conceptum edat, bene vel male de te loquatur, nam cum extraneus sit, & nullo tecum adstringatur vinculo amicitiæ, faciet quod libuerit, & pariet quod voluerit, hoc est, bonum vel malum partum in lucem edet ex quo tibi pernities paretur, &c.

89. Palacius. Iansenius. *Parere idem est metaphorice, ac moliri, machinari.* Prou. 27. v. 1. *Partus diei qualis.* Cicero.

VERS. XXII.

Non omni homini cor tuum manifestes: ne forte inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi.

Sensus.

90. *Non omni, &c.* q. d. Caue ne sine electione cuius homini animæ tuæ arcana cōmittas cor tuum manifestando, quæ amico solum iam variis experimentis explorato aperienda sunt, ne forte ille, in cuius fide niteris, & simplici animo tua detegit, referat, & rependat tibi fictam beneuolentiam, qua scilicet simulat se tibi amicum, quo magis deprehendat defectus tuos, & tandem conuitietur tibi, &c.

Illustratio prima.

Quare natura cor in medio corporis occultauit.

Non omni homini cor tuum manifestes. Hæc perspicua sententia colludit cum ea cap. 4. v. 31. *Ne subiicias te omni homini propeccato.* Vide quæ ibi congessimus. Et quæ dicemus ad id cap. 11. v. 31. *Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ dolosi.* Cum enim cor natura in medio corporis occultauit significare voluit, omnia quæ in eo colligerentur à corpore se vocanda, & ab omnibus recondenda, ne cuius homini manifestarentur, & cum oporteret ea detegere, delectum habendum quod nunc docet faciendum Ecclesiasticus. q. d. secretum cordis tui aut numquam est reuelandum, id quod tutius est vt dixit poeta Græcus: *Arcana quæ vis nemini ipse dixeris*, aut si reuelandum est delectus habendus eius, cui committendum. Nam stultorum infinitus est numerus, & illorum est proprium omnia quæ sciūt detegere, iuxta id Prou. 12. v. 23. *Cur insipientium prouocat stultitiam*, id est, ea quæ nouit, vt explicat Salazar, producit ac palam facit, quia prænimia stultitia cohibere, ac retinere non potest. q. d. suam ipsius stultitiam prodit in his, quæ temere, & sine delectu dicit quare D. Basil. apud Maximum serm. 20. de taciturnitate. *Dicenda* (inquit) *tacendaque nosse debemus, non enim diuina omnia lingua verbis explicanda sunt, ne mens sicut oculus totum lumen intueri volens, id etiam quod habet luminis perdat.* q. d. Sicut is, qui ad lumen solis è regione oculos aperit, lumen, & aciem, quam habet, amittit. Sic qui ad hanc externam lucem animi sui intercora per manifestationem arcanarum aperit, ac referat, qua instructus est, rerum cognitionem merito perdit.

Delectus habendus vt secreta reuelantur.

Prou. 12. v. 23. Salazar.

D. Basilius.

Ergo cum sit proprium stulti omnia arcana

Non omnibus secretum committendum. D. Chrysost

cordis prodere, delectus habendus in manifestatione cordis nostri, & non cuius homini sine delectu secreta committenda, sed prudentioribus, quibus facile sit sibi secreta seruare, &c. Dixit enim eleganter D. Ioann. Chrysost. to. 4. hom. 9. in cap. 4. Ephes. *Arcana enim non habemus propter aliud, quam quod non omnibus fidimus.* q. d. ratio quare debemus arcana cordis non detegere sine delectu, ea est, quia non omnibus fidimus, cum multi sint ex numero stultorum, quibus secreta committere non possumus sine magno discrimine; Igitur non omni homini cor nostrum, id est, cordis arcana manifestanda Rabanus: *Quod superius subobscura posuit cum extraneo non inuindum consilium, quia nescitur quid pariat hoc in hac sententia planius exponit scilicet vt hypocrisin simulatorum caueamus, ne forte si incaute aliquid coram ipsis loquamur aut agamus eorum insidijs capiamur.* Probat Prou. 26. v. 24.

Illustratio secunda.

91. Iansenius.

Ne forte inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi. Duplicem sensum hæc verba patiuntur. Primus est, quem ex Jansenio didicimus, scilicet: ne forte cui fidis, & simplici animo tua reuelas, referat, & rependat tibi fictam beneuolentiam, qua scilicet fingat se tibi amicum, quo magis deprehendat latentes defectus tuos, & ita tandem conuitietur tibi. Sic etiam explicant Lyra, Hugo, & Drusius. Hoc potest illustrari ex eo Prou. 23. v. 3. *Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.* LXX. *Si autem insatiabilis es, noli concupiscere escas eius: hæc enim obtinent vitam falsam.* Rodolphus lautissimos cibos à principe exhibitos panem mendacij dictos existimat, non solum quia hominem fallendo ad intemperantiam adducunt, sed etiam quia postquam illum intemperantiæ & ebrietati tradiderunt, illis fallentibus arcana, & secreta omnia reuelat, ac se ipsum nonnumquam aduersarijs prodit. Quid enim falacius excogitari potest.

Lyra. Hugo. Drus. Prou. 23. v. 3.

Panis mendacij qualis. Rodolphus

Illud *conuitietur tibi*, probatur explicatione Caietani, qui panem mendacij dictum existimat cibum ad fallendum comparatum. Nam sæpius principes eos, quos perdere volunt, falsa illa gratia honestare solent. Hoc confirmat successus Ammani Hest. 5. qui accersitus ad regias epulas, inde ad patibulum translatus est. Horatius dicebat reges hac mensa pro tormento vti solitos ad extorquenda suorum sensa, & amicitiam explorandam. Sic in arte poëtica.

Caietanus.

Principes eos, quos perdere volunt falsa gratia honestare solent. Hest. 5. Horatius.

Reges dicuntur vigere consilio,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant,
An sit amicitia dignus.

Mensa regum gratia falsa.

Et cum secretum non sit vbi ebrietas est, vt dixit Salomon Prou. 31. v. 4. *Noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas.* inde est, quod mensæ lautitia & ebrietas eius denudat arcana, & luit tandem qui ea detegit pœnas suæ imprudentiæ. *Nam obtinet gratiam falsam.* deluditur enim ab eo, qui secreta verbis mollibus extrahit. Ideò ipse Salomon Prou. 26. v. 25. hoc consilium præbet: *Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.* Si se humiliauerit, & vermis mollibus voluerit tibi inferre gratiam, & amicitiam falsam, vt ei defectus tuos, vel alia secreta ei denudes, & deregas, ne fidas illi, nec fidem habeas, nam illa nequitia, quæ cæteras facile superat latet in corde ipsius, superbia nimirum, qua te despicit, & pro nihilo ducit, ac proinde nactus occasionem tibi insultabit, &c. vide, quæ dicemus cap. 19. vers. 23. *est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Gratiam falsam* vocat, amicitiam, vel beneuolentiam fictam & simulatam.

Nullum secretum vbi regnat ebrietas. Prou. 31. v. 4

Prou. 26. v. 25.

Quasi amicitia falsa.

,quod est gratia, significat etiam probrum secundum Drus. quam significationem ego non inuenio, sed solùm gratiam, beneuolentiam, amicitiam, festiuitatem, beneficium, munus, remunerationem, voluptatem, & quia gratia cum absolute ponitur non nisi in bonis vsurpatur, ideò Epitheton adijciendum est, scilicet *falsam*. mala enim gratia probrum est, & conuitium. Tu aduerte, inquit Palacius, morem nostrum, tunc etiam fuisse, scilicet agendi gratias ijs, qui sua nobis reuelant secreta, & merito, deo enim gratias ei, qui putat me fidum & probatum, cui sua secreta committat.

Palacius.

Gratia falsa qualis.

Secundo *falsam gratiam* vocat, malam, hoc est malum pro ex peccato bono, vt quod addit interpres de suo & *conuitietur*, quod in originalibus desideratur, explicet quid sit gratia falsa, nempe conuitium ab eo, à quo expectabatur fidelitas, & amicitia. Sic explicat Dionys. & non abhorret Jansenius. Itaque non est manifestandum arcanum cordis cuicumque sine delectu, quia multi sunt, qui non solum simulantes fictam amicitiam extrahunt secreta cordis, & postea conuitiantur ei, qui ea detexit; sed etiam cum deberet profiducia reddere gratum animum, reddit opprobrium: exempla in sacra Pagina inueniuntur. Procedo ad alia.

Dionys.

Non manifestandum secretum sine delectu.

CAPVT NONVM.

1. NOn zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam. 2. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, & confundaris. 3. Ne reſpicias mulierem multiuolam: ne fortè incidas in laqueos illius. 4. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. 5. Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius. 6. Ne des fornicarijs animam tuam in vllo, ne perdas te, & hereditatem tuam. 7. Noli circumſpicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. 8. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam. 9. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. 10. Omnis mulier, quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur. 11. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt. colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. 12. Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum. 13. Et non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem. 14. Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit ſimilis illi. 15. Vinum nouum, amicus nouus: veteraſcet, & cum ſuauitate bibes illud. 16. Nõ zeles gloriam & opes peccatoris: non enim ſcis quæ futura ſit illius ſubuerſio. 17. Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciens quoniam vſq; ad inferos non placebit impius. 18. Longè abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & non ſuſpicaberis timorem mortis. 19. Et ſi acceſſeris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam. 20. Communionem mortis ſcito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolentium arma ambulabis. 21. Secundùm virtutem tuam cauè te à proximo tuo, & cum ſapientibus & prudentibus tracta. 22. Viri iuſti ſint tibi conuiuæ, & in timore Dei ſit tibi gloriatio. 23. Et in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi. 24. In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſenſu verò ſeniorum verbum. 25. Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus: & temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

Argumentum Capitis 9.

DOcet primo in hoc caput 9. Eccleſiaſticus quam ſit prudenter cum mulieribus agendum, & quam ſit ſocietas & affectus earum periculoſa: multi enim earum cauſa perierunt. Deinde exhortatur ad antiquum amicum ſeruandum, & non zelandam peccatoris gloriam: quæ tamquam fumus diſperit. Admonet fugiendum ab homine occidendi poteſtatem habente; & tandem cum ſapientibus tractandum, & Deum præ oculis in omnibus operibus habendum.

VERS. I.

Non zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam.

Senſus.

1. NOn *zeles*, &c. q. d. Ne vxorem tuam quam in ſinu tuo tamquam filiam foues amore zelotypo diligas, ita vt iugiter timeas te minus diligi ab ea, & eam ab alijs amari. quia tibi res eſt admodum grauis & moleſta, dum in corde tuo varijs ſuſpicionibus cruciaris, & amoris ardore exagitaris: & vxor tua eiſdem ſuſpicionibus torquetur, & dolet ſe de fide ſuſpectam. Vnde non ſicut tu deſideras creſcit in ea erga te amor, ſed potius decreſcit, & tibi ab ea periculum imminet. Ne ergo zeles illam, ne prouocata exerceat contra te artificium muliebre nequam, edocta ab improbis in ea doctrina, qua à vetulis malis & improbis mulieribus vxores docentur zelotypos ſuos maritos tollere veneno de medio, aut alio modo eis nocere, &c.

Notæ.

N *On zeles mulierem ſinus tui. μὴ ζηλᾶ, ne zeles.* verbum ΖΕΛΟΣ æmulatio. Cicero explicat ægritudo, ſi eo quod concupierit alijs potiatur ipſe careat. item ζῆλος accipitur pro inuidia, & pro quodam velut æmulationis ſtudio, quo quis impulſus aliquem imitatur, aut aliquid affectat, ſummoque eius aſſequendi deſiderio tenetur. Ζήλοω, æmulor, imitor, &c. ex ΤΙΤΤΩ, quod eſt verbero, percutio, pulſo, tundo, componitur Ζηλότυπος. qui eſt inuidia percuſſus ὁ ζηλοτυπὴς qui præ feruore amoris riualem pati nequit (vocat riuales, qui eiuſdem mulieris amore tenentur) ſed alijs eiuſdem amoris inuidet ſocietatẽ. Vt dixit Ariſtoph. inde, Ζηλοτυπία zelotypia, proprie illa inuidentia, qua riualem in amore mulieris pati non poſſumus. generaliter ægritudo ex eo quod alter quoque potiatur ea re, quam nos ipſi concupiuimus. ſic Plutarchus. Plutarch. de Et Ζηλοτυπέω. Zelotypus ſum, præ feruore amoris riualem pati nequo. Zelus igitur eſt ſecundum Chryſippum ægritudo animi ex eo proueniens quod timeat ne adſit alteri, quod cum nemine velit habere commune, verbum Hebræum huic Græco reſpondens ſecundum Druſium eſt קִנְאָה *cana*. Hoc verbum ſignificat inuidere, æmulari, zelare, prouocare. vt Num. 5. v. 14. *Si ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam.* pro quo Hebræi legunt: *& tranſiuit ſuper eum ſpiritus zelotypiæ, vel emulationis, & zelauerit vxorem ſuam.* Vtrumque etiam verbum ad bonam æmulationem & zelum referri poteſt. Vt eum Dominus vocatur zelotes, vel æmulator, & zelus domus Domini comedit Chriſtum, & ſeruos eius &c. ex *cana* deducitur קִנְאָה *canaa*, id eſt, zelus ſeu æmulatio. vt 4. Regum 19. v. 31. *Zelus Domini exercituum faciet hoc.* & Pſal. 68. v. 10. *zelus domus tuæ comedit me.* Cant. 8. v. 6. *Dura ſicut infernus æmulatio.* & licet *Kinah* ſignificet alia, ſignificat tamen zelum, qui eſt vel dolor, vel ſuſpicio deabalienato conſortis animo, ſeu amor cum aliqua ſuſpicione & metu. & hæc omnia ex nimio erga vxorem amore videntur procedere.

4. Reg. 19. Pſal. 68. v. 10. Cant. 8. v. 6.

Illuſtratio prima.

2. NOn *zeles*, &c. Ne ſis [q. d.] zelotypus in mulierem, quam diligis, & in ſinu tuo foues: tibi enim ipſi ingens malum infers. nam cum zelus ſit ægritudo animi ex eo proueniens, quod timeat quis ne adſit alteri, quod cum nemine velit habere commune, te ipſum lædis, in magna ſque incidis calamitates. Sic dixit Philo Philo Iud. Iud. lib. de ſpecial. legib. *At zelotypia moleſtiſſimus affectus graues calamitates ſecum afferre ſolet.* eſt etiã æmulatio dura ſicut infernus. Cant. 8. v. 6. *Dura ſicut infernus æmulatio. Lampades eius lampades ignis atque flammarum.* excitauerat ſponſus ſponſam ſuam ad amorem reciprocum, & poſtulauerat ab ea ſuum amorem, ita vt ſponſum tamquam ſignaculum ſeu ſigillum ſuper brachium, & ſuper cor ipſa poneret. Forte, quia ſicut ſigillum ſchedulam vel Epiſtolam ſignat, ita vt eam nullus aperire audeat niſi ipſe, vel alius, ad quem ſcribit; ſic amor ſponſi inſtar ſigilli debebat cor ſponſæ ſignare, ita vt nemo alius auderet reſignare. Qua ſignatione fidelitatem ſponſæ quærebat, ne frangens fidem ad zelotypiam ſponſum prouocaret. Quare rationem reddens inquit: *Quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio.* Exprimitur [vt explicat Sanchez] amoris potentia, cuius ea natura eſt, vt amantem in amati poteſtatem, & quaſi mancipium trahat. (amor enim capriuat affectum.) Qui autem in alterius ſe poteſtatem dedit, hic ciuilem quamdam mortem ſubijſſe exiſtimatur. Vt enim cadauer alieno arbitratu, alieno atque externo pulſu mouetur aut trahitur, neque à ſua voluntate quidquam habet. Sic etiam qui amat alieno

Vxor fidelis non zelanda.

Dura ſicut infernus æmulatio. Cant. 8. v. 6.

Amoris potentia forſitan eſt enim vt mors. Sanchez.

regitur

regitur ductu, neque aliud habet à voluntate sua, nisi quod eam prorsus alligauit alienæ, cui vbi satisfecerit etiam in arduis, suæ voluntati abunde satisfactum putet: hic vero status, aut quædam mors est, aut certe viuum quoddam veræ mortis simulachrum. cum autem hæc amoris subiectio deficit, regnat in corde amantis æmulatio, quæ dura sicut infernus est. nam dolor, qui ex zelotypia nascitur implacabilis est sicut damnatorum gehenna, vel carcer. *Lampades eius*, &c. id est zeli, vel æmulationis, quia diuinus sponsus, quanti faciat sponsam ostendit: cui dolor accideret quasi ab ardentibus carbonibus, imo quasi ab inferni flamma, si amorem suum ad alienum inflecteret; tum vt tantus dolor extori violatione susceptus sponsam deterreat, ne eius, à quo & honorem consecuta est, & quod viuat habet, officium contemnat; & fidem prodat. Vide nostrum Salazar ad id Prouer.6.v.34. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ*, &c.

Dolor zelotypus implacabilis est.

Salazar. Prou. 6. v.34.

3\. *Si in lege statuitur lex pro zelotypis, cur hic zelotypiam prohibet auctor.*

Ergo, si in veteri lege statuitur lex pro zelotypis, vt videre est, Num.5. à versu 11. vsque ad 31. quam legem Philo Jud. explicat, in lib. de specialibus legibus. Quare in præsentiarum Ecclesiasticus prohibet zelari vxorem, cum zelus aliquando ex vero amore oriatur? Dixit enim D.Hieronym.tom.7. in Psal.140. super id: *Corripiat me iustus. vir zelat vxorem suam quando eam diligit; si autem non zelat, odit eam*, &c. Respondeo 1. egisse auctorem de nimio amore mariti erga vxorem. sic explicat hunc locum Hugo Cardin. & ait: dicitur autem zelotypia nimius amor viri in vxorem, propter quod non potest sustinere, vt alij misceantur ei, vel colloquantur, & sic zelotypus dicitur nimius, vel vehemens amator vxoris. Hic nimius amor zelotypiam generat, & sicut amor à Domino prohibetur quia inordinatus atque peruersus est; sic etiam zelotypia ex eo, procedens. ideò D. August. teste Hugone, inquit: *vehemens amator vxoris adulter est.* sicut adulterum esse prohibitum est, sic etiam zelotypum esse.

Philo. D. Hieron. Hugo. *Zelotypia est nimius amor.* D. August.

Vxor impudica frustra zelatur. Laur. Abst.

2\. Quia si vxor impudica est, frustra zelatur; nullus enim ad malum adulterij vitandum potens est. Optime probat hanc veritatem fabella illa, quam nobis obtulit Laur. Abstemius; vir zelotypus (inquit) vxorem, quam parum pudice viuere compererat, cuidam amico, cui plurimum fidebat, dederat custodiendam ingentem pollicitus pecuniam si eam ita diligenter obseruaret, vt nullo modo coniugalem violaret copulam. At ille vbi aliquot dies expertus, custodiam hanc nimis difficilem, & ingenium suũ versutia mulieris vinci comperisset, ad maritum accedẽs dixit, se amplius nolle hanc tam duram gerere prouinciam: quandoquidem ne Argus quidem qui totus oculeus fuit, mulierem inuitam possit custodire. Addidit præterea, si necesse sit malle se anno integro saccum plenum pulicibus quotidie in pratum deferre, solutoque sacco, eos inter herbas pascere, vespereque facto omnes domum reducere, quam vna die impudicam mulierem seruare. Quæ fabula indicat nullos custodes esse tam diligentes, qui impudicas mulieres valeant custodire.

Custodia vxoris difficillima est.

Si igitur custodia vxoris ita difficilis est, vt quid zelanda? frustra faciunt qui ita vxores asseruari faciunt, tum quia impossibile est illas, nisi velint, ita custodiri, quin peccent, illudantque & fallant maritos, & custodes, strophis ac dolis muliebribus: tum quia natura comparatum est, vt in ea magis nitantur, quæ vetita sunt; tum denique quod id adulteros magis inuitat, prouocat, ac veluti impellit ad expugnandam mulierum custoditarum pudicitiam, in quo omnes artes ac machinas adhibent. Ideò dixit D.Hieronym. ex Theophasto lib. 1. contra Jouinia, circa finem: *Verum quid prodest etiam diligens custodia, cum vxor seruari impudica non possit, pudica non debeat.* subditque: *illa pudica dicenda est cui licet peccare si velit.* Hinc Ouidius lib.3. Epist. eleg.4.

D.Hieron. Ouidius.

Dure vir imposito teneræ custode puellæ,
Nil agis: ingenio quæque tuenda suo est.
Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est:
Quæ quia non liceat, non facit, illa facit.
Vt iam seruaris bene corpus, adultera mens est:
Nec custodiri, ni velit vlla potest.
Nec mentem seruare potest, licet omnia claudas
Omnibus exclusis intus adulter erit.
Cui peccare licet peccat minus, ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Desine, crede mihi vitia imitare verando.
Centum fronte oculos, centum ceruice gerebat
Argus: & hos omnes sæpe fefellit amor.

Vxor casta non custodienda.

Cuiusdam artem viri capiendi cum in adulterio tantum non aperte comprehensa fuisset refert & celebrat Aristenætus lib.1. Epist. 5. sub nomine Alciphrontis ad Lucianum. itaque siue pudica sit, siue impudica frustra zelatur.

Aristenætus

Respondeo 3. ad intentum, quia zelus morbus est, & se habentem vehementer cruciat. Sic dixit D.Chrysost. lib. de virgin. *Morbus est & non tristitiam solum, sed iram intollerabilẽ ingenerare solet*, & paulo ante: *Cum vero eo furore corripitur, nihilominus afficitur, quam qui à dæmonibus agitantur, aut mente capiuntur, adeò continenter effertur, insultat, & stomachatur omnibus inobuium omnino, & innocentissimum quemque semper exercet iracundiam*, &c. 4.

Zelus morbus est, & se habentem valde cruciat. D.Chrysost. Prou.27. v.4.

Dixit enim Salomon Prou.27.v.4. *& impetum concitati spiritus ferre quis poterit?* LXX. *Crudelis indignatio & acuta ira, sed nihil sustinet zelus.* q. d. ira crudelis est, atque immanis, furor item velut quædam inundatio ex alluuione excrescens, vehementius incumbit; sed in his ira & furor zelotypiæ facile cedunt. nam zelotypia longe crudelior & immanior est, quam ira, quippe quæ omnem miserescendi ignorat rationem.

Vt ergo à tam graue calamitate & intolerabili morbo liberetur vir, hoc illi consilium præbet Ecclesiasticus. præcipue quia non tam loquitur de illis, qui suspicionibus apparentibus torquentur, quibus illicitum non est vxores non pudicas zelare, & diligenter custodire, non tantum propter conceptum dolorem violationis tori, quam propter zelum vitandi peccatum. Sed meo iudicio loquitur Ecclesiasticus cum illis, qui fidelibus vxoribus potiuntur. vt in verbis sequentibus ostendit, dicens: *Mulierem sinus tui*, id est, illam, quæ fidelis est. Quam si amoris zelo terrauerit, non detegat zelum suum, ne sequatur inconueniens, quod in vltimo hemistichio proponit.

Quomodo liberetur homo à furore zelotypiæ.

Illustratio secunda

5\. *Non zeles mulierem sinus tui.* id est, vxorem quam diligis, & in sinu tuo foues noli amore zelotypo diligere, ita vt metuas te minus amari, ab ea, & iam ab alijs amari ea enim res, inquit Iansenius, præterquam quod ipsi marito sit admodum molesta, dum in animo suo varijs torquetur, suspicionibus, & amoris ardore exagitatur; etiam molestiam magnam adfert vxori, quæ grauatur suspicionibus, & de fide suspectam se dolet, & à marito arctius quam par est, custoditur. Vnde non sicut petit maritus, crescit in ea erga maritum amor, sed decrescit, & periculum ab ea marito imminet.

Vxor dilecta vocatur mulier sinus sponsi. Iansenius.

Quare vxor dicitur dormire in sinu mariti. 2.Reg.12. v.3.

Sed notandum est illud verbum, *sinus tui*, quod designat vxorem, quæ dormire dicitur in sinu mariti. vt varijs comprobatur exemplis. Præcipuum est quod fertur 2.Reg.12.v.3. vbi Nathan proposuit Dauid parabolam ouis, vt declararet peccatum adulterij; quod ipse aduersus Vriam commiserat, eius torum violando. Inter alia, inquit: *Pauper autem* (id est Vrias) *nihil habebat omnino præter ouem vnam* (Bethsabee) *paruulam, quam emerat, & nutrierat, & creuerat apud eum cum filijs eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia.* Pende *in sinu illius, & esse sicut filiam.* Quæ duo maximum erga vxorem amorem manifestant; in sinu enim dormire significat fauorem & protectionem mariti erga vxorem, & potius denotat ardentem amorem cordis sui fouendo illam in sinu suo, sicut cum sponsa ardentissimum erga sponsum amorem ostentare voluit, dixit Cant. 1. v.13. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commemorabitur*, id est, in sinu meo fouebo illum ardenter amando sicut dilectum sponsum. Videt Deut.13.v.6. & 28.v.54. & quod esse in sinu significet protectionem, probatur ex eo Luc.16.v.20.23. vbi dicitur Lazarum portatum esse ab Angelis & visum esse à diuite auaro in sinu Abrahæ, in quo fouebatur pauper & protegebatur amicè.

In sinu mariti dormire significat fauorem & protectionem eius & amorem. Cant 1.v.13

Vxor est sicut filia mariti propter amorem. Ierem.3.v.4

Tandem illud *sicut filia* denotat etiam ardentem amorem mariti erga vxorem, & confirmat illud Jerem.3.v.4. vbi Deus contentus & placatus ostenditur à populo Jsraëlitico, cui aliquando desponderat, sub ea conditione, vt eum spõsa vocaret patrem & sponsum, dicens: *Ergo saltem à modo vocat me. Pater meus, & dux virginitatis meæ tu es.* est enim sponsa sicut filia mariti, quam in signum amoris maximi in sinu fouet. nam vt parens filijs ostendat amorem, illos in sinu suscipiunt. vt dicitur Noëmi fecisse cum filio nurus suæ Ruth cap.4.v.16. *Susceptumque Noëmi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio.* Sic dicitur de Deo Ose. 11.v.3. erga Ephraim: *& ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis.* Ergo cum sinus nomine significetur amor, quo maritus prosequitur vxorem. cum ait Ecclesiasticus; *Non zeles mulierem sinus tui*, non solum ostendit illam esse vxorem dilectam & in delicijs habitam. [*Nihil enim* [inquit D. Hieron. tom.4. in cap.24. Ezech.] *viro vxore bona amabilius, quæ à Deo homini prouidetur*, &c.] sed enuntiat etiam eius erga maritum fidelitatem, & reciprocum amorem. & est rationi dissonum dilectam, & fidelem vxorem à marito zelari, reddente amorem zelotypum pro amore sincero & fideli. q.d. *Si te quiere bien tu muger, y sabes que te güarda se altad, y tu la quieres bien, no la zeles.* iniquum est enim parpari non referre, & ille minime refert, qui amorem & fidelitatem vxoris reddit amores zelotypo, &c.

Ruth 4.v.16 Ose.11 v.3. *Sinus nomine significatur amor.* D. Hieron.

Illustratio tertia.

6\. *Ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.* Duplicem sensum huius hemistichij reddit Palacius, scilicet, ne illa tædio zeli tui, artem machinetur, qua adulterium committat. Hoc modo ostendet malitiam artis suæ. quæ enim mala fœmina esse vult, artes excogitat, quas nemo credidisset. Forsam per doctrinam nequam intelligit artem veneficam, & incantationes, quas fœminæ zelo virorum afflictæ sibi contra maritos quærunt; Vtramque explicationem amplectitur Jansenius. Secundam sequitur Hugo, & approbat Dionysius. Ergo quod non machinabitur, & committet irritata vxor? illa enim est origo malorum, nec non & mare, vt dixit ille alius: *Æquor est ingens malorum in scelesta fœminæ*; & cum irritatur à viro zelotypo excitatur ad pudicitiam prostituendam. Sic Petrarcha de ciuit. dial. 12. cum dixisset: *coniugalis mihi fides frangitur.* Respõdet: *Vide ne tu hanc alijs non maritis tantum, sed vxore tuæ fregeris. Nam sunt qui ab vxore exigunt quod non præstant, qui lasciuiam suam titulo vrbanitatis excusent, alienum vt grauissimum scelus seuerissime punientes, qui cuncta sibi cum permiserint, cuncta alijs negent. Tametsi obsequi plusculum fidei, nihil plus tua tibi coniux debeat, quam tu sibi. Par debitum, æquus amor, mutua coniugij fides est. Non excuso vxores, viros arguo, primamque illis culpæ partem tribuo. Per sæpe enim vxori dux, atque exemplum lasciuiæ vir fuit, & inde mali præcessit initium*, &c. Vnde constat maritorum exemplo vxores zelotypia concitatas artem machinare, qua adulterium committant. Sic ait Tiraquel. de lege connub.13.num.36. loquens de maritis; ne vxores impudicas faciant & aduerteras. Vicariã enim suæ voluptuariæ palestræ venereæ, suique mellitissimi pabuli, ferre fœmina nec potest, nec vult: & si eo frustratam vel tantillum sentiat, aliunde sibi de compensatione prouidet: tunc ne quid sibi de iusto & legitimo concubitu depereat: sed acceptam ex viri adulterio iacturam satiat: tum item vt se vlciscatur, & parpari referat. Probat ex Nasone. Sed Homerus hoc comprobat, cum introducit Clytemnestram loquentem cum Agamenone:

Palacius. *Ars doctrina nequam est venefitia & incantationes* Iansenius. Hugo. Dionys. *Scelesta fœmina origo malorum.* Petrarcha. *Exemplum viri luxuriosi, docet vxorem luxuriam.* Tiraquel. *Maritum adulterum ferre vxor non potest.* Homerus.

Stultæ quidem sumus mulieres, non nego.
Cum autem insito hoc animis peccat maritus
Fastidiens connubia, imitari vult
Mulier virum, & alium parare amagium.

7\. Hinc est quod Vlpianus Juris consultus in L. si vxor. §. iudex D. de adulterio, eleganter præcipit in nimine adulterij inquirendum an maritus pudice viuens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. *Per iniquum enim*, inquit. *esse videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat.* Quæ verba assumpta sunt ex L. quapiam Antonini imperatoris, quam citauit D. August. in lib. 2. de adult. coniug. & in C. si dicturi 32.q.6. ipse August. monet, vt quales volumus vxores nostras inuenire, & ipsæ nos inueniant: & si intactam quærimus, intacti simus. Sic dixit D. Hieronym. tom.8. in Ep. ad Ephes. cap.5. *Quales vxores cupiunt inuenire, tales exhibeant se vxoribus.* Huc allusit Iob cap.31.v.9. cum dixit: *Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium, amici mei insidiatus sum. Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur.* Super quæ D. Gregor. lib.21. Moral. cap.9. *& quia plerumque*, inquit, *hoc quod faciendo non perpendimus, quam graue sit, patiendo pensamus, eiusdem vim facinoris, quod se pati, si reus sit.*

Vlpianus. *In adulterio fœmina inquirendum an maritus male viuat.* D. August. D. Hieron. *Quales volumus vxores inuenire, ipsæ nos inueniant.* Iob 31. v.9. D. Gregor.

de

denuntiat exprimendo manifestat dicens: *Hoc enim nefas est & iniquitas maxima, ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Quare Æsopus apud Planudem ita Ennium filium monet: *Semper vxori tuæ adhære, ne alterius viri periculum velit facere,* Et huc pertinet illud Oseæ 4. v.14. *Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meritricibus conuersabantur,* &c. Tamquam scilicet quodadmodo excusentur mulieres adulteræ ob virorum suorum adulteria. q. d. Neque mirum si vxores ac filiæ venereis se voluptatibus tradant, cum domestica habeant exempla in maritis ac patribus, qui dum sacris operantur gentilicis, non solum cum meritricibus aduersam, sed etiam cum effœminatis auersam libidinem exercerent. Quid ergo mirũ si viri cum meritricibus corpora misceant, idem etiam audeant in occulto fœminæ, quarum minor est constantia, neque minor in venerem ardor & pronitas. Ergo non zeles vxorem, ne illa tædio zeli tui artem machinetur, qua adulterium committat, & præcipue cum te viderit fidem matrimonij frangere, &c.

Æsopus.

Oseæ 4. v.14.

Excusantur adulteræ ob virorum suorum adulteria.

Illustratio quarta.

8. Ianseníus. *Artem veneficam fœminæ discunt à vetulis.*

NE ostendat *super te malitiam doctrinæ nequam.* Magis placet Iansenio alia interpretatio, quæ per doctrinam intelligit artem veneficam & incantationes, quas fœminæ à vetulis doctæ contra maritos quærunt. vt sit sensus: Ne irritata exerceat contra te artificium muliebre nequam edocta ab improbis, nam cum certum sit nihil mala muliere neque peius, neque grauius. vt dixit Seneca in Hypolito vers. 556.

Seneca.

Sed dux malorum fœmina, & scelerum artifex
obsedit animos, &c.

Euripides autem in Medea:

Euripides.

Γυναῖκες εἰς μὲν ἦθος ἀμηχανώτατοι
Κακῶν τ' πέντων τέκτονες σοφώτατοι,

Id est mulieres ad bona quædam ineptissimæ, Malorum verò omnium artifices peritissimæ. Nihil mirum si edocta simul à vetulis improbis, quæ veneficijs student, ipsa à marito irritata venenis & veneficijs vtatur ad vindictam, &c. Solent enim vt de maritis vindicentur applicare venena, & veneficijs vt, quibus viris perniciem afferant.

Fœminæ sunt ad veneficia procliuiores.

Fœminas esse suapte natura ad maleficium veneficiumque viris procliuiores, docet Quintilian. lib. 5. Oratoriarum institut. tit. de argument. *Latrocinium,* inquit, *facilius in viro, veneficium in fœmina creditur.* Quod quam vere dicat, liquido ex eo apparet, quod fœminæ quam mares, prius aconita inuenisse dicuntur. Refert enim Diodorus li.5. de Antiquorum gestis, Hecatem fœminam omnium primum aconitum inuenisse, & ad venena mortifera conficienda summum studium operamque impendisse. Quin & apud Romanos fœminæ veneficijs primum vsæ sunt, vt testes sunt veriss imi. Liuius lib.8. & Valer. lib. 2. tit. de institutis antiquis D. August. lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 17. Plinius autem lib. 25. cap. 2. scribit, *scientiam fœminarum in veneficijs præualere. Certe quid* (subdit) *non repleuere fabulis Colchis Medea, alizque in primis icalacircæ, dijs etiam adscripta?* lege vlterius de Elena, &c. Hinc dixit Euripides in Ioue:

Quintil.

Fœminæ prius aconita quã mares inuenisse.

Diodor.

Liuius.

Val. Max.

D. August.

Plinius.

Euripides.

Quod cadès iam veneficiorum lætalium
Mulieres inuenerunt, viris perniciem adferentes,

Hoc iam interdixerat Deus in veteri lege Exod. 22. v. 18. cum dixit: *Maleficos non patieris viuere.* quod & repetitur in §. hinc apparet. 23. q. 5. quasi non secus sint in ea re puniendi mares ac fœminæ. Jdeò in originali Hebræo fœminarum tantum fit mentio, vt legit, Pagninus: *Maleficam non sines viuere.* Montanus: *præstigiatricem non vinificabis.* à verbo enim כָּשַׁף *casaph*, quod est incantare, maleficijs vti, maleficum esse, oritur *ciseph.* veneficus, seu maleficus. in plurali, מְכַשְּׁפִים *Mechasephim*, & in genere fœmineo מְכַשֵּׁפָה *Mechasepha*, vt Exod. 22. v. 18. vbi ait Legicon Complutensium, quod in Hebræo ponitur in genere fœmenino, & in numero singulari, scilicet maleficam. & dicunt Hebræi quod ideò ponitur in prædicto loco in genere fœminino, quia illud genus maleficij crebrius reperitur in fœmina, quam in viro. & inde *Chesapim*, id est, maleficia, seu veneficia. vt 4. Reg. 9. v. 22. *Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent,* & Nahum. 3. v. 4. *Propter multitudinem fornicationum meritricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis.* Non solum enim meritrices formam sibi à scito medicamento conciliant, sed etiam ad hæc magicas adhibent artes, & veneficia, quæ philtra quædam sunt, & à veneris furta irritamenta maxima. Cum autem irritantur à maritis zelotypo amore, machinantur insidias & aliquando intentant mortem. Vt Euripides dixit apud Stobæum, serm. 70.

9. *Malefici in lege vetiti interdicti.* Exod. 22. v. 18.

Genus maleficij crebrius reperitur in fœmina quã in viro.

4. Reg. 9. v. 22.

Nah. 3. v. 4.

Stobæus.

Nunc ducite vxores, ducite inquam, & mortem obite
Mulierum, aut veneno, aut fraude.

Ergo cum præcipit Ecclesiasticus non zelare vxores, quæ in sinu fouentur, reddit rationem: *Ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam.* hæ enim quærunt veneficas & maleficas fœminas, quales sunt vetulæ, quæ solent homines veneficijs inficere, vt suis maleficis artibus maritos zelotypos deuinciant, & sensu stupidos & plumbeos reddant in vindictam zelotypiæ, qua ipsæ torquentur. facile enim hac arte eruditur, & malitia doctrinę nequam, qualis est beneficium, vel incantatio ad se vindicandum vtuntur. Quare mariti ab amore zelotypo abstinere debent, ne damna hæc in pernitiem suam experiantur. Sic Menander apud Lucianum:

Fœmina arte veneficâ vtuntur ut se vindicent.

Ducit aliquis coniugem?
Clam ducit & quodadmodo oblitus sui,
Nam cupiditates mox sequuntur plurimæ,
Toroque adulter nuptialis subsidens.
Illudit: hinc nascuntur insidiæ & metus,
Et temperata toxico mala pocula.
Morbique varij, atque omnium grauissima
Inuidia, cum qua mulier omne æuum exigit.

Tandem Drusius ex Græco legit: *Neve doceas contra te ipsum disciplinam, vel doctrinam malam.* Quo significatur [inquit Jansen.] virum zelotypum suo exemplo male docere vxorem suam, vt & ipsa vicissim sua zelotypia viro suo molesta sit. q. d. ne ipsa vicissim in te ostendat malitiam pessimæ illius disciplinæ, quam edocta est ex tuo exemplo. Quod maximum est inconueniens cum mulierum zelotypia ipsis sæpe valde exitiosa. adeò enim feruntur in id, vitiũ præcipites, vt plerũq; sæuiant in maritos, liberos atq; adeò in se ipsas. Ferunt enim Cyanippum Thessalum cum vxorem duxisset Leuconoam propter venandi studium in Syluis plerumque degere solitum.

10. Iansen *Vir suæ zelotypia molestã reddit vxorem.*

litum. Noua autem nupta suspicans ipsum cũ alia muliere cõuersari, secuta est ipsius vestigia, & occultata sub quodam fruticeto euentũ expectabat. Ramis vero motis repente canes indagatores accurrerunt, ipsamq; morsibus instar belluę dilaniarunt. Cyanippus autẽ id tam insperatum intuens, se ipsum quoq; trucidauit. Sic Sostratus lib. 4. de venatione, & Plutarch. & alij. Ex parte similẽ huitum refert Ouid. lib. 3. de arte, vbi Procrin ait, de cephalo coniuge ac aura [quam pellicẽ putabat]

Fœmina zelotypa à viro casu interfecta. Sostratus. Plutarch.

suspectam siluas, vbi ipse desidebat fatigatus venatione petijsse, tum ipsum solum conspicata falsam, se auræ nomine aduertens dum ad ipsum accurrit, is feram ratus arcu sagittam ciaculatus cõiugis pectus transfixit, addixitque neci insciũs, & inuitus. Cum hæc & alia damna ex zelotypia sequantur, non debet homo zelare mulierem, ne edocta nõ solum à vetulis veneficis damnum ipsi inferat, sed edocta à viro suo exemplo zelotypo furore sæuiat præceps in maritum & in se ipsam.

VERS. II.

Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, & confundaris.

Sensus.

NOn des, &c. q.d. Non solum debes ab amore inordinato erga vxorem abstinere, ne incidas in zelotypiam, quæ maxima est ægritudo, sed etiam fugere animi torporem, ne sinas vxorem tibi dominari, & imperium obtinere. ne igitur vxori præbeas potestatem in animam tuam, id est, ne in eius potestatem, voluntate, & animam redigas, &c. eam tibi dominari permittas. vt fortior te sit, & potestatem tuam excedat, tecumque conuersetur vt domina, vsurpans sibi quod est mariti, qui est constitutus caput mulieris: quia sic merito confunderis apud homines tamquam effœminatus, cum ordinem inuerti facile patiaris, &c.

Nec tamẽ se tyrannos nec dominos, sed maritos præstãto

Q.d. ne sinunto vt vxores dominentur vobis, nec æquari; vos enim Domini estis & mariti, ipsę vero debẽt se vestræ potestati subijcere, & dicto vestro audientes esse; vt imperatis obediant, &c. & licet Domini sitis, hoc est, imperium obtineatis, sed nõ tam Dominos, quam maritos erga vxores vestras vos exhibeatis. Hinc est quod antiqui animo sperner entur vxores diuites ducere: timebant enim illas ipsis dominari, cum Aristot. li. 8. Ethic. c. 10. dixisset: *viri autem & vxoris societas similis est optimatũ potestati: pro dignitate namque, vir præsidet, & in ijs, quæ vir societas virum oportet. Quæ vero vxori accommodãtur, hæc illi tribuit. Quod si in omnibus vir dominetur, in paucorum potestate mutatur: præter dignitatem enim hoc facit, & non ratione, qua præstabilior est.* subdit statim: *Interdũ autem dominantur vxores ob amplitudinẽ patrimonij.* Quẽ imitatus est Plutarc. cum de liberis educ. lib. dixit: *Eas autem despondere filijs vxores cõuenient, quæ nec multo nobiliores, nec ditiores sint. Sapientia vtique refertum est prouerbium: æqualem tibi mulierem inquire, nam qui se ipsis longe ampliores capiunt vxores, non earum maritos, verum dotis mancipia fecisse se nesciunt.* Cui finitimum est, quod demenætus senex Plautinus in Asinaria dolenter pronuntiat:

Aristot. *Viri & vxoris potestati similis optimatum potestati.*

Plutarchus.

Plautus.

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Menander apud Stobæum, serm. 67. dixit:

Mulieres non debent esse nec ditiores, nec nobiliores maritis. Stobæus.

Si quis pauper nuptias instituerit,
Et allatas ab vxore pecunias acceperit,
Hic dat se ipsum, non illam ducit.

Sed melius idem apud eumdem serm. 70.

Quicumq; nuptias aut genere præstantiores contrahunt,
Aut multarum opum gratia: vxorem ducere nesciunt.
Vxor enim imperans domi
Subijcit maritum, ita vt amplius non sit liber.

Huc quoq; vergit quod non semel apud Nonium Marcellũ Titinnius seu Ticinius poëta antiquissimus in Prælio, ait: *verum enim dotibus deliniti vltro,* 12. *Vxor locuples etiam vxoribus ancillantur,* id est, seruiunt. Ad quam itẽ sententiam referendum est illud epigrãmatarij poëtæ, ad Prisc um lib. 8. depromptum ex Menãd.

ducenda non est. Titinnius. Martialis.

Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? vxori nubere nolo meæ.

Dicit nubere virũ vxori locupleti; quoniã nubere proprie priuatimq; feminarũ est, sicut ducere virorum. Apud D. Hieron. to. 9. Valer. Rufino inter alia inquit: *Hi norunt quod flos veneris rosa est, quia sub eius purpura multi latent aculei. Metellus Mario respondit, cum eius filiam dote diuitem, forma nobilem, genere clarã, fama fœlicẽ ducere noluit. Malo meus esse quam suus. Cui Maius imo ipsa tua erit. At ille imo virũ oportet vxoris esse. Logicũ est enim, talia erũt subiecta, qualia præmiserint prædicata.* Cõfirmat elegãter D. Ambr. lib. 1. de Abrah. c. 2. *Qui suauitatem,* inquit, *quærit coniugij non superiorẽ consu ambiat, non monilibus ornatã, sed moribus. offendit plerumque virum si se vxor nobiliorẽ nouerit. Hæc prox. ma superbia sunt. Sara non facultatibus ditior, non genere splẽdidior*

D. Hieron. *Qui suauitatem quærit coniugij, &c.*

Mulier debet esse hominis, potestati subiecta. Gen 3. v. 16 1. Cor. 14. v. 34

Subsantia & fortitudo mulieribus non danda. Prou. 31. v. 3

Mariti non Domini sed mariti debẽt esse.

didior erat: ideò virum imparē non putabat, ideoque quasi parem gratiam diligebat: ideò non censu est retenda, non parentibus, non propinquis, sed virum proprium quocumq; pergeret sequebatur, &c. Idem D. Hieron. in Epist.

D. Hieron.

Marcellæ ad Principiam taxat viduas, quæ sibi pauperes maritos diligunt, quibus imperet, vt nomen tantum virorum habere videantur, qui patienter riuales, sustineant, si mussitauerint illico proijciēdi. Artemidorus Daldianus lib. 2. de somniorum interpretatione. c. 31. *Si quis*, inquit, *argenteis armis pugilatum decertet, vxorē ducet mediocriter opulentam, fidelem, & domum custodientē, & viro obedientem. Si vero quis contra secutorem pugnet, formosam quidem ducet vxorem & opulentam verum fastidiosum propter opes, & ob id virum contemnentem, & malorū causam futuram.* Quare hoc sanxit quinta lex connub.

Artemidor. — *Prudens ducit vxorem moribus ornatam.*

Vxores æquales, aut inferiores genere, & opibus ducunto.
Superiorum connubia omnino fugiunto.
Nec tamē propterea vxorū nobiliū matrimonia deuitāto.

Ex quo sequitur illud incommodum, quod attigit D. Chrysost. to. 2. lib. 74. in c. 23. Matth. *Quid enim amarius*, inquit, *his diuitijs? quid molestius hac rerum facultate? quid turpius quam inde ita insignem fieri, vt ab omnibus dicatur: ab vxore ille locuples factus est? intrinsecus enim modo sollicitudines ac molestias ommitto; arrogantiam mulieris atque iactantiam, seruitutē viri, famulorum opprobria, pauper iste dicentium, ac pannosus, ignobilis, & ex ignobilibus. quid enim habuit quando huc venit? nonne vniuersa hæc Dominæ nostræ sunt*, &c. Quod ergo lex connubialis præcipit obseruandū est, vt diuina lex & consilium Ecclesiastici obseruetur, qui ait: *Ne des mulieri potestatem*, &c.

D. Chrysost. — *Nihil molestius quam vxorem diuitem ducere.*

Illustratio secunda.

13\. NE *des mulieri potestatem animæ tuæ*, id est, vxorē tibi dominari ne permittas, vir enim dominās est, & sub eius potestate ex Dei præcepto mulier futura est. Sic dixit D. August. in caput in fi. 33. q. 5. *fœminas viris suis seruire communi lege naturæ*. & in lib. 1. de nuptijs ad Valeriū c. 9. *Nec dubitari*, inquit, *potest naturali iure viros potius fœminis, quam viris fœminas principari*. & in ep. 1. ad Cor. c. 65. ait: *Fœmina viro subiecta est lege naturæ*. Apud Græcos autē commēdatur ille versus Senarius Alexidis in ea fabula, cui titulus est, γυναικοκρατία, citante Athen. lib. 3

Homo vxorē dominari non permittat. — D. August. — Athenæus. — *Natura non sinit præesse fœminam.*

Natura non sinit præesse fœminam.

Et huic quoque rei testimonio sunt bruta animalia, quę veluti id ipsum dictante natura ita viuunt, vt mares imperent fœminis. Nam Plin. loquens de asinis siluestribus lib. 8. c. 30. *Mares*, inquit, *in eo genere singulis fœminarum gregibus imperitant.*

Plinius.

Sed & illud apud celebrantissimos Græcorum populos Lacedemonios obseruatum fuisse coniecto, vt filia tantisper in potestate patris esset, dum cælicem vitam duceret: statim vero quam matrimonio fuisset mancipata, viri subiret potestatem. Huiusce autem rei coniectante ansam prębuit dictum Lacenę à Plutarcho in Apophthegm. Laconicis relatū, quæ cum interrogaretur, an se vitiandum concederet, respondit: *cum puella essem patri parere didici, itaque feci: at mulier facta viro. si igitur me iusta rogat, id primo ipsi faciat manifestum.* At Gen. 24. cum de Rebeccæ nuptijs tractaretur, illa ne vtiquam in consilium admissa est, sed veluti inscia, in vita tamen, verum parentum votis obsecundās ab illis nuptui traditur. at postea quam desponsata fuit de profectionis die à parētibus consulitur: versu 31. ait pater, Labam: *en Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, vt sit vxor filij Domini tui, sicut locutus est Dominus.* Cur ita cito cum nuptui traderetur quasi exempta à patris potestate, vult protinus proficisci, in patriam mariti sui, ad se cum illo copulandam? cum dicatur vocatam esse ad præbendum consensum matrimonij, vers. 58. *cumque vocata venisset, se is citati sunt: vis ire cum homine isto? quæ ait: vadam dimiserunt ergo eam*, &c. Respondeo ex D. Ambros. voluisse Rebeccam in patriam mariti proficisci, quia per matrimonium immunis erat iā & libera à patria potestate, & mariti potestati & voluntati subijciebatur. vt ergo ostenderet ipsā iā nuptam esse, & subiectam marito, dixit: *vadam*. & sic dixit Euripides in Danae apud Stobæū ser. 75.

Filia non sub patris sed viri potestate est cum nupta est. — Plutarch. — *Rebecca non cum nuptui traditur consulitur, sed cum profectura est.* — Gen 24. v. 31. — D. Ambros. — *Mulier nupta libera est à patria potestate.* — Stobæus.

Mulier enim egressa paternam domum,
Non amplius parentum est, sed mariti.

14\. Confirmat hoc Quintil. declam. 259. dicens: *Virgo pertinet ad patrem tamen nupta pertinet ad maritum.* & huc pertinet id Pauli Rom. 7. v. 2. *Nam quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi; si autem mortuus fuerit vir eius soluta est à lege viri.* Tò *sub viro est*, denotat subiectionem mulieris. nā in Græco est vnica vox. ὕπανδρος q. d. subuira: nam vxor hoc ipso quod legi matrimoniali, etiam marito, quamdiu is viuit, alligata est. confirmat illud, *soluta est à lege viri*, scilicet à lege matrimonij, qua sub viri potestate mulier tenebatur. potest etiā verti; *à lege viro*; quia lex matrimonialis est quasi legalis vxoris maritus, sicut vicissim maritus vxori est quasi lex viua

Quintil. — *Virgo pertinet ad patrē sed nupta ad maritum.* — Rom. 7. v. 2.

Hinc est quod vxores viros Dominos vocare debent. vt D. Ignat. in Epist. quā ad Antiochenses scripsit: *Mulieres, ait, honorificent viros suos, sicut carnē suam, & non audeant eos proprio nomine vocare.* Sed quonā nomine, inquies, illos vocabunt? id certe nos docet Sarā, quæ de Abraham viro loquens: *Dominus*, inquit, *meus vetulus est.* Gen. 18. v. 12. & 1. Pet. 3. v. 6. Quare Dominum maritum vocat, cum lege 8. cōnubiali, vt diximus, sancitum sit maritos non Dominos esse, sed maritos, id est, socios & adiunctos? Respondeo, maritos debere in mulieres nō se præbere imperiosos Dominos, sed maritos; at vxores debēt illos vt dominos & superiores reuereri. & sicut illa domina est domus suę, ita & maritos, vt ex lege antiqua Romuli constat, quæ huius modi erat: *Mulier viro legitime coniuncta fortunarum, & sacrorum socia illi esto: vtq; domus ille Dominus, ita hæc domina*, cuius legis meminit Dionys. Halicarn. lib. 2. Romanarum antiquitatū. Cum ego maritus Dominus domus iure vocetur, hanc dominantem viri sui potestatem Sara cognoscens, non veretur maritum dominū vocare. Ita aduertit D. Hieron. tom. 6. Ephes. 5. explicans id Pauli: *Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino.* Sic inquit D. Chrysost. tom. 4. hom. 26. n. 1. ad Cor. *& Priscæ mulieres maritos suos Dominos vocabant.* quin & Bersabee Dauid maritum Dominum vocat, & se ancillam illius 3. Regum. 1. v. 12. quibus & adstipulatur illud Virgilianum lib. 4. Æneid.

Vxores viros domos dominos vocare debent. — D. Ignat. — Gen. 18. v. 12. — *Mariti non debent se præbere imperiosos dominos erga vxores.* — Dionys. Halicarn. — *Sara maritum Dominum vocauit.* — D. Hieron. — D. Chrysost. — Virgilius.

Connubia nostra
Repulit, ac Dominum Æneam in regna recepit.

Ex quibus constat viros superiores esse, & vxoribus debere dominari. vt prima lege cōnubiali sancitum est: *viri vxoribus imperāto, vxores viris obediunto.* Quod confirmat Plutarchus in præceptis connubia, aiens: *Imperare autem maritus mulieri debet, non vt Dominus rei, quam possidet, sed vt animus corpori, ijsdem affectibus obnoxius, & beneuolētia deuinctus: vt autem animi est curam corporis gerere, non tamen voluptatibus eius inseruire ac cupiditatibus: Ita latum esse debet & officiosum mariti imperium.* Quare monet Ecclesiasticus, vt vir non det mulieri potestatem animæ suæ, id est, non permittas tibi vxorē dominari, & domui tamquam potestatem habentē præesse, sed semper sit vxor sub viri potestate. *anima* pro voluntate ponitur, hoc est, ne tuam voluntatem vxoris voluntati subijcias.

Viri superiores sunt vxoribus.

Illu-

Illustratio tertia.

15\. NE *ingrediatur in virtutem tuam, & confundaris.* Tò. *confundaris*. in Græco originali desideratur, additum est autem à vulgato vt causę effectum exprimeret. q. d. ne potestatē tuam excedens tecum conuersetur vt Domina, omnia faciens auctoritate, quæ tibi potius in illam cōpetit, vsurpans sibi quod est mariti, qui à Deo constitutus est caput mulieris, cui præceptum est, vt sit sub viri potestate: sicq; tu merito confundaris apud homines tamquam effœminatus, & quia pateris naturæ ordinem inuerti & immutari. Sic Iansen. At Palacius duplex periculum designat ex inuerso ordine, scilicet, mulierem dominari. prius, inquit, quod tuam virtutem & facultates stulte exhauriat; ac ita in ignominiam incurras. posterius, quod etsi non exhauriat, tamen ignominia est, quod illa maior sit te. Id enim significat illam *ingressam in virtutem tuam.* Aliter Hugo: id est, ne emolliat cor tuum, vt auferat virtutem tuam. Sic etiam Dionys. Licet ipse aliam Iansenij sequi videatur, sicut & Lyra.

Qui dat potestatem animæ suæ vxori, effœminatus confundetur. — Iansenius. — Palacius. — *Vxor dominans exhaurit facultatē mariti.* — Hugo. — Dionys. — Lyra.

Quæ interpretatio comprobatur exemplo Sāsonis, qui potestatem animę suę Dalilę tradidit, & postquā cor suum fœmineis blanditijs molliuit, & mulsit, ingressa est in virtutem suam, & conculcauit eam. & *pessundedit potestatem suam*; (vt Tygur. transtulit) sicq; *confusus*, & ludificatus interijt. Probat hoc testimonium S. Ephræm. to. 1. serm. ad improbas mulieres: *Tantæ*, inquit, *sanctitatis, pulchritudinis, & fortitudinis virum propria mulier deturbauit, & velut hostem vinctum in alienigenarū manus tradidit: & cui neque leones, neque alienigenæ resistere quibant, hunc propria coniux deiecit.* Pende verba *deturbauit*, & *deiecit*, quę verba verbis trāslationum respondent. Tygur. legit; *vt pessundet potestatem tuam*, Camerar. *vt calcet illa animum tuum. Ascēdit* enim Dalila vxor *super animam* suam, vt complutēses transferunt, & inde prouenit quod ipse Sirach dixit secundum alias lectiones, scilicet, vt pessundaret potestatem suam, & *animam suam calcaret*. quod idem est ac illud: *propria mulier deturbauit, propria coniux deiecit.* Confirmat hoc D. Chrysost. ho. 17. ex varijs in Matth. dicens: *Vxor sua sicut inimicum decipiens, alligans Allophylis tradidit.* & postea: *sub dola irrepsit in præcordia mariti*, &c.

Samson confusus & ludificatus interijt. — D. Ephræm. — *Dalila ascēdit super animam Samsonis.* — D. Chrysost.

16\. Nota illud, *confundaris*, secundum explicationē Iansenij. nam qui vxoribus subijciuntur, & ab eis dominari patiuntur, effœminati sunt miseri, & gallinacei. Cum enim ex D. Hieronymi imo D. Pauli ad Ephes. 5. v. 33. [*vxor autem timeat virum suum*) sententia, vxores diligere, nō autem timere, ab illis vero diligi & timeri debent: sunt tamē adeò miseri & gallinacei [ita enim loquitur] vt non audeant inuitis sibi, vxoribus extrahere *saraballa*, vt ipse ait, ideò Isaias in maximū Iudeorum vituperium scribit c. 3. v. 12. aiens: *& mulieres dominatæ sunt eis.* Quod confirmat Democritus citatus à Stobæo serm. 72. maximus philosophus, idemque & martyr. c. 39. locorum communiū; dicēs; id est, *à muliere dominari summum est viro dedecus.* Adde etiam, & seruitus summa. Quādoquidem *mulier si primatum habeat, contraria est viro suo*, Eccles. 25. v. 30. Adde item & summa miseria, nā, vt scribit D. August. in lib. de Catechumenis rudibus, & repetit Beda in 1. ad Cor. 2. *cum fœmina domina dominatur in virum* (quia ingressa est in virtutem suam) *peruersa & misera domus est.* Tandem Plutarchus in præceptis connub. c. 5. inquit: *Quæ malunt stolidis viris imperare, quam parere sapientibus, similis illis sunt quæ ducere potius volunt cæcos, quam intelligentia visuque præditos sequi.* ex quibus illud cōfiteri necesse est, vt si huiuscemodi viri vxorum imperiò parentes, cæteris sunt contemptui, & vxores quoque eorum fore contemptibiles. Necesse est ergo etiam cōfiteri, tales viros ignominia & confusione notatos viuere, cum vxores eis dominari patiuntur; quia *ingressæ sunt in virtutem* suam, & *calcauerunt animum* suum.

Iansenius. — *Qui vxori subijcitur effœminatus est.* — Ephes. 5. v. 33. — Isai. 3. v. 12. — Stobæus. — *A muliere dominari summum dedecus & seruitus.* — Eccles. 25. v. 30. — D. August. — Beda. — Plutarch. — *Viri qui dominantur ab vxoribus contemptibiles.*

VERS. III.

Ne respicias mulierem multiuolam, ne forte incidas in laqueos illius.

Sensus.

NE *respicias*, &c. q. d. vt melius vxorem amore prosequi possis, id inprimis tibi obseruandum est, vt laqueos mulieris meritricis longe fugias. quare ex proposito & fixà ne in vagam, instabilemque mulierem oculos intendas, quæ suis nutibus & illecebroso aspectu & ornatu, varios vndique in suum amorem pertrahere conatur: ne forte illā intentè spectando nutu & illecebris oculorum eius comprehendaris. sicq; in laqueos, quos omnibus incautis habet paratos misere incidas, &c.

Notæ.

17\. NE *respicias mulierē multiuolam*. in Græco proprie est: μὴ ὑπάντα γυναικὶ ἑταιριζομένῃ. *Ne occurras mulieri meritrici*. verbū enim ὑπαντάω, vel ὑπαντιάομαι, propie significat obuiam procedere vel occurrere. Cumque is, qui obuiam alicui procedit obuium respiciat. inde est quod vulgatus vertat: *Ne respicias*. q. d. ne oculis tuis meritrici occurrās. Pro *multiuolam*, ponitur *etairizomene*, participium à verbo originali. ΕΤΑΙΡΟΣ sodalis, socius. inde, ἑταίρα, sodalis, amica, meritrix, specioso nomine rem odiosam denotante. ἑταιρέω mereor, prostituo me. ἑταιρίζω, sodalis fio, sodalitatem ineo, item meretricium factito, meritricor, & dicitur de muliere, quæ corpore quæstum facit. cum hoc verbum proprie significet meritricem, optime vulgatus transtulit: *multiuolam*. mulier vaga, instabilis, quæ vndique studet suis nutibus & illecebroso aspectu varios in sui amorem attrahere.

Nota grammaticales. — *Mulier multiuola quæ.*

Illustratio prima.

NE *respicias mulierem*, &c. Ait igitur; caue à muliere meritrice, quæ multos amat & illaqueat, neq; illam respicias, neque ei occurras vt illam concupiscas. Faxat oculorum petulantiam, & ad verecundiam incitat, cum dicat D. Ambros. 10. v. 4. lib. 1. de offic. c. 18. *est enim & in oculis verecundiæ, vt nec videre viros fœminas, nec videri velit.* Quare dixit D. Gregor. lib. 21. Moral. c. 2. *Intueri non decet quod non licet concupisci. vt enim mūda mens in cogitatione seruetur, à lasciuia voluptatis suæ deprimendi sunt. oculi quasi quidam raptores ad culpam. Neque Eua lignum vetitum contigisset, nisi hoc prius incaute conspiceret; Hinc ergo pensandum est quanto debeamus moderamine erga illicita visum restringere nos, qui mortaliter viuimus, si & mater viuentium per oculos ad mortem venit.* Ergo cum illicitum sit omnibus

Cauendum à muliere meretrice. — D. Ambros. — D. Gregor. — Genes. 3.

Ex illicito intuitu meretricis ad illicitam cõcupiscentiam facile venitur.

mulierem concupiscere, inde est quod Sirach illã prohibeat intueri: ex intuitu enim illecebroso ad illicitam concupiscentiam facile venitur.

Matth.5. v.28.

Hinc est quod Christus Dominus cum mæchari interdixisset Matth.5.v.28. subdit mox c.5. v.26. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Lex antiqua cum nullam actus interni expressam mentionem fecisset, (Licet implicite continebatur in lege Exod.20. v.17.) sed solum actus externi non mœchãdi, Christus Dominus perfecit legem, actus inter nos prohibendo.q.d. Addo, non solum patrari adulterium opere, sed etiam corde: qui enim alienam vxorem viderit, & concupierit eam, corde commisit adulterium ex intuitu enim oculorum procedit concupiscẽtia, quæ illicita est. Et licet solus aspectus mulieris meritricis absq; illius in corde concupiscentia, non operetur peccatum lętale. At aspectum illius prohibet Ecclesiasticus, vt radicitus ex corde humano concupiscentiam lætalem euellat.

In lege Christi actus interni prohibentur.

Concupiscentia radices egit in animo hominis.

Concupiscentia enim radices egit in animo hominis, & sicut cum radix in terra acta est, facile germinat, & erumpit gemmas, & crescit in arborem, sic cum concupiscentia radicitus non euellitur, sed in corde radicata manet, non difficile emittit germina hominem ad peccatum prouocando. ex solo enim oculorum aspectu pullulabit libido, quæ ipsi mortem inferat, &c.

18.

In lege veteri meretrices non permittebantur. Deut.23. v.17.

Eam forte ob causam præcepit Dominus in veteri lege, ne meritrices in populo degere permitterentur. Deut.23.v.17. dicitur: *Non erit meritrix de filiabus Israel nec scortator*, ad earum aspectum vitandum, ne si eas respicerent, ad concupiscendas excitarentur, & inciderẽt in laqueos illarum. Aspectus enim (vt diximus) concupiscentiam, & libidinem commouet. Præcipuum exemplum nobis proponitur in Rege Dauid, de quo ait Sacra pagina. 2.Reg.11.v.2. *Accidit vt surgeret Dauid de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: viditque mulierem se lauantem, ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier, pulchra nimis. Missis itaque Dauid nuntijs, tulit eam: quæ cum ingressa esset ad illum dormiuit cum ea.* Si eam non respiceret, non concupisceret; ex concupiscentia enim processit peccatum adulterij, quo Dauid aliàs iustus & sanctus inquinatus est. Pẽ de etiam casum Sichemi, Gen.34.v.2. *Egressa est Dina, &c. Quam cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, adamauit eam, & rapuit,* &c. quia illã *vidit, adamauit,* id est, concupiuit. quæ concupiscentia illi mortẽ attulit. Aspectus enim mulieris solet esse prima animi ruina, vt Ouidius in Epist. ad med. Confessus est, cum de Medea loqueretur:

Aspectus cõcupiscentiam commouet. 2.Reg.11. v.2.

Ponderatio casus Sichem ex aspectu Dinæ. Gen.34.v.2

Ouidius.

Tunc ego te vidi, tum cepi scire quia esses,
Illa fuit mentis prima ruina meæ.

Virgil.

Et Virgilius elegantissimo Epiphonemate in pharmaceutre.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error

Aspectus mulieris solet esse prima animi ruina. 2.Petr.2. v.14.

Hinc est quod D. Petrus 2.Ep.c.2.v.14. reprehendit *oculos habentes plenos adulterij & incessabilis delicti, pellicientes animas instabiles.* in Græco, *plenos adulteræ*, scilicet, ipsam in oculis adulteram gestantes, eam præ oculis semper habentes, ac, sibi videre arbitrantes: nihil nisi de illa cogitantes: non alio quam vt spectent adulteram oculos conijcientes, &c. In hoc genere grauissimum est oculorum periculũ, quos Propertius lib. 2. eleg. 5. cecinit esse *in amore duces*, & aliorum matrimoniorum insidiatores. vt videre est in vxore Putipharis, in Dauide, in Holoferne, & in senibus impudicis Susanæ, &c. cui malo occurrere volens Ecclesiasticus, inquit: *Ne respicias mulierẽ multiuolã.*

Propertius.

Meretrici non occurrendum cum parata est ornatu suo, &c. Prou.7. v.10.

Complutenses legunt: *Ne occurras mulieri meretrici*, ipsa namq; paratam se prebet ad capiẽdas animas, & occurrit ornatu meritricio cuicumq; lebuerit suis amplexibus & blanditijs potiri. Sic dixit Salomon Prou.7.v.10. *Ecce occurrit illi* (id est, *vecordi iuueni*) *mulier ornatu meritricio præparata ad capiendas animas*, id est, haud inuitari se finit, sed præ impudentia ipsa sponte obuiam it iuueni in temperanti, ornatu meretricio, id est, nuptarum matronarumque vestem in meretriciam cõmutans, habitu scilicet, & speciali prostitutarũ nota, scortum ne simulans vt liberius possit vagari. Sicut Thamar Gen.38.v.14. *Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum, & mutato habitu,* &c. Ergo si meritrix non finit se inuitari, sed ipsa cuicumque obuiam procedit, debet quisque cauere à muliere meritrice, nullo modo ei occurrendo, sed fugiendo, ne sicut illa præparata est ad capiendas animas, ipsum capiat, &c.

Thamar simulauit se scortum esse. Gen 38.v.14

Illustratio secunda

19.

Multiuola mulier cadẽ quæ meretrix Prou.5.v.6.

Multiuolam ne spectes, nec ei occurras. Jam diximus *multiuolam* significare meretricem, quæ huc & illuc vagatur, & quæ alienas domos nunc hanc nunc aliam intrare cõsueuit. Hinc est quod Salomon Prou.5.v.6. agẽs de meritrice, ait: *vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles.* & loco supra citato scil. c.7.v.10. vocat eam *garrulam*, & *vagam*. & subdit vers.11. & 12. *Et vaga, quietis impatiens: nec valens in domo consistere pedibus; Nunc foris nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians.* vagam & erroneam esse dixit, quę nimirũ nullis, hæreat, sed huc illuc curritet. Nihil scortantium mulierum proprium magis, quam vagari, adeò vt nulla nota euidentior prostitutionis sit apud iurisperitos, quam si fœmina erret, & plurimorum ædes frequentet. vt D. Cyprianus dixit de discipl. & habitu Virg. *Dum liberius vagari virgines volunt; esse virgines desinunt, furtiuo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ.* & hoc probat quod Epigrãmatarius poëta de Lesbia scribit, quæ cum antea castissima esset, domo tamen non contenta, sed nunc Lucrinum, nunc Auernum profecta, nunc Baias, meritrix facta est: relictoque viro adolescentem secuta est. Valerij carmen huiusmodi est. libro 1.

Prou.7. v.11.12.

Scortantium mulierum vagari proprium. D.Cyprian.

Valerius.

Casta, nec antiquis cedens Lesbia Sabinis,
Et quamuis tetrico tristior ipsa viro.
Dum modo Lucrino, modo se permittit Auerno:
Et dum Baianis sæpe fouetur aquis:
Incidit in flammas, iuuenemque secuta, relicto
Coniuge, Penelope venit, abijt Elena.

Mulieres peregrinæ male audiunt vel parum pudicæ.

Ex hoc fit, vt plerumq; male audiant velut parum pudicæ mulieres peregrinæ, quæ videlicet domum relinquentes & patriam peregre proficiscuntur: vsq; adeò vt meretrices peregrinæ à Poëtis vocentur. Terentius in Andria: *Pamphilum pro vxore habere hanc peregrinam.* vbi & hoc annotat Donatus, & subdit: *Mulieres enim peregrinæ, in honestæ, & peregrinæ habebantur.* & in eunucho Parmeno, cum Thais dixisset, marrem suam Samiã fuisse, & habitasse Rhodi, tacere se posse respondit, quoniam videlicet verisimile esset posse meritricem nasci ex peregrina, & ipsa meritrice. Nã apud veteres peregrinæ mulieres in meretricum numero habebãtur. vt Horatius affirmat lib.3. Carm. ode itẽ 3. Hinc & apud Euripidem Medea, in ea tragedia, cui ipsa nomen dedit sese Corinthijs fœminis excusat quod abesset à patria,

Terentius.

Donatus.

Mulieres peregrinæ in meretricum numero habebantur. Horatius. Euripides

vt

vt suspicionẽ impudicitię veluti à se amoliretur:

Corinthæ fœminæ, egressa sum domos,
Ne mihi quidpiam crimini veritatis, noui enim multos mortalium
Honestos, sanctos illos quidem procul, ab oculis,
Hos vero in externis. alij vero ab otioso pede
Insaniam sibi contraxerunt, & ignauiam.

Ideò mulieres monendæ sunt, ne alienas domos circumeant, ne foris temere euagentur, neve peregre proficiscatur, sed domi maneant domestica negocia administrent: & in his domum, eiusque supellectilem curent ac hortum eiusdem non indiligenter colant: cuius non est modicus ad rem familiarem prouentus. nam & hãc curam matribus famil. demandauit antiquitas.

Mulieres monendæ ne alienas domos circumeant.

Plinius.

Testis est Plinius lib.19.c.4. vbi de hortis loquẽs, sic ait: *Hinc primum agricolæ æstimabantur prisci, & sic statim faciebant iudicium, nequam esse in domo matrẽ familias* [*etenim hæc cura fœminæ dicebatur*, vel dicabatur] *vbi indiligens esset hortus*, &c. ideoq; mulier intra paradisum creata est, vt ędificeret se domi continere debere. Sic confirmauit Plutarch. de præceptis connub. *Elaorum venerem Phidias fecit, qua testudinem calcaret: quo signo mulieres domi sibi degendum esse, seruandumque silentium monerentur nam aut viro, aut per virum mulieri loquendum est, neque indigne ferendum si vt libicem aliena lingua edit propria grauiorem.*

Plutarch. *Mulieres domi sibi degendum est.*

Ergo ait Ecclesiasticus: *Ne respicias mulierem multiuolam*, vel *meritricem*. id est, vagam, peregrinam, paratam ad capiendas animas, ne in laqueo illius capiaris. Est enim ornatus meritricius vepres & spina, quę oculos respicientis tam pungit & fodicat, vt percussus intereat. Cum ait Salomon Prou.7.v.10. *& ecce occurrit illi mulier ornatu meritricio*, pro *ornatu* est, שית *sith*, id est, vepres & spina. nam verbum שית, *saith*, veprem & spinã significat, vt Isa.5.v.6. *Et ascendent super eam vepres & spinæ.* sic c.7.v.23. & 10.v.17. occurrit [inquit sapiens] meritrix iuueni afferens secum veprem & spinam, quibus illum fodicet, cum eam respexerit, & percussus attrahatur ad suum illicitũ amorem, & in acie amatoria vitam spiritualem profundat. quare quisq; ab ea cauere debet, &c.

Ornatus meretricius quasi vepres respicientes pungit. Prou.7 v.10

Isai.5. v.6.

Illustratio tertia.

20.

Fugiendus aspectus mulieris propter casum. Palacius.

Ne forte incidas in laqueos illius. q. d. fuge aspectum mulieris meritricis, ne in laqueos, quos omnibus incautis habet paratos misere incidas. id est, ne aspiciẽdo illam nutu & illecebris oculorum eius capiaris. Palacius: caue igitur ab illa, ne artibus eius irretiaris. Neque enim basilisus adeò nocet aspectu, quam meritrix artifex ille enim corpori nocet. hæc animæ. Hugo: Ne capiaris specie illius, vel ne seducaris blanditijs illius & deceptionibus. Omnia in idem reciduntur vt probent meretricem tot laqueos habere & vincula ad capiendas animas, quot ornatus, quot verba, quot nutus & aspectus, &c.

Hugo. *Meretrices tot laqueos habent quot ornatus & verba.*

Hoc apprimè illustratur ex eo Eccles.7. v.27. vbi ait Salomon: *& inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est: & sagena cor eius, vincula sunt manus illius: qui placet Deo effugiet illam; qui autẽ peccator est, capietur ab illa.* Amarior morte mulier est, quia post mortem corporis sequitur requies, sed post voluptatẽ à muliere captã mortis ętęrnę amaritudo procedit, quę amaritudo peccati mortis amaritudinẽ vincit. Ratio etiã quare amarior sit, est, quia *mulier laqueus venatorũ est.* quot enim in muliere sunt ornamenta, tot laqueis capit insensatos. vt Judith: Holofernem Iud.10. v.17. *Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.* intendit enim in eam oculos lasciuos, & cum ipsa induens sandalia, pedibus suis, & assumens in aures, & anullos, omnibus suis ornamentis decorasset se, oculos Holofernis allexit, & conciliauit, & quasi laqueis captus est Holofernes. Agens de calceamentis. Clemẽs Alexand.lib.2. Pedag.c.11. inquit: *In calceamentis quoque superbæ, arroganteque fœminæ magnam ostendunt mollitiem. Vere ergo turpia sunt illa sandalia, in quibus sunt aurea veluti donaria.* Illa autem sandalia, quibus Judith ornata Holoferni apparuit, sicut molliriem ostendebant, sic animum illius in amorẽ allexerunt, vt captus quasi laqueis remaneret. Mulier enim meretrix exponit fornicationem suam omni trãseunti, vt eius fiat. Ezech.16. v.15. & saltem cor illius est sagena, quia desiderio ac voluntate cunctos irretit, nec vlli parcit hominum statui. Quia ornatu meretricio præparat se ad capiendas animas. vide totum cap.7. Prou. præcipue vers.21. & 23. *Irretiuit eum multis sermonibus & blanditijs labiorũ protraxit illum.* LXX *& laqueis*, &c. D. Ambros. *& laqueis labiorum suorum alligans domum ad vsque attraxit.* Verba enim, meritricis laqueorum instar capiunt iuuenem vecordem, vt illum ad peccandum prouocet, & alliciat ad amorem suum. Quare quisque illam fugere debet, vt illius laqueos effugiat. nam *qui peccator est capitur ab illa* ne intendas oculos [inquit Sirach] in meretricem multiuolam, ne in laqueis ornamentorum & verborum dulcium irretiaris & captus mente & corpore lętaliter pereas.

Meretrices tot laqueos habent quot ornatus & verba. Eccles.7. v.27

Mulier mortę amarior.

Iud.10.v.17

Holofernes lapsus est respitiens ornamentum Judith.

Clem. Alex.

Sandalia Judith mollitiem ostendebant.

Prou 7.v.21

D. Ambros. *Verba meretricis capiunt iuuenem vecordem.*

VERS. IV.

Cum saltatrice ne assiduus sis nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.

Sensus.

21.

Cum saltatrice, &c. q.d. Alterum libidinis illectamentum tibi cauendum admoneo, scilicet iucunditatem, quam canẽdo, aut fidibus ludendo adolescentulæ exhibent, cum tripudio choros exercent, & cantitant, vt videntes & audientes in sui amorem pertrahant: ne audias eas, ne pereas in efficaci & admodum attractiua eius modulatione, qua allicere eos conantur, &c.

Notæ.

NOtandum est primo originalia Græca ad verbum transtulisse verbum ψαλτρίσης. *cãtatrice*, cum vulgatus transtulerit *saltatrice*. verbũ enim ψάλλω significat tangere & leni quodam motu percutere, vt cum arcuum nerui tanguntur, & impellũtur. Quare metaphorice significat psalere. vt Ephes.5. v.19. *Cantantes & psalentes in cordibus vestris Domino*, id est, citharam pulsantes, fidibus canentes. Generaliter autem significat moueo, quatio. Et cum hoc significet verbum *psalao*, ignoratur, quare vulgatus *saltatrice* legerit. Iansenius affirmat codicem vnum manu scriptum diligenter correctum habere expuntã

Ephes.5. v.19.

Iansen.

ſyllabam *ta*, vt tantum eſſet ſaltrice, quod idem eſt, ac *pſaltrice*, à verbo *pſalao*. Sed cum vulgata noſtra à Clemẽte VIII. Põtifice maximo correcta ſit, illam ſequi debemus, & verſionibus eius fidem dare vt certioribus. Dicendum ego vulgatum magis ſenſum in hoc loco ſecutum, quam proprietatẽ verbi originalis. Cum igitur verbũ ſignificet pſalere ſeu cantare, & ſaltatrices ſimul ſaltent & pſalant, cum choreis indulgent, præcipue fœminæ illæ, quæ ex officio choros tripudio exercent. & ſuis delicioſis ſaltationibus, & ſuauibus concentibus adoleſcentes à magios allicere conantur. inde eſt quod vulgatus, *ſaltatricẽ* tranſtulerit; & vt hanc tranſlationem confirmarent de ſuo addiderunt: *nec audias illam.* quod in originalibus deſideratur. Si ergo præcipit ſaltatricẽ *non audire,* ſi ipſa ſaltatrix non ſimul concineret, ſuperfluũ eſſet illud præcipere. Quare cum monet à ſaltatrice abſtinendum, ſimul à pſaltrice fugiendum præcipere, cum addat. *Nec audias illam,* id eſt, ſaltatricem, quia ſaltatrices & choreas ducentes ſolent cantu delectare, & ad ſe animos hominum allicere & conciliare, &c.

Saltatrices ſimul ſaltãt & pſallunt.

Saltatrix nõ audienda.

Illuſtratio prima.

22. CVm *ſaltatrice ne aſſiduus ſis*, id eſt, puellas ſaltatrices fuge, ne frequentes earum domos, quia vt explicat Lyra: Talis diſtentio membrorum mulierum luxuriæ prouocat appetitum. Per ſe enim ſaltationes & tripudia habent maximum oblectamentum. vt notauit Rhodig. lib. 5 c. 3. cum de ſpectaculis & ſaltatione ageret: *Equidem,* inquit, *inter ſtudia reliqua, hoc vtique oblectationem ſpondet, illud vero emolumentum: at ſaltatio ſi recte perpendas vtrumque complectitur:* [*quin vtilitas tanto inde vberior, locupletiorque, quanto plauſibiliorem adnexam habet voluptatis titillationem.* Cum ergo per ſe ſaltatio adnexam habeat voluptatis titillationem, hanc plurimum in fœminis creſcere omnes experiuntur. quia illa diſtentio membrorum muliebrum valde prouocat ad libidem. D. Ioan. Chryſoſt. tom. 1. in Pſal. 41. *Qui ſaltatores,* inquit, *& mulieres meritrices introducunt in conuiuia, dæmones & diabolum illuc vocant, & domus ſuas implent bellis innumerabilibus. Hinc certe zelotypiæ, adulteria, ſtupra, & alia innumerabilia,* &c. Pende: *& mulieres meretrices:* hæ enim introducuntur, vt cum ſaltatoribus choros agitent, & ad libidem ſaltando ſpectatores prouocent, & adulteria, aliaque innumerabilia vitia committant, &c.

Puellæ ſaltatrices fugiendæ.
Lyra.
Rhodig.

Saltatio annexam habet voluptatis titillationem
D. Chryſoſt

Meretrices cum ſaltatoribus choros agitant vt prouocent ad libidinem.

Pende ergo in huius confirmationem Herodiadis filię ſaltatricis tripudium, quod ita Herodem adulterium allexit, vt ad libidinem prouocatus, nefaria ſcelera commiſerit, ait enim D. Marcus c. 6. v. 22. *Cumque intraſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi,* &c. Superque D. Chryſoſt. tom. 2. in c. 14. Matt. *Duplex,* inquit, *profecto crimen, & quod ſaltauit, & quod placuit, & ita placuit, vt cædem pro mercede acceperit.* & ſubijcit admonendo: *Audiatis quicumque in nuptijs in decora huiuſmodi turpiter agipatimini, qui ſaltatrices fœminas, ac turpi geſticulatione laſciuientes in conuiuia ducitis, communẽ fœminarum ſexum dehoneſtantes.* At D. Petr. Chryſolog. ſerm. 127. intendens mentis oculos in hanc ſaltatricem puellam, & ſuum nefarium pendens tripudium, inuehitur in illam & eleganter inquit: *Intrat beſtia, non puella, quærit amputare, non ſaltare: diſcurrit fera, non fœmina, ſpargit iubas per ceruicem, non capillos: membra dilatat an fractibus, ſeuitiæ creſcit augmentis, fit grandis crudelitate, non corpore: & ſingularis fera vſque dum capiat prædã, fremit ore, dentibus frendit, ferrum non ſuſcipit, ſed producit.* Concludit dicens: *Fugetur effuſio, ſaltatricum peſtis, lenocinia cantorum, voluptatem fomenta, ventris onera, naufragiamentium cum Herodiadis conuiuijs. abſcindantur, vt præſens gaudium veſtrum ad lætitiam perueniat ſempiternam.* Saltatrices enim cum choreas ducunt, & choras agitant membra dilatantes an fractibus, appetitum ad libidinem commouerit: quare à frequentatione & communicatione earum quiſque cauere debet, ne ſibi aſciſcat incommodum, quod Sirach commemorat: *ne aſſiduus ſis,* id eſt, *ne frequentes mulierem cantatricem,* hoc eſt, quæ ſaltãdo concinit, vt ſpectantes ad ſuum amorem alliciat. Hanc communicare periculoſum eſt. Dixit enim D. Hieronymus tom. 9. ad Oceanum de vita Clericorum: *Germinant enim fœminæ ſpinas cum viris habitantes: & arcana mentium acuto mucrone percutiunt.*

Marc. 6. v. 22.
Herodiadis filia duplex crimen commiſſit
D. Chryſoſt

D. Chryſol.

Inuectiua in filiam Herodiadis ſaltantem.

Saltatrices ad libidinem commouent.

D. Hieron.
Fœminæ germinant ſpinas.

Illuſtratio ſecunda

NE *audias illam.* Hæc pars non eſt in Græco, forte appoſita eſt, vt explicet quid per *ſaltatricem* intelligat, ſcilicet eam, quæ agitando choros carmina laſciua, modulatur. connectuntur enim inter ſe ſaltationes & modulationes. hunc in finem in Græcorum veterum odis ſtrophæ antiſtrophæ ac epodi inſcribebantur, ſtrophæ enim dum à dextro ad ſiniſtrum latus ſaltatio fieret occinebant, dum à ſiniſtro ad dextrũ, antiſtrophæ. Epodi verò intermiſſi in Theatri medio ſaltatione vt in ſcholijs Græcis ad Pindarum edocetur, vt probat Alexander ab Alex. lib. 4. genial. dier. c. 17. qui cum dixiſſet hymnorum plures ſpecies fuiſſe, quibus pſalebant dijs, ſubdit: *Hi tamen fuere in vſu frequentes,* & inter alia numerat *hyporchema.* Quod commẽtans Andreas Tiraquel. inquit: Eſt autem genus poëmatis & ſaltationis Hyporchemata. vt inquit Cælius lib. 5. c. 3. concinnebant ſaltantes in altaris ambitu, vbi iam igni admota forent ſacra. Celebrantur Critica Hyporchemata ex Cretenſium ſaltandi ſtudio; vti ſcribit Athenæus lib. 14. c. 13. ſubijcit autem Alexander eodem loco: *in delio quoque abſque ſaltatione vel muſica ſacrum nullum fiebat.* Prodibant (inquit Celius) puerorum chori, tibijs ac cithara præcinentibus, è quibus ſelecti peritiſſimus quiſq; ſaltabant. Eorum item cantilenæ ab ſaltationis vſu dicebãtur ὑπορχήματα. *Fertur* (ait Alex.) *Antoninus Cæſari cum Deo Heliogabalo ſacrum faceret, mulieres Phæniſſas, quæ in orbem curſitarent, cymbalaque, & organa muſica circum aras pſalerent, adhibuiſſe.* Optime Plutarchus hanc ſaltationis & muſicæ conuinctionem confirmat, lib. de muſica aiens: *Partes porro muſicæ ſunt harmonia, rhithmica, metrica, organica, poëtica, ſaltatio. Hæc eſt diuiſio vniuerſalis muſicæ: harum partium artifices omnes muſici appellantur.* Ergo ſi inter partes muſicæ ſaltatio annumeratur, certum erit *ſaltatricem* idem eſſe ac pſaltricem. Ideoq; cum Eccleſiaſticus exhortatur ad fugiendam ſaltatricem, optime addit: *ne audias illam.* Quia ſi ſaltatio & modulatio inter ſe non ſeparantur, qui debet à ſaltatrice, quæ ſimul modulatrix eſt, cauere, debet etiam illam non audire, vt euadat periculum quod audientibus ſaltatricibus imminere ſolet. Sũt enim Sirenes, ſeu potius *diræ peſtes,* vt eas vocat Seneca Tragicus, quæ ita modulantur cum ſaltant, vt Sirenarum inſtar audientes demulceant ad eos interficiendos.

23.

Saltationes & modulationes inter ſe connectuntur.
Alex.
Tiraquel.
Cæl. Rhod.
Athenæus.
In delio abſque ſaltatione nullum ſacrũ fiebat.
Alex.
Plutarchus
Confirmatio præterita connexionis.
Saltatrix & modulatrix non audienda
Seneca.

Inter

Inter alia animalia, quæ habitura erat Babylon, memorantur Syrenes. ait enim Jſaias cap. 13. v. 22. *Et reſpõdebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & ſirenes in delubris voluptatis.* Noſter Sanchez in paraphraſi ſic explicat hunc locum: ad draconum ſibilum, & ſtrutionum ſtrepitum, piloſors, ac lemurum vlulatus, quibus vaſte atque Sorribitica perſtrepit Babylonica ſolitudo, reſpondit vlularum ac ſirenũ ſtridor, qui reſonabit ex magnificis quodam edifficiis, quæ fuerũt domicilia, & quaſi delubra quædam voluptatis. Sed Lyra ad noſtrum intentum explicat ſunt enim (inquit) ſerpentes criſtati & alati velut alij piſces marini in ſpecie muliebri, vel portenta diaboli, quæ dulci cantilena decipiũt homines huius ſæculi naufragium, non clauſis auribus trãſeuntes. Gloſſa vocat delubra templa Veneris ac Priapi, vbi voluptates exercebantur. Theodoretus Sirenes accipit pro dæmonibus, qui animos hominum incitant ad voluptatem. vide Euſebium de præparat. Euang. lib. 7. cap. 2.

Sirenes erant in delubris voluptatis.
Iſai. 13. v. 22
Sanchez.
Lyra.
Sirenes vocantur ſerpentes criſtati & alati.
Gloſſa.
Theodoret.
Euſeb.

24 Quomodocũque ſit, forte alludit Propheta ſecundum mentem Lyrani ad veteres illas ſirenes, quas antiqui fingebant. De quibus Seneca in Medea vocans illam ſirenem, ait in choro ad actu 2.

Sirenes quæ fingebantur quæ.
Seneca Trag.

Quid cum Auſonium diræ peſtes (id eſt, ſirenes)
Voce canora mare mulcerent?
Cum Picta reſonans cithara
Thracius Orpheus, ſolitam cantu
Retinere vates, pene coegit
Sirena ſequi? &c.

vocat *diras peſtes* ſirenes, de quibus nonnulla lelius ſyntag. 5. Affirmãt eſſe in India ſirenes aues, quæ cantu homines demulcent, & ſopiunt, deinde lacerant vngibus. Pieuia inſula eſt, vbi habitabant canoræ ſineres. vide Apollonium. Accipe hoc de ſirenibus epigramma ex Claudiano:

Lelius.
Sirenes vocantur diræ peſtes.
Apollon.
Claudian.
Sirena dulce malum.

Dulce malum pelago ſiren, volucreſque puellæ,
Scyllæos inter fremitus, auidamque Charibdim,
Muſica ſaxa fretis habitabant dulcia moſtra,
Blanda pericla maris, terror quoque gratus inundis.
Delatis licet huc incumberet aura carinis,
Impleſſentque ſinus venti de puppe ferentes:
Figebat vox vna ratem, nec tendere certum
Delectabat iter, reditus odiumque iuuabat,
Nec dolor vllus erat mortem dabat ipſa voluptas.

Hæ ſirenes allegorice voluptates dicebantur, quia demulcebant, &c. præcipue cum cantu ſuo ad voluptatem prouocarent. & cum Jſaias ait Sirenes commorari in delubris voluptatis, templorum mentionem facit, vbi Venus & Priapus colebantur, & vt ait Gloſſa: *In deludris voluptatis, id eſt, templis idolorum, in quibus Gentiles, exercebant voluptatem carnis, vt in templo Priapi, & veneris.*

Sirenes dicebantur voluptates allegorice.
Gloſſa.

25. Ergo cum Eccleſiaſticus præcipit non audire ſaltatricem & pſaltricem, quæ ſirenis inſtar ſua canore voce aures & oculos ſpectantium & audientium demulcent, meminit ſirenum, quæ in delubris voluptatis morabantur. Quæ enim hæc delubra. vbi Venus & Priapus coluntur & ſacrificãtur? niſi domus ſaltatricum & pſaltricũ, quæ ſuis tripudiis & cantibus, cultores voluptatis demulcent, & ad libidinem prouocant? Ipſæ enim tamquam ſirenes in delubris voluptatis habitantes ſaltant & concinunt, vt ſpectantes, & audientes preſtigiis decipiant, & tamquam aues indicæ illos ſuo cantu demulceant, & ſopiant, deinde vnguibus mortiferæ voluptatis crudeliter lacerẽt. Ait igitur Sirach: *Nec audias illam,* fuge conſortium earum, caue à ſaltationibus, & cantibus, ne miſere capiaris, & intereas.

Domus ſaltantium delubra voluptatis.

Hoc probatur ex D. Paulino epiſt. 36. ad Jouium de Prouidentia, qui cum has ſirenes voluptates feciſſet, ait: *Vt ſirenarum carmina, blandimentorum nocentium cantus euita. Nam & voluptatum peſtifera dulcedo patria nobis obliuionem facit, cum homini Deum, qui eſt patria omnium communis obliterat, & illecebræ cupiditatum illam ſirenarum fabulam veritate cladis imitantur. Nam quod illæ ſirenæ fuiſſe frunguntur, id vere ſunt illecebræ cupiditatum, & blandimenta vitiorum. Habent enim in ſpecie lenocinium, in guſtu venenum, quorum vſus in crimine, precium in morte numeratur. Has oportet vltra Vlyſſis aſtutiam cauti; non auribus tantum, ſed & oculis obſeratis, & animo (quaſi nauigio prætervolante) fugiamus: ne ſollicitati delectatione lætifera, in criminum ſaxa rapiamur, & ſcopulo mortis affixi naufragium ſalutis obeamus.* Pende illud, *non auribus,* &c. non ſolum enim vitanda nobis eſt ſpectatio ſaltatricis, ſed & auditio pſalentis, &c. vide etiam epiſt. 4. D. Ambroſ. cum ſerm. 55. retuliſſet fabulam vlyſſis & ſirenarum, dixit: *Talis enim erat illis oblectatio cantilenæ, vt quiſquis audiſſet vocis ſonitus, quaſi quadam captus illecebra, iam non tenderet ad eum, quem volebat portum, ſed pergeret ad exitium, quod nolebat.* Lib. 23. de Fide explicans fabulam. inquit, citans locum Jſaiæ, memorans, *quod habitabunt in ea filiæ ſirenum: vt oſtenderet Babylonis, hoc eſt, ſæcularis confuſionis illecebras vetuſtis laſciuiæ fabulis comparandas, quæ velut in ſcopuloſo iſtius vitæ littore, dulcem reſonare quandam ſed mortiferam cantilenam ad capiendos animos adoleſcentium viderentur,* &c. Quod genus muſicæ ita demulcat animos, vt dicat. D. Hieronym. tom. 1. epiſt. 10. ad Furiam: *Cantor pelatur vt noxius. Fidicinas & pſaltrias, & iſtius modichorum diaboli quaſi mortifera ſyrenarum carmina proturba ex edibus tuis.* Quare optime Eccleſiaſticus cum de ſaltatricibus, & pſaltricibus agit, ait: *Nec audias illam.*

Euitandus ſirenarum cantus & carmina.
D. Paulinus
Vitanda ſaltatricis ſpectatio & auditio pſalentis.
D. Ambroſ.
Muſica ſirenarum demulcet animos.
D. Hieron.

Nota, & illuſtratio tertia.

NE *forte pereas in efficatia illius.* Cõplut. *Ne forte capiaris in exercitiis eius* LXX. *tentationibus eius.* alij: *ſtudiis.* Tygur. *Conatibus.* Vatabl. & Druſ. *artibus eius.* Hæc varietas lectionũ eundẽ efficit ſenſum: verbũ enim variatur. Cõplutenſes, & Montanus ἐπιτηδεύμασιν *exercitiis,* à verbo ἐπιτηδεύω, quod eſt ſtudio & data opera aliquid facio, vel ſtudeo, operam do, &c. ſumitur in malam partem, vt Thuc. lib. 1. *atqui iſtud inſtituerũt ſceleris & maleficij ſtudio.* Herodianus lib. 6. *Ne quod ſpatium ſupereſſet vacandi malis artibus.* Inde ἐπιτήδευσις, ſtudiũ accuratum, induſtria. ἐπιτήδευμα, ſtudium, inſtitutum, quod ſtudioſe ſectamur, accipiturque tam in malam quam in bonã partem. Druſius & alij. Legerunt, ἐπιχειρήμασιν, artibus, vel conatibus, à verbo ἐπιχείρημα, quod quis aggreditur ſeu molitur molimentũ conatus. Vulgatus legit. *efficacia eius.* quo vtriuſque verbi ſignificationẽ complexus eſt, nam artes, ſtudia, conatus, & tentationes mulieris ſaltatricis & pſaltricis habent virtutem & efficatiam ad perdendos ſpectatores & auſcultatores eius. *Ne pereas* (inquit Sirach) *in efficatia eius,* id eſt, in efficaci & admodum attractiua ſaltatione & modulatione eius. nam prouocando homines ad libidinem, maximum damnum & detrimentum inuehit, & æternam illis perniciem comparat. Sub dulcedine enim voluptatis quæ ex modulatione capitur, latet perditio

26.
Nota huius hemiſtichij.
Thucid.
Herod.
Artes ſaltatricis virtutem habent ad perdendos ſpectatores.

audito

auditoris. vt Ouidius primo. Amor. dixit:

Ouidius. *Impia sub dulci melle venena latent.*

vocat impia venena, nam perdunt eos, qui dulci melle saltationis & modulationis fruuntur.

Cum ergo ait Sirach: *Nec audias illam*, non solum loquitur de dulci modulatione saltatricis, sed præcipue de dulcedine verborum eius, quibus ad amorem sui auditores attrahere studet: & ad eos inquit: *Nec audias illam, ne pereas in efficacia eius*, id est, in efficaci verborum dulcedine, qua te perdere conatur. Sic illa saltatrix & modulatrix fœmina, quam fingit Salomon Prouerb. 7. v. 21. suis blãdis sermonibus adolescentem vecordem perdidit, aiens: *Irretiuit eum multis sermonibus, & blãditiis labiorum protraxit illum.* Pagninus: *In multitudine dulcedinis sermonis sui*, id est, licet pauca verba, sed efficacia propter multitudinem dulcedinis: dulcedo enim siue medulationis siue sermocinationis efficax est ad pertrahendum audientem. Sic Plutarchus de vi fœmineæ. Locutionis dixit: *vnum ipsa si prompsit verbum in corde auditoris multa sonat.* & sicut multa verba vincũt audientem præ nimia vi & efficatia: sic vnum verbum fœmineum allicit hominem vt eum perdat. Mox igitur addit Salomon: *Statimque eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens & ignorans quod ad victimam stultus trahatur, donec transfigat sagitta*, &c. Ecce perditio procedens ab efficaci loquutione fœminea: fœminæ enim lasciuientis studium, conatus efficatia eo tendunt vt perdant homines. quare non est audienda, ne talis perditio sequatur.

Verba saltatricis non audienda. Prou. 7. v. 21.

Fœmina meretrix sermonibus adolescentem irretit.

Plutarch. Vnum verbum meretricis in corde auditoris multa sonat.

Loquutio fœminæ perditio est lasciuientis.

VERS V.

Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.

Sensus.

Virginem, &c. q.d. Cum naturalis incorruptæ virginis decor ad libidinem prouocare soleat, hoc tertium monitum præbeo, ne incaute, & morose oculos tuos in virginem intendas; ne ex formæ pulchritudine, & vestium ornatu offendaris, & cadas in illicitum amorem, &c.

Notæ.

27. *Virginem ne conspicias, vel ne considéres*, vel *ne contemplare*, id est, ne aspicias eam attentus & suspensus, μὴ καθεμάνθανε. vebum enim καθεμαυθάνω significat perdiscere, pernoscere, animaduertere, perpendere, ideo vulgatus legit. *conspicere*, alij, *considerare*, alij *contemplare, ne forte scandalizeris in decore illius.* Complut. *in pœnis eius.* Drus. *in concupiscentiis eius.* Hæc varietas nascitur ex verbo originali. ἐπιθυμίας αὐτῆς. Montanus & alij ἐπιπαμίοις, id est, pœnis. Si verbum est ἐπιθυμία significat cupiditatẽ, desiderium. Cicero interpretatur libido puniendi, & cupiditas effrenata, à verbo ἐπιθυμέω, cupio, concupisco, desidero, & dicitur aliquãdo de amatoria cupidine. Inde est quod Drus. legerit *epithymiais*, quia inuenit in Camerario *epithymiois*, existimans Jesum habuisse in mente locum Salomonis Prouerb. 6. quem statim afferemus. Sed mutat sententiam, & approbat lectionem Aldi, Basil. Rom. & complut. quæ est in ἐπιμίον, à verbo originali ΤΙΩ, quod est honoro, in honore habeo, magni æstimo, item punio, vindicor, vlciscor. in qua significatione vsitatior est vox media; item soluo, luo. Homerus dant, seu luũt pœnas. Ex hoc componitur verbum ἐπίμιον, quod est mulcta, pœna. ἐπιμάω, vlciscor, punio. Sunt etiam qui legunt: *in æstimatione eius.* Vatabl. *in ornamentis venustatis ipsius.* sed melius omnibus vulgatus: *in decore eius.*

Illustratio prima.

Vultus virginis adolescentulæ non considerandus.

Virginem ne conspicias. Explicat Rabanus. *Per iniuriam quippe* (inquit) *aspectus sæpe turbatur internus animi nictus. Ideo prohibet nos in virginem conspicere: quia à libidine mentem nostram illæsam vult permanere.* q. d. Ne conspicias considerando, vel contemplando, vel animaduertendo, vel perpendendo virginis adolescentulæ vultum: talis enim consideratio, vel contemplatio perniciem comparat conspicienti, si eam incaute, & morose conspexerit. Vnde illud: *Veritque videndo fœmina*, id est, dum videtur, Pexicles Sophocli: *Prætorem* (inquit) *decet, non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Ne conspicias, ne contemplare, ne considéres.* vt Matth. 6. v. 28. *Considerate lilia agri*, eodem verbo. Fere idem præcipit Ecclesiasticus infra vers. 8. *Et ne circumspicias speciem alienam.* in Græco: *ne contemplare* virginis pulchritudinẽ, *ne impingas* in decore eius. Exempla obuia in sacra & prophana Pagina Genes. 34. v. 1. 2. dicitur Principem Sichem conspexisse Dinam, & considerasse eius virgineam pulchritudinem, & conglutinasse animam suam cum ea; ex quo processit eius perditio animæ & corporis. *Quam cum vidisset Sichem Princeps terræ illius, ad amauit eam, & rapuit*, &c. Si oculos non intendisset considerando & contemplando eam, id est, incaute & morose non conspexisset eam, non adamaret, & scandalizaretur in decore eius, &c. vide 2. Regum 13. v. 1. quod circa Amnon factũ est erga Thamar, qui cum adamaret eam, & deperiret valde, oppressit virginem sororem eius, quia scandalixatus est in pulchritudine eius: erat enim *speciosissima.* & tandem pœnas oppressionis luit occisus à fratre Absalom. Hinc forte didicit. Sanctus Job abstinere se à conspectu virginum, inquiens. c. 31. v. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* q. d. adeo firmiter apud me statui, oculos sancta & stabili lege, & quasi pacto fœdere constringere, vt cum interno animi decreto consentirent, ne numquam improbe & petulanter, ac ne curiose quidem virginem, cuius pulchritudo maxima est, adspicerem, sicque ad prauam cogitationem viam inciderẽ, &c.

Cæsus Sichẽ eo quod Dinæ vultum considerauit. Genes. 34. v. 1. 2.

Cæsus Amnon erga sororem Thamar.

Iob abstinuit se à conspectu virginum. Iob. 31. v. 1.

Si oculos ræfrenare intendit Ecclesiasticus, cum inquit: *virginem ne conspicias*, quare vsus est verbo originali Præco quod considerari, contemplari, & perpendere significat, cum hæc verba non ad oculorum aciem, sed ad montes oculos referantur? quid enim oculis, qui externa tantum sentiunt cum cogitatione? Sed notandum est, maximam esse oculorum cum corde & spirituali appetitu connexionem: sunt enim fenestrę vel ianuæ, per quas vel legati, & nuntij rerum externarum & visibilium intrant, & perferuntur ad animum, vnde efficitur & oritur cogitatio: vel sunt etiam fenestræ, per quas videtur animus

28.

Maxima est oculorum cum corde connexio.

animus egredi & re effundere in res externas per concupiscentiam & delectationem. Vide Jerem. 9. v. 21. quem locũ citat. D. Gregor. cum testimonium Job moraliter explicat lib. 21. Moral. cap. 2. *Per hos enim* (inquit) *corporis sensus quasi per fenestras quasdam exteriora quæque anima respicit, respiciens concupiscit. Ascendit mors per fenestras. Mors quippe per fenestras ascendit, & domum ingreditur, cum per sensus corporis concupiscentia venenis habitaculum intrat mentis.* & paulo post eleganter subiicit: *Quisquis vero per has corporis fenestras incaute exterius respicit, plerumque in delectationem peccati etiam nolens cadit, atque obligatus desideriis, incipit velle quod noluit. Præceps quippe anima dum ante non prouidet, ne incaute videat quod concupiscat, cæca post incipit desiderare quod vidit.* & vt dixit Clemens Alexand. *Dum enim lasciuunt oculi calescũt appetitiones.* Quare Sirach præcipit, *non conspicere.* Et forte præcipit non desiderare, nam cæca anima incepit cõcupiscere quod incaute spectauit. Prohibetque Ecclesiasticus non solum opus, sed etiam desiderium.

Jerem. 9. v. 21. D. Gregor. *Oculi fenestra animi & per eas ascendit mors.*

Anima concupiscit quod incaute oculus videt. Clemens Alexand.

Apocalyps. 1. v. 3. refert Joannes visionem, in qua Christus Dominus ei apparuit variis insignibus decoratus. inter alia ait: *Præcinctum ad mamillas zona aurea.* Quare Christus Iesus præcinctus apparet. Zona illa aurea? nunquid voluit ardentem erga genus humanũ dilectionem ostentare, quia zona aurea erat? Optime sane. In zona enim aurea charitas, quæ Christum constringebat & vrgebat, vt salutem hominum quæreret, significatur. Vt ergo indicet se non abiecisse curam aut amorem hominum, quo vrgebatur in vita mortali, sed semper eos amare, & salutem eorũ optare, atque ideo pœnas esse sumpturum de his, qui seruos suos læserint, recte zona aurea ad mamillas præcinctus apparet. Sed ad nostrum intentum apprime respondet D. Gregor. lib. 21. moral. c. 2. *per Moysem luxuria perpetrata, per auctorem vero munditiæ luxuria cogitata damnatur. Hinc est enim quod Angelus, qui Ioannem alloquitur zona aurea super mammillas cinctus esse perhibetur. Quia enim testamenti noui munditia etiam cordis luxuriam frenat, Angelus qui in eo apparuit, in pectore cinctus venit. Quem bene zona aurea stringit, quia quisquis supernæ patriæ ciuis est, non iam timori supplicie, sed amore charitatis immunditiam deserit. Malum vero luxuria aut cogitatione perpetratur, aut opere, &c.*

Quare Christus præcinctus ad mamillas Ioanni apparuit. Apoc. 1. v. 3.

In nouo testamento munditia cordis præcipitur. D. Gregor.

Illustratio secunda.

29. *Virginem non conspicias*, id est, noli faciem virginis adolescentulæ considerare & contemplari, & non solum depetire, sed neque attente, & petulanter eam aspicere committas. De sancto Iob alloquens D. Chrysost. tom. 1. hom. 2. *Tantum* (inquit) *affuit ab alieni thori insidiis, vt neque ad innuptam virginem, in qua nihil periculi fuerat, impudentem oculum deflexerit.* Sed certe cũ Sirach. Virginem non conspicere præcipit, in memoriam reuocat humanam imbecillitatẽ, quæ capitur & demulcetur ex pulcherrimę virginitatis conspectu. nam vt Plato in Symposio dixit: *Amor inter flores habitat; at in eo quod defloruit nunquam libenter insidet.* Forte apium meminit, quæ in floribus præcipue insidere solent, vt ex eis mel conficiant, & in meliorem vsum conuertant, alias herbas defloreintes contemnentes. Sicut enim apis florem libenter colligit ad mel conficiendum: sic flos virginitatis lasciuientes inuitat ad eam colligendam, & voluptatis mel in suam delectationem conficiendam. nam vt Tertull. dixit de cultu fœminarum: *decor natura sua libidinis inuitator*, & cum proprium virginum ornamentum decor sit, inde est quod ipsa speciosa virginitas inbecillitatem humanam demulceat, & capiat.

Facies virginis adolescentulæ non considerãda. D. Chrysost.

Plato. Amor inter flores habitat, &c.

Tertull.

Decor natura sua libidinis inuitator.

Quare Sirach hominem benemoratum, beneque institutum monet, ne ad Virginis alicuius conspectum per imprudentiam in cautus labatur. nam qui nimium se continuerunt intra præscriptum, & terminos sanctiores, atque purioris vitæ; at conspecta virginum forma aliquando se fedæ alicuius cogitationis macula deturparunt. Quare abstinere se debent à conspectu & considerationc virginum. quasi virgines oculorum ægritudines, conspicientiumque dolores appellantur, quod mirum vt qui eas cõspicit & incaute contemplatur, cadat & pereat. Sufficiat ad hoc elegans Basilij testimonium lib. de Virginit. *Est sane iniquum* (inquit) *& indignum, præterquam quod ad vitium per oculos vehitur, virginem, quæ manu contractare non audet, ea tactu oculorum indifferenter attingere. Quę igitur non euitabit luminum tactũ quantum in se est, ne manus quidem tactum vitauit; sicut enim cum ignem tãgimus ignis inditia per impressas nobis adustiones excipimus. Ita possibile non est eum, quem ignis amoris attigerit, eiusmodi tactum innocuum, inuiolatumque præferre.* quid verius?

Virgines oculorum ægritudines & concupiscentium doctores appellantur.

D. Basil.

Illustratio tertia.

30. *Ne forte scandalizeris in decore illius.* q.d. ne attentus & suspensus virginem adolescentulam respicias, ne forte cadas illius captus amore. Decor enim Virginum, qui in vultu earũ floret, quia seruant illum florem & splendorem, quem ipsa natura illis libenter cõtulit (nos dicimus *está se con la flor y hermoso lustre que la naturaleza les dio*) magis expectibilis est quolibet alió decore. Ideo Druius transtulit, *in cõcupiscentiis eius.* q.d. ne pereas in concupiscentia Virginis, cuius de cor & pulchritudo appetibilior est, & magis ad libidinem prouocat. Et præcipue cum decorata resplendet ornamentis venustatis ipsius, qui ornatus velut alter meritricius, spina & vepres est, qui oculos spectantium pungit, & corda eorum fodicat, vt animus eius amore sauciatus tandem pereat quæ perditio pœna & mulcta est concupiscentiæ suæ. Ideo cohibere conatur Ecclesiasticus hominem à conspectu Virginis, ne luat pœnas indulgentiæ suæ.

Decor virginum magis appetibilis est quolibet alio decore.

Decor virginum spectantium fodicat.

Forte auctor respexit id Prou. 6. v. 25. vbi agẽs Salomon de muliere mala, inquit: *Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.* Verum est non agere sapientem de pulchritudine Virginis adolescentulæ, sed mulieris iam corruptæ; inde autem infertur conclusio vera. Argumentum est de minori ad maius. decor fœminæ meritricis non ita appetibilis est sicut virginis adolescẽtulæ, & tamen prohibet Salomon concupiscentiam pulchritudinis eius, quę minor est. q.d. maius tibi imminet periculum si spectes decorem Virginis ad eam concupiscendã, quam si intuearis meritricis decorem, vt eam appetas. Itaque Salomon prohibet concupisci decorem malæ mulieris igitur simul prohibet cõspectum & concupiscentiam Virginis: nam certiorem tibi pollicetur victoriam. Probat lectio LXX. *Ne te vincat formę concupiscentia, neque capiaris tuis oculis, neque arripiaris ab eius palpebris.* nimirum vult amantem castitatis neque videre, neque videri. Sic profecto virgineus, decor conspectus exurit oculos atque illis dolorem ingentem solet inurere.

Prou. 6. v. 25.

Concupiscentia pulchritudinis fugienda.

Amor castitatis neque vult videre neque videri.

rere. Qua de causa appellatæ sunt aliquando *virgines oculorum ægritudines*, conspicientiumque dolores. Vt videre est apud Platonem, & Plutarchum. & posset etiam hic virgineus decor appellari victoria animorum, solet enim victoriam de victoribus reportare & eos in certamine turpiter vincere, & proterere.

Plato. Plutarch. *Virgineus decor appellatur victoria animorum.*

31. Quare laudatur Alexandri victoria, quam refert Plutarchus, cum à pulcherrimarum virginum filiarum Darij conspectu abstinuit: *Non committendum* (inquit) *sibi vt cum viros vicisset, vinceretur à fœminis.* Nihil est enim quod homines magis ad cupidinis amplexus prouocet, accendat, incitet, quam forma corporis, decor oris, species, & pulchritudo; Nam *pulchrum* ipsum *amicum est*, vertere prouerbio, cuius meminit Plato in lyside. Et amor est omniũ pulcherrimus atque inter eum, & deformitatẽ pugna est perpetua; & inter flores amor ipse habitat: quoniã in eo quod floribus caret, aut defloruit, siue corpus, siue animus, siue quoduis aliud sit amor ipse non insidet, vt apud Platonem testatur Agatho. & apud eundem quoque lib. 3. de Repub. Socrates asserit, quod maxime pulchrum est, id quoque maxime amabile. & in Phædro idem scribit pulchritudinem solam hanc habuisse sortem, vt maxime omnium sit amabilis. Et vt dicam breuiter. Amor si Platoni ex oratione Agathonis, atque Socratis imo omnibus credimus, nihil aliud est, quam desiderium pulchritudinis, ex ipso, quæ desiderio natus est. Itaque ipsa pulchritudo amatur. sic Ouid. in epist. Acontij ad Cydippen:

Victoria Alexandri. Plutarch. *Pulchrum ipsum amicum est, & amor est omnium pulcherrimus.* *Amor est desiderium pulchritudinis & ex ipso desiderio natus est.* Ouidius.

Aut esses formosa minus, peterere modeste,
Audaces facie cogimus esse tua,
Tu facis hoc oculique tui, quibus ignea cedunt
Sidera, qui flammæ causa fuere meæ, &c.

& cum ipse lib. 1. de arte amandi ageret, de virginibus ait:

Delectant etiam castas præconia formæ
Virginibus curæ, grataque forma suæ.

& alibi inquit ipse:

Virginibus cordi grataque forma sua est.

32. Cum ergo pulchritudo ex se amabilis & appetibilis sit, cum spectatur in virgine adolescentula, magis appetitur, & amatur, & qui eam intuetur scandalizatur, id est, captus amore cadit. nam vt dixit leucippe apud Stobæum: *Pulchritudo acutius telo vulnerat, & per oculos in animam defluit.* Hoc est enim eorum, qui amant desiderium amantem videre. Neque iniuria. Quandoquidem vt ex sensu visus maxime existit & oritur amor. Sicut Arist. inquit, 9. eth. c. 12. *At est ne, vt adamantibus amabilißimum est ipse aspectus, magisque hunc sensum quam cæteros expetunt, propterea quòd per hunc maxime est atque oritur amor.* quare prodigiosum est cœcum amare. Sic Martialis Codrum iridebat quod cœcullã amaret:

Qui virginem conspicit scandalizatur, id est, captus amore cadit. Stobæus. Gen. 6. v. 2. Aristot. *Ex sensu visus nascitur amor.* Martialis.

Plus credit nemo, quam tota Codrus in vrbe.
Cum sit tam pauper, quomodo cœcus amat.

Vide Genes. 6. v. 2. *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* cum filij Dei posteri seth essent sanæ religionis prohibebantur ducere vxores religionis falsæ, quales erant posteræ. Cain, & reprehensi sunt quia ob solam fornicationem ducerent eas decore ipsarum virgineo capti, quod essent pulchræ, id est, flos virginitatis splendorem maximum emittebat, qui illos obcœcauit, & scandalum præbuit, postquam illas viderunt *videntes*, &c.

Illustratur hoc ex eo D. Chrysost. hom. 7. ad Cor. 2. *Si mundanus homo formosam aliquam puellam conspicatus fuerit, protinus captus trepidat, rabidique canis in morem eam sequitur; cum contra faciendum sit. Etenim cum mulierem egregia forma præditam cernis: ne hoc spectes, quomodo cupiditatis tuæ compos fias, sed quonam pacto cupiditate libereris, &c.* Claudat hunc versum Jsidorus Pelusiota lib. 3. epist. 143. *Si pulchritudinem corpoream* (inquit) *spectes, illud cogita, præclarum hunc florem crastino die puluerem fieri, atque hodiernum ignem postea luce in cinerẽ labi. Quidquid enim finem habiturum est, & quidem celerrimum, quantumuis splendidum, & expetendum esse videatur, contemptui esse debet, ac presertim cum suppliciũ quoque parit.* Quare Ecclesiasticus monet, *Virginem non concupiscere* propter scandalum animæ, &c.

D. Chrysost. Pelusiota. *Si corpoream pulchritudo spectetur cogitandum cito eam puluerem fieri.*

VERS. VI.

Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te, & hæreditatem tuam.

Sensus.

NE des, &c. q. d. Hoc non contemnẽdum consilium etiam tibi trado, scilicet; ne animum & voluntatem tuam vlla ratione mulieribus meretricibus addicas: deuinciunt enim animos hominum ita stricte, vt non facile eos soluant, donec substantiam & opes misere perdiderint: perdunt seipsos, quia corpus suum eneruant, multisque exponunt periculis, & animam æternæ damnationi tradunt. nec non possessionem suam dissipant, &c.

Nota, & illustratio prima.

33. NE *des fornicariis animam tuam in vllo. Tò in vllo,* non & in Græco, sed addita est, vt ostendat nullo modo tradendam meritricibus voluntatem. Pro *fornicariis*, est πορναις, à verbo πορνος, id est, qui corpus suum prostituit, & veluti vendit πορνη. Fœmina, quæ corpus suum prostituit, & veluti vendit, meritrix, scortum. Jtaque cum transtulit vulgatus *fornicariis*, non restringit ad illas solum, quæ semel aut iterum corpus suum fornicationi tradunt; sed mulieres fornicarias vocat meretrices, vel scorta, illas scilicet, quæ suã puditiam vulgant, & domum omnium cupiditatum libidini patefaciunt; Talibus inquit, ne animam tuam dederis, id est, te ipsum, vel animum, vel voluntatem tuam scortis ne addicito. Si superius agens de vxoribus, inquit Ecclesiasticus: *Non des mulieri potestatem animæ tuæ*, propter incommoda & damna, quæ secuntur: quid mirum dicat nũc; *ne des fornicariis*, &c. Dare animam nihil aliud est quam tradere voluntatem potestati alterius, quia sicut de amore dicitur talẽ vim amori inesse, vt non *sinat amatores esse sui iuris, sed in illa, quæ amant penitus tranferens.* sicut de diuino amore dixit, D. Dionysius Areop. ca. 4. de Diuin. nom. ita etiam cum fornicarius per lasciuum amorem meretrici dat animam, ita se eius voluntati addicit, vt non sinens sui iuris esse, in meretricem, quam diligit, seipsum penitus transfert. Nam

Mulieres fornicariæ meretrices vocantur. *Dare animã est tradere voluntatem potestati alterius.* D. Dionys. Areop.

Nam *qui adhæret meretrici* (inquit Paul. 1. Corinth. 6. v. 15. 16.) *Vnum corpus efficitur; erunt enim*, inquit, *duo in carne vna.* Et quemadmodum qui sic vniti sunt vt duo sint in carne vna, ita conectuntur inter se, vt non sint iam duæ voluntates, sed vna: quia per hanc vnionem vnius voluntas, alterius voluntati addicitur. Sic qui dat meritrici animam suam, non solum tradit corpus vt meritrici vniatur, sed animam & volũtatem, vt in eam, quam ardenter diligit penitus trãsferatur. Quod prohibet Ecclesiasticus propter damna, quæ ex hac misera vnione nascuntur.

Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur.

Illustratio secunda.

NE *perdas te. Tò te*, non est in Græco, sed solum *hæreditatem*: addidit autem *te* vulgatus, vt ostenderet, non solum opes, sed etiam animam dissipari & perdi per vnionem cum fornicariis meritricibus. Et vtitur Sirach verbo πορνος, quod vendere significat: venalem offert meritrix libidinem suam, ipsa accipit pretium vile prostitutionis suæ, & scortator vendens seipsum, animam in pretium fornicationis tradit. Eleganter hoc illustratur ex eo Prouerb. 6. v. 27. *Pretium* (inquit) *scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit.* Comparationem inuenit in hoc loco noster Salazar, scilicet, inter id quod meritrix dat, & id, quod aufert, id est, inter datum & acceptum: dat enim voluntatem; & aufert animam. Hæc vero quantum æstimatione & pretio distent, aperit Salomon his verbis: *Pretium* (inquit) *scorti vix est, vnius panis*, id est, voluptas, quam meritrix offert, iuxta illud pretium, quo homines vulgo æstimare eam solent, vix attingit eam summam, qua panis scorti emi solet. nam merces apud omnes nationes satis parua est. apud nos semidrachma erat, *medio real.* At meritrix *pretiosam viri animam capit.* Hebr. *venabitur*, id est, auferet rem omnium pretiosissimam, scilicet animam. vide pretium, quod Iudas detulit Thamar pro vno concubitu, quam scorti nomine compressit in agro: *Mittam tibi hædum de gregibus.* Genes. 38. v. 17. Ergo ait Salomon: Atende, ô iuuenis, longe enim maioris pretij est quod meritrix auferet, quam quod illi dari solet, si forte putas voluptatem illam perbreuem vnico tãtum panis frustro tibi stare, falleris omnino, pretiosissimam enim rerum omnium supellectilem, hoc est, animam tuam temere impendis. sic D. Ambros. in Apol. Dauid c. 3. *Vilis tibi videtur mulier ad pretium, sed fortis est ad vitium, quia virorum pretiosos animos capit.* Nota illud verbum, *venabitur*, vbi metaphoram venationis meminit. Vide D. Cyprian. qui sic exponit hunc locum: *Quantos leones domuit vna mulieris infirmitas delicata, quæ cum sit vilis & misera, de magnis* (venatoris instar) *efficit prædam, quod Salomon loquitur dicens: Pretium meretricis tantum est vnius panis, mulier autem pretiosas animas captat.* Vide Prouerb. 6. v. 32.

Scortatio venalem habet libidinem. Prou. 6. v. 27. Salazar. *Pretium meretricis vix est vnius panis.* *Pretium pro concubitu Thamar quale.* Genes. 38. v. 17. *Animam homo temere impendit pro voluptate.* D. Ambros. D. Cyprian.

Quare Sirach admonet hominem, ne tradat voluntatem suam, animam suam meritricibus, quia primum damnum, quod efficiunt, est perdere illam; Nam hoc discrimen est inter eum, qui animum suum tradit Deo, & inter eum, qui meretrici dat: qui enim Deo suam voluntatem & animam offert, non perdit eam, sed lucratur: depositam enim illam seruat absque periculo perdendi illam, qui autem tradit meretrici, eam amittit: nam meretrix animam vel voluntatem scortatoris in suam redigit potestatem; & licet alienam suam conuertit. quare non tantum scortatoris est, quam tum meretricis, cum scortator dominium suæ animæ in meretricem transferat, vt enim voluntas propria hominis dicatur, debet Dei voluntati parere. Forte hoc intendit Christus Dominus cum dixit Joan. 12. v. 25. *Qui amat animam suam*, id est; qui ita amat eam, vt suam exequatur voluptatem, tradendo illam meretrici, *perdet eam*, id est, suæ animæ iacturam faciet; probatur hoc ex eo D. Chryso. in epist. ad Rom. *In libidinis altitudinibus demersus teipsum vna cum tuis omnibus rebus perditum ibis.* D. Ambrosius in cap. 15. Lucæ, inquit, agens de filio perdito: *Ille igitur viuendo luxuriose consumpsit omnia naturæ ornamenta. Vnde tu quia accepisti imaginem Dei; qui habes similitudinem eius, noli eam irrationabili fœditate consumere.*

Primum damnum scortantis est perdere animam. *Scortator dominium animæ suæ in meretricem transfert.* Ioan. 12. v. 25. D. Chrysost. D. Ambros.

Illustratio tertia.

ET *hæreditatem tuam*, vel *possessionem*. Secundum damnum, quod traditio animæ vel voluntatis ad scortum efficit, est perditio facultatum, perdit eam scortator cum *fornicariis animam suam dat*, facultates suas, perpicuum est exemplum, quod Christus Dominus offert de illo filio iuniore, qui *dißipauit substantiam suam viuendo luxuriose*, Luc. 15. v. 13. De quo dixit filius maior: *Filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus*; vers. 30. vbi Chrysol. serm. 4. *Hic ait* (ait) *rediisse. Fratrem dolet non dolet periisse substantiam.* Certum est enim & exploratum, scortatores cum meretricibus facultates perdere: sunt enim sanguisugæ, quæ substantiam amasiorum dulciter sugunt, *& semper dicunt: affer, affer*, Prouerb. 30. v. 15. Ipsæ pinguescunt, & amasij debilitantur: *Dißipant* enim *substantiam suam viuendo luxuriose.* Sic D. Chrysost. tom. 2. hom. de patre & duobus filiis, agens de hoc iuniore, inquit: *Qui accepta similiter ex dimidio patris substantia peregre profectus sit in regionem longinquam & profligatis illic omnibus partis suæ facultatibus ad inopiam redactus, &c.* vbi D. Petr. Chrysol. serm. 1. *Quæ composita fuerant patre moderante, prodigente filio dißipantur, vt vel tarde sapiat patrem custodem, non incubatorum fuisse substãtiæ, &c.*

35. *Secundum damnum scortatoris est perditio facultatum.* Luc. 15. v. 13. 30. D. Chrysol. *Meretrices sunt sanguisugæ quæ substantiam dulciter sugunt.* Prou. 30. v. 15. D. Chrysost. D. Chrysol.

Hoc apprime illustratur ex eo Prouerb. 29. v. 3. *Qui autem nutrit scorta perdit substantiam*, id est, qui alit scorta ea amans, eis addictus, perdit substantiam suam, & bona, quæ à patre accipit. Sicut enim incaptanda voluptate os vuluæ nunquam dicit sufficit; sic meretrix nunquam diuitiis exaturatur, sed sangui sugæ instar semper dicit affer, affer, ipse Salomon Prouerb. cap. 5. v. 9. cum exhortatus esset ad fugienda scorta, dicens: *Ne des alienis honorem tuum.* q. d. vt explicat Jansenius: ne famæ tuæ & boni nominis iacturam facias cum meretricibus conuersando, ne dedecus æternum tibi asciscas. subdit vers. 10. *Ne forte impleantur extranei viribus tuis.* Vbi nomine virium, non vires intelliguntur, quæ in moderato veneris vsu exhaurientur, sed facultates atque opes accipiendæ sunt, vt placet Caietano ex familiari scripturę loquendi modo. vt Osee 7. v. 9. Job. 31. v. 24. Jsai. 3. v. 1. id est, ne facultatibus tuis alij ditescant, scorta scilicet. Quid, enim certius quam libidinosos prodigere, ac decoquere solitas facultates, & patrimonia ingentia: Hac de re eleganter D. Chrysost. tom. 3. hom. 86. in Joannem: *Qui meretricibus* (inquit) *dat, ridiculus & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuem voluptatem, vel nullam potius. Quæcumque det alienis mulieribus, ex his nulla gratia habebutur. Vas enim pertusum est domus aliena.*

Qui nutrit scorta perdit substantiam suam. Prou. 29. v. 3. Prou. 5. v. 9. 10. Iansen. *Vires pro facultatibus.* Caietan. *Libidinosi prodigunt ingentia patrimonia.* D. Chrysost

aliena. Præterea muliebre genus temerarium est, & inferno eius similatur cupiditas: ille enim mulieris amorem Salomon comparauit; Tunc cessat cum omnibus rebus amantem spoliauit: imo nec tunc quidem, sed magis conuiciatur & insultat iacēti, eumque maiorem in modum ridet, & tot eum malis circumuenit, quæ nullo pacto narrari possent. Libanus dixit: *Talem siquidem artem callent meretrices, inescando iuuenes, vt facultates in eas impendant.* Meretrix enim dicitur à merendo, & à mercede quærenda. *Zonabi* meretricis nomen deriuatur à זן *zon*, quod est quidquam exponere, cōmuneque. Meretrix tandem Prou. 6. v. 27. comparatur igni, non solum quia suo aspectu, nutibus, familiaritate, vsu, ac toto denique corporis habitu hominem accendit, & ad libidinem prouocat. sed etiam quia sicut ignis deuorat, & absumit totum quod incibum eius præbetur, & nulli rei quæ offertur parcit: sic meritrix facultates & substantiam scortatorum deuorat & penitus absumit. Quare Ecclesiasticus, *dare animam fornicariis* mulieribus prohibet, ne homo se ipsum & facultates, seu *hæreditatē*, aut *possessionem perdat*.

Prou. 30. *Meretrix dicitur a merendo & comparatur igni.* Libanus.

VERS VII.

Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.

Sensus.

36. Noli *circumspicere*, &c. q. d. Aliud tibi cauendum libidinis incitamentum, scilicet, otiosa vagatio, & in omnes ciuitatis partes oculorum circumagitatio. Ne inquam instabili oculorum iactatione, in iis locis, vbi variæ illecebræ occurrunt, qualia sunt vici & plateæ circumeas, nec in desertis locis, iis scilicet, quæ non frequentantur vageris, ne sit tibi periculum videndi id, quod concupiscere non debeas, nec appetere quod maximum tibi damnum in corde est illaturum, &c.

Notæ.

Noli *circumspicere in vicis ciuitatis*. Pro *vicis*, est ῥυμαῖς, à verbo ῥυμή, quod est vicus, tractus viæ in vrbe vtrinque ædificiis septæ. vt Act. 9. v. 21. *Surge, & vade in vicum, qui vocatur rectus*. Nos hunc vicum Hispane appellamus *varrio*, & aliquando hi vici sunt ita à commertio ciuitatis separati, vt non ita frequententur, sicut viæ publice: & de his, qui per hos vicos vagantur, nos dicimus: *Anda de Varrio*, id est, non ita vestibus seuicis ornatus, vt in via publica & platea apparere possit, & pro *plateis*, est in Græco, ἐρήμοις, à verbo originali ΕΡΗΜΟΣ, quod est desertus, solus, solitarius, inhabitatus, incultus. Sic quæ originalia Græca transferunt *desertis secretis*. quare autem noster vulgatus legerit *in plateis*, ea videtur esse ratio, quia platea est locus amplus & planus, in quo non sunt ædificia, id est, quasi desertus, & solitarius locus. ideo vocauit hæc quasi deserta loca, licet alias frequentur à multis.

Act. 9. v. 21.

Illustratio.

Ergo ait, *Noli circumspicere in vicis ciuitatis*, id est, cum per vicos, ciuitatis transieris, in quibus libidinis solet esse incitamentum: apparent enim in fenestris fœminæ, vt prætereuntes spectent, & ab eis respiciantur: noli in omnes partes oculos circumagitare, ne occurrant tibi varia oculorum illecebræ, & in multa desideria prolabaris. Non enim frustra dixit Christus Dominus Matth. 5. v. 28. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœcatus est eam in corde suo*. nam licet solus aspectus non sit cordis mœcatio, at instabilis oculorum iactatio cordis declarat impudicitiam. Hanc declarauit Sichem cum Dinam, quæ egressa erat vt circumspiceret mulieres regionis illius attentus spectauit. occurrerat enim ei suorum oculorum illecebrosum spectaculum, & abire non permisit. ait enim sacra Pagina Gen. 34. v. 2. *Quam cum vidisset Sichem adamauit eam, & rapuit*, &c. ex circumagitatione processit negligentia oculorum, & cordis concupiscentia, quæ ei tandem attulit mortem; Magno studio nobis curandum est, ne quid per oculos ad animum irrepat quod pudorem nobis & mentem eripiat. Nouerat hoc optime Job c. 31. v. 1. *Qui fœdus pepigit cum oculis suis, ne virginem aspiceret*, quia veretur ne in animo postea scintillam conciperet, quæ durum excitaret incendium. Vide Ezechiel. 5. v. 9. *& oculos eorum fornicantes*.

In vicis ciuitatis solet esse libidinis incitamentum. Matth. 5. v. 28. *Casus Dinæ ex aspectu principes Sichem.* Genes. 34. v. 2. Iob. 31. v. 1. *Ex aspectu mulieris scintilla concipitur in corde.* Ezech. 5. v. 9.

37. Clemens Alexand. lib. 3. Pedag. c. 11. ad medium dixit: *Lasciui autem aspectus, & versatilibus, & tamquā conniuentibus oculis intueri, nihil est aliud quam oculis mechari, cum per eos cupiditas ineat prima pugnæ preludia*. quid est enim *versatilibus oculis* intueri nisi, *circumspicere* quos oculos intēperantes & vagos vocat, Diuus Petr. epist. 2. ca. 2. v. 14. *Plenos adulterij, & incessabilis delicti*. D. Cyprianus de xelo & inuidia: *Offert* (inquit) *dæmon oculis formas illices & faciles voluptatis, vt visu destruat castitatem*. Vide D. Greg. h. 21. mor. c. 2. vbi inter alia ait: *Quisquis vero per has corporis fenestras incautè exterius respicit, plerumque in delectationem peccati, etiam nolens cadit* (vel, *rapitur*, *atque obligatus desideriis, incipit velle quod noluit. Præceps quippe anima, dum ante non prouidet, ne incaute videat quod concupiscat, cœca post incipit desiderare quod vidit*. Et cum in vicis ciuitatis soleant hæc incitamenta oculorum occurrere, monet Ecclesiasticus: *Noli circumspicere, &c.* noli versatilibus oculis in vicis ciuitatis spectare, quia oculi animam deprædantur. Sic inquit idem D. Gregor. eodem cap. 2. *Quæ* (id est, anima) *ergo interiorem fructum per exteriorem visum prodidit, per oculum corporis pertulit prædam cordis. Vnde nobis ad custodiendam cordis munditiam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est. Nam quāta libet virtute mens polleat, quanta libet grauitate vigeat, carnales tamen sensus puerile quiddam exterius perstrepunt, & nisi interioris grauitatis pondere, & quasi iuuenili quodam vigore refranentur, ad fluxa quæque, & leuia mentem eneruem trahunt*.

Clem. Alex. *Versatilibus oculis intueri quid.* 2. Petr. 2. v. 14. D. Cyprian. *Qui per fenestras corporis incaute respicit: nolens rapitur.* D. Gregor. *Oculi animam deprædantur.*

38. Hanc negligentiam in circumuagatione oculorum fatebatur. D. Augustin. lib. 10. Confess. cap. 34. tom. 1. cum aiebat: *Restat voluptas oculorum istorum carnis meæ, de qua loquor confessiones, quas audient aures templi tui, aures fraternæ ac piæ, vt concludamus tentationes concupiscentiæ carnis meæ, quæ me adhuc pulsant ingemiscentem, & habitaculum meum, quod de cælo est superindui cupientem*. Ideo postulabat Dauid Psal. 118. v. 37. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*. Ipse D. August. in psal. 50. dixit: *Quod damnat Deus deuitates cupientes ab aspectu impuro abstinent*

D. August. *Repetit D. Augustinus tentationes concupiscentiæ suæ.* Psal. 118. v. 37. D. August.

tinent oculos. Non eosdem fingunt in pulchritudine carnis alienæ, nec seipsos faciunt de peruersa simplicitate securos.

Nec oberraueris in plateis illius. In Originalibus, *in desertis*, vel *in secretis*. Plateas oberrare nihil aliud est, quam loca illa, quæ non frequentantur, non frequentare, & per illa vagare, quia periculum esse solet incitamenti ad libidinem. prohibet non solum circum agitationem oculorum, sed etiam vagam deambulationem in iis locis, vbi periculum est perdendæ castitatis, &c.

Plateas oberrare quid.

VERS. VIII.

Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam.

Sensus.

Auerte faciem, &c. q. d. Non solum circumspecturus non es in vicis & in plateis feminas, quæ in fenestris apparent, vt ab omnibus spectentur, sed eas, quæ tibi occurrerint in via, præcipue cum naturali vel ascititia pulchritudine ornatæ fuerint, ne oculos in illas intendas, sed faciem tuam auerte, vel demissis oculis progredere, ne capiaris specie illarum. Insuper ne vel alienam vxorem, vel quæ tua non est diligenter & curiose animaduertas, ne in earum pulchritudine scandalizeris, &c.

Nota, & illustratio prima.

39. *Auerte faciem tuam à muliere compta*. In Origin. legitur *formosa*, εὐμόρφου, A verbo enim μορφή, quod est forma vel aspectus, componitur, εὔμορφοι, decorus, & insignis forma, formosus. Et apud Lacedæmonios habet Venus hoc cognomen μορφ. Cum autem sit naturalis & ascititia pulchritudo, & non solum vocantur illæ feminæ formosæ, quæ faciem speciosam & venustū aspectum habent: est enim mulier formosa, pulchra, speciosa, bona forma prædita; sed etiam illæ, quæ hanc pulchritudinem ascititiam ostentunt, vt oculos spectantium alliciant & capiant. Inde est quod vulgatus non formosam, sed comptum transtulerint. Comptam vocat ornatam, pōlitam, *vien atauiada, y adere cado el rostro*. Crispant enim capillum, & vitta aurea, siue exinaii capillum intortum colligunt, genisque suis fucum inducunt, purpurant, & medicamentis colorant: vitiaque corporis & faciei inductis coloribus tegunt, & tandem sericis ornamentis, & torquibus aureis, annullisque pretiosis corpus suum apte componunt, & ornant. Sic descripsit comptam Bap. Mantua ecloga 4.

Compta mulieris descriptio. Mantuan.

Nec foma contenta suæ splendore, decorem
Auget mille modis mulier: frontem ligat auro,
Purpurat ares: genas, & collocat arte capillos,
Arte regit gressus, & lumina temperat arte, &c.

Et D. Hieronymus epistola ad Princip. *Illæ enim* (inquit) *solent purpurysso, & cerussa ora depingere, sericis nitore vestibus splendore gemmis, aurum portare ceruicibus, & auribus perforatis rubri moris prætiosissima grana suspendere, fragrare musco mare; maritos ita plangere, vt tandem dominatu eorum se caruisse lætentur; quærant quæ alios, non quibus iuxta Dei sententiam seruiant, sed quibus imperent. Vnde & pauperes eligunt, vt nomen tantum virorum habere videantur; qui patienter riuales sustineant, si mussitauerint, illico proiiciendi.*

D. Hieron.

Vno verbo hanc vocauit vulgatus, *comptam*, eam scilicet quæ siue naturali pulchritudine, siue fucato nitore spectantes ad libidinem prouocat. Sic inquit Plutarchus in Lacon. *vestium luxus arguit, animum parum sobrium, & intuentium animos ad libidinem sollicitat*, &c. Quare D. Ambros. lib. 6. ex ham. c. 8. talem reprehendens: *Deles* (ait) *picturam mulier, si cultum tuum materiali candore oblinas, si acquisitio rubore perfundas. Illa pictura fraudis, non simplicitatis est; illa pictura fallit & decipit, vt neque illi placeas, cui placere desideras, & tuo displiceas auctori, &c.* Ab ergo muliere auertenda facies, id est, oculus ideo Originale legit: *Auerte oculum*, id est, cum hæc tibi obuiam processerit, oculos demitte, ne ex intento & curioso aspectu procedat tibi animi iactura. Mulier enim *formosa, & compta* tanquam sagitta veneno infecta cor humanum transfigit, vulnerat, necat. Cumque hæc sagitta per oculos in animum traiiciatur, monet Sirach, auertere faciem, id est, oculos demittere, & quasi obstruere & obturare oculos, vt facile ictus sagittę retorqueātur, & animus illesus euadat, &c.

Plutarch. *Vestium luxus sollicitat ad libidinē.* D. Ambros. *Mulier formosa & cōpta cor humanum necat.*

40. Vide quæ accidit Holoferni, cum Judith formosam & comptam spectauit. Jud. 10. v. 3. dicitur: *Exuit se vestimentis viduitatis suæ, & lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mithram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus, assumpsitque dexteriola, & lilia, & in aures, & annullos, & omnibus ornamētis suis ornauit se; Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. Et ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret*. Pende id, *non ex libidine*. nam vniuersaliter loquendo talis fœminea compositio solet ex libidine pendere. nam prouocat ad libidinē eos, qui incautè comptam sic mulierem intueri præsumunt. vt cap. 12. v. 15. 16. dicitur de ipso Holoferne: *Et surrexit* (Iudith.) *& ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem suam*. Moxque subditur: *Cor autem Holofernis concussum est, erat enim ardens inconcupiscentia eius*. Cor concessum illud est, quod transixum est sagitta carnali igne cōcupiscentiæ, & veneno suo cor sauciatum (nam mulier persequitur hominem, donec *transfigat sagittare cor eius*. Prouerb. 7. num. 23.) vritur & necatur. nam ardere in concupiscentia necesse est illum, quem libido sagittat: cuius arma sunt pulchritudo siue naturalis siue ascititia, & ornamēta fœminea, quibus mulier compta bellum infert oculis lasciuientibus & luxuriantibus. Pulchritudo enim sicut muta commendatio est, vt dixit Publius Syrus:

Iudith. 10. v. 3. *Casus Holofernis ex intuitu Iudith comptæ.* *Compositio fœminea prouocat ad libidinem.* Prou. 7. v. 23. *Pulchritudo arma quibus mulier bellum infert.* Publius.

Formosa species muta commendatio.

Sic fraus tacita est, nam Theophrastus σιωπῶσαν ἀπάτην, id est tacitam, siue silētem fraudem vocabat, quod sine verbis persuadeat, & cum pulchritudini natura adiicit mulier ascititiam, vtque Tibul. lib. 1. dixit.

Pulchritudo muta commendatio & fraus tacita est. Tibul.

Nec nitidum parca compserat ante caput.

tacita fraude sine verbis persuadet, & muta cōmendatione spectātem ad libidinem prouocat. Quam ob causam aliqui insanientes mulieres vt Deas coluere. Sic Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 11. ex Tacito de moribus Germanorum: *Idem* (inquit)

Alex. ab Alex. *Aliqui insanientes mulieres vt deas coluere.*

quit) *apud Germanos, vt vbi plurimum negotij sit, fœminarum consiliis regantur, quarũ plerasque vt Deas colũt. Neque ommittendum* (adiicit) *quod de Troglodytis traditur, quibus tanti exempli fuere mulieres, vt in conflictu bellorum matronarum intercursu infestas acies dirimãt: adeò vt ipsis intercedentibus præliari ducerent nefas.* Mulier enim compta ita oculos & cor lasciuientis sauciat, vt cœca mente adigatur ad eam venerandam vocando illam deam, & alia insana & stulta nomina, quæ hominem sanum dedecent, & sunt delirantis & insanientis propria. Et si mulier dirimit infestas acies, non in humano corde, in quo bellum carnale concitat, & conatur animum hominum deturbare, proterere, destruere; nam dixit Seneca lib.2. in Sap. non cadere iniuriam cap.14. agens de muliere: *æque impudens animal est, & nisi scientia accessit, ac multa eruditio, fere cupiditatum incontinens, &c.* Quare Ecclesiasticus monet, *faciem* vel oculum *à muliere compta.* Longe auertere.

Mulier compta cor lasciuientis sauciat & excæcat.

Seneca.

Illustratio secunda.

41. ET *ne circumspicias speciem alienam*, id est, ne diligenter & curiosè alienæ mulieris pulchritudinem animaduertas, & adiicit Jãsenius: Quibus verbis non vult sapiens nos omnino abhorrere ab aspectu pulcherrimarum creaturarum Dei, sed quatenus huiusmodi aspectus ex nostro vitio incitare solet ad impudicitiã saltem mentis: eatenus eum prohibet, concordans cum illo Saluatoris: *Quicumque viderit mulierem*, &c. Matth. 5.v.28. *Species aliena* vocatur, quæ non est propriæ vxoris. itaque, *ne circumspicias.* Complut. *Ne consideres.* Tygur. *Ne contempleris*, id est, pulchritudinem alienæ vxoris noli considerare, vel contemplari, hoc est, attentis & curiosis oculis illam spectare propter imminens periculum, quod in versu sequenti commemoratur. D. Chrys. tom. 1. hom.3. de verbis Jsaiæ vertit: *ne cognoscas pulchritudinem alienam* & addit: *Non dixit, ne videas, id enim nonumquam fit vltro, sed ne cognoscas, inquit, illud tollens, ne studio animaduertamus, ne curiose intueare, ne vitiosæ contemplationi immoreris, quæ ab animo corrupto & concupiscentia proficiscitur.* Confirmat hoc D. Aug. tom.1. fine in regul.3. c.21. *Oculi* (ait) *vestri etsi iaciuntur in aliquam fœminarũ, defigantur in nulla.*

Alienæ vxoris pulchritudo non animaduertenda.

Iansen.

Matth. 5. v. 24

Si iaciuntur oculi in fœminas non defigendi in vlla.

D. August.

Sed quare præcipit non circumspicere speciem alienam? quia eo die, in quo mulier nuptui traditur ita mariti potestati subiicitur, vt terga vertat ad omnia illa, quæ marito displicent, & per consequens quilibet alius iure suo cedit, vt non possit eam mulierem concupiscere, & si intueatur illam & concupiscat, iniuriam viro suo inferat. & cum verum sit stultum esse ea petere, quæ non licet cõcupiscere. ideo non solum prohibet Sirach petere & concupiscere alienam vxorem, sed ne illam oculis curiosis spectare. Ob hoc forte mulieres cum nubunt velantur, non solum vt subiectionem maritorum velatæ testentur, sed etiam vt ab aliis non videantur ad eas concupiscendas. nam *qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Matth.5.v.28. Quare præcipit Apostolus vt mulieres velētur. 1.Cor.11.v.10. inquit: *Ideo debet mulier habere potestatem supra caput propter Angelos.* Hic potestas significat, auctoritatem, ius, imperium, principatum, non ipsius mulieris, sed viri in mulierem & metonymice potestas idē quod velamen, quod in capite gestat mulier, vt significet se ita subiectam potestati viri, vt aliis non ostentetur, ne concupiscatur ab eis. Nota illud, *propter Angelos.* debent habere velamen super caput ob reuerentiam Angelorum. Sed numquid Angeli ad libidinem prouocantur, cum ipsæ deteguntur? error fuit aliquorum existimantium prouocari. Clemens per Angelos viros bonos & sanctos accipit. D.Ambr. D.Anselm. D.Thom. accipiunt sacerdotes, & Episcopos: qui Apoc.2. vocantur Angeli, ne scilicet eos mulieres non velatæ forma sua ad libidinem prouocent. Vnde Clemens lib.2. Pedag. cap.10. hic præcipi putat, non tantum vt caput tegant, sed & frontem vultumque velamine obumbrent, quod honestiores in templis facere videmus. Ad pudorem & honestatem olim etiam velamine vsas esse mulieres Judæorum & Gentium, Troianas, Romanas, Arabes, lacænas. Inde Tertul. lib. de velam. virgin. cap.17. *Iudicabunt nos* (ait) *Arabæ feminæ & Hungaricæ, quæ non caput tantum, sed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo librato contentæ sint dimidia frui luce potius, quam totam faciem prostituere.* Plutarchus in Apoptheg. in Carillo inquit; *Interrogatus Licurgus: Cur Virgines aperta quidem facie; vxores autem velata in publicum prodirent? Quia virgines, inquit, maritos quidem sibi inuenire opportet, sed qui habent vxores seruare.*

Quare non circumspicienda facies aliena.

Quare mulieres cum nubunt velantur.

Matth. 5. v. 28. 1. Cor. 11. v. 10.

Vir potestatem habet in mulierem.

Mulieres ad ingressum Ecclesiæ velantur propter Angelos, id est sacerdotes.

D Ambros. D. Anselm. D Thom. Clemens Alex.

Ad prudentiam & honestatem velabatur olim Tertullian.

Plutarch.

Ex quibus constat velamen mulieris non solum esse ad subiectionem maritorum testãdam, sed etiam ad seruandam pudicitiam faciem velando; cum enim mulier detegit illam ostentans pulchritudinem suam, oculos lasciuientium inuitat, & quasi sagitta oculos fodicat, & animum prouocat ad libidinem. Exēplum in Sara, quam quia velata non erat Abimelech arripuit, vt ea frueretur. & cum eam vxoratam deprehendit marito restituit & obiurgauit, dicens Gen.26. v.16. *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocumque perrexeris, memento quæ te deprehensam.* Pende illud, *deprehensam.* vbi manifestat rationem quare eam Abimelech concupiuit, scilicet, quia velata non erat, sed detecta oculis lasciuientium exposita. Cum enim aperto capite Sara incesserit, potuit propter summam pulchritudinē omnibus conspicuam à Rege Geraris amari in vxorem, & æstimari tamquam virgo soluta viro: quare vrbane hortatur, ne deinceps virginum more, & innuptarum incedat, sed cum nupta sit conuelet sese, & ne velaminis aut pallioli defectum causetur, mille argenteos ad coemendum velum offert; monet etiam ingēs esse discrimen, ne si nuptiarum insignia non gestet, alicui viro adulterij. Periculum aut occasio prębeatur. Ideo Ecclesiasticus monet, *non circumspicere speciem alienam*, id est, vxorem alienam non concupiscere, quia iam velata est, vt ab alij non spectetur, ne dum concupiscatur. Noli eam considerare, ne in eius pulchritudine scandalizeris, &c. 42.

Velamen ad subiectionem & pudicitiã seruandam.

Genes. 26. v. 16.

Deprehensa Sara ab Abimelech quia non incedebat velata.

Ingens periculum gestat mulier quæ nuptiarum insignia non portat.

VERS. IX

Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.

Sensus

Sensus.

PRopter speciem, &c. q.d. Nihil exploratius & certius hac veritate haberi potest, nam experimento discimus quot mala, ex mulierum aspectu processerint: multi enim alienæ mulieris pulchritudine capti errauerunt & perierunt. & vt ignis ex lignorum strue excrescit, subtractioneque decrescit: ita & amor atque concupiscentia insita mentibus hominum, ex specie mulieris dum conspicitur accenditur, &c.

Nota, & illustratio prima.

43. PRopter *speciem mulieris multi perierunt.* vel, *errauerunt*, scilicet à recto. vel *decepti sunt*, aut *seducti* in Greco, ἐπλανήθησαν, à verbo πλάνη error, vagatio. πλανάω à recto itinere abduco, in errorem, impello, seduco, impono, decipio. Matt. 13.v.5. *Videte ne quis vos seducat*, id est, in errorem impellat, vel errare faciat. Itaque hic *perire* idem est ac errare, vel decepi q.d. species, vel pulchritudo fœminea tales in se præstigias habet, vt facile oculos spectantium eludat, & animum à recto errare faciat; & sicut amatorium poculum ita inficit quasi veneficijs hominem, vt illum incendat in amorem tale poculum propinantis. sic mulieris alienæ pulchritudo oculos & animum intuentis, ita inficit & seducit, vt in eius concupiscentia pereat. Ab aspectu eius retrahere conatur Sapiens adolescentem, quem instruit, cum ei inquit Prou.5.v.20. *Quare seduceris fili mi ab aliena?* Hebr. *vt quid errabis fili mi in extranea?* Licet per *alienam*, vel *extraneam* intelligat Salazar meritricem; potest etiam de vxore aliena explicari, præsertim quia sapiens, monuerat vxoratum contentum esse debere cum propria vxore. & in hoc loco Ecclesiasticus vocat *alienam* vxorem non propriam, ergo ait: Quare vxoris alienæ delinimentis te abduci, atque deludi finis? nihil enim est in aliena vxore, cum ornata est propria & ascitia pulchritudine, quod non incitet ad concupiscentiam eius. nam ornatus vestis, pigmenta, verba mollia, facies decora, &c. libidinis incitamenta sunt. auerte ergo oculos ab ea: nam *propter speciem mulieris multi perierunt*, id est, seducti sunt, & errauerunt. exempla inueniuntur non pauca in sacra & prophana pagina.

Matt 13. v. 5

Pulchritudo fœminea oculos intuentium eludit.

Adolescens ab aspectu mulieris abstrahere se debet.

Prou. 5. v. 20

Salazar.

Mulier aliena vxor dicitur.

Vide Gen.34.v.2. 2.Regum 11.v.4.& 15.1. & 3.Regum 11. v.1.2.3.4. inter alia dicitur de Salomone: *Et auerterunt mulieres cor eius.* Cum omnis affectus immoderatus auertat sensus, & oculis etiam linceis crassas offundat tenebras, id tamen potissimum facit libido, vbi primum occupauit hominum mentes, quantumuis illi fuerint aut sapientia insignes, aut senectute graues, à quibus non solum pudorem & sapientiam, sed etiam mentem prorsus expectorat. vide Eccles.19.v.2. *Vinum, & mulieres apostatæ re faciunt sapientes*, id est, à se ipsis excidere, & fieri prorsus amentes & cœcos. Docuerunt id duo senes iudices, de quibus dixit Daniel. cap.13. v.8. *& videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentia eius, & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum*, &c. Docuit etiam hanc veritatem Dauid & sapiens & ætate grauis, cui tamen mentem excussit fœminæ conspectus. Sed docuit maxime Salomon ætate iam senili & frigida, quem excordem fecit & plane dementem fœminarum immoderatus amor. Ecce quomodo *propter speciem mulieris multi perierunt, seducti sunt errauerunt.* & non mirum, cum dicat D.Hieronym. tom.5. in c.7. Eccles. fœminas esse omnium malorum caput. referens ex Salomone Ecclesiastes 7. vers.27. *Et dicit, se omnium malorum caput mulierem reperisse*, &c. Quare dicuntur in Heb. בשח secundum R. Kimhi, quod fragiles sint, & ad omnia vitia proclines. *Proinde* (inquit D. Chrysostom. tom. 1. hom. 3. de verb. Jsa.) *ne spectes temporariam illam, quæ ex aspectu proficiscitur voluptatem, sed perpetuum dolorem considera, qui nascitur ex concupiscentia. Nam illa inflicto vulnere plerumque celeriter auolat, at vulnus non auolat, sed plerumque manet & interficit.* vt in prauis senibus visum est. vide D.Hieronym. tom.8. in cap.7. Ecclesiastes in 28. *& fortissimi quique interfecti sunt ab ea, vt ipse Salomon, inquit, sapientissimus virorum, vt Sanson fortissimus, vt Dauid mansuetissimus à muliebri decipula*, &c.

Salomonis cor mulieres auerterunt.

3. Reg. 11. v. 1.2.3

Eccle. 19. v. 2

Mulieres apostatare faciunt sapientes & sensatos.

Dan. 13. v. 8.

Propter speciem mulieris multi perierunt.

D. Hieron.

D. Chrysost.

D. Hieron.

Illustratio secunda.

ET *ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* Complut. *& ex hoc amicitia vt ignis accenditur.* Tygur. & Drusius: *amor:* idem est concupiscentia, ac amicitia, & amor: & licet inter se differant, sed in vnum coeunt; concupiscentia nascitur ex inordinato amore, nam quod quis ardenter amat, concupiscere non dubitat, & ex concupiscentia orta ex amore, nascitur amicitia, amor scilicet reciprocus. Hic igitur proponitur ignis apta similitudo: sicut enim ignis lignorum strue excrescit, substractioneque decrescit; ita & amor, atque concupiscentia mentibus hominum insita exardescit. *ex hoc*, id est, ex hac re, nempe specie mulieris, dum conspicitur, exardescit, hoc est, accenditur. Cum enim concupiscentiæ & amoris flamma parata in corde humano, viuat ad animum amore inflammandum, cum cibus vel materia proponitur ad conburendum, hinc est quod ex aspectu mulieris excrescat huius amoris flamma. Probatur ex eo quod diximus de senibus, Dan. 13.vers. 8. *Videbant eam senes quotidie, & exarserunt in concupiscentia eius*, id est, excreuit ignis lignorum strue, hoc est, aspectu quotidiano qui tamquam lignum augebat materiam, vt ignis concupiscentiæ magis incenderetur. & vers.10. dicitur: *Erant ambo vulnerati amore eius*, id est, ignis concupiscentiæ ex quotidiano Susannæ aspectu incensus erat in corde ipsorum. Quoties enim aspectu lasciuo eam intuebantur, crescebat in animo eorum ignis concupiscentiæ, id est, quilibet quotidianus aspectus nouum lignum erat q.d. applicabatur igni, vt magis incenderetur. & cum statuerunt suam exsaturare libidinem lasciua commixtione, ita erant amoris vulneribus sauciati, & ita flagrabant in concupiscentia Susannæ, vt nec vulnerum dolorem sustinere, nec flammam lasciui amoris perferre possent, quin ad tam nefandum scelus perpetrandum prouocarentur. Quare Sirach admonet hominem auerte faciem, vel oculos, à pulchra facie mulieris, quia propter speciem eius multi perierũt, sicut hi scelerosi senes, quorũ *concupiscentia* ex aspectu sanctissimæ Susannæ, quæ valde speciosa erat, Quasi ignis exarsit. *Et queadmodũ* [inquit D. Chrysost. infra citandus] *cerka cõfixa* 44.

Concupiscentia nascitur ex inordinato amore.

Concupiscentia igni comparatur & quare.

Dan. 13. v. 8

Senes ex conspectu quotidiano Susannæ igne concupiscentiæ ardebant.

Similitudo ceruæ confixæ iaculo relata ad animam sauciatam amore lasciuio.

fixa iaculo in vitali corporis parte, etiam si venatorum effugiat manus, nihil inde fert lucri: sic & anima accepto concupiscentiæ iaculo elascivia curiosoque aspectu, etiam situm iaculo permittatur abire, tamen ipsa per se corrumpitur ac perit, vbique videns hostem, & insequentem habens. Sic in senibus impuris erga castam Susannam.

45. *Ex aspectu mulieris surgit flamma concupiscentiæ.* Palacius.

Tandem Palacius explicans hunc locum, ait: Aspicit sol speculum politum, surgit flamma in speculo: aspicit vir fœminam comptam, surgit flāma amoris in viro. Pulchra similitudo, quam iam explico. Notum est in philosophia radios solis ignem excitare. apponitur enim speculo siccum folium, vel stipula, cum sol emittit in speculum ardentes radios, & ex repercussione ardoris à radiis procedentis. ignis stipulæ iniicitur & incenditur, &c. Pari modo cum homo emittit ardentes oculorum radios procedentes à concupiscentia cordis, quæ instar solis ardet, in fœminam, cuius facies assimilatur speculo, cum naturali pulchritudine & ascititio nitore speculi instar lucet, & emicat. ex repercussione, erga huius lucis & ardoris, cor hominis ex defectu madefacientis gratiæ arefactum, ignis amoris lasciui incenditur, qui facile siluam sensuum, & potentiarum exurit, & in illo homo quasi in cinerem redactus, æternæ damnationi aptatur, &c. Forte ad intentum dixit D. Hieronym. tom. 9. in regula monacharum, quę inscibitur Eustochio cap. 18. *Nihil periculosius viro quam mulier nec mulieri quam vir: vterque palea, vterque ignis.* Eodem enim modo in corde fœminæ ignis cōcupiscentiæ accenditur, ac in viro, cum se inuicem intuentur, & vterque spectatur comptus, &c. nam ex intuitu *concupiscentia quasi ignis exardescit.* Vide Chrysost. tom. 1. homil. 3. de verbis Isaiæ, vbi inter alia inquit: *vt enim ignis vbi fœnum aliquod aut culmum arripuerit, nihil moratur, sed simul vt attigit materiam, lucidam accendit flammam. Itidem & ignis concupiscentiæ, quæ est in nobis, simul atque per oculorum intuitum elegantem & venustam attigerit formam, protinus exurit animum,* &c.

Conspectus hominis ad mulierem similis soli ad speculum. D. Hieron. *Nil periculosius viro quam mulier, & mulieri quam vir.* D. Chrysost.

VERS X.

Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur.

VERS. XI.

Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi, facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit.

Sensus.

Omnis mulier, &c. q. d. Vt animũ & voluntatem tuam meretrici mulieri ne vtiquã tradas, debes in considerationem adducere, quam viliter talis mulier fornicaria ab omnibus tractetur; vt rem enim vilissimam omnes videntes horrent, abiiciunt, conculcant & si consideres eam expositam esse omnibus, vt turpiter constuperetur, ab eius amore tuum animum reuocabis. Vide quam multi pulchritudinem alienæ mulieris considerantes, & admirantes, reprobi facti sunt: ne eius concupiscentia ardeas, & ne illius verbis attendas, quia ignea sunt, & tuum animum quasi ignis inflammabunt, &c.

Illustratio prima.

46. *Hæc sententia abest ab originalibus.*

Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. Jam diximus has sententias in Græcis originalibus non inueniri, & quidem aliqui scripti libri non habent illa verba, *quasi stercus in via.* alij addunt: *ab omnibus prætereuntibus.* Sed noster vulgatus prima verba amplectitur, alia reiicit vt redundantia. nam si conculcatur in via, à quibus nisi à prætereuntibus conculcatur? Agit igitur Ecclesiasticus hic de meretrice, quæ omnibus prostituetur, cuius vilitatem exaggerat, illam assimilando stercori, quod in via à prætereuntibus conculcatur. Sicut enim stercus vt rem vilissimam omnes horrent, abiiciunt, conculcant: sic mulierem meretricem quasi stercus vile immũdum ab omnibus odio habetur & proteritur. Hac similitudine vsus est Isaias cap. 51. v. 23. cum agens de captiuitate Babyloniæ considerat populum Israeliticum qui deorum adoratione facta fuerat vilis meretrix humiliatum, & conculcatum à barbaris, ait enim: *Et posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.* siue dicas cadauera posita esse inualibus vt illas implerent, siue in via vt terra, vel stercus terræ, ibi iacebant homines prostrati vt conculcarentur ab hostibus. nam moris est victos conculcari à victoribus. vt patet Josue 10. v. 24. *Ite & ponite pedes super colla regum istorum.* Ergo sicut populus quasi meretrix vt terra exposita erat vt conculcaretur ab hostibus: sic quælibet mulier meretrix ab omnibus quasi stercus in via proteritur.

Isai. 51. v. 23. Mulieris meretricis vilitas exaggeratur. Iosue 10. v. 24. *Populus Israeliticus deorum adoratione factus meretrix.*

Melius hoc illustratur ex eo Ezec. 16. v. 25. qui agens etiam de populo, quem sponsam adulteram & meretricem appellat, ait: *Abominabilem fecisti decorem tuum, & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Et fornicata es cum filiis Egypti,* &c. Explicat Maldonatus: *abominabilem,* &c. sicut meretrices, quæ ex nimio longoque vsu libidinis fiunt fœdissimæ & cum ita fœdatæ sunt omni transeunti ponuntur conculcandæ, nam vt rem fœdissimam abhorrent, cōtemnunt, proterunt, &c. D. Chrysost. tom. 4. hom. 24. in cap. 13. ad Rom. vocat scortum cœnum: *Puto* (inquit) *siquidem ac liquido relicto fonte ad immundi cœni cloacam curritis. Cœnum namque scorti corpus esse neminem alium in testem aduoco, quam te ipsum, qui volutatus in cœno illo es,* &c. Sicut enim, cœnum viarum ab omnibus transeuntibus conculcatur & contemnitur: sic corpus meretricis, q. d. cœnum est, ab omnibus contemnitur & conculcatur. nam vt stercus in via, sic meretrix, &c. & sicut stercus viarum parui seu nihili æstimatur à transeuntibus: sic mulier fornicaria, quæ omnibus exponitur prostituẽda, non solum ab amasiis, sed etiam ab aliis omnibus nihili ducitur, sed ipsi contemnunt & proterunt. *Le dan del pie, no haziendo caso della,* vt rem vilissimam procul abiiciunt, &c. Forte etiam ostendere intendit Sirach, meritrices in tam miseram pauperiem deuenire, vt tumulo careant, ne dum linteo funebri, quo turpitudo corporis regatur; & quo cadauer insuatur. Nos diceremus: *Viene a ser tanta su desdicha, que no tienen sobre que caygan muertas, no teniendo mortaja, ni sepultura, en que enterrarse,* &c.

Populus Israel sponsa adultera & meretrix. Ezech. 16. v. 25. Maldonat. D. Chrysost. *Scorti corpus cœnum est & ita conculcatur & contemnitur.*

Meretricum miseria quanta.

Illustratio secunda.

47. *Considerantes pulchritudinem alienæ vxoris multi reprobati sunt.* Palacius.

Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt, id est, considerantes attente pulchritudinem alienæ vxoris, in concupiscentia eius exarserunt, & reprobati sunt. Iam diximus multos propter speciem alienam periisse, nunc addit reprobos factos esse. Sed rogat hic Palacius: illud vero admiratione dignum cur potius admiremur speciem mulieris alienæ, quam nostræ, cum species nostræ frequenter speciem vincat alienæ? & respondet. Certe quia nititur in vetitum, & pulchrius visum est pomum scientiæ matri nostræ Euæ, quam reliqua Paradysi poma. & *aquæ furtiuæ dulciores sunt.* Itaque ratio quare multi speciem alienæ vxoris admirentur, illa est, quia voluptas eius vetita est, & cum sit verum, quod docuit Ouid. 3. de arte amandi:

Omnes nitimur in vetitum. Prou. 17. Ouidius.

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

nam negata magis ac magis percupimus. Et cum sit etiam verum quod dixit. D. P. Chrysol. serm. 147. *Amor parit desiderium, gliscit ardore; ardor ad inconcessa pertendit:* inde est, hominem negatam & vetitam voluptatem alienæ vxoris maxime percupere. dixit enim Salomon Prouerb. 9. v. 17. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.* quod explicans de meretrice vel adultera, inquit Clemens Alexand. *Dulcem furti aquam, furtiuam hanc dicit venerem. Hinc adiutus Boetius Pindarus: dulce quid, inquit, furtiua cura veneris.* Sed cur Venus furtiua dulcior sit, eleganter obtulit rationem D. Hieronym. in c. 13. Oseæ. *Quidquid enim non licet, magis desideratur: & quod raritate dulce est, assiduitate in amaritudinem vertitur.* Quibus verbis docet, duobus nominibus illicitam venerem iucumdiorem accidere lasciuis hominibus, quam vsum legitimi coniugij. Primo quia nitimur in vetita, &c. 2. quia raritas etiam excitat desiderium, & appetentiam acuit. Itaque vsus coniugij ipso vsu vilescit, & desipit; adulteria vero & quæuis illicitæ libidines nouitate & raritate dulcescunt. teste Plutarcho, qui dixit: *Adulterium esse curiositatem alienæ voluptatis,* id est, cupiditas capiendi experimentum eius voluptatis, quam alius ex vsu propriæ vxoris percipit. Quare cum lasciuus propria vxore satiatur, quærit alienam, vt experiatur alienæ voluptatis dulcedinem. cum iam pulchritudo propriæ vxoris viluit in oculis suis, aliena vt rara & non experta sibi dulcescit, cum aliquando propriæ vxoris pulchritudo præferri debeat speciei alienæ. & antequam vxorem alienam consequatur, admiratur illam, quam postquam ea potitus est, vt vilem cōtemnit, & odit. sicut accidit Amnon filio Dauid 2. Reg. 13. v. 14. qui postquam oppressit sororem Thamar, quam ante *adamauerat, & deperierat eam valde,* contempsit & *exosam eam habuit odio magno nimis: ita vt maius esset odiũ, quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat.*

D. Chrysol. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt.* Prou. 9. v. 17. Clemens Alex. *Cur Venus furtiua dulcior.* D. Hieron. *Vsus coniugij ipso vsu vilescit.* Plutarch. *Cum lasciuus propria vxore satiatur quærit alienam.* 2. Reg. 13. v. 14.

Sed cur tam breui ac facile ardens ille amor in odium illud inflãmatum euaserit? illa verior inter alias ratio est, quia amor male conciliatus non est diuturnus, & ex breui voluptate & amore, quem non peperit virtus aut honesta ratio, implacabiles oriuntur inimicitiæ, & dolores æterni. Aristot. sect. 4. Problematum q. 11. rogat: *Cur adolescentuli cum primum concumbere incipiunt, quibus cum congressi, eas, reperacta odio habeant?* & respondet: *An quod mutatio summa extiterit, sequentis tristitiæ memores eam fugiunt tanquam sontem, ad quam sese applicauerunt?* Sed ad intẽtum respondeo, ideo exosam habere, quia experimento discunt alienæ mulieris voluptatem magnam sibi & patienti iniuriam inferre. ideo admirantur alienæ mulieris speciem, antequam eâ fruantur; & postea reprobi facti sunt.

Amor male conciliatus non est diuturnus. Aristotel.

Illustratio tertia.

48. *Verba meretricis instar ignis inflammant audientem illa.*

Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. verbum *exardescit,* actiue sumendum est, id est, verba meretricis instar ignis inflãmant audientem illa. Sed quid verba meretricia cum igni? numquid scintillæ sunt excitatæ in corde suo ex ignea animi concupiscentia, & per os eius iaculatæ, exurunt adolescentis animum? ita sane. Cum verba illa mollia & dulcia plena calore concupiscentiæ, auribus vecordis adolescentis applicantur, *quasi ignis exardescunt,* id est, quasi ignis in cor ascendunt, & conburunt animum, illum in concupiscentia iacientis verba ignita inflammando. Hanc actiuitatem, quam verba meretricia in se cōtinent, experiuntur quotquot cum talibus fœminis impuris colloquuntur. Lege c. 7. Prouerb. vbi referũtur verba mollia & ignita, quibus meretrix adolescentem vecordem inflammat in sui amorem, & prouocat ad libidinem. Ratio autem quare verba meretricis, seu eius colloquia igni comparentur, ea est, quia illa fingunt amorem concupiscentiæ, & quia amor ignis est, sic verba amatoria ignis sunt. Ignem vocat venerem Psalmographus psal. 57. v. 9. *Supercecidit ignis, & non viderunt solem.* vbi D. August. de igne concupiscentiæ explicat: *Ergo fratres* (inquit) *ignem malæ concupiscentiæ timete, si non vultis liquefieri sicut cera, & perire à facie Dei. Vicit illis concupiscentia carnis,* &c.

Cur verba meretricis igni comparentur. Psal. 57. v. 9. D. August.

Apud Poetas frequentius. Virgilius 1. æneidos.

Occultum inspires, ignem, id est, amorem.

& Horatius lib. 1. carmin. Odæ 27.

Quæ te cumque domat Venus
Non erubescendis adurit
Ignibus.

Et melius Ouidius in epist. Paridis ad Helenam.

Quis enim celauerit ignem
Lumine qui semper proditur ipse suo?

Virgilius. *Occultum ignem spirare quid.* Horat. Ouidius.

Et licet per oculos prodatur sæpe amoris ignis, per verba sæpius manifestatur. Cum ergo meretrix vult ignem amoris, quem in corde cælat patefacere, verba dulcia & mollia loquitur igne plena, quibus captiuat affectum illius, qui aures illi præbet. Et sicut ignis officium est quidquid illi apponitur exurere, sic verba meretricis instar ignis corda inflammat & absumit, &c. Tandem Palacius cum dixisset: *aquæ furtiuæ, &c.* Subdit, qua etiam ratione colloquium alienæ velut ignis inflammat. quia furtiuum est. & quia rarum pretiosum videtur, & demum diabolus vires suas adhibet.

Amoris ignis sæpe manifestatur per verba. Palacius.

VERS. XII.

Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum.

VERS. XIII.

Et non alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem.

Senſus.

CVm aliena muliere, &c. q.d. Non ſolum debes cauere, vt monui, à fornicariis ſpaltricibus virginibus, & pulchris quibus ius mulieribus, ſed præcipue à familiaritate coniũgatarum. quare cum aliena vxore omnino ne accumbas in menſa, nec de ebibẽdo calice, vt fieri ſolet, cum ea contendas, nec rixes, aut fabuleris in conuiuiis, ne forte per hæc cor tuum declinet cõtra legem Dei ad illam concupiſcendam, & ſic demum cum vitæ tuæ periculo aut effuſione tui sãguinis labaris in perditionem tuam; dum ſcilicet per concupiſcentiam in adulterium pertractus à marito vxoris, aut à lege occideris; aut etiam non perpetrato adulterio, maritus tua nimia offenſus erga vxorem familiaritate, te perſequetur, &c. ſic fere iam ſenſus.

Ianſenius.

Nota, & illuſtratio prima.

49\. CVm aliena muliere ne ſedeas omnino. vocat mulierem alienam illam, quæ maritata eſt, hoc eſt, marito conſtricta, id eſt, nupta in Græco eſt, ὑπάνδρε. verbũ enim ὑπάνδρος, eſt ſubiecta viro mulier, id eſt, quæ ſub viro eſt. Vbi Salomon Prouerb. 6. v. 27. inquit: *Mulier autem viri*, legit Tygur. *mulier autem viro iuncta*, vel ſubiecta, & Plutarchus ὑπανδραν vocat adulteram. Verbum ſedere ſignificat hic etiam manere. itaque monet ſapiens non ſedere, neque manere omnino cum aliena vxore propter periculum incontinentiæ. qui enim ad ignem propius accedit, neceſſe eſt vt inflammetur. nos dicimus in noſtro Hiſpano: *el fuego cabe la eſtopa, malos años para quien ſopla. ſuper roſas, & llega el diablo y ſopla*, id eſt, cum ſtupa igni appropinquat, afflat diabolus, & ignem excitat, vt inflammet ſtupam. quid autem mulier aliena niſi ſtupa leuis? quid homo incenſus libidine, niſi ignis deuorans? accedit inſuflator dæmon, cum homo iuxta vxorem alienam ſedit aut moratur, & flatu ſuo ignem concupiſcentiæ accendit, quo vterque inflammetur. Nam ſi ſuperius dixit auctor: *Colloquium illius quaſi ignis exardeſcit*, id eſt, fugiẽdum colloquium alienarum; quia quaſi ignis cor ad libidinem incẽdit: quanto potius fugienda eſt ſeſſitatio & commoratio illus? iacturam enim facit animæ ſuæ qui mulieri alienæ appropinquauerit, vt iuxta illam ſedeat.

Mulier aliena idẽ quod maritata.

Plutarch.

Mulier ſtupa leuis & laſcibus ignis deuorans.

Ideo Salomon Prouerb. 5. v. 8. volens ab hoc periculo iuuenem liberare, hoc inter alia præbet conſilium: *Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius*, id eſt, longe ab illa diſcede. q.d. *niſentarte iunto della, ni aun paſar por ſus puertos.* Si foribus domus mulieris extraneæ appropinquare prohibet, quanto potius aſſidere illi? appropinquatio enim & ſeſſitatio perículoſior eſt: multa mala propinquitas illius hominibus affert, & efficit. Audi D. Cyprianum lib. de ſingular. Cleric. *Reſpicite quanta mala fœminarum propinquitas acquirat; non niſi corruptionem ſeminat, pullulat vitia, cupiditatem concipit, laſciuiam paſcit, petulantiam nutrit, multiplices mortes inuehit, in pernitiem perditorum.* Et ipſe Salomon Prouerb. c. 7. v. 25. 26. *Ne abſtrahatur (inquit) in viis illius mens tua.* verbum *abſtrahatur* vim inſinuat, qua conuerſatio & familiaritas vxoris alienæ cor hominis dilectum ad ſe trahit. quæ vis eam adſuperat, qua magnes ferrum trahit. *Multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quoque interfecti ſunt ab ea.* Ne quis ſuis viribus plus æquo tribuat, & à praua conuerſatione improbæ mulieris immunem ſe habiturum ſperet, docet Salomon plurimos ac robuſtiſſimos vnius mulieris illecebris victos occubuiſſe: *Multos vulneratos deiecit*, id eſt, ex morum videlicet, ac ſantimoniæ culmine deturbauit, menteſque olim ad Deum erectas, & cælo ipſo ſublimiores ad ima derraxit, & inferis profundiores effecit. Sic dixit D. Cyprianus loco citato: *Quantos leones domuit vna mulieris infirmitas delicata, quæ cum ſit vilis & miſera, de magnis efficit prædam.* & ſæpe accidit, vt qui in aliis certaminibus victores euaſerunt, inter fæminarum lacertos interierint. Eleganter hoc docuit Baptiſta Mantuanus, in Ocloga 4. cum agit de natura mulierum.

Iacturam facit animæ ſuæ qui mulieri appropinquat.
Prou. 5. v. 8.
Multa mala appropinquatio ad mulierem hominibus affert.
D. Cyprian.
Prou. 7. v. 25. 26.
Appropinquatio ad mulierem multos vulneratos deiecit.
D. Cyprian.
Mulieris infirmitas delicata multos domuit leones.
Mantuanus

Monſtra peremerunt multi, domuere gigantes,
Euertere vrbes, legem impoſuere marinis
Fluctibus, impetui fluuiorum, & montibus aſpris,
Sacra coronarunt multas certamina: ſed qui
Cuncta ſubegerunt, ſunt à muliere ſubacti.

Multi qui peremerunt monſtra à muliere ſubiecti ſunt.

Monſtra peremerunt Hercules, Perſeus, Theſeus. *domuere autem Gigantes* Dij in bello Giganteio, & Hercules Antæum in Libia & Geryonem in Hiſpania, Cacum in Italia, & alios alibi. *euertere vrbes*, vt Scipio Carthaginem in Africa, & Numantiam in Hiſpania, Græci Troiam, &c. *Sed qui cuncta*, &c. Iuuen. in 6. *Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis luxuria incubuit, & victum vlciſcitur orbem.* apponit Montanus exempla:

Iuuenal.

Rex qui paſtor erat, funda ſpolioque leonis
Inclytus & natus (Salomon) *qui templa Soionia fecit.*
Primus & excellens inuicto robore Samſon,
Fœmineum ſubiere iugum, minus officit ignis,
Saxa minus, romphæa minus minus aſta, minus, mors.

Exempla eorum qui à mulieribus proſtrati sũt.

Hos omnes decepit mulier, *quis modo tutus erit?* dixit quidam. quare non ſedendum homini nec accedendum omnino mulieri, ne ab illa ſubigatur & pereat.

Illuſtratio ſecunda.

NEc accumbas cum ea ſuper cubitum. Complutenſes; *& ne accubueris in vlnis cum ea*, vel vt Tygur. *nec inter vlnas eius recumbas*; eodem modo Druſius. ſed melius *ſuper cubitum*, vt legit Clem. Alex. lib. 11. Pedag. c. 7. verbum *accumbere*, 50.

Clemens.

eſt ad menſam ſedere, *& cubitum* vocat curuaturam brachij, quod fere idem eſt ac *vlna*. ait ergo cum accubueris cum fœmina maritata, ne audeas inter vlnas ſuas brachia tua, vel caput reclinare. Dionyſius explicat, id eſt, cum ea non comedas reclinatus, quia appropinquatio illa eſt prouocatiua.

Accumbere eſt ad menſam ſedere.
Dionyſ.

Si de tempore veteris legis hæc intelligamus, cum ait Sirach, *neque accumbas cum ea ſuper cubitum*, in memoriam reuocat veterum conſuetudinẽ conuiuiorum, in quibus non ſedilia ad ſeſſitandum, ſed lecti erant in pauimento vel aurei vel argentei, non ad dormiendum, ſed ad epulandum; quorum olim vſus erat apud Romanos, Græcos, & Iudæos, vt ex Euangelijs paſſim colligitur Eſther 7. v. 8. dicitur de Rege Aſſuero: *Cum intraſſet conuiuij locum, reperit Aman ſuper lectulum corruiſſe, in quo iacebat Eſther*, &c. qui lectulus erat epularis, vbi diſcumbebat Regina ad epulandum. vide Luc. 7. verſ. 37. 38. vbi dicitur, Chriſtum *accubuiſſe in domo Phariſæi*, & Magdalenam *ſtetiſſe retro ſecus pedes eius*, quod indicat antiquos ſolitos eſſe, cibos ſumere recumbentes, cubito innixos, pedibus ſupra lectum locatis. vide Ioann. 13. v. 23. vbi ait Ioannes: *Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus.* Quomodo enim diceretur proprie *recumbens*, niſi in lectis recumberent, vt epularentur? vide de his lectulis ad cœnandum & epulandum, in Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 21. & Tiraquellum inibi.

In antiquis conuiuijs Hebræorum non erant ſedilia ſed lecti ad accumbendum
Heſt. 7. v. 8.
Luc. 7. v. 37.
Ioan. 13. v. 23.
Multa de lectis ad cœnandum in auctoribus.

Ex quibus conſtat, certum eſſe veterem conuiuiorum conſuetudinem recumbendi in lectulis ad comedendum, ad quam alludens noſter Sirach. inquit: *ne accumbas*, &c. ſi accubueris in menſa eius, qui te inuitauit, ne ſedeas in his lectulis ad epulandum iuxta vxorem inuitantis, ne recumbens adigaris ſuper cubitum eius accumbere. Quod præter periculum concupiſcentiæ, quod ex propinquitate naſcitur, aliud ſuboritur zelotypiæ, cum maritus ſuſpicetur honorem ſuum iacturam facere, vt mox dicemus. quia ſi Aſſuerus Rex cum vidit Aman corruiſſe ſuper lectum epularem, in quo iacebat Eſther cum accumbebat, dixit male ſuſpicans cap. 7. v. 8. *etiam reginam vult opprimere, me præſente in domo mea.* quid ſuſpicabitur maritus, cum continuam accumbentem viderit recumbere in lecto epulari inter vlnas vxoris ſuæ? quare nec ſedendum omnino cum vxore aliena, nec accumbendum ſuper cubitum; olim enim viri cum fœminis apud Græcos, aliaſque gentes orientem incolentes non accumbebant. vide Cælium Rhodiginium, & Alex. ab Alex. lib. 5. c. 21. vbi ait: *Apud Græcos, vero fœminas in vili conuiuio accumbere, niſi propinquorum non licebat*; idem apud Macedones obſeruatum fuiſſe colligitur ex Herodoto lib. 5. & Iuſtino lib. 7. mulieres enim quæ contra viri voluntatem, vel eo ignorante extraneorum conuiuia petierit, repudiari poterit, iuxta l. conſenſu c. de repud. conuiuia enim veneris præludia ſunt. Accurſ. in l. quod ait lex ff. ad leg. Iul. de adult. ſed ſi hæc expoſitio reſtringat ſenſum, vt pertineat ad veterem recumbendi conſuetudinem, prima expoſitio vniuerſalior eſt, quia loquitur generaliter de omni tempore.

Non accumbendum cum muliere ſuper cubitum.
Heſt. 7. v. 8.
Viri cum fœminis apud Græcos non accumbebant.
Rhodigin.
Alexan.
Herodot.
Iuſtinus.

Illuſtratio tertia.

51\. ET non alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam. Significatur (inquit Ianſenius) non eſſe cum alienis vxoribus contendendum de ebibendis calicibus, vt fieri ſolet, aut iocoſe cum eis rixandum, & fabulandum in conuiuijs, propter periculum concupiſcentiæ. *ne forte*, ait, *cor tuum declinet* contra legem Dei ad illam concupiſcendam. Apud noſtrates altercari in vino, forte erit propinare. q.d. *No le brindes con el vino*, vt ea adigatur ad bibendum in ipſo vaſculo, in quo prius ebibiſti vinum. hęc enim propinatio vini, libidinis eſt incitamentum. pręterquam quod vinum mulieribus non eſt propinandum propter periculum luxuriæ, cuius ſimbolum eſt. ideò ait Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 11. *Vini vſus adeò mulieribus interdictus fuit, vt vinum bibiſſe, perinde eſſet, ac ſi in adulterio aut graui crimine deprehenſa, capitali iudicio plectenda foret*; & hoc obſeruatum fuiſſe comperimus apud Romanos, cæteroſque, vniuerſim Latinos, Milezios, Maſſilienſes. De Romanis tradit Halicarnas. lib. 2. Polyb. lib. 6. Marcato in orat. de dote. Cicero lib. 3. de Nat. Deor. & lib. 3. de repu. Plinius lib. 14. c. 13. vbi de hac re multa: *Iuuenimus*, inquit, *inter exempla Egnatij Mecenij. vxorem quod vinum bibiſſet è dolio, interfectam fuiſſe à marito, eumque cædis à Romulo abſolutum.* vbi multa alia in Plin. & certum eſt Romanos id ductiſſime obſeruaſſe. eiuſque lex poſita fuit ab ipſo Romulo in hæc verba: *Si vinum biberit domi vti adulteram puniunto.* Lege Cælium Rhodig. lib. 15. cap. 6. Et hoc fuiſſe inſtitutum videri poteſt, propter naturalem illam mulierum libidinem: ne videlicet mulieres ipſæ vinum bibentes libidinem libidini adderent. Ideò Paulus Epheſ. 5. v. 18. dixit: *Nolite inebriari vino. in quo eſt luxuria.* quod citat Accurſius in l. quæ adulterium in verbo intemperantiæ c. de adulter. in id referens eum textum. & Prou. 20. v. 1. ait Salomon: *Luxurioſa res, vinum*, de qua re affatim in decretis canonicis diſtinct. 25. & in c. à crapula de vita & honeſt. Clericor. Ariſtoteles autem ſect. 30. de Problem. c. 1. ſcribit: *vnde fit vt cupiditatem veneris accendere vinum poſſit. Quare non inepte venerem iunctam Baccho autumant.* & Orpheus in hymno ipſius veneris, eam vocat Bacchi ſociam, & dapibus gaudentem. Tandem Euripides in Bacchis dixit: *vino autem ſublato, non eſt venus.* Athenæus lib. 10. Deipnoſophiſton ſcribit Ariſtophanem vocaſſe vinum Ἀφροδίτης γάλα, id eſt, lac veneris, quod ipſius vſus ſit veneris incitamentum. & D. Chryſoſt. tom. 2. hom. 2. in cap. 1. Matt. inquit: *Omnis mulier quæ vinolenta eſt, & comeſſatrix, etiam meritrix eſt.* & tom. 5. hom. 55. ad Popu. Ant. dixit: *A vino, à cibis neceſſe diſtendi, neceſſe maiorem flammam ſuſtinere: hinc fornicationes, hinc adulteria.* & hom. 16. & 17. ad Popul. *Quid*, inquit, *ebria turpius muliere? quanto nam vas eſt imbecillius, tanto maius eſt naufragium.* & D. Hieron. in Reg. Sanctimon. ad Euſtochium cap. 36. ebrietatem in fœmina ſacrilegium appellat. Licet Euripides ſecum pugnans, in Pentheo apud Stobæum c. 3. & iterum c. 71. ſcribat, non eſſe Bacchum, qui ad intemperantiam adigat mulieres circa venerem, ſed in ipſa natura temperantiæ vim ſemper ineſſe, &c.

Non contendendum cum alienis vxoribus de ebibendis calicibus.
Ianſen.
Vinum mulieribus non propinandũ.
Alexan.
Apud Romanos & alias gentes non bibebatur à mulieribus vinum.
Halicarn.
Cicero.
Polybius.
Plinius.
Mulier quæ bibebat vinum vt adultera puniebatur.
Rhodig.
Epheſ. 5. v. 18.
Luxurioſa res vinum.
Prou. 20. v. 1
Ariſtot.
Orpheus.
Venus Bacchi ſocia vocabatur, tolle vinum & non eſt venus.
Euripides.
Athenæus.
D. Chryſoſt.
Omnis mulier vinolenta, meritrix eſt.
Stobæus.

52\. Ergo ſi vinum incitant ad libidinem, *altercari in vino* cum aliena vxore ei vinum propinando,

Non altercandum in vino cum aliena vxore.

incitamentum est luxuriæ, & vino hausto mulier meritix fit, & cum iam ad libidinem prouocata est, quia accumbit cum ea periculum etiam incontinentiæ patietur. Quare ait Sirach, ne ei propines vinum: *ne forte declinet cor tuum in illam*, altercatio, scilicet, in vino, vel ipsa mulier ad libidinem propter vinum prouocata. *Hinc* inquit Chrysost. *fornicationes, hinc adulteria* nascuntur. si vis cor tuum non declinari in vxorem alienam, non alterceris cum illa in vino.

D. Chrysost. *Ex vino fornicationes & adulteria nascuntur.*

Tandem Tygurina legit. *Neve committas cum ea compotandi gratia symbolum.* Drus. *ne symbolum conferas cum ea in vino*; Symbolum, est signum, collatio, à verbo συμβάλλω, quod est confero, confligo, conjecto, committo, coniungor. Hinc fit vt symbolum accipiatur pro eo quod in cœnam comparandam plures conferunt. Antiqui symbola comessalia dicere consueuerunt. Terent. *Symbolum dedit, cœnauit.* eiusmodi symbola serio admodum interdicit fidelibus Laodicense concilium c. 55. his verbis: *Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos, vel etiam laicos christianos ex symbolis, quæ vulgus comessalia appellat, conuiuia celebrare.* Apud nos hæc symbolorum collatio dicitur: *Escotar para el vanquete.* vide Prou. 13. v. 20. *Noli esse in conuiuijs potatorum, neque in comessationibus eorum, qui carnes conferunt ad vescendum.* id est, eorum qui collatis symbolis magnificas cœnas indies conferunt: *quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur*: quia nimirum illi qui huiusmodi collocationes faciunt haud longo temporis lapsu facultates suas exhauriunt, & patrimonia decoquunt. vide D. Gregor. lib. 4. Moral. cap. 25. quem infra citabimus cap. 9. num. 93.

Symbolum accipitur pro eo quod in cœnam comparandam plures conferunt.

D. Gregor.

Jdem prohibet Sirach, cum ait: *Ne conferas symbolum cum ea in vino.* id est, ne compotationis gratia conuiuium conferas cum ea. Palacius citat Cælium. lib. 7. c. 26. & meminit legum conuiuiorum, quarum vna, inquit, est plurimum vini vno hausto absumere. Hoc, ait, erat altercari super vino, quis scilicet plus vini vnico ictu voraret. Id prohibet fieri auctor cum vxore aliena. Libidinis enim flamma simul hauritur cum vino. Sapienter, porro dicit, *ne declinet cor tuum*. nam recta amoris via in propriam vxorem est. à via declinat qui amat alienam. hactenus Palacius.

Lex conuiuiorum quæ Palacius.

Illustratio quarta.

53. ET *sanguine tuo labaris in perditionem.* Complut. & LXX. & Drus. *& spiritu tuo.* Tygur. *& affectu tuo.* verbum enim πνεῦμα, est flatus, spiritus, peculiariter de spiritu dicitur, quem animãtia viuentia ducunt, id est, de anhelitu, halitu animæ; item est spiritus vitalis, vitalia præcordia, & impetus animi. Vulgatus transtulit *sanguinem* cum anima, vel spiritus, vel halitus in sanguine sit, & vita sita sit in sanguine, ideò magis sanguinem, quam spiritum legit. *& sanguine tuo*, id est, cum vitæ tuæ periculo, aut effusione tui sanguinis labaris in perditionem tuam, dum scilicet per concupiscentiam in adulterium pertractus à marito vxoris, aut à lege occideris; aut etiam non perpetrato adulterio, maritus tua nimia offensus erga vxorem familiaritate, te persequatur. Repete quæ versu 1. diximus de zelo maritorum erga suas vxores. Si de adulterio sermonem facimus, ita odio habetur, vt ipsa animantia oderint. Vide Plinium lib. 8. c. 5. & Solinum c. 38. Aristot. lib. 9. de hist. anim. c. 7. & Tiraquellum in 13. legem connub. n. 1. & deinceps. & de suspectione. Vide Numer. 5. à versu 11. vsque ad 31. Sufficiat testimonium traditum à D. Chrysost. hom. 4. ad Rom. qui sic ait: *Quemadmodum sæpe fieri videmus, vt qui ciborum appetitionem amiserint, terram ac capillos comedant: quique impotenti siti correpti fuerint; ij & cœnum quoque nonnumquam ad bibendum appetant. ita & illi ad illegitimum amorem efferbuerunt.* Sicut hi qui relicta vxore, ad ancillam accedunt, quare digni sunt talionis pœna. sic subijcit D. Chrysost. *Hoc ipsum est extremæ perditionis, cum scilicet vtrumque genus corruptum est, cumque tum qui mulieri præceptor ordinatus est, tum quæ viro auxiliatrix iussa est esse, hostijs inter se officijs funguntur.* Vide D. Hieronym. super id Jerem. 7. v. 17. *vides quod isti faciunt*, &c. tandem de zelotypia vide ipsum Tiraquell. n. 34.

Vita in sanguine est.

Adulteria etiam animantibus odio habentur.

Plin. Solin. Aristot. Tiraquel.

D. Chrysost

Qui relicta vxore ad alias accedunt, digni sunt talionis pœna.

D. Hieron.

VERS. XIV.

Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi.

Sensus.

54. NE *derelinquas*, &c. q. d. Quia natura semper nouis delectari solet, hoc tibi nouum consilium præbeo, ne ex re abijcias amicum veterem, quem multo tempore exploraſti, è multis experimentis probaſti esse fidelem & vtilem, ne de ingenij instabilitate apud sapientes arguaris. nam si derelicto vetere amico leui errato offensus, nouum amicum ambias, cum ignores quales ille futurus sit, errore duceris, & consilio laberis: idem enim periculum & incommodum habebis. cum nouus amicus haud similis erit illi, sed timere debes non euasurum fidelem. quare ne veterem iam exploratum amicum deseras, quia nouus illi non æquabitur, &c.

Illustratio prima.

Monetur non deserendum amicum iam exploratum.

NE *derelinquas amicum antiquum.* Cum in priori parte capitis prohibuisset Ecclesiasticus stultum zelum mulieris, aspectum virginis, & alia: in hac posteriori parte monet non deserendum amicum, qui iam mille experimẽtis infidelitate & vtilitate exploratus est. Prorsum enim humanæ instabilitatis est rerum tædio capi, & in nouitate delectari, & relictis veteribus amicis, nouos quærere, vt homo naturam instabilem imitetur, quæ noua semper appetit, & vetera repudiat. Primum enim hoc consilium præbet. ne deseras, inquit, amicum antiquum, & ambias nouum, ne leuitatis nota reprehendaris. Sic Raban. *Verum*, inquit, *quia expertarum rerum maior est fiducia, quam ignotarum, ideo suadet, vt probatum amicum non derelinquas, nec te in ignoti fidem improuide committas.* Hoc potest illustrari eo Salomonis Prou. 27. v. 9. *Amicum tuum*

Non amicitiam nouam amicum.

Raban.

Prou. 17. v. 9.

tuum & amicum patris tui ne dimiseris. q. d. vt explicat Salazar. Si forte aliquem nactus es veterem amicum, qui non modo te, sed parentem tuum adamauit, cuius scilicet amicitia adeò constans fuit, vt cœptam olim cum parente tuo gratiam, illo etiam è viuis sublato, non deposuerit, & abiecerit, sed illam tecum tamquam cum quodam patris tui vicario homine, sibi prosequendam, longiusque producendam putauit: hunc ne desere, sed pro viribus illum cõplectere, & arctius tibi obstringe. Hoc confirmat Solon apud Laërtium, qui admonet: *amicos non cito parandos; quos autem parueris non reijciendos.* Et Plautius. *Certe Hercle, quam veterrimus homini optimus est amicus.* Sed melius Cicero in Lælio: *Amici noui*, inquit, *veteribus non sunt anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates: veterrima quæque esse suauissima debent. nouitates tamen non repudiandæ: vetustas autem suo loco conseruentur.* Ennodius lib. 4. ep. 25. m. *Scio*, inquit, *tum nouellam amicitiam habere dulcedinem, si annosa seruetur: & illud esse in affectione purius, quod nostri examinauere maiores.*

Salazar.

Laertius. Plautus. Cicero. *Amici noui veteribus non anteponendi.*

Ennodius.

Insuper Plutarchus in moralibus lib. de amicitia, hanc proponit similitudinem. *Causæ autem cum plures impediant amicitiam, tum vero potissimum plurium amicorum appetentia, quæ non aliter atque parum bonestis contingit mulieribus, crebro atque multorum complexui patentibus; primi amorem, dum retinere non potest, facile contemnit, & abijcit, & veluti puella in viridi prato considens, dum alium insuper atque alium florem decerpit, semper nouis arridentibus, & in sui amorem trahentibus, primos fastidit ac negligit: sic nouitatis studium, & animi inconstantia, inconsulto aliud alio, commutans, nos semper ad recentiora pertrahit, vt noua subinde meditemur initia, eaque relinquamus imperfecta; nouam familiaritatem & gratiam nunc cum illo ineamus, mox cum alio, ob prætertos amicos atque neglectos, nullo amore penitus nobiscum perdurante*; vetus hinc adagium fuit: νεᾶς φίλους ποιοῦ, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου. *nouos parans amicos ne obliuiscere veterum.* Sed quare amicus nouus veteri non anteponendus, cum semper quod nouum & recens est delectet magis, quam illud, q. d. inueterauit? Respondeo quia illa vera amicitia est, quæ iam explorata est, & hæc iuuenis forma est, quia numquam inueteraſcit: at noua amicitia nondum experimentis probata nomen amicitiæ haud meretur, quia cito marceſcit sicut flos, qui aduentante solis æstu cito marceſcit, id est, superueniente tribulatione, cito deficit. Hinc dixit Plutarchus citatus: *Quemadmodum fluuij in multos deducti ritus lentiorem habent cursum: ita vehemens amor in multos dispersus haud dubiè marcescit, ea certe est ratio, quod natura, quibus animantibus vnicum tribuit fœtum eis amorem indiderit vehementiorem. Hinc Homerus dilectum filium vnicum, & hunc telygetum, id est, in senecta matris ædito vocat, quasi quem solum genuerit: post hac fœtum nullum habitura. Nos igitur amicum solum, fore*, &c. Ex quo colligitur veterem amicitiam magis delectabilem esse, quia veræ amicitiæ figuram & proprietates ostentat. Batillius sic eam depingit, emblate. 84.

Vera illa amicitia est, quæ iam explorata est.

Plutarch.

Vetus amicitia magis delectabilis ipsi.

Batillius.

At quam te memorem, seu virgo, seu dea, faxe
Seu dea, seu virgo quàlis, & vnde genus?
Et dea sum, & virgo positis pro nomine signis,
Nota satis, loueque sum sata, Amicitia.
Cur iuuenis forma es? non me ætas ipsa sibyllæ
Non mutent, & quæ tempora cuncta trahunt,
Cur tibi detectum caput est? Patco omnibus, & non
Vllum vllus pudor est, esse negare meum.
Quid toga tam rudis est? Alcidæ ferre labores
Duram Iriquepati calleo pauperiem.
Sed vitæ & mortis titulos quid simbria præfert?
Ad mortem vsque meus continuatur amor.
Cur æstas, & Hyems porrecta in fronte notantur?
Vera fides quouis tempore firma manet.
Cur tibi sic latus est ipsumque ad pectus apertum
Ipsum animi nudo sic penetrale mei.
Brachium at inclinans digito quid cor dea monstras?
Cordi vt lingua & opus conuenienter eant.
Quid cordi hæc inscripta tuo longe & prope signant?
Absens vt præsens sic mihi semper adest.

Amicitiæ elegans emblema.



Cum ergo vetus amicitia his insignibus decoretur, & noua nondum experta sit ea, quæ vetus iam exploraurt; ideò amicus nouus non est vllo modo veteri anteponendus, & si amicus nouus videatur magis delectare quam antiquus, non est cur hic nouo posponendus, sed nouus comparandus veteri non derelicto; seruandus est enim antiquus, ne nouus, qui comparatur, cum exploretur, mutet in amaritudinem dulcedinem, quam in principio ostentat. nam experimento ediscitur, nouum amicum non esse similem veteri, &c. Ideò Sirach admonet non derelinquere antiquum amicum; & reddens rationem, inquit: *Nouus enim non erit similis illi.* Affirmat non æquaturum, quia difficile inueniuntur qui vere amici sint. Dixit Abstemius: Vir quidam diues admodum & liberalis magnam habebat amicorum copiam, quos ad cœnam sæpissime inuitabat, ad quem libentissime accedebant. Volens autem experiri an in laboribus & periculis sibi fideles essent, omnes pariter conuocauit, dicens: obortos sibi inimicos, ad quos perdendos ire statueret: quare correptis armis secum irent, vt illatas sibi vlciscerentur iniurias. Tunc omnes præter duos sese excusare cæperunt, cæteris igitur repudiatis illos duos tantum in amicorum numero habuit, quos deinde singulari amore prosecutus est. Ecce quot amicos ille comparauit, & fideles duos tantum inuenit. quod probat quàm difficiles inuentu sint, qui veri amici sint. Cum igitur non facile inueniantur veteres conseruandi sunt, ne noui veri non sint, cum sit verum, nouum amicum non æquari antiquo. Tandem Hugo Cardin. quem describit noster Delrius, explicat, hunc locum de Christo domino, & ait, præferendam esse amicitiam Dei amicitiæ mũdi. nam Deus est verus amicus, qui *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*, Ephes. 1. v. 4. neque vnquam deserit amicos in tempore malo. Mundus vero est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis, sed tum deserit, & fit inimicus. ideò *nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo: si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.* 1. Joan. 2. v. 15. hoc est, non diligit Deum.

Amicus nouus non est similis veteri.

Abstemius.

Quidam inter multos amicos, duos tantum fideles inuenit.

Hugo. Delrius.

Christus sequus verus amicus.

Ephes. 1. v. 4

1. Joan. 2. v. 15.

VERS.

VERS. XV.

Vinum nouum amicus nouus: veterascet, & cum suauitate bibes illud.

Sensus.

56. *Amicus nouus comparatur vino recenti.*

V*Inum nouum*, &c. q. d. Quamuis amicum nouum, moneari, veteri non præponendum, non ideò nouus deferendus est, sed explorandus vsque dum veterascat: nam qui varijs probatur experimentis, verus amicus censetur. Itaque si nouum amicum comparaueris, expecta illum, donec exploretur. nouus enim instar vini recentis est, crudus, fœculentus, & ex se austerus, atque inexploratus. Et sicut vinum nouum non reijcitur, sed expectatur, vt vetustatem contrahat: tunc enim omni austeritate concocta, bibitur cum suauitate & lætitia animi? ita non omnis amicus nouus contemnendus est, sed temporis processu probandus, vt cum sic est exploratus, ac veterascenti vino similis effectus, tum liceat eius consortio ac familiaritate cum solida animi voluptate frui, & veluti vino iucundè refici, &c.

Illustratio.

Quod nouum est cordi affert maiorem delectationem.

V*Inum nouum amicus nouus*, &c. Quia fere semper quod recens & nouum est, affert cordi maiorem delectationem, & plerumque in amaritudinem facile conuertitur: vini similitudinem, proponit Ecclesiasticus, comparando amicum nouum & antiquum vino recenti & veteri. ne homo relicto veteri amico, nouo solum delectetur, quod maximum incommodum & detrimentum efficit. nam cum nouus amicus nondum sit exploratus, ignoratur qualis sit futurus, si firmus permanebit, aut cito deficiet. Comparat ergo vtrumque amicum vino nouo & veteri, aiens, nihil aliud esse amicum nouum quam nouum vinum. sicut enim vinum bonitatem suam accipit à vetustate, sic amicus eamdem participat ab ipsa vetustate, id est, ab experimentis, in quibus tentatur & probatur, vt amicus possit arcana cordis sui aperire, & committere. Iam tunc vinum nouum decoctam habet austeritatem, & depurtiatum bibitur cum suauitate & lætitia animi. Sic Christus Dominus Luc. 5. v. 39. agens de vino: *Nemo*, inquit, *bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim vetus melius est.* Mustum quidem dulce est, sed fœculentum & asperum; at vetus suauius & delicatius, atque salubrius est; Ita amicus nouus dulcis videtur esse, sed fœculentus; at cum veterascit suauior & salubrior est; Quare amicus nouus seruandus est. vt tamen ei (inquit Palacius) amorem & confidentiam exhibeas, expecta vt veterascat. Memoria dignum est quod ex Plutarcho;

Sicut vinum bonitatem suam accipit à vetustate, sic amicus. — Luc. 5. v. 39. — *Mustum fœculentum & asperum sed vetus suauius & salubrius.* — Palacius.

& Macrobio Cælius ait lib. 28. c. 37. *Vini infantia, quæ prædulcis sentitur, mox dum in pubertatem abit, suauitatis induit proprietatem.* Ergo vinum nouum cum infans est, suaue non est. cum suauitate bibetur, cum ætate processerit. Idem dicimus de amico. Quare Cicero in Lælio: *veterrimæ quoque amicitiæ*, ait, *vt vina, quæ vetustatem ferunt, debent esse suauißima.* Vetus dictum: *vinum vetus, veteres amici*, adagium inde petitum, quod vinum nouum æstus commouet, vetus molestias sedat. Sic noui amici sæpe feruidi, sed molesti, & inportuni: veteres sedati, sed placidiores, comparationem eandem reperies Alexim comicum vsurpasse apud Athenæum lib. 2.

Cælius Rhodigin. — *Vinum nouum cum infans est suaue non est.* — Cicero. — *Vinum vetus veteres amici.* — Athenæus.

Est natura homo vino simillimus
Quodammodo, nam vinum sicuti nouum
Necesse deferuere est, sic prorsus & hominem
Ac primũ quidẽ veluti florescentẽ alijs esse iniuriũ
Post durum fieri hæc autem quæ dico omnia
Vigere cum desierint atque ille exhauserit
Stultitiam amentem, quæ superne innotat.
Velut potui fit, idoneus ætatem nactus bonam,
Ac in reliquum tempus degit gratus omnibus.

Aliquando amicus nouus tribuit suauitatem amico ex Paulino.

Idem de amico dicendum est. sic explicat 57.
Hugo locum auctoris. vinum nouum amicus nouus, quia sicut incertum est de vino nouo quale erit, ita de amico nouo. Veterascet vinum nouum & cum suauitate bibes illud, id est, suauius est ad bibendum. sic amicus nouus cum diu fuerit in amicitia suauior erit & confidentius poteris ei committere secreta tua. q. d. antequam amicitiam confirmes cum illo, diu proba illum: quia ex mille vix vnus inuenitur amicus, id est, animi custos, vel cordis consors. Non est autem hoc consilium ita generale, vt aliquando non inueniatur amicus nouus, qui tamquam vinum vetus tribuat suauitatem amico. Lege epist. 30. D. Paulini ad Florentinum, ad quem sic scribit; *Lætamur in Domino, visitatos nos litteris sanctitatis tuæ. & prouocatos, vt qui neque notitiæ tuæ prius gratiam gesseramus, nunc repentino Dei munere plenam tuæ tamquam veteris amicitiæ fiduciam sumeremus: vinum, inquit, & amicus veterascet & cum suauitate bibes ipsum, ecce istam prophetæ sententiam superauit sanctitas tua, quæ tam profecto diligere nos cæpit affectu, vt inueteratæ nobis dilectionis suauitatem in prima huius fœderis nouitate reddiderit, vt non necesse habeamus aptare incrementa charitatis: cuius maturitatem consummatam, principijs abundantibus experiremur. vt vbertatem animæ suæ magnis fontibus comparare poßimus, qui originem suam late profuso ore rumpentes statim in ortu suo flumina sunt*, &c. Vide superius de hac materia cap. 6. à versu 8. vbi egimus de fidelitate amicorum, & alia. Vide nostrum Delrium tom. 2. Adag. adag. 380.

Vinum vetus cum suauitate bibitur. — Hugo. — *Aliquando amicus nouus tribuit suauitatem amico.* — D. Paulin. — Delrius.

VERS. XVI.

Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio.

Sensus

Sensus.

58. *Non zelanda gloria peccatoris.*

N*On zeles gloriam*, &c. q. d. Quia impiorum fœlicitas & gloria in præsenti vita solet multorum etiam iustorum corda, aut ad indignationem & inuidiam, aut ad imitationem concitare; moneo te, ne eorum gloriam & fœlicitatem æmmuleris, quia lubricum statum & miserum, ac calamitosum exitum habebunt: ignoras enim quam cito illorum fœlicitas euanescet, & in infœlicitatem conuertetur; contemplare exitus illorum, nam exitus acta probant, & non zelabis eorum fortunam, &c.

Nota, & illustratio prima.

N*On zeles gloriam & opes peccatoris*. In originalibus τό. *opes* desideratur. Pro *non zeles*, est, μὴ ζηλώσῃς. verbum enim ζηλοω significat æmulor, imitor, seu potius imitandi studio ducor, affecto. Hesiodus in Her. ζηλοῖ δέτεγειτονα γειτον. *vicinum vicinus æmulatur.* idem: *quorum gloriam æmularis, imiteris & facta.* exponitur etiam sector. item laudo, probo. item beatum prædico. Tandem inuideò alicui, & ægre fero quod ea repotiatur, quam concupisco. vt Act. 7. v. 9. *& patriarchæ æmulantes.* vide supra num. 1. huius capitis. Secundum has omnes significationes explicandum est verbum *zelare*. Cum videris peccatorem gloria & fœlicitate fruentem, & maximum diuitiarum cumulum possidentem, ne eum æmuleris, & imitandi studio ducaris, nec laudes eum, & probes fortunam suam, nec tandem illum beatum prædices. nam *exitus acta probant (al fin se canta la gloria.)* cum inquam sic videris fœlicem, respice finem eius, & exitum cõtemplare, & inuenies subuersionem gloriæ, quę abstrahet te ab æmulatione, &c. Ratio huius est, quia rarus est, qui in prosperitate non efferatur. Sic dixit Origi. *Non enim cuius ius est meliorem bene ferre fortunam, aut ex humili euecti non superbire.* sicut Agar, qui dominam suam despexit, cum concepit filium, Genes. 16. v. 4. *At illa concepisse se videns despexit dominam suam.* Dixit D. Hildebertus Epist. 12. *Timendum est vt hac temporali promotione, ab æternitate decidas cum illis.* de quibus dicitur, Psal. 72. v. 18. *Deiecisti eos dum eleuarentur.* vnde cum is qui prosperatur soleat superbire, inde est quod tandem veniat subuersio, vt dicemus.

Actor. 7. v. 9 — *Peccator fœlicitate fruens non æmulandus nec laudandus.* — Gen. 16. v. 4. — D. Hildeb.

Non æmulandus is qui prosperatur in via sua. — Psal. 36. v. 7

Hoc consilium videtur Syracidem emendicasse ex eo, quod Dauid præbuit Psal. 36. vers. 7. cum inquit: *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias. Desine ab ira, & derelinque furorem, noli æmulari vt maligneris. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur. Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.* q. d. caue ne dum iniquum ac peruersum hominem prosperari, eique ad votum omnia succedere vides, ad eum imitandum prouoceris, & in id certare cum illo malefactis studeas, vt eamdem quoque prosperitatem quasi præmium malefactorum consequaris. Non ergo opus est vt ira torquearis, & aduersus eum, qui fœlix esse præter meritum videtur commouearis, aut de tua conditione queraris, sed cessa ab ira & æquo animo esto; *Noli æmulari vt maligneris*, id est, ne praui hominis prosperitate & fœlicitate commotus ad æmulationem eius tandẽ te pertrahi sinas, vt paria cum illo facere velis & eius iniquitatem imitari, quasi inde tibi quoque bene futurum sit. nam qui malignantur, & pessimis factis, & aliorum iniuria sibi opes parare instituerunt, ij tandem ipsi exterminabuntur, & tamquam ex imis radicibus excidentur, & nulla generis sui successione relicta deficient. Non enim ergo diu expectaturus es, vt malignantis exterminum videas; *adhuc pusillum & non erit peccator* & illum prorsus euanuisse cernes, adeò vt etiam quæras, & diligenter locum eius inuestiges, & oculis lustris; ne vestigium quidem eius vllũ inuenias, vt vbi fuerit ac steterit possit agnosci. sic explicat Agellius.

Qui malignantur pessimis factis exterminabuntur. — Agellius.

Sed quare Dauid vocat *viam* peccatoris *suam*? 59.
numquid via peccatoris est ea, in qua inuenit thesauros, & prosperitatem, gloriamque aucupatur. Respondit D. August. tom. 8. super hunc locum: *Prosperatur, sed in via sua; laboras, sed in via Dei? illi prosperitas in via est, in peruentione infœlicitas: tibi labor in via, in peruentione fœlicitas: quoniam iter impiorum peribit. Nouit Dominus vias iustorum. Has vias ambula; quas nouit dominus. & si ambulas in eis, non te fallunt. via vero impiorum fœlicitas transitoria, finita via, peracta est fœlicitas.* &c. Licet autem prosperitas & fœlicitas impij *in peruentione*, vt inquit Augustinus, infœlicitas sit, nihilominus dum in hac vita obtinetur, æmulationem iustis afferre solet. nam cum prosperitas & fœlicitas prouenìant à Deo, cuius prouidentia omnia gubernantur, cum iusti vident impios fœlicitate perfrui, existimare coguntur, eos à Deo plus illis diligi, siquidem prosperitate huius sæculi, & diuitijs eos cumulet, & iustos paupertate confici patiatur, & aliquando hæc eorum æmulatio illos vacillare faciat. vide Vatem hac æmulatione angentem, cum Psal. 72. v. 2. *Mei autem*, inquit, *pœne moti sunt pedes: pœne effusi sunt gressus mei. quia Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. quia non est respectus*, &c. q. d. cum viderem tantam in rebus humanis inæqualitatem, pœne lapsus sum, & vestigia, quæ per viam mandatorum Dei figere solebam, pœne commota sunt, vt à lege & mandatis eius declinarem, aut de fide, quam in Deum habebam diuerterem, & suspicio subiret animum, aut non videre hæc infima Deum, aut non satis æquum esse si videat. In harum rerum dubitationem adductus sum, cum mentis & corporis oculis video, & contemplor in quanta pace & prosperitate iniquos viuere, & quantis bonis affluere, integraque atque firma corporis valerudine, in lętitia & gaudio degere, fœlices existimaui, & me illorum esse similem optaui.

Quare Dauid viam peccatoris vocat suam ipsius peccatoris. — D. August. — *Via impiorũ fœlicitas transitoria.* — *Iustum vacillare solet æmulatio prosperitatis peccatoris.* — Psal. 72. v. 2

Sed si iniqui sunt, qui hac fœlicitate potiuntur, quare Dauid illos æmulatur optans esse illorum similem? Respondeo illum pacem peccatorum æmulari non ad offensionem vt illi, sed ad seruitium & obsequium Domini. Ita inquit D. Augustinus hunc locum explicans: *Attendi peccatores, vidi illos habere pacem. Quam pacem? temporalem, fluxam, caducam, atque terrenam. Sed tamen talem qualem & à Deo ego desiderabam, vidi illos habere, qui non seruiebant Deo, quod ego desiderabam, vt seruirem Deo. & moti sunt pedes mei, & pœne effusi sunt gressus mei.* Sed hæc tentatio iustos solet inuadere, ictus autem eius diuina gratia retorquere conantur, &c.

Quare Dauid æmulatur pacem peccatorum. — D. August.

Hinc Jeremias cap. 12. v. 2. Quærit à Domi- 60.
no: *Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus, qui præuaricantur, & inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum.* q. d. qui fit

Quare via impiorum prosperatur. — Ierem. 12. v. 2.

fit vt via impiorum prosperetur, & fœliciter omnia succedant his, quibus nihil magis curæ est, quam vt legem tuam transgrediantur? Plantasti eos quasi arbores, & altas in terris radices agunt. Proficiunt & copiosos à te fructus consequuntur: assidue te in ore habent, sed intimi eorum affectus longissime absunt à te, &c. vbi Jeremias quærit à Deo causam cur ciues sui, & eis similes facinorosi non tantum impuniti, sed rebus omnibus affluentes vitam degant; ipse autem, & probi cæteri in ærumnis assiduis versentur. Sed ipse & reliqui iusti quiescunt, cum in mentem suam adducunt finem illorum, quem iam dicemus.

Iustus quiescit cum considerat finem prosperitatis peccatorum.

Cui querimoniæ facit satis propheta cum subijcit: *Congressa eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die afflictionis.* q.d. cum dies vindictę venerit congrega eos quasi fascem vt igne sempiterno comburantur. D. Hieronym. Rabanus, Hugo, S. Thom. Dionys. & Isid. videntur intelligere, hoc esse quasi responsum, quo se consolatur Propheta, sibi respondens ad quæstionem prius motam. q.d. impios quidem multa cumulare bona, & fœlicem in omnibus successum habere, sed hoc nihil aliud esse, quam saginari sicut gregem ad victimam: nam tandem subito omnia illis auferuntur, & in tenebras interiores detruduntur perpetuo puniendi, quamtumuis ipsi non credant, dicentes Deum ignorare quid illis post hanc vitam sit euenturum. vide Iob 21. v.7. vbi eamdem ac Jeremias videtur querelam iacere.

D. Hieron. Rabanus. Hugo. D. Thom. Dionys. Isidor. Impij æmulantes bona sicut greges saginantur ad victimã.

Ergo ait Sirach: *Non zeles gloriam, & opes peccatoris.* id est, ne æmuleris, nec inuideas, nec secteris, nec beatum prædices peccatorem, cum illum videris gloria & opibus saginatum: ipse enim in hac vita in quærenda gloria & opibus comparandis distinetur, & huius occupationis vinculis, quibus semper adstringitur, neque exolui, neque laxari potest: sicque fit vt saginatus & impinguatus rigidius & seuerius tandem puniatur. vide historiam Abimelech Iudit. 9. v.4. & Absalom 2. Reg. 15. & 18. Hugo explicat: non desideres honores huius mundi, neque diuitias, quia vix sine peccato possunt acquiri, vel possideri. Sic dicebat Salomon Prou. 24. v.1. *Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur;* æmulatio talis vitanda est, quia eam fœlicitatem impij iniustis artibus sibi parant, scilicet, rapinis, ac fraudibus: quæ vero sic parta sunt bona, beatum hominem efficere non possunt: sicque inuidentia prorsus indignus est. Quare in secundo hemistichio subijcit Ecclesiasticus.

Peccator non prædicandus beatus cum fruitur fœlicitatem. Hugo. Prou. 24. v.1.

Illustratio secunda

61. *Exitus acta probant.* Non enim scis quæ futura sit illius subuersio. Tygur. & Drus. legunt: *nescis enim quis sit futurus ipsius exitus.* cum certum sit *exitum acta probare.* si acta bona sint, fœlicem exitum peccator sortietur; sed si mala, non gloria, sed ignominia eueniet ei æterna, qua semper inferorum ergastulo torquebitur. Pro *subuersio* in Græco est, καταστροφη, à verbo καταστρεπω, quod est subuerto, item exigo, finio, claudo, & interdum finio vitam, morior, inde *Katastrophe,* subuersio, euersio, expugnatio; item exitus, id est, mors. cum ergo vulgatus exitum impij subuersionem appellauit, similitudinem ædificij, vel arboris, vsurpauit. vrbs enim solet expugnari, & subuerti, vel euerti, & ad exitum vel finem perduci, eodem verbo meminit Moyses subuersionis Sodomæ, Genes. 19. v.29. *Cum enim subuerteret Deus ciuitates regionis illius, recordatur Abrahæ liberauit Loth. de subuersione vrbium, in quibus habitauerat.* Hanc vrbium subuersionem immisit Deus regioni illi in pœnam nefandorum scelerum, quibus Sodomitæ inquirati sunt. dederant enim se carnis cupiditatibus, & pacem illam quæsierant periculis plenam; & tandem seuerè in eos omnes animaduertit Deus subuertendo, ciuitates Sodomiticas in vindictam scelerum suorum. Quod ipsum suplicium experti sunt Israëlitæ, cum ait Moyses Deut. 29. v.23. *Sulphure & salis ardore comburens ita vltra non seratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum subuersionis Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus in ira & furore suo.* fecit Dominus vt terra sale aspergeretur, vt sterilis & infœcunda fieret. sal enim terrę inspersum eam exsiccat, vrit, depascitur, & sterilem facit. Hinc Ahimelech. Sal sparsit in agro Sichem cum vellet eum omnino, sterilem efficere. Judic. 9. v.45.

Exitus impij subuersio appellatur. Gen. 19. v.29. Subuersio Sodomæ propter nefanda eius peccata. Deut. 29. v.23. Sal terræ inspersum exsiccat & sterilescit.

Hæc inspersio salis apud nos indicat maximum supplicium in pœnam criminis læsæ maiestatis. nam cum aliquis tale crimen committit, hac pœna punitur; nam subuertitur eius domus, & deturbatur, & in solo domus inspergitur sal, vt omnibus notum fiat supplicium criminis læsæ maiestatis. sic factum est in populo Jsraëlitico sicut in Sodoma. Quare dicitur: *in exemplum subuersionis Sodomæ,* id est, instar subuersionis Sodomæ, sicuti Deus subuertit Sodomam.

Apud nos inspersio salis indicat supplicium criminis læsæ maiestatis.

Sed quare tam rigidum & seuerum supplicium immisit Deus Israëlitis? numquid aliquod crimen læsæ maiestatis perpetrauit, ad hoc vt pœna debita tali crimini redderetur? Respondeo, hoc supplicium subuersionis immissum esse, quia contemnens Jsraëlita, & irridens maledictionem & exsecrationem imprecatam, pace prosperitatis & fœlicitatis frui cupiebat. Dicitur enim hoc cap. 29. v.19. *Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens: Pax erit mihi* (id est, gloria & diuitijs fruar) *& ambulabo in prauitate cordis mei, & absumat ebria sitientem.* Jllud *benedicat.* est, blandiatur sibi, promittendo scilicet sibi impunitatē & pacem, id est, prosperitatem, etiam si leges meas, inquit Dominus, violarit. *& absumat,* &c. id est, tradat se voluptatibus & idololatrijs. vel, cum pars inferior voluptatibus ingurgitata & inebriata, totam ad se mentem [quæ sitiens est, quòd voluptatum corporalium per se sit expers] trahit & absordet, tuncque homo fit mancipium corporis sui: dominatur enim corpus & appetitus in rationem, eamque sibi subijcit. Cum igitur homo sic voluptatibus inebriatur, vt *pace,* hoc est, gloria & prosperitate potiatur, facile conijcere possumus futuram subuersionem. nam statim versu 20. dicitur: *& dominus non ignoscat ei, sed tunc quam maxime furor eius fumet,* id est, grauissime irascatur & vlciscatur Deus de scelere suo, subuertens illum, sicut subuertit Sodomam in supplicium nefandorum scelerum suorum. illud *pax erit mihi & ambulabo in prauitate cordis mei,* idem est, ac dicere, gloria & opibus fruar, id est, prosperitate periculosa. Et sicut illi immittit Deus subuersionem,

Cur Israëlitis seuerum supplicium immisit Deus ex inspersione salis. Deut. 29. v.19. Sibi benedicere est promittere sibi impunitatē. Dominatur corpus in rationem & eam subijcit. Deut. 29. v.20. Ambulare in prauitate cordis quid.

sionem, instar Sodomæ, id est, infœlicem exitum pœna sempiterna dignum: sic ait Ecclesiasticus, illum qui *zelat* hanc periculosam prosperitatem, id est, *gloriam & opes* puniendum tandem *subuersione,* vel exitu infœlici, &c.

62. *Similitudo subuersionis ex arbore subuersa. Psal. 36. v.35.* Secunda similitudo subuersionis arboris probatur. nam cum dixisset Dauid Psal. 36. v.7. *Noli æmulari in eo, qui properatur,* &c. vers. 35. ait: *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani. & transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* q. d. vidi impium hominem tamquam cedrum, quales esse in libano solent proceræ, & ramis densæ, & firmis radicibus nixæ, propinquis multis & potentibus, fœlicitate & prosperitate fruentem. *& transiui,* &c. id est, non steti, nihil moræ intercessit, nisi dum illam arborem transirem, tantum temporis spacium intercessit, quoad ego transirem; *& ecce non erat,* ita vt pœne in ipso momento transitus mei tanta firmitas & pulchritudo perierit, &c. Hæc autem subuersio arboris est, exitusque, & finis eius. Impius enim tamquam arbor procera folijs pacis & prosperitatis, id est, gloria & opibus fruens, suam etiam subuersionem patitur: nam expugnatur à morte, quæ ita illum subuertit, & deturbat, vt in momento faciat eius gloriam euanescere, & opes fugere: perit firmitas, pulchritudo deficit, & tandem anima eius ad ima deturbatur, vt in ęternum crucietur in pœnam ambitionis gloriæ, quam zelans, & quærens consecutus est, &c.

Impius tamquam arbor procera expugnatur à morte.

63. *Subuersio imprecata ab Helisæo qualis. 4. Reg. 7. v.20.* Porro. Hæc subuersio similis est ei, quam refert Scriptura 4. Regum 7. v.20. Quærebant Syri Helisæum, vt illum interficerent & cum vates rogasset Dominum, vt persecutores percuteret cæcitate, ita percusi sunt, vt existimantes ciuitatem Samariæ esse ciuitatem Dotham, quo ipsi pergebant, introducti captiui facti sunt. & cum ibi iterum orasset Elisæus ad Deum, dixit: *Domine aperi oculos istorum vt videant.* Hactenus cæcitate laborabant, putabant illam, quam ingressi fuerant viam ducere in Dotham. cum autem clausi mœnibus tenerentur ne possent effugere, & in media platea omnium oculis & telis expositi constitissent, ex ea spe & gaudio, quam primum exciderunt. Quod explicans D. Chrysost. tom. 1. hom. de Helisæo. & Syrorum insidijs *O virtus,* inquit, *admirabilis Dei, ducuntur captiui, qui Prophetam venerant captiuare, detinentur vt rei, qui Dei hominem voluerant detinere.* & concludit: *Tunc reddito visu lamentantur & plangunt, tunc se captiuos, tunc reos, tunc se morti iam proximos recognoscunt.*

Virtus Dei admirabilis. D. Chrysost.

In his ego Syris imaginem quamdam intueri videor illorum, qui dum humana curant & fugacia, qualia sunt gloria & opes, aucupantur, fœlices se putant, quia quadam cœcitate & rerum, quas ante oculos habent ἀχελσια laborant. at dum illis Deus oculos aperit, quos clauserat cupiditas, aut ambitio, aut alius quiuis immoderatus affectus, aut quibus falsæ rerum imagines illuserant, cum in platea Samariæ ab hostibus vndique conclusi, instare sibi sentiunt inopinatum exitium, in hora videlicet extrema vitæ suæ: *tunc reddito visu lamentantur & plangunt, tunc se captiuos, tunc reos cognoscunt;* cum enim subuersio eis euenit, & exitus infœlix, & infaustus, tunc animaduertunt, illos insanisse zelando gloriam & opes peccatoris, & illas quærentes vt fruantur eis. Quare Ecclesiasticus experientia ductus præcipit, non zelare gloriam & opes peccatoris: *non enim scis,* inquit, *quæ futura sit illius subuersio,* vel *exitus ipsius,* nam qui mentis oculis finem peccatoris intuetur, qui subuersio illius est, non audet gloriam illius & opes æmulari, nec minus eas quærere. veretur enim ne ipsi contingat subuersio eius. & luat pœnas suæ immoderatæ cupiditatis & ambitionis. vide exemplum diuitis auari Luc. 16. & D. Petrum Chrysologum serm. 66. vbi inter alia loquens cum illo ait; *Tu diues fulgens quondam purpura, nunc tegere finio, pro coccino vestire flammis, pro molli discubitu sustine tormentorum dura, pro lautis ferculis epulare pœnas, copias inopia compensa, ebrietates siti digere, pro odoribus aspergere fœtore: & cui astiterunt voluptatis obsequia, astent tibi ministeria nunc pœnarum, quia ista tibi despiciendo pauperem taliter tu mutasti,* &c. Lege serm. 121. 122. 123. & 124.

Qui in vita fœlices se putant cæcitate & ἀχελσια laborant. Cum subuerti peccatores se vident, affirmant se insanisse zelãdo gloriam. Diuitis auari qualis finis. Luc. 16.

VERS. XVII.

Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.

Sensus.

64. Non placeat, &c. q.d. Non solum non debes gloriam & fœlicitatem peccatorum zelare, sed neque eos imitari, probando ea, quæ ipsi probant, id est, illorum vestigijs insistendo: vt sicut ipsi gloriam & diuitias aucupantur, sic tu ea ipsa quæras, scilicet medijs aliorum iniurijs. Scire enim debes, impios Deum, non solum in hac vita odio prosequi, sed etiam in inferis: vbi in vindictam suorum scelerum misere cruciabuntur. & si vita illorum in præsenti statu Deo non placuit, quanto minus in inferis, &c.

Notæ.

Non placeat tibi iniuria iniustorum. Pro *iniuria,* in Græco est: ευδοκιαις ασεβων, *Approbationibus impiorum,* vt Complutensibus placet, vel non probes quod impij probant. Verbum ευδοκεω, est, probor, existimatione clara sum celebror. Inde ευδοκια, affectus beneuolus, propensa animi affectio, beneuolentia gratuita, Vox est peculiaris diuinis litteris. Significat etiam prosperitates. Sicque è recentioribus quidam hunc locum ita conuertit: *Improborum prosperitas tibi non placeat.* Vulgatus noster *iniuriam* transtulit, vt ostendat affectiones peccatorum, & approbationes suorum scelerum, iniurias esse, non solum contra Deum, sed etiam contra homines.

Sciens quoniam vsque ad inferos, &c. Complut. & LXX. legunt, *iustificabuntur*, id est, non censebuntur iusti & innocentes. In Græco est: μὴ δικαιωθωσι, *non placebit*, non *iustificabuntur* impij, à verbo originali ΔIKH, quod est ius, iustitia, fas, deducitur verbum δικαιόω, quod est iustum & equum censeo. item condemno, punio. Inde est quod LXX. & Complut. legant, *instificabuntur*, id est, non habebuntur iusti, vel immunes à pœna. Quare Drusius transtulit: *Non sint euasuri pœnas*, id est, condemnabuntur & punientur, &c.

Illustratio prima.

Raban. *Non placeat tibi iniuria iniustorum.* Rabanus: *Non est gaudendum in calumnia bonorum, sed magis condolendum: quia is, qui iniuste læsus est, patientiæ suæ recipiet mercedem. Qui autem iniuste læsit, non euadet iniquitatis suæ debitam vltionem.* At Palacius notat, nequitiam diuitum vocari iniuriam, quia vt plurimum opes multæ nec acquiruntur, nec possidentur sine aliorum iniuria. Ergo est. q.d. Id quod impij probant, & quod amant propensa animi affectione, & benevolentia gratuita, quale est peccatum, scelus, impietas, & alia id genus, quibus implicantur, & quibus vtantur, vt gloriam & diuitias id est, mundanam prosperitatem & fœlicitatem aucupentur; tu non probes, non laudes, non plaudas, id est, non placeat tibi impiorum prosperitas. LXX. *Non bene sentias de beneplacito.* quod significat non magni ducendam impiorum prosperitatem, cum omnia illis ex sententia fluunt. quia scito euanescit, conficitur & consumitur. Ideò prosperitas impiorum fœno comparatur. *Noli* (ait Vates regius Psal. 36. v. 1. *æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniustitatem. quoniam tamquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident.* In verbo *æmulandi* contentionem quamdam ac studium continetur, quia ex eo quod fœlicem illum videmus, æquari illius vitæ contendimus. Prouidet ergo ne ex eo quia beatum illum improbum putamus ad illius improbitatem imitandam conuertamur.

Non probanda, nec laudanda ea, quæ impij probant.

Psal. 36. v. 1. Prosperitas impiorum fœno comparatur.

65. Sed quare improborum prosperitatem fœno, & oleribus herbarum Dauid comparauit? numquid dum eorum fœlicitas durat, floret, emicat, & concupiscitur? ita sane; sed vix floret, cum iam conficitur. Non debemus ergo prosperum statum magnificare, quem fœno comparat adhuc florenti, sed mox sicco & recidendo. Quid enim viridius fœno adhuc virgenti? sed plerumque eodem die vtrumque fit, & floret, & siccatur. Oleribus præterea matutino rore perfusis, quid pulchrius? at vbi sol incaluit, folia languescunt, & decidunt. Hac duplici similitudine duplicem indicat Dauid fœlicitatem impiorum; alteram, quæ illis sine vllo labore & industria contigit, vt bona valetudo, & pulchritudo; alteram, quæ studio & diligentia paratur, vt opes, vt amici; quorum vtrumque in impijs celeriter transiturum dicit, vel illis mortuis, vel casu aliquo omnibus terrenarum opum ornamentis abiectis. Quia omnia, quæ in hac vita possidentur fluxa & caduca sunt: Sic scribebat D. August. tom. 1. ad Romanianum li. 1. contra Academ. cap. 1. dicens: *Tu interea viueres in ædificiorum exquisitissimis molibus, in nitore balnearum, in tessellis, quas honestas non respicit, in venatibus, in conuiuijs, in ore clientum, in ore ciuium, in ore denique populorum humanissimus, liberalissimus, mundissimus, fortunatissimus, vt fuisti iactareris, quisquam tibi Romaniane beatæ alterius vitæ, quæ sola beata est, quisquam quæso mentionem facere auderet? Quisquam tibi persuadere posset, non solum fœlicem non esse, sed eo maxime miserum, quò tibi minime videaris. Nunc vero quam te breuiter admonendum, tot & tanta, quæ pertulisti, aduersa fecerunt. Non enim tibi alienis exemplis persuadendum est, quam fluxa & fragilia, & plena calamitatum sint omnia, quæ bona mortales putant*, &c.

Omnia, quæ in hac vita possidentur fluxa & caduca sunt. D. August.

Quare omnia prospera & fœlicia non magni æstimare debemus, & vanos honores mundi non mirari, siquidem omnia somnia sunt, & somniorum instar euanescunt. Sic Anthol. sac. Jacob. Bell. docuit prosperitates & calamitates præsentes pro somnijs habendas esse:

Non magni æstimanda prospera & fœlicia. Anthol.

Quid bona, quid varios mundi miraris honores
Quid mala, quid mundi dedecus ipse times?
Fac superas mireris opes, & commoda vitæ
Fac mala pertimeas, quæ niger Orcus habet.
Cætera [siue tibi fortuna sit vsque nouerca,
Siue sit illa parens] somnia vana puta.
Somnia sunt quæcumque fluunt, quæcumque repente,
Vt veniunt abeunt, labilis instar aquæ.

Confirmat Lucianus in Charon, describens bullas illas in aqua torrente aliquo cum strepitu scaturiente existentes, & tumores inflatos, quibus cogitur spuma, qui facile euanescunt. *Alia vero*, inquit, *diutius durant, atque alijs ad se coactis vehementer inflantur, atque in maximum insurgunt, tumorem, tandem & hæ dissoluuntur omnino pereuntque, neque enim secus fieri possunt. Hæc tibi hominum vita, singuli flatu tumescunt, ita & alij sint maiores, alij autem minores; postremo alij quidem momentaneam mox que deficientem sentiant inflationem, alij vero prius deficiant, quam omnino constituantur. At omnes destrui & euanescere necesse est.*

Lucian. *Vita hominum instar bullæ.*

Si ergo omnia prospera mundi fluxa & caduca sint, & somnia, quæ cito euanescunt, cur audet homo illa probare, & propensa affectione amare, vt ea aucupetur, impios in prosperitate degentes imitando? Non probes (inquit Sirach) non laudes, non plaudas, nec minus impios imiteris. *Non bene sentias de bene placito impiorum.* vel, *ne tibi-idem placeat quod impijs*, id est, quæ impijs placent, & ipsi affectant, non placeant tibi; quæ ipsi probant, tu; non probas & laudes. Ipsi vt prosperitatem caducam, & gloriam fugacem, opesque fluxas aucupentur, & vt proposita sibi fœlicitate potiantur, plurima peccata committunt, & varijs vitiorum funibus constringuntur, multisque sceleribus implicantur. fuge ab æmulatione prosperitatis eorum, & ab approbatione gloriæ & diuitiarum illorum. Sic Complut. *Non placeas tibi in approbationibus impiorum*, probando ea, quæ ipsi probant, vt illos imiteris, &c.

Quia prospera mundi fluxa sunt non probanda.

Illustratio secunda.

66. *Sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.* Lyra explicat: Tunc enim & nō ante placebit sanctus in pœna, sicut displicuit eis in culpa. sic Dionys. quorum intelligentiā redarguit Jansen. aiens: Patet huic loco non conuenire intelligentiam Lyræ, & Dionysij, vt scilicet impius ducatur non placere vsque ad inferos, quia non placet

Lyra. Dionys. Iansen.

placet Deo huius vitæ tempore: placebit autem ei & Sanctis eius, cum erit in inferno, ob vindictæ æquitatem, vt qui non placuit in culpa postea placeat in pœna. iuxta id: *Lætabitur iustus*, &c. Psal. 57. Non enim simili modo intelligi potest, impios non iustificari vsque ad inferos, sed eo significatur adeò eos non probare Deo, vt eos tandem ad inferos vsque sit præcipitaturus. Palacius inquit, peccatorem perpetuo Deo non placiturum.

Non probat Deus vitam & actus impiorum.

Ego autem existimo agere Syracidem de displicentia Dei erga impios. Ait ergo: Ne probes vt imiteris, quæ impij probant & sequuntur. Scire enim debes ita non probari Deo vitam & actus illorum, vt potius displiceant ei, non solum in hac vita, sed etiam in futura, & sicut culpa illorum non placuit, sic placebit pœna, cum viderit eos cruciari in inferorum ergastulo. & non solum ipse Deus, sed etiam iustus. iuxta id Psal. 57. v. 11. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* sicut displicuit iusto peccatorum culpa, sic placebit eorum pœna, cum in inferorum latebris torqueantur ob vindictæ æquitatem. vide hunc locum explicatum supra cap. 3. num. 23. & cap. 5. num. 49. Hoc ipsum probat id Iob 22. vers. 19. *Videbunt iusti & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.* id est, cum iusti viderint impios puniri, præ nimio gaudio gestient. quia Dei voluntas efficitur. Tunc enim lætabitur iustus, &c.

Psal 57. v. 11

Sicut displicuit iusto peccatorum culpa sic placebit eorum pœna. Iob 22. v. 19

Quare iusti lætantur in perditione impiorum.

At quænam iustis lærandi & exultandi materia? quare iucundabuntur in perditione, impiorum? Respondeo, lætitiam hanc ex diuinæ prouidentiæ honore Dei gloria & triumpho in suorum hostium interitu reportato, ex diuinæ iustitiæ veritate & celebritate apud vniuersos mortales concipi in iustorum animis. Vt Exodi 15. vers. 1. dicitur: *Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem dejecit in mare.* & Sap. 18. vers. 20. *Ideò decantauerunt, Domine, nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter*, &c. Laudabunt enim iusti in vindicta, quam de impijs Deus sumet, victricem manum suam, & decantabunt nomen sanctum suum, quia gloriosè in triumpho reportato Deus magnificatus est. Quare impij non solum non iustificabuntur in inferis, id est, non censebuntur iusti, sed neque euasuri pœnas scleribus suis respondentes, sed cruciabuntur, & dabunt iustis triumphatoribus lætandi, & exultandi materiam. Ideò Ecclesiasticus, vt iustos dehortetur non solum ab æmulatione prosperitatis impiorum, sed etiam ab imitatione eorum, ait: *Non placebit tibi*, &c. Tygur. *Sed memento illos ad inferos vsque, nihil esse acturos quod iustum sit.* Vatab. *Nihil esse iusti dicturos.* id est, sicut impij nihil egerunt in vita quod iustum esset, nec locuti sunt, sic in inferis minus agent, quia non amplius merentur, nec demerentur, &c.

Exod 15. v. 1

Sap. 18. v. 20

Laudabunt iusti in die vindictæ victricem manum Dei.

VERS. XVIII.

Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis.

VERS. XIX

Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere ne forte auferat vitam tuam.

Sensus.

67. *Longe abesto*, &c. q. d. insuper moneo te ne principum præcipue tyrannorum frequentes domus, nec seruitio eorum addicaris: quia cum habeant potestatem occidendi, & sæpissime glorientur in executione eius, quotidiana anxietate laceraberis, & suspicionibus disrumperis, cogitans potestatem occidendi executurum in te; quare longe abesto à domo illorum, vt ab his suspicionibus & anxietatibus libereris. Et si aliquando necesse fuerit ad hos Principes accedere, caue ne aliquid committas in domo illorum, quod prouocare eos possit ad excandescentiam: quia eum leuiter offendantur, & simul potestatem occidendi habeant, poterunt tibi subito vitam tollere. nam fere tyranni quos oderunt, eos indicta causa absque iudicio interimunt, &c.

Lyra. Dionys. Iansen. *Principes offensi iusti impune solent occidere.* Eccles. 13. v. 3.

Illustratio prima.

Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi. Raban. explicat: *Quid vult hoc*, &c. *nisi quod cautos nos in omnibus vult fieri, ne forte per iniuriam incidamus in periculum mortis. Ille enim se bene ab occasione custodit, qui res dignas morte non efficit.* Lyra quem Dionys. imitatur, explicat, *de tyranno crudeli.* Sed melius Jansenius, & Palacius existimant de quouis principe potestatem habente ad occidendum intelligi posse: quia offensi impune solent occidere. Hoc illustratur ex eo quod inferius, inquit ipse Ecclesiasticus cap. 13. v. 3. *& ditiori te ne socius fueris. Quid enim communicabit cacabus ad ollam? quando enim se collisserint, confringetur.* q. d. Longe abesto ab homine ditiore, id est, principe, ne socius, vel seruus illi sis, quia potestatem habet perdendi te: & si tu cum illo colliseris, eris instar ollæ cum cacabo collidentis, quæ quia infirmior est, & cacabus potestatem habet illam confringendi facile ab illo confringitur. Sic tu longe absis à quolibet potestatem habente interimendi; ne si cum illo colliseris confringaris, &c.

Lyra. Dionys. Iansen. *Cacabus & olla quando se collidunt confringitur olla.*

Itaque sententia monet, ne principibus familiares simus. dixit enim primus Gandauensium Episcopus: *indicat leuissimam esse principum offensionem* [hoc est, leuissimis de causis illos irasci solere] *eamque cum maxime coniunctam periculo.* quo nihil verius est, nihil vsu regnorum omnium exploratius, nihil in animalibus contestatius. Lege

Episcopus Gandau.

Familiaritas Principum periculosa vt in Aman. Esth.7. v.8.

historiam principis Aman patibulo suspensi Regis Assueri iussu. Leuis causa fuit illum *super lectum corruisse, in quo iacebat Esther.* Eh.7.v.8. quia vt veniam impetraret à rege, corruit: & tamen inde occasionem sumpsit perdendi illum. dixit enim rex: *Etiam reginam vult opprimere, me præsente in domo mea. Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius*: famuli regis operuerunt eius faciem. quia mos fuit, teste Abenezra, vt cui rex irasceretur, eius statim vultum ministri obnuberent, quasi qui regem aspiceret indignus foret. Mauult id referre Gretserus noster lib. 1. de cruce c.21. ad morem, quo crucifigendis caput obnubi, faciesque velari solitum erat. Chaldeus tamē vult, de decore, confusione, ac rubore coopertum fuisse. Quocumque modo fuerit, scimus regem potestatem suam occidendi exsequi præcepisse, & cum patibulum, quod Mardochæo parauerat, ministri obtulissent, in eo suspendi iussisse. Et cum hæc & alia similia acciderint, numquam tamen desunt, nec deerunt aulici papiliones, ad vanum hunc fulgorē fauoris humani aduolantes, & se sponte excæcantes, qui fulgentis splendore ambitionis malunt elucificare, id est, priuare luce, exitum ætatis suæ, quam paucis contenti domi tutò, & suauiter vitam transigere. Itaque longe abesse à principū societate & cōmunicatione, nos docet Ecclesiasticus, quia cum potestatē habeant perdēdi hominem, & simul leuissimam solere, esse eorum offensionem, inde est, quod debeamus à cōmunicatione eorum nos abstinere, ne pereamus.

Operire faciē quid denotabat in lege veteri.

Cum periculum sit in familiaritate principum non desunt papiliones, &c.

Illustratio secunda

68. ET *non suspicaberis timorem mortis.* Tygur. *Nec timore mortis eius anxius.* vel *dubius*, id est, non torqueberis metu mortis, qui peior solet esse, quam ipsa mors. 1.Reg.15.v.32. dicitur Regem, Agag. captum fuisse à Saule in cæde Amalech, & viuum conseruasse, quod valde Deo displicuit. Cum ergo metu mortis angeretur, vocatus à Samuele, vt eius visu occideretur, dixit: *Sictine separat amara mors?* vocat amaram mortem metū mortis, quia iam iam imminebat: mortis enim metus magis cruciat, quam ipsa mors. Ideò vocatur amara memoria eius: *O mors quam amara est memoria tua*, &c. Ecclesiast. 41.v.1. id est, quam amarus sit metus mortis, & quantum animum interturbat. Seneca lib.6. natur. quæst. cap.132. inquit: *Ego vltimum suspirium timeam? Quantum potes itaque ipse te cohortare Lucili contra metum mortis. Hic est, qui nos humiles facit, hic est qui ipsam vitam cui parcit inquietat ac perdit. Hic omnia ista dilatat terrarū motus & fulmina.* Et concludit: *Mors naturæ lex est, mors tributum officiumque mortalium, malorūque omnium remedium est. optabit illam quisquis timet.* q. d. qui mortis timore angitur, cum metus mortis intolerabilior sit ipsa morte, optat minus malum, vt à maiore liberetur. Melius hoc docet Tragicus Seneca in Hercule vers.925.

Metus mortis peior ipsa morte. 1.Reg.15. v.32.

Seneca.

Optat mortē quisquis timet.

Seneca Trag.

Depone tumidas pectoris læsi minas,
Mortisque diræ expelle decretum horridum,
de. *Quicumque misero forte dissuadet mori,*
Crudelis ille est. N.V. interim pœna est mori.

Forte legendum *interim pœna est mori.* Sic Ouidius cecinit:

Ouidius.

Morsque minus pœnæ, quam mora mortis habet.

Confirmat ipse Seneca in Troade versu 996. cum ait:

Dumque ista venient, interim hæc pœna in loco est.

Noster dissertissimus Delrius existimat posse legi: *interim hoc pœnæ loco est*, & explicat: Interim dum ista mala eos manent, & ceruicibus eorum quasi iam iam casura imminent, ipsa hæc mali expectatio pœnæ loco est. nam qui in continuo metu versatur infortunij, grauius nonnumquam cruciatur, & affligitur vehementius, quam qui malum ipsum patitur. metus enim & spes cūcta in maius efferunt, suntque tyranni mentis nostræ crudelissimi. ideò Poëtæ Tantalum æterno metu capiti impendentis saxi cruciari finxerunt. ideò vana carpendorum pomorum, & aquarum sorbendarum spe ludi tradiderunt. Dixit enim ipse Seneca in Thyeste:

Delrius.

Mali expectatio pœnæ loco est.

Fabula Tantali quid denotet.

Peior est bello, timor ipse belli?

Sic Seneca Philosophus Epist. 24. *Nihil in terris terribile est præter ipsum timorem.* acutè, non vere: nā timore timentur timenda, non timetur timor. Vide D.Hieron. tom.1. in vita Malchi monachi, vbi inter alia refert, monachum, cum mortis periculo expositum se videret dixisse: *O multo grauior expectata, quā illata mors?* Seneca lib.3. declam. 5. *Crudelius est*, inquit, *quam mori, semper timere mortem.* Vide ep.105.. Ergo monet Ecclesiasticus, lōge abesse ab homine potestatem habente ad occidendum, ne qui accedit ad illum angatur timore mortis. anxius enim & dubius erit semper expectans euentum insperatum. quia cum facile sit in aliquo delinquere, & non sit difficile principem offendi, sed potius leuissima est eorum offensio, timet ne leuis offensa graui supplicio multetur. ideò subdit Sirach.

Seneca.

D.Hieron.

Longe discedendum ab homine potestatem habente occidendi.

Illustratio tertia.

ET *si accesseris ad illum, noli aliquid committere*, &c. q.d. Quod si vel sors aliqua, vel necessitas fecerit, vt quis talem accedat ad colloquendum ei aut officium aliquod apud eum ad ministrandum; monet ne sit nimis securus, sed prouidè curet, ne quid committat, hoc est, delinquat, nequi leuiter offenditur, & potestatem habet occidēdi, tollat subito vitam. Si enim principum potestati resistere non potest homo, ne quidquam mali committat, sicque manus eorum effugiet. Dixit Apostolus Rom.13.v.3. *Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa.* q.d. Principes non sunt terror bonorum, id est, non sunt in terrorem bene operantium, sed male; nā potestas, quam habent à Deo est. Sed si vis fugere potestatem horum, id est, terrorē quo subditos incutiunt, bene operare, id est, in nullo delinquas, sed opera bona fac: sicque ipse Princeps vel magistratus diliget & laudabit te, &c. Pende illud. *bonum fac*, quod idem est ac, *noli aliquid committere*, id est, si bonum feceris, & bene operaberis, nihil mali committes, quo præbeas principi occasionem tibi vitam eripiendi, Sed quare eripiet vitam? quia potestatem habet occidendi, licet hæc potestas non à se, sed à Deo tradita sit. Cum Christus Dominus Pilato interrogāti respondere noluit, Ioan.19.v.10. *Iesus autem responsum non dedit ei.* Pilatus instat & vrget rursus: *Mihi non loqueris? nescis quia potestatē habeo crucifigere te, & potestatē habeo dimittere te?* Sed respondit Christus: *Non haberes potestatē aduersum me vllam, nisi tibi datū esset desuper.* nota, Pilatum sibi potestatem occidendi vindicare, cum desuper data illi sit, sicut cæteri faciunt, qui potestatē habent occidendi. 69.

Qui agit cum Principe non sit securus quare debet illum non offendere

Rom.13.v.3.

Si vis fugere potestatem principum bene operare.

Quare Christus Dominus noluit Pilato interroganti respondere. Ioan.19. v.10.

70. Sed si quæris, quomodo data sit à Deo potestas

stas occidendi, id est, auctoritatem hoc malum faciendi, cum occidere aliquem obleuē causam peccatum sit, & Deus non est causa peccati? Respondeo aliud esse potestatem, aliud vsum potestatis. potestas omnis bona est, & à Deo est; vsus tamen proueniens ex hominis voluntate, non semper bonus, nec à Deo est, sed à propria hominis voluntate abutente potestate. Sic respondit D.Gregor. lib.2. Mor. c.10. ad similem quæstionem: *Sciendum vero est*, inquit, *quia satanæ voluntas semper iniqua est, sed numquam potestas iniusta: quia à semetipso voluntatem habet, sed à Domino potestatem. vnde bene in libris Regum dicitur: Spiritus Domini malus irruebat in Saul. Ecce vnus idemque Spiritus & Domini appellatur & malus: Domini videlicet per licentiam potestatis iustæ, malus autem per desiderium voluntatis iniustæ*, &c. Sic consideranda est potestas occidendi in Principe, quantum à Deo tradita bona est, sed ea abutitur ad perdendum eū, qui contra eum delinquit. Talis erat potestas Pilati ad Christum occidendum, desuper illi data fuerat, sed ipse abusus est ea, cum in pœnam delicti taciturnitatis Christi (quod delictum non erat, sed virtus, & iusta animi sui moderatio) minitabatur mortem. *habeo potestatem crucifigendi te.* quæ potestas in quantum à Deo procedebat, iustissima erat; sed ex abusu bona non erat. Quare ait Sirach: si accesseris ad illum, noli aliquid committere, id est, aliquod licet leuissimum delictū perpetrare, ne sua abutens potestate auferat vitam tuam, Complut. addunt, *continuo*, quod in vulgata desideratur. id est, præ properè vitā tibi eripiat. nam fere tyranni, quos oderunt, eos in dicta causa, & absque iudicio interimunt. Ideò aiebat Christus Dominus de Deo potestatē absolutam habente ad perdendum hominem, Luc. 12. v.5. *Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam*, &c. illud *timete*, indicat timorem delinquendi, *time te eum*, id est, ne aliquid mali committatis eius timore conuicti, quia potestatem habet ad vindictam sumendam se peccatoribus, eos in gehennam deijciendo.

Quomodo data sit à Deo potestas occidendi, &c.

D.Gregor. *Dæmones voluntas iniqua.*

Impius princeps abutitur potestate à Deo tradita.

Non delinquendum in principem ne abutatur sua potestate.

Quis timēdus magis. Luc.12.v.15

Illustratio quarta.

71. IN his verbis locutionem adagialem agnoscit noster Delrius, propter vetus eiusdem sentētiæ prouerbium. πόῤῥω Διὸς τε καὶ κεραυνοῦ, *Procul à Ioue pariter ac fulmine.* expertus Ouidius cæteros admonet:

Quid sit procul à Ioue pariter ac fulmine. Delrius. Ouidius.

Viue tibi, quantumque potest prælustria vita,
Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.

Sicut in vulnere prius apparet sanguis quā plaga, & prius emicat fulgur quā tonitru audiatur: sic apud impotentes iræ reges, prius erumpit condemnatio quam probatio, & sæpe numero quis delatus perit priusquam coarguatur. Ideò inter adagia numeratur: *Maiorem vitato virum.* & infra c.13.v.12. *Aduocatus à potentiore discede.* Horatius:

Eccles.13. v.12. Horatius.

Dulcis in expertis cultura potentis amici
Expertus metuit,

Dictum est enim cuiusdam: *Ad potentes accedendum, vt ad ignem, non nimium prope, ne comburamur; neque nimium procul, ne non calefiamus.* Huc vsque Delrius. itaque cum adagium, *Procul à Ioue*, referatur ad nostram sententiam, admonet non esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere, si quando libeat maxime cum regibus ac tyrannis: habent enim fulmen, si quando cōmoueantur. Joui fulmen attribuunt Poëtæ, & reges quidam hac effigie suos collosos fingi noluerunt, auctore Plutarcho, citatur àuida hemistichion, quod diximus: *Maiorem vitato virum.* in quo monetur parum esse tutam habere cōmercium cum principibus, quibus quod libuit, licet. & in quos apposite dixeritis illud Græcorum apophthegma: ingens periculum velle qui non decet eum, qui possit quidquid voluerit efficere. Huc pertinet quod Callisthenem admonuit Aristot. vt cum Alexandro, aut raro loqueretur, aut iucunda. Quæ omnia pertinent ad comprobandum consilium Ecclesiastici admonentis, cū hominibus potestatem occidendi habentibus, commercium non miscendum, quia tutum non est, cū possint efficere quod eis libuerit. & si accedendum ad illos sit, delictum nullū contra eos committendum, quia qui commiserit morte multabitur.

Ad potentes accedendum vt ad ignē.

Fulmen Ioui attribuunt. Plutarch.

Aristoteles admonuit Callisthenem vt cum Alexandro aut raro loqueretur aut iucunda.

Quæri autem hic potest (inquit Raban.) *si ad hoc à Deo constituti sunt, vt vltionem noxijs & peccatoribus infligant: cur permittantur persecutores Christianorum & heretici, innocentes & religiosos pœnis subijcere? Quod vtique iusto iudicio Dei fieri permittitur: vt boni pro patientia sua coronentur, & mali pro sua in iniquitate dānentur.* Itaque mali seruiunt bonis dum illos persequendo ipsis meritorum segetes efficiunt, patientiæ fructum excolunt, & cælestis gloriæ palatium ædificant, & regni coronam moliuntur. *Ibi quidem* [inquit D.Prosper. li.1. de vit. con. cap. 1.] *recepturi sunt præmium, vbi non solum de iustis, sed etiam finitis hostibus triumphabunt: vbi vlterius aduersarium non habebunt.* vide D.August. q.73.

Raban.

Cur persecutores permittuntur à Deo.

VERS. XX.

Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolentium arma ambulabis.

Sensus.

72. COmmunionem *mortis scito*, &c. q. d. Tu, ô vir iuste, cui opus fuit ad principem, qui potestatē habebat occidendi, accedere; intellige eius communicationem mortem tuam prædicere. nam multis de causis incurri facile potest. agens enim cum illo scitote in medio laqueorum ingredi, id est, in magno mortis versari periculo, & super dolentium arma ambulare, hoc est, impugnantium militum, qui contra te dolent, id est, qui conceperunt cōtra te dolorem ex graui aliqua causa. Si ergo hostes habes, dolorem contra te grauem gerentes, & inter eorū gladios & pilas versaris, ea effugere non potes? quomodo principis iras effugere valebis, &c.

Nota, & illustratio prima.

COmmunionem *mortis scito.* Hæc prima pars in Græcis desideratur, pendet tamen à superiori sententia nā cum dixisset: *Si accesseris ad illū*, &c. subdit: *cōmunionē mortis scito.* quod explicat de eius communicatione. q. d. Scito communicationem cum eo esse mortis communionem. nā qui cum eo communicat, & commertium miscet, non effugiet mortem, id est, si placentia illi loquatur, in quibus Dei offenditur, mortis æter-

Communicatio cum Principe communio mortis est.

næ ſupplicium cauere non poteſt; ſi diſplicentia ipſi principi, indignationem eius effugere non valet. Quare adijcit: *Quoniam in medio laqueorum ingredieris.* id eſt, in magno verſaris periculo: Laqueorum enim multitudo tanta eſt, vt vix fieri poſſit quin in aliquem illorum incidatur, vt dicitur D. Antonium mundum laqueis plenũ vidiſſe. & ſi loquamur de laqueis, qui in aulis principum ſeſe offerunt, tot ſunt, vt vix aliquis illos cauere poſſit. Si princeps malus eſt, certo cognoſcitur hominem iuſtũ non poſſe effugere manus eius. Si bonus eſt, tanta eſt opus circumſpectione ad ſalua pietate, beneuolentiam conſeruandam, vt vix poſſibile factu, certe rariſſimum & difficillimum, merito cenſeatur. Agere hic debebamus de gratia & fauore principum, & de multitudine laqueorum, qui in aulis eorum inueniuntur; ſed conſulto præterimus, ne odium excitetur, cum verum ſit illud tritum prouerbium: *veritas odium parit.* imitemur D. Ioan. Chryſoſt. qui tom. 5. homil. 15. ad Populum Antioch. eloquentiſſime hoc transferet ad omnia huius vitæ pericula, quæ mortem omnibus minitantur.

Multi laquei in domibus principum.

Veritas odiũ parit.

Ergo D. Chryſoſt. tractans noſtram ſententiam optime aduertit. *Non enim, inquit, dixit, aſpice quod in medio laqueorum pertranſis; ſed agnoſce. Et quare dixit agnoſce? Obumbratus eſt, inquit, laqueus quandoquidem, non aperte mors apparet, neque manifeſta clades, ſed vndique obtecta adiacet. Propterea dixit, agnoſce. Multa tibi opus eſt conſideratione, & diligenti ſcrutatione. Sicut enim pueri terræ laqueos, ſic diabolus vitæ voluptatibus peccata circumtexit.* & poſtquam Sanctus doctor animaduertit differentiam laqueorum, ſcilicet, laqueum auaritiæ, laqueum luxuriæ, ambitionis, & alios, ſubdit: *Si enim vnus tantum, & duo laquei forent, facilis eſſet cuſtodia: nunc autem ipſorum multitudinem oſtendere volens, quomodo dicit audias: Agnoſce quod in medio laqueorum pertranſis. Non dixit iuxta laqueos pertranſis, ſed in medio laqueorum. Vtrimque nobis voragines vtrimque doli. Proceſſit quiſpiam in forum, vidit inimicum, exarſit ex aſpectu ſolo. vidit pauperem, contempſit & deſpexit: diuitem & inuidit. Quempiam vidit infectantem, & indignatus eſt: vidit ſpecioſam mulierem, captus eſt, Vidiſti quot laquei? ideo dicit: agnoſce quod in medio laqueorum tranſis. & in domo laquei, & in concionibus laquei,* &c. Lege totam homiliam, quia aurea eſt.

Diabolus vitæ voluptatibus peccata circumtexit.

Multis laqueis mundus abundat.

73. Cum ergo tot ſint diuiſi laquei, per illos diabolus irretit homines, vt ad vitia pertrahantur, & in imis præcipitentur. ipſe eſt qui quod vult agit, & cum irretit hominem, illum ludibrio lædit. Hoc pulchra ſimilitudine pueri, qui auiculam filo ligatam retinet, & huc illucque auolare ſinit, ſed mox filo retrahit, declarat S. Anſelmus lib. de ſimilitudinibus c. 189. *Inſtar huius pueri,* inquit, *iocatur diabolus cum peccatoribus, quos irretitos ſuis laqueis pro ſua voluntate in diuerſa vitiorum impedimenta pertrahit; Sunt enim multi auari, ebrioſi, luxurioſi, qui proponunt auaritiam, gulam, libidinem deſerere, & putant inſtar auis ſe libere auolaturos, ſed quia prauo vſu irretiti ab hoſte tenentur, nolentes in eadem vitia deijciuntur; fitque hoc ſæpius, nec omnimodis liberantur, niſi magno conatu & gratia Dei funis rumpatur prauæ conſuetudinis,* &c.

Multi ſunt laquei quibus diabolus homines irretit.

D Anſelm.

Similitudo pueri non ſinentis auiculam auolare Sic diabolus, &c.

Confirmat hoc D. Ambroſ. in Pſal. 118. v. 110. explicans id: *Poſuerunt peccatores laqueum mihi,* &c. explicans Judæ proditoris ſtrangulationẽ: *Deus, inquit, etiam in ipſos pius eſt proditores, vt ad pœnitentiam prouocentur, atque à flagitioſo propoſito reflectantur & reſipiſcant, à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Iam non ærumna eſt incidiſſe, ſed crimen, qui non ſolum ſe dedere capiendos, ſed etiam ad voluntatem diaboli tenentur adſtricti, cum poſſunt dicere: Dirumpamus vincula ipſorum. Dedit enim tibi Scriptura diuina, vt non ſolum caueas diaboli laqueos, ſed etiam per pœnitentiam eius vincula dirumpas. Quid tibi homo cum delicijs, ac voluptatibus? Non capit laqueus niſi, ante eſca te cœperit. Dum prædam petis, laqueo ipſe te nectis. Eſca laquei auaritia eſt, eſca diaboli luxuries eſt, quibus nos vult ineſcare, non paſcere,* &c. Sic D. Auguſt. tom. 8. in Pſal. 123. v. 7. ſuper id: *Laqueus contritus eſt,* quod ipſe legit: *Muſcipula contrita eſt,* inquit: *Muſcipula erat dulcedo huius vitæ.* Laqueus ergo, quo nos diabolus in hac vita venatur, dulcedo huius vitæ eſt, qua vult nos ineſcare, non paſcere, quia nihil ſubſtantiæ in illa eſt. Sed in Pſal. 141. v. 4. ſuper id: *In via hac, qua ingrediebat, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi,* ipſe transfert: *in via hac, qua ingrediebatur abſconderunt mihi muſcipulam,* noſtram ſententiam explicans, inquit: *Quid eſt in medio laqueorum? in via Chriſti: & hinc laquei & hinc laquei à dextris, laquei à ſiniſtris. Laquei à dextris proſperitas ſæculi; laquei à ſiniſtris, aduerſitas ſæculi. Laquei à dextris promiſſiones, laqueis à ſiniſtris terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, à via noli diſcedere, nec promiſſio te capiat, nec terror elidat,* &c.

Pſal. 118. v. 110

Explicatio, ſtrangulationis Iudæ proditoris.

Pſal. 123. v. 7

Dulcedo huius vitæ muſcipula eſt.

Pſal. 141. v. 4.

Laqueus à dextris proſperitas ſæculi laqueus à ſiniſtris aduerſitas ſæculi.

Ergo ſi hæc omnia, quæ diximus volumus de familiaritate principum explicare, poſſumus. Primo enim domus eorum laqueis plena inuenitur, obũbrati ſunt, ideò mors non apparet, nec clades manifeſtatur, ſed vndiq; obtecta adiacet. Diabolus enim vitæ voluptatibus, quæ facile in aula principum captantur, plurima peccata circumtegit, ibi ambitio, ibi auaritia, ibi luxuria obumbrantur, & cum quis ingreditur domos eorum, in medio laqueorũ pertranſit, & ſi diligenti ſcrutatione eos non cauet, facile irretitur. Secundo à dextris & à ſiniſtris laquei ſunt proſperitatis & aduerſitatis, muſcipulæ promiſſionum & terrorum. & ſi quis vtramque caueã putat euaſurum, decipitur fiducia ſui, & ſæpius capitur. Ideò dixit Chryſoſt. *Agnoſcamus igitur laqueos & ab ipſis procul eamus; Agnoſcamus præcipitia, nec appropinquemus* Longe abeſto à domibus illorum, *& non ſuſpicaberis timorem mortis.*

Domus principis laqueis plena inueniuntur.

Qui agnoſcit laqueum procul fugiat

D. Chryſoſt.

Illuſtratio ſecunda.

Et *ſuper dolentium arma ambulabis.* Dupliciter explicat hoc hemiſtichium Ianſen. 1. vt ambulare ſuper arma dolentiũ ſit, ambulare ſuper vulneratos, & proſtratos in prælio iam doletes, gementes, & mortẽ expectantes vicinam. 2. Aut ambulare ſuper ea inſtrumenta & arma, quibus tyranni iam multos effecerunt dolentes, quod eſt verſari inter multa pericula, & mortem veluti imminentem ſemper præ oculis habere, ita etiã Dionyſ. Hugo aliam moralem intelligentiam ſequitur. Melius explicat Palacius de ijs, qui concipiunt dolorẽ ex graui aliqua cauſa. ſicut enim qui hoſtes habet, dolorem grauem aduerſus illum gerẽtes, & inter eorum gladios & pilos ambulat, non poteſt ea cauere: Sic quomodo, inquit, cauebis Principis iras? Forte locutus Sirach: de inuidia ſeruorum principis, qui cum viderint aliquem conſeruum gratia apud principem valere, & intimis eſſe, illi inuident, & ſe dolore exedentes, eius fœlicitate palleſcunt, quare dolentes vocari poſſunt. Nam inuidus dicitur ille, qui ex alterius ſecundis rebus dolore

74. *Ambulare ſuper arma dolentium quid.*

Ianſenius.

Dionyſ.

Hugo.

Palacius.

Magna inuidia in ſeruis principũ.

dolore afficitur. Igitur ſi inuidi vocantur dolentes. arma eorum erunt media illa, quæ ipſi adhibent, vt cõſeruus, qui cum principe ſummam iniit gratiam, ab illa excidat. Sicque *ſuper dolẽtium arma ambulare,* erit, eſſe expoſitum periculo amittendi gratiam principis, ſumpta metaphora militum ſuperborum, qui inuidentes proſperitati contrariorum, dolore anguntur, donec armis ſuis eos proſternant, & priuent fœlicitate, qua fruebantur, Sic etiã ſerui principis videntes conſeruum in illius gratia eſſe, dolentes de eius proſperitate illum armis ſuarum calumniarum & fallacium verborum in terra prouoluere & labefactare conantur.

Ambulare ſuper arma eſt eſſe expoſitum periculo amittendi gratiam principis.

Ergo, inquit Sirach: ſcito te in medio laqueorum eſſe, & in medio dolentium de tua proſperitate ambulare, fuge communicationem principis, & ſic ſecurus ab his periculis vitam deges. Quis non affirmabit Regis Aſſueri gratiam, qua Aman fruebatur, dolorem inuidiæ conſeruis ſuis incuſſiſſe, vt pro viribus conarentur illum à gratia deturbare? Optime probatur ex verbo quod dixit Harbona Eſth. 7. v. 8. cum animaduertit Aman decidiſſe à gratia Aſſueri. Excanduerat Rex aduerſus eum, & ait textus ſacer: *Necdum verbum de ore Regis exierat & ſtatim operuerunt faciem eius* (Morem ait Abenezra fuiſſe, vt cui rex iraſceretur, eius ſtatim vultum miniſtri obnuberẽt, quaſi qui regem aſpicerent indignus foret) *Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui ſtabat in miniſterio regis: En lignum, quod parauerat Mardochæo ſtat in domo Aman,* &c. Quare conſeruus Aman tam cito obtulit patibulum, vt in eo ſuſpenderetur? Reſpondet Gloſſa, *vt inciderit in foueam, quam fecerat nam qui fodit foueam incidit in eam, qui voluit lapidem reuertetur ad eum.* Prouerb. 26. v. 27. Reſpondeo tamen, obtuliſſe palum. Harbona, non ſolum propter Tritum prouerbium noſtrum: *Todo ſal caido,* & vt dicitur: *Mortuo leone lepores inſultant.* Sed propter inuidiam, qua forte premebatur; videns enim Amanis proſperitatem dolebat tanquam inuidus, qui ex alterius ſecundis rebus dolore afficitur, & vt dolens offerebat arma ad illum proſternendum nam qui gratia præſtat apud principem haud dubium ſuper dolentium arma ambulat expoſitus periculo cadendi, &c.

Fugienda familiaritas principum vt viuatur.

Eſth. 7. v. 8.

Exemplum caſus eorum qui gratia valent apud principes.

Gloſſa.

Prouerb. 26 v. 27.

Sed quia Græca aliter ſonant, incertum eſt quare vulgatus ſic legerit? ad quod reſpondendum, ſenſum magis vulgatum ſpectaſſe; quam vim verborum originalium nam per verba tam originalia, quamque vulgata tranſtulit, oſtenditur quã periculoſa ſit hæc cum principibus familiaritas. Sicut enim *ambulare per arma dolentium* indicatur periculum ambulantis: ſic *ſuper pinacula,* vel *propugnacula ciuitatis perambulare,* idem periculum ſignificatur. ſic tranſtulere Complut. & LXX. *Superpinacula ciuitatis pec ambulas,* vel *propugnacula* quaſi dicat: communicare cum principibus, & cum eis amicitiam & familiaritatem inire, quaſi qui ſuper pinacula ciuitatis perambulat. Sicut enim qui ſuper ea ambulat, in magno mortis verſatur periculo: ſic qui domos principum frequentant; Hæc comparatio inuenitur in Euangelio Matth. 4. v. 5. cum agitur de tentationibus Chriſti: *Tunc* (dicitur) *aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatẽ, & ſtatuit ſuper pinaculum templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorſum.* Quare ſtatuit Chriſtum ſuper pinaculum templi, vbi erat periculum lapſus, niſi quia volebat eum tentare, vt verſaretur in magno mortis periculo, vt locus illud indicabat? Sic qui nimia principum familiaritate vtitur, verſatur in mortis periculo, ſicut qui ſuper pinaculum ciuitatis perambulant. Ab hoc diſcrimine mortis conatur Eccleſiaſticus hominem eripere, hoc illi prebendo conſilium, vt domos principum haud quaquam frequentare velit, &c.

75. *Periculoſa cum principibus familiaritas.*

Quare diabolus ſtatuit Chriſtum ſuper pinaculum templi.

Matth. 4. v. 5.

VERS. XXI.

Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum ſapientibus & prudentibus tracta.

Senſus.

Secundum virtutem tuam, &c. q. d. Non ſolum cum principibus amicitiam & familiaritatem inire non debes propter moris periculum, ſed etiam cum cœteris; itaque cum aliquem in tuam amicitiam & familiaritatem recipere ſtatueris, intente in eum reſpicere neceſſum eſt eius mores explorando, vt poſſis de rebus tuis cum eo conſulere, non ſtatim ei te credas, ſed explora qualis ille ſit, & ſi illum ſapientem & prudentem inueneris, cum illo tracta, & tua negotia conſulta, &c.

Notæ.

Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo. Complut. *conjecta de proximo.* Tygur. *explores amicos,* vel *ſodales.* Druſ. *conjecturam facito.* in Græco eſt: στόχασαι τὸν πλησίον. verbum enim ΣΤΟΧΑ΄ΖΩΜΑΙ, eſt collimo, & recta ad ſcopũ tendo (ἀστοχῶ deriuari dicitur) ſignificat etiam propoſitum eſt mihi, ſpecto, ſeu reſpicio: item coniicio, coniecturam facio. Apud Phalar. στοχάζομαι ἀπὸ τρόπων e moribus coniecturam facio; collimare autem oculorum proprium eſt, cum eos in angulũ retorquẽtes, oblique aliquid aſpicimus, penituſque in rem aliquam defigimus, quemadmodum ſagittarij ſolent, cum aliquid ſibi ad ictum deſignant. At vulgatus trãſtulit *cauere.* Intente enim in proximum reſpicimus dum ab eo nobis metuentes diligenter obſeruamus eum, nequid ab illo mali patiamur, & diligenter exploramus eius mores, vt ſciamus num ei nos committere debeamus, & cum eo de rebus noſtris conſulere ac familiaritatem conſtituere; tranſtulit Tygur. *ſedulo explores.*

Illuſtratio prima.

Secundum virtutem tuam, &c. Cum ait Sirach ſecundum vulgatam lectionem: *caue te à proximo tuo,* monet eum, qui conſiliarium, vel amicum, aut ſodalem eligere ſtatuit, vt prius *caueat* intente oculos coniiciendo, vel coniecturando, qua eis ſit proximus, de moribus, coniecturam faciendo, & quaſi collimando, antequam in amicum & conſiliarium recipiat. Exploret prius an nomen & officium amici & ſodalis mereatur, & cum dignum illum inueniat, tractet cum illo & negotia ſua deliberet. Sententia hæc perſpicua eſt, maximique ponderis & momenti; nam

Qui ſtatuit eligere conſiliarium, conjectet qualis ſit.

nam agit de electione consiliariorum & amicorum, de quo superius egimus cap.6.vers.6.& licet aliqua ibi congessimus, non contemnenda, nec repetenda, non est cur non alia hic adiiciamus.

Non debet quis sibi adhærere, quem non explorauit.

Secundum virtutem tuam, &c. nos dicimus. *haz loque pudieres, quam potes, pro virili; cauete à proximo tuo*, id est, ne tibi adhæreas quem non explorasti, caue ab illo, quem adhuc ignoras, & coniecturam feceris de moribus suis caue ab illo, qui stultus est, & qui prauo corde est, ne cum illo amicitiam & familiaritatem ineas. Jdeo aiebat Psaltes psal.100.v.4. *Non adhæsit mihi cor prauum*, hoc est, homo cordis peruersi, fraudulentus, ac malitiosus non adhæsit mihi. Agellius: non mecum amicitia iunctus est, longe à me fuit, non mecum versatus est, vel virum peruersum non habebam inter notas ac familiares meos: eius amicitiam familiaritatemque vitabam. Licet enim proximus sit, in amicitiam non recipiendus, nisi prius exploretur, ne fraudulentus sit, & decipiat, &c. Quare longo tempore explorãdus est. sic enim dixit Plutarchus lib. de Amicit. *Itaque vt zeusis pictor quærentibus, cur tardius longoque tempore pingeret respondit: ego longo tempori haud dubie pingo, id est, æternitati: sic perpetuam amicitiam conflare non licet, nisi longa vitæ consuetudine, exactoque iudicio.*

Psal.100. v.4 — *Agellius.* — *Amicus longo tempore explorandus.* — *Plutarch.*

77. Cum ergo intentè respiciens inueneris quem in amicitiam tuam recipias æstima illum, & ab eo consilium expecta. D. Gregor. Naz. orat.4. in Julianum, inquit: *Amicus fidelis solatij portus. Quod si prudentia etiam & iuditio excellat, quanti hoc faciendum? Quod si præterea summa doctrina, hoc est, tam nostra, quam ea qua quondam nostra erat, quando tandem istud luculentius?* &c. ideo aiebat Themistius orat.3. quæ est de amicitia: *Est itaque equorum studioso expetenda in primis illius artis cognitio, qua bonos equos à deterioribus poßit dignoscere; nec minus auri cupido vtile est lapidem eum comparare, quo probari aurum potest. Ergo vero cæteris quidem in rebus rudis sum, atque imperitus, nec eas aut multum cupiam, aut sciam ipse discernere: sed vnius cum primis possessionis amore teneor, vere nimirum, ac sinceræ amicitiæ: quam quidem multo mihi magis contingere velim quam aut Nisæum equum, aut celticũ canem, aut Darij regis aurum*, &c. Forte itaque si non caueris te à proximo tuo, id est, si facile cum aliquo amicitiam & familiaritatem ineas, decipieris ab illo, & talem amicum tamquam inimicum debes timere, nam quos amicos remur, ab ijs nobis non cauemus. Sic dixit Theognis.

Ille qui verus amicus est æstimandus & consulendus. — *D.Nazianz* — *Themistius* — *Qui non vere amicus est, inimicus habetur.* — *Theognis.*

Fallere difficile est inimicum: at amicus amicum
Fallere, non magno, Cyrne, labore potest.

Ideo Cęcilius in suppositio huius rationem reddens, aiebat: *(Cæcilius.)*

Nam hi sunt inimici pessimi, fronte hilaro,
Corde tristi, quos neque vt apprehendas, neque vt mittas scias.

Lucilus Saty. lib. 5. *(Lucilus.)*

Improbior multo, quam quo dediximus ante:
Quanto blandior, hoc tanto vehementius mordet.

Publius Syrus: *(Publius.)*

Grauior inimicus qui latet sub pectore.

Grauior inimicus qui latet sub pectore. — *Cicero.*

Nam cum existimamus amico esse, ab ijs non cauemus: ita facile decipimur. Quare prius *coniectare* debemus, & *sedulo explorare*, an sodalis & amici nomine & officio dignus sit, hoc est *à proximo cauere*, id est, à falso amico, qui facile amicũ deserat. Cicero 4. ad Heron, comparat hirundinibus: *Vt hirundines*, inquit, *æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt, simul atque fortunæ hyemem viderunt, deuolant omnes.* ideo docebat Salomon Prou. 17.v.17. *Omni tempore diligit, qui amicus est*, id est, qui vere amicus est numquam non dilecturus est, nulloque tempore amoris studium & amicitiam intermissurus est, sed semper debet amare, siue in tempore aduersitatis, siue prosperitatis, &c.

Falsi amici comparantur hirundinibus. — *Prou.17. v.17.*

Ergo, *caue te à proximo tuo*, id est, ab illo, qui verus amicus non est, & non multo tempore probasti. vnde alij vertunt: *explora proximum.* quod magis proposito connenit. Quia agitur hic de his, cum quibus consilia & familiaritatem instituere debemus. Illud tandem *cauere*, est vt scilicet, non statim ei te credas & tua, sed prius explores qualis quisque sit, cui committas negotia tua. Sic Palacius: secundum vires tuas explora, penetra, & proba proximum tuum, nec nisi exploratissimo crede.

Cauendum ab illo qui verus amicus non est.

Secunda illustratio.

Et cum sapientibus & prudentibus tracta. Proprie LXX. *& cum sapientibus consulta.* Complut. distinguunt: *& cum sapientibus consilium fac, cum prudentibus sit disputatio tua.* ex amicis & sodalibus, qui explorandi sunt, elegendi prudentes, & sapientes ad tractandum, id est, consultandum, vel faciendum aut conferendum consilium. Siue intelligatur hoc hemistichium de consilijs capiendis generaliter, siue in particulari deligendis amicis, quibus nos & nostra committere possimus, veram doctrinam docet Ecclesiasticus. Nam non solum amicis sapientibus & prudentibus nostra negotia committenda sunt, sed etiam omnibus alijs, qui sapientes & prudentes habeantur: dummodo prauis moribus non inquinentur, nam tunc praua consilia dabunt. Sic dicebat Salomon Prou.13.v.16. *Astutus omnia agit cum consilio*, id est, prudens & cautus homo rebus omnibus administrandis consultationem, & deliberationem sapientum & prudentum præmittit, quod sibi deest sapientiæ & industriæ, id consultis alijs compensat. Ideo admonebat B. Esaias Abb. de gaudio animæ: *Quidquid agis id patrum tuorum consilio dirige, & tempus omne traduces cum tranquillitate.* sed melius D. Gregor. Nazianz. Orat. 27. inquit: *An tu duos quidem homines, quorum alter acutior & sagatior, alter imperitior & hebetior esset, de eodem negotio in consilium adhibens, haud recta mente præditus esse videris, si relicto prudentis consilio, iudicium imperiti sequeris (neque enim Roboam ex eo laudem est consecutus, quod pro nihilo habita senum sententia iuuenum consilijs paruit.) Cum autem Deus & homines inter se expendantur, iudicia hominum potiora duces, quam Dei? nequaquam certe id facies, si me audias, recteque sentias.* Hierocles admonebat: *Consilium adhibe prius quam res geratur, ne absurda fiant hominis nempe miseri est, ea facere & loqui quæ stulta sunt. Consilij prudentia, & virtutes parit, & perficit, & continet, parens simul earum & nutrix, & custos.* Leo imperator dicebat: *Omnem actionem consilium anteeat: inconsulta enim rerum tractatio haud satis tuta est. Nam quamquam interdum quis glorietur se quasi simul & deliberauerit, & res sua gesserit, res multas prospere atque ex tempore gessisse, tamen perraro aliquid tale vsu venire fortunate solet.* Porro Puntherus lib.1. agens de Alcibiade, hæc inquit:

78. *Amici sapientes & prudentes eligendi ad tractandum & consultandum.* — *Prou.13. v.16.* — *B.Esaias Abb.* — *D.Nazianz* — *Roboam ex probratus quia consilium à iuuenibus petijt.* — *Hierocles.* — *Consilium adhibendum priusquam res agatur.* — *Leo Imperator.* — *Puntherus.*

Ergo viros famosa quibus prudentia nomen,
Longaque multarum dedit experientia rerum
Sæpius arcanis solitos intersor è rebus
Adsciscens magno secreta negotia regni.
Pertractans studio decuntis rebus agendis
Consulit, & Pulchrũ, iustumue, vel vtile quid sit,
Quid deceat, quid non, studiosa mente requirit.

79. Jtaque ait Ecclesiasticus: *& cum sapientibus & prudentibus tracta*, id est, *consulta.* cum opus habeas consilio in aliquo negotio, fuge stultorum consilium, & quære sapientes & prudentes, vt cum eis consultes & deliberes, quæ tibi occurrunt. si forte erraueris, culpam poteris à te remouere, & in consiliarium transferre. Sed vt in plurimum ea, quæ deliberantur cum sapientibus recte conijciuntur, & attingunt veritatem. quæ autem fiunt ex propria deliberatione, non expectato prudentum consilio, de via veritatis decedunt. Quare prudens consilium est cum sapientibus consultare. Potest etiam illud *tractare* referri ad familiaritatem, & communicationem cum sapientibus, & respondeat nostro trito prouerbio: *Dime con quien andas, Y direte quien eres.* quod confirmauit Salomon prouerb. 13. v.20. cum ait. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.* sicut sapiens efficitur qui cum sapientibus tractat, sic stultus euadit qui consortia stultorum sequitur. Quare tu, (inquit Sirach) gradere cum sapientibus & prudentibus, cum illis tracta, & consulta, vt efficiaris sapiens & prudens, &c.

Fugiendum stultorum consilium & sapientum quærendum. — *Qui cum sapientibus graditur sapiens est.* — *Prou.13. v.20.*

VERS. XXII.

Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio.

Sensus.

Viri iusti, &c. q. d. Sicut debes cum sapientibus & prudentibus tractare & cum illis amicitiam & familiaritatem inire: Sic cum iustis debes agitare conuiuia iustis inquam, qui Dei timore addicti sunt cum quibus epulum lautum celebrare licet in timore Dei, & gratiarum actione; quia peccatorum consortia timore Dei destituta, prouocare solent ad iocos, ineptias, cachinnos. garrulitates, detractiones præter commessationes, & ebrietatem, neglectum Dei, & interdum etiam blasphemiam, &c.

Prima illustratio.

80. Viri iusti sint tibi conuiuæ. Cum de familiaritate non solum principum, sed etiam aliorum egisset Ecclesiasticus, in præsentiarum agit de communicatione familiari amicorum circa conuiuia. Cum aliquos inuitare statueris vt tecum panem comedant, ante oculos obuersentur tibi iusti & pij, & præ omnibus illos eligè ad tuum lautum epulum degustandum: merentur enim iusti liberalitatis & benignitatis officia, & vt honorifice à te excipiàtur & tractètur. Quare viri iusti timentes dominum sint tibi frequentiores conuiuæ. Forte hoc consilium emendicauit auctor ex eo quod fecit Sanctus Tobias. cap.2. v.1,2. Vbi dicitur: *Cum esset dies festus domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ. Dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deũ, vt epulentur nobiscum.* Licet non designet quos iusserit inuitare ad prandium, colligitur ex Græco illos esse pauperes, & ex illis eos magis delectos, qui Deum timerent, eiusque mandatorum meminissent. Sic dixit D. Ambros. lib. 4. officia cap. 1. *Tobias formam honestatis expreßit euidentius, cum relicto conuiuio, mortuos sepeliret, & ad cibos pauperis mensæ inuitaret inopes*: Hunc forte respexit Christus dominus cum hoc consilium præbuit, Luc.14.v.12. *cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos*, &c. *ne tibi reinuitent, & fiat tibi retributio*, quod condemnat Seneca lib.2. de benef. cap.31. vocans eam, non beneficium, sed negotiationem; *Beneficium* (inquit) *qui dat vult excipi grate, Habet quod voluit, si bene acceptum est. Sed sperauit emolumentum aliquod. Non fuit hoc beneficium enim, cuius proprium est nihil de reddito cogitare.* Jtaque diuites non inuitandi, ne retribuant quod acceperunt. sed ait Christus Dominus versu.13. *Sed cum facis conuiuium voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos*, &c. Sed si conuiuium est, Quare præcipit dominus pauperes inuitare, cum conuiuia celebrentur magis inter diuites & epulones, quam vt inuitentur pauperes? Respondeo, designare pauperes illos, præcipue qui Deum timent, vt meliorem retributionem consequantur. nam qui diuites vocat, ad conuiuium temporalem in hac vita mercedem recipere contendit, quam non recipit qui pauperem inuitat. At qui pauperes ad epulum inuitat, Deum constituit sibi debitorem, qui æterna mercede debitum soluit. Sic dixit D. Chrysost. *Qui amicos inuitat nihil magnum facit: hic enim accipit mercedem suam; qui autem inuitat mutilum, & pauperem, habet Deum debitorem pauperem autem, & mancum si invitaueris numquam peribit gratia.* Vt ergo Deus in culmen seu fastigium honoris & dignitatis hominem efferat, prohibet inter diuites celebrare conuiuium, & pauperes timentes Deum inuitare prœcipit. Quæ excelsior dignitas & honor? quam illud Christi iudicis verbum audire, Matth.25.v.40. *Amen dico vobis quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis & venite benedicti patris mei?* nota illud: *timentes Deum, vt epulentur nobiscum*, id est, iustos timentes Deum voca vt sint nostri conuiuæ hi enim merentur beneficium nostrum, & obsequium, quod Libenter offerimus. Vide conuiuia; quæ Abraham celebrauit Genes.16.v.3.& 19.v.2.3. Jsaac Genes. 26.v.30.& Joseph Genes.43.v.16. & alia.

Cum iustis celebranda conuiuia. — *Tob.2. v.1.2.* — *Tobias timentes Dominum inuitat ad epulandum.* — *In conuiuijs non vocandi amici ne fiat retributio.* — *Luc.14.v.12.* — *Seneca.* — *Quare præcepit Dominus pauperes vocare ad conuiuium.* — *Qui pauperes inuitat, Deum constituit sibi debitorem.* — *D.Chrysost* — *Matt.25. v.40.* — *Iusti vocandi ad conuiuium.*

81. Sed Quare vocandi sunt conuiuæ iusti, & non alij? quia conuiuia, quæ ab iniustis hominibus celebrantur, plena sunt ebrietatibus & Luxurijs & cædibus. vide conuiuium, quod Absalon celebrauit in penitiem fratris sui Amnon 2. Reg.13.v.27. *Fecerat* enim *Absalon conuiuium quasi conuiuium regis*, in quo fratrem iussit occidere sic de Agamenone inquit Seneca in Agamenone act.5.

Quare iusti & non alij vocandi sunt ad conuiuium. — *2.Reg.13. v.27.* — *Seneca.*

Epulæ regia instructæ domo
Quales fuerunt vltimæ Phrygibus dapes, &c.
Caput amputatum parte, & hinc trunco cruor
Exundat, &c.

Itaque Agamenonem à Troia victorem, domi reducem, in ipso conuiuio, sinuosa, sed imperuia veste irretitum, vxor & adulter occidunt. In alijs

Agamemnon occisus in ipso conuiuio sicut Amnon.

alijs etiam conuiuijs alia mala olim perpetrabantur vide Alexandrum ab Alex. lib. 5. cap. 21. qui inter alia sic ait: *Thraces post intemperatissimas perpotationes, primo in vino & alea versari, mox ad illicitos concubitus accedere solebant*. Rursus: *Persarum mos erat inter pocula de rebus serijs consultare, & post commessationes concubinas aduocare*, &c. Quod colludit cum eo exod. 32. v. 6. *& sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere*. Hunc lusum impurum fuisse colligunt nonnulli ex eo, quod, in honorem vituli (quod maxime lasciuum & libidinosum est animal) lusisse videantur, sic explicauit Tertul. lib. de ieiunio: *surrexerunt ludere intellige*, inquit, *sacræ Scripturæ verecundiam, lusum nisi impudicum non denotasse*: vnde & Rabbin crassi exponunt *Ludere*, id est, fornicare ergo in conuiuijs, quæ ab iniustis hominibus celebrantur, hæc & alia vitia sæpe inueniuntur. Ideo dixit Clemens Alex. lib. 2. Pedag. c. 4. *A conuiuio rationali absit comessatio, & lasciuia iuuenilis quin etiam inanes vigiliæ, quæ de petulantia & turpibus conuicijs & maledictis sibi placent est enim hæc comessatio tibià inebrians ex temporalis amatorij pontis impotentiæ catena. Amor autem, & ebrietas, & quæ ratione carent affectionis, à nostro choro procul amandentur vna autem cum petulantia in comessatione versatur cantilena: in potu vero vigiliæ ebrietatem accersunt & excitant libidinem, quæ sunt rebus turpibus faciendis dedita audacia*, &c. Quare optimum est ecclesiastici consilium cum exhortatur aduocandos homines iustos in conuiuium *viri iusti sint tibi conuiuæ*, id est, alios præter iustos ad conuiuandum non recipias, &c. Similis est hæc sententia sententijs patrum: *Sit domus tua conuenticulum sapientum*.

Alexander — *Mores aliquarum gentium in conuiuiis.* — Exod. 32. v. 6. — Tertulian. — *Ludus Israelitarum post epulas impudicus* — Clem. Alex. — *In conuiuiis peccatorum varia vitia inueniuntur*

Illustratio secunda.

82. *Et in timore Dei sit tibi gloriatio*. Ianse. explicat id est, non glorieris in his, quibus delectantur in conuiuijs impij, nec sit tibi pæna ab his abstinere per timorem Dei: sed gloriare in hoc ipso quod Sentis te Dei timore teneri. Hoc probatur ex eo Psal. 85. v. 11. *Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum*. q. d. fac vt non mæstus, aut inuitus, aut metu coactus, sed læto & alacri animo tibi seruiam, teque timeam, non more seruorum Qui nisi malo coacti benefacere nesciunt; sed filiorum, Qui & verentur & amant, & hoc ipsum timent, ne amare amarique desinant. Symmach. vertit: *vni cor meum*, id est, ne patiaris, vt cor meum scindatur dum tibi Seruio, teque colo, ne duplici seu multiplici corde sim, neue tibi animo parum integro seruiam vel fac ne quid aliud præter te cor meum timeat, sed hoc vno timore captum cæteros contemnat. Jn hac etiam vnione lætitia inenarrabilis est nam cor Deo vnitum & Dei timore addictum, maximam obtinet gloriationem, lætitia perfecta perfunditur vt nulla alia gloriatione indigeat, quam per timorem ei totum adhærere, &c. Quare non solum in Deo gloriatur, sed in his, in quibus Dei timor & reuerentia consistit;

Iansenius — *Lætandum cor in timore Dei.* — Psal. 85. v. 11 — *Vniendum cor Deo.* — *Cor Deo vnitum maximam obtinet gloriationem*

Aliter etiam potest explicari, vt significatur omnem gloriationem Dei timori coniunctam esse debere, ne sit inmoderata, qualis in conuiuijs esse solet sic explicare videtur Palacius: Gloriari igitur (inquit) in timore Dei videlicet qui quod dedit humili, auferet superbo: augebit vero agnoscenti datorem, & gratias agenti pro datis. explicatius Dyonis. ait in timore Domini sit gloriatio tua, ita vt omnis gloriatio tua in actu quocumque sit timorata, id est, timore Dei coniuncta, ne resoluatur, aut vana gloria ei admisceatur. Forte in hunc sensum dixit propheta regius Psal. 2. v. 11. *Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore* Illud *ei*, est in eo cum veneratione & honore debito, cum reuerentia maxima mentis attentione, cura sollicitudine, & obedientia. timor & tremor hæc significant. Sed Quare exultatio coniungenda est cum timore? *Nonne timor* (inquit August. super Psal. 85. v. 11. *amarus solet esse?* cur iungendus est exultationi? Respondeo exultandum esse cum tremore propter periculum vanitatis, ne si exultatio à timore & tremore separetur declinet in superbiam. sic explicuit D. August. super Psal. 2. *additum est cum tremore, vt ad cautionem valeret, circumspectamque Sanctificationis custodiam. Id enim vobis expedit, vt sub illo sitis, à quo intellectus & eruditio vobis datur, & hoc vobis expedit vt non temerè dominemini, sed domino omnium cum timore seruiatis, & exultetis in beatitudine certissima, & sincerissima, cauti & circumspicientes, ne ab ea per superbiam decidatis*. Idest, ne exultatio cordis vestri in superbiam & vanitatem vertatur, additur, *cum tremore*, &c. vide ipsum Augustinum super Psal. 85. v. 11. *Lætetur cor meum*, &c. Ergo ait Sirach. *& in timore Dei sit tibi gloriatio*, id est si de aliqua re gloriandum est tibi non simpliciter glorieris de illa, sed adijce timorem Dei, vt sit quasi pondus ad grauandum cor, ne per superbiam & vanitatem efferatur, &c. vide c. 1. v. 11. *Timor Dei gloria & gloriatio*. Tandem Rabanus refert hoc conuiuium ad spirituales epulas aiens: *Conuiuium hoc magis pertinet ad spirituales epulas, quam ad corporales delicias. Qui ergo cum iustis viris assiduo manet in meditatione sanctarum scripturarum, & in exercitio sacrarum virtutum. & corde simul & ore dominum omni tempore confitetur: procul dubio ille æterna satietate replebitur*.

Palacius. — Dionys. — *Omnis gloriatio debet esse Dei timore coniuncta.* — Psal. 2. v. 11. — *Quare gloriatio iungenda cum timore* — *Seruiendum Domino cum timore*

Digressio de sacro Eucharistiæ conuiuio.

Viri iusti sint tibi conuiuæ Hoc Ecclesiastici praeceptum Christus Dominus imitatus perfecte adimpleuit, cum ad sacrum diuinæ Eucharistiæ conuiuium, quod antequam morti traderetur præparauit, non diuites & epulones, non sapientes, nec prudentes sæculi, sed viros iustos, ignobiles, & pauperes aduocauit. ipsi enim conuiuæ sunt mensæ suæ, non alij qui indigni iudicantur Vt tanto tamque eximio afficiantur beneficio igitur si tales eius conuiuæ sunt timentes Dominum, mentis oculis perpendere opus erit, quale sit epulum, quale conuiuium, quo ipsos reficere decreuit. Hoc non aliud quam illa epularis accubatio. in qua corpus suum & sanguinem sub panis & vini tegumento epulandum apparauit. Sic scriptum D. Paulus 1. Cor. 11. v. 23. hoc beneficium reliquit, aiens: *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: Quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit & dixit: accipite & manducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur similiter & calicem*, &c. Iuxta id quod dixit Christus Ioan. 6. *Caro mea vere est cibus*, &c. Hoc apparauit conuiuium; has sacratissimas epulas dedicauit, vt viros iustos & timentes Deum opipare reficeret. Lancem opertam aperiamus, & ipsius reuelemus mysteria. 83.

Christus Dominus præceptum Ecclesiastici adimpleuit — *Conuiuium Christi quale.* — 1. Cor. 11. v. 23. — *Eucharistiæ mysterium adumbratum*

Primo hoc mysterium adumbratum inuenimus, Psal. 41. v. 5. vbi Regius vates, cum ageret de

de amore & desiderio assistendi in tabernaculo, in quo coram Arca testamenti, vbi religionis causa Ludi, & epulæ agitabantur, & forte mentis oculis considerans fæsta & conuiuia, quæ in lege Euangelica celebranda erant, quo tempore fideles hac publica Lætitia perfundendi fuissent, eorum, qui letabundi sacris epulis reficiendi erant, prorumpit inquiens: *Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad Domum Dei. In voce exultationis, & confessionis sonus epulantis*. q. d. Memoriam eius desiderij renouabam, in domo Dei assidendi, sicut ceruus desiderat fontes aquarum: insuper memoria repetebam eorum beneficiorum, quæ priscis patribus contulerat Deus: & tandem Diuini Messiæ pollicitationem recordabar; cum: *effudi in me animam meam*. id est, animum meum angustijs & tribulationibus pressum relaxaui lætitia in Domo Domini assistendi, cor gaudio perfundens, & mærorem ex corde propellens: *Quoniam transibo in locum trabernaculi admirabiles, vsque ad Domum Dei*, in templum scil. vbi Deus præsidebat populo *in voce exultationis*, &c. Vbi sonitus audiebatur eorum qui lætabundi equlabantur gratias & Laudes Deo offerentes, &c.

Effundere animam in se quid.

84. Quod beneficium tam eximium confitendi & epulandi minime adeptus est Dauid, sed populus Christianus, quem omni ea prosperitate & fælicitate, vt priscis patribus pollicitus est Deus, gloriosè cumulauit. Nam si Templum Ierosolymitanum, quia arcam testamenti possidebat, dignum erat admiratione: ideo duo Cherubin exparsis alis arcam ambibant stupore pleni. Quanto magis templa legis Euangelicæ admiratione digna iudicantur, in quibus aula regia diuini Numinis fabricata est, vbi arca illustrior reposita invenitur, in qua sub speciebus panis & vini Christi humanitas & diuinitas adoratur, & commeditur. Ipsa enim receptaculum est, vbi rex æternus immensas cæli diuitias gloriosè deposuit insuper & diuinitatem & gloriam suam nihilque boni in æterno tabernaculo asseruatur, quod in hac noui testamenti arca non reperiatur. Sic dixit Paulus coll. 2. v. 9. *In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*. Ergo ait Dauid: *Transibo vsque ad Domum Dei*, obliuisci cogor eius tabernaculi veteris, in quo reposita erant Manna, & Saphiri tabulæ, & reuocare in memoriam illud eximium & egregium beneficium, quod populo fideli conferre promisisti. Hoc est beneficium Eucharistiæ, in qua publica lætitia populus perfundetur, cū spirtualiter epulabitur. Si enim antiquus populus epulatione carnium, quæ Deo immolabantur præ nimio gaudio gestiebat. Quare populus Christianus nō maiori gaudio perfruetur; nam voluptate non parua pascitur iustus, cum musicis concentibus hoc celebratur beneficiū & animus ingenti delectatione reficitur in epulatione Sacra esus carnis & sanguinis Christi in Qua vox auditur *exultationis, & confessionis, sonusque epulantis*. Hic musicus concentus alius non est, nisi ipsa Eucharistiæ communicatio. qui enim hunc diuinum panem magna religione ac pietate commedit, & in animo recondit, tali delectatione & solatio perfunditur ex cibi epulatione procedente, vt proruptis laudibus versetur in celebratione diuini numinis, quod animum hominis dulcem reddidit, illum omni suauitate replens. tandem Que efficit iniustus. Quam à laudibus & gratiarum actione vacet. ita D. Hyeroni. explicans hunc locum Psalmi de tempore legis Euangelicæ rogat iustum, qui tanta potitur delectatione, tom. 7. *Quis te huc adduxit, vel qualiter huc venisti vel quo delectatus es, vt huc accederes? respondit: exultatio, confessio, & epulatio hæc, non musicis artibus adimplentur, neque inchoantur, sed iugiter Angelicis vocibus, & Sanctorum concentibus celebrantur*:

Beneficium epulationis populus Christianus assequutus est — *Eucharistia receptaculum est diuitiarum Dei.* — Collos. 2. 9. — *In Eucharistia vox exultationis auditur.* — *Hieronymi interpretatio*

Hinc tria colligo. primum Christum Dominum voluisse hanc suam corporis & sanguinis mensam apparare. vt nobis omnia, quæ à diuino parente acceperat impertiret. Hoc illustratur ex eo Ioan. 6. v. 27. Vbi Christus ait: *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus*. Jn quibus verbis haud dubium iustis solatium præbet, eis cibum promittens, quo vitam æternam consequantur cibum scil. Sui corporis & sanguinis, in quo omnia bona communicantur. Pende particulam causalem. *Hunc enim signauit Deus*, id est, suo sigillo communiuit, & consignauit, non cibum, sed Christum, vt iam dicemus. Si naturam signorum cognoscere desideramus, audiamus, diuum Hilarium sic docentem: *Signaculorum autem natura est, vt omnem impresse in se speciei explicent formam: & dum totam accipiunt, quod imprimitur, totum ex se præferunt quidquid impressum est*. q. d. cum quis Litteras, vel scheduelam obsignat sigillo, quidquid in sigillo inuenitur, impressum in litteris remanet, ita vt nihil signum habeat, Quod litteris non communicet. 85.

In eucharistia contulit Christus quæ à patre acceperat. — Ioan. 6. v. 27 — *Signorum natura qualis.* — D. Hilarius

Hoc supposito, cum Christus Dominus præcepit *operari cibum, qui permanet in vitam æternam*, & reddens rationem inquit: *Hunc enim Pater signauit Deus*. idem est ac dicere, diuinum parentem omnipotentia sua in mollicera diuinæ naturæ filium suum consignasse, & participem fecisse substantiæ suæ, sapientiæ, omnipotentiæ, bonitatis, magnificentiæ, cæterorumque attributorum & perfectionum, quibus ab æterno ipse in se ipso fruebatur, & cum filium genuit intellectus sui operatione, in ipso impressit & veluti infixit imaginem & similitudinē suam substantialiter, Quare dixit Paulus Hebr. 1. v. 3. *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius*. Fuit enim secundum nostri ingenij tarditatem diuinus intellectus vice sigilli prætiosissimi, vt hanc speciosam & pulchram imaginem generaret, illam sua natura & perfectionibus decorando, & participando (nihil sibi reseruans præter paternitatis perfectionem) quidquid in se infinite possidebat, id est, naturam & perfectiones.

Patrem signare Christū quid. — Hebr. 1. v. 3. — *Diuinus intellectus instar sigilli.*

86. Ergo cum hic filius ad terram descendisset, vt humana nostra natura indueretur à Die, in quo humanitatem sibi stricte copulauit, detrecuit sui ipsius homines participes facere, & non solum se ipsum crucifigendum tradidit vt humanum genus sui sanguinis effusione redimeret: sed se ipsum totum obtulit commedendum, media institutione Eucharistici Sacramenti: voluit enim sui parentis imitatorem exhiberi, vt homini communicaret quidquid æternus parens sibi impertiuit, cum in æterna sui generatione illum signauit, ei diuinam naturam & perfectiones offerendo. hoc est quod ipse Christus dixit Ioan. 6. v. 58. *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuit propter me*: Pende id *viuo propter patrem*. q. d. vitam, natu-

Christus dominus homines sui ipsius participes fecit. — Ioan. 6. v. 58 — *Quomodo Christus viuit propter Patem*

naturam, & perfectiones omnes, quibus fruor, Pater meus mihi communicauit, cum in mea generatione me suo intellectus sigillo consignauit. Nunc autem cum charitas mea hoc nouum consilium inuenerit institutionis eucharistici Sacramenti, noua ratione tamquam sigillum me comedentem communico vitam, naturã, & perfectiones, quibus potior. ea omnia in animo eius
D. Hilarius inscribendo. Sic dixit D. Hilarius: *Signatum se à Deo ait, & hoc ideo, quia vita æternæ escam filius esset daturus vt per hoc potestas in eo dandæ ad æternitatem escæ intelligi posit: quia omnem in se paternæ formæ plenitudinem signantis se Dei contineret?*

Homo debet Deo par pari referre. Vnde infero, hominem tali obstrictum obligatione esse debere, vt par pari referre benefactori cogatur Christus enim nihil sui ipsius sibi reseruauit, sed quidquid possidebat, large diffuseque homini libenti animo donauit, cum se comedendum obtulit. Quare homo vicem mutuam reddens, debet se ipsum offerre, ita vt nihil sui ipsius reseruans, totum quod à Deo accepit libenter & liberaliter tradat. Sic enim per communicationem huius Ecclesiastici mysterij, ita
Christus addictus est voluntati patris. homo Christo strictè adhæret, vt cum ipso vnum efficiatur. Sicut Christus ita addictus est voluntati parentis sui, quia sigillo suo illum obsignauit, vt illam in omnibus exequatur: sic etiam voluntatem & iussum Christi debet homo exequi, quia in hoc Sacramento suo sigillo illum consignauit & si id, quod signatur ita clausum debet remanere, vt nullus præter consignantem illud resignet. *Animus hominis sigillo Sacramenti signatus.* cum animus hominis sigillo sacramenti signatur, non patiatur ab vllo præter Dominum resignari quare si diabolus, vel mundus aut carnis delectatio voluerit animi schædulam resignare, vt bona recondita diripiat, & thesaurum gratiæ exhauriat, reclamet, & diuino numine fauente, victoriam de inimicis reporter, &c.

87. Secundum quod colligitur, est debere hominem, vt memoriam tanti beneficij colat sempiterna benevolentia, sinus cordis sui dilatare,
Homo debet sinum relaxare vt recipiat Christum in Eucharist. ad recipienda ea bona, quę in communicatione tanti mysterij participantur. Si enim Christus Dominus non se exhibuit parcum sui ipsius, nec diuitiarum suarum tenacem, sed potius in dandis muneribus prolixum, & liberalem, impertiendo hominibus in hoc mysterio omnia bona, quæ tam in æterna, quam in temporali generatione à Patre acceperat, cum humanitati suæ diuinitatis plenitudinem coniunxit homo iustus sui cordis tenacem & strictum non se exhibeat illud obserans, ne in ipsum deriuentur ea bona, quorum beneficus Deus illum participem fecit: sed animum suum nimis relaxet ad ea omnia participanda per vatem Regium Psal. 80. v. 11. ait Dominus: *Ego sum Dominus Deus tuus dilata os tuum, & implebo illud.* q. d. attende homo ad mearum manuum munificentiam, & agnosce beneficium: ego enim tui cordis faucem adimplebo, cum tibi comedendum corpus meum tradidero eleganter D. Hieronymus hunc explicans locum de sacra eucharistia, inquit: *Vis accipere domini cibos? vis comedere ipsum Dominum Deum tuum & saluatorem? audi quid dicat: dilata os tuum, & implebo illud. Dilatate ora vestra, ipse est & domus & panis: ipse hortatur nos vt comedamus, & ipse noster cibus est. Quantumcumque dilataueris, tantum accipies. Non est igitur in mea potestate, sed in tua est si volueris totum me accipies.*

Psal 80. v. 11. Christus in Eucharistia implet cor hominis

D. Hierony.

Ex hoc D. Hieronymi testimonio duo notanda iudico. 1. eleganter dixisse; *quantumcumque dilataueris, tantum accipies.* q. d. animaduerte eas diuitias & bona, quæ in diuino mysterio asseruantur immensas esse, maris instar, & animum hominis vasculi vices gerere, vt immensæ gloriæ aquæ hauriantur. Quemadmodum enim aquæ ex mari hauriuntur, & ipse non exhauritur; ita ex hoc sacramento, qui ad mare accedit ad aquam extrahendam, secundum vasculi magnitudinem ita est magnitudo aquæ, quam extrahit. Sic animus hominis vasculum est, quo accedit ad hauriendam aquam gratiæ & gloriæ, ex eo immenso mari, quod sub speciebus panis & vini asseruatur cum iustus magna pietate & religione animum amplificat, abundantiam dulcedinis & suauitatis extrahit, sin minus, tantam cordis dulcedinem minime experitur. Quare media cordis munditia & virtutum concinitate, nec non animi motuũ, qui in corde cõcitantur compressione, debet homo cordis sinus relaxare, vt affluenter haurire possit diuitiarum aquas, quæ in immenso glorię pelago recondũtur, & adimplere cordis intima, vt sic omnium cælestium bonorum affluentia ditetur, &c.

Quantum cor homo dilatauerit recipiet in Eucharistia.

Iustus dignè communicãs magnam experitur dulcedinem.

2. Pende id quod dixit Hieronymi: *Non est igitur in meâ potestate, sed in tua est: si volueris totum me accipies.* q. d. ad nihil aliud se diuina omnipotentia extendere potuit. fecit quod in sua erat potestate offerendo se ipsum in communicatione cibi; in quo quia Christus est, *habitat omnis plenitudo diuinitatis.* Et cum sit hoc sacramentum Eucharisticum immensum & inexhaustum gloriæ pelagus, illud totum recondit sub panis & vini tegumento, vt homo omnium bonorum cumulo potiatur. *non est igitur (inquit) in mea potestate, sed in tua,* quia iam homini dedit facultatem comedendi Deum ipsum cum omni suæ diuinitatis magnitudine. *Si volueris, totum me accipies.* Iam in hominis voluntate est totum Deum in animo suo recondere, & omnium bonorum cumulo potiri. si ergo in hominis voluntate est hoc diuinitatis & humanitatis epulo satiari, os animi dilatare studeat, vt totum Deum capere, & veluti comprehendere possit. Accedat ad comedendum in hac mensa, efficiatur apicula, vt hunc sugat fauum ex flore humanitatis & diuinitatis flore constructum minime ab hac mensa abstrahatur, sed audacter accedat ductus amore, vt tanta dulcedine & suauitate potiatur. sic diuus Augustinus hominem excitabat ad comedendum, cum aiebat: *fuge o apicula, fuge, fuge, & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem immergere & replere, quia ille deficere, nescit si tu non incipias festidire. Adhære ergo & inhære, fume & fruere: si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoque beatitudo erit.* Ponderа ea verba, *immergere, & replere*, quæ superiorem maris & vasculi similitudinem confirmant. si omnia hac in hoc Sacramento reconduntur & asseruantur, *dilata* (inquit Christus) *os tuum & implebis illud.*

Totum Deũ homo in Eucharistia recipit.

D. Augustin.

Digne communicans inseritur apicula fugit dulcedinem Sacramenti.

Tandem, vt hæc omnia homo adipiscatur, necessarium est, vt recta præcedat dispositio ad susceptionem tanti tamque eximij Sacramenti, ne si mortifera labe inquinatus accedat, *iudicium sibi manducet & bibat*, vt Apostolus docuit. Hoc enim epulum iusto timenti dominum vitam, at peccatori mortem affert iudicium autem manducare nihil aliud est, quam contra se ipsum capitis sententiam pronuntiare, & sua se confessione

89. *Qualis dispositio ad recipiendam Eucharistiã. 1. Cor. 11. v. 29.*

D. Cyrill.

sione iugulare. recondit enim in corde suo ipsum iudicem, qui capitali iudicio illum destinat.
Eucharistia indigne sumentis fit laqueus. Psal. 68. v. 23. Dauid hanc in peccatorem maledictionẽ præcatur Psal. 68, v. 23. *fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* nonnulli explicant hunc locum de effectu huius diuinæ mensæ, in qua Christus comeditur. q. d. hoc sacratissimum epulum indigne sumentibus fit in laqueum, & in scandalum. sicut enim esca aui affert mortem & muscipula bestiam illaqueat, vt vtraque iuguletur: sic peccatori hæc mensa fit in laqueum mortis æternæ. Hunc effectum attulit Judę proditori. vix enim hac diuina esca pastus est, cum cucurrit ad laqueum, & suspensus crepuit medius. dixit enim
D. Chrysost. D. Chrysost. *Spiritualis hic cibus, si aliquem inuenit malitia inquinatum, magis eum perdet, non sua natura,*
Effectus Eucharistiæ. *sed accipientis vitio. Tales enim sunt socij Iudæ, in quem post buccellam introiuit satanas.* Quod confirmauit
D. Hieron. D. Hieronym. cum inquit: *Buccella dominica venenum fuit Iudæ.* pende id, *non sua natura.* nam ex natura sua vitam præbet æternam, *sed accipientis vitio* fit laqueus, & venenum. Eũ enim indigne sumens hanc escam, in se ipso peccati venenum habeat, bucella remouẽs venenum efficit mortem. explicans D. Ambros. id Psal. 21. v. 7. *ego autem vermis, & non homo*, docet hunc cibum sicut digne comedenti vitam, sic indigne communicanti mortem afferre, ait enim: *Quem qui edere & manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non*
Psal. 21. v. 7. Eucharistia indigne sumenti fit vermis.
D. Ambros.

poterit: sicut ipse Dominus ait: nisi quis manducauerit, &c. sed potius ipse cibus in iudicium conuertetur, sicut Apostolus dicit. Quod filij Israël subtiliter prophetatum est. Mana enim illis contra diuina præcepta tractantibus vermes effecti sunt, &c.

90. Quare digna dispositio, & affectio ad hunc eucharisticum cibum recipiendum, est cordis munditia, quam confessio sacramentalis reddit, nec non motiuum animi compressio, & virtutum exercitatio. ideo dicitur in parabola adolescentis, *qui dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè*, Luc. 15. v. 13. patrem suum, antequam vitulus saginatus apparetur ad epulandum, præcepisse, *cito proferri stolam primam, & induere illum, & dare annulũ in manu eius, & calceamenta in pedes eius.* vbi Origenes: *Hic est*, inquit, *vitulus saginatus, quem pro præcepto pœnitentę iugulat pater.* Per vitulum intelligit Christum Dominum, per stolã & indumentum virtutum ornamentum. Quorum dispositione decebat vitulum iugulatum comedere, vt intelligeretur, sic præparatum hominem debere ad hanc eucharisticam mensam accedere, &c. Ergo ait Ecclesiasticus: *vni iusti sint tibi conuiuæ.* Quod præceptũ Christus Dominus adimpleuit, præcipiens nullum præter viros iustos timentes Dominum debere in hac mensa epulari & gaudere; ne mortem comedat, cum hic cibus vitam & mortem efficiat digne, vel indigne sumentibus, &c. Procedo ad alia.

Digna dispositio ad Eucharistiam cordis munditia.

Luc. 15. v. 13

Origenes.

Christus Dominus in Eucharistia est vitulus saginatus.

VERS. XXIII.

Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis altissimi.

Sensus.

ET *in sensu sit tibi cogitatus Dei*, &c. q. d. Quia in conuiuijs cogitatione & verba non solent, cum Dei voluntate conformari: vini enim inebriatio, & nimia comessatio sensum euertunt & à mente expellunt cogitationes & verba ad Domini gloriam spectantia: ideo moneo te, ne abijcias ex mente cogitationes Dei, sed in sensu, hoc est, in intellectu de Deo cogites, & ex ore tuo numquam decidat enarratio de præceptis altissimi, & non solum in conuiuijs, sed semper de lege Domini sit collocutio tua, &c.

Illustratio prima.

91. ET *in sensu sit tibi cogitatus*, &c. Originalia in 1. hemistichio alium efformant sensum, quem mox subijciemus. vulgatus ad cogitandum de Deo, & bene in intellectu de eo sentiendum exhortatur. *In sensu*, id est, in intellectu de Deo cogita, vel cum prudentia cogitare debes de Deo. Hugo explicat, id est, vt recte sentias de Deo cogita & attende. Quo spectat id Sap. 7. v. 1. *Sentite de Domino in bonitate*, id est, cognoscite quod bonus sit, & prouidus rerum nostrarum curator. vel, veram de Deo habete sententiam, atque religionem, vel talem cognitionem, quæ prodeat in opera, aut opera talia, quæ gignant, confirmentve in orthodoxa de Deo sententia. D. Cyrill. Alex. epist. ad Acatium tom. 5. Concilij Ephesini, legit explicando sententiam: *sentite de Domino quæ vera sunt*, quod plane ad intellectum pertinet, nec non ad voluntatem, in thesauris optimis veritatis intellectui patefactis quiescentem. Nos diceremus: *sentid bien de Dios* efformate bonas de Deo cogitationes, ne erroneas, ne impias de Deo habeatis cogitationes. Cogitate quam bonus Deus, &c. Lyra explicat: sensum tuum applica ad cogitandum de Deo. Dionys. id est, in intellectu meditare ea quæ Dei sunt non vana & friuola atque phantastica. cum scriptum sit Mich. 2. v. 1. *Væ qui cogitatis mutile*, & Sap. 1. v. 6. *Spiritus sanctus auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.* Meditari, secundum D. Thom. nil aliud est, quam multoties rem aliquam considerare, & cum quis aliquid amat, multoties considerat rem amatam, & cogitationem occupat circa eam, sæpe reuoluens in mente, quæ reuoluit in corde. Cum autem ex cogitatione Dei veniatur ad exequenda ea, quæ ad Dei amorem & honorem pertinent: quia vt opere perficiatur id, quod gerendum sit, necessaria est præmeditatio. Sic dixit Periander per Ausonium:

Efformandæ de Deo bonæ cogitationes.

Lyra. Dionys.

Mich. 2. v. 1. Sap. 1. v. 6. *Meditari est multoties rẽ aliquam considerare.* D. Thom.

Nil est quod amplíorem curam postulet,
Quam cogitare quid gerendum sit, de hinc
Incogitantes fors, non consilium regit.

Ausonius. *Necesse est cogitare quid gerendũ sit.*

Cum igitur meditatio sit necessaria, admonet Ecclesiasticus hanc Dei meditationem, vt ipsius legis diuinæ homo non obliuiscatur. Ideo Deut. 11. vers. 18. 19. cum ageret Moyses de verbis & præceptis Domini ait: *Docete filios vestros, vt illa meditentur, quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris, atque surrexeris*, &c. Pende illud, *meditentur*, vbi non solum postulat executionem operis, sed meditationem, id est, fac vt illi verba

Deut. 11. v. 18, 19.

Dei meditentur, & cogitent ea, vt in nulla alia re intenti sint magis, quam in Deo & verbis eius, vt ex mente & corde numquam hæc cogitatio abradatur, &c.

92. Palacius explicat: docet nos ergo Ecclesiasticus, vt cogitemus, nos semper coram Deo esse. q. d. frequenter reuoca in memoriam te in conspectu Dei semper esse. Sic aiebat Dauid. Psalm. 15. v. 8. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear*, quod licet de Christo Domino explicetur, vt Actor. 2. v. 25. ait D. Petrus: *Dauid enim dicit in eum: Prouidebam Dominum*, &c. cuilibet iusto applicari etiam potest, vt significetur iustos ante oculos suos semper habere Dominum, & Deo præeunti vlla ex parte reluctantur, sed eum tamquam viæ ducem sequuntur, &c. de Moyse inquit diuus Paulus Heb. 11. v. 27. *Inuisibilem tamquam videns substinuit.* vbi Vatab. vertit: *Perinde enim quasi vidisset eum, qui est inuisibilis, ita obduravit, & perseueravit*, in duris quibusque tolerandis. q. d. Moyses certa fide, patienter, longanimiter, & perseueranter in tot aduersis expectauit Dei inuisibilis, tum opem ineducendis Hebræis ex Ægypto, tum mercedem promissam in cælis, perinde ac si ea præsentia oculis suis conspexisset; ideoque dura quæque forti & constanti animo sustinuit & tolerauit. Sed quare *inuisibilem* tamquam visibilem habuit? numquid Deus suæ præsentiæ Moysi signa præbebat, vt intelligeret Deum præsentem habere? Respondeo inuisibilem Deum consideraſſe Moysem tamquam præsentem, & illum, quem in corde gerebat per amorem, in intellectu per considerationem gessisse tamquam socium, vt eo comitante, ne animo Moyses frangeretur, sed illum in perferendis laboribus firmiorem faceret. habebat enim Deum ante conspectum suum quasi visibilem, cum ipse sit inuisibilis. Elias 3. Regum. 18. v. 15. dixit: *Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto*, &c. Quid est stare ante vultum Dei? cum enim aliquis ante vultum alicuius stat, præsens est, & vultum vel faciem eius videt oculis suis. Quare ergo Elias cum oculis suis Deum non spectaret, inquit stare ante vultum eius? Pagnin. *steti id facies eius.* Montanus: *in conspectu*? Respondeo Eliam Deum inuisibilem tamquam visibilem in corde & in mente gessisse; sicque optime ait, ante Dei vultum stetisse. id est, habuisse Deum præsentem licet oculis corporis non spectabilem, at oculis mentis visibilem, vt vere posset affirmare, stare in conspectu Domini. Quare Ecclesiasticus monet: *& in sensu sit tibi cogitatus Dei*, id est, cogitate semper coram Deo assistere.

Cogitandum nobis nos semper cum Deo esse. Pſal. 15. v. 8. Act. 2. v. 25. *Iusti Deum semper ante oculos habet vt Moyses.* *Quare Moyses Deũ inuisibilẽ tã quam visibilem habuit* 3. Reg. 18. v. 15. *Elias Deum inuisibilem tamquam visibilem in corde & in mente gessit.*

Illustratio secunda

Lectio Complutensis differens. COmpluten ſes, & alij, non *cogitatus* sed *disputationem* legere *cum prudentibus*, vel *sapientibus sit disputatio tua*, vel *colloquere*, &c. est enim in Græco, Διαλογισμὸν Διαλογὴν autẽ sermocinatio est, aut confabulatio, vel collocutio, vt cum aliqui loquuntur interrogatione & responsione. Quare autem verterit vulgatus, *cogitatus Dei*, non satis assequor, nisi affirmare velimus non *dialogis mos* legisse, sed συνέσεως, vt videtur Jansenio. συνέσις est intelligentia, perspicax animi facultas, qua committere res inter se potest, & dicernere, seu perspicatia & prudentia in iudicando. & sit. q. d. vt intelligentiam rerum ad Deum, pertinentium obtineas, necesse est colloqui, vel disputare cum sapientibus, qui perspicacia & prudẽtia pollent in rebus iudicandis. cum illis sit collocutio tua, disputatio, & confabulatio; nam qui cum sapientibus communicat, eorum sapientiæ & prudentiæ particeps efficitur. forte hoc est quod dixit Salomon Prouerb. 1. v. 5. *Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit.* Vide quæ diximus supra vers. 21. illustrat. 2. & quæ in 3. huius sententiæ illustratione dicemus.

Disputatio est idem quod intelligentia, &c. Prou. 1. v. 5. *Qui cum sapientibus communicat particeps fit sapientiæ.*

Illustratio tertia.

EST *omnis enarratio tua in præceptis altissimi.* Originalia in sensu non variant à vulgato. q. d. cura vt enarratio & collocutio tua sit regulata cum præceptis altissimi. quod si intelligatur de confabulatione in conuiuijs, consilium aptius videtur. q. d. vide ne cum inuitatus fueris ad epulas in lapsus grauis linguæ incidas, id est, in detractiones & murmurationes aliorum. Hoc consilium præbuit Salomon. Prouerb. 23. v. 20. cum dixit: *Noli esse in conuiuijs potatorum, neque in commessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur*, &c. Super quem locum D. Gregorij lib. 4. m. c. 25. explicans id Job 19. v. 22. *Et carnibus meis saturamini; Sciendum*, inquit, *quoque est, quod hi, qui alienæ vitæ detractione pascuntur, alienis procul dubio carnibus saturantur. vnde per Salomonem dicitur; noli esse in conuiuijs potatorum, neque comedas cum eis, qui carnes ad vescendum conferunt. carnes quippe ad vescendum conferre est, in collocutione derogationis vicissim proximorum vitia dicere. De quorum illic pœna mox subditur: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur. Potibus vacant qui de opprobrio alicuius vitæ sese inebriant. Symbolum vero dare est sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed tamen vacantes potibus & dantes symbola consumentur. Quia scriptum est; omnis detractor eradicabitur*, &c. ita collocutiones conuiuiorum non debent esse de aliorum defectibus, quod interdictum est à scriptura, & patribus. Veteres inconuiuijs de alijs rebus deliberabant. Alexander ab Alexandro lib. 5. c. 21. agens de conuiuijs gentium, inquit: *Persarum mos erat inter pocula de rebus serijs consultare.* & Strabo li. 15. ad fin. *De rebus*, inquit, *maximis inter vinum consultant quas ipsi firmiores putant, quam quæ in sobrietate fuerint delibratæ.*

93. *Enarratio & collocutio regulanda cum lege Dei.* Prou. 23. v. 20. *In conuiuijs detractionis vitandus.* *Symbolum dare quid.* *Conuiuia non fabulationes audiens esse in lege Dei.* *Veteres in conuiuijs de alijs rebus deliberabant.*

Vide Herodotum lib. 1. Maxim. Tyrium serm. 12. Xenodotum in prouerbio νομισται, Athen. lib. cap. 6. non longe à principio, & simplicium ad cap. 45. Epict. qui ait: *Eruditorum conuiuia, fercula quidem & pocula, cæteraque suatitates compotationum, non præcipue spectant, sed reuera sunt sermonum communicationes, & disputationes, vt indicant Platonis, Xenophontis, Plutarchi, & aliorum conuiuia. vulgaria vero, quæ ad voluptatem referrentur, & corporum oblectationes, pastioni brutarum mutarumque pecudum non fere sunt dissimilia. vnde recte dictum, inter mensam absque sermonibus & præsepe nihil interesse.* Quare conuiuiorum nostrorum confabulationes debent esse in præceptis Dei altissimi, & in diuinis verbis eius. nam si in suis comessationibus Persæ de rebus serijs conferebant, & in vino de rebus maximis consultabant, cur nos de rebus serijs, quales sunt leges

Eruditorum conuiuia sunt sermonum disputationes. Simplicius.

leges Domini, & de maximis quales sunt diuina verba, non conferemus & consultabimus? Dixit Clemens Alexand. lib. 2. Pedag. cap. 4. *Duplex autem sit nostra in potu beneuolentiæ ergo inuitatio ex lege. Si enim diliges Dominum Deum tuum deinde proximum tuum, prior quidem, quæ est in Deum beneuola inuitatio, fiat per gratiarum actionem, & psalmodiam: secunda autem quæ est in proximum per honestam vitæ consuetudinẽ. Verbum enim Domini inhabitet in vobis copiosè, dicit Apostolus. Hoc autem verbum se accommodat, & reddit conforme temporibus, personis, locis, atque adeò nunc quoque in conuiuio versatur*, &c. Ideo agens de conuiuio monet Ecclesiasticus confabulari de rebus diuinis, & non nociuis, &c.

Clem. Alex. Duplex esse debet nostra in potu beneuolentiæ ergo inuitatio ex lege.

Illustratio quarta.

94. SI generaliter loquatur Sirach de omni loco & tempore; non minus verum & illustrius consilium est, quod explicans Palacius inquit: Norunt experimento qui Deum amant, & velut præsentem agnoscunt, quam semper de eo loquantur. Quam semper sermones suos in eum deflectant. id est, quam numquam patiantur de alijs, quam de diuinis rebus loqui, &c. Quæ explicatio illustratur apprimè ex eo Phil. 3. v. 20. *Nostra autem conuersatio in cælis est.* conuersationem in cælis opponit conuersationi in terra, rebusque terrestibus, siue ijs, qui terrena sapiunt. Mundani sapiunt, amant, curant terrena, nos sapimus, amamus, curamus cælestia. Terreni in terra versantur, terram fodicant, terræ inhærent, terræ opibus delectantur; nos cælestibus pascimur, ad cælum tendimus, cælestibus inhiamus, in cælis est cor nostrum & bona omnia. *Sicut domus* [inquit D. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 31.] *exterioris conuersationis est ædificium, quod inhabitat corpus: ita domus nostræ cogitationis, est res quælibet, quam per dilectionem inhabitat animus. vnde Paulus, qui in supernis fixerat, in terra quidem positus, sed tamen à terra extraneus dicebat: Nostra conuersatio in cælis est.* sed quare in cælis conuersatio Pauli est? numquid ascendebat in cælum, & cum Angelis & beatis conuersabatur? non ita, quia semel raptus fuit in cælum. sed cum ait, suam conuersationem esse in cælis, ostendit suam sermocinationem & collocutionem de rebus celestibus fuisse; nam cum verum sit illa hominem loqui, quæ habet in corde: cum in corde cælestia obseruaret, ea os semper loquebatur.

Palacius. Qui Deum amant de eo semper loquuntur. *Phil. 3. v. 20.* *Nostra conuersatio debet esse in cælo.* *D. Gregor. Quare conuersatio Pauli erat in cælo.*

Rursus Dauid, Psal. 118. v. 13. aiebat: *In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui.* dixerat psaltes in corde se abscondisse Dei eloquia. sed non ita, inquit, in corde condita teneo, quin, vbi sit opus, & vbi libitum sit, non inde depromere in præsenti valeam, & labijs pronuntiare, hoc est, sine vlla titubatione, tamquam si in libro cordis descripta legerem proferre. cum autem iudicia pro præceptis diuinæ legis sumantur, de illis conuersabatur, & cum alijs colloquebatur: vt ostenderet nihil in lingua habuisse promptius, quam iudicia diuinæ legis. Prouerb. 22. v. 17. aiebat Salomon: *Inclina aurem tuam, & audi verba sapientum. appone autem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi cum seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis.* Heb. *& expedita ac prompta erit in labijs tuis.* sic ea habebat Dauid. At cum Moyses de præceptis Domini egisset ait Deut. 11. v. 19. *Docete filios vestros vt illa meditentur.* vbi Pagnin. legit: *& docebitis ea filios vestros ad loquendum in eis.* Ephes. 4. v. 29. ait Paulus: *Omnis sermo malus ex ore vestro, non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.*

95. *Pſal. 118. v. 13. Dauid labijs pronuntiabat mandata & iudicia Dei.* *Prou. 22. v. 17. Audienda verba sapientum.* *Deut. 11. v. 19* *Ephes. 4. v. 29.*

Tandem Palacius inquit: omnis narratio sit non temerè effusa, sed præceptis altissimi accommodata & afformata, iuxta illud Psal. 111. v. 5. *Iucundus homo, qui miseretur & commodat: disponit sermones suos in iudicio*, non in leuitate. Ergo Ecclesiasticus, vt ab alijs confabulationibus inutilibus hominem absterreat, monet, vt de præceptis altissimi sit enarratio, id est, de nulla alia re inutili homo loquatur, nisi de obseruanda diuina lege, &c. Dixit enim Lucianus in Icaro Menippo: *Ego igitur cum expendens ea, quæ sunt in vita mortalium, protinus omnes res humanas reperissem ridiculas, humiles, inflabiles, nempe opes, imperia, magistratus: contemptis his, atque horum studio, adiectoque animo ad ea, quæ vere sunt bona: conatus sum ab his tenebris emicare, & ad vniuersi naturam suspicere.*

Omnis narratio sit præceptum Dei afformata. *Pſal 111. v. 5. Palacius.*

VERS. XXIV.

In manu artificum opera laudabuntur, & Princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu vero seniorum verbum.

Sensus.

IN *manu*, &c. q. d. Sicut artifices cum aliquod opus insigni architectura politum perficiunt, eximia laude prædicantur, & opus celebratur ex manu, hoc est, ex industria manuum, qua illud perficitur, & ex qua suam habet commendationem. Ita Princeps alicuius populi commendatur ex sermone suo, id est celebratur per sapientiam sermonis sui. nam Princeps magnus, est similis artifici, cum suo sermone prudenti populum docet, regit, continet. ita etiam verba seu laudantur ex sensu, hoc est, ex prudentia & grauitate sententiarum, &c.

Mutat animator materiã proferre incipit ad nullum directas. Et ab hac *sententiarum* sententia incipit multis deinceps sententijs in cap. sequenti ostendere, vnde salus, & perditio ciuitatum pendeat, nempe à bono vel malo Principe. Et forte aliquando. ex hac sententia incipit caput nouum, in ea agit de sapientia principis, & de eius eloquentia, vt populum suum regere & gubernare prudenter possit. variè autem explicatur ab interpretibus, primo Rabanus ait: Artifices isti idem sunt, qui & principes populi: doctores videlicet sancti: in quorum manu, hoc est, actione laudabitur opera virtutum, & obseruantia disciplinæ. In quorum etiam sermone splendor micat sapientiæ simul cum facundia eloquentiæ, &c. Rursus Palacius. quod manus artificis præstãtis facit

Rabanus. *Palæius.* *Varia explicatio sententiæ.*

Illustratio prima.

96. IN *manu artificum opera laudabuntur.* ex hoc versu mutat auctor modum sententiarum. nam

opus gratius & prætiosius. siue operis præstantia indicatur à manu artificis. q. d. Manus grandis artificis dat suo operi laudem, vt manus Phidiæ, aut Polycleti dedit laudem veneri à se factæ, &c.

Præstantia operis colligitur ex eius perfectione. Iansen. Lyra. Dionys. Richelius.

2. Ipsius artificis præstantia colligitur ex operis perfectione. si tabula perfectè picta, laudatur pictor: si domus peritè ædificata, architectus commendatur; sic Jansenius, Lyra ait, esse hypallagem, & est sensus: quod artifices laudantur ex operibus manuum suarum, quando sunt artificiosè facta. Dionys. fere eodem modo. Tandem duas primas expositiones connectit Richelius, quod ego approbo: Opera laudem ascipere ab artifice, vt à causa sua; artificem laudari ex opere suo tamquam ab effectu causam.

Opus ab artifice solet laudem accipere. Sap. 13. v. 1.

Primum illustro, scilicet, opera ab artifice vt à causa laudem accipere. Sap. 13. v. 1. Quæritur sapiens, homines de his, quæ *videntur bona non potuisse intelligere eum, qui EST.* & addit: *neque operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex.* debebant enim colligere qualis esset artifex ex operibus ab eo fabricatis. Si animaduerterent bonitatem operum Dei, illa laudarent, vt fabricata à diuino artifice: quia licet ipsa opera per se laudem merentur, magis laudabilia sunt propter eorum artificem, cum Deus, qui est supremus artifex laudem tribuat operibus suis. sic etiam quilibet artifex commendationem suis operibus tribuit, & arti dignitatem artifex reddit. Aristides Sophista in funebri oratione Alexandri, aiebat: *Cumque alij dignitatem ex artibus sibi concilient: ille artem quoque ipsam per se maiorem reddidit, ac multis eam modis adaudit: ita vt ab ipso dignitatem quamdam consecuta sit,* &c.

Deus supremus artifex laudem tribuit operibus suis. Aristides.

97. Secundum, scilicet, artificem laudari ex opere suo tamquam ab effectu causam, illustratur ex eo Jsa. 40. v. 26. *Leuate in excelsum oculos vestros; & videte quis creauit hæc,* &c. q. d. ad cælum sursum oculos attollite, & vobiscum attenta cogitatione perpendite à quo cæli firmati atque fundati sunt, & illi, nisi mentem prorsus abiecistis, docebunt non esse deos, qui post cælorum conditam molem exordium habuere, sed Deum nostrum, qui fecit vniuersa, id est, videte cælum, & eius perfectam pulchritudinem considerate, & colligetis maximis laudibus auctorem suum condecorandum, quia eius perfectio, & artificiosa structura prædicat effectum esse supremi artificis, qui tamquam causa sui effectus meretur laudem. Dauid etiam aiebat Psalm. 85. v. 8. *Non est similis tui in dijs, domine, non est secundum opera tua.* q. d. non est inter Angelos seu Deos gentiũ vllus, qui aut natura tui simili polleat, aut potentia tibi possit æquari, quæ in operibus, factisque spectatur. Licet Angeli sublimi excellenti, excellentique natura sint, & magna possint efficere; tamen etiam antequam illud existerent, & à te creati essent, tu cælum terramque ex nihilo creasti, quæ inter creatas res maxima numerantur. & qui talia opera considerat, in laudem supremi artificis prorumpit. talis enim effectus laudem sui opificis, qui causa eius est maximis honoribus prædicat.

Artifex laudatur ex opere suo. Isa. 40. v. 26

Deus laudatur ex calorum perfectione & structura. Psal. 85. v. 8

Antequam essent Angeli creauit Deus cælum.

Tandem dixit Christus Dominus Matt. 7. vers. 16. *à fructibus eorum cognoscetis eos.* nam quales euadunt fructus, cognoscetis dignitatem arboris. si fructus boni sunt, honorem & laudem tribuunt producenti eos, &c. Nam sicut ex imagine egregijs picturæ coloribus, summoque artificia expressa pictoris excellentia: ita ab heroicis cuiuscumque operibus heroica ipsius animi virtus, haud parum dignoscitur. in hoc sensu dixit Salomon Prouerb. 31. vers. 31. de strenua muliere: *laudent eam in portis opera eius.* id est, ipsa ex operibus suis bonis ab omnibus laudabitur; quia laus bonitatis operum refundit in factorem eorum. Isaiæ 61. vers. 3. *Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ plantatio Domini ad glorificandum.* q. d. & qui tunc Syoni præerunt non erunt sicut antea, aut muliebriter languidi, aut ad calumniam audaces; sed iusti vt velint, & fortes vt audeant recta atque ligitima præstare, erunt denique plantata mea manu germina, ex quibus ego quotidie colligam fructum honoris & laudis, quia inducentur homines ad laudandum & glorificandum Deum. nam quo pacto ex conspectu arboris onustæ fructibus, excitantur homines ad Dei gloriam celebrandam: ita viri Christiani tot bonorum fructuum operibus onusti esse debent, vt quisquis illos viderint, confestim Domino, à quo bona vniuersa promanant laudet, & benedicat. Sic inquit Ecclesiasticus: *In manu artificum opera laudabuntur.*

Matt. 7. v. 16. Arbor cognoscitur ex fructus eius. Prou. 31. v. 31. *Laus bonitatis operum refundit in factorem suum.*

98. Delrius. Noster dissertimus Delrius agnoscit esse hanc sententiam adagialem, aiens: Huc pertinent adagia, quibus docemur res præclaras aliena laude non egere, sed seipsas satis commendare: *vt vino vendibili non est opus hedera appensa.* Vera virtus alieno præconio non indiget, ipsa sibi testis & laudatrix idonea. Vbi rerum testimonium, id est, verborum phaleræ sunt superfluæ. Plautus in Pænulo:

Res præclaræ se ipsas satis commẽdant. Plautus.

Inuendibili merci oportet vltro emptorem adducere.
Proba merx facilem emptorem reperit.

Huc vsque Delrius.

Nihil ergo certius virtutem alieno præconio non indigere ipsa enim sibi laudem omnium ascisceit. Sic dixit Valerius Maximus lib. 1. cap. 4. *Magno vbique prætio virtus æstimatur.* & Seneca epist. 67. *æque,* ait, *laudabilis est virtus in corpore valido ac libero posita, quam in morbido ac vincto.* ideò ep. 75. inquit: *Quæris quare virtus nullo egeat? præsentibus gaudet, non concupiscit aliena. Nihil non illi magnum est quia satis.* Quare, *virtus extollit hominem, & supra chara mortalibus collocat.* Epist. 88. Jsidorus Pelusiota lib. 2. epist. 265. eleganter dixit: *Non ænea statua auro rutilans, ac coloribus nitens, non olympica corona, non opes, non pulchritudo, non robur, non imperium, non regnum, non aliud quidquam eorum, quæ magna esse videntur, magnum est expetendum. Tempori enim cedit & extinguitur atque in obliuionem abit. Sola autem virtus præclaram & numquam intermorituram gloriam obtinet, vt quæ, nec vetustati cedat, nec obliuione conteratur, nec merceścat, verum recentem semper ac vegetam ac florentem dignitatem habeat. Ac proinde prudentibus viris omnibus viribus, enitendum est vt eam adipiscantur.* Virtus itaque sicut cætera alia, quæ ex se bona sunt non indigent aliena laude, quia ipsamet bonitas virtutis laudem propriam prædicat & enuntiat. Pictoris similitudinem proposuit Marsilius fisc. li. 1. epist. ad Laurentium & Julianum: *Cum artifex loquitur male loquitur, cum pictura loquitur, bene loquitur.* Iacobo, inquit, *ego horum pictorum virtutes, inspicite ipsi tabulas diligenter, pictura loquetur. Cum loquitur pictor loquitur male, cum pictura loquitur, bene loquitur. Vanus est opifex, qui ab alio magis, quam ab ipso opere expectat honorem, non pendet*

Virtus non indiget alieno præconio sed se ipsam commendat. Valer. Max. Seneca. Pelusiota. *Sola virtus præclaram & immortalem gloriã obtinet.* Marsilius.

det operis virtus ex iudice, sed opus iudici commendat artificem. dixit Cicero lib. 1. de nat. Deorum: *Habet enim venerationem iustam quidquid excellit.* & argutè de pulchro restitutionis in integrum titulo Vlpian. *Non egere commendatione, quia ipse se ostendit.* Quæ omnia virtuti aptari debent.

Cicero.

Illustratio secunda.

99. ET *Princeps populi in sapientia sermonis sui.* Complut. *sapiens in sermone suo.* Drus. *& ductor populi sapiens de sermone suo.* q. d. Quemadmodum opera artificum, & ipsi artifices laudantur ex manu, hoc est, ex industria manuum, qua opera illa fiunt, & ex qua suam habent commendationem: ita princeps alicuius populi laudatur ex sermone suo, hoc est, per sapientiam sermonis sui: nam sermo sapiens dat laudem principi, qui eum protulit. Hoc apprimè illustratur iudicio à Salomone facto. 3. Regum 3. v. 24. cum illæ mulierculæ meritrices inter se contendebant, vna quæque concupiscens filium superstitem habere suum. dixit ergo rex: *Afferte mihi gladium,* &c. quid necesse erat illas contendere, si filium superstitem volebat Salomon occidere, vt bipartitus inter vtramque diuideretur? sinite illum iudicare, nam optimus sermo est, in quo incipit emicare eius sapientia diuinitus communicata. Iussit rex infantem diuidi, ita vt quælibet illarum fœminarum suam sibi infantis medietatem auferret. Quæ res facile prodidit quænam esset vera, & quæ simulata mater, cum illa de seueríssimo iudicio doleret; hæc non solum non ingemisceret, sed etiam insultaret dolenti. ex hoc enim sapientissimo sermone processit communis timor. nam dicitur vers. 28. *Audiuit itaque omnis Israël iudicium, quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.* quam admirationem explicauit D. Ambros. lib. 2. de offic. cap. 8. *Non immerito,* inquit, *æstimatus est intellectus Dei esse in eo, in quo occulta sunt Dei. Quid autem occultius, quam internorum viscerum testimonia, in quæ sapiens intellectus, velut quidam pietatis discendit arbiter, & velut quamdam genitalis alui vocem eruit, qua maternus patuit aspectus? qui elegerat filium suum apud alienam viuere, quam in conspectu matris necari,* &c. Ecce quomodo sapientissimus princeps, *in sapientia sermonis sui,* laudem populi vniuersi consecutus est; protulit enim verbum prudentia & sapientia ornatum. Sic quilibet Princeps, vel dux populi ex sermone sapienti laudem aucupabitur, sicut artifex ex opere suo. Qua comparatione, concludit Jansen. etiam innuitur principem magnum esse artificem si suo sermone prudenti populum docere, regere, & continere norit: sicut vocantur artifices, qui industria manus suæ insigne aliquod opus norunt producere.

Princeps populi laudatur ex sermone suo. 3. Reg. 3. *Ex iudicio meretricum Salomon laudibus prædicatũ.* 3. Reg. 13. v. 28. D. Ambros. *Princeps sapiens ... laudatur ... sapientiam.*

Hinc colligetur, quam prudenter Salomon gesserit postulando à Deo sapientiam 3. Reg. 3. v. 9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum.* Quod exprimitur magis 2. Paral. 1. v. 10. *Da mihi sapientiam & intelligentiam,* &c. Sapientiam postulat vt possit instar strenui artificis populum suum docere, sermonibus suis sapientia & prudentia ornatis; & regendo illum rebelles continere, &c. Audi Cornel. Tacitum lib. 15. Annal. qui agens de sapientia principis: *Expedit,* inquit, *priuatorum ciuium controuersias, quam fieri potest maxime dirimere ac quam celerrime componere: id vero magis adhuc præstat, populorum studia inhibere, ac cum vota facientes pro imperio, salute, & fortuna cogere aliquos volunt, vt aliquid vltra facultates suas agant, impendantur, id non concedere: preterea inimicitias eorum, contentionesque pœnitus præcidere, neque concedere, vt inania cognomenta, aut alia vnde discordiæ incidere possint sibi sumant,* &c. Themistius etiam aiebat: *Illum, qui alijs præest & præcipit, non potestate solum regendi ac imperandi, sed dignitate, prudentia, sapientiaque subditis antecellere conuenit,* &c.

3. Reg. 3. v. 9. 2. Paral. 1. v. 10. Corn. Tac. *Quæ sit principis sapientia.* Themist.

Illustratio tertia.

IN *sensu vero seniorum verbum.* Hæc vltima pars in Græco desideratur, quam sic explicat Palacius: ita sensus seniorum dat laudem verbis eorum. Sed melius explicat Jansenius: *& in sensu seniorum verbum,* significat verbum seniorum laudari ex sensu, hoc est, ex prudentia & grauitate sententiarum, quæ decent senes. itaque senes laudantur propter verba prudenter, & sapienter dicta. *sapientia* enim (vt inquit Plutarchus) *affluere in senibus, & exundare debet.* sicut flumina, confluentibus hinc inde riuis, maximam aquarum vim cogunt, adeò vt nonnumquam alueorum fines exuperantia vicinos late agros infundant, & demergant. Non aliter de senum prudentia decernendum est. hi enim, qui sero post multam ætatem resipiscunt, exiguam sane prudentiam & sapientiam colligant necesse est. illi vero qui à teneris annis addiscere, & sapere cæperunt, ingentem sapientiæ atque prudentiæ vim vndique coactam assequuntur, quæ supra propriç necessitatis fines affluens late exundat, & in proximos effusa eos implet. Quid enim aliud consilia & monita salubria, quæ à senibus in alios proficiscuntur, nisi quidam quasi ex redundantia ad alios manantes fluxus? Hine eleganter dixit Euripides in Bellerophonte:

100. Palacius. Iansenius. *Verbum seniorum laudatur ex prudentia & grauitate sententiarum.* Plutarch. *Senes instar fluuiorum cogentes sapientiam & prudentiam.* *Monita senum & consilia quasi fluxus manantes ad alios.* Euripides.

O fili manus quidem iuueniles ad agendum robustæ sunt,
Seniorum autem sententiæ sapientia præstant.
Tempus enim multam & variam doctrinã parit.

Ergo sicut opera artificis laudem tribuunt ipsi cum illustria euadunt: sic principis sermo ornatus sapientia ipsum principem laudat. *& verba prudenter & sapienter dicta à senibus, ipsos senes commendant,* &c. *id est, laus à senili prudentia.*

VERS. XXV.

Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.

Senſus.

T*Erribilis eſt*, &c. q. d. Sicut princeps ſapiens & prudẽs laudatur in ciuitate ob ſermones ſapientia ornatos: ſic è contra princeps linguoſus in ciuitate, ſicut & quicumque alius, qui multa imprudenter blaterat, non ſolum non laudatur in ciuitate, ſed terribilis & temerarius habetur, quia omnes ſibi ab effrænata eius lingua metuunt, & frequenter per talem in ciuitatibus diſcordiæ & ſeditiones excitantur. & quia terribilis & temerarius eſt, ideò omnes illum odio proſequuntur, &c.

Nota, & illuſtratio prima.

101. T*Erribilis in ciuitate ſua vir linguoſus.* cũ in præcedenti ſententia laudem Sirach. oſtenderit, quæ ex prudenti & ſapienti ſermone principi euenire ſolet. hic manifeſtat odium, quod ex vitio linguæ homini prouenit. & licet ſpectare poteſt ad principem, generaliter ad omnes ciues pertinere poteſt. & Rabanus intelligit de hæreticis & nõ male. *Linguoſus*, in Græco eſt, γλωσσώδης, id eſt, linguatus, vel linguax, & locutulerus, vel lingulax: hic eſt, qui multa imprudenter blaterat, & verbis ſuis contumelioſis cæteros afficit, & verbis detractorijs omnes commaculat, qui ignem diſcordiarum in ciuitatibus accendit, & inflammat omnes conciues. Ideò D. Jacob. Apoſt. c. 36. ignem linguam appellauit: *Ecce*, inquit, *quantus ignis quam magnam ſiluam incendit? & lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis.* Lingua igni aſſimilatur, quia ſicut modicus ignis ſiluam inflammat, & in carbones arbores conuertit: ſic lingua mordax inſtar ignis ſiluam ciuitatis accendit, & in cineres redigit. Sic dixit D. Auguſt. ſerm. 3. ad fratres in eremo: *O, lingua, tu periculum immittis, tu luctum producis, diſcordiam ſpargis, proditionis venenum ſeminas, & ad infernum qui tibi credunt perducis: reſtringenda eſt hæc parua fauilla, ne in magnam vertatur flammam, ne creſcat in ſiluam, gutta ne creſcat in fontem*, &c.

Rabanus. — *Vir linguoſus qui.* — *Lingua ignis eſt, Iacob. 3. v. 6.* — *D. Auguſt.*

Terribilem ignem vocamus illum, qui totam exurit ſiluam: ſic linguoſus terribilis eſt, quia lingua ſua inſtar ignis totam ciuitatem inflammat. Ideò vocatur lingua *vniuerſitas iniquitatis*: quia omnis iniquitas generatur à lingua, ab ipſa procedit, & ab ipſa naturam recipit. audi D. Petr. Damianum ſerm. 74. de vitio linguæ. *Quanto autem*, inquit, *cautelæ ſtudio linguæ procacitas frænanda ſit, ſi quis noſſe deſiderat, inter quæ crimina ab eodem magiſtro gentium numeretur, attendat: Fornicatio*, inquit, *& omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos, aut turpido, aut ſtulti loquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet. Vbi enim fornicationem, immunditiam, atque auaritiam texuit, ibi etiam indifferenter ſcurrilitatem, & ſtultiloquium nominauit: vt manifeſte detur intelligi, linguæ malum grauiſſimis criminibus in offenſione coniunctum, à quibus in ipſa non eſt prohibitione diſcretum*, &c. & Paulo poſt vocat peſtem, vel virus, cum ait: *Hoc virus non ſolum eos, à quibus oritur lætaliter inficit, ſed eos etiam, in quos effunditur pernitioſa tabe corrumpit*, &c. Ecce quare Eccleſiaſticus *linguoſum terribilem* vocat. terribilis enim eſt ignis, qui ſiluam inflammat, ſic linguoſus, qui ciuitatem exurit. Terribile virus eſt etiam linguax, ſiquidem omnes conciues, in quos effunditur, pernitioſa tabe corrumpit, &c. ſic dixit D. Gregor. Naz. carm. 4. de animæ calamitatibus:

Linguoſus terribilis quia lingua ſua ciuitatẽ inflammat. — *D. P. Dam.* — *Epheſ. 5. v. 3.* — *Omnis iniquitas ex lingua procedit.* — *Lingua peſtis & virus.* — *D. Nazianz. In lingua ſita ſunt multa venena.*

At rurſum in lingua ſita ſunt per multa venena:
Dimidium vitij nam cita lingua tenet.
Iram lingua, malum nudum, emouit, iraque rurſum
Cum caluit, mentem cogit abire gradis.
Aut contra occultans vulpinam in pectore fraudem;
Vulnerat ex molli leniter ore loquens.

D. Joan. Chryſoſt. tom. 4. hom. 14. in Epiſt. ad Epheſios: *Propterea enim*, inquit, *tibi os & linguam dedit Deus, vt Deo agas gratias, vt proximum ædifices. Quod ſi ædificium deſtruas, melius eſt ſilere, & numquã loqui.* & mox: *Hoc os eſt cauſa omnium malorum, imo vero non os, ſed qui eo male vtuntur. Hinc contumeliæ, maledicta, blaſphemiæ, voluptatum fomites & incendia, cædes, adulteria, furta omnia ex eo naſcuntur. Et quomodo, inquit, cædes? à contumelia ad iram, ab ira ad plagas, à plagis ad cædem deueniſti. Quomodo adulterium? Hæc vel illa te, inquit, amat, boni quidpiam de te eſt locuta, robur tuum relaxauit*, &c. Ecce quomodo optime appellet Eccleſiaſticus *terribilem*, &c. quem Tygurina vocat *formidandum*, &c.

D. Chryſoſt. — *Et cauſa omnium malorum.*

Illuſtratio ſecunda

E*T temerarius in verbo ſui odibilis erit.* Druſ. *præceps.* Temerarius ille eſt, qui facile, & nullo 102. conſilio adhibito, & nulla cauſa facit aliquid. Ergo temerarius in verbo erit, qui facile & ſine conſilio vana loquitur. Jdeo aiebat Salomon Eccleſ. 5. v. 1. *Ne temerè quid loquaris, ne cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo.* vel: *noli feſtinare in ore tuo*, id eſt, præcipitanter, & cum ſubito quodam pauore, vel ſollicitudine. vitia locutionis temerariæ, vide in Hugo Card. ſuper hunc locum. multa enim mala ex temeraria & præcipiti locutione promanant. Prou. 29. v. 20. inquit Sapiens: *vidiſti hominem velocem* [præcipitem, temerariũ] *ad loquendum? ſtultitia magis ſperanda eſt, quam illius correptio.* Virum velocem ad loquendum vocat hominem vaniloquum, garrulum, & quidquid in buccam venit ſine delectu effundentem. q. d. ſi quando incidiſti in hominem, qui temerè verba ſua profundat, ab hoc quidẽ ſperanda potius ſtultitia, quam correctio aut emendatio: nam verboſi multa inepte dicunt, & vix aliquando multis correptionibus adduci poſſunt, vt verbis parcant. Ergo talis *temerarius* in verbis ſuis, odio habetur ad omnibus: *es de todos abonecido, y nadie le quiere bien.* Quare omnes de vrbe & de cœtu conciuium conantur eijcere. Sic dixit Dauid Pſal. 139. v. 12. *vir linguoſus non dirigitur in terra*, id eſt, non firmo erit ac ſtabili gradu, non firmas habebit ſedes, ſed labetur, & præceps de terra eijcietur, & de hominum cœtu, & de vrbibus tamquam odibilis pelletur. quod declarat Hugo per hos verſus:

Temerarius quis. — *Eccleſ. 5. v. 1.* — *Hugo. Multa mala ex temeraria & præcipiti lingua promanant.* — *Prou. 29. v. 20.* — *Verboſi mala inepta dicunt & ſic odio habentur.* — *Pſal. 139. v. 12.* — *Hugo. Vir linguoſus multis modis odioſus.*

Sit tibi linguoſus vir quinque modis odioſus
Præproperus præceps, ignorus, fictilis, anceps.

Nota virum linguoſum, odioſum eſſe, infra cap. 21. v. 31. dicitur de ſuſurrone: *& in omnibus odietur, & qui cum eo manſerit odioſus erit.* Sic qui temerarius eſt in verbis ſuis odio habebitur ab omnibus: quia ex temeritate ſua multa mala naſcuntur, &c.

Eccleſ. 21. v. 31.

CAPVT

CAPVT DECIMVM.

1. IVdex ſapiens iudicabit populum ſuum;
& principatus ſenſati ſtabilis erit. 2. Se-
cundùm iudicem populi, ſic & miniſtri
eius: & qualis rector eſt ciuitatis tales &
inhabitantes in ea. 3. Rex inſipiens per-
det populum ſuum: & ciuitates inhabi-
tabuntur per ſenſum potentium. 4. In manu Dei poteſtas
terræ: & vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam,
5. In manu Dei proſperitas hominis, & ſuper faciem ſcribæ
imponet honorem ſuum. 6. Omnis iniuriæ proximi ne me-
mineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. 7. Odibilis coram
Deo eſt & hominibus ſuperbia: & execrabilis omnis iniqui-
tas gentium. 8. Regnum à gente in gentem transfertur pro-
pter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.
9. Auaro autem nihil eſt ſceleſtius. Quid ſuperbit terra &
cinis. 10. Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam. hic enim
& animam ſuam venalem habet: quoniam in vita ſua proie-
cit intima ſua. 11. Omnis potentatus breuis vita. Languor
prolixior grauat medicum. 12. Breuem languorem præci-
dit medicus: ſic & rex hodie eſt & cras morietur. 13. Cùm
enim morietur homo, hereditabit ſerpentes, & beſtias, &
vermes. 14. Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo.
15. Quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor eius. quo-
niam initium omnis peccati eſt ſuperbia: qui tenuerit illam,
adimplebitur maledictis, & ſubuertet eum in finem. 16. Pro-
pterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & de-
ſtruxit eos vſque in finem. 17. Sedes ducum ſuperborum
deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. 18. Radices
gentium ſuperbarum areſecit Deus, & plantauit humiles ex
ipſis gentibus. 19. Terras gentium euertit Dominus, & per-
didit eas vſque ad fundamentum. 20. Areſecit ex ipſis, & diſ-
perdidit eos, & ceſſare fecit memoriam eorum à terra.
21. Memoriam ſuperborum perdidit Deus, & reliquit me-
moriam humilium ſenſu. 22. Non eſt creata hominibus ſu-
perbia, neque iracundia nationi mulierum. 23. Semen homi-
num honorabitur hoc, quod timet Deum: ſemen autem
hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. 24. In
medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Do-

 minum,

minum, erunt in oculis illius. 25. Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei est. 26. Noli despicere hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorum diuitem. 27. Magnus, & iudex, & potens est in honore: & non est maior illo, qui timet Deum. 28. Seruo sensato liberi seruient: & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur. 29. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ. 30. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. 31. Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundùm meritum suum. 32. Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam. 33. Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam. 34. Qui autem gloriatur in paupertate, quantò magis in substantia? & qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

Argumentum Capitis 10.

VAria agit Ecclesiasticus in hoc cap. 10. tractat de Iudice sapiente, de vili insipienti, pernitioso, & ait rectorem subditos imitari, omnia in manu Dei esse. exhortatur ad iniuriam obliuiscendam, ad detestationem superbiæ, iniustitiæ, contumeliæ, auaritiæ. Docet breuem esse vitam hominis, & post mortem futurum vermem, & discessum à Deo causam esse superbiæ, & gentes ob superbiam à Deo perditas esse affirmat. Laudem timoris Dei, in memoriam reuocat. & monet non despiciendum pauperem iustum, nec diuitem peccatorem honorandum, & tandem animam in mansuetudine seruandam

VERS. I.

Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit.

Sensus.

1. *IVdex sapiens*, &c. q. d. Quia sapientia regibus, iudicibus, & magistratibus maxime conueniens est, libet duplicem fructum, qui à sapiente iudice prouenit, tibi manifestare. primus est, iudicem vel principem sapientem suum populum erudire, & in iudicio, & æquitate gubernare, & regere, ostendendo tum legibus à se constituris, tum sermonibus suis, quæ sint in ciuitate facienda, quęque vitanda, & fugienda: quæ iusta sint, quæve iniusta. & quia siceum iudicat, & docet, ideò etiam principatus eius erit firmus & stabilis, eritque ordinatus, & nequaquam confusus, ac turbatus, sed omnia in eo erunt rite disposita per legum æquitatem, & doctrinæ rectitudinem, ita vt vnusquisque suo fungatur officio, nec debitum ordinem perturber, &c.

Nota, & illustratio prima.

Nomine iudicis intelligunt. Rex princeps, Magistratus

IVdex sapiens iudicabit populum suum. Haud dubiè nomine *iudicis* intelligit Sirach regem vel principem, vel magistratum. Pro *iudicabit*, in Greco est: κρίτης σοφὸς παιδεύσει λαὸν, est iudex, arbiter, arbitrator, æstimator. A radice παις, quod est puer, vel puella, oritur verbū παιδεύω, quod proprie est, vt puerum doceo, seu instituo, & ad quemuis instituendi seu docendi modum extenditur, exponitur etiam castigo, vt Luc. 23. v. 16. *emendatum ergo illum dimittam*, in Græco est παιδεύσας, *castigans ergo illum dimittam*. sic Heb. 12. v. 5. *Noli negligere disciplinam Domini*, &c. id est, castigationem Domini, qui enim instituit, & docet, castigat. vt pater, qui filium suum castigat, non vt vltor, sed vt pater, qui filium suum instruit, & docet itaque iudicis nomē hic denotat gubernatorem, vel regem vt Amos. 2. v. 3. *Et disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo.* q. d. Neque parcam his qui ciuitatibus præsunt, principibus videlicet, & iudicibus, penes quos est summa rerum, &c.

Luc. 23. v. 16

Heb. 12. v. 5

Gubernator & Rex nomine iudicis decorantur. Amos. 2. v. 3

Arias Mont. explicat sic Carioth. regia Moabitarum ciuitas, calamitatem bellique cladem cum iudice suo, hoc est, rege (cui ab officio iudicis fuerat cognomen) & cum toto magistratu acceptura cum sit, &c. Illud cum eo, noster Mariana explicat Rege Moab, aut *cum eo*, scilicet iudice, de quo dixit, & iudex sit pro rege, erant enim iudices in singulis vrbibus numero septem quibus adiuncti erant duo. ex tribu Leui, teste Iosepho lib. 4. Iudaic. c. 8.

Montanus.

Mariana

2. Hoc confirmat Palacius exponens nostram sententiam Admonet inquit, reges, & principes, vt si sapientes sunt, ipsi per se ius dicant populo suo, nec id alienis auribus confidant ergo si rex vel princeps ad quem ptæcipue iudicis officio fungi potius pertinet (sic. 1. Reg. 8. v. 5. dicebant Samueli Israelitę *(constitue nobis regem vt iudicet nos)* sapiens fuerit, optimis legibus, & institutis populum suum in iudicio, & æquitate gubernabit & reget ideo non frustra Salomon rex cum regium munus susceperit, postulauit à Deo sapientiam, vt in iustitia, & æquitate tantum populum posset iudicare, & regere; ipse enim ait. 2. Paral. 1. v. 10. *Da mihi sapientiam, & intelligentiam* (id est, *cor docile* vt 3. Reg. 3. v. 9.) *vt ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim poterit hunc populum tuum digne, qui tam grandis est, iudicare?* Et cum à Domino exaudiretur dictum est ei: *Petisti autem sapientiam, & scientiam, vt iudicare possis populum meum super quem constitui te regem. Sapientia, & scientia data sunt tibi*, &c. Pende petijsse Salomonem sapientiam ad iudicandum populum; super quem constitutus erat rex, vere rex erat, sed officio iudicis functurus erat, ideo postulauit sapientiam ad ingrediendum, & egrediendum. quod licet noster Pineda explicet de pastoritia sapientia, id est, periuit scientiam pastoritiam pascendi populum instar gregis (nam vt Camer. 44. cent. 2. dicebat: *Rex bonus est, pastor populi tutorque, paterque. Nec sua sed populi commoda sola cupit*) aut imperatoriam, & veluti militarē ducendi, & reducendi populum instar exercitus. Sicut Moyses loquebatur Deut. 31. v. 2. *centum & viginti annorum sum hodie non possum vltra egredi, & ingredi*, id est, non possum vltra fungi officio ducis aut gubernatoris sed noster Sanchez de iudice explicat *ingredi & egredi*, iuxta Hębreorū idioma, idem est, atque administrare, & iudicare libere sicut principes faciūt supremi in aliqua repub. qui nullius premuntur imperio: qui quoniam clauē habent regni (hæc enim imperij symbolum est) ingrediuntur, egrediunturque quandocumque libuerit. Salomon igitur, si petijt tantum *cor docile*, id petit vt se aliorum consilijs regi finat, & quæ ab alijs traduntur siue ad rempublicam administrandam consilia, siue ad suos mores informandos præcepta cognoscat; aut certe vt se diuinis legibus, & Dei inspirationibus obsequentem præbeat, neque sui sibi iudicij nimis sit prefracte & obstinate retinax. sic Sap. 9. v. 12. *Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iuste*, &c.

Reges sapientiam doceant vt iudicare & gubernare possint populum. 3. Reg. 12. v. 7. Pſal. 2 v. 10 Prou. 21. v. 1

Salomon petijt cor docile vt iudicis munus exerceret. Pſal. 71. v. 1. 2.

Sap. 9. v. 12.

3. Rursus, *cor docile*. est audiens obediens, non solum Deo, sed ipsi etiam populo, & subditis requirentibus ab eo iudicium, & iustitiam Rex quoque debet dominari in populum, vt intelligat debere etiam se audientem, & obedientem populi bono, & commoditatibus præbere; sicut ad regem parum docilem, rudi corde dictum est à sapientibus senibus 3. Reg. 12. v. 7. *Si hodie obedieris populo*, &c. Quare Dauid monet reges, vt diuinam intelligentiam è cælo instillatam apprehendant, vt regnum suum iudicare, & gubernare possit, ait enim Psal. 2. v. 10. *Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Aprehendite disciplinam.* quippe tota regis & regni salus in eo est, vt rex iudicis officio fungens. à Deo instillatas accipiat salutares gubernandi rationes, quæ deinde à rege in populum deriuentur, nam dicitur Prou. 21. v. 1. *Sicut diuisiones aquarum ita cor regis in manu Domini: quocumque voluerit inclinabit illud.*

Cor docile quid sit.

Cor docile est obediens.

Hinc virent & florent regna, quod in cor regis si audiat & obtemperet, diuina sapientia affluenter influat, immittatque quæ in bonum populi redundare debeant. nam *sicut diuisiones aquarum*, &c. sic regis pietas & obedientia diuinæ Legis, velut fons quidam dulcis aquæ plenissimus suorum subditorum animas irrigat, & ex illis elicit herbescentem rerum omniū pulcherrimarum atque optimarum viriditatem si minus non influente diuina sapientia in principis, & iudicis animum arescat fons ille communis arescet, & squallebit populus.

Cor Regis sicut diuisiones aquarum

Hinc est quod Salomon *cor docile*, & audiens postulasset, vt apprehendere disciplinam, & iudicis munus, simul & regis, exercere posset. Hoc postulabat Dauid cum aiebat Psal. 71. v. 1. 2. *Deus iudicium tuum regida, & iustitiam tuam filio regis iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iuditio.* Quod licet prophetice de Christo Domino intelligatur, sed D. Hieron. vatab. & alij ad litteram de Salomone dictum putant. Ergo Dauid senio confectus de successore cogitans, regnumque in futurum prospiciens, postquam Salomonem filium regum solennibus inauguratum throno regio insidentem Dei nutu, ac suo iussu spectauit. 3. Reg. 1. Spiritum illi iudicij atque iustitiæ vt sancte obeat officium suum regis, & iudicis, precatur. Pro *Deus* est, *elohim*, iudex supremus, à quo iudicium, & omnis potestas procedit; *iudicium tuum regida*, Kald. sententiam iudiciorum tuorum id est, formulam iudicandi; ex diuino enim præscripto reges iudicant, sicut inferiores iudices ex formula regis ego (inquit Dauid) Salomoni regnum trado, sed tu illi, ô rex supreme, iudicandi formulam præscribe instrue illum spiritu iudicij, vt iudicare possit populum, & discernere inter bonum, & malum. *Et iustitiam tuam filio regis*, id est sanctā iudicij administrationem cum æquitate vt ius suum vnicuique reddat, nemine Leso, vt de Dauid dictū est. 2. Reg. 8. v. 15. *Et regnauit Dauid super omnem Israel: faciebat quoque Dauid iustitiam & iudicium omni populo.* Hoc ipsum est. *iudicare populum tuum in iustitia.* in quo Salomon æmulaturus erat Deum supremum omnium, & regem, & patrem. De quo sap. 12. v. 18. *Tu Dominator virtutis* (potentissimus) *cum tranquillitate* (id est æquitate) *iudicas*, &c.

Deus elohim iudex supremus a quo omnis potestas iudicandi procedit

Iustitia pro administratione. 2. Reg. 8. v. 15.

Sap. 12. v. 18.

Hic est etiam quod fortunatam appellent rempubl. cui sapiens rex præficitur. sic cecinit Prudent. lib. 1. contra Symmachum:

Fortunata Respublica cui sapiens Rex præficitur.

Prūdentius

Nimirum pulchre quidam doctissimus: esset

Publica

Publica res (inquit) *tunc fortunata satis si vel reges sapierent, vel regnarent sapientes.*

Aristides

Idcirco Aristides orator orat 1. Plantonica aiebat. *Et reges dicendi periti* (dicendi peritos vocat sapientes) *sunt prudentes : non vt ipsi modo fungantur officio sed etiam alios ad id componant*, id est, doceant, instituant, &c. Philostratus. lib. 2. cap. 11. ait, *Apollonius iuxta interpretem consistens : Gaudeo, inquit: o rex Phraote, cum te videam philosophiæ dare operam ego vero, respondit Rex, multo magis gaudeo quod talia de me opinaris. Tum Apollonius, num vobis inquit, hæc legibus præsinita sunt, an tu ipse regnum ad hanc viuendi normam rectitudinemque constituisti? ego, inquit rex, modeste institutis legibus, modestius etiam vtor, & opes possideo plures quam cæteri homines, paucis autem indigeo*, &c. Itaque Rex sapiens diuinis legibus imbutus, sufficiens est ad docendum & iudicandum populum in æquitate &c.

Philostrat. *Rex Phraotes dedit operam philosophiæ.*

Illustratio secunda.

5. *Iudex sapiens iudicabit populum suum.* Licet de regibus sapientibus, qui iuxta sapientiam, & prudentiam suam iudicare debent, præcipue loquatur ecclesiasticus, simul etiã agit de iudicibus à regibus constitutis, qui vt iudicent in æquitate & iustitia populum, debent sapientes esse, id est, sapientia & prudentia excellere : sapientia enim informat iudicem, & idoneum reddit ad ius dicendum rite & recte. q. d. beatus populus cui iudex sapiens præficitur, nam recte iudicabitur & sapienter erudietur. Verbum *iudicabit*, forte significat idem quod regere, & imperare, leges præscribere, statua decernere, secundum quæ viuatur, pro vt decus Reipub postulat vt Gen. 19. v. 9. dicitur Loth. à Sodomitis exprobratum cum illi dixerunt : *ingressus es* (inquit) *vt aduena : numquid vt iudices?* id est, solus venit vt habitaret nobiscum, & vult esse iudex noster, nobis imperitare, & viuendi leges, rationesque statuere. vide 1. Reg. 8. v. 5. Rursus. hoc verbum *iudicare* significat munus vtrumque Regis exercere, tueri bonos. profligare malos illos fauore, istos odio persequi, illos absoluere, & vindicare ab iniurijs, istos damnare, & onerare supplicijs ex præscriptione iustitiæ suum cuique ius tribuentis iudicando. sic dicitur Prou. 20. v. 8 *Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo.* Et vers. 20. *Dissipat impios rex sapiens*, id est, qui iudicandi munere sapienter fungitur, dissipat malos. id est, odio prosequitur instar iusti iudicis, & damnat, & onerat supplitijs.

Iudices debent esse sapientes.

Verbum iudicare pro regere & imperare.

Genes. 19. v. 9.

1. Reg. 8. v. 5

Munus iudicis quale

Prou. 20. v. 8.

Iudex suo munere prudenter fungetur si fuerit sapiens.

Exod. 18. v. 13.

Ergo sapiens iudex à rege constitutus prudenter suo munere fungetur erga populum vel rempub. cui præficitur, si fuerit prudentia, & sapientia decoratus. Talis fuit sapientissimus. Moyses, qui designatus fuit ad iudicandum populum sic dicitur exod. 18. v. 13. *Altera autem die sedit Moyses, vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet, quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperam? cui respondit Moyses: Venit ad me populus quærens sententiam Dei cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius.* Ecce æquum iudicium factum à Moyse erga populum, quem fusceperat ad gubernandum, & iudicandum. Dixit S. Isidorus peluſiota lib. 2. Ep. 207. *Ille, mea quidẽ sententia iustissimus controuersiarum iudex est, nõ qui homines amplissimis dignitatibus ornatus pertimescit, verum qui imbecillioribus, id quo carent pro eo atque æquitas postulat, subministrat : atque in honoribus id cuique quo dignus est impertijt, omnibus quod æquum est in causarum disceptatione tribuit, ius videlicet Vbique mensuræ loco adhibens.*

Moyses æquũ iudicium fecit erga populum.

D. Isidorus

Confirmatur ex eo Prou. 24. v. 7. Secundum lectionem LXX. *Sapientiæ, & cogitatio bona in portis sapientum, non declinant à lege domini.* q. d. in portis sapientum, id est, in senatu & subsellijs iudicum, seu magistratuum, scientia & doctrina præstantium, sapientia ipsa præsidet ac moderatur omnia eiusque auxilio iudices in sententijs dicendis, nec latum vnguem discedunt ab ore Domini, hoc est, à legibus & statutis, quas Dominus ore suo denuntiauit, in his vero vbi Lex nihil sanxit, sed iudicis arbitrio transigenda sunt non temere iudicant, sed longa cogitatione iustitiæ momenta librant, & sic demum sententias iustissimas pronuntiant. Itaque sapiens iudex sapientia sua nixus iudicat prudenter populum suum iustas pronuntiando sententias, &c.

6. Prou. 24. v. 7. *Iudex sapiens non declinat à lege Dei.*

Exemplũ sapientis iudicis & gubernatoris nobis Scriptura proponit. 1. Reg. 7. v. 15. 16. vbi agẽs de Samuele ait: *iudicabat quoq; Samuel Israelẽ cunctis diebus vitæ suæ : & ibat per singulos annos circuiens Bethel. & Galgala & Maspha. & iudicabat Israelem in prædictis locis. Revertebaturque in Ramatha: ibi enim erat Domus eius &, ibi iudicabat Israelem.* Quandiu per ætatem licuit numquam cessauit Samuel, neque passus est suos in officio, aut in legis obseruantia torpere. Quodque datam sibi à Domino prouinciam posset obire & moderari commodius, tres in ea ciuitates constituit, in quibus certis anni temporibus conuentus ageret, & ius diceret, & ortas inter suos controuersias ex lege, aut ex æquo bonoque componeret in harum ciuitatum nominibus aliquid inuenitur, quod rectam ostendit in iudicando viam, à qua si quispiam aberrauerit, non poterit rectum, ac legitimum ferre iudicium.

Samuel fuit exemplum iudicis & gubernatoris 1. Reg. 7. v. 15. 16.

Quid fecit Samuel vt melius popolum gubernaret.

Masphath speculationem valet, quam si iudex non adhibeat, sed temere præceps in iudicando feratur, labatur necesse est, & cõmissam sibi causam omnino conturbet & prodat iudex enim sapiens hac speculatione vritur ad recte iudicandum. *Bethel.* Domum significat Dei, in qua disceptari debent causæ, quod tunc faciunt iudices, cum in iudicando vnum spectant Deum, ad cuius voluntatem & legem totam iudiciorum rationem attemperant. Quod tunc denique faciunt cum statuunt apud se Dei sibi commissum esse munus, atque ideo se Dei supremi iudicis sustinere personam quod audierunt iudices 2. Paral. 19. v. 6. ad quos sic ait Iosaphat : *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, & quodcumque iudicaueritis in vos redundabit*, &c.

Masphath speculationẽ significat eam iudex debet habere, &c.

Bethel domũ significat.

2. Paral. 19. v. 6.

Tandem tertia ciuitas erat *Galgala.* Vbi facta est circũcisio secunda vice in illis. qui nati fuerant in deserto; quare locus in quo facta est circũcisio appellatus est Galgala Ios. 5. v. 9. *Vocatumque est cumcisio nomen illius loci Galgala vsque in præsentem diem.* Si ergo in hoc loco ius dicebatur, documentum præclarum sumetur ex hac circumcisione ad iudices, id est, in iudicijs circumfidere se debent iudices, & illa amputare, quæ rectum transfuerunt iudicium: manus nimirum, quas continere debent à rapinis: oculos ne externam hominum speciem intueantur & personas accipiant; & illa tandem omnia, quæ excæcant oculos, & animos

7. *In Galgala facta est circumcisio secunda vice.* Ios. 5. v. 9.

Iudices debent se circumcidere, id est manus continere à rapinis.

mos alliciunt. Debent præterea illa omnia in alijs circumcidere, quæ exorbitant à Lege, quæ tam priuatis, quam publicis rationibus officiunt &c. sed de his alibi ex quibus constat norma iudicandi, quam sapientes iudices obseruare debent, vt populum commendatum sapienter & prudenter iudicare possint iuxta præscripta diuinæ & humanæ legis. Dionysius aliquos legere *Iudex sapiens vindicabit populum suum.* Quia ad iudicem pertinet reum punire, & ad satisfaciendum iniuriato inducere.

Dionysius.

Illustratio tertia.

8. *Et principatus sensati stabilis erit.* Cum primus Fructus prudentis iudicis, seu rectoris, vel gubernatoris ciuitatis sit, quod iustis legibus regat populum suum : secundus ex illo consequens est, quod principatus eius, quia bene erit ordinatus, erit etiam stabilis, vtpote bono fundamento nempe iustitiæ innixus. quod illustratur ex Prov. 29. v. 14. *Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur illud in veritate,* & ipsam veritatem indicat & iustitiam. Princeps qui veritatem, & iustitiam colit, id est, veritatis, & iustitiæ studiosus, thronum suum in æternum firmabit. Sed quare veritas, & iustitia firmat, regnum, & thronum eius stabilem, & offirmatum reddit? quia veritas stabilis, & firma est. Licet enim aliquando attenuari calamitatibus, & oppugnationibus videatur; at penitus infringi, haud visa est nos dicimus. *La verdad adelgaza, pero al fin no quiebra.* Si autem ipsa firma ex se, & stabilis non esset, facile oppugnationibus succumberet. Sed quia ratione, & iustitia offirmatur, & stabilitur, ideo cum oppugnatur penitus non frangitur. Ergo veritas, quia in se firma, & stabilis est, regno vel throno, qui ipsi veritati innititur, & iustitiæ inhæret, suam firmitatem, & perseuerantiam præstat vt æternum perseueret, q. d. Rex qui verbis, & factis iactatur se veracem esse offirmat, & stabilit regnum vel thronum suum, sic aiebat Basilius imperator in Pareneſi ad filium Leonem: *Maximi pendito veracẽ te esse in sermone : ita enim & firmus, & constans in omnibus & factis, & dictis æstimaberis, ac veram & non suspectam tuorum erga te benevolentiam retinebis*, &c. Justitia enim, & veritas propriæ virtutes sunt iudicis, regis, vel gubernatoris : & regnum, vel thronum firmum, & stabilem reddunt. Forte Salomon hoc respiciens sap. 1. v. 1. inquit: *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* q. d. O vos iudices, quibus commissum est ius dicere, iustitiam amate, sit fundamentum iudiciorum vestrorum, id est. iustitiæ tamquam stabili fundamento nitimini, vt thronus vester stabiliatur, & offirmetur. sicut enim in iustitia debilitat, & infirmat regnũ, quia suam propriam instabilitatem regno præstat, sic iustitia veritate ornata è contra firmat, & stabilit regnum, & firmum stabilemque reddit.

Fructus prudentis iudicis & rectoris qualis.

Prou 29. v. 14.

Quare veritas & iustitia firmat regnum.

Veritas non infringitur penitus.

Rex veras fabulas regnum & thronum suum. Basilius

Iustitia & veritas propriæ virtutes iudicis & Regis. Sap. 1. v. 1.

Illustratio quarta.

9. *Et principatus prudentis protensus erit*, id est, augebitur, vel crescet eius principatus, quia sapientia & prudentia principis suum imperium protendit. sic de Salomone portendit parens eius Dauid cum Psal. 71. v. 8. inquit. *Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum*, id est, longe lateque imperitabit Salomon, non solum à mari Rubro: orientali, siue vt alij volunt, a mari mortuo vsque ad Mediterraneum Palestinum occidentale: & a flumine Euphrate Aquilonari, vsque ad finem terræ illius habitabilis, id est, ad desertũ Australe (quibus terminis Palestina concluditur) sed præterea remotissimæ prouinciæ quãtis non tributi & seruitij nomine, sponte tamen honoris, & beneuolentissimi obsequij ergo in illius dominatum oblatis muneribus transire, gestiebant: *Omnes reges Arabiæ, ducesque terræ, & vniuersa terra desiderans vultum Salomonis.* 3. Reg. 20. v. 15. Manum etiam, & brachia extendit in occeanum orientalem, indicum occidentalem, Gaditanum, in Tharsis, & in ophir cum suas eo classes destinauit in Tyrum quo & Ægyptum, quarum vel delicijs vel opportunitatibus vtebatur, &c. Sed quare. Psaltes parens filij Salomonis principatum protendendũ portendit? Nunquid propter potentiam, & virtutem, per diuitias ei communicatam. Minime, sed propter sapientiam suam, & abundantiam iustitiæ, & pacis. quæ *portendit* suo tempore floruit. Hanc veritatem confirmat versus. 7. precedens, vbi ait Dauid: *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna.* Et mox subdit: *& dominabitur*, &c. q. d. quia sub rege Salomone fœlicissimo. & sapientissimo futurum erat, *vt iustitia & abundantia pacis floreret*; ideo, *dominaturus erat à mari vsque ad mare*, &c. q. d. principatus eius, quia sapiens, & prudens futurus erat, & quia iustitia, & pax suo tempore floreat, protẽdendus erat à mari vsque ad mare, &c. Nulla enim alia virtus ita facit regnum florere, & principatum protendere, quam iustitia, & prudentia cum illis veluti princeps ad iudicandum & gubernandum populum.

Quare Dauid Salomonis principatum protendendum portendit.

Psal. 71. v. 7.

Iustitia & prudentia protendit principatum.

10. Septuaginta transferunt : *Et principatus sensati ordinatus erit* Tygur. *Et principatus cordati est compositus* q. d. princeps sensatus, & cordatus, id est, qui sapientia, & prudentia, ornatus est, suum principatum ordinatum, & compositum tenet, hoc est, sublatis de medio improbis, & malis, nihil est in regno, & principatu horridum; & inordinatum, vel incompositum. Huc pertinet quod dixit Salomon Prou. 20. v. 8. *Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malũ intuitu suo.* Drusius. Legit: *omnem malum*, id est, improbum & scelerat-tum, quorum genus hominum horridam reddunt rempub. aliqui sic explicant : id est. Rex qui non passim aberrat, sed in metropoli iudicij sui solum fingit, dissipat omne malum intuitu suo inde enim omnia ille mala contueri, & agnita remouere, & depellere potest. sed melius Salazar noster interpretatur. Salomonem suadere regi ne iudicia, & publicam administrationem alijs magistratibus prorsus committat, sed vti per se gubernationi interfit solio insideat, & quoad fieri possit causas agnoscat, ac iudicet. Nam princeps qui ea ratione publicæ rei præest, *dissipat omne malum intuitu suo, vel oculis suis*, id est, prohibet omnia mala à regno suo; tum quia rex liberius in fontes sententiam dicit, tum etiam quia omnes à perperrandis sceleribus abstinent, ne forte isthæc principi nota fiant, &c. cum ergo rex iudicat populum suum in iustitia, & æquitate, & sedet in solio iudicij, vt per se gubernationi interfit, de medio tollit eos, qui rempub. horridam & inordinatam, seu incompositam reddunt. & inde se quitur principatum ordinatum, & compositum possidere, &c.

Qui sapiens est, suũ principatum ordinatum tenet.

Prou. 20. v. 8.

Rex sapiens dissipat omne malum intuitu suo.

Demum, aliqui legunt loco *Stabilis terribilis*, & addit

Quid sit principatus terribilis: Lyra Iansenius Rom.13.v.3 Cant.6.v.3.

addit Lyra omnibus malis. Et ait Iansen. quia iudex sapiens bene regit, & iudicat populum ideo eius principatus terribilis est omnibus impijs, quia iustis legibus sibi metuunt. Rom. 13. *Non sunt principes timori boni operis sed mali.* Et adducitur ad credendum terribilem vertisse, quia cant. 6. v. 3. vertit vulgatus. *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Vbi pro castrorum acies ordinata, etiam est, quod hic πταγμένη. Ergo sapientia & prudentia præditus princeps omnia componit. Ideo Alexander inuidebat Diogeni, dicente Plutarcho lib. ad principem ineruditum. *Cum esset Diogenem, corinthi contemplatus, miratus amplexusque hominis ingenium, magnanimitatemque dixit: Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem. Atqui licebat ei philosophanti & animo forti Diogenem & fortuna manere Alexandrum,* &c. optabat enim sapientiam Diogenis habere, vt verus princeps haberetur.

VERS II.

Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis tales et inhabitantes in ea.

Sensus.

Secundum iudicem, &c. q.d. Sicut membra corporis virtutem & substantiam à capite participant; sic ministri iudicis ab ipso iudice tamquam à capite; & sicut cum caput dolet, cætera membra dolent. sic de iudice, & ministris eius. Et quia principis exemplum ad bene, vel male viuendum magnam habent, non solum in ministris, sed in reliquis ciuibus vim & auctoritatem. ex bonitate, aut malitia principis colligitur, malitia vel bonitas ciuium: sicque qualis euaserit gubernator ciuitatis, tales ciues illius indicantur, &c.

prima. Illustratio

11. *Secundum iudicem populi, sic & ministri eius.* LXX. addidere. *sui*, scilicet populi, sed in vulgata, & reliquis originalibus desideratur, quia redūdat. de quolibet superiore ciuitatis hæc sententia adagialis dicitur. Tales sunt ministri, qualis iudex, cuius ministri sunt. Si iudex bonus est, boni sunt & ministri; Si malus & iniustus, improbi sunt. sic de rege dixit Salomon Prou. 29 v. 12. *Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.* q.d. quoties rex alicui subiratus est, atque adeo eos, qui illi etiam falso crimina imponunt, libenter auscultat, omnes ministros habet impios, seu iniustos, cuncti enim vt regi pergratum faciant, contra innocentem quiduis falso denuntiare & contestari non dubitant. Ob eam causam sacerdotum principes & Pharisæi plures nacti sunt falsos testes contra Christum, &c. Illud. *audire verba mendacij*, Forte denotat principis, vel iudicis improbitatem & nequitiam, cum facile contra innocentem auscultet verba mendacij: cum ergo princeps, vel iudex sic nequam est (vt Dionys. Cartus. Legit hunc locum *Rex impius*) ministros etiam facit iniquos, & cum tales ministros habet, quibuscum loquatur, & Lætetur eorum consuetudine, ipse improbus iudicatur. Sic dixit Basilius imperator Leoni filio in lib. exhortat. cap. 55. *Quibus enim consuescere familiariter Lætaris, & quibus fidem adhibere soles, eorum mores tu quoque habere non immerito iudicaberis.* Eleganter D. Chrysost. tom. 5. lib. 3 de Sacerdotio, inquit: *Sic natura comparatum esse videmus, vt subditorum multitudo magna quidem ex parte principum suorum, mores tamquam exemplarem quandam imaginem spectent, seque ad illos formare studeant. quis vero plebeus vir concupiscat statim temperans, moderatusque fieri principem intuitus iracundum,* &c. Ideo dixit Pultar. lib ad principem ineruditum: *Quale vero elegantissimum in cælo, simulachrum sui Deus solem atque lunam infixit tale in ciuitatibus eius exemplum est atque lumen princeps.*

Tales sunt ministri quales iudex populi vel Rex — Prou. 29. v. 12. — *Audire verba mendacij quid.* — Dionys. — Basil. — *Subditi principum mores spectant vt eos imitentur.* — D. Chrysost.

Rursus princeps debet ministros in domo sua recipere propriæ auctoritati conuenientes 12.
sic explicat nostram sententiam Palacius Magna cura bonus Princeps bonos conquirit ministros, per quos velut per manus, populum gubernet, vt Deus pulcherrimis Angelis purissimisque cœlis, & luminaribus hunc mundum administrat, quod si princeps puros, & iustos habeat officiales, purgabunt ciuitatem, nec sinent in ea aliquid foecis, & sordium Latere, &c. Ergo cum ministri improbi sunt expellendi sunt à domo regia. sic faciebat Dauid Psal. 100. v. 7. aiens: *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua.* quod sic explicat ad nostrum intentum Agellius qui superbiam facit, qui non errore ductus, & ignorantia prolabitur, sed per contemptum, & arrogantiam delinquit, sponte nihil pertimescens, aperte quasi potentiam suam ostendere in facienda iniuria studens, regio fauore & gratia fretus, is non habitabit in medio domus meæ, non erit inter domesticos meos, vel in nullo munere, ac ministerio domus meæ collocatus erit, &c. Cum enim viderint iniustos domus regiæ ministros, regem, vel iudicem improbum & iniustum iudicabunt, & dicent: *secundum iudicem populi sic & ministri eius.* Vocat etiam ministros non solum eos, qui in domo regia ministrant, sed præcipuæ illos, qui auctoritate principis ipsam vrbem, vel rempub. moderantur. nam cum iudices inferiores tamquam ministri supremi iudicis vel principis iniuste rempub. administrant, & multis iniuriam faciunt, & tanto malo non occurritur, ansa præbetur omnibus iudicandi iudicem vel principem supremum consentientem expertem culpæ non esse, & tamquam erroris conscium exprobant, dicentes: *Secundum iudicem populi, sic & ministri eius.* Nos dicimus: *Tal es el como ellos.* aut: *quales ellos son.* Vide 1. Reg. 15. v. 9. & cap. 17. v. 28. & 2. Reg. 10, v. 5. & cap. 21. v. 9. 22.

Palacius. — *Bonus princeps bonos conquirit ministros.* — *Cum ministri improbi sunt abijciendi à domo regia.* — Psal. 100. v. 7. — Agellius — *Secundum iudicem populi sic & ministri eius.*

Illustratio secunda.

Et *qualis rector est ciuitatis, tales inhabitantes in ea.* 13.
Adagium agnoscit in hoc hemistichio noster Delrius simile illi, quo nihil tritius: *Qualis rex talis grex.* Et Platoni tribuit Cicero aliud quod dicitur. *Qualeis in repub. principes essent, taleis reliquos solere esse ciueis.* Nam cum imitentur ciues principis virtutem vel vitium, si velis cognoscere

Adagium — Delrius — Plato

ciuium viuendi rationem principis modum discute prius, inde colliges qualis vita ciuium sit, nam cupiditatibus, & vitijs principis tota ciuitas infici solet, sic eius continentia corrigitur. Audi Ciceronem: *Permulti*, inquit, *imitatores principum existunt. Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum qualescumque summi ciuitatis viri fuerunt, talem ciuitatem fuisse, quæcumque mutatio morum in principibus extiterit, eamdem in populo secuturam. Idque haud paulo est verius quam quod Platoni nostro placet, qui musicorum cantibus, ait, mutatis mutari ciuitatum status. Ego autem nobilium vita, victuque mutato, mores mutari ciuitatum puto. Quo perniciosius de repub. merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundant in ciuitatem, neque solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo quam peccato nocent.* Notat Grus Senior de quo Xenophon. lib. 8. in princip. *Neque enim fieri posse existimabat, vbi ipse minus foret, qualem esse doceret, vt alios ad illustres, & probas actiones inflammaret.* sic etiam Rex Antigonus Zenoni scribit, teste Laertio. li. 7. *Nam cuiusmodi fuerit dux, tales vt plurimum subditos effici,* &c.

Cicero. — *Ministri imitatores principum existunt.* — *Principes vitia sua infundunt in ciuitatem* — Xenophon — Laertius.

14. Quare D. Gregor. Nazianz. orat. 1. Apolog. *Præsuli primum illud curandum*, ait, *vt argenti, atque auri instar, omni ex parte excoctus ac defæcatus nihil adulterinum, aut subæratum tinniat, nihilque deterioris materiæ, flammaque acriore dignæ, in se ipso gestet. Nam alioqui tanto grauius malum fuerit, quanto pluribus imperarit. siquidem maior est ea improbitas, quæ ad multos serpit, quam ea, quæ in vno defixa hæret. Neque enim vel indelebilem tincturam pannus, vel fætidum, aut suauem odorem res admotæ ita facile contrahunt, vel exitialis quidā vapor tam facile in aërem diffunditur, ac per aërē animantia occupat (quod quidem pestis & est, & appellatur) quam subditi Antistitis improbitate celerrimè impleri solent, & quidem multo facilius, quam virtute.* Hinc illud adagium: Ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται, id est: *Piscis à capite primum incipit putere.* dictum in malos principes, quorum contagione reliquum vulgus inficitur. ideo dixit Ouid. lib. 3. de Ponto. eleg. 2. ad Cottam.

D. Nazianz — *Præsules bonæ vitæ exemplum subditis præbeant.* — *Ex contagione mali principis reliquum vulgus inficitur.* — Ouidius.

Quis non è timidis ægri contagia vitat,
Vicinum metuens, ne trahat inde malum.

Forte ad intentum dixit Horatius lib. 3. carm. od. 5.

Horatius.

Hoc cauerat mens prouida Reguli.
Dissentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahentis
Pernitiem veniens in æuum,
Si non periret immiserabilis
Captiua pubes.

15. Confirmat hoc Josephus lib. 8. cap. 3. aiens: *Quandoquidem ea est natura rerum humanarum, vt cum principum, ac magistratuum moribus etiam subditi deprauentur, quorum modestia, cea norma corrigi debebant, & pro virtutibus vitia sequantur, alioquin nisi eadem, quæ reges faciant, improbare facta illorum videntur. sicut sub Roboamo contigit, populo leges, ac pietatem egregie contemnente, ne iustitiæ studijs Regem suum offenderent.* & cum Pontanus agit de principe: *Ex quo,* inquit, *fortuna principum in edito, & prælustri sita est loco, præbetque sese spectandam omnibus: studendum est, vt dictaque factaque illius omnia eiusmodi sint, quæ non modo laudem, atque auctoritatem pariant, sed familiares, & populares ipsos ad virtutem excitent. Ad quam nulla eos res magis excitabit, quam spectata ipsius virtus, & mores quam probatissimi. Prudentissime igitur Claudianus poëta: Regis ad exemplum totis componitur orbis, & Prouerbij locum tenet id ipsum: Dominus qualis sit familiam ostendere,* &c. Rationem horum reddit Plinius Cæcilius in Panegy. Traiani cum agens de exemplo principum, eleganter inquit. *Flexibiles quamcumque in partem ducimur à Principe, atque vt ita dicam sequaces sumus. huic enim cari, huic probati esse cupimus, quod frustra sperauerunt dissimiles: eoque obsequij continuatione peruenimus, vt prope omnes homines vnius moribus viuamus. Porro non tam sinistre constitutum est, vt qui malum principem possumus, bonū non possumus imitari. Perge modo Cæsar, & vim effectumque censuræ tuum propositum, tui actus obtinebunt. Nā vita principis censura est, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo; quippe infidelis recti magister est metus. Melius homines exemplis docentur, quæ imprimis hoc in se boni habent, quod approbant, quæ præcipiunt fieri posse.* Imitantur principio aulici, post nobilitas alia, demum plebs tota, quæ quod cæteris leuior, idcirco nominatim Claudianus de illa:

Iosephus. — *Subditi deprauantur cum principum moribus.* — Pontanus. — *Fortuna principum se præbet omnibus spectanda.* — Plinius. — *Principum se quales sumus* — *Vita principis censura est ad quam dirigimur.* — Claudianus

Componitur orbis
Regis ad exemplum nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Ad Regis exemplum componitur orbis

Quia qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.

Illustratio tertia.

Et *qualis rector est ciuitatis*, &c. Ratio altera 16.
quare ciues vel incolę ciuitatis assimilantur rectori vel principi, est, quia rector caput est, ciues membra, & sicut capitis sanitas, vel infirmitas membris communicatur, sic principis pietas, & impietas in incolas deriuantur. Hoc potest illustrari ex eo Psal. 132. v. 2. *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.* constat ex Leuit. c. 8. v. 12. Moysem Aaronis indutis vestibus Pontificijs caput oleo sacro perfudisse tanta copia, vt distillaret in barbam ipsius, indeque in supremam vestimentorum eius oram. Quem locum explicat noster Pineda tom. 1. Iob c. 1. vers. 5. de concordia patris familias erga filios, & seruos sedentis in conuiuio, & vncti oleo sacro, cuius odor fragans diffundebatur in filios, & reliquam familiam. Sed alij qui ad sacerdotes psalmum pertinere volūt. similitudinem intelligunt in eo sitam, quod ex vno in plures Dei gratia descendat; ex summo sacerdote, in submissiores sacerdotes, ex illis in cæteros Leuitas, vt vnguentum primum ex capite in barbam, ex barba in oram vestimenti, quæ sic vndique collum cingebat vestiti Pontificis, vt leuitæ, & inferioris ordinis sacerdotes summū illum sacerdotem, ac Pontificem circumstabant.

Principis pietas vel impietas in incolas deriuantur. — Psal. 132. v. 2. — *Concordia Patris ad filios.* — Pineda.

Nihilominus tamen potest hæc comparatio ad regem applicari, secundum id Prou. 19. v. 12. *Sicut fremitus Leonis, ita & Regis ira, & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.* In eo igitur similitudo posita est, quod in vtraque re tam in vnguento, quam in rore ex summo quodam vertice in humiliora, illic vnguentum, hic ros deriuatur, & in vnguento participatio donorum cælestium ex summo sacerdote fluens indicatur: ille enim arcana legis aperiebat, in rore quietus, & tranquillus rerum sæcularium status, ex Regis vertice deriuatus in humiliores. *Sicut ros Hermon,* &c. Mons iste cum sit editissimus, niuibus frequēter operiebatur, & ventus, qui vocatur euro aquilo, humores illos niueos, in montem Sion, quamuis

Ira & hilaritas regis deriuatur in subditos. — Prou 19. v. 12. — *Mons Hermon nubibus operiebatur.*

Agellius.

longe distaret deferebat, &c. sic fere Agellius. Ergo sicut vnguentum capitis Aaron descendebat in barbam, & oram vestimenti eius: & sicut ros montis editissimi Hermon dilabebatur ad montem Sion. sic ex Principe vel rectore ciuitatis, non solum vnguentum virtutis fragantis, sed etiam ros, vel pluuia alterius passionis descendit in membra illius capitis, id est, in incolas eius, vt participes fiant capitis virtutis, & qualis fuerit qui officio capitis fungitur, sic qui membrorum instar ex tali capite deriuantur; participes enim fiunt capitis vel principis virtutis.

Passiones regis descendunt in mēbra, id est incolas.

17. Tandem Palacius addit: ex Lucæ solis, toti orbi lux communicatur: ita ex bonitate principis bonitas in populum infunditur. Princeps enim vel rector ciuitatis, solis instar lucem suam, & calorem ciuibus communicat, cum gyrat lustrans suam ciuitatem. Huc videtur pertinere id Eccles. 1. v. 6. *Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans vniuersa*, &c. quod quamuis explicetur mistice de Christo Domino ab Olympiod. & D. Ambros. At cuilibet ciuitatis gubernatori vel principi conuenire potest. Hic enim gyrat per vrbem lustrans, vniuersa infundens in ciues bonitatem suam, & calore suo fouens eos, & illustrans: & sicut à solis claro iubare dies orbi toti communicatur: sic gubernatoris virtus ad subditos deriuatur, &c. Hinc elicit D. Joan. Chrysost. hom. 10. ad Heb. *eum qui regendos alios suscepit, tanta*, inquit, *decet gloria virtutis excellere, vt instar solis cæteros, vel stellarum igniculos in suo fulgore obscuret: debet huiusmodi vitam habere immaculatam atque compositam, vt omnes in illum & in eius vitam veluti in exemplar aliquod excellens intueatur.* quia si bonitas principis proponitur ciuibus ad eam imitandam, debet esse excellens. dixit enim Claudianus:

Palacius. Ex bonitate principis tamquam solis bonitas in populum infundetur. Eccles. 1. v. 6.

Olympiod. D. Ambros. Princeps tamquam sol gyrat per vrbem lustrans vniuersa.

D. Chrysost. Rector instar solis cæteros virtute debet excellere.

Scilicet in vulgus manant exempla regentum.

Claudian.

Et Ouid. 6. Fastorum.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cum iudex alios quod monet ipse facit.

Ouidius. Exempla rectorum manant in vul.

Vnde si rector ciuitatis erret, pernitiem affert ciuibus eius. Sic dixit Seneca: *Vt solis defectus magnam mortalibus pernitiem trahit: ita Regis error etiam leuis, magnam tamen rebus humanis gignit perturbationem.* sicut enim gubernator vrbis, sic euadunt incolæ eius, &c. Quare optima philosophia est, cum principes, qui ad alios regendos designantur, erudiuntur in sapientia vt optime suo fungantur munere. Ideo dixit Plutarch. in lib. cum principibus esse philosophandum. *Philosophica doctrina si in priuatum aliquem incidat, qui ocio gaudens, & corporis sui vsibus se tamquam circulo ducto circumscribat, non propagatur ad alios, sed in eo solo tranquillitate ac quiete facta euanescit. Si vero in principem virum ac in repub. versantem, rebusque gerendis deditum illabitur, eumque virtutis studio impleat, multis per vnum prodest.*

Seneca. *Plutarch.*

VERS. III.

Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitantur per sensum potentium.

Sensus.

Rex insipiens perdet populum suum, &c. q. d. Sicut sapientia & virtus Principis ad ciues, qui suam ciuitatem incolunt deducitur: sic etiam insipientia eius, qui insipienter regit populum suum ad ciues illius communicatur, sicque Rex imprudens, & insipiens per defectum sapientię, occasio est, vt recta reipub. administratio penitus pereat: ac populus infœliciter sub eo viuens ab eo dilabatur. Sicut è contrario per prudentiam potentium vel principum vrbes incoluntur, & inhabitantur, hoc est, ciuium frequentia florent, &c.

Notæ.

18. *Rex insipiens perdet populum suum.* Nihil certius, & exploratius quam quod hæc sententia docet, exemplis non paucis probari potest, Regem insipientem populum suum disperdisse, & dissipasse. non solum quia per praua exempla, & verba stulta, item per negligentiam suam multorum peccatorum, & ęternę damnationis causa fuerit, sed etiam quia per defectum sapientiæ recta politia reipub. pereat, ac populus infœliciter sub eo viuens ab eo dilabatur. Quare Isaias populum Israeliticum à tot regibus insipientibus perditum consolatur, cum de tempore Christi Domini. cap. 32. v. 5. ait: *Non vocabitur vltra is, qui insipiens est Princeps*, id est, non amplius fatuo, & insipienti ponetur nomen Principis, hoc est, in principem non eligetur: non quod id in populo Christiano numquam eueniat, sed quod tanta futura esset in regno Christi sapientum multitudo, vt nulla vmquam necessitas cogeret stultos, & sensu vacuos, ratione, & cerebro destitutos in reges eligere. vt Manasses, sicut Hugo explicat, qui stultis omnino fuit cum paternæ pietatis immemor in omne impietatis genus insipienter defluxit. quod causa fuit regni perditionis, quia si Salomon dixit Prou. 16. v. 27. *Vir impius fodit malum.* LXX. *imprudens*, alij: *insipiens*. quid mirum fodiat malum non sibi solum, sed reipub. princeps stultus, imprudens, & insipiens? cap. 28. v. 26. 16. inquit idem sapiens: *Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam.* LXX. *Rex egens prouentuum magnus sycophanta.* Pagnin. *dux carens intelligentijs.* In versu pręcedenti principem impium Leonem rugientem, & vrsum esurientem appellauit, nunc demonstrat qui sint principes illi impij, qui se gerunt vt Leones & vrsi, nempe qui indigent prudentia, qua intelligere debent, quod sit eorum in subditos officium, & qua in re sit propria sita prosperitas, nempe si subditos habeant sibi bene affectos, & amantes potius, quam metuentes. Qui ergo huiusmodi caret prudentia multos opprimet per calumniam, hoc est, per quamuis iniuriam, ideoque multos sibi faciet inimicos, vnde à suis desertus, facile & ipse ab hostibus suis opprimetur, vel quod tyrannis solet euenire, à suis trucidabitur, regnante autem principe insipiente, & inerudito multa oriuntur incommoda. Sic dicebat Philon lib. 3. *Nulla maiori clade populum Deus affligere poßit, quam si Principem ei præficiat stolidum. & imperitum, neque enim dici potest, quā*

Rex insipiens dissipat populum suum.

Consolatur Isaias populum à regibus insipientibus perditum. Isai. 32. v. 5.

Hugo. Prou. 16. v. 27. Si vir impius fodit malum quid princeps insipiens. Prou. 28. v. 16.

Princeps carens prudentia multos opprimet iniuriose. *Philo Iud.*

multa

multa hinc oriantur incommoda. Nam quia totus ab aliorum arbitrio ille pendet, neque per se quidquam ipse gerit nascuntur factiones, diuiditur populus, diuiditur Senatus, & regni proceres: inde bellum nascitur, atque ex bello rerum penuria, quam excipiunt deinde morbi, & varij generis ærumnæ, &c.

Princeps stolidus clades populi.

19. Quæ omnia causa est perditionis reipub. Rex enim insipiens cum totius populi regimen tenet, vel male regit, vel ita se habet tamquam si non esset. nos dicimus: *està hecho vn tanto*, id est tamquam cespes, qui vitam, nec sensum habet; *como vn tronco* tunc enim vere dicitur rempub. rectore, vel gubernatore carere, & sicut ait Salomon Prou. cap. 11. v. 14. *Vbi non est gubernator, populus corruet*, id est, vbi sapiens gubernator non est, cui populus libenter obediat, perditur populus. nam idem est rempub. gubernatore carere, ac habere Principem insipientem carentem prudentia, & consilijs: qui enim insipiens est, & insipienter se gerit, ac si non esset, & sicut cum deficit gubernator perditur, & dissipatur populus, sic cum insipiens est eam infert populo perniciem. Ideò aiebat Ecclesiastes cap. 10. v. 16. *Væ tibi terra, cuius rex puer est*, id est, cuius Rex sapientia & prudentia caret: nam puer, hic idem est, quod insipiens. cum autem puer est, & insipiens, *væ terræ*, id est, plurima expectare potest populus incommoda. talis principis gubernatio magnam reipub. minatur perniciem, vocat *puerum* non tantum ætate, quam moribus, & sapientia, cui deficit sapientia, & prudentia, ad rectam, & prudentem gubernationem. Vide libellum eruditum Plutarchi, ad principem ineruditum.

Rex insipiēs vel male regit vel ita se habet tamquam si non esset. Prou. 11. v. 14.

Cum gubernator insipiens est affert populo perniciem. Eccles. 10. v. 16.

20. Exempla quam plurima in sacris, & prophanis, vnum aut alterum offeramus. 1. Reg. 13. v. 13. dixit Dominus per Samuelem Sauli: *Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum suum super Israel in sempiternum, sed nequaquàm regnum tuum vltra consurget*, stulte agere, idem est, ac insipienter inscire, stolide, inepte agere, id est, tamquam regem insipientem te gessisti. Rursus, illud non *consurgere*, est regnum suum per successionem non deriuari ad filios: quod idem est, ac populum perdidisse. perdidit enim Saul regnum, quia regis insipientis instar præceptis Domini non obtemperauit. Hæc regni dissipatio, & perditio comprobata est in Rege Roboamo, vt videri potest. 3. Regum 12. vbi eius insipientia, & stultitia narratur, cum consilia iuuenum insipientum exquirendo, populum tributis aggrauauit, inhumaniterque tractauit: quæ causa fuit perditionis eius, nam populus Israeliticus eum deseruit, & subiecit se Jerobamo, vers. 15. dicitur: *Et non acquieuit rex populo, quoniam auersatus fuerat eum Dominus*, &c. quod explicat noster Sanchez, inquit: Plus apud insipientem regem valuerunt inflata, & stulta adolescentum verba, quam matura senum, & opportuna consilia, atque ideò durius accepit populum, dimisitque potius oneratum minis, & iniurijs, quam oratione leni, & beneuola ad excipiendum nouum Regis imperium delinitum, &c. sic dixit D. August. tom. 2. lib. de grat. & lib. arb. ad Valentin. *Roboam filius Salomonis respuit consilium salubre seniorum, quod ei dederant, ne cum populo dure ageret, & verbis cœuorum suorum potius acquieuit respondendo minaciter; quibus leniter debuit; vnde hoc nisi propria voluntate: sed hinc ab eo recesserunt decem tribus Israel, & alium regem sibi constituerunt Ieroboam, vt irati Dei voluntas fieret, quod etiam futurum esse prædixerat*, &c. quid enim parit in principe insipientia, & stultitia, nisi propriam voluntatem? & sicut propria voluntas tot malorum causa est, sic Rex insipiens propria voluntate deceptus perniciem affert populo suo, & tandem illum perdit. Nam vt Ecclesiasticus docet: *Rex insipiens perdet populum suum.* & vix inuenies (inquit Palac.) populum excisum nisi sub rege insipiente. vide Prou. 28. v. 12. *Regnantibus impijs ruinæ hominum.* Vide etiam Ezech. 34. v. 5. 8.

Exempla principum imprudentū. 1. Reg. 13. v. 13.

Rex Roboam dissipauit populum suum.

3. Reg. 12. v. 15. Sanchez.

D. August.

Roboam respuit consilia seniorum.

Propria voluntas in principe stulto origo est malorum.

Palacius. Prou. 28. v. 12.

Secunda illustratio.

21. Et ciuitates inhabitabuntur per sensum potentium. Fere omnes antiqui habent *prudentium*, sed melius *potentium*, non solum quia sensum reddunt optimum, sed etiam, quia *sensus* hic idem est, quod prudentia, & esset eiusdem verbi repetitio. præterquam in originali est. δυνάστων, id est *potentium.* δυνάστης proprie est potentatum alicuius loci, obtinens, & in plurali vsitatius est; inde est quod vulgatus legerit, *potentium* & non bene antiqui *prudentium.* Hoc præter experientiam quotidianam historiæ veteres, siue sacræ, siue prophanæ, & scripturarum sententiæ similes confirmant. Prouerb. 29. v. 4. *Rex iustus erigit terram: vir auarus destruet eam.* q. d. Rex iustus, & prudens erigit per iustitiam, scilicet terram, hoc est, ditionem, & regionem, etiam si prius collapsa fuerit in bonum, ac firmum constituet statum, constituendo scilicet bonas leges, iuste iudicando, & iustitiam excercendo contra malos ad defensionem iustorum? vir autem auarus destruit regionem etiam optime constitutam, & florentem, &c. Hebrai. *Rex in iudicio stare faciet terram*, id est, per iudicium, ita stabilem faciet terram, vel vrbem, vt nemo ab illa remoueatur, sed omnes inhabitabunt eam, &c. quid certius?

Ciuitates inhabitantur per prudentiam potentium.

Prou. 29. v. 4. Rex iustus & prudens erigit per iustitiam terram.

Jllustratur etiam hæc veritas ex eo Sap. 6. v. 26. *Rex sapiens stabilimentum populi est.* oportet enim regem sapientem & prudentem esse, vt populus, quem regit, stabiliatur, hoc est, non dissipetur, non perdatur, sed stabilis, & firmus sit. cum autem rex imprudens & insipiens est, ciuitates perturbantur, & ciues tumultuantur, & seditiones faciunt, & tandem vrbes suos ciues desiderant, id est, à ciuibus orbæ sunt, quia non ferentes seditiones, vrbes suas derelinquunt, & aufugiunt. Sed cum Rex sapiens & prudens est *stabilimentum* est ciuitatum. nam ciues vrbes suas condere conantur, & in ea habitando iugiter, regnum suum stabiliunt. Quare Plutarch. li. ad principem ineruditum dixit: *Verius autem hoc dixeris, principes Dei esse administros ad tutandum hominum salutem, vt quæ dij bona hominibus largiuntur, ea partim distribuant, partim conseruent*, &c. Vide reductionem populi per regem Zerobabel 1. Esd. 2. v. 2. qui prudentia & sapientia sua populum reduxit, & ciuitates suas inhabitare fecit, &c.

Sap. 6. v. 26. Rex sapiens stabilimentum populi.

Plutarch.

Principes Dei sunt administri.

VERS. IV.

In manu Dei potestas terræ: & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam.

Sensus.

IN manu, &c. q.d. cum malum sit improbum Principem Reipublicæ præesse, intellige Dei beneficium esse bonum Principem, & rectorem super populum constitui. Quare ab ipso Deo postulari debet: nam terræ potestas in Dei manu est, vel quia omnis potestas, quam quis in terra obtinet à Deo donatur, vel potius quia totius terræ dominium apud Deum est, qui solus plenam habet in terra potestatem. Ideò ipse Deus est, cui omnis potestas tribuitur, qui cum ei placet, singulari suo beneficio, super terram aliquem vtilem rectorem, & gubernatorem constituit, & proinde ipse etiam est, qui cum irascitur inutilem constituit, &c.

Nota, & illustratio prima.

22. Lyra. Hugo. Dionys. Iansen. Palacius. IN manu Domini potestas terræ. In codicibus antiquis, vt constat ex Lyrano, Dionysio, Hugone, Iãsenio, Palacio, inseritur hoc hemistichiũ post primum: *& execrabilis omnis iniquitas gentium*, quod infra vers. 7. repetitur in vulgata editione, & cum Iansenius ab hoc loco reijciat, quia impertinens est, perdatque gratiam sententiæ, licet tandem illud explicet. Palacius tamen Jansenium reprehendit, & probat opportune in hoc loco appositum esse. sed Iansenius recte coniecerat, siquidem iam à vulgato expunctum inuenimus: aliquando forte appositum erat in margine, & postea in textum irrepsit, quare interpretes sequentes textum antiquum, hoc hemistichium explicarunt; nos tamen eius explicationem ommittimus, quia suo loco eius mentionem faciemus.

Omnis potestas ex Dei dispositione dependet. Ergo ait Ecclesiasticus: *in manu Domini potestas terræ.* duplicem sensum hoc hemistichium patitur. Primus est, in dispositione Dei omnem esse potestatem, id est, omnis potestas à Deo dependet, quia ab eo processit. sic Dionys. Hugo, Lyra, (Dionys. Hugo. Lyra.) nulla enim potestas in hominibus inuenitur, siue Ecclesiastica, siue sæcularis, quæ à Deo tamquam totius potestatis auctore non procedat, & hominibus communicetur. Probat id Rom. (Rom. 13. v. 1.) 13. v. 1. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas, nisi à Deo,* &c. vocat *potestates*, potestate præditos, q.d. omnes subditi sunt Principibus, & Magistratibus, qui potestate regendi, & imperandi sunt præditi in ijs rebus, in quibus potestas illa sublimior, & superior est, (*Potestates vocat Apostolus potestate præditos.*) habet ius, & iurisdictionem, puta in temporalibus subditi sint Regi, & potestati ciuili; in spiritualibus vero prælatis, &c. Ratio huius obedientiæ est, quia non est potestas nisi à Deo q.d. (*Non est potestas nisi à Deo.*) Principatus, & magistratus non ab homine, sed à Deo eiusq; diuina ordinatione, & dispositione conditi, & instituti sunt, quare eis obediendum est. vnde constat potestatem sæcularem à Deo mediate esse, quia natura, & recta ratio, quę à Deo est dictat, & hominibus persuasit pręficere reipub. magistratus, à quibus regantur. (*Potestas Ecclesiastica immediate est à Deo instituta.*) Potestas vera Ecclesiastica immediate est à Deo instituta, quia Christus ipse Petrũ, & Apostolos Ecclesiæ præfecit. Optime dixit D. August. (D. August.) lib. 5. de ciuit. c. 21. *Non tribuamus dandi regni atque imperij potestatem, nisi Deo vero, qui dat fœlicitatem in regno cælorum solis pijs, regnum vero terrenum, & pijs & impijs, sicut ei placet, cui nihil iniuste placet.* Melius hæc absoluta potestas Dei probatur ex eo, quod Christus Dominus dixit ad Pilatum Joan, 19. v. 11. (Ioan. 19. v. 11.) *Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esse desuper.* si potestatem temporalem Pilatus de desuper obtinuerat, ergo à Deo deriuata erat, quia omnis potestas à Domino Deo communicatur hominibus.

23. Posterior sensus huius hemistichij præcipuus est, scilicet, Dominium totius terræ esse apud Deum, qui solus plenam habet in terra tota potestatem hunc potius amplectitur Iansenius, & illustratur ex eo Hester 13. v. 9. (*Dominium totius terræ est apud Deum cuius est omnis potestas.* Hest. 13. v. 9.) *Domine Domine rex omnipotens* (inquit Mardochæus) *in ditione enim tua cuncta sunt posita.* vocat Deum omnipotentem, vt tribuat ei imperium, & dominium omnium rerum. sub imperio, & dominio tuo sunt vniuersa, quæ in cęlo, & in terra possidentur. si ditio oritur à nomine dis ditis, quod significat Deum diuitiarum, dicemus, Deum omnipotentem habere in se potestatem omnium diuitiarum, & dominium omnium rerum tamquam Dominum earum.

Rursus Psal. 23. v. 1. ait Dauid: (Psal. 23. v. 1.) *Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.* plenitudinem vocat germina, & animantia, quæ mouentur in terra, non solum terra Domini est, sed germina, & animantia, reliquaque omnia quæ in se terra continet. (*Plenitudo orbis terrarum vocantur germina & animantia.*) B. Theodor. explicat dicens: (Theodoret.) *Ac ne quisquam Iudæorum suspicaretur, Deum ipsorum soli Palesthinæ dominari, & ipsorum tantummodo curam gerere, cum ipsorum dumtaxat Deus esse existimaretur, merito docet Dauid* Psal. 23. *eum toti terrarum orbi imperare non violenter arrepta potestate, sed iure dominatur qui orbem construxit.* Vocatur ergo Dominus terræ quia suarũ creaturarum diligentissimus, pariterque sapientissimus administrator est, cuius cum sit terra, eam oportet esse pulcherrimam, ac bonis omnibus ornatissimam. (*Quare Deus vocatur Dominus terræ.*) *& plenitudo eius*, id est, quidquid continet, & quidquid illius amplitudinem implet, nam id in iure, & in ratione positum est, vt quod in tuo agro consitum est continuo tuum sit. Quid igitur esse in terra poterit, quod amplissima Dei dominatione non contineatur, &c. Fere idem repetitur Psal. 49. v. 12. (Psal. 49. v. 12.) *Si esuriero* (ait Dominus) *non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.* q.d. Finge me esurire, & carnium copiam appetere: tibi ne ego dicerem, vt mihi afferas, cum mea sint omnia (*Dei sunt omnia vt nullis egeat.* D. Chrysost.) D. Chrysost. tom. 1. super hunc locum: *si esuriero,* ait, *non dicam tibi. Hoc est, neque esurio (Deus enim non esuriet, neque defatigabitur) nec si bis vellem celi, deessent mihi innumerabilia sacrificia, & holocausta omnia enim mihi affatim, & abunde suppetunt, & cum sim ipse Dominus, mea volo à te accipere, vt hac via, & ratione te ad meam amicitiam attraham, & à rerum inanium consuetudine abducam,* &c. (*Quare vocatur Deus Dominus terræ.*)

24. Tandem Psal. 94. v. 4. (Psal. 94. v. 4.) *Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudinis montium ipsius sunt.* (*In manu Dei sunt omnes fines terræ.*) Ratio quare fines terræ, & altitudines montium commemorat, est, quia docere voluit Dauid, nihil eius potestatem effugere posse: seu enim in finibus & profundo terræ sese quispiam abdiderit, in manu illius est; seu in montium iuga se recipiat vt tutus sit, sub illius ditione, quem fugit, continetur. est enim *vniuersæ terræ Rex*, vt Salomon dixit Eccles. 5. v. 8. (Eccles. 5. v. 8. Psal. 46. v. 2.) & Dauid Psal. 46. v. 2. *Quoniam Dominus excelsus terribilis, Rex magnus super omnem terram.* In Heb. *numerosus Rex.* & sic vocatur, quia vniuersorum regnorum dominus est. ergo optime Ecclesiasticus affirmat in manu domini esse potestatem terrę: ipse enim omnia disponit, & gubernat, quia omnia suę potestati subijciuntur; & non solum omnis potestas, quæ in hominibus inuenitur, à Dei potestate procedit, tamquam à causa efficienti, seu potius ab origine vel fonte, ex quo omnis humana potestas oritur: sed etiam ipse Deus habet dominium omnium rerum tamquam dominus, qui solus plenãm habet in terra tota potestatem, vnde sequitur quod mox subijcit. (*Deus omnia disponit & gubernat.*)

Illustratio secunda.

25. ET *vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam.* In originalibus Græcis desideratur Τὸ *rectorem*, & illud; *super illam* refertur ad *terram.* q.d. cum potestas omnium rerum in manu Dei sit, & omnis potestas humana ab illo tamquam à fonte deducatur, & communicetur hominibus, inde est, quod cum ipsi placet, vtilem rectorem super terram collocat, & cum libet inutilem constituit: aliquando enim in iram concitatur propter peccata terræ, & in pœnam scelerum rectorem constituit, qui sit populi flagellum. (*In vtilem rectore Deus constituit in pœnam scelerum vrbis.* Iob 34. v. 30.) Quod optime probatur ex eo Job 34. v. 30. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* quod eleganter explicat meus magister (Pineda.) Joan. de Pineda, quod maxime [inquit] à Prouidentia & iustita alienum videbatur, vt rerum potiretur, & ius administraret, qui ius ipsum euerteret, & leges pessundaret: hoc vel imprimis est supremæ iustitię opus populi peccata puniẽtis durissimo dominatu, & miserrima seruitute, permittentis etiam, vt improbus aliquis & corruptissimus homo ficta quadam humanitatis specie, & ementito sanctitatis splendore obrepat ad honores supremos errore quodã populi, &c. (*Puniens Deus peccata populi improbum hominem rectorem tribuit.*) sic Nicetas: (Nicetas.) *Id quod diuinæ est prouidentiæ, eum qui aspectu, atque specie ementitur virtutem permittere vt Rex declaretur, idque propter populi, cui animaduersione, & disciplina opus est, improbitatem,* &c.

Confirmat hoc Oseas cap. 13. v. 11. (Ose. 13. v. 11. *Quid sit dare regẽ in furore suo.*) cum ait ad populum sceleribus corruptissimum: *Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* iratus enim Deus constituit improbis vel principem improbum, qui illos excruciet, vel quod grauius est illum etiam aufert, vt sine duce, & rectore aberret populus, & pro libito viuat. Quem locum explicans D. Gregor. lib. 25. Moral. cap. 14. ait: *Quid ergo illos nobis præesse despicimus, quorum super nos regimina ex Domini furore suscipimus.* vide li. 6. ep. 7. Hoc supplicium eidem populo minitabatur Jsaias cap. 3. v. 4. aiens: (*Hoc supplicium minatus est Isaias populo Israel.* Isa. 3. v. 4.) *Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.* Anastasius Nicænus hanc decimam quintam proponit quæstionem; (Anast. Nic.) *Cum dicat Apostolus quod mundi potestates sunt, à Deo ordinatæ, an omnis princeps, & Rex, & Episcopus à Deo præficiatur?* & respondet eleganter ad nostrum intentum, cum Deus dicat in lege: *Dabo vobis Principes secundum corda vestra, est euidens quod ex Principibus, & Regibus, alij quidem à Deo præficiuntur tamquam digni Dei permissione, aut voluntate præficiuntur populo digno eorum indignitate.* (*Reges improbi Dei permissione præficiuntur populo.*) vide Plutarchum de sera Domini vindicta, qui confirmat illam Theognides Magarensis præclaram sententiam, cum videret ciuitatem vitijs corruptam & superbia fastu, luxu tumentum: (Plutarch.)

Vterum fert ciuitas hæc: timeo autem ne pariat
Virum correctorem malæ insolentiæ vestræ.

Tandem per Oseam Deus queritur (c. 8. v. 4.) de Jeroboam (quem Deus præfecit populo Jsraelitico per manum Ahiæ prophetæ 3. Reg. 11. v. 37.) dicens: 26. (Ose. 8. v. 4. *Quare dicit Deus principes impios à se nõ regnasse neque illos cognouisse.*) *Ipsi regnauerunt, & non ex me principes extiterunt, & non cognoui.* si Deus elegit Ieroboam vt regnaret in populo, & alios Principes, vt ipsum moderarentur, quare nunc ostendit ex se non regnasse, & eos minime cognouisse? testibus possemus redarguere hanc domini querellam, siquidem medijs prophetis hæ factæ sunt electiones, vt constat ex Sacra pagina, numquid antequam suo fungerentur officio pœnituit eũ, illos elegisse, & ideò ait eos non cognoscere? Respondeo hæc dixisse Deum, quia ita regni tractarunt gubernacula, vt neque ex diuino pręscripto gubernauerint, neque populi prouiderint commoditati sed suo potius arbitratu abducti intentis animis ad voluntatem, & lucrum, iura omnia tam diuina, quam naturæ peruerterint. *Regnauerunt*, inquit, *sed non ex me*, id est, non me auctore, aut præscribente, quod facere debent qui vere Reges, & Patres Patriæ videri volunt, ita vt non tam ipsi, quam per ipsos Deus dominetur. (*Principes ita debent gubernare, vt per eos Deus dominetur.*) Et licet dicat non cognoscere, quis negabit vniuersa esse Deo cognita? At ignorare dicit, aut non cognoscere illos reges esse at Principes, quorum nunc acta reprehendit, quia nec illorum acta probat, neque se prius consulto publica ratio administranda est. vt Matth. 7. v. 22. & 25. v. 12. sic explicat hunc locum D. Gregor. 1. p. Pastor. cap. 1. (D. Gregor.) *Ipsi regnauerunt*, &c. *ex se autem, & non arbitrio summi Rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus, nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupidine accensi culmen regiminis rapiunt potius, quam assequuntur. Quos tamen internus Iudex, & prouehit, & non cognoscit, quia quos permittendo tolerat; profecto per iudicium reprobationis ignorat. Vnde ad se quibusdam, & post miracula venientibus dicit. Recedite à me operarij iniquitatis nescio qui estis vos,* &c. (*Illi non regnant per Deum qui regimen cupidine accẽsi rapiunt.*) Hos itaque rectores, & duces constituit Deus in pœnam scelerum populi cum ipsi placet. Vide Pinedam li. 1. de reb. Salom. c. 2. & Cornel. Ose. 8. v. 4.

27. Sed ait Ecclesiasticus: *& vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam,* id est, Deus qui cum vult singulari suo beneficio constituit super terram aliquem vtilem rectorem, vel ducem, aut regem, quem populo suo præficit, non quisnam commoditatem, & vtilitatem spectet, sed illorum quos regit, & gubernat. (*Cum vult Deus constituit vtilem rectorem super terram.*) Habet enim in manu sua potestatem omnium, ipse habet coronas, vt quem voluerit regem, seu rectorem faciat. Non frustra vidit Joannes Deum, vel Christum Dominum Apocal. 19. vers. 12. multis coronis ornatum: (*Multa diademata habet Christus in manu sua.* Apoc. 19. v. 12.) *Et in capite eius diademata multa*, quia erat *rex regum, & Dominus dominantium.* multa diademata habebat, vt ostenderet se habere coronas, id est, potestates

Matth.28. v.18.
Omnis poteſtas à Chriſto deriuatur.

ſtates omnium regum, ſicut ait Matth.28. v. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* illud *omnis* vniuerſalitatem indicat, nam omnis poteſtas, quæ in omnibus regibus, vel rectoribus inuenitur ab ipſo fonte poteſtatis, qui Chriſtus eſt, deriuatur, q.d. Chriſtus habet omnia diademata in ſe, qui vniuerſalis Rex eſt, & quibuſlibet donat diadema, vt populum, qui ei committitur, vel regnum moderetur.

Exod.39. v.23.
Quare tintinnabula, ſummi ſacerdotis erant ſeptuaginta duo.
D.Hieron. D.Iſidor.
Antiquitas conſtituit Iunonem reginam tenē-tem manu ſiniſtra malum punicū.

Forte id ſignificabat ſummus ſacerdos legis antiquæ qui ipſius potentiſſimi Dei figuram repreſentabat veſtibus diuerſi coloribus amictus, quæ omnium quatuor elementorum naturas, & colores referrent Exod.39. v.23. *Et tintinabula, & auro puriſſimo, quæ poſuerunt inter malo granata in extrema parte tunicæ per gyrum.* Quæ nominatim erant *ſeptuaginta duo*, vt tradiderunt D.Hieronym. & D.Iſidorus lib.1. Ethym. cap. 21. & nihil aliud ſignificant, quam ſeptuaginta duas linguas in diuerſas prouincias, & regna diuiſas. Nam malo granatum, ſicut multorum granorum ſub vna corona collectio eſt: ſic ſane multorum ciuium atque populorum ſub vno Rege, regnum eſt. & ſicut folliculis quibuſdam, & loculis fragmina diuiduntur: ita ſuis ſedibus, & collectionibus, diuerſi populi, & vrbes ſub vno Rege. Quæ diuini imperij imago elegantior eſt, quam ea, quam finxit antiquitas, conſtituens Junonem reginam cum regio diademate dextera tenentem ſceptrum, ſiniſtra vero malum punicum, vt diuinæ maieſtatis, & amplitudinis dignitatem regiam ſignificaret. nam non in manu, ſed ad pedes in lancinia, & limbo veſtis plurima mala punica, id eſt, vniuerſa regna habere ſibi ſubiecta ſuper terram, aptius per ſacerdotis figuram repræſentatur. ergo Deus vere dominator eſt vniuerſorum regnorum, quam ampliſſimam dominationem tintinnabula intermiſta malo granatis prædicant, & reſonant, nam quæ natio tam barbara diuinam maieſtatē, & potentiam non agnoſcit, & prædicat.

Deus tamquam vniuerſalis Rex diuidit diademata quibus placet.
Prou.8. v.15.
Dan.4.v.14

28. Cum igitur habeat Deus ſubditione ſua omnia regna tamquam vniuerſalis Rex, & rector, donat ea cui placet, & diuidit diademata tamquam ſupremus dominator quibus vult. nam ipſe ait Prou.8. verſ.15. *Per me Reges regnant*, id eſt, ego mea manu regibus regna diuido vt regnent, &c. Hæc voluntaria diuiſio prædicta eſt à Daniele cap.4. v.14. *Dominator*, inquit, *excelſus in regno hominum & cuicumque voluerit, dabit illud.* & ipſe Nabuchodonoſor poſt reſipiſcentiam, ait: *Poteſtas eius poteſtas ſempiterna, & regnum eius in generatione & generatione. iuxta voluntatem enim ſuam facit tam in virtutibus cæli, quam in habitatoribus terræ.*

Cum diabolus oſtendit Chriſto regna mundi diuinitatem eius affectauit.
Luc.4.v.6. Matt.11. v.27. Ioan.13.v.3

Tandem cum diabolus Chriſtum tentauit, oſtendit ei regna mundi, & ſecundum Lucam c.4.v.6. addidit: *Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo da illa.* in quibus verbis diuinitatem filij Dei affectaſſe viſus eſt: qui dixit Matt.11.v.27. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*, & Joannis c.13.v.3. dixit. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* omnia dedit, quia omnium poteſtatem donauit, vt cuicumque vellet illam traderet. & cum vniuerſalem poteſtatem apud ſe habeat, quemcūque vult eligit, & onus officij rectoris ipſi imponit, ſuſcitans eum tamquam proregem, vt in ſe munus recipiat, & poteſtatem ad gubernandum regnum vel populum, vt ſuſcitauit Salomonem, qui ſederet in throno Dei; ſic dicitur 1.Paral.29.v.23. *Seditque Salomon ſuper ſolium Domini in Regem pro Dauid patre ſuo*, &c. cuiuſcumque enim regni ſedes, & thronus Dei proprius eſt, & non niſi commodato datus & creditus homini. Sicut etiam dicitur 2.Paral.29.v.6. Deut.1.v.17. Rom.13.v.1. Prou.21.v.1. Quare ait Eccleſiaſt. *& vtilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam.* Vocat *vtilem*, quia non ſpectat propriam vtilitatem, ſed aliorum, qui ipſi ſubiecti ſunt; & illud *in tempus* denotat non perpetuum eſſe dominium, nec æternam eſſe iuriſdictionem ſed temporaneam, quia breui qui pręeſt, diem ſuum obit, & reddit poteſtatem Deo, qui onus rectoris ei impoſuit, &c.

Deus ſuſcitauit Salomonem vt ſederet in throno ſuo. 1.Paral.29. v.23.
Quis ſit rector vtilis.

Illuſt. 3. de Chriſto Domino.

Chriſtus Dominus vocatur vtilis rector. Palacius. Galat.4.v.4 Dan.9.v.24 Ianſenius. Rabanus. *Deus promiſit filium rectorem terræ miſſurum.* Deut.18. v.15. Actor.3. v.22.

ET *vtilem rectorem ſuſcitabit*, &c. omnes fere interpretes hoc hemiſtichium explicant de Chriſto Domino, quem tempore ſuæ æternus Deus tamquam rectorem vtiliſſimum ſuſcitauit, ſic Palacius explicans id: *& execrabilis omnis iniquitas gentium*: imperium (ait) totius terræ, in ſolius Dei manu eſt, & quia execrabilis eſt ei omnis iniquitas gentilium, tędio iam tot iniquitatum eorum offenſus, Chriſtum *vtilem rectorem tempore ſuo* [id eſt, *cum venerit plenitudo temporum*] ſuſcitabit ſuper totam terram, & ſubdit: ſenſum hunc eſſe natiuum probat, quod nullus rector ſuper vniuerſam terram à Deo ſuſcitatus eſt, niſi Chriſtus. Probat demum quod Chriſtus venerit, vt execrabilis iniquitas gentium *finem acciperet*, &c. Dan.9.v.24. ſic etiam Janſenius explicat: quemadmodum (inquit) factum eſt per Chriſtum in quo perfecte impletum eſt, quod hic dicitur. *vtilem rectorem*, &c. ſic etiam Rabanus verbo *ſuſcitandi* promiſit Deus Deut.18. v.15. filium rectorem & dominatorem terræ miſſurum. dicens: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus tuus, ipſum audies*, &c. ſic repetijt hunc locum D. Petrus Actor.3. v.22. & Stephanus Actor.7. v.37. nota verbum *ſuſcitandi*. nam gratis, & ſine meritis noſtris, ſed potius ductus miſericordia, & benignitate Chriſtum *rectorem vtilem* miſit nobis, ſimilem Moyſi gens enim Hebręa, quaſi mortua, & deſperata iacebat, & miſertus Dominus ſuſcitauit filium ſuum in lege & prophetis promiſſum. 29.

Quare Moyſes ſimilem ſibi Chriſtum futurum promiſit.
Moyſes Chriſtum maximum prophetarum adumbrauit.

Sed quare Moyſes ſimilem ſibi ficturum promiſit? numquid ipſe maior Chriſto, & excellentior fuit? nam nota ſimilitudinis enuntiat aliquando maiorē excellentiā rei cui res aſſimilatur? Reſpōdeo, ſane ſimilitudinē notam Chriſti maieſtatem honorem & magnitudinem minime diminuiſſe, nec de illius dignitate nihil detraxiſſe, ſed ſolum ſignificare voluiſſe, ipſum Chriſti Domini perſonam egiſſe tamquā actorem vel comedum, qui alienam agit perſonam. vel potius fuiſſe quaſi vmbram futurorū. Moyſes enim Chriſtum maximum prophetarum adumbrauit, & virtutes miraculaque quę ſuo tempore geſſit, quaſi imitatæ ſunt ex virtutibus & prodigijs Chriſti Prophetæ futuri. quare inter ſe aſſimilati ſunt, vnde ſicut Moyſes fuit dux, & Reſponſor populi Iſrael, cuius vtilitatem potius quam ſuam propriā ſpectauit: ſic melius Chriſtus Dominus vtilis rector, & dominator totius generis humani fuit. Hinc eſt, quod cum Jſaias à Deo hunc diuinum Prophetam poſtulabat, 30.

aiebat

Chriſtus poſtulatus dominator terræ. Iſai.16.v.1.
Deus promiſit filium venturum & præſtitit.

aiebat cap.16.v.1. *Emitte agnum, domine, dominatorem terræ*, &c. id eſt, emitte illum vt rector & dominator omnium. Complutenſes aliter transferunt, quaſi ipſe Deus audiens, & complens petitionem diceret. *Mittam agnum dominantem ſuper terram.* Si verba ſunt Jſaiæ. Meſſiam rectorem, & ducem poſtulantis. Quare ſimul reſpondit Deus promittens Chriſtum miſſurum? cur in eiſdem verbis poſtulatio, & præſtatio, ſeu ſolutio promiſſi ſimul continentur? numquid non Jſaias poſtulat, & Deus pollicetur, & præſtat? ita ſane. Quare ergo verba ſaltem inter ſe non diuiduntur, & ſeparantur? Reſpondeo iuſtam petitionem continentem ſolutionem promiſſi à Deo ita breuiter expediri, vt coniunctim offeratur petitio, & remittatur præſtatio. Quare cum iuſtiſſima fuerit, & debita prophetæ petitio dominatorem, & rectorem promiſſum à Deo poſtulantis, ipſe Deus ita breuiter eam expediuit, vt eiſdem verbis petitio, & præſtatio contineatur.

Suſcitatus eſt Chriſtus dominator terræ vt genus humanum ſaluaret. Deut.18. v.15.
1.Reg.2. v.10.
Anna ſpiritu prænuntiabit Chriſtum futurum rectorem terræ.

31. Ergo *dominatorem terræ*, id eſt, vtilem rectorem ſuſcitandum poſtulat, quem cum pollicitus eſſet, ſuo tempore in terram miſit, vt genus humanum regeret, & ſaluaret. ſicque q.d. Moyſes conſolans populum ſuum: *Prophetam de gente tua ſuſcitabit tibi Dominus.* ego Moyſes Propheta Chriſti ſummi Prophetæ vtilis futuri rectoris, ſum typus & pręcurſor: en morior, ad Chriſtum vos tranſmitto, ipſi lampada trado, id eſt, regendi ius, & poteſtatem reddo, ipſum audite, & audite tamquam vtilem rectorem populi, &c. vide 1.Reg.2.v.10. *& dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.* vbi cum Anna ſpiritu prophetico Chriſtum Dominum ſpectaſſet, prænuntiat futurum rectorem terræ & regem, cui Deus imperium ſuum tamquam iure hæreditario debitum transferret, & regiam poteſtatem exaltaret. quia ipſe Chriſtus ore Dauid prędixerat Pſal.2.v.6. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo*, &c. id eſt, dux, & rector habens in ſe *datam omnem* Patris poteſtatem, ad regendam omnem terram, & ad iudicandum populum ſuum. vt Dauid ad ipſum Deum Patrem aiebat Pſal.71. v.1. *Deus iudicium tuum regi da & iuſtitiam tuam filio regis.* vbi optat vt Chriſto, & regi, & regis filio, vel quia regis ſæculorum filius eſt, vel quia de Dauid regis genere editus omne *iudicium*, & iudicandi ius atque facultas detur, quia filius hominis eſt. & quia iudicium ſine miſericordia acerbum eſt, adiungit *iuſtitiam*, hoc eſt, clementiam, æquitatem, qua iudicij ſeueritas molliatur, &c. Et quia *vtilis rectoris* officium eſt regere in iuſtitia, & æquitate, & reddere vnicuique quod ſuum eſt, ideò addidit: *iudicare populum tuum in iuſtitia* id eſt, vt iuſtitiam exerceat, impios puniendo, & iuſtos remunerando, his præmijs afficiendo, illos pœna mulctando. Quod impletū eſt Luc.1.v.32. cum Angelus eius incarnationem annuntians promiſit virgini, *& dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid, & regnabit in domo Iacob.* ſecundū id quod viderat Daniel in viſione, in qua apparuit filius hominis, cui æternus Pater *dedit poteſtatem, & honorem, & regnum.* Dan.7.v.14. ergo dicamus Chriſto Domino magna cum reuerentia, Eccleſ.32.v.1. *Rectorem te poſuerunt? eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habe*, &c. ſic fecit Chriſtus, ſiquidem tamquam vnus ex nobis factus eſt, & curam omnium libentiſſime ſuſcepit, ad regendum eos in virga manſuetudinis, exoptans omnes ſaluos fieri, &c.

Pſal.2.v.6. Pſal.71 v.1.
Dauid poſtulauit vt Chriſto daretur omne iudicium.
Quid ſit iudicare populum in iuſtitia.
Luc.1.v.32 Dan.7.v.14 Eccleſ.32. v.1.

VERS. V.

In manu Dei proſperitas hominis, & ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum.

Senſus.

IN *manu*, &c. q.d. Cum in manu, id eſt, voluntate Dei ſit omnium diſpoſitio tribuentis ad libitum ſuum dignitates, & honores, nil mirum, quod in eius poteſtate ſit *(eſta en ſu mano todo, i a ſu diſpoſition)* non ſolum ius hominibus ad imperandum, & regendum tradere, ſed etiam fœlicitatem, & proſperitatem in ijs omnibus, quæ tractat [*en las coſas en que pone mano, ô intenta hazer*] quæ proſperitas & felix ſucceſſus à Deo prouenit, & facit, vt hominum actiones bonum habeant ſucceſſum, & feliciter res ſuas adminiſtrent. item Deus ipſe eſt, qui perſonæ ſcribæ, id eſt, ſapienti, & litterato imponit honorem, quem habet in populo, quia ipſe eſt, qui ſapientiam tribuit, per quam honorabilis eſt populo, & facit vt doctrina eius acceptetur à populo, atque in illo fructum faciat cum ſumma doctoris gloria, &c.

Nota, & illuſtratio prima.

32. IN *manu Dei proſperitas hominis* in antiquis codicibus vt conſtat ex Lyra, Hugone, Dionyſio, Ianſenio, Palacio, pro *proſperitas*, erat *poteſtas*, & non ſatis aſſequor ex quo originali ſic tranſtulerint, cum in originalibus, quæ nunc extant, ſit: Ἐν χειρὶ κυρίου εὐοδία ἀνδρός, id eſt, *in manu Domini eſt proſperitas*, vel *fœlicitas viri.* Nomen originale proprie ſignificat æris bonitatem, & bonam conſtitutionem idem quod ſerenitas ſeu ſerenum cælum. Apud philoſophos, idem eſt, quod à pulchra dies, quam quia oportet ſerenam eſſe, ac tranquillum, ideò fit quod pro tranquillitate ſumatur, vt opponitur hyemi, atque tempeſtati, & pro tranquillitate maris. Hinc eſt, quod ſumatur pro proſperitate, nam proſperitas eſt fœlicitas, & ad votum ſucceſſus. in qua inuenitur tranquillitas cordis, nam proſperitas animos tranquillat.

Proſperitas eſt fœlicitas & ad votū ſucceſſus.

Ergo ait Sirach. *in manu Domini*, id eſt, voluntate, & diſpoſitione Dei, *eſt proſperitas hominis*, qua fœliciter viuat, id eſt, in manu Dei eſt fœlicitas gloria, & honor, quem conferat homini, ſic Palacius; Deus enim eſt, qui hominem comitatur, vt cuncta proſpere ſuccedant. Hoc probat proſperitas Joſephi Patriarchæ Gen.39. v.2. ait enim Moyſes: *Fuitque dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſpere agens.* q.d. *Todo aquello en que ponajs a mano, ſe le lo graua.* ad votum ſuccedebant omnia, quia erat Deus cum eo, cum eiuſq; actiones per omnia dirigendo, & proſperando, eumque omnibus amabilem, & gratioſum efficiendo. ô quam felix, & fortunatus eſt, cuius actiones omnes dirigit Deus? illud cum eo Rupert.lib.8. in Gen.cap.32. explicat deliberatione

Palacius. *Deus eſt qui hominem comitatur vt cuncta proſpere ſuccedant.* Gen.39.v.2. Rupertus.

à peccato adulterij: *& fortaſſe* (inquit) *propter hoc ipſum tanto opere dictum eſt, qui optime nouerat eſſe dominum cum eo, quod videlicet tali circa ſemetipſum didicerat experimento. ſuppoſuit ergo manum ſuam dominus, non quidem ad hoc vt totus ſubleuaretur, ſed ad hoc tantum vt non collederetur, id eſt, peccato alieno non inquinaretur vel vt aduerſitate non frangeretur.* Sic Rupertus Abbas Hoc verum eſt, ſed certe Dominus illum comitabatur, vt proſperitate eum afficeret, & ſignificatio nominis ſui ſortiretur effectum, ſignificat enim, augmentum: *filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens,* dixit Iacob. pater eius. Gen. 49. v. 22. Sicque in manu ſua augebantur omnia. Ideo ſubdit Moyſes. cap. 39. v. 3. *Habitauitque in domo domini ſui, qui optime nouerat dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Benedixitque dominus domui AEgyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus quam in agris cunctam eius ſubſtantiam, &c. Illud multiplicauit.* Explicat vim nominis Ioſeph, quia augmentum ſignificat, & dominum eſſe cum eo denotat eius proſperitatem à Deo prouenisse, nam prius poſuit: *Fuitque dominus cum eo,* & mox; *in cunctis proſpere agens,* quaſi ex Domini ſocietate, & adhæſione, oriatur fœlicitas, & proſperitas; certam enim Illationem infert Moyſes ex propoſitis antecedentibus, q.d. Deus comitatus eſt Ioſephum, ergo proſpere acturus erat, quia *in manu Dei proſperitas domini eſt.* ideo Pagninus loco illius: *ab eo dirigi in manu illius:* Legit. *Dominus faciens proſperare in manu eius.*

Comitatus eſt Deus Ioſephū vt proſperitate eum afficeret. — Gen 49. v. 22. — Gen. 39. v. 3. — *Proſperitas Ioſeph denotatur ex eo quod Deus fuerit cum eo*

33\. Sed quare ille cum quo Deus eſt, proſperitate afficitur? quia cum amicorum omnia ſint communia, & proſperitas à Deo proueniat, & deriuetur in homines, inde eſt, quod homo, cui Deus porrigit manum proſperetur, quia manus eius extenſio denotat beneuolentiã, & amicitiã, quam cum homine init, & eſſe cum eo, indicat, ſummam eſſe inter vtrumque animorum coniunctionem. Cum autem conſtituta eſt amicitia inter duos, omnia vtriuſque fiunt communia &c. vide etiam. 2 Reg. 5. v. 10. vbi narratur Dauidis proſperitas ait enim ſcriptura: *& ingrediebatur* (Dauid) *proficiens, atque ſuccreſcens, & dominus Deus exercituum erat cũ eo.* Poſtquam Dauid ædificauit ciuitatẽ ſuam, ex eo tempore omnia ſucceſſerunt ex voto, ita vt continenti victoriatus curſu, & ipſe augeretur noua gloria, & in ſingulos dies magis, ac magis creſceret, & confirmaretur imperium. Neque id mirum, cum patronum haberet & auſpicem Deum, cuius ille præſertim intuebatur gloriam, & ſtudebat amplificare nomen. Nota idem eſſe de Dauide ac de Ioſepho argumentum. ſicut enim prouenit Ioſepho proſperitas, ex Dei Societate, quia Deus erat cum eo, ſic Dauid ipſam proſperitatem obtinuit ex eo quod Deus etiam eſſet cum ipſo, quiâ à Deo prouenit hominis proſperitas, & fœlicitas & ab ipſo *accipit homo benedictionem & miſericordiam* Pſal. 23. v. 5. Et experimento diſcimus: *Tabernacula iuſtorum benedici,* Prob. 3. v. 33. vide etiam Eccleſ. 3. v. 13. Vbi ait Salomon: *Omnis enim homo, qui comedit, & bibit, & videt bonum de labore ſuo,* id eſt, (Labor eius proſperatur) *hoc donum Dei eſt,* id eſt, à Deo hæc proſperitas venit, quia proſperitas hominis in manu eius eſt.

Quare ille cum quo Deus eſt proſperatur. — *Dauidis proſperitas.* 2. Reg. 5. v. 10. — *à Deo prouenit hominis proſperitas & fœlicitas.* — Pſal. 23. v. 5 — Prou. 3. v. 33 — Eccleſi. 3. v. 13.

34\. Porro Joel. 2. v. 21. dicitur: *Noli timere terra, exulta & lætare: quoniam magnificauit dominus vt faceret.* Hæc referenda ſunt ad Chriſti tempus vere fortunatum, & aureum, in quo omnium hominum generi, atque ordini abundanter à diuina benignitate prouiſſum eſt erat tunc cum hæc loquebatur Ioel in metu terra, quia armari contra ſe potentiſſimas inimicorum acies audierat, nunc iubet vt terra, non ſolum iudæa, ſed quam late orbe toto patet timorem abijciat, exultet, & triumphet, quia experietur aliquando Deum propitium, & liberalem, & ſe in largiendo magnificum. Pende illud. *Magnificauit vt faceret.* quod licet ſit idem, quod magnifice facere, denotat proſperitatem futuram tempore Chriſti in quo non ſolum proſperanda eſt terra, poſſidendo auctorem totius proſperitatis; ſed. ipſe Deus operaturus erat magnifice proſperando homines, & illos fælicitando bonis temporalibus, & ſpiritualibus, quæ futurum erat, vt ad homines cum ingenti ſuauitate abundanter affluerent, & illaberentur, &c.

Ioel 2. v. 21 Ioel. ſua verba dirigebat ad tempus Chriſti. — *In tempore Chriſti fuit vera proſperitas.*

Tandem Zach. 8. v. 11. dicitur: *Nunc autem non iuxta dies proprios ego faciam reliquijs populi huius, dicit dominus exercituũ, ſed ſemen pacis erit: vinea dabit fructũ ſuum, & terra dabit germen ſuum, & cœli dabunt rorem ſuum, & poſſidere faciam reliquias populi huius vniuerſa hæc.* Quæ omnia denotant proſperitatem rerum temporalium à Domino prouenire, qui dat terræ fæcunditatem, vt ipſa fructuum vinearum abundanter offerat, & germen proferat, & rore coeleſti frequenter potiatur, & facit ipſe Deus vt homines hanc rerum fælicitatem, & proſperitatem aſſequantur, & ore confiteantur illam à Domino eis prouenire. dixit camerarius:

Si faueat cælum, bene ſurculus arbore creſcat:
ſi faueat numen, tu quoque magnus eris.

Zach. 8. v. 11 — *Proſperitas temporalis à Domino prouenit.*

Illuſtratio ſecunda

35\. ET *ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum.* Proprie LXX. & *ſuper perſonam ſcribæ imponet gloriam ipſius.* Tygur, *gloriam ſuam attribuit.* Druſius & *perſonæ litterato apponet gloriam ipſius.* Hic vocat Sirach. *Scribam* vel *litteratum* Sapientem, & cum Deus ſit, qui ſapientiam tribuit ſapienti, ipſe eſt etiam qui facit, vt ipſe ſit in populo honorabilis, & vt doctrina eius accipiatur à populo, & faciat fructum cum ſumma ſapientis gloria & quod nomen ſcribæ denotet ſapientem probatur ex eo 1. eſd. 7. v. 6. Ipſe *Eſdias aſcendit de Babylone, & ipſe ſcriba velox in lege Moyſi,* &c. in Heb. eſt. סופר Sopher enim inquiunt complutenſes, ſignificare Scribam, ſeu litteratum vel legis doctorem vt 2. Reg. 8. v. 17. *& Saraias Scriba.* Hier. 36. v. 26. *vt comprehenderet Baruch ſcribam.* 1. Eſdr. 7. v. 12. *Artaxerxes Rex regũ esdiæ ſacerdoti ſcribæ legis Dei cœli doctiſſimo ſalutem.* Et clarius Matt. 13. v. 52. *Ideo omnis ſcriba doctus in regno cœlorum,* &c. Vbi ſcriba accipitur pro litterato & doctore, & ait noſter Maldonatus Euangelicum doctorem legali nomine ſcribam appellat, & cõparat illum *Patri familias qui profert theſauro ſuo noua, & vetera* quia ſicut patris familias officium eſt domum ſuam corporali cibo, ita Euangelici doctoris populum Chriſtianum Spirituali nutrire. vt ait Paul. 2. Cor. 3. v. 2. *Noua & vetera,* id eſt, omnium *ciborum* genera, vt familiam ſuam, aut inuitatos conuiuas alat, & ſignificatur Euangelicum doctorem omni diuinę ſcientiæ, omni exemplorum, omni ſimilitudinum genere inſtructum eſſe oportere, vt omne pro ſuo quemque captu docere poſſit. Licet alij pro *noua & vetera* intelligant vetus & nouum Teſtamentum. Itaque nomen Scribæ, nomen

Scriba vel litteratus idem quod ſapiens. — 1. Eſd. 7. v. 6 — 2. Reg. 8. v. 17 — Hiere. 36. v. 26. — 1 Eſd. 7. v. 12 — Matth. 13. v. 52. — Maldonat. — *Scriba comparatur patri familias, & nutrit populum ſpirituali cibo.*

eſt ſapientis ſic explicuit Druſius *Scribæ,* id eſt, litterati aut ſapientis. Nam antiqui Hebræi ſapientes, quos nunc dicimus, ſcribas appellabant. & apud noſtrates appellantur *Letrados,* id eſt, omni ſcientia, & doctrina inſtructi. Hos inquã ſcribas, ſeu ſapientes facit Deus honorabiles. hoc eſt, vt ab hominibus celebrentur, & honorentur, & vt doctrina eorum ab omnibus acceptetur. cum magna ipſorum gloria. Forte hoc eſt quod dixit Salomon Prou. 3. v. 35. *Gloriam ſapientes poßidebunt,* id eſt, gloriam, & apud Deum, & apud homines velut hæreditario iure obtinebunt firmam, & immortalem; quia ſuper perſonam ſapientis imponit Deus honorem ſuum, & gloriam.

Scriba idem ac omni doctrina & ſcientia inſtructus. — Prou. 3. v. 35.

36\. Nomen *Scribæ* poteſt etiam hic eſſe nomen dignitatis vt 2. Reg. 8. v. 17. dicitur Saraiam fuiſſe ſcribam Regis Dauid, & Saraias *Scriba* & 4. Reg. 12. v. 10. *aſcendebat ſcriba Regis, & pontifex,* &c. & 4. Reg. 18 v. 18. *egreſſus eſt, autem ad eos Eliacim filius Helciæ prepoſitus domus, & Sobna Scriba.* Vbi noſter Sanchez ait Scriba apud Hebræos eſt Doctor in lege, & nomen honeſtum valde, ſed fortaſſe hic forenſe nomen eſt, & in regia domo non ignobile, vt nobilis certe Scriba Sobna inter alios Principes legationem iſtam obijt, &c. Hunc vocat Iſaias præpoſitum domus, id eſt, templi, quod indicat nomen habere dignitatis. Licet nomen *Sopher* סופר ſignificat etiam notarium, qui publicam obtinet fidem, & publica auctoritate diſceptantium, ac contrahentium inſtrumenta conſignat nos vocamus *ſecretario,* aut *eſcribano.* eſt etiam, vt diximus, legis iuriſque peritus, qui ab alijs de lege religioneque conſulitur, quique etiam Legitimo iudicio exortas in repub. controuerſias, aut componit, aut diſceptat. Itaque duo videntur munera ſcribarum, primum legem populo proponere, ſenſus eius eruere, erutoſque manifeſtare populo. Alterum munus eſt iudicare cauſas, & ex illorum meritis damnare, vel abſoluere, vt Matth. 20. v. 18. *Tradetur principibus, & ſcribis, & condemnabunt eum morte.* vide Card. Tolet. in cap. Ioan. 18. annot. 1. Nomen Græcũ *γραμματεὺς Grammaticus* eſt ſcriba. Et in Nouo Teſtamento dicuntur, *γραμματεις* Legis interpretes. quod ſicut ſcribæ publicarum tabularum cuſtodes erant, ſic penes iſtos tamquam ſequeſtres, libri legis eſſent velut depoſiti ſignificat etiam Scribam publicum, & cancellarium, cuius officium erat publica ſcripta, atque decreta ſeruare, eademque cum opus erat proferre, & reſitare quales proximi regibus eſſe ſolent. Vide Jerem. 52. v. 25.

Nomen Scribæ eſt etiam dignitatis ad tempus Chriſti. — 4. Reg. 12. v. 10. & 18. v. 18. — Sanchez. — *Scriba apud noſtrates eſt notario aut eſcribano.* — *Munus ſcribæ eſt iudicare cauſas.* — Matt. 20. v. 18.

Ergo. Quidquid hoc nomen *Scriba* ſignificet, ait Eccleſiaſticus, Deum illi honorem in populo tribuere, vt ſit ab omnibus, ſummis honoribus inſignitus, & faciat fructum cum ſumma ipſius gloria & ipſe Dominus aliquando ſcribam honore affecit vt cum Chriſtus Dominus interrogatus à Scriba: quod mandatum omnium eſſet primum Marc. 12. v. 28. & Chriſtus reſpondiſſet eſſe præceptum dilectionis Dei, & proximi. Tunc approbans ſcriba & ſequens doctrinam Chriſti audiuit hanc ipſius commendationem verſ. 34. *Videns autem Ieſus quod ſapienter reſpondiſſet. dixit illi. Non es longe à Regno Dei* quod licet explicetur, non longe eſſe à veritate fidei, & à Regno Chriſti, ſiquidem propinquitas illa indicabat futurum Chriſti diſcipulum. Sed vere ſapientiam eius commendauit, & præuidebat honorandum in regno Chriſti, id eſt, ab ijs omnibus, qui eum tamquam ſapientem Scribam audiſſent, &c.

Deus ſcribæ tribuit honorem in populo, & faciat fructum &c. — Marc. 12. v. 28. — *Chriſtus propinquitauit futurum Chriſti diſcipulum ſcribam.*

37\. Tandem Cartuſianus ſic intelligit locum Sirach. id eſt, ſcribis & legisperitis tribuit Deus auctoritatem docendi & vicariatum ſuum ipſis ſcribis, prælatis, & prædicatoribus committit, vt inducant ſubditos ſuos ac proximos ad Dei honorem, & cultum. Forte præcepit hoc Chriſtus Dominus. Matth. 23. v. 2. cum dixit: *ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite.* id eſt, Magiſtri ſunt ſapientes à Deo electi, vt doceant populum, & inſtituant in lege Dei, & amore, & timore illius, illos auſcultate, quia honore ſcribarum, & ſapientum à Deo inſigniti ſunt. Alluſit Dominus ad id 2. Eſdr. 8. v. 4. vbi dicitur: *ſtetit autẽ eſdras ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & ſteterunt iuxta eum Mattathias,* &c. *& aperuit Eſdras librũ coram omni populo, & cum apperuiſſet eum, ſtetit omnis populus, & benedixit Eſdras Domino Deo Magno & reſpondit omnis populus Amen. Amen. eleuans manus ſuas, & incuruati ſunt, & adorauerũt Deũ proni in terram,* &c. De honore debito prælatis, & concionatoribus, dicemus alibi. Illud *ſuper faciẽ,* idem eſt, ac *ſuper perſonam.* Et *Tò ipſius* non refertur ad perſonam litterati ſed ad Deum, id eſt, Deus eſt, qui honorat ſapientes, &c.

Dionyſ. — Matt. 23 v. 2 — *Magiſtri ſapientes ſunt à Deo electi.* — 2. Eſd. 8. v. 4 — *Ad quid Eſdras aperuit librum coram omni populo.*

Illuſt. 3. de Chriſto Domino.

38\. EXplicans Palacius hanc ſententiam, inquit: Libet perſiſtere in expoſitione, quam cœpi, ait igitur auctor: in manu Dei eſt fælicitas, gloria, & honor, quem conferat homini. Hunc honorem, hanc gloriam imponet ſuper ſcriba ſuo, id eſt, ſuper Chriſto Scriba Docto in regno cælorum. Num non tibi videris audire Paulum dicentem *videmus Ieſum propter paßionem mortis gloria, & honore coronatum.* Heb. 2 v. 9. ſi vero credis hunc ſenſum pium eſſe magis quam germanum, expende exactius illud: *imponet honorem ſuum,* id eſt, qui illi debetur, at cui Deus impoſuit honorem ſibi debitum, niſi Chriſto, &c. Jam vides hunc ſenſum pium eſſe, & non germanum, & licet omnia verba Chriſto Ieſu non videantur conuenire. ſed tamen ſi pie perpendantur ad illum ſpectant, vt iam explico.

Chriſtus Dominus verus ſcriba cui Deus dedit honorem. — Heb. 2. v. 9.

Prima verba, ſcilicet: *in manu Dei proſperitas hominis.* optime Chriſto poſſunt conuenire quia cõſiderandus eſt, non tantũ vt Deus, ſed vt homo. ſicque proſperitas & fœlicitas eius ab vnione hypoſtatica prouenire, certum, & de fide eſt; nam per communicationẽ idiomatum, vt loquuntur Theologi communicata ſunt Chriſto omnia attributa propria diuinitatis, quæ ita humanitatem Chriſti fœlicem, & beatam reddiderunt, vt Chriſtus homo dicatur ſimul, & Deus. Nam cum Angelus annuntiauit Incarnationis myſterium, dixit matri virgini Luc. 1. v. 35. *Quod enim ex te naſcetur ſanctum. Vocabitur filius Dei. Vocabitur* (inquit) non falſa appellatione ſed vera & non ſolum poſt natiuitatem ex vtero, ſed in ipſamet conceptione in vtero, de qua Angelus loquebatur, rationem reddens, quare Spiritus Sancti virtute eſſet efficienda, quia nimirum ipſe Deus concipiendus erat, vt notauit D. Cyril. Alexan. lib. de fide ad Reginas citans Athanaſ. lib. de incarnat. Chriſti, quare dicitur Deus conceptus, Deus natus, Deus mortuus, &c. vide de hac materia Suarez & Vaſquez noſtros, nec non P. Iacobum

Chriſtus vt homo habuit perfectam proſperitatem & fœlicitatem. — Luc. 1. v. 35. — *Chriſtus Dominus vere Dei filius eſt.* — D. Cyril. Alex. — Suarez. — Vaſquez.

Granadus.

cobum Granado Magiſtrum meum dilectiſſimum, virum omni doctrina, & virtute inſignitum, & dignum omni veneratione.

39. Jtaque communicatio idiomatũ Chriſti Domini humanitatẽ ita plene locupletauit, & bonis omnibus cumulauit, vt omni fælicitate, & proſperitate inſignitum reddiderit: Apprime hoc poteſt illuſtrari ex eo Pſ. 2. v. 7. vbi æternus pater loquens filio ſuo (cui iam dixerat, *filius meus es tu, ego hodie genui te.* quod vt D. Hieroym. & multi alij explicant de Chriſto incarnato) inquit *Poſtula â me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* quæ verba humanæ Chriſti naturæ tantum aptari poſſunt in hac enim orauit, & accepit gentes hæreditatem, cum in illa diuina æquali ſit maieſtate cum Patre. Patris autem proprium eſt hæreditatem filijs relinquere, ideoque apte poſtquam illum filium appellauit, & à Deo genitum dixit, hæreditatis mentionem fecit. D. Auguſt. *Dabo tibi* (inquit) *gentes hæreditatem tuam, quas poßideas ad earum ſalutem, & quæ tibi fructicent ſpiritualia.* Pende verbum *fructificare.* quod ad proſperitatem hominis refertur, vt Coll. 1. v. 6. Sicut enim per fructuum terræ fructificationem proſperitatem ſuam obtinet homo: ſic etiam Chriſtus ſuam augebat proſperitatem cum ſpiritualia Chriſto iuſti fructificabant. iuſti enim propria Chriſti hæreditas, & poſſeſſio eſt, quos tanti æſtimat, vt in ſpirituali eorum fructificatione, videatur, Chriſti Ieſu proſperitatem conſiſtere.

[*Communicatio idiomatum plene Chriſtum locupletauit.* Pſal. 2. v. 7. D. Hierony. — *patris propriũ eſt hereditatem filijs relinquere.* D. Auguſt. — *Fructificare indicat proſperitatem hominis.*]

40. Hanc igitur proſperitatem adumbratam inuenio in Pſal. 21. v. 28. vbi Dauid agens de Chriſto Domino inquit: *Reminiſcentur, & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius vniverſæ familiæ gentium. Quoniam Domini eſt regnum: & ipſe dominabitur Gentium.* Quem locum explicat D. Auguſt. de proſperitate Chriſti, & in confirmationem citat prædictum locum: Pſal. 2. v. 8. vbi prædicit Dauid fore, vt gentes quæ longo iam tempore à Deo diſiunctæ fuerant, & in extremas mundi oras abierant adeo vt pro Deo ligna ſaxaque colerent, tandem quaſi patriæ parentis que ſui recordatæ, redire ad Dominum Deumque ſuum, poſt longiſſimi temporis exilium cupiant, & ad eum adorandum, colendumque conuertantur; ſicut iunior filius poſteaquam *peregre profectus* egere cœpit, *in ſe reuerſus* ad Patrem redijt Luc. 15. Quod futurum erat predicatione Euangelij, quà media vniuerſæ familiæ gentium conuertendæ erant ad Chriſtum, & adoraturi erant vniuerſi fines terræ ipſum Ieſum, quia regnum mundi, & imperium orbis iam ab æterno ei æternus parens tradiderat in hæreditatem, & poſſeſſionem ſuam, ſicque quotidie eius proſperitas à Deo exhibita augebaur, &c.

[*Proſperitas Chriſti adumbrata à Dauid.* Pſal. 21. v. 28. D. Auguſt — *Conuerſio filij perditi protendebat conuerſionem gentium.*]

Hanc proſperitatem prædixerat Jſaias cap. 55. v. 11. cum agens de verbo Dei Chriſto Ieſu, ſecundum explicationem D. Hieronymi, Haymi, Forerij, Dionyſij inquit: *& quomodo deſcendit imber*, &c. *Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud.* Explicatio Forerij ſic eſt. Hæc de ipſo æterno verbo intelligere non inepte poſſumus, cuius deſcenſus apud Dauidem, iam deſcenſui pluuiæ aſſimilatus fuerat: quia oculta virtute è ſupernis deſcendens inferiora fæcundat, vt terra decorem ſuum habeat, & adiuta ſuperno humore fructus ſuos ad hominum commoditatem afferat, cuinam rei aptius aduentus Domini comparabitur? Nam præter hominum opinionem, & ſenſum germinante terra ſpiritu Sancto fæcundata, facies orbis immutata eſt, & non tantum ſemen ad ſeminandum, panem ad comedendum habet homo; ſed vnde decoretur, & delectationem capiat in omnibus bonis cœleſtibus, quæ licet oculis carnis non videantur, videntur tamen, & ſenſu percipiuntur fidelium. Ecce proſperitas diuini verbi Chriſti Jeſu, deſcendit enim & non redijt ad cælum vacuum, fecit proficere promouit, & fecit vt res propter quam aduenit felicem exitum conſequeretur nam ipſum verbum *proſperatum eſt* in ijs, ad. quæ miſſum fuit quare decantauit Dauid cum prænuntiauit aduentum eius Pſal. 117. v. 25. *O Domine bene proſperare, benedictus qui venit in nomine Domini*, &c.

[Iſa. 55. v. 11. D. Hierony. *Proſperitas Chriſti prædicata ab Iſaia.* Foretius — *Aduentus Domini pluuiæ comparatur.* — *Chriſtus ſicut pluuia deſcendit & non redijt vacuus ad cælum* Pſal. 117. v. 25.]

41. Secundum hemiſtichum Scil. *& ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum*, melius Chriſto Domino aptari poteſt nam nomen ſcribæ iam probauimus eſſe nomen doctoris, & ſub hoc nomine prænuntiauit Ioel. cap. 2. v. 23. Chriſti Domini aduentum cum dixit: *Lætamini in Domino Deo veſtro quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos*, &c. q. d. exultate quam poteſtis in Domino Deo veſtro, qui immittet vobis Seruatorem Chriſtum qui in terra, non ſolum iuſtitiam & veritatem doceat, ſed etiam inducat. Chriſtus Doctor appellatur iuſtitiæ, & hic à Ioele, & ab alijs prophetis per quam ſæpe, quia illius tum vitæ exemplum, tum diſciplina ac ſermo eo ſpectant, vt homines veram iuſtitiam ac ſanctitatem acquirant. ſic Oſe. cap. 10. v. 12. Iſai. 2. v. 3. & 55. v. 4. Pſ. 2. v. 6. & nota in Heb. eſſe מורה *moreh.* quod ſtillare aut pluere ſignificat quæ vox lenitatem indicat ſedatæ doctrinæ, qualis ſtillatio roris cadentis ſuper gramina: ſic ſane eſt doctrina cœleſtis, quæ non ſecus lætificat ac fæcundat animam, quam cæleſtis imber arentem atque ſitientem agrum. vt Deut. 32. v. 2. & Chriſtus imber vocatur Jſa. 45. v. 8.

[*Chriſtus Dominus doctoris nomine adumbratus.* Ioel. 2. v. 23. — *Chriſtus Doctor iuſtitiæ.* — *Doctrina cœleſtis inſtar imbris fæcundat animam.*]

Ergo cum nomine Scribæ Doctor legis intelligatur, & Chriſtus doctor iuſtitiæ à Joele & alijs prophetis appelletur. certum eſt in ſenſu pio licet non germano, vt loquitur Palacius, hoc hemiſtichiũ Chriſto conuenire, qui fuit doctor iuſtitiæ, & æternus parens ſummis honoribus decorauit, quos honores vt ſuos, & non alienos Chriſtus acceptauit. Sic prænuntiauit Dauid Pſal. 8. v. 7. *Gloria & honore coronaſti eũ, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* nam de Chriſto Domino intelligendus hic locus eſt, ſecundum interpretationem Pauli Apoſt. Heb. 2. v. 6. q. d. exornaſti hominem, & veluti imagine coronaſti ac ſimilitudine tua reddidiſti capacem tui perficiens viſibilibus creaturis. Sed vnus inter homines primus, ac præcipuus, idem homo, idem filius conſubſtantialis tuus: minor item angelis natura, & ob mortalitatem, obtinuit mortis ſuæ merito in cœlo terraque poteſtatem, etiam ſupra Angelos dominium vero illud atque dignitatem, quæ per peccatum imminuta fuerat hominibus reſtaurauit, & auxit. Sic explicat etiam de Chriſto noſter Lorinus ſic & Ribera in Epiſt. ad Heb. vide illos & quæ infra dicemus ad cap. 17. v. 1. & ſeq. Igitur ſi Chriſtus Dominus *gloria, & honore* ab eterno parente *coronatus* & decoratus

[Palacius — *Chriſtus Dominus propriis honoribus decoratus à Patre.* Iſai. 45. v. 7. — 42. *Chriſtus dignitatem perditam primis hominibus reſtaurauit.* Lorinus Ribera.]

eſt, ſuper perſonam illius tamquam *Scribam* & doctorem, *impoſuit honorem ſuum.* Hic autem honor vocatur *ſuus*, quia ipſi tamquam proprius debebatur. Sic dixit Paul. Heb. 5. v. 4. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tamquã Aaron: ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret, ſed qui loquutus eſt*, &c. Preſumit, & explicat primam Pontificis conditionem, ſcilicet quod debeat non ſe ingerere, & intrudere, ſed aſſumi, & eligi à Deo ad ſacerdotium ſicut electus eſt Aaron, idque hoc fine, vt eandem Chriſto applicet, probet que Chriſto conuenire, qui vt ipſi debitam dignitatem, non aſſumpſit, vel ambiuit, ſed acceptauit, &c. Sic Ioan. Apoc. 4. v. 9. 10. 11. ait, *& cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem ſedenti ſuper thronum viuenti in ſæcula ſæculorum. Prouidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant, mittentes coronas ſuas ante thronum dicentes: dignus es Domine Deus noſter, accipere gloriam, & honorem, & virtutem*, &c. quæ de honore Chriſto debito explicantur. vt verum ſit Deum filio ſuo impoſuiſſe honorem, & gloriam debitam tamquam ſcribæ & Doctori iuſtitiæ, & *in nomine Ieſu omne genu flectitur*, &c. Phil. 2. v. 10.

[*Honor Chriſti ſibi tamquam proprius debebatur.* Heb. 5. v. 4. — Apoc. 4. v. 9. — *Seniores qui adorabant Chriſtum mittebant coronas.*]

VERS. VI.

Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ

Senſus.

43. OMnis iniuriæ, &c. q. d. cum ſciant principes à Dei poteſtate pendere in ſuielectione, oſtendere libet eis vnde ſubuerſio regnorum proueniat, ſcilicet à vitio ſuperbiæ & vitio iniuſtitiæ vel auaritiæ, & nunc dehortari volens eos à ſuperbiæ vitio, hoc cõſiliũ præbeo, nẽpe vt ne iniuriæ à proximo nobis illatę vindicem nos prebeamus, nec reminiſcamur, vt eam vindicemus: nec faciamus illi iniuriã, maxime cum animi inſolentia, petulantia, & proximi deſpectu. Sed moneamur, & in vindicandis peccatis moderationẽ adhibere, & in ſubditos nihil committere per inſolentiam, & iniuriam, &c.

Notæ.

CVm verbum Græcum quod in originali eſt, pro *memineris* ſit, μήνιω, quod ſignificat iram exercere, vel odium vel ſimultatẽ. pro quo vertunt Complut. iraſci. LXX. Tygur ſuccenſere & Druſius. *Simultatem exercere*, intelligere debemus vulgatum non legiſſe, μλωιονς, ſed μνήσης, quod eſt memoria à verbo, μνάω, quod eſt in memoriam reuoco, vel commonefacio, admoneo. id eſt, iniuriam proximi ne in memoriam reuoces ad eam vindicandam. quod eundem ſenſum efficit cum originali, id eſt, ne ſimultatem, quod eſt odium ſimulatum, ob vllam iniuriam cum proximo tuo exerceas, ſimultatem exercere idem quod memoria tenere iniuriam ad vindicandam. Pro *iniuria eſt* in originali ἀδικημαλι à nomie ΔΙΚΗ, quod eſt ius iuſtitia, fas componitur verbum ἀδικέω, quod eſt iniuſte, ſeu inique ago, perperam, contra fas, iuſque ago, ſcelus admitto. inde oritur nomen ἀδικημαιτο, quod eſt iniuſta actio, iniuriæ illatio maleficium, ſcelus, item crimen, quod contra patriæ leges factum eſt, facinus contra Legem, &c. ideo cum reliqui iniuriam tranſtulerint, ſolus Druſius vertit *iniquitatem*, id eſt, ne ob peccatum quoduis cum proximo tuo ſimultatem, vel occultum odium exerceas. nam à magnanimitate principum alienum eſt ſuam contra ſe iniuriam ſemper vindicare. Tandem in ſecundo hemiſtichio Loco *iniuriæ* non eſt ad ἀδικημαπ, ſed ὕβρεως à nomine originali ΙΒΡΙΣ, quod eſt iniuria, contumelia, ſeu iniuria contumelioſa, aut iniuria ſimul, & contumelia iniuria petulanter illata, interdum exponitur etiam inſolentia, petulantia, ſuperbia & ſic cum inquit, nilhil agas in operibus iniuriæ, idem eſt ac dicere nihil committas, quod petulantiam & ſuperbiam redoleat id eſt, ne alios iniuria afficias, maxime cum animi inſolentia, petulantia, deſpectu proximi.

prima Illuſtratio.

OMnis iniuriæ proximi ne memineris. Cum Principes cauere debeant à ſubuerſione regnorum, & cauſas deſtructionis eorum fugere, & prima ſit ſimultatem exercere cum ſubditis ob ſcelera commiſſa, & petulanter inſolenterq; illos tractare iniuriaque laceſſere ideo primo dehortatur ſirach eos à ſuperbię vitio dicens: ne iniuriã à proximo vobis illatam reminiſcamini ad vindicandum eam neue eam duc multumq; in animo reuoluatis, exagerando eam. Licet officiũ principum ſit vindictã ſumere de delictis ciuiũ ſuorum, hoc eſt, debent in tranſgreſſores legis ſeuere animaduertere: at proprias iniurias vindicare nõ tam proprium eſt, ſed remittere debent, quia virtus magnanimitatis, qua excellere debet, docet iniurias obliuiſci ad ſumendam de illis vindictã. Hoc probare intendit Seneca lib. 1. de clem. cap. 13: *Duabus de cauſis punire princeps ſolet, ſi aut ſe vindicat, aut alium. Prius de ipſa parte diſſeram, quæ ipſum contingit* & inter alia ait. *Nunc illum hortamur, vt manifeſte læſus animum in poteſtate habeat, & pœnam ſi tuto poterit, donet; ſin minus temperet, longeque ſit in ſuis, quam in alienis exorabilior iniurijs. Nam quemadmodum nõ eſt magni animi, qui de alieno liberalis eſt, ſed ille, qui quod alteri donat, ſibi detrahit: ita clementem vocabo non in alieno dolore facilẽ, ſed eum qui cum ſuis ſtimulis exagitetur, non proſilit, qui intelligit magni animi eſſe iniurias in ſumma potentia pati, nequidquam eſſe glorioſius principe impune læſo.* Hoc in Chriſtiano principe prouenit ex virtute charitatis, quæ docet amare inimicos, & iniurias remittere.

[44. *Dehortatio à vitio ſuperbiæ.* — *Quod officium Principum.* — Seneca — *Princeps proprias iniurias debet remittere.*]

45. Jnde eſt quod D. Iacobus Charitatem appellet virtutem regalem c. 2. v. 8. *Si tamen legem perficitis regalem: diliges proximum tuum*, &c. cuius præcipuus effectus, eſt non ſolum amicos, & inimicos diligere, ſed etiam remittere iniurias. quare ergo hanc virtutem regalem vocat Apoſtolus? numquid quia lex diuina eſt toties tradita hominibus in veteri, & in nouo Teſtamento ita ſane, ſed vocatur etiam regalis, non ſolũ quia præcellit cœteras virtutes ſicut regina earum: *Maior autem horum eſt Charitas* 1. Cor. 13. v. 13. Sed etiam quia amatores ſuos Reges facit, vt docuit D. Thom. vnde viginti quatuor ſeniores, & quatuor animalia. Apoc 5. v. 10. procidentes coram agno dixe-

[*Princeps ſuã iniuriam non debet vindicare.* Iacob 2. v. 8. — *Charitas virtus regalis.* 1. Cor. 13. v. 13. D. Thom. Apoc 5. v. 10.]

dixerunt: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram.* Et cum iniurias remittere indicet haud dubium magnitudinem animi, & magnanimitatem, qui charitate ductus effectum dimittendi iniurias exequitur, ostendit regalem animũ habere. magnanimitatis epitheton huic virtuti tradidit Paulus cum eam vocauit patientem 1. Cor. 13. v. 4. *Charitas patiens est.* vbi legit D. Cyprian. *Charitas magnanima est*, & addit: *docens scilicet, & ostendens eum posse charitatem tenere, quisquis magnanimus & benignus est.*

1. Cor. 13. v. 4 D. Cyprian.

Magnanimitas virtus Regia est.

Ergo cum magnanimitatis virtus regalis sit, & charitas magnanima, inde est quod charitas reges faciat, præcipue cum iniurias remittit, & earum obliuiscitur ad vindictam sumendam. Hinc est quod Saul collegerit, Dauidem regem futurum, cum cognosceret eum virtute charitatis decoratum esse: expertus est enim non solum ipsum à Dauide non odio haberi, sed potius diligi, siquidem iniurias, quas ipsi Dauidi intulerat, remiserit. Quare cum vidisset Dauidem de se ipso, qui eum iniurijs lacesserat, vindictam sumere noluisse, dixit exclamans. 1. Reg. 24. v. 21. *Et nunc scio quia certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel.* Quid ais Saul? quod signum certum in Dauide inuenisti, quod prænunciet regem futurum? numquid hæreditario iure tamquam filio tuo debetur regnum? numquid cum morti obnoxius esses, tuo iure regnandi cedere voluisti, vel tuum ius tibi detrahi passus es? Minime, sed cum alibi sæpe bene in regem affecti animi præclara documenta Dauid dederit, nunc tamen ita dedit illustria, vt vel cæcis possint esse notissima. Cum enim eo essem adductus vt effugere non possem inimici manus, continuit tamen iustum, & multis stimulis irritatum furorem, & abire ex laqueo me permisit incolumen. Inde est, quod dicat *certissime*, quia in Dauide regios spiritus, id est, ingenuos, & clementes agnouit. itaque ex Regia Dauidis magnanimitate cognouit regem futurum: diligere enim inimicos, & eorum iniurias remittere proprium animi magnanimi est, & qui hac virtute decoratus est, optime regio nomine ornari potest, vt se Regem ipse Dauid appellauit, cum Semei iniuriam tam libenter remisit. 2. Reg. 19. v. 22. *Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in satan? ergone hodie interficietur vir in Israel? An ignoro hodie me factum Regem in Israel?*

Dauid iniuriarum oblitus regnum adeptus 1. Reg. 24. v. 21.

Dauid obseruauit præceptum de diligendis inimicis.

Cum Dauid Semei pepercit se regem appellauit. 2. Reg. 19. v. 22.

46. *Quare Dauid factus Rex cum Semei pepercit.*

Quare si iam Rex constitutus erat Dauid cum Semei animaduersionem condonauit, iactatur in illo die constitutum Regem Jsrael? potius diceremus Semei eius gloriam, & maiestatem infregisse, siquidem maledictione pessima illum depressit. cur ergo gloriatur *hodie*, id est, cum deprimebatur factum Regem? Respondeo Dauidem illud gloriosum facinus condonandi iniuriam haud dubium spectasse, & eo actu cognouit se regem esse, quia cum Regis officium sit vti magnanimitate in remittendis iniurijs, licet iam regio munere fungebatur, sed ex eo die, in qua tanta vsus erat magnanimitate condonando iniuriam Semei & animaduersionem, eius Regia potestas, & auctoritas stabiliebatur, & se regem denuo factum esse experiebatur. Quod factum celebrans D. Bernard. serm. 34. in Cant. *At ille*, inquit, *nec cumulatam iniuriam sensit, quia præsensit gratiam. ô vere hominem secundum cor Dei, qui se vlciscenti potius quam exprobanti succedendum putauit? vnde & secura conscientia loquebatur: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* Pende illud, *succedendum.* nam qui statuit se vindicem iniuriarum præbere, succenditur, & irascitur. ideò Ecclesiasticus secundum versionem LXX. & Tygur. ait: *in omni iniuria ne succenseas proximo.* Complutenses: *ne irascaris*, id est, ne iræ & excandescentiæ succumbas, & nec petulantia animi ducaris in vindicta inimicorum sumenda. sed exhibete iniuriarum immemorem, vt possis iactari te regia magnanimitate decorari. Ideò in genealogia Christi Domini bis vocatur Dauid Rex Matt. 1. v. 6. *Dauid regem; Dauid autem Rex*: quia bis Regio munere functus erat dimittendo iniurias scilicet cum Saulis iniurias condonauit, & cum Semei maledictionem pessimam remisit tamquam Regia magnanimitate exornatus. Sic Cæsarem fecisse fertur. & D. August. tom. 2. epist. 5. ad Marcellinum hoc exemplo Cæsaris argumentum proponit contra vltores, aiens: *Cicero dicebat quod nihil obliuisci soleret nisi iniurias. Dicebat enim hoc tam magnus laudator aut tam magnus adulator. sed si laudator talem Cæsarem nouerat, si autem adulator talem esse debere, ostendebat Principem Ciuitatis, qualem illum fallaciter prædicabat. Quid est autem non reddere malum pro malo, nisi abhorrere ab vlciscendi libidine? Quid est accepta iniuria ignoscere male, quam persequi, & nihil nisi iniurias obliuisci? Hæc cum in eorum leguntur auctoribus exclamatur, & plauditur, describi atque prædicari mores videntur, quibus dignum esset exurgere ciuitatem, quæ tot gentibus imperaret, quod accepta iniuria ignoscere, quam persequi malebant. Cum vero legitur præcipiente auctoritate diuina nos reddendum malum pro malo, cum hæc tam salubris admonitio congregationibus populorum tamquam publicis vtriusq; sexus, atque omnium ætatum, & dignitatum scholis de superiori loco personat, accusatur religio tamquam inimica reipub. Quæ si vt dignum est audiretur, longe melius Romulo, Numa, Bruto, cæterisque illis Romanæ gentis præclaris viris, constitueret, consecraret, firmaret, augeretque rempublicam*, &c. & tom. 10. serm. 16. in Euang. Matth. cum agit de fraterna correctione, inquit: *Ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui se ipsum vulnere percussit. tu vulnus fratris tui contemnis? Tu enim vides perire, & negliges? Peior est tacendo, quam ille conuitiando. Quando ergo in nos aliquis peccat, habeamus magnam curam non pro nobis. Nam gloriosum est iniurias obliuisci, sed obliuiscere iniuriam tuam, non vulnus fratris tui. ergo corripe*, &c. Quod optime sententiam Syracidis confirmat.

D. Bernard. *Dauid non sensit cumulatam iniuriam Semei, quia præsensit gratiam.*

Dauid in Genealogia Chri. vocatur rex quia fuit iniuriarum immemor. Matt. 1. v. 6.

D. Aug.

Cæsar fuit iniuriarum immemor.

Laudatur Cæsar quia remisit iniurias.

Qui iniuriã facit se ipsum vulnere percutit.

47. Tandem Rupertus Ab. gloriosum factum Josephi Patriarchæ commendat & merito, cum postquam euectus est ad Proregis Ægypti dignitatem, fratres à quibus venijt, inuitauit, & binis ornauit stolis, pro stola, qua eum spoliauerunt, cum vitam eripere intentarunt. Gen. 45. v. 22. *Singulis quoque proferri iussit binas stolas.* Quare inquit Rupert. *inimicis suis, qui manducando esurientem vendiderant, cibum dedit, & potum, & eis à quibus tunica talari polymita nudatus est, ecce binas singulis dedit stolas. Regius equidem animus à regia virtute charitatis, quæ coronas regni in patria etiam imponit.* ecce quomodo vocat hic Doctor charitatem regiam, & regium animum illius, qui eam exercet. Peruenerat enim Josephus ad dignitatem regiam, quæ dignitas generauit in eo magnanimitatem animi, vt posset præbere se iniuriarum immemorem, quare cum ad dignitatem proregis euectus est, re effectum magnanimitatis præstitit, illos amore prosequendo, à quibus odio habitus

Rupertus. *Iosephi patriarchæ exemplum cæterum qui iniurias remiserunt.* Gen. 45. v. 22.

Regalis dignitas generat in corde magnanimitatem.

habitus fuerat, & iniuriarum immemor conuiuium magnifico apparatu atque illis comparauit, qui eum esurientem vendiderunt, & tandem duplicata veste omnes exornauit, à quibus veste propria spoliatus fuerat. Cum autem pater defunctus esset, timuerunt fratres Iosephum, existimantes memorem esse iniuriæ, vt de eis vlcisceretur. Sed iustus Ioseph illos securos reddidit verbis suis, omnemque timorem abijciens. Sic Philo Jud. de Joseph ait illum inter alia dixisse: *Iam tempus ipsum hanc sollicitudinem exemisse vobis debuerat, nisi molesta esset conscientia. Obitus communis patris renouat vobis metum veterem, quasi ad tempus data venia, ne quid ille contristaretur. verum ego non mutor tempore, nec vmquam violabo pacem semel redditam fratribus. Non distuli vindictam in tempus opportunius, sed condonaui penam in solidum, partim in honorem patris ne quid mentiar, partim propter fraternam necessitudinem*, & concludit: *Deponite metum, post hac meliore conditione apud me futuri, quam ante parentis obitum.*

Philo. *Timorem vindictæ in fratribus sedat Ioseph.*

48. Hinc est quod Salomon inauguratus in regnum, nullam de Adonia fratre vindictam sumere tentauit 3. Reg. 1. à n. 50. nam cum Adonias timeret Salomonem, *abijt, & tenuit cornu altaris.* (quod apud nos est, se recipere ad Ecclesiam (*retraerse*) vt Ecclesiæ priuilegia ipsi proficiant) & cum hoc nuntiatum esset Salomoni respondit. *si fuerit vir bonus non cadet, ne vnus quidem capillus eius in terram, sin autem malum inuentum fuerit in eo morietur. Misit ergo Rex Salomon, & eduxit eum ab altari (lo hizo sacar de la yglesia donde se auia retraido) & ingressus adorauit Regem Salomonem. dixitque ei Salomon: vade in domum tuam.* Quare ergo misit incolumem, & inultum in domum suam? si in perniciem suam Regiam dignitatem ambiuit, volens Regnum arripere, & Regem vocari, quod crimen esset læsæ Maiestatis, cur in illum non animaduertit, vt actum iustitiæ punitiuæ perficeret? Respondet Abulensis. q. 45. vt iustificaret actus suos maxime in principio regni: nam si propter primum delictum occidisset Adoniam, videretur hoc fecisse solum ex vindicta, quæ quidem immundum redderet regnandi initium, & deturparet regiam Cathedram, dum vilem animum in vindicando ostenderet. Vt ergo gloriaretur se iniuriarum immemorem esse, iustam animaduersionem fratri condonauit, & regiam magnanimitatis virtutem perfecit, quo actu cõsilium Ecclesiastici præstitit, qui ait: *Omnis iniuriæ proximi ne memineris* ad eam vindicandam.

Salomon de Adonia vindictam sumere non tentauit. 3. Reg. 1. v. 50.

Quare Salomon Adoniam misit inultum in domum suã.

Abulensis.

In actione vilis animus ostenditur.

Hoc probat tandem exemplum apium, vt refert D. Ambros. lib. 5. ex ham. cap. 21. vbi inquit: *Apibus autem Rex naturæ claris formatur insignibus, vt magnitudine corporis præstet, & specie, tum (quod in rege præcipuum est) morum mansuetudine. Nam, & si habeat aculeum, tamen eo non vtitur ad vindicandum.* Sic Princeps vel Rex sua potestate, & aculeo ad vindictam sumendam vsurus non est, sed omnis iniurię proximi immemor debet esse. sic confirmauit Seneca lib. 1. de clem. cap. 19. *Rex ipse sine aculeo est* (affert idem exemplum de apibus) *noluit illum natura nec sæuum esse, nec vltionem magno constaturam petere, telumque detraxit, & iram eius inermem reliquit, exemplar hoc magnis regibus ingens. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cum tanto hominum moderatior esse animus debeat, quanto vehementius nocet*, &c.

Apes docent obliuionem iniuriarum. D. Ambros.

Seneca.

Illustratio secunda.

49. *Omnis iniuriæ*, &c. licet hic loquatur Ecclesiasticus de Principibus, qui iniuriarum immemores debent se exhibere, non excludit tamen reliquos ciues, quibus idem proponit cõsilium, vltio enim iniuriarum ita propria est inclinationis animi, vt fere omnes ad vindictam procliues ex materno vtero nasci videantur. & ita hæc procliuitas adhæret animis, vt non solum propendeant homines in vindictam iniuriarum præsentium, sed etiam futurarum, sufficit enim futuras iniurias cognoscere, vt ex inde incipiat homo odio prosequi inimicum suum, & vltionem futuræ iniuriæ quærere. Hinc est, quod quærat Oleaster causam, cur noluit Deus reuelare Abrahamo, quæ gens futura esset, quæ populum Israeliticum in seruitutem traditura esset, & aspere tractatura illum mille calamitatibus & iniurijs affligendo, & vexando, cum certum sit illi captiuitatem enuntiasse, & tempus quo duratura erat. vt dicitur Gen. 15. v. 13. *Scito prænosces, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra: non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Verum tamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo?* id est, affligam plagis maximis. Quænam hæc terra, quæ incitanda est in odium filiorum Abraham? quare Deus hoc secretum illi non detexit? Respondet Oleaster: Non ei prædixit quo loco, neque à quibus detinendi essent, ne vir sanctus odio haberet eos, à quibus semen suum esset affligendum antequam mala ab hostibus pateretur. itaque ait, Deum non enuntiasse hoc mysterium seruo suo, ne ipsi præberet occasionem, talem gentem ex eo tempore odio prosequendi, & vindicandi. est enim humani animi talis ad vindictam iniuriarum procliuitas, vt non solum propendeat ad vindictam de præsentibus iniurijs sumendam, sed de futuris, si homo illas præuideat. & cum iniuria: captiuitatis tam procul abesset, potuit Deus iudicare, Abrahamum licet pium & iustum incitari potuisse, si futurarum iniuriarum machinatricem gentem præcognosceret, ad vindictam præoptandam. vt autem hanc vlciscendi vitet occasionem silẽtio Deus prætermisit, quæ gens talem iniuriam posteris suis esset machinatura. Exemplum affert Oleaster Christi Domini, qui cum à lapis à ministris. Cæderetur, voluit sibi oculos vita operiri, qui optime nouerat percutientes velatus. quo nos voluit simbolo admonere, non esse multum laborandum, vt auctorem percussionum sciamus, ne illum odio habeamus, &c.

Vltio iniuriarum propria est inclinationis animi.

Oleaster.

Cur noluit Deus reuelare Abrahamo, quæ gens populum in seruitutem traditura erat. Gen 15 v. 13

Oleaster

Noluit Deus præbere occasionem Abrahamo optandi vindictam.

Ergo cum sit hæc animi humani ad vindictam inclinatio, volens Ecclesiasticus illum ab vltionis voluntate retrahere, inquit. *omnis iniuriæ proximi ne memineris* ad eam vindicandam. Hoc præceptum iam Dominus præbuerat Leuit. 19. v. 18. *Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum?* sub vno duo continentur præcepta, primum non quærendi vltionem eorum, qui iniuriam faciunt: secundum obliuiscendi iniuriarum, quæ duo præcepta duobus illustrabimus exemplis. 1. Cant. 5. v. 7. introducit Salomon è domo suo sponsam prodijsse ad sponsum suum quærendum, & cum illum quæsijsset, & non inuenisset, inquit ipsa: *inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem & percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Cui autem quæ-

50. *Iniuriæ debet homo immemor esse.* Leuit. 19. v. 18.

Cant. 5. v. 7.

Sponsa immemorem se prebuit iniuriarum.

querelas iacit sponsa? Haud dubium filiabus Ierusalem, & cum posset intentare vindictã prę-teritæ iniuriæ, illius oblita, loquitur ad Ierosolymytas: *Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt dicatis ei quia amore langueo.* vbi ingenua puella non curat quod percussa à custodibus sit, & ludibrio habita, neque de his sponsum certum esse vult, vt de iniurijs ipsi illatis vindictam sumat. sed ait: *adiuro vos filiæ Ierusalem* (repulsa à custodibus confugerat ad eas) *vt dicatis ei.* cui? sponso, quid dicturæ sumus? Dubio procul cum de suis sibi illatis iniurijs certiores facit, & docet eas, volet certe vt sponsus amasij instar à percussoribus, & iniuriatoribus pignus abstractum recuperet & vindicem se suarum iniuriarum præbeat. Mulieres enim ad sumendam vindictam proniores sunt quam homines: sic dixit ille alius Satyricus Juuen. sat. 3.

Mulieres proniores ad vindictam quam homines.

Iuuenalis.

Semper & infirmi est animi, exigiique voluptas
Vltio: continuo sic collige, quod vindicta
Nemo magis gaudet, quam fœmina.

Ergo ait sponsa: *vt dicatis ei?* quid: vt pro te vlciscatur? minime, sed, *quia amore langueo.* censebatis me ad vindictam lacessitam esse, cum de iniurijs mihi illatis vos docebam? immemor sum iniuriarum quia *amore langueo.* sum in diligendo sponsum ita omnino intenta, vt amor mihi non supperat ad alium præter sponsum amore subsequendum, *si inueneritis dilectum meum, dicite ei* me iratam, & infensas percussoribus esse, sed vindicari nolle, quia si sponso, qui à me digressus est, & fugam arripuit, notum fuerit me promptam ad iniurias remittendas esse, quæret me, vt mœrorem minuat, & mihi solatium præbeat, nam magni ducit magnitudinem animi, qua homo scit iniuriatoribus suis impunitatem dare, & ignoscere. Quare immemor sum iniuriarum & memor ingenij dilecti mei, qui pronior est ad parcendum, & miserandum, quam ad puniendum, & vlciscendum, &c.

Sponsa ita intenta erat in diligendo sponsum vt immemor esset iniuriarum.

51. *Confirmatio præcepti de remittendis iniurijs,* Isai. 6. v. 2.

Secundo potest præceptum Leuitici illustrari ex visione Isaiæ cap. 6. v. 2. vbi affirmat Prophetam, vidisse Dominum super Thronum excelsum, & eleuatum, & iuxta illum vidisse binos Seraphinos, qui sex alas habebant: *Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus velabant,* &c. S. Hieronym. & alij citati à leone de Castro, hanc visionem intelligunt de Christo Domino, præfigurabat enim Christum, qui mysteria nostræ redemptionis operaturus erat. Ergo Deus velatus erat facie, & pedibus ab alis Seraphinorum. illud *eius* aliqui interpretantur *Dei*, alij ipsorum Seraphinorum. quocumque modo sit; vel Christi caput, quod est diuinitas, & pedes, quæ est humanitas velabant: quia neque caput propter celsitudinem ac splendorem, neque pedes propter humilitatem, & opera ab illa humanitate profecta, quæ existimari poterant abiectissima, cognosci possent iure ab Angelorum alis tegebantur. vel Seraphini non Domini, sed faciem ac pedes velabant suos ostendentes, eum esse splendorem, qui ex diuino oritur vultu, vt nulla creata acies intueri, nulla vis excipere ac sustinere posset, quemadmodum cum solem aduersum intuemur, quia tanti vim luminis sustinere non possumus, manum opponimus à solaribus radijs, vt fecit Elias 3. Reg. 19. Sed si actionem illam velandi faciem Domini moraliter perpendimus, affirmabimus, Seraphinos oculos Dei

D. Hieron. Leo à Cast.

Quare Seraphini velabant faciẽ Dei.

Seraphini velarunt faciem Domini vt immemorem redderent iniuriarum.

velauisse, ne ipse defectus hominum spectaret, & essent impedimenta ad excitandum erga homines suum amorem. Licet enim affirmari minime potest, Dei amorem cæcum esse, nihilominus ostendere vult, se conniuere, & dissimulanter amare creaturas omnes nullam excipiendo.

Hoc optime probatur in Christo Domino, 52. nam hanc visionem aliqui explicant de mysterio crucis. crux enim thronus excelsus & eleuatus erat, in quo melius Christus Dominus, quam in alio, suam maiestatem & auctoritatem ostentauit. Ascendit igitur in hoc angustius solum nudus, non vt maiorem suam ostenderet auctoritatem, sed vt misericordiam ostentaret, & ardentissimum amorem magnificaret. Accedit hic potentissimus amor in Seraphinis adumbratus (nam Seraphim amore ardent, & vocantur à Dionys. *incendentes, seu calefacientes*) & alij suis (amor enim prophanus alis ornatus pingebatur, quanto magis diuinus) velauit faciem Christi Domino in throno crucis affixi. Quare ergo Christus Dominus velari faciem ab amore passus est? numquid vt cæcus appareret; sicut Iacob cum nepotibus benedixit, cuius *oculi caligabant præ nimia senectute* (Gen. 48. v. 10.) *commutatis manibus* in modum crucis benedictionem impertijt, & cum vellet manus Ioseph iterum commutare, vers. 19. *Renuens* ait: *scio fili mi, scio.* q.d. *bien se lo que estoy haziendo?* sic faceret Christus? minime. Licet enim amor oculos suos velauit alis suis, poterat melius dicere; *scio* homines, *scio.* sed patitur velari faciem ne, nostro modo cogitandi, spectaret defectus hominum, vt de eis vindictam sumeret. certo enim scimus Christum homines ardenti amore prosequi, cum eius dilectione indigni habeantur, & hic amor ostenditur in eo, quod immemor iniuriarum exhibetur, & orat in cruce ad Patrem pro crucifigentibus. amoris enim ingenium est, non malum pro malo, sed bonum reddere, & dixit D. Chrysost. tom. 4. hom. 33. in cap. 13. ep. 1. ad Cor. *Charitas enim non probrum nec dedecus reputat sed veluti pennis aureis operit omnia peccata eorum, qui diliguntur.* sic igitur velatus in cruce Christus alis amoris sui, non solum charitatem suam ostentat in amore inimicorum, sed in obliuione iniuriarum, quo actu parenti suo maxime placuit, nam si verum est quod dixit ipse D. Chrysost. tom. 4. serm. 14. in cap. 4. ep. ad Philipenses: *Nihil æque Deum latificat atque iniuriarum immemorem esse.* Verius comprobatum est in Christo, qui iniuriarum obliuiscens parentem suum lætificauit, & ipse hoc docuit in oratione Dominica cum dixit: *& dimitte nobis debita,* &c. sic explicuit D. Petrus Patriarcha Laodicensis, aiens. *Deinceps idem Dei verbum nos exhortatur ad ἀμνησικακίαν, hoc est, iniuriarum nobis illatarum obliuionem, præsertim cum peccatores nos esse sciamus.* sicque præceptum Ecclesiastici adimpleuit, qui ait: *omnis iniuriæ proximi ne memineris.*

Quare diuinus amor faciem Christi velauit.

Gen. 48. v. 10.

D. Chrysost. *Amoris ingenium est non malum pro malo sed bonum reddere.*

D. Chrysost. *Nil æque Deũ latificat atque iniuriarum immemorem esse.*

Illustratio tertia.

53. ET *nihil agas in operibus iniuris.* Tygur. *per iniuriam.* LXX. *contumeliæ.* Drus. *nec quidquam facito per contumeliã.* Iam diximus, nomen *iniuriæ* hic significare iniuriã contumeliosam, & insolentiã, seu petulantiam. persistit enim auctor in eo, quod doceat principes, non solum nõ meminisse se iniuriarũ proximi, sed ne alios iniuria afficiat, *afficere.*

Principes non debent alios iniuria

maxime

maxime cum animi insolentia petulantia, & despectu proximi. Solent enim Principes cũ superbi, & insolentes sunt, subditos petulanter, & iniuriose tractare, & illis contumelias imponere. Forte id expressit Salomon cum Principes impios leonibus comparauit, Prou. c. 28. v. 15. *Leo rugiens princeps impius super populum pauperem.* In rugientis leonis similitudine, tyranni principis speciem vocem contemplari licet, quæ non solum terrifica est, metus, minasq; numquã non sonat, & verba petulantia, & iniuriosa profert, quibus non solum ciuibus metum incutit, sed eos proterit, & cõculcat, &c. Sap. 2. v. 19. dixerunt impij: *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius.* omnes hunc locum de Christo Domino interpretãtur, qui à Principibus sacerdotũ, & Pilato male tractatus fuit Bonauentura: *Contumelia verborum,* id est, contumeliosis verbis. verbum *interrogemus* iudiciale est, sic legit Guarinus: *Examinemus eum,*

Prou. 28. v. 15. *Princeps tyrannus instar leonis proteritis & cõculcat.*

Sap. 2. v. 19.

D. Bonau. *Verbum interrogare idem quod examinare.*

qui autem in examen verbis contumeliosis, & iniuriosis Christum adduxerunt? certũ est Principes sacerdotum fuisse, nec non & Pilatus, & Herodes, qui Principes erant, ipsi ergo *multa egerunt in operibus iniuriæ,* non solum iniuriose Christum Dominum tractantes, sed etiam contumeliose ad eum loquentes. *operibus iniuriæ* illum premere conati sunt præceptum Ecclesiastici infrigentes, qui docet; *nihil agendum in operibus iniuriæ* contumeliosæ, & quia in principibus inuenitur fere semper vitiũ superbiæ, quod docet multa eos agere in operibus iniuriæ, contumeliosis verbis alios afficiendo, & hæc opera, & verba soleant ciuitates subuertere; ideo Sirach cupiens eos reprimere ab his malis inferendis, vt suas ciuitates incolumes seruent. hoc præceptum illis dedicat, dicens. *Omnis iniuriæ proximi memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ,* vel *ne quidquam facito per contumeliam* alios contumeliose, & iniuriose tractando, &c.

In principibus inuenitur vitium superbiæ.

VERS VII.

Odibilis coram Deo est, & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium.

Sensus.

54. *Odibilis,* &c. q.d. insuper admoneo te, ne vitio superbiæ succumbas, si non vis inuisum te & offensum esse Deo & hominibus: nam Deus & homines non immerito superbiã odio prosequuntur. Fuge etiam ab iniustitia facienda, quia execrabilis est etiam Deo, & hominibus iniustitia, quam gentes Dei timore destitutæ, liberè & audacter committere solent vi aliena rapientes, existimantes, legem iustitiæ esse fortitudinem suam, vt possint sibi vendicare licite, quæ sua fortitudine obtinere valerent, &c.

Velauit enim amor faciem Christi vt non sumeret vindictam, &c.

Notæ.

Secundum huius sententiæ hemistichium obscurum est, quia aliter in originali legitur, ac in vulgato. Complutenses sic legunt; καὶ ἐξ ἀμφοτερων πλημμελεια αδικιας. & *ex ambobus error iniustitiæ.* sic etiam Vatab. & Montanus. At in Aldo, & in Basiliensi editione, nec non Romana, quod sequitur Drusius: πλημμελησει αδικα, id est, *per vtramque delicta iniqua committuntur.* quare cum vulgatus transtulit *iniquitas gentium,* intelligit nomine *iniquitatis* peccatum iniustitiæ, quod facile committunt gentes, & execrabile est Deo, & hominibus sicut superbia, quare versionem Complutensium videtur vulgatum secutum esse. & hic *iniustitia* dicitur, qua quis per auaritiam iniuste opprimitur, & suis spoliatur. Verbum enim αδικια est iniustitia, iniquitas, improbitas, scelus, iniusta, seu iniqua actio. q.d. & execrabilis est error iniustitiæ.

Nomine iniquitatis iniustitia intelligitur.

Illustratio prima.

55. *Odibilis coram Deo, & hominibus superbia.* id est, superbiam odio prosequuntur Deus, & homines, hos dicceremus: *es aborrecido de Dios y de todo el Mundo.* hoc forte emendicauit Sirach ex Salomone, quem in omnibus imitatur, Prou. cap. 16. v. 4. inquit: *Abominatio Domini est omnis arrogans,* id est, superbiens. nam verbum Hebræum גבה *gaba* significat eleuare, superbire, inde גבה *geba,* id est, elatus, superbus, arrogans. sic Psalm. 100. v. 5. transtulerunt LXX. *superbo oculo,* est. q.d. omnis ergo, qui vana elatione animi apud semetipsum tumet, apud Deum quidem abominabilis est, immundus, ac sordibus innumeris infectus æstimatur. & Prou. 8. v. 13. inquit diuina sapientia. *Arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor*: Caietanus legit; *superbiam, & superbiam detestor,* id est, superbus & superbia abominatio sunt mihi, superbiam, & arroganciam stomachor, & ad odium prouocant me. Rursus Amos 6. v. 8. *detestor* ego *superbiam Iacob.* vbi ait Deum iurasse abominationi sibi esse superbos Israëlitarum, & in illos inflammatur diuinus furor, quia spiritus abominatur insolentes, qui superbas moles architectantur, &c. & Psal. 130. per totum, Dauid abominatur superbiam, cum confiteatur se non superbisse, dicens: *Domine, non est exaltatum cor meum,* &c. quibus verbis radices superbiæ præcidit, & simul illis amputatis mala germina tollãtur. timebat enim in superbiam incidere, ne à Deo, cui odibilis est superbia, odio haberetur. Sic ille alius cecinit, citante Iacobo Langio:

Prou. 8. v. 13.

Superbia & arrogantia prouocant iram Dei.

Amos 6. v. 8

Dauid abominatur superbiam.

Psal. 130. v. 1.

Langius.

Nam domino res est exosa superbia cæli.
Nec minus his quot quot terra nec regna tenent.
Heu mihi quid iactas, quid puluis, & vmbra superbis,
Immundum intuitus, dum datur esse lutum, &c.

Confirmauit hoc Petrarcha inquiens dial. III. de superbia: *Quid superbis autem terra, & cinis? tunc tantorum malorum fasce obrutus, atque oppressus extolleris? qui se te omnibus malis explicitus, virtutem omnium alis euectus attolleres, hoc vno bona omnia corrupisses. Nihil est enim odiosius Deo, quam superbia.*

Videamus autem quare Deus ita superbiæ vitium detestetur & execretur? *Superbia* [inquit D. Bern. ep. 42.] *appetitus est propriæ excellentiæ.* & secundum mentem D. Thom. 1. p. q. 84. art. 20. proprie respicit defectum subiectionis hominis ad Deum, secundũ quod aliquis se extollit supra id, quod est sibi præfixum, secundum diuinã regulam, vel mensuram. Rursus D. Gregor. li. 7. Moral. cap. 23. affirmat *superbiam odium generare.* & lib. 15. cap. 25. ait; *sicut enim ex abundanti cibo adeps,*

56. *Quare Deus superbia vitium detestatur.*

D. Bernard. D. Thom. D. Gregor. *Superbia odium generat.*

adeps, ita ex abundantia rerum superbia nascitur: quæ impinguat mentem diuitis, dum eleuatur animus superbientis. superbia quippe cordis, quasi quædam pinguedo est crassitudinis. Vnde quia plerique ex abundantia peccata perpetrant, per prophetam dicitur: Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Tandem lib.25. cap. 10. ait: *Superbientes enim Deum despiciunt, & relicta creatoris sui gloria propriam quærunt.*

Detestatur Deus superbiam quia homo appetit excellentiam soli Deo debitam.

His suppositis detestatur Deus superbiam, non solum quia homo appetit propriam excellentiam cum sibi non debeatur, sed quia tollit subiectionem hominis ad Deum, & simul generat odium, despiciendo Deum, & quærendo propriam gloriam. Quod sic explico. Tunc enim appetit homo excellentiam propriam, cum aliquid operatur dignum laude, & commendatione; sed cum hic effectus, licet procedat ab illo tamquam à causa instrumentali, à principali causa efficiente, Deo scilicet, emanet, cui gloria, & excellentia operis proprie debetur. inde est, quod cum hæc excellentia tribuenda sit Deo, imprudenter homo faciat, illam sibi vendicando, & assumendo. Quare Deus odio habet illum, qui sibi honorem arrogat, qui Deo adscribendus erat.

57.
Deus odio habet illum qui sibi honorem arrogat.
Luc.10.v.7

Hoc apprime illustratur ex eo quod Apostolis contigit. Miserat Dominus discipulos suos ad prædicandum, & cum fructum magnum reddidissent, accedunt ad Christum lætitia perfusi: *Reuersi sunt autem* [ait Lucas cap.10. v.7] *septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo*, Respondit Dominus: *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* si discipuli fructum maximum ex prædicatione sua tulerant, quare Christus Dominus illis officium obsequiumque & illustri gratia non excepit, & remunerauit? cur non grato animo illis appropinquantibus non occurrit, sed potius seuere eos reprehendit, conferendo illos cum dæmone, qui aduersarius, & occursus malus est? Respondeo fecisse Christum similes discipulos suos satanæ, dum se in re fœliciter gesta immoderate amant, quia sicut vana de suis donis cogitatione satan superbiuit, & quasi fulgur de cælo cecidit: sic discipuli si ambitioso insolescant spiritu ex rebus fœliciter gestis, veretur ne satanæ instar cadant, ideò similem ruinam illis minitatur. Sic D. Gregor. lib.23. Moral. cap.7. *Mire*, inquit, *Dominus, vt in discipulorum cordibus elationem premeret iudicium ruinæ retulit, quod ipse magister elationis accepit, vt in auctore superbiæ discerent, quid de elationis vitio formidarent; Ipse quippe singulariter elatus dixerat: super astra cæli exaltabo solium meum*, &c.

Cur Christus discipulis respondit se vidisse satanam de cælo cadentē.
D. Gregor.

58.
Detestatur Deus superbiam quia Dei subiectionem tollit
Psal.73. v.23.

Rursus superbiam detestatur Deus, quia hominis ad Deum subiectionem tollit, & simul odium generat. Sic dicebat Dauid Psal.73. v.23. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* q.d. numquam finem faciunt qui te oderunt tui blasphemandi, & irridendi, sed alij precanti modo legunt: *ascendat semper* sic codex Vaticanus, & Theodotionis editio. Ergo ait, superba illa tua improperatio, ac derisio, & arrogans gloriatio, de qua dixit: *& gloriati sunt*, &c. numquam à tuis auribus absit, sed semper illis insonet, vt te ad eam vlciscendam excitet, aut ascendat semper, quousque ad tuas aures perueniat: nam figurate loquitur, quasi tum perueniat eorum superbia ad aures Dei, cum ille superbiæ pœnas irrogat, interim vero assidue ascendat. Alij legunt: *Fumus eorum qui te oderunt*, &c. quasi superbia fumus sit. quare igitur assimilatur superbia fumo? numquid, quia superbus fumi instar consumitur, & perit? ita sane. sed insuper fumo superbus comparatur, quia sicut fumus cum de fornace erumpit, & glomerans diffunditur per totam domum, habitantes in eo longe fugat, & ipsi fugiunt, ne strangulati pereant: ita superbus cum ira concitatur, & sæuit verba contumeliosa effuciendo, è domo sua omnes propellit. Sic aiebat Dauid Psalm.9.v.23. seu 10.v.2. *Dum superbit impius incenditur pauper*; incenditur, hoc est, persecutionem patitur, fugit sequentem, & insectantem. incendere enim est, insequi fugientem. itaque superbus cum verbis contumeliosis in pauperem aggreditur videtur non iniurijs, sed incensis carbonibus irruere in eum, id est, illum exurit, &c. est enim eius superbia instar fumi, &c.

Quare superbia fumo comparatur.
Psal.9.v.23 seu 10.v.2.

59.
Odit Deus superbum quia despicit illum vt quærat gloriam suam.
Iacob.4.v.6
Cassian.
D.Ambrof.

Tandem odio prosequitur Deus superbum, quia superbus despicit illum, vt quærat gloriam suam, & cum despicit, illi resistit, Deusque illi aduersatur, ideò aiebat D. Jacob. cap.4.v.6. Deus *superbis resistit.* quia ipsi resistunt Deo. Ita Cassian.lib. 12. de spiritu superbiæ cap.7. *Quantum*, inquit, *est malum superbiæ, vt non Angelum, non alias virtutes sibi contrarias, sed ipsum Deum aduersarium habere mereatur.* D. Ambros. in Psal.118. serm. 7. *Quid igitur*, ait, *hoc peccato potest esse deterius, quod à Dei cæpit iniuria? ideò scriptura dicit. Dominus superbis resistit. Tamquam suæ contumeliæ porpulsator, veluti quoddam suscepit aduersus superbiam speciale certamen: tamquam dicat: Meus iste aduersarius est, qui me lacessit: mihi debetur ista congregatio.* Sed si accuratius perpendimus, Ratio quare Deus abominatur superbiam, est, quia peruertit iustum ordinem rerum. Deus enim dedit hominibus naturam & cætera bona siue naturalia, siue supernaturalia, vt cum eis negotiarentur, vt cum dedit talenta seruis suis, & dixit: *Negotiamini dum venio.* Luc.19.v.13. certum est, Dei voluntatem esse, vt omnia quæ lucrarentur Domino redderent, & in eos, qui non reddunt, sed sibi adscribunt, animaduertit: sic cum homo non tribuit Deo honorem, & gloriam, quam cum bonis Dei lucratus est, sed in se illam retinet existimans sibi excellentiam operis boni vendicari debere, inuertit rectum ordinem diuinæ prouidentiæ, & videtur negare rem alienam, vt eam furetur, quod furtum rei alienæ punit Deus execrando, furem superbum, & respuendo illum vocat enim peccatores, & despicit superbos. Sic dixit ipse Christus. Matt. 2. vers.17. *Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.* Cum autem iusti sint Deo grati, quare non venit Christus vocare eos, sed peccatores? numquid iusti respuuntur à Deo? absit. cur ergo relinquit illos, & peccatores quærit? Respondit D.Petrus Chrysol. serm. 29. *Non hic Dominus iustos respicit, sed superbos, & eos notat, qui cum non sint, esse se iactant iustos.*

Deus odit superbum quia peruertit iustum ordinem rerum.
Luc.19.v.13
Superbus fur est honoris & gloriæ Dei.
Matt.2. v.17.
Cur non venit Deus vocare iustos sed peccatores.
D.Chrysol.

60.
Deus abominatur superbum quia Deo rebellis est.
Num.15. v.30.

Demum abominatur Dominus superbum, quia ei rebellis est, sic dicitur Num.15.v.30. *Anima quæ per superbiam aliquid commiserit siue ciuis sit ille, siue peregrinus, [quoniam aduersum Dominum rebellis fuit] peribit de populo suo: verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suā.* illud

rebellis

rebellis vertit Chald. *quoniam Dominum irritauit.* Quare superbus, *peribit de populo suo*, id est, vt D. August. explicat, & sequitur Glossa: *Exterminabitur de populo suo: quia talis omnino in numero eorum, qui ad Deum pertinent, non est, quia verbum domini contempsit, & præcepta eius fecit irrita.* Ex quo colligitur peccatum superbiæ fere indelebile esse. Probat Rupert.lib. 2. in num. cap.1. ex eo Amos 1.v.3. cum dixit: *super tribus sceleribus Damasci. & super quatuor: super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor: super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum. Primum namque scelus est* (ait ipse) *iniquitatem mente concepisse. secundum scelus est, dolorem opere peperisse. Tertium iniquitatis opus in vs. in vel consuetudinem traxisse. Quartum scelus male acta per superbiæ spiritum defendere. Ergo super quatuor*, inquit, *non conuertam eum, id est, cum superbe fuerit responsum, iam non est remissibile peccatum.* & cum hoc ex Euang. probauerit, concludit: *Idcirco, & illud sciendum, quia Dominus noster tres tantum mortuos, vnum in domo iacentem, alium cum iam per portam ciuitatis efferretur, tertium de sepulchro qua triduanum fœtentem suscitasse legitur, & quartum non suscitasse legitur, eadem videlicet ratione, qua in propheta iam fuerat ductum: super tribus sceleribus, & super quatuor non conuertam eum.*

D. August.
Glossa.
Peccatum superbiæ fere indelebile est.
Num.1.
Rupertus.
Quare dicitur Christum tres mortuos suscitasse & non quartū.

Illustratio secunda.

61.
Odio habuit Deus luciferum qui primus incidit in superbiam
Isai.14. v.11

ODibilis coram Deo & hominibus superbia. Quia tamen agit Ecclesiasticus de principibus, in quibus solet superbia sedem suam vel solium collocare exemplis illustrémus hanc veritatem. 1. Odio habuit Deus luciferum, quia fuit primus qui incidit in superbiam. Isaias cap.14.v.11. agens de lucifero sub metaphora, Regis Babylonis Balthasaris, de quo ad litteram omnes interpretantur ait: *Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram; qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: in cælum conscendam*, &c. quod totum explicat D. Bernardus de Angelo, qui per superbiam corruit è cælo. sed loquens de Rege Babylonis comparat lucifero hoc modo: Quomodo cecidisti de cælo, ô Rex Babylonis, qui quasi lucifer matutinus splendidus oritur, tu quoque oriebaris, & conferens cum Angelo est argumentum ab exemplo. Nam cum Rex iste Babylonis superbissimus esset, sibique putaret nihil non deberi, adducit exemplum superbissimi spiritus, qui cum sibi nimium de sua pulchritudine placeret, & honores appeteret sibi non debitos, in barathrum demersus æternam sustinet ignominiam, vt qui illius imitabatur arrogantiam, eiusdem casum, & exitum perhorresceret. Sic Christus ad discipulos exemplo satanæ ab inani, & superba cogitatione compescuit, cū dixit: *Videbam satanam*, &c. Luc 10.v.17. q. d. in vobis nunc intueri videor casum illum horribilem, cum Angelus speciosus antea, & naturæ nobilitate, eximijsque dotibus illustris, quia sibi, aut plus tribuit quam habebat, aut plus appetijt quam ipsi deberetur, in statum miserrimum carceremque æternum contrusus est. Vide D. Hieron. in hunc locum & D. Cyprian. tractat de tentat. & ieiunio Christi & Gregor. lib. 23. Moral. cap.4.

D. Bernard.
Lucifer comparatur Regi Babylonis.
Luc.10.v.17
Christus discipulos à superbia compescuit exemplo luciferi.
D. Hieron.
D. Cyprian.
D. Gregor.

62.
2. Quia Nabuchodonosor superbe elatus est, in bestiam conuersus pœnas suæ vanæ exaltationis luit. D. Gregor. lib. 34. Moral. cap. 17. agens de leuiatam, quem vocauit Job cap. 41. vers.25. *Regem super vniuersos filios superbiæ*, inquit: *Nonnumquam vero ad tantam elationem mens ducitur: vt in eo quod timet, etiam per ostentationem locutionis effrænetur. Sed tanto facilius ruina sequitur, quanto apud se quisque impudentius exaltatur. Hinc enim scriptum est: Ante ruinam exaltatur cor.* & probat exemplo Nabuchodonosoris Regis ex Dan. 4.v.27. & concludit: *Ecce quia tumor mentis vsque ad aperta verba se protulit, patientia iudicis protinus vsque ad sententiam erupit, tantoque hunc districtius perculit, quanto eius se superbia immoderatius erexit: & quia enumerando bona dixit, in quibus sibi placuit, enumerata mala, in quibus feriretur audiuit.*

Nabuchodonosor quia superbit in bestiam commutatus.
Iob 41.v.25.
D. Gregor.

3. Saul, qui à Deo electus fuerat, vt suum populum moderaretur, & constitutus Rex factus paruulus oculis Dei placuerat, postquam intumuit, reprobus factus est. 1. Reg.15.v.17. dicitur. *Nónne cum Paruulus, esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es?* quod sic explicat D. Gregor. lib. 34. Moral. cap.14. *Paruulus quippe in oculis suis est, qui in eo quod semetipsum considerat, imparem se alienis meritis pensat. Nam quasi grandem se aspicit, quisquis se super aliena merita elatione cogitationis extendit. Saul autem reprobus in bono, quod cœperat non permansit: quia fastu susceptæ potestatis intumuit*, ecce quomodo cecidit postquam per superbiam susceptæ potestatis intumuit.

Saul postquā intumuit reprobus factus est.
1. Reg.15. v.17.
D. Gregor.

63.
Antiochus propter superbiam odio habitus à Deo & punitus similiter & Herodes.
Act.12.v.22
Psal.75. v.12.

Vide 1. Mach.6. de Rege Antiocho qui propter superbiam odio habitus est à Deo, & punitus. Tandem Actorum 12. v. 22. de Herode traditur, quod cum regia indutus veste ad populum verba faceret, acclamauit multitudo; *Dei voces*, & *non hominis*; ille vero quia Deo non dedit gloriam, illam scilicet, quam ab alijs sibi tribui videbat, id est, quia se Deum esse credidit, aut voluit, percussus ab Angelo, à vermibus consumptus est. Dixit enim Dauid Psalm. 75. v. 12. Deo offerenda munera: *Terribili & ei qui aufert spiritum, terribili apud Reges terræ.* Vbi Chald. *Terribilis comprimens tumorem spiritus magnatum* D. August. ait: *Spiritus enim principum superbi sunt spiritus.* Hos enim superbos spiritus tamquam iudex terribilis Deus comprimit & castigat. & ait Salomon Eccles.7. vers.10. *Egressa est* (erupit quasi gemma arboris frondosæ) *contritio: floruit virga* (videlicet ramus superbiæ, quod instrumentum erit verborum & Plagarum) *germinauit superbia* (hæc enim sunt superbiæ germina, & fructus iniquitatis, pœna ipsa iniquitatis) *surrexit in* (ex) *virga imputatis.* Vbi LXX. legunt: *contumelia surrexit.* est enim contumelia, & ignominia digna superbiæ pœna. Prou.11.v.2. *vbi fuerit superbia ibi erit, & contumelia.*

D. August.
Deus comprimit spiritus magnatum.
Eccles.7. v.10.

Illustratio tertia.

64.
Iniustitia sicut & superbia odio habetur à Deo.
Iansenius.

ET *execrabilis omnis iniquitas gentium.* Iam diximus hic iniquitatem significare iniustitiam, quam gentes facile committunt. Quæ sicut superbia odio habetur à Deo, sic, & iniustitia: vtrumque vitium Deo odibile, & execrabile est. Sic optime explicat Jansenius: execrabilis est Deo & hominibus omnis iniustitia, quam gentes Dei timore destitutę licenter committere solent, vi aliena rapientes, existimantes legem iustitię esse fortitudinem suam, vt possent sibi vendicare licite, quæ sua fortitudine

 obti-

Deut.25. v.16. *Deus abominatur eum qui habet diuerſa pondera.* Euripides.

obtinere valerent. Præcipuus locus ad hoc illuſtrandum eſt Deut.25. v.16. vbi poſtquam præcepit Dominus non habere diuerſa pondera, concludit: *abominatur enim Dominus Deus tuus eum, qui facit hæc, & auerſatur omnem iniuſtitiam.* Cum enim quis pondus & pondus habet iniuſtitiam committit, & aliena rapere ſtudet & meſſem alienam metere cupit. Sic Euripides inſultat eos, qui honorem, & diuitias contrahunt per fas, aut per nefas, aiens:

Ite nunc, ô mali homines, parate vobis honorem
per vim,
Et contrahito diuitias vndecumque venantes
Per fas ſimul atque nefas.
Deinde meſſem ipſarum infœlicem metite.

65. *Iniuſtitia execrabilis.* Pſal.118. v.163.

Rurſus nomine *iniquitatis* iniuſtitiam execrabilem eſſe indicat Dauid Pſal.118.v.163. *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum.* vbi D. Proſper. legit: *iniuſtitiam.* omnis iniuſtitia execrabilis eſt, eo quod aliena rapere concupiſcit, turbat pacē, inuertit iuſtum ordinem, quem ſuis legibus, & inſtitutis conſtituit Deus in gentibus. gentes enim non ſolum gubernari debent legibus naturalibus, ſed inſtitutis proprijs, quæ vnaquæque gens diſpoſita & redacta in ordinem, ſeruat. & niſi gens nimis barbara ſit, rectum ordinem ſeruare debent, non rapiendi aliena, & rapinas numquam concupiſcendi. hoc enim inſtituto, & diſpoſitione vita tranſigitur tranquilla. ſed cum viuitur ex rapto. nemo ſecurus viuit, affert enim ſecum iniuſtitia: quæ Ariſtoteles in libello de virtutibus congeſſit: *eſt enim,* inquit, *iniuſtitiæ patria violare, & inſtituta, & iura nec parêre legibus nec magiſtratibus, mentiri, peierare, tranſgredi conuentiones, & fidē fallere. comitem autem iniuſtitiæ ſe addit calumnia, iactantia. humanitatis aſſimulatio, malignitas, calliditas.* quæ omnia propria ſunt illius, qui errorem iniuſtitiæ ſectatur. & ipſius propria vox illa Sap.2.v.11. *ſit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ, quod enim infirmum eſt, inutile inicenitur.* Nolunt impij iure agere, vel à ſenioribus moneri de iure partibuſque officij ius, vt dicitur, ſtatuunt in armis, in potentia, in viribus; qui enim præualeat valere, nihil fieri imbecilles, infirmos, impotentes: qui plus valeat robore pluraque ſibi comparet, legibus obtemperare cenſendum magis, iuſtitiamque ſeruare, qui illud nequi verit repellendum vt nequam, & inutilem. itaque iuxta fortitudinem ſuam legem iuſtitiæ conſtituunt robori, & viribus leges ſuas confirmant. ſicut dixit Iuuen. Satyr.6.

Cum viuitur ex rapto nemo ſecurus viuit. Ariſtot. Sap.2.v.11. *Impij nolūt iure agere.* *Impij habēt propriā voluntatem pro iuſtitia.* Iuuenalis.

Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

Huc pertinet illud adagium Luciani, qui ius in manu reponunt, quique ius in manu poſuerunt. Pyrrum è liberis quidem adoleſcens admodum interrogabat, cuinam eſſet relicturus regnum? is reſpondit: Quicumque veſtrum acutiorem habet gladium. In hos igitur, qui vires gerunt, & quibus, vt Ennius ait, ferro geritur res, quibus ius eſt in armis, & quibus leges inter arma ſilent per ironiam recte torquebitur, αὐτηρεσων ἡ αὐτῇ κυρία. vide adagia Pauli Manutij & noſtrum Delrium adag.358. tom.2. Ennius.

Hoc confirmatur ex eo Habac.1.v.3.vbi hanc iacit Propheta querelam ad Dominum: *Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam & iniuſtitiam contra me? & factum eſt iudicium & contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium, quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum.* q. d. cur eo me Domine, deduxiſti, vt quotidie illa oculis occurſent, quæ animum grauiſſimo dolore conſautiant. Prædam dico, corrupta iudicia, venale forum, in quo iuſtitia, & æquitas potentiorum calumniæ & contradictioni ſuccumbunt, &c. quia ergo gentes hac iniquitate & iniuſtitia laborant, & ipſæ ſunt, quæ prædis, & iniuſtitijs fœdantur, & à quibus laceratur lex, & iuſti excarnificantur, ideo illas execratur Deus, & volens iuſtos, à peccatis iniuſtitiæ, & auaritiæ compeſcere, ait Eccleſiaſticus; *& execrabilis eſt iniquitas gentium,* id eſt, vitia iniuſtitiæ & auaritiæ, quæ à gentibus committuntur execrabilia ſunt Deo, & hominibus, & ideo debent homines, qui diuinas leges ſeruant, ipſa potius fugere, &c. 66.

Iniuſtitia damnatur. Habac.1.v.3. *Gentes iniquitate & iniuſtitia laborant.*

VERS VIII.

Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.

Senſus.

R*egnum à gente.* &c. q. d. Cum iniquitates gentium ſint, iniuſtitias committere, iniurias inferre, & contumelijs afficere, opeſque dolo partas congregare: principes monendi ſunt, ne has gentium iniquitates imitentur, quia ſicut eorum regna, & imperia volente Deo, ab illis in alios tranſlata ſunt: ſic eodem permittente Numine Chriſtianis Principibus ſimilis tranſmutatio continget. nam ſua regna ab alijs vſurpabuntur in vltionem ſuperbiæ, & iniuſtitiæ, &c.

Nota, & illuſtratio prima.

67. R*egnum à gente in gentem transfertur,* &c. in Complutenſibus deſideratur τὸ *contumelias.* & *dolos* vocat *opes doloſas*, id eſt, dolo partas. Pro *iniuſtitias* eſt in Græco ἀδικίας, de quo diximus ſupra verſ.6. Pro *diuerſos dolos*, eſt, χρήματα δόλια, hoc eſt, opes dolo, & fraude partæ. Pro *iniurias* eſt, ὕβρεις, quod ſignificat, vt ſuperius diximus, iniurias contumelioſas, ideò addidit vulgatus, *contumelias,* id eſt, iniurias contumelioſas, & petulantes. Propter has enim iniquitates, quas committere ſolent gentes, id eſt, principes gentiles aufert Deus ab eis regna, & principatus, & alijs tradit in vindictam ſuperbiæ & auaritiæ. Sic explicat Rabanus dicens. Huius ſententiæ veritatem omnium pene gentium notant hiſtoriæ, & cauſas diuerſorum populorum oſtendunt. Nec hoc ignorare poteſt, qui Chaldæorum & Perſarum Græcorumque potentiſſima regna ſubuerſa legit, & Romanorum regnum vacillare conſpicit, nec ſtabile aliquid in mundo eſſe perpendit.

Hoc primo illuſtratur ex eo Prou.28.v.2. *Propter peccata terræ multi principes eius.* Quæ verba varie ab interpretibus explicantur. ſed Janſenius accuratius, quem ſequitur noſter Salazar ſcilicet, ob grauia crimina, quæ populus conniuentibus regibus perpetrare ſolet, Deus ipſoſmet reges ſeuerius punire ſolet, adeò vt illos nequaquam diu regnare permittat, ſed multi alij poſt alios ocius ſublati intereant, Druſius tamen hunc locum citat in confirmationem noſtræ ſententiæ, & videtur intelligere peccata terræ, non ſolum, quæ à popularibus perpetrātur, ſed præcipue ab ipſis regibus, propter quæ tollit Deus regnum his, & transfert in alios.

Ob peccata populi Deus punit ſeuere reges. Janſen. Salazar. Druſius.

Deus transfert regna & mutat tempora. Dan.2.v.21. Corn.

2. Præcipue illuſtratur noſtra ſententia ex eo Dan.2. v.21. vbi cum reuelatum eſſet ei myſterium ſumni Nabuchodonoſor, referens pro eo gratias, Deo inquit: *& ipſe mutat tempora & ætates, transfert regna atque conſtituit,* &c. q. d. vt explicat Corn. Deus ſingulis Monarchijs, regnis, & regibus, ſuum tempus, viciſſitudinem, terminum, & tranſlationem conſtituit. vt v. g. Aſſiriorum monarchia tot annis ſtaret, & deinde transferretur ad Babylonios: hæc ſtaret in Nabuchodonoſor & Balthaſare, inde transferretur ad Medos, & Perſas: hæc ad Græcos, hæc ad Romanos, hæc ad Chriſtum. Ergo dicitur Deus transferre regna, vt intelligatur in manu Dei eſſe omnem, poteſtatem, & dominationem, quæ eſt in terris, vt ſuperius diximus verſ.4. Arguit præterea tranſlatio regnorum breuitatem, & inſtabilitatem rerum humanarum, ne videlicet Principes viribus ſuis, boniſque confiſi, ſecuros ſe ac beatos putent. Sed in præſentiarum affirmat Eccleſiaſticus transferre Deum regna ex vna gente in alias propter impietatē, & iniquitatē. Nam à Chananæis regnū tranſtulit ad Judæos, à Saule ad Dauidem, à Salomone ad Jeroboam. Hoc etiam confirmatur ex eo Dan.4. v.14. vbi dicitur: *Donec cognoſcant viuentes, quoniam dominatur excelſus in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper eum.* De ſenſu genuino huius loci vide infra verſ. 17. vbi de collocatione humilium pro ſuperbis.

Transfert Deus regna vt intelligatur eſſe in manu Dei omnem poteſtatem. Dan.4.v.14

Tandem hæc regni tranſlatio *à gente in gentem* prouenit, vt ait Eccleſiaſticus, ex iniquitatibus regum. *Propter iniuſtitias,* ſcilicet, *iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.* Pſal.72.v.19. aiebat Dauid: *Perierunt propter iniquitatem ſuam.* & filius eius Salomon. Sap.5.v.24. *Malignitas,* inquit, *euertet ſedes potentium:* id eſt, potentes euertuntur propter malignitatem ſuā. Principes enim ſua abutuntur poteſtate in committendis iniuſtitijs, & iniurijs. nā cum in eis *ſit pro ratione voluntas & fortitudo eorū lex iuſtitiæ,* ob leues cauſas ſolent has iniuſtitias, & contumelioſas iniurias committere. ex voluntate enim deprauata, quæ ſcelera non orientur? tamquam à radice iniquitatis prodeunt germina iniqua: hæc radix eſt ſuperbia, nec non auaritia. Ideò addijcit: *diuerſos dolos.*, quod in Græco eſt, *opes doloſas*, vel *pecunias fraude partas.* cum auaritiæ cor humanum ſuccumbit, multa committuntur crimina, vt opes dolo, & fraude acquirantur. vel fiant homines doloſi, vt explicauit Druſius, vide iniuſtitias & iniurias, & contumelias, quas Principes Iſrael ſub nomine agricolarum commiſere, vt in parabola vineæ enumerantur Matth.21. v.35. interficiendo ſeruos patris familias & contumelijs illos afficiendo, & quod horrendum fuit, filium Dei crucifigendo, vt, vi, dolo, & fraude vineam acquirerent auaritiæ, & cupiditati ſubiecti? Ideo tranſlatum fuit regnum à gente in gentē, vt adimpleretur quod Chriſtus Dominus illis enuntiauit verſ.43. cum dixit: *ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei* (id eſt, Eccleſia Chriſti) *& dabitur genti facienti, fructus eius.* Concludit Palacius poſtquam hæc quatuor iniquitatum genera declarauit: Igitur cum hæc quatuor iniquitates in aliquo regno abundarint, eius tranſlatio proxima eſt.

68. *Tranſlatio regni à gente in gentem prouenit ex iniquitatibus regum.* Pſal.72. v.19. Sap.5 v.24. Sap.2. v.11. *Cum auaritia cor humanum ſuccumbit multa committuntur crimina.* Matt.21. v.43. Palacius.

VERS. IX.

Auaro autem nihil eſt ſceleſtius: quid ſuperabit terra, & cinis.

Senſus.

69. A*uaro,* &c. q.d. Si cognoſcere volueris cauſam, & rationem, quare Deus regna transferat à gente in gentem, ſcito nullam aliam eſſe, quam auaritiæ, & ſuperbiæ inſeruire. nam quid homine auaro deteſtabilius. qui per auaritiam pleraque iniuſte committit, nihil etiam eſt iniquis ſuperbo, qui cum multā habeat, quæ ad ſe humiliandum, & deprimendum inuitent & prouocent, cum de terra plaſmatus ſit, & in cinerem redigendus; tamen quaſi ſuæ conditionis immemor factus, agitatur arrogantiæ fluctibus & rebus ad voluntatem fluentibus, & ex animi ſententia ſuccedentibus intumeſcit, & ita effertur, vt pro Deo prope modum ſe haberi & adorari velit, &c.

Notæ.

A*uaro autem nihil eſt ſceleſtius.* Alij codices non habent *Tò autem* alij *enim*; Complutenſes: *quidem enim.* ſed melius vulgatus *autem*, id eſt, ergo, vel quia. reddit enim rationem, quare ob iniuſtitias, & varios dolos transferantur regna, nam nihil eſt iniquius principe auaro. Apud Complutenſes tranſponuntur hemiſtichia, prius enim ponitur: *quid ſuperbit,* &c. & poſtea: *Auaro,* &c. LXX. omittunt. *Auaro autem,* &c. & habent ſecundam partem. *quid ſuperbit,* &c. quam omittit Tygurina. Druſius imitatur Complutenſes. *Pro auaro* eſt in Græco φιλαργυρε, à nomine originali, ΑΡΓΥΡΟΣ, quod eſt argentum componitur φιλάργυρος, quod eſt amans argenti, cupidus pecuniæ, auarus. ait igitur Eccleſiaſticus. Ratio quare Deus transfert regna propter iniuſtitias, iniurias, calumnias, & pecunias, fraude acquiſitas, eſt, quia ſibi valde diſplicet Princeps auaritiæ inſeruiens, nihil enim eſt homine auaro, & pecuniæ cupido, pecuniæque amante ſceleſtius.

Sed antequam illuſtrationem ſubijciamus, quæro, cur vocat Sirach. *auarum ſcelestiorem* omnibus? auaritia enim per ſe, licet ſit peccatum graue, ſed non grauius, cum odium contra Deū, deſperatio, perfidia, blaſphemia, peieratio, aliaque ſimilia præcedant grauitate auaritiæ. Reſpondet Palacius, nihil ſceleſtius, & iniquius, quia à nullo expectari? maiora mala poſſunt, quam à principe lucri gratia, ius faſque corrumpente, & plane textus Græcus *pro iniquo* legit, ἀνομώτερον, id eſt magis contra leges. Quid vero magis eſt contra leges, quam princeps auarus? vt qui boni publici conſeruator eſt, is ſit eius deſtructor gratia boni priuati, &c. Sed reſpondeo 70.

Quare vocatur auarus ſceleſtior alijs cum auaritia non ſit grauius peccatum. Palacius.

Licet avaritia non sit peccatum grauius, at est radix malorum.

spondeo vocare ecclesiasticum *auarum scelestiorũ*, quia licet auaritia in se non sit grauius peccatum, at ipsa ad alia grauiora crimina patranda prouocat, & quasi eminenter in se continet cupiditas fere omnia scelera, vt patebit volenti per cætera peccata percurrere. Quodnam grauius peccatum quam Deum ipsum factum hominem vendere vili pretio, vt morti traderetur? nullum læsę maiestatis huic potest ęquari. Huius autem tam horrendi sceleris causa fuit auaritia, erat enim Iudas amans argenti, & cupidus, & auarus.

Quales fructus de auaritiæ stirpe nascantur. D. Leo papa

Sufficiat ad huius veritatis confirmationem testimonium D. Leonis P. Serm. 9. de Pass. tractans de Juda: *videte dilectißimi, & prudentes inspicite, quæ germina, & quales fructus de auaritiæ stirpe nascantur, quam merito Apostolus radicem omnium malorum esse definiuit. quia nullum peccatum sine cupiditate committitur, & omnis illicitus appetitus istius auiditatis est morbus*, &c. *Hinc perfidus Iudas inebriatus veneno, dum sitit Lucrum peruenit ad Laqueum, & tam stulte impius fuit, vt triginta argenteis & dominum venderet, & magistrum.* Confirmat hoc id virgilij Ænei. 3.

Virgilius.

Fas omne abrumpit, Polidorum, obtruncat, & auro.
Vi potitur. Quod non mortalia pectora, &c.

Vide quæ de hoc diximus fusius cap. 8. vers. 4.

Prima illustratio.

71. *Auaro nihil scelestius.*

A*Varo autem nihil est scelestius.* Quia sæpe de hac materia sermonem instituit Ecclesiasticus, in huius sententiæ illustratione nolo esse longior quam par est: congeram tamen quæ ad explicationem huius. sententiæ pertinebunt. D. Paulus 1. Timot. 6. v. 10. Veritatem huius hemistichij confirmauit, cum inquit: *Radix omnium malorum est cupiditas*, id est, auaritia, nam ex hac radice omnia mala, quæ contra diuinam, & humanam legem committuntur pullulant. *Quæ non mortalia pectora cogit auri sacra fames?* D. Chrys. tom. 3. hom. 25. in cap. 9. Act. Apost. vocat auaritiam omnis *iniustitiæ comitem.* Et hom. 60. in c. 5. Ioan. inquit: *Quæ vtilitas, dic queso cum quispiam intente orationibus vacat, & auaritiæ studijs, & terræ incumbit; atque omnium malorum matrem in animum suum inducit? Radix enim, & mater omnium malorum auaritia est, hanc formidemus hanc, fugiamus, hoc peccatum orbem terrarum perdidit, hoc omnia confundit, hoc à fælicißimo Christi seruitio nos abducit*, &c. Pende id, est, *mater*, &c. id est, sicut filij facilem accessum habent ad matrem, & se in omni occasione confugiunt, vt iuuentur ab ea: nam ipsa eos nutrit, & suis sumptibus alit, & amplectitur, & fouet aliaque matris officia exercet: sic auaritia mater est omnium malorum omnia enim crimina ad ipsam confugiunt. vt ab ea adiuuentur, nutriantur, foueantur, &c.

1. Timot. 6. v. 10. — D. Chrysost. *Auaritia omnis iniustitiæ comes.* — *Auaritia mater & radix est omniũ malorum.*

72. *Nihil est malorum quod auaritia non concipiat & pariat.* D. Valeria.

Confirmat hoc S. Valerianus citans eundem locum Apostoli dicens: *& vere si respiciamus ad singula, quibus ab initio vitam suam habendi studio, conditio humana constituit, nihil est malorum quod non cupiditas, aut concipiat, aut parturiat, aut pascat, aut nutriat ex hoc enim fomite videmus pullulare odiorum causas, hinc euenire criminum pugnas, hinc fraternas acies instrui, hinc amicitiarum fœdera dißipari, Nemo ergo singulis infirmitatibus proprij doloris crimen adsignet, nam cum omnia vitia constent nominibus suis, pendent tamen sceleribus alienis.* Nota S. Valerianum eodem nomine matris auaritiam appellasse, cum affirmat cupiditatem concipere, parturire, pascere, nutrire alumnos suos auaros scilicet, & auri cupidos. Quare (inquit ipse valer. *Qui compescit auaritiam obtinet de vitijs victoriam.*) *compesce auaritiam, & non dubie de omnibus vitijs poteris obtinere victoriam.*

Psal 118. v. 36. D. Hilarius

Hinc est quod Dauid Psal. 118. v. 36. postulet à Domino: *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam*, vbi D. Hilarius *Omnia propheta ad manus Dei retulit, vt cor eius in testimonia inclinetur.* q. d. de manu, aut voluntate Domini procedit studium, seu amor, qui nos ad obseruanda Dei mandata prouocat; cupiditas autẽ, quæ ad bona temporalia quærenda nos alicit, ex nostra concupiscentia nascitur. Sic dixit Apollinaris: *Incumbente hominis corde ad mala ab adolescentia sua, Deo opus est, qui illud ad iustas actiones transferat.* Sed si Dauid petebat sui cordis inclinationem ad omnia præcepta diuina custodienda, cur non postulabat à Domino declinationem omnium vitiorum, vt omnia peccata diuinis præceptis opposita precaueret, sed solum, vt se abstineret ab auaritia? si ex vna parte omnia mandata Dei proponebat vt illa obseruaret, cur ex alia non constituebat omnia vitia vt illa omnia declinaret? Respondeo superfluum esse vitia omnia, & peccata enumerare, vt ab illis abhorreret nam postulans auxilium ad auaritiam præcauendam, postulat etiam ad omnia vitia declinanda, quia cum auaritia vel cupiditas radix sit, vel mater omnium malorum, qui radicem extirpat & matrem vitat, omnia vitia simul euellit, & omnia mala simul cum matre deuitat. sic dixit D. August. tom. 10. lib. 50. hom. hom. 8. *Beatus Apostolus vt nobis veræ ac perfectæ charitatis dulcedinem commendaret, amaritudinem cupiditatis nobis exposuit, & velut peritißimus, ac spiritalis medicus, quid fugere, & quid expetere debeamus ostendit, & quia radix omnium malorum est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas, & simul ambæ esse non poßunt, nisi vna radicitus euulsa fuerit, alia plantari non poterit, sine causa aliquis conatur ramos insidere, si radicem non contendit euellere. Quantum poßumus studeamus amaritudinem auaritiæ fugere, si volumus ad charitatis dulcedinem peruenire.*

Apollinaris — *Cur Dauid non postulauit declinationem omnium vitiorum.* — *Qui cupiditatem vitat omnia euellit vitia.* D. August.

73. *Sodoma destructa propter auaritiam* — Ezech. 16. v. 49. — Cornelius

Porro inter alia vitia, quibus Sodoma, & reliquæ vrbes iram Dei prouocauerunt, vnum fuit auaritia. Sic dixit Ezech. 16. v. 49. *Ecce fuit Iniquitas Sodomæ superbia, & abundantia.* In hac abundantia rerum intelligitur auaritia. Sic explicuit noster Cornel. Tertia est abundantia rerum, de qua dixit Apostolus. *Radix omnium. malorum est cupiditas.* Jgitur vnum ex primis peccatis fuit auaritia, & quia auaritia in se cætera vitia continet, ennumerans *abundantiam*, id est cupiditatem radicem omnium malorum, omnia mala sodomorum enumerat. Quare ergo cum Deus ad se vlciscendum de sodomitis auaris descendit, ad Domum Abraham diuertit vbi benigne excipitur, & tamquam hospes, & peregrinus suo pane vescitur? num in domo sua diuersatur, vt animum iratum, & vexatum cogitatione vindictæ aliquantulum relaxet? minime. Sed cum vellet vindictam sumere de auaritia, superbia, & crudelitate Sodomorum, & in Luxuriam, & cætera comitantia vitia seuerè animaduertere, adit domum hominis liberalis, & in dandis muneribus prolixi, vt gladium furoris sui (erat enim Deus ira inflamatus & vehementer commotus) exacueret, & vult prius à iusto munifico perhonorifice, & perliberaliter tractari, vt melius excitetur ad vindictam auaritiæ, & sic omnibus

Quare cũ Deus descendit ad puniendum Sodomam diuertit ad Domũ Abraham

Vult Deus a iusto bene tractari vt excitetur ad vindictam auaritiæ.

nibus notum fiat, iuste Deum vltionem sumere de ijs, qui auaritiæ inseruientes, cuncta crimina committere ausi non sunt: & vt vindictam, & animaduersionem fugiant homines, fugiant cupiditatem, quæ in se omnia mala continet. siquidem in ea inuenitur copia vitiorum sic dixit Iuuen. sat. 1.

Iuuenalis

Quid enim saluis infamia nummis?
Et quanta vberior vitiosum copia quanto
Maior auaritiæ patuit sinus?

Menander

Et Mænander aiebat:

Id nempe dicis omnium quod est caput
Malorum: auaritiam mihi cum nominas.

Auaritia metropolis omnis improbitatis. Stobæus

Et apud Stobæum ser. 10, Bio auaritiam dicebat omnis improbitatis esse metropolim. & Chilon dicere solebat, hominum bonitatem ita auro probari, quemadmodum aurum lydio lapide, ostendens permultos, qui alijs vitijs diu restiterint, opum auiditate persæpe à virtute deduci & qui aduersus opes constans fuerit, cum de cæteris vitijs facilius victoriã reportaturum. sic apud Fulg. lib. 7. cap. 2.

Fulg.

Ergo ait Ecclesiasticus: *auaro nihil esse scelestius.*

74. *Auaro nil scelestius quia omnia vitia in eum confluunt.*

Quia omnia vitia in eum confluunt *radix* enim *omnium malorum est auaritia.* Quare dixit Zeno Serm. 3. de auar. *Hac enim matre, eademque magistra: vniuersa quæ diximus, sed & alia multa, imo omnia vndique sine pausa, quæ scaturiunt mala nascuntur, atque concelebrantur: quæ condemnare falso humanitas gestit. Camelum enim glutiens culicem liquat: renuit stillas criminum, & auaritiæ, vnde criminum fluenta funduntur ebibit fontem*, &c. D. Chryst. tom. 3. hom. 51. in c. 7. Ioan. dixit *intelliges profecto nihil turpius, nihil scelestius rapina, & auaritia* sed cum in omnibus execrabilis sit auaritia. sed multo magis in principibus, in quibus sæuior est. sic affirmauit Cicero. 2. offic. *Nullum est* (inquit) *vitium tetrius, quam auaritia præsertim in principibus & Rempub. gubernantibus: habere enim quæstui Rempub. non modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium.* optime igitur ait Sirach: *Auaro autem nihil est scelestius.*

Zeno. *Auaritia in principibus execrabilis.* D. Chrysost. — Cicero

Secunda illustratio

75. *Quare est quod Princeps superbiat cum sit puluis & cinis.* Palacius

Q*Vid superbit terra, & cinis?* Palacius sapientissime vero opposuit puluerem, & cinerem superbiæ cur enim Princeps superbiat cum sit ex corpore pulũs, ex anima vt cinis? Planum est, cur sit ex corpore puluis. ex puluere enim est, & in puluerem reuertetur. Porro anima sine gratia, cineri assimilatur, quia vt extincto igne, manet cinis sine luce, & splendore, & vita præcedenti: ita extincta Charitate manet anima velut cinis, sine gratiæ vita, & splendore. sic Pal. Sed quid superbia cum auaritia? si *auaro*, dixit auctor, nihil est scelestius, cur nunc illum insultat quasi quærens causam cur efferatur? si eadem esset superbia & auaritia, optime hæc duo inter se coniungerentur, sed aliud vitium est superbia, aliud auaritia; & auctor debebat primum hemistichum confirmare, agens in secundo de eadem materia, scilicet, auarum esse cinerem, & puluerẽ. Optime tamen coniunxit hæc duo vitia, cum fere semper sibi inuicem copulentur & conectantur & mutuis obsequijs sese iuuent, *est enim auaritia* (docente Arist. lib. de virt.) *vitium animæ, per quod appetunt vndequaque lucrum.* Et paulo post: *est autem auaritiæ plurimi facere pecunias, nec id probrum putare quod quæstuosum sit. vita mercenaria & seruilis & sordida à munificentia, & liberalitate aliena.* Et secundum D. August. & D. Thom. 2. 2. q. 118. art. 1. est quarumlibet rerum insatiabilis & inhonesta cupido. At superbia licet sit, secundum D. Thom. inordinatus appetitus propriæ excellentiæ proprie etiam respicit defectũ subiectionis hominis ad Deum secundum quod aliquis se extollit, supra id quod est sibi præfixum, secundum diuinam regulam, & mensuram. Ergo cum per auaritiam appetuntur diuitiæ, generatur in anima, postquam eas homo possidet, superbia, & arrogantia appetendo inordinate propriam excellentiam. Sic eleganter dixit D. Bernard. super Missus est, circa finem: *videas plerosque in Ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos subito Intumescere, pristinæ obliti abiectionis, genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes*, &c. & D. Jsid. lib. 1. de sum. bono: *Quosdam*, inquit, *superbos diuites rerum copia facit elatos, quorum non sunt opes in vitio, sed voluntas: nam crimen in rebus non est, sed in vsu agentis, & est elatio pauperum quos non diuitiæ eleuant, sed voluntas sola in eis superbia est.* Menander etiam dixit:

Quare auctor connectit superbiam auaritiæ. — *Auaritia quid.* Aristot. — D. August. D. Thom. — *Superbia quid.* — D. Bernard. — *Multi facti diuites intumescunt pristinæ obliti abiectionis.* — D. Isidor — Menander

Quando fortunatus es maxime, ne superbias.

Qui diues efficitur non debet superbire. Aristoteles

Jd est, cum diuitijs cumulatus fueris vitio inseruiens auaritiæ ne superbias; & Aristot. lib. 5. Polit. vtrumque vitium coniungit: *Superbia enim*, ait, *& auaritia eorum qui gubernant, homines prouocant contra se, & contra statum eius reipubl. quæ ista fieri patiatur.* Tandemque enumerans Ezechiel vitia, quæ Sodomitas demerserunt in profundum malorum, & quibus iram Dei ad se vlciscendum prouocarunt, primo loco designat *superbiam*, & post eam, *abundantiam*, id est, auaritiam, vt diximus in 1. hemistichio. vide supra vers. 7. num. 55. & D. Gregor. lib. 15. Moral. cap. 25.

D. Gregor.

Cum ergo hæc duo vitia inter se connectantur postquam dixit, *nihil scelestius auaro*, adijcit Ecclesiasticus: *Quid superbit terra, & cinis?* quasi insultans auaro, vult illum à superbia compescere, ante eius oculos proponens vilitatem propriæ conditionis. q. d. licet præ nimia cupiditate, & auaritia ingenti diuitiarum cumulo te ornatum videas, ne inordinate propriam appetas excellentiam efferendo te ipsum, recordare naturæ humanæ vilem conditionem, *quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Gen. 3. v. 19. id est, breui redigeris in cinerem, hoc est, breui morieris: sed quo tempore vel die incognitum reliquit Deus, cuius rei rationem reddit Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 25. *Ad hoc valet, & illud, quod eiusdem mortis, diem vel horam homini incognitam esse voluit, vt dum nescitur quando sit, quæ sine dubio futura est, semper sollicitum reddat, semperque suspectum superbire non sinat.* & cap. 24. dixerat: *Quomodo animæ mortem & futurum in fine sæculi iudicium surdis auribus præterimus, qui cras morituri, hodie superbimus?* ideo igitur superbit homo, quia propriæ miserrimæ conditionis obliuiscitur cum cinis sit, & puluis, & in puluerem redigendus. Sic eleganter dixit Menander poëta Græcus: 76.

Auaritia & superbia facile inter se connectuntur — Gen. 3. v. 19. — Rupertus — *Quare voluit Deus horam mortis nesciri.* — *Superbit homo quia obliuiscitur mortis.* — Menander.

O miserrimi terque quaterque
Omnes? qui de se magnifice sentiunt inflati?
Ignorant enim illi hominis conditionem.

Jgitur qui diuitijs abundat intumescere solet, & superbire; necesse est autem illi, reuocare in memoriam terram esse & cinerem, vt pudibundus quærat latebras. est enim homo pauonis instar, cum ornatus incendit fulgentibus pennis. Sic de eo docuit Plinius lib. 10. c. 10. *Omnesque reliquas in his pauonum genus cum forma, tum intellectu eius* 77.

Homo superbus pauoni assimilatur — Plinius.

&

& gloria. Gemmantes laudatus expandit colores aduerso maxime sole, quia sic fulgentius radiant. Simul vmbræ quosdam repercussus cæteris, qui inopato clarius micant conchata quærit cauda: omnesque in aceruum contrahit pennarum quos spectari gaudet oculos. Idem cauda annuis vicibus amissa cum folijs arborum donec renascatur iterum cum flore, pudibundus ac mærens quærit Latebram. Vulgo etiam dicitur pauones pedes habere deformes, & cum ante oculos eorum obuersantur ipsi deprimuntur, aceruumque pennarum contrahit quasi pudibundi, ac mærentes. Pari etiam modo superbi, qui pauonum instar expandunt colores diuitiarum, quibus fulgentius radiant, cum se cinerem & puluerem esse considerant, non solum non spectari ab oculis gaudent, sed pudibundi, & mærentes quærunt latebras, vbi vilitatem suæ naturæ & conditionis perpendentes deprimuntur & humiliantur. Nam quid *superbit terra & cinis?* id est. qui cinere, & terra compactus est, quare superbit, nullam habens rationem, quæ ipsum efferat, & eleuet, &c. Diuitiæ enim & rerum abundantia, quæ hominem superbum, & insolentem faciunt, externæ sunt, & ex terra acquiruntur, & tandiu apud eum permanent, quandiu diuina patitur prouidentia. Quod autem habet intus, nihil aliud est, quam puluis & cinis, quæ corruptionem generant, & vilem, despectamque naturam, & conditionem humanam faciunt. Si hæc ita sint, *quid superbit* homo licet diuitijs instructus sit & opulentus cum enim ex terra formatus sit non habet vnde efferatur, & intumescat, &c.

Pauones pedes habēt deformes & quare.

Qui suam miseriam considerat superbiam facile deposuit.

VERS. X.

Nihil est iniquius quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua.

Sensus.

78. Nihil est, &c. Quasi dicat: nihil est, quod ita demonstret, quam iniqua sit pecuniarum cupiditas, & auaritia, quam pro illis acquirendis habere, vel facere hominem venalem animam suam, quia cum pro pecunia acquirenda fiant rerum venditiones, pro hac re licet per sese sit vilissima, etiam vitam suam & animam rem pretiosissimam, ac magno pretio æstimabilem periculo exponit, & perdit. *quoniam in vita sua*, &c. hoc est, etiam adhuc viuens perinde se habet, ac si omnia sua viscera eiecisset, nimirum quia omnem humanitatis, & commiserationis affectum exuit, nec sibi bonus, nec alijs, &c.

Notæ.

Nihil est iniquius, &c. Hoc primum hemistichium in originalibus Grecis desideratur, sed additum est à vulgato explicationis gratia, vt quæ sequuntur habeant, vnde explicationem accipiant. In originali enim præcedens sententia transmutauit verba, & posterius hemistichium, vt diximus. posuit loco primæ; scilicet in posteriori parte collocauit illa verba. *Auaro nihil est scelestius.* quo ordine optime sequitur *Hic enim & suam animam venalem habet.* Et superflum esset repetere *nihil est iniquius*, &c. Sed quia vulgatus mutauit ordinem verborum, & in vltima parte dixit. *Quid superbit terra, & cinis?* opus habuit iterum recolere prima verba præcedentis sententiæ, vt sensum sequentibus verbis redderet. Quare exorditur hanc sententiam. dicens *Nihil est iniquius*, &c. Vt optime sequantur hæc verba. *Hic enim, & animam suam venalem habet.* Quæ verba cum primo hemistichio omittunt LXX, & tantum habent *quoniam in vita proiecit intima eius.* & cum etiam præcedentis sententię prima verba ommisissent. scilicet. *Auaro autem nihil est scelestius.* Sed tantum legerunt. *Quid superbit terra, & cinis?* possunt hunc sensum accipere: quare sese effert, & intumescit homo cum sit terra, & cinis ideo in vita sua tot angoribus, & laboribus illum agitari feci, vt oppressus in suæ vilis conditionis scientiam veniret, & se esse cinerem & puluerem plane fateretur cum nos volumus exaggerare violentiam quam alicui inferimus ad aliquid ex eo extrahendum, dicimus: *Harele echar las entranias por la boca*, vt sic fateatur quod ab illo quæritur. Sic ait Sirach. secundum lectionem LXX. cum homo insolentius effertur oblitus suæ vilis conditionis, quia puluis, & cinis, Deus ita laboribus, & angoribus animi illum comprimit, quasi proiiciens viscera eius, vt plane confiteatur se esse terram, & cinerem; vt cum Nabucodonosorem qui superbiuit, depressit, ad hoc vt cognosceret suam abiectam conditionem &c. Sed de hoc alias.

Rursus, pro *intima sua* est, in Greco ἐντοσθία à nomine Græco ΕΝΤΟΣ, quod est intus, intra, *entosthia* significat intestina, interanea, interiora, siue extra, viscera, tam de brutis, quam de hominibus vulgatus legit facit. ἐκσπλαγχνον ποιεῖ. verbum *poieo* multa significat facio, efficio, ago, item conferre, comparare, vt comparo tibi pecuniam. Item pono, colloco, versor, & alia. Quæ verba desunt in Aldo. & in Basiliensi editione, & in Romana at in complut. & in Pagni & in vulgata inueniuntur.

prima Illustratio.

Nihil est iniquius quā amare pecuniam. dixit iniquius, id est, non æquum, quia auarus 79.
quærit pecunias, & comparat Per fas, & per nefas, & plures iniquitates committit dum modo eas acquirat id est, nihil homine auaro, & pecuniarum cupido, & amante iniquius, & scelestius. Quia cum pecunias comparare expositum sit periculo tot crimina committendi, qui in illis acquirendis, peccata futura non præcauet, necesse est persæpe in multas iniquitates incidere; obcæcantur enim auari nimio diuitiarū amore, seu potius auri, & argenti fulgurante splendore omnesque difficultates absorbent, atque hauriunt animo, omniaque pericula subeunt vt comparent eas: & ideo nō dubitant quæcumque crimina & scelera perpetrare: &c. Rationem huius auiditatis reddit Salomon Eccles. 5. v. 9. vbi ait *Auarus non implebitur pecunia*, pecuniarum amator insatiabilem sitim earum recipit, cum locupletari desiderat:

Auarus in comparandis pecunijs iniquitates committit.

Auarus non impletur pecunia.
Eccles. 5. v. 9

Nam semper auarus eget,

Vt dixit Flaccus & instar hydropici semper sitit, explicans D. Ansel. illud Luc 14. v. 2. *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum*, inquit, *Hydropicus iste, qui erat in domo principis Pharisæorum typus fuit populi, qui erat in synagoga Iudæorum, auaritiæ morbo laborans. Hydropicus enim quo amplius bibit, eo amplius sitit. Sic & auarus quo magis pecuniam auget. eo magis pecuniæ siti ardet, & ei crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*

Flaccus. D. Anselm. *Auarus hydropico comparatur.* Luc. 14. v. 2.

80. Hanc sitim pecuniarum expressit Dominus Jsa. 5. v. 8. cum inquit: *Væ qui coniungitis domum, ad Domum, & agrum agro copulatis, vsque ad terminum loci*, &c. q. d. infelix est, & pessime fortunatus, qui ita se auaritiæ subiicit, vt tyrannide opprimat horphanum domum illius pro sua vendicando, & viduam humano auxilio destitutam oppugnando, bonaque sua diripiendo, vt domum eorum domui suæ adiungat, &c. Si hic diues omnibus bonis cumulatus est, & multas sibi diuitias comparauit, cur tanto studio contendit alienas opes congerere vt ditior fiat? dixit enim D. Ambros. tom. 1. lib. 1. de Abrah. cap. 3. Gene. 13. *Nihil enim satis est diuitum cupiditati. Quanto ditior quis fuerit tanto auidior ad possidendum est?* Respondetur quia auarus hydropisis morbo laborat, & sicut hydropicus quanto magis ebibit tanto amplius sitit, sic auarus eo magis pecuniæ siti ardet, quo ipsa pecunia crescit. sic ait D. Cyril explicans locum Jsaiæ: *Quiescet enim numquam, neque desinit ad proximi bona assilire: quod nondum adest, sitit, & quæ nondum parata sunt, concupiscit.* Audi Christianum Philosophum, & Poetam hæc apprime versantem: Boetium Scil. lib. 2. de consol. Philosoph. metr. 2. quem citat noster Cornel.

Sitis pecuniarum expressa in Jsaia. Isai. 5. v. 8.

D. Ambros

Auarus hydropisis morbo laborat & siti ardet.

D. Cyrillus

Boetius Cornelius.

Si quantas, inquit, *rapidis flatibus incitus,*
Pontus versat arenas,
Et quod stelliferis edita noctibus,
Cælo sidera fulgent,
Tantas fundat opes, nec retrahat manum
Pleno copia cornu, &c.

Cum Ecclesiastes cap. 5. v. 12. vocasset auaritiam langorem malum rogat D. Amb. in Psal. 1. Dauid *Dic mihi, ô Ecclesiastes, qua causa malus hic langor sit? Respondebit, quia multos auara spes deuorat insatiabilis edacitas cupiditatis est. Nescit satiari argento qui concupiscit argentum. Distendunt diuitiæ, non explent*, &c. Quia quanto quisque diuitias sibi accumulat, tanto magis eas semper augmentat Hinc S. Gaud. Brixiensis tract. 13. ad Neoph. *Prædatoris quoque*, inquit, *rapacitas non comprimit auaritiam, sed irritat, scriptum est enim: Qui amat pecuniam non satiabitur pecunijs Eccles. 5. Nam quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.*

Auaritia langor malus vocatur. D. Ambros.

D. Gauden.

81. Hoc confirmauit D. Greg. Naz. in oratione funebri de Plasilla: *Quid est*, inquit *pecuniæ studium? an non vere dolium perforatum toto fundo perfluens, cui si vel totum mare effundas, ea natura est, vt impleri non possit?* Sic refert Pierius lib. 6. olim in littore Africano columnam extitisse, in qua vir erat cælatus, cui serpens diro morsu sitim, quæ nulla aqua sedari poterat, efferebat; quam ob causam aderant & fœminæ, quarum quædam aquam hauriebant: aliæ aquam summopere sitienti propinabant. Quo simbolo auari hominis imaginem expressam fuisse dicit, quippe qui ab auaritia, quasi à serpente quid ipsas à verbo Græco διψάω, id est, sitio, dicitur, (quod illos, quos mordet, adeo ardenti conficiat siti, vt quo potant magis eo magis sitiant) percussus exsaturari nulla diuitiarum quantitate queat. optime dixit Seneca Epist. 53. *Vidisti aliquando canem missa à Domino frustra panis, aut carnis aperto ore captare. Quidquid accipit, protinus integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat. quod auaro euenit, cui quidquid expectanti fortuna proiicit, sine vlla voluptate dimittens, statim ad rapinam alterius erigitur.*

Pecuniæ studium perforato dolio comparatum Naz. Pierius

Simbolum auari.

Seneca.

Ergo qui hoc auaritiæ morbo laborat, vt sitim pecuniarum extinguat, plurimas cumulando pecunias, necesse est plurimas etiam iniquitates committere præter præcipuam ipsius auaritiæ, quæ ex se grauis est. & vt hanc iniquitatem fugerent discipuli, præcipit eis Christus Dominus, cum misit illos ad prædicandum aurum, & argentum à se abiicere, inquit enim Matth. 10. v. 9. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris*, &c. id est, neque feratis, neque accipiatis pecunias si aliunde præbeantur vobis alimenta. Illud pecuniam in Zonis, est in crumenis ex Zonis pendentibus, quas nos vocamus ex antiquo vsu iam abolito: *Garniel. pendiente de la pretina.* At quare tam stricte Dominus aurum, & pecuniam possidere discipulis interdixit? Respondet D. Chrysost. tom. 2. hom. 33. in cap. 10. Matth. *vt si & aliunde sumere possent recusarent tamen, ac pernitiosam hanc ægritudinem fugerent.* Quænam autē hæc numquid auaritia ægritudo? forte eam vocant ægritudinem. nam qui auaritiæ morbo laborant, egritudinem peccati non effugiunt. Alij explicant, nolle Christum Apostolos aurum possidere, ne auri, & cæterarum ad vitam necessariarum rerum sollicitudo Apostolicum officium impediret. sic Maldonatus. Glossa interlim ait. *qui alios ad contemptum diuitiarum hortamini.* q. d. quomodo contemptum diuitiarum persuadere alijs poteritis, si vos diuitias possidetis? Rabanus respondet: *Qui hæc haberent, viderentur non causa salutis prædicare, sed lucri.* Ex his omnibus solutionem difficultatis elicio, scilicet Christum dominum possidere aurum, & pecuniam discipulis prohibuisse non solum propter votum paupertatis, quo omnia relinquere promiserant, sed pręcipue, propter vitium auaritiæ. quod illos abhorrere cupiebat, auaritia enim ægritudo est, vt vocarunt eā Chrysostomus & Ambr. ex Ecclesiaste quæ instar hydropisis vehementer sitim excitat acquirendi pecunias. Si autem aurum, & argentū possiderent, sitis augeretur, quia *crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* & per consequens committerēt forte crimina, ad quæ auaritia prouocaret vt autem occasionē fugerent congerendi auare pecunias, & tot iniquitates ex auaritia procedentes euaderent, tandemque hoc lætali morbo non laborarent, prohibet Dominus possidere pecunias, &c. 82.

Quare Christus discipulis interdixit portare aurum vel argentum.

Matth. 10. v 9.

D. Chrysost

Auaritia ægritudo peccati

Maldona. Glossa. *Nullus diuitiarum contemptum persuadere potest. si ipse eas possidet.* Rabanus.

Christus dominus vitium auaritiæ discipulos abhorrere cupiebat.

Rursus, cum Christus Dominus resurrexit, inquit, D. Matth. cap. 28. v. 11. *Ecce quidā de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. & congregati cum senioribus consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus.* (quos irridet D. August. *dormientes testes adhibes*) *At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti.* Cum hoc menda- 83.

Exemplum auaritiæ in custodibus sepulchri Christi. Matth. 28. v. 11. D. August.

mendacium ita perſpicuum eſſet: vt facile teſtes redargui poſſent, cur tam copioſam pecuniam illis principes promiſerunt? ſi ipſi periculo amittendi honorem exponebantur, ſi de mendacio arguentur cur pollicentur pecuniam falſis teſtibus daturos, vt hoc tam graue peccatum committerent? Reſpondeo principes ſacerdotum exploratum habere, maximam ineſſe vim cupiditati diuitiarũ ad murum inexpugnabilẽ diruendum, & ad ſuadendum peccatum: *pecuniæ enim obediunt omnia*. nos dicimus *Todo ſe rinde al dinero*. Vt ergo militibus perſuadere poſſent, quod alias difficillimum erat, & forte non parati erant ad tale crimen committendum, vt ſcilicet in re tam graui, tam detrimentoſum mendacium contexerent (negabatur enim Chriſtum Dominum propria virtute reuixiſſe) dant operam, vt milites pecunijs copioſis expugnentur, id eſt, auaritia vel cupiditate diuitiarum oppugnentur, credentes ſe conſequuturos quod intentabant in Chriſti Domini, & diſcipulorum pernitiem: tanta eſt enim poteſtas pecuniarum. Sic dixit D. Auguſt. tom. 8. in Pſal. 63. v. 7. *Auaritia illa, quæ captiuauit diſcipulum comitem Chriſti, captiuauit, & militem cuſtodem ſepulchri*, &c. Iudas enim auaritia captiuatus eſt, vt tam horrendum crimen committeret. ſiquidem triginta argenteorum cupiditate, à Judæis oblatorum Magiſtrum ſuum, vt morti addicerent ignominioſe vendidit ſic affirmauit D. Petrus Chryſol. ſerm. 29. de auro. *Hoc*, inquit, *eſt quod Iudam fecit eſſe proditorem, vt hominem cogeret Deum negare, vendere germanum ſui ſanguinis, diſtrahere conditorem, & ipſum ſanguinem taxare pretio, quem ſponte Dominus erat noſtrum largiturus in pretium*. Ergo pecunia eſt quæ tot malorum, & iniquitatum origo eſt. Quare exclamat Jacobus Philomuſus.

Quare cuſtodibus ſepulchri promiſerunt copioſam pecuniam? — Eccleſ. 10. v. 19. — *Iudæi intendebant per auaritiam obnubilare Chriſti reſurrectionem* — D. Auguſt. *Auaritia captiuauit iudam & cuſtodes ſepulchri.* — D. Chryſo. — *Pecunia malorum & iniquitatum origo* — Philomu.

Aurum deſtructor vitæ, princepsque malorum.
O quam difficiles nectis vbique dolos!
O vtinam natum numquam mortalibus eſſet,
Dulcia ſuppeditus, quæ nocumenta viris.
Te propter pugnæ fiunt, & bella mouentur,
Ad prædam & cædes corpora noſtra trahis.

Cum igitur tot iniquitates, & ſcelera committantur propter pecunias (nam vt comparentur non pauca crimina perpetrantur) nihil mirum dicat Eccleſiaſticus: *Nihil eſt iniquius quam amare pecuniam*.

Secunda illuſtratio

84. *Ihil eſt iniquius quam amare pecuniam.* Diximus in communi de auaritia, quæ fere omnes excæcat, vt gratia pecuniarum multa peccata committant; nunc in particulari de Principibus, & iudicibus agendum nobis eſt, cum præcipue Syrach. de illis agat, qui capti auaritia pecuniæ obediunt. Quæ intelligentia ſtabilitur in ſignificatione *Tò iniquius*. nam propria eſt de iudicibus, qui contra fas iniquam pronuntiant ſententiam æquitas enim pro iuſtitia ſumitur vt dixit Cicero 1. offi. *difficile eſt cum præſtare omnibus cupieris, ſeruare æquitatem, quæ eſt iuſtitiæ maxime propria*. At, iniquitas, eſt iniuſtitia, vel iniuria. ſic Plin. lib. 12. cap. 19. *Id*, inquit, *acciderit ne ob iniquitatem præpotentium, an forte non ſatis conſtat?* id eſt, ob iniuſtitiam principum, vel iudicum.

Auaritia in principibus deteſtabilior — Cicero. *Iniquitas eſt iniuſtitia & & iniuria* — Plinius.

Ergo ait Eccleſiaſticus nihil eſt, quod iuſtitiã, & æquitatem ita violet, vt cupiditas pecuniarum: ipſa enim ad multa crimina committenda prouocat quare Principes vel iudices, qui pecuniarum amore excæcantur, facile in ea violando iuſtitiam, & æquitatem dilabuntur De talibus queritur Dominus per Ezechielem cap. 22. v. 27. aiens: *Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam ad effundiendum ſanguinem, & ad perdendas animas, & auare ad ſectanda lucra*, id eſt, ſicut enim lupi rapiunt prædam vt occidant, & occiſam deuorent: ita Principes Judæorum plebeios per calumniam vel falſos teſtes, aut per vim opprimebant, & occidebant, vt in eorum bona inuaderent, auaritiæ autem inſeruientes lucri cauſa inique ius dicebant, &c.

Cupiditas pecuniarum æquitatem violat. — *Iudices qui auari ſunt violant iuſtitiam.* — Ezech. 22. v. 27.

Clarius loquitur Micheas cap. 3. v. 11. dicens: *Principes eius in muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede docebant. & propheta eius in pecunia diuinabant*, &c. q. d. Principes niſi ſpe affulſerit lucri iudicia non exercent: Sacerdotes ſi merces abſit, abſtinent à doctrina: Prophetæ falſi illas ſuas qualeſcumque diuinationes venales habent. vbi notat auaritiam Principum, qui iudicare nolebant, niſi pecuniæ eis darentur: amor enim pecuniarum maximas iniquitates generat contra iuſtitiam, & æquitatem. Sophonias c. 3. v. 3. hanc iacit querelam: *Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes, iudices eius lupi veſpere, non relinquebant in manu*. q. d. Principes quos Deus Patriæ, pauperumque cuſtodes eſſe voluit, leoninum in modum feritate fremituque terribiles graſſabantur. Iudices vero, qui legum atque iuſtitiæ vindices vſque adeo leges atque iuſtitiam prodiderunt, vt id in alienis corporibus, atque opibus faciãt, quod in alieno grege lupi Veſpertini. Sic enim ad alienas opes deuorandas anhelant, vt nihil in craſtinum ad domeſticos vſus, aut ſibi ad vlteriorem prædam amplius relinquant. Cauſa tandem huius violationis iuſtitiæ, & æquitatis, erat pecuniarum callida cupiditas, quia nihil iniquius, id eſt, nihil ita facit iniquitates committere, vt pecuniarum amor, & auaritia. Dixit D. Jſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt. 146. *Ac denique quæcumque mala quiſpiam inuenire queat, ſiue in conſilijs, ſiue in iudicijs, ſiue in domibus, ſiue in vrbibus ex hac radice ea pullulare conſpiciat*, &c. Nota id, *in iudicijs*, nam iudicia feruntur iniqua, cum amor pecuniarum iudicibus dominatur. Ideo dixit D. Chryſoſt. tom. 1. hom. in Pſal. 111. *Diſperguntur pecuniæ, & colligitur iuſtitia*, quaſi iuſtitia, pendeat à pecunijs, & ſine eis non fit iuſtitia, nec ius dicitur. Nam vt ipſe in Pſalm. 38. ait: *Cupidi pecuniarum in iudicio foroque verſantur*. Sic Petronius affirmabat, vt quiſquis haberet nummos:

85. — *Principes Iſraelitici & Sacerdotes auaritiæ inſeruiebant.* — Mich. 3. v. 11. — *Amor pecuniarum iniquitates generat.* — Sophon. 3. v. 3. — *Mali iudices ſunt Leones & lupi.* — *Nihil iniquius quam amare pecuniam.* — Iſid. Peluſ. — D. Chryſoſt. — *Cupidi pecuniarum in iudicio foroque verſantur.* — Petronius.

Et peragat cauſas, ſitque Catone prior.
Iuriſconſultus paret, &c.

Quare non dubitat Sirach affirmare; *nihil eſſe iniquius quam amare pecuniam* vel facit Palacius ſic cum multæ iniquitates oriantur ex hoc amore, &c.

Illuſtratio tertia.

86. *Ic enim, & animam ſuam venalem habet.* vel *facit*. Palacius ſic explicat hoc hemiſtichiũ: Nihil eſt iniquius auaritia, quæ non ſolum Deũ offendit, & proximo furatur, ſed ipſum auarum omni bono defraudat, facitque vt vendat animam, ac vitam, & ſuam ſuſtentationem, ne expendat pecuniam. Dionyſ. ſic expendit. habet venalem, quia pro pecunia obtinenda, aut conſeruanda peccat mortaliter: ſicque animam ſuã tradit ſeruituti peccati, & iugo diaboli. & quãuis omnis mortaliter peccans hoc faciat, ſpecialiter tamen auarus dicitur animam ſuam tradit ſeruituti peccati, & iugo diaboli. & quamuis omnis mortaliter peccans hoc faciat, ſpecialiter tamen auarus dicitur animam ſuam habere venalem, quia pecunia pretium eſt venditionis, & medium emptionis. Itaque ratio quare per auaritiam homo animam ſuam venalem facit, eſt, quia cum pecunia pretium ſit cuiuſlibet rei, quę emitur, inde ſequitur quod qui perdit animam in commutatione pecuniæ, venalem facit illam: vendit enim pignus prætioſum animæ in pretium, & commutationem pecuniæ, quæ pactio, aut conuentus iniuſtus eſt, nam pro vili prætio commutat rem inæſtimabilem omni prætio dignam. Hoc pactum aſſimilatur illi quod Eſau inijt cum Jacob, ait enim ſcriptura Gen. 25. v. 31. *Vende* (dixit Jacob) *mihi primogenita tua. Iurauit ei Eſau, & vendit primogenita. & ſic accepto pane, & lentis edulio comedit, & bibit, & abijt, paruipendens quod primogenita vendidiſſet*. Quid per Eſau niſi auarus intelligitur? Quid per primogenita niſi anima gratia & bonis ſpiritualibus decoratam? ergo ſicut Eſau rei viliſſimæ cupidus, pro ea rem prætioſiſſimam, primogenituram ſcilicet, commutauit: ſic auri, vel pecuniarum auidus, rem inæſtimabilem, qualis eſt anima, quę omne terrenum pręțium ſuperat, dat in commutationem pecuniarum, quæ paruo pretio penduntur, ideò auarus in hora nouiſſima rationem anteactæ vitæ redditurus pœnitentiæ locum non inuenit. ſicut Eſau, de quo Paulus Heb. 12. v. 17. inquit: *& poſtea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus eſt, nõ enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquiſiſſet eam*. hæc impœnitentia & reprobatio propria eſt auarorum, qui animam ſuam venalem *fecerunt*.

Auarus vendit animam ſuam pro pecunia. — Palacius — Dionyſ. — *Quomodo auarus faciat animam ſuam venalẽ* — Gen. 25. v. 31. — *Per Eſau auarus ſignificatur, qui primogenita vendidit, &c* — Heb. 12. v. 17.

87. Rurſus, hęc fuit exprobatio, quam intulit Dominus Iſraelitis, cum cum per Iſaiam eis culpam adſcribit venditionis ipſorum, dicens c. 50. v. 1. *Quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis*, &c. vbi D. Hieron. ait: *libellum repudij oſtendere nõ poteſtis, & aliquis creditor meus exigens pecuniam, me non habente, quod redderem, vos in debiti cõpenſatione non ſuſcipit, non eſt ita: ſed ego oſtendam vobis quamobrem matrem cum filijs dereliquerim. Scelera veſtra atque peccata vos dæmonibus vendiderunt, vt præſentis ſæculi voluptatibus irretiti, & vos parentem, & illam coniugem derelinqueret. Quod autem peccatis ſuis vnuſquiſque venundatur, dum proprio arbitrio derelicti noſtra voluntate vel ad bonum vel ad malũ ducimur, docet Paulus: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. Qui enim facit peccatum ſeruus eſt peccati; & quomodo auari, atque raptores ſerui ſunt mammonæ: ſic omne peccatũ dominatur peccatoribus*, &c. Nota, *quomodo auari*. Sicut enim qui peccatis ſubditur, ſeruus efficitur eorum, & ſuã vendit libertatem pro vili prætio, qualis eſt voluptas ex peccato procedens: ſic auarus, & cupidus pecuniarũ venalem facit animam ſuam, nã ipſam tradit in compenſationẽ pecuniæ, quæ vili pretio æſtimatur, quare auari venduntur in peccatis ſuis, cõparando pecunias per nefas, & ipſæ pecuniæ ipſos dæmonibus tradunt, & vẽdunt, &c. ideò Chriſtus Dominus dixit Matth. 16. v. 26. *Quid enim prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? aut quã dabit homo commutationẽ pro anima ſua?* Quid enim proderit homini pecuniarũ auido, omnes mundanas opes acquirere, ſi eas illicite comparauit, nã cum hoc modo venalẽ faciat animam ſuã, eam perdit in æternum, commutando illam pro prætio viliſſimo, mundanis ſcilicet opibus. Quod pactum initium diſſoluere non poterit, quia omnia, quæ in mundo poſſidentur, prætio animæ æquari non valent, ſicque cũ pactionem diſſoluere voluerit, dãdo ea in commutationẽ animę, reijcietur. cum pretium animæ longe ſuperet pręțiũ omnium rerũ.

Quare Deus Iſraelitas vendidit. — Iſa. 50. v. 1. — D. Hieron. — *Vnuſquiſque peccatis ſuis venundatur.* — *Sicut qui peccat ſeruus efficitur peccati ſic auarus.* — Matth. 16. v. 26. — *Quid prodeſt homini mundum lucrari ſi perdit animam ſuam.*

Hinc eſt quod dixit D. Petr. Pontifex ſummus diſpenſator diuitiarum Dei 1. Pet. 1. v. 19. *Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, ſed prætioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti*, &c. q. d. Notum ſit omnibus magno prætio æſtimãdas animas, cum in earum commutationẽ argẽtum & aurum, cæteraq; omnia, quæ in mundo magni ducuntur, nihili pendantur, quia pretium animæ lõge ſuperat omnium æſtimabilium pretium. ideoque datus eſt ſanguis Dei hominis in compenſatione earum, quia pretium huius theſauri infinitum eſt, & vna tantum guttula plures mundi redimi poſſunt, & adhuc infinitum pretium remanebit. Cum hæc ergo ita ſint magna accuſatione dignus eſt auarus, qui venalem facit animam ſuam, illam pro vili pretio commutando, & parui ſe faciendo, cum tanto pretio à Domino redimatur, &c.

Sanguine Chriſti & non auro redempti ſumus. — 1. Pet. 1. v. 19 — *Reprehenſione dignus qui pro pecunia vẽdit animam.*

Illuſtratio quarta.

88. *Voniã in vita ſua proiecit intima ſua*. id eſt, viſcera ſua auarus quaſi ex ſe abijcit lucri cauſa. Janſen. explicat hanc partẽ, vt diximus in ſenſu, de eo qui auaritiæ cauſa miſericordia, & humanitate ſe exuit, &c. Vatab. transfert. *Quia in vita ſua viſcera quoq; ſua eijcere paratus eſt, ſcilicet lucri cauſa*. hic modus dicẽdi apud nos eſt, *echar el bo ſe*, quod ſignificat nimirum laborare pro pecunia cõparanda, vel poteſt alium ſenſum habere, ſcilicet paratus eſt, vitã ſuam perdere lucri cauſa. ſic explicuit Palac. in vita abijcit vitam, non parcit vitæ, & intimis ſuis, vt pecunię parcat, hoc eſt. *la vida la eſtima en poco, y no haze caſo della a trueco de ganar dinero*. Addit Palac. Rem plane mirandam, nihil eſt intimius, quã quod homo carnem ſuam nutriat, & foueat: atqui auarus hunc intimum affectum à ſe, pecunię cauſa, abiecit, ne dicã abiecit omnẽ affectum in proximos, &c. Lyra tamen explicat de virtutibus animæ, quas proijcit auarus per oppoſita vitia, quorum *radix eſt cupiditas*, &c. ita etiam Hugo, & Dionyſ. huius autem verba ſunt: id eſt, bona interiora, ac ſpiritualia, virtutes ac merita, quæ omnia per auaritiã amittuntur. vel *intima ſua*, id eſt intellectum, & volũtatem, hoc eſt, rectum, & virtuoſum rationis iudicium, voluntatiſque vſum, auertendo has nobiliſſimas vires à contẽplatione, & amore ſummi, & incommutabilis boni, & ſubijciendo eas rebus viliſſimis, quas colit, & amat, quærit, & cogitat magis quam Deum inſtar idololatræ, qui Deo vero præfert idola, & figmenta, &c.

Auarus viſcera ſua quaſi ex ſe abijcit lucri cauſa. — Ianſen. — Palacius. — *Auarus amorem vitæ abijcit vt comparet pecuniam.* — Lyra. — Hugo. — Dionyſ. — *Auarus abijcit intellectum & voluntatem lucri cauſa.*

Interpretationem Ianſenij de crudelitate auaritiæ illuſtratam inuenies ſupra c. 8. v. 3. n. 12. & ſequentibus; nihil enim certius eſt auaritiam crudelitatis eſſe magiſtram. ſic diximus ex D. Petro Chryſol. ſerm. 29. qui vocauit *aurum crudelitatis Dominum, nam vulnerat charitatẽ, turbat quietem, docet furtum, ſuadet fraudes, imperat latrocinium*. confirmat D. Chryſoſt. to. 2. hom. 84. in c. 26. Matth. aiens: *Auaritia, omnes qui ei inſeruiunt crudeles efficit, atque atroces*. Vide tom. 4. hom. 9. in epiſt. 1. ad Cor. deſcriptionem crudelitatis auaritiæ. Judas tandem exuit humanitatis, & miſericordiæ affectum, cum ſanguinem innocentem, Chriſtũ ſcilicet dolo tradere & triginta argenteis illũ

Auaritia crudelitatis magiſtra. — D. Chryſol. — D. Chryſoſt.

Iudas exuit humanitatis affectum, vt Christum venderet.

inhumaniter vendere, decreuit. Sed quare proiecit intima sua, id est, viscera, & intestina? non enim *suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius?* Actor.1.v.18. Cur ergo hoc supplicio tanti sceleris pœnam luit? Numquid quia horrendum crimen, agnum innocentissimum morti tradendo, commisit? Non dubium. sed fortassis *crepuit medius*, quia pecuniarum cupiditas ipsum captiuauit, & compulit, vt suspenderetur, & creparet medius, proijciendo intima sua, seu viscera in pœnā auaritiæ. Sic explicuit Hugo Card. tract. de passione: *Effusio*, inquit, *viscerum significat, quod Iudas sicut vter plenus cupiditate, aut vas contumeliæ minime probatum in fornace à figulo crepuit.* D.Ambros.tom.2. in Psal.118.oct.14.dixit: *Aduertis laqueum diaboli esse diuitias, ac ne mediocrem hunc laqueum putes, hic laqueus Iudam Apostolum strangulauit.* & Iansenius in Euang. Concord.c.4.putat ad auarissimum istum proditorē Ecclesiastici auaritiam insectantis respexisse sententiam: *Quoniam in vita sua, proiecit intima sua.* Sed quare Judas auarus proiecit viscera sua? Quid cupiditas cum tali supplicio? Respondeo, pœnam esse crudelitatis, qui si ipse cum peccatum auaritiæ commisit exuit affectum misericordiæ & humanitatis, & induit se vestimento crudelitatis, ęquū erat vt viscera crudelitate vestita foras egrederetur, ad enuntiandum cupiditatis inhumanitatem, & prædicandum pœnam & supplicium auaritiæ esse, proijcere auarum intima sua, id est viscera, &c. Vide Job 22.v.7. Hic enim numquā *deriuat fontes suos foras.* Prou.5.v.16. sed claudit viscera sua ab egenis, &c.

Hugo. Iudas crepuit medius quia erat vas plenus cupiditate. D.Ambros. *Quid cupiditas cum effusione viscerum.*

89\. Secunda interpretatio, quæ docet proijcere intima, seu viscera esse omnes virtutes animæ, & merita perdere, confirmatur. nam vt ait Vates Psal.44.v.14. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.* D. Hieron. *intrinsecus.* quem locum Patres Græci, & Latini sic explicant, vt interiores, & spirituales animi dotes indicentur, nimirum, non minus ornatam esse sponsam animo, quam corpore; non minus splendere virtutibus, quam gemmis, tantā esse animi pulchritudinem, vt cum à sponso consideratur, mirabiles sui amores in illius animo excitet, cum ergo intima significent omnia interiora ornamenta, quibus homo decoratur, protinus vt auaritiæ inseruit, exuit hæc interiora ornamenta. & tot virtutibus & donis spoliatus animam perdit, *proijciendo intima sua*, &c. Forte hoc est quod Paulus Ephes.5. v. 5. dixit: *auarum esse idolorum seruitutem, & non habere hæreditatē in regno Christi, & Dei.* Ratio quare amittitur hæreditas in regno Dei, est, quia homo in hac vita abijcit ex se gratiam, & dona supernaturalia, quæ spē in animo generant hereditatem in regno Christi adipiscendi, cum hæc autem amittuntur, amittitur etiam ius consequendi gloriam. & vocatur auaritia *idolorum seruitus*, quia auaritia totum cor, & mentem hominis absorbet, & sibi vendicat, vt auarus, noctes, & dies non cogitet, non somniet aliud, quam de aucupandis, & augendis lucris, illisquē, & mammonæ corpus per assiduos labores, & curas; animam per fraudes, vsuras aliaque scelera immolat. Id enim cuique Deus est, quod semper in mente habet, animoque versat, cui totus intendit, quod pro suo habet vltimo fine, in quo totum suum cor, & amorem defigit, ad quod omnia sua studia, cogitationes, & actiones refert, cui curas omnes, & labores vitāque ipsam libentissime impendit. Quare omnia hæc, quæ auaritiæ immolare contendit, perdit, & *proijcit* quasi *intima sua.* & simul æternam hæreditatem amittit. ideò *nihil iniquius quam amare pecuniam*, &c.

Proijcere intima, virtutes animæ & merita perdere. D.Hieron. *Intima significat omnia interiora ornamenta.* Ephes.5.v.5. *Quare auaritia vocatur idolorum seruitus.*

VERS. XI.

Omnis potētatus breuis vita: labor prolixior grauat medicū

VERS. XII.

Breuem langorem præcidit medicus: sic & Rex hodie est, & cras morietur.

Sensus.

90\. OMnis potentatus, &c. q. d. vt omnes Reges, & Magistratus, quorum propria vitia sunt auaritia, & superbia, à tyrannico dominatu absterream, hanc in eorum animis veritatem inserere in magno sum desiderio scilicet tyrannorum vitam breuissimā esse. sicut enim medicus diutissimam infirmi qua grauatur ægritudinem profligare, & resecare vi & efficacibus remedijs ex animo conatur. Sic diuinus medicus cuius directioni reges, & moderatores subijciuntur [est enim vigilantissimus reipub. curator Deus] cum animaduertit regem improbum, & potentem, qui Reipub. pestis est, & velut morbus diuturnus, & confirmatus ipsam grauare Rempub. de medio tollit, vt ipsam à tyranno, quo grauabatur liberet. sicque experientia discimus regem superbiæ & auaritiæ inseruientem breuem transigere vitam, nam hodie est, & cras morietur, ne tāto tempore tyrannidè opprimat rempub, &c.

Notæ.

IN hac sententia multa addit de suo vulgatus, vt perspicuam illam reddat. nam in originali breuissima legitur: μακρὸν ἀῤῥώστημα κνίζει ἰατρὸν καὶ βασιλεὺς σήμερον καὶ αὔριον τελευτήσει. *Longum morbum incidit medicus, & Rex hodie & cras morietur.* vbi comparat regem tyrannum rempub. tyrannide opprimentem, morbo graui, & periculoso, diuturnòque, quem medicus efficacibus resecat remedijs, quem regem diu viuere non patitur, sed ne ita rempub. opprimat, tollit è medio. Drusius ad vitia reipub. refert, aiens: videtur hoc velle, vt medicus longum morbum curat secando, ita mors vitia reipub. sanat dum eos, qui ea inuexerunt è medio tollit. LXX. vtuntur verbo *cauillari.* forte vt explicent effectū ab auaritia, & superbia procedentem: sicut enim medicus in prolixum morbū cauillatur, id est, iocatur, & irridet. *no haze caso de ella.* sic Deus potentiā, & dominatum tyrannorū cauillatur, illos cito tollens è medio, vt omnes irridētes dicant: *Transiui & ecce nō erat.* Psal.36.v.36. Sed meo judicio penetrauit sensum Palacius cū affirmat, hic Ecclesiasticum respondere interroganti, quarē omnis potentatus breuis sit vita, sumpta à medico similitudine. Si medicus, inquit, inuenit languorem chronicum non periculosum, solet

Hunc versum Drusius refert ad vitia reipub. Psal.36. v.36. Palacius. *Quare omnis potentatus breuis est vita.*

eum sustinere, & per dies multos curare. At si languor breuis est, qui cito videtur infirmum absumpturus, quique inducias non patitur, tunc medicus omnem adhibet diligentiam, quo eum præcidat, & auferat. ita facit Deus si Rex non est iniquus, sed aut negligens, aut alio minore vitio languens eum sustinet, non subtrahit è medio. At si Rex iniquitate sua reipub. pestis est, hunc præcidit, nec diu eum viuere patitur. Caueat igitur Rex à potentatu tyrannico. Alias hodie est, cras morietur. Sic Palac. eumdem fere sensum sequitur Jansenius.

Iansenius.

Illustratio prima.

91\. OMnis potentatus breuis vita. Verum est esse breuem hominum vitam, secundum id Job 14.v.1. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore qui quasi flos egreditur, & conteritur*, quia statim ac proditur in lucem quasi flos egrediens visu spectabilis, florescens, & omni naturali ornamēto condecoratus, sicut ipse flos breuissimo consumitur tempore; & absumitur, neque multa diuturnitate opus est, vt marcescat, & deflorescat, etiamsi neque aëris violentia decutiatur, neque excidatur ferro, aut decerpatur manu. Sic homo nascitur mundo visendus, & statim atque natus est, exciditur, & cadit de vita. Sic etiam aiebat Psaltes Psal.88.v.46. *Minorasti dies temporis eius*, Hieron. *abbreuiasti*, vel decurtasti dies temporis hominis, id est, dies vitæ eius; vel effecisti, vt præ malis cito & ante tempus consenescat, nec fruatur tempore iuuentuti destinato. & Psal.38.v.6. *Mensurabiles posuisti dies meos.* alij *pugillares*, id est, vitam non longa manu, sed compressa & angusta nobis videtur dedisse Deus, &c. vide Eccles.18.v.7.8.9. Ergo verum est generaliter vitam humanam ad tempus breue reduci, sed specialiter vita *potentatuum*, id est, principum tam scelestium, quam tyrannorum breuis est, vt experimentis, & exemplis discimus. Si de tyrannis loquimur, ait Dauid Psal.124. v.3. *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortes iustorum*, &c. id est, dabit quidem aliquando Dominus impijs virgam, id est, sceptrum, quod est insigne potestatis, super sortem, id est, hæreditatem iustorum, sed non diu relinquet virgam in manu impiorum. in Heb. est. *Non requiescet virga*, &c. *quod verbum quiescendi* explicat noster Bellarmin. dicens: sed metaphora quietis eleganter explicat breuitatem temporis, quo peccatores permittuntur regnare super iustos. Genebrardus. *non residebit baculus*, quod eumdē sensum efficit. Nam baculus, virga, & sceptrum idē significant. Consolatur Vates iustos timentes Dominum, quibus pollicetur, non diu tyrannos reges regnaturos, sed citissime è vita dicessuros, nam *omnis potentatus breuis vita.*

Breuis est hominum vita. Job 14 v.1. Psal.88. v.46. *Abbreuiat Deus dies temporis hominis.* Psal.38.v.6 *Vita tyrannorum breuis* Psal.124.v.3 Bellarmin. *Non permittit Deus impios multo tempore regnare super iustos.* Genebrard.

92\. Hoc apprime probatur ex eo Prou.28. v.16. vbi assignat Salomon iustorum, & tyrannorum differentiam. *Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam, qui autē odit auaritiam, longi fient dies eius.* in LXX. est. *Rex egens prouentuum*, &c. id est, princeps tyrannus, qui tyrannide opprimit subditos, bona illorum vel iniustis vectigalibus exhauriens, siue quomodo libet per iniuriam diripiens, breuissimam transigit vitam (id enim subintelligendum est, vt secundo respondeat hemistichio, in quo longa vita auaritiam odientibus cōceditur, quia utem odio prosequitur auaritiā & superbiā, vitę suę filum protrahit, *longi* enim *fiunt dies eius.* itaque ratio quare dies tyrannorum minorantur, est quia superbiæ & auaritiæ inseruiunt subditos per iniuriā bonis spoliantes, eaq; ratione ipsorū odium, & inuidiam sibi cōciliant, atque adeò vitam salutemque suam discrimini obijciunt, quatenus subditi lęsi, ac violati, à principibus seditiones cogitant, ac necē illis moliuntur. Quare aiebat Plutarchus: *Tales cum peregre post longum spacium reuersus esset, rogantibus amicis, quid maxime noui vidisset. Tyrannorum inquit senē.* viderat autē nescio quem barbaris imperantem tyrannum, qui senectā superstes attigerat. mira enim res est tyrannum producere vitam, cum non solū Deum habeat vltorem, sed subditos sibi aduersarios cupientes vindictam sumere. Ideò aiebat Cicero lib.3. de officijs agens de tyrannis: *Neque contra naturam est spoliare eum, si potes, quem etiam honestum est necare. Atque hoc genus pestiferum, & impium ab hominum communitate exterminandum*, &c.

Iustorum & tyrannorum differentia qualis. Prou.28. v.16. *Dies tyrannorum minorantur.* Plutarch. *Nouum vidit Thales, scilicet tyrannum senem.* Cicero.

Vide quid referat historia sacra 3.Reg.21. de tyrannide, quam contra Nabot impij Achab, & Jezabel exercuerūt, in quos Deus animaduertit. Achab enim citissime vita functus est, cuius sanguinē canes linxerunt, iuxta verbum Domini per os Eliæ Thesbitis 3.Reg.22.v.38. & Jezabel 4. Reg.9.v.33. deorsum præcipitata est, aspersusq; est sanguine paries & equorum vngulæ conculcauerunt eā. Vide etiam tyrannum Aman, tyrannide volentem populum Jsraëliticum opprimere, à Deo citius, quam ipse cogitabat punitum; permisit enim vt suspendio necaretur, Esth.7. v.10. vide etiam tyrannum Antiochum subuertentē tyrannide ciuitatem Jerusalem 1. Mach.1. v.23. ita à Deo flagellatum & occisum, vt dignas pro tyrānide luerit pœnas, vt dicitur 2.Mach.9. v.11. & inde. vide tandē alios Principes, qui mortui sunt tempore non suo propter iniustitias, & oppressiones subditorum, & si aliquando vitam suam aliquis protraxerit, illam Deo concedēre, si animaduertimus, propter aliorū vtilitatem concessam fuisse, quemadmodum agricola non incidit spinam, priusquam aspargum inde cæperit, & libyes non ante incendunt sarmentum quā thus colligerint, vt referunt Plinius, & Plutarch. ita Deus non excidit genus regum pestilens, priusquam hinc fructus aliquis bonus contigerit, & cum conuenire iudicat, cito de medio tollit, vt verum sit: *omnis potentatus breuem vitam esse.* 93.

Achab & Iezabel breuem vitam vixerunt. *Antiochus & alij tyrāni moriuntur tempore non suo.* Plinius. Plutarch.

Secunda illustratio.

OMnis potentatus breuis vita. Nicolaus de Lyra causas assignat cur regum scelestiū, & tyrannorum vita breuis sit. Nam potentes, inquit, inordinate viuunt cōmuniter suas concupiscentias sequentes, vt dicitur 1. Ethic. & quia multi machinantur in mortem eorum, aliqui ex ambitione, vt habeant eorum statum: aliqui ex odio, eo quod ab eis reputant se grauatos: & quoniā cupiditas, & superbia inueteratæ de difficili curantur, sequitur: *languor prolixior*, &c. optime fere omnes rationes commemorat, propter quas minorētur dies vitæ potentatuum. Prima igitur est, eos communiter inordinate viuere, quæ ratio vera est, nam libera viuendi facultas humanum stimulat, & excitat appetitum, vt impudentię, & petulantiæ inseruiat & studeat propriæ libidini, frænū laxans carnis delicijs, homo enim turpissimus, qui virtuti, ac honestati nuntium remisit delinitus illecebris voluptatis, nullam, etsi exquisitam voluptatē non appetit, omnes sunt co- 94.

Quare vita Regum scelestium & tyrannorum breuis sit. Lyra. *Inordinate viuere consumit vitam*

gitationes in corporis iucunditatem obijciens. Quare cum voluptas hominibus malorum esca sit, ipsa tamquam dulci veneno tandē pereunt, & sicut castitas vitam humanam protrahit, sic libido illam contrahit, & ad breuitatem redigit; nam nimia, & immodica libido sumidum radicale conficit, & exhaurit, vnde vita procedit: sicque vita decurtata decedit homo intempestiua morte præceptus.

Voluptas hominibus malorū est esca.

Exemplum sufficiat Salomonis ad huius veritatis conformationem, qui cum se in delicijs & voluptatibus carnis ingurgitasset, vt vere posset proclamare: *Omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis; nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur*, Eccles.2.v.10. Mortuus est senio confectus, & licet senem appellet eum Scriptura 3.Reg.11.v.4. non tantum ætate intelligendum est, quantum moribus, & sapientia, vt Glossa interlin. docuit, & etiam morbo ex intemperantia libidinis, cui à prima ætate deditus fuit, vt innuere videtur D. Hieronym. epist. ad vitalem. Verissimum est enim quod Cicero de senect. dixit: *Libidinosam intemperantemque adolescentiam effœtum corpus tradere senectuti.* Vide D. Joan. Chrysost. tom.5. Homil. quod nemo læditur nisi à se ipso. qui inter alia inquit. *Qui in libidine vitam ducunt, resoluta corpora, & omni cera molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta: quibusque ad cumulum malorum podagra tremor, & immatura senectus succedit, & est eis vita semper cum medicis, & medicamentis*, &c. Lædit enim se qui ita voluptatis illecebris se subijcit, vt ab ea perimi patiatur, &c. Vide ipsum D. Chrys. tom.5. hom.55. ad Pop. qui sic exorditur: *Non tam vehementer fluuialium cursus corredere, & submittere solet, sicut deliciæ & luxus omnia valetudinis nostræ firmamenta facile subruere.* & si aliquando vitæ breuitas iniustis ex Dei clementia proueniat, & non ex eius iracundia, signum enim euidens est paternę misericordię, aliquem ex vita abripi, Deus enim tamquam verus parens non patitur iustos, quos habet in delicijs multo tempore graui calamitatum pondere grauari in hac vita. Sicque velociter accurrit, vt ex humeris auferat pondus, quo vexantur, & tamquam parens diligens arripit, vt æterna fruantur vita.

Eccles.2. v.10.
Salomon moribus & sapientia senex, sed non ætate.
D.Hieron.
Cicero.
D.Chrysost
Immatura senectus succedit ei qui in libidine vitam ducit
D.Chrys.
Voluptas inordinata subruit firmamenta valetudinis.

95. Secunda ratio quare vita potentatuum breuis sit; ea est, vt tyrannicam vitam agens Princeps habeat contra se subditos excandescentes, insidias machinantes, & necem acerbissimam molientes, ac tandem illos de medio tollentes. Hoc optime ostendit S. Iobus c.34.à v.19. præcipue v.20. vbi ait: *Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentum absque manu.* q.d. vt explicat noster Pineda ita cum vniuersi homines sint in supremi creatoris potestate, frequenter tyrannos repente aufert, & perturbatis, atque exagitatis rebus illorum publicis, & quasi pace cum hostibus stabilita, vt tyrannorum omnia deuastent arces munitissimas expugnent; atque omni tandem humana spe illos destitutos publico exemplo, ac morte turpissima traducit. quantus populi inique oppressi tumultus, & seditio? quantus in impiorū morte, & repentino exitio motus, & exagitatio subditorum? hac illac seditiosi discurrunt: hi repentino casu perculsi, illi vero velut in populari seditione tumultuantes, vt omnia occupent, & magistratus cum Principe de medio tollant, &c. vide etiam Iob 15.v.20. *Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. non credit quod reuerti possit de tenebris ad lucem, circumspectans vndique gladium.* in Heb. est. *numerus annorum absconditi sunt tyranno.* Pende, incertum numerum esse annorū illius, quia regum tyrannorum vita breuissima solet esse, cum habeat inimicos, contra se necem molientes, & insidias machinantes, cupientes de medio tollere. Circumspicit enim vndique gladium, id est, inimicitias hostiles, & detrimenta omnia, & dixit, *vndique*, vt indicaret impium ab omnibus sibi cauere, & semper metu excruciari, nam hostilem gladium sibi impendētem habet. Optime commentatur hunc locum D. Gregor. lib.12. Moral. cap. 20. & 21. *Sed omnipotens Deus praue à gentibus non solum ventura supplicia reseruat, sed eorum corda hic etiam vbi delinquunt pœnis implicat, vt eo ipso, quo peccant, semetipsos feriant, vt semper trepidi, semperque suspecti, mala ab alijs pati metuant, quæ se alijs fecisse meminerunt*, &c. Solent enim in manus tumultuantium incidere, & ab eis trucidari, dixit enim Seneca Hercul. fur. act.3.

Vita tyrannorum breuis quia habet multos necē molientes & insidias machinantes.
Iob 34.v 19
Pineda.
Numerus dierum impij incertus est
Iob 15.v.20
Tyrannus circumspicit inimicitias hostiles, &c.
D.Gregor.
Seneca.

Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi tyranni.

Simulque ab omnibus odio habentur, & fere nemo est, qui mortem eis non appetat. refert Bruss. li.6.c.21. quod cum Dionysij tyranni mortem omnes Syracusani appeterent, sola Himera mulier Deos orabat, vt Dionysius diu superstes esset. Quod vbi resciuit tyrannus rogauit vetulā, quam ob causam Deos oraret, vt longam sibi largirentur vitam. Tum illa: puella cum essem, ait, grauemque tyrannum haberemus, occidi illum cupiebam. eo mortuo, aliquanto deterior tyrannidem occupauit? ei quoque mortem imprecata sum, & ex sententia euenit. Te vero longe deteriorem nunc habemus. verita igitur, ne te absumpto deterrimus in locum tuum substitueretur, te diu incolumem nobiscum esse vnice cupio. Cum ergo reges vel principes improbi ab omnibus subditis, & hostibus eorum odio habeantur, & illorum necem omnes desiderent, & machinentur, & aliquando illis, quod præoptant ex sententia eueniat, non mirum dicat Ecclesiasticus: *vitam omnis potentatus breuē esse.*

Tyrannus odio habetur ab omnibus, qui etiam eius mortem appetunt.
Bruss.
Dionysio tyranno vetula vitam precabatur & quare.

96. Aliam refert rationem noster Eman. Sâ, dicens: *Breuis vita Scriptura ob sollicitudines, quæ vitam consumunt.* Si generaliter sollicitudo, quæ secundum Ciceronem lib.4. Tuscul. quæst. *est ægritudo animi cum cogitatione*, ita cruciat animum, vt infirmum reddat, & aliquando vitam detrahit, specialiter hic effectus regibus & potentatibus cōuenit, quia sollicitudine tantarum rerum anguntur, vt frequenter tanto oneri succumbere videantur. Christus Dominus & D. Paulus admonent omnes, vt omnem solitudinem abijciant, hæc enim animum excruciare solet. Sed quis est, qui in præsenti vita sollicitudine non angatur? *Quemadmodum fieri non potest* (inquit D. Ioan. Chrysost. tom.4. ho.1. in Moral.2. ad Tim. 1.) *vt qui nauigant absque cura sint: ita & qui vitam hanc fragilem viuant, absque sollicitudinis angore esse nō possunt. Nam siue quispiam diues sit, plurimi illi mæstitiæ occasiones, causæque non desunt: siue rex curis distinetur innumeris*, &c. q.d. nec diues, cui plurimæ diuitiæ ad vitā sustentandā suppetant; nec reges, quibus innumera bona ad vitæ delectationē supersunt effugere possunt angētes sollicitudines, quia dū corporis

Breuis vita principum ob sollicitudines quæ vitam consumunt.
Cicero.
Nemo in hac vita est qui sollicitudine non angatur.
D.Chrysost

corporis obsequio addicti sumus, mille sollicitudinibus subijcimur. *Deus* enim *hominem rectum.* creauit Eccles.7.v.30. *& ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.* D.Hieron. tom. 7. ex LXX. *Quæsierunt cogitationes multas* Sym. *Operati sunt curiositatem.* & inquit Hieronym. *Quotidie mecum vniuscuiusque rei rationem ponens, nullum inuenire cogitatum potui, qui non cogitatione peruersa extrinsecus turbaretur.* Hugo Cardin. explicat tum de his, quæ scire studemus, nec sciri possunt definite in hac vita; tum de curis, ac sollicitudinibus, & cōcupiscentijs, &c. itaque cum homo se immiscuerit sollicitudinibus, & curis, quid mirum, dicat Ecclesiasticus de potentatibus, vitam eorum ob sollicitudines, quæ vitam consumūt breuem, & decurtatam esse? siue Princeps bonus sit, siue malus & improbus effugere non potest sollicitudinum & curarum occasiones: quia quicumque præficitur ad moderandam rempub. se immiscet mille curis, quæ animum suum excruciant, & sicut dixit D. Ambros. lib.3. ex ham. cap. 12. *Nihil enim magis mentem onerat, quam istius mundi sollicitudo & cupiditas, vel pecuniæ, vel potentiæ.* sic etiam non solum Principes, qui recte rempub. moderantur, sed etiam qui tyrannide eam opprimunt, vt pecuniam, & potentiam, cui inhiant adipiscantur, mille curis, & sollicitudinibus onerantur vsque dum animi ægritudini succumbant, quæ eos excruciare, & necem afferre soleat, vt verum sit quod Sirach. affirmat: *omnium potentatuum vitam breuem esse.* Præterquam quod vita regum mille miserijs repleta est vnde cum Pythagoras (referente Luciano in Gallo) Regis dignitate potitus esset, rogauit Miscyllias, si tum lætus, & pacatus esset? Respondit: *Ne mihi in memoriam referas, ô Miscylle: vsque adeo supra modum infelix tum eram. Nam quoad res externas quemadmodum dixisti, plane fortunatus esse videbar; at intus innumerabilibus curis destringebar* & postquam multas curas, & magnificentias enarrasset subdit: *ego inter hæc mihi conscius quantæ me res discruciarent, vexarentque, illos quidem propter inscitiam venia dignos indicabam: at mei ipsius miserescebat, qui præ grandibus illis colosis viderer persimilis, quales vel fidias, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorum quisque quoad ea, quæ foris apparēt, Neptunus ipse est, aut Iupiter mirifice decorus auro, eboreque compactus, & aut fulmen aut fulgur, aut tridentem fuscinam dextra sustinet: cæterum si immisso capite quæ sunt intus inspicias, videbis vectes quosdam, paxillos, & clauos introrsum prominentes, neque non vimina, cuneosque & piscem sublitam, & aliam item id generis deformitatem inhabitantē.* Quod statim declarauit dicens: *Quid primo loco tibi referam. Miscylle? vtrum metus, curas, mordaces, suspiciones, odium quo regem persequuntur ij, qui cum illo viuunt, insidias; atque ob eas res somnum rarum, & hunc ipsum p.rtenuem ac plena tumultus, insomnia, cogitationes perplexas, spes semper improbas: an ocij penuriam, & occupationis, iudicia expeditiones, edicta, fœdera consultationes, quibus rebus fit, vt ne per somnium quidem aliqua re suaui frui liceat, verūm, vt omnibus de rebus solus despiciat necesse est, milleque negocia sustineat*, &c.

Dum corporis obsequio addicti sumus, mille sollicitudinibus subijcimur.
Eccles.7. v.30.
D Hieron.
Hugo.
Princeps siue bonus siue malus, nō potest effugere curarum occasiones.
D. Ambros.
Sollicitudines & curæ necem afferre solent.
Reges innumerabilibus curis distringuntur.
Insidiæ parantur regibus.

Illustratio tertia.

97. *Languor prolixior grauat medicum.* Iam diximus Syracidem proponere medicorum similitudinem, qui inueterata infirmi ægritudine aggrauātur, & summam adhibent in illa resecanda, & profliganda diligentiam: sic Deus optimus maximus tamquam reipub. curator & medicus, vt illam liberet à tyranno, quo grauatur illum de medio tollit, quam comminationem proponit Ecclesiasticus, vt principes superbiæ & auaritiæ inseruientes ab exercenda tyrannide erga subditos, absterreat. Dionys. quem imitatur Hugo, hac vtitur sententia, vt doceat inueterata vitia non facile curari. sic quoque, inquit, vitia habituata, & in consuetudinem ducta, difficillime à medico spirituali, id est, prælato aut prædicatore curantur ideò grauant eum. Hoc potest illustrari ex eo Prou.18. v.3. *Impius cum in profundum venerit, peccatorem contemnit*, licet varie explicetur à Patribus quid sit *profundum peccatorum*, quæ est vel impudentia, vel desperatio; at D. Chrysost. tom.1. hom.12. in Gen. vocat prauam peccandi consuetudinem: *Anima enim*, inquit, *postea quasi in retibus comprehensa, & quasi sus in luti volutabio oblectatur; & in mala consuetudine obruta, ne sentit quidem peccatorum fœtorem.* & quamuis verbum *contemnit*; aliter intelligatur, ego explico de contemptu pastoralis correctionis, qui enim sic in praua peccandi consuetudine iacet, non facile à prælatis corrigitur, quia eorum sanum non capit consilium, sed respuit ictus correctionis, & medicamentis in sui animi salutem adhibitis valde stomachatur, & quasi infirmus desperatus, qui inueterata peccandi consuetudine suorum scelerum fœtorem non sentit, à spiritualibus medicis de eius valetudine desperantibus destituitur. Est enim praua consuetudo sæuus animi tyrannus, vt dixit D. Chrys. tom.4. in epist.2. ad Cor. hom.7.c.3. *Magna siquidem*, inquit, *magna inquam est consuetudinis tyrannis, adeoque magna, vt perinde cogat atque natura.*

Deus tamquam medicus impium tollit de medio ne grauet rempub.
Dionys.
Hugo.
Inueterata vitia non facile curantur.
Prou.18.v.3
D.Chrysost
Qui praua consuetudine iacet non facile corrigitur à Prælatis.
D.Chrys.

98. Quare cum quis prauæ cōsuetudini succumbit, cogitur quasi à natura ad contemnendum consilium medicorum spiritualium, & eorum amicabilem, seu potius paternalem correctionem respuere. quia cum peccandi consuetudo sit inueteratus morbus, sicut hic medicum, ita consuetudo grauat superiorem, & tollit ab eo curādi voluntatem, qui enim hoc inueterato morbo peccandi incipit desperare quasi peccatis suis vincit iudicium Dei. Sic dixit Chrysost. hom.40. in Matt. *sicut infirmus donec mediocriter habet aliquam passionem, & sperat se posse curari, seruat se à nociuis escis; si autem intellexerit insanabilem se esse, iam non sibi parcit: sic & homo, donec mediocriter peccat, & sperat salutem, quantumcumque potest obseruat se à malo; si autem grauiter peccando cœperit desperare, iam nihil dubitat facere, quasi qui iam peccatis suis vicit iudicium Dei.* Pende hoc vltimum verbum, nam *vincere iudicium Dei*, nihil aliud est, quam ita animum obdurescere, vt neque remedia, neq; medicamina illi prosint, neque minæ suppliciorum lædant; sed potius morbo peccati ingrauescente, ita Dei voluntati animus resistit, vt nec minæ iudiciorū Dei terreant illum, nec dubitet illa contemnere, & tamquam ineptias æstimare, iocularique audacia deridere; tandemque superiorum correctionem respuendo immedicabilem reddit. vt Gen.19.v.14. dicitur de Sodomitis, quos Loth monuerat, licet non permouit vt de vrbe diuinas minas fugituri, egrederentur, imo *visus est, eis quasi ludens loqui.* Chrysost. *ridiculari loqui*; & addit eorum proteruiam admiratus: *cum audirent à iusto terribiles illas minas, quasi subsanabant, putabant deliramēta esse quæ dicebantur.* Vide etiam D. ipsum Chrysost. to.1. hom.19. in Gen. vbi inter alia ait. *Quemadmodum incurabilia vulnera neq; austeris medi-*

Longa consuetudo est altera natura.
Qui incipit desperare quasi peccatis suis vincit iudiciū Dei.
Quid sit vincere iudicium Dei.
Gen.19.v.14
D.Chrysost

Incurabilia vulnera medicamentis non cedunt. *Gen.4.v.3.*

camentis cedunt, neque lenientibus: ita & anima semel captiua, si se peccato cuipiam obnoxiam fecerit, quæ sibi sunt vtilia: etiamsi quis innumera inculcet illius auribus, nihil proficiet: sed quasi mortuæ essent aures, nullam ex admonitione suscipit, non quia non potest, sed quia non vult. Gen. 4. v. 3. 5. 7. cum Cain male sacrificasset, & fratri suo nequiter inuideret monuit Deus, ne peccata peccatis aggregando durior, & obstinatior redderetur, & ait, *nónne si bene egeris*, &c. vbi LXX. legunt: *Peccasti quiesce.* quem locum explicat D. Chrys. hom. 18. in Gen. *Peccasti, & grauiter peccasti, sed non punio propter delictum. Misericors enim sum & nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Igitur quiesce: Ne addas priori peccato, grauius aliud, neque consilium aliquod immedicabile arripias, ne te ipsum maligno dæmoni captiuum tradas.* Quid vero Cain non ab homine, sed ab ipso Deo per tam salubria monita reuocatus? contumacior obduruit, *& repulso medicamento* [addit Chrysol.] *in fratricidij profundum se præcipitauit.* Ecce quomodo peccatores immedicabiles, & insanabiles redduntur, & medicus spirituales, quibus mederi conuenit vehementer grauant. Ad eum enim statum perueniunt, vt *bibant quasi aquam iniquitatem*, vt inquit Job c. 15. v. 16. vbi D. Gregor. lib. 12. Moral. cap. 18. *Quia enim*, inquit, *illicita sine timore facit, quasi potum iniustitiæ sine obstaculo glutit.* licet hunc Iobi locum explicet noster Pineda de praua peccandi consuetudine, quæ etiam sine voluptate hominem rapiat, conijciatque in multa scelera, & in eum miserum statum, ad quem peruenit infirmus, qui est iam morbo diuturno, & confirmato. & sicut hic immedicabilis redditur, sic ille incurabilis efficitur. Quare sicut *langor prolixior grauat medicum* corporalem, sic peccator inueteratus spiritualem medicum, &c.

Cain monitis Dei durior & obstinatior redditus.

Peccatores obstinati immedicabiles redduntur.

Iob 15. v. 16. D. Gregor. Pineda.

Quid sit bibere quasi aquam iniquitatem.

Illustratio quarta.

99. *Recentem infirmitatẽ facile curat medicus.* Lyra. Palacius. Dionys.

BReuem languorem precidit medicus, sic & Rex hodie est, & cras morietur.* Lyra, Palacius, Dionys. breuem languorem vocant recentem infirmitatem, quam perfacile curat medicus. præcidit [inquit Lyra) id est, curat cito sic, supple peccatum, de facili curatur antequam inueterascat per consuetudinem, non autem postea. sicut facile est cum germen nouum est, antequã flectatur, dirigere, vt rectum in altum crescat; at cum longo tempore obtortum est, difficulter reuocatur. sic peccatum cum recens est, operis exigui est illud resecare; at si inueteratum est, tamquam distortum germen difficile reuocatur. *vincere* enim *consuetudinem* [inquit D. August. tom. 8. in Psal. 30.] *dura est pugna.* quia vt inquit Seneca *grauissimum est imperium consuetudinis.* & vt dixit Horat. li. 1. ep. 2.

Peccatum cum recens est, facile est illud resecare. D. August. Seneca *Vincere consuetudinem dura est pugna.* Horat. Catullus.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Et vt Catul. eleg. 74.

Difficile est longum subito deponere amorem.

Virgil. Et Virg. Gene. lib. 2.

Adeò à teneris assuescere multum est.

Quod in pueritia cõtrahitur non facile perditur. Beda. D. Basil.

Beda lib. 2. de templo Salomonis inquit: *Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem orbisque dominatorem in moribus, & incessu Leonidæ pedagogi sui non potuisse carere vitijs quibus paruulus adhuc fuerat imbutus.* & melius D. Basil. in regulis: *Non paruus est labor, vt se aliquis à priori non bona consuetudine reflectat ac reuocet: quoniam quidem mos longo tempore confirmatus, vim quodadmodo obtinet naturæ.* at cum vitium recens adhuc est, & nondum inueteratum, non satis difficile est illud resecari & in bonum conuerti.

Mos longo tempore confirmatus vim obtinet naturæ.

Ergo cum breuis, id est, recens languor est, præciditur à medico: nam principijs obsta, sero medicina paratur. ideò dicebat Sirach cap. 5. v. 8. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem*, id est, ne longo vsu, & peccandi consuetudine obdurescas, ad protinus ac peccasti reuertere à via tua mala, non procrastinando conuersionem tuam: quia sic inuenies salutem, & diuina misericordia perfrueris. Sic aiebat D. August. *Festinare debet ad Deum dum potest vnusquisque, ne si dum potest noluerit, omnino cũ voluerit nõ possit.* Pende verbum *festinare*: qui enim aliquo lætali morbo tentatur, festinat ad medicum, vt medicinam adhibeat quia cum recens est morbus facile curatur, & cum inueterascit, sero medicina paratur, & ad eum peruenit statum, vt à medico tamquã immedicabilis destituatur. Sic solet Deus efficaci mortis remedio vti, tollens tyrannum de medio, ne pestis instar, rempub. destruat sua potentia abutendo. ideò ait.

Sero medicina paratur, quare non differenda conuersio. Ecclesi. 5. v. 8. D. August.

100. *Rex tyrannus breui e medio discedit.*

Sic & Rex hodie est & cras morietur, id est, breuissime de vita discedit, & licet hoc omnibus conueniat, iuxta id quod dixit Thecuitis 2. Reg. 14. v. 14. *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram*, &c. Ait de rege tyranno, qui in profundo peccatorum iacet, dicitur 1. Machab. 2. v. 62. *Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius stercus & vermis est: hodie extollitur, & cras nõ inuenietur.* pẽde illud *extollitur*; nullus enim ita vanæ arrogantię fluctibus agitatur, vt ille qui sua potentia & regia potestate abutendo superbia effertur, vt alios tyrannide opprimat, quem non timere admonent Machabæi, quia si hodie insolentius effertur, & abutitur potentia sua, cras illum non inuenies, & si diligenter perquiras, & in illo quærendo multa loca perlustres. quod apprime confirmat quod Vates inquit Psal. 36. v. 35. *Vide impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.* Vide inquam positum impium in altissimo gradu dignitatis, & potestatis, & radicatum, ac fundatum opibus, clientelis, & similibus rebus, vt videretur æterna futura eius fœlicitas: & tamen vix pertransij, & ecce non erat, & ecce respicio post me, & euanuerat, quæsiui vbi fuisset, & an vestigia remanerent tantę magnitudinis, & non est inuentus locus eius, quasi numquam ibi fuisset. & hæc verissima esse quotidiana nos docet experientia, quot enim vidimus Reges & monarchas *sicut lauros vigentes* [vt legit originale Heb.] *quæ solent ramos latius spargere*, & fœno ocyus perierunt, &c. & si illos in sepulchris quæsieris non discernes an reges an pauperes sint. Quare dicebat Charon apud Lucianum: *O stulti? quæ est amentia? non scitis quam late distantibus finibus viuentium, & mortuorum res sint, seiunctæ quoque pastores se habeant apud nos vbi* (Homer.)

2. Reg. 14. v. 14. 1. Machab. 2. v. 62.

Visus est impius eleuatus & cito non est inuentus. Psal. 36. v. 35.

Reges hodie sunt & cras moriuntur. Lucianus. Homerus.

Mortuus est æquè, tumuli qui nescit honorem,
Et qui sortitur spectandi funera saxi:
Atq; honor vnus adest & regi Agamẽnoni, & Iro:
Thersitæ & similis Thetidos formosus Achilles
Vmbræ nam pariter siccæ nudæque pererrant
Asphodili campos confracto vertice cunctæ.

O hominum amentiam, qui haud sciũt se, etiam si nunc quisque eorum totam Peloponesum possideat, vnius tamen vix pedis locum ab Aeaco accepturos. O qualia studia felicium hominum studia? Reges lateres aurei, magnifica sacrificia prælia, Charontis autem nulla habetur ratio. sic ait Ecclesiasticus, *& Rex hodie est, & cras morietur.* Ratio autem quare cito decidunt principes hæc est vt Lucianus docuit in Charonte aiens: *cum etiam si ipsorum reges, quos vel omnium fœlicissimos esse apparet, introspiciat quispiam diligenter, nimirum præterquam quod instabili & ancipiti fortunæ ludo iactantur, inuenerit eis inhærere tristitia longe plura iocundis, tot timoribus, tot turbis, tot odijs, tot insidijs, tot iris, tot adulationibus miseri illi inuoluuntur. Prætermitto, & luctus, & morbus, tum & affectus, qui ex æquo tũ vulgo & his dominantur, vsque adeo, vt non minoris fuerit, & temporis & negotij, horum hic recensere mala quam & priuatorum.*

Quomodo sunt infelicia hominum studia.

Quare principes cito decidunt.

VERS. XIII.

Cum enim morietur homo hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes.

Sensus.

101. CVm enim, &c. q. d. Non est cur homo superbiæ & auaritiæ fluctibus iactetur nec honoris, vt insolens fiat; nam honores hominem insolentem faciunt, cum post hanc vitam corpus terrenum futurum sit bestiarum esca, & socius, & has hereditario quodam iure sortietur pro omni honorum gloria, & diuitiarum copia, quam in præsenti sæculo adeptus fuerat, & licet iusto & impio hoc commune sit, præcipue tamen loquor de impijs gloriã, & diuitias huius mundi sectantibus, quibus miseriam & infelicitatem imprecari cogor, ij enim non solum corpore puniendi sunt, serpentibus, & vermibus tradendi, sed potius animo quia in æternum societati dæmonum addicuntur, quos tamquam serpentes hereditabunt, vermem perpessuri, qui in perpetuum non morietur, &c.

Nota, & illustratio prima.

Idem intentum inculcat auctor.

CVm enim morietur, &c. Persistit auctor in punitione regum vel potentatuum scelestium, & tyrannorum. nam in præsenti vita corpora puniuntur, & in futura animæ tamquam potentium potenter cruciabuntur. Rabanus licet prius de auaritia hanc sententiam exponat statim subijcit: Mistice autem, homo, qui peccatis viuebat, si se ab eis non correxerit, & à delictis non cohibuerit, morte mulctatur æterna: vbi serpentem antiquum, & bestiãs diabolicas atrocissimos sentiet se punire tortores. nec iam spem habet euasionis, cum nulla requies illi datur continui doloris. Sed Lyra & Dionys. in tres partes hanc sententiam diuidunt: primam serpentium referunt ad dæmones, qui serpentes sunt in inferis commorantes, vt damnatorum animas torqueant. secundam bestiarum, de amicis bestialiter viuentibus intelligunt. Tertia vermium de vermibus corpora vorantibus explicant, & addit Dionys. describens Lyram: Horũ trium cuilibet sufficit hæc portio sua, & de alijs duabus non curat. In cuius figura Rex Sodomorum. dixit ad Abraham. *Da mihi animas cætera tolle tibi.* Gen. 14. Sed aptius Jansenius refert ad sententias præcedentes, vt subintelligatur, quod addidit Tygurina Vatabli: *Quid superbit terra, & cinis?* q. d. quare homo efferendus vane est, & potentatus maxime, cui etiam communis omnium sors est, quantum ad corpus, quod à vermibus, & alijs bestijs consumendum est, sicut cætera vilium hominum humata cadauera: & quantum ad animam sicut impiorum cæterorum animæ tyranni Principes in inferorum latebris à serpentibus, id est, dęmonibus diuinę vindictæ executoribus cruciandi sunt.

Lyra. Dionys.

Vera explicatio sententiæ.

Gen. 14. Iansenius.

Reges non ... sortem.

102. *Tam iusti quam iniusti à vermibus deuorantur.* Iob 17. v. 14. D. Gregor.

Ergo commune esse omnibus tam iustis, quã impijs à vermibus deuorari, probatur ex eo Job 17. v. 14. *Putredini dixi: Pater meus es: mater mea, & soror mea vermibus.* vbi D. Gregor. lib. 13. Moral. cap. 17. *Quantum enim*, ait, *ad materiam corruptibilis carnis, mater nostra, ac soror vermes sunt, quia, & de putredine processimus, & cum putredine venimus, quam portamus.* Itaque vocans Job putredinem patrẽ, & vermes matrem, & sororem, parentum tangit similitudinem, ex quibus naturam, scilicet corpus humanum hæreditamus. Sicut enim parentes filium generant illi propriam communicantes naturam, sic appellat Job putredinem, & vermes parentes, quia ipsorum naturam participamus. sicut explicuit Glossa. *Ex putri enim materia, & obscæno spermate sumpsimus initium, atque ex mortali, & corruptibili parente*, &c. Olympiod. matrem interpretatur corporis tabem atque putredinẽ, qua manabat totus, & quæ veluti parens illum reddebat sepulchro aptum, sicut pater filium in lucem generat: *Putredo*, inquit, *quam in me ipso cerno non vitæ, sed mortis certissimæ initium est.* Sed noster Pineda magis ad intentum explicat de domo, quam Job habitaturus erat, id est, sepulchri familiam recenseat, & non tam suos vermes, aut suam putredinem commemoret, quam putredini & vermibus communem quamdam personam tribuat, quæ in sepulchro numquam non habitare, & eo confugientes mortuos excipere solent, sicut parentes, &c. *Sororem* vocat, quasi sponsam suam, & omnium mortalium, vt probat ibi Pineda.

Quomodo putredo pater & vermes sorores. Glossa. Olympiod. Pineda.

Tyranni vermibus & putredini specialiter tradendi.

Igitur cum communis omnium hominum sepulchralis habitatio futura sit, in qua hæreditat homo putredinem, & vermes; specialiter tamen tyrannis principibus conuenire affirmat Syracides, cum ait: *Cum morietur homo hæreditabit vermes.* sunt enim vermium cibus electus. & hoc speciali successu futuro, prænuntiatur horum principum animas societati dæmonum tandem addicendas, & vermes perpessuras, qui in æternum non morientur. Sed aliquando etiam solet Deus vermium corrosione in tyrannum vindicare. Vide 2. Mach. 9. v. 9. quid de rege tyranno Antiocho, qui tyrannide rempub. Hebræorum oppressit referat sacra Pagina. Nam cum Deus ab illo graues pœnas tamquam iniuriarum vindex expetijsset, tandem graui vermium cruciatu illum mulctauit, dicente scriptura: *ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentis in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius, & fœtore exercitus grauaretur, & qui paulo ante sydera cœli contingere se arbitratur, eum nemo propter intolerantiam fœtoris poterat portare.* Vide quomodo adhuc viuens vermes Antiochus hereditauit propter superbiam suam. dicitur enim 2. Mach. 9. v. 8. *Supra humanũ*

Solet Deus vermium corrosione in tyrannum vindicare. 2. Mach. 9. v. 9.

Antiochus viuens vermes hereditauit. 2. Mach. 9. v. 8.

D.Chrysost. *Aliqui principes tyranni à bestijs comesti sunt in pœnam, &c.* *4.Reg.9. v.33.*

morem superbia repletus,&c.De aleo Rege refert D. Joann.Chrys.tom.3.hom.4. de laudibus Pauli, eandē pœnā: *Postquæ*(inquit)*ipsius regis auunculus, qui prophano à tactu consecrata Deo vasa temerauerat, vermibus exesus interijt.* Si de alijs Tyrannis Principibus,qui in pœnam tyrannidis eorum à bestijs comesti sunt. Vide 4.Reg.11.v.1.de Athalia filia Amos Regis Jsrael, quæ perdidit totam fere regiam Stirpem &, v.16.v.20.dicitur interfectam fuisse, & aliqui opinantur à canibus comestam fuisse de Jezabele certum est,nam 4.Reg.9.v.33 37. dicitur *In agro Iezrael comedent canes carnes Iezabel*, &c. & sic de alijs quæ omnia probant Principes Tyrannos hæreditare bestias, & vermes.

secunda Illustratio.

Tyranni in inferis vermibus & igne torquebuntur. *Isa.14.v.11* *Ierem.22. v.19.* *Strabo.* *Herodotus.* *Balthasaris tyranni mors & sepulturæ successus.* *Glossa.* *Lyra* *Cruciatus corporum & animarum quales.* *Eccles.7. v.19.* *D.August.* *D Bernar.* *Optimum est sentiri vermē cum potest suffocare.*

103. C*um enim morietur homo*, &c. Licet horum Principum corpora ad hunc miserum statum peruentura doceat Ecclesiasticus, quia hæc miseria communis solet esset omnibus, non mirum specialiter loquatur de fine miserrimo, quem animæ tandem eorum in inferis sortientur Agens Jsaias de Nabucodonosore, vel potius de filio eius Balthasare Rege Babyloniorum cap.14 v.11. inquit. *Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* q. d. proiectum est instar canis, vel asini mortui, qui in fimentum proiectus, ibi vel putrescit, vel à canibus, vel feris deuoratur. (Sicut de Joachim rege dicitur Ierem. 12. v. 19. *sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas*). *subter te sternetur*, &c. Reges mortui solent aureo tapete, & peristromate tegi, & ornari. Rursum Reges Assyrij, teste Strabone lib. 16. & Reges Babylonij, teste Herodoto lib. 1. solent post mortem condiri, vnguentis, & aromatibus, ne male oleant, & putrescant, sed vt bene olentes diu conseruentur. At tu ò Balthasar, in turba populi occisus nihil horum habebis, sed inter cæsorum cadauera Jacebis oppletus sanie & vermibus, qui è tuo corpore putrido, & aliorū occisorum enascentur. q.d. Tuum cadauer putrescet, fietque esca vermibus, vti & cæterorum, &c. Glossa explicat de inferorum tormentis, ait enim: *Per tineam, & vermes inferni tormenta designat*, & Lyra inquit, aliquos hoc referre ad vermem conscientiæ, qui continuo remanet in damnatis; & ad litteram posse exponi de anima Nabucodonosor. & licet hæc explicatio non sit iuxta litteram. At secundum spiritum vera iudicabitur. Dicitur supra ecclesi. 7. v.19. *Vindicta carnis impij ignis, & vermis.* vbi assignat cruciatus corporum & animarum, vt explicat D.August.tom.5.lib.21.de ciuit. cap. 9. *cur*, inquit, *dictum est carnis impij nisi quia vtrumque, id est, ignis, & vermis pœna erit carnis.* Detrahitur ergo ad inferos superbia, & tyrannis Principis superbi, & si corpus aliquando igne torquebitur & subter illo tinea sternetur; anima eius verme æterno cruciabitur, &c. Ideo aiebat D. Bernar. serm. de conuers.ad Clericos. cap.6. *Optimum est tum sentiri vermem cum posit etiam suffocari: itaque mordeat nunc vt moriatur, & paulatim desinat mordere mordendo. Rodat interim putredinem, vt rodendo consumat, & ipse quoque pariter consumatur, ne foueri incipiat in æternitatem. Vermis inquit, eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur. A facie illorum morsuum quis sustinebit?*

Vermis inferis non morietur, nec ignis extinguetur. Isai.66. v.24.

Confirmat nostram sententiam Isaias cap.66. v. 24. vbi ait: *vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Dixerat cadauera damnatorum videnda à beatis, & vocat cadauera corpora impiorum, quæ ad inferos sunt perducenda, quia fœda grauia. & olida erunt instar cadauerum. & quia sunt in morte æterna, & simul in pœna æterna vt enim mortem significaret, *cadauera*, dixit, & *vermes*, vt vero vitam omni morte acerbiorem ob pœnam demonstraret, ignem dixit inextinguibilem, & vermem eorum non moriturum. Quæ cadauera solent in hac vita scaturire vermes, sed hi sunt mortales, illi in gehenna erunt immortales, hinc addit, non morietur. Cum enim hic moritur homo, addit noster Cornelius, super hunc locum, mox caro eius humida & putida producit serpentes, bufones, lumbricos & alios vermes. Hi carnem defuncti rodunt, & depascuntur vsque ad ossa: cumque nihil amplius restat quo pascantur emoriuntur sensim & vertuntur in terram. Verum in inferno vti cadauera, ita & vermis, & ignis erunt æterna, Deo ea semper conseruante ad æternam reproborum punitionem. nota serpentes, quia hi sicut è putredine terræ generantur. Ita ex putido cadauere enascuntur, vt ipsum depascantur, sicut cæteri vermes ad eundem finem producuntur. Pende etiam vermem cadauerum impiorum in inferis non moriturum: nam semper pascentur carnibus eorum, vide D.Aug. tom.5. lib. 21. de civit.c.9. & præcipue D. Basilium in Psal. 33. explicantem id *Timorem domini docebo vos: In inferno*, inquit, *vermium innumerabilium genus venenosum, ac carniuorum erit esitans quidem, nec tamen se exatians, intolerabiles dolores morsibus infligens.* Et statim admonet. *Hæc tu time, & eiusmodi timore eruditus quasi fræno quopiam abarce animam, & inhibe ad vitiosam concupiscentiam propendentem* S.Anselmus in elucidario: *Tertia* (ait) *pœna in inferno est vermes immortales, id est, serpentes, & dracones visu, & sibilo horribiles, qui vt pisces in aqua: ita viuunt in flamma.* Vide Serarium ad id Iudith. 16. v.21. *Dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum*, & D. Greg. lib.16. Moral.cap.vltimo.

Cornelius. *Corpora in inferno non moriuntur sed viua conseruantur.* *D.August.* *D.Basil.* *In inferno genus vermium venenosum & carniuorum.* *D.Anselm.* *Iudit.16. v.21.* *Serarius* *D.Greg.*

Itaque si de cadaueribus Principum tyrannorum prout in sepulchris iacent, intelliguntur verba ecclesiastici, verum est à serpentibus, & vermibus & aliquando à bestijs comesta esse: si de ipsis prout in inferno eorum corpora cruciabuntur, simili modo verum est à vermibus, bestijs, & serpentibus comedenda, vt diximus. *Nisi per bestias & serpentes*, Velis intelligere Dæmones, quorum societati addicendi sunt impij Reges, sicut cæteri peccatores, & ab ipsis in perpetuum torquendi, & excarnificandi. sic vocat hic Nicol. de Lyra serpentes Dæmones. Tandem Drusius inquit: Nullum præsentius contra superbiam remedium dari potest, quam si homo cogitet, futurum aliquando tempus, cum morietur, & esca vermium erit. Addit D. Bernardus alia duo, quæ huc faciunt: *Tria* (inquit) *semper in mente habeto Quid fuisti? quid es? quid eris? Quid fuisti? sperma fætidum? quid es? vas stercorum? quid eris? esca vermium.* Quæ veritas debet reges & principes à superbia & iactantia continere cum tandem morti addicendi sint, & à serpentibus, & vermibus comedendi, &c. 105.

Corpora tyrannorum inferis à vermibus depascuntur. *Lyra* *Drusius.* *Mors & esca vermium optimum contra superbiam remedium.* *D. Bern.*

VERS. XIV.

Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo:

VERS. XV.

Quoniam ab eo, qui fecit illum recessit cor eius. quoniam initium omnis peccati est superbia qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem.

Sensus.

106. I*Nitium superbiæ*, &c. q.d. si causam cognoscere & penetrare volueris, quare Principes superbiæ & auaritiæ inseruientes, arrogantiæ fluctibus agitari patiantur, vt eam detesteris, hæc est; quia Primus homo deficiens à Deo per inobedientiam superbia elatus est, cor suum à creatore remouendo quod peccatum grauissimum fuit, quia per illud ostentata est ingratitudo eius, fecerat enim illum Diuinus artifex ex nihilo, totius humani generis, & mundi principem constituerat, & cum recenter creatus esset, recessit à Deo corde suo, hoc est, propria sua voluntate & electione, vt serpentis suggestionem Dei sui voluntati præponeret, recusaretque eius vnico mandato, quod obseruatu facile erat, obtemperare. & cum superbia ex defectione à Deo, hoc est ex inobedientia, quæ vere apostasia nominatur, nata esset, inde reliqua hominum peccata sumpsere principium. & sicut cupiditas origo omnium malorum prædicatur, sic superbia, quæ cupiditas honoris, & excellentiæ propriæ est, principium & radix fere omnium peccatorum est. Porro qui in hac superbiæ cupiditate persistit, seruans omniū scelerum radicem, seu originem, ex illis omnibus implebitur, simul, & maledictis, vel abominatione, quia multum execrabilis est Deo. Tandem quæ hominis superbia sibi ipsi causa erit perditionis, nam ipsa superbia suum possessorem penitus subuertet, sicut dictum de Principibus est, &c.

Notæ.

107. C*Elebris est hæc sententia, & notatu digna, & primo verbum Græcum ἀφίστημι, quod vulgatus vertit *apostatare*. significat recedere, retrocedere, desistere, abalienare, desciscere quemadmodum milites à suo Principe. vnde ἀποστάτης apostata, quare cum cæteri transtulerint recedere, vel deficere, noster vulgatus vertit *apostatare*, quod idem est & cum apostasio sit defectio & rebellio, & est temerarius à statu fidei obedientiæ Ecclesiasticæ vel religionis recessus, dicitur specialiter retrocessio ab his quibus homo coniungitur Deo, vt à fide quando retroceditur omnino à fide suscepta, vt dixit D.Petrus. 2. Pet. 2. v. 21. *Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.* Sed generalis apostasia est per translationem cum volūtas retrocedit vniuersaliter à mandatis Dei, vt hic dicitur *initium superbiæ hominis apostatare à Deo*, id est, sumpsit initium superbia in homine ex apostasia vel retrocessione à voluntate Dei; cum enim mandatum Dei contempsit vt suæ prauæ cupiditati pareret, *apostatauit*, hoc est, retrocessit, destitit, desciuit, & abalienauit se à Dei voluntate, & ab ipso Deo, sicut miles à suo Principe desciuit, vt ad hostes se conuertat. Et cum hostis hominis primi serpens antiquus. Dæmon scilicet eius in se beneuolentiam allexisset (*Legano la voluntad*) protinus ad propriam sui ipsius excellentiam aucupandam cohortatus est, illam expectatione replens diuinam dignitatem adipiscendi: *eritis sicut dij.* Gen.3. v.5 & cum homo illecebris honoris, & excellentiæ propriæ delinitus sibi persuasisset posse hanc sibi dignitatem obtinere, incidit in superbiam, quam superbiam, à Dei voluntatis retrocessione procedere, possumus affirmare, vt vere dicat Ecclesiasticus ab apostasia à Deo superbiam in homine sumpsisse principiū. Quomodo autem dicatur initium omnis peccati esse superbiam, cum dicat Paulus cupiditatem seu auaritiam esse radicem omnium malorum, & insuper apostasiam, id est, inobedientiam esse primum primorum parentum peccatum, dicemus in fine.

Apostasia est defectio & rebellio & à fide vel obedientia recessus. *2.Pet 2.v.21* *Ex apostasia in homine sumpsit superbia initium.* *Serpens dæmon superbiæ tentatione primos parētes decepit.* *Gen 3.v.5.*

In originali est: Ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἀνθρώπου ἀφισταμένου ἀπὸ κυρίου, *initium superbiæ hominem deficere à Domino*, vel *initium superbiæ, hominis recedentis à Domino.* q. d. tunc initium cæpit superbia hominis, cum primum deficeret à Deo. Sunt etiam editiones vt LXX. In quibus comma legitur post vocem *hominis*, sed prior interpretatio vera videtur & potest verti: *Initium superbiæ hominis deficientis à Domino, cum à factore suo defecit cor ipsius.*

Jn vers. 15. dicitur: *Initium peccati est superbia.* ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία, sic vertere complut. & Mont. at in Aldi editione, & Romana est, vt affirmat Drusius: ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἁμαρτία, *initium superbiæ peccatum*, quod congruit cum prima sententia, in qua affimat Sirach, initium superbiæ esse peccatum defectionis, vel apostasiæ, vel inobedientiæ. Sed alium sensum vulgatus expressit cum transtulit. *initium omnis peccati est superbia*, quasi omnia hominum peccata originem à superbia trahere videantur, eo modo quo statim dicemus. Tandem vltimum hemistichium. vbi dicitur: *adimplebitur maledictis*, Montanus legit, βύσει βδέλυγμα, *iniuriabit abominationem*, at Drusius aliud secutus est, id est, ἐξομβρήσει; id est, effundet, vel emittet copiose velut imbrem abominationem, id est, peccata, sumendo maledictum pro peccato, vt suo loco dicemus.

Illustratio prima.

I*Nitium superbiæ hominis apostatare à Deo.* Eundem sensum expresserunt LXX. cum Legunt *Initium superbiæ hominis cum apostatauit à Deo*, hoc est tunc sumpsit initium superbia hominis cum apostatauit, vel retrocessit per inobedientiam à Deo Sic explicuit Rabanus aiens: Apostasia 108.

Tunc cepit in homine superbia cum apostatauit à Deo.

enim

enim nulla maior est, quam auersio creaturæ à creatore suo & hæc merito ascribitur superbiæ quoniam superbia est quod mediocre bonum assimulare, vel adæquare se vult summo bono. Hæc fuit initium diaboli casus: hoc & humanæ præuaricationis exordium. ergo suppono prius primum peccatũ Adę esse inobedientiam, ex D. Paul. Rom. 5. v. 19. dicere: *sicut enim per inobedientiã vnius hominis peccatores constituti sunt multi*, &c. ergo si inobedientia fuit primum peccatum, ex quo tot tantaque mala processere, quare illud vocat apostasiam Ecclesiasticus? quia cum apostasia, vt diximus, sit temerarius recessus à statu fidei obedientiæ Ecclesiasticæ vel religionis, & sit defectio, & rebellio voluntatis humanæ, qua homo à Dei voluntate retrocedit, inde est, quod idem sint apostasia, & inobedientia cum inobedientia proprie sit recessus à volũtate superioris, igitur cum per inobedientiam primus homo à Deo, & eius voluntate apostatauit, incidit in superbiam, cupiens sui ipsius excellentiam, & honorem aucupare. Sicque grauissimum peccatum sorbere non pertimuit.

Rom. 5. v. 19.

Quid sit Apostasia.

Hac insuper à Dei voluntate retrocessione auertit se homo ab incommutabili bono, quod est Deus, nam dixit D. August. tom. 1. lib. 3. de libero arbitrio cap. 2. *Animum vero peccati arguimus cum eum conuincimus superioribus desertis ad fruendum, inferiora præponere. Propterea quid opus est quærere vnde iste motus existat quo voluntas auertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum, cum eum non nisi animi, & voluntarium, & obculpabilem esse fateamur, omnisque de hac disciplina vtilis ad id valeat, vt eo motu improbato, atque cohibito voluntatem nostram ad fruendum sempiterno bono à Lapsu temporalium conuertamus.* q. d. peccatum nihil aliud est, quam retrocessio iniusta, & auersio indebita veri boni, quod quia æternum est, est incommutabile, id est, non mutatur, simulque est conuersio, vel mutatio ad aliud bonum mutationi obnoxium, & quod cito transit, & deficit exemplum accipe ex negatione D. Petri. ingressus erat Petrus domum Caiphæ, & applicauerat se ad ignem, vt calesceret vna cum familiaribus domus, & ingressus intro sedebat cum ministris Matth. 26. vers. 58. & ita se à Deo auertit vt illorum societati se adiungeret, & cum illis familiares sermones conferret, Quare cum eum omnes cognoscerent esse discipulum Christi, & vt talem designarent, ipse negauit se illum hominem nosse. Luc. 22. v. 57. *At ille negauit eum dicens: Mulier non noui illũ.* Ergo cũ sic auersum à Deo Christus Dominus Petrum respexisset. *conuersus Dominus respexit Petrum.* vix oculus eius conuertit, vt illum respiceret, cum Petrus *egressus foras fleuit amarè.* Quænam hæc tam subita discipuli negligentis mutatio vix Christus illum respicit, cum domo egreditur, & viam proterit, antequam e domo propellatur? non caret hæc egressio, seu potius eruptio mysterio. illa enim Domini ad Petrum conuersio cum ille se non nosse iurabat auertendo se à Deo, docebat discipulum, illum hac negatione se conuertisse à bono incommutabili ad commutabile bonum, à bono solido & vero ad bonum, quod cito deficit, & transit, & hac indebita, & iniusta retrocessione diuini amoris ignem amoris humani pretio commutauit.

Per peccatum homo se auertit ab incommutabili bono quod est Deus.

D. August.

Peccatum est auersio indebita veri boni & retrocessio iniusta.

Matth. 26. v. 58.

Luc. 22. v. 57

Negatio Petri fuit auersio à Deo.

Luc. 22. v. 61

Conuersio Petri qualis.

109 Ergo Primi hominis apostasia, cum nollet diuino precepto parère, fuit auersio, & retrocessio à Dei voluntate, & amore eius. & conuersio ad creaturarum amorem & voluntatem earum peccatum enim ex hominis voluntate diuinum amorem abradere conatur, vt creaturarũ amorem inserere possit. Deus autem animum alieno amore occupatum deserit, quia cum solus sit, solus vult ab hominibus amari. Deut. 32. v. 39. dixit Deus: *videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.* Quare non vult Deus vt non sit alius præter ipsum Deus, nisi quia omnia ei soli tamquam Deo debentur, & alterius præter ipsum amor despiciendus; solusque Deus amandus, quia ipse precipit. Deut. 22. v. 9 dicitur. *Non seres vineam tuam altero semine.* Quare nolebat Deus vt aliud semen, non sereretur in terra, vbi vinea plantata erat? numquid ipsa terra alios fructus proferre non poterat? poterat sane, *sed ne & sementis (inquit) quam seuisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur,* id est, polluantur, quia segetes ex satione hac mistorum à Deo vetitorum immundæ censentur: & quasi polluere etiam vicinas vuas, quas contingunt, & ambiunt: ita enim hic sancit Deus. vide Leuit. 29. v. 19. Sed ad intentum respondeo, Deum odisse mixta, sic ut inferius ipso cap. 22. Deut. dicitur & quia efforendus illi erat vinearum fructus, nolebat vt mixtus offerretur, quia odio habebat quodlibet mixtum & cum in donis quæ offerebantur, exprimebatur amor eorum, qui offerebant, nolebat sibi offerri mixtum amorem, sed simplicem, & vnicum, vt significaret, amorem nostrum simplicem, & non mixtum creaturarum amore, nos illi debere tamquam munus gratum soli ipsi debitum nos deferre. Ideo precipit, ne in vinea animæ nostræ mixturam aliarum arborum conseramus, amor enim humanus ita modicus & restrictus est, vt duobus dominis seruire, & vtrumque diligere minime valeat, vt satis experientia docet.

Apostasia primi hominis qualis.

Deut. 32. v. 39.

Quare non vult Deus vt non sit alius præter ipsum Deus.

Deut. 22. v. 9.

Deus odio habet omne mixtum & quare.

110 Itaque peccatum cum sit à Deo auersio, & conuersio ad creaturam, ostendit Ioseph Patriarcha (cum tentatur à Domina illecebris voluptatis irretita, vt ad suam se conuerteret voluntatem, & voluptatem) illum in peccatum incidere. qui relicto Dei voluntatis præcepto abstrahitur & illicitur à cõcupiscentia sua impellente, cõuertendo se ad creaturæ voluntatem. ipsa rogat, suadet impellit, Ioseph vero respondet. Gen. 39. v. 9. *Ecce Dominus meus, &c. quomodo ergo possum hoc malum facere & peccare in Deum meum,* fatetur sane suam propriam imbecillitatem affirmans dominam suam se ipso potentiorem esse. ipsa enim audet duobus dominis seruire, & eorum voluntati obsequi: Iosephus vero ausus nõ est vtriq; indulgere. *quomodo possum,* &c. q. d. Tibi & Deo complacere nõ valeo, & vtrisq; simul tamquam Dominis seruire, & indulgere non audeo. vtrumque bonum simul assequi non possum, nec mihi potentia est. Quod vtique verum est, optimam enim excusationem attulit nam auertere se Iosephum à Dei voluntate, & obsequio, & ab incommutabili bono in eo consistebat solum, quod tentationi illecebris voluptatis delinitus succumberet, bonũ commutabile amplectendo, bonum fallax, quod potius malum appellandum est, ideo dixit: *Quomodo possum hoc malum facere,* &c.

Peccatum esse auersionem à Deo & conuersionem ad creaturam ostenditur.

Gen. 39. v. 9.

Qui peccat duobus Dominis vult seruire.

111 Hoc optime probat id, quod ait Psaltes Psal. 136. v. 2. de Israelitis, qui captiui ducebantur à Babylonijs: *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Salix arbor sterilis est, nec flores, nec

Ps. 136. v. 2.

Salix sterilis est.

fructus deferens, nec gummi, sed tantum vmbraculum offert, vt solis ardorem repellat. insuper *suspendere* significat suspendio necare; vt esth. 7. v. 10. *suspensus est Aman,* &c. Gen. 40. v. 22. *alterum suspendit in patibulo.* Ergo Babylonij, vt psalant ab Israelitis deprecantur: *quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos verba cantionum.* At ipsi quia erant præ nimia tristitia profligati, responderunt: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Quænam hæc excusatio? si citharas & organa in manibus defertis, vt tamquam periti citharædi modulantes, aures omnium demulcere possitis, & iam iuxta diuinum placitum heris alijs subiecti ducimini, quare ab illis rogati fidibus non concinitis, vt bene à barbaris tractemini? At ipsi in certa sua sententia consistunt respondentes: *quomodo cantabimus,* &c. Ratio igitur, quare barbarorum precibus non acquiescunt, hæc est, quia potentiam ad seruiendum duobus Dominis quasi sterilem redditam deferebant. non enim erat illis potentia ad placendum dominis, qui tamquam heri præcipiebant, vt fidibus canerent, *cantate nobis,* & ad seruiendum vero Domino, cuius placitum, & decretum erat, ne extra templum *canticum Domini in terra aliena cantaretur.* Erat enim ipsis quasi emortua potentia ad placendum & seruiendum barbaris, cum iam musica instrumenta, quæ deferebant in salicibus suspendissent, vt artem musicam vlterius tractare non possent: *suspendimus organa nostra. quomodo cantabimus?* Dixit D. Chrys. tom. 2. hom. 22. in cap. 6. Matth. explicans id: *Nemo potest duobus dominis seruire, Ne ergo tu dixeris hoc esse poßibile. Quando enim te vnus Dominus proprijs quoque exui iubet alter vero etiam aliena deripere: quando ille tibi imperat castitatem iste scortationem: quando hic tibi castigationem ventris indicit, ille ebrietatem, atque delicias,* &c. confirmat hoc Euseb. Emissen. serm. contra diuersa vitia aiens: *in vno animæ domicilio ira, atque patientia, iniquitas atque iustitia, castitas, atque luxuria simul habitare non possunt.*

Est. 7. v. 10. Gen. 40. v. 22.

Quare Israelitæ rogati à Babylonijs cantare noluerunt.

Duobus dominis seruire difficile.

Prohibitum erat extra templum cantare canticum Domini.

D. Chrysost.

Eusebius.

In vno animæ Domicilio iniquitas & iustitia habitare non possunt.

Ergo optime auersio indebita peccatum appellatur, quia à vero bono animus auertitur, vbi
112 totius decoris splendor enitet. ipse dixerat Psal. 49. v. 11. *Pulchritudo agri mecum est.* quod commentans. D. Bonauent. inquit: *vere Christus fuit ager plenus floribus virtutum, scilicet rosis donorum, & lilijs charismatum spiritus sancti suauium consolationum.* Hinc pulcherrimo agro, qui omnem continet pulchritudinem, & voluptatem, tamquam vero deliciarum paradiso sponsa inhiabat, cum sponsum suum ad agrediendum in agrum inuitabat, aiens cant. 7. v. 11. *veni dilecte mi egrediamur in agrum commoremur in villis.* Cum igitur huius cælestis paradisi pulchritudo ita deliciosa & grata sit, vt facile nostrum animum alliciat, & ad fruendum eius suauitate nos inuitet; ita tamen animus noster voluptatis carnis illecebris delinitur, & decipitur vt facillime se retrahat, & abducat à vera paradisi cælestis pulchritudine per indebitam auersionem, vt alia fæda sæculi pulchritudine indebite potiatur. *fallax enim est, & vana pulchritudo,* &c. Pro 31. v. 30. constat ergo idẽ esse à Deo apostatare, ac non obedire, & per indebitam auersionem à Dei voluntate retrocedere, & voluntatem humanam *auertere se ab incommutabili bono ad commutabile bonum.* vt dixit D. August.

Psal. 49. v. 11

D. Bona.

Christus Dominus verus deliciarum ager.

Cant. 7. v. 11

Pro. 31. v. 30

Idem est apostatare ac non obedire.

D. August.

Per translationem, vt diximus apostatare, nihil aliud est, quam abscedere ab eo, quod quis tuendum suscipit, vt miles, qui ab imperatore ad hostes deficit. sic primus homo antequam in superbiam incideret, apostatauit à Deo, id est, retrocessit à voluntate eius, & à præcepto, quod ad seruandum susceperat, & per inobedientiam à Domino ad hostem, Dæmonem scilicet defecit. Simile præceptum Lot & vxori eius, & filiabus Deus proposuit, cum decreuit de sodomitis vindictam sumere dixit enim ad Lot. Gen. 19. v. 17. *Salua animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.* Quare si Deus impulit Lotum ex illa ciuitate egredi non solum summa festinatione, sed præcipiti fuga, & iussit retro non respicere? Primo ad probandam, & exercendam obedientiam Lot. id ei præceptum est: obedientia enim in ijs, quæ parua & leuia videntur exploratius probatur.

Apostatare quid aliud significat

Gen. 19. v. 17.

Quare iussit Deus Lot si retro non respicere

113 Sic probare voluit Deus obedientiam Adæ prohibens vnius arboris fructum edere. non enim magna laus obedientiæ est, nec satis efficax probatio eius in maximis, & grauissimis Dei mandatis exequendis impigrum, & strenuum esse. Secundo vetuit Lot quæ retro erant respicere ad maiorem sceleratæ illius gentis detestationem, quæ adeo exosa, execrataque fuit Deo, vt eam nullo bonorum virorum respectu, nedum commiseratione dignaretur. vt cum dixit Christus discipulis *excutite puluerem de pedibus vestris.* Matth. 10. v. 14. Tertio ad reuerentiam iudiciorum Dei, vt discamus ea non curiose scrutari, sed venerari, &c.

Obedientia exploratius probatur in ijs quæ parua sunt.

Sed quarto ad intentum retro respicere prohibuit Deus, vt illustre, & salutare documentum, simul & exemplum præberetur ijs, qui ex vitiosa & mundana vita, & conuersatione vocati, & adducti sunt ad spiritualis disciplinæ institutionem atque exercitationem, quam vtique præfigurauit mons ille, ad quem iussus est ab Angelis Lot confugere, quo ingruentia mala effugere posset. Huiusmodi enim viros conuenit, vt omnia, quæ retro sunt obliuiscantur. & semel iam ab ipsis relicta, & abiecta prorsus auersentur, & acerrimo studio, & indefessa sedulitate contendant se ad interiora bona extendere & quia vxor Lot retro contra prçceptum domini respexit versa est in statuam salis vt exemplum eorum esset, qui à via mandatorum Dei retrocedit. Sic explicuit Elias cretensis commentator D. Greg. Nazian. orat. 3. n. 28. commentans illud num. 19. *Et salis columna conuersionem ad vitium traducens, de ea que velut triumphum agens,* inquit, *Respexit mulier post se, & facta est statua salis, statua nimirum in triumphum, & condemnationem eorum, qui à virtute relabuntur, salis autẽ ad amaritudinem huiusce mali demonstrationem aut quia proba quidem alioqui erat verum ob inobedientiam perijt.* Sic perijt primus homo ob inobedientiam, quia retrocessit, à voluntate, & obedientia Dei, & apostatauit, conuertens se ad hostem humani generis, vt illius vocis auscultaret, & deceptus ad inconcessa pertenderet.

Retro respicere prohibuit Deus vt retrocesionẽ à Deo interdiceret

Quia vxor Lot retrospexit versa est in statuã salis.

Elias cretẽs D. Nazian.

Salis columna conuersionis ad vitium symbolum est.

Secunda illustratio

Initium superbiæ hominis apostatare à Deo. Iam diximus primi hominis inobedientiam esse per translationem apostasiam, quia eo ipso quod noluit diuino præcepto obtemperare apostatauit à sua voluntate, hoc est, retrocessit ab ea, vt dæmo- 114

Quare apoſtaſia fuit initium ſuperbiæ hominis.

dæmonem auſcultaret, qui ad ſuperbiam pertentauit, volens in animum ſuum inducere poſſe ad Deorum dignitatem peruenire. Nunc vero rogo, quare hæc apoſtaſia, vel inobedientia fuit initium ſuperbiæ hominis? hæc enim retroceſſio à Dei voluntate non videtur ſuperbiam continere, nec ad ſuperbiam prouocare. Reſpondeo 1. cum ſuperbia ſit appetitus propriæ excellentiæ inordinatus, tunc in hominibus incipit ſuperbia, cum Deum incipiunt derelinquere, & ſuam voluntatem diuinæ præponere; tunc ſic in eis incipit ſuperbia, vt ex eo initio varia & multiplex in ipſis ſequatur ſuperbia contra Deum, & homines ergo cum primus homo dereliquiſſet Deum, & ſuam voluntatem diuinæ præficeret, præceptum non cuſtodiens, protulit ſuperbiæ actum, ciuis initium fuit à Deo apoſtatare & retrocedere ab eius voluntate in præcepto implicita. Hæc ratio in quocumque peccato militat nam qui recedit à diuina volũtate quodlibet frangens præceptum, excellentiæ propriæ appetitum inordinatum diuinæ iuſſioni præfert. vt in illuſtratione ſequenti non obſcure patebit,

Superbia quid.

Reſpondeo 2. Ratio quare in primo homine, & in cæteris initium ſuperbiæ eſt apoſtatare à Deo ea eſt, quia hæc apoſtaſia includit in ſe defectum cognitionis Dei, ſic legit D. Ioan. Chryſ. infra citandus *initium ſuperbiæ non cognoſcere Dominum*; cum igitur primus homo Deum præcipientem abſtinere ab eſſu pomi, haud ſatis cognouiſſet, inde eſt, quod ex hac ignorantia, vel defectu cognitionis excellentiæ Dei pullularet ſuperbiæ actus, prætentante Dæmone illis verbis. Gen. 3. v. 5. *eritis ſicut Dij* ſi enim diuinæ maieſtatis excellentiam penetraſſet, non facile induceretur ad credendũ poſſe propriam excellentiam adipiſci. Dixit enim eleganter D. Gregor. lib. 28. mor. cap. 77. *Sancti omnes quanto magis diuinitatis interna conſpiciunt, tanto magis ſe nihil eſſe cognoſcunt. Nuſquam quippe Legitur, quod Abraham cinerem, & puluerem ſe eſſe profeſſus eſt, niſi cum habere Dei meruit collocutionem. eſſe enim ſe aliquem fortaſſe crederet, ſi veracem eſſentiam quæ ſupra ipſum eſt, minime ſenſiſſet.* Dixit etiam D. Chryſ. tom. 4. ad Theſal. 2. cap. 1. hom. 1. *Quomodo vero initium ſuperbiæ eſt non agnoſcere dominum? aptiſſime. Qui enim Deum agnoſcit vt oportet, qui agnoſcit filium Dei vſque à Deo fuiſſe animo humili, & modeſto non extollitur qui vero iſta ignorat, extollitur: ad arrogantiam quippe imbuit ſuperbia*, &c. & tom. 1. hom. 3. de verbis, Jſaiæ, inquit: *Nam ſuperbia vt inquit Scriptura eſt non noſſe dominum.*

Apoſtaſia includit in ſe defectum cognitionis Dei.
Gen. 3. v. 5.
D. Gregor.
Qui vere Deum cognoſcit fatetur ſeipſum nihil eſſe.
D. Chryſoſt.

Ergo cum creatus eſſet homo ad creatori ſuo in omnibus obtemperandum, & in ea ſubiectione incluſa eſſet humilitas naturæ humanæ, quam ſortitus erat, ipſe per primum apoſtaſiæ peccatum, quæ fuit obedeintiæ contemptio, oblitus propriæ vilitatis, & ſummæ excellentiæ ignarus, ſuam excellentiam diuinæ prætulit, & tamquam inobſequens præceptum illi à Deo commendatum petulanter tranſgreſſus eſt. Quomodo autem dicatur initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo peracute oſtendit D. Thom. 1. 2. q. 84. a. 2. reſpondens ſecundo argumento, quod hoc loco Eccleſiaſtici probauerat: *Ad ſecundum ergo* (inquit) *dicendum, quod apoſtatare à Deo dicitur eſſe initium ſuperbiæ ex parte auerſionis. ex hoc enim quod homo non vult ſubdi Deo ſequitur quod inordinate velit propriam excellentiam in rebus temporalibus, & ſic apoſtaſia à Deo, non ſumitur ibi quaſi ſpeciale peccatum, ſed magis vt quædam conditio generalis omnis peccati, quæ eſt auerſio ab incommutabili bono* (vt ſuperius diximus in prima illuſtratione) *vel poteſt dici quod apoſtatare dicitur eſſe initium ſuperbiæ, quia eſt prima ſuperbiæ ſpecies. Ad ſuperbiam enim pertinet cuique ſuperiori nolle ſubijci, & præcipue nolle ſubdi Deo: ex quo congit quod homo ſupra ſe ipſum indebite extollatur, quantum ad alias ſuperbiæ ſpecies.*

In ſubiectione includitur humilitas.
D. Thom.
Quomodo dicatur vitium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo.

Illuſtratio tertia.

115

QVoniam ab eo, qui fecit eum receſſit cor eius explicat auctor quid ſit apoſtatare à Deo, & ſimul reddit rationem, quare apoſtatare à Deo ſit initiũ ſuperbiæ hominis ſcilicet, quia cor eius receſſit à ſuo creatore grandis enim ſuperbia fuit in homine recedere à Deo corde ſuo, quaſi ignorans ſe recenter ex nihilo Plaſmatum à Deo, quod eximium creationis beneficium retributionem amoris poſtulabat, cum fuerit diuini amoris inſigne non ſolum ex nihilo feciſſe, ſimulque in faciem eius inſpiraſſe vitæ ſpiraculum, vt factus eſſet in animam viuentem; ſed etiam ſapientiam, & potentiam ſuam quaſi impendiſſe, & beneficium ſui amoris apud eum collocaſſe, vt par pari referret creatorẽ ſuum ardentiſſimo amore proſequendo. At ipſe recenter ex nihilo factus, & tot naturæ & gratiæ ornamentis condecoratus, vt totius humani generis, & mundi principatum acciperet, retroceſſionem cordis & auerſionem voluntatis pro tantis beneficijs retulit, *quoniam ab eo qui fecit eum receſſit cor* & hac ingratiudine creatori ſuo reſpondit. Quam hominis ingratitudinem Deus ægre ferre ſæpeque in eam vindicare ſolet. Queritur Deus per Prophetas de hac ingratitudine, vt Oſe. 7. v. 16. *& ego* (ait Dominus) *erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo, facti ſunt quaſi arcus doloſus cadent in gladio principes eorum*, &c. erudierat Deus Populum Iſraeliticum, & docuerat per legem viam iuſtitię & brachia eorũ confortauerat, id eſt fortiſſimos reddiderat, vt tot tãque robuſtas gentes ſine labore vincerent; ipſi vero tamquam ingrati pro his beneficijs ſolum cogitarunt quomodo Deum peccando irritarent. *Reuerſi ſunt*, &c. D. Hieronym. *Reuerſi ſunt In priſtinum ſtatum, vt abſque iugo & frenis deferrentur per præcipitia* Hoc eſt, reuerſi ſunt in eum ſtatum, in quo erant cum legem non habebant) *& mutarentur in arcum doloſum, vt quos deus contra aduerſarios intenderat, ipſi contra ſuum dominum verterent, & mitterent aduerſum eum blaſfemiarum ſagittas.* Jtaque receſſerunt à Deo, & à lege. In hac eruditione Iſraelitarum oſtendit Dominus amorem, quo illos proſequebatur, & ipſi pro tanto beneficio reddiderunt reuerſionem à Deo, & à lege eius nam in Deum cogitauerunt malitiam, & facti ſunt abſque iugo indomiti nolentes legi Dei obtemperare. Vide etiam Pſ. 77. v. 9. *Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum*, &c.

Ratio quare apoſtatare à Deo ſit initium ſuperbiæ eſt, quia cor hominis receſſit à ſuo creatore.
Ingratitudinem hominis Deus ægre fert.
Oſe 7. v. 16.
Pro beneficijs reddit homo Deo peccata.
D. Hieron.
Pſal. 77. v. 9.

116

Nota. 1. ingratitudinem hominum. nam cum confortaſſet brachia eorum, hac fortitudine vſi ſunt in odium Dei confortantis prouocantes ad iram benefactorem ſuum. Nota. 2. verbum *reuertendi*, nam ipſi cum ſubditi eſſent iugo amoris Dei, & diuinæ legis, cor ſuum remouerunt à Deo, vt eſſent abſque iugo ipſius amoris, & legis, ſic Primus homo in ſuperbia incidit, cum iugum diuini præcepti inconſiderate ex ceruice cordis

Notanda hominis ingratitudo.

cordis excuſſit. eſſe enim abſque iugo, ſignum eſt ſuperbientis, qui propriæ excellentiæ appetitum inordinatum diligit, nolens alteri ſubdi, ſed ſua poteſtate & libertate frui. Cum ergo quis abſque ſubiectionis iugo nulli ſubiectus exiſtit, non ſolum ſe vane extollit, ſed efficitur *quaſi arcus doloſus*, qui alio iacit ſagittam, quam velit ſagittarius, vel potius, qui ſcopum non petit ſed fractus, vel inuerſus percutit ipſummet ſagittarium. & cum Deus dediſſet Adamo præceptum, quo ſagittam amoris, & ſubiectionis iaceret ad verum ſcopum, ſcilicet Deum, ipſe factus eſt arcus doloſus, qui ſagittam iecit non in ſcopum, quo petenda erat, ſed infractus propriæ excellentiæ, & ita perijt. Sic quilibet alius efficitur doloſus arcus, cum cor ſuum à Deo & eius voluntate remouet, vt abſque iugo legis exiſtat; quare arcus inuerſus ipſummet ſic iacientem ſagittas percutit, &c.

Eſſe abſque iugo ſignum eſt ſuperbientis.
Adam factus eſt arcus doloſus.

Hinc colligitur quare ChriſtusDominus hoc præceptum diſcipulis ſuis, quos ad prædicandum mittebat commendaret Luc. 9. verſ. 4. *In quamcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.* Quare ita diſcipulorum voluntatem Chriſtus reſtrinxit, vt de domo quam intraſſent non exirent? nõnne melius erat ab alijs hoſpicio recipi, vt digni præmio cæleſti redderentur, & per talia miſericordiæ opera æternæ retributionis mercedem conſequerentur? cur præcipit non exire? Reſpondet D. Ambroſ. lib. 5. in Lucam: *Nec otioſe ſecundum Matthæum domum, quam ingrediantur Apoſtoli legenda decernitur, vt mutandi hoſpitij neceſſitudiniſque violandæ cauſa non ſuppetat.* Toletus noſter alias cauſas addit: ne domum (inquit) mutantes contriſtent, ac perturbent eum, à quo recepti ſunt, & ne etiam ipſi, aut leues, & inconſtantes, aut ventri dediti alijs videantur: & ne dum hoſpitia mutant in locum parum conuenientem incidant, aũt ſe erraſſe prius oſtendant. Eligendi ergo optionem diſcipulis dat, ſed mutandi facilitatem amputat. Sed reſpondeo ad intentum, noluiſſe Chriſtum diſcipulos mutare domum hoſpitij, ne retrocedere viderentur ab amore primo hoſpiti debito, & velle eum remuneratione, & præmio priuare obſequio reſpondente, & inſuper ne alterius amoris cauſa primum deſererent, & quaſi apoſtatarent à voluntate primi hoſpitis, auertendo ſe ab illo, quem amare debebant. ita Deus moleſte fert retroceſſionem à ſuo amore, vt nec huius retroceſſionis vmbram oſtendi patiatur. fert enim permoleſte, vt homo ſuum deſerat amorem, vt impuro quocumque amore potiatur, tunc enim à Deo recedit cor eius, cum ad creaturam ſe ad illam diligendam conuertit.

Quare Chriſtus præcepit diſcipulis manere in domo in qua receperint illos.
Luc. 9. v. 4.
D. Ambroſ.
Noluit Chriſtus diſcipulos mutare domum ne ingrati viderentur.
Ægre fert Deus vt homo retrocedat ab amore ſuo.

117

Ideò eodem cap. 9. v. 62. Lucæ aiebat Chriſtus Dominus: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei.* Quod explicans D. Gregor. lib. 1. ſup. Ezech. hom. 3. *Manum quippe in aratrum mittere, eſt quaſi per quemdam compunctionis vomerem ad proferendos fructus, terram ſui cordis aperire. Sed retro poſt aratrum aſpicit qui poſt exordia boni operis ad mala reuertitur quæ reliquit, quod quia electis Dei minime contingit, recte per prophetam dicitur: Non reuertebantur cum incederent.* itaque qui relicto Dei amore reuertitur ad amorem ſæculi, quem relinquerat, non eſt aptus ad regnum cælorum, &c.

Luc. 9. v. 62.
D. Gregor.
Manum in aratrum mittere quid.
Qui relicto Dei amore reuertitur ad amorem ſæculi non eſt aptus regno Dei.

Quare Apoſtolus. Galat. 1. v. 6. dixit: *Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti. in aliud Euangelium*, &c. q. d. explicat noſter Cornelius: Apoſtatatis ab Euangelio, imo à Deo & Chriſto Jeſu, idque in ſummam iniuriam, & contemptum Dei, & Chriſti, qui vos vocauit ſine meritis, imo cum de meritis veſtris ex liberali amore ad gratiam, reconciliationem, amicitiam Dei & ſalutem. ſicque admiror, quod tam cito vos ſinitis transferri, & tranſponi ab Euangelio Chriſti ad legem Moyſi. Ideò cum recordatur Siracides apoſtaſiæ primi hominis, quaſi miratur tam cito hominem ſe tranſtuliſſe à gratia Dei, & voluntate eius ad peccatum, vt certiorem faceret dæmonis pollicitationẽ, in qua pollicebatur poſſe ad dignitatem Deorum peruenire. ſicque ait: *Quoniam ab eo qui fecit eum receſſit cor eius.* q. d. Non poſſum non mirari, quod cum homo tot ornamentis condecoratus à Deo eſſet, & tanto amore inſignitus, ita male reſponderet, cor ſuum, id eſt, amorem remouendo ab eo, qui fecit illum, cum deberet par pari referre, hoc eſt, reddere pro amore amorem, & tot beneficiorum memoriam ſempiterna beneuolentia colere. Sed *cor eius receſſit*, quod ingrati animi indicium erat. & cor à Deo recedens à Jeremia cap. 17. v. 5. maledicitur: *Maledictus homo, qui confidit in homine, & à Domino recedit cor eius.* Vide Oſeæ 10. v. 2. *Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt.*

Galat. 1. v. 6.
Cornelius.
Adam male reſpondit cor ſuum remouendo ab amore creatoris ſui.
Ier. 17. v. 5.
Oſe 10. v. 2.

Illuſtratio quarta.

118

QVoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia. Quia ſuperbia fuit filia inobedientiæ, vel apoſtaſiæ, vel indebitę auerſionis à Deo, vt diximus, inde eſt, quod hæc filia adiungens ſe cordi hominis, quaſi ipſi ſponderet, ex quo quaſi connubio reliqua peccata tamquam filię trahere originem, vt verum ſit ſuperbiam initium omnis peccati eſſe, id eſt, omnium peccatorum matrem, & radicem quia cum omne peccatum ex eo incipiat, quod homo Dei voluntate relicta, ſuam facere pręeligat, quod ad ſuperbiam pertinet, ideò dicitur, eſſe omnis peccati initium vide quæ dicemus fine, cum dubium ex hac ſententia ortum extricemus.

Initium omnis peccati eſt ſuperbia & quare.

Ergo cum Tobias filio ſuo monita præberet, hoc non vltimum c. 4. v. 14. *Superbiã*, inquit, *numquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.* vt à cæteris peccatis abſterreret abſterret prius à ſuperbia, quia hæc radix, & mater eſt omnium peccatorum. *Senſum* vocat *mentem*, vt explicat Gloſſa, & vt Lyra cor, *in tuo corde*, & non dicitur, ait ipſe, euenire quia impoſſibile eſt, quin inſurgant elationes aliquæ, ſed tunc dominantur quando quis impetum earum ſequens, ſecundum eas operatur, quod poteſt ab homine caueri. ideò addit Gloſſa: *& ſi aliquando ſit, non regnet.* Cum enim in corde dominatur ſuperbia, tamquam regina moderatur ſenſus, & potentias hominis, & cum à ſuperbia ſubiectionem accipiunt in multa elabuntur peccata: nam ſi potentiæ ſubijciuntur, & ſenſus ſuperbiæ reginæ in corde dominantis, ita obtemperare deſiderant, vt pro eius amore, & gratia omnes leges, & præcepta adhuc, & ipſum Deum proterere non dubitant, ideò Tobias ſuadet filio, ne dominari in corde ſuo ſuperbiam permittat, reddens rationem: *in ipſa enim initium ſumpſit*

Ex ſuperbia initium ſumpſit omnis perditio.
Tob. 4. v. 14.
Gloſſa.
Lyra.
Cum ſuperbia dominatur ſenſus & potentias hominis gubernat.

omnis perditio. nam cum dominata eſſet prius in Angelo, & illum ſocioſque perdidiſſet, voluit in homine etiam dominari, & illum perdere mediante Angelo, qui hominem pertentauit, promittens Deorum dignitatem, ſi præceptum Dei ſui contemptui haberent. Ideò dixit D. Bernardus ſerm. 17. in Cant. *Ergo in cælo concepit dolorem, & in paradiſo peperit iniquitatem prolem malitiæ, matrem mortis, & ærumnarum omniumque prima parens ſuperbia.* Ergo cum ſuperbia in corde hominis dominaretur, tamquam tyrannus Princeps vniuerſo generi humano perditionem effecit.

In cælo generata eſt ſuperbia in Angelo.
D. Bernard.

119. Hunc dominatum, & perditionem ſuperbiæ eleganter ſatis nobis oſtendit D. Gregor. lib. 4. Moral. cap. 18. in c. 3. Job. *Alius,* inquit, *ſe tyrannidi ſuperbiæ ſubijcit, & cor miſerum, dum contra homines erigit, vitio ſubſternit. Honorum ſublimium infulas appetit, exaltari ſucceſſibus exquirit, totumque quod eſſe deſiderat ſibi apud ſemetipſum in cogitationibus depingit, iam quaſi tribunali præſidet, iam ſibi parere obſequia ſubiectorum videt, iam cæteris eminet, iam alijs mala irrogat, aliiſque irrogauerint compenſat. Iam apud ſemetipſum ſtipatus cuneis ad publicum procedit, iam quibus obſequijs fulciatur conſpicit, qui tamen hæc cogitans ſolus repetit: iam alia conculcat, alia ſubleuat: iam de ſublatis recipit fauores,* &c. Elegantius hanc materiam inculcat ipſe Gregor. lib. 31. Moral. cap. 17. locum Tobiæ & Eccleſiaſtici apprime declarans. inter alia agens de ſuperbia, quam cordis reginam appellat: *Ipſa namque,* inquit, *vitiorum regina ſuperbia, cum deuictum plene cor ceperit, mox illud ſeptem principalibus vitijs quaſi quibuſdam ſuis ducibus deuaſtandum tradit. Quos videlicet duces exercitus ſequitur: quia ex eis procul dubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Radix quippe cuncti mali ſuperbia eſt: de qua ſcriptura atteſtante dicitur: initium omnis peccati ſuperbia,* &c.

Dominatus ſuperbiæ qualis.
D. Gregor.
D. Gregor.
Superbia regina vitiorum.

Ideò aiebat Dauid ad dominum Pſal. 35. v. 12. 13. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris, non moueat me, ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Pes ſuperbiæ* dicitur quod ſuperbia ſit viæ dux, quem cætera vitia ſequuntur, & cuius veſtigijs inſiſtunt, nam reliqua peccata videtur eſſe ſine pedibus, & ſine manibus; at ſuperbia illis eſt pro pedibus ad calcandam iniquitatis ſemitam, & pro manibus ad conſequendum, & apprehendendum, quæ illa non poſſunt. Ergo ait Dauid. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ.* Quod commentans D. Auguſt. tom. 8. 1. *Si enim,* inquit, *venerit pes ſuperbiæ mouet manus peccatoris, quæ eſt manus peccatoris? Male ſuadentis operatio. ſi factus eſt ſuperbus, cito te currumpit qui male ſuadet. Radicem peccati, & caput peccati timuit, qui dixit: Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Quare illum pedem dixit? quia ſuperbiendo Deum deſeruit, & diſceſſit, & pedem ipſius affectum ipſius dixit. Quare autem contra ſuperbiam hoc dicit. ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem? quia qui iniqui ſunt, in ſuperbia ceciderunt,* &c. Pende *radicem peccati timuit.* nam cum ſuperbia radix & caput malorum ſit, fugẽda proculdubio eſt, quia qui ſuperbiam fugit, fugit etiam fere omne peccatum, quod ex illa procedit. Quare Eccleſiaſticus vocat ſuperbiam radicem omnis peccati, vt homo in corde ſuo dominari non patiatur, ſicque omnium peccatorum caput de medio tollet.

Pes ſuperbiæ qualis.
D. Auguſt.
Superbia fugienda.

Hinc colligitur radicem fere omnium hæreſum ſuperbiam eſſe, vt ab inductione patebit. ſufficiat teſtimonium D. Gregor. qui lib. 3. Moral. cap. 13. explicans id Job 2. *Venerunt de loco ſuo,* inquit, *hæreticorum quippe locus ipſa ſuperbia eſt, quia niſi prius in corde intumeſcerent, ad prauæ aſſertionis certamina non conuenirent. ita namque malorum locus eſt ſuperbia, ſicut è contra humilitas locus bonorum.* Confirmat D. Auguſt. tom. 4. lib. vni de ſalutaribus docum. cap. 19. cum ait: *De ſuperbia namque naſcũtur hæreſes, ſchiſmata, præſumptiones,* &c. & tom. 3. lib. 2. de Geneſ. contra Manich. cap. 8. inquit: *Sicut enim eſt mater omnium hæreticorum ſuperbia* idẽ repetit lib. 8. de geneſi ad litt. cap. 25. tom. 3. D. Baſilius in cap. 13. Iſa. agens de ſuperbia inquit: *Non vnum modo malorum abſumit, ſed intelligere conuenit extenſe ab vno hoc ſuperbiæ, & contumeliæ peccato ſpecies malitiæ cæteras omnes deriuari.*

Superbia radix omnium hæreſum.
D. Gregor.
Humilitas locus bonorum.
D. Auguſt.
D. Baſil.

120. Claudat hanc illuſtrationem ipſe D. Auguſt. tom. 7. lib. vnico de nat. & grat. contra Pelag. cap. 29. vbi cum argumentaretur Pelagianus cupiens perſuadere, nullum peccatum ſine ſuperbia eſſe, afferẽs teſtimonium Eccleſiaſtici redarguit Sanctus: *ſed ideo veriſſime dictum eſt, quod iſte aliter intellexit: initium omnis peccati ſuperbia, quoniam diabolum, à quo extitit origo peccati, ipſa deiecit, & ſubſequente inuidentia, hominem ſtantem, vnde ipſe cecidit, inde ſubuertit. nam vtique iactantiæ ianuam, qua intraret, ſerpens ille quæſiuit, quando ait: eritis ſicut dij ideo dictum eſt: omnis peccati ſuperbia & initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo.*

D. Auguſt.
Nullum peccatum ſine ſuperbia.

Illuſtratio quinta.

121. *Qui tenuerit illam* (ſuperbiam) *adimplebitur maledictis,* id eſt, qui conceſſerit ſuperbiæ ingreſſum in corde ſuo, & illam tenuerit, vel conſeruauerit, maledictionibus replebitur. Non ſolum à Deo, ſed etiam ab hominibus maledictionibus impetitur. nam virum ſuperbum omnes execrantur, maxime Deus. vide Prou. 16. v. 5. *Abominatio Domini eſt omnis arrogans,* &c. in Heb. *omnis elatus corde.* LXX. *immundus apud Deum omnis ſublimis corde.* q. d. omnis qui vana elatione animi apud ſemetipſum tumet, apud Deum execrabilis eſt, vnde D. Auguſt. to. 2. lib. epiſt. epiſt. 58. cum ageret de Phariſæo ſuperbo, inquit: *Non placuit Deo, qui placebat ſibi. quoniam diſſipauit Dominus oſſa hominum ſibi placentium.* Pſal. 52. D. Ambroſ. ſerm. 15. in Pſal. 118. tom. 4. explicans id: *Spreuiſti omnes,* &c. inquit: *Omnis ſuperbus immundus eſt in conſpectu Dei, quia non poteſt per ſuperbiam ſuam mundare peccata, qui arroganti ſpiritu coaceruat errorem, ideoque ſpernitur, atque deſpicitur, quia deſpectui habet diuina mandata.* Vide etiam Prou. 11. v. 2. vbi ait Salomon: *vbi fuerit ſuperbia, ibi erit, & contumelia.* poteſt intelligi paſſiue, quia ſuperbus contumelias, quas dicit, audit, irriſorque omnium irridetur, iuxta id Habac. 1. v. 10. *Tyranni ridiculi eius erunt,* id eſt, ſuperbi principes riſu, & ſibilo explodentur.

Qui tenuerit ſuperbiam implebitur maledictis.
Prou. 16. v. 5.
D. Auguſt.
D. Ambroſ.
Omnis ſuperbus immundus eſt in conſpectu Dei.
Prou. 11. v. 2.
Hab. 1. v. 10.

Itaque Deus vt elati animi tumorem comprimat, contumelias, probra, & maledictiones immittit, & ſuperbos cunctorum hominum contemptui exponit. Sic Rabanus dicens: de ſuperbia namque naſcuntur hæreſes, ſchiſmata, detractiones, inuidia, verboſitas, iactantia, contentiones, animoſitates, ambitio, elatio, præſumptio, vanitas, inquietudo, mendacium, periurium & cætera huiuſmodi. Sed hęc quis dubitet ex cupiditate quoq; procedere, &c. verbũ *tenere* indicat fortẽ retentionem in corde, in quo ſuperbia ſedẽ collocat, & pedẽ figit, vt actiones hominis moderetur, & ita ſe gerit vt oculos tumore impleat, & os proferat verba contumelioſa, ſicque efficit vt ab omnibus maledictionibus imperatur. & ſi maledicta ſignificant peccata, pluribus ſceleribus impletur homo, qui locum dedit ſuperbiæ in corde ſuo, & tenet illam, vt ſecum ineat ſocietatem. Hoc denotat lectio LXX. qui vertũt: *proeffundet abominationem,* vel *execrabilia,* vt Druſius. quid per ſenſus effundet ſuperbus, niſi ſcelera multa execranda, ſicut ille alius, de quo Job cap. 15. v. 25. ait: *Tetendit aduerſus Deum manum ſuã, & contra omnipotentem, roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.* Quare locus Eccleſiaſtici in theſauro Stephani legitur: *emittet copioſe velut imbrem abominationem,* &c.

Deus ſuperbos cunctorum hominum contemptui exponit.
Quid per ſenſus effundit ſuperbus niſi ſcelera multa.
Iob 15. v. 25.

122. Tandem ait Eccleſiaſticus: *& ſubuertet eum in finem,* id eſt, ſuperbia poſſeſſorem ſuum penitus ſubuertet. Sicut de ſuperbo loquitur Habacuc cap. 2. v. 5. ſub nomine Nabuchodonoſoris. *Et quomodo vinum potantẽ decipit: ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur.* q. d. ſicut vinum decipit potantem, quia primo eum exhilarat, ſed mox proſternit, & alijs deridendum præbet. ſeu ingreditur blande, & poſtea mordet, vt coluber: ſic ſuperbia hominis ſuperbi cito tranſit, & poſtea dolorem illi, & irriſionem omnium affert. & non glorificabitur, nec pulcher erit in oculis omnium, qui potius eum deteſtantur, ſed ſumma ignominia afficitur, eritque omnibus deteſtabilis.

Superbia poſſeſſorem ſuum penitus ſubuertit.
Habac. 2. v. 5.

Hoc confirmat illud Iob 20. v. 6. *ſi aſcenderit vſque ad cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit: quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant dicent: vbi eſt?* Pende ex Gen. 11. v. 4. ſuperbiam filiorum Adam, qui cæperunt ædificare turrim cuius culmen pertingeret ad cęlum, quomodo ipſorum ſuperbia, deſcendet domino, diſperſit illos & ſubuertit, &c. ſic dixit Innocentius de vilitate conditionis hum. *ſuperbia turum euertit, linguam confundit, proſtrauit Goliam, ſuſpendit Amam, Pharaonem ſubmerſit,* &c. Quod Mãtuanus expreſſit cum ſcripſit:

Tenditur ſuperbia filiorum Adam qui cæperunt turrim ædificare.
Mantuan.

Scilicet omne Deo contra nitente ſuperbum.
Euaneſcit opus: ſicut cum ſurgit in auras
Eructantis aquæ fluctus, mox vertice preſſo
Decidit, & ſpumas alto demergit in amne,
Atque humiles inter ſine nomine præterit vndas.

Et quidem Poëta, qui reddidit hunc locum Eccleſiaſtici carmine, ſic dixit:

A factore ſuo declinans perdita corda
Deſciſcit; verum deſerit atque Deum.
Illaque cunctorum radix eſt prima malorum
Ex illo vitium prouenit omne lacu
Plenaque ſunt cuius tumido præcordia faſtu
Multis damna dabit, maxima dira feret

Superbia radix prima malorum.

Crudelis eſt enim ſuperbia, quia poſſeſſores ſuos penitus ſubuertit, Palacius explicat ipſamque ſuperbia ſenſim hominem ſubuertit, velut qui muri fundamentum ſenſim excauat vt in fine totus ruat. ita Deus ſenſim ſuperbum in temporalibus; & ſpiritualibus debilitat, vt tandem eum in infernum præcipitet. Contra Chriſtus, cum *diligit ſuos, qui ſunt in mundo in finem diligit eos.*

Superbia ſenſim hominem ſubuertit.
Palacius.

Dubij ſolutio.

123. Dvbitari autem ſolet, quomodo dicatur ſuperbia initium peccati, cum dixerit Paulus 1. ad Tim. 6. v. 10. *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.* auaritia enim vitium capitale diſtinctum eſt à ſuperbia, hæc propriæ excellentiæ eſt inordinatus appetitus; at auaritia ſecundũ D. Auguſt. lib. 3. de lib. arb. c. 17. *Auaritia enim, quæ Græce φιλαργυρία dicitur, non in ſolo argento vel nummis, vnde magis nomen duxiſſe reſonat: argento enim nummi, vel mixto argento frequenter apud veteres fiebant: ſed in omnibus rebus, quæ immoderate cupiuntur intelligenda eſt, vbicumque omnino plus vult quiſque quam ſat eſt.* vnde ipſe argumentatur. *Hæc autem auaritia cupiditas eſt, cupiditas porro improba voluntas eſt. Ergo improba voluntas malorum omnium cauſa eſt.* D. Anſelmus, & ipſe D. Auguſt. tom. 3. lib. 11. de Gen. ad litt. cap. 14. cupiditatem, ſiue auaritiam accipiunt generaliſſime, illam ſcilicet, qua quiſque appetit aliquid amplius ſiue honoris, ſiue opum, ſiue voluptatum, ſiue vindictæ, quam ipſi conueniat, ita vt ſuperbiam comprehendat cupiditas, quaſi ſpeciem, ſicque in aliqua ratione conueniet vtrumque vitium, vt ſit radix omium malorum. Hoc intendit ſuadere Auguſt. tom. 4. lib. vnic. de ſalutar. docum. cap. 19. inquiens: *Nihil aliud omne peccatum eſt, niſi Dei contemptus, quo eius præcepta contendimus, & hoc nulla res alia perſuadet homini niſi ſuperbia. Porro ſuperbia, & cupiditas in tantum eſt vnum malum, vt nec ſuperbus ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſſit cupidus inueniri.* & in loco ſupra citato lib. arb. cum repetit locum Pauli, ait. *Hinc enim, & diabolus cecidit, qui vtique non amauit pecuniam, ſed propriam poteſtatem.* quia auaritia non ſolum eſt cupiditas pecuniæ, ſed etiam honoris, & excellentiæ.

Quomodo dicatur ſuperbia initiũ peccati, cum ſit cupiditas radix malorum.
1. Tim. 6. v. 10.
D. Auguſt.
D. Anſelm.
Cupiditas & auaritia generaliter hic accipitur
Auaritia includit in ſe vitium ſuperbiæ.
D. Auguſt

D. Thom. 1. p. q. 84. art. 1. & 2. hanc difficultatem ſubtiliter extricat. & in art. 2. aſſignat triplicem ſuperbiæ explicationem, & aſſerit ſuperbiam etiam ſecundum quod eſt ſpeciale peccatum eſſe initium omnis peccati. & ſubdit in corp. art. *Conſiderandum eſt enim quod in actibus voluntarijs, cuiuſmodi ſunt peccata duplex ordo inuenitur, ſcilicet intentionis, & executionis in primo quidem ordine habet rationem principij & finis* [finis & ſi poſtremus in executione, eſt tamen primus in intentione agentis, vt ipſe ait 1. 2. quæſt. 1. art. 1. ad 1.] *Finis autem in omnibus bonis temporalibus acquirendis, eſt vt homo per illa quamdam perfectionem ſingularem, & excellentiam habeat: & ideo, & hac parte ſuperbia, quæ eſt appetitus excellentiæ, ponitur initium omnis peccati. Sed ex parte executionis eſt primum id, quod præbet opportunitatem adimplendi omnia deſideria peccati, quod habet rationem radicis, ſcilicet diuitiæ? & ideo ex hac parte auaritia ponitur eſſe radix omnium malorum,* &c.

D. Thom.
Quomodo peccatum ſuperbiæ ſit initium omnis peccati.
Superbia in intentione eſt initium malorum & auaritia in executione.

Huic concluſioni reſpondent aliqui, hoc ſæpe verum eſſe, non tamen ſemper: ſæpe enim fit vt auaritia tam ordine intentionis quam executionis præcedat ſuperbiam, ſitque radix omnis peccati, adeoque ipſius ſuperbiæ, vt ſæpe videmus pauperes, & humiles, cum diteſcunt propter opes inſipere, inſoleſcere, & ſuperbire. quare tam ſuperbia quam auaritia radix eſt omnis peccati, quia vtrumque vitium impellit ad omnia peccata ſiue ad omne genus peccatorum. vt ex D. Auguſt. colligitur. Addit Janſenius: dicendum Apoſtolum auaritiam ſpecialiter acceptam aſſerere radicem omnium malorum, non quod omnia mala ex ea fiant, ſed quod omnis generis mala ex ea fieri ſoleant. Nec ſolum quod omnis generis vitia inde profiſciſcantur, ſed etiam quod omnis generis miſeriæ, & calamitates, tum tẽporales, tum æternæ hinc 124.

Superbia ſicut auaritia radix eſt omnis peccati.
D. Auguſt.
Ianſen.

incurrantur. Ideò enim præmittit, auaros *in multa incidere desideria, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* & subijcit; *illos se inseruisse doloribus multis.* Quę omnia mala proficiscuntur etiam ex superbia. Tandem Rabanus respondet: Cupiditas & superbia in tantum vnum est malum, vt nec superbus sine cupiditate, nec sine superbia possit cupidus inueniri. Siquidem & diabolus, in quo tenet superbia principatum, propriæ potestatis ac perditionis humanæ cupidus fuit. & ipse homo per appetitum arboris interdictæ, ac diuinæ similitudinis affectionē, morbo se affectū cupiditatis ostendit. Citat D. Gregor. ex lib. 34. Moral. cap. 17. & 18. super id Job 41. v. 25. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ.* Lege illum, sed de his satis.

VERS. XVI.

Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem.

Sensus.

125. PRopterea, &c. q.d. vt pro certo existimes, superbiæ vitium suos improbos possessores subuertere, admirabiles vltiones, quas fecit Dominus in sæculis transactis perpende, & cognosces quos tales vindictas, ex congregationibus malorum desumpsit Deus, ob superbiā accidisse. Nam dehonestauit Dominus malorum conuentus, insigni aliqua vltione eos inuoluendo, qua eos penitus subuertit, & destruxit vsque in æternum, &c.

Notæ.

ORiginalia legunt. *inductiones*, vel *obductiones*. quia verbum Græcum ἐπαγωγὴ id significat: *παρεδοξασε κυριος τὰς ἐπαγωγας: exhonorauit Dominus inductiones*, à verbo ἐπάγω, quod est induco, illido, obstruo, impello, incito; irrito, &c. oritur *epagogue*, quod inter alia significat inductionem, pellaciam, illecebras. & est ordinum, series, & consecutio deinceps continuata, vt in exercitu compositi agmine procedente, cum ordines deinceps alij post alios procedunt. Ex quo epagogue dicta est argumentatio, quæ ex concessis sensim laqueos texit ad irretiendum eum, qui semel se interrogandum præbuit, &c. Vide quæ diximus de huius verbi significatione cap. 2. vers. 2. num. 11. Iansenius existimat talem sensum efficere: Propterea admirabiles fecit Dominus vltiones, quæ scripturis significantur ob superbiam cecidisse. Sed mea sententia voluit significare, Deum dehonestare inductiones, id est, opera superborum, quæ sunt veluti inductiones voluntatis eorum, vt dehonestauit opus eorum, qui turrim Babel construebant, demoliendo, & euertendo illam: multi enim in locum campi de terra Sennar coacti erant, veluti conuentus malorum: *dixitque alter ad proximum suum: venite faciamus nobis ciuitatem*, &c. Gen. 11. v. 3. 4. Tunc dehonestauit opus eorum Deus, cum turrim factam infectam reddidit, & diuisit eos, &c. LXX. *incredibiles fecit Dominus obductiones*, id est, viadictas, vel inductiones calamitatum. Calamitates enim pœnæ superbiæ & superborum sunt. ideò Drus. vertit: *graues illustresque importat calamitates.* id est, intulit, & inuexit calamitates inauditas. nam θαυμαστὸς, est admirabilis, præter opinionem, inauditus. illustres vocat, quia illustrem & admirabilem se exhibuit Deus, illas immittendo, &c. Tandem *epagogas*. aliqui credunt significare elationes, & fastuosas animorum persuasiones, quales videntur in argumentationibus, & inductionibus ex argumētis. & cum verbum θαυμαδοξαζω significet etiam dehonestare secundum aliquos (quam significationem non inuenio) vt vulgatus transtulit erit q. d. *Dehonestauit Dominus* fastus scilicet superborum, & fastuosas persuasiones eorum, & inductiones argumentorum, &c.

Iansenius.

Opera superborum sunt inductiones voluntatis eorum.

Gen. 11. v. 3. 4.

Illustratio prima.

126. *In superbos. rum conuentibus fecit Deus vltiones.*

PRopterea exhonorauit Dominus conuentus malorum. vt probet Sirach. superbiam subuertere possessores suos, repetit vltiones, quas fecit Deus in superborum conuentibus. quæ est probatio ab inductione, vt loquuntur logici, id est, exemplis, vt patebit perpendenti varia supplicia, quibus Deus in veteri lege superbos plexit. insigni enim dedecore eos dehonestauit, vt quia ipsi suum quærebant honorem, Deus in grauissimum dedecus fecit incidere. Perpende supplicium, quod de Sodomitis Deus sumpsit, dehonestando illos, igne, & sulphure ciuitates eorum complanando, non solum, quia corporis voluptatibus se dederunt temerè, & largius se ingurgitando: sed quia superbiæ inseruierunt, dicente Ezech. cap. 16. v. 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia.* loquitur cum ciuitate Ierusalem. Ecce, inquit, id est, considera iniquitates, & sceleraSodomæ sororis tuæ, in quæ Deus animaduertit. Primum locum obtinuit superbia, quia hæc est centrum, à quo exeunt lineæ ad circumferentiam omnis iniquitatis. Sic dixit D. Jsidorus: *Superbia est origo omnium criminum, & ruina cunctarum virtutum.* & hic ponitur superbia vitium Sodomiticum, idq; primum. Deus enim superbos deprimit, permittendo eos labi in portentosas, & probrosas libidines, vt mox dicemus ex D. Paulo. nam vt dixit Seneca in Hercule Fur. act. 2.

Confideratio supplicij Sodomorum.

Ezech. 16. v. 49.

D. Isidorus. *Vitium Sodomorum superbia quæ ruina virtutum est & origo malorum.*

Seneca.

Sequitur superbus victor à tergo Deus.

Id est, deprimendo eorum superbiam persequitur eos, vt prosternat victoris instar, qui victos deprimit, proterit, perimit, & de illis vindictam sumit. quare dixit Euripides in Glauco:

Euripides.

Cum videris in sublime quempiam elatum
Splendidis gloriantem opibus, ac genere,
Supercilioque supra sortem suam fastuosum,
Illius celerem diuinitus expecta breui vindictam.

Herodotus. *Eximia animalia fulminat Deus superbos.*

Herodotus lib. 1. Historiarū hoc confirmat, cum inquit: *Vides eximia, animalia, vt fulminet Deus, neque suis opinionibus vti sinat: exigua vero facile fert. Vides etiam vt in ædificia maxima semper, & celsissimas arbores cælestia tela ingruant. Solet enim Deus eminentia quæuis castigare, ideoque magnus exercitus exiguo quoque sternitur cum Deus inuidens, aut metum ipsis iniecerit, aut tonitrua, vnde condignam se perditionem incidunt*, &c. Sic superbiam Sodomorum ignis supplicio de cælo misso plexit Deus. *igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram Sulphur, & ignem à Domino de cælo: & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem*, &c. inquit Moyses, Genes. 19. v. 24. Ecce quomodo conuentus horum superborum dehonestauit Deus, illos perpetua ignominia afficiendo, & destruxit, vsque in sempiternum.

Gen. 19. v. 24.

Vide etiam submersionem Pharaonis cum exercitu suo. ipse superbierat, dicens Exod. 15. v. 9. *Persequar, & comprehendam, diuidā spolia, & implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Quibus verbis suam superbiam ostentauit, vt explicuit Glossa: *Domestica*, inquit, *temeritate, & superbia loquitur hæc.* sed protinus immisit Deus supplicium dignum superbiæ, & stultitiæ suæ. *nam flauit spiritus eius* (ait Moyses) *& operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Licet hic dicatur spiritum, id est, vindictam immississe, immisit enim Deus suam vindictam, qua mersit Ægyptios: spiritum quippe suum potentiam vltionis nominat, vt placet D. Hieronymo, verisimile autem est Deum cum fulminibus, tonitruis, & procellis ventum quoque validum excitasse, quo horribiliore, & validiore impetu aquæ impellerentur, vt Ægyptios obruerent. inde sequitur: *Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra*, id est, manum quasi compressam, hæc est, potentiam, adhuc executioni haud traditam extendit, vt seuere & vehementer in eos vindicaret. nos diceremus: *Supieron por experiencia a que sabian las manos de Dios.* vorauit enim eos, & deglutiuit terra, id est, mare terræ immissum, puta alueus maris: terra enim & aqua vnum conficiunt globum, & solet scriptura mundum cum omnibus elementis exprimere nomine cęli, & terræ, vt visum est D. August. q. 54. in Exod. & Vatab. ait: *non solum absorti sunt* (Ægyptij) *aquis, sed etiam terra se aperuit, & absorbuit eos.*

Pharao quia superbiit submersus cum exercitu suo. Exod. 15. v. 9. Glossa.

Quibus supplicijs punitus Deus Pharaonem. D. Hieron.

Terra pro mari terræ immisto.

D. August. Vatablus.

128. Sed quid deuoratio maris, & terræ cum superbia Pharaonica? Nónne prudentius esset Pharaonem, & exercitum eius in terram proluere antequam mare ingrederentur, ne populus Jsraëliticus pauore & horrore quateretur, cum retro respiciens, hostes persequentes animaduerteret. antequam horrisonum fretū, quod diuisum fuerat vt eos absorberet reduceretur? Quare Deus vndam fluentem stare iussit, vt absque terrore Pharao, & exercitus eius maris semitas, pedibus suis calcarent, & fretum profundum traijcerent? Respondeo, magnam esse inter deuorationem maris, & superbiam concinnitudinem maris enim vndæ tumentes, & feruescentes superbas elationes hominum significant. *mirabiles* [inquit Dauid] *elationes maris.* Psalm. 92. vers. 4. Sic superbia tumet, & feruescit, vt cæteras absorbeat. Ergo cum superius Siracides dixisset superbiam sues possessores subuertere, præbetur exemplum in deuoratione Pharaonis, vt qui viderint superbum mare suis tumescentibus vndis Pharaonem superbum inuoluere. & obruere, veram esse Siracidis conclusionem affirment dicentis superbiam euertere possessores suos; & *subuertet eum in finem.* & licet ex ingressu superbi Pharaonis in mare, pauore, & horrore concuteretur populus Jsraëliticus, inde tamen occasionem arriperet, magnificandi Deum, qui de manibus hostium superborum populum liberasset, & memoriam tanti beneficij colendi beneuolentia sempiterna, & tandem quanto maiori pauore quassati fuerant, tanta maiori iucunditate perfunderentur, cum erepti de hostium manibus ad littora peruenirent, vbi pro beneficio liber-

Quid deuoratio maris cum superbia Pharaonis.

Maris vnda symbolum superbiæ. Psal. 92. v. 4.

Superbia euacuit possessores suos.

Diluuio punit Deus superbiam hominum.

129. *Confirmatio præcedentis veritatis.* Rom. 1. v. 21

Quid sit tradere Deus in passiones ignominiæ. D. Anselm.

Peccatum superbiæ punit Deus tradendo superbos in desideria cordis eorum.

Psal. 82. v. 2.

Extollere caput quid. Psal. 82. v. 17. 19.

Lyra.

Secunda illustratio.

130. *Destruit Deus superbos vsque in finem, id est pœnis æternis* Dionys.

ET *destruxit eos in finem.* Quasi non contentus Deus pœna turpitudinis, nam superbos dedecorare solet, addit etiam pœnam destructionis æternæ. Destruit enim illos vsque in æternum. Dionysius explicat de condemnatione æterna, non solum enim superbos in hac vita dedecore & ignominia afficit, sed etiam in altera præcipit, vt ipsi debitas suæ superbiæ pœnas acerbe luant in finem. & licet Τὸ *in finem*, hanc æternam condemnationem denotet; adhuc in præsenti vita destruit Deus superbos, vt semen eorum non permaneat, ne alios suam superbiam imitantes inficiant. Fere eadem pœna, & supplicio plexit Deus Doeg. Idumæum, quia causa fuit perditionis multorum hominum, vt noster Card. Bellarm. explicuit. *Propterea* (inquit Dauid Psal. 51. v. 7.) *destruit te in finem, euellet*

Quæ pœnæ plexit Deus Doeg. Idumæum. Psal. 51. v. 7. Bellarmin.

euellet te, & emigrauit te de tabernaculo tuo : & radicem tuam, de terra viuentium. q. d. propter hoc tuum peccatũ Deus te radicitus destruet in hoc sæculo, & in futuro, ita vt in æternũ destractus maneas. *euellet te*, id est, hoc modo te penitus destruet, quia puniet te exilio, & orbitate, ita vt primum amittas opes, & pattiam, deinde in exilio, & sine liberis moriaris, migrare enim te faciet de tabernaculo tuo, & sicut exul, & vagabundus errabis. & *radicem*, &c. id est, te cum omni posteritate tua de terra eradicabit, &c. eadem pœna & supplicio solet Deus superbos destruere, ne semen eorum inficiat alios, qui eorum vestigijs insistere conantur, &c. *Radix pro posteritate.*

VERS XVII.

Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.

Sensus.

131. *Sedes ducum*, &c. q. d. ita Deus odio habet superbiam vt eius sectatores de medio tollere soleat: quare cum superbos principes in thronis, & sedibus regalibus, & glorioſis turgescere, & insolescere videt, illos deturbare, & prosternere conatur; sedes, & tribunalia, euertredo, hoc est, regali dignitate illos abdicando, & mites humilesque extollẽdo, & magnificando, vt thronos eorum, & sedes regales possint occupare & tenere, &c.

Notæ.

IN originali Græco est, *detraxit* verbum enim καθεῖλεν significat euertere, subuertere, detrahere, frangere, extenuare. cum enim aliquem magistratum de throno Deus depellit, dicitur ipsum magistratum, vel principem detrahere, & thronum eius, id est, potestatem eius subuertere, frangere, extenuare, vt deinceps non fungatur officio magistratus, vel principis sic Luc.1. v.52. in Cant. Mariæ : καθεῖλε δυναστας ἀπὸ θρόνων καὶ ὕψωσε ταπεινους, *deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Græcè *detraxit dynastas de solijs, & extulit humiles.* Pro *ducum superborum* vnum tantum verbum est, ἀρχοντων, *imperantium.* licet vetus interpres addiderit, περηφανων superborum ἀρχων significat duce, principem; vel magistratum. & quia Syrach loquebatur, de ducibus, vel principibus superbis, licet vno verbo ostenderit superbiam eorum, quia ipsa dignitas imperantium præ se ferre solet animi elationem, & superbiam; at vulgatus, vt mentem Siracidis manifestaret adiecit *superborum*, vt melius à legentibus intelligeretur & certe hoc epitheton intelligebatur, forte enim illud expressum erat. Tandem illud *pro eis*, in originali est, αντ' αυτῶν, id est, *in eorum locum*, vt legit Drusius. Montanus addit ἐνδοθεν, sicut Complut. id est *intus*, quod videtur positum pro ἐνδοθε, siue ἐνδον, id est, *in illas sedes.* Cæterum abest hoc in Rom. & in Aldi. & Basilientium editionibus. Vulgatus vtrumque amplexus, cum transtulit *pro eis*, quod idem est, ac *in eorum locum.* & *intus* exprimit ipsam loci, seu sedis occupationem.

Illustratio prima.

132. *Sedes ducum superborum destruxit Deus*, id est; duces superbos detrahit Deus de thronis regalibus suis, vt in illas sedes mites, seu humiles introducat. Congruit hæc sententia cum illa, quam composuit in suo Cantico beatissima Virgo Maria. Luc.1. v.52. & forte ex Ecclesiastico eam transcripsit, vel imitata est Annam 1.Reg.2. v.8. vt mox dicemus. ait ergo Maria cæli, & terræ imperatrix : *Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.* καθειλε δυναστας ἀπὸ θρονων, quod primũ membrum descriptum videtur ex Siracide, nam eisdem verbis Græcis vsus est, ac virgo Maria. Finierat versum præcedentem dicens : *Disperſit superbos mente cordis sui.* & protinus adijcit : *deposuit*, &c. Quod aliqui exponunt de dæmonibus, quos Deus de sedibus suis cælestibus deturbauit, & sedere fecit homines humiles pro eis. Illud dispersionis non de Angelis intelligendum est, sed de Ægyptijs. q.d. cogitationes, & voluntates Ægyptiorum superborum Pharaonis, & populi eius, qui populum seruitute præmebant, & eum insequentes comprehendere se posse existimabant, & cupiebant, dispersit, & irritas fecit, omnes eos aquis submergendo. iuxta id Job 5.v.12. *Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant.* Isa.8.v.10. *Inite consilium, & dissipabitur : loquimini verbum, & non fiet.* 2.Reg.15. v.34. *Dissipabis consilium Aihitophel.* sic dispergit Deus, & dissipat superborum cogitationes, & consilia, & insuper deponit Dynastas (id est reges : Dynastæ enim secundum Strabonem reges sunt, propterea quod plurimum possint, polleantque & populos quo velint aut vi aut persuasione perducant) de solijs suis, vt in locum eorum præficiantur mites & humiles. q.d. Multas enim gentium nationes potentes, & reges multos euertit, & suis regnis, possessionibus, & sedibus, seu thronis, vel regalibus solijs eiecit : & Judæos humiles ac abiectos introduxit, & in illorum sedibus collocauit. Lyra *potentes* vocat Judæos, qui erant in cognitione potentes, quos deposuit Deus, *vt exaltaret humiles* gentiles, qui prædicationem Apostolorum libenter receperunt. Quomodocumque *potentes*, & humiles sumantur, certum est Deum superbos potentes odisse, & de sedibus suis deposuisse, vt in locum eorum humiles, & mites collocaret. Si de Angelis explicemus, qui deturbati sunt in profundum, certum est propter eorum superbiam illos Deum subuertisse, & tamquam potentes deposuisse de sedibus, & solijs quæ occupabant, & tenebant, vt in loca eorum mites, & humiles homines collocarentur in cælo. Primum Angelum, & eius sectatores Angelos superbiam subuertisse, non dubium. dixit enim D.Augustin. tom.1. lib. vnico de vera relig. cap.13. *Ille autem Angelus magis seipsum quam Deum diligendo, subditus ei esse noluit, & intumuit per superbiam, & à summa essentia defecit, & lapsus est*, &c. At hominis humilitatem exaltasse æque certum : ait enim ipse D.Augustin. tom.8. in Psal.90. agens de petitione matris filiorum Zebedæi : *potentiam quærebant, sed per passionem humilitatis venitur ad potentiam regni.* nota, sedes celestes vocat Augustin. potentiam

Dæmones Deus de sedibus suis deturbauit.

Ioh 5. v.12.

Isai.8.v.10.

2.Reg.15. v.34.

Strabo.

In locum superborum præficiuntur mites & humiles.

Lyra.

Superbos potentes odit Deus.

D.Augustin.

In locum eorum exaltauit Deus homines.

D.Augustin.

tiam regni, nam tamquam reges, humiles homines in thronis regni cælestis sunt collocandi, & in locum superborum dæmonum præficiendi? Pende ascensionem, & descensionem Angelorum per scalam, quam vidit Jacob Gen.28.v.12. quam explicat D.Hieronym. tom.1.epist.11. de ijs, qui de cælestibus sedibus deturbantur in terram, & de ijs, qui ad sedendum in cælo ascendunt. quare cum dæmones eiecti essent de sedibus cælestibus, quia prosperitate propriæ excellentiæ intumuerunt; homines humiles & mites prosperitatem ab illis perditam obtinuerunt, & thronos, sedesque suas occupare & tenere dicuntur.

Consideratio ascensionis & descensionis Angelorum. D.Hieron.

133 Docet hanc veritatem D. August. tom. 3. in Enchirid. cap. 28. & 29. vbi cum egisset de Angelis, qui ceciderunt, & de multitudine, quę cum Deo perstiterat, subdit : *Alia vero creatura rationalis quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atque supplicijs, & originalibus, & proprijs tota perierat, & eius parte reparata, quod Angelicæ societati ruina illa diabolica minuerat suppleret. Hoc enim promissum est resurgentibus sanctis, quod erunt æquales Angelis Dei. Itaque superna illa Hierusalem mater nostra ciuitas Dei, nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, sed vberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum, aut sanctorum hominum aut immundorum dæmonum nouimus, in quorum locum succedentes filij sanctæ matris Ecclesiæ, quæ sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine vllo temporis termino permanebunt*, &c. Idẽ repetit tom.5.lib.22. de ciuit. c.1. vbi ait: *Tantum populum per gratiam suam colligit, vt inde suppleat, & instauret partem, quæ lapsa est Angelorum, ac si illa dilecta & superna ciuitas non fraudetur suorum numero ciuium, quin etiam fortasse, & vberiore leteture.* confirmat hanc veritatem D. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 19. qui explicans id Iob 39. *& in præruptis silicibus*, &c. *Hanc*, inquit, *præruptionem restituere mediator venit, vt redempto humano genere illa Angelica damna sarciret, & mensuram cælestis patriæ locupletius fortasse cumularet.* Ergo cum Angeli essent potentes, & homines mites, & humiles, statuit omnipotens Deus illos destruere de sedibus, & thronis cælestibus deturbando, seu potius euellendo, hos vero in eorum loca libenter collocare, vt sedes Angelorum ab hominibus occuparentur, vt docet D. Augustinus.

Ruinam Angelorum supplenit Deus hominibus.

D.Gregor.

Angeli dicuntur potentes, & homines humiles.

134 2. Si loquamur de transmutatione populi Judæi, & gentilis, certum est Deum destruxisse Judaicum populum, & de sede sublimi deposuisse vt exaltaret populum gentilicum, populum humilem, & abiectum. Hoc apprime illustratur ex Paulo Rom.9. & 10. vbi Apostolus docet Judæos reiectos esse à iustitia, & salute ob infidelitatem: Gentes vero ad eam ascitas esse propter fidem cap.9.v.2. ait. *Veritatem dico, quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.* Scilicet, ob reiectionem, & reprobrationem Iudæorum à iustitia, & salute. sic ait noster Card. Toler. Artificiose nondum exprimit causam, nempe repudium Iudæorum, &c. sed certe non obscure hanc reiectionem, & electionem ostendit Apostolus, cum exemplum reprobrationis Esau, & electionis Jacob proponit dicens : cap. 9.v.13. *Quia maior seruiet minori sicut scriptum est : Iacob dilexi : Esau autem odio habui.* Per Esau significatus est populus Judaicus quem Deus ob scelera sua odiit, & per Jacob populum gentilicum, quem ipse Deus elegit & prædestinauit. Sic dixit D. Augustin. tom.5. lib. 16. de ciuit. cap. 35.

Deus destruxit populum Iudaicum & exaltauit gentilicum. Rom.9.v.2

Toletus.

Reprobatio Esau & electio Iacob exemplum nostræ populi. Rom.9. v.13. D.Augustin.

Quod autem dictum est : Maior seruiet minori : nemo seruorum nostrorum aliter intellexit, quam maiorem populum Iudæorum minori populo Christo seruiturum. q. d. sic etiam iam Iacob, id est, credentes Christianos qui sunt filij promissionis, & semen spirituale Abrahæ per fidem, & gratiam generatos quasi filios dilexi, quia eos ad iustitiam, & viam salutis promoui. Esau vero id est, semen carnis, puta Judæos de operibus, & patre Abraham gloriantes, & Christi fidem spernentes, à iustitia, & salute repuli, & reieci. sed clarius hoc innuit S. Joan. Chrysostom. tom.4. hom.16. super prædictum locum, aiens : *Ego quippe iustam possum afferre causam, ob quam iustificatæ sunt gentes, vos vero excidentis. quæ est illa ? quod gentes quidem ex fide sunt, vos autem velut ex operibus legis fidei vbique repugnantes inuenti estis. ignorantes enim Dei iustitiam, propriamque statuere conantes, iustitiæ Dei non sunt subiecti.*

Per Iacob intelligitur populus Christianus.

D. Chrysost

Rursus hanc veritatem confirmat idem Apost. hoc. cap. 9. vers. 30. *Quid ergo*, ait, *dicemus ? quod gentes, quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est : Israel vero sectando legem iustitiæ in legem iustitiæ non pertenit.* ex præcedentibus duo deducit Paulus; vnum est : gentes quæ iustitiam non sequebantur, quia studio virtutum deditæ non erant, nec vero cultum, & religionem habebant, consectatæ sunt iustitiam, non legis Iudaicæ, sed Euangelicæ, quæ datur, & recipitur per fidem, & quæ est vera, & perfecta iustitia liberans à peccatis, & Deo reconcilians. Alterum est Israëlitas & Iudæos carnales, qui sequebantur legem iustitiæ, quam per Moysem à Deo acceperunt, & in hoc melioris conditionis erant, quam gentes, non peruenisse, nec assecutos esse legem iustitiæ, quæ est per fidem, & Euangelium. conclusio [inquit Toletus] hæc est, quam probandam suscepit, non ex operibus Jacob electum, Esau vero repulsum. quibus significatur gentium vocatio, & Iudæorum reiectio, &c.

Confirmatio præcedentis veritatis. Rom.9.v.30

Israelitæ non assecuti legem iustitiæ per fidem.

Toletus.

Illustratio secunda.

135. Hæc veritas reiectionis Judæorum, & electionis gentium (nam vt inquit Paul. Rom.11. v.11. *Sed illorum delicto, salus est gentibus, vt illos emulentur*) significata est Matth.22. in ea parabola regis, qui fecit nuptias filio suo. nam cum iussisset vocare inuitatos ad nuptias, & noluissent venire : *Illi autem neglexerunt*, &c. *Rex iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos*, &c. *& ait ite ergo ad exitus viarum*, &c. qui sunt inuitati illi, nisi Judæi, quibus Deus præparauerat Euangelicæ veritatis opiparum conuiuium? sic dixit Paul. Actor. 13.v.46. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei.* Quid per quæsitos in vijs, quos inuitauit ad nuptias, nisi populus gentilicus? Iudæi ergo repudiati sunt, & gentiles electi, vt cælesti diuinæ visionis conuiuio fruantur. Rursus hoc confirmatur ex parabola vineæ, quã Deus vt Dominus vineæ agricolis locauit : qui non reddiderunt fructum temporibus suis, sed potius exactores fructuum, & filium Patris famil. occiderunt Matth.21. quid per vineam, nisi Synagogam? quid per agricolas nisi superiores populi Judaici, quibus Deus Ecclesiam commendauit. & quia tantorum beneficiorum immemores iuuenti sunt : *Malos male perdidit*, & auferendo ab illis vineam, illam Deus alijs *agricolis elocauit, qui redderent ei fructum tempo-*

Reiectio Iudæorum & electio gentilis adumbrata. Rom.11.v.11. Matt.22.

Act.13.v.46

Quid denotet parabola vineæ. Matt.21. v.41.

ralibus suis vers. 41. Tandem hoc probat Chrysost. Loco cita. ex eo Act. 13. v. 46. Vbi dicitur verbis *vobis oportebat primum* (verba sunt D.Pauli, & D. Barnabæ ad Iudæos) *Loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur, ad gentes.* Quod testimonium proponens Chrysostomus subjicit statim. *Atque ita vndique patescit quod iuxta rerum quidem seriem ac consequentiam, oportuerit eos priores ad fidem accedere, deinde qui ex gentibus sunt: verum quoniam increduli fuerunt, factum est, vt inuerteretur hic ordo. Iudæorum itaque incredulitas atque delictum effecit, vt gentes introductæ sint priores. Propterea dicit per lapsum illorum, salus contingit gentibus*, &c. Vnde constat verum esse quod inquit Siracides, Deum demoliri superborum sedes, vt in eorum locum mites, & humiles posset collocare.

D.Chrysost. Act.13. v.46. *Regnum Dei sublatum iudeis & datũ gentilibus.*

136. 3. Si velis vtrumque locum Siracidis. & B. Mariæ exponere de repudiatione gentium superbarum, & electione populi Jsraelitici, sane poteris. ex sacra enim Scriptura nemo est qui ignoret, quot populos nationum, principes, ac reges potentissimos Deus debellauerit, & regnis spoliauerit, vt Judæos introduceret, & in eorum sedibus collocauerit. Totus liber Josue in his enarrandis versatur. Magnum profecto opus diuinæ misericordiæ erga populum illum. Hanc potentium depositionem, & humilium exaltationem probat optime id Deuter. 7. v. 1. *cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingredieris, & deleuerit gentes multas coram te, Hethæum, & Amorihæum, chananæum*, &c. Pende verbum *delere*, quod idem est ac destruere, cum destruxerit Dominus sedes principum, tunc in eorum locum collocaberis, vt domineris nationibus gentium, &c. Psal. 134. v. 10. *Qui percußit gentes multas, & occidit reges fortes. Sehon Regem Amorrhæorum, & Og regem Basam, & omnia regna Chanaam. & dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Jsrael populo suo.* Hæ gentes multæ, & reges fortes superbiæ & arrogantiæ inseruiebant, quorum sedes destruxit Deus, & sedere fecit populum Jsrael, populum mitem, & humilem quia dixerat Deus Josue cap. 13. v. 6. *ego sum qui delebo eos à facie filiorum Jsrael. veniat ergo in partem hereditatis Jsrael, sicut præcepi tibi.* Populus enim Jsrael humilis erat, & mitis quare dixit vates Psal. 17. v. 28. *Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculorum superborum humiliabis.* Dixit enim D.Chrys. tom. 2. hom. 40. in cap. 21. Matth. explicans id *qui plantauit vineam: Quomodo vinitor studiosus, qui primum omnes in circuitu infructosas syluas excidit, & sic postea plantat, ne forte arbores lasciuientes, dum huc & illuc per longa spatia ramos suos exporrigunt, adhuc tenerum effocent malleolum: sic Deus gentes sine fructu iustitiæ constitutas occidit, & sic collocauit Jsrael, ne forte gentes indisciplinatæ, dum in longum terminum suæ dominationis extendunt, affligant populum Dei nouitium.* vide Ierem. 1. v. 10. *vt euellas, & destruas & ædifices, & plantes.* & D. Gregor. 3. p. Pastor. 35.

Introductio populi Jsraelitici in terrã promissionis. Deut. 7. v. 1. *Destruxit Deus sedes principum vt populum suum collocaret.* Ps. 134. v. 10. Iosue. 13. v. 6. *Populus Jsrael humilis & mitis.* Ps. 17. v. 28. D.Chrysost. Ierem. 1. v. 10. D.Gregor.

Illustratio tertia.

137. SEdes ducum superborum. Palacius super hunc locum ait: secundum membrum plus aperiunt exempla quam verba, id est, hæc sententia plus indiget exemplorum illustratione, quam verborum explicatione. Sit primum exemplum in Nabucodonosore, qui cum superbisset, de sede regali deturbatus est & cum experimento cognouisset potentiam Dei, & proprium supplicium, dixit. Dan. 4. v. 34. *Nunc igitur ego Nabucodonosor laudo, & magnifico & glorifico regẽ cæli; quia omnia opera eius vera & viæ eius iudicia & gradientes in superbia potest humiliare.* dixerat enim vers. 32. *iuxta voluntatẽ enim suam facit tam in virtutibus cæli, quam habitatoribus terræ.* q. d. expertus enim molesta, deinde ab ipsis liberatus, laudo, & celebro eum, qui hæc, & illa mihi vtiliter intulit, & sapientissime agnoui ipsum cœli regem, & omnium dominum, veritate & iustitia omnia moderantem, quique superbia elatos, potest ad humilitatem redigere. sic B. Theodoretus qui subdit: *Cum itaque didicerimus quantum superbia, & fastus hominibus afferat detrimenti, eosque qui his vitijs gaudeant, haud bonos fructus colligere parentem bonorum humilitatem adipiscamur.* Vide etiam quomodo filius eius Balthasar regno Babyloniæ priuatus fuerit propter eius superbiam, & in locum eius successerunt Darius, & Cyrus reges Persarum, & Medorum, qui se mites exhibuerunt populo Jsrael. lege cap. 6. Danielis. & 2. Paralip. 36. v. 22. dicitur de Cyro rege permisisse captiuos Jsraelitas in Iudæam redire. & 3. Esdr. 2. v. 10. protulisse sacra vasa domini, quæ transtulit Nabucodonosor Rex Babylonis ex Jerusalem, &c.

Palacius. Exempla eorum quorum sedes destruxit Deus. Dan. 4. v. 34. *Deus veritate & iustitia omnia moderatur.* B.Theodo. *Balthasar rex regno babyloniæ priuatus propter eius superbiam.*

Pende insuper permutationem saulis in Dauidem, nam Saule regno propter superbiam & inobedientiam deiecto, in eius locum assumptus est Dauid à mansuetudine, & humilitate commendatus. dictum est enim Jsai. 45. v. 2. *Gloriosos terræ humiliabo.* q. d. *alos entoñados y engreidos yo les abaxare las crestas* id est, auferam ab eis regnum, & potestatẽ in eorum locum humiles collocabo sic dicebat Lucian. in Cynicos. *An non admiratione dignũ tibi videtur, per Iouẽ, pro seruo liberum, pro paupere diuitem, idque adeo vero pro stulto autem, & insano redire modestum?* sic dixit Iob 34. v. 24. *conteret* (Deus) *multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis* diuinæ potestatis atque sapientiæ est, potentissimos superbiæ inseruientes male perdere, id est, eorum solia destruere, de illorum improbitate pœnas sumendo, quorumdam aliorum opera, qui prioribus sedibus substituuntur. *Multos* (non tantum ad numerum, quam ad potentiam, & multitudinem, opum, & dignitatis referendo, id est, magnos, & potentes, copiosos, multiplices) *conteret* (affliget, vexabit, male perdet, destruet) *& stare faciet alios*, id est, alias eriget columnas, loco priorum, quæ sustentare possint regni pondus. sublato ergo, & destructo rege impio, populum tyrannide liberum alio benigniori principe recreat, & tuetur, & aliquando ex humili fortuna (vt statim dicemus) aliquem euehit, & huius opera de tyranni immanitate pœnas sumit. vide Filonem citatum à nostro Pineda hoc loco, ne testimonium ibi alatum iterum transcribam, & perlege accuratius digressionem satis concinnam, qua potest hæc nostra sententia amplius illustrari

Deus permutauit saulem pro Dauid. Isai. 45. v. 2. Lucian. Iob 34. v. 24. 138. *Tolit Deus regem impium & humilem euehit.* Filo. Pineda

Alia exempla passim inuenientur. vide etiam destructionem Adoniæ, qui voluit contra parentis voluntatem, & Dei decretum, regnum tenere, & vix in solium regale ascendit, cum depositus est, & in eius locum Salomon mitis, & humilis præfectus est, 3. Reg. 1. v. 5. *Adonias eleuabatur dicens: ego regnabo.* pende verbum, *eleuandi*, nam significat superbire, vt imperium tenere ambiat, qui eleuatur; successit autem Salomon, nam deposito Adonia, *sumpsit Sadoc Sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem, & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus: viuat Rex.* cap. 1. v. 39. vide Job 24. v. 23. & ibi. Pinedam & Jsai. 10. v. 32. Tandem Job 36. v. 7. inquit eliu. de Deo. *Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit.* LXX: *non viuificat impios.* q. d. mortem quam in supplicium scelerum suorum merentur impij superbi, non separat Deus ab eis, id est, non patitur illos in sua regali dignitate, vel throno regio multo tempore permanere, sed facit eos ex regali solio descendere. *destruit* enim Sedes ducum vel principum *superborum*, vt exaltet humiles. & mites, illos in thronis eorũ collocando quod idem est ac *iudicium pauperibus tribuere* effert enim mites Deus ad summum imperium, vt iudicium faciant, & in oppressores animaduertant. &c.

Adoniæ destructio & Salomonis exaltatio in Regem. 3. Reg. 1. v. 5. *Non patitur Deus superbum in throno suo multo tempore permanere.*

Illustratio quarta.

139. ET *sedere fecit mites pro eis.* Tygur. *& eorum loco mansuetos constituit.* vel *collocauit*, vt Drus. verbum *sedere* proprium est eorum, qui exaltantur, vt in throno regio sedeant, vel ad imperandum, vel ad iudicandum. reges enim, vel magistratus, aut principes, & viri nobiles sedere solent in loco eleuato, & sublimi, vt ostentent regalem auctoritatem, quam tenent. Huc pertinet id Jsai. 66. v. 1. *Cœlum mihi sedes est* id est, sedeo in cælo, tamquam in solio regali, vt imperem; & c. 6. v. 2. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum* tanquam supremum iudicem, vel potius, tamquam regem imperantem & moderantem omnia sedes enim excelsa haud dubium regiam dignitatem maiestatemque indicare solet, Prou. 25. v. 6. dicitur: *ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnatorum ne steteris, melius est enim vt dicatur tibi ascende huc.* Locum magnatorum vocat sedem excelsam, vbi sedere solent principes & magistratus.

Reges sedere solent in loco eleuato, vt ostentent regalem auctoritatem. Isa. 66. v. 1. Isa. 6. v. 2. Prou. 25. v. 6.

ERgo mansuetos, mites, humiles, abiectos constituit Deus in loco sublimi, in sede regali, vt dixit Iob 5. v. 11. *Qui ponit humiles in sublime*, in sede regali *& mærentes erigit sospitate.* Psal. 24. v. 7. *Hunc* (id est, superbum) *humiliat* (deponit, & destruit) *& hunc exaltat*, id est, in locum superbi facit vt succedat humilis, illum efferendo, & collocando in loco sublimi. Iob 36. v. 8. *Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur.* Non auertit Deus oculos suos à iusto humili, sed potius porrigit manum, & subleuat, milleque ornamentis condecorat, & totidem beneficijs cumulat & *reges*, &c. Lxx. *Sedere eos facit in victoria.* Nicetas: *Tandem trophæis nobilitatos amplificat*, quod idem ac *exaltat humiles*, vt dixit Siracides: *& sedere fecit mites pro eis.* q. d. Justus Deus nobilitat, illos erigendo ad solia regia, vt sedeant cum principibus, & in locum superborum quos destruit, præficiantur. Psal. 106. v. 41. *adiuuit pauperem de inopia*, inquit Psaltes D. Hieronym. *subleuauit pauperem ab inopia.* q. d. Illi, quos aliquando Deus benedixit, & multiplicauit, & erexit paulo post exigentibus peccatis eorum & superbia, imminuti sunt, & destructi, & ad paucitatem redacti: at eodem tempore non defuerunt viri iusti, mites, & humiles, quos Deus subleuauit de inopia, & in sublimi throno sedere fecit; nam vt dixit Salomon Prou. 29. v. 25. *Qui sperat in domino subleuabitur.*

Humiles & mansuetos constituit Deus in loco sublimi. Iob 5. v. 11. Ps. 24. v. 7. Iob 36. v. 8. *Iustos Deus nobilitat vt præficiantur in locum superborum.* Ps. 106. v. 41. Prou. 29. v. 25.

140. Demum hoc hemistichium illustratur ex eo 1. Reg. 2. v. 8. vbi Anna mater Samuelis cum hanc veritatem periclitaretur, prorumpit in suo cantico: *suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem. vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat*, ad quod Dauid allusit cum Psal. 112. v. 7. dixit: *suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.* Quod explicatur de illis, qui à Deo in hac vita, & stercore, hoc est, interprete vatablo ex sordido, & humili loco, ad nobilem, & sublimem eriguntur. sic dixit D. Greg. Naz. orat. 1. fine *Deus autem pacis, qui reges in thronis collocat, & pauperes à terra excitat, atque inopes è stercore erigit, qui eligit Dauid seruum suum*, &c. Quem locum explicans elias Cretensis prius interpretatur de populo gentili: *Hunc enim* (ait) *ab humilibus rebus, & vitiosarum affectionum ignominia, & Gentilium abominationum stercore cum principibus Jsrael, qui ipsius populus est collocauit.* Postea autem exponit de natura nostra, quæ per incarnationem diuini verbi euecta est & ad dexteram Patris collocata, & subdit: *id quod etiam quotidie fieri conspicimus. Sic enim etiam ipsum Ioseph in seruitutem prolapsum in regio throno collocauit. Sic Mosem ex ouium pastore populi gubernatorem ac Pharaonis Deum creauit, Sic Dauidem cum pastor esset, regem subito effecit*, &c, cum autem B. Theodoretus commentatur locum citatum Psal. 112. v. 7. *Hæc* (inquit) *& beatißima Anna dixit, hymnum de gratiarum actione Deo texens cernimus Dauid, cum pastor esset regem fecit: sic & Iosephum cum in seruitutem incidisset, in regali constituit solio: sic Mosem cum opilio esset, populi gubernatorẽ declarauit, Pharaonisque Deum elegit. sic gentes impietatis paupertati seruientes, & in peccati stercore sedentes bonis, quæ Jsraeli concessa fuerant dignatus est, Sic humanam naturam, cum in ipsum mortis profundum decidisset, assumpsit, & sursum erexit, & collocauit super omnem principatum, & potestatem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur*, non modo in sæculo hoc, sed etiam in futuro. vide Dan. 4. v. 14. vt supra vers. 8. n. 67.

Suscitat Deus de puluere egenũ & suscitat pauperem vt solium gloriæ teneat. 1. Reg. 2. v. 8. Ps. 112. v. 7. D. Nazia. *Explicatio de populo gentili.* Elias Cret. *Exempla eorum humilium quos Deus exaltauit.* Theodoret. *Interpretatio Theodoreti.*

141. Confirmat tandem hanc permutationem lamentanda mutatio rerum quæ visa est, in diuite epulone, & Lazaro paupere nam diues post mortem in inferis sepelitur, postquam loco, & sede sublimi potitus est. sed pauper Lazarus, qui in puluere, & stercore iacebat, cibum mendicans, vt vitam miseram sustentare posset, euectus est, & in sinu Abrahæ collocatus *en fratres* (inquit D. Petr. Chrysolog. serm. 121) *quam rerum lamentanda mutatio: pauperem portant Angeli diuitem deglutit infernus en fratres, mors pauperis, totam vitam diuitis vicit & elatio sola pauperis totam diuitis pompam transcendit & gloriam. Funus diuitis antecedit lugubris turba seruorum: feretrum pauperis præcedit Angelorum Psalentium multitudo.* Quibus testimonijs probatur, quam verum sit sedes ducum superborum Deum excindere, & euertere, & in loco eorum pauperes, humiles, & mites collocare. quare Christus Dominus omnes hortatur ad mansuetudinem, & humilitatem, inquiens Matth. 11. v. 29. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*, vt vos exaltet Deus sicut me exaltauit, & in throno sublimi collocet, vt me ad dexteram suam collocauit.

Permutatio diuitis auari in Lazarum pauperem. D.Chrysol.

VER-

VERS XVIII.

Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus.

Sensus.

142. Radices gentium, &c. q. d. Adeò Deus omnipotens superbiæ vitium detestatur, vt non solum principes, qui in throno sublimi regnant; sed etiam cæteras gentes quæ vitam communem transigunt, propter superbiam de medio tollit. Sunt enim multi homines qui in terris suis firmiter radicati, & insigniter vigere videntur, ita vt euelli, aut deficere posse nemo iudicet, & tamen Deus eos penitus tollit, & omnem eorum vigorem subtrahit, sicut cum extracta radix è terra exarescit, nec vllam fructus spem proferendi amplius seruat. & in locum illorum alias arbores, id est homines, plantat, vt ferant fructum, &c.

Notæ.

IN aliquibus originalibus verbum *superbarum* desideratur, solum in complut. & Montano inuenitur, ex quibus vulgatus transcripsit. Sed nouum non est, vt hoc modo nomina, quæ adiectiua vocant Grammatici, subaudiantur. cum enim egisset Iesus Sirach de ducibus superbis, quorum sedes Deus euertere solet, & in potiori parte huius capitis in vitium superbiæ inuehere conetur; Nunc agens de cæteris gentibus, si non addidisset *superbarū*, queri possent homines, quod tanto supplicio, & pœna vindicarentur: non enim est iniustus Dominus, vt vellit in homines peccato, seu vitio carentes animaduertere. Cum Deus nullo modo odio habeat hominem, quem ex nihilo produxerat; quia dixit Salomon

Sap. 11. v. 25 Sap. 11. v. 25. *Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti.* vbi reddit causā cur in pœnis Deus incedat lentè, nec illico peccantes deleat, & communis est, quoniam nullum operum suorum ipse odio prosequitur, vt pote quia ad omnia condenda solo sit amore compulsus. Sed odit Deus peccatores propter peccatum, vt docuit

Psal. 5. v. 7. Psaltes Ps. 5. v. 7. *odisti omnes qui operantur iniquitatem.* cum enim inquit Salomon Deum omnia diligere sine exceptione, excipit tamen peccatum, quod iuxta Theologorum mentem, non est positiuum ens, sed priuatio boni, vt optime probat magister meus Iacobus Granado, qui sapientissime D. Thom. commentatus est. 1. 2. q. 71. art. 1. Ergò optime complutenses, quos imitatus est vulgatus addiderunt *superbarum* vt notum fieret, non punire Deum gentes propter se, creaturæ enim Dei sunt, sed propter peccata, superbiam scilicet earum.

Rursus verbum *arefecit*, pro quo originalia transferunt *euulsit*, vel *abstulit*, non habet vnum verbum Græcum in omnibus. nam in Rom. est ἐξέπλεν in Aldo & Basiliensium editionibus, & in vatablo ἐξέτειλεν. in complutens. & Montano. ἐξεῖχε in veteri Latina editione, ἐξήρανεν ξηρὰ enim significat aridam, id est, terram, ξηραίνομαι, areo deponens absolutum. & ξηραίνω sicco actiuum. vulgatus noster transtulit *arefecit*, vt etiam euulsionem indicaret, nam fere semper arbor, quæ exarescit, euellitur de terra, vt igni applicetur, & in eius loco alia seratur. At originalia, non legunt arescere, quod est principium perditionis arboris, sed *auferre* vel *euellere*, quod est finis eiusdem perditionis, quia cum dicturus esset Jesus alias gentes plantandas, necessarium videbatur dicere, prius euellendas radices gentium superbarum, vt aliæ humiles sererentur earum loco.

Porro cum ait: *& plantauit humiles ex ipsis gentibus.* idem est, ac in earum locum humiles serere. Complut. addunt, in gloria: καὶ ἐφύτευσεν ἀντ' αὐτῶν ἐν δόξῃ ταπεινοὺς, *& plantauit pro illis in gloria humiles*, cuius verbi additione auget humilium fœlicitatem: confert enim Deus humilibus gloriam & honorem, cum in locum superborum illos in sublimi loco collocat, & magis gloria Dei exaltantis humiles claret, cum euellit radices gentium superbarum & plantat humiles pro eis.

Illustratio prima.

143. Radices gentium superbarum arefecit Deus, seu euulsit, aut abstulit. Hoc potest illustrari ex eo Psal. 43. v. 3. vbi vates refert Dei gratias pro eo quod populo Israël fauere studuerit, vt posset inimicorum possessionem tenere, ait enim. *Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos.* explicat, vt inquit noster Card. Bellarmin. in particulari vnum ex operibus mirabilibus, quod Deus fecit pro fidelibus suis in diebus Patrum. q. d. Potentia tua disperdidit ex terra promissionis gentes Chananæorum, & Jebusæorum, quæ in illa habitabant, & gentibus illis eiectis plantasti patres nostros in illa ipsa terra. disperdidit illos manus tua, quia afflixisti grauissimis prælijs populorum illarum gentium, & tandem deuictos expulisti, vt locum darent populo tuo. sic explicat D. August. tom. 5. *Id est, populos expulisti de terra sua, vt istos introduceres, atque plantares, eorumque regnum tua misericordia confirmares.* Vtitur autem Dauid eadem metaphora, ac noster Ecclesiasticus: *disperdere* enim quod in Hebræo est, *Tu gentes manu tua expulisti*, idem est, ac arefacere, & auferre, & euellere. nam cum Deus eiecit gentes superbas, radices earum disperdidit, & euulsit, vt enim metaphora *plantandi* bene conueniret, necessum erat apponere verbum *disperdendi*, in quo includeretur verbum arefaciendi, vel euellendi, vel auferendi, vt originalia nostram sententiam legerunt. sic explicat Vatabl. in loco Psal. verbum *plantasti.* ait enim: *subaudi maiores nostros, id est, sedes fixas illic designasti maioribus nostris, subrogasti eos in locum gentium.* Pende verbum *subrogandi*, nam qui euellit è terra arborem, vt aliam serat, euulsa arbore prima, subrogat alteram, id est, plantat in eius locum aliam arborem.

Manus Dei gentes disperdidit & plantauit humiles. Psal. 43. v. 3. Bellarmin. D. August. Disperdere pro euellere & auferre. Vatablus. Subrogauit Deus suum populum in locum gentium.

Ergo verbum *plantandi* in vtraque sententia insignem continet metaphoram. significat enim ita constitutos, & stabilitos fuisse in terra promissionis Hebræos, vt non nisi difficulter expelli possent: quomodo ponuntur arbores in terra, quando plantantur, & firmiter radicantur, vt non facile euelli possint. Præterea quæ plantantur non solum firma consistunt, sed etiam crescunt & multiplicantur, vt Psal. 79. v. 10. *Plantasti radices eius, & impleuit terram*, &c. Hunc locum illustrat alius Psalmi 79. v. 9. sub nomine vinæ: *vineam de Ægypto transtulisti eiecisti gentes, & plantasti eos*, id est populum tuum, quasi vineam de terra sterili Ægypti in terram fœcundam Palestinæ transtulisti? & quoniam terra illa optima occupabatur ab inutilibus & siluestribus vitibus eiecisti gentes idolatras, tamquam inutiles vites, id est, euulsisti eas de terra, vt plantares vineam, &c. Sic D. Aug. tom. 8. rogat: *Quæ gentes eiectæ sunt Amorrhæi, Cethæi, Iebusæi, & Eueæi. quibus expulsis, & victis, introductus est populus ex Ægypto liberatus in terram promissionis.* Quando has gentes eiecerit Deus, & euulserit, vt populum Israel introduceret, & plantaret in terra promissionis, vbi hæ gentes habitabant, perspicuum est in libro Iosue, vbi inter alias hanc dedit Iosue populo Israelitico ex parte Dei pollicitationem.

Plantare id quod stabilire. Ps. 79. v. 10. Confirmatio præcedentis doctrinæ. Psal. 79. v. 9. D. August. Quæ gentes eiectæ sunt ex terra promissionis

144. Cap. 3. vers. 10. ait imperator Josue: *in hoc*, inquit, *scietis, quod Dominus Deus viuens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro chananæum, & Hætheum, Heuæum, & Pherezeum, Gergesum quoque & Iebresæum, & Amorrhæum*, &c. in Hebræo sic legitur. *Per hoc cognoscetis quod viuat Deus fortis in medio vestri, & expellendo expulsurus sit è vestro conspectu Chananæos*, &c. vel, *exterminans exterminabit* Tò hoc indicat miraculum transitus per Iordanem siccis gressibus. q. d. ex hoc tam mirabili ostento, quo vestra causa modo Deus ipsam rerum naturam alioqui stabilem, & fixam commutabit, intelligere potestis perspicue, ipsum omnipotentem vobis præsto adesse, & eum quidem viuum, hoc est, non ociosum & veluti lentum, languidum, segnem, nihilque magnopere curantem: sed plane vegetum, acrem, intentum in omnem earum rerum procurationem, quæ vobis vtiles sint & commodę, atque ad ea omnia præstanda, conficiendaque, quæ vobis antehac sæpe est pollicitus: vt iam nulla dubitatio hæsitatione in vestris animis reliqua esse debeat, quin sit profligaturus ante vos eas gentes, quarum ditionem occupatum nunc pergitis. Jlla repitio in Hæbræo, *expellendo expellet*, continuatas alteram post alteram victorias promittit, & simul pollicetur possessionem, quam adepturus erat populus, vt Ios. 14. v. 2. dicitur: *Hoc est hoc possederunt filij Israel in terra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar Sacerdos, & Iosue filius, Nun, & principes familiarum per tribus Israeli sorte omnia diuidentes*, &c. quod repetijt Paulus Actor. 13. v. 19. *& destruens gentes septem in terra Chanaam, sorte distribuit eis terram eorum*, &c. Vide etiam cap. 11. Iosue;

Confirmatio præcedentis doctrinæ. Ios. 3. v. 10. Transitus maris rubri grande miraculum. Ios. 14. v. 2. Act. 13. v. 19

Quis ergo inficiabitur gentes istas superbię vitio inseruisse? versabantur enim in adoratione & obsequio Deorum falsorum, & dæmonibus, qui eas illudebant, inseruientes, ab illis. & ab illussoribus præstigijs decipiebantur. Docebant etiam illos superbiam, auaritiam, & cœtera vitia. Quis etiam dubitabit populum Jsrael humilitatis virtute decoratum esse, eo quod docebatur à lege, qua humilitate obsequium Deo vero quem adorabant præstiturus esset *& populum humilem* illum vates vocat Ps. 17. v. 28. & per Ezech. prædicitur transmigratio huius populi ad Ægyptum, vbi seruiturus erat, vt populus, siue regnum humile vocaretur, Ezech. 29. v. 14. *& erunt ibi in regnum humile.* cum ergo gentes Deus disperdidit, vt plantaret filios Jsrael, tunc euulsit, & abstulit radices gentium superbarum & in loca earum humiles in gloria plantauit. Dionys. refert hanc arefactionem ad priuationem fætuum. Arefecit (inquit) vim generatiuam eorum, fructu & prole priuauit radicitusque euulsit, vt patet de gentibus chananeorum sub Iosue.

Propter superbiam eiecit Deus gentes extra chanaam. Ps. 17. v. 28. Populus Israel vocabatur regnū humile. Ezech. 29. v. 14. Dionys.

Secunda illustratio

145. Radices gentium. &c. Cum hic ostendat Ecclesiasticus destructionem gentium superbarum, & plantationem humilium. quare vtitur verbo *arefaciendi*, & addit *radices*? nonne satis erat dixisse, Deum disperdidisse gentes superbas, & in loco illarum humiles collocasse? cur ita his verbis destructionem exaggerauit? Respondeo visum fuisse Siracidem hac metaphora, vt apte indicaret, solere Deum gentem superbam radicitus euellere, & extirpare, vt nec vestigium eius remaneat. Cum enim arbores interciduntur, remanent radices quæ solent aliquando foras erumpere, & licet radicitus videantur euelli, at in occulto radices aliquæ solent latere; quæ erumpere possint. vt autem edisserat Deum gentem superbam adeo extirpare radicitus, vt nec vestigium eius remaneat, vtitur verbo *arefaciendi*: nam qui arborum radices arefacit, omnem spem germinandi extorquet. vt cum Christus Dominus male ficulneæ dixit, quia non inuenit in ea nisi folia tantum, dicens: *Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum subdit Euangelista: & arefacta est continuo ficulnea.* Matth. 21. v. 19. id est, spes ipsi adempta est iterum germinandi, & fructus ferendi. Hac etiam metaphora vtitur Iacobus cap. 1. v. 11. ad indicandam diuitis mali destructionem. *exortus est enim sol cum ardore* (inquit) *& arefecit fœnum, & flos eius decidit*, &c. Sic loquitur Iob cap. 15. v. 30. *Ramos eius arefaciet flamma*, &c. Itaque cum ait Iesus Deum radices gentium arefacere, ostendit non pati superbiam regnare in terra, sed dat operam vt funditus euertatur, & intereat; ne gentes disperdat suo subiugans imperio, &c sic ille alius Poëta qui totum hoc caput Ecclesiastici carmine reddidit, explicuit:

Quare dicitur arefecisse Deum radices gentiū destructionē superborum prædicet. Vtitur Sirach arborum metaphora. Ficulnea mare fecit Christus quia non habebat fructum. Matth. 21. v. 19. Iaco. 1. v. 11 Iob 15. v. 30.

Sic extirpauit gentes radicitus omnes,
Nulla quibus Dominum noscere cura fuit,
Ipse suis humiles dextris inseuit, & illos,
Crescere iussit humo Luxuriante nimis.

Dionys. hoc vltimum hemistichium: *& plantauit humiles*, intelligit de conuersione gentium ad Christum Dominum. id est, humiles succedere fecit superbis, quod potissime factum est per gentilium conuersionem ad Christum. vide Isa. cap. 29. v. 19. 20. Vbi agens de conuersione gentium, inquit, *& addent mites in domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt: quoniam defecit qui præualebat, consummatus est illusor*, &c. vocat Propheta mites & pauperes gentiles, vt explicat Forerius, id est humiles. & abiectos, qui per conuersionem suam multipliciter lætati sunt & etiam quoslibet alios mites, qui Deum cognoscentes lætitia perfunduntur. Rursus vocat Iudæos *illusores*, possunt inquit Forerius, & de Iudæis accipi, qui superbi gentes irridebant, & pauperes despiciebant, & ius omne peruertebant, ergò cum conuersi sunt humiles gentiles ad Deum lætati sunt, quia superbi illussores defecerunt, & consummati sunt, solet enim Deus superbos destruere, vt exaltet humiles illos in loco eorum collocando quare ait Sirach: *& plantauit humiles ex ipsis gentibus.* Vide Prou. 15. v. 25.

Dionys. Explicatio de conuersione gentium ad Christum. Isa. 29. v. 19. Forerius. Iudei vocantur illusores

VERS.

VERS. XIX.

Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum.

Sensus.

Terras gentium, &c. q. d. odium, quo Deus superbiam prosequitur, manifestat vindicta, quam sumit; non solum de principibus, & gentibus, quæ huic vitio obsequuntur, sed etiam de ipsis terris, quæ ab ipsis superbis habitabantur, perdidit enim eas ædificia complanando, & funditus euertendo, ne si domicilia remaneant, præberetur occasio illa inhabitandi, quare vsque ad fundamentum habitationes excindit, &c.

Illustratio.

146. *Regiones gentium euertit Dominus.*

Terras gentium, &c. vocat terras gentium, *regiones* earum, vt originalia transferunt, & in his subintelliguntur ædificia, & domicilia ad inhabitandum. itaque cum ait Iesus: *Terras, vel regiones gentium Dominum euertere, & perdere funditus abolendo*, indicat adeo Deum odisse superbiam, vt propter eam, non solum habitatores terrarum ipsi inseruientes, sed etiam domicilia, & habitationes eorum funditus aboleuerit, vsque ad fundamentum, perdendo ciuitates, & regiones. Palacius. Palacius explicuit probando veritatem hanc ab inductione aiens. Quartum membrum [hanc scilicet sententiam] declarauit Niniue destructa, *Exempla regionum euersarum.* Babylon euersa, Sodoma combusta, & innumeræ ciuitates, cladibus, incendijs, terremotibus absumptæ, quarum nulla est memoria. De Niniue ciuitate magna, quam Dominus funditus euertit, vide in Nahum cap. 1. & 2. & 3. De ciuitate Babyloniæ, quam etiam Deus subuerit, vsque ad fundamentum, lege Ierem. cap. 51. v. 8. Ierem. 51. v. 8. vbi ait: *subito cecidit Babylon, & contrita est.* de destructione huius ciuitatis lege nostrum Alcazar ad 14. Apoc. num. 8.

Sed manifestius impletum est quod ait Sirach, in Sodomitis Gen. 19. & quinque vrbium regnis ad internecionem deletis, ad quarum ciuitatum exemplum destruxit idem Babylonem, vt refert Isai. 13. v. 19. *Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta superbia Chaldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorrham. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur, vsque ad generationem*, &c. sic repetit Jerem. cap. 50. v. 40. vide Am. 4. v. 11. erit inquam Babylon excisa, & subuersa, sicut fuit Sodoma. de illa ait Sacra pagina loco citato Gen. 19. v. 24. *Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrham sulphur, & ignem à Domino de cælo, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia.* Pluere Dominum à Domino est, à se fluxisse Deo, suaque omnipotentia non à causis naturalibus. q. d. non naturalis sed cælestis, & diuina fuit hæc pluuia ignis, & sulphuris. vt explicant Caietan. Pagn. Vatab. Oleast. sed quare combusit omnē circa regionem, & cuncta terræ virentia? numquid pœna digna erant, quæ peccata non commiserunt? quare in ea vindicauit? Respondet D. Ioan. Chrysost. tom. 1. hom. 44. in Gen. *Quia enim homines qui tantam ciuitatem inhabitabant, multos impietatis fructus protulerunt. idcirco, inquit, & inutiles fructus terræ facio, vt & illis abolitis perpetuum sit monumentum sequentibus generationibus; omnes docens, quanta fuerit inhabitantium malitia.* & cum Deus vindictam sumit euertendo funditus terras gentium, signum est peccata earum mensuram impleuisse, & excessisse. ideo Gen. 18. v. 20. dicitur: *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis* quod exponens D. Ambros. lib. 1. de Abrah. cap. 6. *Magna*, inquit, *Domini patientia, vt non statim peccatorem puniat, sed diu differat expectans correptionem, nec commoueatur ad vlciscendum ni peccator mensuram excedat.* Cum autem hæ regiones gentium, alias paradisus Domini, impleuisset mensuram, & excessisset, expectauerat enim earum habitatores multo tempore, vt illos peccasse pœniteret, & cum à vitæ suæ prauitate ad virtutis studium conuerti noluissent, nec à Sodomitis sceleribus resipiscere, sed in illis perseuerare. Erat enim *Sodoma* (inquit D. Ambros. loco citato) *plena flagitij, vitijs scatens criminum regio.* Ideo quasi stomachum Deus erupit, id est, euomuit iram, & furorem vindictæ in eas regiones effudit, & ignis, & Sulphuris colluuione eas euertit, & perdidit vsque ad fundamentum, ne vestigium earum vmquam permaneret, vt omnibus notum fieret quanto Deus odio superbiæ, & luxuriæ vitium prosequeretur. ait enim Ezech. cap. 16. v. 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, satuitas panis*, &c. propter superbiæ & luxuriæ vitia funditus Deus Sodomorum regiones euertit, & perdidit, &c.

Gen. 19. v. 24. Sodomorum ciuitates destruxit Deus.

Caietan. Oleaster.

Quare destruxit Deus omnem circa regionem Sodomorum. D. Chrysost

Cum Deus euertit funditus terram gentium, signum est peccata earum mensuram impleuisse. D. Ambros.

Sodoma plena flagitijs criminum regio.

Ezech. 16. v. 49.

VERS XX.

Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra.

Sensus.

147. *Arefecit*, &c. q. d. Eo peruenit odium Dei erga superbos, vt ex ipsis regionibus, quas Deus euertit, fecerit homines ita funditus aboleri, vt nec eorum memoria in aliqua ipsorum posteritate remãserit, ne felix in posterum recordatio facienda sit, sed si ipsorum viguerit memoria, eam sequetur insigne dedecus, & turpidinis nota, &c.

Notæ.

Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos. Pro *arefecit*, in originali est ἐξηρεν, id est, *abstulit*. ex ξηρὸς. quod est aridus, mancus, durus, id est, arefecit homines regionis punitæ à Domino, & substulit è medio. Vatab. & Drus. ἐξηρανεν, pro quo vertitur, desolauit, & addit Drusius; puto in aui libro fuisse הרחריב, id significat desolo, arefacio, exsico. *Processare fecit*, est, κατεπαυσεν, *abolauit.* Hebr.

Hebr. השבית quiescere, aut cessare facere. nam cum memoria alicuius aboletur, quiescit, & cessat eius recordatio. ita factum est in exemplis allatis ad illustrationem superiorisententiæ, & iam testimonijs probamus.

Illustratio prima.

148. *Superbos Deus arefecit & disperdit.* Isa. 40. v. 23

QVod arefaciat Deus & desolet, atq; disperdat superbos, potest apprime probari ex eo Isa. 40. v. 23. 24. vbi agens de Dei potentia inquit: *Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit. & quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.* Celebrat Isaias Dei potentiam, quod ipse reges, & principes solio deijcere, infatuare, perdere, & quasi nihilum redigere possit, & sæpe redigat. vocat secretorum scrutatores vel philosophos superbos, qui naturæ, & sapientiæ, ac Dei secreta vane rimantur. vocat etiã & consiliarios, & principes, & præcipue tyrannos, superbiæ, & arrogantiæ inseruientes. Hos igitur Deus *velut inane fecit*, id est, omni honore, & decore spoliare potest, & sæpe spoliat, *& quidem neque plantatus*, &c. q. d. licet principes terræ in ea summi firmi, & potentes esse videantur; tamen eorũ principatus similis est arbori, aut ramo, qui nec satus, nec plantatus est in terra, nec radicatus, vnde succo destitutus aresçit, aut leui vẽto, aut turbine prosternitur. sic enim, & principũ gloria caduca est, & fucata, quam Domini flatus, & iussio mox deijcit, & dissipat. Nota, *repẽte flauit in eos, & aruerunt*, nam sumit metaphoram arborum, quæ facile ventus aquilonaribus aresçunt, & euelluntur, nisi velis explicare de summa diuinę potẽtię facilitate, in disperdẽdis superbis. Apud nostrates familiare est hoc prouerbium: *Con vn soplo lo matare*, ad denotandam facilitatem, qua quis superbus potest suum aduersarium de medio tollere. hoc quod in homine ineptiæ sunt & deliramenta in Deo verum est, potest enim flatu suo quemliber arefacere & interficere. secundum id Iob 4. v. 8, 9. *Vidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse consumptos.* ex quo probatur Deũ operantes iniquitatem *arefacere* flante ipso (*con solo vn soplo*) & *disperdere eos* nam teste Propheta regio Psal. 1. v. 4. *Impij sunt tamquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.* ea enim facilitate, qua ventus aquilo, vel quilibet alius disperdit puluerem, & proijcit illum à superficiè terræ, vt dispersus intereat: eadẽ, & infinite maiori potens est Deus hominem superbum, qui puluis est, & in puluerem reuertitur, suo flatu proijcere & disperdere, tandemque nihilum redigere. nam *flante Deo perit impius.* cum flat Deus arefacit, & disperdit; sicut enim arbor arefacta perit, quia deficit humor, qui vitam ipsi communicabat, & arefacta disperditur tamquam inutilis. Sic flante Deo aresçit impius, & arefactus, quia humor gratiæ, qui ipsum vitæ participem efficiebat, deficit, facile disperditur, vt nec recordatio nominis inter homines habeatur. ideò sequitur.

Principatus superborum similis arbori, &c.

Summa facilitate potest Deus superbum de medio tollere

Iob 4. v. 8.

Impij tamquam puluis Psal. 1. v. 4.

Flante Deo perit impius.

Secunda illustratio.

149. *Quare Deus delere memoriam superborum.*

ET *cessare fecit memoriam eorum à terra.* idẽ est, cessare facere, ac *delere* memoriam, vel *abolere*, vt eorum nemo recordetur. Sed quare delet Deus memoriam superborum? numquid superbi, cum efferuntur intendunt suorum scelerum memoriam abolere? vt cessare faciant sui recordationem? non sane, sed potius sui nominis memoriam se efferendo, conseruare. & quasi in silice propria nomina, & gesta incidere, & sculpere conantur, vt memoria eorum haud vmquã in terra putrescat. Sed omnipotens Deus cessare facit memoriam eorum in terra, illos de medio tollendo, & ex memoria hominum eorum nomina abradendo, vt aboleatur & deleatur omnino illorum recordatio. Sic fecit Deus cum Amalec, cum *dixit* Exod. 17. v. 14. *ad Moysem. Scribe memoriam de hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue: deleui enim memoriam Amalec sub cælo.* q. d. scribæ in Chronicis, & indica Iosue, vt ipsi sequentibus se populi ducibus, & iudicibus, & hi sequentibus indicent voluntatem, & decretum Dei de peragenda vindicta, deque delendo Amalec, &c. in Hebr. est. *delendo delebo*, id est, funditus, & omnino delebo. hæc mihi stat fixa, & certa voluntas, quam Samuel refricauit Sauli 1. Reg. 15. vbi Saul ob neglectam, & non plene impletã hanc Dei voluntatem, reiectus à Deo regno & vita excidit. Memoriam Amalec delendam, & abolendam propter superbiam suam promittit: quia *memoriam superborum perdere*, solet Deus *& abolere de terra.*

Amalec memoriam deleuit Deus de terra. Exod. 17. v. 14.

At quare Deus in Chronicis scribere præcipit, vt vindicta, quam de Amalec sumere decernit, ne tradatur obliuioni. Numquid Deus vindictæ memoriam amittere, vel deponere potest, vt necesse esset eam in libro scribere, ne obliuione obrueret? cur ita imperat hanc futuram vltionem monumentis mandare, & quasi stylo ferreo in codicillis exarare? Respondet Oleaster: expende hic, qualiter pius pater se præ se ferat, in nostra punitione obliuiosum, vt libro, & scriptura sit opus ad memorandum, vt nobis ostendat, quam inuitus puniat, & quam lento gradu: ita tamen aliquando castigat, vt progeniem omnino deleat, & superborum memoriã perdat, & aboleat. Timendum etiam se præbet, qui licet ad multum tempus vindictam dissimulet, tandem punit, & delet, & ita delet, vt nec vestigium, nec memoriam remanere permittat, sed funditus abolet, &c.

Quare Deus præcepit scribere vindictam Amalec.

Oleaster.

Deus se præfert pius pater in nostra punitione.

Rursus Salomon Prou. 10. v. 7. cum dixisset nomen *iustorum* futurum cum *laudibus*, id est, memoriam iusti ab omnibus celebrandum, subdit: *& nomen impiorum putrescet*, id est, corrumpetur, & deficiet. sed quid nomen vel memoria cum putredine? putredo enim conuenit corpori, quod facile corrumpitur, & deficit, at nomini non videtur hanc putredinem conuenire, nec aptari. cur ergo hoc verbo Salomon vtitur ad significandam memoriæ superborum perditionem? Respondeo vti hoc verbo vt primi hemistichij contra positionem explicet. dixerat: *memoriam iusti cum laudibus futuram*, quia eius nomen perpetuo ab omnibus erat celebrandum, vt autem indicet nomen superborum scelestium facile corrumpi solere, & breui deficere, explicat illud, nomen cum putredine conferens. Prædicauerat enim Salomon Eccles. cap. 7. vers. 2. *Melius est nomen bonum quam vnguenta prætiosa.* forte ad ostendendum, nomen bonum ad virtutem conseruandam adhuc post mortem aptius esse, quam vnguenta pretiosa ad corpora in æternum conseruanda. vt prolixe probauimus supra cap. 4. num. 123. & 125. Ergo sicut memoria iusti

150. *Prou. 10. v. 7 Nomen impiorum putrescit.*

Nomen superborum facile corrumpitur. Eccles. 7. v. 2

vt in æternum duret, vnguentis deliburta seruatur, ne putrescat: sic contra nomen superborum scelestium facile corrumpitur, & breui deficit, quia vnguentis, quæ à corruptione liberant, scilicet gratia non est imbutum. *quare nomen impiorum putrescit*, ait Salomon, quia caret vnguento gratiæ, quod illud à corruptione defendat. Quod vnguentum aromaticum vocant medici præseruatiuum, vel defensiuum, præseruat enim, & defendit corpus ab imminente corruptione; quod simile officium efficit diuina gratia, quia defendit nomen, & famam iusti à corruptione,

Sicut memoria iusti æternum durat, sic impij memoria breui deficit.

Gratia medicamentum præseruatiuum.

& putredine. & quemadmodum cum corpus corrumpitur, & putrescit, ita deficit, vt eius memoria *cesset à terra*, & si aliquando vigeat, putridum fœtoré emittat: sic cum impij memoria putrescit, ita deficit, vt memoria eius penitus deleatur, & si aliqui illorum recordentur eorum facinora in memoriam redigendo, ægerrime ferunt fœtorem, quem emittunt, conanturque eos, & illorum facta ex sua memoria penitus abradere. Quare eos *disperdit* Deus, ait Siracides, *& cessare facit memoriam eorum à terra*, hoc est, *abolet è terra memoriam eorum*, vt vertit Drusius.

Memoria impij penitus deletur.

VERS. XXI.

Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu.

Sensus.

MEmoriam, &c. q. d. ita cessare facit memoriam superborũ, & penitus abolet Deus, vt perdat eorum memoriã, & nemo illorum recordetur. At humilium recordatio, id est, eorum qui mente, & spiritu humiles reputãtur, quiq; humana præconia non admodum quærunt, nec de se magnifice sentiunt, sed sub potenti manu Dei demisse gerunt, relinquitur apud homines, & Angelos, vt famosi sint, & celebres, & in hoc sæculo, & maxime in cælis, &c.

Illustratio prima.

151. Palacius. *Multi duces superbi in æterna obliuione sepulti.* Psal. 33. v. 17.

MEmoriam superborum perdidit Deus. Palacius hanc sententiam explicans, inquit: Quinti membri veritatem, innumeri duces superbi, & in æterna obliuione sepulti, demonstrant. Quod verum esse intelliget, qui annales veteres recensere studuerit. & potest aptius illustrari ex eo Psal. 33. v. 17. *Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Ex quo colligitur oculos Dei aliter impios, & aliter iustos respicere; hos enim respicit ad eos custodiendos, & protegendos; illos autẽ respicit, vt eos perdat, &c. oculus enim Domini vigilat *superfacientes mala*, id est, super iniquos, non vt eos custodiat, sed vt perdat de terra memoriam eorũ, id est, funditus exterminentur, & pereant; non ipsi soli ũ, sed filij, & nepotes, & posteri omnes, donec eorũ memoria penitus aboleatur. Dixerat Psaltes: *oculi Domini super iustos*, & subdit. *Vultus autem Domini*, &c. quare ad iustos intendit oculos, & ad impios vultum? poterat enim dicere, *oculi Domini super iustos & super facientes mala*. cur Deus oculis iustos, & vultu impios intuetur? Respondeo, oculos & vultũ inter se distare, oculos enim potẽtia sola visiua est, ac vultus proprie dicitur habitus siue status faciei, qui pro animi affectibus alius atq; alius ostẽditur. Cicer. 5. de orat. inquit: *imago animi vultus est. indices oculi*, & 1. de legib. *& is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominẽ potest, indicat mores.* Ergo si hęc distãtia inter vtrumq; verbũ inuenitur, optime psaltes oculos Dei iustis aptauit, & vultum eius impijs. si enim oculi indices sunt animi, & indicat eius affectũ, cum ait Dauid, Deũ oculis suis iustos respicere, ostendit eos intendere vt vigilent super iustos, & actionibus illorum prospiciant. at cum vultus proprie sit animi expressa imago, & agat personã animi, in hoc vultu exprimitur eius affectus vel odij vel amoris, & quia Deus impios superbiæ obsequẽtes execratur, & odio prosequitur, & in vultu ostẽditur animi expressa imago, cum in animo Deus odium habeat & execrationem erga impios superbos, quia secundum Lyram ex Hebræo legitur: *Iræ Domini super facientes mala ad puniendum*, non miror prophetã prædicasse oculis Deum iustos respexisse, & vultu impios spectasse. nã sicut oculi Domini vigilant, vt iustos custodiant & patrocinentur: sic eiusdẽ vultus, in quo diuini animi execratio, & odium exprimitur, vigilat, vt impiorum superborum memoriã perdat, donec penitus eorũ recordatio aboleatur. ideò ait Siracides. *Memoriam superborum perdidit Deus*, quasi in nihilum, eos resoluendo. Quare Folengius in Psal. 74. ait: *Quemadmodum fumus, alta & lucida, quamquã ipse obscurus sit, & ater, naturaliter, apperit, verum in medio ipso turbulento suo conatu resoluitur in aërẽ. prorsus ita, euanescit, & amplius fumus non est. ita homo superbus licet obscurus sit, inter cæteros tamen se extollit, & euehit; in medio tamẽ cursu sæpenumero præcipitatur, & quasi in nihilum resoluitur.*

Lyra.

Oculi Dei vigilant vt iustos custodiant.

Folengius.

Superbus euanescit sicut fumus.

152. Jsaias videtur hanc nostrã sententiam confirmare, cum agens de cõuersione gentiliũ, quos humiles, & pauperes vocat, subdit de superbis Judæis c. 29. v. 20. *Quoniam defecit qui prævalebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes, qui vigilabant super iniquitatem*, &c. Quod licet de superbissimo diabolo explicet Cornelius noster, defecit enim cum dixit Christus: *Nunc princeps huius mũdi eijcietur foras*. Joan. 12. v. 31. At de Judæis superbis, & de alijs qui prævalẽt vel scientia vel viribus, vel diuitijs, vel potentia, & tamquã sup erbiæ ministri irrident humilibus potest explicari hi enim deficiunt, & consummantur, & succidunturque puniti à Deo, quia vigilant super iniquitatem, & superbiam: Quare eorum memoriam funditus Deus abolet, eos perdendo in æternum: sic explicuit ille alius nostram sententiam qui eam carmine reddidit.

Isa. 29. v. 20. Succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem Cornel. Joan. 12. v. 31.

Ex domini nutu gens hæc exaruit almo,
Nomen & in terris non licet esse malum

Nomen malum non licet esse in terris.

Sic perdidit Deus Sodomitas Gen. 19. v. 24. & ita funditus euertit, quia superbiæ inseruierunt, vt affirmat Ezech. cap. 16. v. 49. vt nec vestigium remanete permiserit. Sic etiam in Core, Dathan, & Abiron Deus animaduertit propter eorum superbiam, quia contra Moysem steterunt, cum contenti non essent subditorum statu, detrahẽdo Moysi honori & rodendo illum, vellicandoque in circulis, &c. quare, *disrupta est terra sub pedibus eorum, & aperuit os suum, & deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum.* Num. 16. v. 31.

Propter superbiam Dathan & Abiron deuorati à terra. Num. 16. v. 31.

16. v. 31. eos itaque consumpsit, illorumque memoriam perdidit, vt nec vestigium remaneret. descenderunt enim in profundũ inferni 2. Reg. 24. v. 15. populo Dauidis ob superbam numerationem, immisit Deus pestilentiam, quæ eos cõsumeret, & perderet. Vide de Holoferne. Jud. 13. v. 10. de Aman. Esth. 7. v. 10. de Rege Babylonis Jsa. 14. v. 13. 15. & Rege Pharaone Ezech. 29. v. 3. 4. & 31. v. 10. 11. 12. & de Balthasare Dan. 5. v. 22. &c.

Num 16. v. 31.

Illustratio secunda.

153. *Humiles sensu qui.* Lansenius

ETreliquit memoriam humilium sensu. vocat Sirach *humiles sensu*, vt placet Jansenio, mente, & spiritu, qui humana præconia non admodum quærunt, nec de se magnifice sentiunt, seque sub potenti manu Dei demisse gerunt, &c. Horum memoriam reliquit apud homines, & angelos, vt famosi sint, & celebres, & in hoc sæculo, & maxime in cælis. & probat cum Patriarchis, Prophetis, Apostolis, & Martyribus, quorũ celebris memoria perseuerat in sæculum, nam. *Memoria iusti cum laudibus*, Prou. 10. v. 7. LXX. *cum encomijs.* nã sancti ab omnibus gloria, & prædicatione efferuntur, & laudibus, æncomijsque celebrãtur. Ait enim vates regius Psal. 111. v. 7. *In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.* Vbi inter alias fœlicitates, quibus humilis timens Deum decorandus prędicatur, hęc est, quod viuet semper in hominum memoria; nã laudes eius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum. neque solum in memoria æterna erit apud mortales: sed etiam nomen eius scriptũ erit in libro vitæ, quod nunquam delebitur. & eo modo vere ac proprie in memoria æterna erit apud Angelos in cælo, & non timebit à detractationibus, & reprehensionibus hominum impiorum. Sic B. Theodor. explicuit. *Celeberrimus autem erit hic, & ab omnibus decantatus, & sempiternam relinquet gloriam, nec minas timebit, neque nuntios qui terrorem incutere possint.* nota verbum *relinquere*, humilis enim ita placet Deo, vt ipse relinquat eius memoriam, & nomen illius celebrandum in perpetuum hominibus, & Angelis tradat scriptum est enim Isa. 29. v. 19. *Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt.* id est, augebunt Ecclesiæ lætitiam, & pauperes, id est, humiles tum sensu, tum spiritu exultabunt in Deo Israel, qui veros Jsraelitas sanctificat, & ab eis colitur. Tandem inquit Salomon Prou. 29. v. 23. *Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.* id est, superbum sequitur humiliatio, & perditio, nam Deus superborum memoriam perdit; at humiles sensu, & spiritu exaltantur, nam eos suscipit gloria, vt eorum memoria æternum vigeat.

Humiles apud homines & Angelos famosi & celebres.

Prou. 10. v. 7

Psal. 111. v. 7.

Felicitas iusti est vt viuat in hominum memoria.

Theodor.

Iusti humilis memoria æternum celebranda.

Isa. 29. v. 19.

Prou. 29. v. 23.

Tandem Dionysius vocat *humiles sensu*, vere, & cordialiter humiles, humana præconia contemnentes, quos fecit famosos, adijciens eis celebre nomen, vltra id, quod ipsi adipisci conati sunt, vtpote vltra salutem cælestem, &c. Horum humilium memoriam Deus reliquit, quia veram beatitudinem adepti sunt. *Beati* (inquit Christus Dominus Matt. 5. v. 3.) *pauperes spiritu*, &c. vbi D. Chrysost. tom. 2. hom. 15. ex cap. 5. Matth. inquit. *Qui sunt pauperes spiritu? humiles mente, atque contriti*, & postea subdit non laudem adeptos, qui sunt humiles necessitate coacti: *Sed eos qui se humiliant, & contrahunt, submissique sunt voluntate primos beatos appellat.* quare horum humilium memoria perpetuo viget, & eam relinquit Deus, vt celebretur in terra. sic celebrauit virtutem humilitatis, quæ in sancta Paula enituit in Epitaphio eius D. Hieron. scribens ad virginem Eustochium. *Hæc* (inquit, scilicet Paula) *sicut inter multas gemmas pretiosissima gemma micat, & iubar solis paruos igniculos stellarum obruit & obscurat: ita cunctorum virtutes, & potentias sua humilitate superauit: minimaque fuit inter omnes, vt omnium maior esset, & quãto plus se deijciebat, tanto magis à Christo subleuabatur. Latebat, & non latebat. fugiendo gloriam gloriam meruebatur, quæ virtutem quasi vmbra sequitur, & appetitores sui deserens appetit contemptores.* ecce quomodo hanc vere humilem fœminam Hieron. celebrauit, vt relinqueret memoriam eius apud homines & vt esset famosa & celebris in hoc sęculo, & in futuro. Sicut enim *Deus perdidit superborum memoriam.* ne factorum suorum, & nominis quis recordetur, *sed pereat memoria eorum cum sonitu*, Psal. 9. v. 7. vt dixit psaltes. sic ipse Deus *humilium* spiritu & mente *memoriam relinquit*, id est, facit vigere, vt celebris sit, & tales celebrentur ab omnibus & laudibus extollantur, &c.

154. *Humiles sensu sunt qui humana præconia contemnunt.* Dionys. Matt. 5. v. 3. D. Chrysost

Memoria humilium perpetuo viget & celebratur in terra. D. Hieron.

Paulam D. Hieronymus celebrauit, &c.

Psal. 9. v. 7.

VERS XXII.

Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum.

Sensus.

155. NOn est creata, &c. q. d. ita vitium superbię in humano corde radices egisse videtur, vt quisque iudicare possit, illud innatum esse hominibus & perconsequens posse Deo imputari, sed nequis in suum inducat animum, Deum hominem produxisse superbiæ vitio infectũ, hanc omnibus pronuntio veritatem; non esse hominibus creatam superbiam, cum illum effecerit rectum, & omni vitio carentẽ, sed esse vitium naturæ, hominiq; non esse naturale, sed contra naturam eius, fuit enim ex vili materia productus & formatus. Sed neque iracundiæ vitium, quod superbiam comitatur, sex ui fœmineo conducit tamquam innatum, & in situm, cum ei potius mansuetudo competat, neque hominibus ex fœminis procedentibus ira cundia conuenit, cum hoc vitium feris magis, quam hominibus in summa infirmitate & vilitate prognatis conducere videatur, &c.

Notæ.

IN secundo hemistichio vulgatus transtulit: *nationi mulierum.* sed in Græco est: ὀργὴ θυμὸς γυναικῶν, *neque ira excandescentia natis mulierum.* Verbũ enim, γενήματος, significat fœtum, germen, fructum, progeniem, filium. & licet sit abusoleta vox, at ea vsus est Sirach, vt homines ex mulieribus generatos significaret. Plato enim liberos vocat γενηματα. & Iob 14. v. 1. *Homo natus de muliere* אשה ילוד, & Luc. 3. v. 7. vertitur *genimina viperarum.* At vulgatus legit, *nationi mulierum.* sicut dicitur natio grammaticorũ (nam *gennema* significat nationẽ mulierũ, id est, genus mulierum) vt ipsas mulieres designaret, quare dupliciter explicatur hoc membrũ. primo

de ipso genere fœminarum, quibus ira excandescentiæ non conuenit, quia ira non est nata mulieribus, sicut neque superbia hominibus: sed mansuetudo, sed si excandescunt, ex vitio naturæ earum ira oriri videtur. 2. explicatur de hominibus filijs mulierum, quibus non solum superbia, sed neque excandentiæ ira ingenerata est, sed ex vitio naturæ hæc vitia procedunt, & competunt quibusdam bestijs, & feris, quibus natura feroces indidit animos, & arma dedit, quibus insurgerent contra hostes, quas item ex rapto viuere voluit, &c.

Illustratio prima.

156. *Superbia non est creata hominibus nec proprie naturalis.* Rabanus.

NOn est creata hominibus superbia. Rabanus apte explicuit hanc sententiam dicens: vitia ergo non sunt creata hominibus, sed peruersa voluntate rationabilis animi reperta. Omnia enim peccata hoc vno genere continentur. Cũ quisque auertitur à diuinis vereq; manentibus, & ad mutabilia conuertitur. Quæ quamquam in ordine suo recte locuta sint, & suam quamdã pulchritudinem peragant: peruersi tamen animi est & inordinati, eis sequendis subijci, quibus ad nutum suum ducendis potius diuino ordine ac iure prælatus est, &c. Rabanum sequitur Dionys. ait enim, id est, concreata non est, nec proprie naturalis, præsertim loquendo de natura secundum statũ suæ integritatis ante lapsum, sed aduentitia est, & ex peruersa voluntate concepta. imo vitia sunt contra naturam, & rationem, cum dicat Tullius, quod virtus sit habitus naturæ rationique consentaneus. itaque cũ homo ex vili materia à Deo productus est, ex eius manibus rectitudinem hæreditauit, sed ipse se immiscuit infinitis quæstionibus, vt dixit Sapiens Eccles. 7. v. 30. *Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.* super quæ D. Hieron. tom. 7. *& ne videretur*, inquit *communem hominum damnare naturam & Deum auctorem malisacere, dum talium conditor est, qui malum vitare non possunt; argute præcauit, & ait: bonos à Deo creatos, sed quia sumus libero arbitrio derelicti, vitio nostro ad peiora labi: dum maiora quærimus, & vltra vires nostras varia cogitamus.* Primi ergo parentes cum hac sunt conditi rectitudine mentis, cuius & index rectitudo corporis, sed immodica libido sciendi detorsit illos, omneq; genus humanum, cui multa operando, & dissipando peruenienda nunc est ad aliquam veritatis cognitionem, ad vescendum, vt corporis pane, sic animæ, qui est scientia, in sudore. Si igitur homo cum hac animi rectitudine creatus est, & ex diuinis manibus bonam, & rectam indolem hæreditauit, cur superbiæ vitium concreatum est, vt simul cum homine productum crederetur? minime sane insitum est hoc vitium homini, cũ creatus ex nihilo è Dei manibus formatus euasit, sed potius productus est homo rectus, & omni labe, vitioq; carens. *sed* (vt dixit Hieron.) *quia sumus libero arbitrio derelicti vitio nostro ad peiora labi.* scilicet ad superbiam, iram, luxuriam, & alia deteriora vitia. quæ nullo modo ingenita hominibus nascuntur. cur enim (inquit Palae.) homo superbiat ex corpore, quod vermes, pediculi, culices, pulices adoriuntur, & perimunt? cur superbiat ex anima quam venticulus tentationis aggreditur, & deijcit? Plane nulli est superbia nata? & si arrogantiæ fluctibus aliquando agitetur, nihil mirum quia peruersa cupiditas ordinem rationis perturbat, & efficit, vt animus, qui iustitiæ rectitudine condecoratus euasit, cum à Deo productus est, & homini inditus, omni vitio misere inficiatur.

Dionys. Cicero. Ecclesi. 7. v. 30. *Deus creauit hominem rectum.* D. Hieron. *Si homo creatus est rectus cur superbia vitium illi cõcreatum est.* D. Hieron. Palacius. *Homo neque ex corpore neque ex anima superbiendus.*

157. *Superbia in homine & ira in mulieribus videntur naturales.*

Hinc nascitur superbia in homine, & in mulieribus excandescentiæ ira procedit; quæ vitia in vtroq; sexu tales egit radices, vt quisque suspicari posset hominibus innata & ingenita fuisse. quare vt omnes Ecclesiasticus hoc errore liberet, hanc veritatem proponit, non esse *creatam hominibus superbiã.* ideoque cuicumque superbo, qui fastidio & arrogantia effertur, dicere possumus, quod supra ipse Ecclesiasticus dixit cap. 10. v. 9. *Quid superbit terra, & cinis?* si homo ex luto est formatus, & adiunctam sibi vilitatem naturæ defert, quid est, quod superbia efferatur, & tumeat? Sed quia honor creationis illum insolentẽ fecit, comparatus est iumentis insipientibus: *Homo* (inquit Psaltes Psal. 48. v. 13.) *cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumẽtis insipientibus, & similis factus est illis.* q.d. Cum esset ex terra productus homo, id est, ex vili materia plasmatus oblitus suę vilitatis propter comparatum honorem ex animi creatione ad imaginẽ Dei procedentem, insolens factus est & insipiens. quare vt ab hoc errore Dauid eripiat, suam ignobilitatem in memoriam adducit, conferens illum cum iumentis insipientibus, & similem illis faciens, tamquam si quis laudatum pauonẽ superbientem deprimeret. Non est enim ratio quare homo ex vili materia formatus sic insolescat. vnde constat nulli superbiam ingeneratam esse, sed ex vitio naturæ procedere.

Superbia in homine & ira in mulieribus videntur naturales. Ecclesi. 10. Ecclesi. 25. v. 23. *Non est creata in hominibus superbia cum nullam sedẽ in puericia habuerit.* D. Chrysost *Si innata esset homini superbia, Deo tribueretur quod est absurdum* Rabanus. Iansen. *Tanta est ira mulierum vt videatur illis innata.* Ecclesi. 25. v. 23. Raban. *Omnium pessima est ira mulieris, quam vt verum latenter gerit.*

Optime hoc confirmat simplicitas infantiæ hominis & humilitas pueritiæ. quis enim puer ita superbia effertur, vt ostendat innatam illi esse superbiam? experientia docet, pueritiã comitem humilitatis esse. quare Christus Dominus humilitatis, & simplicitatis amator, ita puerulos diligebat: aspicieber enim in eis simplicitatẽ, & humilitatem, vt impedientibus discipulis accessum eorum ad se, dixit Matt. 19. v. 14. *Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cælorum.* Trahebãt eos parentes, vt eis benediceret, at Apostoli solliciti auctoritate præceptoris, prohibebant, ne prope pueri accederẽt ad Christum, sed ipse diuinus præceptor eos ad se venire, vt benedictionẽ acciperent præcipiebat. sed quare Christus Dominus pueros ad se accedere non prohibebat, sed potius vocabat? & cur prædicat ipsorum esse regnum cælorum? Respondeo, Christum voluisse pueros ad se, accedere propter simplicitatem, & humilitatem, quæ in eis elucebat, tantam enim capit ex humilitate delectationem, vt pueros, quibus innata videtur humilitas, suo complexu recipiebat, vt omnibus notum faceret hac insigni delectati virtute.

Nemo cum puer est superbus efferatur. *Christus prohibuit superbiam et docet humilitatem.* *Humilitas & simplicitas in pueris adumbrata.*

158. Matt. 18. v. 2.

Præterea Matt. 18. v. 2. cum discipuli magistrum interrogasset: *Quis* esset *maior in regno cælorum? Aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum, & dixit: Amẽ dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Quare Christus Dominus interdicit hominibus ingressum regni cælorum nisi efficiantur paruuli? numquid conuerti potest homo ætate prouectus in paruum puerum? cur sic conuersis ingressum cęli concessit, & alijs negauit? Respõdeo, hic Christum reprehendere superbiam, & ad humilitatẽ hortari, & docet humiliũ, & non superborum esse regnum cælorum. sic explicuit D. Chrysost. tom. 2. hom. 59. in cap. 18. Matt.

D Chrysost

Recte autem ante oculos monstratione paruuli totam rem posuit, vt absque simulatione aliqua humilitatem amplectantur. Paruuli autem non inuidere, neque inanem expectare gloriam, nec primatus desiderare dignitatem nouerunt. Non ergo fortitudine tantum, ac prudentia, sed humilitatis quoque virtute, & simplicitate nobis opus est, quæ si non adest, salus nostra certe claudicat.

Ergo si in pueris paruulis inuenit Dominus symbolum humilitatis, & simplicitatis, in eis nulla inucnitur superbia. ergo non est creata hominibus superbia? cum nullam sedem in puericia habuerit. Præterquam quod ipse D. Chrysost. tom. 2. hom. 63. in cap. 19. Matth. inquit: *Ab omnibus enim passionibus anima paruulorum munda est.* ergo si prorsus munda, nulla superbiæ labe infecta, & per consequẽs nullo alio vitio coinquinata. Nam si in ætate virili hæc vitia erumpant, non Deo, sed naturę corruptę adscribenda sunt, quę efficit, vt ratio cupiditati prauę succumbat, & obediat. Quare verum est quod docet Ecclesiasticus. nam si superbia hominibus ingenerata esset, non homini, sed Deo tamquam superbiæ auctori asciscereturQuod absurdum, & hæreticum est, *Deus* enim *hominem rectum* creauit, id est, omni vitio carentem, quin potius omni rectitudine, & innocentia condecoratum; ipse vero serpentem auscultans, *se immiscuit infinitis quæstionibus*, & ex altissimo dignitatis gradu, in miserum peccati præcipitium celeriter descendit, &c. Inde est quod Deo non tribuatur vt auctori, nec reprehendendus Deus, qui cuncta, quæ fecit valde bona condidit in operibus suis, sed neglectio creaturæ à summo bono auersæ valde reprehensibilis est cum temporalia præponit æternis & caduca mansuris. Sic Rabanus.

Illustratio secunda.

159. *Tanta est ira mulierum vt videatur illis innata.* Ecclesi. 25. v. 23. Raban. Iansen.

NEque iracundia nationi mulierum. Complut. nec ira furoris. Tygur. *furiosa*, iam diximus vocare Sirach *nationem mulierum*, ipsum genus mulierum, & forte hoc dixit, quia tanta est ira excandescentiæ in sexu fœmineo, vt videatur mulieribus nata iracundia, ait enim ipse Ecclesiasticus. c. 25. v. 23. *Non est ira super iram mulieris.* quam comparauit cum serpentis capite, in quo latens habet venenum, vt illud suo tempore opportuno effundat. Rabanus: Benedicitur iracundiam nationi mulierum non esse creatã quia per mollitiem animi quam sexus muliebris denotat, iracundiæ vitium surgit: quod tamen per constantiæ virtutem superatur ac opprimitur. q.d. secundum explicationem Jansenij, sicut inter omnium animantium capita, nullum est pernitiosius, & magis noxium, quam caput serpẽtis propter venenũ, quod in eo gerit, idque occulte paratum illud effundere per insidias, cũ opportunum erit, idq; non tantum vt lædat, sed etiam occidat hominem. ita omnium pessima est ira mulieris, quia & si viribus corporis aperto marte nocere nequeat, tamen iram, quam in animo instar veneni latenter gerit, opportunitatem nacta, effundit, nec desinit, donec eum, cui irascitur perimat, & perdat. Vnde constat irã veluti ingeneratã esse mulieribus, cum enim mulier irascitur, ita ex intimis visceribus iram effundit, vt videatur animæ insita, & ingenita, vt experientia docet. Exempla sunt innumera, quæ hanc veritatem comprobant. Contemplare Athaliæ filiæ regis Israel Amos excandentiæ irã, & inuenies illam fuisse crudelitatis magistrã. nam *videns mortuum filium suum surrexit, & interfecit omne semen regium*, 4. Reg. 11. v. 1. hoc est, *omnem stirpem regiam domus suæ.* 2. Paral. 22. v. 10. quod crudelitatis insigne indicabat iram ex intimis præcordijs, quasi in ei ingenitam processisse, & iram mulieribus creatam esse. Considera insuper impię Jezabelis immanitatem, fuit enim sæua, & immisericors, non solum Naboth innocentẽ lapidibus interfici præcepiens 3. Reg. 21. v. 2. 13. Sed etiam occidens prophetas Domini. 3. Reg. 18. v. 4. & minitans mortem prophetæ Eliæ cap. 19. v. 2.

Athalia interfecit omnes regnum regium. 4. Reg. 11. v. 1 2 Paral. 22. v. 10.

Non præter eunda immanis Herodiadis cõsideratio, quæ caput S. Ioannis Bapt. conata est detruncare. in quam elegantissime inuehitur D. Ioan. Chrysost. tom. 2. hom. 49. in cap. 4. ait: *Quod si nos modo hæc audiẽtes perhorrescimus: quanta illos perturbatione tunc commotos esse credimus, qui simul in conuiuio recumbebant, super interfecti caput hominis cruentatum videntes? sed nihil illa truculentissima furijs quoque ipsis immanior, hoc aspectu passa est, verum etiã exultabat, & lætabatur, & quamuis ipsius aspectus flexisse ipsam debuisset, nihil tamen scelesta, & sanguinẽ prophetici sitiens commota est.* & in hom. 14. inquit: *Nulla ergo in hoc mundo bestia similis est mulieris malæ. Quid inter quadrupedia animalia leone fertius? sed nihil ad hanc. Aut inserpentibus quid dracone atrocius? sed ne hoc quidem iuxta mulierem malam conferri potest.* Vide D. Chrysologum serm. 73. & 74.

160. *Herodias caput Baptistæ conata est detruncare.* D. Chrysost *Nulla est bestia similis mulieris malæ.*

Rationem huius doctrinæ reddit Tiraquellus de leg. connub. aiens. Fœminæ vero brutis proprius accedunt, vtpote rationis ferme expertes, ideoque suis appetitibus, quamtumque leuibus plerumque obediunt, indulgent, obsequuntur, est, inquit. Eleazarus apud Aristeam, mulierum generum suorum affectui sequax arq; in lapsum proclive propter imprudentiam, & eius naturã imbecillem, & vt ait Ægidius: Mulieres sunt plurimum intemperatæ, & passionum insecutrices. Tandem Plutarch. libello de cohibenda iracundia, inquit. *Quemadmodum tumor accidit ex magna in carne plaga, ita in mollissimis animis si quis se præbeat dolori, & hoc ipso quo maior est imbecillitas, hoc maiorẽ elicit iracundiam. Atque hac de causa mulieres iracundiores sunt viris, ægroti sanis, senes ætate vigentibus, & infœlices fœlicibus*, &c. quæ omnia haud obscure indicant, *iracundiam nationi mulierum* innatam videri.

Tiraquell. *Fœminæ suis appetitibus obediunt & obsequuntur.* Aristeas. Aegidius. Plutarch.

Sed nihilominus verũ est quod Sirach docet, non esse iram ingeneratam sexui fœmineo, cum potius mansuetudo, lenitas, facilitas, mollities, & alia id genus in eo inueniantur. Nata est fœmina, inquit Palacius, vt obediat, non vt ira excandescat. Molle corpus illi natura dedit, cur falso vult, sub molli corpore durum gerere cor? Verba illi natura dedit, suauia, blanda, quibus corda virorum demulceat, non quibus flammas euomat. sic ille. Sed si eorum mulieris perpẽdimus, inueniemus in ipsa corporis formatione, verum esse non insitam esse eis iracundiam, nã cum è costa viri formata sit, quę cordi proxima inueniebatur, vbi amor, non odium, suauitas, non durities, mansuetudo, non ira residens, ex cordis proximitate has cordis affectiones extraxit, non passiones, & si cum adolescit iræ luxuriæ, superbiæ., & aliæ id genus passiones in eis inueniantur, non naturæ adscribendæ, sed peruersitati ipsius naturæ iam corruptæ. alioquin artifici Deo ipsa peruersitas, & corruptio *sunt.*

Ira non est ingenerata sexui fœmineo. Palacius. *Passiones quæ in fœminis inueniuntur non naturæ adscribendæ*

naturæ asciſceretur, quod abſit cogitare, ne dum verbis affirmare. Itaque ipſa corporis mollities & facilitas, quin potius animi obedientia haud dubium, non eſſe illi creatam iracundiam indicant, ſed in tempore ex corruptione naturæ eam procedere, &c.

Quare iracundia mulieribus non conueniat. Ratio igitur quare iracundia mulieribus nō conueniat, ea eſt, quia male ſe gerit cum ipſarum elegantia & decore, quo ipſis nihil gratius, nihil antiquius: ad quem nimirum omnes curas, ita ſtudia, omnem denique æſtimationem transferunt. Nihilque eſſe quod pulcherrimam faciem à Deo deturpet ac fœdet, quam ira dixit enim D. Chryſoſt. D.Chryſoſt.tom.3.hom.17. in Acta. *Numquid in iracundo non turpe, oculi inſuaues, os diſtortum, lingua infrenis, mens ſtupida, figura indecens, multa inſuauitas? vide oro dæmoniacorum oculos, & ebriorum, & inſannientium, quid differunt inter ſe?* *In iracundo quid apparet.* Seneca. Seneca ſimiliter lib.1.de ira cap.10. *Neſcias vtrum magis deteſtabile vitium ſit, an deforme.* & lib.2.cap.35. *Non eſt vllius affectus facies turbatior, pulcherrima ora fœdauit, toruos vultus extranquilliſſimis reddidit, liquit decor omnis iratos.* cum hæc omnia faciei fœmineæ non conueniant, ſed omnino contraria ſint, hinc eſt, quod dicat Eccleſiaſticus. *Neque iracundia,* &c.

Alij autem per *nationem mulierum*, vel vt eſt in
161. originalibus, *generationes*, vel *progenies*, vel *natos mulierum* intelligunt homines ex mulieribus progenitos. *Per natione mulierum intelliguntur homines.* vt ſit q.d. nec ira inſita eſt filijs natis ex mulieribus. qua appellatione monet homines ſuæ conditionis, ob quam minime eis conueniat, ſuperbia, vel furor, vt qui ex mulieribus infirmis in ſumma infirmitate, & vilitate prognati ſunt. ſicut hanc conditionem ad ſuperbiæ repreſſionem regibus proponit Salomon Sap.7. v.1. vbi ait: *Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis hominibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro: decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conueniente.* Quibus verbis rex ſapiens faſtum hominum & ſuperbiam reprimit, nam qui in ventre matris, qui infirmus & exilis eſt, figuratur, & coagulatur, quam ſuperbiam, & iracundiam hæreditabit? ſed potius infirmitatem, imbecillitatem, vilitatem, & ignobilitatē. Quare in hominibus non ſolum nō ingenerata eſt ſuperbia, ſed neque iracundia, & furor: *In hominibus non ingenerata ira neque ſuperbia.* & cum has paſſionis erumpunt, corruptionem, & peruerſitatē naturæ demonſtrant. Caro enim corrupta paſſiones animales imitantur, & ſimilis belluis efficitur, quibus hæ paſſiones ſuperbiæ, iræ, & aliæ id genus conuenire vidētur. ideò qui his paſſionibus agitantur, & ab eis ſuperantur, ſimillimos feris immanibus eſſe perhibemus. Palacius. Iob 5.v.7. Concludit Palac. *Nati ſumus ad laborem,* Job.5.v.7. non ad iram, & plane indigniſſimum eſt iraſci, cui naſci fuit fœdiſſimum. habet quod humilietur, non quod iraſcatur, cui tam ſordidum initium fuit.

Illuſtratio tertia.

162. NEque iracundia nationi mulierum. cum non creata ſit hominibus ex mulieribus prognatis iracūdia, probari oportet iracūdiam hominibus non conuenire. *Iracundia hominibus non conuenit.* cum plurima mala ex hac paſſione naſcantur. Omitto quod docet D. Gregor.lib.21.Moral.cap.17. D. Gregor *de ira rixæ, tumor mētis, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ proferuntur.* & proponamus quod ipſe inquit lib.5. Moral.cap.31. explicans id Job 5.v. 2. Iob 5.v.2. *Vere ſtultum interſicit iracundia.* docet prius: *cum tranquillitatem mentis ira diuerberat, dilaniatam quodadmodo, ſciſſamque perturbat, vt ſibimetipſi non congruat, ac vim intimæ ſimilitudinis omittat.* ſubdit ſtatim: *Per iram ſapientia perditur, vt quid quove ordine agendum ſit omnino neſciatur. Per iram vita amittitur, & ſi ſapientia teneri videatur. ſicut ſcriptum eſt: Ira perdit etiam prudentes,* *Ira perdit etiam prudentes.* *quia ſcilicet compreſſus animus nequaquam explet, etiam ſi quid intelligere prudenter valet. Per iram iuſtitia relinquitur: quia dum perturbata mens iudicium ſuæ rationis exaſperat, omne quod furor ſuggerit, rectum putat. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur. quia qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt vt beſtialiter ſolus viuat. Per iram concordia rumpitur. Iracundus quippe peccata effudit, quia etiam malos, quos incaute ad diſcordiā prouocat, peiores facit.* Lege multa alia notatu digna, vt cum mox ait: *aliquando ira perturbato animo quaſi ex iudicio ſilentium indicit, & quo ſe foras per linguam non exprimit, intus deterius igneſcit, vt iratus quiſque collocutionem ſuam proximo ſubtrahat, & nil dicendo quam ſit auerſus dicat,* &c. *Ira quæ per linguam non exprimitur intus deterius igneſcit.*

Jtaque cum iracundia non ſit creata hominibus, ſicut nec ſuperbia, certum eſt illam ipſis mi- 163
nime conuenire, cum multa mala ex ira proueniant, & hæc paſſio ſtultorum propria eſt. *Iracundia nec ſuperbia non eſt creata hominibus.* Ideò Salomon Eccleſ.7.v.10. hoc conſilium præbet: Eccleſ.7. v.10. *Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.* Cum hęc paſſio animi tot cordi afferat mala, vt D. Gregor. docet, *non eſt dandus locus iræ* ne animus his malis impleatur. ſed debet homo tardus eſſe ad irā, quia propria eſt hominis ſtulti. Quare ergo ira *in ſinu ſtulti requieſcit*. *Quare ira in ſinu ſtulti requieſcit.* cum ita omniū hæc paſſio propria ſit, vt nemo fere ab ille facile liberetur? D. Auguſt. Nam dixit D. Auguſt.tom.10. ſerm.q. ad frat.in eremo: *Iram incurrere, bonorum & malorum communis eſt conditio.* numquid omnes ſtulti? cur ſtultus appellādus, qui iram fouet in corde ſuo? Reſpondeo, ſtultum appellandum illum, qui in ſinu ſuo iracundiam fouet. quia vt inquit D. Gregor.lib.5.Moral.cap.31. *Per iram lux veritatis amittitur, quia cum menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic Deus radium ſuæ cogitationis abſcondit,* quia ſcriptū eſt, Epheſ.4.v.26. *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* D. Gregor. *Per iram lux veritatis amittitur.* Epheſ.4. v.26. ergo ſi lucem veritatis amittit iracundus, & ei radium diuinę cognitionis Deus abſcondit, ſicut hęc cognitio ſapientem hominē facit, ſic amiſſio lucis veritatis, & abſcōſio radij diuinæ cognitionis illum inſipientem effecit, & ſtultum. quare Apoſtolus hortatur, ad non protrahendam iracundiam, ſed intra diem comprimendam, & penitus extinguendam. *Ira intra diem comprimenda.* quia ſi ſtatim non extinguitur, ſed prodūcitur in ſequentē diem, cum iramenti, confuſioni tenebras incutiat, efficietur homo ſtultus, quia nō ſolum luce veritatis priuabitur, ſed radio diuinæ cognitionis ſpoliabitur, & his tenebris offuſus ſua ſtultitia verberabitur, & vt ſtultus ludibrio lędetur, & ab omnibus vocibus increpitabitur. Præterquā, quod illum vocat ſapiens ſtultum, in cuius ſinu, vel animo iracundia requieſcit. *Ira opera ſtulta ſuadet.* Nam cum ira opera ſtulta ſuadeat, dum illa in corde requieſcit, actiones hominis ſtulte moderatur, & ad ea opera prouocat, quæ ſtultitia plena ſunt, quare qui illam fouet, & blandiendo indulget, & adulatur, ſtultis merito eſt appellandus. Nam hæc paſſio reſidet in pectore, vbi diuinus Artifex ſedem conſtituit, ſic docuit Claudianus de quarto Honor.Aug.conſulatu: Claudian. *Ira reſidet in pectore.*

Quippe opifex verus confundere ſacra prophanis,
Diſtribuit partes animæ, ſedeſque remouit.

Iram

Iram ſanguineis regio ſub pectore cordis.
Protegit, imbutam flammis, auidamque nocendi,
Præcipitemque ſui rabie ſuccenſa tumeſcit
Contrahitur ſtupefacta metu, &c.

Ergo ſi ſedes iracundiæ pectus eſt, debet homo hanc paſſionem ſupprimere, ne ſi in corde indulgeat, vt longo tempore requieſcat, efficiatur bellua, cuius proprium eſt iram fouere in corde. Ouidius. Sic Ouidius. cum eleg.8.dixiſſet.

——— *Sed numquam dederis ſpacioſum tempus in iram.*
Sæpe ſimulantes ira morata facit.

in lib.3. amandi hoc docet.

Pertinet ad faciem rabidos componere mores
Candida pax hominis trux decet ira feris, &c.

Pax homines decet ira feris. Euripides. & Euripides dixit:

Quiſquis iræ præceps indulget.
in malum finem exit, plurimum enim hominibus incommodat.

D. Auguſt. Quod confirmat D. Auguſt.tom.2. Epiſt. 87. *Sicut acetum* (inquit) *corrumpit vas ſi diutius ibi fuerit ſic ira corrupit cor ſi in alium diem durauerit.* & epiſt. 149. ait: *ita enim inueteraſcens ira fit odium, dum quaſi iuſti doloris admixta dulcedo, diutius eam in vaſe detinet donec totum aceſcat, vaſque corrumpat.* *Ira corrumpit cor ſi in alium diem durauerit.*

Tandem ſtultus iracundus vocatur, quia vt dixit Epicharmus Græcus poëta. Epicharmus. *Nemo iratus quidquam recte deliberat.* & Seneca epiſt. 18. ad Lucil. Seneca. *epicurus* (inquit) *quid ira efficeret ſciſcitatus reſpondit: Immodica ira gignit inſaniam.*

Demū ira hominibus non conuenit, quia cum
164. adeſt, ſtimulat ora ad proferenda verba damnoſa, & alijs nociua. *Ira ſtimulat ora ad proferenda verba nociua.* Sic dixit Sapiens Prou.12. v.16. Prou.12. v.16. *Fatuus ſtatim indicat iram ſuam.* q.d. vt explicat Rodolphus Rodolphus ſtultus tunc præcipue ſuam prodit, & oſtentat vecordiam cum iraſcitur nam ira correptus homo multa temere dicit, id eſt multa effutit nociua, in aliorum damnum, non aliter ſtultus, iram ſuam prodit, quam verba ſtulta proferendo D. Gregor. D.Gregor.lib.5.Mor.cap.31. inquit. *Aliquando manus non exerit, ſed in maledictionis iaculum linguam vertit.* Sed hoc apprimè probatur ex Jſai.57.v.20. *impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, & redundāt fluctus eius in conculcationem & lutum.* *Impius quaſi mare feruens* Iſai.57.v.20 Quem locum imitari videtur Plutarchus in lib. de cohibenda iracundia, Plutarch vbi loquens de iracundis, illos mari comparat, inquiens: *Mare quidem cum ventis turbatum algam, & fucum reijcit, aiunt purgari. Verum ira, animo exeſtuante & inuerſo, ſermones reijcit impudicos amarulentos, ac ſcurriles, quibus primum ipſos loquentes canſpurcat oppletque infamia, quippe qui talia ſemper quidem in ſe contineant, iiſque ſordibus abundent, cæterum per iram quod latebat aperiant. Hec itaque dum conſidero, & obſeruo, fit vt placide reponam apud me, ſemperque habeā in memoria, quod in febri quidem bonum eſt, ſed melius in ira linguam teneram, ac leuem habere. Nam lingua febricitantium ſi minus affecta ſit ſecundum naturam, male quidem rei ſignum eſt, cauſa nequaquam. At iraſcentium lingua poſteaquam facta eſt aſpera, ſordidaque deffluens in ſermones abſurdos emittit ferocem, & contumelioſum ſermonem immedicabilis inimicitiæ parentem, ac latentis maleuolentiæ proditorem.* *Effectus iræ quales.* Lege hunc libellū Plutarchi, & ſuum Senecæ de ira, vbi multa congeres apta ad intentum. D.Auguſt. Vide etiam D. Aug. tom.10.ſerm.9. ad fratres in eremo, vbi mala ex ira procedentia refert, inter alia ait: *Ab ira denique, fratres mei, procedit rancor à rancore odium quod eſt ira inueterata in animo, inde naſcitur homicidium, & ſi non opere ſaltem voluntate inde, contumelia, inde detractio, inde ſuſurratio, ſuſpicio, & iniuria, quæ ſunt opera carnis, & diaboli. Depone iram, deſtrue rancorē, mitiga furorem, ne filius perditionis efficiaris.* *Mala ex ira procedentia qualia.* Lege etiam D.Gregor. D.Gergor. ſupra citatum ſuper cap.5. Job ex quibus omnibus conſtat natis ex mulieribus id eſt, hominibus, non eſſe creatam iracundiam, nec in animis eorum inſitam; ſed ex corruptione naturæ deprauatæ procedere; *Ira & ſuperbia ex corruptione naturæ procedunt.* Quare non conuenit homini huic vitio, ſicut nec cæteris ſuccumbere, & optemperare, &c.

VERS. XXIII.

Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: ſemen autem hoc exhonorabitur quod præterit mandata Domini.

Senſus.

165. SEmen hominum, &c. q. d. Hactenus hominem à vitio ſuperbiæ dimouere, & abſterrere conatus ſum, vt à malis, quæ ſuperbia generat liberetur. Nunc autem illius animum erigere vellem, vt timori Domini ſtudere curet, qui contrarius eſt ſuperbiæ. Sicut enim ſuperbia initium eſt peccati, ſic timor Dei humilitatis fons eſt, initium ſapientiæ, & omnis pietatis vt ergo timorem Domini inſerere cordi ſtudeat, & ad illum exquirendum excitetur, intelligat ſemen, vel genus eorum, qui Dominum reuerentur honore afficiendum, & decorandum, non tantum in præſenti vita, ſed præſertim in futura. At vero qui depoſito Dei timore, per ſuperbiam præterit, & negligit mandata Domini, quod genus hominum ſemen infame, & ignominia notatum eſt, dehonorabitur, & dedecorabitur, non hic ſolum ſed multo magis in futuro. quare vt homo tali à Deo afficiatur honore, timeat Dominum, & vt à dedecore, & turpitudine tranſgreſſorum legis liberetur, mandata Dei cuſtodiat, &c.

Notæ.

COmplutenſes ſemen hominum timentium Dominum vocant, *ſemen ſecuritatis*, quia nullus hominum ſecurior tutiorque à periculo inuenitur timente Dominum; nullo enim loco ita ſatis ſeptus, & munitus eſt, quam in timore Dei, & diligentes illum appellant *pretioſam plantam.* Sicut enim illa planta pretioſior æſtimatur, quæ protegitur, vt à contrarijs ventis liberetur; ſic qui diligit timorem Domini, & ab illo tegitur, & defenditur, planta pretioſior habenda eſt, quare tranſgreſſores legis diuinæ *ſemen ignominiæ. & ſemen erroris* appellant, quia vt errabundi ignominia, & dedecore afficientur. LXX. & Druſius per interrogationem geminam vim ſententiæ ediſſerunt. nam prius rogat, quale ſemen eſſe honoratum? & reſpondit hominis ſemen. q. d. genus humanum honoris, & gloriæ capax eſſe. *Genus hominum honoris & gloriæ capax.* Rurſus huius generis humani,

qui homines honorem, & gloriam merentur? Haud dubium timentes dominum: hi namque honore afficientur, & ornabuntur. E contrario autem rogat, *semen inhonoratum quale?* id est, quale genus hominum dedecore, & ignominia notatur? respondet. *semen hominis.* q. d. sicut homines honoris, & gloria auidi & capaces sunt, sic etiam & ignominiæ atque dedecoris. sed inter hos homines, qui sunt ignominia digni? Respondet transgressores diuinæ legis hi enim merentur, vt de eorum honore detrahatur. Quare qui mandata Dei transgrediuntur, hic & in futuro dedecore, & ignominia afficientur; & sicut genus hominum timentium Dei vocatur *honoratum*, & vt Tygurina, *honorificum*, & *stabile*, id est, vt placet Vatablo, *fidum*, *vel tutum*. q.d. fruitur securitate fiducia, & tutamento. sic è contrario genus hominum, qui Dei præcepta violant, appellatur *semen ignominiæ*, *semen inhonoratum*, *semen erroris* quia aberrant à recta via mandatorum Dei. Vocatur etiam à Tygurina, quæ repetit iterum eamdem sententiam, *semen infame*, *semen fallax*, quia genus hominum, qui nefario scelere diuina polluit ignominia affectum est, fallax, & dolosum. ideò dedecore & ignominia affici merentur. Quæ versiones eumdem sensum cum vulgato efficiunt, &c.

Transgressores legis diuinæ sunt ignominia digni.

Prima illustratio.

166. *Timentes Dominum honorabuntur à Deo.* D.August. D.Chrysost

SEmen hominum honorabitur hoc, quod timet Deū. Quia timor Domini opponitur superbiæ, sicut enim hæc initium omnis peccati est, sic ille initium omnis sapientiæ, vel pietatis est vt affirmauit D.August. tom.1. lib. de Vera relig. cap. 17. *Nunc vero*, inquit, *quoniam pietas timoris inchoatur, charitate perficitur*, vide D.Chrysost. tom.5. hom.18. ad Populum. ideò post superbiam subiungit timorem Domini, magnificiens eos, qui huic timori adijciuntur. q. d. timentes dominum honorabuntur à Deo, honor enim Dei præmium & merces est timentium Deum, & illi obsequentium. Præcipuus locus ad hanc integram sententiam illustrandam, est ex. 1.Reg. 12.v.14. vbi Samuel sic loquitur ad filios Israel: *Si timueritis Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os Domini, eritis, & vos, & rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum. si autem non audieritis, erit manus Domini super vos, & super patres vestros.* Prius timentium dominum remunerationem assignat Samuel, & postea supplicium transgressorum legis ait ergo. *si timueritis Deum, & seruieritis ei.* Quare timorem simul, & obsequium erga Deum Propheta postulat? nónne sufficiens erat timor Domini, vt quis Deo placeret, cur adiunxit seruitium, *seruieritis*; Respondet D.Gregor. lib.5.in 1. Regum. cap.2. *Nisi quia plerique dum æ districtionis iudicia metuunt, & tamen præua agere non desistunt. Pauenti quidem corde futura iudicia cogitant, sed præsenti voluptate deuicti, mala committere nequaquam vitant. Bene ergo post timorem Domini, eius seruitia memorantur: quia ille solus timor probat ilis est, qui dum mente concutit ad boni operis studium trahit.* Quod ergo præmium promittit Samuel timentibus Deum, & illi ex animo seruientibus? numquid bona temporalia pollicetur? minime. *sed eritis, & vos, & rex qui imperat vobis sequentes Dominum Deum vestrum.* vel vt Tygur. vertit: *eritis post Dominum Deum vestrum.* id est, vt Vatab. explicat. *diu permanebitis, siue diutissime viuetis colentes Deum vestrum.* q. d. nullum aliud præmium iucundius in hac vita potest excogitari, quam permanere colendo, & diligendo Deum, & post Dominum currere vestigijs eius insistendo. hic verus honor est hæc vera gloria, hoc honore, & gloria afficitur in hac vita, qui Deum reuereretur obsequendo. Sed numquid hæc sola merces, & remuneratio promittitur timenti Deum? Non hæc sola, sed etiam alia, quæ post præsentem vitam obtinenda est, qualis æterna beatitudo sic explicuit D. Gregor. *Tunc bene diuinam voluntatem perficitis si & contemptum prauitatis, & boni operis studium in diuina charitate solidatis. Tunc ad summam æternæ vitæ beatitudinem bene post redemptorem curritis, si ea, quæ carnalibus aspera sunt præcepta charitatis, vsque ad vitæ finem cum iucunditate deducitis.*

1. Reg 12. v.14.

Quare Samuel timorem simul & obsequiū erga Deum postulat.

D.Gregor.

Præmium timentium est beatitudo. D.Gregor.

Secundum testimonium ad huius sententiæ illustrationem sumo ex ipso. 1. Reg. cap.2. v.30. vbi Samuel reijciens ex iussu Domini domum sacerdotis Heli, ne amplius seruiret altari, inquit: *Absit hoc à me, sed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Rationem reddit Deus cur suam reuocet promissionem. q.d. Mea me promissio non ligat, cum sit conditionata, nec conditio impleta. *Quare absit hoc à me*, vt illam impleam. LXX. *Nequaquam mihi*, scilicet, conuenit illam implere. Æquum enim non est, vt à quibus ego contemnor, ipsi à me glorificentur. Nam sicut ego glorifico omnes, *qui me glorificauerint: ita qui contemnunt me, erunt ignobiles* (*se que daran para quien son sin honrra*, &c.) illud *glorificauerint*, continet in se timorem Domini, & seruitium, glorificare enim, quod in originali est כבד *cabad.* significat honorare, timere, & seruire, id est, qui honorauerit me, timendo iustitiam meam, & mandatis meis obsequendo glorificabitur, & honorabitur à me. præmium enim quo Deus remunerat timentes, & glorificantes se, est Dei glorificatio, & quasi honoratio. sed quare ipse Deus promittit se timentem, & glorificantem Deum remuneraturum? nónne satis erat dicere. remunerandum absolute, sicut de punitione contemptorum Dei subiungit, *erunt ignobiles*, cum deberet dicere, faciam ignobiles? cur præmium vult per se glorificatori persoluere, & pœnam contemptoribus ipse non vult tribuere? Respondet D.Hieronym.tom.5. super id Ezech.5. v.10. *Idcirco patres comedent*, &c. inquiens: *Attamen notandum, quod vbi decora sunt, & honesta, ac pro merito eorum, quia ea sustinent se ipsum Deus facere prositetur. Vbi autem tristia, & non digna Deo dicit quidem fieri*, &c. *Quod autem decorum erat, nec Dei maiestati videbatur indignum, ipsum se dicit facere.* Quod optime confirmat Origenis lib.2.in epist.ad Rom. *vt per hæc*, inquit, *ostendat, ea quidem, quæ bonis reddenda sunt, per Deum reddi, id est, vitam æternam: ea vero, quæ sequuntur malos, non à Deo dari, cuius dona ipso digna sunt; sed in his qui operantur malum, ira, & indignatio erit, secundum ea, quæ thesaurizauerunt ipsi sibi.* ideò dicitur Deum glorificantes se, & suam iustitiam timentes, & mandatis obtemperantes glorificare, & honore. ac gloria afficere, & cumulare. Dixit enim D.Gregor.l.2.exposit. Reg. c.2. *Cum autem glorificantem se glorificaturum asserit, certe profecto ei suæ similitudinis gloriam repromittit. Glorificantem quippe se dominus glorificat, quia eos æterna sublimitate remunerat, qui nunc intra sanctam ecclesiam per exempla bonorum operum in electorum oculis coruscant.* Quare ait Sirach. *semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum.*

167. *Quicumque glorificauerit Deum glorificabitur à Deo.* 1.Reg.2. v.30.

Glorificare continet in se timorem Domini & significat laborare.

Cur præmiū vult Deus per se glorificatori persoluere. D.Hieron.

Origenis.

Tandem Christus Dominus Ioan. 12. v. 26. eandem mercedem conferre promittit sibi ministrantibus, ait enim: *si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.* ne officium ministrandi, & seruiendi videretur abiectum, & humile, adiicit ministrantem glorificandum à Patre si non ergo vile, sed gloriosum est à Deo Patre honorificari, nec vile profecto, sed gloriosum valde, & honorificum est mihi ministrare. Honorat Deus ministros Christi, dū eos facit honorabiles, & in eam prouehit dignitatem, & altitudinem, vt honorificétur ab hominibus, & angelis. Pende verbum *ministare*, quod proprium seruorum est, qui timore filiali, seu potius amore dominum suum diligunt, ei ministrando, & libenter obsequendo. Sic iusti, qui Christo ministrant, ei seruiendo filiali timore, timentes ne illi operibus suis stomachum faciant, & ad iram prouocent, sed timori, & amori tanti dominiaddicti, eius mandatis obtemperare conantes, honorificandi sunt à Patre, quia collata in Christum obsequia, ipsius pater remunerat. Sed quare ad Patrē remuneratoris officiū pertinet, seu quod mauis dicere quare Pater hoc remunerandi officiū sibi arrogat, cum potius videatur ipsi Christo conuenire, qui fide iubet pro Patre? Respondeo, Patrem sibi hoc officium tribuendi præmium vendicasse, quia volebat homines participes facere eius præmij, quod filio suo naturali donauit, præmium enim Christi erat, illum in quantum hominem in dextera sua collocare, quæ sedes naturali filio debebatur. & quia ipse Christus dixerat: *vt vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Joan. 12.v.26. & ipse pater hoc remunerandi officum suscepérat, vt filio par pari referret, pro filio fide iubens, sicut ipse pro patre fide Jusserat, ideo ministrantem filio glorificat, vt filij promissa seruet, & exequatur. Sic dixit D. August. explicans hunc locum tom.9.tract.51.in cap.12. Ioan. *Honorificabit eum Pater meus, quo honore, nisi vt sit cum filio eius? quod enim superius ait vbi ego sum*, &c. *hoc intelligitur expositse, cum dicit, honorificabit eum pater meus. Nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quam vt sit vbi est vnicus, non æqualis factus diuinitati, sed consociatus æternitati*, &c. q. d. honorat pater ministrantē filio suo, illum cum filio suo consocians, & deducens ad locum, vbi filius promiserat adducturus, vt in filij promissis fides minime desideraretur. ipse promiserat sibi ministrantem consociaturum, & Pater ipsius implet promissa. nam semen timentium dominum, id est, genus hominum, qui cum timore, & amore Christo domino ministrant, dignum est vt à Deo patre honoretur vide quæ diximus cap. 1. num. 23. ad id. *Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis eius benedicetur.* Nam idem est benedicetur, ac honorabitur à Deo lege alia, quæ ad c.1.a.n.91 vsque ad 96. congessimus.

168. *Ministrantibus Christū pater honorificabit.* Ioan.12. v.26.

Honorat Pater ministrantem filio suo illum cū filio suo consocians.

Ministrare proprium est seruorum qui timore & amore diligunt.

Eccles.2. v.13.

Secunda illustratio

169. *Genus hominum quod præterit mandata Dei dehonestabitur*

SEmen autem hoc exhonorabitur, *quod præterit mandata Domini* è contrario, inquit ecclesiasticus, alterum genus quod Dei timore destiturum præterit & negligit mandata Domini dehonestabitur, & hic & multo magis in futuro. in originali est: *semen ignominiosum est, qui non attendunt legem, semen errabundū est transgressores mandatorum.* vbi nō apponitur aliud supplicium, quam esse transgressorem legis infamem, & errabundum quod vulgatus explicuit legens, *exhonorabitur.* nam quis infamis vocandus est, nisi ille, qui a Deo exhonestatur, & dedecoratur? itaque transgressores mandatorum in famia, & dedecore afficientur; recedentes enim à Dei voluntate. & lege his suppliciis vindicari merentur. Hoc apprime illustrat secunda pars prædicti testimonij ex 1. Reg. 2. v. 30. *Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* q. d. hoc supplicio plectentur qui Deum eiusque mandata contempserint, scilicet infamia & ignobilitate notabuntur.

Nullus sic vocandus infamis nisi is qui à Deo dedecoratur.

1.Reg.2. v.30.

Sed quare contemnentes Deum, eiusque præcepta transgredientes hac pœna ignobilitatis, & infamiæ punientur? Quia cum ignobilitas sit contraria nobilitati, sicut illi, qui Deum glorificant, eius voluntatem exequentes, fiunt participes nobilitatis domini, cui seruiunt, & ab illo glorificantur, & nobilitantur in proemium sui obsequij. Sic è contra illi, qui Deum contemnunt, & voluntatem eius transgrediuntur, vt dæmonis voluntatem exequantur, cui obtemperant tamquā domino, ignobilitate mulctantur nam vt bene D.Bonauent. serm. 3. in domin.12.post Pentec. dixit: *vere ignobiles sunt, quorum pater diabolus est.* vel quorum Dominus diabolus est, à tam infami & ignobili parente & domino, quanta in subditos infamia, & ignobilitas redundabit. Præterquam quod vt pœna culpæ respondeat, ignobilitate, & infamia puniuntur, qui contemnunt Deum, & eius præcepta; nam qui transgrediuntur mandata Dei, dedecorant Deum, & præcepta, & ideo ipsi dehonestantur, perdunt enim nobilitatem, cuius obseruatores legis participes fiunt. Nobilitas quippe vel ignobilitas hominis à Deo communicatur, cum Deum diligit, & eius voluntatem exequitur, nobilitatem, & honorem ipsius Dei participat atqui contemnit auctorem huius nobilitatis, ignobilitate notatur, & eius acquirendi illam non immerito amittit. Itaque ait Deus: *qui contemnunt me, erunt ignobiles.* quod idem est, ac dicere: *Semen infame, quod præterit mandata Dei exhonorabitur.* In vtroque etiā loco notandus modus loquendi scilicet, neque Samuelem, neque Ecclesiasticum Deo hoc supplicium tribuere, sed ipsis contemptoribus, & transgressoribus legis ascíscere. qui ab ipsorum ignobilitate & infamia mulctantur. Deo enim glorificatio, & remuneratio conuenit, & mulctatio, & punitio à Dei clementia, & bonitate aliena esse videtur. vt dicitur Isa. 28. v. 21. Vbi agens propheta de vindicta à Deo sumenda, non solum in die Judicij, sed eo tempore, in quo Deus prænuntiabat, exactururus de iudæis pro eorum peccatis, inquit. *Irascatur, vt faciat opus suum alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* quodnam hoc opus, quod Deus facturus est? vindictam, & punitionem quam exacturus est in Judæis. & quare opus alienum, & peregrinum ab eo? non solum quia futura est punitio in solita, & admirabilis: sed quia opus irascendi, & vindicandi, non est proprium Deo, si eius indolem, & innatam boniratem spectes, sed alienum, & peregrinum ab eo, quia inuitus, & quasi coactus ab impijs hoc facit. sic cum induxit diluuium orbi, fecit hoc *tactus dolore cordis intrinsecus.* Gen. 6. v. 6. quare quia punire, & vindicare non est proprium benignitatis Dei, sed quasi alienum, & peregrinum ab eo ideo Samuel ait:

Nobilitas vel ignobilitas hominis à Deo communicatur.

Punitio à Dei clemētia aliena videtur. Isa.28. v.21.

Punitio in Deo peregrinum opus ab eo

Gene.6.v.6

erunt

erunt ignobiles. & Ecclesiasticus: *semen infame exhonorabitur*, &c.

170. *Confirmatio secundi hemistichij*

2. Illustratur ex secundo membro testimonij primi ex. 1. Reg. 12. v. 14. *si autem non audieritis, erit manus Domini super vos, & super patres vestros* illud, *si autem non audieritis*, refertur ad primum hemistichium in quo dixit; *si timueritis dominum, & audieritis verbum eius*, &c. & licet verbum *audire* referatur ad primum verbum *audieritis*. at verbum *autem* relationem facit ad idem verbum *timueritis*. q. d. sin autem non audieritis verba domini ad obediendum mandatis eius, nec timueritis deum, vindicta exigetur à vobis permanus enim Dei punitio, & vindicta intelligitur sic D. Greg. *Manus* (inquit) *domini diuinæ est seueritas vltionis. quæ profecto manus super filios, & patres extenditur, cum diuini contemptus merito, & reprobi prælati, & subditi puniuntur.* Itaque, *si non audieritis*, id est, si diuinis præceptis obtemperare nolueritis. *& præterieritis mandata domini, erit manus eius super vos*, id est, *exhonorabimini*, q. d. vt explicat D. Greg. super hunc locum Regum: *eadem quoque manus ad vltionem extenditur, cum vox Domini non auditur, cum eius sermones exasperantur: quia ij, qui diuina mandata quasi dura, & importabilia respuunt intolerabili pœnæ onere in futuro deprimuntur.* Hoc onus pœnæ proprie exhonorario est.

Manus Domini diuinæ est seueritas vltionis. D. Gregor.

171. *Qui spernit leges Dei ab ipso punietur.* Leuit. 26. v. 14.

3. Leuit. 26. v. 14. cum Moyses retulisset benedictiones domino, quæ in præmium obseruantium diuinam legem promittebantur, Mox inquit: *quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, si spreueritis leges meas, & iudicia mea contemperitis, vt nō faciatis ea*, &c. *ego quoque hoc faciam vobis visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Ponam faciē meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subijciemini his, quæ oderunt vos fugietis nemine persequente.* Vide supplicia quæ præparauit Deus ijs, qui præterirent mandata eius. Primo promittit se eadem cum transgressoribus facturum. Si ergo ij spreuerunt leges, & iudicia contempserunt. quid mirum Deus par pari referat, nempe transgressores contemnendo, & exornando, nam cum homo contemnit mandatum Dei; exhonorat ipsum Deum, cum autem pœna culpæ debeat respondere hæc contemptio, quam Deus promittit, nihil aliud erit, quam ex honorario, &c Rursus *Ponere Deum faciem* contra transgressores legis, nihil aliud est, quam *dare iram in eos*, sic transtulit Oleaster. Nam ponere faciem in aliquem, est, in eum irasci solent enim irati se vertere ad eos, ex quibus vindictam expetunt. sic faciet Deus contra transgressores mandatorum suorum: *corruere* tandem *coram hostibus, & subijci illis & fugere neminē persequente* haud dubium ostendunt, Deum illos punire dedecore & infamia qui enim persternitur ab hostibus, & subijcitur & fugit absque persequente, infamis iudicatur, & qui hoc supplicio & pœna à Deo mulctatur, ab illo dehonestatur. Nam verum est, quod ait Sirach: *semen autem hoc exhonorabitur* (quia semen infame) *quod præterit mandata* Dei, vel *negligit legem*, vel *præcepta violant*. Lege multa in Pentateucho, quæ hanc veritatem satis confirmant, &c.

Transgressores legis Dei exhonorantur.

Oleaster.

Ponere faciē in aliquem est in eum irasci.

VERS. XXIV.

In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum erunt in oculis illius.

Sensus.

172. IN *medio fratrum*, &c. q. d. Quemadmodum superior alicuius communitatis, cui præest, tamquam dux eorum qui in vnum congregati sunt, sicut fratres, & subditi, ab illis præ omnibus honoratur, & tamquam signum, quo amoris, & obedientiæ iacula diriguntur, spectatur ab eis. Sic qui addictus est timori Domini, & in illum amoris, & obedientiæ sagittas iacit, tamquam in scopum suarum actionum erunt in oculis Dei, id est, grati erunt Domino, & honorabiles. vel honor, quo timens dominū honoratur, superat honorem eorum, qui apud homines ob præfecturam magni ducuntur hi enim honestantur ab illis, qui eiusdem sunt conditionis, vtpote fratres ab eodem patre progeniti; at illiqui Deum timent afficiuntur honore à communi omnium Domino Deo scilicet apud quem tamquam magni principes habentur, &c.

Notæ.

173. ILlud *in honore*, idem est, ac honoratus; præses enim alicuius communitatis, vel congregationis honoratur à fratribus, vel subditis, quia dignus est maiori reuerentia, & honore propter dignitatem, quam cæteri, qui consociantur cum eo Particula *illius* melius refertur ad *Dominum*, quam, ad *rectorem*. si ad primum sensus est, sicut rector à fratribus honoratur, sic timens Dominum à Deo & præ illo ab eo habetur vt Tygurina habet. si ad 2. vt explicat Palacius sicut superior honoratur à subditis, quia eum reuerentur. sic timens Dominum debet ab ipso superiore honorari, & in oculis eius haberi, &c.

Illustratio prima.

Principes vel prælati honorantur à subditis

IN *medio fratrum rector illorum in honore*. Hoc potest intelligi vel de principe respectu ciuitatis, vel de prælato respectu subditorum, vel tandem de rectore, vel superiore alicuius communitatis, vel congregationis Rabanus accipit de doctoribus & prædicatoribus fidelium. Hi namque debito honore afficiendi sunt à subditis, vt qui diuinam repræsentant maiestatem mundi gubernatricem, & Dei supremi moderatoris personam gerunt. Hoc potest illustrari ex eo Pauli. 1. ad Thessalonic. 5. v. 12. *Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantiusꝰ in charitate.* Præcipit eis, vt habeant rationem eorum, qui laborant in prædicando Euangelio, & re Christiana procuranda & promouenda inter eos, & prælatos, qui in domini familia, hoc est, ecclesia præsunt, abundantius ament, & foueant, quasi filij parētes suos spiritales. Vatab. id est, vt habeatis illos in summo pretio per Charitatem ministrando, scilicet eis necessaria ad vitam. D. Ambros. *vt illis summum honorem habeatis in charitate propter operā ipsorum.* Hanc explicationem imitatur D. Anselmus:

1. Thessal. 5. v. 12.

Habenda ratio eorum qui laborant in Euangelio.

Vatablus

D. Ambros.

D. Anselm.

Honor tribuendus ijs qui laborant in Euāgelio.

mus aiens: *Rogamus vt noueritis, id est, ostendatis, nosse vos per reuerentiam, & honorem, eos, qui in regimine Ecclesiastico laborant inter vos, vt habeatis illos abundantius in charitate, id est, magis, quam cæteros diligatis, & honoretis illos, ac bonis corporalibus alatis. volo enim vt ex Charitate presbyteros honoretis, ac reuerentiam illis exhibeatis*, &c. Beatus Theodoretus eundem sensum his verbis præbet: *æquum est* (inquit) *vt omnem apud vos honorem consequantur illud vero, Plurimi eos facite, pro eo quod est. Habete in maximo honore, qui cum vera, & sincera affectione eis exhibeatur.* Tandem D. Hieronym. inquit *Presbyteri, qui laborant in verbo, dupliciter honorandi id est, charitatis obsequio, & ordinis dignitate.* Itaque qui præsunt summo honore habendi sunt, & summo pretio æstimandi, quia Dei gerunt personam, & tamquam parentes cohonestandi. Nam qui præcepit parentes carnales honorari, ipse præcepit, etiam parentes spirituales in summo honore haberi.

Theodoret.

D. Hieron.

Qui præsunt Ecclesiæ diuiciter honorandi.

173. *Confirmatio præcedentis doctrinæ.* 1. Timoth. 5. v. 17.

Rursus 1. ad Tim. 5. v. 17. idem Apostolus Thimotheo hoc præbet præceptum: *Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Per presbyterum* possunt intelligi prælati, & per honorem non tantum intelligitur reuerentia, & honor, sed & subsidium, & alimonia, itaque qui præsunt gregi Dominico tamquam rectores, & prælati duplicem honorem merentur, scil. reuerentiam & alimoniam, vt placet D. Ambrosio. Theodoretus autem *duplicem* vocat *ampliorem*. D. Anselmus, *vt in præsenti accipiant honorem stipendiorum à subditis suis, & in futuro à Deo honorem gloriæ perennis.* Itaque qui superioris munere fungitur honore dignus est propter dignitatem, quam habent à Deo communicatam. prælati enim in Dei locū sufficiuntur, id est, vicarij eius sunt, & pro illo suppositi, vt pascant gregem suum, subditos honore preuenientes, vt ab ipsis honorentur, præsertim à clericis, qui digni sunt honore. Dixit D. Hieronym. epist. ad Nepotian. & habetur distin. 95. canone. *esto subiectus: esto subiectus pontifici tuo, & quasi parentem animæ ama. Sed episcopi sacerdotes sciant se esse, non dominos: honorent clericos, quasi clericos, vt ipsis Episcopis à clericis, quasi Episcopis honor deferatur. Scitum est illud oratoris Domitij: cur ergo inquit, te habeam vt principem: cum tu me non habeas vt senatorem.* Quare prælatus par pari referre debet in honore, ergo ratio quare prælatus sicut, & rex, aut princeps in honore habendus, est, quia vices parentis gerit. Sic dixit apud Xenophontem Chrysantas, principem nihil differre debere à parente bono. Sicut autem bonus parens honoratur à filijs, quia personam Christi, vel Dei gerit; ita prælatus aut princeps debet honore summo à subditis coli, quia in Dei locum suffectus est, & non solum patris vices gerit prælatus, sed & matris. sic dixit D. Bernard. serm. 25. in cant. *Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos, studete magis amari, quam metui*, &c.

Prælati in Dei locum sufficiuntur.

D. Hieron.

Quare prælati & Rex in honore habendi.

Xenophon.

D. Bernar.

174. Hinc colligo debere prælatum, vel rectorem, vel principem exemplo bonorum operum honorabilem se exhibere, quia in medio fratrum positus est, vt luceat coram eis tamquam irradians Sol. Sic dicitur de Dauide, qui pro Saule suppositus est à Samuele in regem Israel. 1. Reg. 16. v. 13. *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius*, &c. vnxit Samuel Dauidem, vt in locum Saul sufficeretur in regno, & rex Israel constitueretur. ergo si propheta vngere statuit Dauid in Regem, quare adolescentem rufum, & pulchrum à fratribus non abduxit, & separatim cum perunxit, vt absque testibus fratribus sufficeretur, ne videntes fratris fælicitatem inuidiæ stimulis agitarentur? Vatablus explicuit, *in medio fratrum*, id est, vnum ex omnibus fratribus. sup. vnxit, nempe Dauidem, qui minimus natu erat. Sed eleganter Respondet, D. Greg. lib. 6. in cap. 16. v. 1. Reg. *Oleo quippe in medio aliorum vngitur, quia qui in aliorum exemplum post-fratres, quia tus est, nullam sui partem habere obscuram debet, vt hunc omnes aspiciant, & ab eo lucis exemplum sumant. Vnde & sancta animalia in circuitu oculos habere describuntur: quia electus doctor dum ardorem charitatis, dum virtutem misericordiæ, dum Zelum rectitudinis ex dono sancti Spiritus recipit, quasi globum habitat luminis, qui eum ex omni parte circumstantibus fulgentem reddit. vel in medio fratrum vngitur, vt vnctum, & medium se esse semper arbitretur. Agnoscat ergo dignitatem suam, & vim dignitatis exerceat, quia vnctus est; Videat se medium, & communis conditionis hominem, vt pares sibi esse eos, quibus eminet, recognoscat. In medio ergo fratrum vngitur, vt sit humilis, & sublimis, sublimis ordine, humilis æstimatione. In medio item vngitur, vt se priuato amore non diligat, sed ex omni quod præeminet lucra aliorum quærat.* Vnde constat rectorem, id est, prælatum, vel principem honorandum esse & concludit Palacius colligo primum. Rector non superbiat contra subditos, sunt enim eius fratres, collige secundum. subditi quia fratres, non contemnant rectorem, sed suspiciant, quia rector est. Tertio, id maxime contendat rector, vt honoret timentes Deum &c.

Vngitur Dauid in medio aliorum vngitur, quia in aliorum exemplum ponebatur. D. Gregor. Ezech. 1.

Agnoscat Rex dignitatem suam, & vim dignitatis exerceat.

Palacius *Rector non debet superbire contra subditos quia sunt fratres.*

Secunda illustratio

175. ET *qui timent dominum erunt in oculis eius.* Palacius explicat sic hoc hemistichium similiter ergo timentes Deum honorentur à rectore, sint que in oculis eius, vt pote qui filij Dei. sic etiam explicat Dionys. q. d. par pari referat superior, si *fratres superior* ipse à fratribus, & subditis honoratur & colitur, *ipse à fratribus honoratur.* præueniat subditos illos honore afficiendo, & in oculis habendo, hoc est, eos magni ducendo, &c. Vide 2. Reg. 14. v. 22. vbi *Ioab cadens super faciem suam in terram adorauit, & benedixit regi; & dixit Ioab. Hodie intellexit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, domine mi rex: fecisti enim sermonem serui tui.* quid enim est. *inuenire gratiam in oculis* regis, nisi honorari, & diligi à rege, & esse in oculis illius? & cap. 19. v. 31. 32. cum Berzellai Galaadites præbuisset alimenta regi Dauid tamquam subditus fidelis, dixit ei rex: *veni mecum, vt requiescas securus mecum in Ierusalem.* Hæb. *& alam te mecum*, id est, in mensa mea ecce retributionem obsequiorum, quæ subditus regi contulerat, quid est, *requiescere securum*, nisi esse in oculis Dauid. ei tamquam subdito fideli subueniendo. Subditi enim timentes Dominum habentur in oculis rectoris, & ab eis proteguntur, & adiuuantur. Quia subditus tamquam filius debet à rectore tractari.

Palacius Dionys. *Par pari refert.*

2. Reg. 14. v. 22.

Berzellai præbuit alimenta Regi Dauid quia erat subditus fidelis. 2. Reg. 19. v. 32.

Subditus tāquam filius debet a rectore tractari.

Licet autem *Tò illius*, possit ad rectorem referri, sed existimo referri ad dominum, vt diximus in Notis. sic sentit Iansenius Lyra, & non reprobat Palacius, nec Sā. Ratio est quia cum hic Ecclesiasticus timentes Dominum velit commendare, nulla alia commendatio iucundior excogitari potest, quam esse in oculis Dei.

Iansenius Lyra Palacius Eman. Sa

Deus

Deus cum iustum respicit singulari studio in illum est.

Deus enim spectans iustum singulari studio, & beneuolentia in illum est, & licet summo honore afficiatur rector à subditis suis, iustus timens Deum maiori honore, & gratia à Deo exornatur. Nam aliquando Deus iustum subditum reueretur, vt dixit Sapiens. Sap.12.v.18. *Tu autem,* inquit, *dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos.* Vbi videtur Deum non informa humilitatis nostræ solum, sed etiam informa diuinitatis suæ subditos suos reuereri. Sic declarauit hunc locum Dionys. Carthus. cum reuerentia (inquit) magna, quia multum honorificas homines, quod tam benigne eos gubernas, & eorum pœnitentiam præstolaris, ac iugiter eis offers gratiam, & amicitiã tuam, sanctosque angelos ad eorum custodiam deputas, &c.

Sap.12.v.18. Dionys. *Benigne subditos Deus gubernat & reueretur.*

Esse in oculis Dei quid. Nihil optabilius quam iustum in oculis Dei habitare. Zach.2.v.8. Psal.16.v.8. Deut.32.v.10.

176. Itaque esse in oculis Domini est, eos quasi foueri, & honore affici à Deo. quid enim optabilius, quam in oculis Domini iustum timentem Dominum habitare? nam ibi protegitur quasi in tabernaculo regis, & inquit Deus per Zachariã. cap.2.v.8. *Qui enim tetigerit vos, tangit pupillum oculi mei,* id est, vehementissime Deum offendit: pupillæ enim similitudine res vnice dilecta, ac summa cura seruanda intelligitur. Psal.16.v.8. *Custodi me vt pupillum oculi.* Deut.32.v.10. *Et custodiuit quasi pupillam oculi sui.* Quomodo ergo tangens iustum timentem Dominum, diceretur, tangere pupillam oculi Dei, si ipse Deus non haberet eum in oculis suis custodientem, & protegentem eum quasi in palatio regis? Forte hoc est, quod dixit regius Vates de iustis Psal.30. v.21. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. facies* idem est, teste Theodor. ac *conspectus,* cum Deus abscondit iustos, vt eos defendat, & protegat in abscondito vultus sui, quid denotat, nisi abscondere in oculis suis, vt ibi protegantur, & custodiantur, tamquam pupilla oculi sui? quid dulcius, quid iucundius? quid optabilius exoptari potest, quam esse iustum absconsum & protectum in oculis Dei, ideò dixit Dauid Psal.14.v.4. *Timentes autem Dominum glorificat.* q.d. Deus glorificat, honorat, iuuat, viros bonos, qui Deum timent. si enim habitant in oculis Dei, vbi gloria & honor habitat, quid mirum quod sint tanti honoris, & gloriæ participes. ideò etiam exclamauit ipse Psal.30.v.20. *Quam multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te?* & licet in tribulationibus Deus suã dulcedinem abscondat, vt suo tempore timentibus se tribuat; at hæc haud dubium abscondita est in oculis Dei, oculi enim eius dulcedine, & suauitate repleti sunt, vt etiam in præsenti vita iusti habitantes in his oculis tamquam in palatio regio ipsa potiantur. dixit D. August. lib.21. de ciuit. cap.24. *Sperantibus in eum perficit dulcedinem suam inspirando eis charitatem suam, vt timore casto, non quem charitas foras mittit, sed permanentem in sæculum sæculi, cum gloriantur in Domino glorientur.*

Psal.30. v.21. Theodor. *Cum Deus iustos abscondit in oculis suis eos custodit.* Psal.14.v.4. *Magna dulcedo quã Deus abscondit timentibus eum.* Psal.30. v.20. D.August.

Quare ipse Dauid exhortatur ad timendum 177.
Deum, quia magnum præmium iusto constitutum est abundantiæ & saturitatis. *Timete,* inquit, *dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum* Psal.33.v.9. dixerat prius. *Gustate, & videte, quam suauis est Dominus,* id est, si fueritis in oculis eius experiemini suauitatem habitationis vestræ. Theodor. *Experientia gustate, & discite bonitatem domini: nam hinc beatitudinem vindemiabitis.* Pende verbum *vindemiare,* id est, racimos suauitate, & dulcedine oppletos colligetis, effectus scilicet habitationis in oculis Dei. Statimque ad timorem Domini exhortatur, id est, obseruantiam mandatorum Dei, quia nihil deficit timentibus eum. Quid enim potest deesse amico Dei, cuius sunt omnia, cum amicorum omnia sint communia? *Gentes vero* (ait ipse Theodoretus) *qui crediderunt bonorum affluentiam à Deo receperunt.* Quomodo autem fame conficietur, qui habitat in oculis Domini, in quibus superest omnium bonorum affluentia? ideò ne fames ista stimulet timentes Deum, ipse Deus intendit in eos oculos suos. sic ipse Propheta dixit Psal.32.v.18. *Ecce oculi Domini super metuentes eum,* Theodoret. *Omnium, inquit, bonorum pietas est conciliatrix: nam diuinam opem à se attrahit, & ipsa mortem, imminentem prohibet, atque inopiam; largitur autem bonorum affluentiam.* & quid mirum si in oculis Dei bonorum affluentia inueniatur. Quare Ecclesiasticus timentes Deum valde commendat, affirmans ipsos in oculis Domini domicilium, & sedem collocare, &c.

Psal.33.v.9. *Gustate in oculis Dei experiuntur suauitatem habitationis sua.* Theodor. *Non conficietur fame qui habitat in oculis Domini.* Psal.32. v.18.

VERS XXV.

Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei est.

Sensus.

178. Gloria, &c. q. d. Solent diuites in diuitijs suis non solum gloriari, sed in ijs suam sibi spem reponere, quia cum sint gloriæ auidiores, quam satis est, illam opibus suis obtinere expectant. Similiter honorati, & summo splendore præditi, nimis auide honorem spectantes, honorem, & gloriam amplificare conantur, & cum ad summam gloriam, & dignitatem deducti sunt, in ea iactantur. Tandem pauperes ob tenuitatem suæ fortunæ & suam humilitatem, animo destituuntur. Ergo omnibus dico, neque diuitem gloriari debere in diuitijs suis, neq; honoratum in suis honoribus; sed neq; pauperẽ sese animo deijcere debere ob paupertatem, & humilitatẽ suam; sed omnibus in eo solo gloriandum, quod sentiant se Dei habere timorem. qui si adsit, nihil oberit paupertas; si desit, nihil proderunt diuitiæ, vel honores, quos homines in hoc sæculo aucupantur, &c.

Notæ.

In originalibus Græcis aliam sententiam interiectam inuenio, quæ sic est, *Ante finem initium timor Domini, abiectio autem principatus obduratio & superbia.* Vbi Drusius: *Ante sortem principatus timor Domini.* q.d. finis cuiuscumque principatus est timor domini, sicut etiam initium, id est, qui gerit principatum, initium, & finem, quem debet respicere, est timor domini; nam timore domini regnum est moderaturus, neque illum repellat in principio gubernationis, neque in fine. Reddit statim rationem. quia obduratio & superbia causa est, vt abijciatur princeps à regno suo.

Finis cuiuscumque principatus est timor Domini sicut initium.

suo. *& ne deficiat imperium* [inquit Tygur.] *obstat religio domini.* vel vt Drus. *amissio principatus, duritia, & superbia,* quasi obduratio. & superbia opponantur timori Domini, & sicut timor conseruat principatum, sic superbia illum destruit, sicut superius probauimus, ad v.8. huius capitis, adi illum. Quod ait Drus. *Ante sortem principatus,* idem est, ac, antequam sors alicuius principatus tibi contigerit, versare prius in timore domini, & depone obdurationem, & superbiam, quæ sicut sunt contrariæ timori domini, sic tibi nocebunt, vt retinere possis imperium. retine timorem, quia hic obstat ne deficiat imperium, &c. sed hic versus abest in Aldi, & Basiliensis editione, nec non in Romana, sicut in vulgato.

Amissio principatus duritia & superbia.

Rursus pro *gloria* est in Græco καύχημα. quod significat proprie gloriationem, seu iactationẽ, à verbo καυχάομαι, quod est gloriari, vel iactari, id est, siue diues, siue honoratus, siue pauper, nõ in diuitijs, neque in honoribus, neque in paupertate debent gloriari, sed in timore domini. quia vt ipse Ecclesiasticus dixit cap.1.v.11. *Timor domini gloria, & gloriatio, & corona exultationis.* Vide quæ ibi congessimus, nam aliena non sunt ab hac sententia, vbi fere idẽ docet auctor. licet aliqua magis ad intentum addere necesse erit.

Illustratio.

179. Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum timor Dei est. Rabanus explicat: Vera est enim gloria, quam timor Domini parit: quia iustitiã & æquitatem seruat. nec iustum pauperem despicit, nec magnificat virum peccatorem diuitẽ. Omnibus enim congruam reuerentiã exhibet, nec in alteram partem declinat deserto tramite veritatis. & est q. d. Nemo debet gloriari nisi in timore Dei, & agnitione eius. alludit forte Sirach ad id Jerem.9.v.23. *Hæc dicit Dominus: non glorietur sapiens in sua sapientia & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam,* &c. Iudæi expectantes Chaldæorum oppugnationẽ, confisi erant in sapientia consiliorũ, & in fortitudine sua, & diuitijs magnis, existimantes, his armis, posse oppugnatoribus resistere. sed Deus per Jeremiam volens ab hoc errore eos liberare, ostendit iactantiam, & gloriationem suam sibi minime profuturam, cum diuitiæ, fortitudo, & sapientia, quasi nihil sint, cum non occurrit diuina sapientia, & fortitudo, nec non vigilantissima prudentia, qua cuncta Deus moderatur, vt velit oppugnatos liberare. Cum enim abest diuinum auxilium cuncta consilia, cuncta arma, cunctæ diuitiæ quasi nihili reputantur. Quod confirmatur exemplo Marci Crassi relato à Valerio Max. lib.1.cap.4. de prodigijs. Dum enim Roma à Consulibus regeretur contigit M. Crassum consulem mitti ad bellum arduum contra hostes futurum. Vnde quorumdam nobiles in consilium quæsiuit. Qui nolens vti consilio senioris contẽpto Deorum oraculo bellũ inuasit, turpiterq; deuictus est, ait Valerius. *Sic deorum spreti præmonitus excandescunt, sic humana consilia castigantur, vbi se cælestibus præferunt.* q.d. Quia dij vbi nobis ostẽderunt signa quibus, quod gesturi sumus sibi non placere significant, irascuntur si contra eorũ voluntatẽ fecerimus. Quia consilia humana admonitionibus deorũ anteponunt. Quare vane homines in diuitijs, in fortitudine, in honore, & armis gloriantur, si non gloriantur in agnitione Dei, & timore. Ad retundendã ergo humanam confidentiam hanc sententiã addidit Deus. nam homó confidit suæ sapientiæ, existimans prudẽtia sua, & consilijs præcauere posse malũ imminens, quod sola misericordia diuina præcaueri potest. cõfiditq; opibus quibus redimere possit eam vexationem, quasi iniuste illatam, cum satis iuste Dominus eã inferat, qui nec donis capitur, nec muneribus, quin reddat vnicuique secundũ opera sua. confidit etiam in honore eadẽ ratione: cum gloriari opporteat homo in timore Dei, & agnitione suæ potentiæ, & expectatione suæ diuinæ prouidentiæ, qua cuncta moderatur & regit. Vide quæ diximus ad id cap.9.v.22. *& in timore Dei sit tibi gloriatio.* cum enim quis gloriatur in timore Dei manifeste declarat, præ ardẽti Dei amore cuncta despicere, & delicijs, & voluptatibus sæculi renuntiari ad obtinendã Dei beneuolentiam, & amicitias & exequendã in obseruatione mandatorum suorum suã diuinam voluntatẽ; diues enim nõ diues, sed pauper appellandus, si in Dei timore non gloriatur. Honoratus etiam non honoratus, nec summo splendore præditus vocandus, si suam gloriam, & honorem in Dei timore non reponit. Tandem pauper non pauper sed diues debet nominari, qui timore Domini suam inopiam exornat. nam timor iste diuites facit, & qui ipsum possidet, omnium rerum affluentia redundat.

Rabanus. *Nemo debet gloriari nisi in timore Dei & agnitione eius.* Ierem.9. v.23. *Cum abest diuinum auxilium cuncta consilia nihili reputantur.* Val. Max. *Consilia humana castigantur si cælestibus præferuntur.* Eccles.9. v.22. *Præ amore Dei cuncta despicienda.* *Timens Deũ non pauper sed diues debet appellari.*

Confirmatur ex eo quod dixit Tobias senex 180.
filio suo cap.4.v.23. *Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* q. d. noli metuere laborẽ itineris, & paupertatem, qua in hac vita angimur, nam si timorẽ Domini socium habuerimus, omnium rerum affluentia ditabimur, & omnibus bonis cumulabimur, præsertim in vita futura. quare gloria pauperis, sicut & gloria diuitis & honorati consistit in timore Domini, id est, cunctorum gloriatio debet esse in Dei timore. ideò aiebat Psalmista Psal.85.v.11. *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuũ.* Vbi D. Aug. inquit. *Ergo timor in iocunditate, est & quomodo iocunditas si timor? nonne timor amarus solet esse? erit ergo aliquando iocunditas sine timore, modo iocunditas cum timore. Non dum est enim plena securitas, nec perfecta iocunditas, si nulla iocunditas deficimus, si plena securitas male exultamus. Ergo & iocunditate aspergat, & timorem incutiat, vt de dulcedine iocunditatis perducat nos ad sedem securitatis.* gloriatio ergo & iocunditatio nostra debet esse in timore, qui quamuis in hac vita non tribuat plenam iocunditatem, at incitat ad exultationem in Domino, cui perfecta gloriæ securitas debetur, & timore Domini iocundati perducemur tandem ad perfectam securitatis sedem, &c. vide quæ diximus cap.1. fere per totum.

Tob.4.v.23. *Consilium Tobiæ ad filium.* Psal.85.v.11. *Lætandum cor vt timeat nomen Dei.* D.August. *Gloriatio & iucundatio debet esse in timore Dei.*

VERS. XXVI.

Noli despicere hominem iustum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem diuitem.

Senſus.

181. NOli deſpicere, &c. q. d. Cum homines vultum externum ſolum reſpiciant, ſæpe conſilio labuntur, exiſtimantes hominẽ eſſe honorandum, vt qui ſummo ſplendore præditus oſtenditur; & cum aliũ vident contemptum & abiectum, vt qui magna egeſtate prematur, & redactus in ſummam paupertatem vilis appareat, ipſum ſpernendum iudicant, minime intenti, quali virtute, vel vitio vterq; notetur. hoc prudens conſilium omnibus præbeo, vt nemo deſpiciat hominem pauperẽ, quia pauper eſt: ſi viderit omnia in illum Deum virtutum ornamẽta congeſſiſſe, & præſtare omnibus virtute. Si autem viderit hominem diuitem, ſed flagitioſum, & petulantem, vt qui vitijs omnibus frænum laxauerit, nolit illum magnificare, & magni ducere. Sola enim virtus & timor domini glorioſum, & magnificum hominem reddunt, & vitia deprimunt, & abijciunt, &c.

Notæ.

HAnc ſententiam aliqui ſuperiori annectebant, quia per infinitiuum illam legebant, incipiebat enim: *Non deſpicere hominem*, &c. & cũ non haberet verbum, à quo infinitiuus procederet, ſic conſtruebant, *Gloria* omnium *eſt timòr Dei, nempe non deſpicere*, &c. Sed correctior textus addidit. *Noli*, ſcilicet, *deſpicere*, &c. quia originalia appoſuerunt verba, à quo infinitiuus dependeret. Complutenſes legunt; *Non iuſtum* (ſup. eſt) *inhonorare*, &c. ſicut & LXX. Tygurina: *non eſt æquum*, ſic & Druſ. eſt enim in Græco, ὀ δίκαιον, & in ſecundo hemiſtichio eſt, καὶ ὀ καθήκει, *& non decet honorare virum peccatorem.* Quare non neceſſe eſt ad infinitiuum aliud verbum ſupplere, &c.

Illuſtratio.

182. NOli deſpicere hominem iuſtum pauperem, &c. Quis non videt hic Eccleſiaſticum notare acceptionem perſonarum, nam ille eſt perſonarum acceptor, qui aliquid eligit iniuſte iuxta intuitum oculorum, & non iuxta merita eligendorum. Hæc acceptatio perſonarum, vt placet Alexandro ab Alex. eſt iniuſtitia, qua perſona perſonæ præfertur, in conferendo ei aliquid, quod ex debito iuſtitiæ alteri eſt conferendum, ratione alicuius conditionis tranſitoriæ non congruentis ad ipſam rem, exiſtentis circa perſonam, puta diuitiarum, poteſtatis terrenæ, & non ob meritũ eius ad rem ipſam. deſpicit enim pauperem licet iuſtum quia inopia laborat; & magnificat diuitem licet flagitioſum, quia diuitijs abundat, non attendens ad merita vtriuſq; cum certum ſit hanc iniuſtitiam inueniri in tali perſonarum acceptatione. D. Auguſt. tom. 7. lib. 2. ad Bonifac. c. 7. vocat perſonarum acceptionem, *vbi ille qui iudicat relinquens cauſæ meritum alteri, contra alterum ſuffragatur, quia inuenit aliquid in perſona quod honore, vel miſeratione ſit dignum.*

Iuſtus pauper non deſpiciendus. — Alexander. — *Acceptio perſonarum quid.* — D. Auguſt.

Hæc perſonarum acceptio interdicitur in Sacra pagina. nam Leuit. 19. v. 15. dicitur. *Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis, iuſte iudica proximo tuo.* id eſt, in iudicio non conſideres perſonam pauperis, vt iniqua eius miſeratione commotus, iudicium peruertas: neque reſpicias perſonam potentis, vt precibus eius, & poteſtate conuictus iniuſte iudicis, non enim perſonã accepturus es, ſed pauperem, & diuitem æque iudica. Sed clarius hæc acceptio perſonarum prohibetur Deut. 1. v. 17. *Nulla erit diſtantia perſonarũ, ita paruum audietis vt magnũ, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt.* id eſt, perſonam nõ conſiderabitis an diues ſit, aut pauper, vt accipiatis illum, & hunc ſpernatis: cum autẽ iudicatis Dei vices geritis; Deus enim in iudicio æquiſſimus eſt, nec perſonam reſpicit, ipſi conuenit perſonas accipere, quia iudicat iuſte, & non eſt ſicut nos perſonarum acceptor. dixit Innocent. III. pontif. de vilit. condit. hum. *vos non attenditis merita cauſarum, ſed perſonarum; non iura, ſed munera: non quid ratio diſtet, ſed quid voluntas affectet; non quid ſentiat, ſed quid mens cupiat; non quid liceat, ſed quid libeat.* & infra: *Pauperum cauſam cum mora negligitis, diuitum cum inſtantia promouetis. In illis rigorem oſtenditis, in iſtis ex manſuetudine diſpenſatis; illos cum difficultate reſpicitis, iſtos cum facilitate tractatis; illos negligenter auditis, iſtos ſubtiliter accuſatis.*

Acceptio perſonarum reprehenditur. Leuit. 19. v. 15. — *Idem confirmatur.* Deut. 1. v. 17. — *Deus ſolus conuenit perſonas accipere.* Innocent.

Hinc eſt quod pauperes violantes legem plectantur, & diuites quodlibet agunt impune. Ouid. lib. 3. Amor. 183.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias: pauper vbique iacet

D. Baſil. hom. 2. in aliquot ſcriptur. locis agens de hac materia inter alia inquit. *Adſunt tibi ob oculos fratrum differentiæ? Hic pauper, ille diues, alius hoſpes, alius domeſticus, ſeu te iudice, ſeu te iudicij participe vtuntur. ſi iudicaueris, ne inæqualia videas, ne videas diuitem ſublimem, pauperem humilem*, &c. in æſtimatione tua ne pauperem à diuite ſeiungas, ſi vterque iuſtus eſt, vtrumque æſtima, ſi peccatores ambo, ambos ſperne. Si pauper iuſtus, & diues ſceleſtus, hunc deſpice, & alium magnifica. quia virtus facit pauperem honorabilem, licet paupertas efficiat illum apud homines contemptibilem. & è contrario in diuite, peccatum reddit illum deſpicatiſſimum, licet diuitię illum faciant honorabilem.

Pauperes violantes legem plectuntur. — Ouidius. — Baſilius. — *Si pauper iuſtus, & diues iniquus hunc deſpice & illum magnifica.*

Quare S. Jacobus Apoſt. c. 2. v. 2. cum dixiſſe. *Nolite in perſonarum acceptione habere fidem*, &c. apponit exemplum dicens: *Etenim ſi introierit in cõuentum veſtrum vir aureum annullum habens in veſte candida: introierit autem, & pauper in ſordido habitu & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei. Tu ſede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: nonne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum*, &c. Pende hoc vltimum. q. d. iudicia, quæ facitis iniuſta ſunt, nam ſi pauper iuſtus eſt, & diues iniquus, ſi hunc magnificatis, & illum deſpicitis, nónne inique cogitatis, & iudicatis? nónne accipitis perſonas iniuſte? & efficimini acceptores perſonarum conſilio lapſi. vide noſtrum Dacam ad hunc locum, & quæ dicemus ad id Eccleſ. 35. v. 15. *Non eſt apud illum gloria perſonæ.*

Iac. 2. v. 2. — *Exemplum acceptionis perſonarum.*

Ergo ait Eccleſiaſticus: *Noli deſpicere hominem iuſtum pauperem, & noli magnificare hominem peccatorem diuitem.* Sed cum iuſtum pauperem vides, vel tibi occurrerit magnifica illum quia virtus honore dignum efficit, & cum obuiam tibi fuerit diues veſte ſplendida imbutus, & diuitijs magnis locupletatus, ſi ille flagitioſus eſt, & impius, deſpice illum, parui illum pende, illum facit vitium, & peccatum contemptu, & deſpicientia dignũ, &c. Sed proh dolor

Virtus pauperem honore dignum efficit.

dolor? quia verum quod Junocentius dixit, vt ex Salomone didicit: *Clamat pauper & nullus exaudit: loquitur diues, & quilibet applaudit: Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius vſque ad vrbem perducunt. Pauper locutus eſt, & dicunt, quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertent eum: clamat vim patiens, & nullus exaudit, vociferantur, & non eſt qui iudicet diuiti dicunt. Tu ſede hic bene*, &c.

Innocent. *Clamat pauper & nullus exaudit, loquitur diues & quilibet applaudit.*

Jtaque inquit Sirach. *æquum* non eſt, vt iuſtus licet pauper deſpiciatur: nec vt peccator, licet diues magnificetur. Sed è contra dixit enim Dauid Pſal. 14. v. 4. agens de Deo. *Ad nihilum deductus eſt, in conſpectu malignus, timens autem Dominum glorificat.* q. d. Sicut flagitioſum licet diuitijs abũdet, nihili facit Deus, ſed potius deſpicit & contemnit, at iuſtum timentem ſe licet paupertate angatur, glorificat & honorat, magnificans illum; ſic homo debet non deſpicere pauperem ſi iuſtus eſt, ſed honorare; nec debet diuitem magnificare, ſi iniquus eſt, ſed illum deſpicere, ſicut facit Deus. Hoc enim iuſtum eſt, & contrarium iniquum, &c.

Timentes Dominum ipſe glorificat Pſal. 14. v. 4

VERS. XXVII.

Magnus, & iudex, & potens eſt in honore: & non eſt maior illo, qui timet Deum.

Senſus.

184. MAgnus, &c. q. d. Ratio quare nõ deſpiciendus pauper iuſtus, nec diues ſceleroſus magnificandus, hæc eſt, quia videmus magnates, & iudices, & principes ab hominibus honorari, & magnificari. & tamen eos ſuperat in honore homo timens dominum, homines enim dignitatem reſpiciunt eorum vt honorem deferant, Deus autẽ intuetur cor, & iudicat iuſte, timorem ſui, & virtutem magnifaciens, quare licet illi in honore ab hominibus habeantur, apud Deum vero nemo illorũ excellentior eſt eo, qui metuit dominum, &c.

Notæ.

VAriè antiqui hanc ſententiam legerunt. Janſen. legit *Magnus eſt Iudex, & potens eſt in honore.* alij: *magnus eſt diues, & iudex potens in honore.* alij: *Magnus eſt Iudex, & potens eſt in honore.* ſed vulgatus iuxta correctionem clementis tranſtulit. *Magnus*, &c. quæ lectio conuenit cum originalibus, quę tria hominum genera diſtinguunt, magnates, & iudices, & potentes ſiue principes, qui cum iuſto timente Dominum conferuntur, & affirmat auctor, aqud Deum, nullum eorum eſſe maiorem, & excellentiorẽ illo, qui timet Deum; nam vt dicemus infra cap. 25. v. 13. 14. *Quam magnus, qui inuenit ſapientiam, ſed non eſt ſuper timentem dominum: timor Dei ſuper omnia ſe ſuper poſuit.* Vide quæ ibi dicemus adiuuante Numine.

Illuſtratio.

185. MAgnus, & iudex, &c, id eſt, etſi ſit aliquis ob quamuis auctoritatẽ in honore magno apud homines, tamen is in veritate, & apud Deũ non eſt maior, & excellentior, illo qui Deum timet. Magni debent magnates, potentes, & iudices æſtimari ideo præcipiebat Deus Exod. 22. v. 28. *Dijs non detrahes, & principi populi tui non male dices.* deos vocat iudices, qui Dei vices gerunt nã in Hebræo eſt, *elohim*, iudices, *non vili pendes*, nec viles tuis verbis reddes. quod confirmauit Salomon Eccleſ. 10. v. 20. *In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubili tui ne maledixeris diuiti.* Oleaſt. legit. Iudices non contemnes. & D. Auguſt. tom. 4. q. 86. in Exod. inquit: *Quæritur quos dixerit deos, vtrum Principes, qui iudicat populum*, &c. & affirmat Et *principem populi* forte vocat principẽ ſacerdotem. Nam Act. 23. v. 5. cum Paulus principi Ananiæ male dixiſſet: qui adſtabant dixerunt: *ſummum ſacerdotem Dei maledicis? dixit autem Paulus: Neſciebam fratres, quia princeps eſt ſacerdotum, ſcriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices.* Ergo iudici non eſt detrahendum, nec principi maledicendum, quia honore eos proſequi debemus, dixit Homerus. *Diues ſit, & magis honoratus ipſe*, quanto magis quis per diuitias potentior efficitur, tanto honoratior redditur.

Timens Deũ apud ipſum maior eſt principibus. Exod. 22. v. 28. — Eccleſ. 10. v. 20. — Oleaſter. — D. Auguſt. — Actor. 23. v. 5. — *Iudici non eſt detrahendum nec principi maledicendum.* — Homerus.

Cum igitur honorare eos debeamus, quia ſuperiores ſunt conſtituti à Deo, & vere magis honorentur ab hominibus quam ſubditi, licet timeant Dominum. At apud Deũ timentes Deum, licet inopia laborent in maiore honore habẽtur. Ratio eſt, quia dignitas, & potentia non auget in homine meritum apud Deum, ſed ſola virtus, & timor Dei, hic enim eſt, qui dignũ efficit hominem apud Deum, ideò cum elegit Dauidem in regem, reliquit fratres, qui in maioratu, & venuſta corporis ſtructura eum præcedebant, & elegit Dauid paruulum, & humilẽ, & timentem Deum (*Timor* enim Dei *congruit hominibus.* vt dixit D. Auguſt. tom. 4. lib. 1. de ſerm. Dom. in monte) & ipſe Deus reddidit rationem, 1. Reg. 16. v. 7. dicens ad Samuelem, qui propoſuerat Eliab: *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abieci eum: nec iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim videt ea, quæ parent; Dominus autem intuitur cor.* Hic ſecundum D. Gregorium ob ſuperbiam ſignificatam in altitudine ſtaturæ nõ eſt electus à Deo, ſed præficitur Dauid, qui humilis erat, & timens Dominum, ſecundum eumdẽ Gregor. quia ergo Deus intuetur cor, attendit ad meritum hominis timentis Deum, vt illum afficiat honore, & diligat pluſquam principes, & iudices, & magnates. *Illud vero* (inquit D. Gregor. Nazianz. orat. 53.) *præſtantiſſimum bonum eſt Dei metu affici.* quia ex timore Dei magnus quis efficitur. Judith 16. v. 19. *Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.* Quid enim eſt, *magni erunt*? niſi ſummo honore afficiuntur; nam qui magnus eſt coram Domino, excellentior eſt potentibus, & iudicibus, & magnatibus. illud, per *omnia* indicat timentẽ Dominum *præ omnibus*, vt explicat Gloſſa honorandus, & remunerandus à Deo. LXX. & Montan. *Magnus ſemper.* Quid ergo eſt, *magnus ſemper*? niſi honoratur ſemper, nam licet conferatur cum magnatibus, iudicibus & potentibus ſemper erit magnus, qui eos omnes præcedet honore apud Deũ. Siue ſit in hac vita ſiue in futura hac excellentia maiori perfruetur. Quare Eccleſiaſticus ait. *Magnus & iudex & potens eſt in honore*, id eſt, digni ſunt, vt honore afficiantur, vel honorentur ab hominibus, quia præpoſiti ſunt. *& non eſt maior* (ſcilicet vel magnus, vel iudex, vel potens) *illo qui timet Deum*, ſed quilibet minor eſt, ſi cum timente Dominum comparetur, qui omnibus excellentior eſt.

Dignitas vel potentia non auget in homine meritum apud Deum, ſed ſola virtus. — D. Auguſt. — 1. Reg. 16. v. 7. — D. Gregor. *Dauid electus à Deo in regem, quia humilis & timens Deum* — D. Nazianz — Judith 16. v. 19. — *Timens Deũ magnus eſt apud Deum.* — Gloſſa.

VERS XXVIII.

Seruo sensato liberi seruient: & vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur.

Sensus.

186. SEruo, &c. q. d. Non solum debetur honos timenti Deum, sed etiam seruo prudenti, & sapienti,cui,qui liber est, debet seruire, & obsequi propter sapientiam suam, nec debet dedignari qui liber est, & quia docetur à seruo, quia seruitus, & libertas neque afferunt sapientiam,nec tollunt prudentiam,sed aliquando contingit seruum sapientia, & prudentia libero præcellere, quare illum auscultare debet si præbet illi aliquod prudens consilium: & si ipsum corripuerit, quia omnes mille lapsis quotidie inquinamur, murmurare non debet, sed illũ audire,& referre gratiam, eo quod ab errore liberauerit. Hinc est,quod stultus, & inscius, vel indoctus hoc honore carebit, quia respuit correptionem accipere,vt ab inscitia sua corrigatur.

Notæ.

PRo *seruo sensato*, vel *famulo sapienti est*, Οἰκέτῃ σοφῷ. Pro σοφῷ legitur in Complut. συνετῷ, id est. *prudenti* nam συνετὸς est intelligens, vel sapiens,vel prudens, vel sensatus,à verbo συνετίζω,quod est facio intelligere significo,erudio,& alia, συνετὴς intelligibilis. optimeque appositũ est hoc verbum & non *sophos*. nam sophos est sapiens,vel per sapientiam inditam vel acquisitã, & licet seruo posset conuenire, magis conuenit verbum synetos, quod dicitur de illo, qui sensu suo, vel prudentia, vel intelligẽtia sua facit intelligere aliquid,vt seruus libero facit prudẽti sensu suo intelligere. Pro *seruient*, vel *ministrabunt*, est in Complut. & Drus. λειτουργήσουσιν, à verbo Greco λειτουργέω, quod est ministrare,vel publicũ munus obire. At in alijs originalibus, vt notat Camerar. citatus à Drusio est δουλεύσουσι à verbo δουλεύω, quod etiam significat seruire, & ministrare. Pro *correptus* in Cõplut. est παιδευόμενος sicut & in Vatab.& Drus. à verbo παιδεύω, quod significat corripere, castigare,erudire,instituere, liberos educare. Quod verbum non habetur in Romana editione,& abest quoque ab Aldo. & Basiliẽsibus. sed optime in veteri latina,& noua appositũ est,vt manifestetur prudẽtia illius, qui corrigitur, vel castigatur, vel eruditur; nemo enim debet dedignari, vt mox dicemus, accipere ab alio,qui sapientior vel prudentior est, correptionem.

Illustratio prima.

187. *Libertas vel seruitus neque addunt sapientiam, neque tollũt prudentiam.* SEruo sensato liberi seruient. Iã diximus libertatẽ vel seruitutem,neque addere sapientiã,neq; tollere prudentiam. nam sæpe videmus seruos liberis præcellere sensu,& prudentia, & illis dominari, cũ sicut effectus seruitutis solet esse imprudentia, & inscitia, & effectus libertatis est sensus, & prudentia. sic cum seruus prudens est, & sapiens ministratur à libero insipienti, & imprudẽti. Hoc potest illustrari ex eo Prou. 17. v. 2.
Prou.17.v.2 *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis.* quem locum illustrat noster Salazar & probat præsenti sententia nam hanc videtur Ecclesiasticũ mutuasse ex Salomone, cuius in omnibus imitator fuit. Prima ergo expositio harum sententiarũ facilior est, scilicet sapientem iure ipso naturali liberum esse, licet sit addictus seruituti. nam alia est seruitus naturalis, alia legalis, & potest fieri, vt qui per leges seruus existit, dominus sit per naturam illius, cuius seruituti addictus est. *Sapiens iure ipso naturæ liber est.* Hoc probatur ex Arist. lib. Polit. c. 3. *Aristot.* *Nam animus, ait, in corpus dominium habet, & imperium, eodem modo necesse est, & in singulis hominibus esse: quicumque igitur distant tantum, quantum animus à corpore, hi natura ipsa serui, domini sunt. Itaque quorum est opus in corporis vsu, & hoc est in eis potissimum, hi sunt natura serui, quorum autem operis potissimum in mente, & ratione est, hi sunt natura Domini.*

188. Confirmat hanc doctrinã multis D. Ambros. tom. 3. lib. 2. epist. epistol. 7. ad Simplicianũ, vbi elegãter de vera libertate ac etiã seruitute disputat, fortissimisque argumentis solum sapientem vera libertate gaudere,& omnẽ insipientem seruum esse comprobat,atque ad illam amplectendam plurimum cohortatur. *D. Ambrosius disputat de seruitute & libertate. D. Ambros.* Quę epistola legẽda est illi,qui hunc locum Ecclesiastici illustrare voluerit. aliqua ad intentum extrahamus,ne titulũ nudum relinquamus. cum sententiam D. Pauli. 1. Cor. 7. retulisset, in qua ostendit libertatẽ nostram in Christi esse sapientia, subdit: *quæ sentẽtia magno à philosophis fluctuata, atque iactata est disputationis molimine dicẽtibus quia omnis sapiens liber, omnis autẽ insipiens seruiat.* *Omnis sapiens liber, omnis insipiens seruus.* & postquam aliquibus exemplis comprobauit, adijcit: *& quia seruitus habet discretionem, (est enim necessitatis infirmior, voluntatis fortior, quia pulchrius est bonum, quod non ex necessitate fit, sed ex voluntate) ideo ei primo iugum imposuit necessitatis, postea benedictionem ei voluntariæ subiectionis impertiuit.* [agit de Esau quẽ Deus seruum fecit Jacob.] *Non igitur natura seruum facit, sed insipientia, nec manumissio liberũ, sed disciplina. Denique Esau liber natus est, & seruus factus est.* *Natura non facit seruum sed insipientia.* & cum de emptione seruorũ egisset. statim addit. *Nihil ergo præiudicat pecunia, quæ plerumque sibi dominos emit: nihil tabulæ auctionales, quibus emptor frequenter adiudicatur, atque addicitur. Cõtractus non mutat genus, nec sapientiæ libertatem adimit. Quem ergo magis liberum censes? sola est sapientia libera, quæ diuitibus pauperes præficit, & quæ seruos proprijs fœnerare dominis facit, fœnerare non pecuniam, sed intellectum, fœnerare talentum illius dominici æternique thesauri, qui numquã corrumpitur, cuius & vsura est*, &c. & probat nostra, & Salomonis sententia ad illum. Itaque prima expositio est, iure ipso naturali liberi, qui sapientia carent debent seruire seruo, qui pręcellit sapientia, & prudentia, hæc namque liberũ efficit hominẽ, licet per leges addictus sit, & adiudicatus seruituti. *Liberi qui sapientia carent debent seruire seruo sapienti.*

189. Secunda expositio, quæ veriorem habet doctrinã, est, sæpissime contingere, vt verna ex seruili, & infima conditione natus, sapientia, & industria sua, deposita seruitute, eo dignitatis, & gloriæ prouehatur vt præsideat, & à liberis seruiatur, & ministretur. *Seruus solet euchi ad dignitatem sua industria.* Quid exploratius? Probatur ex eo Eccles. 10. v. 7. *Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.* *Eccles. 10. v. 7.* quod moraliter explicans D. Greg. lib. 31. c. 10. inquit: *D. Gregor.* *Omnis quippe qui peccat seruus est peccati: & serui in equis sunt, cũ peccatores præsentis vitæ dignitatibus efferuntur. Principes vero quasi serui ambulant, cũ multos dignitate virtutũ plenos, nullus honor erigit, sed summa hic aduersitas velut indignos deorsum premit*, &c. sic explicat D. Hieron.

D. Hieron. Sã. Hieronym. & sequitur Sã. & licet hic Salomon notet errorem, qui irrepsit in vulgus, vt qui seruituti addicti sunt in equis tamquam principes ambulationem faciant, & qui nobilitate, & principatu ornati sunt, quasi serui procedant, & inambulent super terram. Sed forte alludit ad nostram sententiam, & suam propriam Prouerb. quæ docent, aliquando seruos sapientes, & prudentes ad dignitatem prouehi, vt dominentur illis, qui aliquando honore principatus condecorati erant. *Confirmatio doctrinæ exemplo Mardochei.* vt de Mardocheo, & Amano narrat liber Esther; Mardocheus enim qui seruus erat, nam adductus fuerat captiuus de Jerusalem in Babylonem Esth. 2. v. 5. 7. *Esth. 2. v. 5.* equo epiphiato vectus est, vt tamquam princeps honoraretur, & præco clamabat: *sic honorabitur, quemcumque voluerit rex honorare.* cap. 6. v. 9. *Esth. 6. v. 9. & 10.* At Aman, qui princeps fuerat, & gratia apud regem valuerat, tamquam seruus ambulabat super terram, *Aman qui princeps erat tamquam seruus seruiebat Mardocheo.* nam præcepit ei rex cap. 6. v. 10. *Festina, & sumpta stola, & equo, fac vt locutus est.* scilicet vt Mardocheus indutus regijs, & impositus super equum, & accepto regio diademata super caput suum honoratus sit, & ministratus à principe Aman, qui tenuit equum eius, & per plateam ciuitatis incessit clamans: *sic honoratur*, &c.

190. Sed hoc apprime illustratur ex historia Joseph. qui venditus à fratribus Jsmaelitis, & portatus in Ægyptum, & traditus in seruum Putiphari eunucho Pharaonis, equo regio sedit, à cunctoque regno fuit multiplex applausus. *Iosephus ex seruo ascendit ad dignitatem regiã. Genes. 42. v. 39.* dicitur enim Genes. 42. v. 39. *Quia ostendit tibi Deus* (verba sunt regis Pharaonis) *omnia quæ locutus es, numquid sapientiorem, & consimilem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te præcedam*, &c. Ecce qui seruus fuerat princeps constitutus equo epiphiato vectus, dominans vniuerso regno Ægypti. quod pendens D. Ambros. tom. 3. lib. 2. epist. ep. 7, ad simplicium, inquit. *D. Ambros. Ioseph venditus electus est ad potestatem.* *Ioseph venditus in seruitutem est, & electus est ad potestatem, vt suis emptoribus imperaret. Non dedignabatur tamen obsequium sedulitatis, sed tenebat virtutis fastigium, conseruabat libertatem innocentiæ, integritatis auctoritatem. In seruum venundatus est, non seruus factus, Humiliauerunt pedes eius non animam eius*, &c.

Illustratur denique nostra sententia ex eo Eccles. 4. v. 13. *Melior est puer pauper rege stulto, Eccles. 4. v. 13.* *Melior est puer pauper, & sapiens rege sene, & stulto, qui nescit præuidere in posterum. Quod de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno inopia consumatur.* Vbi vanitatem potentiæ, dominatusque declarat Salomon, præferendum enim qui valeat prudentia quamuis annis, & opibus modicus sit, & aliquando contingere, vt euehatur quis ad imperium à compedibus, & pedore carceris, nimirum propter prudentiam: nati vero in ipso regni fastigio deturbentur ad infimam conditionem, videlicet ob imprudentiam. exempla passim in Sacra pagina. *Ioseph & Dauid pueri pauperes & sapientes.* Inter pueros pauperes simul ac sapientes commemorandi Joseph, & Dauid tam alte per sapientiam euecti. & inter stultos eiectos paulo seniores Saul, Roboam, Sedechias, Nabuchodonosor illustre prorsus fuit exemplum Bellisarij, qui res maximas gessit, & summis honoribus, muneribusque perfunctus est sub Iustiniano imperatore, sed eo demum redactus, vt mendicare stipem compelleretur excæcatus. *Casus Bellisarij.* Sic Joannes Græco citatus à Baronio tom. 7. Annalium. *Baronius.*

Ad omnẽ quadrantem cum explicuisset victorias,
Postea inuidia excæcatus (ô fortunam instabilẽ:)
Poculũ ligneum detinens clamabat plebi in stadio,
Bellisario obolum date imperatori.

Ex quibus comprobatum manet primum istius sententiæ nostræ hemistichium procedo vlterius.

Illustratio secunda.

ET *vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correptus.* In originalibus deest *disciplinatus.* 191. Solum est, *vir sapiens, vel prudens cum eruditur*, vt Tygur. non *fremet* Drus. cum castigatur. *Vir prudens non murmurat correptus.* Cum dixisset auctor seruo sensato, & prudenti liberos seruire ob prudentiam suam, notat deinde prudentiam, & sapientiam liberi qui cum à seruo sensato castigetur, vel corripiatur, non murmuret, nec fremat, & licet pendeat hoc secundum membrum à primo, at in vniuersum laudat prudentiam eorum, qui licet sint superiores, cum corriguntur, & castigantur, vel erudiuntur, non queruntur, nec murmurant, quin minus fremãt. considerant enim neminem tam prudentem esse, qui non in quibusdam peccet, & non possit fieri prudentior.

Hoc potest illustrari ex eo Prou. 9. v. 8. *Argue sapientem & diliget te*, *Illustratio sententiæ. Prou. 9. v. 8.* vbi docet Salomon verum sapientem correptiones, & animaduersiones adamare solitum, non refutare, cum quo melius concinit quod subdit Salomõ: *da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia: doce iustum, & festinabit accipere.* Scilicet doctrinam, vbi assignat differentiam inter sapientem, & insipientem, & inter iustum, & impium. ad corripiendum, edocendũque improbum & insipientem hominẽ opportunitas, & occasio captãda est ab eo, qui monet si velit correptionem suam proficuam esse. At vero probus & sapiens ipsemet occasiones venatur, & opportunitates quærit, vt monita & animaduersiones exaudiat. Sapiẽti enim semper opportuna, numquam importuna correptio est. *& festinauit accipere*, quia vt dixit Jacobus cap. 1. v. 19. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum*, monita scilicet, & correptiones, vt sapientior, & iustior fiat. *Qui audit correctionem sapientior & iustior fit.* Prou. 15. v. 5. dicitur: *Qui autem custodit increpationes astutior fiet.* *Prou. 15 v. 5.* & vers. 10. *Qui increpationes odit, morietur.* & vers. 31. *Auris, quæ audit increpationes vitæ in medio sapientium commorabitur. Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus possessor est cordis.* q. d. Qui animaduersiones, & obiurgationes sapientum accurate obaudit, atque illis sponte acquiescit, libenter cum sapientibus conuersabitur; sapientũ quippe est alios erudire, & admonere. sicut et iam ẽ contra, quicumque correptiones ægrè fert à sapientum consortio longe fugit.

192. Rursus qui correptionem atque increpationẽ non boni consuluit, sed illam male vertit, quia vel illam præceptoris sui odio, aut alteri cupiã inordinatæ affectioni tribuit, vel seueritatem illius iocose eludit: hic sane despectui habet animam suam, id est, semetipsum ludibrij tota pernities ad ipsum reddit. *Qui correptionem despicit contemptui habet animam suam.* *Qui autem acquiescit increpationibus possessor est cordis.* Caietan. *Emptor est cordis*, id est, cordis sui dominium init, non enim illud libere, & ex animi sui sententia agere permittit, sed aliena cõsilia, & rationes sequi cogit. Sic Hug. Caiet. & alij. emphasim tamẽ in his verbis inuenio. quare qui audit alienas increpationes

Cor hominis alienari nec & vendi potest. — D. Hieron. — Lyra. — *Doctrina præcedens explicatur.* — *Per virtutes liberat homo animam suã à seruitute.*

nes possidet, & emit cor suum, vel animam suã. Numquid cor hominis alienari potest & vendi, vt emi possit? Cuinam venditur, & alienatur? à quo emitur. & restituitur? D. Hieronym. explicat de ascensione discipuli ad cathedram doctoris, eò quod increpationibus docentium obedienter annuerit, & probat exemplo Pauli. *Denique, inquit, Paulus, qui increpationi sui conditoris sese humiliter substrauit, ad sedem postmodum Apostolicæ dignitatis sublimiter peruenit.* Lyra: *quia sedatis suis passionibus est sui ipsius dominus*, id est, cum passiones sedantur, quæ captiuum tenent cor, ipsum cor à seruitute vel captiuitate passionum liberatur. Sed respondeo, verum esse hominem præditum esse libero arbitrio, per quod soli Deo subijcitur, & hominibus cum per vota sese offert, & parentibus, quibus lege diuina, & naturali subditur. sed mentem liberam possidet, vt possit cui voluerit, acquiescere. Hanc mentem, vel cor intra corpus clausum, captiuum reddit, cum ipsius corporis passionibus pretio voluptatis vel alterius gustus tradit; vt autem à seruitute, mentem liberet, pretio alicuius virtutis debet illam liberare, & redimere: hæc est virtus humilitatis virtus patientiæ, & subiectionis, & cum increpationes audit, & castigationes suffert, libenter pollicetur, vt libere possideat cor, vel mentem passionibus addictam, & in seruitutem redactam, quare homo emptor est cordis, cum pretium offert virtutis increpationibus acquiescendo: emit enim à passionibus, quibus subiecerat se ipsum, vel menten suam pretio virtutis, & redimit eam, vt ipsam pacate possit longo tempore possidere. Quem fructum obtinet vir prudens, & disciplinatus, qui cum castigatur, vel *corripitur* causa alicuius defectus, non solum non *murmurat*, sed potius libenti animo increpationes audit. & corrigit defectus, per quos animus, vel cor suum passionibus vendiderat, & potest appellari *possessor* vel emptor *cordis*.

193. *Dauid libenter accepit increpationem Nathan quia prudens erat* 2.Reg.12. v.9.

Hanc doctrinam possumus exemplis probare primum sit cum Dauid vir prudens, & disciplinatus increpatus est à Propheta Natham 2.Reg.12. constitutus erat Dauid Rex populi Israel, & duplex crimen commisit, scilicet adulterij, & homicidij; ad quæ crimina sananda misit Deus Natham prophetam, qui illum corriperet, fecit sic, proponens regi parabolam, vt ad recipiendam correctionem disponeret, ne si prius peccata commissa denudaret, ex asperaretur. Postquam autem peccati illum arguit, dixit Natham vers. 9. *Quare ergo contempsisti verbum domini, vt faceres malum in conspectu meo*, &c. quibus verbis illum corripuit, vt à sceleribus liberaretur. Cum hæc & alia audiuit Rex, numquid murmurauit? numquid fremuit? numquid correptus prophetæ audaciam vindicauit? minime, sed iustam admisit increpationem, & non solum nõ murmurauit, nec fremuit, sed talia crimina se fecisse pœnituit & exclamando veniam postulauit, dicens. vers. 13. *Peccaui Domino*, quare audiuit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Quo facto Dauid suam manifestauit prudentiam, & disciplinam, erat enim vir prudens, & disciplinatus, &c.

Dauid increpatus non murmurauit sed doluit.

Petrus reprehensus à Paulo non murmurauit. Galat. 2. v. 11

Secundum exemplum sit, cum Diuus Petrus Princeps Apostolorum, & summus pontifex correptus fuit à Paulo Apostolo, vt narratur ab ipso Galat. 2. v. 11. *Cum autem venißet Cephas Antiochiam in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.* & vers. 14. *Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cum Iudæus sis, gentiliter viuis, & non iudaice, quomodo gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* Illud *in faciem*, est quod nos dicimus in os, in berbam: *Dixeselo en su cara, o en sus barbas.* Inciderat enim Petrus in errorem, licet non mortalem, sed venialem; vt probat eleganter noster Cornelius hoc loco, vbi quæstiones ex his verbis ortas docte soluit, lege illum, ne sit necesse repetere, quod ab hoc loco alienum puto. Nota ex hac reprehensione Pauli in Petrum prudentiam vtriusque & præcipue sapientiam sanctissimi Petri, humilitatem, & patientiam perpende, nam eum esset correptus, quia vir prudens, & disciplinatus erat, nec murmurauit, nec fremuit, sed eam libenti animo audiuit, & acceptauit, vt ab errore, in quem leuiter inciderat, liberaretur. Pende etiã quoties ipse prudentissimus Petrus increpatus esset à Christo Domino, vocabat enim eum aliquando Satan, quod nomen contumeliosum erat, & tamen non dicitur illum fremuisse, nec murmurasse, sed libenter increpationem Domini accepisse, vt à suis erroribus liberaretur. erat enim vir prudens, & disciplinatus & magna commendatione dignus, & ideò non murmurauit correptus. Dixit enim D. Chrysost. tom. 3. hom. de laud. Pauli: *Reprehensionem enim bene ferre, non vulgaris, sed summæ philosophiæ præconium, & laus est. Non adeo laudamus, & admiramur hodie Ietro, qui Moysem correxit, sicut sanctum illum qui non erubuit tot præsentibus corrigi, & factum hoc memoriæ commendare, declarans in omnibus sapientiam suam, quod gloriam in tanta eminentia, quæ sibi à pluribus impensa fuisset contempsit, & conculcauit*, &c. concludit porro Palacius. Cum enim nemo nostrum sapiens nascatur, nemo est etiam, qui omnia sciat, ac ideo nemo, qui doceri merito recuset. Jam si de moribus argueris, si iuste, gratias agito; si iniuste, bonum animum arguentis lauda malum, aut ride, aut sustine, &c.

Dicere in faciem quid. — Cornelius. — *D. Petri patientia.* — *Cum Petrus vocatus à Christo Satan non redarguit illum.* — D. Chrysost. — *Reprehensionem bene ferre summæ philosophiæ præconium est.* — Palacius.

194. *Stultus est qui murmurat increpatus.*

Tandem vt opponat Ecclesiasticus prudentem inscio, concludit: *& inscius non honorabitur.* q.d. sicut qui accipit correctionem cum gratiarum actione, non murmurans, nec fremens, sapientis, & prudentis nomine decoratur, & honestatur: sic qui murmurat, & fremit, cum corripitur, & castigatur, nomen *inscij*, & insipientis meretur; non enim *honorabitur*, sicut prudens, & disciplinatus. vterque cum sale potest comparari; sicut enim cum Sal in aquam mittitur, dissoluitur, & ostendit mollitiem. at si sal in ignem proijciatur, protinus resilit, & crepitando manifestat magnam cum igne oppositionem. sic vir *prudens* cum *corripitur.* quasi dissoluitur, ostendit enim lenitatem animi sui; at *inscius* cum castigatur resultat, & crepitat: fremit enim ostendens animi sui acerbitatem. Quare prudentis, vel sapientis nomine, & honore indignus iudicatur. quia *inscius* sicut Lyra explicat: *qui correptionem non suscipit*, id est, non honorabitur, sed potius vituperabitur, & despicietur. *Simul enim insipiens, & stultus peribunt.* Psal. 48. v. 11.

Stultus castigatus resultat & fremit. — Lyra. — Psal. 48. v. 11.

Hoc optime illustratur ex eo Prouerb. 12. v. 1. *Qui odit increpationes, insipiens est.* quod pendens D. Joann. Chrysost. tom. 3. hom. 9. de ferendis reprehens. & conuers. Pauli. quæ vltima est, tom. 3. cum dixisset: *Ne stomachemur, ne succenseamur cum arguimur.* paulo post subiicit: *in peccatis enim hoc operantur reprehensiones, quod in vulneribus remedia id circo sicut insipiens est, qui pharmaca reijcit, ita & stultus, qui non suscipit grato animo reprehensiones. Atque non raro multi exasperantur, & intra semetipsos cogitant, & dicunt: sapiens ego, & tanta præditus intelligentia, hunc ferrem? ignorant autem, quod extremæ dementiæ sit iudicium.* Lege Chrysostomum hoc intentum optime pertractantem. ergo sicut qui libenter increpationes suscipit nomine, & honore prudentis, & sapientis exornatur. sic qui ipsas respuit, & indignans murmurat, & fremit. non honorabitur, nomine scilicet, & honore prudentis, & disciplinati; sed potius dedecorabitur, & contemnetur ab omnibus tamquam inscius, & imprudens, &c.

Prou. 12. v. 1 — D. Chrysost. — *Insipiens est qui pharmacum reijcit sic qui increpationem respuit.*

VERS. XXIX.

Noli extollere te in faciendo opere, & noli cunctari in tempore angustiæ.

Sensus.

195. NOli extollere, &c. q. d. Cum sit ridicula quorundam arrogantia, qui cum ad magnam inopiam rediguntur, laborare recusant, quo suæ consulant paupertati tamquam à sua nobilitate alienum, operæ pretium duxi, hoc omnibus monitum præbere, scilicet cum necessitas faciendi aliquod opus tuum tibi incubuerit, noli tuam nobilitatem, & honorem, publice ostentare, vt ob honorem, quem tibi vendicas, indignum te existimes operari & laborare & in tempore angustiæ. hoc est, cum in egestatem, & miseriam deueneris, & angustæ sint diuitiæ tuæ, noli animum tuum opprimere, nec recusare laborem, causas afferendo, quibus pro te reddas rationem, quasi dicendo: alienum esse generosis natalibus meo loco, ac nomine, ac, seruorum est, non liberorum, operi ac labori incumbere, &c.

Notæ.

AD assequendum verum huius sententiæ sensum consulanda sunt originalia Greca. in illis verba *extollere* & *cunctari* permutantur. vulgatus sequitur complutenses, idem enim est *extollere se in faciendo opere* ac dicere. *Noli videri sapiens in faciendo opus tuum.* id est noli ostentare talenta tua, scilicet sapientiam nobilitatem, auctoritatem, & cætera id genus, cum aliquod opus feceris, quasi opponendo nobilitatem, vel dignitatem tuam labori. q. d. ne ob superbiam desinas laborare, & opus tuum quodcumque sit facere. confirmat Tygur. cum legit. *ne causas nectas quo minus agas opus tuum.* hæ causæ sunt, rationes, quæ opponuntur ad hoc, vt opus non efficiatur. scil. extollentia propriæ dignitatis, &c. & hunc esse sensum probat quod addit Tygur. *nec te per superbiam pudeat ipsius tempore difficili.* vocat tempus difficile tempus angustiæ, & miseriæ, id est, tempus egestatis, & inopiæ cum quis laborare, & lucrari panem verecundatur. sensum quem reddit his verbis Vatab. non esse proprium censeo, nisi velis intelligere *fraudulenter agere opus*, esse idem ac non agere; vt conuenit præ pudore, & superbia. Drusius in prima parte eodem modo transtulit ac vulgatus, nam *artem* in notis vertit *sapientiam*, id est, *ne ostenta sapientiam faciendo opus tuum.* At LXX. prius apponunt verbum *cunctari*, & postea *extollere.* Sed eundem sensum efficiunt. id est, noli laborem tuum procrastinare proponendo excusationes, quæ perficere impediant. & in tempote angustiæ noli extollere te, id est, ostentare nobilitatem, vt præ superbia fame crucieris. & pereas.

Ob superbiã non desinas laborare.

Rursus in originali est. μὴ σοφίζου ποιῶν τὸ ἔργον σου. vbi additur *tuum*, quod deest in vulgato. & in Aldo. & Basiliensi sed verbum σοφίζομαι, pro quo vertitur: *ne ostenta sapientiam*, vel *noli videri sapiens*, & vulgatus: *noli extollere te*, significat fallo, impono sermone, sapienter loquor, captiose ago, deterreo, demonstro, doceor ab alio, & deriuatur à verbo σοφία, quod est sapientia, & sumitur aliquando pro actu, & calliditate, quam significationem verbum deriuatum accipere solet. quare Vatab. transtulit, *ne fraudulenter opus tuum agas*, vt sit, in agendo opere tuo ne sapientiam ostentes, cum non sis sapiens; fallis enim & captiose agis cum sic simulas sapientiam, quam non habes, & ostendis sapienter loqui extollendo te, cum nec sapientiam, nec alium honorem habeas. Hinc est, quod Tygur. reddit: *ne causas nectas*, &c. quod est captiose agere. significatur enim neminem causas, rationesque nectere debere, quibus cum operandum est, suam ignauiam, ac verecundiam ambitiose excuset, & occultet, nec tunc prætextu honoris aut nobilitatis detrectandum esse laborem.

In Secundo hemistichio originalia ponunt verbũ δοξάζω, quod est opinor, existimo, sentio de me magnifice, & alia id genus. quare fere omnes transtulere: *& ne extollas te tempore angustiæ.* sic complut. LXX. Vatab. *ne affectes gloriam* Drus. *ne te efferto*, aut gloriosus *esto.* quod significatum non accepit vulgatus cum legerit, & *noli cunctari* id est. procrastinare, differre, & pigrescere. forte quia vt diximus, permutauit verba, & prius verbum legit in posteriori parte, & posterius in priori significat autem quod in sensu diximus.

Illustratio prima.

NOli extollere te in faciendo opere tuo. Prohibet (inquit Raba.) ne quis pro bona operatione sua se iactet, quia omnis arrogantia abominatio est apud Deum & ne quis in aduersitatibus à bono opere cesset quia tribulatio patientiam operatur, &c. Palacius explicat sicut & nos in sensu. Noli ita te extollere, vt deseras opus tuum, quamuis sit vile. q. d. ne ita superbia efferaris, vt detrectes laborem, & dicas, vile opus est, non mihi conuenit illud agere cum nobilis, & honoratus sim, &c. verum enim est quod Eliphaz apud Iobum cap. 5. v. 7. dixit, vt superbiam, & arrogantiam hominum reprimeret, qui censent natos esse ad degendam voluptuariam vitam, & non ad labores. *Homo nascitur ad laborem.* cum enim homo in gratia creatus est, haudquaquam labori, & defatigationi addictus erat; sed post lapsum ad laborem damnatus est, cum

196. *Noli extollere vt deseras opus tuum.* — Palacius — Iob. 5. v. 7.

Homo nascitur ad laborē. Gen.3.v.19.

latam sententiam audiuit : *in sudore vultus tui vesceris pane tuo*. Gen. 3.v.19. Jatque respiciens philosopus ad miserum peccati statum iure affirmauit hominem nasci ad laborem. Sed obliuiscens quæ retro sunt, scilicet peccata per quæ laborandi sententia lata à Deo est, extollit se, & de se magnifice sentit, existimans posse se tranquillam vitam degere, Quos voluptuarios diuites perstringit psaltes, qui labori & honestati quasi homines non essent, nefarium bellum indixere. Psal.72. v. 5. *in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur*. illud *hominum* est, *è nos* miseri, calamitosi, id est, dedignantur laborare, sicut laborant calamitosi homines, quasi non essent cum illis eiusdem naturæ consortes *extollunt* enim se *in faciendo opere*, id est, superbia efferuntur, existimantes sibi opprobrium, & infamiam esse opus agere, & laborare, sicut homines miseri, & calamitosi laborant. *ideo tenuit eos superbia, & operti sunt iniquitate*. D.Hieronym. *ideo nutriti sunt ad superbiā*. suorum parentum obliuiscūtur, & ideo nutriuntur impiguati, & incrasati, & insolentes fiunt alij legunt: *superbia eorum ligauit eos*, id est, velut torques, ornauit, sed non torques, sed catena, quæ illos tenet vinctos, & æternis cruciatibus præparatos, in collo rigido, in pectore prominenti, & tumenti relucet velut torques superbia, & operti sunt *iniquitate*, id est induti veste talari, ex iniurijs, & iniquitatibus tota contexta circumquaque vestiti. Inde sequitur quod subiicit propheta. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum? transierunt in affectum cordis subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam*. ipsi extulerunt se dedignantes facere opus laboriosum, quo sustentarentur, quia diuitijs repleti fuerant: at postea defecerunt consumptis opibus, & in tempore angustiæ fame confecti sunt, & perierunt. Quia cum homines nati essent ad laborem, laborem detrectarunt efferentes se, & in tempore angustiæ & miseriæ pigrescere cœperunt, afferentes causas, quibus se excusarent, affirmantes sibi labori incumbere non conuenire. exempla autem innumera sunt, quæ probent, viros nobilissimos non dedignatos esse laborare, vt opus suum facerent, &c. laborant autem in acquirenda gloria, quæ breui consumitur dixit enim D.Greg. lib. 6. moral. cap. 7. explicans id. *Homo nascitur ad laborem. Grauis quippe labor est, hanc ipsam præsentis vitæ gloriam quærere, quæsitam quandoque percipere & perceptam cum omni circunspectione custodire. Grauis labor est, hoc cū magna fatigatione apprehendere, quod is, qui apprehendit, nouerit diu stare non posse*, &c.

Psal.72.v.5. *Miseri calamitosi dedignantur laborare.*

Ex superbia prodijt iniquitas. Psal 72.v.7

D.Gregor. *Superbi laborant in acquirenda gloria quæ breui consumitur.*

Illustratio secunda.

197. NJcolaus de Lyra aliter nostram sententiam explicat : *noli*, &c. *quia quidquid ibi est boni totum est à Deo*. q. d. quid in opere tuo quodcumque sit siue corporale, siue spiritale bonum, gloriaris & iactaris, quasi opus tuum, cum certum sit à Deo prouenire itaque docet, nullo modo vendicandam gloriam, ex bono opere, quod agitur. Hoc optime probat id Pauli. 2. Cor. 3.v.5. *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*. Tò *aliquid* ad bonum refertur, aliquid boni nemo potest facere, quod expectet, & ordinetur ad gratiam, meritum, & salutem æternam sine sufficientia gratiæ. quod si ex se nemo potest cogitare tale aliquid, ergo multo minus operari.

Non gloriandum in faciendo opere, quia totum est à Deo. Lyra

2.Cor.3.v.5

Ita concilium Arausic. can. 7. & D. August. de prædest. Sanct. cap.2. vbi docet, & probant scholastici, voluntatem credendi, & omnis fidei salutisque initium, ac desiderium non esse ex libero arbitrio, sed ex gratia præueniente. ex hoc loco moraliter discimus in omni opere bono agnoscere infirmitatem nostram, omnemque illius bonitatem, & dignitatem tribuere gratiæ Christi: ita D. Greg. lib. 22. Mor. cap. 19. *Nemo* (inquit) *se alicuius virtutis æstimet etiam cum quid fortiter potest: quia si diuina protectio deserat, ibi repente eneruiter obruetur, vbi se valenter stare gloriatur*.

Nemo potest cogitare nisi que operari aliquid sine sufficientia gratiæ. Concil. Arausi. D.August. D.Gregor.

Ergo si totum, quod boni efficitur à Deo est, quia gratia, & fauore diuino perficitur gloriam boni operis non sibi debet homo asciscere, sed Deo tribuere tamquam totius boni auctori. Sic illi dixerunt Philisthæis, qui statuerant arcam Dei Israelitis mittere. 1. reg. 6. v. 5. *& dabitis Deo Israel gloriam*. Vbi. D.Greg. optimè dixit: *Deo gloriam dare, est de studio boni operis, & de æstimatione humilitatis in semetipso inaniter non gloriari : Sed Dei omnipotentis laudibus, omne quod agitur impendere*, id est, gloriam, quæ ex opere bono procedit debet homo Deo tribuere, qui dixit. *Gloriam meam alteri non dabo*. Jsa. 42. v. 8. tanti enim Deus facit gloriam ex omnibus operibus bonis procedentem, vt nulli eam dare statuat. Sed quare sibi soli Deus hanc gloriam assumere, & arrogare voluit? nonne ipsemet Deus tribuitur homini se quærenti? si maior est ipse Deus, quam gloria ex opere procedens, cur se exhibuit sui ipsius munificum & liberalem, & istius gloriæ strictum & parcum? Respondeo, hanc gloriam, & honorem signum esse suæ Deitatis, per quam homo agnoscit Deum auctorem esse totius boni, & superiorem omnium creaturarum, quare cum Deus *alteri non dat*, ostendit, nec velle, nec posse creaturam efficere Deum, cum ipse sit solus Deus, nec auctorem totius boni, quod absurdum iudicatur. Hinc est, illum posse vocari furem qui sibi arrogat gloriam operis boni, & vt furem debere mulctari. Deus enim gloriæ suæ vigilantissimus Zelator est, eam quasi sponsam sibi adiunctam habet; & licet se ipsum, & alia bona hominibus tradere assueuerit, sed non gloriam, quia sibi soli despondit. Quemadmodum Iosepho Patriarchæ tradidit Dominus suus omnia bona domus suæ, & solam excepit vxorem, quam viri gloriam vocat Paulus. 1. Corint. 11. v. 7. *Mulier autem gloria viri est*. quare vxorem Putiphar soli sibi assumpsit, & de omnibus alijs se exhibuit liberalem, & munificum erga Ioseph Respondet. D.Bernard. serm. 13. in Cant. *Mulierem nouerat gloriam esse viri, & iniquum sibi iudicauit vice contraria inglorium facere eum, qui se fecerat gloriosum. Aduertit homo Dei sapientia prudens, virum vxorem fortiter tamquam propriam, Zelare gloriam, sibique ipsi retinuisse seruandam, non alij credidisse, & manum ad non concessum extendere, non præsumsit*. Ex quo sanctus hanc intulit cōclusionem *quid ergo homo Zelat gloriam suam, & Deum audet velle fraudare de sua quasi non Zelantem? sed audi quid dicat: Gloriam, inquit, meam aleri non dabo. Quid ergo dabis nobis Domine, quid dabis nobis? Pacem, inquit do vobis, pacem relinquo vobis. sufficit mihi. Gratanter suscipio quod relinquis, & relinquo quod retines. sic placet, sic meæ interesse non dubito Abiuro gloriam prorsus, ne forte si vsurpauero non concessum, perdam merito, & oblatum. Pacem volo, pacem desidero, & nihil amplius.*

Cui

Totum quod boni efficitur à Deo est. 1.Reg.6.v.5 *Deo gloriam dare quid.* D. Gregor. Isa.42.v.8.

198. *Quare gloriam suam Deus alteri non dat.*

Deus non vult nec potest creaturā facere Deum quia ipse solus est Deus.

Vxor gloria viri. 1.Cor.11.v.7

Ioseph solam vxorem Putifar excepit, quæ sibi data non esset, & quare.

Homo abiurare debet gloriam quæ sibi non debetur.

Cui non sufficit pax, non sufficis tu. Tu es pax nostra, &c. Itaque Ecclesiasticus iuxta explicationem Lyræ, præcipit homini non arrogare sibi gloriam ex opere bono, quod fecerit, sed illam Deo cuius est restituat. Sed hæc interpretatio non litteralis, sed moralis est,

Lyra

Illustratio tertia.

199. DIonys. Cartus. etiam moraliter sic exponit, id est, cum arrogantia, iactantia, præsumptione nihil agas, cum scriptum sit: *seruite Domino in timore*. & sanctus Iob fateatur: *verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti*. opera quippe nostra tantæ sunt imperfectionis coram Deo, quod non superbe, sed reuerenter cum timore, & humilitate oportet facere, ac potissime ex consideratione maiestatis incircūscriptibilis Dei, & quidquid virtuositatis, & meriti est in eis donū est creatoris, & attribuendum est ei. *Quid ergo gloriaris*, & tumes *quasi nō acceperis*. Hęc ille. Nihil communius in Sacra pagina, quam doceri, nihil faciendū propter arrogantiam, & gloriam vanam, cum hæc sit tinea, quæ meritum bonorum operum corrodit, & perdit. Sub nomine Eleemosinæ Christus Dominus Matth. 6. v. 2. præcipit gloriam vanam, vel arrogantiam fugere, ne comedatur opus quodcumque bonum ab ea, id est, ne diripiatur ab hostibus, qui illud inuadunt. *Cum ergo facis eleemosinam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dicò vobis receperunt mercedem suam*. super quæ D. Petrus Chrysol. serm. 9. inquit : *Audistis quemadmodum notat eleemosynam in conuentu, in triuijs, non impensam ad leuamen pauperum, sed hominum propositam ad fauorem, vt probentur misericordiam vendere, non donare, Fugienda est hypocrisis, quæ captiua gloriæ verecundiam pauperum non reuelat, sed fatigat : quæ de gemitu inopis pompam suæ gloriationis inquirit, quæ suam laudem dilatat pauperis ex dolore, quæ de miseria petentis famam suæ ostentationis expandit*, &c. *Ergo homo daturus Deo, da secreto, vt quod dederis, non sit oneris, sed honoris. Ob hoc ad te venit tuus ditator in paupere, vt eū non dubites accepta reddere, qui tibi gratis dedit habere quod dares*. Ratio quare, non tuba canenda in faciendo bono opere, est, quia honor, qui quęritur à faciente illud, perditur : gloria enim vana comedit talem honorem, vt meritum boni operis amittatur & talis eleemosyna (inquit Sanctus) *ostentationis est nundinatio, non commercium charitatis, Eleemosynam, quisquis ostentat, insultat*. qui talia agunt, *receperunt mercedem suam*.

Dionys. *Nihil agendū cum arrogātia & præsumptione.* Psal 2.v.11. Iob.9.v.28.

Arrogantia tinea est quæ comedit meritum bonorū operum. Matth.6. v.2.

Eleemosina nō facienda cum arrogantia. D.Chrysol.

Tuba non canenda in faciendo bono opere.

200. Ergo dixit Salomon Prou. 6. v. 6. *vade ad apem, & disce quomodo operaria est, operationem quoque quam venerabilem facit*. D. Basil. *quomodo sapiens operatrix est*. alij *argumentosa*. Docet enim apis hominem, quomodo debeat labori incumbere, & opera bona facere. Sed quid est operationem apum venerabilem esse? verum est significare, secretam, & veneratione dignam operationem suam apes facere, vt nemo curiose scrutetur laborem earum, inducto enim bitumine aluei latera vndequaque oblinunt, vt opus suum condant. Sed ad intentum fuit, q. d. vide quam secreto opus moliantur suum, & inde disce opera tua minime ostentare, nam quo secretiora, eo venerabiliora erunt. & licet susurrent apes, & videantur tuba canere, vt suam operationem ostentent : non ita est, vt velint opus suum ob superbiam diuulgare, sed vt se inuicem ad laborandum excitent. sic dixit Plinius lib.11. cap. 10. *interdiu ad portas more castrorum noctu quies in matutinum, donec vna excitet omnes gemino aut triplici bombo, aut buccino aliquo*. Bombilant inquam, vt se excitent, & dixit Auctor carminis de Philomela.

Prou.6 v.6. D.Basil.

Apis docet hominem quomodo debeat opera bona facere.

Apis licet susurret, non ostentat operationem suam.

Plinius

Bombilat ore legens munera mellis apis.

Ergo hac communi bombilatione, & murmure non diuulgant opus suum, sed potius conseruant illud, & declaratur in eo quod more castrorum aluearia sua custodiant, & opus conditum aculeis defendant, ferientes illos, qui alueos fauis spoliare, & mellis vindimiam facere contendunt, qua propugnatione nos docent opera nostra bona non diuulgare, vt vana ostentatio illa diripiat, sed potius ea agere, vt Deo, cui soli gloria debetur, quisque placeat, id est, in abscondito, & illa in sinu recondere. dixit enim Tibulus lib. 4.

Bombilatione apis non diuulgat opus suum.

Tibulus

Nil opus inuidia est, procul absit gloria vulgi,
Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.

Tandem modum fructuose operandi tradit Christus Dominus cum Matth. 5. v. 16. inquit *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est*. Lege D.Chrys tom.2. hom. 15. in Matth. & 1.Pet.2.v.12.

Matth.5. v.16.

Illustratio quarta.

ET *noli cunctari in tempore angustiæ*. id est, & cū tibi angusta est res familiaris, noli cunctari, 201.
morari aut differre opus tuum, vt Palacius explicat, sed melius Iansenius quem in sensu sequuti sumus. Lyra moraliter explicat, dicens & noli piger esse in tempore angustiæ, tunc enim magis instandum est operationi bonæ. Lyram imitatur Dionys. id est, non tardes agere bene, & dominū inuocare in tempore angustiæ. quādo plus indiges ope, & consolatione Spiritus sancti. Hoc probatur ex eo Jsai. 26. v. 16. *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis*. vide hunc locum explicatum supra cap. 3. num. 31. & cap. 4. num. 88. & inde Addo, alios vertisse sicut Montanus & Regia. *Domine in angustia visitauerunt te effuderunt orationem (mussitationem) quando fuit correctio tua eis*. sunt homines ita ingrati Deo, & eius beneficiorum immemores, vt aliquando operationem non efficiant, ipsa beneficia in eis, sed obliuiscantur benefactoris eorum, & vt ad Deum confugiant, necesse est vt tribulationibus & angustijs afficiantur: tunc enim cum anguntur Deum visitant, vt ab eis liberentur. quemadmodum enim sunt aliqua simulacra Sanctorum quæ per totum anni circulum relicta iacent in suis aris, cum vix eorum aliquis recordetur, nec effundat preces, & orationes in honorem talium sanctorum. Jgitur Deus immittit alicui tribulationem aliquam, vel angustiam, qua animus eius angatur. vix dum autem cruciatur, cum ad aram sancti huius confugit, & visitat, & orat, tot votis se adstringendo vt difficulter ea possit implere. quæ ergo causa fuit, quæ hunc hominem huius deuotionis memorem fecerit, nisi tribulatio, & angustia? quare ait Isaias: *Domine in angustia visitauerunt te, & effuderunt orationem*, &c. & LXX. vertunt: *In tribulationibus recordatus sum*.

Cum res familiaris angusta est, non differendum opus. Palacius Lyra Iansenius Dionys. *In angustia requirendus Deus.* Isa.26.v.16.

Sancti visitantur cum afflictio animum premit.

Confugiunt ergo ad Deum iusti afflictionibus

bus

bus exagitati. quia videtur in tribulationibus iustorum dormire. Gen.15.v.11. dicitur: *Descenderuntque volucres super cadauera, & abigebat eos Abraham. Cumque Sol occumberet sopor irruit super Abraham*, &c. dormiuit, sed secundum aliquos in entasim raptus est. Hic sopor est, qui Deo tribuitur in Sacris litteris, cum fidelibus iustis calamitates non tollit, sed potius patitur eas sæuire. Tunc enim videtur Deus dormire. sic Hebræi cum opprimerentur ab Ægyptis, illi ingemiscebant, hi lætabantur, & videbatur Deus negligens esse, cum nec in Ægyptios animaduerteret, ne Hebræis subueniret. similiter Dauid describens Psal.43.v.22. persecutiones, quibus Ecclesia afflitabatur. aiebat: *æstimati sumus sicut ouis occisionis, exurge, quare obdormis domine; exurge*, &c. vbi D. Hieron. *Dixeras Domine quod missurus non esses tamquam oues, in medio cuporum. Nunc autem quia ab his tentationibus elongatus es, & tamquam si in naui dormiens, non nos à tempestate defendis, excitamus te confessione supplici deprecantes: exurge*, &c. Eusebius emiss. hom.5. *Non dormit*, inquit, *Dominus sed prælium intuetur, & certaminis simul finem, & bellantium fidem expectat; & quia non statim laborantibus subuenit, dormire putatur. Sed si consideremus eius certaminis qualitatem, eiusque victoriæ modum, tunc victores existunt, quando ab iniquis victi esse creduntur. Tunc enim sancti indubitanter vincunt, quando, humilitatem, & patientiam non amittunt.*

Confugiunt iusti ad Deũ in tribulationibus, quia videtur illis dormire.

Psal.43. v.22.

Descriptio tribulationum quibus Ecclesiæ affligenda erat.

D. Hieron.

Eusebius.

202\. Sed quare angustia, & tribulatio hunc effectum confugiendi ad Deum causat, & facit vt homo Dei recordetur? Respondeo hominem aliquando vitijs, & voluptatum illecebris irretitum assimilari iumentis insipientibus, hæ enim illecebrę istam homini afferunt animi stupiditatem, & amentiam, vt rerum diuinarum memoriam deponat, & eas obliuione obruat homo, qui in hoc deliciarum pro fundo se ingurgitauit. Ergo sicut iumentum insipiens, qui cunctanter graditur, indiget stimulo, vt celeritatem adhibeat: quo stimulatus festinat per viam, quo ducitur. Sic homo qui beneficia Dei ex memoria deposuit, & eorum oblitus per viam saluris pedetressim incedit, stimulo angustiæ, & tribulationis indiget, vt ad Deum confugiat, & eius voluntatem ex animo exequatur. Sicut enim boum doctrina est stimulus: sic homo insipiens non aliter discit, nisi stimulis tribulationum cõpunctus. Hoc confirmauit D. Hieronym. hunc explicans locum, dicens. *Quia indulgens sæpe contemptus es, nec glorificatus, sed è contrario omnes à tua scientia recesserunt, propterea domine percute eos, vt in angustia te requirant, & in tribulatione murmuris doctrina tua sit eis, quando tantum eis malorum pondus incumbet, vt ne clamare quidem audeant confidenter, sed dolorem suum silentio deuorent.* Probat hanc doctrinam ex eo Psal.17.v.7. *In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit*, &c. & Psal.119.v.1. *Ad dominum cum tribulaui clamauit, & exaudiuit me.*

Quare afflictio affert homini recordationem Dei.

Homo angustiatus ad Deum confugit.

D. Hieron.

Psal.17.v.7

Psal.119.v.1

203\. Porro S. Jacobus ep. sua cap.5.v.13. hoc monitum præbet in huius doctrinæ confirmationem: *Tristatur aliquis vestrum? oret.* Græca vox κακοπαθεῖ, id est, affligitur, aut tentatur? remedium est contra talem tristitiam oratio. Quod Christus ipse suo exemplo docuit; nam tristis & *factus in agonia prolixus orabat*, Luc.22.v.43. & discipulis iussit, vt orarent, & vigilarent, ne à tristitia absorberentur, quod erat incidere in tentationem Matt.26.v.41. & ita in tempore tribulationis admonemur confugiendum esse ad preces, & orationem. Sed quod remedium est oratio ad vincendam tristitiam vel angustiam, vt præcipiat Apostolus in tempore angustiæ vel tribulationis orare? numquid in oratione inuenitur, lætitia, vel leuamen ad resistendum tristitiæ, & tribulationi? Respondeo cum oratio sit eleuatio mentis in Deum, certum est illum; qui orationi incumbit licet tristitia, & angustia affligetur, lætitiam, & exultationem inuenire; secundum id Psal.125.v.5. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* Cum enim Deus tristes exhilarare vult, ad alia prata amœniora, ac lætiora non reduxit, quam ad locum orationis: Confirmatur hoc ex Isa.cap.56.v.6.7. *Filios aduenæ qui adhærent domino, vt colant eum, ad ducam in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ.* vocat filios aduenæ populum gentilicum. significatque hic Deus lætitiam & delicias Christianorum fore in domo orationis in qua colloquuntur cum Deo, ideoque domum suam, domum futuram orationis asseuerat. Ergo sicut Deus promittit gentilibus exultationem orationis, sic cum quis tristatur, & angitur, lætificatur à Deo in oratione, quia oratio hunc præstat effectum, vt illos qui tristitia affli̇ctantur consolétur, & eos, qui tribulationibus, & angustijs agitantur exaudiat, vt liberet, &c.

Si aliquis tristatur & affligetur oret: Iac 3.v.13.

Luc.22. v.43.

Quare oratio est remediũ ad vincendam tristitiam.

Psal.125. v.5.

Oratio prato amœnum & lætum.

Isai.c.56. v.6.

Nihil igitur exploratius in Sacra pagina, quam orare in tempore tribulationis, & angustiæ. Vide Susannam, Jonam, Danielem, Manassem, Ezechiam, & alios quam plurimos, qui cum in tribulationes inciderent, statim ad Deum confugientes orauerunt, vt Deus eos erueret de tribulationibus, & tandem pende id Matth.8. v.25. *cum discipuli Domini in angustia constituti, videntes nauiculam fluctibus operiri, & ipsos in maximo versari periculo, accesserunt ad Christum, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine salua nos, perimus.* quod explicans Glossa Ordin. inquit. *Primum est, Iesus in tribulationibus orationibus excitandus, vt post increpationem surgens, imperet ventis, & mari, & sit tranquillitas magna.* His omnibus probatur explicatio Dionysij, qui explicans locum Iacobi, inquit: Hoc dicitur contra eos, qui in aduersitatibus atque in angustijs constituti sedent, mœrore, tædioque grauati, & phantasticis imaginationibus occupati, non confugientes ad dominum, nec dominicæ passionis acerbitatem sollicite intuentes, nec aduertentes illud, quod scriptum est. 2.Paral.20.v.12. *Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros derigamus ad te.* Vide etiam. 2.Paral.20.v.9.

Orandum in tempore tribulationis angustiæ.

Matt.8. v.25.

Glossa. *Christus in tribulatione oratione est excitandus.*

Dionys.

2.Paral.20. v.12.

VERS. XXX.

Melior est, qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane.

Sensus

Sensus.

204\. Melior est, *qui operatur*, &c. q.d. irrideo sane eorum stultitiam, qui in egestate constituti, laborare refugiunt, quo inopiæ suæ prospicere possint tamquam suæ nomine indignum cum certum sit, illum esse præferendum & magis laudandum, qui labori incumbere non subterfugiens omnibus rebus abundat: & illum vituperandum, qui de honore suo, & nobilitate se iactando, à labore vacat, ex quo ipsi ingens inopia procedit, &c.

Notæ.

LXX omittunt *Tò & abundat*, & in cæteris exemplaribus abest, sed vulgatus ex complutensibus hanc partem legit, & haud dubium addenda erat, quia sententia id postulare videtur, & quia in antithesi est, *& eget pane.* præterquam quod reperitur scripta in notis ad editionem Romanam.

Quam qui gloriatur, quod legit Drus. *quam gloriosus ambulans*, & affirmat in tribus libris fuisse: ἢ περιπατῶν ἢ δοξαζόμενος, sed melius est in complutensibus: ἢ ὁ δοξαζόμενος. nam verbum δοξάζω, vt superius diximus, quod est opinor, existimo, sentio de me magnifice, est à nomine δόξα, quod est maiestas, splendor, gloria, existimatio, opinio celebris. inde sequitur verbum *gloriandi*, quo vulgatus vtitur significare iactari, & sentire de se magnifice, & cætera huiusmodi. Drusius apposuit verbum περιπατῶν, *quam gloriosus ambulans.* à verbo περιπατέω, quod est deambulo. q.d. melior est qui operatur, & abundat, quam qui gloriosus ambulans indiget pane. Tandem vbi dixit *indigens pane*, est, καὶ ἀπορῶν ἄρτου, alibi est, ἄρτων. verbum enim ἀπορέω est, incertus sum, hæreo consilij inops; ac perplexus sum, deficio, ad summam angustiam redigor, indigeo. Ideo qui se iactans non laborat indiget victu, quia consilij inops deficit, & ad summam angustiam redigitur.

Illustratio.

205\. Melior est, *qui operatur, & abundat in omnibus.* Reddit hic rationem Ecclesiasticus præteritæ sent. nam in originali additur *enim.* Melior enim est, qui habet ex opere (explicat Palacius) licet abiecto, quam qui superbit, & eget. Natus homo ad laborem est, ne fugiat congenitum laborem. Beati sunt, qui labores manuum suarum manducabuunt, non qui desident ociosi Hæc doctrina potest comprobari ex eo Prou.12.v.9. *Melior est pauper, & sufficiens sibi, quam gloriosus, & indigens pane.* ex qua sententia. videtur Ecclesiasticum propriam mutuatam esse. in his sententijs generosos ac nobiles vterque sapiens stimulat, ac pungit, ne otio ac desidia soluti in egestatem se vnquam deuenire patiantur. Nam hi, qui paupertate premuntur, quantumlibet illustres sint, & maiorum suorũ gloria splendeant, vulgo despiciuntur, & nihili habentur. contra vero degeneres quidam & illiberales homines, si forte diuitias, & copias industria, atque labore suo pepererunt à cunctis obseruantur, coluntur, suspiciuntur. Ergo fuit q. d. Salomon, secundum nostri Salazar explicationem, is qui sua industria ex paupere, & vili diues euasit, & sufficientes seu opportunas sibi copias nactus est, *melior est*, id est, vulgo pluris habetur, & obseruantius colitur, quam gloriosus & ingenuus, si tamen indigus sit.

Melior est qui habet ex opere, quam qui superbit & eget.

Prou.12.v.9

Pauperes licet nobiles à vulgo despiciuntur.

Ergo inquit Ecclesiasticus, nihili reputatur nobilitas, & ingenuitas si qui eam habet indiget pane, quo necessitati suæ satisfaciat. & *pluris est*, vt legit Tygurina, *qui operatur, & abundat*, diuitijs, quibus hanc miseram, & acerbam vitam Lætanti animo transigat. cum Salomon Eccles.2. v.24. dixisset. *cuncti dies doloribus, & ærumnis pleni sunt.* subijcit. *Nonne melius est comedere & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu Dei est.* Quod commentãs D. Hierony. *Tunc* (inquit) *mihi visum est hoc in rebus esse iustissimum & quasi Dei donum, vt suo quis labore frueretur, bibens, & comedens, & pro tempore parcens opibus congregatis; siquidem munus Dei est talem viro iusto dari mentem, vt ea, quæ curis vigilijs que quæsiuit ipse consumat.* & quod ita Ecclesiastes.cap.5.v.7. *Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia, ex labore suo, quo laborauit ipse sub solo numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus, & hæc est pars illius.*

Nihil reputatur nobilitas si qui eã habet indiget pane.

Eccles.2. v.24.

D. Hierony

Donum Dei est vtque quis labore quæsiuit ipse consumat.

Eccles.5. v.7.

Si hæc vera sunt, quid prodest homini, nobilitas, & ingenuitas, si eget pane, quo sustentetur? nulla interest, quod glorietur & Iactetur, se nobilem esse, si præ nimio otio, & vt nos dicimus, *estando se mano sobre mano.* Frustrum panis nõ adipiscatur, quo suæ necessitati satisfaciat, & non conficiatur fame. quare ille præferendus est, & magis laudandus, qui labori incumbit, vt suæ inopiæ subueniat. Huic enim Deus porrigit manum; & facit abundare diuitijs, quibus vitam læte transigat. alium vero, qui de suo honore & nobilitate iactatur, & otiose viuit de manu sua Deus abijcit, sicque in summam redigitur paupertatem, ita vt per inediam ad vitæ exitum perueniat. Quod summa stultitia est, vt igitur eam homo fugiat, hoc monitum prębet omnibus Ecclesiasticus.

Quid prodest homini nobilitas si egeat pane.

VERS. XXXI.

Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum.

Sensus.

206\. Fili, &c. q. d. Insuper suadeo sibi, ò fili, quod si ad tempus tribulationis, & angustiæ contigerit te peruenire, noli id iniquo animo ferre, sed per animi lenitatem, honora animam tuam, & conserua eam labori pro eà incumbendo, & industria tua, manuumque labore necessaria ei suppeditando, & prouidendo, vt in hac vita corporis societate læte fruatur. & hoc modo illi honorem præbe, quem eius dignitas meretur, nec permittas eam ad vitæ exitum per inediam peruenire. quod plane est eius dignitate indignum, &c.

NOTÆ

Notæ.

VVlgatus solum legit, *in mansuetudine* πραυτητι. Sed in originalibus additur σου, *tua*. forte non erat necessarium. verbum πραοτης, mansuetudinem, & clementiam significat, Rursus *pro serua* in originali est verbum sæpius repetitum δοξασον, quod verbum δοξάζω glorificare, & gloriosa celebratione colere, & magnifice de se sentire, & honorare significat. vulgatus transtulit *serua* non assequor qua ratione sic legerit, forte inuenit ζωσον à verbo σωζω, quod est saluo, seruo, tueor. nam qui alit animam, illam saluat, seruat tuetur. sed quia in, originalibus, quæ legi est verbum *doxato*, quod est honorare, & glorificari, haud dubium *seruare* transtulit in ea significatione, qua dicimus, illud suam animam honorare, qui eam seruat alimento. Nam in Scriptura idem est honorare, & sustentare, vt iam probabimus.

Illustratio prima.

207. FIli in mansuetudive serua animam tuam. Rabanus explicat: Jn mansuetudinem anima seruat qui per humilitatem opera exercet pietatis, & dat illi honorem secundum meritum suum. Qui se spe futuræ mercedis pro studio consolatur iusti laboris. Videtur, inquit Iansenius hac sententia Ecclesiasticum voluisse eos, qui inopia aguntur, ad laborem patienti animo subeundum prouocare: quia qui hoc facere recusant, iniuriam suæ animæ inferunt, eique debitum honorem denegant, dum ei necessaria suæ sustentationi per pigritiam, & superbiam subtrahunt, & fame, atque mærore confici sinunt. ipsa enim natura docet victum ad sustentationem vitæ quærere. Prou. 16. vers. 26. dixit Salomon: *Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum.* Iuxta interpretationem Lyræ. Homo laborat, & desudat: ita enim opus habet, quia os eius cibum assiduo consumit, ad quem parandum labor assiduus necessarius est. Pagnin. *quia incuruauit se ei os suum.* Rodulphus quia os supplex sese inclinat, & incuruat homini postulans cibum sibi, tunc cum ventriculus cibo iam excocto subsidet vel aliter, quia os superiorem hominis partem obtinet in capite, velut in arce positum, atque inde reliqua membra cogit sibi vt inseruiant, vt Eccles. 6. v. 7. dicitur: *Omnis labor hominis in ore eius.* Pende, *quia compulit eum os suum.* Humidum enim, quod vocant radicale ita alimenta consumit, vt compellat ipsum hominem ad quærendam escam, qua illud sustineat, & fames talis est conditionis, vt cogat hominem, quem illa cruciat, victum quærere violenter. vt optime dixit Salomon, furem aliquo modo excusans Prou. c. 6. v. 30. *Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam.* id est, ventrem. q.d. si causa propter quam quis furatur. consideretur, scilicet, vt à fame quæ acrius stimulat, liberetur, aliquam habet excusationem, non multum grauis culpa est, cum grauius sit adulterium. q.d. Ita accidit plerumque vt furta suadeat fames, atque inopia. quæ licet non omnino compellat, tamen inuitat acrius, atque adeo aliqualem suo crimine excusationem surprætendere potest. Quia hæc vera sunt monet Ecclesiasticus, *seruare animam in mansuetudine,* id est, sustentare illam ne conficiatur fame.

Iansenius

Qui recusat laborare iniuriam infert animæ suæ.

Prou. 16. v. 26.

Lyra

Rodolphus

Omnis labor hominis in ore eius. Eccles. 6. v. 7

Prou. 6. v. 30

Excusatur qui ad sustentandam vitam furatur.

Hoc potest apprime probari ex eo Prou. 11. v. 17. *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Caldeus *Retribuit bonum animæ suæ vir benignus, aut mansuetus,* id est, qui liberalis, atque beneficus est, nequaquam in semetipsum parcus existit, non defraudat se bonis suis, sed effundit atque expendit non solum in alios, sed præcipue in vsus proprios, *Misericordem* vocat *mansuetum* vel *benignum,* qui erga alios mansuetus & benignus est, erga se etiam eadem mansuetudine, & benignitate benefaciens est benefacit enim animæ suæ, id est, vitæ suæ, illam alimentis sustentando, & reficiendo, ne fame conficiatur. quare homo ferre debet patienter inopiam, & seruare vitam suam necessarijs alimentis, &c.

Vir misericors benefacit animæ suæ. Prou. 11. v. 17.

208. Quia verbum *seruare* in originali est, δοξαζω quod est glorificare vel honorare, non prætereunda lectio originalis: *Fili, in mansuetudine tua honora,* vel *glorifica animam tuam,* id est, siue impatientia, & desperatione, sed potius cum clemẽtia, & mansuetudine ferens inopiam, qua affligeris *honora animam tuam,* hoc est, honore alimentorum vitam tuam affice. Honor enim vel honorare in sacra Pagina alimentum & sustentationem significat. Præcipuum testimoniũ est ex exo. 20. v. 12. & Deut. 5. v. 16. *Honora Patrem tuum & matrem.* Hic honor debitus parentibus tria continet. 1. amorem, amando illos. 2. reuerentiam internam & externam exhibendo. 3. obediendo. 4. iuuando & subueniendo. vide quæ diximus superius cap. 3. num. 18. ex D. Bernar. serm. 4. super Salue Regina. Rursus. 1. Timot. 5. v. 17. dicitur: *Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur.* Vbi D. Ansel. *vt in præsenti accipiant honorem stipendiorum à subditis suis & in futuro à Deo honorem gloriæ perennis.* & vers. 3. *viduas honora,* id est, honorem eis defer, & eas sustenta. Tandem Matth. 15 v. 6. cum Christus Dominus reprehendit eos, qui discipulos accusarunt coram eo, ait: *& quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram.* hæc transgressio erat consulendo filijs, vt non subuenirent parentibus egentibus, sed victum, quo illos alere debebant, Sacerdotibus præberent. Sic notat D. Hieron. tom. 9. ad hunc locum probans nomine honoris alimentum significari, & addit. *Præceperat Dominus vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum considerans, vt filij honorarent etiam in vita necessarijs mimistrandis parentes suos.* Ergo cum honorate, vel glorificare, quod idem est, sit alimenta suppeditare, cum ait Sirach: *honora animam tuam, est.* q.d. vitam honore alimentorum affice, ne tibi ipsi crudelis sis, sed benignus, & clemens victum quærendo, industria & labore tuo nam cum dictum sit primo parenti, qui nobilitate, & excellentia præcedat omnes filios posteros. *In sudore vultus tui vesceris pane* Gen. 3. v. 19. id est, labore, & industria animæ sustentationem quæres, vel nihil omnimo eduliorum, cibariorumque tibi continget, sine graui tædij, fatigationisque pleno labore, qui copiosum faciei sudorem sua difficultate exprimet. Si inquam hanc maledictionem in primum parentem Deus contulit, & sit verum quod Iobo dictum est: *natum esse hominem ad laborem* Iob 5. v. 7. cur ille, qui ex nobilibus parentibus traxit originem, sic contemnit laborem, & industriam, vt velit potius fame confici, quam labori incumbere, & victum industria sua & labore quærere, stultum sane est, hominem sibi de necessarijs, non prospicere, & dare

Ferenda inopia cum mansuetudine.

Honor sustentationem significat.

Deut. 5. v. 16

1. Tim. 5. v. 17.

D. Anselm.

1. Tim. 5. v. 3

Christus Dominus reprehendit eos qui discipulos accusarunt coram eo. Matth. 15. v. 6

D. Hieron.

Nemo sibi crudelis futurus est victum non quærendo labore suo.

Gen. 3. v. 19

Homo natus est ad laborem. Iob 5. v. 7.

dare animæ suæ honorem, quem eius dignitas meretur, per pigritiam, & superbiam. Quare optemperandum est Siracidi, qui hoc consilium præbet: *Fili in mansuetudine,* &c.

Illustratio secunda.

209. ET da illi honorem secundum meritum suum. non accipiendus est hic locus de merito operum, sed de dignitate ipsius animæ, quam habet ex sua conditione. Ideò originale Græcum apposuit verbum αξια, quod est dignitas, meritum pretium, τὴν ἀξίαν ἀποτινειν ἢ ἀπολαμβανειν pro suis meritis tractari. ideò Complutenses, & Drusius legerunt, *dignitatem.* sic est cap. 38. v. 18. *Et fac bustum secundum meritum eius,* id est, vt meretur, & vt dignus est. Vbi idem verbum *axiam* ponit, & Paulus Heb. 10. v. 29. eodem vtitur verbo cum ait, *quanto magis putatis deteriora mereri supplicia.* vbi pro *mereri* est in Græco *dignus erit.* Ait ergo Ecclesiasticus, honorem alimentorum, quem debes animæ tuæ, vel vitæ tuæ suppetere, redde, ne illam victu defraudes, sed da illum honorem, quem ipsa anima tua meretur, vel quo digna est, id est, metire honorem cum dignitate, & da illum, quem dignitas animæ postulat. & si aliquis suam dignitatem ostentans, quærit superflua, & non tantum necessaria non secundum dignitatem suam, vel meritum operatur, sed vltra, cum paruo contenta sit natura. Ideò Salomon Prou. 30. v. 8. precabatur Dominum. *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribuo tantum victui meo necessario,* &c. Per hæc verba Salomon flagitat à Deo, ne sibi aut ingentes diuitias, aut magnas census angustias donet, sed ea tantum quæ vitæ alendæ suffectura esse videantur. Ad nostrum intentum explicat noster Salazar cum similitudinem ferarum apponit, quæ necessarijs alimentis contentæ, non plura conquirunt. ait statim, vel aliter, decerne mihi victum ex præda, hoc est, labore meo sic partum & quæsitum, quemadmodum feræ prædas suas capere solent. Ergo Salomon cum rex esset constitutus non alium victum quærebat, quam sufficientem ad sustentationem animæ, & hoc cum proprio labore, & industria, quem victum, vel honorem iudicabat Salomon esse secundum dignitatem animæ suæ. Sic laborabat Anna Tobiæ vxor. vt iusta dignitatem suam, vel meritum victum quærit. Sic dicitur Tob. 2. v. 19. *Anna vero vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manum suarum victum, quem consequi, poterat, deferebat.* Sic diuus Paulus laborabat, cum dicat ipse Actor. 20. v. 34. *Quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.* Ecce quomodo labore, & industria quærebat Paulus victum sibi, & socijs, & hoc iuxta meritum suum, vel dignitatem suam; quibus exemplis conuincitur homo, qui præ superbia, & pigritia laborare desinit, & sic conficitur fame, ad laborandum, & victus honorem reddendum animæ iuxta dignitatem suam. Quia qui victu eam defraudat, nec talem defert honorem, inter stultos numerandus est. Alias vide interpretationes in Lyra, Hugone, Dionysio, & Palacio, quæ mihi non placent, & ideò eas describere superuacaneum iudico. Pergo.

Meritum pro dignitate.

Eccles. 38. v. 18.

Heb. 10. v. 29.

Secundum propriam dignitatem quærendus est victus.

Prou. 30. v. 8.

Salazar.

Paruo cibo & vestitu debemus esse contenti.

Tob 2. v. 19.

D. Paulus laborabat ad propriam & aliorum sustentationem Act 20. v. 34

VERS. XXXII.

Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suam.

Sensus.

210. PEccantem in animam, &c. q.d. quis poterit hominem excusare vt à crimine alienum, qui peccat in animam suam, sibi subtrahendo ea, sine quibus vix, aut nullo modo viuitur, aut quis honorabit eum, qui animam suam dehonestat, recusando laboribus ei subuenire. q.d. nullus. Potest etiam hæc sententia generaliter intelligi, scilicet, quis iustum iudicabit, vel excusabit, qui peccat in animam suam quouis peccato eam. contaminando, & quis honorem deferet illi, qui animam suam vitijs dedecorat, & deturpat, &c.

Nota, & illustratio prima.

PEccantem in animam suam quis iustificabit, &c. Verbum *iustificandi* non ponitur pro particulari significatione iustum faciendi sed pro iudicare. nam in Græco est, δικαιώσει, à verbo δικαιοω, quod est iustum puto, iustifico, iudico, censeo, id est, quis putabit iustum esse peccare in animam suam? & in secundo hemistichio verbum *honorandi*, non significat honorem, quo quis honestatur, sed honorem subsidij, quo quis sustentatur. in Græco est idem verbum ac in superioribus, & subsequentibus sententijs, δοξασει. Perstat enim auctor in eadem metaphora victum quærendi, & arguit eum, qui peccat in animam suam, subsidium ei non præbendo ad sustentandam vitam. & insuper inquit non esse dignum honore illum, qui dedecorat animam suam recusando laboribus ei subuenire. & cum talis peccans, nullius nec defensione, vel excusatione, nec honore, vel subuentione dignus sit, non solum non laudandus, sed potius vituperandus est. Ad cuius sensus illustrationem sufficiant, quæ in superioribus sententijs congessimus: sufficiat auctoritas Rabani qui dixit: exhonorat animam suam, qui peccatis illam polluit, & quid iustitiæ illi tribuit meritum, quem constat suæ salutis habere neglectum? aliam generalem interpretationem illustremus.

Arguendus is qui peccat in animam suam subsidium ei non præbendo ad sustentandam vitam.

Illustratio secunda.

211. LIcet generalem huius sententiæ interpretatio non sit litteralis, sed moralis, non contemnenda, quia vtilem continet doctrinam. Lyra sic explicat. *Peccantem in animam suam* præponendo ei carnem, *quis iustificabit?* q.d. nullus, quia facit de ancilla dominam, & è conuerso, quod est iniustissimum. & *quis honorabit,* &c. Quasi dicat, talis non est à Deo honorandus, nec ab hominibus. Dionys. Lyram, imitatur dicens: *peccantem*, id est, vili-

Lyra.

Qui viliter tractat animam suam peccando honore indignus est.

Dionys.

ter eam tractantem tamquam carnis ancillam, cum sit ad imaginem Dei formata, & corporis domina. *Quis iustificabit?* nullus plane, quia peruersus; & *quis honorabit*, &c. id est, honore indignus est, qui animam suam peccando facit inhonorabilem ex quis ergo est qui in animam suam peccat? nisi ille, qui transgreditur legem Dei à se grani Dei abijciendo, cedit locum diabolo, & damnationi animam suam exponit. sic dixit D. Basil. in Moral. cap. 4. Reg. 22. *Peccati commissio ea est, quæ homines abalienat à Deo, & conciliat diabolo*; & cum peccatum collocat in corde humano sedē suam, subijcit sibi illud, vt regnet.

Qui transgreditur legem Dei peccat in animā suam. D. Basil.

Rom. 6. v. 12. Quare Apostolus Rom. 6. v. 12. inquit: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Tunc enim peccatum regnat in corpore mortali, cum quis peccat in animam suam. nam dat locum peccato, quod tamquam rex totam cordis domum occupat, & animæ dominatur. habet enim subditos sensus, & potentias quæ ipsi tamquam regi dominanti obediunt; & idem est regnare peccatum, & obedire concupiscentijs, quæ militant contra spiritum, & contra legem Dei. & cum regnum in obedientia subditorum positum sit, cum quis obsistit his concupiscentijs corporis, non consentiendo, non regnat peccatum in corpore, neque exhibentur membra arma iniquitatis peccato. Vtitur enim peccatum nostris membris ad sui regni dilatationem, dum manu ad nocendū proximo, lingua ad detrahendum, oculis ad concupiscendum, & cæteris membris ad innumera perpetranda peccata abutitur, militans contra Deum, & ipsius gratiam & regnum. sic dixit D. Gregor. Nazianz. orat. 1. Apolog. *Cum eo hoste dimicandum habemus, qui nos interne oppugnat, & certamine lacessit, ac nobis ipsis (quo nihil miserius est) tamquam armis in pernitiem nostram vtens, peccati morte nos afficit.* non solum ergo nos non debemus interius concupiscentijs obedire corporis, quæ à peccato sunt, & in peccatum tendunt, sed neque ipsius corporis membris ad peccandum abuti, vt nec interius, neque exterius peccemus.

Cum quis peccat in animam suā, tunc regnat in eo peccatum.

Regnare peccatum in corpore quid.

D. Nazianz

Debemus concupiscentijs non obedire.

212.

Cum igitur quis peccat præbendo peccato locum, vt tamquā Rex mentem suam occupet, incidit in eam maledictionem, quam inprecatur Job cap. 18. v. 14. *Et calcet super eum, quasi rex interitus*, quod moraliter explicans D. Gregor. lib. 14. Moral. cap. 9. cum de diabolo explicasset subdit: *si vero interitus nomine non aperte diabolus, sed peccatum debet intelligi, ex quo contigit reprobos ad interitum trahi: talis nimirum interitus quasi rex calcat mentem, cum eam non resistentem possidet. non enim potest in hac vita homini posito, tentatio deesse peccati: sed aliud est peccato tentanti resistere, aliud dominanti seruire. iniquus autem quisque, quia resistere peccati suasionibus nescit, subiugari autem eius dominio non pertimescit, recte de eo dicitur: calcet super eum quasi rex interitus.*

Cum peccatum tamquam Rex sedet in anima incidit in maledictionē Iob 18. v. 14 D. Gregor.

Qui peccat animam suam in seruitutem redigit.

Hinc sequitur peccantem *in animam suam*, id est, peccatum committentem, quod lædit animam suam, inuertere ordinem iustum. nam dominam, id est, rationem in seruitutem redigit, & ancillam, id est, carnem dominari permittit. & cum hæc sibi inuicem aduersentur, non est pax in corde humano. Appetitus filius carnis videns inuersum ordinem, audet cum spiritu rebellare, qui filius animæ est, *quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. hæc enim sibi inuicem aduersantur.* Galat. 5. v. 17. Vtrumque significatum est in Sara, quæ erat domina, & eius filio, & in Agar, quæ ancilla erat, & eius filio Jsmael. ait enim Apostolus Galat. 4. v. 23. *Sed qui de ancilla secundum carnem natus est; qui autem de libera per repromissionem*, &c. Filius ergo, qui erat ex carne progenitus laudebat cum filio qui significabat spiritum, & tamen iussit Sara eijcere ancillam, & filium, Gen. 21. v. 9. quare tanta Saræ seueritas, vt vtrumque ex domo expelleret? tanti ponderis, & momenti erat vtrumque fratrem ludis, & oblectationibus deditos esse? sic pendet Origenes hom. 7. in cap. 21. Gen. tom. 1. *Quid læserat, aut quid nocuerunt? si ludebat? quasi non hoc in ætate illa etiam gratum esse debuerit quod iuserit filius ancillæ cum filio libere? Tum deinde, & Apostolum miror, qui ludum hunc persecutionem pronuntiauit dicens. Sed sicut tunc is, qui secundum carnem persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc, cum vique nulla persecutio Ismaelis aduersum Isaac mota referatur, nisi hic solus ludus infantiæ.* Respondet ipse Origen. *Sed videamus quid in hoc ludo intellexerit Paulus, & quid indignata sit Sara. superius loto virtutis posuimus Saram. Si ergo caro cuius personam gerit Ismael, qui secundum carnem nascitur, spiritui blandiatur, qui est Isaac, & illecebrosis cum eo deceptionibus agat, sic delectationibus illiciat, voluptatibus molliat, huiusmodi ludus carnis cum spiritu Saram maxime, quæ est virtus offendit, & huiusmodi blandimenta acerbissima persecutione iudicat Paulus.* Quare diuus Basilius orat. 2. de ieiunio nos ad bellum carnis ieiunio disponit dicens: *Scis, quod caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem? itaque cum hæc sibi inuicem aduersentur, subtrahamus carni voluptatem, augeamus animæ robur, vt per ieiunium collectis viribus ad superandas concupiscentias, coronis abstinentiæ repositis cingamur*, &c.

Galat. 5. v. 17. *Quid per filium Sara & filium ancillæ significetur.* Gal. 4. v. 23.

Origenes.

Caro ancilla & anima libera.

Origenes.

D. Basil. *Caro exacuit spiritum & è contra.*

213.

Rursus bellum hoc carnis, & spiritus prænuntiauit Christus Dominus, cum dixit Matt. 10. v. 34. *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. veni enim separare hominem aduersus patrem suum*, &c. Quid sibi vult hoc bellum, & contradictio in aduentu Christi, nónne in Natiuitate eius pax hominibus annuntiatur bonæ voluntatis? nónne Jsaias prædixit futuram tantam pacem in tempore Messiæ venturi, cap. 2. vers. 4. *Vt conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces; non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.* si vniuersalis pax futura prænuntiatur, quare Christus Dominus ad bellum conuocat, affirmans se ad bellum inferendum aduenisse? Quæ pax, & quod bellum? Respondeo loqui Christum Dominum de bello spirituali aduersus carnem (non de bellis temporalibus, quæ statura erant tempore Christi) & vt homo hac superna animæ pace perfruatur, necesse est, vt in bellis carnis versetur. nam si pax inter carnem, & spiritum, inter concupiscentias, & animum constituitur, quid homini pax Christi in eius natiuitate euulgata proderit? ergo si in parentibus & propinquis carnis concupiscentiæ significantur, cum Christus dixit ipsum venisse admittendum gladium, & inferendum bellum, fuit q. d. Mea est voluntas, vt bellū aduersus carnem, & concupiscentias conciterur, & inferatur. Ponderat hoc D. Cyrill. Episc. Hierosolym. epist. 16. ad Iuuenal cum dixit: *Bellum nobis aduersus parentes irreprehensibile est, &*

Bellum carnis & spiritus à Christo prænuntiatum Matt. 10. v. 34.

Isa. 2. v. 4. *Pax futura in aduentu Christi.*

Quare dixit Christus venisse admittendum gladium & ferendum bellum. D. Cyrill. Hierosol. D. Nazianz

patum, imo, & omni laude plenum, quando pro gloria Christi certare dignoscimur. & D. Gregor. Nazianz. Apol. orat. 1. vbi ait. *Melius enim est laudabile bellum: pace à Deo disiungente.* Quodnam bellum hoc, quod prædicatur laudabile, nisi illud, quo carni in corde aduersamur? & quæ pax à Deo disiungens, nisi ea, qua caro, & spiritus ad mutuam concordiam redeunt cum ergo quis peccat, bellum illud cessat, & hæc pax constituitur. nam ad mutuam beneuolentiam, qui sibi inuicem aduersabantur, traducuntur, & sic lædit homo animam suam. Quare D. Ambros. lib. 2. de Abr. cap. 8. explicat id Gen. 15. v. 9. *Sume mihi baccam triennem*, dixit: *Caro nostra vitula est vt ferat, laborat vt colligat, laborat vt pariat, innumeris fatigatur laboribus. Caro quoque nostra vitæ istius subiungatur necessitatibus, crebris quatitur doloribus, & multarum erummarum quodam curuata partu senescit*, &c.

Bellum laudabile illud quo carni in corde aduersamur.

D. Ambros.

Caro nostra vitula est.

214.

Optimum igitur Ecclesiasticus dixit: *Peccantem in animam suam quis iustificabit?* Vt sit, secundum Lyræ explicationem (vt diximus) viliter animam suam tractantem tamquam carnis ancillam, cum sit ad imaginem Dei formata, nullus iustificabit, quia peruersus est. De hoc queritur Deus cum per Ieremiam loquitur ad hominem sub nomine populi Jsraelitici, quæ sponsa eius erat: *Maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus.* cap. 2. v. 22. q. d. Emblematis, & figuris tuorum scelerum respersa es, impressa in te remanent peccatorum vestigia, velut expressæ historiæ alicuius imaginis. vnde Theologi docent, quod actus peccati transiens post se relinquat maculam habitualem in animo, quæ formaliter eam peccatricem, deoque exosam, & abominabilem constituit, vt de Salomone dicitur infra cap. 47. v. 22. *Dedisti maculam in gloria tua*, id est, infamiæ notam tibi inusisti.

Peruersus est qui viliter peccatum tractat animam suam. Lyra.

Ierem. 2. v. 22.

Salomon dedit maculam in gloria sua. Eccles. 47. v. 22.

Quare ergo dicitur maculata anima, quæ peccatum commisit? Numquid peccatum animam commaculat, & contaminat, vt notetur infamia? si peccatum immediate Deum suo modo maculare, & sedare prætendit, quare dicitur animam deturpare? Et reum facere hominem illud committentem, & obnoxium supplicio? Respondeo, peccantem in animam suam intendere maculare Deum, si posset, & quia hoc fieri nullo modo potest, maculare, & infamare animam suam, quæ vere Dei imago est; & sicut reus supplicij est ille, qui intendens detur pare regem, deturpat eius imaginem: sic qui in animam suam peccat, quæ Dei imago est. Sic elegauter D. Basil. ad intentum hanc nobis obtulit similitudinem, ad c. 13. Isai. *Quemadmodum enim quis regiam imaginem aspersit contumelijs, perinde peragitatur reus, ac si in regem ipsum fuisset contumelios, & improbe egisset. Sic sane se constituit obnoxium peccato, qui contumeliosè tractat genitum siue conditum ad Dei imaginem. Præ omnibus verè se ipsum inuriâ afficit fornicator corruptelam sibi inferens. Mœchus se contaminat per obscœnum, & infame opus. Fur se afficit contumelia per vilem, fœdam, & illiberalem actionem*, &c. Hæc facit qui peccat in animam suam, viliter eam tractantem, tamquam carnis ancillam.

Quare anima cum peccat maculata dicitur.

Reus est qui imaginem Dei per peccatum male tractat.

Si igitur ad imaginem, & similitudinem animam Deus creauit, & ipse Deus ipsi coniunctus erat, illustrans, & illuminans eam, quare peccatum ausum est deturpare, & maculare pulchritudinem suam, qua Deus condecorauerat? Respondeo, Deum peccatum minime fecisse, sed diabolum, qui cum videret hominem Dei imagine ornatum, & ipsi Deo adherentem, eius optimam inuidit sortem, & vt præceptum diuinum transgrederetur prouocauit, & peccatum admitteret, vt sic ab insigni parentis Dei nobilitate deflecteret & contaminaretur. Sic eleganter dixit D. Basilius hom. 9. quod non sit Deus auctor malorum: *& animam similiter Deus fecit, non autem peccatum. Vitio autem anima contaminata est, degenerans ab eo, quod ex natura facta est. Quod autem erat illi peculiare bonum; quod Deum habebat assiduè coniunctum, illiq; per charitatem coadunata erat? Qua excidens variis, & multimodis se malis contaminauit. vnde autem omnino mali capax est? Quoniam libero facta est arbitrio, quod creaturæ rationis participi maxime conueniebat*, &c. Confirmat hæc D. Ioan. Chrysost. tom. 5. hom. 21. ad pop. Antioch. *Peccata delet lauacrum, tu consuetudinem corrige, ne iam inductis coloribus, & illustrata imagine regia amplius deleas, & vulnera, & cicatrices inferas à Deo tibi dato decori. Ne dicas in anima patior iniuriam. Nemo est in anima iniuriam patiens, nisi nos ipsos in anima iniuria afficiamus.* Lege homil. 41. act. popul. Quomodo propriæ animæ curam oporteat habere.

Quare peccatum ausum est deturpare imaginem Dei.

D. Basil.

Vitio anima contaminata est.

D. Chrysost *Peccatum delet lauacrum.*

215.

Multa alia possemus de hac materia congerere, sed imponamus finem illustrationi, ne longius quam par est habeamus. Pende tandem id Ps. 10. v. 6. *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.* nam qui diligit iniquitatem, videtur diligere animam suam, id est, seipsum, quia vt sibi ipsi satisfaciat peccat. Et tamen reuera odit animā suam ac perdet eam. Hoc est, quod Dominus ait: *qui amat animam suam perdet eam*, Ioan. 12. v. 25. id est, qui male se amat, vere se odit. Dixit D. Theodoret. *Qui bene erga illam affectus est, perniciem suæ animæ machinatur.* Sed quare dilectio iniquitatis dicitur odium animæ? Quia qui peccatum committit, lædit animam suam, & deturpat eam, & cum hanc læsionem, & deturpationem execretur anima, eo quod creata sit gratiæ pulchritudine ornata, inde est, quod dilectio iniquitatis sit odium animæ propriæ. Nisi velis dicere, quod cum *peccatum sit* centrum, *seu stimulus mortis*. 1. Cor. 15. v. 56. id est, id quod pungit, & infigit mortem, is odit animam suam, qui stimulum mortis in se recipit, *diligendo iniquitatem*. peccatum vero relinquit mortem pro punctionis, & aculei signo. & rursus odit animam suam qui peccat, quia eamdem dehonestat, & quia in ea pulchritudinem tollit imaginis Dei, ad quam creata est. & tandem *peccare in animam suam* dicitur & is, qui ea facit, quæ sibi exitio sunt, vt Prou. 20. v. 2. *Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum peccat in animam suam.* Tales ergo merito nec quisquam excusabit, nec honore dignos iudicabit.

Quare peccatum ausum est deturpare imaginem Dei.

Vitio anima contaminata est.

Quare dilectio iniquitatis dicitur odium animæ.

Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Psal. 10. v. 6

Ioan. 12. v. 25.

Theodoret

1. Cor. 15. v. 56.

Qui peccat odit animā suam.

VERS. XXXIII.

Pauper gloriatur per disciplinam, & timorem suum: & est homo, qui honorificatur propter substantiam suam.

Sensus.

Pauper, &c. q.d. cum pauper adigatur pro necessarijs vitæ multo tempore laborare, queri potest, se nullum in hac vita honorem, & gloriam aucupare, sicut dives ob diuitias suas honorem consequitur. Sed vt iactam quærelam, & mœrorem pauper minuat, hoc illi solatium præbeo, scilicet duplici honore condecorandum, si sapientiam habeat, & timorem Dei, sapientia enim, & timor se habentibus præbent gloriam & honorem. At diuitem qui honoratur propter opes suas, solo diuitiarum intuitu mundus magnifacit, eique applaudit, & cum gloria & honor ille verior & solidior sit, qui causam habet solidiorē. cum timor Dei, & sapientia solidior sit, sequitur pauperem sapientiam, & timorem habentem pluris faciendum, quam diuitem, qui propter solas diuitias honoratur, &c.

Notæ.

PRo *gloriatur* est in Græco verbum quod diximus in superiori sententia scilicet, δοξαζεται sicut etiam est in verbo *honorificatur*, secundi hemistichij, sed non significat hoc loco gloriari, id est iactare se, sed honorari: id est pauper honoratur duplici honore, scilicet per disciplinam & timorem Dei: & dives honoratur propter diuitias suas. in originali breuior redditur hæc sententia, nam solum habet: *Pauper honoratur propter scientiam suam, & dives honoratur propter diuitias suas.* & præponitur honor pauperis diuitis honori, &c.

Illustratio prima.

216. Pauper odio habetur & dives honoratur. Prou. 14. v. 20.

Auper gloriatur, &c. Verum est quod Salomon prædicauit Prou. 14. v. 20. *Etiam proximo suo pauper odiosus, amici vero diuitum multi.* q. d. pauper propter inopiam suam odio habetur ab omnibus, & dives propter diuitias suas ab hominibus honoratur, & omnes illo vtuntur familiariter; diuitiæ enim gratiam aucupantur. Cum ergo videant pauperes non solum ab hominibus non honorari, sed potius dehonestari, iustam possent querelam iacere se causa paupertatis odio haberi ab hominibus; & diuites propter diuitias, quibus abundant, non solum honorari, sed omnes in eorum amicitiam, & gratiam insinuare percupere. Quare Ecclesiasticus pauperes exhortatur ad disciplinam, & timorem Dei, vt duplici honore decorentur, scilicet honore sapientiæ, & honore timoris Dei, quibus obtentis, in fœlicem diuitum sortem minime, inuidebunt: diuites enim non à Deo honorantur, sed ab hominibus, & cum morti traduntur à Deo dehonestantur, vt iustas peccatorum suorum luant pœnas, quare sors pauperum timentium Deum fœlicior sorte diuitum prædicatur, qui cum vitam perdunt amittunt honorem, &c.

Pauperes timentes Deū duplici honore decorantur.

Sors pauperum timentium Deum melior sorte diuitum impiorum. Rabanus.

Ergo pauper, qui disciplinam & timorem Dei adeptus est, id est, humilis (vt explicat Raban.) qui in timore Domini & obseruantia veræ religionis totam gloriam suam statuit, gloriari, & honorari potest, quia hoc duplici decoratur honore. Sufficiat ad huius veritatis illustrationem exemplum Lazari pauperis timentis Deum, & diuitis Epulonis in diuitijs suis gloriantis: Dives iste causa diuitiarum, & abundantię ab omnibus colebatur & honorabatur, at pauper propter paupertatem, & indigentiam despiciebatur ab omnibus, & ab ipso Epulone diuite male tractabatur, & abijciebatur, addictus semper disciplinæ, & timoris Dei. tandem dies ab hominibus honoratus propter diuitias suas, & pauper Lazarus timens Deum propter inopiam suam despectus, moriuntur. Luc. 16. v. 22. *Pauper portatur ab Angelis in sinum Abrahæ, & dives sepultus est in inferno.* Cum autem dives videret pauperem, honoratum, & omnibus rebus abundantem, guttam aquæ à paupere postulauit, vt aliquo modo vim tormentorum minueret. Sed respondit Abraham: *Fili, recordare, quia recepisti bona* (id est, abundantiam diuitiarum, & honorem, quo diuites propter opes suas afficiuntur) *in vita tua, & Lazarus similiter mala* (id est, laborem, mendicitatem, inopiam, contemptum) *nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris.* quod expendens D. Petrus Chrysol. serm. 66. eleganter prorumpit: *Hinc est quod recipit* [pauper Lazarus] *requiem, pro opprobrio gloriam, pro contumelijs honorem, pro despectu gratiam, pro pœnis immortalitatem, pro vulneribus præmia, pro siti refrigerij fontem, pro fame cælestis mensæ delicias sempiternas, & quem diuitis angulus non capit, sinus diuinæ consolationis includit.* Statimq; loquens cum diuite Epulone, qui in hac vita honoratus fuerat propter opes, & abundantiam, subdit: *Tu dives fulgens quondam purpura, nunc tegeresimo; pro coccino vestire flammis; pro molli discubitu, sustine tormentorum dura; pro lautis ferculis, epulare, pœnas, copias inopia compensa, ebrietates siti digere, pro odoribus aspergere fœtore, & cui asliterunt voluptatis obsequia, astent tibi ministeria nunc pœnarum, quia ista tibi despiciendo pauperem taliter tu mutasti.* Hinc est quod dixit Salomon Prou. 28. v. 6. *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives in prauis itineribus.* & cap. 19. v. 1. *Quam dives torquens labia sua, & insipiens.* q.d. Præstat longe paupertas cum integritate vitæ, disciplina, & timore Dei, quam dives qui ad decipiendum labia sua componit, id est, longe honoratior est, ille qui simplicem, & doli expertem vitam agit, vel qui addictus est disciplinæ & timori Dei, quam ille, qui dolos, captiones, & versutias astu suo comminiscitur, licet opes in gentes, eo artificio cumulet, & ratione earum honorem humanum aucupetur. Qui enim ea ratione captiose ditescit, vt ab hominibus honoretur, non sapiens, sed insipiens plane, ac vecors dici debet, honorificatur enim intuitu diuitiarum, quas adeptus est, &c. Sic refert Valer. Max. lib. 7. cap. 1. de fœlicitate: de Gyge, *Cum Gyges*, inquit, *regno Lydiæ armis & diuitijs abundantissimo inflatus animo, Apollinem pythium sciscitatum venisset: an aliquis mortalium se esset fœlicior. Deus ex abdito sacrarij specu voce missa Aglaum Sophidium ei prætulit. Is erat arcadum pauperrimus, sed ætate iam senior: terminos agelli sui numquam excesserat: paruuli ruris fructibus ac voluptatibus contentus. Quocirca*

Sors diuitis epulonis & Lazari quālis Luc. 16. v. 22.

Diues in morte ipsius in inferno, Lazarus portatus ab Angelis. D. Chrysol.

Finis diuitis epulonis.

Prou. 28. v. 6.

Præstat paupertas cum timore Domini quam diues sine illo.

ca insolenter fulgore fortunæ suæ glorianti respondit: magis se probare securitate ridens tugurium, quam tristem curis & sollicitudinibus aulam; paucasque plebas pauoris expertes, quam pinguissima Lydiæ arua metu refert: & vsus necessarij horreolum nulli nimis appetendum, quam thesauros omnium insidijs & cupiditati expositos.

217. Diuitis & pauperis operator est Dominus. Prou. 22. v. 2. Rodolphus

Rursus ipse Salomon Prou. 22. vers. 2. dixit: *& pauper obuiauerunt sibi, vtriusque operator est Dominus* Rodolphus sic explicat. Finge, inquit sibi duos, quorum alter ad sublime fastigium ascendit, alter ab illo actus, in præceps ruit: hi sane sibi mutuo occurrunt, vtrique vero suæ fortunæ Deus auctor existit, nam, & diuitem auxilio suo ad verticem eleuat, & pauperem similiter à vertice deponit. Sed quid inde? sane inde fit diuitem non propterea extollendum iri, nec pauperem similiter deijci, aut despondere animo debere, quia vtraque fortuna à Deo est, ac propterea quemlibet sua sorte contentum esse oportet, & vicissitudinem, seu commutationem rerum, aut timere, aut sperare, &c. Ego autē sic explico. dives, & pauper occurrerunt sibi, pauper propter inopiam suam despectus, dives propter diuitia honoratus. nec hic, nec alter animo concidere debent. Nam pauper, qui prostratus, & perculsus est, destitutus honore, sperare debet consecuturum honorem, quo timentes Dei ornantur, & dives, qui suis diuitijs confidens magno honore afficitur, non debet in opibus suis niti, vt frūatur honore, quo exornātur illi, qui diuitijs abundant, cum multa sint diuitiarum inconstantia, & potest in egestatem deuenire. *quia vtriusque operator est Dominus*, id est, dominus est, qui rerum vices disponit, vt nullus in sua fortuna firmus relinquatur pauper autem speret, si disciplina & timore Domini ornatus sit, se honorem consecuturum, quo suos timor Domini cohonestat.

Diuitis & pauperis operator est Dominus.

Diues non debet extolli nec pauper deijci.

Diues non debet in opibus suis niti.

Tandem Iacobus ep. can. cap. 2. v. 1. suadet nullum ob diuitias honorem tribuendum diuiti, nec ob paupertatem despiciendum pauperem ait: *si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est veste præclara & dixeritis ei: Tu sede hic bene; pauperi enim dicatis. Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?* & statim laudat pauperem, quem elegit Deus vt omni honore fruatur. vbi Apostolus reprehendit eos, qui æstimantes diuitias diuitis, & contemnentes inopiam pauperis, illum honorant, & hunc despiciunt. Cum deberent in memoriam reuocare, honorem pauperum timentium dominum præferendum honori, quo homines diuites afficiunt propter diuitias suas ideo ipse Ecclesiasticus superius dixit cap. 1. vers. 11. *Timor domini gloria, & gloriatio, & corona exultationis* confirmatur hoc auctoritate Luciani in cynico, vbi ait. *Memorabat itaque quondam ex purpuratis istis, & multo auro fulgentibus, qui cum venisset Athenas admodum insignis, & conspicuus magna comitantium turba stipatus, auro variaque veste exornatus, ipse quidem Athenienſibus, omnibus existimabatur valde beatus esse, & perinde ac Deus quispiam suspiciendus: isti autem miser, atque infelix quispiam videbatur homuncio ille.*

218. Nullus honor tribuendus diuiti ob diuitias. Iacob. 2. v. 1

Laudatur pauper quem elegit Deus &c.

Eccles. 1. v. 11.

Lucianus.

VERS. XXXIV.

Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? & qui gloriatur in substantia paupertatem vereatur.

Sensus.

219. *Vi autem*, &c. q.d. Dixi honorem, quē pauper adipiscitur propter disciplinam, & timorem Domini, solidiorem esse honore illo, quem propter diuitias dives consequitur. quia si pauper ditetur rerum affluentia vtroque honore, & diuitis, & timentes Dei honorabitur, qui enim honorem consequutus est in paupertate, quanto magis cum ditatus fuerit? è contra vero gloriatio diuitis, qua vult ab hominibus honestari propter substantiam suam, non est solida, cum mutari possit in egestatem, & tunc cum in egestatem venerit, omni honore spoliabitur quare vereri debet paupertatem, &c.

Notæ.

Verbum gloriando quid hic significet. Palacius.

VErbum *gloriandi* est sicut in præcedentibus sententijs, & licet hic sumatur pro honorari, & sit sensus, sicut diximus, & confirmat Palacius, qui sic exponit; si timorem, & sapientiam seruat pauper, obque gloriatur, seruet etiam in opibus, vt magis gloriari mereatur. diuiti consilium dat, ne gloriationi ob diuitias vela pendat. Nam contingit in paupertatem incidere, ac ita causam gloriandi subduci, & amoueri & admonetur pauper, vt in timore Dei, & sapientia duret vt in cuius manu sit eas opes elargiri. Admonetur dives vt timeat aduersam fortunam, &c. Sic etiam explicat Iansenius. At Lyra aliter explicat hanc sententiam hoc modo. Qui vane gloriatur pauper existens, argumentum est quod plus vane gloriaretur, si abundaret & qui superbiens est de diuitijs paupertatem vereatur, quia frequenter pauperies in diuitias, & è conuerso transmutatur. Hanc interpretationem sequitur, & approbat sectator eius Dionysius licet aliam prius proponat; scilicet, qui in paupertate gloriatur, sicut in tribulationibus, magis gloriabitur, si dives factus fuerit, & bene vtatur diuitiis. Sed hæ interpretationes quamuis optimam contineant doctrinam, sed alienæ sunt ab auctoris proposito sensus germanus est, quē proposuimus suo loco.

Ianſenſus. Lyra.

Si quis gloriatur pauper existens, plus vane gloriaretur si abundaret. Dionys.

Illustratio prima.

220. Argumentū de minori ad maius.

Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? Hoc argumentum quod efficit Ecclesiasticus, non inconcinnum est. Si quis in paupertate constitutus sapientia, & timore Dei sustultus scit honorem ab hominibus consequi, ergo cum diuitias obtinuerit, duplum honorem consequetur, si tamen timorem, & disciplinam seruauerit. Consequentia optima est. Nam qui in egestate nō deficit, sed erigit animū

ad obtinendum per timorem Dei, & sapientiam virtutis honorem, multo magis excitabitur, cum diuitijs abundauerit, ad elucrandum honorem, qui ex bono diuitiarum vsu obtinetur. Hoc probatur ex eo Eccles. 7. v. 12. 13. *Vtilior est sapientia cum diuitijs, & magis prodest videntibus solem. sicut autem protegit sapientia, protegit pecunia: hoc autem plus habet eruditio, & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo.* q. d. si ei, qui sapientia præstat, diuitiæ adijcerentur, maiorem vtilitatem haberet. *& magis prodest*, ex Heb. vertitur, *& amplius.* siue abundantia est, aut excellentia videntibus solem. id est, maiorem elucratur honorem, & excellentiam, quam cæteri mortales, qui lucis vsura fruuntur. & quamuis vtilissima sit sapientia, quæ timore Domini ornatur, scit enim optime honorem, & excellentiam maximam obtinere. Sed cum sapientiam comitantur opes magis prosunt, id est, melius solent excellentiam apud homines, & honorem venari. Magna est etiam sapientiæ protectio, sed cum ipsi adiunguntur diuitiæ, scit melius protegere, & vitam possessori tribuere, &c. Ergo, qui sapientia, & timore domini (quæ se inuicem facile copulantur, nam *initium sapientiæ est timor Domini*) munitur, non solum consequitur honorem sapientiæ cum in paupertate degit; sed cum ad meliorem statum erigitur, honorem, quem diuitiæ afferunt, obtinet; nam verum est, quod Sirach affirmat: *Qui autem gloriatur* (id est, honoratur) *in paupertate, quanto magis in substantia*, id est, cum diues fuerit. dixit enim D. August. tom. 8. sup. Psal. 5. *Hoc attendite ne passim diuites reprehendatis, & rursum nec de paupertate, & egestate præsumatis. Si enim non est præsumendum de diuitijs quanto magis non est præsumendum de paupertate*, &c.

Eccles. 7. v. 12. *Vtilior est sapientia cũ diuitijs.* — *Sapiens cum est diues melius honorem venatur.* — Eccles. 1. v. 16. — D. August.

221. Exemplum est in Josepho Patriarcha, qui sapientia, & timore Domini suffultus, adhuc cum in paupertate degeret, & in humiliatione maximum honorem consecutus est. Pēde prius eum in seruitute degentem seruientem eunucho Pharaonis, à quo emptus fuerat, postquam à fratribus ad Jsmaelitas venditus fuerat. Cum igitur in seruitutem redactus pauper & humilis seruiebat Domino, apud eum tanta valuit gratia, vt hæc diceret scriptura, Gen. 39. v. 4. *Inuenitque Ioseph gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa, quæ tradita fuerant.* super quæ D. Joann. Chrysost. tom. 1. hom. 62. in Gen. *Vidisti*, inquit, *quantum sit superna manu adiuuari, ecce enim, & iuueni, & peregrino, & captiuo, & seruo à Domino, tota domus creditur. dicit enim, & omnia quæ habebat dedit in manus Ioseph. Quare? quia cum superna gratia; & suos mores attulit. Gratus enim ei erat, hoc est, cum magna gratia faciebat omnia. Deinde volens eum Deus misericors in maiori securitate constituere. non liberauit à seruitute, neque libertatem ei dedit. Hic enim mos est Deo, vt nec à periculis viros virtute claros nec à tentationibus liberet, sed in ipsis tentationibus tantam suam declaret virtutem, vt tentationes ipsæ eis fiant occasio lætitiæ magnæ. Propter hoc, & beatus Dauid dicebat: In tribulatione dilatasti mihi. Non tribulationem, inquit, abstulisti, neque ab ea liberatum in relaxatione esse voluisti, sed id quod est miraculum, & per quam rarum, in medio tribulationis constitutum absque pauore esse me fecisti. illud sane, & hic fecit Dominus.* Ecce quomodo Ioseph in seruitute, & maxima paupertate degens honorem à Domino consecutus est, vt præpositum domus suæ, & Dominum constitueret hic honorem lucratus est constitutus in ea paupertate, quam seruitus secum affert. qui sic *gloriatus est in paupertate* numquid magis in *substantia*, id est, cum diuitijs, & honore abundauerit gloriabitur? ita sane. nam cum euectus esset ad regnum, vt pro rex Pharaonis in tota Ægypto constitueretur, tunc maximè honore cumulatus est: conseruauit enim sapientiam, & timorem Dei, & his armis munitus honorem in substantia consecutus est. sic enim ipse cum imposuisset filio suo secundo Ephraim, nomen interpretatus est. Gen. 41. v. 52. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Vbi D. Chrysost. *Vide & huius nomen gratiarum actione plenum, non solum enim, inquit, aduersitatis oblitus sum, sed, & magnificatus sum in terra, in qua tantam sustinui humilitatem, vtpote in extremis periculis etiam de vita anxius.* nota verbum *magnificandi*, quod in se continet maximum honorem. in terra enim, vbi paupertati inseruiens consecutus erat honorem, ibi magnificatus est, nam abundauit diuitijs, & honoratus est in substantia, &c. vide Apoc. 2. v. 10. ex quibus constat optime Ecclesiasticum argumentatum esse, &c.

Iosephus adhuc in paupertate propter sapientiam maximum honorē consecutus est. — Gen. 39. v. 4 — D. Chrysost. *Magnum est superna manu adiuuari.* — *Beatus ille qui Deus paupertatem dilatauit.* — *Iosephus proprium honorem ... clarauit nomine ...* — D. Chrys.

Illustratio secunda.

222. ET *qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.* Hoc est (vt ait Raban.) ille qui totam fiduciam suam ponit in terrenarũ rerum abundantia paupertatem futuram vereatur. & probat exemplo Lazari & diuitis epulonis. Hic verbum *gloriandi* pro *superbiendi* ponitur. solet enim qui diues est, superbire, vt eleganter dixit D. Ioann. Chrysost. tom. 1. in cap. 4. Jsai. *Superbiæ enim vitium in explebili auaritiæ coniunctum, & affine est. Quanto enim cumulatius quis diuitias adauxerit, tanto fixius cordi impresserit morbum superbiæ.* Qui enim diuitias cumulauit & sapientia, timoreque Dei destitutus est, in gloriam vanam, & superbiam incidere solet. Tunc enim vereri potest paupertatem, nam solet Deus facere quod Beatissima virgo Maria in suo Cantico prædicauit Luc. 1. v. 53. *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* quod congruit cum eo quod Dauid cecinit Psal. 53. v. 11. *Diuites egerunt & esurierunt*, & 1. Reg. 2. v. 5. *Repleti prius pro panibus se locauerunt.* sicut filius prodigus, qui cum diues fuisset, cum pater eius ei portionem substantiæ, quæ illum contingebat, impertiuit, & postea in egestatem deuenit, vt adstrictus esset, fame confectus, adhærendum vni ciuium regionis illius, qui præcepit, vt pasceret porcos. Itaque ait virgo cælestis. *& diuites*, &c. id est, solet dimittere, & eos, qui prius diuites erant, pauperes facere. Ideò dixit Periander per Aus.

Si fortuna iuuat, caueto tolli.
Si fortuna tonat caueto mergi.

Elegantius Ouid. 4. Pont. 3. inquit:

Tu quoque fac timeas, & quæ tibi læta videntur.
Dum loqueris fieri tristia posse puta.

Vide exempla in Abreu. super canticum Virginis, & lege quæ superius congessimus ad versus 17. vsque ad 21. huius capitis decimi.

223. Tandem si quæras cur superbientes in diuitijs suis possunt paupertatem, & egestatem vereri? respondebo tibi rationem, quare timere debent casum, hanc esse, quia diuitiæ quibus confidunt fluxæ sunt, & instar aquæ facile fluunt. Ideò dixit Vates regius Psal. 61. vers. 11. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Quod perpendens

Solet qui diues est superbire. — D. Chrysost. — *Diues ...* — Luc. 1. v. — Psal. — 1. Reg. 2. v. 5. — *Solet Deus diuites dimittere & pauperes facere.* — *Fluxa est diuitiarum natura.* — Psal. 61. v. 11.

pendens D. Basil. hom. in Psal. 61. *Fluxa est*, inquit, *diuitiarum? natura, suos possessores torrente prærapido ocyus prætercurrit, alios alio modo apta mutare dominos. Quemadmodum fluuius ex alta ruens loco, ita subito exturbat, vt stantes, in ripo quandoque attingat: simul vero vbi attigit, mox succedit: sic, & opum lubrica decliuitas pernicissimam exhibet, & pro lapsiore leuissimam sui præsentiam, aliud ex alio natum permutare.* lege vlterius. Hæc igitur ratio est, quare ditescentes, qui in substantia sua gloriantur, inopiam vereri possunt. sunt enim timore Domini destituti, & diuina sapientia orbari, sicque in egestatem facit Deus illos peruenire, &c.

D. Basil.

CAPVT VNDECIMVM.

1. SApientia humiliati exaltabit caput illius,
& in medio magnatorum consedere il-
lum faciet. 2. Non laudes virum in specie
sua, neque spernas hominem in visu suo.
3. Breuis in volatilibus est apis, & initium
dulcoris habet fructus illius. 4. In vestitu
ne glorieris vmquam, nec in die honoris tui extollaris: quo-
niam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & abscon-
sa, & inuisa opera illius. 5. Multi tyranni sederunt in throno,
& insuspicabilis portauit diadema. 6. Multi potentes oppres-
si sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum.
7. Priusquam interroges ne vituperes quemquam: & cùm
interrogaueris, corripe iustè. 8. Priusquam audias, ne re-
spondeas verbum: & in medio sermonum ne adijcias lo-
qui. 9. De ea re, quæ te non molestat, ne certeris: & in iudi-
cio peccantium ne consistas. 10. Fili ne in multis sint actus
tui: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. si enim se-
cutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si præcucur-
reris. 11. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius,
& tantò magis non abundabit. 12. Est homo marcidus
egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans pau-
pertate. 13. Et oculus Dei respexit illum in bono, & erexit
eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius: & mirati
sunt in illo multi & honorauerunt Deum. 14. Bona, & mala
vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. 15. Sapien-
tia & disciplina, & scientia legis apud Deum. Dilectio, &
viæ bonorum apud ipsum. 16. Error & tenebræ peccatori-
bus concreata sunt, qui autem exultant in malis, consene-
scunt in malo. 17. Datio Dei permanet iustis, & profectus
illius successus habebit in æternum. 18. Est qui locupleta-
tur parcè agendo, & hæc est pars mercedis illius. 19. In eo
quod dicit: Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de

 bonis

bonis meis ſolus. 20. Et neſcit quòd tempus præteriet, & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs, & morietur. 21. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce. 22. Ne manſeris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo. 23. Facile eſt enim in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem. 24. Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat, & in hora veloci proceſſus illius fructificat. 25. Ne dicas: Quid eſt mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona. 26. Ne dicas: Sufficiens mihi ſum: & quid ex hoc peſſimabor. 27. In die bonorum ne immemor ſis malorum: & in die malorum ne immemor ſis bonorum. 28. Quoniam facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundùm vias ſuas. 29. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. 30. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filijs ſuis agnoſcitur vir. 31. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi. 32. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui. 33. Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam. 34. A ſcintilla vna augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis: homo verò peccator ſanguini inſidiatur. 35. Attende tibi à peſtifero, fabricat enim mala: ne fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. 36. Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis proprijs.

Argumentum Capitis XI.

DOcet Eccleſiaſticus, ſapientiam illum, qui ſe deprimit exaltare, & ex ſpecie neminem iudicandum, neque de veſtitu & honore gloriandum. inſuper de re interrogandum ante iudicium. Monet etiam non cumulanda bona temporalia, neque in illis fidendum, aut gloriandum. Oſtendit rurſus bona & mala pœnæ à Deo procedere. exhortatur hominem vt bonorum & malorum memor ſit, & ne in domum ſuam quemuis inducat, ſed caueat ex animo ab inſidijs doloſi, &c

VERS. I.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet.

Senſus

Senſus.

1. *Sapientia*, &c. q. d. Vellem ſane in animum tuum inducere tibi valde oportere ſapientiam edíſcere, nam, & ſi per ſe digna ſit vt ab omnibus exquiratur, tum maxime propter hominis exaltationem, ſolet enim ipſa ſe poſſidentem magnificare, eſto autem homo ſit abiectæ conditionis, vel ab alijs deprimatur, vel ipſemet humilietur, ſi ſapientiam dilexerit, & in ſuum animum inſeruerit, ab ipſamet ſapientia extolletur, & ad altiſſimum honoris gradum euocabit, vt inter principes & magiſtratus ſedem ſuam conſtituat. &c.

Notæ.

HOc caput vndecimum continet in ſe probationem præcedentis, & conceptam in ſuperiori capite confutationem ſuperbiæ proſequitur in præſenti, docendo nulla in re ſuperbiendum, tum conſiderarione admirandæ diſpoſitionis diuinæ, tum conſideratione mortis, quam effugere non licet. Pro *humiliati* in Græco eſt, *ταπείνωι*, à verbo *ταπεινόω*, quod eſt humiliare, & *ταπεινὸς* eſt humilis, abiectus, depreſſus ſubmiſſus, anguſtus, incomptus, ſordidus, & in hoc loco vel poteſt intelligi de eo, qui ſe ipſum humiliat non magnifice de ſe ſentiens, & de eo qui humilis eſt, aut abiectæ conditionis ex ſua origine, & tandem de eo, qui ab alijs humiliatur, & deprimitur. & quocumque modo conſideretur ſapientia humilem vel depreſſum exaltat. Pro *exaltabit caput*, vel extollit, in Græco eſt, *ὑψωσει κεφαλὴν αὐτοῦ*, addito pro nomine ex Complut. quamquam in Aldo. & Baſil. & LXX. ſit ſimpliciter *τὴν κεφαλὴν*, ſicq; legitur, *ſapientia extollit caput humilis*, id eſt, humilium, ſed res eodem recidit.

Illuſtratio prima.

2. *Caput humiliam ſapientia exaltat.*

Sapientia humiliati exaltabit caput illius. Sapientiam humilium caput extollere notum eſt, & experientia probari & exemplis innumeris confirmari poteſt; illi enim, qui ſe amatores ſapientiæ iactant, & eius doctrinæ ſectatores, cum in ſapientiæ ſchola proficiunt humiliantur, nam quo quis maiores indies profectus in acquiſitione ſapientiæ facit, eo demiſſius de ſe cogitare incipit. & cum deprimit ſe coram diuina ſapientia ab ipſamet exaltatur. Iuxta id, quod Dominus prædicauit: *Qui ſe humiliat exaltabitur.* Matth. 23. v. 12. & Lucæ 14. v. 11. Ideò hanc ſapientiæ acquiſitionem Salomon ipſius ſtudioſo, qui depreſſius de ſe cogitat, ſuadet cum Prouerb. 4. v. 8. inquit: *Arripe illam, & exaltabit te: & glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.* Quem locum explicat Salazar de eo qui ambit nuptias ſapientiæ in ſimilitudinem eius, qui vxorem ducit. & verbum *arripere* explicat de violentia, qua olim mariti à præmio matris vxorem arripiebant, ſed certe verbum *arripere* denotat difficultatem acquirendi ſapientiam, & mille ſuperatis difficultatibus & laboribus arripiẽdam vel amplexandam, & cum via ad illam acquirendam recta ſit humilitas, quia arrogantiam & ſuperbiam deteſtatur, & via humilitatis plena ſit laboribus & difficultatibus, ideò præcipit illam arripere, id eſt, ſuperatis difficultatibus impedientibus, dare operam ſapientiæ amatorem in eius acquiſitione non in morari. In Hebræo eſt: *exalta illam, & exaltabit te*, Tygur. *euehito illam.* Pagninus: *magnifica illam.* Quæ omnia verba humilitatem, ex parte acquirentis & indagantis ſapientiam inſinuant, nam qui alium exaltat videtur ſeipſum deprimere, vt illum magnificiat.

Matt. 23. v. 12. Luc. 14. v. 11

Prou. 4. v. 8 *Quod ſit amore nuptiæ ſapientiæ.* Salazar.

Via ad acquirendam ſapientiam recta eſt humilitas.

Ergo cum ſapientia ſoleat memori mente obſequium amatori ſuo perſoluere, acceptum exaltandi illam obſequium meminit, & parpati reddit exaltans illum, qui ſe exaltauit. Demiſſius de ſe cogitauerat vt ipſum magnificaret, ſed tribuens illi mutuam voluntatem & mutuam referens gratiam, exaltat illum, &c. Et glorificat cum ſe amplexari cæpit. In ſe enim diuina ſapientia gloriam & honorem continet, & amatores ſuos ipſius gloriæ & honoris participes efficit, cum ſuperatis impedimentis & laboribus ad eam amplexandam perueniunt. Quem honorem & gloriam amittit qui arrogantiæ fluctibus agitatur. nam ipſa dixit Prou. 8. v. 13. *Arrogantiam & ſuperbiam deteſtor.* & odio habeo. Ideò ipſe Salomon cap. 3. v. 7. hoc monitum præbet. *Ne ſis ſapiens apud temetipſum.* vbi humilitatem & animi demiſſionem inſinuat, vt poſſit homo ſapientiæ amplexibus frui, humilitas enim via eſt ad amplexandam ſapientiam. nam quo magis quis in ſapientia proficit, & maiores progreſſus facit, eo demiſſius de ſe cogitare ſoler. Sic aiebat Plutarchus in libro de profectu morum: *Quo enim magis cuique ex philoſophia accedit rationis, eo plus decedit faſtus & arrogantiæ.* Quare cum quis vult fructibus ſapientiæ delectari, prius arrogantiam & faſtum deponit & induit humilitatem; ideò ait D. Ambroſ. ſerm. 14. in Pſal. 118. *Dauid rex erat, incerta & occulta ſapientiæ ſibi patefacta teſtatur, ſed ideò ſe magis humiliabat.* Humilitas enim & depreſſio ſui percipit fructus dulces ſapientiæ. Ita ipſe Plutarchus citatus dicebat: *Perſpicuum eſt igitur eis, qui fructum ex philoſophiæ ſtudio percipere moliuntur, illaque ſeſe farcire, deponendum eſſe protinus quidquid vanum eſt & arrogans. & quemadmodum è vaſis liquorem aliquem recipientibus, aër inanis expellitur: ſic qui in philoſophiæ ſtudio veris implentur bonis, faſtum exuunt, mitioremque de ſe concipiunt opinionem,* &c. Pende *faſtum exuunt*, id eſt, deprimunt ſe deponentes omnem vanitatis ventum, concipientes de ſe mitiorem, id eſt, depreſſiorem opinionem. q. d. qui ſapientiæ amator & ſtudioſus eſt, vt illam obtineat, & eius amplexibus fruatur, vel fructibus dulcibus delectetur, prius demittit ſe & humiliat coram ipſa ſapientia, & cum caput, quod ſedes ſapientiæ eſt, inclinat & humiliat, ab ipſa ſapientia exaltatur, id eſt, ſapientia impletur, & poteſt merito ſapiens appellari. At cum quis apud ſemetipſum ſapiens eſt deponens de corde ſuo humilitatem, quæ inſtar magnetis ſapientiam accerſit atque attrahit, ſtultus redditur. Secundum id Rom. 1. v. 22. *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Vbi Theodorer. *Se ipſos enim nominantes ſapientes, ſe ipſos inſipientes eſſe factis oſtenderunt.* Hi vero inſipientes, qui caput ſuum exaltare cupiebant corona ſapientiæ, humiliati ſunt ipſorum inſipientiam inſinuantes: ſicut qui humiliantur fatentes ſe eſſe inſipientes ab ipſa diuina ſapientia, in cuius conſpectu deprimuntur, exaltantur, & corona ſapientiæ tedimiuntur, vt regia dignitate decorentur. Sic aiebat Chryſippus de vitis, referente Plutarcho lib. de Stoicis contrarietatibus. *Sapientem voluntarie regnum ſuſcipere, & quæſtum ex ipſo conſectari. &*

Honorem ſapientiæ amittit, qui ſuperbiam deteſtatur.

Qui fructibus ſapientiæ vult delectari deponit faſtum & induit humilitatem.

D. Ambroſ. Plutarch.

Faſtu exuit qui philoſophiæ ſtudet.

Qui humilitatem deponit ſtultus redditur.

Rom. 1 v. 22 Theodor.

Chryſipp. Plutarch.

ſi

si ipse regnare non poßit, viuet cum rege, qualis erat Hydamthyrsus Schythia, aut Leucon Ponticus, ideò inquit Ecclesiasticus, *Sapientia humiliati caput exaltabit,* &c.

4\. *Proprium sapientiæ est humiles exaltare.* Ergo cum sapientiæ, vel Dei dilectionis proprium sit humiles exaltare, optime Christus Dominus, vt superius diximus, conclusit, postquàm similitudinem inuitãtium ad nuptias & recumbentium ad mensam proposuit, Luc.14.v.11. dicens: *Quia omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.* D. Ambrosi in Ps.38. inquit: *sed fortè miretur aliquis cum Dominus dixerit per os Dauid, quod humiliabat in ieiunio animam suam: quomodo ipse Dauid ait in posterioribus: si non humiliter sentiebant, sed exaltauit animam meam; verum ex his considera aliud esse quod ad sapientiam refertur, aliud quod ad humilitatem cordis, Sapientia mentis sublimis est, sapientia autem carnis non debet inflari. Humiliabat ergo Dominus in ieiunio animam suam, & castigandam nostræ carnis tumorem doceret. Exaltabat animam Propheta per sublimem Dei gratiam, quoniam & qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.*

Luc.14.v.11 — *D. Ambros.*

Per humilitatem peruenitur ad exaltationem Sapientiæ. Itaque per humilitatem peruenitur ad exaltationẽ sapientiæ; qui enim huius mortiferi maris, mundi scilicet fluctus calcat & proterit, id est, qui arrogantiam & superbiam pedibus humilitatis proterit, Sapientiam diuinam adipiscitur; quia hos fluctus & Fastus arrogantiæ suis pedibus calcat. Ipse D. Ambros. tom.4. lib.1. de interpellat. c.9. cum explicat Iob.17. quis locus sit diuinæ Sapientiæ, cum rogatum mare respondet, se non habere sapientiam: *Dicit* (inquit Ambros.) *mecum non est quia calcauit me, nec fluctus mei eam turbare potuerunt. Et tu ergo in hoc sæculi, istius positus freto, noli perfectam illam Dei Sapientiam in hoc mundo quærere, quia mundus eam non cognouit. Sed si vis eam inuenire, calca fluctus huius mundi, sicut calcauit Petrus: & ambula super aquas huius sæculi, & porriget tibi dexteram sapientia, sicut porrexit & Petro: quia nemo fuit quem non sæculi huius vnda turbauerit.* Quis enim ita turbatur sicut qui arrogantiæ & superbiæ fluctibus agitantur, & in illis summergitur? Qui autem deprimitur & humiliatur, & humilitatis pedibus hoc sæculi fretum calcat, inuenit diuinam Sapientiam, quæ eosdem fluctus superans proterit pedibus & pessumdat, demonstrans, eum, qui humilitatis pedibus hoc mundi periculosum Pelagus animo se protererit à diuina Sapientia exaltandum; vt exemplis comprobabitur. Itaque humilitatis virtus suum amatorem deducit ad exaltatiõné gloriæ, quam diuina Sapientia in cælesti habitaculo tribuit. Sic explicans D. Basil. in moral. reg.45.c.1. id Matth.18. *Nisi conuersi fueritis,* &c. inquit: *quod qui maiorem gloriam assequi cupit in regno cælorum, hic humilitatem & infimam omnium conditionem debet sectari in hac vita.* Humilitas enim via est recta ad exaltationem gloriæ hoc cõfirmatur eo Cant.4.v.4. vbi humilitatem sponsæ comparat collo: *sicut turris Dauid collum tuum.* In qua similitudinem includitur humilitas, quæ instar colli capiti inhæret, illudque sustentat Deum, cui proximè inhæret, & à quo tantam celsitudinem super totum virtutis corpus sustentat. In hoc sensu dixit auctor noster: *Sapientiam humiliati exaltabit caput illius.* Quæ est enim sapientia humilitati demissique animi, nisi ipsa eius humilitas, atque dimissio, per quem stulta facta est sapientia sapientum, & prudentia prudentum reprobata. Hæc porrò sapientia veri humilis eatenus caput ipsius dicitur exaltare, quatenus Deum in illo exaltat, nil sibi adscribens eorum, quæ in se præclara reperiuntur, quidquid in se boni, quidquid & virtutis extiterit, Deo capiti suo ferens acceptum. Quod probatur ex eo quod diximus c.31.v.21. *Magna potentia Dei solius ab humilibus honeratur.* Vide quæ ibi congessimus.

D.Ambros. — *Nemo turbatur sicut qui arrogantiæ fluctibus agitatur.* — *D. Basilius. Matth.18.* — *Humilitas via est recta ad exaltationem gloriæ. Cant.4.v.4.* — *Per humilitatem sapientiæ stulta est sapientia sapientum.*

Illustratio secunda.

5\. *Sapientia grato animo est erga eum, qui ei obsequium præstat.* ET *in medio magnatorum consedere illum faciet.* Ita sapientia grato animo est erga eum, qui illi obsequium præstitit, vt obsequij memoria in suo animo cum grata recordatione versatur, ad illud ex animo persoluendum. Humilem enim tali prosequitur amore, vt non solùm quomodolibet illum exaltat, sed ad altissimum dignitatis fastigium euehi, & sedere facit inter magnates & magistratus. Quam exaltationem nos docet experientia, & varia exempla, quæ nunc subiiciemus illustrant. Dionys. explicat, id est, sapiens se ipsum humilians, vel afflictus, vel humiliatus ab aliis, per sapientiam suam dignus est exaltare etiam in præsenti, & sæpe sic accidit.

Dionys.

Exemplum exaltationis propter humilitatem. Primum & precipuum exemplum huius exaltationis propter humilitatem, ostentat ille princeps æternitatis Dei & rex omnium sæculorum immortalis, qui ab æternitate diuinæ sapientiæ à Deo Parente communicatæ, amplexibus frui licuit, Christus scil. Jesus: *humiliauit enim se factus obediens vsque ad mortem; propter quod & Deus exaltauit illum,* & consedere fecit super principes & potestates, supra Cherubim & Seraphim, illum ad dexteram suam collocans tamquam filium hæredem vniuersorum: *sedet enim* (inquit Paulus Hebr.1.v.3.) *ad dexteram maiestatis excelsis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit;* & vers.13. *Ad quem autem Angelorũ dixit aliquãdo: sede à dextris meis,* &c. Pende ergo humilitatem Christi, quam in mysterio Transfigurationis ostentauit, vbi enim inter delicias gloriæ, quibus ad breue tempus fruebatur, *dicebat de excessu quem completurus erat in Ierusalem;* vt refert Luc.9.v.31. vocat *excessum* omnem passionem suam & ignominiosam mortem, in qua humilis & depressus apparuit tamquam *vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis* Ps.21.v.7. Cum igitur humiliatus est, à diuina Sapientia, cui vnitus erat, exaltatus est; nam mox apparuit æternus Parens, & exaltauit illum vocans eum *Filium dilectum* sibi in actu humilitatis complacentẽ Matth.17.v.5. ecce quomodo humilem Iesum & humilitatem extollit sapientia, & consedere facit supra omnes cælites, &c. Eâdem etiam exaltatione ipsa sapientia euehit omnes iustos humiles & depressos, & sedere facit in cęlestibus, vt loquitur Paulus *Ephes.2.v.5. cum essemus* (inquit) *mortui peccatis conuiuificauit nos in Christo, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in sæculis peruenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ,* &c. Sic dixit D. Ambros. serm.14. in Ps.118. *ipse enim Dominus Iesus se humiliauit, vt nos eleuaret*

Philip. 2. v.8. — *Hebr 1.3. v.13.* — *Christus in Transfiguratione humilitatem ostendit.* — *Luc.9.v.31.* — *Psal.21.v.7.* — *Matt.17.v.5* — *Humilem Iesum extollit sapientia.* — *Ephes.2.5.* — *D. Ambros.*

6\. *Ioseph depressus in carcere exaltatus à diuina sapientia.* Lege insuper historiam Patriarchæ Ioseph, qui cum humilis & depressus iaceret in carcere, exaltatus fuit à diuina Sapientia, & in throno regio inter principes & magnatos Ægypti collocatus, Gen.41.v.40. *Tu eris* (inquit Rex Pharao) *suprr domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te præcedam,* &c. & Dauid hanc exaltationem repetens Ps. 114. 18.21. Prius meminit eius humiliationis, aiens: *Humiliauerunt incompedibus ferrum eius,* & posteà: *constituit eum Dominum,* &c. Et tandem Salomon Sap.10. v.13.14. ostendit diuinam Sapientiam hanc exaltationem Ioseph operatam esse cum ait: *Hæc* (Sapientia) *venditum iustum non dereliquit,* &c. *in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni,* &c. Palacius hoc exemplo sententiam probat dicens: Porrò litteram nostram Ioseph veram monstrauit, quem sua exaltauit sapientia, & sedere fecit in medio omnium principum Ægypti, vt eos prudentiam doceret.

Gen.41.40. — *Ps.114.18.* — *Sap.10.v.13* — *Palacius.*

Iacob humilem sapientia exaltauit. Ecce quomodo sapientia caput humiliati exaltat & cõsedere facit in medio magnatorum. Vide etiam de Iacob, de quo Salomon eodem cap. Sapientiæ à versic. 6. & 9. *Hæc profugum iræ fratres iustum deduxit per vias rectas & ostendit illi regnum Dei,* &c. Vide etiam Danielem propter sapientiam sublimatum, primo à regibus Babylonis, deinde à Dario Ciroque regibus Dan.2.v.6. 10. & 11. & Nabucodonosor illum præfecit super omnes prouincias Babylonis.

Sap.10.v.9.

Iansen. Apostoli meruerunt constitui super sedes duodecim, &c D. Basil. Tandem Iansenius affert exemplum Apostolorum qui per suam sapientiam meruerunt constitui super sedes duodecim, de quibus ait D. Basilius hom.22. non adhærendum rebus sæcularibus, postquam egit de Christo Domino: *Post tantam vero animi humilitatem tandem & gloriam suam exerit, vna secum glorificans quotquot cum ipso ignominiam tulere: quorum primi sunt beati discipuli, qui pauperes ac nudi orbem percurrerunt, non in sapientia sermonis, non sequacium multitudine suffulti, sed soli & piscatores, & desolati terram ac mare peragrantes, flagris cæsi, lapidati, persecutione iactati, tandem decisi: ista sunt nobis paternæ ac diuinæ institutiones. Ad horum nos imitationem conferamus, vt ex humilitate nobis sempiterna nascatur gloria, quæ perfectum est, ac verum Christi Donum,* &c.

7\. *Circuli similitudo ad significandam exaltationem humilium.* Quam exaltationem humilium probat ea similitudo circuli, quæ afferri solet. Sicut insensibili circulo sunt duo altissima, principium & finis, quatenus æquè proximè punctum illud attingant, è quo circulus deruauit, cum tamen reuera alterum altissimũ sit, nempe principium ex altissimo exortum: alterum vero quod circulum concludit maxime demissum, quatenus maxime ab altissimo illo recedit principio. Idem tamen, quod hac ratione est maxime dimissum, est pariter & maxime altum, quatenus & primum attingit punctum, eique æqui paratur in celsitudine. Ita & in spirituali circulo contingere existimandum est, vnde ij qui maxime humillimi sunt maxime sint demissi, quatenus ab illorum excellentia & sanctitate longissime se abesse sentiunt intrinsecus, & certo extrinsecus affirmant præ extrema animi demissione. Verum quanto magis ad Deum accedunt per gratiam, & qui maxime recedunt per maximam humilitatem, maximi etiam proximi Deo fiunt, &c.

Humilitas imitanda. Horum igitur omnium humilitatem imitemur vt à diuina Sapientia exaltari mereamur inter cælestes Principes consedere, perfruentes diuinis Sapientiæ fructibus, quibus nos licebit vesci cum ad vitam perueniamus æternam. Vbi ipsa diuina Sapientia humiles exaltat & sedere inter Principes facit, &c.

VERS. II.

Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo.

VERS. III.

Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius.

Sensus.

8\. NOn laudes, &c. q. d. Quia solent homines in eos, qui decore & venusta corporis structura ornati sunt oculos suos intendere, vt eos magnificent & laudibus extollant; at illos, qui deformes sunt, id est, forma atque ornamentis omnibus spoliati, vituperare, & de eorum auctoritate detrahere; admoneo te ne eorum pulchritudinem & structuram spectes, vt ad credendum ducaris illos maiore honore dignos esse, quam eos, quibus natura nimis parca fuit in eos, maximis ornamentis afficiendo. Nam illi, qui despectui habentur aliquando maiori laude digniores iudicantur, quia alios virtute antecellunt: non enim ornamenta naturæ sunt spectanda, sed ea, quæ ob virtutem obtinentur. Considera igitur quam despicatissima habeatur apicula ob suam paruitatem & tenuitatem, & tamen fructus illius obtinet primas in dulcedine, id est, inter omnia dulcia dulcissimas est, & pluris ab omnibus æstimatur, qui à reliquorum fructuum suauitatem & dulcedinem superaret, &c.

Notæ.

NE *laudes virum in specie sua.* Pro, *virum, est* ἄνδρα, ἀνὴρ, *vel* ἀνδρὸς, aliquando ad sexum refertur, maremque significat, aliquando verò coniugem notat, sicut apud Latinos nomen vir. Sed hic sensum denotat: nam si mulier ob formam laudari potest, non tamen vir laudari debet, cum forma minus deceat viros: habet enim nescio quid femineum. Drusius, *ob pulchritudinem eius,* ἐν κάλλει αὐτοῦ, propter speciem aut formam eius, id est, quia pulcher, vel deformis est, quia hæc sunt ornamenta naturæ, & non omnibus conceduntur. In 2. hemistichio vertit Drusius: *ob aspectum eius,* id est, *in visu suo,* puta si vel deformior apparuerit, vel statura breuior fuerit, nam ob hæc nemo sperni debet. Potest enim & qui deformis est, animum formosum habere, & cui parua statura (vt statim dicemus) animum magnum. Quid dico potest habere ipsa experientia docet nos, raro aliter accidere. Ex quo illud *maior in exiguo regnauit corpore virtus,* sane vasta corpora minus habent prudentiæ, iuxta illud, *nulla in tam magno corpore mica salis.*

Rur-

Rursus pro *Initium dulcoris*, est græcis, ἀρχὴ γλυασμάτων, primas tenet inter dulcia, vel rerum dulcium, vel principatum obtinet inter dulcia: nam melle nihil dulcius. Verbum enim ἀρχὴ significat magistratum, principatum, item principium, vt in Heb. רֹאשִׁית, quo nomine venit quod primum ac præcipuum est in re quoque, vt Amos 6. vers. 6. *& optimo vnguento deliburi* Heb. *præcipuo vnguentorum vngunt se*, id est, primo, & quod primas tenebat, vel principatum obtinebat, hoc est, præstantissimo. Insuper pro *dulcoris*, est. γλυκασμάτων dulcium. γλυκάσμὸς est dulcedo, quasi dicat, continere in se ipsam dulcedinem, & suauitatem. Tandem fructus eius est mel, cuius opifex est apis, à verbo μελι, quod est mel, à μελίττα vel μελίσσα, quod est apis, vt dicatur apis mellificans, &c.

Amos 6. v. 6.

Illustratio prima.

9. *Nemo ob exteriorem aspectum iudicandus.*

NOn *laudes virum in specie sua*: Docet Ecclesiasticus in hoc versu neminem ob exteriorem aspectum iudicandum; quia naturalia corporum ornamenta à natura ipsa communicata, nec commendari, nec vituperari debent; cum non sit in hominum potestate posse hanc vel illam corporis structuram, vel pulchritudinem eligere, sed illam accipi, quam ei natura tribuit: quis enim non eligeret meliorem & laudabiliorem, si electio suæ voluntati & desiderio committeretur? Ratio huius est, quia licet naturæ dotes sint ex se commendabiles, non autem homo debet laudari, cum honor vel gloria ex ipsis procedens auctori naturæ debeatur. Effectus autem harum dotum si recti sint commendantur, & si mali vituperantur & spernuntur. Continget enim aliquem optimis naturæ ornamentis condecorari & tamen quia ipsis abvtitur, dignũ vituperatione reddi. Jdeò Salomon Prouerb. 11. vers. 22. mulierem formosam & impudicam, dicit similem porcæ esse, dicens: *circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua*. in Heb. eit; *sicut in auris aurea in naribus porci, ita est mulier pulchra & deficiens consilio*; quare vir non laudandus in specie sua.

Prou. 11. v. 22. *Mulier pulchra & fatua similis porcæ.*

Præceperat Deus Samueli, vt dimisso Saule rege pergeret Bethleem ad elegendum regem ex filiis Jsai. 1. Reg. 16. & cum eos coram se vocasset, & ipsi adstarent, ait Samuel videns Eliab, qui inter reliquos fratres tam structuræ corporis, quàm vultus pulchritudine eminebat, vers. 6. 7. *Num coram Domino est Christus eius? & dixit Dominus ad Samuelem: Ne respicias vultum eius neque altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum: nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Iuruitus erat Samuel filium Isai primogenitum & placuerat ei, quia inter fratres princeps erat, & statura corporis reliquos superabat, & existimauit in cordesuo illum, quia cæteris antecellebat corporis magnitudine & venusta conformatione primas partes obtinebat inter illos. esse, quem Deus in regem eligere statuerat; & idcò quærit ab eo, an ipsum eligeret? & dictum est ei minime illum eligere, & reddens rationem, ait: *Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius.* Quare ergo Deus Samuelis iudicium non probauit circa hanc electionem? Si venusta corporis structura, qua inter reliquos fratres Eliab eminebat, Deo displicuit, cur ei placuit magnitudo corporis Saul, qui *ab humero & sursum eminebat super omnem populum*, 1. Reg. 9. v. 2. & improbauit altitudinem corporis Eliab, vt in regem eligeretur? Numquid Deus exaltitudine corporis Saul & venusta structura, qua abusus erat stomachatus & tædio confectus, fastidiat iam structuræ & venustę corporis Eliab, & nolit eum eligere quasi ignarus quem exitum illius electio sit habitura? & veritus ne Eliab sicut Saul tandem misere reprobetur? Respondet Lyra rationem quare Deus illum excluserit à regia dignitate nolens eum regnare, esse, *quia erat superbus corde & iracundus, quod patet* (inquit) *quod sequenti capite dicitur: iratus fuit contra Dauid, & eum valde dure increpauit sine causa, cum tamen iam vidisset eum vngi in regem per Samuelem*: Quam rationem videtur mutuasse ex D. Gregor. tom. 2. lib. 6. in 1. Reg. cap. 16. *Homines* (inquit) *solent magna opera & scientiæ opera laudare; ego autem nec verba nec opera laudo, quæ in humilitate vera fundata non video. Indignitatis suæ repulsam qui eiusmodi sunt expauescerent, si attente audire vellent quod ad Prophetam Dominus dicit: ne respicias vultum eius, &c. Pro magno namque habent quod arrogantes faciunt, sed ecce tam vile esse à Domino dicitur, vt nec respiciendũ esse iudicetur.* Quasi fastidiens Deus superbiæ & arrogantiæ Eliab in venusta corporis structura significatæ, illum reprobauerit. Vt omnibus notum fiat non fidendum naturæ dotibus, vt quis laudetur, vel vituperatur, nec iudicandum ex aspectu hominem, cum aliquando dignus laude & honore habeatur, aliquis ex specie externa, & interne vituperio dignus à Deo iudicetur, sicut videmus in Saul & Dauid. Quare dixit D. Augustin. tom. 4. lib. quæst. vet. & noui testam. q. 18. *Homo videt in facie Deus autem in corde. Ideo etiam fallimur, quia simulatio in verbis & vultu circumuenit nos. In corde enim quid sit videre non possumus. Quamobrem Dei iudicium sequi nos oportet, qui secundum cor, in quo vniuscuiusque sententia est, examinat singulos.* Itaque vir minime laudandus est in specie sua, neque spernendus in visu suo. Hoc intelligit Sirach manendo in pulchritudine solum; pulchritudo enim, vel venusta corporis conformatio à natura homini communicata est. Ergo non vult significare nihil commendationis homini accedere ex corporis pulchritudine, sed non magnopere ab ea commendandum: præcipua enim hominis commendatio vel vituperatio constitit in his, quæ nostra virtute vel vitio committuntur, vel comparantur.

1. Reg. 9. v. 2.

10. *Quare Eliab non eligitur in regem Isrl. Lyra.*

D. Gregor.

Eliab repulsus ob superbiam & arrogantiam.

D. Augustin. *Homo videt in facie Deus autem in corde.*

Jn hoc Ecclesiastici consilio consensit cum eo Christus Dominus cũ dixit Joan. 7. v. 24. *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Fecerat Christus Dominus hominem sanum in die Sabbati, & hoc prodigium Iudæi calumniati sunt, existimantes Christum hoc miraculo diem festum Sabbati transgressum fuisse. Ad quod respondit Dominus: *Mihi indignamini quia totum hominem sanum feci: nolite*, &c. q. d. nolite secundum faciem de rebus iudicare, hoc est, secundum externam rei speciem secundum id, quod prima se offert fronte, rem de qua sententia ferenda est introspicite & diligenter considerate, rectęque iudicabitis. Considerate opus admirandum, quod edidi, expendite rem rectæ iudicis trucina, Sabbatum nõ violasse reperietis: miraculosa enim opera Sabbatum non violant. &c. D. Chrys. homil. 48. in Ioan. inquit: *Hoc non illus seculi hominibus tãtum dictum est, sed etiam nobis, vt nullo pacto iustitiam oppugnemus, sed totis viribus eam defendere contendamus. Nullus sit nobis respectus an pauper*

II. Joan. 7. v. 24. *Non iudicandum secundum faciem.*

Calumniam Iudæorum retorquens Christus probans se legem Dei non violasse. D. Chrys.

pauper quis sit an dives, rem ipsam inuestigemus, &c. Quare licet Christus Iesus loquatur de recto iudicio faciendo inferendis sententijs, non excludit generalem intelligentiam deferenda sententia propter speciem externam, vel venustam vel deformem. docet namque non probandum nec reprobandum factum alterius propter solam exteriorem speciem, sed rectum iudicium faciendum interna animi intentione consideratur. solet enim qui hominibus exterius placet, Deo minime arridere, & è contra: homines autem vt alijs laudibus extollant non curant intẽtionem animi introspicere, sed opus externum considerant, cum aliquando qui deformi vultu est melius quam qui specioso operari soleat. Quam veritatem probat apiculæ consideratio, quæ exterius despicatissima est, & tamen fructum emittit excellentiorem omnibus, vt statim dicemus.

Non probandum nec reprobandum factum alterius propter solam exteriorem speciem.

Secunda illustratio

12. *In quo consistat pulchritudo virilis.*

BRevis *in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius.* hoc exemplo apis exigui animalis volucris ostendit nemini propter speciem ac formam laudandum aut vituperandum esse. Pulchritudo virilis (nam alia est venustas mulieris) maxime consistit in statura, quæ moderata magnitudine membrorumque proportione congruat; sed in paruis corporibus (vt diximus) plerumque vigent incluſæ magnæ excellentesque virtutes. Dixit enim Cicero: *Valentissimo quisque corpore longissime abest à sapientia.* Sic dixit Rabanus explicans hoc hemistichium: & bene species apis inter cætera volatilia ad comparationem sumitur, quæ & aculeo pungit, & opera mellis conficit, sic & in breui corpusculo sæpe ingeniosa inhabitat anima: quæ & acumine viget, & in doctrina sua nouit proferre suauitatem sapientiæ. Quare sapiens non vult homines dignitate corporum æstimari. Inde est quod in exemplum afferat naturam apiculæ, quæ inter insecta primum locum occupat: inter reliqua enim volatilia dulciorem fructum artificiosè offerat. Aliquantulum, ergo in eius consideratione immoremur, vt inde inferamus, *non laudandum virum in specie sua, neque spernendum in visu suo.* Quia dotes naturales nec laudandæ nec vituperandæ sunt.

Cicero.

Rabanus.

De apum natura, proprietatibus, virtutibus, & excellentijs longissimam texit consideratione Vlysses Aldrouãdus, tomo de insectis, quare hic tantummodo aliqua ad nostrum intentũ attingẽda iudico, ne hunc versum ab illustratione vacuum relinquamus. In primis Plin. lib. 11. cap. 51. agens de apibus inquit, *sed inter omnia ea principatus apibus, & iure præcipua admiratio, solis ex eo genere hominum causa genitis. Mella contrahunt, succumque dulcissimum, atque subtilissimum, ac saluberrimum fauos cõfingunt & ceras. Illæ ad vsus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, rempub. habent, consilia priuatim ac duces gregatim: & quod maxime mirũ sit mores habent. Præterea cum sint neque mansueti generis, neque feri, tamen tanta est natura rerum, vt prope ex vmbra minimi animales incomparabile effecerint quiddam*, &c. Agit etiam ipse c. 6. de ordine naturæ in eis, & c. 8. ex quibus floribus opera fiant, & c. 10. de ratione operis, & c. 12. & sequentibus de natura mellis. Ergo cũ naturæ auctor in apum natura & virtutibus suam ostentauerit sapientiã & omnipotentiã, nil mirum quod in tam mirabili apum virtute multum in earum consideratione immorentur auctores, & quod Ecclesiasticus noster intentum in hac sententia probare studeat. cum dicat Plutarch. lib. de amore prolis. *Id sane fecit altissima sapientia, vt intelligeremus, non corporis magnitudine, sed animam prudentiam constare. Ipsam vero animam nulla opus habere magnitudine, quæ vt minor sit, eo esse excellentiorem, vtpote & ipsam partem animæ mundi.*

Vlysses Ald. Plinius. *Apis natura & officium.* *Auctor natura in virtutibus apũ suam ostentauit sapientiam.* Plutarch.

Inde est quod apponat Ecclesiasticus exemplum apiculæ, quę licet despicatissima sit & corporis magnitudine careat, naturæ auctor artificiosa industria condecorauit, vt fructus dulcissimos in lucem edat: operaria enim est, vt dixit Salomon Prou. 6. vt citat D. Ambros. tom. 1. lib. 5. ex ham. c. 21. *Vade ad apem, & vide quomodo operaria est* (quem locum in prouerbijs non inuenio; sed deformica inquit cap. 6. v. 6. *Vade ad formicam, & considera*, &c. ait ergo Ambros. *Audis quid dicat Propheta* (Salomonem Prophetam vocat) *mittit vtique te vt apiculæ illius sequaris exemplum, imiteris operationem. Vides quam laboriosa, quam grata sit, & cum sit infirma corpore, valida est vigore sapientiæ, & amore virtutis.* Pende *cum sit infirma corpore.* vbi videtur sententiam nostram confirmare. nam *breuis in volatilibus apis*, id est, infirma corpore, & vilis in aspectu, & tamen *valida est frigore sapientiæ*, id est, tali ornata est sapientia, vt fructus edat suauissimos, &c. Sic etiam laudat apem D. Chrysost. hom. in Psal. 50. *Ape quid abiectius? ac quid pauone pulchrius? vter autem præstantior apis an pauo non dubium quin apis.* nota, *ape quid abiectius?* Vbi ostendit despicabilis esse naturæ, & tamen præstat excellentia pauoni. nam cum pauo licet pulchritudine externa omnibus volatilibus nec non apibus præstet, at in operatione inferior iudicatur, cum dicat Sirach. *Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius.* Confirmat hoc ipse D. Chrysost. tom. 2. in Psal. 110. *Vade*, inquit, *ad apem & disce quod sit operaria, cuius labores reges & priuati ad sanitatem offerunt. At qui licet sit imbecilla viribus, vtque sapientiam honorarit prouecta est. Ipsa enim apis rursus tecum aget, ne quidquam pulchritudinẽ corporũ admireris, quando nõ adsit virtus animi, nec deformitatẽ vilipendas quando fuerit pulchre ornatus animus. quod ipsum quoque significans dicebat Pataminstes; paruæ in volucribus apis, & dulcedinũ principium fructus eius.*

13. *Quare auctor apis similitudinem proponat.* *Apis operaria est.* *Apis cum sit infirma corpore, valida est vigore sapientiæ.* D. Ambros. D. Chrysost. *Confirmatio Chrysostomi.*

Porro apes, quæ nõ ex vno dumtaxat flosculo, sed ex varijs mella sua colligunt, docent nos nõ omnes omniũ virtutes in vnum collatas, sed singulorũ suas in singulis suspiciẽdas. v. g. facilius in Jsocrate iucunditatẽ, in Platone copiam, in Demosthene vim natiuã genuinam ac propriam seperatim animaduertas & imiteris. Scitũ enim est illud Zeuxidis, qui sibi proposuit, vt quid in singulis emineret imitaretur. & Homerus cum Agamemnonẽ omnibus numeris absolutum non ab vno aliquo Deo, sed à multis est mutuatus membra, quibus quisq; præstabat. Seneca epistola 84. dixit: *Apes debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel faciendũ idoneos carpũt: deinde quidquid attulere disponunt, ac per fauos digerunt*, &c. & paucis interpositis, rursus: *nos quoque apes*, inquit, *debemus imitari, & quæcũq;; ex diuersa lectione cõgessimus separare: melius enim distincta seruantur: deinde adhibita ingenij nostri cura & facultate, in vnum saporem varia illa libamenta confundere: vt etiam si apparuerit, vnde sumptum sit, aliud tamen esse, quam vnde sumptum est appareat*, &c. Quod doctoribus & concionatoribus aptari potest. nã quemadmodũ apes ad omnes quidẽ flores aduolant quamquam interdũ

14. *Apis ex varijs floribus mella sua conficiunt.* *Variorum virtutes imitandæ.* Seneca. *Concionatores apes imitari debent.*

amari aliquid vel acris in se contineant humoris; nihilominus tamen succum quemdam vtilē inde exerunt, ex quo non sine admiratione mel parant, quod dulcissimum est. Sic etiam sedulo magnoque studio ac iudicio viris bonis ac doctis annitendum, vt non solum ex optimis ac selectissimis auctoribus, sed alijs etiam non adeò commendabilibus scriptis, si quid boni illis insit, omnia ad vnicam vtilitatem publicam colligant, & posteritati commendent, vt hac ratione prodesse plurimis, nemini autem si fierique at nocere possint. Hinc est quod concionatores comparētur nutricibus, quæ pueros lacte nutriunt. sicut, enim nutrices ex plurimis cibis, quos edunt lac dulcissimum conficiunt, quo alant infantes: sic qui doctrinæ lacte populum sustentant, ex varijs doctorum scriptis aluntur, vt lacte diuinæ doctrinæ homines tamquam pueri lactentes nutriantur & sustententur, &c.

Concionatores comparantur nutricibus.

Concionatores debent officio suo dormientes in peccatis excitare.

Jtaque cum concionatores per apes significentur illi fungentes officio suo, debent in peccatis dormientes prædicatione excitare. Apis nocte dormientes vna triplici bombo ad opera solita excitatis summo mane, prædicatoris munus obire videtur: Qui mane, hoc est, oriente sole iustitiæ homines in vtramuis aurem dormientes velut peccatorum mole sopitos triplici bombo, nimirum pœnę incussa formidine, iuxta illud Horatij: *oderunt peccare mali formidine pœnæ*, demonstrationeq; quā fragilia sunt quę hic posdemus, & quis in ijs possidendis scrupulus existat. Item denique æternitatis promissione ad bona facienda opera excitat. Rursus vero cum aduesperascit, eademquæ dormientes excitauit apis, eodem bombo omnes quietem capere iubet, ac tum omnes ocyus conticescunt; ita quoque nos cum vesperascit, hoc est, cum dies vitæ nostræ declinat, id est, cum annorum mole obruimur, in senectute inquam nostra, ad aluearia, hoc est, conscientiæ examinationem deuenire conuenit, bomboque eiusdem, qui nos excitauit prædicatoris audito quiescere, & tandem ab his quæ facere solebamus abstinere. Eo enim tempore dicere potest moribundus: *Mane nobiscum quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies.* Luc. 24. v. 29. q.d. ne discedas in hac hora à nobis, quia animæ nostræ iacturæ periculum imminet, & tuo auxilio & præsidio indigemus, ne nobis aduesperascat & inclinetur dies, &c.

Horatius.

Triplici bōbo prædicatores debent excitare dormiētes.

Luc. 24. v. 29.

15 D. Chrysost. *Non ab exteriori pulchritudine, sed à mentis ornatu homines censendi beati.*

Ergo sapiens ait: *Non laudes virum in specie sua*, &c. q.d. Explicat D. Chrysost. tom. 5. hom. 17. ad populum: *Ne ab exteriore pulchritudine, sed à mentis ornatu homines beatos censeamus; Paruus erat Dauid & breuis statura, verum etiam breuis ille & paruus, & armis nudus omnibus, exercitum tantum & carneam turrim illam solo postrauit ictu, non hastam iaculatus, neque sagittam mittens, nec ensem stringens, sed omnia modico lapide consummans. Propterea & quidam admonet dicens: Ne laudaueris hominem in specie eius, neque abominaberis virum in aspectu eius: parua inter volatilia apis, & dulcedinis principatum tenet ipsius fructus.* Diuerso enim modo consideranda est species hominis externa & interna, qua animus exornatur, quia solet corpus maximis ornamentis condecoratum apparere, & in animo inueniri turpitudo vitiorum, & è contra; nos Hispane prouerbia literdicimus: *de baxo de mala capa a y buen bebedor*. virtus enim animi solet esse recondita in corpore abiecto, vt nos docet experientia: & Ecclesiasticus in præsenti sententia nos admonet dicens: *Breuis in volatilibus apis*, &c.

Diuerso modo consideranda est species hominis externa, ac interna.

Tandem apum alueus, circa quam plurimæ apes volitent & ingredi conentur, cum verbis, *omnibus idem ardor*, significat hominem, qui vno eodemq; cum socijs suis virtutis amore flagrare demonstrat. nam quemadmodum apes eodem omnes conatu ac studio mella & ceras conficere tentant, cùm ad suam, tùm ad aliorum etiam vtilitatem: ita illi vna nimi voluntate alijs sibiq; ipsis prodesse conantur. Apes autem in hoc simbolo viros probos denotant, & in virtutis studio operantes mel fructum, quem virtutis studium parit, eumdemque cera significat. vt in religiosis ostenditur qui vnanimi voluntate virtuti student. Vide emblemata, enigmata, prouerbia, nummismata in Vlysse Aldrouando tractat. de apibus.

Quid significet omnibus idem ardor. Vlysses.

Rursus μελισσα, quæ apem significat puellæ nomen est, nempe Mellisæ Cretensium regis filiæ, quæ vna cum sorore Amalthæa Iouem puerum nutriuit, illa scilicet lacte caprino, hæc melle. Vnde poëtica illa fabula originē sumpsit, aduolasse apes atque os pueri melle compleuisse. Mellisam vero à patre primam sacerdotem magnæ matris constitutam; indeque adhuc eiusdē matris antistites μελισσαι nuncupari; ostendit vero apem tale nomen sortiri, quia fructus habet dulcissimos fauos scilicet mellis, qui inter cętera naturalia primum in dulcedine locū obtineant. Adi si vacat, Virgilium lib. 4. Georgicorum vbi agit de repub. & moribus apum, quos mores vt præstantes in Jouem confert, cum incipit:

Quæ dicatur Mellissa. Virgil.

Nunc age naturas apibus, quas Iupiter ipse
Addidit, expediam, &c.

Illustratio tertia.

16. *Initium dulcoris est primas tenere inter dulcia.* Gen. 43. v. 11. 1. Reg. 14. v. 25. Iud. 14. v. 18. Cant. v. 2. D. Isidor.

Et *initium dulcoris habet fructus illius.* Jam diximus in Notis *initium dulcoris* esse primas tenere inter dulcia, nā melle nihil dulcius; in Heb. mel est דבש *dabas*. dicitur inquit Pagninus, & generaliter de omni alia dulcedine fluente; in distinctione per Kamets scribitur Gen. 43. v. 11. *Et deferte viro munera, modium resinæ & mellis*, &c. & 1. Reg. 14. v. 25. *In quo erat mel super faciem agri.* Jud. 14. v. 18. *Quid dulcius melle.* Cant. 5. v. 2. *Comedi fauum cum melle meo.* Iuxta Græcum idioma, D. Jsidor. lib. 20. Origin. *Mel*, inquit, *Græce appellationis est quod ab apibus nomen habere probatur: nam apes Græce μελισσα dicitur*, &c. Gorop. Beccan. in Gallicis inquit: Apud Latinos mel remansit, & apud Græcos μελι vocabulum compositum ex *me*, & *hel*, quorum hoc altum & excellens signat, ita vt Mehel & compositione per syncopam coallescente, Mel id sit, quod vehementissime nos iuuat. Sicut igitur mel excellentiam adiumenti denotat, ita melle linctum iuuantem, & sic iuuantem, vt citra eius adiumentum homo vix queat vitam suam tueri. Itallis *melle* vocatur, Gallis *Miel* sicut & Hispanis. Vide D. Isidorum loco citato.

Origo nominis Mel. Gorop. Beccanus. *Mel excellentiam adiumenti denotat.*

Ergo sunt qui dicunt mel esse cæli sudorem, alij siderum saliuam, alij purgantis se aëris succum. Constat sane ex aëre decidere, atque ita siderum maxime exortu sub Lucanis temporibus. Vnde sub primam auroram folia arborum melle roscida reperiuntur. sic dixit Virgil. Georg. 4.

Aliqui censent mel esse cæli sudorem vel siderum saliuam. Virgil.

Protinus aërei mellis cœlestia dona

Roscida profecto materia omnino existit, ab apibus collecta infertur aluearijs formamque ibi accipiunt mellis. Aristoteles posuit sic distributionem ac conficienda mella, *Patiuntur inter se opera. Aliæ fauos conficiunt, aliæ mella, aliæ eritha cam, aliæ fauos expoliunt, aliæ aquam comportant ad cellas, & mella temperant, aliæ foras ad opus exeunt.* Hinc Virgil. 4. Georg. 158.

Aristot. *Distributio apum ad conficienda mella.* Virgil.

Nam aliæ victu inuigilant & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ purissima mella,
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas, &c.

Cerda. Lucianus. D. Gregor. Nazianz. *Apes sapientiæ suæ documentum præbent, &c.*

Lege si placet nostrum cerda ad hunc locum, qui multa ad illustrationem congessit. Lucianus in Alcyone dixit: *Natura apem effinxit diuini mellis effectricem.* audi D. Gregor. Nazianz. Orat. in nouam dominicam, qui agens de sapientia apum sic loquitur: *Nunc sedulæ apes solutis pennis, ac relictis aluearibus sapientiæ suæ documentum præbent atque ad prata conuolant, floresque populantur ac partim celullas elaborant sexangulas, & inter se oppositas fistulas attexentes, rectasque angularibus alternantes, non minus ad operis elegantiam, quam ad securitatem: partim mel in horrea recondunt, atque hospiti suo dulcem fructum & in aratum proferunt*, &c. Quē locum explicans Nizetas eius commentator, inquit: veris etiam tempore sapiens & industria apis vt est apud Salomonem, pennam suam ab hyberno frigore quasi à vinculo quodam torpescentem velutque constrictam soluit, atque ab aluearibus, in quibus habitat, ac mel tamquam in horreis recondit, egreditur, atque in hortos & floribus amœna loca conuolat, & ceram quidem ex floribus aperte colligit: mel autem hoc est, inspersum floribus humorem ore attractum, fauorum cauitatibus immittit. Adeo scite & solerter apis horrea mellis fabricatur, &c. & si aliquod, genus mellis varijs in locis pessimum sit, & in alijs optimum. at dulcius est, quod commemorat Andreas Mathiolus lib. 5. epist. Mel, inquit, Galeno probatur, quod in Græcia prouenit nempe Atticum ex Hymetto monte, & omne fere aliud quod in adiacentibus colligitur locis: nihil tamen hoc impedit, cum in alijs etiam regionibus mel præstantissimum reperiri possit, vt ipse met fatetur Galenus.

Nizetas. *Quomodo apes fauos conficiant.* And. Math. Galenus.

17. *Mel principatum obtinet inter dulcia.* Varro.

Ergo cum mel dicat Ecclesiasticus sit optimum genus liquoris, quia *initium dulcoris habet*, principatum enim obtinet inter dulcia. Marcus Varro lib. 3. cap. 16. de melle loquens *dulcissimum quod est*, inquit, *dijs & hominibus est acceptum, quod fauus venit in altaria*, &c. Apud Orpheum Saturnus à Joue mellis appetitur insidijs, inde non consopitur, velut temulentus: sicut apud Platonem Porus nectare oppletus. Quo innuitur per voluptatem illam esse oblaqueatum, qua & ad generationem producantur diuina. Quantopere autem dij mellis libatione gauderent innuit Ausonius in Ephemerid.

Ausonius.

Nec thus cremandum postulo
Nec liba crusti mellei
Foculumque vui cespitis
Vanis relinquo altaribus.

Mella Baccho sacrificabant. Tibullus.

Libum autem illud fiebat ex farre melle & oleo. Sacrificabant autem mella in primis ex fanis & examinibus Baccho, de quo canebat Tibullus.

Sic venias hodierne tibidem thuris honores,
Liba & Mopsopio dulcia melle feram.

Ægyptij cum festum Mercurij celebrarent edebant mel & ficus, vt inuenirent veritatem dulce quid esse, vt scribit Plutarchus lib. de Iside & Osir. Pluto quoque melle placabatur vt meminit Silius Italicus cum canit:

Ægyptij festum celebrantes Mercurij mel edebant vt inuenirent veritatem dulce quid esse. Plutarch. Silius.

Duc prædicta sacris duro placamina diti
Mella simul tecum & puri fer dona Lyci.

Dabant etiam melli tam placentam mortuis, vt eam Cerbero offerrent, vt & ipse placaretur, vt legitur apud Suidam. Et Sybilla apud Virgil. lib. 6. Æneí. cum Ænea ad inferos descendens, ne à Cerbero offenderetur:

Mortuis dabant mellitam placentam vt offerrent Cerbero. Suidas Virgil.

Melle saporatam & medicatibus frugibus offam
Obijcit, &c.

Mortuis quoque mel infundebant Græci: Achilles in Patrocli funere apud Homer. ill. 16. multa animalia mactat, ijsque excoriatis infundit mellis & olei amphoras, atque ita cremat. & iphigenia apud Euripidem act. 3. inquit:

Homerus. Euripid.

Sed multo tum ornatu decorabo cumulum
Et apis populatricis montium
Liquorem floreum tuo infundam rogo.

Babylonij corpora sua in melle sepeliebant, cùm vt à putredine tuerentur, tùm etiam vt innuerent animum omni dulcedine mitigandum esse, atque ad molliendam omnem acerbitatem & amaritudinem, cauendumque ne quid admittatur quod inquinet eum, exulceret, exasperetve; denique corpus exercitandum esse, ne otio putrescat. Confirmat hanc consuetudinem Joan. Rosin. lib. 5. Antiq. Rom. cap. vlt. *Quod si aliquis*, inquit, *peregre obijsset, cadauer melle per vngebant, ne corrumpetur donec domum referri posset.* Plin. lib. 22. cap. 24. *Mellis quidem ipsius natura talis est, vt putrescere corpora non sinat, iucundo sapore, atque non aspero, alia quam salis natura.* De Agesipole Lacedæmoniorum rege, qui febri mortuus fuerat, ait Xenophon lib. 5. *Melle oblitus domum deportatur, ac regiam sepulturam consequitur.* Vide Rhodig. lib. 28. cap. 27.

Babylonij corpora sua melle sepeliebant. Rosinus. Plinius. *Mel non sinit corpora putrescere.* Xenophon

18. *Veteres in omni dulciario opere melle vtebantur vt nos sacharo.*

Melle etiam veteres in omni dulciario opere vtebantur, vt nos sacharo, illiusque condimento saporis gratiam palato parabant, & quæ tristioris erant & amarioris saporis melle, quo minus offenderentur condiebant & imbibebant; sic medicamentorum virus emendabant. vt constat ex Lucrecio lib. 1.

Sed veluti pueris absinthia tetra medentes.
Cum dare conantur, prius ora pocula circum,
Contingunt mellis dulci flauoque liquore.

Mel tandem vt dulicssimum condimentum dijs ab antiquis sacrificabatur, vt melleo sapore placarentur. Poëtæ etiam hinc nectar deorum & hominum multum fieri voluere. Pontanus ad stellam.

Mel ab antiquis dijs sacrificabatur. Pontan.

Libat apis de ore fauos, mellisque liquorem
Inde hominum mulsum nectar, & inde Deum.

Et Baptista Mantuanus inter alios optimos ac vtilissimos agrorum fructus, inquit:

Bapt. Mant. *Nectar ex melle conficiebatur.*

Cælestes adiunge fauos, & nectareum mel
Quod vaga de florum vertice lambit Apis.

Quare dixit Varro lib. 3. cap. 16. foris pascuntur apes, intus opus faciunt, quod dulcissimum quod est, & dijs & hominibus acceptum quod fauus venit in altaria, & mel ad principia conuiuij, & in secundam mensam administratur.

Varro.

Verumtamen est mel apud veteres in sacrificium dijs offerri, sed è contra verus noster Deus eius oblationem non tantum non admisit, verum etiam, vt sacræ Litteræ attestantur pro-

In veteri lege non offerebatur mel in sacrificiū, & quare.

Plutarch. Leuit.2. v.11.

prohibuit. Quod ex Ethnicis tetigit quidem Plutarchus lib. 4. Sympos. q.5. Ait ergo Dominus Leuit.2.v.11. *Omnis oblatio, quæ offertur Domino absque fermento fiet, nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domino.* Cur autem hoc melleum sacrificium Deus reiecit? nónne mel inter omnia dulcia primatum tenet? quare hoc dulcissimum condimentum reprobauit? Abulensis q.5.super hunc locum,rogans,Quare mel prohibitum fuerit in sacrificio Dei? ait ; ad quod quis respondere posset hoc prohiberi, quia dæmonibus sacrificia mellis offerebantur. Quam responsionem reijcit, & affirmat,nullam esse causam Litteralem, sed referendum esse ad quamdam tropologiam scilicet,quia mel significat, dulcedinem in illicitis actibus libidinum, quos Deus vult longe discedere ab his, qui ministerio suo adstant. signat, etiam mel dulcedinem verborum in adulantibus, Quod Deo valde odibile est, ideò sacrificijs suis distare oportet. Quare D.Ioann. Chrysost.tom.2.hom.3.in Marcum respondet : *Mel sane voluptatis indicium est & suauitatis, semper enim voluptas mortificat, semper voluptas Deo non placet : quodcumque dulcedinem habet in Dei sacrificijs non offertur. Mel quidem esse dulce ipsum videtur, & sensum suauitate demulcens, sicut & voluptas, sicut & libido, sicut & lasciuia. Ergo mel non solum de floribus,sed & de quocumque voluptuoso est ; videtur quidem suaue esse, sed si discrimen spicies mortiferũ est.* D.Hieron. tom.1. Epist.12. de libidine : *Mel enim distillare labia meretricis,quod ad tempus impingnat vescentium fauces, & postea felle amarius inuenitur. Vnde & in Domini sacrificijs mel non offerunt, ceraque contempta, quæ mellis hospitium est, oleum accenditur in templo Dei, quod de amaritudine exprimitur oliuarum.* & tom.5. in cap.1. Ioël. *Dulcia enim,* ait, *sicut vitia, quia mel distillat labijs mulieris meretricis, & idcirco in Dei sacrificio non offertur.* Itaque prohibuit Deus offerri in templo mellis sacrificium propter illius significationem, in tantum vt ceræ vsum noluerit accipere,vt optime pendet Hieronym. *Quæ mellis hospitium est.* vt si quis hospitium alicuius despiceret, quia apud se permiserit inimicum diuersari,habebat enim Deus animum infensum mellis sacrificio, & quia cera in se mel receperat, illam contempsit quia mellis hospitium est. Philo Iud.de vict. offerre mel, ait, veritum impoti altari, quia collectrix eius apis animal est impurum à putribus boum cadaueribus. Salmeron dici non offerri mel in sacrificio, quia typus est deitatis, quam siue *maiestatem qui scrutatur opprimitur,*Prou. 25. v.27. sicut, *qui mel multum comedit non est ei bonum.*

Abulensis.

Mel dulcedinem in adulantibus signat. D.Chrysost

In melle denotatur voluptas mortifera. D.Hieron.

Cera non offerebatur in sacrificium, quia mellis hospitium est D.Hieron

Philo Iud.

Salmeron.

Prou.25. v.27.

19. *Per mel olim suauitas eloquij portendebatur.* Plinius. Valer Max.

Tandem cum mel dulcissimum sit, olim per illud suauitas eloquij portendebatur. Hinc est quod dicat Plin.lib 11.cap.17. *Sedere in ore infantis* (apes scilicet) *tum etiam Platonis suauitatem illam prædulcis eloquij portendentes.* Idem refert Valer. Maxim. lib. 1. cap. 6. Simile plane augurium Pindaro celeberrimo ac suauissimo poëtæ contigisse narrant, dicentes, cum adolescentulus esset etiamnum æstiuoque tempore Thebis Thespiasiret æstu meridiano fatigatum præ somno ac lassitudine paululum è via declinasse, prostatusque cum dormiret aduolantes, ad eius os apes in labris eius mellificasse. Ælianus vero lib.2. de stellis hoc aliter refert, nimirum Pindarum cum è patria domo fuisset expositus aluisse apes pro lacte mella ferentes.Idem dicitur de Lucano

Ælianus. *Pindarus nutritus melle.*

poëta & de D. Ambros. id quoque narrat Paulinus diuinamq; viri eloquentiam demonstrasse. vide Joann. Bapt. Montanum, qui suis versibus idem confirmat. Nam cum & sacra Pagina Iud.14.v.8.testetur in ore leonis occisi apes examen confecisse, & fauum mellis, significata est dulcedo doctrinæ & sapientiæ Christi moriturí.

Paulinus. Montan. Iud.14.v.8

Hinc est etiam quod per mel beatitudo significetur futuri sæculi, vt Pierius in suis hieroglyphicis affirmauit, afferens promissionẽ Domini Exod.33.v.2.3.*Et mittam præcursorem tui Angelum, vt eijciam Chananæum, & Amorrhæum, & Iebusæum, vt intres in terram fluentem lacte & melle.* Quæsierit, inquit Pierius, hic fane aliquis cur polliceatur Dominus ducturum se populum suum in terram lacte & melle fluentem : passim enim hyeroglyphicũ aliquid sapit diuinarum litterarum. Igitur Theologi nostri referente Hesychio, hoc ad futuri sæculi delicias,beatitudinemque transferunt, quod ex cibis, quibus hic vtimur, nihil his suauius dulciusque reperitur : tum quia sine labore comparantur, & nulla indigent comparatione, nam bona illa absque vlla sollicitudine, sine dolore,studio nullo, apparatu nullo, conduntur nullius egentia, tamquam effuso copiæ cornu effundantur. Optime aptatur mellis suauitas & dulcedo beatitudinis dulcedini & suauitati: quia sicut in terrenis mel principatum tenet inter omnia dulcia,sic beatitudinis delectatio inter spirituales delicias primum locũ obtinet,cum eius dulcedo & suauitas quamcumque aliam delectationem superet.

Per mel significatur beatitudo futuri sæculi Pierius. Exod.33. v.2.3.

Nihil melle dulcius sua. uisque reperitur.

Sic expertus Paulus dicebat 1.Cor.2.v.9.*Quod oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum;* citat Isaiam cap.64.v.4. Licet illa supernaturalis dulcedo beatitudinis comparationem illam nõ habeat, sed quia in terris nihil aliud inueniatur dulcius melle, cum dicat sacra Pagina Jud.14. v.18. *Quid dulcius melle?* ideò sicut mel omnium dulcium principatum teneat, sic beatitudinis dulcedo & suauitas occupat inter omnes spirituales delicias primum locum, ita vt nihil vltra desideretur. Sic D.Gregor.Nazianz. in orat. in laudem Cæsarij loquens cum illo, inquit : *Vtinã cælos penetres, atque in Abrahæ sinu,quicumque tandẽ ille est,conquiescas, & Angelorum choream inspectes, & beatorum virorum gloriam, atque splendorem,vel potius vna tripudies & exultes. ac regi illo magno assistens, totoque lumine illo perfusus cuius per exiguum riuũ hic consecuti, vtinam ad ipsum fontem postea peruenianus, pura mente puram veritatem obtuentes, ac laboris in virtutis studio exantlati mercedem hanc inuenientes,vt plenius illic summo bono eiusque contemplatione perfruamur,* &c.

20. 1.Cor.2.v.9

Supernaturalis dulcedo beatitudinis nullam comparationem habet. Iud.14.v.18

D.Nazianz.

Beatitudinis delectatio qualis.

Ergo sicut apis, licet despicatissima sit, offert dulcissimum fructum, mel scilicet quod superat omnes fructus suauitate & dulcedine: sic humana humilitas licet in se nihil habeat splẽdoris,sed potius obscuritatis,offeret tandem suauissimum æternæ exaltationis fructum,cum iustum humilem perducat, & statuat in conspectu diuini largitoris Dei, qui promisit humilibus, non solum in præsenti gratiam, sed in futuro sæculo gloriæ beatitudinem, qua æternum perfruatur. tunc scilicet experietur humilis Christianam humilitatem in se conditos habuisse melle dulciores fructos, beatitudinem scilicet humilibus in hac vita promissã ; quibus perpetuo vescẽtur ad æternã saturitatẽ,obtinendam,&c. Quare Ecclesiasticus

Humana humilitas licet abiecta sit,fructum offert æternæ exaltationis.

Christus tamquam rex populum melle doctrinæ suæ nutrimento sustentauit.

Humilitas Christiana conditos habet dulces fructus beatitudinis.

siasticus vt hanc veritatem enuntiet, afferens similitudinem apium inquit : *Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius,* mel, scilicet quo nihil in vita dulcius inuenitur.

Digressio de diuino Eucharistiæ Sacramento.

21. *Apes significant principes & reges.*

Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. Certum est apes apud omnes significare Principes & Reges, quia sicut apis mel habet,atque spiculum,ita bono Principi,si lenitas necessaria est ad bonos contra malorum insolentiam atque arrogantiam subleuandos, & seueritas ad improbos coërcendos. Quod conuenit principi nostro Saluatori Christo Jesu, *qui Rex Regum est, & Dominus dominantium.* Apocal.19.v.16. cuius potestas & imperium longe superat omnium regum potestatem,quia ea ipsa ratione api similis dicitur, quod sicut quietis ac modestis apes mellificant, & hostes suos aculeo impetunt : ita Christus peccatoribus Tartaro concesso, iustos ad cælos accersit. Ac sicut *data est* illi *omnis potestas in cælo & in terra.* Matth. 28. v.18. & ab æterno parente *constitutus* est, non solum *rex* Psal.2. v.6. sed etiam iudex viuorum & mortuorum, vt dicitur Actor.10.v.42. *Qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum.* sic non solum iustos beabit, sed etiam peccatores æterno addicet supplicio, vt in extremo iudicio iusti & peccatores experientur. Nam ait D Matt.cap.25.v.46. *Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Quare D. Bernard. serm.2. de Aduentu, cum dixisset Christum Apem esse, quæ misericordiam, & iudicium affe-rebat. subdit: *Sed nolite sperare in iniquitate, nolite peccare in spe.Habet enim apis nostra quandoque assumere aculeum suum, & acriter nimis infigere illum in medulis hominum peccatorum : quoniam Pater non iudicat quemquam,sed filio dedit omne iudicium.* Ioan.5. v. 22.

Apoc.19. v.16.

Christus vetus rex regum.

Matt.28. v.18. Psal.2. v.6. Act.10.v.42

Matt.25. v.46. *Christus in iudicio beabit iustos & peccatores punict.* D.Bernard.

22. *Officium principis est esse baiulum reipub.*

Ergo si Dominus Jesus Princeps erat, cuius officium est esse quasi baiulum reipub. & regni, portantem in humeris suis pondus regiminis sicur verum Athlantem,& est verus rex,ad quem pertinet populum suo subsidio & adiumento sustentare. vt dicebatur illi, de quo Isaias cap.3. Isa.3.v.6 7.v.6. 7. *Vestimentum tibi est, Princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. Respondebit in illa die dicens : Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum : nolite constituere me principem populi.* Principis enim officium est præbere necessaria alimenta populo ; ideò cum Christus Dominus fecit conuiuium ex panibus & piscibus famescentibus, qui in deserto illum sequebantur electus fuit à conuiuis in regem suum, dicente Euangelista Ioan.6.v.15.*Iesus cum cognouisset quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem,fugit iterum in montem ipse solus.*

Insuper & præbere alimenta necessaria populo.

Ioan.6.v 15

Cum igitur Christus tamquam apes diuina rex constitutus sit ab æterno parente, non solum populum melle doctrinæ suæ nutrimento sustentauit dum vixit, sed statuit illum melle corporis & sanguinis sui abunde nutrire, vt melius & abundantius suo principis munere fungeretur. Hoc ineffabile Eucharistiæ Sacramentum instituit pridie quam pateretur. nam *accepit Iesus panem* (Matt.26.v.26.) *& benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait : Accipite, & comedite: hoc est corpus meum, & accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens : Bibite ex hoc omnes ; hic est sanguis meus,* &c. Tunc enim tamquam apes operaria confecit fauum dulcissimum, quo seipsum & homines aleret & nutriret.Et ait per Salomonem Cant.5.v.1. *Comedi fauum cum melle meo : Bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite amici, & inebriamini charissimi.* Quem locum explicant Nyssen. & Ambros. de Eucharistiæ Sacramento. & fuit. q.d. instruens tibi conuiuium Sacramentale, ipse prior comedi (communicauit enim se ipsum Christus Dominus, vt asseritur à Theologis 3.p.q.85. art.1. & ibi S. Thom. in corpore ait.) vt exemplum haberes sanctitatis ac dispositionis, qua & tibi comedendum foret. comedi summa cum voluptate atque dulcedine corpus meum tamquam fauum cum melle meo,bibique sanguinem meum, vt vinum & lac, qui tandem dulcedinem, voluptatemque eamdem & tu nitereris è conuiuio isto percipere. Ad mei itaque exemplum, *comedite amici, & inebramini charissimi.* & Prouerb.24. v.13. inquit ipse Dominus : *Comedi fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo.* Fauum nuncupat carnem suam, quia sicut fauus fit quidem ab ape, vt diximus,sed è materia florum : ita & caro Christi à super cælesti illa ape Spiritu sancto fabrefacta est ex purissimis,& floridis, virgineisq; Mariæ sanguinibus : sicut in fauo continetur mel vniuersum, quod est in alucaribus : ita & in carne Christi tota est diuinitas : quia *in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Col.2. vers.9. Diuinitas enim vere significatur per fauum mellis,nam semper habet annexam dulcedinem, atque omnis beatitudinis & fœlicitatis suauitatem omnem LXX. transferunt : *Comedi panem meum cum melle meo,* id est, corpus meum sub specie panis, &c.

In Eucharistia conficit fauum, quo nutrit & sustentat. Cant 5.v 1. D.Gregor. Nyssen. D.Ambros.

D. Thom.

Christus se ipsum communicauit in Eucharistia ad exemplum aliorum.

Prou.24. v.13.

Per fauum caro Christi intelligitur.

Col. 2.v 9.

23. Iud.4 v.8. *Fauus mellis vt videret cadaver* (vers. 8.) *& ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis.* & ansam sumens ex hoc prodigio proposuit, ciuis locis illius ænigma, vers.14. *Qui responderunt ei proponeproblema, vt audiamus. Dixitque eis : de eo medente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Quod problema cum ipsi vxori declarasset, quæ importunis precibus declarationem extraxit ab eo, ipsa enuntiabit, ciuibus, dicens : *Quid dulcius melle, & quid fortius leone?* vers. 18. In quo problemate significatum est diuinum Eucharistiæ mysterium. nam per leonem mortuum & dilaceratum à morte (licet ipsa mors victa & postrata remanserit) significatur leo ille fortissimus, de quo Joann.Apocal.5.vers.5. *Ecce viuit leo de tribu Iuda radix Dauid.* vocatur Christus leo ob fortitudinem, quia cum esset filius Dei, ita in mortis congressu fortem se exhibuit, vt inuictum robur tamquam victor demonstraret. Quare per Iusum dixit Apost. 1.Corint.15. vers.53. *Absorta est mors in victoria ; vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?* alludit ad Oseæ 13.vers.14.Pulchre D. Hieronym. in Epitaphio Nepotiani ad Heliod. mortem alloquens illique cum Paulo insultans, inquit : *Qui per Oseæ quondam tibi rigidus minabatur: ero mors tua ô mors: ero morsus tuus inferne; illius morte tu mortua es, illius morte nos viuimus deuorasti & deuoratæ es : dumque assumpti corporis Christi sollicitaris illecebra, & auidis faucibus prædã putas, imerio-*

Fauus mellis in ore leonis quid significat.

Eucharistia mysterium significatum est in problemate Samsonis. Apoc 5 v.5.

1.Cor.15. v.53.

D.Hieron.

Quare Christus Dominus vocatur Leo.

riora tua adunco dente confossa sunt. Gratias tibi Christe Saluator, tua agimus creatura quod tam potentem aduersarium nostrum, dum occideris occidisti? Vocatur etiam Christus leo quia quemadmodum cætera animalia leoni tamquam Principi famulantur, ita omnes gentes Christum tamquam regem suscipiunt & venerantur. Jnsuper quia leo cum terrori sit omnibus, neminem ipse timet. Quæ ratio est D. Hilarij in Psal.131. vbi tractans id Genes.49. *Catulus leonis Iuda*, &c. *Leo*, inquit, *terrori est feris omnibus, & hic solum per confidentiam & securitatem dormit intrepidus, terror omnium vigilans est.* Quod maxime pertinet ad Christum cuius intrepidæ & præpotentis naturæ securitatem, nulla externi terroris timiditas inquietat. Quod præcipue docet Hilarius morti Christi conuenire: tunc enim dormiens Christus leonis intrepide dormientis similitudinem habuit.

D. Hilarius

24. *Per fauum mysterium Eucharistiæ intelligi probatur.* 1.Reg.14. v.27. D.August. D.Hieron.

Quod per fauum intelligatur mysterium Eucharistiæ, probatur non solum loco Cant. præcedente, sed etiam alijs, in quibus ostenditur mellis similitudinem Eucharistiæ accommodatam esse 1.Reg.14.v.27. Ionathas famelicus præ nimia lassitudine & inedia, *extendit summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt Oculi eius.* D.Augustinus, & D.Hieronymus videntur de eucharistia hunc locum explicare: nihil ita animum famelicum ita reficit, vt fauus illi diuinus, quo Angeli & homines illuminantur. Rursus cum pollicebatur dominus. Daturum terram promissionis *lacte & melle manantem*, Exod.13.v.5. non solum promittebat cælestem beatitudinem, quæ terra est, in qua iusti lacte & melle diuinæ visionis satiabuntur; sed etiam Ecclesiam nostram, quæ haud dubium terra est, vbi lactæ doctrinæ, & melle eucharistiæ fideles affatim satiantur. Insuper ille fauus quem Christus manducauit post resurrectionem. Luc.24. v.42. forte hoc mysterium adumbrabat, fauus enim continet in se ceram & mel, quod ex ea exprimitur, Mel iam diximus simbolum esse diuinitatis, & cera humanitatis Christi, quæ duo non mixta, sed vnita & copulata inueniuntur, quia in Christo *in habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, Col. 2 v.9. Tandem ait Vates regius Psalm.80. v.17.. *Et de Petra melle saturauit eos*, vbi Agellius ex Theodoret. & August. explicat de aqua, quæ de Petra manauit, vt Jsraelitæ sitim extinguerent, & vocabatur mel quia sitientibus mellis dulcedinem imitari videretur; eduxit enim Deus illis in deserto dulcissimã aquam de Petra. Sed certe alludit Dauid ad terræ sanctæ copias (vt explicat Mariana) vbi præcopia apum rupes ipsæ hyperbolice dicuntur fundere mel; alludit etiam ad id Deut.32. v.13. *Vt sugeret mel de Petra.* in Petris enim; Apes mellificabant, & facile à comedentibus mel sufficiens inueniebatur. Quę omnia mysterium Eucharistiæ adumbrabant, nam non solum Christus Petra erat melle diuinitatis plena, ad saturandos eos, qui ad hanc diuinam Petram comedendam accederent. etiam num ipsa Petra melle satiata est. sic dixit D.Hieronym. tom.7. explicans locum Psal.80.v.17. *Et Dominus noster post resurrectionem propterea fauum comedit, & de Petra melle saturatus est; ergo rem dico nouam. Ipsa petra mel comedit, vt nobis mel tribueret & dulcedinem.*

Eucharistia Sacramentum prænuntiatum. Exod.13 v.5. Luc.24. v.42. *Mel simbolum est diuinitatis & cera humanitatis Christi.* Col.2.v.9. Psal.80.v.17 Agellius. Mariana. Deut.32. v.13. *Christus Petra erat mille diuinitatis plena, &c.* D.Hieron

Ergo si Christus in leone mortuo significatus erat, & eius corpus & sanguis in fauo mellis in ore leonis inuento, non dubium quin verum sit ipsum leonem mortuum se ipsum tamquam mellis fauum obtulisse in Sacramento altaris, vt fideles comedentes memoriam passionis eius recolerent, vt ait Paulus 1.Cor.11.v.26. *Mortem Domini annuntiabitis.* Sic eleganter dixit D.Clemens Rom. Epist. 1. omnibus Ecclesijs scripta: *In sacramentorum quoque oblationibus, quæ intermissarum solemnia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, vt eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur.* & paulo post: *crimina enim & peccata, oblatis his domino sacrificijs delentur, idcirco & passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus, & sæpius recitanda, atque hæc Domino offerenda: talibus hostijs delectabitur & placabitur Dominus, & peccata dimittet ingentia.* Quod Ecclesia repetit: *Recolitur memoria passionis eius.* Nam Christus crucifixus & mortuus oblatio erat, quæ in sacrificio cruento æterno parenti dicabatur. Quod sacrificium quotidie in sacrificio incruento altaris repetitur ad placendum Deum, &c.

25. *Christus se ipsum obtulit in Eucharistia in memoriam suæ passionis.* 1.Cor.11. v 26. D Clem. Rom. *Sacrificio altaris delectatur & placatur Deus.*

Item quod Ecclesia rursus cantat: *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur*, forte mutuabit à D.Dionys. Areop. cap.1. de cælesti Hierarc. vbi ait: *Et Iesu participationis ipsam diuinissimæ Eucharistiæ sumptionem, & quæcumque alia cælestibus quidem essentijs supermundanè, nobis vero symbolice tradita sunt.* Quem locum explicans Dionys. Carthus. inquit, id est, intellectus noster sentiens assumptionem diuinissimæ Eucharistiæ, id est, acceptionem Sacramenti altaris, in quo diuinissima gratia Sacramentalis, imo omnium gratiarum ac virtutum plenitudo ac copia continetur, esse imaginem participationis Jesu, id est, beatissimæ fruitionis eius in gloria, seu gratiosæ inhabitationis eius in anima per effectus sacramentales in via. Eucharistia quippe viaticum est perducens ad patriam & pignus gloriæ affuturæ, & per corporis & sanguinis Christi sumptionem atque refectionem significatur suæ deitatis refectio gloriosa, & communicatio plena. Hæc ille.

Quid sit, & futuræ gloriæ nobis pignus datur in Eucharistia. D.Dionys. Areop. Carthusian. *Eucharistia viaticum est & pignus gloriæ futuræ.*

Tandem sicut apis habet in se spiculum, vt diximus, & dulcedinem mellis: sic apis Christus in hoc diuinissimo sacramento vtrumque habet, dulcedinem mellis bene sumentibus libentissime offert. Sic dixit Philo Carpathiorum Episc. in cap.5. Cant. *Et cælestis ille manna, Eucharistiæ scilicet quæ si sancte meditetur, tantum dulcedinis cælestis alimoniæ affert, & suauitatis fructum, vt recte cum Dauid* Psal.33. dicere queat: *gustate & videte quam suauis est Dominus* simile est hoc mel illi manna, de quo Exod.16.v.31. *Gustusque eius quasi simile cum melle.* Habebat enim, vt ait Sapiens, cap.16.v.20. sap. *Omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem*, &c. Quare D.Damascen. lib.4. Orthod. fid. cap.14. communicantes, sic admonet: *ardenti cupiditate ad eum accedamus manibus in crucis formam compositi crucifixi corpus suspiciamus, atque & oculis & labijs & frontibus impositis diuini, carbonis participes efficiamur: vt ignis desiderij in nobis insiti assumpta ea, quæ ex carbone oritur inflammatione, peccata nostra exurat, ac pectora nostra collustret: demusque operam, vt per diuini ignis perceptionem in ardescamus, dijque efficiamur. Vidit quippe carbonem Isaias. Carbo porro non simplex lignum est, sed igni vnitum: sic panis quoque communionis non simplex panis est, sed diuinitati vnitus*, &c.

26. *Christus in Eucharistia instar apis mel habet & spiculum.* Philo Carp. Exod.16. v.31. Sap.16.v.20 *Eucharistia est sicut Manna.* D.Damasc. *Quomodo Christus recipiendus in Eucharistia.*

Fateor D. Bernardum serm. 2. de Aduent. enuntiasse, hanc apem, dum in terra vixit, non vsum aculeo ad condemnandum, sed mel obtulisse misericordiæ. Sic ipse prædicauit: *Huius apis mel & aculeum non ignorat, qui misericordiam ei & iudicium cum Propheta decantat*, Ps.100. vers.1. *Attamen ad nos veniens solum mel attulit, & non aculeum*, id est, *misericordiam & non iudicium. Non habebat aculeum apis nostra: quodammodo deposuerat illum, quando tanta indigna patiens misericordiam exibebat & non iudicium.* Vera sunt hæc, sed cum hoc diuinum Eucharistiæ sacramẽtum instituit voluit sic ab hominibus tractari, vt intelligerent in eo misericordiam per mel significatam, & spiculum iudicij comedere: *Nihil enim* (inquit Clemens supra citatus) *in sacrificiis maius esse potest quam corpus & sanguis Christi. Nec vlla oblatio hac potior est, & hæc omnes præcellit. quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda.* Nam qui indigne hunc mellis fauum deglutit, seu potius deuorat, *iudicium sibi manducat, & bibit.* q.d. cum hæc diuina apis quodadmodo deposuisset iudicium, id est, spiculum, vt loquitur Bernardus prouocat ipsam apem ad iracundiam, vt iudicij aculeum, quem in se reconditum habet, ostendat & acuat aduersus indigne communicantes. Sic dicitur de apibus habere iustitiam. Ita Didymus hanc iustitiæ virtutem tangens: *Neque vero* (inquit) *aliorum labores deuastat, resistit tamen fortissime eis, quæ ipsius labores destruere aggrediuntur.* Auicena auctor est, nullum animal ad vindictam pronius esse apibus irritatis: irritantur autem maxime cum mel eripitur: adeò veró sese vindicant, vt legãtur furem ascellere ad pœnitentiam adegisse. Sic diuina apis Christus irritatur cum mel eripitur, id est, cum mel Sacramenti male tractatur. Licet ad vindictam minime pronus sit, sed ad misericordiã, at cum inimicũ inuenit fauum mellis subripere (ille, enim, fauũ subripit qui indigne cõmunicat) irritatur & ad sumendum vindictam seipsum excitat. Sunt enim inimici, qui ei mentiuntur. Quare dixit vates Regius Psalm.80. vers.16. *Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula. Et cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.* Vbi D.August. tom.8. *Mel* (inquit) *sapientia est, primatum dulcoris tenens in escis cordis Quam multi ergo inimici Domini mentientes Domino cibantur, non solùm ex adipe frumenti, sed etiam de petra melle de Sapientia Christi? Quam multi delectantur verbo eius, & cognitione Sacramentorum eius, quam multi delectantur, quam multi clamant. & non est hoc mel de quolibet homine, sed de petra. Petra autem erat Christus. Quam multi ergo satiantur de melle isto, clamant, dicunt: nihil melius est, nihil dulcius, & tamen inimici Domini mentiti sunt ei.*

D.Bernard. *Christus in vita non vsus aculeo vt apis, sed misericordia, &c.* D. Clemens Rom. *Qui indigne communicat, iudicium sibi manducat, &c.* *Nullũ animal pronius est ad vindictam ape.* Ps.80. v 16 *Qui male tractant Eucharistiam mentiuntur Domino.*

Itaque cum hoc Sacramentum sit fauus mellis ex diuina ape confectus, dignus est vt reuerenter suscipiatur à fidelibus. Procul hinc fures inimici, qui male sumentes, & furantes, iram diuinæ apis prouocant, vt se de illis vindicet, &c. & ideò explicans Rupertus: *vincenti dabo edere de ligno vitæ*, Apocalip.2. *Sepe, enim*, (inquit) *qui nondum vicit, id est, nondum egit pœnitentiam, edit de ligno vitæ, manducans videlicet corpus & bibens sanguinem Domini: Verum non illi dat Christus, sed ipse rapit, atque adeò iudicium sibi manducat & bibit.* 1. Corint.11. v.29. Quare magna puritas requiritur ad hunc mellis fauum commedendum. Dixit enim Origens explicans id Genes.49. vers.11. *& in sanguine vuæ pallium suum. In sanguine autem vuæ quomodo amictum suum lauit? Amictus propinquior quædam est corpori vestis, quam stola: is ergo, qui prius per lauacrum loti stola eius fuerunt effecti, posteaquam ad sacramentum sanguinis peruenerint amictus eius esse dicantur.* Vbi obserua quanta puritas & vitæ sanctitas ad Eucharistiam sumendam requiratur, siquidem per communionem amictus est, id est, interius Christi indumentum efficimur.

27. *Fauus mellis sacramenti dignus est vt reuerenter suscipiatur à fidelibus.* Rupert. Apoc. 2. 1.Cor.11. v.29. Origen. *Magna puritas requiritur ad suscipienda Eucharistiam.* Genes.49. vers.11.

Tandem hoc Sacramentum vocatur *mysterium* fidei, quia clausis oculis & apertis auribus credendum est. Si enim præsumit quis mysteria eius abstrusa vane scrutari, opprimetur à gloria eius, sic dixit Sapiens Prouerb.25. vers.27. *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria*, continet enim in se hoc diuinum sacramentum gloriam & maiestatem deificam, quam nullo modo capere possumus. quare qui scrutari ausus fuerit sane opprimetur à gloria, Jdeò cum quis ad manducandum accedit, scrutari non præsumat eius maiestatem & gloriam, sed humiliter mysteria veneretur, ne opprimatur, & pereat. Ergo cauendum nec contemnentes & aspernantes apiculam, mellis iacturam faciamus. Juxta illud Saphus: *neque mihi mel, neque apis.* Hugo Cardinalis hoc loco mystice accommodat primum Christo, secundo Deiparæ Virgini, tertio S.Ioan.Baptistæ, quarto & fusissime bonis prædicatoribus. adi illum.

Quare Eucharistia vocatur Sacramentum fidei. Prou.25. v. 27. Hugo.

VERS. IV.

Inuestitu ne glorieris vmquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius.

Sensus.

18. IN *vestitu ne glorieris*, &c. q.d. Vt penitus superbiam & inanem gloriam excidere studeas, da operam vt neque in splendidis ornamentis tuis glorieris, nec in die quo tibi aliquis honor deferatur efferaris. Solius enim Dei opera sunt admiratione digna, vtque gloriosa; alia autem non merentur, vt opifex illorum debeat in illis gloriari, sed Deo soli omnem adscribere gloriam. Hæc inquam Dei opera abscondita etiam sunt & inuisa, hoc est, hominibus incognita, ita vt præter hominum expectationem soleat mirabiliter Deus vitæ statum commutare, & omnis gloriæ vanæ, & magnificentiæ lucem eripere, & extinguere, &c.

Notæ.

PRimo in vulgato additur To. *tui*, quod deest in originali, *& in die gloriæ ne extollaris.* LXX. addunt, *in circumiectione*, id est, in circumpositione vestium. nam qui circum ornatur & pretiosis vestibus obducitur, lapidibusque prætiosis ex aureis globulis decoratur, iactantiæ & super-

superbiæ stimulis agitatur, vt arrogātiæ & superbiæ succumbat. Secundo, Græca originalia non habent *solius*, nec *gloriosa*, nec *inuisa*, sed addita sunt à vulgato maioris explicationis gratia. Tandem Complutenses addunt. τὸ *sunt* τὰ ἔργα κυρίου ἐστὶ, *opera Domini sunt*, affirmat opera Dei esse mirabilia. Vulgatus tandem non apposuit, '*hominibus*, vt est in originali', forte quia redundabat: clarum enim est hominibus esse opera Dei absconsa. in Græco est, ἀνθρώποις, sic in complut. At in cæteris, ἐν ἀνθρώποις, quod magis sonat inter homines, quod eumdem sensum efficiunt.

Illustratio prima.

29. *Dehortatur Sapiens ab inani gloria in vestibus corporis.* Iansen. Dionysius.

IN *vestitu ne glorieris vnquam*. Dehortatur sapiens à κενοδοξίᾳ inani gloria, quam homines stulti in ornamentis corporis, atque honoribus externis sitam habent. Est enim hominum gloria rerum externarum, vt pulchritudinis cultus, ac elegantiæ corporis, honorisque ad tempus aliquot tributi fluxa & caduca. Sic Iansenius. Dionys. intelligit de vestium pulchritudine, id est, ne glorieris de vestium pulchritudine prætiositate ac multitudine numquam te iactes, aut vane læteris. Imò habens victum, & *quibus tegaris, esto contentus*, vt dixit Apost. 1. Tim. 6. vers. 8. (1. Tim. 6. v. 8.) Cum igitur Ecclesiasticus gloriam vanam & superbiam resecare studuisset in versibus præcedentibus, in præsenti eamdem materiam inculcat, & dehortatur ab eodem vitio, in memoriam reuocans superbiam & arrogantiam, quæ in vestium ornatu nimio solet inueniri. Sicut enim vestimentorum paupertas & abiectio generat cordis humilitatem & abiectionem, vt dixit D. Hieronym. tom. 1. epist. 47. *Vestis ipsa vilis & pulla, animi tacentis indicium est.* Vocat tacentem humilem abiectum; sic è contrario vestium prætiositas & pulchritudo affert homini cordis elationem, arrogantiam, & superbiam, & qui talibus vestimentis decoratur effert sese & inanis gloriæ fructibus agitari solet. quare non *gloriandum in vestitu*, cum vestis prætiosa obliuionem cælestium inducat, & sit causa, vt homines tamquam animalia serpant reptabundi per res terrenas, omnium cælestium bonorum certe immemores. Cum enim quis minime à terrenis voluptatibus expeditur, sed in earum acquisitione distenditur, inter reliqua visibilium oblectamenta, vestes pretiosæ & pulchræ iucunde oblectant, & demorantur hominem, ne oculos cordis in cælum attollere possint. Hinc est quod sapiens ab earum iactantia dehortetur, dicens *in vestitu* & Agens Lucian. in Tim. de philosopho: *Hic* (inquit) *habitu frugalis, incessu moderatus, amictu modestus, mane mirum, quam multa de virtute differit, damnans eos, qui voluptate capiuntur, fragilitatem laudans. Tum pallium hoc quauis purpura potius*, &c. & concludit. *Pessima ista atque insidiosissima res opulentia: quippe quæ multis sæpenumero immedicabilium malorum exstiterit causa.*

Sicut paupertas generat cordis humilitatē, sic pulchritudo vestium superbiam. D.Hieron.

Hoc potest apprime illustrari testimonio Apostoli ad Timotheum discipulum scribentis. 1. Tim. 6. v. 7. 8. ait enim: *Nihil intulimus in hunc mundum haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.* Hic suadet Apostolus parcitatem in rebus terrenis, quibus non intuendum, sed modice & sobrie, & tantum quantum ad vitam necessarium est, iis vtendum; vt dixit Lucian. in Timone: *Nam paucis contentum modestumque conuenit esse eum, qui philosophatur. Neque quidquam vltra peram cogitare.* Sed quare dixit, *& quibus tegamur?* quia voluit dehortari homines à nimio luxu vestium prætiosarum, quibus fere semper vtuntur qui opibus abundant. Diuitiis enim inhiant, vt splendide epulentur, & induantur pretiosè, *effundentes & consumentes per luxuriam omnia bona*, Vt dixit Cicero, & tandem cum apparatu solemni & pompa, multis comitantibus & prosequentibus ducantur & reducantur. Dixit D. Gregor. hom. 4. in Euang. agens de diuite auaro: *Diues iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse. Nec dicitur quia vi quemquam oppressit, sed in acceptis rebus se extulit. Hoc quoque fuit quod hunc in inferno tradidit. Quia in sua felicitate timidus non fuit: quid accepta bona ad vsum arrogantiæ inflexit.* Quæ omnia indicant eorum inanem gloriam, arrogantiam & superbiam: ait ergo Apost. contentos debere esse homines parco vestium vsu, cum parcitas inducat ad humilitatē, & hominem à cupiditate & rerum terrenarum cura facile abducat. Nimia enim cupiditas diuitiarum & vestium pretiosarum vsus, quibus diuites inhiare solent, cum in acquirendis opibus occupantur, causa est & origo omnium malorum: *Incidunt*, enim, *diuites in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem.*

1. Tim. 6. vers. 7. 8. Paruitatem in rebus terrenis persuadet Apostolus. Cicero. D. Gregor. *Quare diues auarus reprehensus est.* *Parcitas inducit ad humilitatem.*

30. D. Gregor. Matt. 11. v. 8. *In fluxu vestium pretiosarum non deest peccatum.*

D. Gregor. tom. 6. in Euang. extricans id Matth. 11. v. 8. *Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Nemo ergo* (inquit) *existimet in fluxu atque studio pretiosarum vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset nequaquam Paulus Apostolus per epistolam feminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste pretiosa. Pensate ergo quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, à quo curauit Pastor Ecclesiæ & feminas prohibere.* Et pauca post verba dixit ipse Sanctus Doctor: *Et sunt nonnulli, qui cultum subtilium, pretiosarumque vestium non putant esse peccatum. Quòd si videlicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues, qui torquebatur apud inferos bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta pretiosa nisi ad inanem gloriam quæret, videlicet vt honorabilior cæteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quæritur, res ipsa testatur, quod nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, vbi ab aliis non possit videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diuersa colligere, quia si abiectio vilis indumenti virtus non esset, Euangelista vigilanter de Ioanne non diceret: erat indutus pilis camelorum.* Vbi Gregor. optimè nostram confirmat sententiam. Idem Gregorij testimonium repetit D. Bernardus de modo bene viuendi, serm. 9. scribens ad virginem quandam, & subiicit: *Virgo venerabilis in hoc cognoscimus quod sæculum diligimus, quia pretiosa vestimenta amamus. Qui sæculum non diligit pretiosa vestimenta non quærit. Quando homo gaudet de pulchritudine corporis, mens eius elongatur ab amore creatoris. Quando amplius in compositione corporis lætamur, tanto magis à supremo amore disiungimur. Vere maculam habet in se sanctimonialis femina, si diligit pretiosa vestimenta. Ancilla Christi, qui sæculum perfecte relinquit, vilia vestimenta quærit*, &c. D. Hieronym. tom. 9. de regula mon. titulo vestis, inquit: *Tales namque vestes habeas, non quibus vestita corpora nudentur*

Quia diues bysso & purpura indutus fuerat torquetur apud inferos. D. Bernar. *Sæculum diligit qui pretiosa vestimēta amat.* D. Hieron.

quæ

quæ nec sunt mundæ, nec sordidæ, & nulla diuersitate notabiles. Sed ne hoc ipsum iactantiam tibi generet, quod sæculi iactantiam contempsisti, &c. Ideò *in vestitu ne glorieris*, &c.

31. Isai. 3. v. 16. *Pompa vestium taxatur.*

Secundo, Probatur Isai. 3. vers. 16. vbi Propheta clamat: *& dixit Dominus: Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant.* Taxat hic superbiam filiarum Sion, quam ostendebant in gestu, incessu, & pompa vestium. Et videtur taxare eas potius de factu, quam viros, quoniam ex superbia vxores potentium conculcabant pauperes, & vestes pomposas faciebant ex substantia earum. Solent enim viri multa à pauperibus extorquere, vt vxores vestibus pretiosis adornent. Ideò subdit Propheta: *& auferet Dominus ornamentum calceamentorum*, &c. Vbi legit D. Cyp. de discip. & habitu virg. *& aufert Dominus gloriam vestis illarum & ornamenta earum*, &c. Quod damnum experiuntur omnes, qui propter inanem gloriam diuitias quærunt, vt se & vxores pretiosis vestimentis ornent, Quare hunc vestium luxum satis Deus reprehendere solet. Dixit D. Chrysost. in cap. 3. epist. ad Philip. in morali digressione: *Sigillatim expendamus ea, quæ in diuitiis insunt. An non damnum censeri illud debet, quod laborem quidem habent, lucrum verò nullum? Quid enim, dic mihi, vtilitatis ex multis ac pretiosis vestibus? atque istis induti quid lucri facimus? nihil plane, sed damnum dumtaxat reportamus.* Lege Orat. 28. in cap. 12. epist. ad Hebræos: ideò D. Cyprian. proxime citatus, cum prius dixisset: *Tentatio est patrimonium grande, nisi ad vsus bonos sensus operetur, vt patrimonio suo vnusquisque locupletur magis redimere debeat, quam augere delicta.* Subdit statim: *ornamentorum ac vestium insignia, & lenocinia formarum, non nisi prostitutis & impudicis feminis congruunt; & nullarum fere pretiosior cultus est, quam quarum pudor vilis est.*

D.Cyprian. *Qui propter inanem gloriam vestes quærunt damnum experiuntur.* D.Chrys. D.Cyprian. *Patrimoniū grande tentatio est, &c.*

Act. 12. v. 21. Isidorus Pelusiota. *Herodes quomodo excessit in veste.*

Tertio, Probatur ex eo Act. 12. v. 21: *statuto autem die Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali*; &c. vbi Isidorus Pelusiota lib. 2. ep. epist. 74. censet modum Herodem in veste excessisse, eamque vt ipse ait, *spirituali illo thalamo fulguris in morem rutilantem minime dignam fuisse.* Licet enim deceat viros primarios, vt vestibus splendidis ac pretiosis insignes procedant, vt aliquos fecisse legimus, & probat Lorinus noster, sed cum excedunt modum, ostendunt non ad tuendam auctoritatem, sed ad ostendēdam gloriam inanem & arrogantiam illis vti solere. Ideò subdit Lucas 5. v. 13. *Confestim autem percussit eum Angelus Domini.* & reddit causam: *eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit*, in pœnam vanæ ostentationis ex vestibus pretiosis: nam qui sic ornatur videtur sibi arrogare honorem & gloriam Deo debitam, cum deberet agnoscere Deum solum omni honore & gloria dignum esse, &c. Quare inquit auctor noster: *ne glorieris in vestitu.*

Luc. 5. v. 13. *Quare Angelus percussit Herodem.*

32. Tertullian. *Curanda est amputatio redundantioris nitoris in vestimentis.*

Tertullianus lib. 12. de cultu feminarum optime taxat vestimentorum pompam, inquit autem cap. 9. *Quamobrem erga vestitum quoque, & reliqua compositionis vestiæ impedimenta, proinde vobis curanda est amputatio & decussio redundantioris nitoris. Nam quid prodest, faciem quidem frugi, & expeditam, & simplicitate condignam diuinæ disciplinæ exhibere: cætera vero corporis laciniosis pomparum & deliciarum ineptiis occupare*; vocat impedimenta. totam illam sarcinam quæ feminas comitantur, vt nitidiores sint. Expedita facies, quæ libera est, à fucis. Decussio redundantioris nitoris est ad elegantiam & arrogantiam exprimendam. Tandem vocat laciniosas ineptias illas, quæ ad luxuriam prouocant. Sic D. Fulgent. epist. 2. cap. 12. *Habitus tuus talis sit qui non ad lasciuiam excitet, sed ad continentiam prouocet: qui non illiciat ad libidinē sed comprimat ad timorem qui non accendat carnis concupiscentiam, sed extinguat*, &c. Deprehendit hic Tertullianus vestimenta, quæ magis ad luxum pertinet, quam ad parcitatem & humilitatem: nam cum apparet redundantior nitor; & cum quis incedit pomposo habitu, ostendit haud dubium inanem gloriam & superbientem arrogantiam ad vanam ostentationem.

Ineptiæ laciniosæ ad luxuriam prouocant. D.Fulgent. Tertullian.

Tandem cum Christus Dominus Lucæ 12. vers. 27. proposuisset lilij pulchritudinem, cui comparauit vestimenta pretiosa Salomonis, dicens: *nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis.* Subdit statim vers. 28. *si autem fœnum quod hodie est, & cras in libanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei.* Vbi Clemens Alexand. *Fœnum* (inquit) *turba promiscua allegorice dicitur, quæ se ad momentaneam lætitiam applicat, quæ floret paruo tempore: quæ superflua ornamenta, quæ gloriam, quæ quiduis potius quam veritatem sectatur, quæ non ad aliud apta est, quam ad ignis incendium.* Quemadmodum ille, qui *induebatur purpura & bysso*, flamma cruciabatur, vt dici opportune possit flammam erumpere ex ipsis mollibus ac pretiosis vestibus qua conflagrent hi, qui nimium diffluunt vestium vsu ad ostentationem & inanem gloriam. Instar illius, quod in vsu theatri & spectaculorum scribitur à Plutarcho lib. de tarda Dei vindicta. *Vbi*, inquit, *ceterum inter nos nihil interest & pueros, qui cum maleficos in theatris contemplantur, sæpe numero auratis in tunicis & clamydibus purpureis coronatos & saltantes, vt beatos admirantur & stupent, quoad stimulis agitari, flagris cædi, flammam ex picta illa & sumptuosa veste cernuntur effundere.* Ergo si talem successum vestis pretiosa ad ostentationem & inanem gloriam accepta sortitur, quid mirum si sapiens moneat non gloriari in ea, nam odio habendus ornatus superfluos vestimentorum. Sic dicitur Esther. 14. vers. 15. *Tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in die ostentationis meæ.* Gerionides hanc Hestheris sententiam legit opportuna alia similitudine exornans: *sicut vir odit ea se veste ornari, quæ feminis tantum consentanea: ita odi vestem gloriæ meæ*, &c.

Luc. 12. v. 27. *Vestimenta Salomonis comparantur liliis.* Clem. Alexand. *Fœnum quid significat.* Luc. 16. Plutarch. *Qui ducebantur ad supplicium beati prædicabantur & quare.* Hesth. 14. vers. 15. Gerionides.

33. Ælianus. *Pretiosa vestis non ad spectandum sed ad vanitatem induitur.*

Ælianus lib. de varia historia, inquit: Xantippe socratis, cum vellet quamdam vestem induere, atque sic ad spectandum pompam prodire, ille dixit: Hanc non spectandi causa, sed potius vt specteris, habes. Notabat autem communem hominum consuetudinem, qui cum in aliis tum maxime in vestitu nouitate delectantur, quo ab omnibus ob nouum & insolitum cultum spectentur, & celebrētur. Socrates apud Laërtium pallij procissam partem, cum Antisthenes multis spectantibus ostendisset spectandamque dedisset: Aspicio, inquit, o Socrates, per scissuram pallij tuam vanitatem. Suetonius Augusto Cæsari dicebat, vestitus insignis ac mollis, superbiæ vexilum est, nidusque luxuriæ. Socrates dixit: quemadmodum equus generosus non ex apparatu magnifico iudicandus, sic nec vir bonus ex vestitu habitu corporis. Sic Stob. serm. 1. de prud. Idem serm. de virt. Musonius volebat virum

Laertius. Suetonius. *Vir bonus nō ex vestitu corporis iudicandus.* Stobæus.

rum temperantem corpori quærere tegmen non sumptuosum nec exquisitum. Veste nempe & calceamentis eodem modo vtendum esse aiebat quo panoplia, nempe defendendi corporis gratia, non ostentationis. Sicut igitur ea optima sunt arma, quæ firmissima, quæque armatum tueri maxime valent, non insignia & splendida: ita amictus quoque & calceamentorum vsus, qui sit corpori commodissimus optimus est, & non is, qui stolidorum oculos possit in se conuertere, &c. Demonax cuidam, cui purpura indutus sese insolentius ostentabat, in aurem dixit: Heu tu! Hoc ante dum gestabat ouis, ouis erat. Significans illum nihilominus stupidum esse, etsi gestaret purpuram.

Vestimentorum vsus qui sit corpori commodissimus optimus est, &c.

Demum D. Laurent. Just. lib. de ligno vitæ cap. 5. *Sicut continens* (inquit) *ac pudicus vilibus induitur vestimentis, vt se oculis diuinæ maiestatis exhibeat mundum. Ita impudicus ac incontinens, vt videatur magnificus satagit vestiri pretiosoribus ac mollibus.* Lege Alexandrum ab Alexandro lib. 5. cap. 18. Vbi inter alia inquit: *Lycurgus iuuenibus vna tantum veste, eaque obsoleta, & nullo discrimine à cæteris vti toto anno permisit.* Forte ne vestibus pretiosis insolescerent & superbirent gloriantes. Sic Tiraquellus explicat, nec quemquam cultius, quam alterum progredi, nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam verteretur. quare optime Sapiens ait: *ne glorieris in vestitu.*

D. Laurent. Iustin. *Sicut pudicus vilibus induitur vestibus, sic impudicus pretiosioribus.* Alex. ab Alex. Tiraquel.

Tandem Abulensis super cap. 11. Matth. *qui mollibus vestiuntur,* &c. rogat quomodo vsus vestium sit illicitus. q. 23. & inter alia respondet: contingit in ordinario affectus dupliciter, scil. insuper abundantia & defectu. Insuper abundantia tripliciter, vno modo in quantum quis ex superfluo cultu vestium vult habere, quemdam honorem, prout vestes & omnis exterior ornatus dant homini apud cæteros, de rebus male iudicates honorem quemdam & gloriam. Hoc autem semper est peccatum. & probat ex D. Ambros. lib. de offic. quamuis dicat esse peccatum veniale ex gloria vana. lege illum.

Abulensis. *Quomodo vsus vestiũ sit illicitus,*

Illustratio secunda.

34. Dionys. NEque in die honoris tui extollaris. Optime hoc hemistichium explicuit Dionys. id est, nõ superbias, nec mente te erigas, dum ad dignitates, officia, præsidentiam promoueris, aut assumptione gradus, aut ordinis sacri, seu modo alio honoraris; imo tunc magis humilies te, & occulta Dei iudicia pertimescas, & honorem reputa onus magis quam dignitatem: quia durissimum iudicium in Præsidentibus fiet, &c. Solet enim honor illos, qui illum ambiunt insolentes facere, & superbia efferre. Sic dixit Plutarchus in Orat. consol. ad Apollon. *Nonnulli ex insipientia sunt vsque adeò stolidi & insolentes, vt non nihil euecti, aut ob ingentem pecuniæ affluentiam, aut magnitudinem imperij, aut principatum in repub. aliquem aut honorum aut gloriæ causa comminentur inferioribus, & lasciuiant, non pensantes fortunæ instabilitatem & inconstantiam, neque quam facile excelsa pessumiant, & demissa euehantur repentinis fortunæ conuersa vicissitudinibus.* Quare Sirach, vt illi ab hac insolentia & superbia caueant, admonet, *ne in die honoris*, quando scilicet ad aliquam dignitatem & honorem promouentur, *extollantur.*

Honor solet ambientes insolentes facere Plutarch.

Cur honores & dignitates homines superbiores faciunt.

Sed cur honores & dignitates homines superbiores faciunt? numquid ipsi honores sua natura homines efferunt? quare qui illos accipiunt efferuntur? Responderi posset, honores & dignitates proprietatem habere efferẽdi hominem ad maiorem omnium æstimationem aucupandam, ideoque facile honoribus inflari. Sed respondeo honores & dignitates dona esse Dei. Sic Plutarchus lib. de Homero inter *bona, quæ ab hominibus expetuntur, & ob quæ beati habentur,* numerat honores. *Ac mihi Palladis* (inquit Homer. illi. 111.) *& Phœbi tribuantur honores*; & dixit Paulus 1. Tim. 3. v. 1. *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* bonum, quia honor in se bonus est vt procedens à Deo. Cum ergo honores inter bona à Deo numerentur. ex se nihil malè habere, sicut diuitiæ, quæ indifferentes sunt, vt bene & male illis vtantur homines, vt qui diuitiis, sic qui honoribus abutuntur condemnantur. Sic dixit D. August. tom. 10. serm. 12. de verbis Domini: *Honorem habere vis? bonum est, sed et hoc si bene vtaris.* Sed quia homines honores ambientes eo ad malum vtuntur & cum assequuntur, reliquos contemnunt, arrogantiam ostentantes, ideo lib. ducendi homines ab immodica, honoris cupiditate. Honor enim nescio quos spiritus homini afferre solet, quibus inaniter se effert, ventoque vanitatis iactatur. Ideo licet honor in se bonus sit, sed quia sæpe sæpius iactantiam generat in homine, non decet illum ambitiose quærere, sed fugere, ne inaniter glorietur. *Viscus est* enim (inquit D. Bernard. in medit. deuot c. 14.) *cupiditas honoris & carnis voluptas, quibus anima inuiscatur & irretitur,* &c.

Plutarch. *Honores & dignitates dona sunt Dei,* 1. Tim. 3. vers. 1. D. August. *Qui diuitiis & honoribus abutuntur condemnantur.* *Honor licet bonus generat iactantiam.* D. Bernar.

35. Primo potest, hæc veritas illustrari ex eo Psal. 48. vers. 11. vbi Vates loquens de insipientibus & stultis, ait: *Et homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Causam hic reddit eorum, quæ in versibus præcedentibus dixerat, nempe diuitem & honoratum simul cum sapiente moriturum. q.d. Nihil mirum si eiusmodi diuites stultos & insipientes vocaui: nam qui dum in honore & gloria est, & opibus ac diuitiis affluit, minimè intelligit, non esse de diuitiis, & honoribus gloriandum, cum honores & diuitiæ neque dominum suum, neque fratrem redimere à morte possunt, neque hinc efferre licet, cum omnia hæc inuitè relinquere oportebit. Ideo qui in honore gloriatur & effertur comparari potest iumentis insipientibus, &c. Pende id, *non intelligit* q. d. non assecutus est quam fluxa sint honores, diuitiæ, & gloria: ideoque *in die honoris sui,* id est, cum dignitatem & honorem obtinuit, cœpit gloriari & efferri, tamquam de bono sibi debito & proprio. quare iure optimo iumentis insipientibus comparantur, quæ cum honorantur, efferunt sese, non agnoscentes vilitatem suam, & magnitudinem Dei. à quo omnia bona procedunt.

Ps. 48. v. 11. *Quomodo homo comparatur iumentis insipientibus.* *Qui in honore vane gloriatur comparatur iumentis insipientibus.*

Hinc est quod Gentiles agnoscentes honores à Deo prouenire, sacellum Honori extruxerunt. Sic dixit Plutarchus de Romanorum fortuna: *Inde M. Marcellus cellam Virtutis & Honoris faciendam locauit.* Alexander ab Alex. lib. 2. Genial. dierum c. 4. *Ædem quoque Apollinis extra portam Carmentalem: sicut ædem Honoris cum ara, quam Q. Maximus dedicauit: & collapsam M. Marcellus restituit.* Vbi Tiraquell. apud Ciceronem lib. 2. de leg. ad portam collinam ædem Honoris, & aram in eo loco fuisse memoriæ proditum est. Marcum autem Marcellum honorem consecrasse, tradit Lactant. lib. 1. c. 20. Liuius Dec. 3. lib. 7. & ipse Alex. lib. 2. cap. 24. inquit: *Honori quoque & opi ex veteri instituto, dum sacrum fit, semper aperto capite, & sine velamento sunt.* Ex quibus colligitur, licet gentiles toto cælo errassent in adoratione Honoris, intelligentes in illo aliquam Deitatem inueniri, cum Honor nihil dignum veneratione habuerit; sed tamen ostendebant in huius simulachri adoratione, honorem quatenus bonum accepisse ab æterno rerum omnium auctore aliquid dignum veneratione, scilicet esse diuinam perfectionem hominibus communicatam. Et hac consideratione attribuens Deo honorem tamquam ab eo procedentem, poterat homo gaudere: nam dixit Xenophon: *Nulla voluptas humana videtur ad diuinam accedere propius, quam ea delectatio, quæ ex honoribus percipitur.* Quare ij, qui in die honoris efferuntur, similes sunt iumentis insipientibus, qui non intelligentes honorem prouenire à Deo, arrogant sibi hanc perfectionem tamquam sibi debitam, & à seipsis procedentem. Quare dixit Plutarchus de audiendis Poëtis: *Nimirum nec gloriam dixeris, nec formæ decorem, nec paludamentum imperatorium, non sacerdotalem coronam, quorum fieri vel teterrimos cernimus compotes*, ideò ait Sirach: *neque in die honoris tui extollaris,* &c.

Gentiles honori sacellũ extruxerunt. Plutarch. Alexander. Tiraquell. Lactant. Tit. Liuius.

Alexand. *Honor veneratione habitus à Gentilibus.* *Honor perfectio Dei est hominibus communicata.* Xenophon. Plutarch.

36. Secundo, Ait D. Paulus agens de Christo, cui honor soli & gloria debetur. Hebr. 5. v. 4. *Ne quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron.* Alludit ad electionem Aaron iussu Domini factam, Exod. 28. vers. 1. & ad id quod fecit Ozias arrogans sibi honorem, qui solis sacerdotibus debebatur, *& tenens in manu thuribulum vt adoleret incensum.* Quare Azarias & octoginta sacerdotes *restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officij Ozias, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium: Egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.* Itaque Paulus resumit & explicat primam Pontificis conditionem (vt explicat Cornel. noster) scilicet quod debeat non se ingerere & intrudere, sed assumi, & eligi à Deo ad Sacerdotium, sicut electus est Aaron, eiusque posteri, eo fine vt eandem Christo applicet, probetque Christo conuenire, vt patet ex his, quæ Paulus subdit. Vnde colligitur illum, qui ambitiosè quærit honorem & dignitatem, facile efferri, cum illam assequitur: arrogat enim sibi gloriam & honorem propriam dignitatis tamquam sibi debitam. Ideò aiebat Gilbertus Abb. qui opus cant. D. Bernar. consummauit, serm. 17. *Sed nemo vel prædicationis officium adsumat, nemo sibi sumat honorem, nisi vocatus à Deo. Quid te ipsum super candelabrum ponis, qui teipsum non accendis? Ille te ponat in sublime qui lucernam te fecit. Per illum ascende, qui te ascendit. Denique nemo seipsum ferculum facit, sed ipse Salomon fecit sibi ferculum de lignis libani,* &c. Qui ad honorem ascendit, fit lucerna, vt seruiat candelabro Ecclesiæ, vel reipub. qui enim seipsum accendit facile extinguitur, quia ex ipso honore fumus vanitatis & elationis generatur, quo mens obscurata tenebrescit, & in die honoris elata perit.

Heb. 5. v. 4. *Honorem nullus debet sibi arrogare.* 1. Paralip. 26. v. 17. 18. Cornel. *Nullus debet se intrudere in dignitatem & honorem.* Gilbertus Abb. *Nemo sibi sumat honorem nisi vocatus à Deo.*

Ex hoc non deducitur, malum quid appetere, qui honorem & dignitatem, vt seruiat Domino cupit. Cum dicat Paulus 1. ad Timot. 3. vers. 1. *Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat.* Sub nomine episcopatus quæcumque dignitas & honor intelligitur. Ergo qui cupit honorem non male agit, cum dignitas & honor in se, vt diximus, nihil mali habeat, sed quid bonum est vt procedens à Deo. Sed cum inquit Paulus *bonum opus desiderat*, per opus potest intelligi onus, & apud nostrates dicitur, *el cargo es carga, buena carga se echa à cuestas.* Sic dixit. D. Bern. serm. sancti Nicolai: *Numquid in honore sine dolore, in prælatione sine turbatione, in sublimitate sine vanitate, quis esse potest? Miseri iuxta philosophum, mercedem miseriarum amamus, & ipsas execramur.* & ep. 42. *Meditantibus quidem* (inquit) *honores blandiuntur, sed onera pensantibus tædio sunt atque formidini. Muti enim non tanta fiducia & alacritate currerent ad honores, si esse sentirent & onera.* Confirmat hanc veritatem D. Gregor. tom. 1. lib. 4. in expos. Reg. super cap. 10. *Habet quippe,* (inquit) *spiritalis prælatio exteriorem gloriam dignitatis, habet & interioris magnitudinem oneris. Cum honoris ergo principio causa nascitur oneris: quia vnde honor à rectore excipitur, inde illud suscipit quo grauetur. Quamquam ipse honor dignitatis per seipsum magnum sit onus, quia contemni debet & placet,* &c. Hinc colliges non dicere Ecclesiasticum honorem non appetendum nec recipiendum, cum sine ambitionis cupiditate recipitur, quia hoc non malum, sed *bonum opus desiderat.* Sed inquit, *in die honoris tui,* id est, cum rite & recte assumptus fueris ad honorem & dignitatem ab illo, qui potest te ad illam euehere, *ne efferaris*, id est, cum prouectus fueris & sederis in throno honoris & dignitatis, fuge superbiam & arrogantiam. Nam *honor ipse,* (inquit D. Bernar. serm. 1. in vigilia natiuitatis) *superbiendi materia est.* Ideò; non manet Ecclesiasticus, non acceptare honorem, sed cum substractus fuerit homo ad dignitatem honoris, periculum elationis enuntiat, vt cauere sciat ab imminenti periculo, ne incidat in laqueo, *& inuiscetur & irretiatur,* vt diximus, & sic precipitetur & pereat. Honorem enim tenere vix homo sine culpa poterit. Dixit D. Ambros. tom. 5. lib. 4. epist. 29. *Caue honores, quos tenere sine culpa non potes, sublimitas honorum sine onere peccati vix tenetur.* Ideò dicit Apost. 1. Thessal. 2. *Nec quærentes ab hominibus gloriam. In maiori enim gradu, maior interdum culpa est.* Dixerat enim D. August. serm. 12. de verbis Domini: *Quam multis honor occasio exitij fuit. quam multis honor ministerium boni operis fuit.* & serm. 62. ad fratres in eremo: *Quanto maior honor datur tanto maius periculum comparatur. isti tales sunt elati, superbi, vanitate pleni, hominibus magis placentes quam Deo.* D. Gregor. in 1. Reg. c. 10. v. 21. 22. agens de Saule, qui intra septa domus suæ se abdidit, vt fugeret regiam dignitatem, ad quam prouehebatur à Domino, cum dixisset: *Grauius ergo onus de honore nascitur*, quod probat quæ diximus ex Apostolo, & Bernardo. Mox subiicit: *Nam infirmis mentibus impossibile est onus aliorum fortiter ferre, & oblati honoris reuerentiam mentis virtute disponere; vt inter eiusdem honoris obsequia de profectu subditorum gaudere sciat, & pro reuerentia sua tumere nesciat.*

1. Tim. 3. vers. 1. *Non appetit malum qui honorem vt seruiat Domino cupit.* D. Bernar. *Honor onus est.*

37\. *Non prohibetur honorem recipere, sed ambire.* D. Bernar. *Honor superbiendi materia est.* D. Ambros. *Honor vix sine culpa teneri potest.* D. August. D. Gregor. *Grauius onus de honore nascitur.*

Ergo *diem honoris* vocat Ecclesiasticus illum, in quo homo prouehitur ad dignitatẽ aliquam, vel locum honorificum, & nemo dignus honore iudicatur, nisi qui per exercitiũ virtutis hunc honorem adipiscitur. A virtute enim, facilis fit transitus ad honorem: merita enim, quæ per virtutem acquiruntur, disponunt hominem ad consequendam dignitatem. Iam diximus supra sacellum virtutis, & Honoris in eodem loco collocata esse. Ait igitur Ioan. Rosinus lib. 2. Anti-

Dies honoris est cum homo prouehitur ad dignitatem. Rosinus.

Antiquit.Rom.cap.18. *Ceterum Virtutis & Honoris templa ita extructa erant, vt per Virtutis templum ingressus esset ad ædem Honoris. quo ostendebatur non patere aditum ad verum honorem consequendum, nisi per virtutem ipsam.* Quod videtur mutuasse à D.Augustin.tom.5.lib.5. de ciuitate Dei, cap.12. vbi loquens de ambitione ait: *Quod tantum vitium proprius virtuti erat. Nam gloriam, honorem, imperium, bonis & ignauis æque sibi exoptant. Sed ille, inquit, vera via nititur, quia bonæ artes discunt dolis atque fallaciis contendit. Hæ sunt illæ bonæ artes per virtutem scilicet non per fallacem ambitionem ad honorem, & gloriam, & imperium peruenire. Via virtus est, qua nititur tamquam ad possessionis finem, id est, ad gloriam, honorem, imperium.* Sic dixit D. Chrysost. tom. 5. hom. quod nemo lædatur nisi à seipso: *sed si vis tibi ostendant honorem verum, honor verus virtus animi est.*

Per virtutē fit transitus ad honorem.

D. Augustin.

D.Chrysost.

38. Tandem cum honor humanus despiciendus sit tamquam permolestus (vt de Cæsario dixit D.Greg.Nazian. Orat. in laudem Cæsarij: *Hinc ergo omnem honorum gloriæque cupiditatem quasi grauem quemdam Dominum, morbumque permolestum excutiens.*) oportet humilitatis remedium adhibere; cum nulla virtus sic hominem, comprimit ne insolescat, vt virtus humilitatis. Dixit enim D. Bernar. serm.1. in vig. Nat. *Sed video (quod magis doleo) post spretam sæculi pompam, nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis humilisque Magistri grauius insolescere,* &c. ergo humilitas & tenuitas, remedium est ad seruandum honorem. Sic eleganter dixit Plutarchus, lib. de præceptis politicis: *est itaque optima & fidelissima honoris custos tenuitas* (id est, humilitas) *ingentes, immodici, & immanes enormium flatuarum more cito collabuntur.* Quare dicit Ecclesiasticus: *neque in die honoris tui extollaris.* quod monitum seruauit SS. Virgo Maria Dei mater, cum in die honoris sui, id est, cum in matris Dei dignitatem electa est; ipsa enim Mater Dei eligitur & ancillam se nominat dicens: Luc.1. v.38. *Ecce ancilla Domini,* &c. Quod expendens D. Bernardus serm. 1. in Virg. natiuit. *quæ est* (inquit) *tam sublimis humilitas, quæ cedere non nouit honoribus, insolescere gloria nescit; Mater Dei eligitur & ancillam Dei se dominat. Non mediocris re vera humilitatis insigne, nec oblata tanta gloria obliuisci humilitatem. Non magnum est esse humilem, in abiectione, magna prorsus & mira virtus humilitas honorata,* &c.

Honor humanus despiciendus est.

D. Nazian.

D. Bernar.

Humilitas remedium est ad seruādum honorem.

Plutarch.

Virgo Maria in matrem Dei eligitur & ancillam se nominat.

D. Bernar.

Illustratio tertia.

39. *Quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius.* Hæc est ratio & causa cur inanis gloria fugienda: propterea quod Deus mirabiliter solet statum vitæ commutare, atque omnem vanam gloriam magnificentiamque obscurare, delere. Hoc autem clarius ostendit exemplis infinite positis. Itaque homo debet gloriam vanam reprimere, quod solius Dei opera sunt admiranda & gloriosa; quare nemo in suis operibus gloriari debet, sed omnem Deo tribuere gloriam. Præterquam quod opera Dei sunt abscondita, & inuisa, hoc est, incognita hominibus, cum status hominum soleat Deus mutare, &c. Opera enim Dei (explicat Raban.) quia secundum veritatem & æquitatem omnia fiunt, ideò mirabilia & gloriosa sunt, nec non & absconsa & inuisa: quia rationem illorum nemo ad integrum inuestigare poterit. Quæ ipse secundum consilium suum, & sapientiam suam solus agit. Quod intelligens Apostolus obstupendo admirans ait: *& altitudo diuitiarum,* &c. Rom.11. vide Eccles.8. v.17.

Ratio quare inanis gloria fugienda.

Raban.

Primo, quod sint mirabilia opera altissimi Dei, ita perspicuum est, vt vix indigeat probatione. Vates regius Dauid. Dixit Psalm.45. v.9. *Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ.* quia mira & inopinata res acciderat, vt hostiles copiæ, quæ ad Israelitas obsidendos venerant, Deo illas terrente funderentur atque fugarentur, vt plures sint tam admirandæ rei gestæ laudatores, plures etiam esse eius conscios optat, & ad Dei potentiam in ea recognoscendam inuitat, & aduocat: prodigia enim non quæ futurum aliquid prænuntient intellexit, sed res admiratione dignas. Quæ autem admiranda prodigia in extinguendis bellis, vtque ad finem terræ potentiam Dei demonstrant, & digna sunt vt ab omnibus considerentur, & vt omnes in laudem diuinæ omnipotentiæ toto animo incumbant. Quem locum explicans D. Ambrosi. sait: *Videte inquit opera Domini plena miraculis. in quibus magnarum sunt signa virtutum. Non quasi prodigialis honoris accipias opera Domini, sed quasi plena admirationis.* Sic dictum est Iob c.37. vers.14. *Ausculta hæc, Iob: sta, & considera mirabilia Dei.* Erige te ad percipienda & mente complectenda diuina opera, quæ mirabilia sunt, &c. Psal.39. v.6. *Multa fecisti tu, Domine Deus, mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.* Vocat hic mirabilia ea opera Domini, quæ in auxilium eorum, qui in eo confidebant, & non in idolis, fecerat: ostentantur enim mirabilia Dei, dum eius auxilium experiuntur, qui suæ diuinæ nituntur prouidentiæ; & in cogitationibus suis nemo, neque homo, neque Angelus eum æquare potest: inuestigabiles enim sunt & inscrutabiles.

Opera Dei mirabilia.

Pſal 45.v.9.

Opera Dei plena miraculis.

D Ambroſ.

Iob. 37. v. 14.

Pſ.39 v 6.

Ergo cum cogitationes Dei superent cogitationes hominum & Angelorum, in operationibus talibus cogitationibus respondentibus manifestatur eius singularis prouidentia erga superbos & humiles. Dixerat Sirach: non debere homines in vestitu gloriari, neque in die honoris sui efferri, & rationem reddens subdit, esse Dei opera mirabilia, inuisa, & absconsa, cum per eius prouidentiam mutentur vices rerum, vt qui nunc in die honoris sui elatus fuerat, statim ab honore depositus appareat, & qui in humilitate iacuerat, ascendat ad honorem. *Sunt* enim *incomprehensibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius;* Rom.11. v.33. Hanc rerū mutationē cantat Virgo Deipara in suo cantico suauissimo. Luc.1. v.52. cum ait: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Quod licet in particulari possit explicari dem utatione sedium, quę in sacra pagina ostenduntur, vt cum populum Judaicum superbum deposuit Deus, vt exaltaret humilem Gentilicum: & cum Saulem de regio solio deturbauit, & Dauidem erexit. Et cum multos populos, nationes, Principes, & Reges ipse Omnipotens Deus debellauit, vt Judæos introduxisset, & in eorum sedibus collocasset. Sed potest hæc veritas exponi in communi de superbis hominibus & humilibus, quos Deus sua prouidentia commutat deponendo de sede honoris potentes superbos, & exaltando humiles, illos in locum eorum sufficiendo. In his similibus commutationibus mirabilia opera altissimi ostenduntur, quæ vocat Sirach absconsa & inuisa, quia hominum cogitationibus occultantur. Quare sapiens

40. *Cogitationes Dei superant cogitationes hominum & Angelorum.*

Rom.11. v.33.

Luc.1.v.52.

Mutationes rerum per diuinam prouidentiam.

Deponit Deus superbos & exaltat humiles.

sapiens eos qui honoris gloriam assequuntur admonet, ne in die honoris sui efferantur, cum soleant vicissitudines rerum incommutationibus earum manifestari, & qui nunc ad sedem gloriosam ascenderat, repentino atque inopinato cursu descendit ad locum humilem & abiectum, &c.

In huius sententiæ probationem pende id Ecclesiastes 10. v. 7. vbi Salomon dolens perturbatum rerum humanarum ordinem; *vidi* (inquit) *seruos in equis, & Principes quasi seruos ambulantes super terram.* Quæ sententia in vniuersum accipitur de reipub. honoribus sæpe ad homines, siue propter impuros mores, siue propter impura natalitia indignos delatis. Sic magister meus Pineda; ergo ait Rex hoc malum vidisse in terra, vilissimos homines ad rerum gubernacula admoueri. Quod indignissimum atque vanissimum est, & quod rerum humanarum caducam & inconstantem conditionem satis ostendit. Et principes, qui imperio digni iudicabantur ambulantes quasi seruos: forte per Principes intelligit illos, qui superbientes cum ad dignitatem euecti sunt, deturbati fuerunt de sede honorifica, &c.

Eccleſ. 10. v.7.

Dolet Salomon honores delatos esse ad indignos.

Pineda.

Res cōmutantur non per fortunam, sed per diuinam prouidentiam.

41. Quare Ecclesiasticus præuidens hanc fortunæ vicissitudinem, monet eos, qui ad diem sui honoris peruenerunt, ne efferantur, cum expectent principes, qui ad statum honorificum ex humili fortuna euecti sunt de sede sua deturbatos esse. Solent enim qui ex vili conditione ascendunt ad dignitatem facile euanescere, & cum possunt impotenter officiunt præ superbia, præ ambitione, præ seruili nequitia. Compertum quippe quod Aurelius Victor in Diocletiano: *Humillimos quoque maxime vbi alta acteserunt superbia, atque ambitione immodicos esse.* Et quod Tacitus exemplo confirmat lib.5. hist. cap.2. *Antonius Felix* (nimirum libertino genere & Iudeæ prorex) *per omnem sæuitiam ac libidinem ius libidinē ius regium seruili ingenio exercuit.* Quos prauos effectus effugiet, qui *in die honoris sui efferri* non ausus fuerit, cum *mirabilia sint opera altissimi solius, & gloriosa & absconsa & inuisa opera eius.* Videmus enim rerum vices commutari, non vllo fortunæ numine aut potestate, sed Dei optimi maximi prouidentia: *quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus*) venient elatio, aut sublimitas, sed à supremo rerum omnium arbitrio & diuisore) *quoniam Deus iudex est: Hunc humiliat, & hunc exaltat.*

Qui ex vili sorte ascendunt ad dignitatem facile euanescunt.

Aurel. Vict.

Corn. Tacit.

Demum ait, *solius*, quia solus Deus, & non alius, sua prouidentia has efficit mutationes, vocat opera eius *mirabilia*, quia admiratione digna sunt, & qui ea vident admirantur. *Gloriosa* dicuntur, quia præclara, & digna laude & gloria. *absconsa*, id est, ignota, cum nemo possit causam eorum inuestigare; *inuisa*, propter intellectus humani imbecillitatem. Quia (inquit Hugo) sicut se habet oculus noctuæ ad lucem solis, sic intellectus humanus ad manifestissima naturæ. Elicit ex his Dionys. conclusionem, aiens cum Apostolo Rom.11. v.33. *Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Qui superbos potest subito deiicere, & humiles exaltare. Interea sitam periculosum est in die proprij honoris extolli, etiam his, qui ad honores promouentur inuiti: quantum periculum eminet eis, qui directe aut indirecte ad promotionem suam aspirant, aut eam aliquo modo procurant.

Qua vocat opera Dei mirabilia.

Hugo.

Dionys.

Rom. 11. v. 33.

VERS. V.

Multi tyranni sederunt in throno, & insupicabilis portauit Diadema.

VERS. VI.

Multi potentes oppressi sunt valde, & glorioſi traditi sunt in manus alterorum.

Sensus.

42. *Multi tyranni,* &c. q. d. Hæc sunt opera altissimi, hæc sunt mirabilia absconsa, & inuisa Dei, cuius iudicia sunt incomprehensibilia, & cuius prouidentiæ rationes nemo assequi potest. Scil. videre tyrannos, quibus imperium minime debebatur dominantes, sedentes in solio regali, quia illud per vim obtinuere: & eos, de quibus nulla erat regni suspitio portare diadema, & in regno sublimatos esse. Insuperet eos, qui erant glorioſi & honorati abductos in captiuitatem, & in aliorum potestatem redactos esse. Hæc sunt diuinæ prouidentiæ mirabilia, &c.

Notæ.

VVlgatus noster vertit, *sederunt in throno,* & non assequor quare sic legerit, cum in originali sit, Πι ἐδαφος, *super pauimenta,* & LXX. transferunt *in solo.* Tigur. *humi.* nomen enim ἐδαφος, significat solum, pauimentum, à verbo ἐδαφίζω, quod est prosterno, allido terræ, solo adæquo. Ideo auctor Bibliæ LXX. ait: verisimile est aliquem ex *solo* feciſſe *solio*, alium uero ex *solio* feciſſe, *throno*, quemadmodum nunc est inuulgato. Cum ergo significet verbum Græcum pauimentum vel solum, forte vulgatus vt explicaret id, quod in pauimento collocatur, quod est solium *thronum* legit, & vt æquaret primam sententiam apponendo in primo hemistichio quod in secundo apponit, & sic totam primam sententiam secundæ opponeret, sic transtulit. Rursus pro tyrannis est, πολλοι τυραννοι, *multi tyranni*: & pro *potentes* est, πολλοι δυναται, id est, Principes, idem aliis verbis. Aeron in Horatium, ait, Tyranni alibi Domini, alibi crudeles, alibi potentes. Habac.1. v.10. *& tyranni rediculi eius.* Psal.2.v.2. *& Principes conuenerunt in vnum.* Rursum Prouerb.8. v. 16. *Potentes decernunt.* & Dan.1. v.10. *de semine regio & tyrannorum.* 2. Mach.5.v.8. 1.Mach.1.v.5. *Tyrannos* vertit Hieronym. cum infra cap.47. v.23. legatur, *vt faceres imperium bipartitum* lege plura in Ludou. Viues in D. Augustin. tom.5. lib.2. de ciuit. cap.21.

Aeron. Habac. 1. v. 10. Pſal. 2. v. 2. v 16. Dan. 1. v. 10. 1. Mac 1. v. 5 Eccleſ. 47. v. 23.

Illustratio prima.

43. *Commutatio rerum debet homines in modestia & timore continere.*

MVlti tyranni sederunt in throno. Hæc est rerum humanarum commutatio admirationis plena, quæ manu Domini fit, quæ homines debet in summa modestia ac timore continere, ne inani gloria rerum externarum infolescant. Glossa ordin. *Diuina dispensatione fit, vt qui indigni sunt apud homines aliis præponantur, & qui potentes fuerint opprimantur.* Tyrannus apud antiquos etiã pro bono principe accipiebatur. Virg.

Glossa.

Virgil. *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.*

Tyrannus pro principe. Rosinus. Vnde deinde obtinuit, vt pro eo demum poneretur, qui dominatu crudeliter abuteretur. Ioan. Rosin. lib. 7. Antiquit. Roman. ex Aristotele, 3. Polit. inquit. Tyrannus est aberratio Monarchiæ, & imperium ad vtilitatem vnius spectans. Qui huiusmodi imperium tenet, tyrannus dicitur, ducto nomine, vt quibusdam placet, à Thyrrhenis, quod hi latrociniis quondam insignes fuerint: vel à Græcis à quibus quicumque in ciuitate, quæ libera soleret esse, dominabatur, Tyrannus appellabatur, non rex.

Trogus Pomp. *Quales tyranni dicebantur.* Trogus Pompeius auctor est, Reges olim, quos ad maiestatis fastigium, non ambitio popularis, non vis, sed spectata inter bonos moderatio proueheret, quique equo iure omnia administrarent, ob fortitudinem tyrannos esse dictos. Ceterum cum vrbes & regna oppressa vi magis quam legibus gubernarentur; ita vt quod libido, non quod equum dictaret, pro lege ratum haberetur. Tyranni nomen verti cœpisse, cum notasse, qui nullam legibus & iuri reuerentiam haberet, sed pro suo libito omnia ageret, & in inmeritos crudelissime contra ius fasque sæuiret. Hæc ille: Tyrannus & rex inter se distinguuntur: *Nam regnera* (inquit Plutarchus in præceptis politicis) *reges ipsorum iuri subiectis metuunt, tyranni illos ipsos. Itaque quo plus pollent, hoc timent magis, dum enim pluribus imperitant plures formidant.*

Plutarch. *Regis & Tyranni distinctio.* Aristot. Aristoteles autem sic diffiniuit. 1. Ethic. *Tyrannus est, qui quod sibi conferens est intendit, Rex vero quod est vtile subditorum.*

Seneca. Seneca lib. 1. de clem. c. 11. *Quid* (inquit) *interest inter Tyrannum & Regem? species enim ipsa fortunæ ac licentia par est, nisi quod tyranni ex voluptate sæuiunt, reges non nisi ex causa ac necessitate,* &c.

44. *Quare Tyranni sedent in throno regio cum illis non debeatur imperium.*

Quare ergo Tyranni sedent in solio regio, cum non debeatur illis imperium? numquid ipsi absque Dei prouidentia ambientes regnum, imperium obtinent, vt imperitent aliis? cur Deus patitur illos dominari, vt dominatu crudeliter abutantur? Certum est neminem posse imperium obtinere sine Dei voluntate. Sic dicitur Jerem. 27. v. 8. *Genes autem & regnum, quod non seruierit Nabucodonosor regi Babylonis, & quicũque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis, in gladio, & in fame, & in peste visitabo super gentem illum ait Dominus: donec consummam eos in manu eius.* Vbi cum Nabucodonosor esset rex Tyrannus, & crudeliter dominatu abuteretur, ex voluntate Dei dominatus est populo suo, vt ille ipsi subiiceretur, sed aliquando vult Deus tyrannos præficere, vt carnificum munere fungantur, ad puniendos peccatores. Sic puniuit Deus populum suum per Manassem, Jerem. 15. v. 4. Isai. 3. v. 4. Per reges enim iniquos tamquam per suæ iustitiæ ministros recepit Deus dignas de improbis pœnas. Sic dixit Plutarchus lib. de tarda vindicta. *Nempe abusus est nonnullis etiam vindicibus aliorum improborum carnificum loco Deus, inde assumpsit Deus: vt, ni fallor, magna ex parte tyrannos: Nam vt Hyenæ fel, phocæ coagulum, aliarumque diraruin bestiarum, aliquid habent contra morbos medicaminis: ita quibusdam, quibus morsu opus est castigatione, his iniicit acerbitatem Deus Tyranni implacabilem, vel asperitatẽ horridam magistratus, nec ante aufert aculeum & tellũ, quam ægrum purgauerit, & curauerit.* Ratio igitur cur Deus patiatur tyrannos sedere in solio regio, & dominari, ea est, vt seruiant ei loco carnificum ad puniendos impios, vel ad purgandos ægros, & curandos quos sibi electos habet.

Tyranni carnifices Dei ad tarquendos impios.

Quare Deus patitur tyrannos dominari.

Ergo Dei prouidentia, *multi tyranni sederunt in throno*, vt per eos torqueat impios, & iustos exerceat vt probet. Sed non ideò non deplorandа hæc calamitas, sed valde dolenda & miseranda, cum Deus patitur tyrannos dominari. Sic dixit Salomon Eccles. 8. v. 9. *Interdum dominatur homo homini in malum suum.* Rex Salomon ad ipsos Principes & tyrannos refert, quibus iniqua potestas exitio fuerit, cuius ille exempla profert Pharaonis, Nabucodonosoris, Sennacherib, Antiochi, atque infinitorum aliorum, in quorum agmen verissimum illud dictum est: *Aut periere male, aut vitam vixere molestam: vt cui inuidia crimen, & omne comes.* Ratio autem cur iudicatur magnum esse malum principes Tyrannos dominari sedentes in throno, est, quia leonibus haud dissimiles sunt, qui dominatu suo tyrannice populum pauperem opprimere soleat. Sic depingit Salomon hos tyrannos. Prouerb. 28. ver. 15.

Dolendum quod tyranni dominentur.

Eccles. 8. v. 9.

Prou. 28. v. 15. *Leo rugiens, vrsus esuriens princeps impius super populum pauperem.* Vide Gregorium Tolosanum lib. 6. de repub. cap. 18. Qui desctibens Tyrannum ex Aristotele: *Tyrannus* (inquit) *nihil aliud meditatur, scriptio ex nihilque agit, quam quod posit in vtilitatem conuerti Aristotele. propriam; ideo non parcit populo, vitæ, aut facultatibus, aut honori eius. Tendit ad viuum, imo vero excoriat, premit, necat gregem, donec sibi satis fit: illud autem satis numquam accedit.* quæ omnia leoni conueniunt Psal. 103. v. 21. *Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.* Ezech. 22. v. 25. *Sicut leo rugiens rapiensque.* Sic D. Ambros. lib. 5. ex hom. de leone scribit: *Cuius voci tantus naturaliter inest terror, vt multa animantium, quæ per celeritatem possent impetum eius euadere, rugientis eius sonitu, velut quadam vi attonita, atque icta deficiant, atque ipsi in prædas cedant.* Legc nostrum Salazar ad locum Prouerb. citatum.

Gregor. Tolos. *Tyranni describuntur.*

Vers. 15.

Psal. 103. v. 21. *Tyrannus similis leoni.* Ezech. 22. v. 25. D. Ambros. Salazar.

45. Hugo Card. *Causæ quatuor ob quas Deus præficit tyrannos vt imperitent aliis.*

Hugo Cardinalis apponit quatuor causas, ob quas Deus præficit tyrannos vt imperitent aliis. Primò, vt Dominus laudetur in eorum humiliatione, & populi oppressi ab eis liberatione: probat ex eo Exod. 9. v. 16. *Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra: posui*, vel *statui*, vel *sustinui*. q. d. Ego Deus te, o Pharao, regem constitui, sustinui, conseruaui, permisique, vt in populum meum tyrannus insurgeres: vt ego vicissim te quasi hostem tot plagis potentissimis insurgerem, tandemque te mergerem in mari rubro, vt sic omnes meam iustitiam ac potentiam agnoscant, timeant, & colant. Sic ex Chrysost. & Phocio Corn. noster. Itaquó hæc prima causa cur Deus præficiat reges tyrãos, vt imperent, est vt ostendat potentiam & fortitudinem suam in eorum humiliatione, & nomen suum sonet in vniuersa terra, quia eorum insolentiam vindicauit. Secunda causa, vt sancti probentur: probat ex eo Genes. 25. vers. 23. *Maior seruiet Minori*, id est, Esau

Exod. 9. v. 16.

Cornelius. *Secunda causa, vt iusti probentur.*

Genes. 25. v. 23.

Esau Iacob, seruiuit forte primogenitus Esau minori Jacob, qui persecutus est eum, quæ persecutio probauit virtutem & potentiam Iacob, sicut tyranni seruiunt martyribus, quia sua persecutione, crucibus, & tormentis parant & fabricant eis coronas æternas. Tertia causa, vt grauius, & iustius puniantur. Sic dixit Ecclesiastes vt supra: *interdum dominatur homo homini in malum suum*; sibi enim, tyranni ascisount mortẽ, cum iustos tormentis afficiunt; melius probatur ex eo Sap. 16. v. 14. *Oportebat enim illis sine excusatione quidem superuenire interitum exercentibus tyrannidem*, &c. interitus autem superuenit tyranno, qui suis malis operibus iustos tyrannide opprimit: non enim patitur Deus illos tandem inultos abire.

Tertia causa vt grauius puniantur tyranni. Eccles. 8. v. 9. Sap. 16. v. 4.

Tandem quarta causa, vt recipiant mercedem bonorum, quæ fecerunt; quod probat Hugo ex eo Ezech. 29. v. 19. *Nabucodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: & merces non est reddita ei, neque exercitui eius; ecce ego dabo Nabucodonosor regem Babylonis in terra Ægypti. & accipiet multitudinẽ eius*, &c. Ita gratum se exhibet Deus ad omnia opera bona, vt aliquando personam non respiciens indignam, remuneret mercede magna. Et hoc est, quia non vult laborem sua causa aut suo imperio siue auspicio susceptum, indonatum aut immuneratum abire, quia ipsam etiam virtutis imaginem, & vanum licet simulachrum non odit, sicut effigiem mortuam amicorum amamus. Sic Deus 3. regum 21. vers. 29. non improbasse videtur Achab, non tam viuam & veram pœnitentiam, quam mortuum, & fictum eius simulachrum, & licet ficta esset pœnitentia, tamen ad illius imaginem vtcumque adumbratam respiciens, dixit Deus ad Eliam: *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* En quomodo imaginem illam pœnitẽtiæ, si tamen imago fuit, vt nonnulli volunt munerauit Deus. Vide D. Augustin. tom. 5. lib. 5. de ciuit. 12. vbi ostendit, quomodo Deus Romanorum quædam opera imperij propagatione compensare voluerit. Sic ipse misericors Deus remunerauit Nabucodonosor laborem suum tribuens ei opes Ægyptiorum. In his ergo causis, propter quas Deus permittit tyrãnos dominari, emicant haud dubium *opera Dei mirabilia, gloriosa, absconsa, & inuisa.*

Quarta causa vt recipiant mercedem bonorum quæ fecerunt. Ezech. 29. v. 19. *Ita gratus est Deus ad bona opera, vt magna remuneret mercede,* &c.

3. Reg. 21. v. 29. *Adhuc pœnitentiæ imaginem Deus pluris æstimat,* &c. D. Augustin.

46. *Singularis Dei prouidentia in tyrannorum animaduersione.*

Non contemnenda tandem lectio originalis vbi loco *throni*, ponitur, *solum*, vel *patimentum*. *Multi Tyranni sederunt in solo.* Hic enim ostenditur singularis Dei prouidentia in tyrannorum animaduersione, cum tandem eos puniat deturbando de sede magnifica, in qua sedentes populum pauperem tyrannice opprimebant. Non enim patitur tyrannidem illorum permanere, sed vlciscitur de eis, faciendo sedere in solo & pauimento, id est, in humili loco, & in vili exercitio. Sic puniuit Nabucodonosor cum deturbauit de solio regali, vt cum bestiis & animalibus fœnum pasceret. Sic dicitur Daniel. 4. v. 22. Deum per prophetam illi hanc pœnam minitatum esse: *Eiiciente ab hominibus, & cum bestiis feriisque erit habitatio tua, & fœnum vt bos comedes, & rore cæli infunderis*, &c. Quod impletum est, vt dicitur vers. 30. Sic etiã vindicauit Dominus superbiam & tyrannidem principis Aman, qui tyrannice populum oppresserat & vexauerat, vt seruus à pedibus esset Mardochei. Esther 6. v. 9. 10. Dixit Rex Assuerus Aman: *Festina, & sumpta stola & equo, fac vt locutus es, Mardochæo Iudæo, qui sedet ante fores palatij. Tulit itaque Aman stolam & equum indutumque Mardochæum in platea ciuitatis, & impositum equo, præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est quemcumque rex voluerit honorare.* ecce quomodo Deus Tyrannidem Aman compressit & puniuit, cum deprimendo, & collocando in solo & pauimento abiectionis, vt officium pedissequæ Mardochæi exerceret, & tandem suspendij pœna mulctauit eum.

Puniuit Deus tyrannidem Nabucodonosor. Dan 4. v. 22.

Quare punuit Deus tyrannidem Aman. Esth. 6. v. 9.

Illustratio secunda.

47. *Quis dicatur insuspicabilis.*

ET *insuspicabilis portauit Diadema. Insuspicabilem* vocat Tygurina, *inexpectatum.* Drus. *is de quo minime suspicio erat.* Hic est, qui tam longè aberat ab imperio, vt nemó suspicaretur eum ad regnandum aptitudinem, imo nec meritum habere; & cum inexpectatus & insuspicabilis sit, tamen Deus omnipotens eum elegit ad regnandum, & portandum diadema. Hoc illustratur ex eo 1. Reg. 2. 8. vbi Anna mater Samuelis suam felicitatem decantans, aparuerat enim ei Deus, cum esset sterilis, & abiecta vuluam, vt filios generaret, ait: *Suscitat de pulucre egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.* Quis ita inexpectatus & insuspicabilis ad regnum obtinendum, vt pauper & egẽnus, qui in pauimento prostratus iacet, & quod munus tam longè abest à paupere, vt regnum & diadema; & tamen vices rerum permutat Deus sic, vt qui in regni, solio sedebat, iaceat abiectus in terra, & qui humicubabat depressus & humiliatus, ascendat ad portandam coronam. *Deposuit Deus potentes de sede, & exaltauit humiles.* Vt Virgo Deipara in suo cantico affirmauit. Probo exemplis.

1. Reg. 2. v. 8. *Vices rerum commutat Deus.*

Primum sit de sanctissimo Patriarcha Joseph, quem fratres sui ex odio & inuidia Ismaelitis viginti argenteis dederunt, vt deferretur ad Ægyptum, Genes. 37. v. 28. & cum Putiphar illum tamquam mancipium emeret, ibi sollicitatus ab hera ad peccandum, ipse noluit eius sollicitationibus assentire, sed ex manibus ereptus liber euasit, amisso pallio; & cum de adulterio ille ab ipsa accusaretur, suam impudentiam & petulantiam criminando, tandem coniectus est in carcerem, vbi duobus annis vinctus catẽnis iacuit. Ecce Joseph, depressum & abiectum in horrido carceris pauimento prostratum: quis vnquam suspicaretur, talem ad portandum diadema euehendum, vere insuspicabilis & inexpectatus ad regnum iudicabatur; & tamen illum Deus eleuauit vt prorex Ægypti obseruaretur. Sic Genes. 41. v. 40. fertur eleuatum esse ad honorem: nam dixit ei Pharao rex Ægypti? *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te præcedam. Ecce constitui te super vniuersam terram Aegyptii. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: Vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem aureum circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & prepositum esse scirent vniuersæ terræ Aegypti*: Quam honorificam permutationem celebrauit Dauid Psalm. 104. vers. 18. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animam eius.* Ecce quomodo prostratum ostendit & depressum, vt insuspicabilis & inexpectatus ad regnum haberetur.

Ioseph venditus ascendit ad regnum. Genes. 37. v. 28.

Genes. 41. v. 40. *Ioseph & Phataone eleuatus ad regni dignitatem.*

Psal. 104. v. 18.

Sed statim vers.21.euectum & sublimatum demonstrant, canens: *construit eum Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ*, vt regni portaret diadema factus prorex Ægypti.

48. *Exemplum Saulis, qui insuspicatus ascendit ad regnum.*

Secundo, Saul insuspicatus ad regnum habebatur, cum quærebat asinas patris sui Lis. 1. Regum 9.v.3. & tamen vnctus est in regem à Samuele, 1.Reg.10.v.11.14.& Actor.13.v.21. Tertio, Quis remotior ab ambitione regni Dauide, qui minimus erat fratrum suorum, & pascebat gregem patris sui Isai, vere *insuspicabilis* erat, *de quo suspicio* nulla habebatur; & tamen *elegit Dauid seruũ suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post fœtãtes accepit eum*, Deus. Ps.77.v.70. Sic narratur. Act.13.v.22. *& amoto eo* (Saule) *suscitauit illis Dauid regem, cui testimonium perhibens dixit: Inueni Dauid virũ secundum cor meum*, &c. Quarto de Iehu refert sacra Pagina, 4.Reg.10. v.30. *Dixit autem Dominus ad Iehu: quia studiose egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronũ Israel.* Quinto, Mardocheus, qui ad ianuam palatij regis Assueri tanquam captiuus (translatus enim fuerat de Ierusalẽ à Nabucodonosore, Esth.2. v.6.) prostratus morabatur, amoto Amane, in suum locum suffectus est. Nam à rege summo honore affectus, cum Aman, rege præcipiente, *tulit stolam & equum, indutumque Mardocheum præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est quemcumque rex voluerit honorare:* Esther 6.v.11. Tãdem Glossa apponit exemplum, dicens: *Populus quoque Iudæorum, qui de parentum nobilitate gloriabatur, pro infidelitate sua deiectus est, & fidelis populus gentium subrogatus benedictionẽ Patriarcharum hæreditauit.* Alia multa exempla in Sara & prophana pagina inuenientur, quæ apte probent hunc diuinæ prouidentiæ effectum ab Ecclesiastico propositum. Scil. *& insuspicabilis portauit diadema.*

Ps 77 v.70. Act.13.v.22 Dauid euectus in regnum, cum nulla suspicio de eo esset. 4.Reg.10. v.30. Exemplum Iehu. Mardocheus. Esth.2. v.6. Esth.6.v 11. Exemplum de populo Iudæorum.

Illustratio tertia.

49. *Hæc sententia primæ repetitio est.*

MVlti *potentes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manu alterorum.* Hæc sententia secunda repetitio est primæ, eamdem enim doctrinam inculcat auctor per alia verba. Vocat *potentes* siue reges, siue principes, siue nobiles, qui tyrannice pauperes & infirmos opprimere solent. Et gloriosi sunt ij, qui de sua potentia vel honore excelso gloriantur & iactantur, vt debiles & abiectos aspernentur. Hos omnes tamquam tyrannos opprimit Deus, & tradidit in manus alterorum, vt ad perniciem suam suo tempore potentiam Dei experiantur, & agnoscant propriam infirmitatem & imbecillitatem, quæ eneruatos & graciles eos facit, &c.

Potentes & gloriosos opprimit Deus.

Primum hemistichium potest illustrari ex eo Sap.6.v.7.9. *Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Fortioribus autem fortior instat cruciatus. Ad vos ergo reges sunt, hi sermones mei*, &c. Per *exiguum* intelligit Salomon humilem, mansuetum, qui potentia caret ad tyrannidem exercẽdam: huic autem *conceditur misericordia*, id est, remissio peccatorum, & donorum spiritualium abundãtia, nec non præmium beatitudinis. Sed *potentes*, id est, reges tyranni, qui tyrannide opprimunt humiles & depressos, non merentur hanc Dei misericordiam; sed *potenter*, id est, fortiter, vel intense, & acriter *tormẽta patientur*: opprimentur valde à Deo, non solùm in hac vita, sed præcipue in futura. Non loquitur de omnibus potentibus, cum dicat Job.36.v.5. *Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens*; sed de tyrannis, & omnibus aliis, qui sua potentia abutuntur iustos opprimentes, & humilibus iniuriam facientes, & dicentes, *Sit fortitudo nostra lex iustitiæ*, Sap.2. v.11. His enim & *fortioribus* in Græco *potentibus*, *fortior instat cruciatus*, vt accidit Regi Antiocho qui cum tyrannide oppressisset populum Israel, in magnam calamitatem deuenit, vt dicitur 1. Machab.1. vers.23. *Intrauit enim in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum*, &c. *& fecit cædem hominum, & locutus est in superbia magna* (tyrannide opprimens populũ) *& factus est planctus magnus Israel, & in omni loco eorum.* Hunc impium Tyrannum oppressit Deus, sumens de illo iustam vindictam, vt dicitur c.6. v.11. quia cum mors iam immineret, *vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi & cornu corde præ sollicitudine, & dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea. Nunc vero reminiscor malorum, quæ feci in Ierusalem*, &c. *cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista, & ecce pereo tristitia magna in terra aliena.* Ecce quomodo Deus hunc tyrannum puniuit eum *valde opprimendo.*

Sap.6.v.7.9 Exiguus idẽ quod humilis & mansuetus, cui conceditur misericordia. Iob.36.v.5 Non abiicit Deus potentes sed tyrannos. Sap.2.v.11. 1.Mach.1. v.23. Antiochus in magnam incidit calamitatem quia oppressit Israel. 1.Mach.6. vers.11.

Pende successum principis Aman, qui cum abusus esset potentia sua ad tyrannide opprimendum populum, *suspensus est in patibulo.* Esth.7. vers.10, quo supplicio suæ tyrannidis pœnas luit oppressus à Deo tamquam potens Tyrannus. Considera euentum Sennacherib potentis, de quo Isaias c.37.v.36. ait, non solùm *Angelum percussisse in Castris Assyriorum centum octoginta quinque millia, sed egressus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in Niniue. Et factum est cum adoraret in templo Nesroch Deum suum, Adramelech, & Saraser filij eius percusserunt cum gladio*, &c. Vide tandem quod Iudeis accidit in oppressione Titi & Vespasiani, vt prophetauit Amos c.5. v.10. vsque ad 14. quibus exemplis probatur, verum esse quod inquit Ecclesiasticus: *multi potentes oppressi sunt valde* à Deo, qui iniustam & tyrannicam oppressionem punire, & seuere vehementerque impotentes & tyrannos vindicare solet.

Aman quia abusus est sua potentia à Deo punitus. Esth.7.v.10 Isa.37.v.36 Sennacherib punitus. Amos 5. v.10.

50. *Gloriosi vocantur illustres.*

Et gloriosi traditi sunt in manus alterorum, vocat *gloriosos* magnificos, illustres, qui in potentia & diuitiis suis, necnon in nobilitate & in excelso honoris vane gloriantur. Hos enim in pœnam suorum scelerum tradit Deus *in manus alterorum*, id est, aliorum, qui tamquam inimici spiritus remittant, animos comprimant, & oppressos dignissime deprimant ad supplicium. Hoc est quod prenuntiauit Isaias c.45.v.2. agens de Cyro rege: *Ego autem ante te ibo, gloriosos terræ humiliabo*: q.d. ego te ipsum præcedam sternãque viam ad expeditum atque gloriosum cursum: subiiciamque tibi principes, qui supra reliquos illustre ac regiũ caput extulerant, Chaldæos, scil. & Babylonios, ecce quomodo isti, qui gloriabãtur in potestate sua, & viribus suis, traditi sunt in manus regis Cyri, qui eos depressit & subiugauit. Sic etiam Ægyptum puniuit Dominus cum per eumdem Prophetã c.19. v.4. *Et tradam Ægyptum in manu Dominorũ crudelium, & rex fortis dominabitur eorũ, ait Dominus Deus exercituũ.* Gloriosi erant Ægyptij in honore & diuitiis suis gloriantes, & traditi sunt in manu alterorum, id est, regum crudelium, qui gloriam suam & elatos animos comprimebant. Sic populus Israeliticus qui gloriosus erat, & gloriabatur in lege & templo. *traditus fuit* propter peccata sua *in manus alterorum*, id est, Romanorum, qui templum & ciuitatem euerterunt. Sic Darius oppressus est ab Alexandro 1.Mach.1.& Alphaxat à Nabucodonosor, vt dicitur in lib. Judic. c.1.

Isai 45.v.2 Cyrum puniuit Deus quia in potentia gloriatus est. Isai. 19. v.4.

VERS. VII.

Priusquam interroges non vituperes quemquam, & cum interrogaueris corripe iuste.

Sensus.

51. PRiusquam *interroges*, &c. q. d. cum ad superbiam & arrogãtiam pertineat quemuis facile & temere arguere & vituperare, admoneo te ne quemquam reprehendas antequam de facto eius magna cum diligentia, id est, accuratè exquisieris alios, & veritatem qualitatemque facti vel dicti expenderis, & examinaueris. Diligenti ergo excussione facta, corripe delinquentem, corripe inquam iuste, nempe pro qualitate facti, & ad lucrum delinquentis, vel aliorum edificationem, &c.

Notæ.

IN Græco Originali Complutensium est, *πρὶν ἢ ἐξετάσῃς*, *priusquam exquiras.* cum in Aldo. Basilien. & Drus. *priusquam exploraueris.* verbum enim ἐξετάζω, significat exquirere, & scrutari, interrogare, in quæstionem ponere, & examinare. Priusquam scrutatus fueris aliquod delictum, & in quæstionem ponas, vel examines, vel interroges. Verbum enim *interrogandi* solet esse forense. Vnde apud nostrates dicitur: *Hazer interrogatorio* ad examinandos testes, qui testimonium de delicto perhibeant. Quæ omnia continet verbum *explorandi*, quod legit Drusius. Rursus *ne vituperes*, μὴ μέμψῃ, *ne reprehendas*; alij minus recte legunt: *ne succenseas*, qui enim reprehendit vt pater vel superior non perturbato animo, vel male affecto reprehensurus est, sed placido & benigno, &c.

Illustratio prima.

PRiusquam *interroges, non vituperes quemquam.* Monet sapiens, ne temere nostra suspicione crudelitateque impulsi crimina nobis incognita aliis inferamus: certa enim criminis cognitio accusatione debet præcedere. Plerique enim sunt, queruli, ac criminosi, hoc est, ad inferenda crimina propensi. Hoc autem plerumque accidit, quia sumus nimium creduli aut suspiciosi. Salomon Prouerb. 14. v.9. dixit, *stultus illudet peccatum*, vel irridebit, Caiet. explicat, stultus quidem pessimus erit operis alieni interpres: semper enim illud vitio vertet, & delictum esse decernet. Itaque quod præcipit Apostolus Timotheo inseniori bus accusandis, ne cum præcipitatione iudicij, atque animi propensione, accusationem suscipiat, id hoc loco obseruandum. Ait ergo Paulus 1.ad Timot.5.v.19. *Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus.* pro presbytero aliqui intelligunt seniorem, sed melius Sacerdotem. Præscribit hic Timotheo Episcopo, quomodo se gerere debeat in iudicandis causis forensibus. q. d. cum aliquis aduersus presbyterum aliquam accusationem tibi deferat vt iudici, noli credere accusanti leui suspicione, sed examina causam duobus aut tribus testibus, quia *in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum*, ex præcepto Domini. Deut.17. vers.6. & Matth.18. vers.16. & 2. Corinth.13. vers.1. & cum certum compereris delictum, sententiam proferre poteris. Simile examen faciendum in quibuscumque aliis laicorum causis, cum quis aliquod delictum vel defectum excutere voluerit, testes diligenter expendere debet, antequam iudicet, vel sententiam dicat, ne sola suspicione impulsus temere iudicet discedendo à iuris æquitate.

Criminis cognitio accusatorem debet præcedere. Prou.14. v.9. 1.Timot.5. v.19. Episcopus quomodo se debeat gerere in iudicandis causis, &c. Deut 17. v.6. Matt.18. v.16. 2.Cor.13. v.1.

52. *Raban. Hugo. Iudicium temerarium vitandum.*

Ergo prohibet Ecclesiasticus, vt Rabanus & Hugo explicant, temerarium iudicium, quo multi iudicant de aliis solis rumoribus, nescientes causas & circumstantias peccati vel facti: quare de facto alicuius diligenter debet quis alios interrogare, & examinare veritatem facti vel dicti, antequam reum vituperet. Hoc præceptum probari potest, id est, ex eo Genes.18.v.21. vbi cum dixisset Dominus: *Clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Ecce rumorem & quasi suspicionem delictorum Sodomæ, licet certum sciret Dominus veritatem, sed loquitur humano more, & sic subiicit: *Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.* Ecce quomodo vult Deus se accommodare humanæ conditioni in discutiendis causis. Nam licet Deo exploratum esset Sodomorum delictum ad ferendam condemnationis sententiam; nihilominus tamen modo humano voluit in discussione criminis procedere, vt sui consilij causam afferre, & rationem suæ iustitiæ reddere posset: *descendam, & videbo*; verbum *videbo.* idem est quod discutiam, examinabo, explorabo causam, vt sententiam dicam. Descendit itaque per duos Angelos Deum pariter repræsentantes, vt delictum excuteret.

Gen.18. v.21. Deus accõmodauit se humanæ cõditioni in discutiendis causis. Verbum videre idem quod examinare.

Ex quo loco Concilium Lateranense primum cap.8. monet iudices ne facile accusationibus credant, sed eas lente & mature instar Dei examinent, & inquirant, antequam reum condemnent. Sic dixit Seneca lib.1. de ira c.16. *Ratiò vtrique parti locum dat, & tempus dat. Deinde aduocationem* (moram & tempus deliberandi) *etiam sibi petit, vt excutiendæ spatium veritati habeat.* & lib. 2. de ira cap.22. inquit ipse: *Quædam enim falsa, veri speciem ferunt. Dandum semper est tempus: veritatem dies aperit* (Lipsius citat Sophoclem dicentem: *Hæc cuncta voluens ordo longi temporis. Occulta prodit atque prodita oculit*) *ne sint aures criminantibus faciles. hoc humanæ naturæ vitium suspectum, notumque sit nobis, quod quæ inuiti audimus, libenter credimus, & antequam iudicemus irascimur. Itaque agenda est contra se causa absentis, & in suspenso ira retinenda. Potest enim pœna dilata exigi, non potest exacta reuocari.* Explicans autem Dei descensionem ad Sodomam Philo Iud. lib. de confus. linguarum: *Deus* (inquit) *dicitur ad visendum descendere, qui omnia priusquam fiant prouidet manifestissime, vt doceamur, ne quis homo de absentibus & futuris & incertis putet, se posse coniecturam facere, sed prius maxime prospicere debet: visus enim certus, potius quam fallax auditus, testis adhibendus est.* Hinc D.Chrysost. tom.1. commendat iudicibus, seu potius Prælatis, ne aliquid desti-niant

Concil. Later. Seneca. Ad explorandam veritatem dandum est tempus. Philo Iud. Cum certo sciret Deus delictum Sodomorum voluit humano more illa discutere. D.Chrys.

nianr propter solos vulgi rumores: Noli (ait) *ex suspicione tua iudicare, antequam discas, vtrum res ita se habeat, neque aliquem culpa, sed potius Deum imitare, qui ait: Genes.19. descendam, & videbo,* &c. Itaque antequam vituperetur reus, non iudicandus, nisi prius testium accusatio probetur, & inquiratur.

53. Iob. 29. v.16. *Antequam causa iudicetur examinanda.* D. Gregor.

Secundo, Probari potest hæc sententia ex eo Iob.29.v.16. vbi Iob ait: *causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam.* quæ verba exponens D. Gregor. lib.19. mor.c.16. inquit, *qua in re notandũ video, ne ad proferendã sententiam vnquam præcipites esse debeamus, ne temere indiscussa indicemus, ne quælibet audita nos moueant, ne passim dicta sine probatione credamus. Quod profecto perpetrare pertimescimus, si auctoris nostri subtilius facta pensamus. Ipse quippe vt nos à præcipitata sententiæ prolatione compesceret, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, qui ait: clamor Sodomorum,* &c. *Omnipotens itaque Dominus, & omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitat, nisi vt grauitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante præsumamus credere, quam probare.* & tom. 3. part.3. Pastoralis curæ Admonit.32. eadem fere repetit: *Admonendi sunt qui accusant praua, nec tamen deuitant, vt prouide perpendant quid indistricto Dei iudicio pro sua excusatione dicturi sunt, qui de reatu suorum criminum etiam simetipsis iudicibus non excusantur.* D.Ambros. tom.1. lib. 1. de Abrah. cap.5. explicans eumdem locum Genes.18. inquit: *Non ignorabat Deus peccata Sodomorum, sed propter instruenda verba huiusmodi loquebatur, vt tu proprius scruteris eorum commissa, in quos vindicandum arbitraris. Descendam, inquit, vt videam, hoc est, etiam tu descende, cura, descende indaginis studio, ne quid sit quod fallat aut lateat absentem, vt oculis facinus reprehendas. eminus positi multa nescire possunt.* Tandem D. Chrysost. tom. 1. homil.42. in Genes. ait: *Non hoc dicit, sed vt dixi, per verbum crasius docere nos vult, quod opus sit magna diligentia, & non auditu solo peccatores condemnandi sunt, neque sententiæ ferendæ, nisi comprobatio præcedat.* Hoc est quod dicebat Menander: *Inexaminatum ne punias vllum.*

Mala hominum ne ante præsumamus credere, quam probare. D. Ambros. D.Chrys. Menander.

54. *Quare summus Sacerdos gestabat in pectore doctrinam & veritatem.* Exod.28. v.30.

Hinc est quod summus Sacerdos, qui vicem iudicis habebat, in *Rationali iudicij*, quod gestabat in pectore, portaret *doctrinam & veritatem.* Exod. 28. vers.30. quod ex proprietate vocis dicere poteras integritatem, quæ est ipsa iustitia & veritas, velut alij vertunt *illustrationem & manifestationem*, quæ in rebus dubiis, responsis à Deo redditis, admonebant Pontificem quid verum, & quid facto opus esset. Nisi enim iudex veritatem causarum omni via & ratione perspectam habeat, sæpe errabit in iudicio, sæpe etiam indiget illuminari à Deo, ne præpostere iudicet. Quam *veritatem* imitati posteà videntur Ægyptij, quorum Sacerdos summus, idemque iudex, collo appensam gestabat imaginem saphiro insculptam, cui nomen *veritas.* auctor Ælianus lib.14. In iudice enim veritas & iustitia refulgere debent, insuper & doctrinam, id scientiam & notitiam rerum debet habere, nam notitiam delictorum præcedere iustum est, vt sententia secundum iustitiam & veritatem proferatur. Quare tum in aliis criminibus, tum in furto perquirendo & perscrutando, mirabilis fuit quondam iudicum diligentia, vt etiam cum lucernis, & perfodiendo parietes fieret. Sic Plinius lib.29. cap. 10. *Inquisitio per parietes agitur, & qui indicetur à Gadibus, columnisque Herculis accersitur.* Ita supremus iudex minetur se *scrutaturum Ierusalem in lucernis*, Soph.1. v.2. ergo indicat Iob delatas causas, & quas vocant denuntiationes diligenter excussisse & explorasse, vt iustam sententiam proferre posset. Ita Ouidius 1.Trist.

Sacerdos summus Ægyptiorum gestabat in collo appensam veritatem. Ælianus. *Mirabilis antiquorum diligentia in criminibus perquirẽdis.* Plinius. Soph.1.v.2.

Iudicis officium est, vt res ita tempora rerum
Quærere, &c.

Sic Ecclesiasticus præcipit, *priusquam interroges, ne vituperes.*

Tandem probatur hoc hemistichium ex eo Act. 25. v.16. vbi cum Paulus accusaretur à Iudæis, qui postulabant à Iudice ad mortem inauditum ac indemnatum, respondit ipse: *Quia non est Romanis consuetudo donare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Quam consuetudinem non solùm Romani habent, verum etiam cunctæ gentes, & quotquot rationis ductum ac dictamen sequuntur. Sic in Authent. vt omnes obed. in §. si verò, col.5. ex quo etiam in Canonico alia recitantur, *vt testimonia dentur, admonito reo aut defensore, venire, & audire testes,* &c. Demosthen. orat.de caro. Sub princip. inter alia plena æquitatis, hoc in primis commendat: *Pari ratione vtrumque audire.* Et Alexander in capitalibus causis sedens iudex *alteram claudebat aurem, vt integram seruaret reo.* Ioan.7. vers.51. cum reprehenderentur ministri Iudæorum à Pharisæis, quia non adduxissent Jesum ad se, dixit Nicodemus legis Doctor: *Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso* (vt dicitur Deut.17. vers.8. & 19. v.15.) *& agnouerit quid faciat?* Cassiod.lib.7.ep.1. *Reus* (inquit) *qui dicitur & probetur,* &c. *cunctator esse debet qui iudicat de salute. Alia sententia potest corrigi, de vita transactum non patimur imitari.* Origen. tom. 2. explicans epistol. ad Roman.cap.2.vers.15. *Et inter se inuicem cogitationibus accusantibus*, ait: *etiam defendentibus*, ait: *Rectum iudicium Dei quis dubitet esse vbi accusatores & defensores adhibentur & testes? & quidem de hoc iusto iudicio Dei nos homines exemplum capiamus, ne putemus inquam sine accusante & defendente & testibus iustum haberi posse iudicium.*

Act.25.v.16 *Quid Romani faciebant cum aliquis accusabatur, &c.* Demost. *Alexander alterã claudebat aurem vt integram seruaret reo.* Ioan.7.v.51 Cassiodor. Origenes. *Non ferendũ iudicium sine accusante & defendente & testibus.*

55. *Quomodo iudices debent inquirere delicta.* D.Ambros. Hugo.

Hæc omnia probant, iudices debere inquirere delicta antequam iudicent, & testes auscultare, ante sententiam. Quia vt dixit D. Ambros.tom.3.in 1.ep.ad Cor.c.3. *Iniuria enim iudicis est, si ante cognitionem eius à seruo procedat iudicium aut sententia.* Sed sententia nostra forte agit de iudicio temerario, vt placet Hugoni Cardinali, quod homines faciunt sine vlla veritatis inquisitione, ad hoc vt reum vituperent, & prohibet sapiens hanc temeritatem, dicens: *Priusquam interroges non vituperes.* Nihil communius in sacra Pagina inuenitur, quam vt damnetur temerarium iudicium aduersus proximos. Potest probari ex eo Genes.18. v.21. quod præcitauimus: *Clamor Sodomorũ,* &c. Vbi Rupertus Abb.tom.1. lib.6.in Genes.c.4. inquit: *Quantum ad præsentem locum historiæ, temerarium hominum prohibetur iudicium, ne facile audita credant, vel inexperta iudicent, cum Deus omnium, qui falli non potest, qui & antequam fiant, omnia nouit, dicere dignatus sit. Clamor Sodomorum,* &c. ideò D. Augustinus.tom.16. de serm. Domini in monte, explicans id: *Nolite iudicare. Hoc loco* (inquit) *nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi vt ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est: à fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est, quæ non possunt bono modo fieri. Sunt quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fiant, quia in bono & malo fieri possunt, de quibus temerarium iudicare maxime, vt condemnemus,* lege D.Paulum Rom.14. à versu 3. *& qui non manducat, manducantem non iudicet* vbi probat Apostolus cauendum esse iudicium temerarium, neminemque debere proximum suum iudicare quatuor rationibus. prima est hoc versu quia Dominus proximum sibi in seruum assumpsit; seruus autem Domino suo stat aut cadit: non ergo ad te pertinet de eo iudicare. Secunda est v.5. *nam alius iudicat diem,* &c. quia in rebus adiaphoris, id est, in differentibus seruanda est regula hæc, *vnusquisque in suo sensu abundet,* id est, plenus sit, plenitudinem habeat, expleat, abundet 3. est v. 6. *qui sapit diem, Domino sapit,* quia tam qui manducat, quam qui non mãducat, Domino id facit: Domino enim morimur & viuimus, ergo neuter culpandus, sed vterque laudandus est. 4. est v.10. quia vnus omnium est iudex Christus Dominus, non ergo nostrum est inuicem iudicare. Si enim hoc facimus, Christo iudicium suum præripimus. Ergo ait Sirach: *Priusquam interroges, non vituperes quemquam,* id est, prius quam certo scias per iustam inquisitionem delictum alienum, non vituperes reum, sed vt iuste vituperes, interrogare & explorare debes veritatem facti, ne iudicium temerarium committas, &c.

Rupertus. *Non ferendũ iudicium temerarium aduersus proximos.* D.August. *Cum dubiũ est quo animo aliquid fiat in meliorem partẽ interpretandum.* Rom 14. v. 3. *Rationes propter quas nemo proximum debet iudicare.*

Illustratio secunda.

56. *Cum delictũ exploratum sit corripiendum seruato iuris ordine.* 1.Tim.5. v.20. Theodoret.

ET *cum interrogaueris, corripe iuste.* q. d. & cum delictum exploraueris, & certo scias per affirmationem fidelium testium veritatem facti, tunc poteris iuste corripere, id est, seruato iuris ordine. Si delictum publicum sit, publicè corripiendum, iuxta id Pauli 1.Timot.5.v.20. *Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant,* vbi Theodoretus ita enarrat hæc verba: *Ne condemnes ante probationem, nec eis, qui aperte conuincuntur, quod aliqua scelera perpetrarint, peperceris; sed eos qui conuincuntur condemna omnibus præsentibus, vt timore pœnæ peccatum fugiant,* &c. Theopil. paulo aliter: *Perseuerantes,* inquit, *in peccato & quos inueneris, si inquiras, & scruteris, argue vehementer. Non vt indignationem & animi tui furorem expleas, sed vt reliqui castigentur terrore perculsi.* Sic dixit Ouidius lib.1.met.fab.8.

Theopil. *Quomodo publice peccantes publice arguendi sint.* Ouidius.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Vide Leuit.19.v.17. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum.* Lege Tertul.lib.4. contra Marcio.cap.35. At si peccatum vel delictum publicum non fuerit, non debet publice corripe, quia tunc seruanda est iussio Christi Domini de correctione fraterna. Matt.18.v.15.

Leuit.19. v.17. Tertul.

Licet illud: *corripe iuste,* sit vt Dionys. explicat, id est, iuxta suæ exigentiam culpæ, recta intentione, & sine personarum acceptione. & vt Jansen; tunc demum si æquum est, corripe delinquentem iuste, nempe pro qualitate facti, & ad lucrum delinquentis, vel aliorum ædificationem. Sed existimo Tò *iuste,* non solum denotare æquitatem & iustitiam, sed etiam lenitatem & mansuetudinem: Lenitas enim & mansuetudo comitari debent iustitiam in correctione delinquentis. Hoc est, quod docet Paulus Galat.6. v.1. *Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis*, & licet hæc loquatur Apostolus de lapsis in fide, intelligendus est de lapsis in quolibet delicto. Tò. *præoccupatus* excludit obstinatos in malo. hi enim, docente D.Gregorio, quia destinata malitia & voluntate peccant, dure sunt increpandi, sed præoccupati sunt, præuenti, antequam lapsum aduertere & cauere possint. verbum enim Græcum πρόληψμα casum non destinatum sed casualem significat. vt cum quis alio respiciens, vel non aduertens in lapidem impingit, vel in fossam ruit. Hunc itaque restaurate, redintegrate, restituite. *in spiritu lenitatis*, cum mansuetudine, blande, leniter, imitantes Christi mansuetudinem. ita vt verbis monitorijs suam lenitatem & dulcedinem inhalare videantur, &c. Sic modum correctionis attingit D. Augustinus explicans hunc locum, dicens: *Numquam alieni peccati obiurgandi suscipiendum est negotium, nisi cum internis interrogationibus examinantes nostram conscientiam, liquido nobis coram Deo responderimus, dilectione nos facere dilige, & dic quod voles.* Sola scilicet dilectione proximi nos moueamur ad eum corripiendum, &c. Modum correctionis vtilem docuit nos D.Gregor. hom.19. in Ezechiel. *Qui facinus,* ait, *fratrum & dimisit, & vindicauit, sic in rigore clementiam tenuit, vt delinquentibus fratribus, nec sine vltione pius existiret* (agit de Ioseph. erga fratres quos corripiebat Genes.42. v.9.) *nec sine pietate districtus. Ecce hoc est magisterium disciplinæ, vt culpis & discrete nouerit parcere, & eas pie resecare. Qui autem discretionem spiritus non habent, aut sic dimittunt peccata, vt non corrigant, aut sic quasi corrigendo feriunt, vt non dimittant.* Multa possemus congerere de correctione fraterna, & de modo corripiendi, sed omitto illa ne ab intento longius quam par est habeamus. ergo ait Ecclesiasticus, *cum interrogaueris corripe iuste,* id est, cum exploraueris proximum lapsum esse, iustitiam & mansuetudinem serua in illo corripiendo, ne pecces contra hoc præceptum, quod adeo sanctum & iustum est, vt illum frangere peccatum sit, &c.

Dionys. *Corripere iuste quid.* Iansen. Gal.6.v.1. *Correctionem debet lenitas comitari.* D.Gregor. *Modus correctionis qualis.* D.August. D.Gregor. *Magisterium disciplinæ in quo consistat.*

VERS. VIII.

Priusquam audias, ne respondeas verbum: & in medio sermonum ne adijcias loqui.

Sensus.

57. PRiusquam, &c. q. d. Cum ad superbiam simul & stultitiam pertineat, vt quis de re aliqua consultus, aut interrogatus, antequam bene & plene intellexerit quod proponitur, mox sine deliberatione respondeat, volens ea ratione ostendere sui ingenij celeritatem & prudentiæ acumen, hoc tibi, ô fili, consilium præbeo, ne nimium tibi confidas, te posse antequam plene intelligas quod tibi de aliqua re refertur, recte satisfacere, sed audi prius, & exquire diligenter quod proponitur, ne stultitiæ & imprudentiæ arguaris: stultum est enim sine

deliberatione in aliquo negocio respondere. Rursus cum aliquis rem aliquam tibi recensere voluerit, antequam is narrationem absoluerit, ne illius sermonem interpellas interloquendo, quasi bene perceperis quod loquitur, aut melius quod enarrat prosequaris, quia hoc etiam stultitiæ est, &c.

Notæ.

IN primo hemistichio addit vulgatus Τὸ. *verbum*, quod in originali desideratur, & licet poterat subaudiri, sed melius adiectum est, vt plenus reddatur sensus. Quia apud Hebręos obuia hæc phrasis est, præcipue apud Salomonem. In 2. hemistichio miror Dionysium & Lyram legisse, *in medio seniorum*, cum in Græco sit, *καὶ ἐν μέσῳ λόγον*, *in medio sermonum ne interijcias verbum*, verbum λόγος significat sermonem, orationem, rationem, studium, doctrinam, & alia huiusmodi, & numquam seniorum. Sed haud dubium error fuit scriptorum. *Ne adijcias loqui*, Drusius: *ne interpellato* nos, *non interrumpas*. in Aldo. & Basiliensi, *μὴ παρεμβάλλε*, sed in Complut. *μὴ παρεμβάλλε ῥῆμα, ne interpellato verbis*, sed clarius vertit vulgatus: *ne adijcias loqui*. nos dicimus, *No entremetas palabras*. ne verba interponas cum aliquid narratur, &c.

Illustratio prima.

58 PRiusquam audias, *ne respondeas verbum*. Monet in hac sententia sapiens, maius ac promptius studium audiendi debere esse, quam loquendi, &c. Hæc animi moderatio temperantiaque linguæ, singularis virtus est. Tripliciter potest intelligi hæc sententia. 1. de iudicibus. 2. de magistris. 3. de quibuscumq; loquentibus & audientibus. Primā intelligentiā sequitur Palac. & Glossa hæc ait: *Aliorum causas indicare, priusquam dignoscat, stultū se esse demonstrat*. Palacius imitatur dicens: iudex ne proferat sententiam donec audiat litigantes, sic etiam Hugo. Secundam intelligentiam sequitur Glossa: *Qui prius respondet quam audiat, id est; quid doctus esse desiderat antequam discat, stultū est*. Tertiam sequitur Lyra, Dionys. Hugo, Iansenius. Hanc triplicem explicationem illustremus. 1. cum ad superbiam & præsumptionem reducatur iudicum præmatura definitio in causis, quæ ipsis proponuntur, non mirum Ecclesiasticus moneat & doceat, iudices maturam adhibere responsionem ad definiendas causas. nemo enim poterit, non auditis rationibus pro vtraque parte propositis, facile iudicare quod æquum & iustum est. debet autem vtramuis aurem litigantibus accommodare, vt auditis litigantium testimonijs & allegationibus, illas, & testes in iudicio expendendo, possit iuxta iuris æquitatem & rationis iudicium diligenter examinare testimoniorum & verborum pondera, & recte iudicare quod iustum est, &c.

Maius studium debet esse audiendi, quam loquendi. Palacius. Glossa. Hugo. Lyra. Dionys. Iansenius. *Ad definiendas causas requiritur matura iudicum responsio.* *Iudex debet vtriuis aurē prabere litigantibus, vt recte iudicet.*

Ergo vt iustus iudex iustam ferre possit sententiam, oportet vtramuis aurem præbere, vt antequam respondeat in iudicio possit vtrumque disceptatorem audire, & sic melius iuxta iuris & rationis æquitatem iudicet. Hinc est quod Salomon ad iudicandum populum, cui præficiebatur à Domino, non vt rex tantum, sed vt iudex postularet ab eo cor docile, sic dicitur 3. Reg. 3. v. 9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare posit, & discernere inter bonum & malum*, &c. in Hebræo est, *cor audiens, & cor cum auribus*. Quid ergo est cor audiens, & cum auribus? numquid auditio, vel aures ad cordis penetralia spectant? minime, sed docilitatem sapientiæ postulat, quæ ad cor pertinet. nam vt diximus cap. 1. num. 10. cor sedes sapientiæ est. Sed quia sensus exteriores pendent ab interioribus, & exequuntur quę animus præcipit, inde est quod Salomon cum postulauerit *cor docile*, id est, sapientiam, quæ in corde sedem collocatura erat, simul petebat aures ad audiendos eos, quos iudicaturus erat in populo. Quare qui ad sellam iudiciariam ascenderit, vt iudicis fungatur munere, debet habere non solum cor docile, id est, sapientiam, sed etiam aures, vt auscultet constanter litigantes, & cum eos audierit respondere possit. nam vt dixit Seneca in Med.

3. Reg. 3. v. 9. Cor cum auribus quid. *Sensus exteriores pendēt ab interioribus.* *Iudex non solum sapientiam sed aures debet habere vt constanter auscultet litigantes.* Seneca.

Qui statuerit aliquod parte inaudita altera,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

Idem Tragæd. 7. *Si iudicas, cognosce*. Quomodo autem cognoscet iudex nisi audiendo, vt respōdeat, id est, iudicet. Rossin. lib. 19. Ant. Rom. cap. 15. inquit: *Iudex autem sæpe stans iudicauit*; verbum *stare* indicat haud dubium attentionem iudicis ad audiendos litigantes, vt auditis allegationibus recte iudicare possit. Confirmat hoc Cicero tom. 1. lib. 2. de Oratore, cum ait: *Nam & attentum, monent Græci, vt principio faciamus iudicem, & docilem, quæ sunt vtilia*, &c. *quod & attenti tum maxime sunt cum omnia expectant, & dociles magis initijs esse possunt*, &c.

Rosinus. *Verbum stare attentionem iudicis indicat.*

Itaque iudex attentis auribus litigatores debet auscultare, antequam respondeat, & sententiam pronuntiet. Hæ aures, quibus audire debet iudex comparantur lancibus stateræ, quibus onera librantur. Ideò depingitur iustitia ab antiquis habens in manu sua stateram constantem lancibus, quæ & libra dicebatur, signum celeste, libram tenens in manu, quia facit autumnale æquinoctium. Virgil. 1. Georg. 59.

Iudex attētis auribus debet auscultare. *Imago iustitiæ qualis.* Virgil.

Libra die somnique pares vbi fecerit horas.

Vocatur etiam Astræa Iouis & Themidis filia, siue Astræi & auroræ, iustitiæ antistita, quam Poëtæ fabulantur aureo illo sæculo è cælo in terram migrasse, & tandem mortalium sceleribus offensam cælum, repetiuisse. Ouid.

Ouidius.

Vltima cælestium terras Astræa reliquit.

Et Seneca: Seneca.

Astræa virgo siderum decus.

Cum ergo iustitia libra sit, quia ponderat omnia, quam proprietatem aures exercent, ideò aures lancibus stateræ comparantur. Hoc confirmatur ex verbo Hebræo אזן, *azan*, à quo אזן auris vt Iob 12. v. 11. *Nonne auris diiudicat*, &c. Psal. 134. v. 17. *Aures habent, & non audient*. Ab hoc etiam, inquit Pagninus in thesauro, fit nomen duale מאזנים, statera, trutina, quod duas videlicet lances habet velut aures. Bilanx Latine, & pluraliter bilances. Isaiæ 40. v. 12. *Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statera?* & Prou. 11. v. 1. *Statera dolosa abominatio est apud Deum*. Ex quo constat aures veluti lancibus constare ad ponderandas rationes, quæ iudici allegantur. Sic dicebat Cicero 2. de orat: *Hæc enim nostra oratio multitudinis est auribus accōmodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur*. Quæ aures audiunt, examinant tamquam in statera vel trutina, ad iudicium proferendum.

Iustitia libra est quia ponderat. Iob 12. v. 11. Psal. 134. v. 17. Isa. 40. v. 12. *Aures veluti lancibus constant ad ponderandas rationes.* Cicero.

Incipit Salomon librum sapientiæ hac admoni-

tione ad iudices: *diligite iustitiam qui iudicatis terram*. Sap. 1. v. 1. O vos iudices, qui trutinæ munere fungimini (trutinant enim iudices, examinant, ponderant, pensiculant quæ audiunt à litigatoribus, qui ex iure agunt, & proponunt in suarum causarum allegationē defensionis causa) *diligite iustitiam*, non solum vt filiam vel sponsam ardenti amore diligite, sectamini, complectimini, charissimam habete eam, præferte, & anteponite (dum enim non exprimit, quibus certe sub intelligit sapiens, diuitias, delicias, glorias, quæ in terra resplendent, easque omnes ostendit tamquam tenebras quasdam ante iustitiæ iubar disparere, vt nox fulgente lucifero, & erumpente die, vt nullo proinde ex parte veniant cum iustitia comparandæ) non solum ergo vt sponsam diligite, sed obedite & veneramini. Verbum enim *diligite*, est in Græco ἀγαπάω, quod non solum significat diligere & honorare, vt Sap. 6. cap. 22. *Diligite sapientiam*, in Græco, *honorate*, sed etiam morem gerere & obtemperare. q. d. O vos iudices, iustitiæ morem gerite, acquiescite, obtemperate, & tamquam reginæ cultum & obedientiam prestate, non solum vt spōsam diligentes & æstimantes iam æqualem aut subiectam, sed vt principem, superiorem, & imperatricem respicite, colite, veneramini. Igitur si iudices obtemperare debent & diligere iustitiam. cum hæc portet in manibus trutinam vel stateram lancibus constantem, vt libret & ponderet rationes, quæ ad defensionem iustitiæ proponuntur, perspicuum est quantum velit ab omnibus iudicibus diligi, & studeat vt ab illis seruiatur in executione suæ voluntatis. voluntas enim iustitiæ est, vt qui eam diligunt, honorant & obseruant habeant eamdem stateram in manibus, vt rationes & testimonia litigantium iuste ponderent, & attentis auribus examinent, & tamquam lancibus stateræ pendant quæ audierint, vt possint eis, qui iura agunt iustitiam seruare.

Sap. 1. v. 1. Iudices debent iustitiā diligere. *Iustitia vt sponsa diligenda, & veneranda.* *Iudices obtemperare debent iustitiæ.* *Iudices stateram debent in manibus habere.*

60 Sic S. Job cap. 31. v. 5. 6. dicebat: *Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus: appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam*. Hic Job testem producit Deum, se non ambulasse in vanitate, nec pedem suum in dolo festinasse, quia Deus ponderator omnium optime cognoscit veritatem. & vtitur metaphora stateræ, qua Deus merita iustitiæ & sanctitatis appendit. nā *spirituum ponderator est Dominus* Prouerb. 16. v. 2. ait igitur, si mihi opponatur, vanitatem & mendacium secutum fuisse, Deum ipsum habeo, qui simplicitatis meæ defensionem pro pugnationemq; suscipiet, ipse tuebitur honorem meum, quia ponderator spirituum est, & in manu eius habet stateram iustitiæ, qua appendet simplicitatem meam. in vna lance meam cordis simplicitatem constituit, in altera calumniam aduersariorum meorum, & iuste librabit ea, quæ mihi obijciuntur, & ea, quæ in mei defensionem immisero, & spero me indemnem euasurum, quia apud Deum, qui omnia cognoscit, & cui *omnia nuda & aperta sunt*, innocentia cordis mei propugnabitur, &c. D. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 5. vocat Christum stateram, *in quo æqualance omnia merita nostra pensantur, & in cuius præceptis agnoscimus quid in nostra vita minus habeamus. In hac autem statera appendimur, quoties ad vitæ eius exempla prouocamur ac si aperte dicat Iob, si quam inquam leuiter si quæ perniciose perpetraui, Dei & hominum mediator appareat, vt in eius vita cognoscam, an ego veraciter simplex fuerim*, &c. Hanc stateram accepturi erant iudices in manu sua, vt appenderent merita litigantium, & sic iustitiam facerent, tribuendo vnicuique quod suum est. Quare Ecclesiasticus admonet, *priusquam audias ne respondeas verbum*.

Iob 31. v. 5. 6. Iob testem producit Deū se non ambulasse in vanitate. *Prou. 16. v. 2.* *Deus spirituum ponderator est.* D. Gregor. *Christus Deus statera est.*

Illustratio secunda.

PRiusquam audias, &c. Secūda explicatio huius sententiæ est, vt diximus, quam sequitur Rabanus de doctoribus & magistris: *Qui prius doctor esse desiderat, antequam discat, stultitiæ noxam non declinat*. prius enim debet qui doctoris vel magistri fungitur munere, audire, non solum ab alijs doctoribus, sed etiam à Deo, quæ ipse docturus est alios: priusquam respondeat, versetur in lectione librorum, vt discat ea, quæ alijs communicaturus est. Forte hoc exprimit Isaias cum cap. 50. v. 4. dixit: *Dominus enim dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lassus est verbo, erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum*. Quem locum D. Hieron. quem alij interpretes sequuntur, explicat de Christo Domino, qui commendat prædicationem suam, & prudentiam, quod suo scilicet tempore lassis verba Domini loquatur. Similiter quod non sua prædicabit, sed quæ singulis diebus à Patre audiuit. Sic Oleaster. Quę omnia debet qui doctoris & prædicatoris munus exercet, imitari; vt priusquam doceat, audiat à Deo, non solum per communicationem sapientiæ, sed etiam per lectionem librorum & auditionem magistri, quæ alios docturus sit. Pende id, *linguam eruditam*, scilicet à Deo, erudit enim Deus doctorem & magistrum, vt quod ab illo didicit alijs communicet. nam *non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*. Deus enim tamquam fons sapientiæ communicat homini verba, quibus ipse alios doceat ideò D. Chrysost. tom. 2. cap. 7. Matt. hom. 20. ait: *Doctores populi, cæterique sapientes secundum Deum, de quorum ventre exeunt flumina aquæ viuæ*. Sicut enim flumina, quæ aquam terræ communicant, vt eam fructificent, accipiunt à fonte peremni: sic doctrina sapientum, qua homines fœcundant, deriuatur à fonte sapientiæ, qui est Deus. nam *omnis sapientia à Domino Deo est*, & eius verba, quibus doctores homines instruunt, ab eius ore procedunt, vt sit animorum salutiferum pabulum, & sustententur in propriam salutem, & Dei gloriam. 61.

Rabanus. *Qui doctor esse desiderat antequam discat stultus est.* Isa. 50. v. 4. D. Hieron. *Christus prædicauit quæ à Patre audiuit.* Oleaster. *Erudit Deus doctorem & magistrum.* Matt. 4. v. 4. Deut. 8. v. 3. D. Chrysost. *Doctrina sapientum deriuatur à fonte sapientiæ.* Eccles. 1. v. 1.

Vocantur etiam doctores nubes propter eādem rationem, quam proponit idem Chrysost. tom. 1. in Psal. 107. *Eos qui docendi gratiam consecuti sunt, nubes vocat* (explicat enim id Psal. *Et vsque ad nubes veritas eius*) *nam per eos non secus ac per quasdam nubes, spiritualem irrigationem hominibus offert*. sicut nubes aquam, quam communicant, ex terra vel mari medijs vaporibus accepit: sic doctor similis nubi debet esse in accipiendo aquam doctrinæ ab eo fonte sapientiæ, media lectione Scripturarum, & aliorum librorum, vt hæc aqua ab eo in homines deducatur, &c. Dixit D. August. in Psal. 118. v. 26. *Doce me iustificationes tuas. Nemo enim docetur nisi discat, & nemo discit nisi doceatur*. Adijcit Dauid vers. 27. *Viam iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis*. quod Origines citatus ab Agellio explicat de prædicatore, in quo peritiam intelligentiæ requirere, quam antequam ad prædicandum prodeat, Dei beneficio collegerit. Ideò Christus prius didicerat

D. Chrysost. *Doctores nubes vocantur.* D. August. *Nemo docetur nisi discat, nec discit nisi doceatur.* Origenes. Agellius.

cerat doctrinam suam à Patre, quam illam communicaret. Sic aiebat, Ioan.7.v.16. *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me*, id est, si tamquam doctor gentium veni ad docendos homines doctrinam Dei, eam non tantum ex me communico, sed ex eo, qui genuit me, Patre scilicet à quo prius audiui quod nunc vobis communico. Quod repetit Ioan. 14.v.24. & 15.v.15. *Omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis*. prius audierat Christus à Patre, qui fons sapientiæ est, quæ homines docuit. Ideò doctores non canales, sed conchæ esse debent. sic D.Bernard. serm. 18. in Cant. *Si sapis*, inquit, *concham te exhibebis, & non canalem: hic quidem pene simul & recipit & refundit; illa vero donec impleatur expectat, & sic quod superabundat sine suo damno communicat.*

Ioan 7.v.16. *Christus doctrinam suã à Patre didicit.* Ioan.15. v.15. *Doctores non canales sed conchæ esse debent.* D.Bernard.

62. Huc pertinet parabola, quam Christus proposuit de eo, qui post quam amicus clausit ostia domus suæ & in lecto recubuit accessit ad petendum tres panes, vt amicum, qui media nocte apud se venit diuersari reficeret, & dedit illi quotquot necessarios habebat. Quam parabolam accommodat D. August. tom.10. serm.29. ad doctorem, qui vt auditores pœne doctrinæ reficiat, postulat ab amico, id est, à Christo, vel alio doctore panem doctrinæ, vt doceat populum: *Et non est*, inquit August.) *vnde reficias esurientem, & te admonitus inuenis indigentem: & cum vis docere coëgeris discere*. sic dicebat Anastas. Nicen.q.63. in script. *Qui enim nescit docere discat; si autem nolit discere, & se & eos, qui discunt perdit*. D.Gregor. Nazianz. orat. 1. de fuga in pontum hoc confirmat, dicens: *Præstabilius quidem nos esse duximus, cumque dicenda & facienda sint nesciremus, ea addiscere, quam nescientes adhuc ea docere. Nam certe alios docere aggredi priusquam ipsi satis edocti simus, valde stultorum est, aut temerarium esse videtur*, &c. Confirmat idem orat. ad Episcopos, dicens: *Neque enim præstantissimi ordinis est prius docere, ac postea discere, non dicam diuina tamquam alta & sublimia, sed ne aliud quidquam paruum ac contemnendum.* D. Gregor. Nyssen. explicans id Cant.4.v.2. *Dentes tui*, &c. rogat quare commendationi labiorum præponatur commendatio dentium? & respondet: *Quia ordo in disciplinis optimus est, vt primum quis doceatur, deinde idem ipse loquatur*. Dom. Gilbert. Abb. qui opus Cant. Bernardi perfecit, affert similitudinem eorum qui feras venantur, *Boni*, inquit, *& prudentes magistris vago quodam & quasi venatico genere dediti vtuntur, & varios ad mentium status vertunt sermonem*, &c. Sicut venator prædam capit, vt alios reficere & sustentare possit: sic doctor seu magister venatur ex scripturis & alijs libris prædas verborum Dei, vt audientes & discipulos reficiat & sustentet.

Parabola petentis ab amico tres panes in doctores conuenit. D. August. Anast. Nic. *Qui nescit docere discat*, &c. D. Gregor. Nazianz. D.Gregor Nyssen. *In disciplinis ordo est, vt primum quis doceatur, deinde loquatur.* Gilbert.

Porro Cant.4.v.11 dixit sponsus ad sponsam suam: *Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua.* Quem locum explicans B. Theodor. *Fauus Ecclesiæ doctores significat, qui piam tradunt disciplinam, & quasi fauos apum in labijs gerunt, & mellis diffluunt stillis. Iam faui mellis, qui in doctorum gestantur labijs sunt diuinæ scripturæ, quæ continent apes tum ceræ, tum mellis effetrices, sacros nimirum Prophetas & Apostolos, qui per Spiritus sancti prata volitantes, & diuinarum scripturarum construentes cellas, easque doctrinæ melle ac nectare distendentes, vtilitatem ad nos transmiserunt*, &c. Ideò magistri & doctores apibus comparantur, nam sicut apes, vt diximus vers.3. huius capitis, ad construendos fauos nectareos, quibus alios reficiant, & eorum palatum dulce reddant congregantur, colligentes ex pratis flores varios, &c. sic doctores colligentes in pratis scripturarum & sanctorum flores doctrinæ, fauos construunt ad vtilitatem eorum, qui verbum Dei libenter audiunt.

Cant.4.v.11 Theodoret *Fauus Ecclesiæ doctores significat.* *Magistri & doctores apibus comparantur.*

Tandem doctores debent prius repleri cælesti doctrina, & verbo Dei, vt doceant alios. Hoc erat quod postulabat regius vates Psal.62.v.6. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum.* Vbi D.Bernard. serm. 18. in Cant. *Infundi prius volens, & sic effundere: nec solum infundi prius, sed & impleri, quatenus de plenitudine eructaret, non oscitare de inanitate, caste imitans illum, de cuius plenitudine omnes accepimus. Disce & tu non nisi de pleno effundere, nec Deo largior esse velis: concha imitetur fontem, non manat ille in riuum, nec in lacum extenditur, donec suis satietur aquis. Denique ipse fons vitæ plenus in se ipso, primum ebulliens & saliens in proximo, secreta cælorum omnia impleuit bonitate, & tunc demum erupit ad terras, ac de superfluo homines & iumenta saluauit, visitauit terram, & inebriauit eam. Ergo & tu fac similiter: implere prius, & sic curato effundere.* Ergo petit Dauid prius ex pinguedine & adipe diuini verbi repleri, vt possit effundere illud in esurientes & sitientes. Quæ omnia confirmant hanc secundam explicationem, scilicet *priusquam audias, ne respondeas verbum*. id est, antequam docearis, ne doceas, nec stultitiæ arguaris, & reprehendaris. 63.

Doctores debent prius repleri cælesti doctrina vt doceant alios. Psal.62.v.6 D.Bernard

Illustratio tertia.

Priusquam audias, ne respondeas verbum, & in medio sermonum ne adijcias loqui. Optime tandem Iansenius, Palacius, & Hugo tertiam sequuntur intelligentiam de ijs, qui in familiaribus sermonibus inter se colloquuntur, & sermones conferunt. Solent enim aliqui vel præ superbia & arrogantia, vel præsumptione, non solum respondere antequam aliorum sermones audiunt, sed etiam *adijcere loqui*, id est, interpellare, interrumpere, interturbare, interloqui, in quo tam superbiam, quam stultitiam demonstrant. & vt eos doceat vrbanitatem & comitatem erga eos, quibus familiariter vtuntur, hoc consilium præbet. Quod forte Sirach mutuatus est à Salomone, qui Prou.18. v.13. dixit: *Qui prius respondet quam audiat, stultum esse demonstrat, & confusione dignum.* Quem locum noster Salazar eleganter explicat, id est, qui prius rem integram didicerit, responsum offert, sæpius stulte & imprudenter respondet, & ignominiam inde sibi accersit. Affert similitudinem cytharædorum, qui priusquam cordas singulas seu neruos eorum, quæ sonum auribus obierint, & explorauerint, omnes simul inconcinne percutiunt. Et confirmat testimonio D.Gregor.Nazianz. orat.1. de fuga ad Pontum, qui hanc similitudinem applicans, inquit: *Hæc autem idcirco paucis commemoramus, vt istud planum fiat ei, qui de tantis rebus dicturus est, præsertim apud multitudinem, quæ ex varijs ætatibus animique affectionibus conflata est, musici cuiusdam instrumenti multis fidibus constantis in modum, varijs pulsibus opus habet, difficile esse huiusmodi orationem inuenire quæ omnes concinnitate ac scientiæ lumine collustrare possit.* Hanc intelligentiam applicat iudicibus & magistris, & optime. 64.

Iansen. Palacius. Hugo. *Superbiam redolet respondere aliquem antequam audiat* Prou.18. v.13. *Qui prius respõdet quã audiat stultum esse demonstrat.* D.Nazianz.

Sed existimo hunc locum posse intelligi de quibuscumque, qui cum alijs conuersantur, quibus præcipit Salomon audire prius sermones eorum, vt possint opportune & commode respondere ne si interijciant verba, & interrumpant familiares sermones, stulti iudicentur, & tunc præ pudore & confusione adigantur tacere. Sic explicat Palacius nostram sententiam: Addit nimis ciuile consilium, vt altero dicente ne eius sermonem interrumpas. Afficis enim me iniuria, si conceptum sermonem meum tamquam indignum impedis, ne prodeat in lucem. Tum te ipsum declaras præcipitem, qui pati loquentem non potes. Hæc ille. Confirmat hanc doctrinam ipse Salomon Prouerb.29.v.20. cum ait: *Vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magna speranda est, quam illius correctio.* Quare Apostolus Iacob.1. v.19. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum* Qui enim hanc velocitatem linguæ sequitur, errat interrumpens aliorum sermones, & qui tardus est expectans sermones secum loquentium, non interpellans eos, sed audiens, prudens haud dubiũ reputabitur. Ideò Sirach admonet. *Priusquam audias ne respondeas verbum, & in medio sermonum ne adijcias loqui.*

Prius quis debet sermones audire, vt possit opportune respondere. Palacius. Prou.29. v.20. Iac 1.v.19. *Sermones alterius non interrumpendi.*

VERS. IX.

De ea re, quæ te non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne consistas.

Sensus.

65. De ea re, &c. q. d. Quia sunt aliqui, qui singula fere hominum facta, sibi vel criminanda, vel tuenda arrogant cum alijs contendentes, & assidue rixantes, quasi singula suo intellectu assequantur, quod superbiam etiam & stultitiam redolet: admoneo te, ne de re, quæ nec tua inter est (nos dicimus, *ni te va, ni te viene*) nec lædit te, cum nullam eius rem curam geras, nec sollicitudine te molestare videas, contendas: pro re enim impertinenti defendenda vel accusanda, minime decertandum est. & cum noueris aliquem esse iniustum iudicem, caue ne assideas ei, quia si te iudicauerit, iniuria afficieris; & si cum illo de alijs iudicium feceris, & sententiam tuleris, inferes cum eo iniuriam. Temere enim approbare, vel condemnare, quod peccatores approbant, & condemnant, iniustum & stultum, &c.

Notæ.

In priori membro vulgatus legit: *Ne certeris*, quod videtur contrarium sensu verborum originalium. nam in originali est πεϱὶ πϱάγματ☉ ὃ ὀυκ ἐστιν σοι μὴ ἔϱιζε *de re, de qua non est ad te*, id est, ad te nõ pertinet, *ne certes*, vel *ne certaueris*, à verbo ἐϱίζω, quod est contẽdere vel certare; de re, quę mea nihil interest, stultũ est contendere vel certare. sunt enim quidã ἀλλοτϱιοεπίσκοποι (vt verbo Petri vtar 1.Petr.4.v.15.) qui rebus alienis se immiscent, de his quę summa vi contẽdunt, nõ humanitate aliqua (vt cremes ille Terentianus) sed potius curiositate. Hoc in genere Paulus 1.Thes. 4.v.11. præcipit; *Rogamus autem vos*, &c. vt postea dicemus, &c. *In iudicio peccantium*, id est, inter iudices, qui peccatores & improbi sunt, *ne consistas*, propriæ, *ne conside*. Apud Ouidium dicitur: *consedere duces*, cum multi ad aliquid efficiendum considunt, vt cum duces consedunt ad aliquid declarandum, vel iudices ad iudicium, &c.

1.Thessal.4. v.11. Ouid.

Illustratio prima.

66. De ea re, quæ te non molestat, ne certeris. idem est certeris, ac certaueris, aut certes. nam eumdem sensum efficiunt. Sunt enim aliqui stulti, qui inepte agunt contendentes in ijs, quæ sua nihil inter se, nec ad se pertinent, & omnia fastidientes molestantur de rebus, quæ alijs succedunt, siue prosperis siue aduersis. nos dicimus de his: *Se van al hospital de los podridos*, abeunt in nosodochium putridorum. Quia de omnibus molestiã capiunt, quæ molestia ipsos pungit, stimulat, concitat ad contendendum, & concertandum de ijs rebus ad se non pertinentibus, quos vituperat & exagitat Sirach, dicens: *De ea re*, &c. *No riñas por lo que no te va ni te viene* hoc est, quod legunt Complut. *de re de qua non est ad te.*

Stulti sunt qui certant in ijs quæ ad se non pertinent.

De hac re forte agit Salomon Prou.3. vers.30. cum ait: *Ne contendas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil malefecerit.* LXX. *Noli inimicitias exercere aduersus hominem sine causa.* Quod licet explicitur de eo, qui sine causa patitur damnum, id est, nullam damni occasionem præbens. Sed existimo generale præceptum esse ad vituperãdas quascumque contentiones sine vlla causa excitatas. q.d. frustra contendis & concertas cum illo, qui nullam causam tibi concertandi præbuit: ille enim frustra concertat aduersus proximum, qui sine causa actiua nec passiua patitur damnum. quam igitur causam præbet qui vel prosperatur, vel in paupertatem redigitur? vt qui videt illum excitatur ad contentionem pro illo, cum non pertineat ad illum iudicare, an male vel bene fecerit. Sic vituperauit Heli Annam Samuelis matrem eo quod *loqueretur in corde suo, tantumque labia illius mouerentur, & vox penitus non audiretur.* 1.Reg.1.v.13. existimans temulentam esse: cum non pertineret ad Heli iudicare de molestia animi, qua exagitabatur. Ideo monet auctor, ne de hoc certetur. Et Salomon gloriosum ducit illum, *qui separat se à contentionibus, & stultum, qui miscetur contumelijs*, Prouerb.20. vers.3.

Prou.3. v.30. *Generale præceptum ad vituperãdas contentiones sine causa excitatas.* 1.Reg.1. v.13. Prou.20. v.3.

Hinc est quod Paulus 1.Thessal.4.v.11. dicat: *Rogamus vos fratres, vt operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operamini manibus vestris, & honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt*, &c. agit Apostolus aduersus eos, qui otio dediti sunt, & curiositati seruiunt, vnde solent hæ contentiones oriri. Qui enim otiosus est, & curiosus asciscit sibi inquietudinem & turbationem circa ea, quæ videt in alijs. Illud, *vt quieti sitis*, indicat, vituperare Apostolum inquietudinem eorum, qui concertant de ijs rebus, quæ ad se non pertinent hanc turbationem otiositas generat. Quare monet vt suum agant negotium, & operentur manibus suis, & res aliorum relinquant: ne concertent in eo, quod sua nihil interest. Ideo dixit Homerus:

1.Thessal.4. v.11. *Ex otiositate & curiositate oriuntur contentiones.* Homerus.

Aedibus in nostris quæ praua aut recta gerantur.

Quo Socrates curiosis obiectare solebat. sic oblectat Sirach ijs, qui concertant in ijs, quæ ad se non pertinent.

Illu-

[library stamp]

Illustratio secunda.

67. Raban. ET *in iudicio peccantium ne consistas.* Complut. *ne præsideas*, vel vt Drusius: *ne conside* Raban. explicat: *Admonet*, inquit, *vt in superfluis rebus non nimis simus curiosi, & peccantium prauitati non consentiamus.* Probat ex, Tim.6.v.8. & Psal.1.v.1. Sed

Dionysius. Iansenius. *Fugiendum à temeraria sentētiæ pronuntiatione.* melius Dionys. & Jansenius explicant hoc hemistichium de temeraria sententiæ pronuntiatione. Monet (inquit Iansenius) à temeraria sententiæ pronuntiatione, & iudicio cum peccatoribus, qui quiduis inique iudicant, dicentes bonum malum, & malum bonum. Vult ergo nec temere contendendum esse pro alienis factis, nec ea temere cum peccatoribus vel approbanda vel condemnanda. Hanc sequitur intelli-

Iansenius. gentiam Iansenius, vt hæc vltima pars primæ cohæreat. Vituperauerat enim Sirach in primo hemistichio eos, qui facile contendebant in suis familiaribus sermonibus de rebus ad se nō pertinentibus: in hoc 2. reptæhendit alios similes prioribus, qui sedentes in hominum circulis iudicant, de alienis moribus vituperantes, vel approbantes facta vel dicta absentium. Locum vbi isti considunt, nos Hispane vocamus, *el mentidero*, & circulum eorum appellamus, *cor illos de gente otiosa.* Hoc genus hominum dignum est

Vituperatur genus hominum qui de alienis factis iudicant. Isa.5.v.20. vituperatione, cum demorentur in iudicijs aliorum temerarijs, & nullā aliam à molestijs aberrationem habent, quam dicere bonum malum, & malum bonum. Sic Jsaias cap.5.v.20. ait: *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* q.d. Væ vobis, qui perniciosa rerum vocumque peruersione, nihil vere aut sincere iudicatis, bono etenim mali, & malo contra boni nomen adscribitis: in tene-

Væ illis dicunt bonum malum, & malum bonum. bris lucem & in luce tenebras, in amaritie dulcedinem, & in dulcedine amaritiem deprehenditis atque prædicatis. Quod licet explicetur de ijs, qui præbent exemplum boni vel mali, qui stultam plebem & ab eorum opinione pendentem peruerso iudicio in intollerabilem errorem inducunt, qui in tenebras induunt, dum illis lucis nomen obtendunt, & haurire faciunt ama-

Sanchez. *Væ qui congregantur ad iudicandos mores & vitas aliorū.* rissimum peccati poculum, dum illi dulcem fucatæ? gloriæ saporem aspergunt. sic Sanhez. Sed potest etiam intelligi de his scelerosis hominibus, qui congregantur ad iudicandos mores, & vitæ instituta aliorum; quem cœtum vocat Sirach, *iudicium peccantium.* hi enim in his circulis rodunt atque vellicant, & maledictis dentibus lios carpunt, detrahentes de alieno honore, & malum dicentes de omnibus.

68. Psal.1.v.1. *Concilium impiorum quale.* Hoc genus hominum vocat Vates Regius consilium impiorum, Psal.1.v.1.& ait: *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* alij legere, *concilium.* q.d. Fœlix & fortunatus potest prædicari, qui non adhæsit cœtui illorum hominum impiorum, qui alios contemnentes, detrahunt de aliorum fama & honore; & non sequitur actiones, mores, viuendi rationem peccantium, qui iudicant de alienis defectibus, & tan-

Homines pestilentes & derisores sunt cathedra pestilentiæ. Psal.25.v.4. dem non consedit in consortijs & sermocinationibus eorum, qui pestilentes sunt, & contaminant eos, cum quibus sermones conferunt ad inuicem. vocat *pestilentiæ cathedram* pestilentis homines, & derisores, qui humana diuinaque rident. Ideo ipse Dauid aiebat Psal.25.v.4. *Non sedi cum concilio vanitatis, & cum impijs non introibo,* id est, cum viris vanis & mendacibus non sum versatus. Concilium significat vanorum hominum, & iniqua ferentes, versutos, vafros, qui cordis prauitatem vultu tegunt & simulant. Quare Sirach admonet *& in iudicio peccantium ne consistas, ne conside.*

Iansenius. Ergo licet germanus sensus sit, quem prælibauimus, nullus enim vt Jansenius illum penetrauit, non est contemnenda interpætatio aliorum qui de iudicibus intelligunt hæc verba. sic Hugo, & Palacius. Monet auctor ne cum voca- Hugo. Palacius.

mur ad assidendum iudicibus (quod officium nos vocamus, *assessores*) assentiamus eorum sen- *Non assidendum iudicibus iniquis.*

tentijs, cum timemus; non iure & iuste proferendas esse, sed officium refugiamus, & horum iudicum assessionem. forte hoc est quod præcepit Deus per Moysem Exod.23. v.2. cum dici- Exod.23. v.2.

tur: *Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies.* In Hebræo est: *& non respondebis in lite, vt declines post multos ad declinandum, siue torquendum*, Intellige iudicium verum & rectum licet multi iudices in iudicio considerant, non debemus eorum opinioni assentire, si timemus, eos non bene iudicaturos, sed ab eis declinare, vel eorum sententiam acerrime refutare. Sed non ideo cum boni ac recti sunt, debemus recusare assessionem, cum ipsa per se mala non sit. Hoc munere functuri sunt Apostoli, cum Dominus *Apostoli assessores futuri diuini iudicij.* Jesus ad iudicandum venerit. sic prædixit Saluator noster per Matt.19.v.28. *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Matt.19. v.28. illud, *sedebitis & vos*, indicat haud dubium assessorum munus, quod præstaturi sunt Apostoli in die iudicij magni. Quare hæc iudicialis assessio non reprehenditur, sed cum præstatur in iudicio peccantium.

Porro vocat *iudicium peccantium* tribunalia vbi 69.

Iudicium peccantium tribunalia sunt vbi conspirantur ad peccandum. iudices adunantur, & conspirantur ad peccandum, id est, ad quæ adeunt vt decreta contra iustitiam decernant, & iniqua iudicia faciant aduersus eos, quos odio prosequūtur. De his enim loquitur Salomon cum quæritur, dicens Eccles. 3.v.16. *Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.* Eccles.3. v.16. Locum iudicij & iustitiæ significant tribunalia & subsellia iudicum deputata ad iustitiam tuendam & defendendam aduersus calumniatores. sicut scriptum est, Psal.81. v.3. Psal.81.v.3 *Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate* [iustum declarate & absoluite] *eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate.* Hinc est quod Salomon, qui simul rex & iudex erat, fecerit Thronum eburneum. 3.Reg.10.v.18. *Fecitque rex Salomon Thronum de ebore grandem,* quod vocabatur *turris eburnea*, vt esset propugnaculum iustitiæ, & pauperum ad eam confugentium. Ergo cum solium iudicij sit turris & propugnaculum iustitiæ, Salomon plorat & conqueritur, de prauitate & iniuria hominum, qui passi sunt sedere in tribunalium subsellijs, iudices iniquos & impios, qui iustitiam virginem incorruptam violare & corrumpere non vereantur, sed summam impudentiam ostentantes, manifestant suam iniquitatem & impietatem, quæ loco iustitiæ & æquitatis causas iudicant, decernunt, & sententias dicunt, iustos lædentes & iniurijs lacessantes omnes, qui iustitiam & æquitatem quærunt, à iuris æquitate, & à legis præscripto

3.Reg.10. v.18. *Thronus eburneus Salomonis erat propugnaculum iustitiæ.*

facile discedentes. de peccatis iudicum, lege nostrum Pinedam super hunc locum Ecclesiastæ. Pineda. quæ omnia noster Sirach comprehendit dicens: *& in iudicio peccantium ne assideas*, id est, cum iniquos iudices in subsellijs tribunalium inueneris, neque assideas eis, nec cum illis venias in iudicium, quia peruertent iustitiam & facile in peccatis dilabuntur, & lædent te, & alijs iniuriam inferent. Quæ damna vitabis, si ab eis discesseris. sicut discessit Ioseph. Luc.23. v.51. à concilio & iudicio Pontificum & sacerdotum, qui Christum ad mortem condemnauerunt.

Iudices iniqui peruertunt iustitiā & in peccatis facile dilabuntur. Luc.23.v.51

dicitur enim: *hic non consenserat consilio & actibus eorum.* & Daniel cap.13.v.46. noluit senibus iudicibus assentire, qui Susannam ad mortem damnauerunt, dicens: *Mundus ego sum à sanguine huius*; illud, *mundus*, denotat nullo modo assensisse sententiæ iudicum iniquorum, qui capitali iudicio innocentem Susannam destinarunt, nec in iudicio peccantium voluit consistere vel assidere; sed solus iudicans, inspirante numine, innocentem à turpitudine & infamia, nec non à morte liberauit, & vindicauit. Ideò *in iudicio peccantium ne consistas.*

Dan.13. v.46. *Daniel senibus iudicibus noluit assentire, qui Susannam damnauerunt.*

VERS. X.

Fili, ne in multis sint actus tui, & si diues fueris, non eris immunis à delicto: si enim secutus fueris, non apprehendes, & non effugies, si præcucurreris.

Sensus.

70. FIli ne in multis, &c. q.d. Cum è superbia oriatur auaritia, & nimia diuitiarum cupiditas, vt superbiæ & arrogantiæ seruiant, iam, ô fili, ab hoc tam pernitioso, & detrimentoso vitio à quo tot nascuntur incommoda vellem te retrahere, & quia totus debet à Deo pendere, cuius prouidentia, diuitiæ, & inopia, sicut & alia omnia obtingere videmus: admoneo te ne in multis opibus aucupandis sint actiones tuæ quæ neque ad hoc labores, vt multa obtineas, nec in multis negotijs & occupationibus distendaris & impliceris. Nam si opulentus fueris, & multa his immoderatis laboribus comparaueris, acquisieris, coaceruaueris, non eris à delicto immunis. Delinquitur enim non solum in concupiscendo & distorquendo, difficultate rei acquirendæ, sed etiam in possidendo & asseruando, & animum diuitijs adijciendo. Præterquam quod diuitiæ, quæ nimia cupiditate comparantur, non raro iniustitiam & iniquitatem pariunt. Rursus etiam si opes immodice secutus fueris, non apprehendes, nec assequeris eas, nisi Dominus manus porrigens tibi impertierit, & tuos labores fortunauerit, & opes auxerit, & insuper si præcucurreris, vt effugias inopiam, ex eius manibus non eriperis, si scilicet Dominus te pauperem esse voluerit, &c.

Notæ.

NE *in multis sint actus tui*, id est, ne circa multa sint actiones tuæ, nam multæ res retrahunt ingenium humanum, vt simul omnibus agendis & curandis par esse non possit. Nota vlterius illud, *repletus fueris*, vel *multiplicaueris*, id est, auxeris opes. nam cum auiditas & cupiditas cordis in acquirendis, & augendis diuitijs, sit ita immodica, vt semper hominem ad eas aucupandas stimulent: ita replent animum & obscurant mentem, vt non relinquant locum diuinæ illustrationi, quæ eam possit collustrare & absterrere ab acquirendis diuitijs, quæ mergunt hominem in interitum. Ideò ait, *non eris immunis*, id est, non eris innocens. Græce, οὐκ ἀθωωθήσῃ, non euades pœnam, non vitabis damnum, non eris immunis à crimine. Tandem *non effugies aufugiens*, id est, etiam si præcurras ad effugiendam paupertatem, non poteris è manibus suis eripi: quia semper te sequetur sicut vmbra corpus, nisi Dominus voluerit te ab inopia liberare, vt fortuneris; Ratio est quia cum diuitiæ non connascantur cum homine, nudus autem & pauper egreditur ex vtero matris suę, sed aliunde acquirendæ, vel hæreditandæ, id est, à Domino recipiendæ, hinc est quod si Deus, vel per acquisitionem, vel per actionem perueniendi ad paternam hæreditatem, non vult illum locupletare, in perpetua egestate iacebit, etiam si illam aufugere conetur, &c.

Illustratio prima.

NE *in multis sint actus tui.* Monet Sirach. vt fugiamus vitiosum animi studium in multarum rerum cura conuinctum. Nā cum homo in negotiorum multitudine, varietateq; est occupatus ac distractus, necesse est, vt aut id non consequatur aut etiam multitudine rerū obruatur. In hac sententia imitatus est Sirach Salomonem, qui Eccles. cap.1.v.13. dixit. *Hanc occupationē pessimam dedit Deus filijs hominum, vt occupentur in ea.* vocat occupationem eam distractionē, curam, sollicitudinem, quibus homines distrahuntur in procurandis rebus, quæ malæ sunt, & molestissime distinentur in eis comparandis. vocat *pessimā*, non quod Deus pessime egerit, cum dederit occupationem rerum temporalium, quæ ad vitam necessariæ sunt; sed quia homines vitio comparant quæ licitè possint acquirere. Sic explicauit Olympiod. *Laboriosam*, inquit, *occupationem dedit Deus filijs hominum ad magnam illorum vtilitatem, quod in comparandis diuitijs, & in acquirenda inani gloria, ac etiam in his quæ ventri & gulæ gratificantur summopere laborandum sit. Si enim labores & angustias tantas subimus, vt possideamus quæ vana sunt, quonam flagitijs progrederemur, si hæc ipsa otiosis nobis vltio aduenirent.* Qui enim distrahuntur in multis actibus & actionibus, nunc coaceruando diuitias, nunc acquirendo gloriam vanam, nunc seruiendo gulæ & ventri, pessimam occupationē exercent. Ideò cum vidit Christus Dominus Martham circa multa occupatam, dixit ei. Luc.10. v.41. *Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.* Taxat eam non facti, quia bonum erat, sed nimietatis in rebus, & superfluæ sollicitudinis, dicens: *Martha sollicita es,* & distraheris in multis plusquam oportet præparandis: modum ergo non tenes, nec in sollicitudine & distractione, nec in ipsis rebus, quas ad escam præparas. dixit Lyra, *quia opera actiuæ vitæ sollicitudinem & distractionem mentis inducunt, & frequenter perturbationem ingerunt,* &c. Actiuam vitam appellat eam, per quam homo in multis curis & negotijs distrahitur, & vane occupatur in negotijs sæculi,

71. *Fugiendum animi studium in multarum rerum cura conuinctum.* Eccles.1. v.13. *Occupatio rerum temporalium pessima, quia homines vitio comparant, quæ licite possent acquirere.* Olympiod. *Taxat Dominus nimiā sollicitudinem in rebus temporalibus* Luc.10.v.41 Lyra. *Quæ vocetur vita actiua.*

ſæculi, & in actionibus rerum temporalium, & hæc eſt ratio quare in multis ſollicitus, non lætetur in amore rerum cæleſtium. Sic dixit Bernard. ſerm. 9. de modo viuendi: *Quanto plus in terrenis & tranſitoriis rebus gaudemus, tanto minus cæleſtia deſideramus.* Et ſerm. 8. *Difficile* (ait) *ſimul ſeruire cæleſtibus curis & terrenis negotiis.* D. Chryſoſt. tom. 5. lib. 6. de Sacer. *Sollicitudines aſſiduæ mentis acumen habeant.*

D. Bernar.

D. Chryſ.

72. Itaque cum dederit Deus occupationem homini ſufficientem ad vitam humanam tranſigendam, modum tamen tenere noluit, ſed cum creauerit illum *rectum* (ait Salomon Eccleſiaſtes 7. v. 30. *ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.* Ergo non alia videtur animi rectitudo, ſecundum mentem Caiet. quam carentia quædam omnis vitii in natura ſecundum ſe conſiderata: quippe fieri non poterit vt natura à ſuo creatore vitium vllum, aut peccati labem acciperet. Licet alij dicant, rectitudinem hoc loco eſſe quandam naturæ ſimplicitatem paucis contentam, nihil falſum, nihil fucatum ſuperfluumve concupiſcentem, omnia vera, ſimplicia, recta, ſincera amantem. Et alij tandem intelligunt de gratia originali. Homo vero hac rectitudine condecoratus immiſcuit ſe variis quæſtionibus. Indicatur ſane liberi hominis arbitrij abuſus in ſua mala ruentis, & à recto) tramite in mille humanæ vitæ prauitates vltro ſe coniicientis. Noſter Pineda epitaſim agnoſcit in verbo *immiſcuit*, vt iam videatur totus homo compoſitus & compactus ex queſtionibus, querimoniis, litibus, rixis, vt vix aliquid purum & meracum in homine cerni poſſit, quod non ſit confuſaneum, & miſcellum, perturbatum. Ergo multarum rerum confuſionem & perturbationem videtur ſignificare, cum humanorum ſtudiorum & paſſionũ agitatio cælum terræ miſcet, & omnia confundit: Quare Sirach monet: *Ne in multis ſint actus tui*, id eſt, ne immiſcearis in multis rerum curis, ſollicitudinibus, & occupationibus.

Cum Deus dederit homini occupationem ſufficientem ad vitam, modum tenere noluit.

Eccleſ. 7. v. 30.

Caietan.

Rectitudo quæ.

Pineda.

Verbum immiſcere quid denotet.

Rurſus, emphaſim habet lectio Tygur. *Ne labores multos congerere.* quæ lectio licet eumdem ſenſum efficiat, ac continet laborioſam occupatione hominum in comparandis diuitiis: laborant enim aliquando peſſime, vt opes multas coaceruent vnde eis prouenit in tot vitia dilabi, & tandem perire. Hoc illuſtratur ex eo Prouer. 23. v. 4. vbi Salomon inquit: *Noli laborare vt diteris, ſed prudentiæ tuæ pone modum.* Dehortatur ſapiens hominem ab immoderato parandarum opum ſtudio. q. d. Ne nimio ſtudio & conatu in opes cumulandas incumbas, & licet maxima induſtria polleas ad eaſdem parandas, ceſſa tamen & induſtriam hanc prohibe paucis contentus; eo enim laudabilior tua fragilitas erit, quò facilius per tuam induſtriam ad ampliſſimas diuitias peruenire poſſes. Cum enim homo vt multa congerat laborat, nimia ſollicitudine præmitur, & ſemel atque iterum in multa flagitia prolabitur, & diſponit ſe ad interitum ſempiternum. Quare Eccleſiaſtes cap. 4. v. 8. dixit: *Conſiderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole. Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem; & tamen laborare non ceſſat: nec ſatiantur oculi eius diuitiis: nec recogitat dicens: cui laboro & fraudo animam meam à bonis? in hoc quoque vanitas, & afflictio peſſima.* Vaniſſimum enim & moleſtiſſimum eſt laborare ad augendas opes, cum homo non habeat ſucceſſorem, cui eas relinquat: *Et congregare* (inquit D. Hieronym.) *per fas & nefas opes, & non vti congregatis, habere omnia, incubare diuitiis, ſeruare alteri, maxime cum nec filium nec fratrem habeat, nec propinquum, vt videatur pius labor neceſſariis reſeruandis.* Ideo auctor noſter taxans hanc nimiam diuitiarum cupiditatem, inquit: *Ne labores multa congerere*, cum in labore anxietas, in ſollicitudine vexatio fere ſemper inueniatur.

Laborioſa occupatio in comparandis diuitiis taxatur.

Prou. 23. v. 4.

Qui vt multa congerat laborat diſponit ſe ad interitum ſempiternum.

Eccleſ. 4. v. 8.

Cum homo non habet ſucceſſorem vanum eſt nimium laborare.

D. Hieron.

Hæc bonorum temporalium inſatiabilitas, cum *non ſatientur oculi diuitiis*, ſolet haud dubium prouenire ex fiduciæ defectu: qui enim diuinæ prouidentiæ ſe neſcit committere, ſpemque ſuam in ipſo Deo collocare, facillime deficit in fide debita diuinis promiſſionibus. Quam diffidentiam Chriſtus Dominus reprehendit, cum Matth. 6. v. 28. inquit: *Nolite ſolliciti eſſe*, &c. Vbi D. Ambroſ. lib. 7. in Lucam, ait: *Cur enim diuitias tuas æſtimes, cum tibi Deus etiam victum cum cæteris animantibus voluerit eſſe communem.* Acceſſit quidem de turba ad Chriſtum: vt conſtitueret iudicem ad diuiſionem hæreditatis cum fratre. Et Chriſtus reſpondit Luc. 12. v. 14. *Homo quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſupra vos?* Vbi D. Ambroſ. *Vnde non immerito refutatur hic frater, qui diſpenſatorem cæleſtium geſtiebat corruptibilibus occupare, cum inter fratres patrimonium non iudex medius, ſed pietas debeat ſequeſtra diuidere: quamquam immortalitatis patrimonium non pecuniæ ſit hominibus appetendum.* Taxat ſollicitudinem rerum temporalium, cum earum ſollicitudo immodica execrabilis ſit, & paucis contentus homo, cæleſtia & æterna appetere præcipiat Dominus. Ideò non laborandum in opibus congerendis. 73.

Bonorum temporalium inſatiabilitas prouenit ex fiduciæ defectu.

Matth. 6. v. 28.

Luc. 12. v. 14.

D. Ambroſ.

Chriſtus ſubtraxit ſe à diuiſione hereditatis inter fratres.

Illuſtratio ſecunda.

Et *ſi diues fueris, non eris immunis à delicto.* Dionyſius diſtinctionem diuitum apponit; ſi per diuitem (inquit) intelligatur immoderatus diuitiarum amator, certum eſt quod ille grauiter multipliciterque offendat. Si verò diues accipiatur pro eo, qui diuitiis non abutitur ex propoſito neque mortaliter, talis diues difficulter poterit abſtinere à vitiis, niſi ſit multum virtuoſus, vt Abraham, Dauid, Ezechias. Multæ enim curæ, occupationes diſtractiones, diuitiis ſunt annexæ: ideò in Euangelio deſignantur per ſpinas: hæc ille, quæ certe vera ſunt. Nam diuitiæ licet malæ non ſint, ſed quia multi eis abutuntur incidunt in interitum diaboli, &c. Haud dubium Eccleſiaſticus hanc veritatem mutuauit à Salomone, qui Prouerb. 28. v. 20. dixit: *Qui autem feſtinat ditari, non erit innocens.* Quem locum explicans D. Gregor. 3. part. Paſtor. curæ admonit. 21. *Cum repleti homines* (ait) *cunctis ſimul opibus inardeſcunt, audiant quod ſcriptum eſt: qui feſtinat, &c. Profecto enim qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, & more auium captus, cum eſcam terrenarum rerum auide conſpicit, quo ſtranguletur peccati laqueum non agnoſcit.* Nam *qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli.* 1. Timot. 6. v. 9. Quod expendens D. Bernardus ſerm. 3. in Pſal. Qui habitat. *Ergone* (inquit) *laqueus diaboli diuitiæ ſunt huius ſæculi? Heu quam paucos inuenimus, qui ab hoc laqueo liberati exultent: Quam multos, qui dolent quod parum ſibi videntur irretiti, & adhuc quantum poſſunt ipſi ſe inuoluere & intricari laborant.* D. Chryſoſtom. explicans id Pſal. 38. v. 7. *Vane conturbatur omnis homo. Homo* (inquit) *cum ſemel pecuniæ cupiditate inflammatur, numquam deſinit, ſed ſiti auaritiæ confectus,* 74.

Dionyſ.

Diues quis.

Prou. 28. v. 20.

Qui feſtinat ditari non erit innocens.

D. Greg.

1. Tim. 6. v 9

D. Bernar.

Diuitiæ laqueus diaboli ſunt.

D. Chryſ. Pſ. 38. v. 11.

auro pallidior, volitat propter diuitias, quæ ſunt omnis abſurditatis parentes, inuentrices malorum omnium, corruptionis adiutrices, hoſtes continentiæ, inimicæ temperantiæ occultæque omnis virtutis fures. & hom. 20. in Geneſ. *Ars malorum omnium, & colophon, vt ita dicam peccatorum eſt rabies illa colligendarum diuitiarum.* Confirmat Plato apud Stobęum, ſerm. 20. *Si vir iniuſtus & promptus ad cupiendum diues ſit, & pecuniam expondere valeat procliuis erit ad peccandum.* Vide Prouerb. 22. v. 16. & Pſal. 48. v. 17. & 1. Timot. 6. v. 9.

Cum homo ſemel pecuniæ cupiditate inflammatur numquam deſinit

Stobæus. Plato.

75. Hinc eſt quod antiqui Philoſophi diuitias deſpectas haberent. Plutarchus in apothegm. agens de Licurgo Lacedæmoniorum legiſlatore, inquit: *Quia vero deſpectas fecerat diuitias, quod iis frui, vel eas oſtentare poſſet nemo, dixit apud familiares: vt eſt ſodales præclarum re oſtendere Plutum, vt vere eſt, cæcum?* & de Alcamine: *Obiicienti*, ait, *quod lauta in re viueret anguſte: Honeſtum eſt, inquit, locupletem ex rationis, non libidinis præſcripto viuere.* Oſtendit enim nullum diuitem viuere ductum ratione, ſed libidine, quæ cauſa malorum ſolet eſſe. & Rupertus tom. 1. lib. 3. in Habac. cap. 2. dixit: *Vera eſt ſapientis ſententia dicentis: pecuniæ obediunt omnia, recte dixerim, quia ſagena & rete impij: aurum & argentum ipſius eſt.* Retem vocat, quia facit diuitem vt in multis peccatis irretiatur, & ipſe Plutarch. in lib. de cupiditate diuitiarum affert rationem, cur ſit malum diuitias appetere, ſcilicet inextinguibilem ſitim affert homini eas ambienti. *Diuitiæ*, inquit, *non afferunt diuitiarum contemptum, neque ſuperfluorum poſſeſſio deſiderium ſuperfluorum aufert: Quo igitur eximunt opes alio malo, ſi nec diuitiarum cupiditate? At potu potus appetitio reſtringitur, cibo cibi auiditas expeditur: auaritiam non extinguit argentum vel aurum, neque pluribus inhians fraudulentia, plurimum poſſeſſione conticeſcit; ſed exprobrari diuitijs tamquam medico inſolenti poteſt. Medicina morbum hunc aggrauat magis tua.*

Antiqui Philoſophi diuitias deſpectas habebant.

Plutarch.

Aurum impij rete ipſius eſt.

Auaritiam non extinguit argentum.

Tandem D. Ambroſ. tom. 3. lib. 5. in Luc. 6. v. 24. *Væ vobis diuitibus. Licet*, inquit, *in pecuniarijs copijs multa ſiat lenocinia delictorum.* & lib. de Nabuthe cap. 7. ſuper id Luc. 12. v. 18. *Deſtruam horrea mea.* ait: *Recte deſtruis ea, quibus nullus pauper onuſtis reuertitur, horrea iniquitatis ſunt receptacula, non pietatis ſubſidia.* & tom. 5. cap. 19. Apoc. *Damnatio ergo Babylonis, ſicut ex ſcriptura demonſtrat, maxime in diuitijs conſiſtit, eo quod diuitiæ nutrimenta ſunt vitiorum.* D. Hieron. tom. 4. ſup. cap. 5. Hierem. *Omnis diues aut iniquus, aut hæres iniqui.* Vocat iniquum diuitem, quia tranſgreditur iuris æquitatem, non ſolum cum congerit diuitias, ſed cum eas poſſidet, conſumit, & expendit: abutitur enim illis ad flagitia perpetranda. D. Bernard. ſerm 8. de contemp. mundi lib. de modo bene viuendi: *Diuitiæ*, inquit, *numquam ſine peccato acquiruntur, nullus adminiſtrat res terrenas ſine peccato.* & ſerm. de villico, inquit: *diuitiæ dicuntur iniquæ nõ propter ſe, ſed propter iniquitatis affectum.* Quare Solon apud Ant. ſerm. de diuit. per contatus, quid eſſent diuitiæ? reſpondit; *Theſaurus malorum, calamitatis viaticum, improbitatis ſuppeditatio.* ſic dixit S. Sixtus papa lib. de diuit. *Quanti locupleti criminoſi, quanti impij, quanti laſciui, quanti nefandorum facinorum ſceleribus inquinati. Nam quod diues à delicto alienus eſſe vix poſſit, ſuperiori iam diuinæ ſententiæ auctoritate monſtratum eſt.*

In pecuniarijs copijs multa ſunt lenocinia delictorum.

D. Ambroſ.

D. Hieron.

Omnis diues aut iniquus aut hæres iniqui.

D. Bernard.

Difficillimũ eſt diuitem intrare in regnum cælorum.

Hinc eſt quod affirmet Chriſtus Dominus eſſe impoſſibile, id eſt, difficillimum, diuitẽ intrare in regnum cælorum, Matt. 19. v. 24. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum cælorum*; vide de hac materia ſup. cap. 8. verſ. 3. *Multos enim perdidit aurum*, &c. Ad quæ addo quod D. Gregor. Nazianz. dixit orat. ad Julianum: *Ne aliorum egeſtate opes noſtras augere ſuſtineamus (abſit vt tam longe à diuina æquitate recedamus) nec diuitias noſtras cum aliorum lacrymis miſceamus, à quibus tamquam à rubigine & tinea conſumentur, aut, vt ſcripturæ verbo vtar, euomentur.* Job 20. v. 15. *diuitias, quas deuorauit, euomet.* Ergo non erit *immunis*, id eſt, non erit *innocens*, ſicut immunitas & innocentia comitatur iuſtitiam, ſic diuitiæ comitantur iniuſtiam. & vbi eſt iniuſtitia inueniuntur calumniæ, iniuriæ, & oppreſſiones pauperum, quæ ſine peccato fieri nequeunt. & cum ſit verum: *qui amat periculum peribit in illo*; hinc eſt, quod diuites ſubeant perditionis periculum, vt in vltimo hemiſtichio dicemus:

Matt. 19. v. 24.

D. G. Naz.

Iob 20. v. 15

Illuſtratio tertia.

Si *enim ſecutus fueris non apprehendes, & non effugies ſi præcurreris.* id eſt, ſi ſecutus fueris diuitias ditari cupiens illas non apprehendes, id eſt, è manibus elabuntur: quia ſi Deus non vult te eſſe diuitem, nihil intereſt te ſollicitum oſtendere, vt opes adipiſcaris? Sic Raban. ait: docet ſapientia filios ſuos ne certent vltra modum in adipiſcendis terrenis lucris, quia peſtem auaritię & inuidiæ huiuſmodi non deuitat. Optime hæc veritas probatur ex eo Prouerb. 23. v. 5. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere quia facient tibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cælum.* aliqui exiſtimant hic notari diuitiarum inconſtantiam: ſic Caietan. & Vatab. q. d. Ne erigas oculos ad diuitias, quæ modo ſunt & mox elabuntur, quia facile eas ad manus habere non poteris, id eſt, ad opes, quas diutius continere ac poſſidere non licet: ea enim habere propriè dicimur, quæ ſub noſtra poteſtate cum permanentia quadam ſunt; quæ autem ocyus fugiunt, non ita. alij explicant, ad opes, quas aſſequi, aut capeſſere non eſt integrum; Alij tandem de opibus male partis interpretantur: de his enim, quæ iure obtineri non valent, apte dicimus haberi, non poſſe. At ſi dicat: *in illud & nõ ipſum*, vt in Hebræo eſt, id eſt, in rem & non rem, ſeu in opes & non opes: ea enim quæ per iniuriam parta ſunt, & ſi haberi & poſſideri videantur, verius tamen non habentur aut poſſidentur quia aliena ſunt, & ad alios pertinent. D. Chryſoſt. tom. 1. in Gen. *& hæc quidem*, inquit, *quaſi ſtantia arbitrati ſunt & remanentia, & non quaſi fugientia & auolantia, & ne admonentum quidem aſparentia. Talia enim ſunt omnia humana & carnalia, nondum recte aduenerunt, & auolarunt. Tale quiddam eſt vniuerſæ huius vitæ proſperitas, nihil firmum habens, nihil ſubſiſtens, nihil fixum*, & hom. in illud. *Adſtitit Regina à dextris tuis: Cur*, ait, *diuitias tot captorum obſequijs, quæ hodie penes te ſunt euolaturæ craſtino ad alium? cur tantopere demereri ſtudes diuitias, quæ detineri non poſſunt?* ideò dicit auctor noſter: *Si autem ſecutus fueris non apprehendes*, non ſolum quia diuitię inconſtantes ſunt, ſed quia licet eas aſſequatur homo, retineri non poſſunt, cum male parta dilabuntur. 76.

Qui ſequitur diuitias non apprehendet, niſi Deus velit illum ditari.

Raban.

Prou. 23. v. 5.

Caietan. Vatab.

Ea quis habere dicitur quæ ſub eius poteſtate ſunt.

D. Chryſoſt.

Omnia humana nondum aduenerunt, cum auolant.

77. Hinc eſt quod ipſe Salomon Prou. 12. v. 27. dicat: *Non inueniet fraudulentus lucrum ſuum*, id eſt, quæſtus & lucra, quæ fraudulentus, id eſt, qui fraude & iniuria diuitias ſuas augere vult, tam auide expetit, & tam acurate veſtigat, non aſſequetur. Quod idem eſt, ac ſi cum Sirach diceret;

Prou. 12. v. 27.

Fraudulentus non inueniet lucrum ſuum.

ceret: licet persequatur diuitias ad eas capiendas per vim aut per fraudem, non apprehendet eas, quia facile è manibus dillabuntur. In originali inuenitur similitudo venationis, & sicut qui auem vel feram persequitur vt capiat, non apprehendit eam, quia auis per volatum aufugit, & fera per velocem cursum elabitur: sic qui venari cupit diuitias, & sequitur eas, vt apprehẽdat, interdum ludificatur, quia è manibus eripiuntur & disparent. Quare dixit Ecclesiasticus

Eccles. 31 v. 8. *Beatus est qui post aurũ non abit.*

noster cap. 31. v. 8. *Beatus diues, qui inuentus est sine macula* (hoc pertinet ad superius hemistichium) *& qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris*, &c. Pende verbum *abire*, quia congruit cum verbo *secutus*, quo hic vtitur Sirach laude dignus est, qui hanc fœlicitatem assecutus est, vt cum sit diues, non abierit, & secutus fuerit diuitias auri: quia hic *fecit mirabilia in vita tua*, vt nobis diuites iusti exempla præbuerunt, vt Abraham, Dauid, Ezechias, & alij quam plurimi iusti; noui nostri Testamenti. Sic dixit D. Ambros. lib. de Nabucho. cap. 13. *Lignum enim offensionis est aurum, & væ ijs qui sectantur illud: denique benedicitur diues, qui non abijt*, &c. Itaque fœlix est, qui non secutus est diuitias vt eas per fas vel nefas assequatur, quia eas sectatur, & abit post eas, non apprehendet, & ludificatus lugebit suam infœlicitatem, &c.

D. Ambros. *Aurum lignum offensionis.*

Et non effugies si præcucurreris, Complut. *& non effugies aufugiens*. Sic Drusius. Quia aliqui conantur inopiam effugere, quæ eos sequitur quasi vmbra corpus, & præcurrunt vt eos non comprehendat, quod valde stultum est, cum videamus impletum, quod dixit Job cap. 27. v. 20. *Apprehendet eum quasi aqua inopia*, à qua non potest aufugere. ideò Sapiens, vt ab hac stultitia diuites eripiat, monet eos ne præcurrant volentes inopiam fugere, quia certum est non posse ab ea effugere & liberari, sed certo eos comprehendet, &c. Potest hoc illustrari ex eo Prouerb. 24. v. 33. *Veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicitas quasi vir armatus.* Quod licet intelligatur de morte diuitum impiorum, in qua egestas & mendicitas eos apprehendunt, vt noster Pineda explicat. Job. 27. v. 20. Tamen in vniuersum potest explicari, quia aliqui sunt, qui volunt diuites fieri, & quia voluntas Dei non est, non assequuntur diuitias, sed inopia eos persequitur; & licet eam effugere præcurrentes conentur, ex eius manibus liberari nequeunt. Vtitur Salomon similitudine prædonum. q. d. egestas more latronis è latebris erumpentis te inuadet, atque vt latronum mos fert, bonis omnibus spoliabit te. Et sicut viator aufugiens effugere conetur latronis impetum, non potest, quia etsi præcurrat, velocius prædo currit, vt eum apprehendat & spoliet. Sic *non effugies si præcucurreris*, quia sicut grassator inuadet te, & præcurrentem assequetur, vt effugere non valeas.

Qui conantur inopiam fugere non effugiunt eam, quia sequitur vt vmbra. Iob 27. v. 20. Prou. 24. v. 33. Pineda. *Cum Deus vult aliquẽ esse pauperẽ frustra laborat ditari.*

Tandem lectio Tygurinæ non est contemnenda, quia doctrinam vtilissimam continet, 78.
Nec tamen impunè abieris, id est, non effugies supplicium tuæ nimiæ cupiditati debitum, sed mulctaberis, quia cum fere semper pœna sequatur culpam, flagitia tua, quæ in coaceruandis diuitijs commisisti; impunitatem non effugient, & tu *non abibis impune*, licet homo diues in hac vita soleat in diuitiarum opulentia gloriari, sed cum mors vt durus grassator inuadit, non solum omnia bona sua eripit, sed seuere ac vehementer in illum vindicat ne impune abeat, cum tot flagitijs vitam suam deturpauerit, & vt pecuniæ obedierit, tot mala commiserit. Sic dicitur Psal. 61. v. 11. *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere diuitiæ: si affluant, nolite cor apponere. semel locutus est Deus: duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes vnicuiq; secundum opera sua.* Hæc redditio Dei iustissima est, & denotat effectus diuinæ iustitiæ: Deus enim iustis meritorum suorum æquus remunerator, præmia tribuit; sed diuites qui cor apposuerunt diuitijs, vt tot flagitia perpetrarent, eorum pœnas persoluent & luent in æternum, ex sententia diuini Numinis, quod tribuit vnicuique secundum opera ipsius. Psal. 62. v. 10. *Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij partes vulpium erunt.* q. d. quæsierunt animæ meæ exitium; me perdere statuerunt, at ipsi contra male peribunt. Eorum corpora introibunt in sepulchra, animæ tradentur in manus tortorum dæmonum, bona & opes, in quibus gloriabantur cedent vulpinis & improbis hominibus, qui ea abligurient. Pende finem diuitis auari, qui sepultus est in inferno, quia diuitijs abusus est, vt tot mala perpetraret. D. Petr. Chrysol. serm. 121. *Numquid*, inquit, *per se tantum diuitiæ criminosæ sunt? aut solæ per se penes Deum damnandæ sunt vestes, vt non solum careant præmio bonorum, sed omnium malorum ferant & mereantur exitium?* & serm. 22. cum esset in inferno, oculos leuauit ad Lazarum, & ait: *Diues, quos oculos leuas, ipsi sunt accusatores tui; quos oculos leuas, ipsi non placant iudicem, sed inflammant: non reportant veniam, sed reatum: & exiguunt pœnarum cumulum, non solamen, ibi est Lazarus, ibi est impietatis tuæ proditor, testis criminis, crudelitatis assertor*, &c. Lege D. Bernardum lib. de modo bene viuendi serm. 8. de contemptu mundi, vbi inter alia inquit: *Diuitiæ perducunt hominem vsque ad periculum corporis & animæ, diuitiæ pertrahunt hominem vsque ad mortem. Multi propter opes periclitati sunt & multi propter diuitias in periculum deuenerunt. Multis exitiabiles sunt diuitiæ, opes multis hominibus generauerunt mortem*, &c. Itaque non sunt diuitiæ appetendæ, ne periculum perditionis hominibus adueniat, non enim abibunt impunè qui eis abutuntur.

Qui ditari cupit, non effugiet supplicium debitum eius cupiditati. Psal. 61. v. 11. *Deus iustus remunerator reddit vnicuique iuxta opera sua.* Psal. 62. v. 10. *Quare diues auarus sepultus sit in inferno.* D. Petr. Chrysol. D. Bernard. *Diuitiæ perducunt hominem vsque ad periculum animæ & corporis.*

VERS. XI.

Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tantò magis non abundabit.

VERS. XII.

Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate.

VERS.

VERS. XIII.

Et oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo multi & honorauerunt Deum.

Sensus.

79. Est homo laborans, &c. q. d. vt omnia à Deo pendere credas, perpende hunc diuinæ prouidentiæ effectum. Contigit sæpe vt homo, qui multum operæ studijque ponit in comparandis opibus, & festinat locupletari, multisque doloribus præmitur, dum non, vt vult, omnia succedunt; & tamen non ideò magis abundat, sed semper inopia confectus iacet; nimirum quia Deus non vult diuitem esse, nec eius labores fortunare. Quod non solum impijs propter suam impietatem accidit, sed etiam iustis euenit, vel ad patientiæ ipsorum examinationem, vel ad salutem suam: nouit enim Deus ei opes minime expedire ad consequendam animæ securitatem. E contrario est homo languidus, ad laborandum tardus, & piger, egens subsidio ipsum recuperante, multum deficiens fortitudine, & abundans paupertate. In quem tamen Deus oculos intendens respicit illum beneuolo aspectu ad beneficium conferendum: sicque ab humili conditione & statu, in quo demersus iacebat subleuauit. Quod multi mirantur, eo quod hæc subleuatio præter omnem expectationem aduenerit, & ex admiratione in laudationem prorumpunt, nam talem diuinæ prouidentiæ effectum considerantes, Deo maximam laudem deferunt, &c.

Notæ.

Vulgatus, in 1. versu addidit, *& dolens impius*, vt anxietatem impiorum in diuitijs acquirendis per fas vel nefas declararet, quibus præcipue ob impietatem suam hic diuinæ prouidentiæ effectus euenit. Tò, *tanto magis*, est in Complut. τόσουτῳ μᾶλλον. At in Aldo. Basil. & Rom. πόσῳ μᾶλλον. & in 2. versu Tò, *homo*, additum est, vt magis explicetur. Pro *marcidus*, est νωθρὸς. id est, piger verbum enim νωθρὸς est segnis, imbellis, piger, languidus, tardus, lentus, ignauus. quæ omnia continentur in marcido: *marcidus* enim, metaphora sumpta ab herba, vel flore, est languescens. herbæ enim vel flores aduentante sole, marcidi redduntur & languescẽtes; nos vocamus, *mustias*, *marchitas*. & homo qui languescit, vel marcescit, pigritia, tarditate, & ignauia laborat; *Egens recuperatione*, προσδεόμενος ἀντιλήψεως, *indigens auxilio*, vel subleuatione, vt Camerar. legit. Qui sic marcidus & piger est, eget alieno auxilio, eius scilicet qui manum potest ad iuuandum porrigere.

Et oculus Dei respexit illum in bono. In originali est: καὶ ὀφθαλμὸς κυρίου ἐπέβλεψεν αὐτῷ. quam lectionem firmant Ald. & Basilienses. Loco κυρίου, legit Drus. θεοῦ, Dei, id est, oculi Dei respexerunt illum, *in bono*, vel *in bonum*, vel *in bona*, εἰς ἀγαθά. In Hebræo dicitur לטובה in bonum, cuius contrarium est לרעה, in malum: vt dicitur Amos 9. v. 4. *Et ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum.* Vnde colligitur, optime additum esse *in bono*, quia solet Deus in malum etiam respicere, in bonum ad adiuuandum, in malum ad puniendum & vindicandum. Simile est illud Jerem. 14. v. 11. *Noli orare pro populo isto in bonum. & exaltauit caput eius.* Complut. addunt, *de contritione*, quod verbum deest in Aldo. & Basil. sicut aliud quod addunt Complut. & non est in vulgato: *Multi qui viderunt*, θεωρήσαντες, *cum spectarint*. Vulgatus autem iudicauit superesse. *& mirati sunt in illo multi*, alij, *mirati sunt hoc*, ἐπ' αὐτῷ, de eo, quod tam ad personam referri potest, quam ad ipsam rem. Adijcit tandem; *& honorauerunt Deum*, vt demonstret hunc diuinæ prouidentiæ effectum summis laudibus celebrari & honorari debere. Rabanus explicat. Iste locus Christiana magis exprimit tempora, in quibus illi qui paupertatem voluntariam sectantur, magis abundant omnibus bonis, quam illi qui certãt in acquirendis quotidie terrenis diuitijs, & probat Psal. 33. v. 11.

Amos 9. v. 4. Ier. 14. v. 11. Raban.

Illustratio prima.

VERS. XI.

Est homo laborans & festinans, & dolens impius, & tanto magis non abundabit. In his versibus ostendit Ecclesiasticus sine benedictione Dei omnium hominum studia operaque esse inania, iuxta id Psal. 126. v. 1. *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam; vanum est vobis ante lucem surgere; surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* vbi ex Heb. legitur: *frustra vobis maturantibus surgere, tardantibus sedere, edentibus panem dolosum cum Dominus dat somnum dilectis suis.* frustra enim mane surgit homo ad quærendum & comparandum id, quo eget, si Dominus qui solus dat dilectis somnum, non benedictionem & auxilium impertierit. in vanum homo laborat & festinat ad ditescendum, & dolore angitur, quia quod optat non assequitur; si enim oculi Domini illum non respiciant, semper egebit, &c. nam dixit Salomon Prou. 10. v. 22. *Benedictio Domini diuites facit.* 80.

Sine benedictione Dei omnia hominum studia operaque sunt inania. Psal. 129. v. 1. Prou. 10. v. 22.

Optime illustratur hæc sententia ex eo Prouerb. 28. v. 22. ex quo forte mutuauit Sirach, vel potius imitatus est, ait enim *vir, qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat, quod egestas superueniet ei.* Vocat sapiens virum festinum ad opes, auarum; cuius tanta est diuitiarum auiditas, vt si fieri posset, subito opulentus ac prædiues euadere vellet; opes enim ita sunt auaro appetibiles, vt sicut dicimus de eo habere hydropissim earum, & numquam satiantur oculi, nec animus saturatur in illarum acquisitione: sic videmus ita pungiet stimulari animum ipsius, vt præceps festinet ad comparandas eas. Tantaque est eius auiditas ad diuitias, vt facile obliuiscatur futuræ infœlicitatis: *ignorat* enim *quod egestas superueniat ei.* nam tandem irruit in eum, & bonis omnibus spoliat, vt qui festinus currebat ad capessendas opes, admiratione plenus, agnoscat dolens, neminem debere laborare & festinare ad ditescendum reluctante diuino Numine: quia experietur tandem in pernitiem suam, *tanto magis non abundare.* nam, vt dixit idem Sapiens Prouerb. 13. v. 11. *Substantia festinata minuetur; quæ*

Prou 28. v. 22. *Auarus vocatur vir festinus ad opes.* *Nemo reluctante Deo debet festinare ad ditescendum.* Prou. 13. v. 11.

autem paulatim colligitur multiplicabitur. LXX. *substantia festinata cum iniquitate minor fit.* Chald. *opulentia iniquitate possessoris acquisita minuetur.* Et licet appellet substantiam festinatam, quæ temere & sine ratione insumitur, id est, substantia quam profusus homo sumptibus magnis festinat, quantumuis ampla sit, citius decoquetur. Sic

Caietan. Salazar.

Caiet. & amplectitur Salazar. Nihilominus in generali potest explicari de eo, qui festinat iniusto labore & dolore ad ditescendũ. Nam LXX.

Substantia festinata dicitur, quæ cum iniquitate acquiritur.

vocant *substantiam cum iniquitates acquisitam*, & Chald. *iniquitate possessoris* comparatam. Hæc enim male parta cum ingenti labore & dolore, cito dilabetur? nam citius quam par est, ipse auarus *tanto magis egebit.*

Prou. 20 v. 21.

Diuitiæ quæ nimis celeriter parantur cito perdentur.

Hanc veritatem repetere videtur Rex sapiens Prouerb. 20. v. 21. *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.* id est, fortunæ, quæ nimis celeriter parantur, id est, quæ contra ius & fas quæruntur (ita enim fere contigit, vt quisquis apud se decreuit ocyus ditescere, plura iniustè conquirat: nam incrementa fortunarum cum iustitia coniuncta, lente semper & paulatim assurgunt, vt dicitur Prouerb. 13. v. 11.) fortunæ inquam istæ *in nouissimo benedictione carebunt.* Benedictio in Scriptura abundantiam sonat, vt 2. Cor. 9. v. 6. *Qui seminat in benedictionibus;* sic *benedictione carebunt*, id est, quamuis initio augeri plurimum videantur, sed tamen in fine decrescent, & imminuentur, vt experientia ipsa docet nos. Sic dixit Comicus Græcus: *ditescere properans, inops fiet cito.* Et alius: *si negligens sis dives, euades inops.* vide infra cap. 40.

Prou. 13. v. 11.

2. Cor. 9. v. 6.

81.

Eccles. 1. v. 3

Hinc est quod Ecclesiastes cap. 1. v. 3. postquam dixit omnia esse vanitatem, addat: *Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quod laborat sub sole?* vbi D. Hieronym. *Frustra in mundi istius labore desudant congregantes diuitias, ambientes honorem, ædificia construentes.* Tò, *frustra* confirmat nostram sententiam: nam qui laborat & festinat; ad ditandum cum ingenti labore, & sudore, frustra fatigatur, cum tandem *non habet amplius de labore suo*, quod idem est ac dicere, *tanto magis non abundabit*, quia festinatio cum labore, sudore, & dolore, non solet augere diuitias, cum certum sit id quod superius diximus: *Nisi Dominus ædificauerit domum in vanum laborauerunt qui ædificant eam.* Diues si conatur suam domum, id est, substantiam suam ædificare, & erigere, frustra laborat & festinat, si Dominus prouidentia sua manum suam non porrexerit. Et multo magis egebit, si diuitias coaceruare intenderit per fas vel per nefas, iniurias & calumnias aliis inferendo.

D. Hieron.

Qui festinat ad ditandum cum ingenti labore frustra fatigatur.

Prou. 22. v. 16.

Qui calũniatur pauperem vt diuitias suas augeat egebit.

De his dixit Sapiens Prouerb. 22. v. 16. *Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.* Nam *diuites egerunt, & esurierunt.* Psal. 33. v. 11. vocat *diuites*, diuites huius sæculi 1. Timot. 6. v. 17. in Heb. est: *Leones depauperati sunt.* per metaphoram, quod diuites leonũ more facultates aliorum diripiant, & oris rictu tamquam prędæ inhient. *esuriunt*, id est, egestatẽ passi sunt, *minuentur*; deficient, hoc est, egebunt, quia quanto magis laborant, & cum dolore festinant, tanto magis egebunt, & *diuitias, quas deuorant, euoment, & de ventre illorum extrahet eas Deus*, Iob. 20. v. 15. Vide etiam Prouerb. 10. vers. 2. & cap. 17. v. 16. & Ezech. 7. v. 19. & Mich. 6. v. 10.

Psal. 33. v. 11

Iob. 20. v. 15

Iob. 27. v. 19. 20.

Tandem Iob. cap. 27. v. 19. 20. *Diues* (ait) *cum dormiuerit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. apprehendit eum quasi aqua inopia*, &c. alludit ad id Psal. 48. v. 17. 18. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria eius: quoniam cum interierit non sumet omnia*, &c. vbi Psaltes & Job ostendunt stultum esse festinare ad ditescendum, & angore doloreque premi, vt augeat opes suas; cum tandem inopia & egestas apprehendent eum, & quanto magis voluit diuitiis saturari, tanto magis egestate in morte comprimitur. Dixit D. August. *Pauper est qui vult, esse diues*, quia eo plus eget, quo plus diues esse tentat, vt verum sit quod hic Ecclesiasticus docet.

Psal. 48. v. 17.

Stultum est augere diuitias cum dolore.

D. August.

Illustrat tandem hanc sententiam Salomon Ecclesiast. 9. v. 11. vbi ait: *Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum; nec Doctorum diuitias, sed tempus casumque in omnibus.* Vbi noster Joan. de Pineda: Monet (inquit) non ita humanæ industriæ atque sapientiæ fidendum, vt certos & indubitatos labores, & diligentiæ successus sibi quisque polliceatur; cum sæpe eueniat, vt humana actio & Industria ad tranquillitatem comparandam, prorsus inanis sit & imbecilla. Jn vno igitur Deo, & eius prouidentiæ cultu & pietate spes collocanda; contemplare igitur velocem eorum, qui festinant & laborant vt augeant substantiam suam, labore consumuntur, dolore & angustia vexantur, inhiantes semper instar leonum, vt prædam capiant ad cumulandas diuitias; & tamen ita pauper euadit, vt tanto magis non abundet, sed egeat. Quare homo non debet laborare & festinare vt ditescat, suam spem solum in propria industria & diligentia collocando, sed si laborat vt augeat substantiam suam, suam fiduciam & spem in fauore diuini nominis conetur reponere: quia ipse Deus, vt infra dicemus, *pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat.* 1. Reg. 2. v. 7. Pende Tantali fabulam, qui tanto magis egebat quanto magis potationi aquæ inhiabat; demum illa pars: *& dolens impius* potest de inuidia explicari. Sic Dionys. dolentque nequeunt tam copiosè atque celeriter acquirere eas, vt optant, de aliorum quoque prosperitate tristantur, & vocat *impium*, vt Palacius explicat, impios esse, qui totis viribus opes consectantur, nec vnquam tamen consequuntur. Vide Pinedam ad id Ecclesiastes 4. v. 4. *Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrios animaduerti patere inuidiæ proximi: & in hoc ergo vanitas & cura superflua est.* De hac materia alibi multa. Pergo ad alia.

Eccles. 9. v. 11.

Pineda.

Non fidendũ humanæ industriæ ad ditescendum, sed in Deo spes collocanda, &c.

1. Reg. 2. v. 7.

Diues instar Tantali inhiat diuitiis.

Dionys.

Palacius.

Pineda.

Eccles. 4. v. 4.

Illustratio secunda.

VERS. XII.

82.

Pulchra antithesis.

Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans pauperitate. Pulchra antithesi hoc sapiens melius declarat, id est, contentionis hominis pauperis omni industria atque ope destituti & impartiti, qui Dei benignitate subleuatur. Dixerat prius esse hominem laborantem & festinantem, cui nihil labor & festinatio prosperabatur, sed semper magis indigus & pauper euadebat. Nunc autem proponit alium hominem *marcidum*, id est, pigrum, segnem, imbellem, languidum, tardum, lentum, ignauum; quæ omnia diximus significabat verbum Græcum νωθρός, quem vocat egentem recuperatione & auxilio, plus deficientem virtute, & abundantem paupertate. Et tamen quia oculus Domini respexit illum in bono, diues efficitur, erigiturque ab humilitate, & exaltatur caput eius: omnesque in magnam admirationem adducit ipsius prosperitas & exaltatio. Vnde infertur hunc esse mirabilem diuinæ prouidentiæ effectum, & *incomprehensibilia esse iudicia Dei*, & inscrutabiles vias eius.

Marcidus quis.

Effectus diuinæ prouidentiæ admiratione dignus.

Est homo marcidus egens recuperatione. In magnam admirationem homines rapiuntur cum hunc effectum diuinæ prouidentiæ contemplantur. Vident enim hominem *marcidum*, non florentem & virentem instar floris & herbæ, cum in aurora roremade fiunt: tunc enim flores protendunt, & splendidi apparent & integri nos dicimus, *estan con su lustre y entereza*, & herbæ virore & splendore ornatæ veluti gloriantur & exultant: sic homines virore & splendore condecorati, quia deliciis & diuitiis abundant & delectantur. Non inquam oculos intendunt homines in eos, qui sic virescunt & florescunt: hi enim cum locupletantur & ditescunt, non adducunt alios in admirationem. Sed contemplantur hominem *marcidum*, similem herbæ vel flori placido: flos enim vel herba cum marcescit & flaciescit, facile ab omnibus contemnitur & despicitur: quia eius color flauidus ad mœstitiam potius quam ad lætitiam inuitat, sicque non mouet oculos spectantium, sed auertit, vt nolint tempus insumere in eorum contemplatione. Pari modo *homo marcidus*, id est, flauidus, qualis est ille, qui egestate premitur, & eget recuperatione illius viriditatis & splendoris, quo diuites & deliciosi ostentantur. Deficiens virtute, & abundans paupertate. Hic inquam qui iacens in sua humilitate ab omnibus despicitur, cum iam solis diuini radiis respicitur in bono, & illustratur, viriditatem & splendorem, quo egebat, recuperat, & cum ab omnibus spectatur, illos in admirationem adducit, & inuitat ad celebrandum & magnificandum tam mirabilem & laudabilẽ diuinæ prouidentiæ effectum.

Homo marcidus similis flori pauido.

83.

Homo piger qualis.

Est homo marcidus egens recuperatione. Complut. *est piger, egenus, auxilio deficiens.* Tygur. *Tardus, & opis indigus.* Drus. *est ignauus & indigens subleuatione.* Quæ epiteta hominis pigri continet verbum Græcum νωθρός. Hic proponitur homo piger, quem apprehendit egestas & inopia, & qui ad eum miserum statum deuenit, vt egeat recuperatione & auxilio. De homine pigro ait sacra Pagina Ecclesiastes 4. v. 5. *Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens: Melior est pugillus cum requie, quam plena vtraque manus cum labore & afflictione animi.* Stultum vocat pigrum & vt explicãt Caiet. Titelman, Campans. Eos describit Ecclesiastes, qui otiose & inertiæ tradentes, vt abscedant ab illa superflua cura & sollicitudine plura concupiscendi & comparandi: atque sicut hi superflua acquirunt, ita sane illi necessarij cultus atque victus curam abiicientes, cõsenescunt in sordibus. D. Hieronym. explicans hunc locum, dixit: *Totum quod discerit, hoc est, vt ostendat, & eum qui laborat & habet aliquid in mundo patere inuidiæ: & rursum eum qui viuere vult quiete, inopia opprimi: & esse vtrumque miserabilem, dum alius propter opes periclitatur, alius propter inopiam egestate conficitur.* Pigri autem sors miserrima est, nihil aliud in se continens, quam egestatem, quæ opprimit eum, vsque adeo, vt mors imminens cum accidit, mitiget dolorem & angustiam, quæ superat mortis dolorem. Quare ad pigrum dicitur Prouerb. 6. v. 9. 10. *vsque quo piger dormies, quando consurges à somno tuo?* & eodem cap. 6. v. 6. Salomon mittit hominem ad formicam vt ediscat industriam eius. *Vade (inquit) ad formicam, o piger, & considera vias eius, & disce sapientiam; quæ cum non habeat ducem, parcit in egeste cibum, & congregat in messe quod comedat.* & licet Sancti explicant de eleemosyna, vt D. Basil. nam *pauperibus impertiri cogere est.* & de bonis operibus, vt D. Cyril. Ierosol. Catech. 6. *Videns formicam in æstate sibi thesaurizantem cibos, imitari, & thesauriza tibiipsi fructus bonorum operum in futura sæcula.* Sed certe intendit sapiens hominem desidem extrahere à pigritia sua, & affert similitudinem formicæ, quæ suo labore parat, cibos in diem necessitatis. Optime explicuit hunc locum D. Ambros. lib. 6. Exam. cap. 14. aiens: *Exigua est formica, quæ maiora suis audet viribus, neque seruitio ad operandum cogitur, sed spontaneo proposito prospicientiæ futura alimentorum subsidia sibi perstruit; cuius vt imiteris industriam, Scriptura commouet dicens: conferte ad formicam*, &c.

Eccles. 4. v. 5.

Piger stultus est.

D. Hieron.

Pigri sors miserrima est.

Prou. 6. v. 9. 10.

Formica exemplum contra pigri desidiam.

D. Basilius.

D. Cyrill.

Exemplo formicæ dehortatur Salomon pigrum à pigritia sua.

D. Ambros.

Itaque proponit nobis Sirach hominem marcidum quem vocamus, *hombre desalentado, caido, marchito, desganado, sin fuerzas, sin aliento*: id est, hominem exanimatum, qui fracto animo ac demisso & languido est, ad operandum & laborandum: quem comprehendit egestas, quia pigritia animos homini adimit, & examinatum reddit. De hoc dicimus, *se come la capa:* nam substantiam suam insumit, & cum non suppetunt diuitiæ, domus supellectilem omnem vendit, vt fame non conficiatur: *Vende la capa para comer, y no morir de hambre.* Hic enim *marcidus* est tanquam flos, quia aduentãte sole marcescit & flanescit. Vnde ab omnibus despicitur & proteritur. 84.

Pigritia animos hominum adimit, & exanimatos reddit.

Quod addit, *egens recuperatione*, ostendit eum egere auxilio. Tygur. *opis indigus.* Drus. *indigens subleuatione*, nos dicimus: *ha menester quien le de la mano*, vt possit ab hoc miserrimo statu liberari & subleuari. Verbum *recuperatione*, quo vsus est vulgatus, denotat casum felicitatis: nam qui diues erat & in paupertatem & egestatem deuenit, indiget recuperatione, vel actiua; vel passiua, ita vt ipse diuitias perditas recuperet, vel alius manum porrigens faciat, vt quod amisit recipiat. Cum autem quis felicitatis statu potitus est, & postea ad inopiam deuenit, grauissimo dolore tabescit & consumitur. & sicut cæcus qui lucis vsura fruitus est, & tãdem orbatur lumine oculorum, maiori animi dolore dirumpitur, quam ille alius, qui ex vtero matris lumine priuatus est; sic qui diuitiarum abundantia potitus est, & posteà deuenit ad egestatem, maiori dolore & animi angore cruciatur, quam qui nulla hæreditate donatus, pauperrimam uitam transigit; ergo ope & auxilio opus est, vt recuperet pristinum statum perditum.

Qui in paupertatem deuenit indiget recuperatione.

Qui prius diues fuit & postea pauper efficitur ingenti dolore premitur.

Rursus vim antithesis auget, cum adiicit: *plus deficiens virtute, & abundans paupertate.* Dionys. vocat deficientem virtute qui quotidie decrescit in robore corporali; vt senex, debilitatus, mancus, & similes, qui deficientes virtute & fortitudine sunt, vt labore manuum suarum victum honeste acquirere & parare possint. Tygur. & Drus. *qui viribus destituitur.* Sic erat *filius Ionathæ debilis pedibus*, 2. Reg. 9. v. 3. scil. Miphiboseth, cui dixit Dauid v. 7. *Tu comedes panem in mensa mea semper.* Animaduerterat rex Miphiboseth; quia debilis pedibus nullo modo quærere victum poterat, & miseratus Dauid tulit eum in domum suam, vt comederet ad mensam suam:

Dionys.

Deficiens virtute quis dicatur.

2. Reg. 9. v. 3. 7.

captus enim erat amore Ionathæ, cuius intuitu hanc fecit cum illo misericordiam, &c.

85. *Abundans paupertate est qui nimia egestate oppressus iacet.*

Abundans paupertate, ille est, qui nimia egestate oppressus iacet, ita vt animi cruciatu deficiat. Tygur. *abunde pauper*, id est, pauperrimus, cui omnia ad sustentationem deficiunt. De tali dicimus, *parece que el cielo le falta*, ita in talem miseriæ statum reducitur, vt omnibus egeat; qui hanc miserrimam sortitur sortem ita dolore animi angitur, vt mortem præponendam iudicet pauperati. Hinc est, quod dicat Salomon Prou. 10. v. 4. *Egestatem operata est manus remissa.* Chald. *Paupertas attenuat virum dolosum.* q. d. manus socors & dissoluta quamdiu nihil agere videtur, aliquid tamen agit, & quid illud? paupertatem sibi formar, sibi adstruit. Ex quo liquet manus hominis pigri, non omnino otiosas esse, sed assiduum cum suis damnis atque detrimentis luctum quærere: nam ex socordia & pigritia quotidiana, eueniunt damna & detrimenta, cum quibus manus conferre oportet. Itaque, *egestatē operata est manus remissa*, id est, non sine opere & labore paupertatem sibi ipsa molitur. Aduertit Salazar hic *paupertati* in Hebræo subesse ראש quæ vox vnius puncti mutatione est ראש *Ros*, id est, venenum, & toxicum, & amaritudo; si vero puncta omnino adimas & linguam sibi ipsi restituas, anceps prorsus manebit ad paupertatem, amaritudinem, venenumque notandum. Hinc nata est lectio, quā ex Rabbinis aliqui amplexati sunt: *virus operata est sibi manus otiosa*, quod quidem non obscure innuit pigritiam homini pro veneno esse, aut certe venenatam quandam virulentam illi adducere paupertatem, &c.

Prou. 10. v. 4.

Manus remissa paupertatem sibi adstruit.

Paupertas quasi venenum.

Aliqui paupertatem pro magno malo habent.

Hinc est quod dicat Plutarchus lib. de virtute morali: *Quandoquidem paupertatem sunt, qui non pro malo, sunt etiam qui pro magno habeant malo: & vero alij etiam pro maximo.* & si à vera Spiritus paupertate abstrahimus narrationem, certum est esse maximum malorum: quia hæc paupertas virus est & venenum plus operatorium quā aliud quodcumque venenum. Paupertas enim adigit hominem ad multa perpetranda crimina, & ad mortem præoptandam, quia iudicat illam sibi venenum esse, quo citius mortem sibi asciscit. Quare dixit Seneca Epist. 58. *Quis autem ferat in egestate fastidium?* Quod vehementius cruciat, quam aliud quodcumque malum; Cur igitur antiqui Romani odio habuerint paupertatem? sic Alexander ab Alexand. lib. 13. cap. 11. *Posteà* (inquit) *patulatim frugales mores defluxere, paupertasque probro haberi cepit.* Illud *postea* extraxit ex Plinio lib. 33. cap. 11. Exprobrauere paupertatem, quia cum oppolita iuxta se posita magis elucescant, magis tunc eluxit malum paupertatis, quia succesfit nimius fluxus diuitiarum.

Paupertas hominem adigit ad perpetranda crimina. Seneca. Alexander. Plinius.

Romani paupertati sacellum construxerunt. Alex.

Hinc est quod cum Romani construxissent sacellum Paupertati, vt narrat Alex. lib. 1. cap. 13. *Etiam Paupertatis & Senectæ, apud Gades sacella ostenduntur.* Illud extra vrbem collocarunt, & rationem reddit idem Alex. lib. 2. cap. 5. *Apud alios Timorem, Pallorem, Paupertatem, & Senectam tanquam noxia numina procul à ciuitate arcuere.* Sic Plutarch. in Cleomene. Vnde constat execrabilem esse paupertatē, & qui inopia & egestate opprimitur, sæpe sæpius despicitur & eiicitur ex consortio diuitum, vt alibi diximus. Ergo vt Ecclesiasticus exaggeret diuinæ prouidentiæ effectum, quem celebraturus est in versu sequenti describit prius, *hominem marcidum, egentem recuperatione, plus deficientem virtute, & abundantem paupertate.*

Plutarch. *Execrabilis erat olim Paupertas.*

Illustratio tertia.

VERS. XIII.

86. *Deus occurrit miseris, & succurrit.*

ET *oculus Dei respexit illum in bono.* Dionys. id est, Deus clementer considerauit patientiam eius ac paupertatem subueniendo ei. *To, in bono* refertur ad bona temporalia, quibus clementissimus Deus occurrit miseris, & succurrit. Licet melius subueniat ipse malis spiritualibus, vt Glossa explicuit. Jam diximus Deum solere respicere in bono & in malo; in malo respicit, cum immittit tribulationes & miserias in supplicium impiorum, vel in probationem iustorum. Duo primi fratres Cain & Abel dona Deo obtulerunt, & attestante Scriptura Genes. 4. v. 4. 5. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain vero & ad munera ipsius non respexit.* Ad primum respexit in bono, & ad secundum in malo. Exod. 14. v. 24 *Et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum.* Tò, *respiciens*, Lyra & alij dicunt significare columnam nubis quasi se apparuisse, vt Angelus in ea latens per lumen coruscum se ostenderet, & intueretur castra Ægyptiorum, ac mox in ea iacularetur tonitrua, fulmina, lapides, aut ignita tela, quibus rotas & equites curribus excussit, vti hic dicitur: *Fugiamus Israelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Sic Ioseph Iud. *Nihilque omnino deerat eorum, qua ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti solent.* Itaque hic respicere Dei per Angelum, est in malum, seuere vindicando se in Ægyptios.

Gloss. Gen. 4. v. 4. *Respicit Deus in bono & in malo.* Exod. 14. v. 24. Lyra. Ioseph.

4 Rursus Beatissima Virgo Maria in suo glorioso Cantico gloriatur in se bonum spectatam à Deo, cum ait Luc. 1. v. 48. *Quia respexit humilitatem Ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Hæc omnium nationum benedictio & commendatio effectus erat spectationis Dei: respexerat enim Deus matrem amantissimam suam in bono, sicque beata & benedicta apud omnes generationes euasit. Vide D. Ambros. tom. 2. super id Psal. 118. *Respice in me, & miserere mei*, qui hos effectus contrarios affirmat Dei oculos habere, & Pinedam super id Iob. 7. v. 8. *oculi tui in me*, id est, accurre, o Deus, afferroque opem: diuini oculi fauorem & benevolentiam, malorum propulsationem, vitæ incolumitatem afferunt. Figito tuos in me oculos, illumina vultum tuum super me, &c. Concludit Hugo: Primus oculus iustitiæ est, secundus misericordiæ. In vtraque respictione elucet Dei misericordia & iustitia.

Virgo Maria gloriatur se in bonum spectatam à Deo. Luc. 1. v. 48 D. Ambros. Pineda. Iob. 7. v. 8. Hugo:

87. *Animus duas habet fenestras ad ostendendum amorem.*

Præbibo autem breuem tractationem de oculis, vt hinc eliciamus nostræ sententiæ illustrationem de respectione Dei ad homines. Certum est animum duas habere fenestras, quibus amore & ardore feratur in rem visam. Expressit hoc Musæus in Leandro, nam cum præmiserit corda hominum figi amore tamquam sagittis, subdit: *Oculus via est per quam sagittæ amoris iaciuntur inter eos, qui amore flagrant*; sic dixit Ælianus lib. 10. var. hist. c. 2. *Lais cum cubatam Cyrenensem aspexit, ardentissimo in eum amore cepit flagrare.* Plutarchus de amore: *amoris capiendi ansa visus est.* Eurip. in Hipp. *Amor, amor, qui per oculos desiderium instillas.* Propert. *si nescis, oculi sunt in amore*

Musæus. Ælianus. Plutarch. Euripides. *Amor per oculos desiderium instillat.* Propert.

Apuleius. *amore duces.* Apuleius lib. 10. *Isti enim tui ociuli per meos oculos, ad intima delapsi præcordia, meis medullis acerrimum mouent incendium.* Ex quibus & aliis quam plurimis prophanorum testimoniis constat oculos esse amoris duces & fenestras animi.

Plutarch. Rursus cum de Osiride agit Plutarchus in lib. de Ose & Osir. inquit: *Vice versa Osirim oculo & sceptro pingunt, quorum hoc potentiam, ille prospicientiam repræsentat: quomodo Principem & regem omnium Homerus Iouem summum, auctoremque bonorum appellat: ac videtur summo potentiam eius auctore prudentiam & intelligentiam significare.*

Quomodo Deus habeat oculos. Quod totum suo modo Deo nostro tribuitur. Nam si oculos carneos sicut & nos non habeat, spiritus enim est simplicissimus. At oculos habet ad omnia prospicienda: *Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius*, sicut dixit Paulus Heb. 4. v. 13. Ideò antiqui fingebant Argos plenum oculis: *centum fronte oculos, centum cervice gerebat*, &c. & Putarch. de amicorum multit. *Ne centimanus Briareus, aut oculis plenus Argos fiat.* Quare Deus vel Christus depingitur à Ioanne Apoc.

Heb. 4. v. 13

Apoc 1. v. 14 *Oculi Dei tanquam flamma ignis.* cap. 1. v. 14. *Oculi eius tamquam flamma ignis*: ignis flamma duplicem effectum habet, & comburere, & illuminare. Oculi Dei vtrumque efficiunt, peccatores comburunt, & iustos illuminant. Hinc est quod Salomon dicat Prouerb. 15. v. 3, *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos*: bonos respicit in bono, & malos in malo; vtrosque solet locupletare, iustos, vt bene vtantur diuitiis ad obtinendam beatitudinem; malos vt abutentes felicitate damnentur; non autem ad hunc finem Deus ditat peccatores, sed impertit diuitias, vt illis bene vtentes gloriam consequantur, sed ipsi per malitiam suam eis abutuntur, & sic condemnantur. Ita Palacius explicuit: Licet eo beneficio pleruque vtantur male, non tamen diffitendum est, aliquando diuitias malis dari, sicut ossa solent dari canibus, vt ea rodentes sanguinem edentibus mittant, & meliore cibo fraudentur. Hic duplex effectus iustitiæ & misericordiæ celebratur à regio Vate Psal. 33. v. 16. *Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum.* Vbi D. Auguſt. *Forte* (inquit) *dicunt mali, ergo securus facio mala, quia non super me sunt oculi Domini, ad iustos Deus attendit, me non videt. Audi quod sequitur: vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum*, &c.

Prou. 15. v. 3

Bonis & malis Deus impertit diuitias.

Psal. 33. v. 16. D. Auguſt

88. *Oculi Dei vias sunt per quas amoris sui iacula ejiciuntur.* D. Auguſt.

Ergo si prophani affirmant oculos esse vias animi, per quas amoris iacula iniiciuntur, & eiiciuntur, quid mirum si dicamus oculos Dei vias esse, per quas amoris sui iacula eiiciuntur. Dixit D. Augustinus super id Psl. 119. v. 4. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis: Nouit Dominus sagitare ad amorem, sagittat vt faciat amantem.* Sagittat Deus aperiendo oculos suos ad respiciendum in bono, & proiiciendo amoris sagittas, vt hominum excitet ad suum amorem. Rursus si

D. P. Chrysol. *amor per oculos desiderium instillat*: quia dixit D. Petrus Chrysol. serm. 147. *Amor parit desiderium*, si parit, vel stillat, per nullam aliam viam nisi per oculorum foramina, per quæ amoris desideria manifestantur. Sic Christus Dominus manifestauit desiderium subueniendi iis, qui per desertum illum sequebantur; nam *cum subleuasset oculos Iesus & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: vnde ememus panes vt manducent hi?* Joan. 6. v. 5. Quare tam sollicite Christus sequentium necessitati prouidit? quia respexit illos, & cum desiderium eorum subueniendi necessitati occultaretur in corde, quia erat quasi filius amoris, vt in lucem ederetur,

Per oculos amoris desiderium manifestatur.

Joan. 6. v. 5.

Quia Christus respexit multitudinē, sequebatur eius necessitatē succurrit.

respexit, & per oculos instillauit desiderium, illud per verba manifestando. Et vt dixit Apuleius: oculi hominum, qui ab oculis Christi resiciebantur per eius oculos ad intima delapsi præcordia, suis medullis acerrimum mouerunt incendium: ex quo illis tanta miseric ordia prouenit, &c. Inde est, quod si antiqui suum Osirim oculo & sceptro pingebant, quæ significabant potentiam, & prospicientiam, & Homerus affirmauit Jouem auctorem esse bonorum, cuius prudentiam & intelligentiam celebrauit. Quid mirum, si confitea mur Deum vel Christum, respicientem oculis suis, suam potentiam & prospicientiam ostentasse, vt bonorum omnium auctorem, cuius prudentia & intelligentia infinita erat, sicque grande miraculum operaretur, de multiplicando panes, & saturando quinque millia ex iis, qui eum egentes sequebantur.

Apuleius.

89. *Respicere Dei in bono quid.*

Ex quibus omnibus infertur, *respicere Dei in bono*, significare diuinam suam prouidentiam in eos, qui cum sint inopes & egeni, facientes in sua humilitate, ab eo rum humilitate erigat, & exaltet caput illorum, ita vt in illo miren tur omnes, & honorent Deum. Sic iacebat in su a humilitate Dauid cum aiebat Psal. 24. v. 16. *Respice in me & miserere mei, quia unicus & pauper sum ego.* Psal. 24. v. 16. manifestans suam paupertatem & humilitatem, sperabat Dei misericordiam: quia cum respexisset Deus in bono, misereretur eius, in quem oculos suos intendit: quia pauper sum & humilis ab omnibus despectus, respicit in me, & cum respicere Dei sit misericordiam exercere, id est, quod credam mei miseraturum, *Oculi eius in pauperem respiciunt.* Psal. 10. v. 8. *Ad quid* (inquit Hieron. explicans hunc locum) *respiciunt ercere. ad adiuuandum.* Nam, *oculi eius* (ait sponsa Cant. 5. v. 12. *Sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residentes iuxta fluenta plenissima.* Quod explicans noster Sanchez affirmat, sponsam alludere ad significationem fontium, & riuulorum q. d. satis implere oculos sponsi totam nominis sui latitudinem, nam sunt quidem sonant, aut fontes pleni aquis, aut saltem iuxta puros & plenos fontes. Et cum comparat oculos suos columbæ oculis, modeste & vrbane, remouet id, quod propter nominis cognationem purissimis hominibus aliquid aut tetrum aut sordidum allinere potuisset. Quare vt ostendat longe abesse columbas illas ab eo, quod indicat altera significatio: Lotas dicit lacte, non in locis paludstribus accœnosis (ait noster Varro de re Rust. lib. 3. cap. 7. *Aquam puram esse oportet, quæ influat, vnde bibere & se lauare possint columbæ. Penitus dæ sunt enim hæ volucres*) sed super riuulos aquarum & fluenta plena, vbi pura omnia, neque quidquam est aut odore graue, aut aspectu fœdum. Nomen columbæ cum eo nomine, cui cœnum sub est, radicem & quasi genus habet co mmune, ab eo tollit quidquid ingratum & sordidum esse potuit. Ideo sedere dicuntur columbæ, non ad cœnum, quod nomen ipsum sonat, sed ad fluenta, quæ pleniſſima sunt, puraeſſe oportet.

Respicere Dei est misericordiam exercere. *Oculi sponsi quare columbæ comparantur.* Psal. 10. v. 8. D. Hieron. Cant. 5. v. 12. Sanchez.

Igitur oculi Dei quasi oculi fontis sunt, ex quo manant aquæ misericordiæ, vt inundet eos, quorum miseretur: quia sicut per oculos fontium aquæ pellucidæ dimanant, vt terram fœcundent, & sitim hominum & iumentorum extinguant:

Oculi Dei quasi oculi fontis sunt.

tinguant: sic per Dei oculos, qui fontes sunt omnium bonorum, quæ Deus abunde largitur Angelis & hominibus, aquæ diuinæ dimanant tanquam ex fonte Paradisi, vt Ecclesiæ paradisum irriget, & fœcundet, & populus Christianus sitim suam extinguat: vt populus Jsraeliticus suam sedauit sitim, cum *fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerũt*, Ps.77. v.20. Quare cum oculus Dei respicit humilem & pauperem, per oculũ aquam immittit misericordiæ, vt sitim diuitiarum extinguat, & auiditatem animi ex inopia procedentem inundet, & fœcundet, erigatque eum ex humilitate, & caput eius exaltet, & mirentur omnes, qui hunc diuinæ misericordiæ effectum contemplantur, laudantes Dominum.

Ps.77. v.20. *Cum oculus Dei respicit pauperem aquam misericordiæ immittit ei.*

Illustratio quarta.

90 *Benedictio Domini diuites facit.* Prou.10. v.2.

Et oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius; & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Hæc respectio Dei in bono celebratur à Sapiente. Prouerb.10. vers.2. cum ait: *Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio,* id est, cum bonis iniuste partis defraudare diuites soleat Deus; ea tamen, quæ ipso benedicente & donante, iuste parata sunt, nequaquam ex pœnitentia adimere aut imminuere solet. Sed certe benedictio Domini significat eius beneficentiam & liberalitatem, & cum respicit pauperes & humiles in sua egestate & abiectione iacentes, prouocatur ad eos benedicendos & locupletandos: Quare ita diuites euadunt, vt afflictio & miseria non audeant eos inuadere. Sicut enim diuitiæ male acquisitæ pungunt animum, affligunt & cruciant, quia afflictio eas comitatur, & incutiunt diuitibus timorem & dolorem eas amittendi. Sic cum benedictio Dei homines diuites facit, quia eius oculi respexerant eos, ipsa benedictio sociatur eis, est causa lætitiæ & gaudij, & bene diuitiis vtentes vitam æternam assequuntur.

Benedictio Domini beneficentiam significat.

Diuitiæ in manu Dei sunt. Gen.31. v.9

Diuitiæ enim in manu Dei sunt, & cui vult liberaliter impertit, sicut fecit cum Iacob, qui dixit vxoribus suis Liæ & Racheli, Genes.31. v.9. *Tulitque Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi,* quod ipse affirmarunt dicentes vers.16. *Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis ac filiis nostris.* Dixerant autem filij Laban vers.1. huius capitis: *Tulit Iacob omnia, quæ fuerunt patris nostri, & illius facultate ditatus, factus est inclytus.* calumniati fuerant Leuiri Jacob ipsum suffuratum esse facultates soceri sui Laban, & vsi sunt verbo *tulit,* quod in Hebr. est, לקח *Lacach*, quod denotat per nefas auferre, id est, furatus est Jacob leuir noster facultates Laban soceri tui: sed ore suo mentiti sunt; & vt Iacob ostenderet Deum ipsum ditasse & locupletasse, vsus est eodem verbo Latino *tulit Deus,* sed in Hebr. diuerso, scil. באל *nacal*, quod propriè significat iure auferre ab iniquo detentore, vt sit manifestum Iacobo à Deo redditam mercedem, quam Labanus per vim retinebat. Vnde constat diuitias in manu Dei esse, & cui vult impertit.

Deus ditauit Iacob.

Cum respicit Deus in bono ditat & fœlicitat. 1.Reg.2. v.7.

Quare cum respicit oculus Dei in bono pauperem, diuitem facit & fœlicitat; quia vt dixit Anna in suo Cantico 1.Reg.2. v.7. *Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat.* cum vult Deus hominem pauperem esse, respicit illum in malo pœnæ; cum vult ditare, oculus eius respicit illum in bono, & diuitem facit, & cum placet humiliare vel subleuare, ipsemet oculus Dei hominem respicit in bono, vel in malo. Sic aiebat Salomon Prouerb.15. v.3. *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos,* hos vt humiliet, illos vt exaltet, & cum ditat & exaltat, animos eorum lætificat. Prou.15. v.3.

91. Pineda. Iob.1. v.21.

Noster Pineda super id Job.1. v.21. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Explicat nostram sententiam de diuina prouidentia omnia iuste gubernante contra eos, qui diuitias & paupertatem in manu fortunæ collocant, quæ sine delectu & scientia bona & mala distribuit. Quod etiam (inquit) Ecclesiasticus 11. v.13. explicauit Sapiens contra cœcam fortunam disputans, dum de subita & inopinata pauperis felicitate loquitur. *Oculus Dei* (non cœca Dea, sed prouidentia diuina, quæ procul videt, & prouidet omnibus) *respexit illum in bono,* vt bonis locupletaret. Cuncta ex illius oculo & prouidentia proueniunt hominibus. Quare rem hanc falsis numinibus à delusa antiquitate tributam sibi vindicat Deus; & forte eum allusione ad biformen bicoloremque fortunam, quam pingebant duplici facie, anteriore alba, & posteriore nigra, apud Isaiam cap.45. v.7. *formans lucem, & creans tenebras;* (non solùm singula per se, sed vicissitudinem, & commutationem lucis cum tenebris, felicitatẽ cum miseria) *faciens pacem* (bonorum omnium affluentiam) *& creans malum* (egestatem, inopiam) *ego Dominus faciens omnia hæc.* Est enim Deus diligentissimus atque attentissimus obseruator atque speculator omnium humanarum actionum: nam de cælo tamquam de sublimi specula, *respicit super filios hominum,* Psal.32, v.13. *& oculi eius contemplantur bonos & malos.* Prouerb.15. v.3. vide id Iob.14. v.16. *Tu quidem gressus meos dinumerasti,* & id Prouerb.5. v.1. *respicit Deus vias hominum & omnes gressus eius considerat.* oculis enim Deus omnia respicit, vt suam exerceat prouidentiam, &c.

Diuitiæ & paupertas non à fortuna sed à diuina prouidentia procedunt. Isa.45. v.7. *Deus diligentissimus speculator humanarũ actionum.* Ps.32. v.13. Prou.15. v.3. Iob.14. v.16 Prou.5. v.1.

Et erexit eum, ab humilitate ipsius. Cum respicit Deus oculis suis inopẽ in sua humilitate & egestate iacentem, misericordia motus erigit illum ab abiectione & afflictione sua, ditans & fœlicitans eum. Sic dixit elici Iob.36. v.7. *Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur.* q.d. Deus perpetuo, necessario iustis prospicit, prouidit, consulit, numquam illos fraudat debita ope: nam pauperes & imbecilli Diuinæ fidei, virtuti, oculis commendati sunt; non aspicit obliquis oculis, sed rectis, & cum sint velut duo lumina ab animo ad oculos perforata, difficile est animum, & cordis affectum se vocare ab oculis. Sic dixit Gregor. super hunc locum: *Famulos suos magis respicit, nam iam præuidet quid eis misericorditer recompenset.* & *reges in solio collocare,* Est iustos regalibus honoribus prosequi etiam apud homines. Ex iustis reges creat, & sanctitatem ornat præmio amplissimi alicuius regni firmi, ac stabilis; & prorsus inuicti. Vt fecit cum Dauide humili & abiecto, quem in regio solio collocauit. Illud *eriguntur,* quod propriè est, *exaltabantur,* vt est in Hebr. & Græco, nostram sententiam confirmat: nam cum respicit Deus humilem & inopem in sua humilitate & egestate iacentem, illum erigit de humilitate sua, vt diuitiis, & honore potiatur; & omnes illum contemplantes mirentur & honorent Deum, qui sic humiles & pauperes respicit, vt erigat ab humilitate sua.

Cum respicit Deus inopem erigit illum ab afflictione sua. Iob.36. v.7. *Oculi Dei sunt lumina ab animo ad oculos perforata.* D. Gregor.

Et exaltauit caput eius. Complut. addunt *à contritione,* sic etiam Drusius, Tygur. *& eum attollat ab* 92.
humi-

humili sorte sua. Τὸ *à contritione*, indicat sortem illius, qui in humilitate & egestate iacebat: nam qui in contritione est, caput demittit signum suæ abiectionis & paupertatis: qui enim diues est attollit caput & faciem discooperit, vt appareat corã omnibus absque pudore & confusione, nos dicimus, *puede parecer con su cara descubierta de lante de todo el mundo.* Itaque qui fauente lumine ex sorte humili & abiecta ad honorificam exaltatur, vt diuitiis & honore abundet, caput erigit à contritione sua, id est, deposita contritione, quam egestas & abiectio illi afferebat, erigitur ad sublimitatem, in qua diuites gloriantur. Hunc effectum diuinæ prouidentiæ experiuntur multi in hac vita. Vide Iosephum Patriarcham, qui abiectus iacuit in vinculis, vt dicitur Psal.104. v.18. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius.* Sed ex hac humilitate erexit Deus, & exaltauit caput eius, vt ad dignitatem proregis ascenderet. *Eloquium Domini inflammauit eum, constituit eum Dominum Domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ.* Quis vmquam in tam humili & abiecto loco iacuit, sicut Iob, qui cum esset, rex *sedens in sterchilinio testa saniem radebat.* Iob.2. v.8. quem respiciens Dominus, erexit eum ab humilitate, & exaltauit caput eius: nam *Dominus benedixit nouissimis Iob magis quam principio eius,* cap.42. v.12.

Qui in contritione est caput demittit in signũ suæ abiectionis. *Exemplum Ioseph erecti ad sublimitatem.* Ps.104. v.18 Iob.2. v.8 *Exemplum Iob erecti ab humilitate ad sublimem lectum.* Iob.42. v.12.

Tandem Christus Dominus præcipuum exemplum humiliationis & exaltationis ostenditur. De illo dixit Regius Vates Psal.109. v.9. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Multas ærumnas (explicat Geneb.) & cruces in via hausit meus Christus. De torrente afflictionis & malorum in via bibet, calicem passionis hausit, propterea exaltabit caput suum. Torrens simbolum est calamitatũ multarum & ingentium, vt Psal.123. v.5. *Torrentem pertransiuit anima nostra,* vt sit sensus, in vita multarum calamitatum erit particeps, & propter hanc humilitatem exaltabitur, & ascendens in cælum glorificabitur, sedebitque à dextris Dei. Hunc locum sic videtur interpretari Apostolus Philipens.2. v.8. *Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis propter quod Deus exaltauit illum,* &c. & Heb.2. v.9. *Videmus Iesum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum.* Ad cuius exemplum iusti humiles à Deo erigentur, & exaltabitur caput eorum, vt impleatur quod ait Ecclesiasticus.

Christus Dominus exemplum humiliationis & exaltationis. Ps.109 v.9. Genebrar. Ps.123. v.5. Philip.2. v.8. Heb.2. v[.9.]

Tandem: *& mirati sunt multi in illo, & honorauerunt Deum.* Qui contemplantur hos diuinæ prouidentiæ effectus, in admirationem rapiuntur, & inuitantur ad tribuendum honorem & laudem Deo. Admiratio, solet prouenire ex stupore animi, cum aliquod prodigium celebratur, vt contingebat in prodigiis & miraculis Christi Domini, & aliorum Sanctorum; Dionys. & mirati sunt in eo multi, qui de tam magna & repentina mutatione talis hominis stupuerunt, dicentes: *hæc mutatio dexteræ excelsi.* Psal. 76. v.11. Sicque super Iob & Tobiam amici eorum mouerunt capita sua. Colligitur autem iustam admirationem cadere super hanc mutationem, cum Deus erigit hominem ab humilitate sua, & exaltat caput illius, qui inopia & egestate perculsus iacebat demisso capite, & fracto animo. Et cum consideratur hic diuinæ prouidentiæ effectus, inuitantur omnes ad tribuendum honorem & gloriam Deo. Vt cum Christus Dominus paraliticum iacentem in lecto sanauit, dicens Marc.2. v.12. *Tibi dico, surge, tolle grauatum tuum, & vade in domum tuam.* Tunc enim honorificatus est ab hominibus, *& statim surrexit ille, & sublato grauato, abiit coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: quia numquam sic vidimus:* Ex admiratione tanti prodigij nascitur desiderium honorificandi Deum, qui potest talia prodigia facere.

93. *Qui contemplant[ur] diuinæ prouidentiæ effectus in admiratione rapiuntur.* Dionys. Ps.76. v. *Qui considerat effectus diuinæ prouident[iæ] inuitatur ad tribuendum Deo honorem.* Marc.2. v.12.

VERS. XIV.

Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.

Sensus.

94. *Bona & mala,* &c. q. d. vt tibi plane persuadeas falsam esse gentilium de Fato & fortuna opinionem, docearisque in omnibus rebus, quæ te in admirationem rapiunt, mentem tuam ad diuinam prouidentiam conuertendam, Deumque, qui causa omnium bonorum & malorum pœnæ est, & à quo proficiscuntur inuocandum, atque colendum, & eius dispositioni atque voluntati te submittendum debere, hanc veritatem ausculta. Omnia bona, scilicet fœlicitatẽ & gloriam, omnia mala non culpæ sed pœnæ, vt ribulationem, egestatem, persecutionem, & alia id genus; insuper vitam & mortem, & tandem paupertatem, & honestatem, id est, diuitias, quæ honoratum reddunt habentem, à Domino Deo vt auctore & operatore prouenire, &c.

Notæ.

Hac & sequenti sententia docet auctor diuersitatem præcedentis sententiæ, non casu & fortuitu euenire, sed prouenire à dispositione diuinæ prouidentiæ, quæ vigilantissime & rectissime omnia moderatur & regit, ea suauiter & fortiter disponendo, &c. Hic vocat *honestatem, diuitias,* vt legunt Complut. & Drusius, ἢ πλοῦτος & diuitiæ à verbo Græco πλουτέω, id est, ditor, diues euado, diues sum. & πλοῦτος significat Plutonem, sic dictum à diuitiis, eo quod opes omnes ab inferis, hoc est, ex intimis terræ visceribus eruantur. Sed vulgatus transtulit *honestatem,* vt abundantiorem significationem tribueret, q. d. eas diuitias pendere à Deo, quæ homines honestos faciunt, *à Deo sunt* vel *à Domino proficiscuntur.* παρὰ κυρίῳ *apud ipsum sunt*, id est; apud Deum, quod idem sonat. Hic versus & duos sequentes in Aldo & Basiliensibus desiderantur.

Illustratio prima.

Bona & mala, &c. Hæc sententia monet nos, vt consideremus quanta sit imbecillitas hominum etiam in rebus corporalibus, in quibus nihil sine prouidentia Dei vnquam euenit. Quid in rebus spiritualibus? Quanta temeritas est hominis aliquid viribus suis tribuentis? Sed Deum rerum spiritualium ac cælestium auctorem esse declarat sententia hæc, & quæ subsequitur.

95. *Docetur quanta si[t] imbecilli[tas] hominum [in] rebus cor[po]ralibus.*

sequitur. Certum est igitur per *bona* intelligi omnia prospera, qualia sunt bona temporalia & spiritualia, & quæ Deus habet reposita timētibus & diligentibus se. Per *mala* omnia aduersa, id est, inopiam, egestatem, afflictionem, tribulationem, & alia similia, quæ vocantur mala pœnæ, nam mala culpæ nullo modo vt auctori Deo tribuuntur, sed tantum permissiue. Per *vitam*, intelliguntur vita corporalis, & vita spiritualis animæ, & tandem æterna vita. Per *mortem*, mors corporalis, non spiritualis animę, nisi permissiuè. *Paupertas* est egestas, quę ad corpus pertinet. & *honestas*, non solum honor humanus, sed & diuitiæ & opulentia, quæ hominem honestum reddunt. Quæ omnia à Deo procedere affirmat Ecclesiasticus. Sic explicat Rabanus: *Intelligimus bona pro prosperis, & mala pro aduersis posita: similiter vitam, salutem & mortem interitum carnis significasse. Non enim Deus alia fecit nisi bona, sed tamen iusto iudicio suo peccantibus prouenire permittit aduersa*, &c.

Per mala intelliguntur omnia aduersa.

Præcipuum testimonium ad hanc veritatem illustrandam est Job 2. vers. 10. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus?* Argumentatur Iob quasi à minori. Bona absque nostris meritis accipimus, Deo munifice & liberaliter donante; ergo illo iustè nobiscum agente, & iusta nostris meritis supplicia rependente, respuere, aut repugnare fas non fuerit: imò verò si ille erga nos gratuitus & liberalis numquam extitisset, sed nunc tantum iustus vindex, ferre deberemus; cum bona aliquando donauerit, grati animi memoriam etiam in mediis malis abiicere nequaquam debemus. Quare dixit D. Bernard. serm. de Cant. Ezech. *Quamobrem ego, vt didici, benedicam Dominum in omni tempore, hoc est, mane & vespere; non sicut ille, qui confitebitur tibi cum benefeceris ei: non sicut illi qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, sed dicam cum sanctis: si bona suscepimus de manu Dei*, &c. Hinc est quod dicat Ecclesiastes 7. v. 19. *Qui timet Deum nihil negligit*. Syriaca: *sequitur omnia*. Vbi D. Hieron. *Qui timet Deum, nec prosperis eleuatur, nec opprimitur aduersis*. Quod confirmat. D. Ambros. tom. 3. super id Psal. 1. v. 2. *In lege eius meditabitur die ac nocte: Meditatur* (inquit) *in tenebris & die, id est, in aduersis positus, & in prosperis. Qui diligit, in omni statu suo debet seruare diuturnæ charitatis affectum.* Et probat exemplo patrum, qui castigant filios, & concludit: *Hæc igitur prima virtus, vt non frangaris aduersis, non extollaris secundis.* Hinc sumitur ingens diuinæ vbertatis amplificatio ex mortalium ingratitudine. *Malorum* (inquit D. Gregor. sup. Iob. 22. v. 18.) *domos, Dominus implet, quia etiā ingratis sua dona non denegat, vt aut bonitatem conditoris erubescant, & ad bonitatem redeant, aut redire omnimodo contemnentes, inde illic grauius puniantur*, &c. Sic Seneca lib. 7. de benef. c. 31. *Dij omnium rerum optimi auctores, qui beneficia ignorantibus dare incipiunt ingratis perseuerant*, &c.

Iob. 2. v. 10. *Bona, & mala pœnæ à Deo suscipiuntur.* D. Bernard. *Benedicendus Deus in omni tempore.* Eccles. 7. v. 19. D. Hieron. *Timens Deum nec prosperis eleuatur, nec opprimitur aduersis.* D. Ambros. D. Gregor. Seneca.

96 In huius sententiæ illucidationem considerandum est, in Deo opt. max. duplex attributum inueniri, scilicet diuinam iustitiam, & diuinam misericordiam, quæ nostro modo considerandi assistunt Deo, & ipsum comitantur, vt causas hominum dicant. Et licet inæquali solio regnent, & iudicent; sed cum Deus media sua misericordia impertit bona hominibus, naturalis eius procliuitas causa est, vt dona, vitam, & honestatem liberaliter donet: at quia Deus non tam procliuis est ad puniendum, quam ad miserandum, cum iustitiam exercet quasi inuitus in homines animaduerterit, & cum seuere vindicat, quasi dolens, seu vt dicitur Gen. 6. v. 6. *tactus dolore cordis intrinsecus* dolet peccatores, & adhuc cum punit misericordiam exercet. Sic Nazian. Orat. 2. ad Pascha. *Ita* (ait) *pœna ipsa in misericordiam recedit; sic enim Deum supplicia inferre existimo.* & suspicari possumus quod sicut à sua diuina misericordia bona, & vita, honestasque procedunt: sic à sua iustitia mala, & mors, paupertasque proficiscuntur. Vnde colligimus omnia hæc ab ipso Deo procedere, mala pœnæ vt à iustitiæ amatore, qui cupit peccatorē saluare, vt dixit D. Ambros. in Psal. 1. *Conuertere enim Deus cupiens peccatorem, punit eum, & vrit, vt purget.* Bona autem procedunt à Deo vt ab auctore bonorum omnium. Quare siue bona, siue mala suscipiamus, gratias ipsi vt omnium auctori referre debemus: si enim *bona suscepimus de manu Domini, mala* autem *quare non suscipiamus.*

In Deo Iustitia & misericordia inueniuntur. *Cum Deus iustitiam exercet quasi inuitus & dolens dicitur.* Gen. 6. v. 6. D. Nazianz. *Mala pœnæ vt à iustitiæ amatore à Deo procedunt.* D. Ambros.

Mala, iam diximus significare tribulationes & afflictiones mortem & his similia, quæ solet Deus immittere, vel iustis, vel peccatoribus: his vt corrigantur, illis vt probentur & disponantur ad æternam beatitudinem consequendam. Christus Dominus iustorum exemplar nos docuit, quanta patientia & gaudio nos debere de manu Domini mala pœnæ suscipere, quia ex Dei manibus nihil iniucundum & inutile potest procedere, sed licet mala pœnæ sint, in ipsis depositam offert iucunditatem gratiæ & gloriæ suæ. Tribulatio enim & afflictio reconditam habent lætitiam & gaudium, quod præparat Deus diligentibus se. Jdeò cum Petrus exemit gladium, vt præberet se Christi præceptoris acerrimum defensorem, & volens illum redimere ab iniuriis imminētibus, percussit seruum Pontificis, & cum Christus animaduerteret Petrum velle illum à morte & iniuriis liberare, respondit ipse, Ioan. 18. v. 11. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* q.d. aduerte calicem istum iniuriarum & mortis à Patre mihi propinari, & cum de eius manibus nihil terrum & horridum procedere possit, non mirum si calicem de manu eius propinatum animose bibam. Omnia pericula subire, & difficultates sorbere, & haurire animo audebo, quia omnia de manu eius procedere non ignoro. Amarus est calix, at propinat illum Dei obedientia, bibamus illum vsque ad amaras fœces: dat illum manus Patris, Pater est filiorum amans; quæ potiones filiis necessariæ sint, nouit. Pater amans filium dat calicem, Filius amans Patrem, bibam calicem, dicens: *calicem*, &c. Hinc est quod cum Christus cognosceret dulcissimum esse calicem à Deo propinatum, quæ dulcedo haud dubium procedebat à labiis suis, quibus illum dulcem reddidit, illum solum propinat discipulis, cum dixit Matth. 20. v. 22. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Meum* vocat, vt illorum, qui mollem animum habebant, illum erigeret, & cunctantes ac timidos excitaret, & sua confirmatione roboraret.

Mala significant tribulationes. *Tribulatio repositum habet lætitiam quam præparat Deus diligentibus se.* Ioan. 18. v. 11. *Quæ de manu Dei procedunt habent in se iucunditatem.* *Calix Passionis dulcis fuit Christo Domino.* Matt. 20. v. 22.

97 Ergo cum Calicem Christus libenter degustasset, & tali potione oblectatus esset, omnes inuitando propinat, dicens: Cant. 5. v. 1. *Bibite & inebriamini charissimi*, amicos & charissimos vocat eos, qui tribulationibus præmuntur, & cum illis propinat calicem suum vt bibant, amoris sui participes facit: nam signum amoris est calicem propinare, vt dicitur 2. Reg. 12. v. 3. cum agitur de Bersabee, quam Dauid violauerat? *& de calice illius* (mariti) *bibebat*, id est, sedebat ad mensam coniugis, & de calice, vbi vinum Vrias bibebat, ipsa bibebat: quod denotabat coniugalem dilectionem, cum ferè semper maritus vinum vel aquam coniugi propinet. Hoc signum amicitiæ significauit Christus, cum antequam ad cælum migrasset, charissimis discipulis dixit. Luc. 22. v. 28. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis regnum, sicut disposuit mihi Pater, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* pende id *permansistis in tentationibus.* Illos vocauit amicos & charissimos, quia similes sibi essent in perferendis ærumnis & tentationibus: & nihil aliud fœlicius polliceri poterat ad hanc vitam, quam calicem, quem ipsemet biberat. Et sicut sponsus propinat sponsæ potionē suam in signum magnæ dilectionis: sic Christus sponsus animarum fidelium, quas amicas & charissimas vocitat, eis propinat calicem tribulationum & ærumnarū ad bibendum in signum magnę dilectionis. Et amici & charissimi, qui hæc mysteria penetrare, & hoc amoris signum magni æstimare sciunt, calicem libenti animo bibunt, & amore inebriantur, cognoscentes omnia, quæ de Dei manu procedunt, magni ducenda & libenter accipienda: quia *Mala & bona, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.*

Cant. 5. v. 1. *Vocat Dominus amicos eos, qui tribulationibus præmuntur.* 2. Reg. 12. v. 3. *Cum maritus coniugi propinat calicem ostendit dilectionē coniugalem.* Luc. 22. v. 28. *Christus sponsus animarum calicem suum ipsis propinat.*

Cum hac consideratione alliciebat Paulus animū suum, vt delectaretur in tribulationibus & ęrumnis. 2. Cor. 7. v. 4. aiebat: *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* quod licet aliter explicetur, at optime intelligi potest de lætitia & gaudio, quod secum afferunt tribulationes iis, qui assequuntur cognitionē earum; in exteriori tetræ sunt & horridæ, sed in intimis visceribus recondunt gaudium & lætitiam, quæ iustos delectant. Vinum suauissimum sunt, quo diligētes Deum inebriantur: nam hoc vino tribulationū, & ærumnarum primum Christus inebriatus est, & postea iustis illud propinauit, cum ait: *Bibite & ebriamini charissimi.* Et sicut vinum veterrimum & suauissimum sumentes inebriare solet, & simul lætificare: nam *exultatio animæ & cordis vinū moderate potatum: vinum enim in iucunditatem creatum est*, attestante Ecclesiastico c. 30. v. 35. 36. & Dauid Psal. 103. v. 15. *vinum lætificat cor hominis.* sic vinum tribulationum & ærumnarum à Domino propinatum, hos ipsos præstat effectus in iis, qui bibunt illud: non solùm inebriat, sed ita lætificat, vt audeat Paulus affirmare: *In omni tribulatione gaudio superabundare.* verbum *superabundare.* Indicat, Paulum penetrasse reconditā huius vini virtutem à Christi propinantis manibus cōmunicatam; inuenit enim eam suauitatem & dulcedinē, quam Deus confert cum illud diligentibus se propinat: quare verum est quod Sirach dixit: *Mala* pœnæ à Deo prouenire, vide Amos 3. v. 6.

Quare Paulus delectabatur in tribulationibus. 2. Cor. 7. v. 4. *Tribulationes vinum sunt quo iusti inebriantur.* Cant. 5. v. 1. Eccles. 30. v. 35. Psal. 103. v. 15. *Vinum exultatio animæ & corporis.*

Illustratio secunda.

98 **B**Ona à Deo sunt. Cum nihil certius affirmetur in sacris & in prophanis litteris, Deum auctorem esse bonorū, ideò non multum in probatione immorandum. Deus, quia solus bonus, est, omnium bonorum fons atque origo debet nominari. *nemo bonus nisi vnus Deus*, dixit auctor veritatis Marc. 10. vers. 18. Luc. 18. v. 18. Matt. 19. v. 16. Ergo si nullus alius præter Deum sit perfectè & essentialiter bonus, solus Deus erit fons & origo bonorum. Sic explicuit hunc locum D. Ambros. tom. 3. in epist. 1. ad Timot. c. 1. *Nemo tamen nisi vnus Deus bonus est, quia ipse fons bonitatis est, ex quo cæteri potantur vt boni sint*, &c. Confirmat D. Joan. Damasc. lib. 1. Orthodoxæ fidei c. 1. dicens: *Nam cum Deus bonitate præstet, boni profectò omnis suppeditator est.* Vocat *suppeditatorem*, id est, auctorem omnium bonorum, quæ hominibus cōferuntur. Rursus Ioan. 3. vers. 27. cum discipuli Ioannis animaduertissent. Christum baptizare, dixerunt ei: *Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.* Respondit Ioannes, & dixit: *Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cælo.* vbi D. Cyrillus: *Nihil* (inquit) *in hominibus bonum est, quod à Deo non datum sit. Quid enim habet creatura, quod nō acceperit*, &c. id est, omnia bona, quæ accipiunt homines à Deo procedunt, qui cum solus sit perfectè bonus, inde est, quod sit fons & origo bonorum omnium. D. Ambros. tom. 1. lib. de Isaac & anima c. 7. explicans id Cant. 5. v. 16. *Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis.* Quod ipse vertit. *Fauces eius dulcedinis, & totus desiderium. Omnium enim,* (inquit) *bonorum auctor est Deus, & quæ sunt eius profectò omnia bona sunt, & nusquam illic malum: & si in illo mens nostra maneat, malum nescit.* & tom. 2. Luc. 12. ait: *Etenim naturæ pignora Domini beneficia sunt. Nec quisquam debet plus amare beneficiū, quod accipit, quam Deum, à quo beneficiū seruatur acceptum.* & lib. 1. de Iac. & vita beata, c. 6. *Nihil enim excepit, qui omnium concessit auctorem.*

Deus auctor & fons omnium bonorum. Marc. 10. v. 18. Luc. 18. v. 18. Matt. 19. v. 16. D. Ambros. D. Ioan. Damasc. *Omnium bonorum Deus suppeditator est.* Ioan. 3. v. 27. D. Cyrillus. D. Ambros. Cant. 5. v. 16. *Naturæ pignora Dei beneficia sunt.*

Et quia auctor bonorum est, inde est quod ipse Ambros. lib. 12. de Abrah. c. 10. dicat. *Nonne incrementa bonorum accidentium, cum animæ corporisque remuneratione promittit?* Theodor. in quæst. Deuteron, Deut. 29. *Bonorum enim auctor est Deus, malorum autem minime.* D. August. tom. 1. lib. 1. retract. c. 9. *Diximus quippe* (ait) *in secundo libro, non solùm magna, sed etiam minima bona non esse posse, nisi ab illo à quo sunt omnia bona, hoc est, Deo.* & tom. 5. lib. 22. de ciuit. c. 24. *De bonitatis eius quodam veluti fonte manare*, &c. & tom. 3. lib. ad Marcellin. c. 29. *Nemo itaque glorietur ex eo quod videtur habere tamquam non acceperit*, &c. D. Bernard. serm. 1. de altitudine cordis; *& tu ergo non magnopere cogites quæ tibi videris habere, nisi forte interdū, vt gratias agere possis, & teneberis debitorem ei, qui dedit*, id est, auctori bonorum omnium. S. Marcus eremita *omne bonum* (inquit) *proficiscitur à Deo pro nutu dispensante*, &c.

D. Ambros. Theodoret. *Deus non auctor malorum.* D. August. D. Bernard. D. Marcus. *Omne bonum proficiscitur à Deo pro nutu dispensante.*

99 Eleganter Philo carpathiorum episc. interpretans id cant. Cant. 5. v. 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.* Vbi vocat suum hortum, & fructus suos, scilicet sponsi? *Vocatur*, ait, *sponsus à sponsa ad suos fructus edendos, vt ostendant, nihil inter se habere disiunctum*, &c. *vtque illud nos salutariter admoneat, omnia bona nostra ex ipsius gratia prouenire, nihilque boni sponsæ inesse quod non ab ipsius sponsi largissimo bonorum omnium fonte emanârit. Quod ipse per se testatur, cum ait: sine me nihil potestis facere, & illud Iacobi: omne datum optimum & omne donum perfectum superne est, descendens à Patre luminum. Vt igitur intelligant superbi, ac reliqui, nihil se habere boni, quin illud à benignissimo rerum omnium largitore sponso Christo Iesu acceperint, rectè ad sua bona edenda nunc inuitatur ab humili sponsa ac grata, quam vicissim & sponsus munificentissime reinuitat, vt memorem ac charam.* Confirmat Philo Judæus, lib. de Opificio: *Omnipotēs Deus bonorum omnium pelagus inexhaustum ex omni æter-*

Philo. *Omnia bona à Deo procedunt.* Ioan. 15. Iac. 1. v. 17. Philo Iud.

æternitate se ipso contentus ac beatus, voluit in tempore condito orbe rerum, & suæ diuinitatis thesauros ostendere, & creaturis se ipsum communicare. Vide Nazian. orat. in Nat. Dom.

Iac. 1. v. 17.

Secundo, Potest hæc veritas probari ex eo Iac. 1. v. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* Recte aduersus nos munificētia commendatur ex eo, quod nullum genus doni nobis obueniat, quod ab eo beneficentiæ peremni fonte non emanet. Dixit Tertul. in Apolog. *Hoc ab alio orare non possum, quam à quo sciam me consecuturū, quoniam ipse qui solus præstat.* Vnde sensus est, nihil esse bonum & perfectū, quod non sit Dei donum cælitus in nos deriuatum. Ipse enim vt Pater luminū auctor est, & fons omnium bonorum, quæ cælitus hominibus communicātur. Hinc est quod grati beneficiorum Dei, adducentes ipsa beneficia in memoriam, disponātur ad alia bona consequenda. Sic Isaias excitaturus diuinam misericordiam, texit, repetitque diuinorum beneficiorum catalogum, c. 63. v. 7. *Miserationum* (inquit) *Domini recordabor laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis, secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinē misericordiarum suarum.* Post longam tandem enumerationem, quasi Deo iam reddito mitiori, subiicit: *Vbi est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se?* q. d. cum ex tuo charitatis misericordiæ infinito pelago præclara semper ad nos beneficia redundarint, nunc pręter consuetudinem, præterque naturam videris, tantam misericordiæ vim vltro fluentem ad mortalium vitam tuendam, resque humanas promouēdas erga tuum populū continuisse, atque pristinum illum cursum diuertisse, atque mutasse? Vide 2. Reg. 7. v. 27. & ibi Pinedam nostrum Iob. 10. v. 8.

Nullum genus doni nobis obuenit quod à Deo non emanet.
Tertul.
Qui gratus est beneficiorum Dei disponitur ad alia consequenda.
Isai 63. v. 7.

Tertiò, Tandē cum oculos intenderet Sponsa in dilectissimi spōsi manus, eas commendans, ait: Cant. 5. v. 14. *Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis*, q. d. Manus eius vere aureæ sunt, & quasi torno perfectæ, aut propter natiuam pulchritudinem, aut propter auros annulos, qui circulares sunt, & quales opere tornario fiunt. Notum est manus pro operibus sumi, quia operum manus administræ sunt dicūtur verò tornatiles, quia quæ torno elaborātur sunt perfecta. quam autem perfecta sint opera, quæ diuinæ manus molitæ sunt, & scriptura clamat, & sensus etiam ipsi non difficile capiunt. Dicuntur autē aureæ, & hyacinthis plenæ, quia magna donant, & quæ ex talibus manibus ad nos perueniunt, aurea sunt, & ab omni concreatione terrena purgata. Hiacinthi verò diuinas inplent manus, quia cælestium rerum, quas hyacinthus significat, spem nobis ostendir.

Cant. 5. v. 14.
Quare manus sponsi aureæ sunt & tornatiles.

Illustratio tertia.

100. **V**ita & mors, *Paupertas & honestas à Deo sunt* siue vita sumatur pro vita naturali, siue pro spirituali, siue vero pro æterna, certum est à Deo procedere. Probatur ex hominis creatione; nam cum de terra illum Deus *formauerit, inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*, Genes. 7. v. 7. Hebraismus, profectus est animal viuens, cœpit se mouere, sentire, & vitæ opera exercere, vt solent animātia. Ideò dixit Iob. c. 7. v. 7. *Memento quia ventus est vita mea.*

Vita naturalis & spiritualis & æterna à Deo est.
Gen. 2. v. 7.
Iob. 7. v. 7.

Vitæ & mortis auctorem sic precatur (explicat Pineda) cum tam breuis sit, ô Deus potētissime, mortalium vita, quorsum mihi tam graui adiicit supplicia, quin his meis diebus paucis & malis non nihil indulges? Quod si ad ferendam opem non festines, periero prorsus, neque Iobus erit, cui benefacias. Vocauit vitam, *ventum* LXX. *Spiritus est vitæ meæ*, quod Græci pro respiratione & spiritu, quem ducimus accipiunt, non solùm quod vita nostra respiratione indigeat, sed quod flatu & respiratione videatur humana vita in prima sua origine cōstitisse: nam afflatus est spiritus in naribus hominis: *& sufflauit Deus in faciem hominis* inquit D. Ambros. tom. 1. in Genes.) *ibi enim sensus omnis, ibi sedes atque illecebra delectationis in oculis, auribus, naribus, atque in ore, vt sensus nostros aduersus delectationem fortiores faceret.* & c. 34. v. 13. ait Iob, *spiritum illius & flatum ad se trahet.* id est, facile est Deo spiritum, vitamque vniuersorum viuentium, quam ex ipso qui vitæ fons est, impertiuit, rursum ad se reuocare & colligere: sic expirabunt vniuersa. Vbi obseruandum, Deum sicut humano modo solet representari ad alias diuinas proprietates significandas: ita etiam nunc respirantem, & inspirantem, ac ducentem, reducentēque spiritum, quo significetur esse primum viuens, & vita ipsa, vitæ quæ omnium viuentium auctor & principium. Cum enim nullum habeamus externum vitæ signum manifestius respiratione, hac vitam ipsam & repræsentamus & significamus. Vide Galenum de vtilit. respir. c. 1. & lege nostrum Pinedam ad c. 7. Iob. vers. 7.

Pineda.
Vitam vocauit Iob ventum.
D. Ambros.
Iob. 34. v. 13.
Deus fons vitæ.
Deus primum viuens & vita, vitæque omnium viuentium auctor.

Secundo, Probatur Deum esse auctorē vitæ ex eo, Act. 17. v. 28. *In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus*, Tò *in* significat idem quod per, id est, per ipsum viuimus, &c. Quia tu auctor vitæ nostræ, est ab ipso solo procedit vita, quia agnoscimus non solùm beneficium creationis, sed etiam cōseruationis; & tamdiu vitę vsura fruimur, quamdiu Dei auctoris & conseruatoris voluntas est. Ex qua sententia probatur, quibus viis, rationibusque perueniatur ad cognitionem veri Dei. Consule D. August. lib. 5. de ciuit. Dei, c. 6. lege Tertul. ex Apoc. c. 17. *Licet anima carcere corporis pressa: licet institutionibus prauis circumsepta: licet libidinibus & cōcupiscentiis euigorata; cum tamen resipiscit, & sanitatem suam patitur, & Deum nominant solum, quia proprie verus hic vnus Deus & bonus & magnus: & quod Deus dederit omnim vox est. Iudicem quoque contestatur illum, Deus videt, & Deo comedo, & Deus mihi reddit. O testimonium animæ naturaliter Christianæ! Denique pronuntians hæc non ad Capitolium sed ad cælum respicit.*

101.
Act. 17. v. 28.
A Deo solo procedit vita.
D. August.
Tertul.

Et mors. Mors etiam pendet à Deo, quam licet ipse non fecerit, vt dicemus, attamen in sua voluntate est priuare hominem vita cum ipsi placeat. Ideò dixit Paulus Hebr. 9. v. 27. *statutum est hominibus semel mori*, id est, hęc est cōmunis lex naturæ, vt omnes homines morte subiacent. *Statutum est*, id est, fixo, immobili, & indispensabili decreto Dei. Nam vt ait noster Ecclesiasticus c. 14. v. 12. *Testamentum huius mundi est: morte morietur.* firma, enim lex est dixit Ecclesiastes c. 9. v. 4. *Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam.* experientia docet vitam esse breuem, & certam mortem, ita vt nemo tanta laboret insania, vt fiduciam habeat semper victurum. Nam *quæ latebra est* (dixit Seneca ep. 82.) *in quam non intret metus mortis? quæ tam munita & in altum subducta vitæ quies, quam non dolor territet?* Et sicut

Mors pendet à Deo licet ipsam non fecerit.
Heb. 9. 27.
Eccles. 14. v. 12.
Eccles. 9. v. 4.
Vita breuis est, & mors certa.

sicut dictum est Isai. 36. v. 5. *Quæ est ita fiducia qua confidis? Ecce confidis super baculum arundineum, cui si innixus fuerit homo*, &c. Dicet igitur Ecclesiast. cui inniteris homo de tua vita male securus? super baculum arundineum, super fragili & caducum corpus, super folium, quod vento rapitur, super stipulam siccam, super euanescentem ætatis flosculum, quem vna dies aperit, auferet vna dies? an tu confidis, cum mortalium nemo fiduciam habuerit? Itaque mors certa est, & à Deo pendet eius dispositio, & nullo modo hanc mortalitatem effugere possumus; sic D. Gregor. in Psal. 37. Pœnitent. *Mortalitas & passibilitas sunt sagittæ, quæ nimirum nobis infixæ sunt; quia quamdiu in præsenti sæculo viuimus, ab eis liberari aliqua ratione nequimus.*

Isai. 36. v. 5.
A Deo pendet mortis dispositio.
D Gregor.

102. Dices, Deus mortis causa non est, quia ipse illam non fecit: dicitur enim Sap. 1. v. 13. 16. *Quoniā Deus mortē non fecit, nec lætatur in perditione viuorū. Impij autem manibus & verbis accersierunt illam*, &c. Ergo si Deus mortem non fecit, non procedet mors ab eo? Respondet D. August. tom. 3. lib. de sent. decerptis à Prospero. Aquit. nu. 103. *Iustum Dei iudicium est, vt peccato suo quisque pereat, cum peccatū Deus non faciat, sicut mortē non fecit; & tamen quem morte dignū sensit occidit. Vnde legitur, Mors & vita à Deo est. Quæ duo inter se non esse contraria profecto videt quisquis ab operibus diuinis iudicia diuina decernit: quia aliud est creando non instituisse mortalem, aliud iudicando plectere peccatorem.* S. Thom. 1. part. quæst. 49. art. 2. rogat vtrum summum bonum, qui est Deus, sit causa mali in corpore? respondet: *Quod dicitur Sap. 1. Quod Deus mortem non fecit, intellige quasi per se intentam; ad ordinem autem vniuersi pertinet ordo iustitiæ, qui requiritur vt peccatoribus pœna, non autem mali, quod est culpa.* Quibus explicat S. Doctor mortem siue ea legibus communibus naturæ, vt ex primo peccato infectæ, & morti obnoxiæ, siue ex peculiari respectu iustitiæ propter admissum scelus inferatur, non habere Deum pro causa primo & per se, sed ex consequenti, & quasi per accidens: nam malum vt malum est, non habet per se causam, sed bonum est causa per accidens illius. Sed melius respondet S. Doctor 2. 2. qu. 19. art. 1. *Malum culpæ non esse à Deo sicut ab auctore sed à nobis ipsis in quantum ab eo recedimus: malum autem pœnæ esse quidem à Deo auctore in quantum habet rationem boni, prout scilicet est iustum, in quantum iuste nobis pœnæ infligitur: licet hoc primordialiter ex merito nostri peccati contingat, secundum hunc modum scribit, dici Sap. 1. Deus mortem non fecit, sed impij manibus, & verbis accersierunt illam.* Tandem D. August. tom. 7. de prædest. Dei c. 4. explicat ad intentum id Isai. 43. *quia ego Dominus faciens pacem*, &c. & c. 5. Opponens huic sententiæ Sapientiæ 1. nostram Ecclesiastici sententiam, vbi agit de triplici morte & triplici vita, concludit dicens: *vitam omnem à Deo esse, atque mortem, vt est vltio peccati; mortem vero animæ, quæ est peccatum, & mortium cæterarum principium & causa numquam à Deo esse factam. Denique etiam triplici morte animæ per amissionem gratiæ, corporis per amissionem animæ, & de morte nouissima per amissionem gloriæ.* Vide eumdē August. lib. 13. de ciuit. c. 12. Sic respondet D. Bern. quod si Eccles. 11. dicitur *mors & vita à Deo*, eam esse à Deo iudice, vt pœna & effectus iustitiæ est, induens rationem boni. Itaque licet illam primam mortem, quam introduxit peccatū, Deus non fecit, nec lætatur in perditione hominum; sed quam

Sap. 1. v. 13. 16.
Quare mors pendet à Deo, cum ipse illam non fecerit?
D. August.
S. Thom.
Vtrum summum bonum quod est Deus sit causa mali in corpore.
Malum culpæ non est à Deo vt auctore, sed malum pœnæ in quantum habet rationem boni.
D. August. Isai. 43.
Mors vt vltio peccati à Deo procedere.
D. Bernar.

nunc homines patiuntur, vt est malum pœnæ, à Deo tamquam auctore procedit, ex quo omnia alia mala pœnæ procedunt. & per fixam legem & statutum, omnes mortales mortis subiiciuntur. Sic ille alius Poëta affirmauit.

Serius aut citius sedem properamus ad vnam. Ouidius.
Tendimus huc omnes, hæc est domus vltima.

Quod mors à Deo inflicta sit desiderabilis, vide nostrum Pinedam, qui affert exemplum Eliæ fugientis Iezabelem, aqua, mortem accipere nolebat, & postulat à Deo vt ipse sibi inferat mortem; & exemplum Dauidis, qui nolebat à Saule interfici, sed à Ionatha amico suo, super c. 2. Iob. v. 10. n. 5. & vide ipsum ad id Iob. 13. v. 15. *etiamsi occiderit me*, &c.

Mors à Deo inflicta desiderabilis.
Pineda.
3 Reg. 19. v. 4
1. Reg. 20. v. 8.
Iob. 13. v. 15

Vide D. Ambros. tom. 1. lib. de bono mortis, vbi inter alia cap. 2. vocat mortem naturalē mediam inter mortem peccati & mortē misticam: ait igitur: *Tertia mors media est, nam & bona iustis videtur, & plerisque metuenda, quæ cum absoluat omnes, paucos delectat. Sed non hoc mortis est vitium, sed nostræ infirmitatis, qui voluptate corporis, & delectatione vitæ istius capimur, & cursum hunc cōsummare trepidamus, in qua plus amaritudinis quā voluptatis est*, &c. & c. 3. explicat id Psal. 115. *dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* De morte. *Vincula autem* (inquit) *vitæ huius, id est. coniunctionis nostræ, quæ ex anima constat & corpore, significari docet superior versus psalmi huius pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.* Vbi aperte docet, Deum immittere mortem vt auctorē mortis, quia si Dominus dirupit vincula, animam separat à corpore, dissoluendo vincula, quibus colligantur, & quia mors de manu Domini magni ducenda, ideò propheta addit: *Tibi sacrificabo*, &c. id est, gratias referam tibi ob hoc mortis beneficiū, quod libenter accipio: quia de tuis manibus nihil non iucundum & gratum procedit, quod æstimari non debeat, &c. & c. 4. inquit: *Passus est igitur Dominus subintrare mortem, vt culpa cessaret. Sed ne iterum naturæ finis esset in morte, data est resurrectio mortuorum, vt per mortem culpa deficeret; per resurrectionē autem perpetuaretur natura.* Vide nostrum Mendoca ad id 1. Reg. 2. *Dominus mortificat & viuificat*, &c. & de morte iustorum & bono mortis lege D. Ambros. loco citaro de bono mortis cap. 3. & vide quæ diximus ad id Pauli Philip. 1. v. 21. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum*, cap. 2. num. 5. & 31. & cap. 4. nu. 53.

103.
D. Ambros.
Mors naturalis media inter mortem peccati & mortem mysticam.
Ps 115. v. 17
Deus immittit mortem vt auctor mortis.
Passus est Dominus mortem subintrare vt culpa cessaret.
Mendoca.
D. Ambros.

Illustratio quarta.

P*aupertas & honestas à Deo sunt.* Hic *honestas diuitiæ* sunt, vt Complut. legunt, vt opponatur paupertati: nam sicut paupertas à Deo prouenit, sic & diuitiæ, quæ hominem reddunt honestum, Paupertas duplex est, & coacta, & volūtaria, hic non agitur de secunda, quæ semper bona est, & apud Deum gratissima; sed de prima, quā sustinēt homines vel coacte vel spōtaneæ. Hanc igitur certū est à Deo prouenire, quatenus vult hominem pauperem esse propter causas, quæ nobis occultantur. Scit Deus, homini interdum conuenire pauperē esse, quia si diuitiis abundaret forte amitteret regnum cælorū. Tunc enim cum Deus immittit paupertatem, disponit hominem ad consequendum bonum gloriæ. Quia paupertas libenter suscepta, vt patientiam operetur, conferre soler illa septem bona, quæ D. Thom. super Isaiam 48. in fine enumerat, scilicet peccatorum recognitionem, virtutum conser- 104.

Paupertas & honestas, id est, diuitiæ à Deo sunt.
Cum Deus immittit paupertatem homini disponit illum ad consequendum bonum gloriæ.
D. Thom.

conseruationem, cordis quietem, desiderij impletionem, spiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & cælestem hæreditatem. Quæ omnia bona licet plenius & vberius paupertas voluntaria & spiritualis conferat, sed illa, quæ licet coacta, patienter toleratur, eosdem effectus præstat, si qui illa laborat, ea bene vtitur ad illos consequendos Dei auxilio & mercede.

Paupertas sicut & diuitiæ à Deo proueniunt. Prou. 22. v. 2. Rodolphus.

Quod paupertas sicut & diuitiæ à Deo proueniant, probatur ex eo Prouerb. 22. v. 2. vbi dicitur: *Diues, & pauper obuiauerunt sibi, vtriusque operator est Dominus.* quem locum sic explicat Rodolphus: Finge (inquit) tibi duos, quorum alter ad sublime fastigium ascendit, alter ab illo actus in præceps ruit, hi sane sibi mutuo occurrunt: vtrique vero suæ fortunæ Deus auctor extitit: vt nam & diuitem auxilio suo ad verticē eleuat, & pauperem similiter deponit. sed quid inde? Sane inde fit diuitem non propterea extollendum iri, nec pauperem similiter deiici, aut despondere animum debere, quia vtraque fortuna à Deo est, ac propterea quemliber sua sorte contentum esse oportet, & vicissitudinem seu commutationem rerum aut timere, aut sperare. Pende id, *vtriusque operator est Dominus*, id est; vtriusque sortem Deus ideò facit, ne alter alteri inuideat, ne alter alterum despiciat. Sic D. Ambrosius in Nabuthe. c. 8. *Qui cognoscit quod & diuitem & pauperem fecit Dominus.* Ergo si fecit, paupertas sicut & opulentia procedit à Deo. Confirmat D. Aug. in lib. homil. hom. 13. aiens. *Quando ergo Deus pauperes facit, quia ipsum vult, vt ipsi habeant, quando inquam facit pauperes; probat diuites: sic enim scriptum est: Pauper & diues occurrerunt sibi: vbi sibi occurrerunt? In hac vita, natus est ille, natus est & iste, inuenerunt se, & occurrerunt sibi, & quis fecit illos ambos? Dominus diuitem quidem fecit, vnde pauperem adiuuaret, pauperem vnde diuitem probaret: pro viribus suis vnusquisque faciat.* Seneca epist. 80. agens de bono paupertatis: *Si vis scire* (inquit) *quam nihil in illa mali sit, compara inter se pauperum & diuitum vultus. Sapius pauper & fidelius ridet: nulla sollicitudo in alto est, etiamsi qua incidit cura, velut nubes leuis transit. Horum qui fœlices vocantur, hilaritas ficta est, aut grauis & supputata tristitia,* &c. Affert exemplum illius, qui equum emit, qui solui iubet stratum & detrahit vestimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant, &c. quod confirmat Macrob. 1. Satur. c. 11. *Neque equus generosus* (ait) *iudicetur, qui stratum & instructum splendidum habeat, sed qui natura sit talis; ita nec vir honestus, qui multas & æstimabiles opes habeat, sed qui animo sit præstans.*

Diuitis & pauperis operator est Dominus. D. Ambros.

D Augustt.

Diuitem fecit Deus vnde pauperem adiuuet, & pauperem vnde diuitem probet. Seneca.

Macrob.

105. Isai. 48. v. 10 *Excoquit Deus homines camino paupertatis.*

Secundo, Probatur ex eo Isai. 48. v. 10. *Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis.* q. d. excoquam quidem te, atque purgabo, non dura fornace, qualis est illa, quæ argentum liquefacit, & soluit, sed multo leuiori, camino videlicet paupertatis, cuius expiatoria facultas multo est mollior atque benignior, ex qua tandem eligam atque euocabo te. Hac allegoria exprimit Dominus quam leuiter atque benigne, aut multauerit rebellem populum, aut fordidum purgauerit; paupertate scilicet vnde constat paupertatem à Deo immitti, vt probet & exploret quos reperit dignos punitione. Ergo paupertatis Deus auctor est, sicut & diuitiarum. Sic confirmauit Anastas. Nicen. quæst. inscript. *Paupertas est autem rursus à Deo, qualem consulebat ei, qui tunc erat diues, dicens: si vis perfectus esse,* &c. & discipulis *rursus leges statuens: nolite possidere aurum,* &c.

Paupertas à Deo immittitur vt probet & exploret. Anast. Nicenus.

Et honestas à Deo, id est, diuitiæ, vel opulentia, vel fœlicitas humana à Deo proueniunt. vbi aduertendum diuitias ex se non esse malas, vt probauimus, num 172. licet homines illis interdum abutantur, & à Deo procedere; dixit Plutarch. lib. de Hom. *Et rursus de alio quodam*: Diuitias diuum genitor superaddidit amplas. nam diuitiæ quoque donum sunt Dei. Homer. ody. 150.

Honestas & fœlicitas humana à Deo proueniunt. Plutarch. *Diuitiæ donum sunt Dei.*

Distribuit generi humano quas Iupiter ipse.

Sic intelligunt Rodolphus, & Jansen. illud Prouerb. 23. v. 5. *Ne erigas oculos ad opes, quas non potes habere; quia facient sibi pennas quasi aquila, & volabunt in cælum.* q. d. diuitijs illis, quas semel Deus homini impendit, nequaquam fidendum est: fallaces enim sunt, & sæpe è manibus nostris elapsæ, ad ipsius Dei manus reuolant, vt illas Deus ex animi sententia alijs & alijs rursus eroget. Vel aliter, diuitias Deus pro sua in homines beneficentia & liberalitate distribuit: atque adeo si quis industria sua fretus ad illas contendat, fugaci sua natura in cælum euolant, vt sciamus illas à Deo impertrandas & exorandas esse. Quod diuitiæ donum Dei sint affirmat D. August. tom. 8. super Psal. 66, *Quisquis etiam ista terrena desiderat, non nisi ab illo desideret, qui est fons omnium bonorum, & creator, & recreator vniuersorum.* vide illum ibi, & tom. 10. contra Manich. serm. 4. tract. 1. explicat id ex Agg. 2. v. 9. *Meum est aurum, & meum est argentum.* cap. 3. ait: *Ita ergo aurum & argentum distribuit hominibus conditor rerum, & administrator Deus, vt ipsum per se natura & genere suo bonum sit,* & cap. 2. *Eam verissime Deus dicit suam, quam non solum condidit affluentissima bonitate, sed etiam prouidentissima moderatione dispensat,* &c. confirmat hoc Siluianus Massiliens. Episc. lib. 1. *Omnem*, inquit, *substantiam mundialem diuino possessoribus cunctis munere dari. nullus hominum, vt reor, ambigit, qui modo in hominum numerum referri potest: ni forte quis tantæ sit insipientiæ, vt cum humano generi mundus ipse à Deo datus sit, eaque in mundo sunt, non à Deo hominibus data arbitretur,* Anastasius Nicænus in quæst. in 58. *Diuitiæ enim aliis quidem dantur à Deo causa dispensationis, vt Abraham, Iob, & similibus.* Theodoret. lib. 9. de Prouid. agens de diuitibus, qui diuitias insumunt in vanitatibus, inquit: *Nec enim diuitias in hunc finem summus ille rerum administrator concessit hominibus, vt intemperantia has dilapident, & malitiæ irritamentum faciant: sed vt has rite dispensando, & ipsi rebus fruantur necessarijs, & egenis in illarum abundantia largientes, eas temperantiæ & iustitiæ materiam reddant.*

Prou 23. v. 5. *Diuitias Deus in homines pro sua beneficentia distribuit.* D. August. Aug. 2. v. 9. Siluianus Massil. *Substantia mundialis cunctis possessoribus diuino munere datur.* Anast. Nicenus. Theodor. *Diuitiæ sunt instar rotæ ante lucem.*

Tandem diuitiæ instar rotæ sunt qui primo mane terram madefacit de quo Albert. lib. 2. Meteor. ait aliquando de cælo descendere, vocatur enim manna à Deo dulcis vt mellis dulcedini comparetur. Quem rorem diuersimode sibi animalia quærunt. Nam oues ita auide sibi colligunt illum melleum rorem, vt fluxum ventris incurrant, qui mortē affert. Sed apes illū sic colligunt secundū mensuram, quod per illū bene viuant, & de residuo mellis fauos conficiant, vnde postea sibi, & hominū vsibus multū prosint. Ad intentum. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* Vt docuit Iacobus cap. 1. v. 17. Sed his donis ac datis aliqui, vt apes, bene vtuntur, seipsos, & alios

Albert. Iac. 1. v. 17.

& alios sustentantes, amore Dei eleemosynas elargientes pauperibus, vnde illam felicitatem assequuntur. Scilicet *Beatius est dare quam accipere.* Act. 20. v. 35. Alij verò his donis mellifluis abuntur, vt oues. Sunt enim diuites profusores diuitiarum, qui ita eas insumunt large profundentes, vt per excessum postea moriantur. Ideò dicitur Prou. 25. v. 16. *Mel inuenisti comede quod sufficit tibi non satiatus forte moriaris.*

Act. 20. v. 35. Prou. 25. v. 16

Quomodo homines debeant in humilitate conseruari.

Ex quibus omnibus constat veram esse sententiam Siracidis: *Bona & mala, vitam & mortem, paupertatem & honestatem*, id est, *diuitias* à Deo prouenire; cuius veritatis consideratio debet homines in humilitate conseruare, ne cum superbiæ fluctibus agitentur, facile in errorem dilabantur, intelligentes, non contingere diuinā prouidēria omnia, quæ eis eueniunt, siue vitam, siue morte, siue mala pœnæ, siue bona prosperitatis, siue paupertatem vel honestatem; sed diuinam prouidentiam omnia iuste moderantem venerentur, & pro omnibus gratias referant omnium harum commutationum auctori Deo, à quo omnia procedunt, vt sic diuinæ voluntati parentes, expectare possint diuinæ remuneratoris præmium, quod soler diligentibus se liberaliter elargiri.

VERS. XV.

Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum, dilectio & viæ bonorum apud ipsum.

Sensus.

106. *Deus fons veri paradisi.*

Sapientia, &c. q. d. Ne tibi persuadeas mala pœnæ & bona temporalia tantum à Deo proficisci, scito Deum auctorem esse cælestium & spiritualium rerum, scilicet Sapientiæ, quæ sumitur pro grandi & insigni eruditione; & disciplinæ, quæ est institutio vitæ à Spiritu sancto inspirata; & scientiæ vel notitiæ diuinæ legis; quæ omnia ad intellectum pertinent. Insuper ab eodem diuino auctore manat dilectio, non solùm quæ circa Deum, sed etiam quæ circa proximum versatur. Et tandem viæ & externæ operationes bonorum operum ab ipso Deo procedunt: nam absque ipsius ope & auxilio nihil boni homines operantur. Deus enim est fons atque origo à quo hominibus omnia bona proueniunt, &c.

Notæ.

Hanc & sequentem sententiam, LXX. omiserunt, sed habentur à Complutensibus, Tyguri na, & Drus. pro *scientia* apponunt *cognitio legis* quod idem est, cognitio nihil aliud est, quam notitia legis cum desiderio illam implendi. *Viæ bonorum* licet possit intelligi absolute, id est, iustorum, quia vias dirigunt ad Deum exoptantes ipsi placere, vt forte Palacius intelligit: viæ (inquit) bonorum sunt, declinare à malo, & facere bonum. sed quia in Originali additur *operum*, intelligendæ sunt, vt Drusius transtulit: *viæ bonarum actionum*, vel laudabilium actionum. Dei enim munus est & quod viuimus, & quod bene viuimus. Quod postremum Seneca philosophiæ attribuit dicens: *Deorum immortalium munus est, quod viuimus, philosophiæ, quod bene viuimus.* Errat sane, cum innumerabiles philosophi vitam minime laudabilem vixerint.

Palacius. Seneca.

Illustratio prima.

107. *Spiritualium rerum sicut & temporalium Deus auctor est.*

Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum. Non esset Deus omnipotens omnium rerum auctor & administrator, si temporalia solum, qualia sunt ea, quæ in superioribus versibus Ecclesiasticus proposuit, & non spiritualia ad eum pertinerent. Quare hanc addit sententiam in qua agit de iis, quæ vere spiritualia sunt, vt sapientia, & disciplina, & scientia legis, quorum omnium Deus auctor est. In his autem distinguit Iansenius quæ ad intellectum, & quæ ad voluntatem spectant: ad intellectum sapientia & disciplina, & scientia, vel cognitio legis. Ad voluntatem dilectio Dei & proximi, & ex dilectione viæ & æternæ operationes bonorū operum. Dixit *apud Deum* quia apud se manent, & ab ipso in homines deriuantur, tanquam riuuli ab vberrimo omnium rerum fonte: ipse enim est fons veri paradisi, à quo hæc quatuor flumina dimanant, quæ omnem terram rigant & fœcundant, id est, corda hominum, quæ his fluminibus fœcunda redduntur, ad vberrimos æternæ vitæ fructus producendos. Sapientiæ & disciplinæ, & scientiæ legis flumina intellectus hominum rigant, & fluuius bonarum actionum & operū feracem reddit terram voluntatis: quorum fluminum irrigatione & fœcūdatione tellus intellectus & voluntatis humanæ, tamquam vberrimus paradisus redditur, vt Deus ipse qui illum operatur tāquam verus Adam, possit in eo habitare, & fructus comedere. Et possit vnusquisque illū inuitare sicut inuitauit sponsa dilectū suum, Cant. 5. v. 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum.* Vocat hortum suum, id est, animū suum, quia Deus tamquam verus agricola illum, sicut paradisum plantauit, & irrigauit, & tāquam operatori omnia poma, id est, fructus bonarum actionum & operum iure debentur. Ergo examinari licet quę hęc flumina, quibus tellus humani intellectus & voluntatis fœcūdatur vt exploremus quos effectus præstet, cum aquæ eorū deriuantur in homines.

Iansenius.

Cant. 5. v. 1. *Animus humanus hortus Dei est.*

108. Eccl. 24. v. 35. *Christus assistens quasi Dominus fons paradisi.* Iansen.

Sapientia. Ecclesiasticus noster agens de Dauide c. 24. v. 35. ait: *Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum: qui adimplet quasi & fratres sensum. Qui mittit disciplinam sicut lucem, & sicut Gehon in die vindimiæ.* quem locum explicat Iansenius de Deo, quia quæ hic commemorātur non ad regem fortissimum Dauid, sed ad Christum Dominum referenda sunt. Primo dicit implere quasi Phisonem sapiētiam, hoc est, copiosā hominibus profundere sapientiam, quomodo Phison & Tygris copiosā de se diffundūt aquam. Cum ait hoc loco Sirach. Sapientiam apud Deum esse, non solùm intelligitur semper Deum comitari sapientiam, sed vt est in Complut. *ab ipso sunt* à Deo promanat, vt diffundatur ad homines. Jam probauimus initio huius operis cap. 1. vers. 1. *Omnem sapientiam à Domino Deo esse, & cum illo semper fuisse,* & ex illo promanasse in omnes creaturas, quod fere idem hoc loco repetit, sed adiicit affluenter communicatam hanc sapientiam esse hominibus. Et si ipse Deus est instar fontis paradisi cælestis, qui per quatuor capita vel fluuios effundit suam sapientiam in homines, & Angelos,

Eccles. 1. v. 1. *Omnis sapientia à Domino Deo est, & ex illo promanauit ad creaturas.*

los, per primum fluuium dat aquam ſuam affluenter, vt intellectus humanus & Angelicus irrigentur & fœcundentur, ad inſtar Phiſon; qui ſic dictus eſt à verbo Hebr. פוש *Phus*, quod ſignificat creſcere, diffundere, & abundare, augere. Vnde deriuatur Phiſon, quod eſt nomen magni fluminis paradiſi propter eius incrementum & abundantiam. Et D. Hieronym. lib. de Hebr. quæſt. dicit, quod Phiſon eſt fluuius, qui apud Latinos Ganges dicitur. Sic Lexicon Complut.
Phiſon idem quod Ganges. Vide eruditiſſimum D. Ioannem de Solorzano & Pereira qui ex Primariis olim Academiæ Salmanticenſis, poſteà Limenſis Prætorij in Peruana regno fuit noui orbis Senator: nunc verò in ſupremo Indiarum conſilio meritiſſimus conſiliarius, in diſput. de Indiarum iure, lib. 1. cap. 1. num. 34. vbi eruditiſſime diſcutit quæſtionem de Phiſonis fluuio.

Ergo ſi inſtar Phiſon communicat Deus optim. max. ſapientiam ſuam, affluenter & copioſè effundet aquam ſuam intellectibus humanis &
Iac. 1. v. 5. angelicis. Hoc eſt, quod dixit Iacob, c. 1. v. 5. *poſtulandam* ſapientiam *à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat*. Nam ſi Phiſon *circuit omnem terram Heuilath, vbi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt, & ibi inuenitur delium, & lapis Ony-*
Gen. 2. v. 11. 12. *chinus*. Gen. 2. v. 11. v. 12. Quos effectus præſtabit flumen, primum ſapientiæ, quod à Deo tanquam à cæleſtis paradiſi fonte promanat? *ego*
Eccleſ. 24. v. 40. *ſapientia effudi flumina*, Eccleſ. 24. v. 40. Ex hoc flumine ſapientiæ naſcitur aurum cognitionis
Ex flumine ſapientiæ Dei naſcitur aurum cognitionis. Dei, & lapides pretioſi, id eſt, cognitio diuinorum attributorum & virtutum, ita vt cum intellectus humanus aqua ſapientiæ irrigatur, locupletatur ex theſauro diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei; quo repletus erat Chriſtus Dominus, *in quo erant Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcon-*
Coloſ. 2. v. 3. *diti*. Col. 2. v. 3. & v. 11. Palacius explicat, ſa-
Palacius. pientiam hic eſſe grandem aliquam & inſignem eruditionem, quam Deus ex fonte ſapientiæ ſuæ intellectui humano communicat, eximium erit beneficium illam affluenter communicare; vt de Salomone dicitur poſtulante à Domino
3. Reg. 4. v. 29. Sapientiam 3. Reg. 4. v. 29. *Dedit quoque Deus ſapientiam & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis quaſi arenam, quæ eſt in littore maris*; & vt ipſe
Eccleſ. 2. v. 26. Salomon dixit Eccleſ. 2. v. 26. *Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam.*

109. Ergo ait Iacobus c. 1. v. 5. *Si quis autem veſtrum*
Iac. 1. v. 5. *indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* Sapien-
Sapientia pro practica cognitione rerum humanarum. tiam hoc loco intellige practicam cognitionẽ, qua quis de rebus humanis tam proſperis quam aduerſis recta ratione iudicare norit, & quomodo ſe in illis gerere perſpectum habeat. Hæc eſt quæ à Deo poſtulanda eſt, qua de omni fortuna, non ex opinione vulgi, ſed ſuperiori ratione iudicare quis poſſit. Hæc eadem eſt, de
Pſal. 93. v. 12. qua Vates Regius dixerat, Pſal. 93. v. 12. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua do-*
Saluianus. *cueris eum*. Saluianus lib. 1. de Prouid. ſic loqui-
Poſt aduentum Chriſti iam vna cæli ac terræ ſchola eſt. tur: *Adde huic erudiendæ gentes officio, deſcendentem ad terras Deum, innumeræ multitudinis plebem in conſortium diuinæ familiaritatis admiſſam, diſcentem populum, docentem Deum, ac mixtis pene hominibus & Angelis vnam cæli ac terræ ſcholam.* Cyrillus Alex. in
D. Cyrill. prolog. ſpeculi Sapientiæ, agens de Chriſti Domini aduentu, ait, *Totus enim mundus viſibilis eſt ſchola, & rationibus ſapientiæ plena ſunt omnia.* D.
Bernard. 19. in Cant. Conſiderans Chriſtum in cælo ſedentem: *Nam ſi ſeſſio* (inquit) *ſignificat* D. Bernard. *magiſterium, puto illum, qui vnus eſt nobis magiſter in cælo & in terra Dei ſapientiam Chriſtum cum alias quidem vbique attingat, attingat propter ſuam munditiam, ſpecialiùs tamen iſtos* (thronos ſcilicet) *præſentia, & cælo tanquam ſolemni auditorio docere Angelum, docere hominem ſcientiam.* Quare qui indiget ſapientia, id eſt, practica cognitione, qua de rebus omnibus ferre iudicium diſcat, ex legis diuinæ præſcripto, atque ratione, habet, vnde hanc ſibi patere poſſit, &c. *Chriſtus in cælo tanquam magiſter docet Angelum & hominem ſcientiam.*

Sapientiam igitur, quæ ex illo diuino fonte manat, Deus reconditam & incommunicabilem habebat ex ſua æternitate: & cum orbem condidit, decreuit hos ſuæ ſapientiæ theſauros Angelis & hominibus impertiri, vt gratiæ ſuæ participes faceret, dando omnibus affluenter. Hanc communicationem ſeu potius participationem optime celebrauit Philo Iudæus in lib. de opificio, cum ait: *Tum Deus nemine monente (quis enim erat alius? ſuopte conſilio decreuit diuitias gratiæ ſuæ copioſè largiterque profundere in naturam nullius bonæ rei per ſe capacem ſine diuina munificentia. Attamen non pro magnitudine gratiæ ſuæ beneficus eſt, nimirum infinitæ ac incomprehenſibilis; ſed attemperat ſe ad vires eorum ſua beneficentia: nec enim ſicut Deus ad benefaciendum natura propenſus eſt, ita creatura ad accipienda beneficia*, &c. Vbi demoſtrat Deum ex theſauris ſuis inexhauſtis hauſiſſe diuitias gratiæ & ſapientiæ, vt hominibus largiter impertiretur, non infinite, quia ſoli ſibi ſapientiam communicauit infinite, ſed affluenter iuxta menſuram humanæ capacitatis; quibus diuitiis ſapientiæ ſuæ locupletare hominem ſolet, magis aut minus ſecundum beneplacitum ſuum, &c. *Deus abſconditam ſapientiam orbe condito hominibus communicauit.* Philo Iud. *Deus diuitias ſapientiæ ſuæ hominibus largiter impertiuit.*

Quare Iob agens de diuina ſapientia, quæ ponebat pluuijs legem cap. 28. v. 27. *Tunc*, inquit, *vidit illam, & enumerauit, & præparauit, & inueſtigauit*. Tunc, inquam, id eſt, in prima rerum creatione, cum naturæ vniuerſæ leges ferebat: *Qui* (ait Nicetas) *poſtquam vidit illa eſſe valde bona* (id eſt, omnia, quæ fecerat) *nunc nobis ſapientiam explicauit ſuorum effectorum, tabella quaſi quadam nobis propoſita, in qua illius ſapientiam cerneremus, atque à creaturarum pulchritudine, & magnitudine ſapientiæ ipſius, inuiſibilia comprehenderemus.* Verbum *enarrauit*. idem eſt quod ſcripſit, vel numerauit, iuxta mẽtem Pinedæ. Quod dicitur vel de narratione, vel de numeratione, & ſupputatione, quæ fit vel verbo vel libello, & ſcripto. Quare dicetur Deus ſapientiam, id eſt, pietatis & agendorum legem numeraſſe, ſupputaſſe, quaſi ex libello & ſcripto, tradidiſſe, vt cuius rationem exacturus eſſet, & vniuerſas hominis actiones ad numerum & rationem reuocaturus, verbum autem *præparauit* explicat Philipp. *Præparauit eam cordibus fidelium futurorum*. Dionyſ. *præparauit, id eſt hominibus dare diſpoſuit, illorumque corda ad illam aptauit*. Pende id, *dare diſpoſuit*, quod indicat ſapientiam, quæ hominibus communicatur, à Deo auctore & largitore procedere, diſponereque vel aptare corda illorum vt eam in ſe recipiant. Tandem verbum *inueſtigauit* explicat Caietan. *Quod Deus inueſtigat, & quærit homines volentes ſapientiæ donum.* Quibus aditum patefaciat ad illius theſauros. Alij explicant, quod Deus qui locum ſapientiæ probe nouit, is ipſe eſt, qui illã quærit & inueſtigat, inueſtigatãque atque inuentam, proponit homini, ne vel homo cauſetur ſapientiam ſibi 110. Iob. 28. v. 27. *In prima rerum creatione tulit Deus leges naturæ vniuerſæ.* Nicetas. Pineda. *Narrare pro ſcribere & numerare.* Philip. Dionyſ. *Deus ſapientiam præparauit, vt communicaret hominibus.* Caietan.

ſibi eſſe inuentu impoſſibilem, vel cauſetur ſuã inſipientiam, offert Deus homini ſapiẽtiam eruttamiam, & depromptam ex ſuo theſauro: quia *in ea ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi*. Col. 2.
Col. 2. Iob 28. v. 28. ſubdit Iob 28. verſ. 28. *Et dixit homini: ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia.*

Igitur cum hic ſapientiæ Dei theſaurus, ſit
Theſaurus ſapientiæ Dei eſt, vnde diuitiæ ſapientiæ depromuntur. quaſi perui quoddam, vnde diuitiæ ſapientiæ depromuntur, ad loupletanda humana corda, quæ ad recipiendam diſpoſuit & aptauit. Simul verus fons eſt, ex quo aqua ſapientiæ in corda hominũ deriuatur & cum inſtar fontis paradiſi per fluuios communicet, promiſit Iſaias, cap.
Iſa. 12. v. 3. 12. v. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.* quinam fontes iſti diuini verbi, quod eſt ſapientia patris, niſi viſcera eius? *de viſceribus Ieſu.* hæc viſcera aluei officium exercent, in quo aquæ ſcaturientes quaſi aſſeruantur, vt per varios riuulos, vel potius flumina deriuentur ad corda
Viſcera Chriſti aluei officium exercuerunt. hominum, fluuius primus ſapientiæ inſtar Phiſon deriuatur ex viſceribus diuini verbi, quaſi ex limpidiſſimo alueo ad fœcundandam terram animorum, & poſſint fructus vberes virtutum reddere. Quæ ſimilitudo alueorum congruit cum ſimilitudine theſaurorum: nam ſunt etiam theſauri aquarum, ſicut & auri, & argenti. Vates
Pſal. 32. v. 7. regius dixit Pſal. 32. v. 7. *Congregans ſicut in vtre*
Receptacula aquarum vocantur theſauri. *aquas maris: ponens in theſauris abyſſos* hæc receptacula aquarum, quæ tamquam in alueo congregantur, theſauri ſunt, ex quibus aquæ diuitiæ depromuntur, ſeu potius hauriuntur. Sic aquæ fluminis phiſon deducebantur ex principali paradiſi fonte, tamquam ex theſauro vel alueo, vt irrigarent terram. & primus fluuius diuinæ ſapiẽtiæ inſtar Phiſon deductus eſt ex principali fonte cæleſtis paradiſi, qui eſt verbum diuinum, *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei.* ex quo alueo vel theſauro depromuntur & hauriuntur aquæ ſapientiæ, quibus hominum corda fœcundentur.

Illuſtratio ſecunda.

111. ET *diſciplina*. cum diſciplina etiam proueniat
Hugo. à Deo, Hugo explicat, quia docet & diſci-
Palacius. plinat. Palacius, diſciplina eſt inſtitutio vitæ à Spiritu ſancto inſpirata. S. Cyprianus vocat diſciplinam morum inordinatam correptionem, & maiorum præcedentium patrum regularum obſeruationem; diſciplina autem à diſcere
Diſciplina vnde deriuatur. dicitur, diſcere enim proprie eſt rem ignotam aſſequi, vel meditando, vel ab alio diſcendo. vnde qui docet, doctor, qui diſcit diſcipulus dicitur, à quo diſciplina ipſa ars appellatur. Vnde diſciplina Dei erit inſtitutio ipſius, qua docet
Diſciplina Dei eſt inſtitutio ipſius, qua docet diuina myſteria. hominem diuina myſteria, & inſtructio circa mores vitæ, qua eruditi homines ipſum Deum per viſionem beatificam conſequantur; ſecundus ergo fluuius qui ex fonte paradiſi terreni manabat eſt *Gehon*. hunc eſſe Nilum affirmat A-
Abulenſ. bulenſis Geneſ. 2. v. 13. quod eſt limoſum, quia aqua ſua limoſa eſt, & terram multum fœcun-
Ier. 2. v. 18. dat. forte ob, hoc dixit Ierem. 2. v. 18. *Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam?* id eſt,
Pererius. limoſam. vide noſtrum Pererium & enim Delrium, ad hunc locum, qui optime explicant difficultates circa hunc fluuium. Noſter Sirach di-
Eccleſ. 24. v. 25. xit loco citato cap. 24. v. 25. *Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindimiæ.* Vbi optime appoſuit prius lucem, & poſtea Gehon, vt oſtendat ordinem diuinæ inſtitutionis: prius enim Deus mittit diſciplinam ſicut lucem illuminando corda eorum, quos inſtituit & docet; & cum intellectum illuſtrauit luce gratiæ ſuæ, inſtar fluuij Gehon fœcundat animum, vt poſſit vberrimos fructus reddere. Aqua enim limoſa optime terram fœcundare ſolet, & fertilem facere. ſic diſciplina Domini, quæ apud ſe habet, cum mittit illam quaſi lucem, pręſtat effectum fluuij Gehon in cordibus hominum, tamquam *in die vindimiæ*. ſicut enim in die vindimiæ fructus vitium offeruntur Domino vineæ, ſic cum humanus animus lucem diſciplinæ in ſe ſuſcepit, & fœcundus redditus eſt domino, qui eſt auctor huius fœcunditatis, libenter offert vberes bonarum actionum & operum fructus ad vitam æternam aſſequendam. *Deus prius mittit diſciplinam ſicut lucem, vt illuminet, & poſtea corda fœcundat.*

Vates regius Dauid expertus fuerat hanc veritatem, cum Pſal. 17. v. 36. dixit: *Et diſciplina tua* Pſal. 17. v. 36.
correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit. Geneb. Manſueta tua diſciplina & inſtitutio me in perpetuum erexit, rectum, probum, ſapientem cumulate reddidit. Pende hoc vltimum, quia cum Dominus inſtituit hominem, perfecte & cumulate ſapientem facit. hoc proprium eſt diſciplinæ Domini, prius corrigere animum, vt doceat, & inſtituat, & ſapientem reddat. ſic dixit D. Auguſt. *Et correptio tua me deuiare non ſinens, direxit, vt quidquid ago in eum finem referam quo cohæretur tibi. & eadem correptio tua me docebit peruenire quo direxit.* LXX. ipſi, qui hoc loco tranſtulerunt, *correxit in finem*. in lib. 2. Reg. 22. v. 36. qui huic pſalmo reſpondet, vertunt; *manſuetudo tua multiplicauit me.* vel *obedientia tua*, vt alij, Simach. *Et quod obtemperaui tibi, id me augebit.* Ergo παιδεία, *diſciplina*, ſic eſt accipienda, quod me tuis verbis obtemperantem & dictis tuis obſequentem præbui; hæc me ſubiectio extulit & ſublimem reddidit, id eſt, diſciplina tua, quòd tibi auſculto, & humiliter obtempero, quòd tamquam diſcipulus me tibi magiſtro ſubdidi, id me magiſtrum ac magnum faciet, cumulabitque ſapientia ac doctrina. ex quo diſcimus, illum reuera magnum, illum magiſtrum ac ſapientem fore, qui prius ſe Dei diſciplinæ ſubdiderit, & vnum illum magiſtrum audierit, qui in cælis eſt. quia ſicut ſapientia, ſic & diſciplina à Domino Deo eſt. *Cum Deus inſtituit hominem perfecte ſapientẽ facit.* D. Auguſt. 2. Reg. 22. v. 36. *Diſciplina quomodo accipienda ſit.*

Hinc eſt quod ipſe Dauid loquens regibus, 112.
Pſal. 2. v. 12. poſtquam monuit ſeruire Domino, Pſal. 2. v. 12.
ſubiecit: *Apprehendite diſciplinam*. vbi aquila: *Oſculamini filium*, iuxta morem Hebræorum, vt quando rex crearetur, obſequij ergo oſculabantur manus, vt videtur 1. Reg. 10. v. 1. cum Samuel vnxit in regem Saul, quem *deoſculatus* eſt. Quod idem fecit Pharao Ioſepho, quem præfecit Ægypto. Geneſ. 41. v. 40. *Et ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* quod in Hebr. ſic legitur: *& ad os tuum cunctus populus oſculabitur.* q. d. Hunc filium, qui à Deo conſtitutus eſt rex ſuper Sion montem ſanctum ſuum, totius orbis dominum adorate, eique obtemperate. *Apprehendite diſciplinam*, complectimini leges, & imperium huius regis, vt Domino & eius Chriſto ſeruiatis, & obtemperetis. D. Auguſtinus ait idem eſſe *intelligere & erudiri*, ac *apprehendere diſciplinam.* *Cum rex creabatur oſculabantur manus obſequij ergo.* 1. Reg. 10. v. 1. Gen. 41. v. 40. D. Auguſt.

Tandem hæc diſciplina, quæ à Domino eſt, inquit Hugo, vt diximus, ſic proponitur, quia docet & diſciplinat: cum enim Deus docet & Hugo. *Cum Deus docet corripit vt magiſter.*

Prou.3. v.11.

instituit, corripit vt magister & patens, vt homo tamquam discipulus & filius corrigatur, ad hoc vt consequatur vitam æternam. Quare monuit sapiens Prou.3.v.11. *Disciplinam Domini, fili mi, ne abijcias, nec deficias cũ ab eo corriperis: quẽ enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Hæc disciplina Dei accipitur pro correctione, quæ fit tribulationibus & angustijs: & monet sapiens non esse abijciendam, quia de manu Domini nihil insipidum & inutile procedit: continet enim eius disciplina magnam dulcedinem & vtilitatem, quam percipit is, qui sciens eam esse à Domino immissam, beneuolo animo ei subijcitur, vt per correctionem & castigationem ad præmium æternæ fœlicitatis perueniat: vbi remunerationem patientiæ accipiat. quare non debet homo deficere cum à Domino, qui est pater, corripitur, id est; *ne sis pusillanimis nec cadat animus.* vbi monet consistere vt lapides quadratos. D. August. in Psal.86. inquit: *Quadrati lapidis similis esse debet Christianus, in omni tribulatione non cadit, & si impellitur: & si qua vertitur numquam cadit. Nam quadratum lapidem quacumque verteris, stat semper: stantem te sic inueniat omnis casus.* Eumdem sensum habent verba Prou. cum ergo quis fœcundatur aquis huius fluuij Gehon, qui disciplinam significat, vberrimos fructus patientiæ producit, vt possit petere vitæ æternæ remunerationem.

Disciplina Dei est idem quod correctio.

D. August. *Christianus debet esse similis lapidi quadrato.*

Illustratio tertia.

113. E T *scientia legis apud Deum.* Scientiam legis intelligit Iansenius cognitionem legis, Hugo scientiam explicat, qua Deus scit omnia, & facit nos scire aliqua: Lex quia legit & dirigit omnia, citat D. August. *Hæc est lex incommutabilis illa, quæ omnium artium lex recte dicitur, & ars omnipotentis artificis.* Tertius fluuius, qui ex fonte Paradisi dimanabat, erat *Tygris: ipse vadit contra Assyrios.* Genes.2.v.14. de hoc inquit Abulensis; Tygris in lingua Persica sagitta dicitur, quia velox est; & vocatur Hebraice חדקל, *hhidequel*, quod est nomen compositum, & si resoluatur, sonat acutum & velox. Cum autem Ecclesiasticus meminit huius fluminis, inquit: *Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tygris in diebus nouorum,* comparat ergo Deum in sapientiæ suæ communicatione cum Phisone, & Geone, & Tygri, significans per hæc, Deum omnis veræ sapientiæ esse fontem & auctorem, & Deus implet sapientiam, id est copiosam hominibus profundit sapientiam, quomodo Phison & Tygris copiosam de se diffundunt aquam. *Per dies nouorum,* significat tempus veris, in quo fructus terræ innouantur, quando verisimile est Tygrim magis inundare solitum, ad irrigationem terræ, & eius commoditatem. Qua parte addita, significatur, Deum nõ tantum copiose sapientiam communicare hominibus, sed etiam opportune & vtiliter.

Scientia legis dicitur cognitio legis. Iansen. Hugo. D. August.

Gen.2.v.14 Abulens.

Deus fons est omnis sapientiæ & implet sapientiã quasi Phison.

Ergo si per *scientiam legis*, intelligitur cognitio legis cum Deus sit fons limpidissimus, ex quo hæc flumina egrediuntur, vt suis aquis irrigent & fœcundent terram humani cordis, per fluuium Tygris effundit cognitionem legis, vt ea cognitione animus erudiatur, & fructus bonorum operum producat, quæ magnam sibi afferant vtilitatem. Hinc est quod *beatum* nuncupet regius Vates. Psal.1.v.2. *eum, qui in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* & subdit v.3. *& erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Licet aliqui per legem intelligant sacram scripturam, præcipue Deuteronomium legis, sed melius Geneb. & alij explicant de diuinis præceptis & mandatis, quæ versantur circa credenda, colenda, agenda, vitanda; Beatus igitur est, qui delectatur in huius legis cognitione. nam hic voluntas, idem est quod voluptas, & delectatio, desiderium, studium, negotium. *Meditabitur*, explicat Geneb. se exercebit, efficaciter cogitabit, sollicitus scilicet de ea cognoscẽda & perspicienda; includit enim iugem quamdam agitationem mentis, & quasi curam & sollicitudinem, quæ erumpat sæpe ad oris motum. & dum opus est etiam ad opus. Hæc igitur meditatio iugis diuinæ legis, haud dubium indicat cognitionis studium, iuxta illius diuinam communicationem. Quod idem præceperat Iosue cap.1.v.8. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.* ex meditatione legis & studio eam intelligendi, educitur cognitio eius, quæ vere communicatur à Domino, qui est fons vberrimus huius cognitionis. Ideò assimilatur homo hac cognitionis aqua fœcundatus, ligno, quod plantatum est secus decursus aquarum. & si per hoc lignum aliqui intelligunt lignum scientiæ, quod erat in paradiso: sicut illud aquis, quæ per Tygrim decurrebant irrigabatur, sic aquis cognitionis legis diuinæ homo, qui meditatur iugiter, vt eam cognoscat, & fructum faciat, irrigatur & fœcundatur, vt fructus vitæ æternæ producat. Vide Ieremiam cap.17.v.8. qui eamdem affert similitudinem.

Deus fons limpidissimus ex quo flumina sapientiæ & cognitionis deriuantur.

Psal.1. v.2.

Genebrard. *Lex præcepta significat, &c.*

Meditatio legis diuinæ indicat cognitionis studium.

Iosu.1.v.8.

Quare homo comparatur ligno, quod plantatum est iuxta aquas.

Pende in huius hemistichij illustrationem. id 114.
Psal.18.v.8. *Lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.* Egerat Dauid de sole, qui lucem suam in terram liberaliter spargit, & transit de luce ad legem Dei, vt innueret lucem diuinam necessariam esse ad cognitionem diuinæ legis: quia à sole diuino procedit cognitio & scientia legis. Est enim lex luci affinis, sic appellauit Salomon Prouerb.6.v.23. Legem lucem, cum ait: *Quia mandatum lucerna est, & lex lux.* imitatur parentem suum, qui dixit Psal.118.v.105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* & sicut cæli, ac sol Dei gloriam annuntiant, sic lex quoque sapientiam illius indicat. *Immaculatam* Dei legem appellat, quod perfecta sit, nullaque ei pars ad recte viuendum desit. Hæc lex *conuertit animas*, & à via perditionis ad viam vitæ reuocat, & insuper recreat reficitque animos, cum laboribus fatigantur, vt calamitatibus & dolore frãguntur. Vocatur tandẽ *testimonium*, quia est protestatio quædam ac denuntiatio pœnæ violatoribus illius irrogandæ, seu commodi aut præmij obseruatoribus rependendi. quæ protestatio quia plerumque adhibitis testibus fieri solet, ideò testimonium dicta est. & *præstat paruulis*, id est, simplicibus *sapientiam*, vt per illam tamquam lucem ducantur per viam vitæ, & ad cælum deducantur, &c. Addit Dauid: *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos*, quia vt explicuit D. August. *Illuminans hominis interioris affectum.* vbi affirmat scientiam & cognitionem legis à luce supernaturali procedere. Hoc est quod ipse Vates regius non semel postulat à Domino. Psal.118.v.34. *Da mihi intellectum & scrutabor legẽ tuam,* &

Psal.18.v.8

Lux diuina necessaria est ad cognitionem diuinæ legis.

Prou.6. v.23.

Psal.118. v.105.

Lex sapientiam Dei annuntiat, sicut cælum Dei gloriam.

D. August. *Cognitio legis à luce supernaturali procedit.*

Ps.118.v.34.

& custodiam illam in toto corde meo. Vbi D. Ambros. tom.2. octon.5. *Quærendum primum, ait, deinde intelligendum, perscrutandumque legis omne mysterium, & in corde custodiendum. Quis autem potest custodire legem Dei nisi intellectum acceperit? Qui autem intelligit & scrutatur, scrutando in semitam mandatorum deducitur.* & vers.73. *Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* Vbi idem D. Ambros. octon. 20. *Sed vide ordinem, intellectus præmittitur, vt scientia sequatur.* Quare non sapientia solum & doctrina, sed etiam scientia & cognitio diuinæ legis, vt ipsa custodiatur, pendet à Deo, qui tamquam aquis veri paradisi fontis velociter decurrentis, intellectum humanum fœcundat, vt vberes fructus referat.

Qui scrutatur legem Dei, in semitam mandatorum deducitur.

D. Ambros.

Illustratio quarta.

115. D *Ilectio, & viæ bonorum apud ipsum.* ex beneficijs Dei, quę pertinent ad voluntatem, numerat Sirach dilectionem Dei & proximi: & ex dilectione nascuntur viæ & operationes bonorum operum. Viæ bonorum operum, inquit Palacius, sunt declinare à malo & diligere bonum; licet Hugo explicet, id est, Deus diligit bonos, & facit venire ad se: viæ autem bonorum sunt pœnitentia & innocentia, extra quas nullus venit ad ipsum. Quartus fluuius, qui egrediebatur de fonte paradisi erat, Eufrates. iste fluuius (inquit Abulens.) Hebr. *Perath*, dicitur פרת à radice פָּרַה, quod est crescere, augere, multiplicare) id est, fructificatio, quia loca per quæ transit fructifera reddit, & tacuit Moyses loca per quæ transit Eufrates, quia valde nota erant Hebræis: Transit enim per medium ciuitatis Babylonis, & per Chaldæam, quæ magis propinqua est Judæis. Hic fluuius erat, vbi Israelitæ dicebant: *Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus*, & Psal.136.v.1. De hoc fluuio, ait Ecclesiasticus loco initio citato, *Qui adimplet quasi Eufrates sensum.* Quæ omnia congruunt cum eo quod ait ipse Ecclesiasticus, *dilectionem, & vias bonorum apud ipsum.* Nam si Deus instar Eufrates adimplet sensum, cum mittit aquas dilectionis Dei & proximi, quid mirum affirmemus, ipsum communicare sensum homini, vt sciat diligere Deum & proximum, & rectas facere vias suas, vt operibus suis tamquam aquis Eufratis fœcundet animum suum, & assequatur vitam æternam.

Dilectio Dei & proximi beneficium Dei est pertinens ad voluntatem.

Palacius. Hugo.

Abulens.

Eufrates fluuius est, vbi Israelitæ dixerunt Super flumina, &c. Psal.136.v.1

De dilectione Dei & proximi multa hic possemus congerere, sed supersedeo, quia de hac vtraque dilectione sæpe egimus. de 1.cap.1. num.79. & num.103. & cap.2. num.128. & alibi, de dilectione inimicorum cap.1. num.183. & cap.8. num.38. quod dilectio Dei & proximi, à Deo inspirante proueniat, ita certum est, vt necesse non sit illud probare. vide 1.Ioan.4.v.10. vbi Apostolus ait: *In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.* In eo quod affirmat priorẽ esse Deum in amore, probat dilectionem à Deo prouenire. Sic D. Gregor. lib.33. Moral. cap.20. *Si nostra, inquit, dilectio Deum præuenit, vbi est quod Ioannes Apostolus dicit: Non quia nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. vbi est quod per Oseam dominus dicit: diligam eos spontanee?* Rursus Joan. in Euang. cap.16. v.27. dixit: *Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis*, &c. vbi Christus certos fecit Apostolos, quod eos Pater amaret, quia se amassent, & credidissent illum exisse à Deo; dixit D. Ambros. in cap.12. Luc. *Eò Dominus ad promerendam suam gratiam, studia nostra acuit, & acquirendæ cupiditatem diuinitatis inflammat, dicens: Ignem veni mittere in terram, quid volo nisi vt accendatur?* Pende hunc locum lucæ, si ignis simbolum dilectionis est, & veniebat Christus mittere in terram, ergo is ignis amoris à Deo prouenit, & apud ipsum est, quo nos incensi excitamur ad diligendum Deũ & proximum. nam ex dilectione Dei nascitur dilectio proximi, & è contra. Quare dixit D. Gregor. lib.7. Moral. cap.10. *Per amorem Dei amor proximi gignitur, & per amorem proximi amor Dei nutritur; Nam qui amare Deum negligit, profecto diligere proximum nescit: & tunc plenius in dilectione Dei proficimus, si in eiusdem dilectionis gremio prius proximi charitate signamur.* Tandem hanc dilectionem esse donum Dei, affirmat D. Bernard. in Meditat. deuotiss. cum ait cap.1. *Dilectio namque donum domini est, ita quod nullum est hoc dono Dei excellentius; Dilectio namque ex Deo est, & Deus est, proprie Spiritus sanctus dicitur, per quem charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per quem tota Trinitas in nobis habitat.*

Dilectio Dei & proximi à Deo inspirante prouenit.

1.Ioan.4. v.10.

D. Gregor.

Ioan.16. v.27.

Qui Christum amat, amat & Patrem.

D. Ambros.

Ignis simbolum dilectionis.

D. Gregor.

Dilectio Dei donum Dei est.

D. Bernard.

Et viæ bonorum apud ipsum. Tò bonorum, potest 116.
intelligi, id est, iustorum. vias enim iustorum dirigit Deus, vt non declinent neque ad dexteram neque ad sinistram, sed recta via mandatorum Dei currentes, perueniant ad finem perfectionis, quo consequantur vitam sempiternam. Sic dixit Dauid Psal.39.v.3. *Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.* Prouerb.16.v.9. *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius*, quia viæ iustorum apud Dominum sunt, id est, ipse Dominus dirigit vias eorum, vt non aberrantes à via diuinæ legis, quæ recta est, & perducit homines ad cælum, consequantur quod impense optant. Sed Jansenius, Hugo, & Palacius explicant de vijs bonorum operum & actionum, quas dirigit Deus, vt recte homines iusti incedant per viam rectam mandatorum Dei.

Vias iustorũ dirigit Deus vt non declinent à via mandatorũ Dei.

Psal.39.v.3. Prou.16.v.9

Iansenius. Hugo. Palacius.

Deus dirigit vias bonorum operum & actionum

Hæc opera significantur in aquis, quæ manant ex fluuio Eufratis, quibus homines fœcundantur, & producunt fructus vitæ æternæ. quia si de hoc fluuio Ecclesiasticus dixit: *Qui adimplet quasi Eufrates sensum*, id est, Deus, à quo aquæ bonarum actionum procedunt, adimplet sensum, id est, animum iustorum, vt fructus producant, qui sunt bonæ actiones & opera. Sic opera sponsæ vocantur Paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus, Cant.4.v.13. *Emissiones tuæ paradisus malorum*, &c. Emissiones significant inter alia, plantas & propagines, & sensus erit, hortum esse sponsam consitum nobilissimis plantis, exuberantem pulcherrimis ramis, lateque diffusis. Hæ plantæ Ecclesiæ fructus vberrimos producunt, quia iusti in hoc paradiso, Ecclesiæ fructus bonorum operum reddunt vitæ æternæ. & sicut primus paradisus cõsitus erat plantis, quæ rigabatur aquis fluuiorum qui procedebant à fonte paradisi, & fructificabant: sic Ecclesia tamquam paradisus consitus est plantis iustorum, & rigantur aquis diuinæ gratiæ à Deo procedentis, qua irrigatione & fœcunditate producunt fructus bonorum operum & bonarum actionum, quibus iusti vitam æternam consequuntur. Et certum est, hæc opera procedere à dilectione. Nam vt dixit, D. Gregor. in 1. Regum cap.4. lib.3. *Quæ profecto veritas si merito dilectionis ostenditur, ijs, qui torpent à bono opere, dignissime occultatur. Quia signum amo-*

ris

Quare opera sponsæ vocantur paradisus malorum punicorum.

Cant.4.v.13

Ecclesia tamquam paradisus consita est plantis iustorum.

D. Gregor.

Signum amoris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. Deut.13.v.3 1 Ioan.3. v.18.

ris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. Hinc est quod dicatur Deut.13.v.3. *Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis Deum.* Operibus enim dilectio spectatur monente Joannie 1.Epist.cap.3.v.18.*Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.*

Bona opera dona sunt Dei. D.August.

Tandem bona opera, dona sunt Dei quia ipse auxilium præstat vt fiant, & soluat debitum eorum. Sic dixit D.August. de gratia & lib.arb. *Deus autem rex noster ante secula, cum operatus est salutem in medio terræ, dona sua, quæ dedit hominibus in merita diuisit & præmia, vt & præsentia per liberam possessionem nostra interim fierent merita, & futura per gratuitam promissionem expectaremus, imo expeteremus vt debita,* ita D.Chrysost.hom. in Psal.38. *Si Deus à nobis fœnori accipit, ergo noster est debitor.* Cũ ergo fructus bonarum actionum procedentes à dilectione Dei, dona sint ipsius Dei: ipse enim præstat gratiam hominibus, vt possint hos bonos fructus facere; non tamen vult ab obligatione se eximere illos remunerandi, sed omnia opera à dilectione sua procedentia ingentibus præmijs afficit. quia sicut auctor est ipse bonorum operum, ita & remunerator, &c.

D.Chrysost. *Deus debitor est bonorum operum.*

VERS. XVI.

Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt, qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.

Sensus.

117. *Error & tenebræ*, &c.q.d. Cum Deus optimus maximus non sit causa nec origo malorum spiritualium, scilicet peccatorum, sed tantum ea permittit; sciendum est errorem & tenebras, quibus peccatores peccando offunduntur, ipsis esse concreata; non quod Deus creauerit hominem peccatis irretitum, cum rectum illum effecerit, id est, nullis implacatum quæstionibus, sicut ipse postea illis se immiscuit; sed statim ac ipsi peccatores efficiuntur, erroribus & tenebris ipsius culpæ afficiuntur, ita vt videatur illis concreata esse. Deus enim voluntatem peccatoris creauit, quæ non ab auctore, sed à primi parentis obliquitate, qua à recta ratione discessit distorta est. Cum ergo voluntas hominis ita prona sit ad malum propter imbecillitatem corruptæ naturæ, cum ipsa recta creata sit, statim ac homo peccator efficitur, quo erroribus ac ignorantijs inuoluitur, dicitur hos errores & ignorantias ipsis concreatas esse, quia simul cum peccato nascuntur in voluntate. Quare qui exultant in malis, id est, qui non pœnitent, sed ex animo & voluntate lætantur & gloriantur, seseque iactant, & ex malitia destinata peccant, sine conscientiæ remorsu, vsque ad senectam perueniunt. & in malitia senescentes, cum si de amissis vellent pœnitere, & respicere possent à malitia recedere, sic moriuntur, & peccantes in Spiritum sanctum, nec in præsenti sæculo, nec in futuro eis remittitur peccatum, &c.

litia consenescunt. Est autem κακία hoc loco nequitia, vel vitiositas, significat enim vitium, malitiam, vitiositatem, quod Ciceroni magis placet quam malitia: dicitur etiam scelus & maleficiũ. Qui igitur vitiositati vel nequitiæ assuescit, tarde eam deponet. apud nostrates hoc prouerbium dicitur: *Quien malas maras ha, tarde o nunca las perdera.* Lupus mutat pellem sed non mentem. Hac sententiam neque Rabanus explicat, neque Lyra, neque Dionys. forte studio sublata est, quod hæc sententia videatur patrocinari errori Manicheorum, & aliorum quorumdam hæreticorum asserentium Deum auctorem esse malorum animi æque vt bonorum. sed male eam expresserunt, cum optimam habeat doctrinam, vt in sensu explicamus.

Illustratio prima.

118. *Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt*, &c. est autem maxima vis verborum in hac sententia. quemadmodũ error & ignorantia Dei connascitur cum impijs ita malitia & prauitas cum ijsdem inueterascit ac consenescit, in qua ita sibi placent, vt se beatos esse arbitrẽtur, Lyra, Rabanus, & Dionys. Hanc sententiam omiserunt propter rationem prædictam; sed melius explicant Hugo, Palacius, & Sâ. Hugo existimat errorem opponi viæ, & tenebras sapientiæ, quia aliter sapientiam & doctrinam procedunt à Deo, & aliter tenebræ & error. Bona quidem, inquit, sunt à Deo solo simpliciter, mala vero, id est, supplicia ab eo irato, & prouocato peccatis nostris. & probat ex eo Jerem. Thren.3. v.32.33. *Quia si abiecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum.* Vbi aperte probatur Deum auctorem esse misericordiæ & miserationum suarum, & non esse auctorem peccatorum nostrorum, quæ licet puniat, non nisi ab illis prouocatus. quia peccata nostra suâ iustitiam prouocant, vt sumat de eis vindictam. Melius Palacius notat diuerso modo locutum auctorem in vtraque sententia; in prima dixit, bona & mala pœnæ à Deo procedere, sed in secunda, errorem & tenebras concreata esse peccatoribus, & affirmat voluntatem, quæ peccatorem facit, facere eius errorem. fieri enim non potest vt error præcedat peccatum, sed simul cum peccato nascitur: error (loquor, ait, de primo errore.) Est enim Theologorum dogma in Angelis & Adam prius fuisse culpam vt minimum venialem, quam errorem. Non enim venit

Error & ignorantia Dei connascitur cum impijs & consenescit. Lyra. Rabanus. Dionys. Hugo, Palacius. Sâ. Thren.3. v.32. *Peccata nostra prouocant iram Dei vt sumat de eis vindictam.* Palacius.

Fons erroris non est Deus, sed voluntas peccatoris.

nit à Deo error, sed ab errantis culpa. Ergo fons erroris, inquit, non est Deus, sed voluntas peccatoris. ex quibus constat non creatum esse hominem in errore & tenebris, quia sic tribueretur Deo; sed simul cum peccato, quod homo commisit, concreata sunt. Quod à simili posset probari ex eo Iob 31.v.18. *Quia ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum.* vbi non affirmat concreatam esse in vtero miserationem, sed statim ac peruenit ad rationis vsum peractum miserationis, quam exercuit, factus est misericors & miserator, ita vt videretur concreatam & congenitam in vtero miserationem, nisi velis explicare de procliuitate ad miserandum, quæ creata fuerit simul cum ipso corpore, ita vt bonam indolem participasset in vtero matris suæ. Ita error & tenebræ non sunt creata, cùm homo creatus est, sed cum peccatum commisit, induit errorem & tenebras.

Iob 31.v.18

119. *Verbum concreari quid.*

Sed meo iudicio vim verbi *concreata*, non explicant auctores prædicti, nam verbum concreari indicat certe congenita esse homini errorem & tenebras. & licet de primo homine, qui in gratia creatus, fuit possit intelligi explicatio præcedens: nam cum è manibus diuini artificis formatus euasit, gratiam induit originalem, & postea cum in peccatum lapsus est, tenebras & errorem vocauit ad se; ipsa enim comitantur peccatum. Sed de cæteris hominibus, qui licet nascantur peccato originali inquinati, at non sunt peccatores voluntate propria sed aliena, non potest intelligi. Quare optime explicatur verbum *concreata* de peccato originali, quia quãuis non sint peccatores voluntate propria, sed aliena, qui sic nascuntur; at peccatores nominantur vere & realiter; & cum peccatum generet errorem & tenebras, inde est quod error & tenebræ concreata & congenita sint in illis.

Peccatum originale definitio. D.Dionys.

Hoc probatur ex definitione peccati originalis, quod definiens D. Dionys. Areop. de eccles. Hierar. cap.2. p.3. dixit: *& sibi insitum dissimilitudinis statum quasi constantem, professentemque se nuntium omnino remittere ei, quod Dei similitudini est contrarium.* D. Anselm, lib.1. de concept. Virg. cap. 3. sic habet: *Originale peccatum non est aliud quam iniustitia, id est, absentia debitæ iustitiæ: non enim videtur esse iniustitia, nisi in natura, quæ cum debet habere iustitiam, non habet,* & c.26. vocat *iustitiæ debitæ nuditatem.* Per hanc nuditatem iustitiæ, & per hunc habitum dissimilitudinis homini ingenitum, communicantur naturæ humanæ multa mala. Quare peccatum originale est infectio infernalis, seu venenum, quod spargitur & diffunditur per omnia humana membra, eis dominatur, & tyrannide opprimit, excindituque. In intellectu tenebræ sunt; in memoria elapsus seu obliuio; in voluntate perturbatio est & confusio; in appetitu concupiscentia seu ignis; in sensibus fraus seu dolus; in anima peccatum; & tandem in corpore mors est & corruptio. Cum ergo homo inquinatus nascitur hoc originali peccato, inductus seu infectus his passionibus egreditur. Vnde tenebræ & error concreata seu congenita videntur esse homini, cum in ipsa generatione naturali, seu conceptione peccatum induatur. Ideò quæritur Dauid, se esse in peccatis generatum, cum inquit Psal. 50. v. 7: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* vbi LXX. transferentes, *conceptus* pro *formatus*, explicarunt fontem & principium peccati originalis, nempe in conceptu transfundi-tur per seminis effusionem. semen enim virile est peccati originalis vehiculum, vt non sit disputandum, anima ne an corpus illud inuehat? inde se natura & origine propensum esse ad peccatum Dauid quæritur, Nam hoc intelligi de peccato & corruptela originaria, indicat lectio Hebræa: *in iniquitate*, vt singulare illud peccatum originis significetur & rursus Hebræi nobiscum asserunt vt Abemæzyra in cap.14. Iob. quam septem nominibus appellari in scriptura docẽt. Malum; præputium cordis, inimicum seu offorem, scandalum siue offendiculum: cor lapideum siue lapidẽ, aquilonarem siue eum, qui ab aquilone est: denique immundum. Omnia hæc nomina non indicant esse multa peccata originaria, cum solum sit vnum, sed sunt multa per effectus: vnum enim est peccatum, in quo concipiamur, & nobis ad malum procliuitas inseratur, dixit D.August. tom.8. super Psal.50. v.7. *Suscepit personam generis humani* (Dauid scilicet) *& attendit omnium vincula, propaginem mortis consideraut, originẽ iniquitatis aduertit: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum*, &c. ita Theodor. *Hoc igitur vult dicere, cum peccatum nostros maiores occupasset, quamdam viam & tramitem per humanum genus efficit. Hoc & beatus*, inquit, *Paulus: quoniam per hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, in quo omnes peccauerunt.*

Conceptio est principium & origo peccati originalis.

Peccatum originale sedem nominibus appellatur.

D. August.

Peccatum orig. oriundum ex iniquitatis est. Theodor.

120. *Peccatum orig. ad multa mala procliuem hominem facit.*

Hoc peccatum malum efficit homini, nam ad multa mala procliuem eum facit, mala non solum spiritualia, qualia sunt peccata, sed etiam efficit propensum ad contrahenda mala pœnæ. ex hoc enim peccato tribulationes, dolores, pœnæ, & afflictiones, angustiæ, & alia id genus nascuntur. De malis culpæ dixit Christus Dominus Matt.15.v.19. *De corde enim exeunt cogitationes malæ homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia blasphemiæ, hæc sunt quæ coinquinant hominem*; Ecce radicem horum omnium effectuum; cor scilicet peccato originali infectum, id est, licet anima mundata sit hac labe, qua infecta fuit in conceptione; per gratiam baptismi, adhuc remanet ei illa propensio & procliuitas ad malum, quia infecta fuit, cum corpori adiuncta est. Quæ procliuitas licet per se non sit peccatum, efficit? vt homo propensus sit ad malum. Quare de corde sic inquinato exeunt mala culpæ, quæ veri effectus sunt peccati originalis. quod etiam radix est & origo malorum pœnæ, vt diximus, Sic dixit D. August. tom.8. in Psal.50. *Non ergo ideo in iniquitate concipiuntur homines, & in peccatis in vtero à matribus aluntur, quia peccatum est misceri coniugibus: sed quia illud quod fit, vtique fit de carne pœnali. Pœna enim carnis mors est, & vtique inest ipsa mortalitas.* Pende *de carne pœnali*: caro enim, quia de primo parente peccatore trahit originem, obnoxia est mortalitati & omnibus effectibus mortalitati adiunctis. Sic dixit B. Theodor. hoc loco Psal.50, *Sed quoniam peccauerunt, interitui vndique dati sunt: mortales vero facti, tales procrearunt filios: hos tales concupiscentia, & timores, & voluptates, & mœrores, & ira, & inuidia secutæ sunt.* Itaque non solum mala pœnæ sed etiam mala culpæ procedunt de radice peccati originalis. vt asserunt D. Gregor. lib.6. Moral. cap.15. vocans peccatum originale matrem omnium peccatorum: *Peccatum, ait, in se inhabitans appellauit. Apostolus originalem culpam: Quia ergo ex originali culpa fit peccatum*

Licet anima per gratiam mundetur à peccato orig. adhuc remanet ei procliuitas ad malum.

Homo formatur ex carne pœnali. Theodoret

D. Gregor. *Mala pœnæ & culpæ procedunt de radice peccati orig. quia mater est peccatorum.*

Notæ.

Verbum *concreari*, non proprie dicitur de creatione, quæ ex nihilo fit, sed idem est ac congenita, aut cognata, vt Tygur. legit, *cognata sunt.* verbum enim συνέκτισεν, id significat, quod est à verbo συνεκτίκτω, id est vna cum partu edo, significat etiam ad partum conduco; itaque creare interdum significat gignere, quod vsitatius procreare dicitur. Vide quæ diximus ad id Psal.88. v.4. *Errauerunt ab vtero.* sic dicitur tenebras & errorem congenita esse peccatoribus. non dicit hominibus, sed peccantibus, quia simul cum admissione peccati mortiferi conginguntur, vt dicimus in sensu. *Tò in malis*, idem est, ac in vitijs. *Consenescunt in malo.* docet eos, qui vitijs assuescunt non ea in senecta deponere, imo vero senescere in malo, & malum senescere in eis. In originali est, *consenescit malitia*, vel *in ma-*

Peccatum originale est venenum quod diffunditur per humana membra.

Psal.50.v.7

tum actionis, matrem eius esse primam culpam recte nominamus, liberi autem huius matris sunt omnes concupiscentiæ, peccata, & vitia. Ergo qui illud contraxerunt, hæreditarunt errorem & tenebras.

Peccatum originale præputium cordis dicitur & quare Prou.26. v.24.

2. Præputium cordis prouenit ex peccato originario. sic dicitur Prouerb.26.v.24. *Labijs suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos.* Cor enim hominis, quod prauum est & inscrutabile, officina est, vbi verba formantur, & cum doli tractantur in corde, verba fallacia proferuntur in ore. & ratio quare doli, aguntur in animo seu in corde, est, quia cum peccatum originale sit origo dolorum, & cor infectum sit hac perniciosa labe, inde est, quod formatis dolis in corde, verba fallacia, quæ ore proferuntur demonstrent infectionem & venenum, quod animus à peccato contraxit.

Vocatur etiã scandalum seu offendiculum. Isa.57. v.14

3. Scandalum seu offendiculum generatur ex peccati originalis labe. Ideò dixit Dominus per Isaiam cap.57. v.14. *Declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei.* vbi verum est velle per hæc adhortari, vt nemo venientes ad Ecclesiam & fidem scandalizet, sed potius omnes iuuent. sed certe qui hæc scandala & offendicula ponunt, ostendunt se maculatos esse peccato originali, quod hanc malitiam excitauit in hominibus, qua alios offendant, & scandalum præbeant. Ideò monet, vt hunc effectum peccati, offendiculum scilicet tollant, corrigentes malitiam, qua per peccatum infecti sunt.

Cor lapideũ effectus est peccati origin. Ezech.36. v.26.

4. Cor lapideum effectus est huius peccati? quare dixit dominus per Ezech.cap.36. v.26. *Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.* Hæc durities lapidea originem traxit ab illo peccato, quod indurauit & obfirmauit cor primi hominis, vt obsisteret diuinæ præceptioni. Per sagittam amoris voluit Dominus cor hominis superare, vt ad sui amorem & voluntatem traheret; sed quia duritiem admisit peccando, tamquam signum lapideum restitit, retorquẽdo sagittam amoris, ne sauciatus amore adigeretur ad diuinam voluntatem exsequendam.

Cor carneũ obfirmatum fuit peccato orig.

Cum igitur cor licet carneum iã per peccatum obfirmatum contineret in corpore, filij, quos genuit hanc duritiem cordis, sicut & alia mala hæreditarunt, & renituntur diuinæ voluntati & præceptioni. Inde est quod Deus misericordiam ostentare volens, conetur cor lapideũ mollificare, præbendo cor carneum, id est, cor obsequens, vt voluntatem diuinam exequi, & obtemperando diuinis iussionibus vitam æternam, quam in primo parente perdiderat inuenire & possidere possit.

5. Aquilonarem, vel eum, qui ab aquilone est.

121. sic dixit Joël cap.2.v.20. *Et eum, qui ab aquilone est procul faciam à vobis.* Quod licet in Litterali sensu intelligatur de Chaldæis, & Assirijs, At R. Salomon citatus à Galat. lib.5. cap.10. per eum, qui est ab aquilone, fomitem peccati significari dicit, estque vetus Hebræorum interpretatio, licet allegorica. quæ si intelligatur de adimendo prorsus fomite peccati, falsa est, vt elegãter probat noster Ribera ad hunc locum Ioëlis? dixit enim Paulus Rom.7.v.22. *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.* agit de peccati fomite repugnante in membris suis, ergo non adimendus erat, vt explicant Hebræi, verum autem est fomitem esse veluti ventum aquilonarem, qui inficit omnes homines, id est, peccatum originarium præter Christum & virginem, vt dicemus.

Quare peccatum orig. appelletur aquilonaris. Ioël 2.v.20. Ribera. Rom.7. v.22. *Fomes peccati non adimitur ab homine.*

Tandem vocatur hoc peccatum immundum, quia omnes inficit & maculat. vt videtur Job 14.v.4. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es?* vbi ostenditur hanc immunditiam, quam homo contrahit, cum concipitur, est peccatum originale. Et cum in tempore conceptionis contrahatur, ideò noster Sirach affirmat, tenebras & errorem, quæ sunt effectus peccati originalis, concreata esse peccatoribus. vocat peccatores, qui in peccato concipiuntur. Innascitur enim error in intellectu, & tenebræ in memoria & voluntate, quæ obscuritatem potentijs afferunt offundentes calliginem, &c.

Quare vocatur immundum peccatum originale. Iob 14.v.4.

Illustratio secunda.

ERror & tenebræ peccatoribus concreata sunt. Quod error concreatus sit, certum est: 122.

Error concreatus est homini peccatori.

modo sumatur pro peccato actuali, siue mortali, siue veniali? modo pro errore intellectus. hic enim nisi à domino dirigatur, in multos errores dilabitur. Licet autem peccata actualia non cõmittantur ab homine antequam ad rationis vsum perueniat, sed procliuitas ad illa committenda, à conceptione in peccato originem trahit. Jdeò dixit Dauid Psal.57. v.4. *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, loquuti sunt falsa,* id est, iam ab vtero alienati sunt, à iustitia, à virtute, à Deo. quia peccatum originale, vt diximus, est absentia debitæ iustitiæ, & per consequens qui si hac labe inquinatus concipitur & nascitur, similitudini Dei nuntium remittit. D. Ioan. Chrysost. citatus à Geneb. [quem locum quæsiui & non inueni] inquit: Peccati originalis vis in impijs elucet ab incunabulis, ita vt statim ab infantia in malitia adolescant, & proficiant, à vulua sunt compositi ad praue agendũ. Itaque *errauerunt ab vtero*, non quod peccata actualia commiserint, sed quia cum in vulua originale contraxerũt, omnes errores, in quos labuntur vim acceperunt in vtero, in quo peccato originali infecti sunt. Hoc est quod dixit idem Psaltes Psal.138.v.16. *Dies formabuntur, & nemo in eis*; Quem locum D. Hieronym. explicat; Hunc locum symmachus ita transtulit, *dies quibus formati sunt, ne vna quidem ex eis deest.* & est sensus: omne tempus ætatis, cui jam ab exordio vitæ istius, sunt curricula deputata, certo fine decurrit, nec vna dies plus aut minus est, quam tu cõditor esse voluisti, Agellius. Secundum LXX. autem interpretes, & altiorem intelligentiam, sensus est: Tu omnes in die formas, tu cunctos vis esse filios Dei, sed nullus est in hominibus, qui non peccato obnoxius fiat, & per hoc filius esse noctis incipiat. & D. Hieronym. Tò, *Nemo in eis*, sic intellexit, nemo in eis est, qui interdiu formetur, sed omnes filij noctis sunt & tenebrarũ, propter originale peccatum, quod primi parentis propagatione in omnes pertransijt intelligere videtur, vnde constat errorem & tenebras concreata esse peccatoribus.

Psal.57.v.4. *Peccatum orig. est absentia debitæ iustitiæ & generat dissimilitudinem* D. Chrysost. Psal.138. v.16. D. Hieron. *Dies vitæ hominis deputati sunt à Deo.* D. Hieron. *Omnes homines sunt filij mortis propter peccatum orig.*

Tandem Job cap.14. v.4. dixit: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus est?* Quod licet aliter explicetur haud dubiam mentionem peculiarem fieri peccati originalis, frequens est Patrum commentarius. Vt Origenes hom.8. in Leuit. Clem. Alex. lib.3. Strom. ad finem Cyril. hom.12. in Leuit. D. August. sup. Psal.50. tom.8. D. Basil. sup. Psal.32. & alij. q. d. Non me debes propter peccati sordes abijcere, nam illas ex ipsa conceptione contraximus: videnturq; propterea intimis hærere medullis, cum immundo semine, ex quo progeniti sumus, videntur etiã malorum & sordium semina, & procliuitas ad peccandum nobis congenita: vnde errores & tenebræ in nobis nascuntur. Hæc vero vitare in peculiari cuiusque nostrum voluntate positum non est; tu tantum, qui naturæ auctores, posses ab omni peccati sorde & infectione naturam mundare. ex radice igitur peccati originis, si alia pullulẽt, vt error & tenebræ, nihil mirandũ fuerit. Quod dixit supra Dauid Psal.50.v.7. *Et in peccatis concepit me mater mea.* D. Hieron. *& in peccato concepit*, proprie ex Hebr. *calefecit*, aut *fouit me*. D. August. *In vtero aluit*. q.d. iam inde ab vtero peccati seminarium in me est: videor alitus & nutritus, vt qui in peccato conceptus & confirmatus fuerim. Quid mirum si error & tenebræ comitentur animum meum, & videar concreatus cum eis.

Iob 14 v.4. Origenes. Clem. Alex. D. Cyrill. D. August. D. Basil. *Ex conceptione contrahuntur labes peccati* Psal.50.v.7 D. Hieron. D. August.

Digressio de immaculata B. Mariæ Virginis Conceptione

123. LIcet error & tenebræ concreata sint omnibus hominibus, quia in peccato originali nutriri fuerint in vtero materno, & verum sit quod D. Paulus dixit Rom.5. v.12. *Propterea sicut per vnum hominem peccatũ in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.* Omnes enim homines in hoc peccato concepti & veluti nutriti in vtero materno, labem originariam contraxerunt, quæ in omnes filios Adam diffusa est; at ex hac generali regula, non solum Christus Dominus excipiendus est, quia licet homo natus sit, simul Dei filius est, & ex natura sua propter hypostaticã vnionẽ non potuit hanc imperfectionem contrahere; sed etiam Virgo SS. Maria, quę ipsum Christum genuit, & peperit excepta est, cum nullum peccatum originale contraxerit in eius purissima cõceptione. vt optime inter alios probauit noster Ferdinandus de Salazar in suo libro de conceptione Virginis. Iustũ enim erat, vt ab hac lege eximeretur quæ exempta fuit ab omni labe peccati mortalis & venialis, hæc enim effectus sunt peccati originalis, & qui noluit vt virgo intemerata his maculis inficeretur, cur vellet vt peccati originarij labe inquinaretur? Quare superuacaneum iudico in huius veritatis probatione multũ immorari, sed vt intelligamus errorem & tenebras, quæ ex peccato originali procedunt nullo modo Virgini purissimæ in vtero materno concreata esse aliqua testimonia proponere decreui, quæ talia sunt.

Omnes in peccato concepti sunt. Rom 5.v.12 *Christus Dominus & Maria mater eius peccatum orig. minime contraxerunt.* Salazar.

Primo S. Job c.3. v.9. agens de nocte peccati originali, vt explicat D. Thom.3.p.q.27.art.2.ad 2. *Et hoc signatur* Job 3. *vbi de nocte originalis peccati dicitur*, &c. inter alias maledictiones, quibus execratur conceptionem suam in peccato, hæc vna est: *expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis aurore.* Ipse Angelicus doctor *per lucem* intelligit Christum Dominum, *expectet lucem, id est, Christũ, & non videat, quia nihil inquinatum incurrit in illam, vt dicitur* Sap.7. & per *auroram* Deiparam sanctissimam, *id est beatæ Virginis; quæ in suo ortu à peccato originali fuit immunis.* ergo fuit q.d. expectet quidem peccati originarij nox Christi Domini in vtero Virgineç aurorę conceptionẽ vt hanc clarissimam lucem tenebris & errore suo inuoluat, sed quod optat nullo modo assequetur: irriti enim conatus eius videbuntur. fieri autem nullo modo poterit vt lux ipsa tenebris & errore inuoluatur. Christus enim lux est, & *splendor lucis æternæ*, procedens *à patre luminum*, vt patrẽ vocauit Apost. Jac.1.v.17. & dixit Joannes de Christo vt Deo 1.Ioan.1.v.5. *Quoniã Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.* Ergo si lux est, & tenebræ minime ipsi obscuritatem afferre possunt, quomodo audebit nox peccati illum tenebris conuoluere, *expectet lucem & non videat.*

Testimonia ad probandã V. Mariam exemptã esse à peccato originali. Iob 3. v.9 *Christus lux est & splẽdor lucis æternæ.* Iac.1.v.19. 1.Ioan.1. v.5.

Rursus. *Nec ortum surgentis auroræ.* Si per aurorã intelligitur Deipara, vt placuit diuo Thomę, nec peccatũ originarium illã inuoluere tenebris suis ausum est. Si enim hæc aurora solem diuinum proprio sui purissimi sanguinis vestimẽto ornatura erat, necesse fuit, vt ipsa luce gratiæ originalis condecorata conciperetur. Quemadmodum enim aurora licet in noctis caliginosæ vtero cõcepta videatur, non tamen nominatur aurora, donec solis fulgentissimi splendore micare, & pulchritudinis fulgorem ostentare incipiat. Sic Virgo sanctissima licet à primo parente trahat originem, ob quod appellanda videbatur noctis filia, quia Adam transmisit in omnes filios suos tenebras & errorẽ peccati, sed quia aurora erat, quæ solem splendidissimum iustitię in vtero suo & manibus gestatura erat, vt mundum sua clarissima luce collustraret. Vix aurora hæc Virgo nominari potuit, cũ præillustrata fulgore gratiæ in vtero matris suæ cõcepta est. Sic dixit D. Petr. Dam. serm.3. de assumpt. Caro enim Virginis ex Adam assumpta, maculas Adæ non admisit sed singularis continentiæ puritas in candorẽ lucis æternæ conuersa est. quare nox originalis peccati illi obscuritatem afferre non potuit. Rursus ex Hebr. legitur: *Nec intueatur palpebras auroræ.* vbi vocat aurorã palpebras solis; idem enim est palpebra ad oculũ, ac aurora ad solẽ. Ergo sicut palpebræ contegunt & detegũt oculos, qui corporis soles sunt, ita si Virgo aurora palpebrarum officio fungitur erga sole Christum, cum inquit Iob, *Nec intueatur*, &c. id est, nec nox originalis peccati intueatur palpebras auroræ; ostẽdit peccatũ non offudisse errorẽ & tenebras in Deipara. Si enim vix oculi aperiuntur, cum palpebræ eius luce perfunduntur; & vix incipit sol micantem splendorem ostendere, cum iam auroram collustrat, quid mirum affirmemus Virginem vix edi in lucem per suam immaculatam conceptionem, cum iam gratiæ originalis lucem iure optimo hæreditauerit.

Peccatum orig. non potuit Mariam tenebris inuoluere, quia aurora est. *Aurora vocatur palpebra solis.*

2. Vates regius agens Psal.88.v.36. de Christi throno, illum soli, contulit, dicens: *Thronus eius sicut sol in conspectu meo.* Quẽ locum licet D. Cyril. Alex. & alij. explicent de Ecclesia, quæ regnum Christi est, & affirment, regnum Christi soli æquamdum esse; sicut enim sol symbolum est tẽporis spatij, & gloriosæ pulchritudinis: sic regnũ Christi futurum erat diuturnum, & gloriosum sicut sol. Sed D. Joan. Damasc. & Petr. Dam. citati à nostro Suarez in vita Christi, de Virgine Deipara explicant, & affirmant, ideò soli comparari quia humanã & Angelicam naturam gratia superat, sicut sol astra cæli luce antecellit. Sic Damian. serm.1. de Natiuit. *Fecit thronum vterum videlicet intemeratæ Virginis, in quo sedit illa maiestas, quæ nutu concutit orbem. Hanc sessionem filij & probauit & cognouit Pater, ipso dicente: Thronus iste sicut sol*, &c. Vnde inertur si Virgo cæteras creaturas excel- 124.

Psal.88. v.36. *Ecclesia thronus Christi.* D. Cyril. Alex. D. Damasc. B. Petr. Damian.

Virgo Maria quia thronus Christi similis soli eximitur à peccato orig.

lit, sicut sol astra reliqua superat, in aliqua singulari excellentia ostendi debet. Hęc sita non est in sanctificatione post peccati lapsum, nam nō superaret Ieremiam, & D.Ioannem Baptistam, cū hi duo secundum multorum sententiam in vtero materno sanctificationē acceperint. ergo excellit virgo in alia singulari excellentia; non est alia eximior quam gratia originalis: igitur illam participauit in sua conceptione. Rursus, si hæc purissima Virgo thronus est Christi, & cōfertur cum sole: sicut sol in ipso creationis instanti suā fulgentissimam lucem & micantem splendorem ab artifice diuino hæreditauit, vt terrā collustraret: parimodo hic thronus Virgineus, consonū fuit, vt in suo conceptionis instāti fulgentissimus appareret, omni puritate condecoratus, & omni splendore ornatus, vt thronus Christi appellaretur.

Virgo Maria sicut sol excellit reliquas creaturas.

Hinc est quod ipse Vates regius cum ageret secundum sententiam Eusebij Cæsariensis de temporali diuini verbi generatione (erat enim Deipara coniuncta filio propter matris & filij relationem) Psal.105.v.3. ait Dauid: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.* S.Iustin.Mart.Tertull. Arnob. & alij doctores Hebræi hunc locum intelligunt de temporali Christi generatione. q.d. in die, ô fili, in quo humanam vestem indueris, regio splendore frueris: & populus tuus libenti animo tibi gratias referet, hoc est, *tecum principiū.* tunc enim nō concupiscentia carnali, sed splendoribus sanctitatis procreaberis ex Maria Virgine. verbum autem *vtero* ventrem & Mariam videtur significare. nam refert Euseb. se à doctissimo Hebręo didicisse, huius verbi ethymologiam: ait enim: *Ac scio me quemdam super hoc audisse, qui diceret, Hebraicam vocem hoc loco ipsius nomen Mariæ commemorasse, & ita Dei mater per hoc nomen vtero fuit significata*; licet certius sit inuentā fuisse aliquam lectionem originalem, in qua positum erat nomē Marię. quia Hesichius eximię auctoritatis magister hanc confirmat veritatem; ergo notum est Spiritum sanctū huius Christi generationis in vtero virginali auctorem extitisse, & Virginem Deiparam ex propria substantia materiam subministrasse, ex qua corpus effingendū & efformandum erat. Quare necessarium videbatur Virgineum sanguinem, ex quo Christus formandus erat, purissimum futurum, & ex sua natura propensum ad bonum. & certum est diuinum verbum virtutibus eximijs matrem suam condecorasse, vt matris officium iure optimo exequeretur; ad honorem enim Dei & ad suam omnipotentiam, immensamquę liberalitatem pertinebat, hoc eximium priuilegium Virgini concessisse, ne huius peccati labe inficeretur. nam omne peccatum ipse Deus odit, præcipue originale, cum tot malorum radix extiterit. Quare Virgo Deipara illud non contraxit.

Euseb. Cæs. — Psal.105.v.3 — D. Iustin. Mart. Tertull. Arnob. — Temporalis conceptio Christi in vtero virgineo qualis. — Euseb. — Per verbum vtero virgo Maria fuit significata. — Sanguis Mariæ purissimus erat, quia de illo formandus erat Christus Dominus.

125. Porro, Ezechiel agens cap.1. v.26. de Maria secundum mysterium, confert illam cum saphiro, dicens: *Super firmamentum, quod erat imminens capiti animaliū, quasi aspectus lapidis saphiri similitudo throni; & super similitudinē throni similitudo quasi aspectus hominis desuper.* Quem locū aliqui ex sententia nostri Suareze xplicāt in mysterio de Deipara. nam per firmamentum Spiritus Angelicos intelligunt, & per thronum Virginem, quę super se Christum Dominum sustinebat. Sic explicuit Galatinus, *Dicit aspectum sedis similem saphiro, vt innuat intemeratam Virginis puritatem. vt enim saphirus est draphanus & clarus ita virgo semper fuit immaculta & clarissima absque originali peccato.* Ergo in throno lapidis saphirini ostēdebatur eius conceptio originalis, labis prorsus expers. 1. Quia saphirus ostentat colorem cælestem, vt dicitur Exod.24. v.10. *Quasi opus lapidis saphirini, & quasi cælum cum serenum est.* & sicut cæli serenitas munditiem & elegantiam denotat, ita Deipara, quod cælum serenum est. sic enim dixit D.Joan. Damasc.orat. de Mariæ natiuit. *Hodie ex terrena natura cælum in terra ille condidit, qui olim firmamentum ex aquis fixerat, ac in altum extulerat, ac sane hoc illo longe diuinius est.* Thronus saphirinus est, & cęlum omni munditie præditum, & gratia originali ornatum vt Maiestatem Dei decebat. 2. Si hunc eximium thronum Deus supra capita Angelorum collocauit, manifestabat locum esse decentiorem propriæ maiestati omnibus Angelis. Quare sicut Angeli naturam omni candore & sinceritate præditam à diuino artifice hæreditarunt: sic Virgo eamdem, vel multo excellentiorē ab eodem artifice participauit: quæ causa fuit vt gratia originali ornata conciperetur. Tandem S.Epiphan. vocat saphirum *gemmam admirabilem, pulcherrimam, gratissimam.* & Marbodæus, *gemmā gemmarum.* & Abulensis; *Apud gentilium Deos in magna fuit saphirus reuerentia.* Ergo si Deipara saphirus his ornamentis condecorata concipitur, gemma admirabilis est: quia priuilegium conceptionis sine peccato, admirationē affert Angelis & hominibus. pulcherrima est, quia micantem splendorem ostentauit. gratissima, quia nullum in oculis altissimi ornamentum ita æstimatur, sicut gratia originalis.

Maria comparata saphiro. — Ezech. 1. v 26. — Suarez. — Saphirus colorem cælestem denotat — Exod.24. v.10. — D.Damasc. — Virgo Maria in gratia concepta. — D Epiphan. — Marbod. Abulens. — Virgo Maria admirabilis, pulcherrima gratissima.

D.Damascen. agens de immaculata Virginis conceptione, dixit: *Natura gratiam anteuertere ausa non est, sed tantis perexpectauit, dum gratiam fructum suum produxisset.* Quem locum explico exemplo Christi Resurrectionis. Reuixit Christus tertia die, & cum resurrectionis suæ certiores faceret discipulos, accurrunt. Petrus & Joannes ad sepulchrum: *Exijt ergo Petrus* (Joan.20. v.4.) *& ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum: currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primo ad monumentum. Venit ergo Simon Petrus sequens eum; & introiuit in monumentum. Tunc ergo & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit,* &c. Per Ioannem significatur natura, per Petrum gratia, quæ antiquior erat natura, licet auctor naturæ & gratiæ æternus esset. per monumentum denotabatur vterus Annæ. currit natura vt Virginem producat, accurrit & gratia, vt eumdem faciat effectum: natura quæ citius peruenit, tantis perexpectauit donec gratia hunc dulcissimum fructum produceret. quare cum gratia vterum Annæ præoccupasset, Mariam rediuiuam reddidit, ei gratiam originalem communicans, ne per naturam labe peccati originalis inficeretur.

D.Damasc. — Natura gratiam anteuertere ausa non est in Mariæ conceptione. — Ioan.20. v.4. — Per Ioannem significatur natura, & per Petrum gratia.

126. Rursus D.Anselm. cap.3. agens de excellentijs Deiparæ: *Nulli denique,* inquit, *dubium, castissimum corpus, & sanctissimam animam eius, funditus ab omni fuisse macula peccati iugi Angelorum custodia productam, vtpote aulam, quam suus & omnium creator Deus corporaliter inhabitaturus.* Pende hoc testimonium, quod verè probat Virginem iugi Angelorum custodia productam extitisse, omni ornamento decoratam, ne inquinaretur macula peccati

D.Anselm. — Testimonium ad probandam Virginem conceptionem sine peccato.

peccati originalis, quia si aula futura erat, vbi creator omniū habitare dignaretur, conueniens erat vt seruaretur innoxia & expers totius immunditiæ, ne dedecens habitaculum haberetur diuinæ maiestatis, quæ illam ad honorem suum & magnificentiam ostentandā elegerat. Quare priuilegium originalis iustitiæ in instanti suæ conceptionis iure hæreditauit. S.Laurentius Justin. dixit: *Ab originali delicto nullus excipitur, præter illam, quæ genuit mundi Saluatorem.* Ergo si nulla ex creaturis excipitur, præter illā, quę genuit mundi saluatorem, ipsa sola inter humanas creaturas hoc priuilegio ornata extitit. Tandē S.Methodius loquens cum Maria, inquit: *Tu prætiosissima regni Margarita,* &c. Cum illam margaritā appellat, vere affirmat nullā labem peccati contraxisse: nam hæc singularis excellentia margaritarū propria est, vt totius labis expers sit. Sic dixit Plinius lib.9.cap.35. *Margaritæ candor nullam patitur labem.* Ergo si nullam patitur Margarita labē, cum vocat deiparam Method. Margaritam tribuit ei hanc elegantiam gratiæ originalis, & per consequens immaculatam appellat eius conceptionem.

D. Laur. Iustin. — Sola Maria concepta sine peccato inter omnes creaturas. — S. Method. — Plinius.

Alia multa testimonia proponuntur, quibus probatur immaculata Virginis conceptio; restat vt aliqua ratione hanc veritatem confirmemus primo: si Virgo in primo instanti laberetur in peccatum, haud dubium contraheret illud venenum, quod diximus, nu.119. & particeps facta esset illorū effectuum, quos præstat labes originalis peccati: hos non contraxit, ergo exempta fuit à peccato. Probatur: quia indecens esset carnem Virginis sic inquinatā his effectibus, deseruire ad formationē corporis Christi: vt ergo caro eius nullam pateretur infamiam, conueniens fuit, vt semper extitisset totius labis expers. Quare numquā Virgo infecta fuit hac labe peccati. 2. Deus optimus maxima sua vigilantissima prouidentia impertit gratiam conuenientē dignitati, quam hominibus vel Angelis confert. vt pręcursoris Christi Joannes officio fungeretur, in vtero materno mūdatus est à peccato originali, & sanctificationem accepit: quia tanta dignitas præcursoris tantā postulabat gratiam: Ergo cum dignitas Dei matris excellētior sit dignitate pręcursoris, aliam altiorem & excellentiorē gratiam requirebat; nulla excellentior originali, ergo hanc Virgo à Deo hæreditauit. 3. D.Ioan. in Apocal.cap.12.v.1. referes visionem illā qua significabatur mysterium conceptionis, vt affirmat D.Bern.dixit: *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius.* P.Luisius del Alcasar hanc visionem explicuit de Ecclesia, & ait esse diuinum verbum, quod Ecclesiam circumuestiebat, lunam esse, non solum deiparam, sed humanitatē Christi tamquam inter se vnitā. Itaque mater & filius secundum humanitatem officium bassis solidissimæ exercebant, cui sumptuosum ædificium Ecclesiæ nitebatur; Ergo si mater quasi fundamentum solidum erat simul cum filio, in quo fundanda esset Ecclesia: manifestum est non incurrisse peccatum originale. nā quod humanitas Christi? in se habebat, scilicet gratiam originariam ex natura sua propter vnionem hypostaticā, eamdē ex preuilegio debebat Deipara possidere, vt fundamenti soliditatē haberet Ecclesia; ergo si Christus in gratia genitus fuit ex natura sua, mater eius ex priuilegio eamdem accepit, vt ipsis tantum ædificium niteretur. Jgitur si Virgo non contraxit originale peccatum, non illi concreata sunt error & tenebræ, sed lux diuina, qua ornata, nec errauit, nec offusa tenebris fuit, &c.

Rationes, quibus probatur conceptio Mariæ immaculata — Deus impertit gratiam iuxta mensuram dignitatis. — Apoc.12. v.1. — D Bernard. — Alcasar. — Christus & Maria basses Ecclesiæ.

Illustratio tertia.

Qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. 127.
Hugo non male: qui exultant in peccatis suis, consenescunt id est, vsque ad canos permanent in malis, id est, vsque ad mortē: licet statim explicet de astutia non bene. Melius Jansen. secutus lectionem Græcam: *malitia senescit cum eis,* explicat dicens: Notandum autem quod dicit malitiam consenescere cum his, qui in malis exultant, significans nō cum omnibus consenescere peccatoribus, sicut omnibus concreantur error & tenebræ, vt nō his, qui ex infirmitate peccant; sed his, qui in peccatis gloriantur, seseque iactant, ex destinata malitia, peccantes sine magno conscientiæ remorsu, quales raro emendari contingit, &c. Eodem modo explicat Palac. Itaque Ecclesiasticus inuehit in eos, qui ex malitia peccant, & gloriantur in delictis suis, & prænuntiat interitum sempiternum: quia qui in peccatis assuescunt, & nolunt opportune pœnitentiā agere, sed immemores nouissimorum, & extremi iudicij Dei, ita in peccata dilabuntur, quasi qui sibi persuadent, non esse iudicē vltorem, senescentes in peccatis, in æternum baratrum detruduntur. De his loqui videtur Salomon Prou. 18.v.3. cum ait: *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, sed sequitur eum ignominia & opprobrium.* Prima explicatio deprompta ex D. Athan. cum impius peccatis suis ad profundissimas tenebras delapsus est, contemnit, id est, verecundiā exuit. & quidem cum ipsemet tenebrę externæ verecundiam adimere solent, ideò enim vitia omnia quæ turpitudinem & ignominiam afferre consueuerunt, vt luxuria, furtum, & alia id genus, noctem & caliginē captare solent: tamen multo magis frontem eluit, atq; omnē pudorem interna animi obsuritas & caligo. Quare monebat Apost. Ephes.4.v.17. *Vt iam non ambulantes, sicut & gentes ambulant in varitate sensus sui, tenebris obscuratū habentes intellectum,* &c. Dixerat noster Sirach errorem & tenebras concreata esse peccatoribus, & statim subdit: *Qui autem exultāt in malis,* &c. quasi ex tenebrosa cœcitate oriatur exultatio in peccatis: & cum exultant peccatores in peccatis suis, in profundum peccatorum descendunt, exuentes pudorem, & non timentes lucem solis ad flagitia perpetranda, sed in ipsa luce gloriantur in iniquitatibus suis.

Hugo. — Qui exultant in peccatis permanent in illis vsque ad mortem. — Iansen. — Palacius. — Interitus sempiternus præparatur ijs, qui gloriantur in peccatis suis. — Prou.18. v.3. — Cum in profundum venit peccatorum impius exuit verecundiam. — Eph.4.v.17

Altera expositio huius loci est Hugonis, qui sic explicat: Profundum peccatorū potest dici contumacia, defensio, iactantia, desperatio, pręsumptio, excœcatio intellectus, corruptio affectus. vbi videtur excogitare altitudinē, longitudinem, latitudinē, & profunditatem; Altitudo, inquit, peccati est iactatio & elatio, tunc scilicet cū aliquis in sceleribus gloriabūdus exultat. iuxta id Ps.51.v.1. *Quid gloriaris in malitia qui potēs es in iniquitate?* latitudo est inanis præsumptio de diuina misericordia; hęc enim quidquid timor adstringit & in angustias cogit, dilatat atq; exporrigit; hic spectat id Prou.21. v.4. *Exaltatio oculorū est dilatatio cordis.* Lōgitudo est cōsuetudo & assiduitas peccandi, vel perseuerātia in delictis: hęc enim crimina in longum perducit. Deniq; profunditas est desperatio salutis. hæc enim animū

Hugo. Profundum peccatorum est contumacia & desperatio. — Psal.51.v.1. — Prou.21. v.4. — Desperatio animum in imum baratrum deturbat.

quasi in imum baratrum deturbat, atque inde emergendi spē adimit. Quæ omnia conueniunt sententiæ Sirach, cum ait: *Qui autem exultant in malis*, id est, qui ad hanc prædictam profunditatem malorum perueniunt, vt iam exultent in peccatis, *consenescunt in malo*, id est, perseuerant gloriantes in hac profunditate, quæ profunditas in baratrum detrudet, &c. Hi enim committunt haud dubium crimen læsæ maiestatis. vt 6.q.1. Si quis cum militibus & barbaris contra imperatorem conspirat, vel publice portat arma, reus est criminis læsæ maiestatis. & ideò est morte mulctandus, & exhæredandi hæredes. Quid enim sunt peccata nisi arma diaboli, quibus Christum impugnat, & milites Christianos. Qui igitur ista portat priuatim signum est quod Deū aliqualiter timet & reueretur. Sed si gloriatur de peccatis suis & de eis se publice iactat contra Deum publica arma portat. ideoque tamquam reus criminis lęsę maiestatis est morte perpetua puniendus. *Quid gloriaris in malitia*, &c. Quare dixit Sirach infra cap. 19. v. 6. *Qui incundatur in malitia denotabitur*, id est, condemnabitur. Secundum Glossam.

Qui iactat se de peccatis suis reus est criminis lęsæ maiestatis.

Eccles. 19. v. 6.

128. Rursus hæc in malis exultatio indicat haud dubium procacitatē & confirmationē peccandi. Sic dixit idē Sapiens Prou. 21. v. 29. *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum*, is videlicet, qui improbitati sese addixit, magna siue constātia, siue impudentia scelera admittit, vultum obfirmans, id est, minimè illum auertens. q.d. licet impius sæpe corripiatur & admoneatur vt pœniteat, ita exultat in malis, vt in illis senescere velit, procaciter obfirmando faciē suam: quæ obfirmatio vultus indicat haud dubium, non solū procacitatem & impudentiam, sed etiam obstinationē & duritiam, in qua senescens, in præcipitium celeriter currit, contemnens promissiones vitæ æternæ, quæ ei proponuntur.

Exultatio in malis indicat procacitatem & cōfirmationem peccandi.

Prou. 21. v. 29.

Præcipuus locus ad hanc sententiā illustrandam est, Job cap. 20. v. 11. *Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum illo in pulverem dormient.* q. d. Quæ semel impius in adolescentia didicit, numquam dedicit, & prauis moribus tamquā ossibus quibusdam tota eius vita imposita, & substantia indies difficilior & durior ad flectendum & mutandum efficitur. Sic autem profecto fit, vt peccata numquam illum deserant: nā mortuum ac viuentem comitantur, &c. Intime illis adhæsit peccandi licentia & impunitas, & quod semel sunt imbuti in adolescētia, seruarunt odorem diu vsque ad senectam, vsque ad mortem. Eleganter D. Gregor. *Durę*, inquit, *in eo prauitatum consuetudines, atque quotidie duriores existunt, & vsque ad mortem perdurant.* Melius D. Hieron. super locum Job tom. 8. inquit: *Hoc, ait, quod à iuuentute sua, ex quo grauiora peccata committere cœperit, in eisdem peccatis suis vsque in senectam permanserit, pro quibus numquam voluerit pœnitere*, &c. Hæc igitur ossa implebuntur vitijs adolescentiæ, id est, non secus quam ossa medullis plena sunt, quibus nutriuntur, humectantur, & conseruantur: sic mores impij iam inde ab adolescentia, ij sdem vitijs creuerunt & conseruati sunt vsque ad senectā. Ergo cum dicitur impius habere *ossa plena vitijs adolescentiæ*, vitia dicuntur esse instar medullarū, atque peccata esse, velut alimentum ossium, ac numquam non impium vigere in sua illa peccādi licentia, & impunitate. Quare quamuis ætate & corpore, senex centū annorum sit, exhaustu, confectus, & aridus; sed quod ad vitia attinet, adolescens semper, integer, & plenis ossibus.

Iob 20. v. 11. *Quæ impius in adolescentia didicit, numquam dedicit.*

D. Gregor.

D. Hieron

Vitia comparantur ossibus.

Itaque cum peccator gloriabundus exultauit in adolescentia peccatis suis, ipsa eum non deseruntet, & sic non mutat mores sed senescit in eis. nā quod in adolescentia discitur, durat vsque ad senectam & mortem. Ideò Seneca lib. de const. Sap. cap. 12. condemnat senes, quibus puerilitas est: *Quem animum*, inquit, *nos aduersus pueros habemus, hunc sapiens aduersus omnes, quibus etiā post inuentam, canosque puerilitas est.* & epist. 4. ait: *Adhuc enim non pueritia in nobis, sed quod est grauius puerilitas remanet: & hoc quidem prius est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum, nec puerorum tantum, sed infantium.* vbi reprehendit illos, qui vitia puerorum in senecta conseruant: protrahunt enim vitia, quæ in pueritia apprehenderunt vsque ad senectam & mortem. Exemplum est in aquārū riuulo, qui promanans è fonte currit per terram exultans vsque ad mare. Si hæc aqua initio contraxit vitium aliquod, illud non deserit, sed veluti senescit cum illo donec in mare ingrediatur. Adolescens, qui exultans malum contraxit, conseruare solet illud vsque ad senectam & mare mortis. quare conandum est, vt in adolescentia mutentur aquæ vitiorum per resipiscentiam, ne comitetur hominem vsque dum per mare mortis ingrediatur, & in præcipitium deturberur.

Quod in adolescentia discitur inueratur vsque ad senectam. Seneca.

Reprehenditur illi qui vitia puerorum in senecta conseruant.

2. Probatur hoc hemistichium ex illo Dan. 13. v. 52. vbi dicitur Danielem in defensionem Susannæ, senes eam accusantes vocasse ad iudiciū, quibus reprehendens dixit: *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operaberis prius*, &c. illud *inueterate dierum.* nihil aliud significat, quam à primis annis in peccatis consenuisse: dies enim mali peccata sunt, nam sumitur per metonymiam tempus pro rebus, quæ fiunt in tempore. venisse autem dicitur peccata, quia venerunt peccatorum supplicia, eo etenim die luit illorum scelerum pœnas, quæ ab ineunte iuuentute pertrauerat. Ergo inueteratus in peccando dicitur, qui peccatis à primis annis assuecuit: illa vero sic mollescunt vt numquam aut nō nisi difficicile exolescant, sicut illa, quæ insita sunt à natura. Sic dixit D. Cyprianus lib. de bono pudicitiæ ad medium: *Hanc (Susannam) ex senioribus duo coperant deperire, nihil memores, nec diuini timoris, sed nec suæ annis iam morcescentis ætatis. Ita illos in flagrantia suæ iuuentutis incendia rediuiuæ libidinis flamma reuocabat.*

129. Dan. 13. v. 52. *Inueteratus dierum dicitur qui in peccatis semit.*

D. Cyprian.

Porro Salomon Prou. 22. v. 6. dixit: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.* quæ sententia indifferens est ad bonū & ad malū. nam vt dixit Horat. *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu.* Si bonus virtutis odor fuerit, diu illum seruabit, si malus non recedet ab eo adolescens, nā cum senuerit non recedet à peccatis suis. Prouerbium certū est, quare experientia docet exultantem in malis in malo senescere.

Prou. 22. v. 6. *Adolescens iuxta viam suam cum senuerit non discedet ab ea.* Horat.

Tandem verbum *exultandi*, quo vsus est Sirach; significat, nō solum obstinationē in malis, sed etiam iactationē in illis. quare qui sic iactatur in peccatis suis, videtur in spiritum sanctum peccare, & ideò difficultatē mōstrat consequēdæ veniæ. Hinc est quod dicat Christus Dominus Matthæi. 12. vers. 33. *Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, nec in futuro.* Quod verbum intelligitur blasphemia. Nullus alius videtur in Spiritum sanctum

Verbum exultandi significat obstinationem in malis.

Matt. 12. v. 33. *Blasphemia est peccatum in spiritum sanctum.*

sanctum peccare, nisi qui iactatur se de peccatis commissis, & exultat in malis, quem punit Deus deserens eum, vt sic ad senectutem perueniat, & cum assuetus sit in malis, consenescens in illis in præcipitium æternum deturbatur. Quare opportuno tempore debet homo de commissis pœnitentiam agere, & cauere de futuris, vt veniā & præmium æternū fœliciter consequatur.

VERS. XVII.

Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum.

Sensus.

130. *Datio Dei*, &c. q.d. Possent aliquando iusti hanc in Deum querellam iacere, scilicet, impios bonis tēporalibus repleri, & in illis prosperari, sicut & iustos; sicque nullum facere inter iustos & iniustos discrimen, quod diuinæ prouidentiæ regimen derogare videtur. Sed notum sit omnibus, dona & beneficia, quæ à Deo in iustos conferuntur, illis perpetuo permanere: agnoscunt enim se à Deo hæreditare quod possident, siue in spiritualibus, siue in temporalibus. At si quid impijs impertitur, id ipsum non permanet eis, sed præter eorū expectationem & voluntatem eripitur eis. & si aliquando permanent, in morte omnibus illis spoliantur; nam ad ea bona relinquenda adigūtur, iniustis autem licet possessio bonorum non duret nisi vsque ad mortem, at bona spiritualia virtutum, in quibus versati sunt, in æternum durant. & beneuolentia Domini habet successum in æternum: quia donum Dei non est otiosum, sed sanctorum operum productiuum, quæ præmium æternum merentur: id enim quod Deus vult proficere & promouere, habebit successus in æternum. Nemo enim illius beneplacito resistere poterit, & sine pœnitentia sunt dona & & vocatio Dei, &c.

Notæ.

Ostendit Ecclesiasticus in hoc versu, bona impiorum non esse stabilia & diuturna; quæ vero iustis conferuntur à Deo, etiam eis conseruari & fœliciter promoueri; *Dationē Dei*, vocat beneficia, dona, munera, quæ ab eo in iustos proficiscuntur. Licet δόσις nihil aliud quam dationem significet. *Pro profectu illius* est in originali, *beneplacitum*, & *beneuolentiam*, quod idem est ac fauor Dei, qui in æternum fœlicitat, id est, æternos successus habet. vel *in æternum*, εις τον αιωνα ευοδωθησεται. Aldus Basil. & Roma. transferunt *fœlicitat*, id est, ευοδοι. ευοδια est prosperum iter, via plana: & verbum ἐυοδόω, est, quo vtuntur quoties res, succedit ex animi sententia. vt dicitur, Psal. 1. v. 3. *Et omnia quæcumque faciet prosperabuntur.* ἐυοδωθησονται, prosperum iter facio, faustū aut fœlix iter habeo bene mihi in itinere succedit. Ideò vulgatus *successus*. id est, prosperos transtulit; res enim in idem recidit. nam quia fœlicitat Deus, ideò etiam fœlix esse, siue successus habere dicitur; veluti cum mortem pallidam nuncupamus, quia homines facit pallidos. Ergo beneplacitum Dei, vel beneuolentia eius erga iustos dicitur habere successus, id est, prosperare, & fœlicitare, reddens iustis præmium pro bonis operibus & virtutibus, in quibus versati sunt, quod durat æternum.

Psal. 1. v. 3.

Illustratio prima.

131. *Datio Dei permanet iustis.* Solis ergo iustis hoc est, fidelibus & Deum timentibus donū perpetuæ lucis seruatur. & in profectu virtutum ambulantes multiplici mercede in æternum remunerantur. Itaque perpetuus ac fœlix piorum successus cum miserrimo impiorū ortu & progressu exituque comparatur. Rationem huius permanentiæ donorum Dei in iustis reddit Paulus Rom. 11. v. 29. *Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.* vt statim dicemus. Hugo Cardin. explicat de donis spiritualibus, scilicet gratia & gloria, quæ permanentia sunt, & iusti quibus præbet prosperantur. Dionys. intelligit charismata & gratiam, quæ Deus infundit, & perseuerant in iustis finaliter, & successus habebunt, id est, spiritualis profectus gratiæ ac virtutum, iugiter incrementa accipient, quousque ad fœlicitatem pertingant. Iansenius non solum de bonis spiritualibus, sed temporalibus exponit, vt assignet permanentiam bonorum, quibus ditantur iusti, & inconstantiam illorum, quæ peccatores possident. Palacius, dona Dei spiritualia esse docet. Existimo tamen agere Ecclesiasticum inprimis de bonis & donis spiritualibus, & non excludere temporalia, quæ licet non permaneant aliquando iustis propter diuinæ prouidentiæ dispositionem, at succedit patientiæ virtus, quæ durat vsque ad mortem, vt per merita respondentia virtuti vitam æternam consequatur.

Fœlix piorum successus cum miserrimo impiorum ortu paratur. Rom. 11. v. 29. Hugo. Dionys. Iansenius. *Bona iustis permanent.* Palacius

Præcipuus locus ad illustrandum primū hemistichium est Rom. 11. v. 29. *Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.* q.d. omnia quæ Deus pollicetur & donat, ex parte sua permanentia sunt: nam numquam illum pœnitet donasse quod promittit & largitur. Promiserat per Prophetas multa bona tam temporalia quam spiritualia, *sunt*. quæ largiturus erat iustis timentibus & diligentibus se: promiserat etiam vocaturum populum Iudæorum ad sui cognitionem; & licet vasa, in quæ effusurus erat dona sua defecerunt; quia multi, quos vocauit ad se per Prophetas & per Christum filium suum, renuerunt accipere gratiam vocationis electionis, & dona spiritualia & temporalia, quæ libenter obtulit animo. & posset illum pœnitere hæc bona obtulisse, non pœnituit, vt nemini ansam præberet murmurandi, & de honore suo detrahendi, non recipientes quę promiserat. Quare voluit omnibus esse notum, semper paratum esse donare bona, quæ promittit. & quæ donat auferr propter ingratitudinem. sic explicuit B. Theodor. apponens exempla: *Quod enim*, inquit, *quæ dat bona Deus rursum accipit, cum vid. rit eos, qui acceperint ingrati animi vitio laborari. testis est Saul, qui gratiam spiritualem percepit, & ab ea postea destitutus est. Quin etiam similiter Salomon, qui pacem per diuinam benignitatem assecutus est, post transgressionem gratia priuatus est.* Idem dicit de Iudæis. Magis ad intentum exposuit D. Anselmus, dicens: *Id est, promissa de*

Non pœnituit Deum dona sua impertitum esse. Rom. 11. v. 29. *Quæ Deus iustis dat ex parte sua permanentia sunt.* Theodor. D Anselm.

de gratuito facta,& vocatio ab æterno: quia non mutabit Deus vocationis vel largitionis suæ sententiam; sed quos ante mundi constitutionem in prædestinatione sua elegit, hos fructum boni operis, afferre faciet in tempore suo,& fructus eorum manebit: nec eum nisi manentem vitæ huius inueniet finis, quia perseuerantiam habebunt in benefactis. Pende habere Deum perseuerantiam in benefactis,& fructus eorum manere; quia ex parte Dei permanent bona, & ex parte iustorum permanent etiam, si ipsi ingratitudinis vitio non laborauerint, &c.

Deus habet perseuerantiam in benefactis.

132. D.Chrysost. tom.1. agens de Abraham, cui Deus promisit, non solum temporalia, sed etiã spiritualia, inquit: *Quando Deus promittit. nulla variatio promissionibus adiungitur, atque adeò illa maxime manent, quæ in manu Dei sunt: ex manu enim Dei nullus rapere potest. Igitur quia nullus rapere potest ex manu Dei certus ille thesaurus semper manet. Nam spes non pudefacit, quia Dei est promissio; & dona promissa sequuntur eius naturam, qui promisit.* Ergo cum ex parte Dei dona, quæ promittuntur & donantur, mutationem non patiuntur, quia permanẽtia sunt; sequitur permanere iustis, si ipsi ea conseruare conantur. Et si temporalia bona permanentia non sint, cum in morte relinquantur; at spiritualia, quæ iusti in vita percipiunt, comitantur eum post mortem, & permanent eis in sæculum. Et permanentia bonorum in hac vita demostratur in eo, quod haber in se veluti thesaurũ inexhaustum. Sic dixit idem Chrysost. tom. 1. in cap. 14. Gen. hom. 37. *Thesauro cuipiam assimilatur iustorum virtus, in quo plurimæ ineffabiles diuitiæ continentur.* Vnde extrahit ad viuendum, & durant vsque ad finem vitæ, quia in corde seruantur. Dixit D. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 24. *Inter hæc sciendum est, quod iustorum bona, quia ex corde incipiunt, vsque ad præsentis vitæ terminum crescunt.* ratio est, quia iusti non mutantur, ideò dona Dei illis permanent. Vnde D. Hieron. tom. 7. super id Psal. 67. v. 7. *Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. In Ecclesia*, inquit, *in qua fideliter consistentibus Spiritum charitatis infundit, qui vnius moris sunt, & non mutantur. Siquidem iustus non mutatur, quia semel iudicauit in iustitia permanere.* & cum certum sit, quod ipse Hieronym. in Psal. 91. docuit: *Nihil bonum est, nisi quod æternum est. Nihil bonum est nisi quod perpetuum est*, & permanet, mutationemque non patitur: inde est quod iustus cum illud percipit conseruat, vt semper cum comitetur, non solum in vita, vt comitantur bona temporalia, quæ in morte consumuntur, sed post vitam, quia bona spiritualia semper ex parte Dei permanentia sunt, si iustus illa conseruare studeat. Quare *datio Dei permanet iustis.*

D.Chrysost. *Quando Deus promittit nulla variatio promissionibus adiungitur.*

Bona spiritualia iusti post mortem comitantur.

D.Chrysost.

D. Gregor.

D. Hieron. Psal. 67. v. 7

Nihil bonũ nisi quod æternum est.

Illustratio secunda.

133. *Et profectus illius successus habebit in æternum.* Complutens. *& beneplacitum eius prosperatur in sæculum.* Vocat beneplacitum voluntatem Dei iustos prosperandi, quæ ex parte Dei immutabilis est, si homo cooperatur, bona opera efficiendo. Et quia semper debet auxilium Dei permanere, vt iustus prosperitate fruatur; ideò Tygur. legit: *& fauor ipsius procedet perpetuis successibus.* Tandem, vt ostendatur, ex beneuolentia Dei fœlicitatem procedere, transtulit Drusius: *& beneuolentia eius fœlicitat in æternum.* Hugo vocat *profectus*, *multiplicationem bonorum operum & virtutum, successus habebit in æternum.* id est, multiplicis mercedis, & æternæ remunerationis, Sap. 3. v. 15. *Bonorum operum glorioſus est fructus.* Dionys. iugiter incrementa accipient, quo vsque ad fœlicitatem pertingant. *Tò illius* refertur ad Deum: nam ipse Deus cooperatur iustis fauorem & beneplacitum præbendo, vt præclare viuant & bene operentur, quorum opera fœlicitat, illa tandem remunerando. q. d. & fauor Dei, beneplacitumque eius opem ferendo iustis, bono successu terminatur. nam ipse sibi gloriam asciscit iustorum opera remunerando & fœlicitando. Vnde constat omnia opera bona quæ agimus pendere à Dei fauore & beneplacito & sine ipsius cooperatione, nihil boni ex parte nostra ei offerre possumus.

Hugo.

Dionys.

Omnia opera bona pendet à Dei fauore.

Hinc est quod homo cum ligno comparetur. Psal. 1. v. 3. *Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. & folium eius non defluet, & omnia quæcumque faciet prosperabuntur. Tò &* emphatica est particula. sane erit sicut arbor non siluestris, non sterilis, sed fructifera & plantata iuxta fluenta & riuos, qualis est oliua, & palma, &c. est etiam particula causalis pro *nam* vt reddat rationem cur talis sit beatus. Ergo per riuos aquarum intelligi debent fauor & beneplacitum Dei: nam sicut arbor quæ plantatur pendet ab alimento aquarum, vt vireſcat & producat fructus: sic pendet homo ab alimento diuinæ aquæ, gratiæ scilicet & beneplaciti Dei, vt vireſcat, floreat, & fructus bonorum operum reddat. *Et omnia quæcumque faciet prosperabuntur* quod congruit cum eo quod Sirach. inquit secundum lectionem Complut. *Beneplacitum eius prosperatur in sæculum*: nam prosperitas iustorum cedit in prosperitatem beneplaciti Dei: & idem est beneplacitum Dei prosperari in sæculum, ac dicere omnia quæ faciet iustus prosperabuntur. B. Theodoret. super hunc locum: *Imitantur enim*, inquit, *aquarum irrigationes Spiritus sancti flumina: & quemadmodum illæ consitas arbores germinare faciunt, ita hæc sunt in causa, vt diuinos fructus ferant*, &c. Ad intentum Cardin. Bellarm. solæ igitur illæ arbores omni ex parte perfectissimæ sunt, quæ folia, fructusque producunt, & folia semper retinent, & omnes omnino fructus tempore suo maturos reddunt, quibus scriptura iustos homines passim comparare solet, verbum *prosperabuntur*, significat prosperare faciet. In quo notatur virtus actiua arboris, quæ concurrit ad maturandos omnes fructus: & virtus actiua liberi arbitrij quæ cõcurrit cum gratia Dei ad opera meritoria. nam Deus est qui adiuuat, vt bona opera prosperentur. Quare dicebat Victor Antioch. ad c. 3. Marci. *Ipsum bonorum operum, quæ facimus causam, vt effectorem & adiutorem statuamus*, &c.

Psal. 1. v. 3. *Similitudo, qua iustus ligno comparatur.*

Actiones iustorum non prosperantur.

Theodoret

Bellarmin.

Prosperari quid.

Liberum arbitrium concurrit cum gratia. Victor Antiochen.

Tandem Salomon Sap. 3. v. 15. agens de iustis, dixit: *Bonorum enim laborum glorioſus est fructus.* Laudauerat in versu præcedenti iustum nomine spadonis, qui per manus suas iniquitatẽ non fecerat, cui datorum promittebat donum electum, & sortem in templo Dei acceptissimam, & concludit, glorioſos esse fructus laborum bonorum. *Tò, bonorum*, vel potest substantiue sumi, id est, piorum, vel adiectiue, laborum bonorum, si de præmio iustorum laborum dicit esse glorioſos fructus, quia digni sunt vt remunerentur: habent enim meritum corã Deo, quod retribuit diuinus remunerator præmio æterno. quæ retributio signũ est fructus laborum pro-

134. Sap. 3. v. 15. *Bonorum laborum glorioſus est fructus.*

ductos fuisse à iustis diuino beneplacito & fauore, præsidioque munitis, sine diuini numinis fauore nihil boni præmio digni effici potest: nam teste Apostolo 1. Cor. 12. v. 3. *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto*, id est, nisi fauore diuini numinis. Ergo si bonum quod homo operatur indiget Dei fauore & beneplacito: gloria, quam consequuntur labores iustorum pendet ab eius auxilio; & per consequens beneuolentia Dei fœlicitat iustũ eius remunerando labores. Si secũdo modo sumatur *Tò bonorum*, id est, adiectiuè, vocat iusti labores bonos, quia meritum habent dignum æterna remuneratione: & cum fructus respondens meritis sit æterna gloria, hinc est quod fructus appellet glorioſos: & cum nullum aliud præmium haberent labores, nisi diuinam beneuolentiam & fauorem, glorioſum deberet appellari, & magna æstimatione dignum. Sed huic præmio adiungitur aliud, quod magis faciendum est, retributio scilicet æterna, quam Deus remunerator depositam habet ad remunerandos iustorum labores suo fauore & præsidio, nec non beneuolentia effectos, &c. dixit: D. Gregor. Nazianz. orat. in laudem Cæsarij: *Hæ Cæsario pietatis laudes, hæc pietatis præmia. Audiant iuuenes, audiant viri, ac per eiusdem virtutis orbitam ad eumdem gloriæ splendorem contendant, (bonorum enim laborum glorioſus est fructus) si qui sunt, qui id quoque amplum & expetendum ducunt, atque in fœlicitatis parte ponendum existimant.*

Nihil boni fieri potest sine Dei fauore. 1. Cor. 12. v. 3.

Iusti labores digni sunt æterna remuneratione

D. Nazian.

Hi tandem sunt bonorum operum fructus; quos arbor decora producit, qualis est iustus, qui tanquam lignum transplantatum est secus decursus aquarum, diuinæ beneuolentiæ & fauoris. E contrario vero impij, qui tanquam arbores indecoræ, infœcundæ, & steriles, nullum bonorum operum fructum producunt. De his arboribus, inquit Salomon Sap. 4. v. 5. *Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.* fructus vocat opera impiorum, quæ inutilia sunt, & acerba ad manducandum, & ad nihilũ apta, ex quibus fructibus cognoscuntur: nam si dixit Christus Dominus: *ex fructibus eorum cognoscetis eos*, Matt. 7. v. 16. ex operibus impiorum ipsi cognoscuntur, quia sunt arbores inutiles & infructiferæ; & si ipse Dominus Matth. 3. v. 10. ait: *Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur*: impij, qui non faciunt fructum bonum excidentur. Quod congruit cum eo, quod ait Salomon: *confringentur rami eius inconsummati.* forte vocat *inconsummatos* ramos, qui non peruenerunt ad perfectionem. Hugo, id est, doctrina eorum in perfecta charitate, vel operibus bonis non consummata, cito destruetur. De his ait, *ad nihilum apti*, quia nullam vtilitatem ipsis impiis afferunt, sed potius damnationem; quod idem est ac illud, Matt. 5. v. 13. *Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus*, Ad quid valet impius infructiferus nisi ad ignem?

Sap. 4. v. 5.

Impiorum fructus quales. Matth. 7. v. 16. Matth. 3. v. 10.

Doctrina in charitate nõ consummata destruetur.

Matt. 5. v. 13

Quare si impij inutiles fuut, quia gratia Dei carent ad bene operandum; iusti sunt, qui accipientes beneuolentiam & fauorem diuini Numinis operantur cum ea, & reddunt fructus bonorum operum, vt consequantur vitam æternam. Gratia seu fauor est ex parte Dei, operatio ex parte nostra, & nisi hæc operatio habeat beneuolentiam & fauorem Dei, inutilis est & sterilis. Qui bene operatur construit domum spiritualem Deo sponso, ex parte hominis operatio est, sed ex parte Dei est fauorem præbere. Comendans sponsa pulchritudinem sponsi, vt reddat mutuum amorem, qui eam, etiam vocauerat pulchram; subdit: Cant. 1. v. 16. *Tigna domorum nostrarum Cedrina, laquearia nostra Cypressina*, id est, non solum sic pulcher es, dilectemi, sed domus, quam tibi paraui ad nuptias celebrandas pulchra est. Per *tigna*, & *laquearia* designantur gratia Dei, & opera sponsæ; sed quare vocat *nostra*, & non suas quia domus spirituales, quæ bonis operibus ædificantur & nostrę sunt, & Dei sunt. Iuxta id Psal. 126. v. 1. *Nisi Dominus ædificauerit domum*, &c. *laquearia* vocat *nostra*, sed non *tigna*: quoniam gratia ipsius solummodo est, quam gratis confert, nec nostra dici debet, cum eam minime meruerimus, saltem respectu illius effectus primi primæque infusionis. Operum vero merita nostra dicuntur à Domino, quoniam ipsi communia sunt ac nobis: quia ipse per gratiam, qua nos corroborat nobiscum illa operatur. Vide 1. Cor. 15. v. 10. Per *tigna* gratia intelligitur, per *laquearia* operum merita, vt diximus: siquidem, gratia ipsa est, quæ instar tignorum nostra fulciens opera, efficit vt sint meritoria. Opera quippe nostra per se nihil meriti haberent ad vitam æternam. Vnde quemadmodum si è domo tigna auferas, tota & laquearíorum structura corruat necesse est. Ita si ab ædificio domus æternæ beatitudinis, sustentans dimoueatur gratia, & vniuersa operum studia excidant opere pretium est; ex quibus constat beneuolentiam & fauorem Domini per bona opera nostra prosperos habere successus, &c.

135. *Iusti accipientes fauorem Dei operantur cum eo.*

Cant. 1. v. 16

Per tigna & laquearia designantur gratia Dei, & opera sponsæ.

Psal. 126. v. 1.

Gratia solius Dei est, sed opera nostra & Dei. 1. Cor. 15. v. 10.

VERS. XVIII.

Est qui locupletatur parce agendo, & hæc est pars mercedis illius.

VERS. XIX.

In eo, quod dicit: inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus.

VERS. XX.

Et nescit quod tempus præteriet, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & morietur.

Sensus.

136. EST *qui locupletatur*, &c. q.d. In tuum animum inducas necesse est verum esse iniquos perpetuo bonis non frui. Considera hominem, qui parcè viuit & genium suum aliquando fraudat, & hanc solam mercedem habet, quod spem habeat parsimonia acquisitis futuro tempore fruendi. Hic enim bonis repletus dicit: iam mea parcitate inueni requiem mihi, & assecutus sum bona, in quibus iam quiescere possum, & per quæ deinceps à labore & sollicitudine liber esse potero: & nunc manducabo de bonis meis solus. At vana est spes eius, nam per mortem præter expectationem superuenientem, adigitur omnia sua aliis relinquere: nescit enim quantum temporis remaneat, quo his bonis potiatur: si quidem tempus præterit ipsum, & mors omnium rerum consumptrix, iam prope accedit impendens, & cogens illum omnia sua bona deserere, & ab illo vitam eripit, &c.

Notæ.

PRimo, Tò, *parce agendo*, est in Originali, *ab attentione & parsimonia sua*, id est, ditescit homo laborem attento animo excipiens, & nimis parcum, & pecuniæ tenacem se exhibens, nos dicimus: *enriqueze a costa de su estomago.* Illi alimenta non præbens, sed semper in illo fames dominatur, ne opes, quas comparat, consumantur, sed potius augeantur. *Et hæc est pars mercedis illius*, alij: *de mercede ipsius*, non quod locupletetur parcè viuendo, sed in eo quod dicit, &c. pars enim mercedis laboris præteriti est, spes fruendi bonis, quæ congessit parce viuendo. *Solus*, alij *indesinenter*. Græcè. Μόνος, id est, solus, sine comite; *& nescit quod tempus præteriet.* Complut. *Quod tempus præteribit ipsum.* τὸ, *quod*, non est aduerbium causale sed adiectiuum, *quod tempus præteriturum sit*, quamdiu victurus sit: nam quamdiu in hac vita sumus tempus nos præterit, & nos vicissim illud præterimus; ergo ait: nescit quod tempus præterit, vt prope mors accedat, & cogat omnia relinquere per mortem, &c.

Illustratio prima.

137. *Aliqui parce viuendo locupletantur.* EST *qui locupletatur parce agendo, & hæc est pars mercedis illius.* id est, est, ditescens ab attentione, atque tenacitate sua: & hæc est eius pars ex mercede ipsius, id est, nullum fructum intelligit diuitiarum aut percipit, nisi aut solum curam ac sollicitudinem in acquirendo & commulando, aut inanem, vanamque cogitationem atque spem in perfruendo, σφίγγια dicitur ab
Aristoteles. σφίγδω, quod significat stringo. Aristoteles huiusmodi auaros homines ad rem attentos nominat parcos, tenaces, aridos; quorum alij manum habent ad accipiendum quidem apertam, ad largiendum vero clausam aut contractam, alij parcitate suum fraudant genium. Rabanus explicat: *Secundum simplicem sensum diuitem auarum describit, qui stultissima se parcitate cruciando aliis deuoranda conseruat.* Hugo, *parce agendo*, id est, auare congregando: *& hæc pars mercedis illius.* non tota. Dionys. id est, diuitiis suis cum parcitate vtendo, nec pauperibus & amicis eas communicando: *& hæc pars mercedis illius*, id est, in hoc arbitratur consistere mercedem sui laboris ac parcitatis & studij circa temporalia congreganda. Tandem Lyra ait: Hic consequenter retrahit à cupiditate diuitiarum propter defraudationem fruitionis, quæ fruitio frequenter subtrahitur per celerem mortem diuitiarũ copiam habentes, &c. Quare dixit Eccles. c. 5. v. 12. *Est & alia infirmitas pessima quam vidi sub sole, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima*, &c.

Raban. Hugo. Dionys. Lyra.

Taxatur auaritia illorum qui ditantur parce agendo. Ergo hic taxat Ecclesiasticus auaritiam illorum, qui locupletantur, non solùm congregando diuitias per fas vel nefas, propter cupiditatem habendi, quæ insatiabilis esse solet; sed etiam parce viuendo negando corpori suo & alimenta necessaria, & voluptatem fruendi diuitiis, quas acquisiuit: quorum sors miserrima est. Forte hanc sententiam mutuauit ex Salomone Ecclesiastes c. 4. v. 8. vbi sapiens reprehendit hanc vanitatem: *Vnus est, & secundum non habet, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitiis; nec recogitat, dicens: cui laboro, & defraudo animam meam bonis?* agit de homine auaro, qui nullos habet certos & legitimos hæredes, & non habet finem in laborando hians semper diuitiis, quas postquam acquisiuit, ita retinet in se, vt defraudet stomachum suum parce viuendo: quod vanitas est, & afflictio pessima. Pende 1. *& tamen laborare non cessat.* Vbi ostendit nullam causam habere auarum in laborando, cum non habeat cui relinquat quod acquisiuit, nec vllum honestum finem nisi auaritiam; hæc enim causa est, vt cum aliquid postulatur ab eo, emoriatur cor suum in corpore suo. Postulauerat Dauid, cum fame laboraret, à stulto Nabal alimẽtum sibi & pueris suis, & cum inurbanum & impudentem se aduersus regem ostendisset, vxor eius Abigail. animaduertens damnũ venturum, conata est illud resarcire, occurrens Dauid, & munus offerens, adorans eum, mitigansque iram suam. Hoc in suo marito fecerat, & cum Nabal ab ipsa resciuisset factum, dicitur 1. Reg. 25. v. 37. *Diluculo indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.* Cur ergo emortuum est cor eius? numquid ex metu imminentis calamitatis? minime, sed vt obseruant Rex Salomon, & Rex Dauid, non tam propter metum & minas Dauid, quam propter munus illi, ab Abigail oblatum: erat enim auarus nimis, & odio habebat liberalitatis virtutem, & ab illo diuitias auferre, nihil aliud erat nisi cor auferre: *como si le sacaran el coracon.* Sed quare *emortuum est cor?* quæ mors ista cordis? Respondeo cor auari viuere in thesauro suo: nam vt dixit Christus Dominus Luc. 12. v. 34. *vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Et cum cor auari ita adhærens sit thesauro suo, semper illum comitatur: vnde cum thesaurus ab illo abstrahitur, simul cor aufertur: & quia tunc Thesaurus dicitur emortuus cum amit-

Eccles. 4. v. 8. — *Auarus nullam causam habet in laborando, cum non habet cui relinquat quod acquisiuit.* — 1. Reg. 25. v. 37. — *Cum aliquid ab auaro postulatur emoritur cor suum in corpore suo.* — *Auarus viuit in thesauro suo.* — Luc 12. v. 34.

amititur ab auaro, inde est quod cor eius emortuum dicatur, cum pecunia aufertur: comitatur enim illam, & quasi cor simul aufertur. Tò, *quasi lapis*, potest explicari, insensibilem remansisse, & simul cor obdurasse ad imitandum liberalitatis exemplum in vxore Abigail ipsa iram Dauid aduersus maritum muneribus mitigauerat & lenierat, quæ mitigatio iræ, & damni resarcitio potens erat ad molliendum cor Nabal, sed auaritia sua ita illud offirmauerat, vt lapidis duritiem imitaretur, &c.

138. *Aristoteles Auaritiæ definitio & species.* Rursus: *Nec recogitat, dicens: cui laboro, & fraudo animam meam bonis!* Aristoteles tom. 3. lib. de Virtutibus, sic definit auaritiam. *Auaritia autem est vitium animæ, per quod appetunt, vndequaque lucrum:* & statim assignans huius vitij species, ait: *Auaritiæ autem species sunt tres, turpis quæstus, tenacitas, illiberalitas. Turpis quæstus quidem, per quem ditescere quærunt vndecumque, & lucrum quàm pudorem pluris faciunt. Tenacitas autem per quam sumptui parcunt, & impensæ in re honesta. Illiberalitas autem est, per quam expendunt quidem, minutatim autem mali, & plus iacturæ facientes, nullo scilicet habito temporis dilectu.* Ergo cum auari demorentur in oblectatione diuitiarum, quibus inhiant, nihil magis habent alienum, quàm hanc recogitationem, *cui laboro & fraudo animam meam bonis?* laborant, quia ditescere quærunt vndecumque, & cum solùm morentur in acquisitione diuitiarum, nihil ita curant quam conseruare, & non expendere pecuniam, ne facile insumantur & pereant. Inde est quod tenaces sint pecuniarum, & non audeant illas expendere. Vnde sequitur defraudare animam suam bonis, quæ acquirunt; & licet fames illos extimulet, plures æstimant possidere pecunias, quam ipsa fame confici. Sicque locupletantur parce viuendo, & hoc studium ditescendi est pars mercedis ipsorum. Quibus dicere licet quod alteri auaro dictum est: *quæ autem parasti cuius erunt?* Luc. 12. vers. 20. nam omnia, quæ comparant, inuitè relinquunt, & putrefiunt diuitiæ: non enim animaduertunt id quod neque sibi, neque aliis, quibus de victu & vestitu prouidere teneantur, vsui est, damno & detrimento esse. Cuius rei imaginem quandam intueri licet in Manna Exod. 16. v. 20. iubetur enim populus colligere, *quantum sufficit ad vescendum per singula capita iuxta id, quod edere poterant.* quod si quid relinquerent in sequentem diem, *computrescebat, & scatescebat vermibus.* Non aliter qui plus congregat quàm sibi aut suis necessarium sit, computrescere necesse est, & scatere vermibus. Sic D. Ambros. sup. cap. 12. Lucæ. *Remanent* (inquit) *in sæculo cuncta, quæ sæculi sunt, & pereunt nobis quæcumque congregantur in hæredibus.* vide Iac. 5. v. 2. Hi omnes effectus ex tenacitate auaritiæ nascuntur. Qui enim tenax pecuniæ est, non illam insumendo, sed custodiendo, & fraudando animam suam bonis, hic non diues, nec beatus est dicendus. Sic dixit Euripides.

Auari demorantur in oblectatione diuitiarum quibus inhiant. — *Omnia quæ auari comparant inuitè relinquunt.* — Luc. 12. v. 20. — Exod 16. v. 20. — *In manna auaritiæ imago.* — D. Ambros. — Iac. 5. v. 2. — Euripides.

Si quis vitam in fortunis vixerit.
Neque pulchrum aliquid domi tentauerit,
Ego hunc diuitem aut beatum nullo modo,
Sed custodem pecuniæ dixero.

Qui tenax diuitiarum est non diues nec beatus dici potest. — Seneca.

Ideò dixit Seneca lib. de ira fine. *videatur & auaritia magni animi, aceruis auri argentique incubat.* Verbum *incubare*, notat similitudinem auium, quæ ouibus incubant vt foueant, & viuificent, & pullos edant, qui autem aceruis pecuniarum incubat, quasi eos fouendo, vt filios operum edant, ita fouent pecunias, vt nimio calore putrescant, &c.

Quid sit incubare diuitijs.

139. *Proprium auarorum fraudare animam suã bonis.* Tandem proprium auarorum est, fraudare animam suam bonis, *parce agendo.* Quod probatur ex eo, quod de auaro dicitur. Lucæ 12. v. 19. *Anima habes multa bona posita in annos plurimos, quiesce, comede, bibe, epulare.* Pende inuitationem ad animam & non ad corpus. Licet per animam corpus animatum intelligatur, tamen animam solam inuitat propter auaritiam non audet corpus inuitare, quia in sustentatione corporis multa bona insumuntur; sed animam, quæ neque comedit neque bibit, neque epulatur, vt detegat tenacitatem cordis, quæ tanta est, vt fraudet corpus suum bonis parce viuendo. Vbi D. Basil. ponderans, id, *Habes bona*, &c. *Comede, epulare* (inquit) *ô verba stultissima! ô dementiam singularem: nam si porcinam habuisset animam, quid aliud ipsi enuntiare potuisses? Itane peruinus tu ita bonorum animæ ignarus eam vt excipies carnalibus epulis? & quæ alui secessus recipit, animæ destines. Siquidem illa virtutem habet, si plena est bonis operibus, si Dei gratiam tibi conciliauit ac familiariter asciuit: tum sane multa bona habet, tum lætari poterat bona lætitia.* Eleganter explicans hanc parabolam D. Petr. Chrysol. serm. 104. *Miserum* (inquit) *quem vbertas sterilem, abundantia anxium, inhumanum copia, diuitiæ fecerunt mendicum. Humanus ager inhumanum Dominum sustinebat, & quod terra fundebat largiter, concludebat & congregabat anguste, vt esset alienorum custos, qui esse suorum noluit prorogator, ingratus Deo, sibi nequam, hostis pauperum, diuitum nota, carcer naturæ.* Pende id, *diuitiæ fecerunt mendicum.* Quomodo mendicus, si diuitias possidebat? mendicus fame conficitur, quia nihil possidet, quo nutriatur. Sic auarus qui parce viuẽdo fraudat animam suam bonis, mendicat, quia multa bona possidens ita tenaciter illa custodit, vt opus sit precario victitare. Sic D. Bernard. serm. 20. in Cant. *Auarus terrena esurit vt mendicus, fidelis contemnit vt Dominus: Ille possidendo mendicat, iste contemnendo seruat.* Insuper ad manum & ad os bona habet, quibus sustentetur, & fame cruciatur, sicut Tantalus qui ore lambebat aquas, & sitiens erat. Ideò dixit Plutarchus in lib. de non fœnorando: *Tantali exemplo arcent assistentes, ne sua gustent, quando vindimiant, & fructus colligunt.* Hoc probat emblema Alciati, 84. de Tantalo.

Luc. 12. v. 19 — D. Basilius. *Inuectiua aduersus diuitem auarum.* — D. P. Chrys. *Diuitiæ auarum faciunt mendicum.* — D. Bernard. *Auarus terrena esurit vt mendicus.* — *Tantalus lambebat aquas & sitiens erat.* — Plutarch. — Alciatus.

Heu miser in mediis stat Tantalus vndis,
Et poma esuriens proxima habere nequit.
Nomine mutato de te id, docetur auare.
Qui quasi non habens, non frueris quod habes.

Auarus similis Tantalo. — D. Ambros.

Sic Auarus aquam suarum diuitiarum, quæ instar aquæ, fluxæ sunt, lambunt, sed non gustant, fraudando corpus & animam bonis suis; quæ post mortem fluunt, & diffluunt in alios, qui ea disperdunt. Dixit D. Ambros. in cap. 12. Lucæ. *frustra enim congregat opes, qui se his nescit vsurum.* Ergo cum auari locupletantur parce viuendo attentione, & tenacitate diuitiarum. *Hæc est pars mercedis illius*, id est, pars mercedis laboris præteriti, est spes fruendi bonis, quæ congessit parce viuendo. Hæc ipsa erat pars mercedis auari, qui inuitabat animam suam ad epulandum, dicens: *Habes multa bona in annos plurimos*, quibus in futurum fruaris. Tygur. *& hunc solum consequatur fructum pro præmio.* fructus laboris sui, erat premium promittens se illo fruiturum.

Quæ pars mercedis auari.

Illu-

Illustratio secunda.

140.
Dionys.
IN *eo quod dicit: Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus.* Dionys. *inueni requiem mihi,* id est, abundantem prouisionem ad viuendũ diu in quiete & repausatione carnali. *Et nunc manducabo de bonis meis solus.* id est, solus vtar
Iansenius.
diuitiis meis bibendo & comedendo. Iansenius, duo ergo dicit, quibus demonstrat vanam
Vana spes auari qualis.
spem eius de quo agit. Primum quod non nouit tempus vitę suæ, qui tamen pollicetur sibi manducare de bonis suis, idque solus. Deinde quod aliis per mortem relicturus sit, quod sibi proprium esse voluit. Ergo hæc est vana confidentia hominis auari se possidere diuitias, quibus in posterum assiduè potiatur, abiiciendo de pectore curam acquirendi diuitias, quibus sustentetur. Hæc etiam est ipsius recogitatio in corde
Qualis cogitatio auari.
suo: *Inueni requiem mihi*: quia in humanis nihil ita facit homini curas dimittere, & nullius negotij rationem habere, quam abundare diuitiis, quibus secure viuere valeat, non recogitans quid in posterum accidere possit.

Ex hac sententia videtur Christum Dominum parabolam diuitis auari mutuasse, quam refert D. Lucas cap. 12. Postquam finxit agrum
Luc. 12. v. 17 *Parabolam diuitis auari mutuauit Christus ex Ecclesiastico.*
sibi fructus vberes attulisse, subdit, vers. 17. *Et cogitabat intra se, dicens.* Quod congruit cum eo, quod dicit Sirach sibi *dixisse inueni,* &c. Et similis est vtriusque cogitatio: *& cogitabat intra se, dicens: quid faciam? quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam, congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & dicã animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibe, & epulare.* D. Petr. Chrysolog. serm. 104. pendens id:
D. Chrysol. *Diabolus possessor animæ auari.*
Quid faciam? Interrogantis (inquit) *vox est; & quem putas interrogabat iste? Erat in illo alter: Quia ad eius penetralia iam diabolus pößessor insiderat. Et qui intrauerat in cor Iudæ, mentis eius tenebat arcanum.* Statim ponderans verbum, *quia non habeo: Ecce* (ait) *clamat! Non habeo. Audistis quomodo non habet diues? Verum est quia non habet semper, qui quærit semper: & non habet vbi congreget, qui vt congreget, sic requirit.* Tò, *requiesce*, congruit cum eo, *inueni requiem mihi.*
Diuitiæ & abundantia non sinunt auarum requiescere.
Quærit requiem, & non inueniet, quia auaritiæ, & abundantia non sinit auarum requiescere. D. Gregor. explicans id Job. 20. v. 22. lib. 15. Mor.
D. Gregor. Iob 20. v. 22.
c. 13. *cum satiatus fuerit arctabitur: Prius* (inquit) *quippe anhelat per avaritiam concupita congregare. Et cum quasi in quodam ventre auaritiæ multa congesserit satiatus arctatus: quia dum anxiatur qualiter acquisita custodiat, ipsa eum sua satietas angustat.* & paullò pòst: *Quia mens* (ait) *auari, quæ prius ex abundantia requiem quæsierat, post custodiam grauius laborabat.* Dixit enim Salomon. Ecclef. 5. v. 11. *Saturitas diui-*
Ecclef. 5. v. 11. *Saturitas diuitiis non sinit requiescere.*
tis non sinit eum dormire. Quem locum expendit D. Ambrosius lib. de Naburhe c. 6. *Naturæ* (inquit) *ipsius nescit munia, nec somni nouit vices, excitat eum cupiditas, exagitat cura peruigil aliena rapiendi; torquet inuidia, mora vexat, sollicitat abuudantia. Nec*
D. Ambros.
ipse quidem Deus eum dormire permittit. Interpellat cogitantem, excitat dormientem. Sed nec ipse se quietum esse patitur, qui in vbertate fructus sollicitatur, & vocem egentis emittit: quid faciam, inquit. Nonne hæc pauperis vox est non habentis subsidia viuendi? Hinc procul du-
In diuitiis non vera quies inuenitur.
bio indicat tacitè Ecclesiastes diuitiarum vanitatem, in quibus non vera quies animi aut corporis esse possit. Dixit Horar. 3. Carm. Oda. 1.
Horatius.

Non aurum citharæque cantus,
Somnum reducent.

Jtaque licet requiem sibi auarus polliceatur, saturitas ipsa diuitiarum non patitur eum dormire, instar illius, qui multum comedit, & nondum cibum coxit, qui dormire non potest causa cruditatis & crapulæ.

Et nunc manducabo de bonis meis solus. Hæc propria auari vox qui præ auaritia nullum socium 141.
Auarus solus appetit diuitiis frui.
quærit, sed solus appetit esse in fruitione diuitiarũ. Loco *solus*, Complut. & Tygur. Legunt: *assiduè*. Drusius *indesinenter* quod congruit cum eo, quod dicebat auarus loco citato: *Anima habes multa bona posita in annos plurimos,* quibus assiduè & indesinenter potiatur. Vbi D. Petr. Chrysol.
D. Chrysol.
serm. 104. *Miser diues* (loquitur ei) *ignarus de præsentibus, disputas stultißime de futuris.* Bias dicere solitus erat: *vita tempus ita metiendum, quasi & diu &*
Bias.
parum victuri sumus. Sic Seneca epist. 108. citanda
Seneca.
dixit: *Insciị rapimur, omnia in futurum disponimus, & inter præcipitia lenti sumus.*

Ergo solus esse vult, vt solus suis bonis fruatur; semper enim solitarius incedit auarus, ac ne
Solitarius incedit auarus ne aliis commodare possit.
aliis commodare possit, aliorum commoda & societatem refugit. Jdeò amicitiam cum aliis inire non potest: nam cum certum sit, amicorum omnia communia esse, amicitiam refugit contrahere, ne sua bona communia reddantur, & facile insumantur. Eccles. 4. v. 8. dictum est
Eccles. 4. v. 8.
de auaro: *vnus est & secundum non habet.* quod licet intelligatur de auaro, qui hæredem non habet, cui sua bona relinquat; at Lyra & Morin-
Lyra. Moringus.
gus: *vnum* & solum, sumunt *pro homine amante solitudinis, ne per occasionem comertij cum alio, habiti aliquid cogatur subire sumptuum.* Sed melius hoc docuit ipse Salomon Ecclef. 5. v. 16. vbi agens de
Ecclef. 5. v. 16.
auaro, inquit: *Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris.* Quid autem est comedere panem in te-
Auarum comederein tenebris quid.
nebris, nisi abscondere se, vt solus bona sua comedat, ne alij comedant & insumantur. Sic transtulit Chaldæus: *In tenebris habitat vt panem suum solus degustet.* Interline. explicuit *Panis abs-*
Interlinear.
conditus suauior, quod nolit partem vllam diuitiarum cum aliis communicare, proptereaque solitarium, incedere. Hugo Cardinalis ait, aua-
Hugo.
rum differre prandium suum vsque ad noctem, ne superuenientes cogatur admittere hospites. Tum etiam propter ruborem, ne eius tenuitas & sordities deprehendatur. Itaque hæc solitudo ad vescendum indicat sordidam auaritiam, quia auarus laborat, non considerans, omnia, quæ habet relinquenda esse aliis, qui ea disperdant: quia sic solet accidere in iis, qui auaritiæ
Diuitiæ quæ in eleemosynas erogantur, in tuto collocantur.
seruiunt cumulando diuitias, & custodiendo ne in vita sua filiis & hæredibus prosint; vt quæ ipse auare acquisiuit, filij prodige effundant, & disperdant. Quare fœlicius est diuitias in eleemosynas impendere, & in alia bona opera; quia sic in tuto collocantur, & conseruantur, habent enim remunerationem, &c.

Illustratio tertia.

ET *nescit quod tempus pretereat, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & morietur.* Stul- 142.
Stultus est auarus qui iactat se habere diuitias quibus solus fruatur.
tus est, qui auaritiæ succumbens; in tali cogitatione versatus, iactat se habere diuitias, quibus solus & assiduè fruatur: non animaduertens quid in posterum accidere possit: quia *suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo*, teste Salomone Ec-
Ecclef. 2. v. 1.
clef. 2. v. 1. *Tempus præterit*; & sicut ille alius dixit:
Ouid. 6. Fast.
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis. Tacite enim labuntur tempora, & appropinquat mors, quæ

quæ priuat hominem suis voluptatibus, & suos
Tacite labuntur tempora.
conatus irritos facit. Complutenses legunt: *Et non nouit quod tempus præteribit ipsum.* quam lectionem explicans Iansenius inquit: non nouit quod, vel quod quantum tempus præteribit ipsum, hoc est, quanto tempore viuet. Quanto enim tempore viuit homo tantum tempus præ-
Tempus hominem præterire quid.
terit ipsum, & ipse præterit tantum tempus; ego existimo tempus præterire hominem, esse explicationem temporis velociter currentis. q. d. eâdem celeritate homo viuit, qua tempus præterit: & licet vita hominis videatur tempus præterire, qui velociter currit, ita tempus dilabitur, vt videatur velocius esse quam vita hominis.

Ergo *nescit* auarus, stultus & *inscius est,* quia in
Stultus est auarus existimans diu victurum vt fruatur bonis suis.
cogitatione prædicta versatur, existimans diu victurum, vt possit bonis suis, quæ cumulauit potiri. Exemplum est in illo auaro, qui sibi blandiebatur, sperans oblectari multo tempore suis bonis: dictum est enim ei Luc. 12. v. 20. *Sulte hac*
Luc. 12. v. 20 D. Pet. Chrysol. serm. 104.
nocte animam tuam repetunt à te. Vbi Chrysolog. *vnde iste diues sic præuentus est, vt magis cogitata perderet, quam parata.* Illud *repetunt*, pendit sic: *Quare non dixit, qui dederat, repitit: sed repetunt? Quia Sanctorum Deus repetit animas, & reducit: tartarei ministri repetunt & pertrahunt animas impiorum.* & Tò.
Auarus stultus est quia condita satis longa præparabat.
stulte explicat: *Bene stulte, quia ibi totum de carne fuerat, nil de corde: Bene stulte, quia migraturæ mox animæ, condita satis longa præparabat.* Igitur dum secum cogitabat diues, secumque loquitur, oblitus Dei, ecce Deus illi loquitur irridens eum atque subsannans: *stulte*, id est, imprudens & insipiens, & verè talis fuit diues hic, qui incerta tanquam certa sibi persuasit; qui non cogitauit quæ facile euenire ei poterant, qui non animaduertit, quæ futuri sæculi sunt, quæ in æternum durant deditus temporalibus; qui demum ob temporalia amisit æterna bona, quod est summa stultitia: vnico ergo verbo multa Deus illi improperat.
D. Basilius. *Quare auarum vocauit Deus stultum.*
Sic explicuit D. Basilius homil. contra auaros: *Iam* (inquit) *quando terrena sapis, & Deum habes ventrem, totus quoque caro effectus, vitiosis affectibus obsequeris: audi te dignam appellationem, quam tibi nullus hominum, sed ipse Dominus indidit. Stulte hac nocte* &c. *superat æternam pœnam irrisio ista stultitiæ.* Perpende hæc vltima verba nempe non solùm irrisionem esse hanc, sed eam esse grauiorem supplicio ignis æterni. Significat enim Basilius, in damnatis illam confusionem, quæ est ex peccato perpetrato, & de stultitia ac insipientia pro-
Irrisio stultitiæ auari grauior igne infernali. Sap. 5. v. 8.
pria, qua æterna perdiderunt propter temporalia; ac de contemptu, quo eos Deus prosequitur, maius inferre supplicium, quam tormentorum ignis æterni. Hæc vox est illorum quam refert Salomon Sap. 5. v. 8. *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia tamquam vmbra,* &c. Igitur quia stultus est, qui sibi pollicetur fruiturum bonis, non animaduertens, nec prospiciens quid euenturum sit: ideò hunc auarum vocauit Christus Dominus *stultum* & noster Ecclesiasticus de simili auaro dicit: *& nescit.*

143.
Tempus præterit Ecclef. 3. v. 1.
Quod tempus prætereat, ita certum est vt probatione non egeat. Ita Ecclesiastes dixit c. 3. v. 1. *& suis spatiis transeunt vniuersa.* dixit *transeunt*, non tam vt occasionem significaret, quam res ipsas, quæ in suo temporis articulo, & opportunitate aliquid sunt, posteà nulla. Transeunt enim vniuersa, quia tempus velox est, & illud comitantur, vt res humanæ transeant, vt tempus velociter transit. Ideò rogauit Plutarchus in
Plutarchus *Quid sapientißimũ? tempus.*
Conui. *Quid sapientißimum?* Et respondet, *tempus:* & reddit rationem: *Siquidem alia iam inuenit, alia inueniet.* Eleganter Seneca temporis veloci-
Seneca.
tatem celebrauit Epist. 108. *Vigilandum est* (inquit) *nisi properamus relinquimur: agit nos, agiturque velox dies: insciị rapimur, omnia in futurum disponimus, & inter præcipitia lenti sumus.* citat Virgilium expli-
Virgil.
cans id: *Fugit irreparabile tempus*, & ait Virgilium cum celeritatem temporis prædicat, vti verbo *fugit.*

Optima quæque dies miseris mortalibus æui Georg. 3.
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Ille (subdit Seneca) *qui ad philosophiam spectat, hæc eadem quo debet, abducit: Numquam Virgilius, inquit,*
Quare dicitur tempus fugere & non ire.
dies dicit ire, sed fugere, quod currendi genus concitatißimũ est, & optimos quosque primos rapi. Quid ergo cessamus nos ipsi concitare, vt velocitatem rapidißimæ rei possimus æquare? Meliora præteruolant, deteriora succedunt, &c. explicans statim *Optima quæque dies*, ait: *quare optima? quia restat quod incertum est. Quare optima? quia iuuenes possumus discere, possumus facilem animum, & adhuc tractabilem ad meliora conuertere; quia hoc tempus idoneum est laboribus,* &c. vide lib. 6. Natur. quæst. cap. 32. fine. Hanc veritatem probat optime Ouid. lib. 5. Metamor.
Ouidius.

Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago,
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu:
Non secus ac flumen nec enim consistere flumen,
Nec leuis hora potest, sed & vnda impellitur vnda,
Vrgeturque eadem veniens, vrgetque priorem.
Tempora sic fugiunt pariterque sequuntur,
Et noua sunt semper, nam quod fuit ante relictum est,
Fitq; quod haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.

Hinc est quod stultus & insipiens sit, qui cum
Quis stultus & insipiens.
sciat velocitatem temporis, & quod facile prætereat, polliceatur sibi posse ad multos annos bonis suis frui, cum non præuideat quid futuro tempore euenturum sit.

Illustratio quarta.

ET *mors appropinquet.* Stultus iudicatur, qui oblitus humanæ fragilitatis, non prospicit 144.
Stultus est qui non prospicit mortem appropinquare.
mortem appropinquare. Mors enim comitatur tempus, & sicut tempus concitatissimum est, nam *fugit irreparabile tempus*: sic mors concitatissima est vt tempus, quod insequitur, immittetur. Quod breuiter mors appropinquet probatur ex eo Ecclef. 14. v. 12. *Memor esto, quoniam mors*
Ecclef. 14. v. 12.
non tardat: non remoratur, vt lentis gressibus incedat, sed velox est, & concitatissima, breuiter accedit ad mortis sententiam perficiendam. Probatur ex eo quod dixit Theucites ad Dauidem 2. Reg. 14. v. 14. *Omnes morimur, & quasi*
2. Reg. 14. v. 14. *Appropinquatio mortis comparatur aquis dilabentibus*
aquæ dilabimur super terram. Pende aquarum comparationem: aquæ enim velociter currunt, nam dilabuntur super terram, vt non reuertantur. Sic morti appropinquamus eadem concitatione & celeritate ac aqua fluens, & diffluens superfacie terræ: precipuè cum ex rupibus præceps descendit ad imum terræ. Huius celeritatis imaginẽ enuntiauit Vates Regius Psal. 38. v. 7. aiens
Psal. 38. v. 7
Verum tamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Thesaurizat & ignorat cui congregabit ea. In imagine, id est, in vmbra quæ facile euanescit. q. d. Homo imaginariam vitam ducit vm-
Homo imaginariam vitam ducit.
bratilem, non veram, aut solidam, instar vmbræ euolantem & euanescentem; *sed & frustra,* &c. accedit ad hanc vitæ humanæ vanitatem,

quod

quod etiam tam tantillo tempore temere tumultuatur, nec quiete vlla perfruitur. Auarus igitur *nescit quod tempus præteriet, & mors appropinquet.* ego intelligo (explicat Palacius) hoc loco, quod his miseris ex Dei ordinatione, mors appropinquat, vt sicut *viri sanguinum & dolosi non dimidiant dies suos.* (Psal. 54) quos ex naturæ præscripto Deus illis taxauerat: ita hi viri sanguinum contra se nec dies suos à natura definitos perficiant. Quibus dicere possumus quod Salomon prædicauit, Eccles. 7. v. 18. *Ne impiè agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.*

Palacius. Eccles. 7. v. 18.

Et relinquat omnia aliis, & morietur. Auarus stultitiæ arguitur, quod nesciat, se omnia aliis relicturum post mortem. Ideò dictū est auaro: *quæ autem parasti, cuius erunt?* id est, quis hæreditabit quæ iniuste cumulasti? nam *dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Psal. 76. v. 6. vocat Psaltes *viros diuitiarum* auaros potentes, qui licet Domini videantur diuitiarum, non domini, sed serui sunt: quia diuitiæ illis dominantur. Probatur optime hæc veritas ex eo Psal. 38. v. 7. quod supra citauimus: *Thesaurizat, & ignorat cui congregauit ea.* Verbum thesaurizare propriè significat acquisita & cumulata custodire ne disperdantur, defatigatur auarus in coaceruandis diuitiis ignorans cui relicturus, iusto ne & probo, an iniusto & improbo. Iuxta id Eccles. 2. v. 18. *Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissime laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro vtrum sapiens, an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis, quibus desudaui & sollicitus fui, & est quidquam tam vanum?* Pende id, *habiturus hæredem post me*, vel legitimum hæredem, qualis erat Roboam, vel in communi quemcumque successorem, qui vsurus vel abusurus sit bonis meis, quæ coaceruaui. si sit iustus vel iniustus, si auarus, vel prodigus: cuius rei consideratio plurimum molestiæ & tædij affert ei, qui talia considerat.

Auarus stultitiæ arguitur, quod nesciat omnia aliis relicturum post mortem. Luc. 12. Ps. 76. v. 6. Ps. 38. v. 7. *Ignorat auarus cui relicturus diuitias.* Eccles. 2. v. 18.

Tandem *morietur*, id est, quòd multa acquisierit & cumulauerit effugiet non ideò mortem, quæ importune superuenit ei, qui diuitias cōparauit. Dixit Vates Regius Psal. 48. v. 12. *Relinquent alienis* (non solùm iis, qui sunt de familia, frequenter enim contigit diuites huiusmodi mori sine filiis; non secum auferunt, non sibi, neque suis seruant) *diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum.* (quippe illos mors amplissimis domibus extrusos coniicit in sepulchri tenebras & angustias) *Tabernacula eorum à progenie in progeniem* (en qui reciderunt, en à quibus in habitantur magnificentissima illa tabernacula, quæ sibi quasi perpetuo victuris fabricarunt, quæ alienis, & familiis per multas variasque generationes illis frui licebit) *vocauerunt nomina sua in terris suis.* Theodor. accutè: *Ab eorum nominibus prædia nominabantur, dum viuebant; sed transeuntibus iam ad nouos dominos fit cum dominio nominum mutatio.* 145.

Quod auarus multa acquisierit non effugiet mortem. Ps. 48. v. 12. *Descriptio mortis diuitis auari.* Theodor.

Quare stultus est, qui non considerat omnia relicturum alienis, & tandem moriturum. Morietur, quia vt dixit Seneca de consolat. ad Marciam c. 11. *Miramur in hoc mortem vnius, qua singulis opus est.* Omnes morti subiecti sumus; ideò antiqui Morti templum dicarunt, vt refert Alex. ab Alex. lib. 1. c. 13. vt cognoscerent, mortem omnibus dominari, & imperare: nam vt dixit Horat. 1. Carm. 4.

Seneca. Alexand.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres.

Horatius.

VERS. XXI.

Sta in testamento tuo, & in illo colloquere: in opere mandatorum tuorum veterasce.

Sensus.

146. **S**Ta in testamento tuo, &c. q. d. licet in Dei obsequio non videatur illa prosperitas, quæ impiis contingere solet, non ideo deserenda est virtus. Quare obsecro te, vt persistas in pacto illo tuo, quod cum Deo sanciuisti, cum illius seruituti & obsequio te libenti animo adiudicasti, & de illo apud te in corde tuo cōferre non desinas; meditare semper quid illud à te requirat; & quomodo illud custodias, & in executione eorum, quæ tibi sunt mandata, fortiter consta, & iugiter permane vsque in senectam & vsque ad mortem, &c. Vel, si cum Deo pactionem fecisti addicens te eius seruituti in aliqua bona vitæ ratione, vt cum cœpisti religiosam vitam agere, non desistas, nec retrocedas, nec per mentis stabilitatem viuendi rationem relinquas, sed persiste & permane iugiter vsque ad mortem: quia *nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Luc. 9. v. 62.

Notæ.

PRo *testamento*, est in originali, στῆθι ἐν διαθήκῃ σου, id est, *sta in pacto tuo.* διαθήκη. est testamentum, hæreditas, quæ testamento obuenit, significat etiam fœdus vel pactum: & in hoc loco non tantum pro testamento, quàm pro instituto vitæ, certoque genere, ac statu, in quo vult vnumquemque manere, sumitur. q. d. permane in fœdere & pacto, quod cum Deo pepigisti. In hoc permanent qui præceptis ipsius obtemperant, & seuiendum ea vitam instituunt. in eoque vitæ instituto perseuerant. Proinde valet hic locus, & in genere contra virtutis semel amplexatæ desertores; & in particulari contra eos, qui temere certam viuendi rationem per mentis instabilitatem relinquunt; vt qui à monastica vita deficiunt. *Et in illo colloquere* idem est, ac versare in eo, id est, exerce te in eo, & in opere mandatorum suorum veterasce. Complut. *in officio tuo, consenesce,* vel *in opere tuo.* Quod nam aliud opus, quam mandata Dei vel religionis? id est, in opere tibi, mandato: nam iuxta Prouerbium Hebræum: *non sermo fundamentum, sed opus,* &c.

Illustratio prima.

STa in testamento tuo, vel, sta in instituta vitæ tuæ conditione aut ratione. Hæc enim est εὐταξία, ordo aut ratio vitæ instituta, quam singuli debent tueri ac colere: vitium huic modestiæ contrarium, ἀταξία, ordinis quædam dissolutio, ac vitæ perturbatio ac confusio appellatur, & ἀτακτοῦντες desertores institutæ professionis, qui munus officiumque suæ vitæ deserunt. Raban. Stat in testamento suo & in illo colloquitur, qui in præcepto diuinitus commendato fideliter manet, & in illo assiduè meditatur. Lyra *in testamento* id est, in mandato Dei, quod tibi statutum est ad seruandum, Exod. 20. Hugo codē modo. Dionys. id est, in obseruatione noui seu veteris testamenti, veteris inquam, quantū ad credenda, & quoad præcepta moralia. Palacius, id est, perseuera in lege Dei, quæ testamentum dicitur, ne scilicet vlla causa à tua lege discedas. Iansenius tandem, quamquam dixerit impiorum fœlicitatem non esse stabilem, tamen quia ea conspecta ad eorum imitationem plerique inclinari solent, rectè hanc subiecit doctrinam, qua monet in suscepta virtutis via vsque in finem perseuerandum, nec ob conspectam impiorum prosperitatem, virtutem relinquendam. q. d. persiste in pacto illo tuo, quod cum Deo iniuisti, addicens te illius seruituti, & de illo apud te in animo tuo colloquere, recogitans semper quid illud à te requirat, & quomodo illud obserues, & in operatione eorum, quæ tibi sunt mandata incessanter permane vsque in senectutem, & vsque ad mortem. Itaque monet Sirach pacti initi de diuina lege, quæ testamentum vocatur, perseuerantiam, vt nullum vitæ tempus intermittatur vsque dum perficiat.

147. *Stare in testamento quid.* Raban. Lyra. Hugo. Dionys. Palacius. Iansenius. *In suscepta virtutis via vsque ad mortem perseuerandum.*

Primò, quod lex Dei in sacra Pagina testamētum vocetur probatur ex eo Ps. 24. v. 10. *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.* Vocat *vias* actiones, cogitationes, consilia, quibus Deus agit & disponit res omnes: sunt misericordiæ & veritatis plena, & Deus se gerit erga pios misericorditer & fideliter. *Misericordia* gratis beneficiū promittit, *veritas* promissum exhibet. *Requirentibus*, id est, erga requirentes *testamentum*, id est, vt explicat Geneb. legem fœdere & testamento sancitam, fideliter. Deus enim eos non fallit neque eorum spem è promissionibus eius conceptam frustatur, *& testimonia eius.* Præcepta enim dicuntur testimonia, quod Dei voluntatem testentur. Intelligit autem vniuersam legis doctrinam, in qua fœdus iniit cum suo populo, Psal. 77. v. 10. *non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.* id est, fœdus Dei cum suis patribus & secum, Genes. 17. v. 10. Rursus Ps. 102. v. 18. *Et iustitia illius in filios filiorum his, qui seruant Testamentum eius.* Abenexra de decalogo explicat q. d. iustitia Dei, iusta Dei promissio redūdabit in posteros filiorū, si illi seruauerint fœdus Dei eiusque legi paruerint. Ps. 105. v. 45. *Et memor fuit testamenti sui,* id est, pacti, quod ipse cum eis intercedebat. Ps. 131. v. 12. *Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea, hæc quæ docebo eos.* Luc. 1 v. 71. *Et memorari testamenti tui sancti,* id est, legis Dei. Itaque lex & præcepta Domini vocantur testamētum, quia sicut in testamento homo aliqua relinquit hæredibus seruanda: ita cum tulit Deus legem & præcepta sua, tam in veteri quam in nouo testamento voluit illa ab omnibus seruari tanquam voluntatē suam vltimam. Præcipuè mandata noui testamenti seruanda reliquit, & sicut legatum testamenti non valet nisi intercedente testatoris morte: Ita Christus Dominus qui præcepta sua testamento legauit, mandauit hominibus, vt eius intercedente morte custodirentur. Sic dixit Paulus Heb. 9. v. 15. *Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationū, quæ erant sub priori testamento, repromissionē accipiant: qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentum est mors necesse est intercedat testatoris: testamētum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet dum viuit, qui testatus est.* Quare monet Sirach *State in testamento*, id est, custodire testamentum, quod Christus Dominus instituit, testamento legando præcepta sua, vt fideliter seruarentur. Licet auctor testamenti veteris mentionem fecerit, quod Deus instituit, vt præcepta sua custodirentur. *Sta in testamento tuo*, id est, persiste in obseruatione diuinæ legis, & iugiter in ea meditare, vt recorderis te deuinctum & obstrictū esse ex eo die, quo pactum iniisti, & nomen dedisti Deo ad obseruāda præcepta, quibus te obligasti & deuinxisti.

Lex Dei vocatur testamentum. Ps. 24. v. 10. *Quare præcepta dicuntur testimonia.* Ps. 77. v. 10. Ps. 102. v. 18. Ps. 105. v. 45. Ps. 131. v. 12. Luc. 1. v. 71. *Quare lex Dei vocatur testamentum.* Heb. 9. v. 15. *Vbi testamentum est necesse est vt intercedat mors testatoris.*

Sed proprius nomine testamenti fœdus, vel pactum intelligendum puto. Licet in scriptura idem est testamentum, & pactum, vt Ps. 82. v. 6. *Aduersum te testamentum disposuerunt* (id est fœdus inierūt) *tabernacula*, &c. 1. Machab. 1. v. 12. *Eamus & disponamus testamētum cum gentibus*, id est, fœdus pangamus cum gentibus. Sic D. Hieron. super id Ps. 77. v. 2. *Non custodierunt*, &c. inquit: *Recte testamentum appellatur pactum, quia in eo voluntas atque testatio eorum, qui pactum ineunt. continetur.* Sed hoc loco fœdus significat testamentum, non solùm quia in originali est pactum vel fœdus, sed quia homo cum Dei seruituti & obsequio addicitur, & legi eius subiicitur, vt eam obseruet, re ipsa præstare debet quod promisit; sicut enim Deus cum pactū init cum homine de remunerandis operibus, quæ ipsi offeruntur in obseruatione suorum mandatorū, debet promissa præstare & exequi: sic homo qui deuinxit se Deo, & fœdus cum eo iniit, debet curare stare promissis fidem soluendo. Multa de pactis in sacra & prophana pagina. Exod. 24. v. 6. cum Moyses descendisset de monte, & scripsisset vniuersos sermones Domini, quos Israelitæ obseruaturi erant, immolauerunt victimas in altari, & obtulerūt holocausta: *Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in cratera; partem autem residuam fudit super altare. Assumensq; volumen fœderis legit audiente populo, qui dixerunt: omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.* quod reperiit Paulus Heb. 9. v. 20. volumen hoc erat libellus quem recēter Deo dictante Moyses in Sina scripserat, qui continebat Dei præcepta. Legit ergo Moyses volumen præcepta cōtinens populo: Populus deinde promisit se ea seruaturum. Moyses denique fœdus inter Deum & populum sanciens & confirmans, sanguine victimarum populū respersit: qua ceremonia ostendebatur obligatio obseruandi legem Dei, ita stricta, vt sicut vita in sanguine est, ita qui præcepta Domini transgrederentur, prius vitam effundere parati essent, quam frangere datam fidem, & pactum dissoluere quod cum Deo inierant obseruandi legem suam, & præcepta, quibus illos adstrinxerat.

148. *Testamentum fœdus vel pactum significat.* Ps. 82. v. 6. 1. Mach. 1. v. 12. D. Hieron. *Qui legi Dei subiicitur re ipsa præstare debet quod promisit.* Exod. 24. v. 6. *Exemplum obedientiæ legis Domini.* *Respersio sanguinis significat obligationem obseruandi legem Dei.*

Apud prophanos sic fœdera pangebātur, teste Alex. ab Alex. li. 5. Gen. dier. c. 3. inter alia inquit: feruntque Athenienses nunquā nisi in veste pulla & malis, victos pacem & fœdera iniisse. Quare significabant, suorum clade admonitos, & vltima ductos necessitate, post innumeras cædes viribus extenuatis pacem petere. Inter Græcos feriebant plerique fœdera, vel pane præciso & inuicem gustato, aut vini pocula è poto. Nonnullo agnum marē candidi velleris, agnam verò pullam adhibebant; atque ex vtriusque vertice

Quomodo apud Prophanos fœdera pangebantur. Apud Græcos.

pilis dissectis, & vicissim distributis, manibusque aqua infusa, & vino pateris, mox Soli & Telluri illis immolatis, leges pacis & fœdera inibant: quibus qui contrairent turpissimo facino, & inexpiabili scelere tenebantur. Fertur Aristides, vt ictum fœdus cum omni Græcia firmaret, post diras execrationes, accensos ferreos orbes in mare deiecisse, adiurans, vt ita extinguerētur cum omni stirpe & gente, qui contra fœdus inirent, velut ignitū illud ferrum aqua, vel brachia circa humeros gladio feriendo, & per vices elicitum cruorem lingendo, quod Medis Lydisque sanctissimum fœderis vinculum, & iusiurandū esse putabatur, quasi mutuo cruore sacratum.

Apud Medos & Lydos.

Hæc & alia ibi, ratio horum fœderum est, quam prælibauimus. Rosinus agens de Ioue, qui vocabatur Iupiter lapis. lib. 2. ait: *Secundum festum dicebatur à lapide silice, quem in sanciendis fœderibus iuraturi tenebant, ea verba dicentes: si sciens fallam, ita me Biespiter, salua vrbe, arceque bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem.* Itaque cum homo pactum init cum Deo obseruandi legem suam, & virtutem sectandi, hoc fœdere adstringitur, vt eijciatur ex cælo si legem & virtutem violauerit quare cum ait Ecclesiasticus: *sta in testamento*, seu *pacto tuo*, obseruandi legem Dei, & virtutem sectandi: quia si non perseueraueris, sed facile deuiaueris à pacto inito, salutem à Deo promissam non assequeris, &c.

Rosinus. *Festum Iouis in quo lapis eiiciebatur.*

Illustratio secunda.

149. *Sta in testamento tuo.* Verbum *Stare* significat statum perseuerantem vsque in finem, id est, perseuerantiam in virtute, & in obseruatione diuinæ legis: nam si aliter fiat, non consequetur homo finem, ad quem tendit, & ad quem debet prospicere, qui enim non stat, & persistit in pacto, quod pepigit cum Deo obseruandi suam legem, & insectandi virtutem, sed frangit illud, pro inconstantia sua multabitur.

Stare significat statum perseuerantem vsque ad finem.

Hanc perseuerantiam seu persistētiam in bono, inuenio in eo, quod Dominus præcepit, Leuit. 3. v. 9. 10. *Et offerent de sacrificiorum hostia sacrificiū Domino, adipem & caudam totā cum renibus*, &c. Quare ergo præcipiebat Deus caudam immolatorū sibi offerre? Respondet Radulphus. Cauda, ait, qui finis est corporis, symbolū est consummationis & perseuerantiæ in sanctis & bonis operibus; hanc in oue sola offerri præcipit Deus, quia reuera ouibus, id est, simplicibus, incogitantibus, & desidiosis de inconstantia timendum est, non autem victimis caparum, id est, peccatoribus pœnitentibus, nec victimis bonorū, id est, laboriosis, qui videntes fructum laborū suorum, voluptate magna saginantur, itaque acuuntur & roborantur ad labores.

In bono debet esse perseuerantia. Leuit. 3. v. 9. 10.

Radulphus.

Hinc D. Greg. hom. 25. in euang. *Præcepto* (inquit) *legis cauda hostiæ in sacrificio iubetur offerri: in cauda quippe finis est corporis, & ille bene immolat, qui sacrificiū boni operis vsque ad finē debitæ perducit actionis.* & lib. 1. Moral. c. 40. *Cauda* (ait) *iubetur adoleri Deo, vt omne bonum, quod incipimus etiam perseuerātiæ fine cōpleamus.* Recte dicebat Chilon; tarde quidē aggrediendas res magnas, sed cum semel inceperis constantissime in agendo perseuerandū esse. Nihil enim est tam arduum quod non euincat perseuerantia Seneca epist. 1. *Nihil* (ait) *quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura.* & ep. 16. *Perseuerādum est, & assiduo studio robur addendū, donec bona mens sit, quod bona voluntas est.* & ep. 65 *In excelso est vita beata, sed perseuerantia penetrabilis.*

D. Gregor. *Pro cauda ouium significabatur finis.*

Nihil tam arduum quod non euincat perseuerantia. Seneca.

Rursus inquit Apostolus 2. Tim. 2. v. 5. *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* quem locum cōmentans D. August. tom. 10. ad fratres in eremo serm. 8. de perseuerantia. *Non est* (inquit) *magnum bonum inchoare quod bonum est, sed consummare, hoc solum perfectum est. Multi enim magna aggrediuntur, sed deficiunt in via: multi exeunt in desertū, sed pauci perueniunt ad terram promissionis. O fratres mei, non tædeat incipere magna, nec fastidiat tenere inchoata, scientes quod perseuerantia informat meritum, remunerat currentem, coronat pugnantem, ducit ad brauium, conducit cunctos ad portū. Hæc est tunica talaris sancti Ioseph vsque ad finem contingens. Hæc est tunica sacerdotalis vsque ad pedes perueniens. Hæc est calcaneum bonæ operationis, quod contra serpentis morsum debemus obseruare*, &c.

2. Timot. 2. v. 5. *Non magnum opus est inchoare, sed consummare, hoc perfectum est.* D. August.

D. Ambros. tom. 3. explicans id. Heb. 10. v. 35 *Nolite itaque amittere confidētiam vestram, quæ magnā habet remunerationem. Nihil enim* (inquit) *vobis necessarium est, nisi vt stetis firmiter, & permaneatis in fortitudine vestra, quæ magnam habet remunerationē. Patientia enim vobis necessaria est*, &c. *vno tantum opus habetis, id est, perseueretis in agone; donec recipiatis coronam cōdignam labori vestro, quia non qui recipit coronabitur, sed qui perseuerauerit in certamine vsque in finem, hic saluus erit. Non minima consolatio est laboris, cito sperare venturum iudicem, & remuneratorem, & consolatorem remuneraturum certaminis constantiam.*

D. Ambros. Heb 10. v. 35. *Perseuerantia habet remunerationem.*

Tandem D. Bern. de modo viuendi, serm. 6. inquit: *Inchoantibus præmium promittitur, sed perseuerantibus datur; sicut scriptum est: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Tunc enim placet Deo nostra conuersatio, quando bonum, quod inchoamus, vsque in finem perducimus*, &c. Et serm. de obed. virtut. ait: *Perseuerantia singularis est filia summi regis, virtutum fructus, earumque consummatio, totius boni repositorium, virtus, sine qua nemo videbit Deum, nec à Deo videbitur. Finis est ad iustitiam omni credenti, in qua virtutum conuentus reuerendum sibi thalamum consecrauit.*

D. Bernard. *Inchoantibus premiū promittitur, sed perseuerantibus datur. Perseuerantia quid.*

Hinc elicitur virtutem perseuerantiæ donum Dei esse, quare ab eo postulandum. Hoc 150.
probatur ex eo Psal. 67. v. 29. *confirma hoc Deus, quod operatus est in nobis*, id est, præcipe Domine, tuæ fortitudini, vt ista perficiantur, & quæ mirabiliter es in nobis & per nos operatus, robora. Sic D. Aug. tom. 8. *Manda docenda, confirma iuuando.* Confirmationem enim & perseuerantiam in bono, solus Deus adiuuando roborat: quia perseuerantia ita donum Dei est, vt si illud desit, homo non assequetur gloriam. Confirmatur auctoritate eiusdē D. August. tom. 7. de dono perseuer. lib. 2. initio: *Asserimus ergo* (inquit) *donum Dei esse perseuerantiam, qua vsque in finem perseueratur in Christo; finem autem dico, quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est ne cadatur*, &c. & ibi multa alia.

Virtus perseuerantiæ Dei donum est, ab eoque postulandum. Ps. 67. v. 29. D. August.

Probat hanc veritatem D. Ambros. tom. 4. lib. 2. de vocat. Gent. cap. 9. fine. Auctoritate Apostoli. 1. Cor. 15. v. 2. Thessal. 5. *Fidelis Deus, qui vocauit vos, qui etiam faciet. Item ad Thessalonicenses quod omnia bona nostra, siue in operando, siue in loquendo, & in eis perseuerantia dona sint Dei, ita prædicat dicens: & confirmet in omni opere & sermone bono.* Sufficiat ad huius dogmatis confirmationem auctoritas Concilij Trident. sess. 6. c. 13. *Similiter* (inquit) *de perseuerantiæ munere, de quo scriptum est: qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, qui stat, statuere, vt perseueranter stet, & eum, qui cadit, restituere: nemo sibi aliquid certi absoluta certitudine polliceatur; tametsi Dei auxilio firmissimam spem*

D. Ambros. 1. Cor. 15. v. 2. *perseuerantia donum Dei esse.* Concil. Trid.

spem collocare & reponere omnes debent. Deus enim nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum ita perficiet operans velle & perficere. Verumtamen qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore ac tremore salutem suam operentur, in laboribus, & vigiliis, in eleemosynis & orationibus. Quare sapiens & pium concilium ad hoc donum assequendum est, vt assiduè pro eo oremus, nimirum vt Deus, non tantùm det gratiam copiosam qua perseuerare possimus, sed qua præuidet nos actu perseueraturos; vtque tanquam pastor bonus, nos quasi oues suas iis viis mediis, & auxiliis regat, dirigat, ducat; quibus præscit nos recta progressuros in gratia; vt nullum peccati grauioris lapsum incurramus, sed rectis itineribus pergamus ad cælestem gloriam & beatitudinem. Ideò ait Ecclesiasticus noster: *Sta in testamento tuo*, id est, in obseruatione diuinæ legis persiste, vt sic consequaris vitam æternam.

Orandum vt assequamur donum perseuerantiæ.

Illustratio tertia.

151. *Et in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce.* Rabanus explicat: In opere mandatorum Dei veterascit, qui in bonis operibus vsque in finem perseuerare studet, & à peccatis omnibus, quantum possibile est, cauet. Optime Iansenius: persiste in pacto illo tuo, quod cum Deo iniuisti, addicens te illius seruituti; & de illo apud te in animo tuo colloquere, recogitans semper quid illud à te requirat, & quomodo illud obserues, & in operatione eorum, quæ tibi sunt mandata incessanter permane vsque in senectutem, & vsque ad mortem.

Rabanus. Iansenius. *Cogitandum semper in eo quod Deus à nobis requirit.*

Duo præcipit Sirach in hoc hemistichio, primo, collocutionem, secundo, perfectionem operis: verbum *colloqui* non tantum pertinet ad oris locutionem, quantum ad cordis meditationem, meditare die ac nocte in lege Domini, & in præceptis suis, vt ex ore mentis peruenias ad operis perfectionem. Quare explicuit Palacius, legem intra te consule, cum quid facturus es, legem ad eas cum quid dubitas, ab ea pete responsum. Versare iugiter in lege Domini, vt scias quæ sit voluntas Dei ad eam exequendam. Ideò *beatum* appellat Vates Regius Psal. 1. v. 2. eum, *qui in lege Domini meditatur die ac nocte*, id est, iugiter, & incessanter versatus sit in ea, vt opere perficiat, quæ illa præcipit iuxta voluntatem Domini. Lex enim Domini nobis proponitur tanquam præscriptum publicum: vulgo *aranzel*, quod dirigat nos in executione diuinæ voluntatis.

Palacius. *Beatus qui in lege Domini meditatur die ac nocte.* Psal. 1. v. 2.

Ad hunc modum dictum est Moysi Exod. 25. v. 40. *Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Verum est Moysi propositum esse exemplar tabernaculi, quod fabricaturus erat in honorem Dei, vt illud in opere imitaretur. Sed certe lex Dei, & præcepta eius, exemplar est nostrarum operationum, ita vt nihil operandum nobis liceat, nisi quod lex diuina nos docet, & cum hæc sit testamentum & pactum quo adstringimur ad diuinam voluntatem exequendam: sicut obligat pactum seu testamentum hæredibus, & illis, quibus legata complendi cura cōmittitur, & debent ea exequi & implere: sic etiam diuina præcepta, quæ Deus seu Christus testamento nobis legauit, exequi & complere debemus, illaque tanquam exēplaria nobis proposita inspicere iubemur, vt per executionē ea imitemur: verbum *inspicere* colludit cum verbo *colloqui*: nam cum per vtrumque verbū meditatio nobis præcipiatur, legē Dei inspicere & meditari debemus; & cum illas colloqui, vt discamus ex ea quæ sit volūtas Dei, vt illā exequamur opere. De meditatione diuinæ legis multa diximus in superioribus capitibus: supersedeo hic.

Exod. 25. v. 40. *Lex Dei exemplar nostrarum operationum. Quæ nobis Christus testamento legauit implere debemus.*

152. *Et in opere mandatorum tuorum veterasce.* Palacius, demū admonet, vt contrahat senium operando ea, quæ diuina mandata præcipiunt: verbum *veterascere*, propriè significat perseuerantiā vsque ad finem operis, ita vt persistamus bene operando vsque ad senectam, vsque ad mortem. Sicut de timore Domini monuit Ecclesiasticus supra c. 2. v. 7. *Serua timorem illius, & in illo veterasce.* nos diceremus, *criate la vejez temiendo à Dios y guardando sus mandamientos.* Ideò Dauid postulabat à Domino Ps. 70. v. 18. *vsque in senectam & senium ne derelinquas me.* id est, vsque ad nouissimam ætatē ne me deseras, mihi adesto vsque ad extremum spiritum, à iuuentute sua mandata Dei seruauerat, & postulabat continuitatem vsque ad mortem quia in gratia Dei vsque ad mortem perseuerare donum est Dei singulare. D. Augustin. tom. 8. *Gratia tua semper perseueret mecum.*

Palacius. *Veterascere significat perseuerantia operis.* Ps. 70. v. 18. *Perseuerare vsque ad mortem donum Dei est.*

D. Ioan. Apoc. 2. v. 10. dixit: *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* vbi exhortatur fidelitatem in obseruatione diuinæ legis, seruare vsque ad senectam & mortem, vt sic accipiat coronam gloriæ; sic Apostolus Act. 11. v. 23. *Hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino*, vsque ad mortem ideò dicebat Plautus.

Iccirco moneo ego vos hæc, qui estis boni.
Quisque ætatem agitis cum pietate & cum fide
Retinete porro, post factum vt lætamini.

Apoc 2. v. 10. Act. 11. v. 23 Plautus.

D. Laurent. Iustin. in ligno vitæ c. 1. de perseuerat. *Sicut* (inquit) *oculis corporalibus necessaria est lux, vt suo perfruantur fine: ita & omnibus prædestinatis ac vocatis ad regnum cælorum necessaria est perseuerantia*, &c. & c. 10. ait: *Viatorum hæc est consuetudo, & commendabile propositum ab incepto non desistere, donec ad terminum, quo pergunt perueniant. Hoc agunt strenui bellatores, quod non priùs discedunt de loco certaminis, nisi adepta iam victoria. Sic in omni re atque negotio perseuerādum ad finem vsque. Hoc fit in agricultura, hoc in ædificiis construendis*, &c.

D. Laurent. Iustin. *Vt lux oculis necessaria est, sic perseuerantia prædestinatis.*

Hæc similitudo de ædificiis, probatur ex eo Cantico 1. v. 16. *Tigria domorum nostrarum cedrina: laquearia nostra cypressina.* Quem locū explicans noster Sanchez, inquit: in lignis cedrinis, & in cypressinis laquearibus (quia & grati sunt odoris, & ad diuturnitatem firma, vt quæ neccariem sentiunt neque hisciunt rimis) intelligitur excellens quædam atque perpetua in omni virtutū genere constantia. Hæc constantia perseuerantiam denotat vsque ad finem vitæ: quia in hac vita qua in peregrinatione versamur, adest nobis in lectulo fidei & bonæ operationis Christus, qui nobiscum conquiescit vsque ad finem vitæ. Sed pro huiusmodi, quod in vmbra est, tabernaculo, cum ad peregrinationis terminū perueniamus in cælesti patria reperiemus domos magnificentissime, regioque cultu ædificatas; ac exornatas: domos incorruptibiles atque æternas; tigna enim earū cedrina, & laquearia cypressina, quæ nullam in se admittant corruptionem, in his pariter æque atque in nostris propriis domibus cum Deo commorabimur, & clare sua perficiemur visione. Hinc est quod Ecclesiasticus cunctantes ac timidos excitet ad perseuerantiam in obseruatione diuinæ legis, dicens: *Et in opere mandatorum veterasce.*

Cant. 1. v. 16. Sanchez. *In lignis cedrinis sponsæ intelligitur perpetua in omni virtutum genere constantia.*

VERS. XXII.

Ne manſeris in operibus peccatorum: confide autem in Deo, & mane in loco tuo.

VERS. XXIII.

Facile eſt enim in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem.

Senſus.

153. NE *manſeris*, &c. q.d. Ne deſiſtas à vocatione tua. & retrocedas à via, quam ſuſcepiſti ex conſideratione malorum operum, quæ impij faciunt, quia coniuncta ſunt cum proſperitate: admoneo te ne manſeris in operibus peccatorum, id eſt, noli ea præ oculis habere, ſed etiamſi conſideres ea praua eſſe, & maiorem proſperitatem & fœlicitatem, quam tu habeas, eſſe coniunctam: eleua tamen oculos ad Deum, atque in eo confidens permane in tuo, quem ſuſcepiſti, bono vitæ inſtituto, neque illud deſeras ob eam, qua cruciaris inopia. Facile enim eſt coram Deo ſubito locupletare & honorare pauperem, & ita faciet ſi expediat, quia diligit te, & ſi non facit, ſignum eſt illud non conuenire ad æternam ſalutem, ſicut facile eſt etiam Deo depauperare diuitem, &c.

Notæ.

PRo Ne *manſeris*, in Græco eſt, *μὴ θαύμαζε*, *ne mireris*. verbum enim *θαυμάζω* eſt admiror, ſuſpicio. Interpres autem vertit; *ne manſeris in operibus*, id eſt, ne manſeris in admiratione operum malorum, quæ peccatores faciunt: vel, ne manſeris animo, id eſt, noli ea tantum præ oculis habere. Rurſus pro *loco*, eſt, *πόνῳ*, id eſt, labor, laſſitudo, morbus: at vulgatus forte non legit niſi *τόπῳ*, quod eſt locus, & quoquomodo legerit, idem ſenſus efficitur: nam qui in loco aliquo ad laborandum poſitus eſt, in labore ſuo manet, &c. Tandem addit Originale: *velociter* vel *cito*, quod non tranſtulit vulgatus quia neceſſarium non erat: & *honeſtare pauperem*, idem eſt ac *ditare*, vt eſt in Græco: nam eſt verbum *πλουτίω*, quod, vt ſuperius diximus, eſt ditor, diues euado, diues ſum. Sed vulgatus vertit *honeſtare*; quia honeſtas & diuitiæ inter ſe coniunguntur: & alibi interpres poſuit proditare, ſicut honeſtatem ponit pro diuitiis: Poteſt (inquit Janſenius) illud, *Ne manſeris in operibus peccatorum*, etiam ſic accipi, vt ſignificetur, & ſi per infirmitatem fiat, vt quis incidat in peccata, à quibus nemo liber eſt, tamen curandum eſt, vt ne in illis maneat.

Illuſtratio prima.

154. *Cauſa redditur cur homines à propria vocatione deciſcunt.* Pſal 36.v.1

NE *manſeris in operibus peccatorum*. Hic cauſa demonſtratur cur homines à propria vocatione ac vitæ ratione deciſcunt, admiratione praua quæ æmulatione impiorum permoti, cum gloria. fœlicitaſque improborum, illorum oculos perſtringit. Contra hanc tentationem: Pſal.36. v.1. concionatur Vates: *Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.* id eſt, noli inuidere, vel imitari malos, quòd vtantur proſpero ſucceſſu. Verbum æmulari & zelari ſignificant imitari, vel ſectari, licet aliquando ſignificent commoueri, irritari, ſibi diſplicere, inuidere, ſe cruciare, indignari de re aliqua. Sic zelus eſt ſummus affectus vel odij vel amoris. q.d. ne ergo ſecteris improbos, neve commouearis de eorum rebus ſecundis, illis ne inuideas, vt illorum exemplo ad peccandum prouoceris; quæ explicatio probat lectionem Originalem, ſcilicet *Ne mireris in operibus peccatoris*: quia qui miratur in operibus aliorum, videtur velle illos imitari & ſectari, id eſt, noli ex admiratione proſperitatis peccatorum illos inuidere & ſectari: *quia tanquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum cito decident.* Ratio quare non ſunt ſequendi impij, eſt, quia eorum proſperitas momentanea eſt, ſicut fœnum enim areſcent, propriè excidentur, & ſicut tenellæ herbæ decident. Sic Origen. hom.1. in hunc Pſal. *Non æmulari inter malignantes, hoc videtur indicare, ne inter malos & peſſimos homines æmulator quis malitiæ, id eſt, dux & auctor exiſtat, & velut formam flagitij cæteris præbens. Æmulari verò eos, qui faciunt iniquitatem, illud eſt, ſi imitetur quis & diſcat agere inique. Quomodo ergo nequitiam æmulatur alterius? ſine dubio cum eadem agit; vide quid ſequatur: ſicut fœnum*, &c. Cur ergo inuidenda eſt proſperitas, quæ ita fugax eſt? vix opera magnifica faciunt, quibus alios in admirationem rapiunt, cum conficiuntur & euaneſcunt. Hinc eſt quod cum Gallus riſiſſet, teſte Luciano in Gallo, rogauit ipſe: *ſed quid interim riſiſti Galli? quoniam tu quoque per inſcitiam Miſcyle ſimili modo falleris opinione de diuitibus, quemadmodum vulgus: verum* (crede mihi) *longe etiam ærumnoſiorem vitam viuunt, quam vos; hæc autem loquor qui ipſe & pauper & diues aliquando fuerim, atque omne vitæ genus ſum expertus.* Quare, *Ne mireris in operibus illorum.*

Zelus eſt ſummus affectus vel odij vel amoris. — *Quare impij non ſectandi.* — Origenes. — *Non inuidenda proſperitas impiorum quia fugax eſt.* — Lucianus.

Sed lectio vulgata, licet eumdem ſenſum cum originali habeat, ſed aliquid habet myſterij, hoc eſt, oſtendere quam malum ſit permanere in operibus peccatoris, id eſt, perſeuerare in errore. Quia licet *cuiuſuis hominis ſit errare, nullius niſi inſipientis perſeuerare in errore*, vt dixit orator. Ideò explicuit Cartuſ. id eſt, ſi peccaueris, mox pœnite, & non maneas in peccato quia etſi humanum eſt cadere, tamen diabolicum in peccato manere. Alludit ad perſiſtentiam in peccato, quam dæmones habent, qui numquam pœnitent, ſed ſemper permanent in peccatis ſuis. Hi ſunt de iis, de quibus loquitur Salomon Prouerb.18. v.3. *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Ita Hieronym. in c.5. Amos, dixit: *qui autem non ſolùm non dolet ſe feciſſe quod malum eſt, ſed in ſuo ſcelere gloriatur, iſte implet quod ſcriptum eſt: peccator cum venerit in profundum impietatis, contemnit.* D. Gregor. explicans eumdem locum lib.26. Mor. cap.24. inquit: *Redire namque diſſimulat, quia miſereri ſibi poſſe deſperat; ſed cum deſperando amplius peccat, quaſi puteo ſuo fundum ſubtrahit, ne vbi retineri poſſint, inueniat.* Nullus enim ita manet in operibus peccatoris, ſicut impius cum peruenit ad profunditatem ſcelerum: tunc enim *contemnit*, id eſt, reluctatur diuinis inſpirationibus, & humanis admonitionibus: & nolens pœnitere, perſiſtit in peccato; quæ perſiſtentia in peccato maximum malorum eſt. Sic dixit Chryſ. tom.5. homil.80. ad popul. *Non enim peccare tam malum eſt, quam in peccatis permanere.*

Malum eſt perſeuerare in errore & permanere in operibus peccatorum. — Cicero. Dionyſ. — Prou.18. v.3. — D. Hieron. — *Qui non pœnitet peccati, ſed gloriatur in eo, hic in profundum peccatorum venit.* — D. Gregor. — *Perſiſtentia in peccato maximum malorum eſt.* — D. Chryſoſt.

155 Hinc eſt, quod qui miſcetur cum impiis, manet in operibus illorum. Ideò Paul. 1. Corint.5. v.11. dixit. *Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri, ſi is, qui frater nominatur eſt fornicator, aut auarus: cum eiuſmodi nec cibum ſumere.* Quare monet Apoſtolus his peccatoribus non commiſceri; haud, dubium quia peccatum contagium eſt iis, qui commiſcentur cum facientibus illud. Optime D. Chryſoſt. tom.5. ſerm. de virt. & vitiis, dixit: *Etenim apud Corinthios, qui lenociniis operam daret, vnus tantummodo inuentus eſt: nec ſecurus tamen Paulus ingemuit, quaſi ciuitas illa omnis funditus periiſſet: nec id maxima ratione caret. Sciebat enim niſi ille flagitio deſiſteret, deſcendentem ordine morbum, alios omnes vaſtaturum eſſe. Nam ſi membrorum quidquid labefactum fuerit, afficienſq; dolore, confeſtim recidimus, veriti ne forte & in reliquum corpus tabes illa deſcendat: ſi ergo hoc facimus in membris, quanto magis id ipſum in his facere oporteat, qui vitiis corrupti nobiſcum vixerint? & ſiquidem ſine dolore ipſos curare poſſumus, eo conferre ſtudium noſtrum omne debemus: quod ſi forte & ipſi incurabiles fuerunt, & nos prætereà contagione læſerint; tum demum reſecandi ſunt omnes, & prorſus abiiciendi.* Pende hæc vltima verba: nam peccatum contagium eſt, & cum peccator adiungitur alteri peccatori, contagionis particeps efficitur. Ideò Siracidis admonet: *Ne manſeris in operibus peccatoris.* ne contrahas eius contagium.

Qui miſcetur cum impiis manet in ſiis operibus peccatorum. — 1. Cor.5. v.11. — D. Chryſ. *Peccatum contagium eſt.*

Hinc eſt, etiam quod cum iunguntur ad peccandum ſe inuicem protegunt; ſic dixit D. Gregor. lib.33. Mor. c.24. *Quos enim ſimilis reatus ſociat, concordia, pertinacia, etiam defenſio peruerſa conſtipat, vt facinoribus ſuis æterna ſe inuicem defenſione tueantur.* Quare arguens Deus peccatorem, inter alia, inquit, Pſal.49. v.18. *Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* cum iis habebas commertium, cum iis ſocietatem coibas, quod proprium eſt eorum, qui manent in operibus peccatoris. D. Auguſt. tom.8. *Ne forte diceres, non feci furtum, non feci adulterium: quid ſi placuit tibi qui fecit? Nonne ipſo placito incurriſti? nonne portionem tuam cum illo, qui fecit, laudando poſuiſti?* Tandē Origen. tom.1. hom.10. in cap.9. Ioſue explicans legem ſeruitutis, ex Exod.21. inquit: *Cum verò ad ſeptenarium numerum, id eſt, ad ſcientiam legis veneris. Tum require libertatem tuam, & redi ad nobilitatem paternam; ne ſi permanſeris in malis tuis, & perſeuerauerls in peccatis, defixa in aure nota, velut qui commonentis te Dei, & ad libertatem priſtinam reuocantis, verba non audias, eris peccati ſeruus in æternum.* Alludit ad legem Iubilæi, in qua præcipiebatur, vt libertate ſerui donarentur; quod ſi ipſi nollent libertatem accipere propter amorem Dominorum ſuorum, dicitur Exod.21. v.6. *Applicabitur ad oſtium & poſtes, perforabitq; aurem eius, ſubula, & erit ei ſeruus in ſæculum.* Sic qui pro amore eorum, qui in peccatis ſunt, non quærit libertatem, perſeuerabit ſeruus peccati in æternum, & in eius ſeruitutem redactus damnabitur in æternum. Quare optimum conſilium offert Eccleſiaſticus: *Ne manſeris.* Lyra; *eis conſentiendo, & ſi ex humana fragilitate conſenſeris, cito pœniteas reſiliendo ſurge à peccatis, & age pœnitentiam & dic cum Mic. c.7. v.8. Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam, cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt.* Quia dixit Vates Regius Pſal. 1. v.2. *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum*, &c. Tandem verbum Originale *Ne mireris*, probatur ex eo quod dixit Pitagoras nomine Galli, vt refert Lucianus in Gallo: *Intereà & aliis diuerſis mortalibus ſeruiui, regibus, pauperibus, diuitibus, poſtremo nunc tecum viuo: rideoq; quotidie, cum video te paupertatis tædio complorantem, eiulantemq;, ac diuitum admirantem fortunas, propterea quod ignores quantum illis adſit malorum: alioqui ſi curas noris, quibus illi diſtringuntur, te ipſum profecto riſeris, qui anteà credideris, eum qui ſit opulentus, ſtatim fœliciſſimum eſſe omnium.* Quare, *Ne mireris*, &c.

Cum impij coniunguntur ad peccandum ſe inuicem protegunt. — D. Gregor. — Pſ.49. v.18. — D. Auguſt. — Origenes. — *Qui in peccatis perſeuerat ſeruus peccati erit in æternum.* — Exod. 21. v. 6. — Lyra. *Qui ex humana fragilitate conſentit in peccato cito pœnitet.* — Mich 7. v.8 — Pſal.1. v.2. — Lucianus. *Qui diuitis admiratur fortunas dignus eſt vt irrideatur.*

Illuſtratio ſecunda.

156. COnfide *autem Deo, & mane in loco tuo.* Lyra, hic conſequenter oſtendit aſſequedi modum, ſcilicet per diuinum adiutorium, & primo inducit ad Dei confidentiam, &c. Hugo confide in Domino, qui poteſt eripere, & erigere lapſos. Nam ea confidentia (inquit Palacius) Deum obligat, vt tibi confidenti beneficiat. Hanc inducit confidentiam Sirach, ne ille, qui peccatores reſpicit ingenti proſperitate & fœlicitate donatos, excitetur ad eorum veſtigiis inſiſtendum præ zelo & æmulatione. Oſtendit ipſi quanta confidentia implorandum ſit diuinum auxilium, ad perſiſtendum in vitæ bonæ inſtituto: quia potens eſt Deus facile honeſtare & locupletare pauperem. Ideò Vates Regius cum dixiſſet Pſal.36. v.1.3. *Ne zelaueris facientes iniquitatem*, id eſt, ne inuideas illum, qui iniuſte fœlicitatem & proſperitatem conſequitur: quia ipſe *tanquam fœnum velociter areſcit, & quemadmodum olera herbarum cito decidet.* breuis enim eſt & fallax eorum iniuſta proſperitas, quæ cito tranſit & deficit. Subdit ſtatim verſ.3. *Spera in Domino, & fac bonitatem: delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* q. d. ſi vis firmiori fœlicitate potiri, erige oculos ad cælum, & implora diuinum auxilium magna confidentia, adiunges opera bona, faciens bonitatem: & experieris miſericordiam eius: nam ipſe, qui potens eſt honeſtare pauperem, te locupletabit, vel diuitiis temporalibus, vel ſpiritualibus. *Delectare in Domino*, &c. verbum *delectari* poteſt explicari, eum dignum eſſe, vt votorum ſuorum compos fiat, qui Domino delectatur. Sed forte melius poterit intelligi de diuina confidentia. Nam verbum Græcum *delectandi*, quod eſt *παρρησιάζεσθαι*, ſolet de confidentia explicari, vt Iob 22. *Tunc ſuper omnipotentem deliciis afflues, & leuabis ad Deum faciem tuam*, quod in Græco legitur: *deinde cum ſumma libertate & confidentia petes à Domino, aſpiciens in cælum hilariter.* Sic Iob.27. v.10. *Aut poterit* (inquit) *in omnipotenti delectari, & inuocare Deum omni tempore?* vbi LXX. *Num habet aliquam confidentiam ante illum?* Ergo *delectari in domino*, ſic exponere poſſumus, delectabiliter, hoc eſt, libere & confidenter pete à Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: vt ij facere ſolent, qui amantur, & in deliciis habentur, qui cum petunt, libere & confidenter petunt, & hunc ſenſum indicat adiuncta præpoſitiò in

Lyra. — Hugo. — Palacius. *Non inſiſtendum veſtigiis peccatorum quia proſperitate fruuntur.* — Pſal. 36. v.1.3. — *Proſperitas impiorum fallax.* — *Qui firma fœlicitate vult potiri oret Deum cum confidentia.* — Iob. 22. v. 26. *Verbum delectari pro confidere.* — Iob.27. v.10

Delectari idem quod per delicias inniti alicui & incumbere. Isa.58.v.14

verbo Græco: *oblecta te super Domino.* Aliquando autem significat apud eos delectari, idem quod per delicias inniti alicui & incumbere, & per metaphorã confidere, quod non multum à priori significatione disiunctũ est. Vt Isai. 58. v. 14. *Tunc delectaberis super Domino.* vbi LXX. trãstulerunt: *& eris confidens super Domino.* Alij explicant, *delectare in Domino*, hoc est, confidenter ab eo quasi mercedem & rem debitam pete: in quo non temeritatem & superbiam orandi docet, sed confidentiam de liberalitate & beneuolẽtia datoris ostendit, qui adeo promptus est ad benignitatem præstandam, & petitiones piorum hominum concedendas, ac si ipse debitor esset, non sponte tribueret.

Confidentia reponenda in Deo.

Itaque ait Ecclesiasticus: *Confide autem in Deo.* q.d. si æmularis diuitem, qui prosperitate donatus est, considerans te ipsum pauperem, ne cadas animo, erige confidentiam tuam: & repone illam in Deo: quia ipse tanquam potens locupletare pauperem, te locupletabit, ita vt non inuideas peccatorem diuitem. Hac consideratione Dauid animum egentis confirmabat, cum aiebat Psal. 54. v.23. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto.* expertus Propheta in se, quantum bonum sit in Deo sperare & confidere, illique salutem & vitam suam, se omniaque sua credere, seipsum hortatur, aut alios exemplo suo admonet: *Iacta*, &c. Est enim verè molestum onus earum rerum procuratio, quæ ad vitam pertinent, vt cibi, potus, vestitus, periculorum prætereà vitandorum, salutisque conseruandæ sollicitudo, hominibus præcipuè, quibus rerum euentus ignotus est. Hanc curam si ex humeris tuis in dominum inieceris, non ille ad iniuriam suam factum putabit, sed potius tanquam honorario munere honestatus, te enutriet, & locupletabit. Idem repetit Petrus epist.1. c.5.v.7. *omnem vestram sollicitudinem*, &c. Sic qui non manet in operibus peccatoris, sed confidit in Deo, licet afflictus præ inopia iaceat, non debet deficere, sed iactare curam super Dominum: quia ipse, qui scit honestare pauperem, enutriet illum, & bonis suis locupletabit. Multa possemus congerere de confidentia, qua debemus sperare in Domino, sed quia aliqui in superioribus congessimus, hic vlterius non procedendum.

Psal.54. v.23. — Magnum bonum in Deo confidere & sperare. — Qui iactat curam in Deo ab illo nutrietur & locupletabitur. — 1.Pet.5. v.7.

Illustratio tertia.

157. ET *mane in loco tuo.* Lyra, scilicet per amorem in Deo, qui est locus animæ quietatiuus. Citat D. August. *Inquietum est cor meum Domine, donec requiescat in te.* Sed hæc interpretatio est spiritualis non litteralis, Glossa: *fide & charitate.* Hugo sequitur Glossam & Lyram. Dionys. id est, superfluos & inhonestos discursus deuita locus quoque tuus patientia est, à qua non recedas. Palacius magis ad litteram explicat: scilicet ne locum, habitationis tuæ deseras, neve functionem tuam derelinquas, aut mediocritatem status fugias: ne scilicet contendas supra statum & conditionem tuam vltra regulam, qua Deus mensus est te, te ipsum extendens, &c. Sed melius Jansenius: Persiste in tua quam suscepisti bona vitæ institutione, nec eam relinquas ob eam, qua præmeris, paupertatem. Complut. & LXX. *& permane in labore tuo* sic Tygur. & Drusius; qui enim paupertate laborat laboriosam occupationem exercet, vt sui corporis sustentationem acquirat. q. d. ne cesses laborare, si Deus constituit te in eo statu, in quo pauperem vitam geras, ne deseras occupationem, qua sortitus es ex diuina numinis prouidentia & voluntate. cum enim ei placuerit miserum tuum statum commutabit in melius te locupletando, &c.

Lyra. D.August. Glossa. Hugo. Dionys. Palacius. Iansenius. Persistendũ in bona vitæ institutione.

Bonus solet vitam pauperem gerere & malus prosperam.

Ergo quia vir virtute præditus solet pauperem vitam gerere, & qui scelerosus est abundare diuitijs, vt sapiens retrahat pauperem ab æmulatione, qua inuidet scelerosorum prosperitatem, monet vt persistat in statu virtutis, licet paupertate opprimatur. Quia Deo facile est subito honestare pauperem & locupletare, faciens diuitijs abundare. Sic aiebat Tobias filio suo, quem instituebat in virtute & obseruatione mandatorum Dei, cap.4.v.23. *Noli timere, fili mi, pauperem quidem vitam gerimus; sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Hugo; noli timere paupertatem & tribulationes, verum est tribulationem & paupertatem corda opprimere & affligere, sed non ideo recessuri sumus à timore Domini, quem debemus obseruare: quia locus est, in quo Deus iustos collocat, vt addicantur eius seruituti & obsequio. Et cum peccatum sit quod facit nos à loco timoris Domini recedere, recedere à peccato & facere bene signum est quod non recedimus à timore Domini, & à statu & loco, quem seruare debemus: licet permanentes in illo paupertate opprimamur, coniunguntur enim status paupertatis & timoris Domini, & se inuicem amplectuntur. quare verum est, nos pauperem vitam gerere sed si non recesserimus à timore Domini, qui locus est, in quo nos Deus collocauit, summa nos manent præmia, non diuitiarum temporalium, sed spiritualium.

Tob.4.v.23. — Hugo. Paupertas non timenda. — Peccatum facit nos recedere à timore Domini.

Rursus locus, in quo debemus permanere, 158.
est status præceptorum Domini: qui enim persistit in eorum obseruatione *manet* haud dubium, *in loco suo.* Ideo postulabat Dauid à Domino, Psal.16.v.5. *Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea.* Perfice, sustenta, proprie, tene gressus meos, vt non excidant à tuis præceptis, vt non sequantur quæ deteriosa sunt. Sic Psal.39. v.3. dixit, *& statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos*, quoniam igitur à viis duris & abruptis, & quæ legis diuinæ septis & maceria carent se custodiuit, ne per illas ambularet, orat vt in semitis Dei vestigia sua firmentur. Hæ porro semitæ sunt præcepta Dei, per quæ si quis ambulat, firmo incedit pede, neque vnquam prolabetur aut in peccatum ruet; qui vero diuerterit, is in magno discrimine versatur: neque enim firmo gradu ambulare poterit cũ inæquales & lubricæ sint, sed in culpam lapsus de salute periclitabitur. Jtaque cum postulat Dauid non moueri vestigia sua, ostendit velle in loco suo, quod est mandatorum Dei, permanere. & quia qui permanet in loco præceptorum Dei acquirit iustificationem cordis sui, ideo Iob cap.27. vers. 6. dixit: *Iustificationem, quam cæpi tenere, non deseram*, id est, locum, quem occupaui, vbi iustificatio Domini inueniebatur, numquam deserui, sed mansi semper in loco meo, quam ab infantia tenere cæpi.

Locus in quo debemus permanere est status præceptorum Domini. — Psal.16.v.5. — Psal.39.v.3. — Semitæ Dei præcepta eius sunt. — Qui permanet in præceptis acquirit iustificationem cordis sui. — Iob 27.v.6.

Melius illustratur hæc sententia ex illo Eccles.10. vers.4. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit*

Eccles.10. v.4.

derit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima. Vocat spiritum diabolum, qui ex voluntate Dei potestatem habet ad immittendas malas cogitationes in animos hominũ: potens est enim & vehemens; Ergo cum in cor humanum immittit cogitationem & suggestionem prauam & impuram, illius assultibus obstandum est, neque loco cedendum, sed tanto occurrendo salutari pœnitentiæ, patientiæ, voluntariæ castigationis medicina, & si forte vulnus ab hoste acceptum sit, adhibebit pro sua benignitate Deus malorum nostrorum atque animi vulnerum Chirurgus & sanator. Sic præcludetur aditus maximis peccatis, ne ex prauis initijs mala per longas moras inualescãt. Chald. sua paraphrasi hanc explicationem confirmat: *Si spiritus*, inquit, *concupiscentiæ malæ dominatus in te fuerit, & adeò inualuerit, vt super te conscendat: locum tuum bonum, in quo consueueras stare, ne dimittas. etenim verba legis creata sunt pro medicamine in mundo, vt remittantur, atque obliuioni tradantur à Domino peccata maxima.* D.Gregor. lib.3. Moral. cap.13. vocat locum humilitatem, & ait: *Si tentatoris spiritum in aliquo contra te præualere consideras, humilitatem pœnitentiæ non derelinquas. qui quia locum nostrum humilitatem pœnitentiæ dixerit, verbis sequentibus ostendit dicens: quia curatio cessare faciet peccata maxima. Quid enim est aliud humilitas lamenti nisi medicina peccati?* D.Ambros.tom.2.in Psal.41. Dauid, inquit: *Locum tuum ne derelinquas. etenim superiorem te Christus constituit, quem ad imaginem Dei fecit; tene ergo superiorem fidei & pietatis locum, quem à Deo accepisti, vt superior factus ascendentem de inferioribus spiritum nequam facile repellas*, &c. Vide tom.4.lib.1. de offic.cap.21. & D.Bernard. in paruis sermonib.serm.48.& serm.de S.Benedicto Abbate vbi ait: *Nulla enim tentatio vlla præualebit, si non in magnis & mirabilibus, super vos ambuletis, sed permaneatis radicibus firmis in humilitate radicati atque fundati.* vnde constat oportere in loco suo vnumquemque permanere, ne si locum suum deserat, in præcipitium abeat. quia sicut milites debent seruare suum locum, sic Ouidius:

Diabolus vocatur spiritus potestatem habens ad immittendas malas cogitationes. — Deus chirurgus nostrorum vulnerum. — D.Gregor. — Humilitas pœnitentiæ non relinquenda in tentatione diaboli. — D.Bernard. Permanere in humilitate remedium est ad vincendas tentationes. — Ouidius.

Qua fueris positus in statione mane.

Ita miles Christianus debet suum locum & stationem conseruare, quia *militia est vita hominis super terram* Job 7.v.1. verus locus est status virtutis, in qua debemus semper permanere, ne illum deseramus, & superemur ab hostibus. Vide Prouerb.27.v.8.

Iob 7.v.1. Verus locus est status virtutis.

Qui ergo in loco suo firmus non stat, similis est simiæ Cleopatræ Reginæ Ægypti, de qua narratur, quod cum saltitaret ad sonum citharæ, quia sic edocta fuerat, nuce immissa corã multis, qui eam spectabant, accepit eam dimissa saltatione, & frangere illam cæpit. sic dixit Lucianus in Apol. pro mercede conductis, *Non aliter & tu, non histrio quispiam, sed ipse pulcherrimarum rerum auctor, & velut legum lator, ostenso alterius vitæ splendore, quasi nuce quadam te ipse simiam esse prodidisti: vt qui summis tantum labrijs sis philosophus.* sic qui non stat firmus in loco suo, id est, in obseruatione diuinæ legis similis iudicatur simiæ, quę ostensa nuce relinquit officium suum, & vadit ad eam, &c.

Lucianus. — Qui relinquit locum suum similis simiæ Cleopatræ.

Illustratio quarta.

FAcile *est enim in oculis Domini subito honestare pauperem.* Altera est causa cur homines suæ 159.
condirionis ac vocationis tædeat, tenuitas atque paupertas: Itaque suam conditionem & fortunam cum meliore ac splendidiore commutare cupiunt. Hic Deus vocationis auctor, & moderator, & fautor, adiutorque considerandus est & inuocandus. Ergo; iam diximus hic *honestare*, idem esse ac locupletare, vel ditare pauperem. Dupliciter potest intelligi hæc commutatio, vel de mutatione paupertatis in statum diuitiarũ, vel de spirituali mutatione, paupertatis in statũ diuitiarũ, vel de spirituali mutatione, cum Deus locupletat diuitijs spiritualibus. Sic Hugo, id est, adiuuare & liberare à miseria & pręsura paupertatis vel infirmitatis vel tentationis, aut cuiusque tribulationis; confirmat Iansenius aiens quo significat id quod ei facile est etiam facturum in eis, quos diligit, si id ita eis expediat; & si non faciat, ideò non facere, quia non expedit, &c. Certum est Deum solere pauperem adiuuare, vt liberetur à misero paupertatis statu, & ascendat ad statum abundantiæ. vt dicitur 1 Reg.2.v.7.8. *Dominus pauperem facit & ditat; humiliat & subleuat, suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat.* Deus autem auctor est huius eleuationis, vt qui nunc pauper est, statim diuitijs abundet, & qui sedebat nunc in puluere & stercore, mox sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. vt factum est in Josepho, in Dauide, & alijs: quos euexit Deus ad dignitatis honorem, quia facile est illi, subito honestare pauperem, cum eum respicit in bono. Et quia de hac materia egimus vers.13. hic non plura.

Honestare idem quod locupletare. — Deus solet pauperem liberare à paupertate vt ascendat ad statum abundantiæ. — 1.Reg.2. v.7.8.

Tandem æque certum est, Deum locupletare pauperem diuitijs spiritualibus, vt exponit Dionys. & Palacius. Optime probatur ex eo Pauli Rom.9.v.23. *Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* Ostendit enim potentiam suam præparando electos ad locupletandos diuitijs spiritualibus, *Deus enim, qui diues est in misericordia.* Ephes.2. v.4. conatur suas diuitias communicare, vt illis nos locupletemur. Ad hoc intentum præparat vasa misericordiæ, in quibus recipiantur: hæc sunt omnes iusti quos ad vitam ęternam prędestinauit, quos benignissimus Deus ditat diuitijs suis, vt repleti talibus diuitijs disponantur ad gloriam. Phil.4. v.19. *Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas, in gloria in Christo Iesu.* Syrus, Vatab. & alij vertunt: *Deus autem meus impleat omnem indigentiam vestram secundum opulentiam suam.* Sic D.Chrysost.tom.4. *Secundum diuitias suas, id est, pro magnificentia sua, id est, quæ ipsius potentiæ est, vt facile & cito possit facere.* Quare dixit D.Ambros. tom.1. lib.2. de Ab. & Carn. cap.5. *Si quæris thesauros, accipe inuisibiles & occultos, quos in cæli altissimis, non quos in terrarum venis requiras. Esto pauper spiritu, & eris diues qualicumque censu; quia non in abundantia diuitiarum vita est hominis, sed in virtute ac fide. Istæ te diuitiæ verum diuitem faciunt, si sis in Deum diues.* Clemens Alexand.lib.3. Pedag. cap. 6. cum dixisset, *veræ diuitiæ sunt iustitia & ratio, quæ est quouis thesauro prætiosior*, subdit: *à Deo donantur diuitiæ quæ non possunt auferri, cuius thesaurus est sola anima, possessio ei, qui illam possidet optime, quæ hominem vere reddit beatum.* vbi docet eum, qui est

Deus locupletat pauperem diuitijs spiritualibus. — Rom 9. v.23. — Dionys. Palacius. — Ephes.2. v.4. — Iusti vocantur vasa misericordiæ. — Phil.4.v.19. — D.Chrysost. — D.Ambros. — Thesauri spirituales quærendi sunt in cælo. — Clem.Alex. — Qui bonus est omnia, & Deum possidet.

est bonus & pius, non solum multa, sed etiam omnia, atque à Deo ipsum Deum possidere. ei autem, qui omnia possidet, nihil deest; cui nihil deest, is plane est dives, atq; à Deo beatus. Ergo ait Ecclesiasticus, standum in loco, vbi Deus hominem collocauit: quia etsi præmatur inopia, Deus autem potens est *honestare* pauperem, non solum ditando diuitijs temporalibus, sed spiritualibus locupletando. Quid certius.

VERS. XXIV.

Benedictio Dei in mercedem iusti festinat, & in hora veloci processus illius fructificat.

Sensus.

160. *Benedictio Dei*, &c. q. d. vt cognoscas posse Deum honestare, ditare, & locupletare pauperem, scito beneficentiam Dei non cunctari: nam benefacere, & beneficia conferre aggreditur sine mora, & ad reddendum iusto quod debetur, nullam interponit moram, sed properat, & suamet benignitas & misericordia sibi instat, ad tribuendam mercedem iusto. & in breui tempore procedit ad hoc, processusque Domini fructum facit: nam Domini benedictio germinat simul & fructificat benignitasque eius iusto homini loco amplissimæ mercedis habenda est. Insuper processus iusti, est progressus de virtute in virtutem, & per Dei benedictionem subito magnum fructum profert, quia & hic temporaliter, & in futuro æterno præmio remuneratur.

Notæ.

Miror Lyram, Dionysium, & Hugonem nec non Palacium legisse in secundo hemistichio: *in honore* cum in omnibus originalibus sit ὡρᾳ, *hora*, tempus, fateor hoc nomẽ ὡρᾳ significare etiam pulchritudinem, decorem, formam, venustatem, & forte aliqui hanc sequentes significationem transtulisse, *honorem*. & ὡραῖ sunt famulæ solis deæ pulchritudinis, & portarum cæli custodes apud Homerum. sed non bene legisse: propriè enim horam, tempus significat. Sicque optime vulgatus legit, *in hora*, quod confirmat adiectiuum, quod additur *veloci*. Rursus, pro *fructificare*, est in Græco, ἀναβλαστει ελογιαν αὐτοῦ, *germinat benedictionem eius*. verbum enim βλαστω, significat viresco, germino, pullulo, floreo. propriè de arboribus, & transfertur ad alia. Drusius: *Germinantem facit benedictionem suam*, vel potius *eius*, vt ad pium etiam referatur. Deus, inquit, facit vt benedictio, id est, fœlicitas pij breui tempore germinet; aut vt alij maluerunt efflorescat. Quare τὸ *illius*, vel ad iustum vel ad Deum referri potest.

Illustratio prima.

161 Rabanus. *Benedictio Dei in mercedem iusti festinat.* Rabanus explicat: Qui enim fide stat, & iuste viuere certat, benedictio Dei in æterna beatitudine illum remunerabit, & repletum fructu virtutum in superna arce collocabit: Ergo egerat Sirach de potentia Dei ad honestandum pauperem, vt ipsum pauperem dehortaretur à zelo & inuidia peccatoris, qui diuitijs abundabat, cum ipse laboraret inopia: & ipsum intentum nunc inculcans procedit ad declarandam festinationem benedictionis Dei, vt remuneret patientiam pauperis. Sicque ait: *Benedictio Dei*, &c. q. d. qui præ inopia abiectus & proſtratus iacet, non deficiat, sed patienter expectet remunerationem laboris sui; quia Deus remunerator virtutis considerans patientiam pauperis, non cunctatur, sed properat ad opem ei ferendum, & occurrendum necessitati, remunerans eum sua benedictione, gratiam tribuens in præsenti, & gloriam in futuro. Benedictio Domini non solum significat bona temporalia sed etiam spiritualia & æterna. Genes. 27. v. 35. dixit Isaac ad Esau: *venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem meam.* quæ benedictio erat bonorum temporalium, vt statim declarat: *Frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc, fili mi, vltra quid faciam?* q. d. impetrati à Domino benedictionem bonorum temporalium fratri tuo Jacob, quam aliam benedictionem impertiat tibi? Leuit. 25. v. 21. ait Deus: *Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum, feretisque anno octauo*, &c. vbi promittit benedictionem bonorum temporalium, Deut. 28. v. 3. benedicens Moyses Israëlitas, ait: *Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro.* q. d. abundabis omnibus necessarijs, tam in re vrbana, quam rustica: benedicere enim hic est benefacere. Benedictio enim Dei realis est, non verbalis: significatque omnem prosperitatem tum in corpore, tum in anima, tum in fortunis. *Benedicta horrea tua*, id est, abundabis frumento & panibus, ita vt reliquiæ superfuturæ sint multæ, quas in pauperes eroges: benedictio enim copiam & abundantiam significat, vt 2. Cor. 9. v. 6. Prou. 3. v. 33. *Habitacula autem iustorum benedicentur.* id est, implebuntur tam bonis temporalibus, quam spiritualibus. Sic Eccles. 39. v. 27. *Benedictio Domini quasi fluuius inundauit*, vt statim dicemus.

Benedictio Domini festinat ad remunerandã patientiam pauperis.

Benedictio Dei realis est non verbalis, sed omnem prosperitatem tum in corpore, tum in anima, tum in fortunis.

Benedictio Dei copiam & abundantiã significat.

Prou 3. v. 33. Eccles. 39. v. 27.

Tandem Ephes. 1. v. 3. agit Apostolus de benedictione spirituali, cum ait; *Benedictus Deus, & Pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus in Christo.* Ex quibus locis constat benedictionem Dei hanc virtutem habere vt impleat homines non solum bonis temporalibus, sed etiam spiritualibus, & cælestibus; quibus omnibus iustos pauperes remunerat, interdum vtrisque, interdum solum spiritualibus & æternis. Qua consideratione iustus, qui paupertate laborat, cum peccatores abundant bonis temporalibus, erigit animum ad sperandum in domino, qui festinat benedictione sua, vt impleat pauperes bonis suis, non tam temporalibus, quam spiritualibus & æternis, &c.

Benedictio Dei virtutẽ habet implendi hominem bonis temporalibus & spiritualibus.

Ephes. 1. v. 3.

162. Hoc hemistichium possumus illustrare ex eo Eccles. 39. v. 27. *Benedictio illius quasi fluuius inundauit.* Qua comparatione significatur, quod benedictio, vel beneficentia diuina, ita solet abũde electos recreare, cum visum Deo fuerit, sicut inundans fluuius, aut quæuis aliarum aquarum inundatio siticulosum, siccamque terram solet inebriare, & humore replere, ad reddendam eam frugiferam. Insuper in eadem comparatione

Eccles. 39. v. 27.

Benedictio Dei iustũ abunde recreat.

ratione significata videtur festinatio diuinæ benedictionis; sicut enim fluuius celeri cursu festinat ad fœcundandam terram, & fluxione sua properat, vt eam humore repleat, & frugiferam reddat; sic Deus cum videt animum pauperis sitibundum, inopia enim solet exaresce, festinat quasi torrens, vt inundet eum, & aqua suæ benedictionis recreat, fœcundat, & frugiferam reddit. quæ festinatio diuinæ benedictionis in mercedem iusti procedit, id est, vt confidentiam iusti pauperis remuneret. Quare dixit Paulus Hebr. 10. v. 35. *Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* in Græco est παῤῥησίαν, id est, *libertatem.* Per libertatem enim intelligit fiduciam, quæ parit libertatem vt scilicet iustus pauper in fide constans, qui bonorum explicationem gaudens subijt, eo quod cogitaret, & speraret, meliorem substantiam, & opes à Deo in cælis se adepturum: per hanc spem & fiduciam libere & fidenter audeat à Deo, pro quo bonorum iacturam fecit, sperare, & petere hanc meliorem substantiam, & opũ cælestium benedictionem. vel q. d. Magnas spes, magnas opes habetis repositas apud Deum in cælis: nolite eas abijcere, & profundere per pusillanimitatem & inpatientiam, sed in vestra fide, spe, & patientia persistite; ita fiet, vt harum opum, horum meritorum magnam remunerationem, magna præmia sitis recepturi; nam *festinat* diuini Numinis *benedictio in mercedem*, seu remunerationem *iusti* pauperis.

Animam pauperis sitibundam inundat Deus aqua benedictionis suæ.

Hebr. 10. v. 35.

Fiducia paritis libertatẽ.

Hinc est quod Moyses narrante Paulo Hebr. 11. v. 24. *Negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem.* Esse filium filiæ Pharaonis cõtinebat in se honorem & diuitias, quibus peccatores abundant, & iniuste aliquando potiuntur: affligi cum populo Dei erat experiri improperia, abiectionem, & paupertatem. Ratio ergo cur Moyses elegit paupertatem & abiectionem in similitudinem Christi, qui afflictionibus, improperijs, & paupertate laborabat; vt ipse dixit Psal. 87. v. 16. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea*, hæc est, quia *aspiciebat in remunerationem*; sciebat enim benedictionem domini in mercedem iusti pauperis festinare. quare confidentia repletus, pauperta tem & improperia patienter toleravit, vt benedictio Domini in sui remunerationem & mercedem festinaret, &c. Jdeò dixit Christus Dominus Apoc. 22. v. 12. *Qui iustus est, iustificetur adhuc: ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua*, id est, iustus, qui laborans paupertate expectat Dei remunerationem, per patientiam iustificetur adhuc: *ecce venio cito*, id est, in mercedem suam festino; Non opus habeo aliunde præmium ac mercedem mutuare, vt eam ijs, qui bene egerint, & paupertatem suam patienter sustinuerint conferam; quoniam *mecum* est ipsa *merces*, eam in mea potestate habeo, eam mecum simul affero, vt absque mora iustis pauperibus impertiar. Pende *merces mea mecum est*, & *cito venio*. quia ita festinus remunerator est Christus, vel Deus, vt mercedem, vel remunerationem iusti secum afferens, quæ vera benedictio est, festiner, vt impertiatur, &c.

Psal. 87. v. 16.

Benedictio Domini in mercedem iusti festinat

Apoc. 22. v. 12.

Christus festinus remunerator.

Isa. 62. v. 11

Idem videtur affirmare Jsaias cap. 62. v. 11. cum ait: *Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo.* id est, considera mirabilem Dei liberalitatis & beneficentiæ exemplum, *merces eius*, quam ipse proponit ijs, qui se coluerint, cum eo. id est, ad manum habet, secum defert, statim redditurus laborantibus. neque satis hoc fuit semel dixisse: repetit iterum, quo Dei benignitate & liberalitate erga seruos suos nos certos faceret: *& opus illius coram illo.* neque oportet festinare mercenarios pro accipienda mercede, ille mercedem redditurus festinat. Nam homo sui præmij, suæque vtilitatis licet auidissimus, tardior atque segnior est præ velocitate & festinatione diuinæ munificentiæ. Sic dicitur Deut. 11. v. 11. de terra promissionis: *Non sicut terra Aegypti, vbi iacto semine in hortorum mor.m aquæ dicuntur irriguæ* (vide quanto labore constat perceptio fructuum his, qui in Ægypto terræ seruiunt) *sed montuosa est & campestris* (quidquid diuina lex montuosum & asperum habere videtur, diuina gratia & largitate, benignissimaque Dei prouidentia emollitur) *de cælo expectans pluuias* (vberes fructus sine vllo labore nostro, aut per quam tenui cælum pollicetur) *quam Dominus Deus tuus semper inuisit* (ipse accurrit visurus quid sui serui, suique agricolæ opus habeant, quid præmij, quid fructus debeant accipere) *& oculi eius in ea, sunt à principio anni vsque ad finem*, non enim in finem anni fructum reseruat, sed singulis mensibus, perpetuisque fructibus, alijs atque alijs terram locupletat & agricolas reficit. vnde sequitur, &c.

Dei beneficentia exemplum affert secum remunerationem & mercedẽ.

Tardior est homo in accipienda mercede quã Deus in reddenda.

Deut 11. v. 11.

Quidquid laboriosum est in diuina lege, diuina gratia emollitur.

Illustratio secunda.

163. *Et in hora veloci processus illius fructificat.* Lyra existimat repetitionem esse eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem. Hugo, id est, iusto velociter currenti ad brauium æternæ vocationis, processus vitæ eius fructificat ad honorem illius. Carthus. id est, spiritualis processus ipsius iusti parit fructum meritorum, & plenitudinem adipiscitur præmiorum in sublimatione qua velociter exaltatur de isto exilio ad consortium beatorum, vel processus, quo Deus festinat ad iusti remunerationem, fructum largitur æternæ salutis. Palacius persistens in lectione, *& in honore*, explicat, Ergo benedictio Domini properat vt mercedem tribuat, dum vero non accessit, efficit vt iustus mereatur sanctis operibus velociorem honorem. Sed Jansenius exponit, beneficentia Domini non est tarda ad reddendum quod iusto debetur, sed festinat addandam mercedem iusti: & in breui tempore procedit ad hoc, processusque Domini fructum facit. Existimat etiam τὸ *illius*, posse referri ad hominem iustum, vt sit sensus: progressus iusti de virtute in virtutem per Dei benedictionem, subito fructum magnum profert: quia & hic temporaliter, & in futuro æterno præmio remuneratur. Itaque secundum duplicem relationem τὸ *illius*, duplicem sensum accipere potest hoc hemistichium. 1. de fructificatione benedictionis Dei, quam iusto affert, cum festinat ad opem illi ferendum. 2. de fructificatione ipsius iusti, quam ex benedictione festina Dei offert, procedendo de virtute in virtutem, vt perpetua benedictione visionis beatificæ abunde perfruatur.

Lyra. Hugo. Dionys. Palacius. Iansenius. *Beneficentia Domini non est tarda ad reddendam mercedem iusti.*

Primus sensus potest illustrari ex eo Cant. 2. v. 3. *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi; & fructus eius dulcis gutturi meo.* Assimilauerat sponsa sponsum

Cant. 2. v. 3

Christus sponsus est malus inter ligna syluarum.

sponsum dilectum suum malo: *sicut malus inter ligna syluarum*: quem sicut lignum vitæ plantatũ inuenit in medio Paradisi Ecclesiæ, & cum sedisset ad vmbram illius, gustauit de fructibus eius, quia erant dulcissimi & suauissimi, & dixit fructus eius dulces fuisse gutturi suo. Per sponsam homo iustus significatur: quia Deo adhæret vel Christo, vt fructum gratiæ & gloriæ ex eo percipiat. Per malum Deus vel Christus Dominus intelligitur, qui tamquam lignum vitæ fructificat, & communicat fructus, quos generat iustis, qui sub vmbra illius proteguntur. Ergo cum festinat Deus ad impertiendam iustis benedictionem suam, id est, fructus salutares gratiæ & virtutũ, accedunt iusti, vt eos percipiant:

Iusti accedunt vt fructus gratiæ percipiant.

& ipsa cælestis Paradisi arbor, *in hora veloci per processum illius fructificat*, vt ille, qui ad se in vmbra illius protegendum accedit, ipsius fructibus satietur, quia omnem continent dulcedinem & voluptatem; Eleganter D. Gregor. mag. tom. 3. super hunc locum, dixit: *Arbor fructifera ipse Christus in corde nostro per fidem plantatus existit, quam si mens digne & instanter excolit, fructus nimirum interius pulchros & vtiles gignit: quos dum mens capiens auide comedit, omnes mundi voluptates præ eius dulcedine postponit. Dulce enim est valde sibi cælestia cogitare, in æternitate oculum intimum figere, vt aliquando in fletibus etiam mens accensa, compungatur, & inter lacrymas subleuata Angelorum cibo, ipsa videlicet sapientia, quanto dulcius tanto auidius pascatur.* Tres Patres apud Theodor. alios fructus assignant: *Fructus autem ipsius est fructus spiritus, qui est, vt magnus inquit Paulus, charitas gaudiũ, pax, patientia, longanimitas, benignitas, mansuetudo, &c. At guttur, quod fructus spiritualis dulcedine fruitur, est vis animæ oratione prædita, sine qua verbum non admouetur, quemadmodum nec cibus sine gutture.*

D. Gregor.

Christus arbor fructifera in corde nostro plantatus existit.

Theodoret

Christus protegit vmbra sua pauperes iustos.

Ergo cum Christus, qui malus est inter ligna syluarum, protegit vmbra sua pauperes iustos. *processus illius fructificat*, id est, processus illius est ad fructificandum, id est, ad communicandos fructus gratiæ remissionis peccatorum, pacis, charitatis, & aliorum, quibus illos remunerat in præsenti vita, & in futura implet receptacula animorum fructibus gloriæ. *Et in hora veloci*, &c. id est, velociter in eadem hora laboris & iacti seminis boni operis, germinat, & crescit culmus, & maturescit, & fructum, præmiumque colligere licet. vix pedẽ mouebit homo vt procedat in Dei obsequio, cum statim mouebit porrigetque manum Deus, vt præmium largiatur.

164. 2. Si τὸ *illius*, ad iustum pauperem referatur, certum est processum illius fructificare: nam quasi arbor fructifera producit operum bonorum fructus, quibus mereatur, æternam retributionem; Complutenses transferunt, *& in hora veloci germinat benedictio eius.* Drusius: *qui breui tempore germinantem facit benedictionem suam.* Benedictio enim domini cum festinat in mercedem iusti, id est, cum inseritur in animam iusti, facit eam germinare: nam facit producere fructus bonorum operum, quibus æternæ remunerationis dignus efficiatur. quare iusti vocãtur fruges domini? Dixit Ezechiel cap. 3. v. 1. *Et veni ad transmigrationem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta fluuium chobar.* quem locum extricans D. Gregor. tom. 2. homil. 11. cum dixisset, *ex quibus qui multi fuerant credituri, atque per obedientiam ad fertilitatem boni operis peruenturi, acerui frugum vocantur.* subdit statim: *quia enim bonæ animæ fruges appellantur Dei, Propheta alius testatur dicens: Sancti Israel Domino primitiæ frugum eius. fruges etenim Domini etiam conuersæ ad fidem, gentes postmodum factæ sunt.* Pende id, *bonæ animæ fruges appellantur Dei*, licet fruges sint fructus, quos terra gignit, vt dixit Cicero. At ipse 2. de Natiuit. deorum dist. 44. ait: *Cererem fruges appellamus, vinum autem liberum*, & agens in eodem lib. de Natiuit. Deo. dist. 50. inquit: *Terram eam, quæ Ceres diceretur*, & 49. *Mater autem est à gerendis fructibus Ceres tamquam Ceres.* Hæc fuit inuentrix frugum, vt Virgil. 1. Georg. vers. 47.

Iustus quasi arbor fructifera producit operum bonorum fructus.

Iusti vocantur fruges Domini.

Ezech 3. v. 1

D. Gregor.

Ierem. 2. 3.

Fruges appellantur Ceres, & vinum liber.

Virgil.

Ceres inuentrix frugum.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit.

Sic Ouid. 5. Metam. & 3. Amor. eleg. 9. lucret. lib. 5. Plin. lib. 7. cap. 56. Quare Plutarch. orat. 1. de esu Carn. *Matrem almam illam appellauerunt, quẽ diem festum illud sæculum cognoscebat.* & lib. de isi & osir. *quippe ieiunant Athenis mulieres sacris Cereris humi desidentes.* Quod repetens Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 19. *In cuius*, inquit, *sacrificio Atticæ virgines inter solemnia, repositis cista sacra capitibus, quam occulte deferunt, cum Cereri sacrum, quam occultissimis ceremonijs fieret: quippe prophano homini Cereris mundum videre nefas erat.* Ergo cum Ceres pro Dea, cui sacra faciebant haberetur, & ipsa terra à Cicerone nominatur, quæ fruges gignit; inde est quod cũ Gregor. appellet *bonas animas fruges Dei* ipsas animas tamquam Cereres, & tamquam terram vocat, quæ fructum bonorum operum producũt, vt Deo vero offerant. & possumus dicere, *processus illius fructificat*, id est, anima benedictione diuini Numinis, cum ab ipso seritur, & irrigatur, cito fructificat, offerendo fruges bonorum operum.

Plutarchus

Alexand. ab Alex.

Ceres pro Dea habebatur.

Tandem: *Qui breui tempore germinare facit benedictionem suam.* Similitudinem arborum enuntiat quæ fructus virtutum suo tempore producunt. quod probatur ex eo Psal. 1. v. 3. *Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Aliqui de Christo Domino hunc locum intelligunt; sed de iusto haud dubium intelligendus etiam est, qui meditatus est in lege Dei die ac nocte. Sic Theodor. *Imitantur enim*, inquit, *aquarum irrigationẽ Spiritus sancti flumina: & quemadmodum illa consitas arbores germinare faciunt: ita & hæc sunt in causa, vt diuinos fructus ferant.* & cum doctrinam Christi aquam appellet, & probet ex Euangelio, & Isaia, subdit: *Congruenter igitur & beatus Dauid eum, qui diuinis sermonibus operam dedit, arboribus comparauit iuxta aquarum ripas consitis, semperque virentia habentibus folia, fructumque ferentibus in tempore. etenim virtutis athletæ laborum fructus etiam in posterum reportabunt*, &c. Et licet tempus fructificandi producatur, sed breue tempus est, in quo Deus facit germinare benedictionem suam, adiuuando iustos, vt fructificent. sic explicuit hunc locum Psal. Chisler. sup. c. 7. cant. v. 7. *Bene*, inquit, *in tempore suo*, quia idem progressus iusti suum habet tempus, quo fructus est, & suum habet tempus, quo flos est. Primum tamen illud habet tempus, quo fructus est, & idcirco relata verba in principio totius Psalterij dicta reperiuntur, cum postmodum de altero dicendum esset tempore, quo idem progressus non tam vt fructus æstimandus esset, quam vt flos. vnde probatum manet Deũ suo tempore germinare facere benedictionem suam, quam iustis impertit, &c. 165.

Iustus vt arbor suo tempore fructus bonorum operum producit.

Psal 1. v. 3.

Theodoret

Doctrina Christi aqua appellatur.

Progressus iusti suum habet tempus.

VERS.

VERS. XXV.

Ne dicas: Quid est mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona.

VERS. XXVI.

Ne dicas: Sufficiens mihi sum: & quid ex hoc pessimabor.

Sensus.

166. NE *dicas*, &c. q. d. Si in summam paupertatem deuenisti, & ingentem infœlicitatem experiris, ne desperes, nec cadas animo, dicens: quid opus mei est in hac vita? quid expedit me diutius inter viuos numerari? & quæ ex nunc, id est, ex isto tempore posthac mihi bona sunt expectanda, quibus à miseria possim emergere? cum mihi natus esse videar in sempiternam infœlicitatem & calamitatem, qui hactenus semper in miseria & tribulationibus vitã tractaui. Sed si diuitijs abundas, quia ad prosperitatem deuenisti, & in operibus tuis fidenti animo niteris, ne superbe dixeris: sufficiens mihi sunt, vel omnia mihi suppetunt, & quid post hac pessimabor? id est, mali patiar, vel quis mihi nocere aut incommodare poterit? quia qui in miseria viuit, ad fœlicitatem potest aspirare, & illã sperare; & qui opulentus est, potest vereri ne in summam inopiam redigatur, &c.

Notæ.

IN primo versu est in Græcis; τίς ἐστί μοι χρεία ἀρεσκείας, id est, *quæ est mihi necessitas complacentiæ?* In quo versu continentur verba hominis de sua fortuna conquerentis, & meliorem plane desperantis: vt multi solent tædio paupertatis dicere; quid ago in hoc mundo, præstare mihi hinc auferri, vt Elias 3. Reg. 19. v. 4. *Qui petiuit animæ suæ vt moreretur, aiens: sufficit mihi Domine*, &c. Verbum χρεία, est indigentia vsus, necessitas, negotium, ministerium, quæ omnia possunt sensui deseruire, Complut. transferunt: *complacentiæ*, quia verbũ ἀρέσκω significat placere, rem gratã facere, satisfacere & alia, ἀρεσκεία est cõplacentia. q. d. quid mihi necesse est in vita complacere, quam complacentiam in vita possum habere? nos diceremus; *Que gusto puedo yo tener, ni que necesidad de viuir?* qui vitam miseram transigo, tantaque tenuitas mea est, vt dissimulari non possit. Rursus; *Sufficiens mihi sum*, in Græco, πολλά μοι ἐστι & *multa mihi quæ habeo*, quæ verba absunt ab Aldo. Basil. & Rom. qui multa habent se sufficientes esse existimant. vox est superbientis & diuitijs confidentis. *& quid ex hoc pessimabor?* In originali est; *Quid iam deinceps malis afficior in vita?* quid nunc amplius me crucior? quid vexor laborando & cogitando de victu? vel nihil iam deinceps mali patiar, nihil mihi aduersi accidere poterit. Quod est hominis nimium sibi fidentis in prosperitate, ac si nulla rerum vicissitudo esset. non ita vir sapiens, qui & dura placide feret, & secunda moderate: nec illis cedens, nec his fretus, vnus idemque, vt ait Seneca, inter diuersa erit. Tandem *in vita*, nec est in vulgatã, nec in Latina veteri. Verbum *pessimabor*, posuit, quod idẽ est ac malum pati, κακωθήσομαι. Verbum κακόω est vexo, malo afficio, affligo. vulgatus transtulit *pessimare*, non est Latinum.

3. Reg. 19. 14.

Illustratio prima.

NE *dicas: quid est mihi opus? & quæ erunt mihi ex hoc bona?* Hæc sunt verba hominis de sua fortuna conquerentis ac meliorem plane desperantis: quo in genere ac tempore oportet spem suam etiam contra spem retinere, ac Deo potentissimo omnem successum euentumque vocationis nostræ cõmittere. Rabanus explicat: Arrogantium hæc vox est, qui stulte confidunt in potentia terrena & in diuitijs caducis atque voluptatibus sæculi quibus nihil prodest hęc fiducia, quia instabilis & transitura eorum est substantia, Lyra existimat hic sapientem subtrahere confidentiam falsam respectu sui & respectu proximi: confidentia vero falsa (inquit) respectu sui est, qua quis confidit de sua potentia, & hoc maxime faciunt, qui tantum credunt vitam præsentem. Ideò dicit, ne dicas: quid est mihi opus? scilicet, confidere de alio, qua mihi sufficio, *& quæ erunt mihi ex hoc bona?* id est, post hanc vitam. q. d. nulla. Hugo hæc enim vox est superborum diuitum, qui & in potentia & opulentia sua confidunt, *& quæ erunt* &c. Hæc est vox infidelium, qui dicunt animam perire cum corpore, nec bona nec mala esse post hanc vitam. Dionys. sequitur Hugonem, Palacius reddit hunc sensum; si miser es, ne dicas: cur ego viuo? quid est opus me in hoc sæculo? & post hac mihi hactenus infœlici, quæ bona contingere possunt. 167.

Verba hominis de sua fortuna conquerentis.

Raban.

Lyra.

Quæ est falsa confidentia.

Hugo.

Dionys.

Palacius.

Ergo cum in superioribus versibus egisset Ecclesiasticus de pauperibus & diuitibus, vt pauperes liberet à desperatione, & diuites à vana confidentia & superbia, has subijcit sententias in 1. dehortatur eum, qui præ inopia desperat à desperatione, quæ comitatur egestatem; Hinc est quod Salomon Prou. 30. v. 8. postulet à Domino: *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam; Quis es Domine, aut egestate compulsus, furer & periurem nomen Dei mei?* Heb. *paupertatem, & opulentiam.* Reliqua verba omittentes sumamus ea, quæ ad nostrum intentum spectant, scilicet *aut necessitate compulsus furer & periurem nomen Dei mei.* Quæ vltima verba legit D. Bernard. serm. 68. in Cant. *aut paupertas deijceret in impatientiam*, siue furtum, siue periurium, siue impatientia desperationem denotant. quia qui pressus egestate quærit victum, haud dubium in mille desperationes incidit. Ratio autem quare interdum desperatio sequitur mendicitatem est, quia qui eget reijcit ex corde suo illam confidentiam, quæ mitigat impatientiam ortam ex mendicitate: & cum hæc impatientia animum inuenit confidentia vacuum,

Dehortatio à desperatione.

Prou. 30. v. 8.

D. Bernard.

Qui pressus egestate quærit victum in mille desperationes incidit.

cuum, pungit illum, & extimulat ad desperationem; ex qua procedunt furta, iuramenta, doli, periuria, aliaque huiusmodi, quæ reddunt hominem impatientem, desperantem, & per consequens diffidentem, & præcipitem: ita vt pati mortem potius præoptet quam vitam ita amaram viuere. Hinc est quod homo egestate compulsus desperatione adactus, ex corporis vinculis tamquam è tetro carcere euolare desiderat; existimat enim mortem esse omnium malorum suorum remedium & non cogitat quæ mala perpetua euentura sint post mortem. Ideò Salomon postulat à Domino vt mendicitatem sibi non tribuat, ne pressus inopia adigatur ad desperandum, &c.

Homo egestate compulsus optat mortem.

168. Ergo cum inopia generet desperationem nil mirum dicat Job cap.7.v.15.16. *Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Desperaui, nequaquam vltra iam viuam. Parce mihi; nihil enim sunt dies mei.* ita Job afflictus iacebat, vt dicat se quodcumque necis genus, siue naturalis, siue violentæ, etiam ignominiosissimæ, qualis strangulatio aut suspendium est, leuius sibi atque optabilius futurum, vt finem aliquem capere possent mala grauissima. & quia hæc solent ad desperationem concitare, prorumpit: *Desperaui, nequaquam vltra viuam.* Hic desperare non proprie desperationem significat, cum minime crederetur, sanctum virum in desperationem incidisse; sed significat fastidire. à verbo מעס *maac*, quod est fastidire, abijcere, spernere. q.d. iam fastidio habeo vitam. *Estoy harto de viuir, ya meda en cara la vida.* & licet verbum *parcere*, aliqui explicent de venia, quam pro desperatione postulabat; sed melius doctissimus Pineda accipit pro *cohibere*. q.d. inquit ipse, iam cessa, mitte me, vltricem istã tuam manum cohibe, à me vexando diutius abstine. &c. *Basta ya señor, y dame vna poca de venia. Nihil enim sunt dies mei.* LXX. *vana est enim vita mea.* alius: *vapor sunt dies mei.* Licet hæc sit vera huius loci intelligentia, Philippus verbum *desperaui*, de desperatione interpretatur, dicens: *loquendo hæc, quæ dicere non debuerant*, &c. *Itaque se lapsum in peccato deplorat, & pœnitentiam illico profitetur dicens: parce mihi.* Hac supposita intelligentia rogo, cur Jobum vitæ suæ ita tædet, vt exoptet mortem quasi desperatione impulsus? numquid calamitates & miseriæ, quibus opprimebatur, illum cogebant ad desperandum? ita sane, quia mala grauissima ita animum vexant, vt stimulent ad exoptandam mortem cum desperatione; & licet cætera mala vehementer illũ cruciabant, sed forte piæ reliquis egestas & mendicitas præstimulabant illum ad hanc desperationem. Extorserat enim dæmon concedente Domino, non solum filios & honorem sed substantiam & facultates suas, in tantum, vt solus tamquam mendicus vlceribus plenus adigeretur ad radendam testa saniem. Quæ mala excruciarunt animum suum, *vt eligeret suspendium anima sua, & mortem ossa sua*, & diceret: *desperaui nequaquam vltra viuam.*

Inopia generat desperationem.

Mala grauissima solent ad desperationem concitare.

Pineda.

Philippus.

Cur Iobum tædet vitæ suæ vt exoptet mortem.

Quæ verba congruunt cum nostra sententia vt explicat Palacius. Quorsum viuo in mundo? quæ est vtilitas quod viuam? quod est opus, cuius causa viuendum sit mihi? vel quod opus est mihi viuere? *vnde* (inquit D. Chrysost. tom.5. epist.5. ad Theodor. lapsum) *diabolus omnem, quod aiunt, lapidem mouet, quo in nobis altè radicem agat agitatio desperationis: quandoquidem nouit quamlibet* *exiguum pœnituerimus, nullo id pacto facturos indonatos à Deo.* Hinc adagiũ ex epist. Hippocratis ad Lacedæmonios de occasu ducis Mindari: *Perierunt omnia.* vsus erit cum rem male cessisse desperabundi significamus. & aliud, *à quinque scopulis desilere in fluctus.* vsurpatur ab ijs, qui iam impatientes malorum, minantur semet in quoduis potius malum præcipitaturos, quam vt perpetiantur. Sic Ouidius 3. Pont. 7.

Palacius.

Diabolus intentat semper in nobis desperationẽ. D. Chrysost.

Hippocrat.

Proximus huic gradus est bene desperare salutem.
Seque semel vera scisse perisse fide.

Ouidius.

Quare ait Ecclesiasticus: *Ne dicas, quid est mihi opus? & quæ erunt mihi ex hoc bona?* Vide Prou. 24.v.10.

Illustratio secunda.

ET *quæ erũt mihi ex hoc bona.* Hugo, hæc est vox infideliũ, qui dicunt animam perire cũ corpore: nec bona nec mala esse post hanc vitã. & quidem non solum infideles, sed etiam improbi, qui effrænatè viuunt; suis concupiscentijs fræna laxantes, & si animas immortales esse, & post hanc vitam vel gloria fruituras, vel pœnas luituras credant; ita se vitijs tradunt; vt operibus confiteantur, nullam aliam vitam futuram; Hoc est argumentum cap.2. sapientiæ, vbi de his mentionem faciens incipit: *Dixerunt enim cogitantes apud se non recte: exiguum est, & cum tædio est tempus nostrum. Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tamquam non fuerimus: quoniam fumus flatus est in naribus nostris, & sermo scintilla ad commouendum cor nostrum. Quà extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tamquam mollis aër*, &c. 169.

Hugo. *Nec bona nec mala esse post hanc vitam improbi existimarunt.*

Sap.2.v.1.

Argumentantur sic impij: omnia nostra, etiã anima ipsa, cum morte finiuntur, & nihil est futurum, quod nos sollicitet: ergo præsentis vitæ bonum curandum; & solum indulgendum voluptati, etiam si ad eam potiundã vis sit alijs inferenda. In hoc barathrum impij corruerunt ab ipsa deuicti possessique voluptate. Nam dum eam, quam possident renuunt deserere, quo securius ei adhærescant, impunitatem sibi promittunt, & naturæ suæ eiusque auctori parant insidias, immortalitatis gloriam sibi denegantes, & Deo humanarum rerum curam & cognitionem eripientes. Eamdẽ impiorum opinionem refert ipse Salomon Eccles.3.v.19. *Vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur: similiter spirant omnia: & nihil habet homo iumento amplius.* In ijs verbis: *fumus flatus est in naribus nostris*, manifestant impij opinionem suam de extinctione animæ. q.d. animæ nostræ vis, quæ est flatus seu spiratio in naribus, siue è naribus nostris emissa, nihil est aliud quam fumus, qui statim dissipatus euanescit. Vide Plutarchum lib.4. de placitis philos. cap.3. qui refert opiniones veterum Philosophorum, quia affirmabant animam nostram aërem esse. Sic dixit impius: *& spiritus diffundetur tamquã mollis aër*, hoc est, quasi laxus, mollis, & liquidus aër diffluit, & in aëra euanescit. Hinc est quod dixerint: *Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguento nos impleamus; & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis*, &c. q.d. Adeste igitur, & bonis fruamur præsentibus, quæ in nostra sunt potestate, & nostri sunt iuris, simul ac sumus, vel maxime dum sumus in iuuentute: dum per adolescentiam licet, quæ potiundis voluptatibus ætas idonea est. Enumerat tandem omnia,

Argumentũ impiorum.

Eccles.3. v.19.

Impij extinctionem animæ manifestant, cum eam vocant fumum.

Plutarch.

Impius inuitat alios ad fruendum bonis, quæ sunt in eorum potestate.

omnia, quæ delicias afferunt, & voluptatẽ generant: qualia sunt vina pretiosa, & vnguentorum diuersa genera, quæ in lautis conuiuijs adhibebantur. Finiunt tandem: *vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors.* q.d. participes faciamus omnes huius nostri gaudij, ita vt neminẽ offendamus, quẽ non allexerimus ad captandam nobiscum voluptatem: nec locũ adeamus, in quo non inueniamus occasionem nos lætificandi, & nostræ lætitiæ signa, seu vestigia relinquamus, quibus inspectis in notitiã veniant prætereuntes nostri gaudij, nostrorũ conuiuiorum, ludorum & similium oblectationũ. Quia nihil aliud referemus fructus ex hac vita, cum nullũ in alia vita speramus. Vide Prou.24. v.20. Isaias 22.v.13. & 1.Cor.15.v.32. Refutat tãdem Salomon v.21, horum sententiam, cum inquit, *Hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt Sacramẽta Dei, neque mercedẽ sperauerunt iustitiæ: neque iudicauerunt honorẽ animarum sanctarum. Quoniam Deus creauit hominẽ inexterminabilẽ, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum*, &c. id est, hæc cogitantes in grauissimos semetipsos errores præcipitauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum, non enim ex animi perturbatione aut ex ignorantia, sed ex industria ac scientes errabant.

Refutatio sententiæ impiorum. Sap.2.v.21.

170. Tandẽ Iansen. explicat: *& quæ ex hoc nunc?* hoc est, ex isto tempore & deinceps mihi bona sunt expectanda? qui hactenus semper in paupertate vixi & miseria, vel tribulationibus. Quæ interpratatio duplicẽ sensum reddit, vel ad tempus futurũ vitæ præsentis, vel ad tempus æternitatis. si de primo vox est illorum, qui diuinã derogantes prouidentiã intelligunt non posse peruenire ad statum opulentiæ, cũ egestate laborent, quasi male iudicantes de Dei potentia, qui illos ex statu miseriæ nõ potest liberare, & euehere ad statum prosperitatis, cum debeant spem suã collocare in Deo, cui *facile est subito honestare pauperem*, vt versu 23. diximus. Si de secundo falluntur qui non sperant remunerationem æternitatis, si egestate compulsi non eleuant oculos ad cælum, expectantes consequi præmium patientiæ respõdens. cum certum sit quod dixit Apost. Rom.8. v.18. *Existimo enim quod non sunt condignæ* (August. *indignæ sunt*) *passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* dixit Paulus non esse condignas passiones ad gloriam, quatenus passiones humanæ & temporaneæ sunt, eadem tamen ad gloriã futurã condignæ sunt, quatenus sunt passiones gratiæ Christi meritis innixæ; seu quatenus passiones hæ per gratiã Christi suscipiuntur & tolerantur. dixit D. August. serm. 2. de festo omnium sanctor. *Si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si gehennã ipsam paruo tẽpore tolerare, vt Christum videre digni essemus venientem in gloriam, & sanctorum eius numero sociari: nonne erat dignum pati omnẽ quod triste est, vt tanti boni, tãtæque gloriæ participes haberemus?* vide ipsum August. serm. 37. & 44. de sanctis D. Gregor. lib.6. Moral. c.8. *Sancti viri*, inquit, *foris despecti sunt, & velut indigni omnia tolerant, ad dignas se supernis sedibus confidentes, æternitatis gloriam cum certitudine expectant.* Sic pauperes foris despecti debent habere spem repositam in Deo, expectantes præmium patientiæ, cum inopia oppressi affliguntur.

Iansenius. *Qui diffidentia laborat existimat non posse in statum prosperitatis peruenire.*

Falluntur qui non sperant remunerationem æternitatis pro patientia. Rom.8. v.18.

D. August. *Omne quod triste est tolerare debemus vt Christi [illegible] gloriæ participes habeamur.*

D. Gregor.

In huius rei confirmationẽ perpende sortem diuitis auari & Lazari pauperis Luc.16.v.22. *Factum est autẽ vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno.* ecce præmium pauperis patientis, ecce quomodo portatur ab Angelis in cælum, vt patientiæ suæ acciperet remunerationem. Dixit D. Petr. Chrysol. serm.121. *Merito ei mox angelica officia, merito diuinã deputantur obsequia, cui tãm crudeliter denegatã sunt ipsa humanitatis extrema*, &c. Sed cum esset diues in tormentis, dixit: *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguã meã: quia crucior in hac flamma.* aliqui per guttam aquæ gloriã intelligunt. postulabat ergo aquæ guttulam, sibi persuadens, gloriæ guttam tã ingentẽ habere virtutem, vt posset totã gehennam extinguere, si ei applicaretur. Igitur si tanta est virtus & potentia gloriæ, quid mirum si eius consideratio tẽperet omnes huius mundi calamitates? ita vt verum sit, *non esse condignas Passiones huius vitæ ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis.* ex quo infertur errare eos, qui dicunt: *& quæ erunt mihi ex hoc bona?* cum tot bona cælestia reposita sint in cælo ad remunerationem pauperum, qui patienter ferunt mala huius vitæ. & monentur ij, qui in periculum desperationis incidunt, vt nõ desperent de diuina misericordia, sed leuantes in cælum oculos, *iuste & pie viuant in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.* Tit.2.v.13.

Ponderatio sortis diuitis auari & Lazari mendici. Luc.16. v.22.

D. Chrysol.

Gutta gloriæ sufficiens est ad extinguendam gehennam.

Bona cælestia reposita sunt ad remunerationẽ patientiæ pauperum. Tit.2. v.13.

Illustratio tertia.

NE dicas: *sufficiens mihi sum, & quid ex hoc pessimabor?* contraria superiori est ratio atque affectio hominis in suis diuitijs acquiescentis, & cõfidentisq;. Ita homines in alterã partem peccare solent, vt aut in aduersis rebus diffidant desperentque, aut in prosperis nimiũ confidant ac sperent. Dionys. *Sufficiens sum*, id est, satis abũdo, nec alterius ope indigeo ad salutem; Palac. si fœlix es, ne dicas; opulentus sum, nec continget esse infœlicem. Imo vero in miseria fœlicitatem spera, in infœlicitate miseriam verere. Ergo vt diximus, hæc est contraria oratio & affectio hominis in suis diuitijs acquiescentis & confidẽtis, ideò nihil sibi mali metuentis. Hos in sua opulentia confidentes arguit Amos cap.6.v.1. aiens: *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Israël.* opulẽtos vocat Hieron. quos Propheta vocauit quietos, à verbo שאן *saan*, quod est quiescere, peccatum esse, abundare. Chald. *væ quietè de gentibus in Sion.* duplex peccatum eis obijcit, quod ipsi omnibus rebus supra modum abundent, cũ alij in paupertate degant: & quod tranquillo ac pacato animo sint, fratribus suis inopię dolore tabescentibus sicut paulo post v.6. *Et nihil patiebantur super contritione Ioseph.* Talis erat diues in Euangelio, Luc. 16. & erat mendicus Lazarus; talis erat Nabal, qui imprudenter repulit Dauid 1.Reg.25. iure profecto lugentur qui confidunt in monte Samariæ, id est, diuites & superbi qui suam spem in diuitijs & in potentia sua collocant. 171.

Diuites nimium confidunt in diuitijs suis.

Dionys. Palacius.

Amos 6. v.1.

D. Hieron. *Opulenti qui*

Amos 6. v.6.

Quare ergo diuites confidunt in diuitijs suis? numquid diuitiæ soliditatẽ & firmitatẽ in se habent, vt possint diuites & opulenti spẽ suã in eis collocare, cum certum sit, & superius probauimus, eas fluxas & inconstantes esse? Respondeo. ratio cur diuites opulentiæ & diuitijs suis confidunt, ea est, quia diuitias tamquam Deum adorant. Sic dicebat Ose. 12.v.8. *& dixit Ephraim:*

Quare diuites confidunt in diuitijs suis. Ose.12.v.8.

veruntamen dues effectus sum, inueni idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui. Iactabat se Ephraim quod diuitias comparasset, in quibus inuenerat idolum, id est, nullius egeo, Deum penes me habeo, id est, aurum: alij alia idola colant, ergo bonum idolū habeo; Solebant quærere idola, à quibus obtinerent quod Deus dare nolebat, & sibi pro omnibus idolis diuitias esse gloriantur. LXX. *Inueni requiē mihi.* id est, habeo quod querebam, nullius adiumento egeo. *Omnes labores*, &c. id est, in diuitijs, quas meo labore acquisiui, non apparebit iniquitas vlla quam fecerim: Ruffinus refert hæc ad stoliditatem diuitum, qui ita diuitijs suis confidunt, vt quamuis peccauerint, putent tamē nullam ad sē accessuram calamitatem, sed in tuto esse se, & quasi extra communem aliorum hominum conditionem.

Israelita solebant quærere idola à quibus obtinerent quod Deus dare nolebat. Ruffinus.

Ergo cum Deus sit, in quo cōfidentia & quies nostra reponenda sit, ratio cur diuites in suis diuitijs repositam habent confidentiam suam, existimantes in tuto esse, ea est, quia diuitias tamquam idolum adorant, in quo suam fiduciam & quietem collocatam habent: falluntur tamen, cum diuitiæ fluxæ sint, & facile in eis confidentes elabantur & dispereant. Sic D. Petrus Chrysol. serm. 121. agens de diuite auaro rogat: *Numquid per se tantum diuitiæ criminosæ sunt? vt non solum careat præmio bonorum, sed omnium malorum ferant & mereantur exitium.* & paulo post afferens exemplum Abraham, qui dues fuerat, subdit: *Cur ergo nunc Abraham ambit pauperem, diuitem refugit & refutat? aut quemadmodum hunc Abraham innocentem habuere diuitiæ, hunc fecere diuitiæ criminosum, illum promouere ad requiem beatorum, hunc in omnem malorum barathrum deputarunt?* vbi finem diuitum non diuitijs confidentium assignat. dues confidebat in diuitijs suis tamquam idolo, & pauper in Deo vero. hic *ab Angelis* in cælum *portatur*, & ille *mortuus est, & sepultus est in inferno.* Quare dixit Paulus Timothæo 1. Tim. 6. v. 17. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum*, &c. vocat Apostolus diuites, & diuitias huius sæculi, qui cum hoc sæculo instar bullæ & momenti transeunt, & quia terræ sunt, miseræ, viles, & exiles, quale est hoc sæculum, & homines sæculares, omniaque sæcularia; Ergo vult, diuites non sperare in incertitudine diuitiarum suarum, quia opes hæ instabiles sunt, caducæ, &c. Sic Theodor. *Incerta enim est possessio diuitiarum. Nunc enim ad hunc veniunt, nunc vero ad illum transeunt. Quæ autem multos habet Dominos nullius est possessio.*

Lazarus pauper portatur ab Angelis, & dives sepultus est in inferno. 1. Tim. 6. v. 17.

Theodoret.

Hinc est quod illum qui se gloriatus est in diuitijs suis vocaret Dominus miserum & miserabilem, Apoc. 3. v. 16, 17. *Incipiam te euomere, quia dicis: quod dives sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus.* Quod licet D. Gregor. lib. 34. Moral. cap. 3. explicet de diuitijs virtutum, dicens: *diuitem se asserit, qui per arrogantiam sanctitatis extollitur; sed pauper, cæcus, & nudus arguetur. Pauper, quia virtutum diuitias non habet; cæcus, quia nec paupertatem, quam patitur videt; nudus quia primam stolam amisit; sed peius est quia nec se perdidisse cognoscit.* Tamē Andreas Aretas, & alij de huiusmodi diuitijs exponunt, licet non ita vere, vt probat noster Alcasar. Iactabat se diuitijs abundare, & nullius indigere; quasi confidēs in incerto diuitiarum, & ideò arguitur à Deo, &c. Quare Dauid Psal. 61. v. 10. dixit: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* quod explicans D. Hieron. tom. 7. reddit rationem: *Quia qui in his sperauerit, regnum capere cæleste non potest*, & probat loco citato ex 1. Timot. 6. v. 17. Sed quid est *cor apponere*, nisi confidere in diuitijs totam habens in eis repositam spem, vt possit dicere: *sufficiens sum mihi.* Hos autē qui gloriantur in diuitijs suis reprehendit Vates. Psal. 48. v. 7. *Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.* q. d. ecce qui confidunt in suis opibus atque diuitijs vanissimi sunt, nam in ea re spē ponunt, quæ neque illis ipsis, neque alijs illorum charissimis vmquam in maximis necessitatibus adiumento esse potest, &c. Quare ipse Dauid dixit Psal. 51. v. 9. *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua.* Stultus enim est, qui sic confidit in diuitijs suis, vt existimet sibi sufficientem esse. vt dixit Salomō Prou. 10. v. 15. *Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius.* quia in eis confidit. sed *qui confidit in diuitijs suis corruet.* cap. 11. v. 28. &c.

Qui gloriatur in diuitijs suis vocatur à Domino miser. Apoc 3. v 16

D. Gregor.

Alcasar.

Cor non apponendum diuitijs. D. Hieron.

Psal. 61. v. 11. *Cor apponere quid.* Ier. 49. v. 4.

Psal 48. v. 7 *Qui confidunt in diuitijs suis vanissimi sunt.*

Psal. 51 v. 9

Illustratio quarta.

173. ET *quid ex hoc pessimabor.* Complut. *& quid ex hoc male habebo in vita?* Tygur. *Quid igitur in vita mali post hac accipiam?* verbum pessimabor nō est Latinum, hic significat malum pati, sicut infra cap. 36. v. 11. posuit pro affligere; nos diceremus: *Teniendo tanta hazienda, que puedo temer? que mal me puede suceder?* Hugo; cum ita sufficiens sim, quo-dammodo pati possum? Dionys. id est, peiot nō fiam *(no podre empeorar)* ita dicendo assentiendo, non ob hoc incurram supplicia. quæ vox eorum est. qui non recordantur vicissitudinis rerū, nec nouissimorū: non enim considerant posse euenire infœlicitatem post multam prosperitatē. sic dicebat noster Syracides agēs de mortuis, quorum mors euenit, vt nos doceat memoriā nouissimorum, Eccles. 38. v. 22. *Memento nouissimorū, noli obliuiſci, neque enim est conuersio, & huic nihil proderis, & te ipsum pessimabis.* Verum est hic dehortari homines à nimia tristitia, cum non possint mortuos ad vitam reuocare, & lacrymis nihil prodesse possint, & seipsos pessimant, id est, male se affligunt sibi ipsis iniurij sine alterius fructu. Sed optime potest hic locus explicari de obliuione nouissimorum, cū eorum obliuio afferat nocumentū hominibus, ipsi enim immemores mortis pessimantur, non recordantes ipsā mortē sibi euenturam, & sic effrænate viuunt, tradētes se concupiscentijs suis: vt euenit diuitibus, qui fidentes diuitijs suis quotidie pessimantur, non considerantes nihil proditurā sufficientiam diuitiarum in hora nouissimorū. Quare Vates regius irridet & contemnit eos, dicens, Ps. 51. v. 7. *Ecce homo, qui non posuit Deū adiutorem suum; sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. τὸ, ecce*, particula est insultantis & irridentis. *Nam videbunt iusti & timebunt, & super eum videbunt, & dicent: ecce*, &c. vbi Theodoret. *Iustorum*, inquit, *chorus maiori metu implebitur, iustum Dei iudicium conspicatus, & lætus & alacer videbit malitiæ sterilitatem, & præsentis fœlicitatis lucrum.* Nota hæc vltima verba, diuites improbos in hac vita gloriantur & confidunt in diuitijs suis, existimātes magnum lucrum sibi ad diem mortis repositum esse, & fidentes opibus suis ita eis abutuntur, vt quotidie pessimentur, id est, peiores fiant, & ridētur & contēnuntur à iustis,

Verbum pessimabitur significat malum pati. Hugo.

Dionys.

Diuites non considerant posse venire in infœlicitatem. Eccles. 38 v. 22.

Qui nouissimorum obliuiscuntur pessimantur.

Psal. (1. v. 7. *Diuites confidentes in diuitijs suis irridentur.* Theodor.

iustis, cum contemplantur sterelitatem malitiæ suæ, cum nullum ex sua malitia fructum perceperint, & considerantes lucrum fœlicitatis suæ, cum ita frustrati iaceant, luentes pœnas suæ vanæ confidentiæ. Quare dixit Dauid Psal. 61. v. 11. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* id est, nolite in eis confidere, quia experiemini vanitatem earum in die nouissimorum. Vide insultationem Ieremiæ cap. 49. v. 4. *Quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas: quis veniet ad me?* itaque si moderationem atque æquitatem animi in vtroque tempore, rerumque statu tenere volumus, ad Deum respiciamus necesse est, atque animū nostrum à creaturis ad ipsum creatorem traducamus, à quo mirabilis rerum commutatio ac vicissitudo fieri solet. Eius autem *oculi sunt super metuentes eum, ac sperantes, in misericordia eius.* Psal. 32. v. 18. quorum alterum prosperis tranquillisque temporibus, alterum vero afflictis ac perturbatis maxime faciendum. Sic dicebat D. Ambros. tom. 2. in Psal. 37. v. 4. *Non est sanitas*, &c. *Ergo quia pius est Deus, nequaquam est desperandum, & si iracscitur ignoscit, & si percutit sanat. Et si tradit in interitum carnem, spiritum salutat.* Hab. 3. v. 2.

Vicissitudo rerum à Deo fit. Psal. 32. v. 18. D. Ambros. Psal. 37 v. 4

VERS. XXVII.

In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum.

VERS. XXVIII.

Quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundùm vias suas.

Sensus.

174. IN *die bonorum*, &c. q. d. vt neque in paupertate desperes, neque in abundantia superbias, obsecro te ne malorum & bonorum immemor fias; cum te videris opulentum & bonis affluentem, ne obliuiscaris malorum, quæ in die prosperitatis impendere solent. Neque cum paupertate & rerum omnium penuria premaris, deponas ex memoria diem prosperitatis, qui tibi contingere potest. facile est enim Deo reddere vnicuique secundum opera sua in die, qua mors vitam appetierit, vel si prospera tibi arriserit fortuna, & te fœlicem existimas, ne insolescas & tumeas. in memoriam reuoca quid futurum est in die mortis, in quo mali patiuntur. & cum te in paupertatem redactum videris, caue ne à bonitate deflectas, memor fœlicitatis, qua tēpore obitus tui prosperandus es, &c.

Illustratio prima.

175. IN *die bonorum*, &c. Rabanus explicat: semper debet homo esse suspectus & sollicitus de statu salutis suę, & timore Dei comprimere tumorem mentis, ne in prosperis eleuetur, & spe misericordiæ Dei angustiam animi sui subleuare; ne in tribulatione deficiat. quoniam facile est apud Deum humilem exaltare, & superbum humiliare, &c. Iam diximus in Notis originalia explicare sententiam de eo quod soleat fieri, non de eo quod debeat. Nam ita homines in suis temporibus solent esse affecti, vt omnē deponant recordationem ac cogitationem, tum bonorum in aduersis, tum malorum in prosperis, sed in rebus malis afflictisque animi sunt erigēdi ac sustentandi, spe cogitationeque malorum: & in bonis ac secundis sunt comprimēdi, atque ab omni securitate insolentiaque, ad timorem Dei rerumque commutationem reuocandi. Sic Vates regius de hac animi moderatione concionatur, Psal. 29. v. 7. 8. *Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem; auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* in Heb. est: *Ego dixi in fœlicitate mea: Non vacillabo in sæculum: Domine beneplacito tuo stare fecisti in monte meo fortitudinem: abscondisti faciem tuam, & fui territus.* Quod hominibus solet accidere, vt cum statum prosperitatis assequuntur, Dei memoriam non habere, & illud bonum ab eo sibi esse minime recordentur, hoc sibi euenisse Dauid affirmat. q. d. Cū omnia mihi supererent & salus corporis firma esset, cū quietam vitam ttansigerem, eum pace maxima fruerer, existimabam stabilem fore meam prosperitatem, neque vmquam pedibus posse vacillari tantis opibus auctum, stipatusque frequenti populo securus eram & non moueri mihi ipse promittebam, tamquā si ex mea facultate penderet: securum enim me & negligentem secundæ res fecerant; & quantæ mutationes in his rebus terrenis essent, quam instabilis & parum firma fœlicitas immemorem. Non cogitabā quam lubrico loco versarer, in quo nisi dextera tua me susciperet, & teneret, præcipitem labi necesse esset, & vna cum instabili fœlici-

Qui in aduersis est recordetur prosperitatis & qui in prosperis aduersitatis.

In rebus terrenis multæ mutationes.

tate commoueri,&c. Quare *auertisti faciem tuam, à me, & factus sum conturbatus.* si ita nostræ noxæ commeritæ sint, vt ille diuinorum luminum obtutus à nobis auertatur, & nostris sceleribus offensus Deus nos respicere refugiat, heu quæ nox, quæ turbatio consequitur? Ergo illud *in abundantia* idem est, ac in prosperitate, fœlicitate, quiete, vel iuxta Chald. in *confidentia non mouebor*, non decidam de mea fœlicitate, permanebo in mearum rerum prosperitate & affluentia. *Auertisti*, proprie, abscondisti, id est, afflictiones immisisti, tuæ faciei & beneuolentiæ auersione mihi, rebusque meis conturbatus extiti; sed quare conturbatus extitit? quia *in die bonorum*, id est, in tempore fœlicitatis & abundantię, *immemor fuit malorum*, quæ superuenire ipsi poterant. cum enim quis non considerat existens in prosperitate, mala, quæ euenire possunt, eleuat sese; sed qui meminit malorum, in humilitate persistit. sic dixit D. Gregorius lib. 2. in Ezech. hom. 19. fine: *Si enim cum bona habemus malorum reminiscimur, quæ aut iam passi sumus, aut adhuc pati possumus: accepta bona mentem non eleuant, quia eorum gaudium timor memoriæ malorum premit.*

Cum auertit Deus faciem suam conturbatur homo.

D. Gregor.

176. Ergo certum est hominem cum in prosperitate & fœlicitate quiescit obliuisci malorum præteritorum. Quod probatur ex eo quod dicitur Genesis 40. v. 23. *Et tamen succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.* Somniauerat hic pincerna existens in carcere abiectus & prostatus, vidisse coram se vitem, in qua erant tres propagines, ex quibus vuæ maturuerant, quibus expressis in calicem, tradidit poculum Pharaoni. Quod somnium interpretatus est Ioseph in bonum, prænuntians eius futuram prosperitatem; Ioseph, qui vinctus simul erat in carcere, rogauit eum, vt sui recordaretur. Sed cum certum sit hominem in die bonorum immemorem esse malorum præteritorum, hic pincerna immemor aduersitatis suæ, quia iam consecutus erat prosperitatem, oblitus est Ioseph. Melius ipse Ioseph cum interpretatus esset somnium Pharaonis, cum dormiens mente vidit septem boues, *iuxta fluuium pulchras & crassas nimis pascentes in locis palustribus.* Gen. 41. v. 3. viditque *alias septem emergentes de flumine fœdas, confectasque macie*, quæ *deuorauerunt* primas. Cuius somni interpretatio fuit euenturos septem prosperitatis annos, & alios septem aduersitatis, &c. Cum ergo Ioseph euectus esset ad prosperitatem, memor fuit futuræ aduersitatis: & postquam peruenit ad tempus sterilitatis, non fuit immemor præteriti temporis prosperitatis. Licet dicat Iosephus Pharaoni vers. 30. *Sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia.* Ecce quomodo obliteratur memoria præteritæ abundantiæ, cum aduenit sterilitas: & obliuioni traditur aduersitas, cum tempus prosperitatis & abundantiæ appropinquat.

Qui in prosperitate quiescit obliuiscitur malorum præteritorum. Gen. 40. v. 23.

Ioseph in die bonorum memor fuit malorum. Gen. 41. v. 3. Gen. 41. v. 30.

Hoc optime etiam illustratur ex eo Psal. 125. v. 1. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* est Hebraismus, quando conuertit, quando reuocauit, & reduxit Dominus in patriam suam nos captiuos, valde sumus consolati, instar consolatorum se gaudere profitentur, quasi in perpetuo gaudio & fœlicitate vixissent, nulliusque rei aut toleratæ calamitatis consolationem accepissent: nam magnitudo lætitiæ præteritæ calamitatis memoriam abstulerat, D. Hieronym. ex Hebræo: *facti sumus sicut somniantes.* Chald. *similes sumus ijs, qui euigilant à somnis suis.* q. d. videmus nobis per somnium mala pertulisse, ægre ac vix meminisse possumus, quasi non vera, sed ficta & cogitata fuissent, id est, adeò consolati lætatique sumus nostra restitutione, vt videremur verius somniare redditum, quam re ipsa & oculis vsurpare: insperatum enim tantum bonum vix credere poteramur. (Sic in Act. cap. 12. v. 9. *Petrus exiens sequebatur Angelum, & nesciebat verum esse quod fiebat, existimabat q; se visum videre.*) Chald. *sicut valentes, sicut infirmi, qui conualuerunt.* Huiusmodi tropus est apud Liuium lib. 33. de Græcis audientibus vocem præconis iubentis, vt beneficio populi Romani retinerent libertatem; & suis legibus viuerent: *Maius gaudium*, inquit, *fuit quam vniuersum hominis caperent. vix satis credere se quisque audisse: alij alios intueri mirabundi, velut somnij vanam speciem.* Noster Bellarmin. explicat *facti sumus consolati*, id est, facti sumus vt sunt ij, qui consolationem post magnam tribulationem accipiunt, id est, hilares, & iucundi ex tristibus & mœrentibus. Hoc gaudium, ita occupat animum vt non sinat præteritæ calamitates recordari. Sed Ecclesiasticus noster hanc taxat obliuionem. nam neque mala, neque bona huius vitæ, eiusmodi sunt, quæ totum hominem occupare debeant, & ad se conuertere: non enim apta sunt obliuionem afferre alterius status. Quare ait: *in die bonorum ne immemor sis malorum; & in die malorum ne immemor sis bonorum.* Futura vero gaudia illa certe efficiunt, vt immemores simus malorum pœnæ, quæ in hac vita perpessi sumus. Vide nostrum Pinedam ad id Job 11. v. 16. *Miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum, quæ præterierunt recordaberis.*

Psal. 125. v. 1

Magnitudo lætitiæ præteritæ calamitatis memoriam aufert. D. Hieron.

Petrus eductus de carcere existimauit se somniasse. Act. 12. v. 9. Liuius.

Bellarmin.

Gaudium prosperitatis non sinit recordari præteritæ calamitatis.

Pineda. Iob 11. v. 16

177. Palacius explicat locum: vult igitur Ecclesiasticus animum nostrum esse æqualem, quadratum, & eodem loco permanentem, vt cum bona fortunæ eum euehere contenderint, timor infortunij stabilem faciat. Ac rursum si malis deprimi incipit, eorum spes loco dimoueri minime patiatur. Apertius dicam, si fœlicé te putas, caue ne superbias, memor eius afflictionis, quam mali in morte patientur. Quod si miserum te vides, caue ne à bonitate deflectas memor fœlicitatis, quam tempore mortis habiturus es. Hugo in primo hemistichio docet, timorem, in secundo spem. qui fœlix est, timeat perdere fœlicitatem; & qui infœlix est, speret prosperitatem, quia in præsenti vita hæ vicissitudines inueniuntur. Sic dicitur Gen. 8. v. 22. *Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstas, & hiems, & nox & dies non requiescent.* vbi describuntur vicissitudines laboris, vna messis, altera sementis, & vicissitudines tempestatis, frigus & æstus, æstas & hiems *non requiescent*, id est, non desinent sibi mutuo succedere. Hunc ipsum ordinem seruat diuina prouidentia in sua moderatione. post tempus sementis, id est, operationis in bono, mittit tempus messis, id est, præmij, & remunerationis. Post tẽpus hiemis, id est, tẽpestatis tribulationũ, dat tempus æstatis, id est, quietis & gaudij. Post tẽpus frigoris, id est, infœlicitatis & miseriæ qualis est inopia & indigentia, reddit tempus æstus, id est, prosperitatis & abundãtiæ. Tandẽ post noctem paupertatis & inopiæ, immittit tempus lucis diei, id est, fœlicitatis & opulentiæ: & è contrario. itaque qui prosperitate fruitur timeat tempus aduersitatis; & qui in paupertate & miseria degit, speret tempus fœlicitatis & abundantiæ. Quia hæ vicissitudines pendent à diuina prouidentia, quæ sic omnia moderatur.

Palacius.

Animus noster debet esse æqualis in prosperis & in aduersis.

Hugo.

Qui fœlix est timeat perdere fœlicitatem & infœlix speret prosperitatem. Gen. 8. v. 22.

Post tempus laboris mittit Deus tempus præmij.

Post tempus paupertatis succedit abundantia.

Tandem probatur hæc sententia ex Iob 2. v. 10. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus?* quæ sententia videtur humanarum rerum vicissitudinem significare. namque consequens est, vt qui bona primum acceperit, deinde mala euenta timeat. sicut illi, qui flammis numquam extinguendis cruciabatur dictũ est, Luc. 16. v. 25. *Memento quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.* Ideò iubemur, *in die bonorum non immemores esse malorum*, &c. ne incautos nos, aut mala præmant, aut bona asserãt, ne mala præsentia ad desperationem adducant bonorum spe & recordatione mitigata: neue præsentia bona nimium nos efferant timore malorum, & recordatione tamquam pondere retardata. Hæc est illa bonorum malorumq; collatio, quã ad animi tranquillitatem, ægritudinem, consolationem Philosophi magnopere commendant. Imprimisque Plutarchus sapienter scripsit lib. de tranquillitate: *Neque vero*, inquit, *paranda hæc nobis vt grandia sunt; neque solliciti esse debemus semper extimescentes, ne his vt rebus amplis exuamur: & quando autem ea tenemus negligere & despicere vt sordida; quin potius horum vsu & fruitione lætari: vt eorum iacturam, si ita casus tulerit æquiore animo feramus.* Et postea comparans mundum liræ ait: *Debemus vero in animo sicut in tabula picta varijs coloribus res floridas & splendidas ob oculos ponere, atque ita integere atque promere, quando expungere omni ex parte atque obliterare non licet acerbas. Est enim mundi vt liræ & arcus versatilis concentus: neque in humanis est sincerum & liquidum cuicquã. Cæterum vt musica sonis grauibus constat & acutis, & litteris grammatica vocalibus & mutis: neque est ab alterutris qui abhorret, eaque refugit musicus, vel grammaticus: sed ille, qui applicare omnia, & miscere ritè nouit. Sic cum respugnantias habeant, quandoquidem, vt est Euripides auctor; Haud inuenias seorsum vel bona vel mala, sed est, vt recte sint, confusio horum quædam, non est alijs succumbendum, nec fatiscendum, sed debemus harmonicorum more melioribus semper deteriora, ac calamitosa prosperis inuoluendo concinnam mixturam facere vitæ nobisque accommodatam.* Quibus probata manet veritas nostræ sententiæ, & quæ de temporalibus diximus, eadem de spiritualibus intelligi debent.

Iob 2. v. 10

Qui bona primum accepit, deinde mala euenta timeat.

Luc. 16. v. 25.

Collatio bonorum & malorum ad animi tranquillitatem commendatur.

Plutarch.

Mundus comparatur liræ & arcus versatili concentui.

Bona & mala seorsum non inueniuntur, sed confusa.

Illustratio secunda.

178. Qvoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere secundum vias suas. Tygur. *Secundum instituta ipsius referre gratiam.* Vatabl. *Digna factis rependere.* Cum vicissitudines rerum auctor apposuerit, nunc de remuneratione operũ agit, quia Deus omnium remunerator est, tribuens præmia ijs, qui aduersam fortunam patienter tolerauerint, & supplicia ijs, qui vana confidentia superbijt & elapsus est. Raban. *In fine enim hominis tunc manifestabitur quali mẽte quis vixerit, & cuius sit meriti. quia filius hominis venturus est in gloria patris sui, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.* Matt. 16. *Quoniam facile est*, &c. id est, considerandus atque expectandus semper est exitus aut bonus aut malus, quem Dominus dabit pro spe ac fiducia, quam quisque aut in eo aut in bonis suis habebit. Neque enim debemus rebus præsentibus inhærere, sed manum Dei respicere omnia moderantis & commutantis quod tribuat vnicuique secundum opera sua. Eleganter probatur ex eo Psal. 61. v. 11. cum dixisset Dauid: *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere, & nolite sperare in iniquitate*, Mox subdit: *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui: quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuique secundum opera sua.* τὸ. *semel*, quod in Hebr. est, *semel & duo.* vt nos dicimus, *vna y dos veces.* id est, sæpius Deum dicentem audiui per Prophetas: Dei solius esse potentiam. R. Dauid: ratio quod non sit sperandum in rebus vanis & iniquis est: quia irreuocabilis est sententia sæpius contestata, Deum vnumquemque remuneraturum pro suis gestis; vel irreuocabiliter Deus est locutus duo hæc, quæ audiui, de præmio, pœnaúe afficiendis hominibus, ne quis temere iniquitate & rapinis vacet. Dixit ita firme & certo, vt irritum fieri non possit; nempe duo hæc, quæ audiui, videlicet, tibi esse potestatem & misericordiam ad iudicandum, deinde te singulis pro suis factis remuneraturum.

Deus remunerator est bonorum operum & vindex malorum.

Raban.

Deus tribuit vnicuique iuxta opera sua. Psal. 61. v. 11.

Quare non sperandum in rebus vanis & iniquis.

Itaque Deus exercet potentiam, hoc est, iustitiam suam & misericordiam in puniendis malis, & bonis remunerandis: quia facile est corã Deo reddere vnicuique secundum opera eius. Sed quare cum iustitiam nominat vocat potentiam Dei? & cum meminit misericordiæ dicit; *Tibi Domine misericordia*, cum posset dicere, tibi Domine potentia, & tibi misericordia, quasi iustitiã faciat attributum vniuersale, & misericordiam particulare Dei? Respondeo quia potentia Dei & iustitia eius ad bonos & ad malos se extẽdit; sed misericordia præcipue ad solos iustos, explico. Deus optimus maximus cum peccatores punit exercet potentiam suam, iuste se vindicando de sceleribus suis; & cum iustos remunerat iustitiam etiam exercet: nam cum reddit gratiam iusto gratis reddit, sed gloriam ex iustitia supposito decreto. vt probatur ex eo Eccles. 24. v. 18. *Quasi palma exaltata sum in cades.* D. August. vocat *cades fontem iudicij.* anima enim iusti cum exaltatur & eleuatur in cælum, in fontem iudicij exaltata est, vt significetur gloriam esse fontẽ iudicij, id est, tribui à Deo in fonte iudicij, hoc est, ex iustitia: quia bona opera facta in gratia merentur ex iustitia supposito decreto, præmium beatitudinis. Vnde constat Deum exercere iustitiã cum præmio afficit iustos. quare potentia Dei, vel iustitia eius præmiat iustos, & punit peccatores, sicque exercet Deus cum omnibus iustitiam & potentiam. At cum impertit præmia iustis, licet exerceat iustitiam suam modo dicto, sed misericordia principaliter resplendet, qua decreuit illos adiuuare, vt mediante gratia sua gloriam cõsequantur. Ideò ait Vates: *quia potestas*, id est, iustitia *Dei est*, id est, vniuersale attributum est. *& tibi Domine misericordia*, id est, particulare attributũ, quod in remunerandis iustis exerces. Sed per hæc diuina attributa, *retribuit* Deus omnibus *in die obitus secundum vias suas*, id est, *digna factis rependit.*

Deus potentiam suam ostendit in puniendis malis & remunerandis bonis.

Deus reddit gratiam gratis, sed gloriam ex iustitia.

Eccles. 24. v. 18. D. August.

Cum Deus præmiat iustos exercet non solum iustitiam, sed misericordiam.

Tandem, vt alia testimonia ad huius sententiæ illustrationem omittamus, probatur ex eo Ierem. 32. vers. 19. vbi Propheta laudans Deum, ait: *Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu; cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinuentionum eius.* Vbi præmit- 179.

Aperti sunt oculi Dei ad considerandas vias hominum.

tit magnitudinem & incomprehensibilitatem consiliorum Dei, vt doceat apertos esse oculos eius ad considerandas vias hominum, & reddẽdum vel præmium vel supplicium secundum vniuscuiusque opera. id est, apertos oculos habere & intentos rationibus atque operibus hominum, vt pro meritorum natura iustum reddat, & exploratum pondus. Pende, *cuius oculi aperti sunt*, id est, intenti operibus hominum. nã cum *omnia nuda & aperta sint oculis eius*, vt dixit Apostolus Heb.4.v.13. omnia videt, omnia introspicit, & nihil latet in oculis eius: & cum numquam dormiat, sed semper euigilet tamquam vigilãtissimus cordium scrutator, inde est, quod attentos habeat oculos ad considerandas vias & actiones hominum, vt iudicet eas, & reddat vel præmium vel supplicium. Vnde vera est sententia Ecclesiastici; Concludit Palacius, secundo nota, si post diem obitus nulla esset amplius aut gloriæ fœlicitas aut pœnæ miseria, solum præmium, quod in die mortis datur bonis, & pœna malis, esset eis sufficientissima retributio. Imo vero essentialis fœlicitas eadem est, quæ in die obitus datur (vt est etiam eadem pœna essentialis) cum ea, quæ æternum est duratura. Quarto, pulcherrimam docet auctor considerationem, quomodo Deus libros rationẽ suarum aperiat quo die contigit homines mori, & iuxta cuiusvis merita, nec plus, nec minus, cuique sua stipendia largiri. Pende tandem id Danielis 7. v.10. *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius, millia millium ministrabant ei, iudicium sedit, & libri aperti sunt.* Quem locum explicant aliqui præcipue Rupertus Abbas, de Dei iudicio, in quo aperiuntur rationes libri; vt vnusquisque iudicetur, & *reddat* vnusquisque *rationem villicationis suæ*, & vnicuique quod meretur reddatur. Quia *facile est coram Deo dare vnicuique iuxta vias suas*, id est, iuxta opera sua.

Heb.4.v.13

Oculi Dei considerant actiones hominum vt præmiet aut puniat. Palacius.

Cum moritur homo redditur illi iuxta opera sua. Dan.7.v.10

VERS. XXIX.

Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius.

Sensus.

180. MAlitia horæ, &c. q. d. Ratio quare homo in die fœlicitatis & abundãtiæ debet reuocare in memoriam ea mala, quę in die malorum, hoc est, in die mortis euenire solent, hæc est: quia illius temporis nouissimi tanta est afflictio, vexatio, & tribulatio imminentis mortis, vt homo qui voluptatibus carnis dederat se, iã non recordetur illius luxus & deliciarum abundantiæ, in quam se antea ingurgitauerat; sed præ nimia horæ turbulentia, & si omnia in memoriã veniant, at nõ ad voluptatem, sed ad tormentum. quia non delectant, sed potius dolorem inferunt. In qua turbulenta hora, cum homo statum vitæ in statum mortis cõmutat, omnia opera vitæ, & actiones manifestantur. Nam tunc Deus vnicuique hominum qualia fuerint eorum opera reuelat, & illuminat conscientias, vt agnoscant, & quid fecerunt, & quo animo fecerint, & ex remuneratione singuli intelligent qualia fuerint opera eorum, bona an mala, &c.

Notæ.

PRo, *malitia*, in Græco est. *κακώσις ὥρας*, *afflictio horæ*, vel temporis. nam non est *κακία*, quod est malitia, vt superius diximus; sed *κακωσις*, quod est vexatio, afflictio. vexatur enim & affligitur homo, qui mortem iam impendentem habet. & pro *luxuria*, est tantum, *τρυφῆς*, quod est verbum generale *τρυφή*, significat delicias, mollitiem, ludibrium, luxuriem. & generaliter luxum, & voluptatis ac deliciarum abundantiam. Tanta est enim illius pertimescendæ horę vexatio & afflictio, vt omnia, quibus in vita homo delectatus est obruantur obliuione. Tandem *in fine hominis*, idem est, ac in morte eius. alij, *consummationem hominis reuelatio operum illius*, id est, in consummatione hominis opera eius reuelantur, vt statum cognoscat. Valet hæc sententia contra eos, qui negant iudicium particulare in morte ante generale: & contra eos, qui negant animas iustorum in purgatorio existentium esse de se eo statu & salute statim securas, &c.

Illustratio prima.

181. MAlitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. alij: *vexatio horæ*, id est, breuis malorum perpessio inducit obliuionem deliciarum, & in consummatione hominis reuelatio operũ eius. Hæ sententiæ monent, vt verecunde ac cum timore coram Deo ambulemus: tum quidẽ maxime cũ res fluunt ex sentẽtia, in quibus homines ita insolescunt, vt & sui, & Dei obliuiscantur: si enim in memoriam reuocarent homines illam mortis horam, in qua tanta turbatio & afflictio superuenit, forte procedens ex imminenti particulari iudicio; vitam deliciarum plenam frænarent, & frænum concupiscentiæ suæ injicerent, cum ab illecebris & carnis blandimentis pertentantur. Sed quia in vita sunt illius horæ haud memores, cum in illam incidunt, ipsã afflictio horæ obliuionem facit *luxuriæ magnæ* timentes denudationem operum suorum, &c. Raban. Malitiam ponit pro aduersitate & tribulatione, quæ subito veniens totum luxum præteriti temporis dissoluit. Lyra, id est, absorbet voluptatem magnam præteritam, & multo magis afflictio longa. Hugo aliter explicat, id est, breuis afflictio aduersitatis delet dolorem maximæ voluptatis. Sed melius Carthus. id est, afflictio superueniens vna hora obliuionem inducit totius voluptatis præteritæ, & faciat eam vilipendi, aut de eius amissione dolere: & tanta potest esse pœna, quæ prorsus absorbet memoriam delectationis præteritæ, quantumlibet magnæ, ideo est vitanda, quia eam consequitur pœna æterna. Optime Palacius afflictio illius horæ mortis obliuisci faciet deliciarum & fastus totius vitæ. Sane tunc in memoriam illa venient: at non in voluptatem, sed in tormentum.

Verecunde & cum timore coram Deo ambulandum.

Turbatio horæ mortis facit homines immemores deliciarum præcedentium. Raban. Lyra. Hugo. Carthus. Palacius.

Ergo duo hæc sententia insinuat, vt explicat Jansenius, propter quæ merito quis in diem bonorum non debeat esse nimis securus, sed cogitare mala, quæ superuenire possunt. Primum quia vel vna hora vel breui tempore tanta potest

Iansen. *Quare in die bonorum memo præsse esse securum.*

superuenire afflictio, quæ diuturnæ voluptatis præteritæ obliuionem inducat: sic scilicet vt amplius non æstimetur nec delectet, sed potius dolorem inferat, si in recordationem veniat. Quia eo ipso quod quis plus delectatus est, & amplius se in profundo deliciarum ingurgitauit, eo amplius torquetur afflictione præsenti, in memoriam reuocans abundantiam pręteritam voluptatum, cum adigatur ad reddendam rationem vitæ præcedentis in iudicio particulari post obitum. Quod probatur ex visione Joannis Apocal.18. v.10. cum vidit Babylonem, quæ fuerat plena deliciarum iudicatam esse, & cadere in profundum. Ideò Ioannes lamentatur eius infortunium, cum ait: *Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.* Et vers.16. melius declarat infœlicitatem suam: dicens: *Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapide pretioso & margaritis: quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ.* Hic agit Joannes de Roma illa Ethnica nomine Babylonis, & mystice de anima, quæ deliciis affluit, & vna die luit pœnas peccatorum suorum. Quod declaratur vers.7. *Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentum & luctum.* In die obitus affligitur homo cum iudicetur à Domino. Tunc enim dicitur ei, quantum se gloria ac deliciis beauit, tantum illi tormentorum ac luctus date. Tunc enim magis affligetur, cum præcedentium deliciarum recordabitur: nam cum secutus fuerit vias concupiscentiæ carnis, in quibus oblectatus fuerat: si quantum plus glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum illi tormenti & afflictionis reddendum est, crescet afflictio seu malitia deliciarum, quãtum oblectatio illarum creuit. Pende exemplum Saulis cum pœnas dedit scelerum suorum. 1.Reg.28. v.5. per 40. annos luxuriatus est, & omne quod libuit, licere sibi putauit; venit vna mala hora, & obliuionem attulit luxuriæ magnæ. Vide Ierem.23.v.12. *Idcirco via eorum quasi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum.* quia gloriam & voluptates, quas multos annos habuerunt, in vno anno, id est, in breuissima parte vnius anni perdent. *Malitia* enim *horæ*, &c. Vide etiam Ose.5. v.7. *Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis.* Vide Chald. *Nunc adducam contra eos gentes, vno quoque mense & depopulabuntur fructus terræ ipsorum.* Significat hic locus longi temporis fœlicitatem breuis horæ infortunio finiri: quia *malitia horæ*, &c.

Apocal.18. v.10. *Quid sit Babylonem iudicatam esse & cadere in profundum.* Vers. 16.

Vers. 7. *In die mortis affligetur homo cum iudicetur à Domino.*

Tantum respondet tormenti, quantum homo glorificauit se. 1.Reg.28. Ier 23.v.12

182. Hinc est, quod prædicti dicant, Sap.5.v.8. *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra*, &c. Vanitas præcedentium deliciarum in die obitus & iudicij manifestatur. Tunc enim licet præsens afflictio obliuionem inducat voluptatis maximæ, qua in vita potitus est, ad oblectandum iterum deliciis præcedentibus; sed memores delectationis præteritæ magis torquentur, conferentes præsentem afflictionem cum præterita voluptate: quia quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum datur illi tormentum & luctus, & ex hac consideratione inferunt, cognitionem erroris sui, & dicunt: *Quid nobis profuit superbia*, &c. cum tanquam vmbra omnia delectamenta transierint & sicut vmbra vana & futilis est, sic vanitas est & afflictio spiritus omne præsens delectamentum. Inde est quod veteres finxerint Lethen fluuium. De quo Alex. ab Alex. lib.6. cap.2. cum mentionem faceret de oraculo Trophonij Iouis in Lebadia Beotiæ, quod erat in hiatu subterraneo tetro & horrendo, imo & angusto recessu, ad quem scalis descensus erat: quo consulentes magnis difficultatibus descendere nudos, aut in veste alba, & lineo vel purpureo amiculo placentas lemuribus offerre oportebat, ne quo periculo forent aut noxæ haustoque oraculo per alium terræ hiatum ad superiorem niti. Subdit statim: *In quo illud proditur mirum, eum qui post consultum oraculum inde digressus foret, animo semper afflicto & iacenti, nunquam ridere solitum esse. Iuxta quod duo fontes videbantur, alter Lethæ, cuius aquam descensuri si haurirent, omnium daretur obliuio: alter Memoriæ, ex cuius haustu omnium, quæ numquam vidisset, recordatio subiret.* Hæc mutuauit ex Plinio. & Pausanias in Beoticis scribit: *Sunt fontes duo inter se proximi, bibenda illic est Lethes, quæ dicitur aqua, quo cunctorum ei quæ memoria complectebatur obliuio contingat: Mnemosynes deinde, id est, memoriæ aquas petat, vt ne mens effluat: quo minus quæ intra ea penetralia viderit omnia memoria contineat.*

Sap.5 v.8. *Vanitas præcedentium deliciarum in die mortis & iudicij manifestatur.*

Omnia delectamenta tanquam vmbra transeunt.

Alexand.

Qui hauriebat aquã ex fonte Letheo omniũ obliuiscebatur. Pausanias.

Hæc omnia haud dubium denotant, quod homini accidit in die obitus: nam licet corpus ingrediatur in subterraneum; anima verò apparens coram iudice rationem reddit vitæ suæ; post quod iudicium ingreditur in terram subterraneam, id est, in infernum, vbi duo prædicti fontes emanant, obliuionis, & memoriæ, ex quibus damnatus bibit aquam obliuionis; quia præsens afflictio & tormentum obliuionem inducit præteritæ voluptatis & luxuriæ magnæ. omnia enim quibus oblectatus est in vita, tunc obliterata manent, ita vt homo iam non recordetur amplius eorum. Bibit etiam aquas memoriæ, quia nunquam obliuiscetur præcedentium voluptatum & deliciarum, non ad gaudium sed ad tormentum. Vnde procedit illa vox Sap.5. v. 8. *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius percurrens: & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est vestigium inuenire*, &c. D. Hieronymus tom.4. explicans id Jsai.65. v.16. *Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores*: inquit: *Afflictio horæ obliuionem facit deliciarum, eo quod in angustiis constituti nequaquam voluptatibus pristinis iuxta errorem Epicuri animo perfruantur.* Lucianus in Cataplo seu Tyranno: *Hac via* (inquit) *graues sane & molestas dabit pœnas: videlicet cum recordabitur & qui fuerit quamque apud superos potentia præualuerit. Imprimis autem vbi delicias illas suas in animo recolere cœperit. Rhad. Probe dicis. Itaque ad eum modum damnatus esto, & ad Tantalum vinculis alligator, semperq; in animis versato, quæ dum vixit peregit iucundè.* Hoc est, *quid nobis profuit superbia.*

Animæ iudicium.

In inferno duo fontes emanant obliuionis & memoriæ.

Sap.5.v.8.

D. Hieron. Isa.65.v.16. *Qui sunt in angustiis constituti obliuiscuntur pristinæ voluptatis.* Lucianus.

Illustratio secunda.

183. ET *in fine hominis denudatio operum illius.* Optime Tygur. *& acta hominis declarat ipsius exitus.* Clarius Drus. *& in fine hominis est eius operum patefactio.* Omnia quæ in conscientia hominis quasi latebris occultabantur, in die obitus patefiunt, & reuelantur: nam cum omnia nuda & aperta sint oculis Dei, non possunt oculis eius occultari, cum rationem vitæ in iudicio particulari reposcat. Jansen. Cum in hac vita nesciatur verum

Quæ in conscientia hominis occultantur in die mortis reuelantur.

Iansen.

homo amore, an odio dignus ſit, & frequenter ob fœlicitatem præſentem videantur quidam grati Deo, qui non ſunt grati; & contra ob aduerſitatem videantur diſplicere qui maxime grati ſunt: in fine hominis fiet denudatio vel reuelatio operum eius. Hoc eſt, Deus tunc reuelat vnicuique hominum qualia fuerint opera eorum, tum quia Deus tunc ſic vniuſcuiuſque illuminat conſcientiam, vt agnoſcant, & quid fecerint, & quo animo fecerint. Hoc eſt quod dixit Paulus 1. Cor. 4. v. 5. *Nolite ante tēpus iudicare, quoad vſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum*, &c. id eſt, tenebroſas, obſcuras, & occultas hominum cogitationes: vult enim ſoli Deo arcana hominis, maxime intentiones, ſecretas inclinationes, & fundum cordis, qui homini eſt profunda abyſſus, ac conſequenter iuſtitiam certo patere. Sic D. Chryſoſt. tom. 4. *Is enim ſolus ſcit exacte, & accurate iudicare, qui eſt noſtra ſecreta iudicaturus, quænam maius, & quænam minus mereantur ſupplicium & honorem.* Ergo in die obitus veniet Dominus, & luce ſua manifeſtabuntur & reuelabuntur omnia, quæ abdebantur in conſcientia: nam denudabit opera, conſilia, actiones, & cogitationes occultas, vt iudicet eas, & puniat ſupplicio æterno.

In die mortis Deus illuminat conſcientiam vt agnoſcatur quid factum ſit & quo animo. 1. Cor. 4. v. 5. D. Chryſ.

Dies igitur ille, qui propter iudicij ſeueritatem, atque extremum æternitatis diſcrimen, dicitur dies caliginis, & non lux; at propter manifeſtationem eorum, quæ prius incerta mortales latuerant, dicitur dies reuelationis. 1. Cor. 3. v. 13. *Vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit; dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur.* Neque ſolum aliena nobis opera & merita innoteſcent, ſed cuiuſque animus ſibi ipſi perſpectus, & exploratus erit: nam *opera*, quæ Apoc. 14. v. 13. dicuntur *ſequi*, & comitari hominem in morte, vel vſque ad mortem, & iuxta proprietatem verbi Græci, ſicut famulus ſequitur herum à tergo: iam tunc ante oculos obuerſabuntur, ſtatuentque ſeſe in facie hominis clariſſime videnda, & contemplanda; quæ ſi praua erunt, velut potentiſſimi hoſtes inſtructa acie impium à fronte impetent: ſi verò ſtudioſa & ſancta fuerint, mirificè iuſti animum recreabunt iucundiſſimo conſpectu, & quaſi diuina quadam imagine omnia enim *ante oculos eorum*, &c.

Dies iudicij dicitur dies caliginis. 1. Cor. 3. v. 13. Apoc. 14. v. 13. *In die iudicij cuiuſque animus ſibi ipſi perſpectus & exploratus erit.*

Secundò, probatur ex eo Pſal. 49. v. 21. *Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis: arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* q. d. Meam patientiam & diſſimulationem ſic es interpretatus quaſi ego tui ſimilis eſſem, & malefactis delectarer. Exiſtimaſti me tui eſſe ſimilem, quod tua peccata non punirem, nunc ergo arguam, ſiue reprehendam te, & ſtatuam, &c. Chald. *Hæc mala opera feceſti, & ego expectaui conuerſionem tuam. Exiſtimaſti permanſurum te in æternum; pacifice dixiſti in corde tuo: ero fortis ſicut tu. Arguam te in hoc ſæculo, & præparabo gehennam in futuro.* coram te ſtatuam quæ geſſiſti, cogam te ea in iudicio agnoſcere, quæ paraſti: te præſentem conuincam & impugnabo. Optime D. Auguſt. tom. 8. *Arguam te, quando Deus manifeſtus veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Arguam te, & quid tibi faciam arguendo te? Modo te non vides, faciam vt videas te, quia ſi videres te & diſpliceres tibi, placeres mihi: quia vero te non videns placuiſti tibi, diſplicebis & mihi & tibi; mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis*, &c.

Pſ. 49. v. 21. *Quid ſit Deum arguere & ſtatuere contra faciem peccatoris.* D. Auguſt. *Arguet Deus peccatorem in die iudicij.*

Tandem Pſal. 89. v. 8. ait Dauid: *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui.* & Hieronym. *Negligentias noſtras in luce vultus tui.* Geneb. poſuiſti, ne te effugiant, & vt eas punias, in illuminatione vultus tui, id eſt, ante lumen vultus tui, ante oculos tuos claros & limpidos, ea habes lucida & notiſſima, ea recordaris, & punis: vt dicitur Pſ. 108. v. 8. Alij interpretantur; *abſcondita noſtra*, vt ſit antitheſis peccata, quæ exiſtimauimus eſſe occulta, poſuiſti in lumine vultus tui, quaſi vultus Dei de ſeipſo lumen diffundat, per quod rem extrapoſitam obiectam, ſibi perſpicuam faciat: non vt creatus oculus, qui res in tenebris vel extra ſe poſitas cernit per alienum lumen. Sic docet Deum aliter cernere quam nos: nos per receptionem tam luminis, quam ſpecierum à rebus obiectis manantium, ſiue aliquid emittamus ex oculis, ſiue nihil. Deus per ſeſe & ſuam eſſentiam, ſiue vultū, quaſi emittendo radios in res ipſas. Nullo enim lumine alieno indiget, vt nos noſtraque omnia conſpiciat & diſcernat, nec opus habet vlla illuminatione vel ſolis vel lucernæ, cum ſit ſibimet lux clariſſima; cuius oculi ſint ſole ipſo clariores atque radiantiores. Cum igitur homo ſtatuitur in die obitus ante oculos Diuini iudicis, ponūtur iniquitates eius, quæ abſconditæ fuerant ante oculos eius, & cum oculi Dei ex ſe emittant radios lucis, denudantur & reuelantur omnia, vt nihil lateat in oculis eius. Sic ſtabit homo ante tribunal Chriſti, vt arguantur opera eius & iudicentur, & accipiat quod ſibi debetur, id eſt, ſupplicium iniquitatum ſuarum, & proiiciatur in inferiores partes terræ, vt luat pœnas æternas, &c.

Pſ. 89. v. 8. D. Hieron. Genebrar. *Ponet Deus iniquitates hominum in conſpectu ad iudicandum.* Pſal. 108. v. 14. *Deus non indiget alieno lumine, vt nos noſtraque conſpiciat.*

Digreſsio prima de Dei iudicio particulari poſt mortem.

184. *Poſt mortem ſequitur iudicium particulare.*

Et *in fine hominis denudatio operum ipſius.* Ianſenius poſt explicationem huius verſiculi cōcludit: & hæc ſententia valet contra errorem, de quo mox dictum eſt, docetque ante iudicium generale eſſe in morte cuiuſque iudicium particulare. Hoc optime probatur ex eo Heb. 9. v. 27. *Statutum hominibus ſemel mori, & poſt hoc iudicium.* q. d. iam in æterno tribunali ſancitum & decretum eſt, ſemel hominem moriturum, hoc eſt, conſtituta lex eſt de morte hominis, & de diſceſſu à vita mortali, quæ lex lata eſt in omnes qui per generationem naturalem orti ſunt, vt huius vitæ luce fruantur. Et poſt mortem iudicium ſequitur, hoc enim maiorē homini debet timorem incutere. Sicut enim cum iudex præcipit vinctum ante ſe ſiſti, vt ipſius crimina recenſeantur, & facta accuſatione iudicetur, ingenti dolore angitur, & præ timore horreſcit; ſic cum homo è carcere corporis ſoluitur, & ante diuinum iudicem ſiſtitur, vt ibi in eum conferantur crimina, quæ inuita commiſit, horret, pauet, contremiſcit, nam illud, *poſt hoc*, indicat grauitatem, & acerbitatem ſubſequentis iudicij.

Heb. 9. v. 27.

Hinc eſt quod Dauid timens & tremens diceret ad Dominum. Pſal. 142. v. 2. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo; quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* q. d. O vtinam poſſim tuum ſeuerum iudicium fugere, & à tribunali iuſtitiæ tuæ longe abeſſe, & conferre me ad tuum miſericordiæ tribunal: nam quis vnquam in conſpectu tuo iuſtificabitur? Quod expendens D. Petrus Chryſol. ſerm. 91. *Ante homines* (inquit) *forte quis putetur iuſtus, quia homines vt culpas corporum norunt, ſic vitia mentis ignorant: ante Deum vero, cui pectoris clauſtra patent, quem cogitationum ſecreta non latent, quis innocens habetur & iuſtus? Eſtne homo, qui corde non peccet, non cogitatione delinquat, non offendat dubitatione, non lapſum trepidationis incurrat? Moyſes dubitat, Aaron deuiat, Petrus negat, & quis iuſtus?* Si ſancti viri in conſpectu Domini non iuſtificantur, quomodo peccatores ſeipſos efferre, & ſibi poterunt confidere & arroganter apparere Deo?

Pſ. 142. v. 2. *Dauid poſtulat non intrare in iudicium Dei.* D. Chryſol.

Rurſus Pſ. 129. v. 3. cum ipſe Vates Regius mentis oculis perpendiſſet diuinam iudicis diſcuſſionem prorumpit: *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit.* q. d. ſi mentis oculis noſtra flagitia perpenderis, vt ea recte excutias, quis poterit ſuſtinere? quis ictum iuſtitiæ diuinæ expectare poterit? Hoc aiebat Dauid cum afflictionibus & calamitatibus angeretur, & ſe conſiderans fugitiuum & relegatum totque animæ interclusionibus & anguſtiis quaſi immerſum, vt ſuum dolorem mœroremque extenuaret, animumque ſuum à pœna & moleſtia liberaret, clamabat ad Dominum ſuorum ſcelerum impunitatem poſtulans, ſuam ſibi immenſam miſericordiam & benignitatem obiiciens, qua non ſolùm aſſolet ſupplicium condonare, ſed benigne iudicare. Cum ergo adeſſe ad ſuum iudicium ſe conſideraret, veretur ſe impunitum euadere non poſſe; quare ait ad Dominum: ſi meis grauatus offenſis, mea flagitia notare, & ea iudicio recenſere volueris, vt grauiſſimam eorum animaduerſionem conſtituas; quis erit, qui tanto ponderi non ſuccumbat? Inſuper Dauid conſiderabat ſe ante conſpectum iudicis ſeueriſſimi adeſſe, qui ad ferendam de ſuis ſceleribus ſententiam inſtructus erat, & ſic dicebat ei: Domine ſi mea peccata iuſto rigore excuſſeris, in medium adducens ea, quæ profundiſſime latent in corde quæcumque ſint, ſiue grauia, ſiue leuia, & minima; quis audebit coram tanto iudice apparere? quis etiam poterit ſeipſum ita iuſtificare; vt non vereatur præ timore & pudore ſuffundi. q. d, nullus. Tandem ſi ſtatueris iuſta lance perpendere peccata mea, vt meritas eis pœnas inferre poſſis, quis poterit ſuſtinere? certo enim ſcio ea ſuo grauiſſimo pondere me poſſe in profundum ſubmergere: *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum; & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Pſal. 37. v. 5. q. d. Ita ſum in meis ſceleribus immerſus & ingurgitatus, vt videar aliquo pondere obrutus & oppreſſus eſſe, quæ ita ponderant, vt ſupergrediantur caput meum, & ſicut onus graue ſuo pondere grauatæ ſunt ſuper me. Sed ſi tanta pietas, miſericordia, & benignitate gloriaris, liceat mihi per te ea ponderare & trutinari, ponam enim altera lance tuam miſericordiam cum meis ſingultibus, ſuſpiriis, & lacrymis, ponamque in ea dolores angores & afflictiones meas; in altera autem peccata mea, quæ audacter commiſi, ſcio enim lancem tuæ miſericordiæ, alteram peccatorum meorum grauiter depreſſuram. Quia vt dixit Iacobus cap. 2. v. 13. *Superexaltat miſericordia iudicium.* Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 23. agens de veſtibus ſummi Sacerdotis, in eo quòd rationale iudicij appenſum & concatenatum fuerit ſuperhumerali; in quo ipſe diuinam miſericordiam adumbratam eſſe aſſerit, cum per rationale iudicium Dei intelligatur, vnde & dicebatur. *Rationale iudicij: Notandum igitur* (inquit) *quod in ſuperhumerali non ſolùm catenulæ, ſed & cincini ſunt, qui rationali iudicij conſtringunt; quia videlicet in miſericordia Redemptoris noſtræ ſpei anchoræ ſunt, vt ſemper miſericordia ſuperexaltet iudicium.* Noſter Salmeron explicat miſericordiam ſuperuincere iudicium, & in ſtatera bilanxque grauior eſt, exaltat alteram: ita miſericordia quæ plus poteſt apud Deum eleuat iudicium: Sic ille.

Pſ. 129. v. 3. *Diſcuſſio Domini timenda.* *Cum Dauid ſe conderat adeſſe iudicio Dei veretur ſe impunitum euadere.* Pſal. 37. v. 5. *Peccata grauant hominem.* Iac. 2. v. 13. Rupert. *Quid ſit miſericordiam ſuperexaltare iudicium.* Salmeron.

Hinc eſt, quod Rex Salomon ſuper Exod. citatus à Lyra Iac. 2. v. 13. dicat à veteribus ſtatutum & decretum eſſe, vt ſi maior iudicum pars reum capitali iudicio deſtinarent, non exequerentur ſententiam, ſed exactiorem deliberationem expectabant. Sed ſi maior pars iudicum ſonti iam deſperato opitularetur, à ſupplicio indemnis ſeruabatur, nulla alia expectata deliberatione. Pari modo diuina miſericordia ita ponderoſior eſt; vt qui eam ſimul cum lachrymis ponit in vna lance ſuperuincere iuſtitiam ſperet, licet omnia peccata, quę ita grauia ſunt, in altera lance conſtituat, quia *ſuperexaltat miſericordia iudicium.* Quare aiebat Dauid, ſcio Domine, poſſe me impunitatem meorum ſcelerum ſperare, ſi prædicto modo ego ipſe lances diſpoſuero. Sed ſi tu ſolus iuſte iudicans peccata mea velis diſcutere; ita graues ſunt iniquitates meæ, vt potius iudicium ſuperexaltet & vincat miſericordiam, id eſt, non potero impunitatem mihi polliceri, ſicque quis ſuſtinebit? quis inquam hanc lancem meis ſceleribus oppletam & depreſſam eleuabit! Niſi tu ipſe, qui pius & miſericors es, & præſtabilis ſuper malitia! Repetitio vocis, cum ait Vates: *Domine, Domine*, myſterium indicat: in prima enim ponitur verbum *ia* יה, quod vnum eſt ex decem Dei nominibus decurtatum, vt aiunt Hebræi ex ineffabili nomine יהוה *Iehouas*, & deducitur à verbo הוה, quod timere ſignificat quia Deus timendus eſt. In ſecunda voce apponitur nomen אלהים *elohim*, quod ſignificat iudices à verbis eloha *eloah*, quod eſt iudex, quæ duo nomina ſimul amplexa indicant Deum ſeueri iudicis munere fungi, quare cum ſit Deus iudex timendus prorumpebat: *quis ſuſtinebit?* q. d. quis è tuo iudicio impunitus euadet? Vide cap. 1. n. 53.

185. Lyra. *Ad condemnandum expectabatur maior deliberatio.* *Repetitio vocis myſterium indicat*

Ergo ſi Deus iudex viuorum & mortuorum, qui per filium ſuum, in vniuerſali diſcutione vniuerſum orbem eſt iudicaturus, ipſe eſt qui poſt ſtatutam mortem iudicat hominem, vt reddat ei ſecundum opera eius, quis non timore ingenti percutitur? quod enim fiet in vniuerſali iudicio, vnuſquiſque in ſeipſo experietur, cum è vita diſceſſerit: *& poſt hoc iudicium.* In hoc enim iudicio tria nobis perpendenda ſunt, primò, quando & in quo loco hæc diſcuſſio fiat; ſecundò, quomodo fiat hoc particulare iudicium, tertio. conſideranda eſt ſententia, quæ in illo momento, à quo æternitas pendet pronuntianda eſt.

Chriſtus iudicaturus eſt mundum.

186. Circa primum, fides docet hoc iudicium faciendum in eo inſtanti, in quo anima ſeparatur à corpore. Quod inſinuat Paulus cum ait: *Statutum eſt hominibus ſemel mori, & poſt hoc iudicium.* Heb. 9. v. 27. Sicut enim nullus à morte liberatur, ſic nec à iudicio. Ita D. Ambroſius: *Et poſt hoc iudicium*, id eſt, *poſt mortem iudicabitur vnuſquiſque iuxta opera ſua.* Tò, *poſt hoc*, haud dubium indicat, ſtatim poſt mortem iudicandum hominem. Hoc extremum iudicium poſt mortem adumbratum videtur in parabola, quam Chriſtus Dominus prædicauit, habentis villicum

Iudicium fit cum anima ſeparatur à corpore eſt de fide. Heb. 9. v. 27. D. Ambroſ.

Lucæ 16.

Lucæ 16.v.1. homo enim in hac vita villici officio fungitur erga animam suam, quæ villicum Domini est postquam autem aduenit tempus ab hoc officio discedēdi, quale est tempus mortis, in quo Dominus villici, rei administratæ repetit rationem. Tunc enim rationem reposcit eorum, quæ ipse soluit & debet, vt iustæ vel iniustæ administrationis rationem reddat, & administratio concludatur; & ei vel pœna vel præmium tribuatur.

Parabola villici imago iudicij particularis.

Sic dicitur: *Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & vocauit illum, & ait illi: Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare.* Quis est iste homo diues, nisi æternus Dominus, in quo sunt omnes thesauri diuitiarum, quæ in cælo, & in terra reconditæ seruantur, vel Christus Dominus, vt explicat D.Petr. Chrysol. sermone 12.

D.Chrysol.

Erat (inquit) *in maiestate sua diues, qui oculis Iudæorum erat pauper. Hoc sæpius inculcabat, vt intelligerent quod iussisset locuples deitas, cui erat humana paupertas. Et quomodo diues non erat, cui administrabant Angeli? Virtutes parebant, elementa seruiebant, & quæ non erant fiebant iussa, vocata veniebant?*

Homo diues Christus Dominus.

Homo iste, qui administrabat villicum, homo erat, quem (inquit ipse Chrys.) *nisi hominem cui ad colendum mundum, tota fuerat commissa possessio.* Hic in vita diffamatur, quia sicut ille alius iuuenis. Luc.15. *Dissipabat bona sua, viuendo luxuriosè*, & suis sceleribus & peccatis villicum animæ suæ penitus disperdit. Cum autem tempus statutum mortis aduenit, ait Dominus villico, cui commissa erat villici administratio tanquam œconomo (sic vocat hunc villicū D.Hieronym.) *Redde rationem villicationis tuæ*, &c.

Forma iudicij particularis. D. Hieron. D.Chrysol.

Tunc enim, id est, in tempore statuto particularis iudicij, *mores arguit* (verba sunt Chrysologi) *occulta nudat, conscientiam pandit, commissa castigat, dinumerat mala*, &c. ergo tempus, in quo hoc exercetur, particulare iudicium, tempus mortis est; & *post hoc iudicium.*

Qualis locus in quo homo iudicatur post mortem.

Locus autem, in quo homo iudicatur qualisnam est? Numquid anima separatur à corpore, vt hæc iusta discussio fiat? vel Iudex descendit, vt rei administratæ repetat rationem? Aliquorum sententia fuit, separatam animam à corpore ad tribunal diuini Iudicis deduci, vt in eo rationem villicationis exactè reddat. Sic videtur sentire D.August.lib.de vanit. sæculi, cap.1. vbi ait: *Cum anima separatur à corpore, veniunt Angeli, vt perducant illam ante tribunal iudicis.* Et D. Chrysost. *Omnes animæ cum hinc emigrauerint, ad terribile illud deducuntur tribunal.*

D. August. D.Chrys.

Sed hæc locutio non sic intelligenda est, vt anima iam à corpore destituta deducatur ad cæleste tribunal, vt iudicetur: nam sequeretur animas damnatorum prius ad cælum ascendere, quam perducantur ad inferos. Cælum autem ita mundum est, vt dicat Joan.Apoc.21.v.27. *Non intrabunt in eam* (cælestē scilicet Hierusalem) *aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens.*

Apoc.21. v.27. *Cælum mūdum est.*

Præterquam quod, si damnatæ sunt, quid necesse erat, prius in cælum perduci, cum pœnis æternis addicendæ sint? Quare probabilius est animas, neque conscendere in cælum, vt iudicentur; neque diuinum Judicem descendere, vt iudicium faciat; sed eas in mortis momento intellectualiter eleuari, vt Judicis sententiam obaudiant. Quo sensu intelligendi sunt Patres, qui asserunt eas ad diuini Iudicis tribunal deduci.

Tempus iudicij est tempus mortis.

Itaque tempus iudicij est, tempus mortis, in quo anima separatur à corpore: & locus iudicij est, ipsum corpus animæ receptaculum. Quia licet aliquando, diuino disponente ac dispensante numine, hoc iudicium factum fuerit anticipatum, id est, ante solutionem corporis & animæ, vt refert in Dialogis D. Gregorius; hoc tamen in exemplum aliorum dispensatum est.

D. Greg.

Semper tamen inuisibiliter efficitur in eodem instanti & puncto temporis, quo anima à corpore dissoluitur, sine vlla mora, aut dilatione. In eodemque puncto iudicium dissoluitur, & pronuntiatur sententia, executionique mandatur. Vnde facile forma & modus faciendi iudicij cognoscitur; hæc est, vt iudex sedeat ad rationē reposcendam; sistatur anima, quæ illam reddit, Angelus custos accedat, vt suas causas agat, & dæmon accusator assistat, vt criminetur, tandem ipsa conscientia accusat, &c.

In iudicio particulari dati & debiti ratio redditur.

In hac iusta excussione dati & debiti ratio redditur, in medium omnia peccata commissa proferuntur, siue sint cogitata, siue opere patrata, siue mortalia, siue venialia, in ea omissiones & indulgentiæ elapsæ vitæ discutiuntur, ingratitudo defertur, beneficia Dei examinantur. Sacramentorum vsus, inspirationum & impulsuum in memoriam adducuntur; quia de omnibus discussio fiet, vt bona remunerentur, & mala puniantur. Hæc excussio & examinatio manifesta erit animæ, quia clarissima luce Deus deteget ei omnia sua errata, in quæ lapsa est. Nam *illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*, teste Apostolo 1.Cor.4.v.5. vbi Chrysost. *Hæc ipse solus noua certa ratione iudicare, quia occulta nostra iudicaturus est*, quæve maiori, quæve *minori supplicio & honore digna sunt.* Et statim ait: *Qui vero corda hominum perscrutatur, ipse nouit & omnia profert in medium*, &c.

1.Cor.4. v.5. D.Chrys.

187 Hinc est quod dixerit Deus per Sophoniam cap.1.v.12. *Et erit in tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis.* Quod licet secundum aliquos explicetur de scrutatione Chaldæorum capta Hierusalem, sed verius implendum est, non solùm in die vniuersalis iudicij, sed etiam in particulari, cum Deus scrutatur arcana cordium, & reuelat & illuminat abscondita tenebrarum.

Soph.1.v.12. *Quid sit scrutari Hierusalem in lucernis.*

In vtroque enim iudicio, inquit D.Hieronym. *De otiosoq; verbo fiet iudicium & vindicta.* & de subtilissimis cogitationibus rationem à quolibet exiget. Sic dixit D.Bernar.explicans id Cant.2.v.9. *Similis est dilectus meus capreæ quæ est acuti visus time illum, qui per Prophetam dicit: Et erit in die illa, & ego scrutabor Hierusalem in lucernis. Acuto visu est, nihil inscrutatum relinquit: oculus eius scrutabitur renes & corda, ipsaq; cogitatio hominis confitebitur illi: quid tutum in Babylone, sic in Hierusalem manet scrutinium?*

D.Hieron. D.Bernard. Cant.2.v.9.

At, quænam sunt lucernæ Dei, quibus scrutabitur omnes & omnia in die iudicij? Jncreata lucerna Dei est ipsa eius mens, intellectus, perspicatia, scientia, qua omnia penetrat, & peruidet clarissima: Nam vt Apostolus ait Heb.4.v.12. *Discretor cogitationum, & intentionis cordis* (est) & *non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius.* Hinc Ægyptij Deum fingebant hieroglyphice, quasi oculum sceptro insistentem; oculo significantes eius visionem, scientiam, prouidentiam: sceptro eius potentiam, regnum, vindictam & castigationem. *Deus enim,* (inquit Plinius lib.2.cap.7.) *totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui.* Et vt ait Tertullianus lib. de Trinit. *Deus totus est oculus.* Quare inquit Ecclesiasticus

Heb.4.v.12. *Ægyptij Deum pingebant quasi oculum sceptro insistentem.* Plinius. Tertul.

siasticus cap.23.v.27. *Omnia videt oculus illius.* Et vers.28. *Oculi Domini multo plus lucidiores sunt, super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda, intuentes in absconditas partes.* Lucernæ etiam sunt Angeli & dæmones, qui quoad naturam spiritus sunt lucidi, & peruigiles, omnia penetrantes, scrutantes, & peruidentes: de quibus Dauid Psal.103. vers.4. (& Heb.1. vers.7.) *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos, ignem vrentem.* Hi in iudicio peccatorem accusabunt, omniaque eius scelera etiam occultissima & minutissima prodent & pandent in tribunali Christi.

Angeli lucernæ dicuntur. Psal.103.v.4. Heb.1.v.7.

Ergo cum Salomon mentis oculis hanc iudicij diem contemplaretur, in qua omnia iustissime excutientur, inscitiam vanissimi adolescentis irridet & contemnit, qui obliuioni tradens, quæ sibi futura succedent, in deliciis suis lætatur, & ait Eccles.11.v.9. *Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito, quia pro his omnibus adducet te Deus in iudicium.* q.d. lætitiam percipite, ô iuuenes, in adolescentia vestra, qui soletis effrenare ferri in deliciis vestris, & incitamini ad potiundum voluptatibus, in quibus ingurgitati estis; in memoriam adducite tempus mortis, in quo estis rationē reddituri elapsæ vitæ. Immemores nunc estis illius momenti, à quo pendet æternitas. Cum ergo ad iudicium vocemini, tunc cognoscetis mala præterita, quæ commisistis. Nunc autem in omni genere scelerum volutamini, & nihil aliud curatis, quam instar luculenti suis cum qua ius conuolui: itaque vt quæratis semper vanam lætitiam, vt cum Sapiente dicatis: *Omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quæ præparaueram*, Eccles.2.v.10. *Sed scito quia pro his omnibus adducet te Deus in iudicium.* id est, pro certo habeas vocaturum te Deum ad iudicium, in quo omnia quæ fecisti in lucem proferet, & discutiet vt te puniat, &c. Non solùm ergo iuuenes, sed etiam senes, omnesque mortales in tempore mortis iudicabuntur.

Salomon irridet adolescentis insaniam. Eccles.11.v.9. *Adolescentes obliuiscuntur iudicij Dei.* Eccles.2.v.10.

188 Tandem causa iudicata, peractoque iudicio, vnusquisque audit sententiam sibi conuenientem: nam iustus, qui gratus Deo discessit è vita, id est, quem in morte gratia non deseruit, audit sententiam suæ libertatis, scilicet, *Venite benedicti Patris mei possidete paratū vobis regnum à constitutione mundi.* Matth.25.v.34. Post omnia, quæ in iudicio illo agētur placidos lętosque oculos ad iustū conuertit Iudex, vt ferat eiusmodi sententiam, vocat eum in cælestem Hierusalem. q. d. Veni mecum in cælum, cælestes penetra plagas, in perpetuas veni mansiones.

Causa iudicata post mortē, vnusquisque audit sententiam sibi conuenientem. Matth.25. v.34.

Benedictum vocat *Patris sui*, quia à Patre multis affectus beneficiis; verbum, *possidere*. Jndicat possessionem hæreditatis, quam præparauit à constitutione mundi; *possidete*, id est, possessione regnum cæleste acquirite, quia hæredes estis regni mei, & coheredes filij mei. Sic dixit Paulus Rom.8.v.17. *Si filij & heredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*, &c. Hoc regnum beatitudo est æterna, illamque postulamus cum orantes dicimus: *Adueniat regnum tuum.* Matth.6.v.10. quod expendens D.Petrus Chrysolog. serm.70. ait: *Ipse dicit: regnum meum intra vos est: si intra nos est, veniat vt quid oramus? est in fide, est in spe, est in expectatione; sed vt in te veniat, iam precamur. Veniat autē nobis, non ille: qui semper conregnat patri suo, semper regnat in patre, sed veniat nobis. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.*

Quare in sententia vocat iustum Christus benedictum. Rom.8. v.17. Matt.6.v.10. D.Chrysol.

Regnum ergo ad quod possidendum diuinus Iudex vocat animam iusti, paratum, inquit, est à constitutione mundi. Tribus modis affirmat Cartusianus paratum esse sanctis regnum. Cælestis, inquit, patria ante mundi constitutionem parata est Sanctis secundum prædestinationem. A principio mundi parata est per creationem, in Christi Passione & Ascensione parata est, quantum ad meritum introeundi & ianuæ apertionem, &c.

Regnum Dei paratum est iustis ab origine mundi. Cartusian.

Peccatores autem, qui in peccato mortali moriuntur, audiunt sententiam damnationis sibi commeritam. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diaboli & Angelis eius.* Matth.25.v.41. Quæ sententia pœnam continet duplicem, damni alteram, alteram sensus, vt Theologi vocant, & dicemus cum de Purgatorio tractemus. Damni pœna illis continetur verbis: *Discedite à me*, est enim priuatio visionis beatificæ: sensus pœnam sequentia verba indicant: *in ignem æternum.*

Peccatores audiunt in iudicio sententiam damnationis Matth.25. v.41.

Sed quare non dicit, *maledicti Patris mei.* Sicut iustos vocat *benedictos patris sui*? num hæc maledictio ab ore Dei procedit, sicut benedictio? Respondeo, non addi hanc particulam, quia Deus causa est benedictionis beatorum, nimirum bonorum operum, meritorum, & gloriæ. Non est autem causa maledictionis reproborum videlicet peccatorum, propter quæ supplicio æterno mancipantur. Sic Origenes: *Benedictionis* (inquit) *ministrator est Pater; maledictionis autem vnusquisque sibi est auctor, qui maledictione digna est operatus*, &c. Ita etiam Chrysolog. *Impijs* (ait) *dicet Dominus: Ite maledicti non quidem à Patre, non enim ipse sed opera eis propria maledixerunt*, &c.

Quare in sententia peccatorem non vocat maledictum Patris sicut iustum benedictum. Origen. D.Chrysol.

Iustis præparatum (inquit) est regnum, ignem vero paratum diabolo, & Angelis eius. Quare ergo de hominibus silet? Nonne parauit Deus ignem æternum etiam impiis hominibus? Reddit Origenes rationem disparitatis: *quia quantum ad se, homines non ad perditionem creauit Deus, sed ad vitam & gaudium: peccatores autem coniungunt se diabolo*, &c. Sic Diuus Chrysolog. verba Christi interpretatur: *Ego regnum vobis, ignem autem non vobis, sed diabolo & Angelis eius præparaui, in quem quoniam vos sponte iniecistis, vobis ipsis id reputate.*

Origen. *Deus non creauit hominem ad perditionem sed ad vitam & gaudium.* D.Chrysol.

Sed respondendum est, ignē paratum dæmonibus; & hominibus; Christum vero de hominibus tacuisse, dæmonibus paratum esse dixisse; vt indicaret impiis comites supplicij, & æquali igne comburendos nempe eodem, quo torquentur dæmones. Prætereà non dixit Christus ignem paratum hominibus, quia primo dæmonibus accensus ignis tartareus, antequam peccasset primus homo, dæmones ante homines peccauerunt. Vbi primum peccauerunt, clibanum tartareum succendit, illisque tunc parauit Deus, non hominibus, qui nondum peccauerant. Verumtamen præuidebat Deus homines peccaturos, ideoque etiam illis supplicium destinauit, sed post dæmones. Dæmones enim multo tempore ante homines igni sunt mancipati; nimirum mox post peccatum; homines verò primæ ætatis longissimam ducebant vitam; quamobrem, qui primus in orcum descendit, post multos annos descendit. Ad hæc dici potest paratus ignis dæmonibus, quia absque remedio in illum sunt mox

Quare non dixit Christus ignem paratum hominibus.

præ-

præcipitati, neque potuerunt illum per pœnitentiam effugere. At hominibus paratus eſt redemptor, parata pœnitentia; qua ignem ſi velint effugere, poſſint.

Pronuntiatis ſententiis Angeli eas exequuntur. His tandem pronunciatis ſententiis vterque Angelus illarum tenorem exequuntur; Angelus vero cuſtos animæ iuſtæ perducit eam, vel ad Purgatorium, ſi nondum integrè debita peccatorum perſoluit, vel ad cælum, ſi pura ab omni labe diſcedit à corpore. At dæmon animam peccatoris præſciti in orcum deducit. Prima aſcendit vt æternitatis deliciis in viſione beatifica perfruatur; ſed altera deſcendit ad gehennam, vt in perpetuas æternitates cum præſcitis Angelis vehementer crucietur. Poſſemus hic agere de gloria beatorum, & de pœna damnatorum, ſed ne longum taxamus ſermonem, ea omitto & remitto ad noſtrum Sebaſtianum Barradam, qui tom. 3. concord. euang. lib. 10. cap. 3. & 4. accuratè perpendit. *Barradas.* Omnia ergo, quæ de iudicio particulari diximus conueniunt ſententiæ Eccleſiaſtici, qui de eo agit ſecundum interpretationem Ianſenij: *Ianſen.* cum inquit, *& in fine hominis denudatio operum illius.* finem vocat illud inſtans, quod poſt mortem ſequitur, in quo anima iudicatur à Domino, vt accipiat præmium vel pœnam ſuorum operum. Tunc enim denudantur opera eius, & recipit ſententiam vel condemnationis vel ſaluationis, &c.

Digreſſio ſecunda de Purgatorio.

189. *Ianſen. Palacius.* *Animæ quæ addictæ ſunt Purgatorio ſtatim experiuntur ſecuritatem ſalutis ſuæ.* IAnſenius tandem, quem imitatur Palacius, concludit explicationem huius ſententiæ dicens: & hæc ſententia valet contra eos, qui negant animas piorum in Purgatorio exiſtentium eſſe de ſuo ſtatu & ſalute ſtatim ſecuras: nam cum omnia in iudicio denudentur & reuelentur, ſimul manifeſtatur ſtatus cuiuſque hominis, ſiue bonus, ſiue malus. Cum condemnatur, ſtatim accipit ſupplicium quod meretur; ſi autem ex iudicio Domini incolumis euadit, ſtatim experitur ſecuritatem ſalutis ſuæ; ſed quia remanent peccata venialia, quibus purificetur, & penitus non deleta ſint peccata grauia, id eſt, non ſoluit pœnas peccatis grauibus per pœnitentiam remiſſis commeritas, defertur in Purgatorium ignem, vt omnia peccata penitus deleantur. Et quia in hoc loco nobis ſeſe offert occaſio agendi de pœnis Purgatorij, offeramus aliqua ad complementum huius verſiculi.

Deus creauit cælum ad remunerandum iuſtos, centrum terræ ad peccatores puniẽdos, & Purgatorium, &c. Deus optimus maximus creator omnium, ſicut initio ſæculi cælum & terram condidit, cælum ſibi, & terram humano generi, vti dixit Vates Regius Pſal. 113. v. 16. *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* Sic etiam ipſum cælum creauit ad remunerãdos iuſtos, centrum terræ ad puniendos peccatores, & Purgatorium ignem ad purificandos eos, quos deſtinauit ad gloriam, quia cum cæleſtis Hieruſalem locus eſſet purus & decorus, & vt dixit Iſaias c. 33. v. 20. *Pſ. 113. v. 16 Iſa. 33. v. 20* *Oculi tui videbunt habitationem opulentam tabernaculum, quod nequaquam transferri poteſt, Dominus enim Iudex noſter,* &c. & Ioannes Apoc. 21. v. 18. *Apoc. 21. v. 18.* *Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas aurum mundum ſimile vitro mundo.* Hinc eſt, quod addat Apoſtolus, verſ. 27. *Non intrabunt in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.*

Nullus qui aliqua fuerit vel minima labe infectus intrabit in cælum, quare decretum hoc ita ſtrictè ſeruatur, vt nemini vnquam licuit illud violare, ſed qui eget purificatione ad ignem Purgatorij deducitur, & ibi tanto tempore remoratur, quanto ad obtinendam neceſſariam purificationem opus habeat.

Hæc autem remoratio adumbrata eſt Exod. c. 24. v. 16. *Remoratio iuſtorum adumbrata. Exod. 24. v. 16.* vbi cum Deus præcepiſſet Moyſi in Montem aſcendere, ad recipiendam legem, quam digitus Dei exaraturus erat in pretioſis ſaphiri tabulis, vix conſcendit, cum illum nube obſcura protexit. *Cumque aſcendiſſet Moyſes operuit nubes montem.* Et ſex dierum ſpatio ſtetit Moyſes opertus nube; ſeptimo autem vocauit eum Dominus extrahens illum de medio caliginis, vt loqueretur cum eo, & daret legem. *Septimo autem die vocauit eum de medio caliginis.* Poſt hunc diem per otium egit cum illo, & ſui cordis arcana declarauit. Hic ordo eſt, quem Deus ſeruat cum iuſtis, qui diſcedunt de vita. Operit illos, cum purificatione indigent, nube vel caligine Purgatorij, ne illum intuentes beatifica perfruantur viſione. Sed ſeptimo die, quem Philo Iudæus intelligit æternam beatitudinem, illos vocat voce dulciſſima, vt ſempiterna potiantur fœlicitate. *Qualem ordinem ſeruet Deus cum iis, qui indigent Purgatorio igne. Philo Iud.* Hoc ipſum ſignificatur in eo, quod Dominus præcepit Leuit. 25. v. 41. *Leuit. 25. v. 41.* Agens de ſeruis, qui ſe ad ſeruiendum vendiderant: *Vſque ad annum Iubilæum operabitur apud te; & poſteà egredietur cum liberis ſuis, & reuertetur ad cognationem, & ad poſſeſſionem patrum ſuorum: mei enim ſerui ſunt, & ego eduxi eos de terra Ægypti,* &c. Per tempus ſeruitutis ſignificatum eſt tempus, quo iuſtus in ſeruitute Purgatorij detinetur; ibi enim inſtar ſerui incommoda ſeruitutis perfert. Per annum Iubilæum denotatur liberatio ab hac ſeruitute, vt reuertatur ad cognationẽ & poſſeſſionem patrum ſuorum, cælum ſcilicet. Vbi alij iuſti æterna pace fruuntur. Pende id: *Non enim ſerui ſunt, & ego eduxi,* &c. Iuſti enim non vocantur ſerui, ſed filij Dei, quia eos eduxit Dominus de terra Ægypti, id eſt, de ſeruitute diaboli redimens eos ſui pretioſiſſimi ſanguinis pretio, &c. *Iuſti non vocantur ſerui ſed filij.*

Rurſus cum noſter Eccleſiaſticus dixiſſet cap. 22. v. 11. *Modicum plora ſuper mortuum, quoniam requieuit,* id eſt, iuſtus mortuus plorandus eſt ad modicum temporis ſpatium propter certam ſpem æternæ pacis & quietis qua potitur. 190. *Quanto tẽpore mortui lugendi. Eccleſ. 22. v. 11. 13.* Mox deſignans hoc ſpatium temporis ſubiicit v. 13. *luctus mortui ſeptẽ dies.* Vbi Palacius, ſatis eſſe planctum ſeptem dierum. *Palacius.* Nam doctis octaua tribuitur fœlicitati æternæ, in qua abſterget Deus omnẽ lacrymam: ergo ſuper ſeptem dies planctus intelligitur, ille luctus iuſtorum, qui in purgatorio torquetur; & per octauum dies fœlicitatis æternæ, optime inferemus per hunc luctum ſignificari iuſtorum pœnam, qui in igne Purgatorio detinetur, poſtquam liberantur, vt æterna fœlicitate potiantur. Sic Gen. 50. v. 10. Cum Patriarcha Iacob enixè à filio Ioſeph poſtulaſſet, vt poſtquam è vita diſceſſiſſet, corpus ſuum in terram ſuam deferret. *Detentio in Purgatorio quanta. Gen. 50. v. 10.* Ipſe Ioſeph voluntatem patris tamquam præceptum impleuit, & cum corpus magna pompa & apparatu in terram poſſeſſionis ſuæ libenter portaret, & illud in ſepulchro quod erat trans Iordanem ſepeliuit; *Vbi* (inquit ſacer textus) *celebrantes exequias plãctu magno atque vehemẽti, impleuerunt ſeptem dies.* Per ſeptem dies licebat celebrare exequias iuſti

iuſti planctu magno, in quibus ſignificabatur tempus, quo detinetur anima iuſti in Purgatorio igne, vbi præcipit Deus iuſtorum animas detineri, dum debita ſoluant peccatorum, quæ in vita contraxerunt; inpoſterum verò fruuntur immortali beatitudine, quia deducuntur ad æternam beatitudinem, vt cum illis coniungantur, qui æterna fœlicitate potiuntur, &c.

Iuſtitia & miſericordia Dei exercetur in igne Purgatorio. Ergo in hoc experimur effectus diuinæ miſericordiæ & iuſtitiæ: nam in morte iuſtorum miſericordia reſplendet, eo quod fœliciſſimum finem illi ſortiantur, cum eos Deus deduxerit ad libertatem æternam. Iuſtitia etiam oſtendit virtutem ſuam, nolens eis concedere hanc fœlicitatem, antequam in Purgatorij ergaſtulo debita peccatorum integrè & perfectè perſoluerint, quæ tempore mortis debebant. Quod Chriſtus Dominus ſignificauit Matth. 5. verſ. 26. *Matth. 5. v. 26.* cum dixit: *Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem,* q. d. conare ſummo ſtudio debita peccatorum in preſenti vita perſoluere: nam ſi cum è vita diſceſſeris aliquid debueris, in carcerem Purgatorij coniicieris, vbi reddes nouiſſimum quadrantem, id eſt, minutiſſima debita leuium tranſgreſſionum diuinæ legis exactè perſolues. Explicant hunc locum de Purgatorio Tertullianus, S. Cyprianus, S. Ambroſius, Origenes, Diuus Hieronymus, Diuus Bernardus & alij quos ſequitur & citat noſter doctiſſimus Suarez tom. 4. de Pœnit. diſp. 45. ſect. 1. *Tertullian. D. Cyprian. D. Ambroſ. Origen. D. Bernard. D. Hieron.*

Purgatorium vocatur valetudinarium. Primo igitur æquum eſt, vt omnes nouerint Deum decreuiſſe ab initio ſæculi Xenodochium ſeu valetudinarium deſignare, vbi animæ malos humores peccatorum ex ſe proiicerent, & per ſudorem conualeſcant, ſicque purificatæ diſponantur, vt poſſint integra valetudine æternam conſequi ſalutem. Hoc valetudinarium ſui Xenodochium, vocamus Purgatorium, quod de fide eſt haberi ad purificandas animas à peccatis ſuis. Hoc confirmatur auctoritate ſacræ Scripturæ & Conciliorum; ſic tenent Concilium Florentinum, Lateranenſe generale, & præcipuè Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. can. 30. *Concil. Trid. De fide eſt eſſe Purgatorium ignem.* vbi dicitur: *Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exſoluendæ, vel in hoc ſæculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere poſſit, anathema ſit,* & in ſeſſ. 25. in principio. *Cum Catholica Eccleſia Spiritu ſancto edocta ex ſacris Litteris & antiqua Patrum traditione in ſacris Conciliis, & nouiſſime in hoc œcumenica ſynodo, docuerit Purgatorium eſſe, animaſq; ibi detentas fidelium ſuffragiis, potiſſimum vero acceptabili altaris ſacrificio iuuari; præcipit ſancta Synodus Epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam à ſanctis Patribus & ſacris Conciliis traditam, à Chriſti fidelibus credi teneri, doceri, & vbique prædicari diligenter ſtudeant.* De Purgatorio agunt ex ſanctis Patribus, Diuus Hieronymus, Origenes, Diuus Auguſtinus, D. Hilarius, D. Cyprianus, D. Greg. Nyſſenus, D. Bernardus, D. Baſilius, D. Greg. Nazian. & Diuus Gregorius Magnus cum aliis multis, quos citant noſtri Bellarminus, Suarez, & alij, qui materiam tractant de Purgatorio; *Qui Patres de Purgatorio agant.* & licet multa poſſemus afferre teſtimonia, ne longum de hac materia texamus opus, pauca aliqua proponemus.

191. *D. Auguſt. Teſtimonia SS. Patrum de Purgatorio. Heb. 6. v. 7. 8.* Primum ſit ex Diuo Auguſtino qui explicans Paulum ad Hebr. 6. verſ. 8. inquit: *Qui agrum non coluerit & ſponſis eum opprimi permiſerit, habet in hac vita maledictionem terræ ſuæ: & poſt hanc vitam habebit vel Purgatorium ignem, vel pœnam æternam.* Vbi forte alludit ad id Heb. 6. verſ. 7. *Terra enim ſæpe venientem, ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo: proferens autem ſpinas ac tribulos reproba eſt, & maledicto proxima, cuius conſummatio in combuſtionem.* Hanc autem ſimilitudinem affert; vt ſignificet, quod quemadmodum terra fertilis, & fœcunda, quæ fœta frugibus eſt, & grauidata ſeminibus, omnia parit & fundit ex ſeſe, à Deo benedictionem accipit. Terra autem inops frugibus, ſpinis fœta, tribulis cooperta, deſpicitur, & admoto igne comburitur; ſic etiam fertilis terra iuſtorum, quæ vberrimis virtutum & cæleſtium donorum fructibus veſtitur & ornatur, accipit à Deo benedictionem, beatitudinem ſcilicet æternam. At in terra peccatorum, quæ tribulos & ſpinas generauit, cum fertilis redditur labore, & induſtria colentis, & à noxiis herbis pœnitentiæ ſarculo purgantis, quia mortis tempore in ea inueniuntur aliquę ſpinæ & tribuli defectuum venialium, illa comburuntur igne Purgatorio, vt anima emendata & purgata digna reddatur æterna fœlicitate.

Secundũ teſtimonium S. Hilarij. Secundo D. Hilarius hanc veritatem edocuit explicans id Pſ. 118. v. 20. *Concupiuit anima mea deſiderare,* &c. ait enim: *Purgatorium vocat indefeſſum ignem, per quẽ animæ à peccatis expiantur.* Vocat Purgatorium ignẽ indefeſſum, quia ſicut ignis materialis habet vim ad conſumenda & edenda, ea, quæ ipſi offeruntur ſine ceſſatione, vt numquam dicat ſufficit: ſic ille ignis Purgatorius eandem & maiorem habet vim & virtutem ad cruciandum: nam grauiſſima ſunt tormenta, quibus animæ torquentur, vt mundentur & purgentur in eius ardentibus flammis; numquam deficit nec defatiſcit, ſed exurit quaſi immenſo ardore. S. Greg. Nyſſenus agens de pueris, qui anticipata morte è vita diſcedunt, inquit: *S. Gregor. Nyſſen.* *Subibit anteactæ vitæ iudicium, accipiet pro merito retributionem, & compenſationem, vel igni pugnam iuxta euangelij verba, vel in rore benedictionis refrigerata atque refocillata.* id eſt, anima iudicabitur, hoc eſt examinabitur in particulari iudicio de omnibus defectibus vel virtutibus, quibus vel inquinata vel ornata fuerit, dum vixit; & redditur ei ſecundum merita ſua; aut igne Purgatorio purificabitur, aut refrigerabitur dulciſſimo benedictionis rore, id eſt, beatitudine æterna.

D. Ambroſ. Rupertus. Gen. 3. v. 24. Tandem Rupertus, & Ambroſius explicantes id Gen. 3. v. 24. *Eiecitque, Deus, Adam, & collocauit ante paradyſum voluptatis Cherubim & flameum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.* Intelligunt de igne Purgatorio: nam aliqui fixerunt hunc flammeum gladium inſtar muri paradyſum circumſtare, & aſſerunt idem in Purgatorio reperiri. Ait ergo Rupertus: *Ante Paradyſum eſſe collocatum, vt quicumque deinceps admittendi ſunt, illuc tranſeant per examinatorium ignem.* Vocat ignem examinatorium, qui animam examinat & purificat, ſicut ignis ma- *Purgatorius eſt examinatorius ignis.*

terialis argentum examinat & emundat, & vnusquisque in Purgatorio constitutus ait ad Dominum sicut Dauid Psalm. 16. vers. 3. *Igne me examinasti, sicut examinatur argentum.* Huius veritatis fundamenta proponamus, vt melius ratione stabiliatur. Psal.16.v.3

Fundamenta ad probandam veritatem Purgatorij. Primum fundamentum est, quia homines aliqua leuia peccata committunt, quæ licet pœnam iustam mereantur, non tamen pœna æterna digna iudicantur. Potest enim aliquis iustus esse, & simul habere peccata venialia, ob quæ mereatur pœnam, & arceatur ab ingressu cælestis beatitudinis. Ergo cum Deus sit ita benignus & misericors, vt magis ad misericordiam, quam ad iustitiam propendeat, certum est ipsum velle sua misericordia nostram miseriam metiri, in puniendis peccatis leuibus. Ipsi enim notissima est nostra infirmitas & miseria. Ideò
Ps.102.v.14 Dauid dicebat Psal.102. vers.14: *Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se; quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* Vtitur Deus misericordia sua condonando hominum peccata, quia nota est ei humana infirmitas, & miseria. Cum enim ipse corpus humanum ex limo finxit; licet calore manuum suarum illud coxit, cum ad formationem eius in
Gen.2.v.7. potentiæ suæ tota reposuit; & vt fieret *in animam viuentem, inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ;* at infirmitatem propriam non amisit, sed corpus fragile & caducum remansit, sicque ictibus inimicorum facili negotio atteritur & frangitur. Quare cum hanc humanam infirmitatem & miseriam considerat, ad misericordiam prouocatur, quia pius & misericors est. Cum ergo cognoscat imbecillitatem nostram, & suam in condonando misericordiam, sancitum reliquit, rigorem iustitiæ temperans, vt qui è vita discesserit sibi gratus, id est, à peccato graui liberatus, inquinatus tamen peccatis leuibus, (nullus enim gloriari potest se à culpa liberum esse, cum dicat Salomon, Prouerb.24.vers.16. *Septies enim cadit iustus*) beatifica visione priuetur ad tempus. Dixit enim D. Laurentius Iustinianus: *Peccatum mortale priuat gloria; veniale retardat.* Quæ retardatio in aliquo loco expiandis peccatis à diuina maiestate destinato futura est, vbi debita peccatorum venialium perfecte persoluat, & ibi purgandis igne criminibus detineatur, donec munda reddita anima, digna efficiatur ingredi in illam cælestem Hierusalem, vbi *non intrabit aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens.* Apoc.21. v.27. Hic locus ad diuinæ iustitiæ rigorem exequendum destinatus, vocatur Purgatorium; vbi animæ detinentur, quoadusque pœnæ scelerum in hac vita commissorum debitæ iustè persoluantur.

Nullus gloriari potest se esse à culpa liberum. Prou. 24. v. 16. D. Iustinia.

Apoc. 21. v. 27.

192. *Secundum fundamentū deductum ab æquitate iustitiæ.* Secundum fundamentum deductum est ab æquitate iustitiæ: nam ad seruandam iustitiæ æquitatem pertinet, prius debita persoluere hominem, quam æternam beatitudinem consequatur, hoc enim requiritur ad iustitiæ vindicatiuæ perfectionem, quam nihilominus Deus seruat, non solùm in effectibus suæ moderatricis prouidentiæ, sed etiam in effectibus vindicatiuæ iustitiæ. Præterquam quod ad moderationem vniuersi hoc conuenientissimum est: nam si modo res non disponantur, homines in hac vita debitam peccatorum mortalium satisfactionem negligerent & de peccatis leuibus nihil curarent, reiecto pœnæ & vindictæ timore. Quod intelligendum est de hominibus, qui grati Deo moriuntur; quare ad diuinæ prouidentiæ moderationem conuenit pœnas & supplicia designare vniuscuiusque malitiæ conuenientia, quorum suppliciorum timore homines à peccatis cohiberentur.

Tertium fundamentum est, quia nullus mentis compos in suum animum inducere potest, verbum otiosum æterna pœna, perpetua Dei auersione, & sempiterno ardore dignum esse. Nos stultum haberemus illum, qui leui iniuria ab amico accepta sine vlla fraude, sed potius ab optimo animo profecta, ita vehementius commouetur; vt illum tanquam inimicum capitalem vsque ad sanguinis effusionem persequeretur; quanto minus suspicandum est de Deo, qui iustissimus & æquissimus est, se, aduersus iustum ita succensurum, quem ardenti amore prosequitur, & eius amicitiam tanti ducit, quia leui iniuria illum offendit. (*Septies enim cadit iustus.*) Prouerb. 24. vers.16.) vt pro leui offensa illum perpetuis flammis addicat? Ergo si hæc peccata leuissima supplicium æternum non merentur, sed supplicium temporalem, æquum erat, vt ipse diuinus Iudex ad hæc peccata expianda locum destinaret, vbi talia debita persolueret, hic est Purgatorius ignis à diuina maiestate designatus ad perfectam peccatorum expiationem. *Tertiū fundamentum.* Prou.24. v.16.

Tandem, quia multi sunt, qui effrænate vixerunt in hac vita, plurimis sceleribus grauibus se inquinantes, tamen iam ad Deum conuersi sunt, & à vitæ turpitudine ad honestam viuendi orationem sunt reuocati, pollicentes in posterum ad meliorem se vitæ frugem recepturos, qui adstricti iam ad pœnas pro sceleribus suscipiendis & corporis cruciatu animique castigatione sordes eluendas, nullus conceditur eis locus ad pœnas voluntatias subeundas, quia tempus mortis iam appropinquat: ergo si remissis mortalibus sceleribus, quantum ad culpam, remanent non solùm pœnæ reatus, sed etiam peccata venialia, quæ necessario soluenda sunt; ad persoluenda ergo ea destinatus est locus, quem vocamus Purgatorium. Hanc veritatem confirmant, diuersæ apparitiones animarum suffragia à viuis postulantium, vt possint à pœnis Purgatorij ignis liberari. Ex quibus omnibus inferimus hanc veritatem orthodoxa fide stabilitam esse, quam vt certissimam habere debemus, & tamquam articulum fidei venerari, quem, qui negauerit igne Purgatorio non cruciabitur, sed æternis ignibus addicetur. *Vltimum fundamentum.* *Purgatorium destinatum est ad persoluenda debita peccatorum.*

His suppositis dicendum nobis est, Purgatorium locum esse à Deo deputatum in visceribus terræ gehennæ propinquam, non solùm ad exequendam iustitiam vindicatiuam, qua præcipitur, vt anima detineatur, *& inde non exeat donec reddat vsque ad vltimum quadrantem.* Matth. 5. vers. 26. Sed etiam ad ostentationem diuinæ misericordiæ, per quam homini conceditur locus ad satisfaciendum, vt consequi possit salutem æternam. Quare homo, qui ornatus diuina gratia è vita discedit, & debitor peccatorum lætalium quantum ad pœnam obit, peccatorumque venialium quantum ad culpam & pœnam; ab Angelo custode deducitur, post causam iudicatam in particulari mortis discussione, ad 193. *Vbi est locus Purgatorij.* Matth. 5. v. 26.

hunc

hunc deputatum locum Purgatorij, qui est caliginosa regio ab hac nostra regione separata, centrum scilicet terræ; vbi igneis cruciatibus perfectè emundetur à sordibus, & anima apta reddatur ad beatitudinem assequendam.

1 Cor.3. v.15. Testimonium Pauli de Purgatorio. Hoc autem est, quod dixit Apostolus 1. Corinth.3. vers.15. *Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem.* Sumpserat Paulus metaphoram duorum architectorum, quorum vnus ædificauerat supra solidum fundamentum pretiosam domum absque conflagrationis timore, quasi iacens fundamenta super aurum & argentum, & super illa erigens parietes solidos ex iaspide porfido, & marmore pario, ornans ædificium columnis pretiosis instar illarum, quas Salomon in regia domo erexerat. Alter vero Architectus domum construxit super similia fundamenta; sed parietes erexit similes illis, quos rustici & vicani erigunt, vt sunt ligna, arundines, stipulæ & similes materiæ. Statim Apostolus fingit vtramque domum conflagrare, & ait: experiemur primam domum nullam iacturam pati, nec Architectum, qui in ea habitat lædi. At secundam domum videbimus facile ardere cum ipsi iniicitur ignis, & breui tempore dissolui. Sed Architectus, qui in ea habitat, si conatur ab igne liberari & indemnis euadere, non potest non semiustulatus exire, & licet vitam non amittat, capilli & vestes eius comburuntur in igne, &c. Ita etiam Christianus homo, qui dum viuit ædificium vitæ spiritualis fundat supra firmam petram, id est, supra Christum Dominum. *Petra autem erat Christus.* & vt dixit Paulus Ephes.2. vers.20. *Supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum; ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Et super hoc aureum & solidum fundamētum, parietes subductos auro charitatis, argento sapientiæ, lapidibus pretiosis virtutum erigit; hic nāque architectus prudens & sapiens nullam ignis Purgatorij conflagrationem, nec aliud tale nocumentum patitur, sed cum discedit à vita deducitur ad æterna tabernacula. At ille alius architectus, qui super idem fundamentum domum suam spiritualem ædificat, & parietes erigit ex stipulis, fœno, & lignis corruptibilibus, in quibus peccata venialia significantur, *detrimentum patietur,* id est, igne Purgatorij conflagrabit; *sed saluus erit: sic tamen quasi per ignem,* id est, liberabitur, quasi Architectus, qui hanc domum occupat, sed semiustus euadet, hoc est, igne Purgatorio cruciabitur, & capilli peccatorum venialium consumentur, antequam liberetur ab incendio carceris.

1. Cor. 10 v. 4. Eph.2.v.20 Iustus ædificat super fundamentū solidum.

Tormenta Purgatorij acerbissima. Ergo tormenta, & cruciatus, quæ in hoc loco animæ patiuntur, acerbissimæ sunt & horrobiles; similes enim sunt inferni cruciatibus, & acerbiores omnibus, quæ in vita sustinentur.
D.Gregor. Sic dixit Diuus Gregorius: *Illum transitorium ignem omni tribulatione præsenti existimo intolerabiliorem.* Et Diuus Augustinus tom. 10. serm. 42. de Sanctis, satisfaciens rationi, quam ignorantes reddunt, scilicet, forte mihi obtingat abire in Purgatorium ignem, & nihil aliud expetam: nam certo scio ex hoc loco aliquando in cælum migraturum. Sicut dixit Rupertus: *Quique nostrum pro diuersitate peccatorum, alij citius, alij tardius purgati Paradysi fœlicitatem ingredientur.* D. August. Rupertus.

Respondet Augustinus: *nemo hoc dicat, fratres charissimi, quia ille Purgatorius ignis durior erit, quam quidquid potest in hoc sæculo pœnarum videri, aut cogitari, aut sentiri.* At duo genera pœnarum reducuntur, quæ in igne Purgatorio sustinentur; primum est pœna damni, quæ acerbior est, secundum pœna sensus. Pœnam damni vocamus carentiam visionis Dei, quæ licet ad tempus sustineatur, durissima est; quia cum securitatem saluationis habeant, torquentur absentia Dei, cupientes perpetuo frui eius conspectu: sicut enim vita hac pœna vehementer torquentur iusti; nam visionem beatificam ex imo pectore anhelant, vt Apostolus, qui aiebat: *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.* Philip.1. vers. 23. Sic etiam animæ in Purgatorio igne detentæ, hac acerbissima pœna cruciantur, ex imo pectore anhelantes libertatem suam, vt possint visione beatifica perpetuo delectari. Et licet ibi tam acerbe torqueantur, sed cum habeant certam suæ fœlicitatis spem animo reficiuntur cogitantes aliquando ea fruituras, & sæpissime clamant cum Dauid Psal.41. vers.3. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.* *Responsio August.* *Duo sunt genera pœnarum Purgatorij sensus vna altera damni.* Philip.1. v.23. Psal.41.v.3.

Secundum genus pœnarum est, cruciatus & tormenta sentire, quibus in eo loco animæ 194.
cruciantur, quam pœnam vocamus sensus; quia patiuntur dolores, & vim ignis experiuntur, quo sordes purgantur. Est enim Purgatorius ignis conflatorium, quo purgantur scoria Ezechiel. 24. vers. 11. præcipit Deus Prophetæ ollam super prunas ponere, & ait: *Pone eam super prunas vacuam, vt incalescat & liquefiat os eius, & confletur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius.* Diuus Augustinus per hanc ollam intelligit animam illius, qui æternam salutem consecutura est, quam præcipit Deus reponi in igne Purgatorio, vt incalescat, & confletur de medio eius rubigo peccatorum, ait enim Augustinus: *Illic sermones otiosi, & cogitationes iniquæ, vel sordidæ, illic multitudo leuium peccatorum, quæ puritatem nobilis naturæ infecerunt, exundabunt: quæ omnia hic ab anima separari per eleemosynas & lacrymas compendiosa transactione potuissent.* Multa de cruciatibus possemus congerere, quibus animæ in Purgatorio igne purgantur, sed dicta sufficiant. Est enim Purgatorium quasi atrium domus æternæ, vbi animæ iustæ detinentur ad soluenda debita peccatorum, sic aiebat Regius Vates Psalm. 83. vers. 11. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Vbi Tygur. legit. *Malo ad limen desidere domus Dei mei, quam habitare in tentoriis impiorum.* q. d. Pluris æstimo assistere in atrio cæli, quod est Purgatorium tamquam mendicus stipem à iustis postulans, quam habitare in regiis peccatorum palatiis; quia in illis nihil aliud inueniam quam delicias & voluptates, quibus supplicia æterna respondent. Et in Purgatorio igne spem concipiam ingrediendi in aulam regiam, vbi rex regum expectat me, ad tribuendam mihi fœlicitatem æternam. Quare clamant animæ sicut Dauid Psalm. 121. vers. 2. *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas,* &c. in meis angustiis & miseriis in memoriam adducebam gaudia cælestis Hierusalem, & dolores meos leuabam spe illa potiundi. *Pœna sensus qualis.* Ezech.24. v.11. D.August. *Anima comparatur ollæ super ignem Purgatorij repositæ.* *Purgatorium quasi atrium domus æternæ.* Ps.83.v.11 Ps.121.v.2

Tandem animæ iustæ clamant ad nos dicentes cum Iob. cap.19. v.20. *Miseremini mei, misere-* Iob 19.v.20

mini

mini mei; saltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. Vos, qui fratres & amici estis, memores estote nostrarum miseriarum, siquidem manus Domini tetigit nos, id est, errata nostra graui manu castigat in hoc Purgatorio igne; offerte suffragia, & orationes vt citius ab hac pœna liberemur, & ascendamus ad cælestem paradisum, vbi æterna fœlicitate potiamur. Ergo nos, qui in hac vita versamur possumus eas nostris suffragiis adiuuare.

Animæ in Purgatorio à viuis postulant suffragia.

Sacrificium altaris præcipuum suffragium ad iuuamen animarum in Purgatorio existentium.

Præcipuum suffragium est sacrificium altaris, vbi panis & vinum offeruntur in iuuamen animarum. Ideo, monet Tobias cap. 4. vers. 18. *Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue.* Vbi alludit ad veterem consuetudinem, quæ nunc etiam seruatur deferendi ad templum panem & vinum, quæ offerebantur in suffragium defunctorum, quod apud Gentiles seruabatur, sed vana superstitione: suspicabantur enim mortuos descendere ad edenda illa, in quo fallebantur. Ad quod forte Ecclesiasticus alludebat cap. 30. vers. 18. *Bona abscondita in ore clauso; quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro.* Vt suo loco dicemus, quid si Tobias mentis oculis prospiciebat panis & vini sacrificium, quod in altari offertur ad suffragium defunctorum? illud præcipuum animarum iuuamen est, quia animæ, quæ in Purgatorio detinentur ad purgandas peccatorum sordes, ad potestatem Ecclesiæ militantis pertinent. Sic dixit Diuus Augustinus tom. 5. lib. 2. de ciuitate Dei cap. 9. *Neque piorum animæ mortuorum separantur ab Ecclesia, quæ etiam nunc regnum est Christi.* Et Christi Vicarius sanguinem Christi dispensat in suffragium animarum in Purgatorio existentium, Rexque diuinus sacrificia & opera meritoria iustorum accipit in satisfactionem debitorum. Sic dixit ipse Diuus Augustinus: *Orationibus sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, non est dubium mortuos adiuuari.* Ra-

Tob 4. v. 18 · *Eccles. 30. v. 18.* · *Consuetudo constituendi panem & vinum super sepulturas.* · *Animæ Purgatorij pertinent ad Ecclesiam militantem.* · D. August.

195. tio quare præcipue altaris sacrificium accipitur à Deo ea est, quia cum Ecclesia ad Patrem offerat vnigenitum filium suum in satisfactionem debitorum, non potest non admittere illud, quia nihil delectabilius & gratius oculis suis hoc salutari sacrificio. Confirmat hanc veritatem Diuus Cyrillus Hierosolym. Catech. 5. Vbi agens de missæ incruento sacrificio, ait: *Maximum esse credentes animarum iuuamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi, quod in altari positum est, sacrificij.* Idem docent Diuus Ambrosius, & Diuus Athanasius; tandem Diuus Gregorius agens de hac materia, inquit: *Multum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare.*

Quare sacrificium altaris apud Deum gratius est. · D. Cyril. Hierosol. · Ambros. Athanas. Gregor.

Hoc probat, quod Machabæi fecerunt cum defunctis in bello: nam postquam mortuos sepelierunt, (quia, vt dixit Q. Curtius. *Vix vllum tam solemne munus in bello, quam humandi suos.*) Dicitur 2. Machab. 12. vers. 43. *Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit (Iudas Machabæus) Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene, & religiosè de resurrectione cogitans.* Et concludit: *Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.* In quo ostenditur veterrimam esse consuetudinem benefaciendi & offerendi pro defunctis sacrificia. Dixit Diuus Chrysostomus: *Iuuetur mortuus, non lacrymis, sed precibus, supplicationibus, & eleemosynis.* Lacrymæ enim nihil valent ad hoc vt animæ à carcere Purgatorij soluantur, sed preces & orationes in suffragium earum. Diuus Ambrosius epistola consolatoria ad Faustum, inquit: *Ego non tam deplorandam, quam orationibus prosequendam* (animam scilicet sororis Fausti) *reor, non mœstificanda lacrymis, sed magis orationibus animam eius Deo commendandam.* Vocat oblationes sacrificia, quæ in suffragium animarum offeruntur Hoc confirmat Diuus Athanasius cum ait: *Intelligimus peccatorum animas particulari aliqua beneficentia ab exangui immolatione, & gratificatione pro ipsis facta.*

Quod Machabæi fecerunt pro defunctis Deo gratissimum. · 2. Machab. 12. v. 43. · *Vetus consuetudo fuit iuuandi defunctos.* · D. Chrys. · D. Ambros.

Ex quibus omnibus constat de fide tenendum, Purgatorium ignem esse, vbi animæ à sordibus peccatorum expiantur; & simul credendum posse sacrificiis, orationibus, aliisque bonis operibus adiuuari, vt è Purgatorio soluantur: quare dixit Gregorius Nazianzenus in oratione Cæsarij, *Si & nostras, & eorum. qui tanquam in communi via paratiores ad hospitium prius peruenerunt, animas ipsi commendemus.* Tandemque colligimus, æquum esse eas adiuuare, & pietatem erga eas exercere, vt Deus aliquem prouideat, qui simili commiseratione perculsus, effusis precibus, fidelium animos in Purgatorio detentos tormentis, quibus ibi distorquentur, absoluat, in cælumque transmittat. Certum est enim meliorem esse mortuorum conditionem, quam viuorum, vt orent Deum pro nobis. Sic dixit D. Greg. Nazian. orat. in funere Patris. *Quemadmodum, qui longum iter priores confecerunt, meliores sunt conditione, quam qui itineris laboribus adhuc fatigantur: ita tolerabiliorem & meliorem eorum conditionem esse, qui ad supremum illud hospitium iam peruenerunt, quam qui sinuosum adhuc præruptumque huius vitæ iter emetiuntur,* &c.

De fide est Purgatorium ignem esse vbi expiantur peccata. · Nazianzen. · *Æquum est animas in Purgatorio existentium adiuuare.* · Nazianzen.

VERS. XXX.

Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.

Sensus.

196. Ante mortem, &c. q.d. Iam ex mea doctrina didicisti, quanta sit hominum instabilis fortuna & prosperitas, & qualia sint humana opera ante mortis tempus: Tunc enim manifestantur, & an digna pœna sint, an mercede ostenditur: quare ante horam obitus, quæ hora est retributionis, nemo merito beatus prædicādus: tunc enim tantū reuera homo fit beatus, quando ea cōsequitur bona, quæ vere beatū faciunt, & à quibus excidere non

potest. Rursus cum virtus in morte detegatur, quæ præmio æterno digna est, tunc beatus est homo prædicandus, cum non deficiente virtute, retributionem & mercedem recipit à Deo. Et ratio quare ante mortem nemo tanquam beatus celebrandus sit, est, quoniam in filiis suis, quos post se relinquit agnoscitur vir, qualis scilicet fuerit vita eius significans eius probitatem, vt in plurimum colligi posse in filiis, si eos bene à se institutos, & Deum timentes relinquat, &c.

Notæ.

PRO *Ne laudes*, in Græco est, μὴ μακάριζε, id est, ne dicas beatum, neminem prædica beatum; verbum enim μακαρίζω, est beatifico, beatum dico, beatum iudico. Antequam quis per mortem liberetur ab instabilitate huius vitæ, nec beatificandus, nec beatus dicendus, nec iudicandus: in morte enim res stabiliuntur & confirmantur. Et qui virtutis locum ascendit ex ipsa iam excidere non potest. Græcorum sententia est; neminem beatum dicendum ante imum, id est, vltimum diem, & extat prouerbium apud eos: μὴ πω μεγ᾽ εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ᾽ ἴδῃς. Ouidius: *(Ouidius.)*

—— Sed licet vltima semper
Expectanda dies homini est, dicique beatus.
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Per *filios*, Rabanus intelligit bona opera, quæ homo profert de se tanquam filios, sed mystice.

Illustratio prima.

197. Ante mortem ne laudes hominem quemquam. Rabanus optime explicat hanc sententiam dicens: Nimis absurdum est militem adhuc in agone consistentem, quasi iam victorem laudare: cum incertum sit vtrum hostem vincat, aut ab eo vincatur: sed peracto bello iam condigna palma consequetur triumphantem. Ita & incertum est, cum viderimus quemlibet bene agentem & iuste viuentem, vtrum in eo vsque ad finem perseueret, an non. Si autem in recta fide & bonis operibus perseuerauerit vsque ad finem vitæ, tunc iam laude dignus, & ab omnibus est prædicandus, quoniam in filiis vir agnoscitur, hoc est ex bonis actibus hominis meritum illius probatur. Rabanum sequitur Hugo hoc ipsum preceptum Aristoteles pluribus lib. 1. de moribus. Nam quis igitur quoad viuat, iudicandus sit beatus, sed Solonis sententia expectandum extremum tempus ætatis, vt tum denique iudicetur beatus, cum extremum vitæ tempus morte confecerit. Significat autem Aristot. multos ac graues casus accidere, vel parentibus, vel liberis, ac posteris; ex quibus nemo plane beatus existimari possit. Has autem summas rerum commutationes, atque acerbissimas calamitates impiorum sæpe proponit Dauid Psal. 36. v. 35. *Vide impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani.* (in Heb. *Vidi impium fortem ac virescentem sicut laurus viridis*) *& transiui & ecce non erat,* &c. Contra Psal. 36. v. 25. *Non vidi iustum derelictum, & semen eius quærens panem.* Itaque non stabilis rerum status in hac vita, in qua mille vicissitudines inueniuntur. Ideo dixit Paulus 1. Corint. 10. v. 12. *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Vbi D. August. lib. de bono perseuer. cap. 8. *Vtile est* (inquit) *omnibus vel pene omnibus, vt quales futuri sunt, scire non possint, vt quisquam dum nescit, an sit in bono perseueraturus, humiliter & sollicite Dei gratiam imploret, cum eaque casum cauere, & in gratia perseuerare satagat.* Apoc. 6. vers. 13. dixit Ioan. *& stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno mouetur.* Quod licet de Angelis possit intelligi, qui vento vanitatis perculsi ceciderunt, sicut grossi ex ficu cadunt flante vento vehementi; at de fidelibus intelligendum est, quia multi viri in dignitate constituti & opinione præstantes, timore mortis in fidei confessione defecerunt; & multi alij, qui tanquam stellæ fulgebant, quotidie deficiunt, cum ventus tentationis vehemens afflat.

Ante mortem ne laudes hominem. · Raban. Aristot. · Psal. 36. v. 35. · Vers. 25. *Non stabilis rerum status in hac vita.* · 1. Cor. 10. v. 12. · D. August. · Apoc. 6. v. 13

Rursus dixit Eccles. cap. 9. vers. 1. *Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum odio, an amore dignus sit.* Non placet transcribere hic longum & doctissimum tractatum, quem eruditè satis texit magister meus eruditissimus Pineda, in suis doctissimis Commentariis in Ecclesiasten, ne suam genuinam intelligentiam deformare videar. Lege illum, & docebit te sensum certum & accuratum huius sententiæ. Solum dicam per sapientes intelligendos esse iustos, qui licet per exteriora opera videantur Deo placere, non tamen certo sciunt an in conspectu Dei odio vel amore digni sint, licet cum bene operantur sincera placendi Deo intentione, possint ipsi gratos esse suspicari. Ergo si nescit homo vtrum odio vel amore dignus habeatur, quomodo patietur se aliis laudibus extolli, antequam appareat ante tribunal Christi; & ibi denudentur opera ad recipiendum, vel præmium, vel supplicium: quare ait Sirach. *ante mortem ne laudes quemquam:* Vide supra cap. 1. vers. 13.

Eccles. 9 v. 1 *Non certo scit homo an odio dignus sit, an amore.* · Pineda.

198. Ratio ergo quare nemo ante diem mortis laudandus est, quia vt dixit Paulus 2. Timot. 2. vers. 5. *Nam & qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certauerit.* Corona gloriæ non datur nisi ei, qui legitime certat. *Quid est legitime* (inquit D. Chrysostom.) *non sufficit si quis in certamen tantummodo descendit, si solum vngatur, aut congrediatur tantum, nisi per omnia certaminis seruauerit legem, vt sobrius, grauis, constansque sit, omniaque prorsus obseruet, quæ certantibus congruunt, numquam profecto coronabitur:* Sed melius ad intentum D. Augustinus. *Nullus legitime certat nisi qui in campo vsque ad finem certat: & si certat vsque in finem, ideò merito coronatur: non est igitur magnum bonum inchoare quod bonum est, sed consummare, hoc solum perfectum est: multi enim aggrediuntur magna, sed deficiunt in via; multi exeunt in desertum, sed pauci perueniunt in terram promissionis.* Tandem D. Cyprianus de mortalitat. *Nisi præcesserit pugna, non potest esse victoria: cum fuerit in pugnæ congressione victoria, tunc datur vincentibus & corona.* Hi enim quia certant vsque in finem, & perueniunt vsque ad diem mortis, in quo accipiunt coronam decertantium, ingredientes cum pompa & triumpho in terram promissionis, digni sunt vt laudibus extollantur. Sicut enim athletæ, qui decertantium coronam accipiebant ab omnibus celebrabantur, tanquam digni omni commendatione: sic qui in hac vita decertantes perueniunt ad diem obitus, in quo accipiunt coronam gloriæ, digni sunt vt ab omnibus celebrentur; sed antequam huc perueniant, non sunt laudandi: quia incertum est dum viuunt, an præmio vel

Quare nemo ante diē mortis laudandus est. · 2. Tim. 2. v. 5. · D. Chrys. · D. August. · *Qui certat vsque in finem coronabitur.* · D. Cyprian. · *Qui perueniunt vsque in terram promissionis digni sunt laudibus extollantur.*

amore, an odio vel ſupplicio digni ſint. Sic D. Ambroſ. tom.4. de inſtitut. Virgin. cap.3. *Ideò laudatio eius non in exordio, ſed in fine eſt. Nemo enim niſi legitime certauerit coronabitur. Ideò tibi dicit: Ante mortem non laudes hominem quemquam. Qua ratione hoc dixerit ſuperius docuit dicens: Quia in fine hominis nudantur opera eius.*

D·Ambroſ.

Dionyſ. Dionyſius mouet difficultatem, cur Paulus laudat diſcipulos ſuos? Et reſpondet, eſſe duplex genus laudis, vna perfecta, alia imperfecta & mixta, & ſic laudantur iuſti, non laude perfecta, qua ſoli, qui iam deceſſerunt commendantur. Tandem Ianſenius explicat verbum μακαρίζε, & ſequitur verſionem originalem: *Ne dicas beatum aliquem, ne prædica beatum.* Nemo, inquit, merito ante mortem prædicandus eſt beatus: quia tunc tantum reuera homo ſit beatus, quando conſequitur bona, quæ verè beatum faciunt, & à quibus excidere non poteſt. Itaque idem eſt beatum prædicare, ac laudare; quia qui vehementer laudant, ſolent pronũtiare beatum ſiue fœlicem quem laudant; vt Geneſ.30. v.13. dixit Lia: *Beatam quippe me dicent mulieres*, id eſt, me laudabunt. Prouerb.31. v.28. *Beatiſsimam prædicauerunt.* Iſai.3. v.12. *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt.* D.Gregor. Nazianz. Orat. in laud. Gorgoniæ initio eleganter dixit: *Cumque nos ab exterorum laudibus celebrandis ea cauſa non deteneat, quod nequaquam nobis perſpecta & teſtata ſit illorum virtus: cur tandem nos impedire debeat amicitia, metuſq́ſubeundæ vulgi inuidiæ, quo minus eos etiam, quorum virtus nobis cognita & explorata eſt, laudibus afficiamus, ac præſertim extremo vitæ die perfunctos, & quorum gratiam aucupari nimis iam ſerum eſt: vtpote qui ſimul cum aliis omnibus rebus laudatores etiam, vituperatoreſq́ reliquerunt.* vnde conſtat debere vita functos laudari, cum iam periculum non ſit inuidiæ vulgi.

Ianſen. — *Qui vehementer laudant vocant fœlicem quē laudant.* — Gen. 30. v.13. — Prou. 31. v.28. — Iſai.3.v.12. — D.Nazian.

199. Ergo beatus non eſt prædicandus ante mortem. D.Ambroſ. explicans id Pſal.1. v.1. *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum,* &c. rogat quare non dixit eſſe beatum, qui ſtat, ſed qui ſtetit? reſpondet: *non ſtatim beatus, qui non eſt impius, aut peccator propter incerta exitus. Non enim otiosè ſcriptum eſt: Ante mortem non laudaueris aliquem. Ergo dum in hac vita quiſquam eſt, non poteſt definita prædicatione laudari, qui pati re adhuc poſſit errori. Ille autem, qui vitam ſine offenſione concluſerit, beati appellatione cenſetur, qui vtitur conſortio beatorum,* &c. Hinc eſt, quod qui viuos laudant decipiunt, quia magis eorum laudatio adulationem, quam veritatem ſonat, dicente Iſaia. 3. v.11. *Populus meus, qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt.* Sic D.Hieronym. tom.4. ſuper hunc locum agens de Scribis & Phariſæis, qui exactores, non magiſtri appellabantur: *Qui* (inquit) *propter munera, quæ excæcant oculos etiam ſapientium, non ſolùm peccatores in populo non corripiebant, ſed pro diuitiis atque compendiis efferebant laudibus, beatos vocantes, & columnas domus Dei: quæ ſolent adulatores dicere. Ille ergo eſt Doctor Eccleſiaſticus, qui lacrymas, non riſum mouet, qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit eſſe fœlicem, nec præuenit ſententiam iudicij ſui, dicente Scriptura ſancta: Ante mortem,* &c. Eadem verba repetit Hieron. ſuper id Hier.1. *Peccatum peccauit Ieruſalem,* &c. Tandem D.Ambroſ. in Natali. 8. Euſeb. ait: *Dicit ſermo diuinus: Ne laudaueris hominem in vita ſua, tanquam ſi diceret lauda poſt mortem, magnifica poſt conſummationem. Duplici tamen ex cauſa vtilius eſt homini memoria laudem da e, quam vita, vt illo potiſsimum tempore merita ſanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio mouet, nec laudatum tentat elatio. Lauda ergo poſt pericula, prædica ſecurum. Lauda nauigantis fœlicitatem, ſed cum peruenerit ad portum. Lauda ducis virtutem, ſed cum perductus eſt ad triumphum. Quis autem diues poſſit hic ſine trepidatione laudari, qui & de præterito meminit ſe habere quod doleat, & de futuro videt ſibi ſupereſſe quod timeat?* Vide Pinedam ſuper id Eccleſ.4. verſ.2. *& laudaui magis mortuos quam viuentes.*

Non eſt prædicandus homo beatus ante mortem — Pſal 1. v.1. — D.Ambroſ. — *Qui viuos laudant decipiunt, quia adulantur, &c.* — Iſai.3.v.11. — D.Hieron. — D.Ambroſ. *Homo non ante, ſed poſt mortem laudandus.* — Eccleſ 4. v.2.

Illuſtratio ſecunda.

200. ANte mortem, &c. Ergo cum præcipiatur neminem ante mortem commendari, non eſt cur contemnamus, quæ in prophanis litteris offeruntur, vt plenius hoc præceptum confirmetur & illuſtretur. Laudare defunctos vetus fuit conſuetudo, cœpitque apud Græcos iam inde à Pericle, qui teſte Thucydide, primus defunctos in bello Pelonoſiaco pro concione laudauit. Apud Romanos verò Valerius Publicola primus collegam ſuum Brutum, vt eſt apud Liuium commendauit. Vidit Volaterranum lib.31. Philologiæ. Roſinus lib.5. Antiquit. Roman. cap.39. agens de funeribus, poſtquam refert aliqua, quæ fiebant: nam Romani vbi animam ægrotus exhalare cœpiſſet, qui proximiores erant, ſi domi moriebatur, ſpiritum eius ore excipiebant, morienteſque oculos claudebant, rurſuſque in rogo patefaciebant, & poſtquam apparabantur ea, quæ ad funera requirebantur in templo Libitinæ, vt monerentur hoc ritu, (ait Plutarchus, in quæſt. Rom. cap.13.) caducum eſſe quod eſſet natum, cum eademque dea & ortui & interitui præſideret, ſubdit tandem Roſinus: Vbi ita ſeptem dies in ædibus cadauer ſeruatum fuiſſet, die octauo ne fraudarentur ſolemni honore ſupremi dies, & vt homines ad honeſtas exequias conuenirent euolabatur populus ad funus per præconem. Poſtquam populus conueniſſet lecto conſtrato purpura aut linteis ſplendentibus, & in eo defuncti corpore collocato, poſt vltimam conclamationem, tibicine præcedente, qui næniam funebrem, quæ laudes defuncti, & facta recenſebat, &c. Ecce quomodo non in vita, ſed in morte vſus irrepſit laudandi hominem: quia certum eſt eo ſolum tempore licere illum laudibus extollere. Sic Plutarchus in Solone: *Quæ vitam conſiderans* (inquit) *varietati fortunæ expoſitam, non ſinit nos præſentibus bonis animos tollere, neque vllius ſuſpicere fœlicitatem viciſſitudini temporis opportunam. Futurum enim offert vnicuique ex improuiſo varias conuerſiones. Cui verò fœlicitatem Deus exitu confirmauit, hunc beatum cenſemus. At viuentis adhuc & periculis expoſiti beatitudo ſicut in Agone certantis præconium & corona fluxa eſt & vana.*

Intentum probatur ex prophanis litteris. — Thucydides. — Liuius. — Roſinus. — *Mos recipiendi ore animam eius qui moriebatur.* — Plutarch. — Roſinus. — *Solo morte tempore licet hominem laudibus extolli.* — Plutarch.

Optime hoc confirmauit Euripides, nam Cræſis ait: [margin: Euripides.]

Tanquam beatus nemo laudetur prius
Quam luce careat: fors enim eſt mutabilis.

Jn Heraclidis:

Mortalibus omnibus clara enuntiat vt diſcant
Eum qui beatus videatur, non beatum iudicare prius.
Quam viderint mortuum.

Porro in tradibus, & in Andromacha:

Nemo beatus ante dici mortalium,
Quam videris defuncti vltimam diem:
Quo pacto ea cauſa migrauit ad inferos.

Diuinæ litteræ non attendunt ad hanc huius

ius vitæ breuis, caducę, variæ, quæ ad tempus eſt fœlicitatem; ſed ad eam, quæ vere talis, quia immutabilis, nec alium vere laudandum putant, niſi qui hanc fuerit conſecutus. conſequi pendet ab illo momento, à quo pendet æternitas. ſi moritur homo gratus Deo & acceptus, ille merito fœlix, merito laudandus, cuius opus finis coronat. & nos dicimus: *Al fin ſecanta lu gloria*, exitus acta probant. Ideò ait Strabus: *ſtultum eſt laudare pugnantem quaſi iam victorem*, quia neſcitur quem exitum aſſequetur. parta enim victoria merito laudibus extollendus. *quare ante mortem*, &c. Vide ſupra cap.1. num.96.

Qui veram aſſequitur fœlicitatem, hic laudandus eſt:

Illuſtratio tertia.

201. QVoniam in filijs ſuis agnoſcitur vir. Hoc hemiſtichium duplicem ſenſum accipere poteſt. primus eſt magis litteralis, quem ſequuntur Janſen. & Palac. ille inquit: Addit autē ſapiens cauſam cur ante mortem nemo tamquam beatus prædicandus ſit: quoniam inquit, in filijs ſuis, quos ſcilicet poſt ſe relinquit agnoſcitur vir, qualis ſcilicet fuerit vita eius, ſignificans eius probitatem, vt in plurimum colligi poſſe ex filijs, ſi eos bene à ſe inſtitutos, & Deum timentes relinquit. nam iuxta adagium: patrem ſequitur ſua proles. Sic etiam Palacius. Hæc explicatio poteſt illuſtrari ex eo Sap.4. v.6. *Ex iniquis enim ſomnis filij, qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua.* Vocat iniqua ſomnia illegitimum concubitum filij nati, *in interrogatione ſua*, idem eſt, ac in inquiſitione ipſorum, id eſt, cum quæſtio de ipſis habebitur, & vitæ actæ ratio repoſcetur, tunc filij nefarij producentur in teſtimonium prauitatis ſuorum parentum, nempe illegitimi cōcubitus, ex quo nati ſunt. vel improbæ vitæ, quam ſunt imitati: fructus enim mali indices ſunt arboris malæ. ſic econtrario filij probi teſtes ſunt probitatis parentum, quā imitati ſunt. Nam *bonus relinquit hæredes filios & nepotes*, Prouerb.13. v.22. & Solon ſuum Talum beatum non pronuntiaſſet, niſi reliquiſſet liberos & nepotes bene inſtitutos. Ideò Tobias laudatus fuit quia filium ſuum *ab infantia timere Deū docuit, & abſtinere ab omni peccato*; Tobiæ 1. v.10. Ex quo proceſſit etiam benedictio Abrahæ, Geneſ.18. v.18.19. *Et benedicendæ ſunt in illo omnes nationes terræ*, & reddit Deus rationem. *ſcio enim quod præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium & iuſtitiam.* ſolutionem præuenit futuræ inſtitutionis filiorum. & filij bene inſtituti indices ſunt bonitatis parentum.

In filijs cognoſcitur homo. — Ianſen. — Palacius. — Sap.4.v.6. — *Illegitimus concubitus vocatur ſomnus ex quo filij exprij naſcūtur.* — Prou 13. v.22. — *Tobias laudatus quia filium ſuum bene inſtituit* — Tob 1.v.10. — Gen.18. v.18.

Hæc ipſa benedictio eſt quam præcatur Dauid cum ait Pſal.127. v.3.6. *Vxor tua ſicut vitis abūdans in lateribus domus tuæ: filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. & videas filios filiorum tuorum pacem ſuper Iſraël.* idem eſt *ſicut vitis*, ac fructificans, fœcunda, vel bona, vtilis, ſuauis. Tibi dabit vxorem bonā vel fructuoſam, quæ tibi probos liberos procreet. Quod Dei eſt donum & bona pars bonorum filiorum eſt parentes habere probos: quia *ex fructibus eorum cognoſcetis eos*, Matt.7. v.16. Rurſus donum etiam Dei eſt habere liberos bonos & vtiles, alludit enim ad id Deut.23. v.4. *Benedicti filij vteri tui:* & ad id Iſa.65. verſ.23. *Electi mei non generabunt in conturbatione.* quod licet intelligatur de filijs ex legitimo matrimonio acceptis, nam exſpurij ſecum præ ſe ferunt maledictionem peccati? poteſt etiam extendi ad bonitatem filiorum propter bonitatem parentum, quibus concedit Deus benedictionem; vt videant filios & nepotes colentes Deum, & prædicantes bonitatem parentum, & eorum bonam inſtitutionem, *quoniam in filijs ſuis cognoſcitur vir.* Concludit tandem Palacius: fateor Joſiam fuiſſe ſanctum, & Ezechiam, quin & Abraham, Jſaac & Iacob, quibus tamen quidam filij peruerſi ſucceſſere. At ita fatendum eſt; nonnihil hos patrum ſuorum ſplendorem obſcuraſſe. ergo laudes parentes ſanctos, ſed ſi illis filij mali contingere, id laudibus frœnum erit. cur igitur nos Chriſtiani, Chriſti gloriam obſcurare contendimus? hæc Paulus. Hoc certum eſt, ſed ſententia vt in plurimum vera eſt. ſed vide Ariſtot. lib.1. ad Micomachum cap.12. qui contraria argumenta proponit.

Iucunditas filiorum benedictio Domini. — Pſal.127. v.3.6. — Matt.7 v.16 — *Donum Dei eſt habere liberos bonos & vtiles.* — Deut.23. v.4. — Iſa.65.v.23 — Palacius. — *Ex aliquibus parentibus bonis mali filij proceſſerunt.*

202 *Quoniam in filijs*, &c. Rabanus, & Lyra intelligunt per filios opera bona, quæ in die obitus vſque continuat. ſic Hugo, id eſt, in finalibus & perfectis operibus, quæ ex pura intentione generat. ſic etiam Dionyſ. qui addit habitus namque per actus ſuos cognoſcitur. cum ergo de ipſis operibus ſimus ambigui, an ex charitate procedant, & an homo in eis finaliter perſeuerabit, non eſt aliquis iam incaute ſimpliciterque laudandus, ſed potius ſecundum quid, & ſub hac conditione, dum modo ex charitate agit, & in ea perſiſtat. hæc Dionyſ. Itaque nihil aliud ita manifeſtat probitatem & improbitatem hominis, vt opera quæ poſt ſe relinquit: ſunt enim opera ſicut filij. nam ſicut filius procedit à parente, qui eum genuit: ſic etiam opus bonum vel malum procedit ab operante illud. & ſicut filius ſequitur patrem, ſic opus ſequitur operantem, & per illud cognoſcitur vir. Nam vt dixit Joannes, Apoc.14. v.13. *Opera enim illorum ſequuntur illos*, id eſt, eos comitantur. dixerat enim *Beati mortui, qui in Domino moriuntur: Amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant.* & quaſi rationem reddens, addit: *Opera enim illorum*, &c. ſignificat enim Joannes, ſeu ſpiritus in illo, opera bona eſſe quaſi famulos, ſeu quaſi filios, qui poſt mortem iuſtos tamquam ſuos Dominos vel parentes comitantur, & ſubſequuntur. Sed *ad quid ſequuntur?* (rogat D.Bernard. ſerm.2. omnium ſanctor.) *niſi vt laudent eos in portis.*

Rabanus. — Lyra. — Hugo. — Dionyſ. — *Per filios opera bona intelliguntur.* — Apoc.14. v.13. — *Opera bona comitantur defunctos.*

Sed obſerua appellari beatos ſolos mortuos, nec tamen omnes, ſed eos dumtaxat, *qui in Domino moriuntur.* neminem autem viuentem beatum ſimpliciter prædicari, quoniam dum quiſque viuit, quantumcumque perfectus ſit, peruerti poteſt. Quare *non laudes hominem quemquam*, hoc eſt, beatum ne prædica. vnde cum Solon reſpondiſſet quod ſuperius diximus, iterum rogatus à Cræſo, numquam alium beatiorem ſe crederet, nominauit duos Græcos fratres Cleotium ac Bolum iam vita functos. Cræſum vero eam ob cauſam ira percitum huiuſmodi reſponſione ſedauit: *Ego*, inquit, *te regem potentiſſimum in genere fateor, beatum autem nequaquam dixerim, antequam diem claudas.* Cuius ratio ea eſt, *quoniam in filijs ſuis agnoſcitur vir.* nam qualiſquiſque in vita fuerit ex filiorum inſtitutione colligi poteſt. & præcipue in operibus ſuis cognoſcitur, nam opera manifeſtant qualis fuerit homo, quia, vt Chriſtus Dominus dixit Matt.7, v.16. *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* ſicut enim arbores præcipue cognoſcuntur à fructibus, ſic homines cognoſcuntur ab operibus ſu s.

Qui in Domino moriuntur ſoli beati dicendi. — *Cræſus rex potens ſed non beatus.* — Matt 7. v.16

Digreßio de exequijs defunctorum.

203. *Quare homo post mortē laudandus.* SI præcepit Ecclesiasticus neminem debeti laudari ante mortem, sequitur laudandum esse post mortem, præsertim cum defuncti opera, quæ non solum oculis Dei, sed etiam oculis hominum manifestantur, digna sint celebratione illorum, qui post se relinquit, vt ea imitentur. Sic explicuit hunc locum D.Maximus hom.59. D Maxim. *Ne laudaueris hominem in vita sua: tamquam si diceret, lauda post vitam, magnifica post consummationem.* D.Nazianz. Quare D.Gregor.Nazianz.orat.in laudem Cęsarij, dixit: *Valeant libamina, primitiæ, coronæ ac recens decerpti flores, quibus hominibus vita functis parentant, patriæ consuetudini potius & stulto dolori, quam rationi seruientes. Meum munus est oratio, quam etiam fortasse posteritas exceptura est, numquam inter morientē, nec eum, qui hac vita migrarit prorsus abire sinentē; verum auribus animisque hominem, quem ornandum susceperit, semper conseruantem, eiusque qui desideratur imaginem expreßius quam in tabula proponentem. Atque hæc à nobis in tuam laudem dicta sint: quæ si parua & meritis tuis inferiora sint; at Deo tamen etiam ipsi acceptum est, quidquid fit pro viribus. Atque alia quidem persoluimus, alia vero daturi sumus; anniuersarios honores & commemorationes offerentes: ij quidem certe, qui superstites relinquentur.* D. Hieronym. tom.1. D.Hieron. epist.3, ad Heliod.epitaph.Nepotiani dixit: *Moris quondam fuit vt super cadauera parentum defunctorum in concione pro rostris laudes liberi dicerent, & instar lugubrium carminum ad fletus & gemitus audientium pectora concitarent.* Confirmat Sueton. in Julio Cesare, aiens: Sueton. *Quæstor Iuliam amitam vxoremque Corneliam defunctas laudauit, è more pro rostris.* & in Augusto: *Quadrimus patrem amisit duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit.* In Claudio de Druso: *Quem defunctum ita pro concione laudauerat vt Deos precatus sit, similes & Cæsares suos facerent, sibique tam honestum quoque exitum darent.* Fabius lib.12.cap.1. Fabius. *Augustus 12. natus annos auiam pro rostris laudauit.* Ergo si ante mortem nemo celebrandus, iustum est aliquando *Defunctos parentare iustum est.* post mortem parentare defunctos, qui ex hac vita pleni dierum, & decorati virtutibus discesserunt. vt alij visis eorum corporibus, & præmio eorum considerato, erigant animos ad bene viuendum, & præparent se pœnitentia, & virtutibus ad recipiendum mortis imperum, cum accedit ad sibi bellum inferendum, ex quo victi & prostrati euasuri sunt; Nemini enim aliquando concessum est semper viuere; sed sicut *statutum est hominibus semel mori.* Heb.9.v.27. Heb.9.v.27 sic nullus mortem effugere valuit, sed omnes eius potestati subigantur. Hanc veritatem confirmemus, vt manifestetur violentia mortis.

Quomodo exequiæ defunctorum celebrandæ sunt. Licet consilium exequias celebrandi, illud sit honorare defunctum, mortem eius plangere, & vitam eius virtutibus ornatam enuntiare, tandemque deducto velo, bona ipsius opera & virtutes detegere, vt omnibus bene viuendi exemplum proponatur. Tamen finis non minus præcipuus est, vitæ breuitatis & mortis accelerationis exemplum offerre hominibus, qui superstites sunt, vt ita viuere studeant, vt cum vitæ nostrę rota frangatur [sic vocat D, Jacobus cap. Iac 3.v.6. 3.v.6. vitam humanam, *rotam natiuitatis nostræ.*] non disperdantur; sed licet rota corporis disrumpatur, spiritus redeat ad conditorem suum. Sic Salomon hac similitudine hominem prouocat ad recordationem Dei. *Memento*, inquit, *creatoris tui antequam confringatur rota super cisternam.* Eccles.12.v.6. Eccles.12.v.6. vnde inferimus vitam nostrā similem esse trochleæ vulgo *carrillo*, qua aqua ex puteo vel cisterna hauritur: sicut enim trochlea numquam in eodem loco consistit, sed *Vita nostra similis trochleæ qua aqua ex puteo hauritur.* veluti rota circumuoluitur: sic vita nostra, quæ (inquit) D.Bernard. de nimia fallacia præsentis vitæ: D.Bernard. *mutat faciem, modo enim se esse breuem causatur, modo simulat longiorem, cum peccare delectat, adhuc gemit altius pro breuitate sua.* Quod confirmat D. D.Ambros. Ambros. in Ps.43. aiens, nullā inueniri posse stabilitatem & securitatem in hac vitæ nostræ trochlea. & D. Basil. hanc ipsam inculcat veritatē, D.Basil. cum inquit: *Talis est vita, quæ nec delectabilia, nec rursus acerba, & tristia diu retinet. Hodie terram coluisti, cras alter colet, & post eum alius, vides agros hos, & domos sumptuosas, quot nomina iam vnumquodque horum permutauit.* Hinc est quod cum vita hominis rotæ aut trochleæ haud dissimilis sit, num- *Vita nostra numquam in eodem statu persistit.* quam in eodem loco & statu persistat; iam capiat lætitiam, iam tristitia premitur; nunc homo diues est, & statim in egestatem deuenit: hodie omni honore decoratur, & in sublime erigitur, & mane in profundum dedecoris & infamiæ defectus ignominia affectus iacet. In cuius confirmationem Lyra, & alij recentiores explicant Lyra. profectum Christi in Bethaniam ad Lazarum è morte suscitandum. Accedunt discipuli ad Jesum & dicunt ei: *Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* Joan.11.v.8. *Respondit Jesus. Nonne duodecim sunt horæ diei?* q. d. vos igno- Ioan.11. v.8. ratis vitam humanam plenam vicissitudinibus esse. Sicut dies duodecim horis constat, sic homo tot & pluribus vicissitudinibus agitatur, qui numquam eamdem sequitur voluntatem; quod *Vita humana plena vicissitudinibus.* nunc percupit & ambit, statim ipse fastidit, & quod nunc appetit, paulo post fert permoleste. Quod idem accidit populo Jsraëlitico, de quo aiebat Dauid, Psal.77.v.18. *Et tentauerunt Deum* Psal.77. v.18. *in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis: & male locuti sunt de Deo: dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto*, &c. & cum Deus mitteret eis manna; *pluit illis manna ad manducandum.* Ita satiati sunt & stomachati, vt auderent dicere. Num.11.v.5. *Anima nostra iam nauseat super cibo isto* Num.11. v.5. *leuißimo.* Quibus Deus indignatus graui supplicio vindicauit eorum ingratitudinem. Et locum in quo de eis vindictam sumpsit, *sepulchra concupiscentiæ* vocari præcepit, Num.11.v.34. Conuenientissimum duxit eos de medio tollere, vt Num.11. v.34. concupiscentijs suis finem imponerent, numquam enim concupiscere cessarent, si non essent trochleæ similes, &c.

204. Ergo cum humana vita his vicissitudinibus & mutationibus agitetur, necessarium est in medium adducere vitæ breuitatem, & imminentis *Vita breuis & mors certa.* mortis certitudinem, vt homines ita viuant, vt semper præ oculis habeant momentum illud mortis, à quo pendet ęternitas, vel pœnę, vel gloriæ. Præcipue cum verum sit quod Salomon dixit Eccles.8.v.8. Eccles.8. v.8. *Non est in hominis potestate prohibere spiritum: nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello.* q. d. Non est in potestate hominis animam intra corpus retinere, cū *Non est in potestate hominis retinere vitam cum mors appropinquat.* iam horam mortis appropinquare cognoscit, vt ea retentione producat vitam, quæ breuis & fluxa est, nec habet potestatem ad mortem vitandam, cum in ea hora nec rex, nec pauper eam possint effugere: nec tandem homo sinitur quiescere,

quiescere, sed interturbatur, cum experitur mortem appropinquare, vt sibi bellum inferat. Sed vt hæc veritas à sapiente exhibita, melius pateat, expendamus quid nomine *spiritus* intelligatur. Omitto D.Hieronym. intelligentiam de D. Hieron. diuino spiritu, cuius consilia & effectus nemo potest impedire, & repeto expositionē D. Gregorij Thaumaturgi, qui explicat de Angelo, qui Thaumat. in mortis articulo assistit. *Nemo*, inquit, *tantis viribus futurus est, vt Angelum animam ipsius extorquentem arcere, ac prohibere poßit*, id est, nullus ita validus & fortis est, qui possit Angelum animam retorquentem compescere, &c. D.Chrysost. D.Ephræm. & D. Basilius per hunc Angelum dæ- D.Chrysost. D.Ephrem. D.Basil. monem intelligunt, qui voluntatem Dei in puniendis peccatoribus exequi & perficere solet. Jpse enim animam abripit præsciti peccatoris euellens eam ex corpore, vt in profundum barathrum præcipitet. Ait ergo sapiens, quis gigantea virtute & fortitudine pręstans est; qui Angelum animam ipsius extorquentem cohibere possit.

Ventum nemo refrænare potest suis manibus. Alij per *spiritum* ventum intelligunt. q.d. Nullus ventum vehementer aspirantem refrænare potest suis manibus, quia solius Dei est, illum cohibere, &c. alij explicant de spiritu furoris & indignationis, qui animum alicuius Principis Isa.25. v.4. agitare solet, iuxta id Jsa.25. v.4. *Spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietem.* q. d. Salomon. Tam vehemens est furor mortis, cum in hominem irruit & irrumpit, vt nemo possit indignationem eius cæptam impedire & cohibere; cum ita valida sit mors, vt potentiorem, & fortiorem soleat in terram prouoluere, & prosternere, illos vitam eripiendo, qui plus eius furorem & indignationem conantur retinendo impedire.

Anima vel vita spiritus nominatur. Tandem communior nominis *spiritus* est significatio, quam noster Pineda, & alij afferunt, scilicet, per hoc nomen vitam vel animam denotari, quæ frequenter vocatur spiritus: vt cum Iob 10.v.12 Pineda. Job cap.10.v.12. dixit: *Visitatio sua custodiuit spiritum meum.* q.d. Tua prouidentia, Domine, pręsentia, diligentia, & sollicitudo conseruauit me, tamquam pastor vigilans animum meum custodisti ne periret. Ait igitur Salomon. *Non est in hominis potestate prohibere spiritum.* Cum enim homo appropinquat ad mortem, vt spiritum suo conditori reddat, etiam si conatur retrocedere, & animam cohibere ne egrediatur, non habet iam potestatem, quia hæc potestas soli Deo reseruata est, vertit Chald. *Non est vir, qui imperet spiritui animæ, vt prohibeat animam vitalem, ne exeat à spiritu* *Nullus est qui possit egressum animæ à corpore prohibere.* *hominis.* Nullus est qui imperare possit animæ, & prohibeat egressum à corpore, cum hora mortis appropinquauit. Verbum *prohibere*, idem est, ac claudere; anima enim quasi clausa in corpore est, vnde dicitur carcer, qui in se sontes claudit ne foras exeant. Quod etiam dicitur de corpore, quod quasi carcer est, vbi anima clauditur, & *Corpus quasi carcer est.* quasi vinculis ligata iacet, ex quo carcere egredi non potest, nisi custos carceris, id est, Dominus Deus patefaciat ostium, & soluat vincula, vt anima liberetur à carcere. Hoc est quod Apostolus Rom.7. v.24. desiderabat, cum aiebat Rom.7.v.24. *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* vocat Paulus *corpus mortis*, corpus ipsum, in quo quasi D. Anselm. in carcere anima includitur, vt explicuit D. Anselmus: *De hoc corpore corruptibili, in quo mors est.* Dum viuimus in nostro corpore mortem portamus, quæ semper nobis terrorem inijcit. *Hæc est vox militis pugnantis, & gementis in labore certaminis.* Intra nos enim mors & vita quasi in stadio *Intra nos mors & vita colluctantur.* se exercent, & colluctantur; anima autem in stadio corporis semper opprimitur; quare gemit, & liberari postulat, ideoque ait; quis liberabit me ex hoc continuo certamine, quod in corpore meo, quasi in stadio mors cum vita instituit? vel quis hæc vincula, quibus alligatus iaceo tandem disrumpet? Itaque ait Salomon iuxta hanc nominis *spiritus* significationem. Quis erit ita potens, vt potestatem habeat ad retinendum in corpore tamquam in carcere animam ne exeat, cum custos carceris ostium patefacit, ad egrediendum, & se liberandum à carcere.

205. *Quid sit prohibere spiritum.* Vt autem plenius hæc confirmemus perpendenda est præcedens loci explicatio hac consideratione, Ea est, quia non est in hominis potestate prohibere spiritum; vnde est; vt cum mors appropinquat, nunc Dei voluntati parere studet, & à Deo dissolutionem corporis & animæ postulat: nunc obsecrat tempus prorogari; vt lucis vsura perfrui possit. Pende Regis Dauid, fastidium, cum viuendi satietate affectus, postulabat dissolutionem corporis, vt posset mentis oculis Deum clare intueri; quare clamabat ad Dominum ex intimis cordis visceribus, inquiens, Psal.41.v.3. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Psal.41 v.3 quando ille fortunatus dies mihi sorte obtinget, in quo liceat mihi è carcere corporis liberari, & peruenire ad conspectum diuinæ maiestatis; vt ipsius gloria perpetuo fruar? ex quo didicit Paulus Phil.1. v.23. *Desiderium habens dissolui & esse cum Christo*, quod ponderans D. Phil.1. v.23 *Mors optari potest ad videndum Deum.* Gregor. Nazianz. orat. in laudem Cæsarij, *Qui etiam*, inquit, *discessum à corpore præsentiam esse cum Deo affirmat: vitam autem corpoream, vt peregrinationem deplorat; atque ideo quam primum dißolui cupit.* Vix illi hæc facultas exeundi concessa est cum iam postulat temporis prorogationem, dicens. Psal.38. v.14. *Remitte mihi vt refrigerer priusquam* Psal.38. v.14. *abeam.* expecta Domine, ne tam cito mihi concedatur facultas abeundi, id est, è corporis carcere liberandi, desine me prius refrigerare, id est, leuamentum sumere, antequam è vita discedā, noli iam vti facultate quam mihi concessisti, ad aliud tempus illam reserua, & dum animum recupero, refrigerabor. *priusquam abeam*, id est, antequam mortis acerbitati succumbam.

Iob sæpe mortem optabat & iterum à moriendo abhorrebat. Simili affectuum varietate sanctus Iob agitabatur, nam sæpe sæpius mortem præoptabat, & iterum à moriendo abhorrebat, cum tot animi interclusionibus & angustijs angebatur. aiebatque, *Quare misero data est lux?* Job 3.v.20. Nos dicimus. *Para que viue en el mundo, vn hombre desdichado?* Vt quid homo infelix viuere necesse est? *Tædet animam meam vitæ meæ*, Iob 10.v.1. Hanc vi- Iob 10. v.1. tam angustijs refertam moleste fero. Naturam enim iam expleui satietate viuendi, & cupio vitæ cursum cōficere, quia in vita maneo perinnitus. Cum autem ipse in memoriam adduceret vitæ breuitatem, dicebat: *Numquid paucitas dierum meorum finietur breui?* cap.10. v.20. ergo cum Iob 10.v.20 certo sciret iam mortem impendere, proroga- *Iob postulat prorogationē vitæ.* tionem postulat, inquiens: *Dimitte me ergo vt plangam paululum dolorem meum*, q.d. itane? dies mei finientur breui? dimitte ergo, & locum pœnitentiæ mihi præbe, vt plangam paululum dolorem, quo vehementius opprimor. Quare, ó Iob, te suppœnitet, ita mortem præoptasse, & nunc iterum

iterum dilationem postulas ad plangendum? quia mors ipsa acerbitatem & amaritudinē moribundo affert; si iustus timore percutitur, quo timore peccator opprimitur? cum quis mortem prospicit, illam non metuit, sed cum instare præsentit horrore concutitur.

Christus Dominus cum mortem instare præsensit mori desiderabat. Luc.22.v.15

206 Confirmat hanc doctrinam exemplũ Christi Domini, qui his animi cruciatibus agitabatur, ipse enim optans iam mortem appropinquare vt redemptionem finem imponeret aiebat Luc. 22.v.15. *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Quia hæc cœna vltima erat ante mortem suam; & cum ante hoc tempus hoc moriendi desiderium manifestaret, Luc.12.v.50. dicebat. *Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor vsque dum perficiatur.* seipsum in balneo sanguinis sui optabat lauari, & angustabatur, & arctabatur, vsque dum promissam redemptionem morte sua præstaret, cor enim ardentissimo amore flagrabat, & fontem sanguinis quærebat, in quo refrigeraretur, & ideò mortem appropinquare desiderabat. Tempus tandem aduenit mortis suæ, & propinatum calicem illum bibere recusabat, *Et cœpit* (vt D. Marcus cap.14.v.33.) *pauere, & tædere, & ait illis. Tristis est anima mea vsque ad mortem.* & *orat* Patrem, *vt si fieri posset transiret ab eo hora, & dixit: Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt transfer calicem hunc à me.* Ecce quomodo antequam mortem obiret solum calicem propinatum, id est, mortis impendentis periculum reformidauit. nondum calicis fundum biberat, sed solum mortis imaginationem propositam prospexerat, & mortem fugere conatur. Habet enim mors tam horribilem aspectum, vt non solum peccatoribus terrorem inferat, sed etiam iustos perterrefacit. Et cum homo considerat futurum iudicium in quo rationem redditurus est, timore percussus horret, quia nemo se ita iustificatum gloriari potest, vt pœnam futuram non subterfugiat. Quod non mirandum, cum strenui milites soleant mutare vultum cum certamen & prælium instare præsentiunt. Quare peccator, qui iam prælium mortis impendere præcognoscit, in quo ad manus deueniendum cogitur, timet in manus Dei viuentis incidere, nam vt Apostolus dixit Heb.10. v.31. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Hic enim debet clamare cum Job: *Dimitte me ergo vt plangam paululum dolorem meum.* Vti homo, qui deliquit, & in manus iudicis incidit, solet muneribus illum corrumpere, ad effugiendum manus eius: & qui fide concidit volens debitores solutione fraudare, debiti dilationem postulat, vt seruus ille, qui decem millia talenta debebat, *Cum autem non haberet vnde redderet* (dicitur Matt.18.v.25.) *iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille orabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Quod verbum *dimittere* eamdem habet significationem, cum alio Iob. *dimitte me.* Qui ergo tot Dei beneficiorum debitor est, & angustijs oppressus iacet, vult spiritum ducere & cordis sui mitigare dolorem, & qui debitor est scelerum, quæ aduersus Deum commisit, cauet sibi à periculo incidendi in manus ministrorum Dei; hi sunt, morbi & dolores mortis, qui quasi lictores cōprehendunt peccatorem vt illum vocent in iudicium. Tunc enim rogat iudicem, vt in se patientiam habeat ad reddendum debitum, & ait: *Dimitte me.* sed sæpe non ceditur illi locus pœnitentiæ, quia vt dixit Salomon: *Non habet potestatem in die mortis.*

Luc.12. v.50.

Quare Christus calicem mortis recusauit bibere. Marc.14. v.33.

Mors horribilis aspectu terrorem incutit.

Peccator timet incidere in manus Dei viuentis Heb.10.v.31

Matt.18. v.25.

Qui scelerū debitor est cauet sibi à periculo incidendi in manus ministrorum Dei.

Rursus ait Salomon: *Nec habet potestatem in die mortis.* Nemo est, qui in die mortis imperium habeat vnusquisque subijcitur, vt obediat, in illa hora non valet velle & non velle, sed omnes dedunt se & cedunt. Hæc secunda sententiæ pars primæ declaratio est. q. d. in illo nouissimo die nullus potestatem habet licet præstet viribus & potentia ad redimendum se ab iniuria mortis. Chaldeus sic explicat: *Non est imperator in die mortis, vt eripiat quisquam socium suum*, id est, nec rex nec imperator est, qui habeat potestatem in die mortis, vt vnusquisque socium suum è manibus eius possit eruere. Videas enim hominem, qui mortis ictui subiectus iacet & eius rigori obnoxius, & quasi obrutus in mortis faucibus, qui iam videtur, vltimum efflare spiritum, præparatus ad mortem. Et licet conetur amicus illum à periculo extrahere, non potest. sic S. Ephræm. agens de morte: *Patiuntur*, ait, *quæ numquam alias passi sunt, quærentes, qui eos redimat; & nemo est qui liberet.* Nec parentes, nec fratres potestatem habent ad eum redimendum à morte, sed ipse cogitur eius incursibus succumbere. Mors enim terribilis est, & inexorabilis, omnibus terrorem incutit, & perterrefacit, & ita potens est, vt nulli subijciatur, nullisque precibus commouetur; nec misericordia afficitur; sed rigidis cruribus ac interrito vultu omnes mortales aggreditur, quare homo *non habet potestatem in die mortis.*

Nemo est qui in die mortis imperium habeat.

D. Ephræm. *Nemo ... ab alijs à morte liberari.*

D. Hieronymus, nec non Hebræi, hanc potestatē referunt de eo, qui appropinquat ad mortem, qui, ait; *Nec reges potuerunt obuias morti ferre manus*, id est, nec reges possunt è manibus mortis effugere. q. d. inter reges, & populares nullum discrimen est, quia æqualiter reges morti subijciuntur ac populares. Vnde Rex Salomon hanc singularem subijcit consideratione̅. Cum Sacra pagina Regem Dauid toties honore affecisset eum regis pronomine honorando, quem honorem detulit in genealogia Christi Domini, eum bis regem vocando, cum nulli alteri ex ascendentibus & descendentibus regibus detulisset hunc honorem, quia coram summo rege Christo nullus debet rex appellari. Adhuc cum refert scriptura mortem eius non vocat eum regem, sed proprio nomine vocat, cum ait 3.Reg. 2.v.1. *Appropinquauerunt dies Dauid vt moreretur*, & statim: *dormiuit Dauid cum patribus suis.* Ergo si Dauid regis munere fungebatur, quid nouum esset titulo regis in morte eum decorare, cum in vita eo honore ipsa sacra Scriptura affecerit? Non vocat Dauid regem, quia licet posset in morte hoc titulo eum honestare, sed vt ostenderetur, & omnibus notum fieret, æqualem ac cæteris mortalibus sortem ei obtigisse, & neminem in illa hora potestatem habere, ideò cum è vita Dauid discedit, eum titulo regis non appellat, sed de proprio nomine mentionem facit. Et forte cum Scriptura sacra titulo regis Christum honorat in morte, voluit omnibus notum facere, ipsum solum mortis potestatem habere, & si morti subijciebatur, non inuitum, sed spōtaneum traditum fuisse; iuxta id Isa.53. vers.7. *Oblatus est quia ipse voluit.* Nominetur ergo Christus rex, & titulus in loco collocetur, vbi ab omnibus legatur: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.* Ioan. 19.v.19. Vt cum latrones, qui eum blasphemabant

207. *Reges non possunt obuias morti ferre manus.* D. Hieron.

Dauidem in morte non vocat Scriptura regem 3.Reg.2.v.1.

Solus Christus in morte est appellatus rex, quia solus mortis potestate habuit. Isa.53.v.7.

Ioa.19.v.19

bant in cruce insultantes dicerent: *Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos.* Luc.23.v.39. & cum milites, qui ei fel & acetum propinabant dicerent; *Si tu ex Rex Iudæorum, saluum te fac*, v.37. eis responderi posset, solum Christum in morte regem esse, & eo quod regiam habeat potestatem, seipsum & alios liberare poterat. Sed quia mortem obibat inductus & quasi adactus amore, vt humani generis redemptionem perficeret & non coactus necessitate, ideò non se liberat & saluat, sed potius libentissimo animo morti traditur. & licet moriens infirmitatem ostendit, Deitatis potestatem simulans; at titulo regis ornatus manifestat se in vita & in morte hoc regio honore decoratum existere, ne de ipso dicitur quod de rege Dauid, & cæteris mortalibus dicitur. *Nec habet potestatem in die mortis.* Cum eamdem potestatem habeat in morte ac in vita habuit, quia semper est, *rex regum, & Dominus dominantium*, Apoc.17.v.14.

Luc.23. v.39.

Mortē Christus obibat adactus amore.

Apoc.17. v.14.

208 Thaumaturgus explicat hanc potestatem, nō tam de virtute & potestate ad effugiendā mortem, quam de industria & solertia ad se liberandum. *Nec ars*, inquit, *omnino vlla, & astutia inuenietur, quæ mortis tempus repellat, ac velut exceptione submoueat.* Cum homo nobilis & diues in morbum incidit, absque mora nobilissimi, atque optimi medici quæruntur & aduocantur, vt illi medeātur conuenientia medicamenta adhibentes. pecuniæ non parcitur, vt medicinæ pretiosiores inueniantur, aurum potabile, hyacinthorum confectio, pictimæ cordiales, aliaq; similia medicamenta adducuntur; vt salutem consequatur. Videas autem hæc omnia nihil ei profuisse, quia tempus mortis à Deo constitutum appropinquauit. Hoc enim contigit regi Assa, qui cum in grauem morbum incidisset, diuina remedia neglexit; *Sed magis in medicorum arte confisus est.* 2.Paralip.16.v.12. Quare cum multa medicamenta optimi medici adhibuissent, salutem & vitam tandem perdidit; *Sed dormiuit cum patribus suis, & mortuus est.* Idem refert scriptura de Ezechia Rege. 4. Reg.1. cui Elias Propheta mortem prænuntiauit. Quare ergo his omnibus adhibita medicamenta nihil profuerunt? nisi quia, vt dixit Thaumat. *Nec ars omnino vlla & astutia inuenitur, quæ mortis tempus repellat.* Vnde inferre debemus quærenda prius remedia à Domino, vt postea medicamenta adhibeantur ad salutem. Ægrotauit rex Ezechias, & vocauit Isaiam, vt orationibus & præcibus à Domino salutem impetraret 4.Reg.20.v.1.& Isai.38.v.1.& vt ostenderet Propheta non contemnendam medicinam corporalem; *dixit Isaias* [vers.7. 4.Reg.20.] *afferte massam ficorum, quam cum attulissent, & posuissent super vlcus eius, curatus est.* Vt autem doceret, prius Deum orandum esse, adhibuit medicamentum contrarium ægritudini Ezechiæ, vt affirmat Lyra, & cum viderent bonum effectū præstitisse, Dei virtutem magnificarent. Ex quo optime infertur, quod asserit Salomon. *Nec habet potestatem* homo *in die mortis*, vt ab ea liberetur.

Thaumat. *Nulla ars inuenitur ad effugiendam mortem.*

2.Paral.16. v.12.

Quærenda prius remedia Domini, & medicamenta postea adhibentur ad salutem.

Isa.38 v.1. 4.Reg.20. v.7.

Lyra.

Tandem Olympiodorus explicans hanc partem sententiæ. exponit de irritis precibus hominis eum mortem instare præsentit, postulans vitæ prorogationem. *Nequaquam poterit*, inquit, *eiusmodi preces effundere: Mitte me Domine in vitam vt pœnitentiam subeam peccatorum, & da mihi vt pœnitentiæ causa, modicum quid adhuc viuam.* Hæc petitio aut est hominis iusti, qui vitam à Deo prorogari postulat, vt ei seruiat, & pœnitentiam augeat, vel hominis impij, qui necessitate compulsus, & impendentis periculi causa adactus, eamdem temporis prorogationem postulat, vt ab eo liberetur. Huic namque aliquando hæc dilatio temporis conceditur, aliquando negatur, vt impœnitens discedat & condemnetur, de primo offertur exemplum sanctissimi Job, qui cum mortis iam appropinquantis tempus expectaret, & sepulchro proximus inueniretur, aiebat: *Numquid paucitas dierum meorum finietur breui?* q.d. Certo scio, Domine, vitam meam breuissime finiendam esse, & non multū duraturam; adhuc vellem longiori tempore illam protrahere, vt possim lacrymis peccata redimere. *Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar*, &c. Iob 10. v.20.21. prorogationem temporis postulabat Job, vt posset pœnas voluntarias pro sceleribus subire, & corporis cruciatu, & castigatione animi sordes suas eluere & lacrymis maculas delere, quia cum dolor internus est, ita cor excruciat, vt efficiat sanguinem in lacrymas conuersum effundere, & conatur animo dolorem abstergere & spiritum dilatare. sic dixit D. Gregor. Nyssen. orat. de Placilla: *è cordis vulneribus lacrymæ tamquam sanguis profluunt.* vt cum corpori vulnus infligitur sanguis effunditur, qui cordis dolorem manifestat; sic animi vulnus sanguinem in lacrymas conuersum foras emittit, vt patefaciat & ostendat cordis dolorem. Et cum ipse Deus in cor hominis amoris sagittas conijcit, nam, vt dixit D. August. *Nouit Dominus sagittare ad amorem.* quia sagittipotens est, ita sauciat animum, vt ipse sauciatus amore patefaciat dolorem, quo cruciatur in corde; quia Deum offenderat. Et si ostium cordi pateret, omnes inuenirent madefactum, & ablutum cruore. Sed, quia oculi cordis indices sunt, in profluuio lacrymarum, indicant quo dolore opprimitur & cruciatur cor amore Christi sauciatum. Ideoque ait Job. *Dimitte me vt plangam.*

Olympiod. *Preces hominis ad prorogationē vitæ irritæ sunt, cum iā mortem instare præsentit.*

Iob 10.v.20

Iob postulat prorogationem vitæ ad plangendum, &c.

D. Gregor. Nyssen. *Lacrymæ sunt tamquam sanguis è corde profluens.*

D. August.

209 Peccator autem, qui in summa prauitate perstat, omnium consilia repudians suæ obstinatione sententiæ, cum mortem iam instare præsentit, lacrymari non desinit dilationem temporis postulans ad agendam pœnitentiam. Tunc enim vota facit vt liberetur. Sed cum Deus annuit votis eius, & remittit pœnam, obliuiscitur votorum, quibus se adstrinxerat, & iterum laxat habenas in peccata sua. Hic nauigantibus haud dissimilis est, qui cum ventorum turbine & tempestate agitantur, fracta iam nauis arbore; velis disruptis, naui pene lacerata, fundum nauis nautis exhaurientibus, abdunt se in nauis angulo, & vota faciunt, vnusquisque prout libet; hic argenteam lampadem promittit; ille se voti religione obstringit, nullus diuitias æstimat, sed omnes, etiam scelerati Deum inuocare non cessant. Sed cum serenam cæli faciem consequuntur, & à periculo mortis liberantur, & terram tenent, votorum, & sponsionum non recordantur. Hic mundus mare est mille periculis expositum, æstusque est marinus, vbi homines iactātur, & sæpe immerguntur; vnusquisque in fragili ligno corporis hoc æquor sulcat, in quo imbres tribulationum, nimbi miseriarum, procellæ persecutionum, turbines ægritudinum inueniuntur. Quis est qui tempestatem non patiatur? quis

Peccator cum mortem instare præsentit vitæ etiam prorogationem postulat.

Peccatores similes nauigantibus.

quis est, qui non affecta valetudine viuat? quis ægritudine & aduersa fortuna liberatur? quis tandem securitate & prosperitate semper fruatur? q.d. nemo non his aduersis effectibus obnoxius viuit. Appropinquat impius ad mortem, & cum inuenit se morti proximum, vota facit, postulans à Deo, vt ab illo imminenti periculo liberet eum, & tempus producat ad agendam pœnitentiam, & lacrymis delenda peccata. Accidit, vt Deus sua vtens misericordia pœnitentiæ concedat locum, & cum saluti restituitur, votorum obliuiscitur, & ad vomitum reuertitur. At iterum periculo mortis expositus prorogationem vitæ postulat; *Dimitte ergo me, vt plangam*, &c. Sed non conceditur, quare Deus in illum animaduertit, reijciens à se, vt in æternum baratrum præcipitetur. De hoc dixit Olympiodorus: *Nequaquam poterit eiusmodi preces effundere: Mitte me Domine.*

210. Tandem ait Salomon: *Nec finitur quiescere ingruente bello*, id est, cum mors accedit, quæ homini infert bellum non finit eum quiescere. Inter varia genera aduersariorum, quibus humana vita opprimitur, primus, & præcipuus aduersarius mors est, quæ præparatur ad ineundum cũ homine certamen, & ita viribus, & fortitudine præstat, vt nullus inueniatur, qui è manibus suis effugere possit, & vnusquisque licet validus & robustus sit, victus & prostratus euadat, nos diceremus: *Sale delapendencia con las manos en la cabeça.* Sic dixit D. Jsidorus, *Non est spes vlla labendi ex illo prælio, quod nobis cum morte ineundum est.* quia mors immanis tyrannus est, qui absque pietate & clementia aggreditur, & homines prosternit atque obterit pedibus suis, Reges & principes negligit, aurum, & argentum nihili ducit, & cũ *pecuniæ obediunt omnia.* Vt dixit Sapiens Eccles. 10. v. 19. Inualidę sunt ad superandam & subijciendam mortem, nam nec donis vincitur, nec pecunijs corrumpitur. Ita mors inuadit, vt si homo è manibus suis effugere possit, omnes diuitias impenderet ad recuperandam vitam. Sed fieri nullo modo potest, quia omnino inexorabilis est, sicque delectatur in eripienda vita, vt deposita regia auctoritate ipsa pedibus suis sepulturam calcat, vt vespillo, qui cadauera in sepultura calcare solet, pessumdat præcipue cadauera impiorum. Forte hoc innuit Job cap. 18. v. 14. cum ait. *Et calcet super eum quasi rex interitus.* q.d. Adueniat mors & calcet peccatorem in terra recondendo illum. Ergo cum ipsa mors appropinquat, non finit hominem quiescere; quia nullus est, qui audeat inire cum ea certamen, nã ingruente certamine conatur terga vertere, sed cogitur dimicare cum illa, & semper ab ea prosternitur & occiditur, &c.

Vita humana multis aduersarijs opprimitur.

D. Isidor.

Eccles. 10. v. 19. *Mors non corrumpitur muneribus nec vincitur pecunijs.*

Iob 18. v. 14. *Mors calcat peccatorem.*

Ex his omnibus infertur oportere hominem vitam suam virtutibus decorare, vt bellum mortis non timeat: cum enim quis bene viuit, iuxta voluntatem Domini, non veretur ad vitæ exitum peruenire; quia bello ingruente mortis summa fruitur tranquillitate, & animum erigit, & confirmat resurrectionis spe, sperat enim breui fruiturum visione Dei. Hinc enim sancti monent non lugere mortuum multo tempore, cum ex præmissis vitæ, quam virtutibus decorauit, inferatur fœlicitas, quæ ipsi forte obtigit in cælo. Quare dixit vetustissimus Tertullian. lib. de patient. cap. 9. *Cum constat de resurrectione mortuorum, vacat dolor mortis, vacat & impatientia doloris. Cur enim doleas si perijsse non credis? cur impatienter feras subductum interim, quem credis reuersurum? Profectio est quam putas mortem. Non est lugendus qui antecedit, sed plane desiderandus.* Pende id, *profectio est*, vocat Tertull. mortem profectionem, quia qui discedit de vita in patriam cælestem proficiscitur. Sic etiam eam vocauit D. Cyprian. serm. 5. de Mortalit. *Non sunt*, inquit, *lugendi fratres nostri de sæculo liberati, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti: vt proficiscentes desiderari eos debere, non plangi.* Videas ergo hominem, qui in aliquam ciuitatem longe distantem à sua proficiscitur, quam prouidum se exhibet, multa congerit, & in suis mãticis recondit, & deseruat, ne egeat necessarijs in itinere, sed pecunijs & alimentis abundans fœliciter iter conficiat. Sic qui discedit è viuis, vt proficiscatur ad cælum, debet multa prouidere, ne deficiat in via. Hæc sunt bona opera, confessiones scilicet, & communiones, eleemosynæ, & pœnitentiæ. Ista enim secum deferre oportet, vt mortis iter fœlici cursu conficiat. Qui sic se præparauit ingenti lætitia perfunditur, omnia enim prospere sibi succedent. Quæ maior fœlicitas & prosperitas quam optime gerere negocia sua in discussione iudicij, in quo anteactę vitæ rationem redditurus est. Nihil enim iucundius quam rationem summam conficere, & ipsum iudicem debitorem constituere, bonorum operum quæ Deus in cælo remuneraturus est. Qui enim subductis rationibus inuenit æqualem fuisse solutionem debitis, nihil aliud sperat quam schedulam, qua fatetur creditor pecuniã sibi solutam esse. Sed qui ita liberali manu pecunias obtulit, vt solutio debitum superet, hic subductis rationibus debitorem reddit creditorem. & non solum schedulam accipit, qua creditor fateatur debitum persolutum esse, sed ipse creditor efficitur, vt possit ab alio pecunias superfluentes exigere. Hæc est ergo fœlicitas iusti, qui cum iter vitæ prospere conficit, ad reddendam iudici Deo anteactæ vitæ rationem, inuenit se non solum debita peccatorum persoluisse per pœnitentiam, sed per bona opera & virtutes superasse peccatorum debita: ita vt subductis rationibus non solum schedulam à Deo accipit, qua fatetur debita persoluisse, sed superfluere alia bona opera, quorum Deus debitor reddatur ad ea remuneranda in cęlo. Tũc enim iustus ingenti gaudio & lætitia perfunditur, quia sperat diuitem in cælo futurum eo superauit, cuius Deus debitor agnoscitur. reddit enim iustus iudex eum honorem in gloria, qui sibi debebatur iuxta meritum gratiæ, quam bonis operibus acquisiuit. De hoc ait Tertull. *Non est lugendus qui antecedit, sed plane desiderandus*, hic namque qui solutionem meritorum sic adeptus est, non lugendus, sed desiderandus est. Ideò D. Hieronymus epist. ad Heliod. in epitaph. Nepotiani dixit. *Desiderandus est tibi quasi absens, non quasi mortuus, vt illum expectare, non amisisse videaris: non enim plangendus est, qui hac luce caruerit, quam gratulandum ei, qui de tantis malis euaserit.*

Cum quis bene viuit non veretur ad vitæ exitum peruenire.

Tertull. *Mortuus non lugendus multo tempore propter spem resurrectionis.*

D. Cyprian. *Mors iustorũ profectio est ad patriam cælestem.*

Summa fœlicitas optime gerere negotia in discussione iudicij.

Magna fœlicitas Deum bonis operibus debitorẽ constituere.

D. Hieron.

211. Rursus mortuum lacrymis celebrare, ipsa natura docet: quia amor impellit animum vt debita naturæ persoluat. si enim amici absentia, ita animum mouet, vt lacrymis patefaciat dolorem cordis vt cum Paulus ex discipulis Ephesinis discedebat, ait Lucas Actor. 20. v. 37. *Magnus fletus factus est omnium, dolentes maxime in verbo, quod dixerat: quoniam amplius faciem eius non essent visuri, &c.* Quid mirum lacrymis celebretur absentia eius, quem amore prosequebamur? Tamquam egregium virtutis documentum. Diuus Bernardus. narrat se in morte & funere fratris Gerardi, quem ardenter diligebat, à lacrymis se sustinuisse. Cohibui inquit, animi affectum, & cordis dolorem vultu texi: cæteri, qui funeri aderant lacrymabantur. Ego qui funereæ pompæ mixtus ibam siccis oculis incedebam, sicque astabam ad sepulchrum, vsque dum absolutæ funerales exequiæ. Indutus sacris vestibus solemnia officia Ecclesiæ persolui. *Terram meis manibus* (inquit ipse) *ex more ieci super dilecti corpus. Qui me intuebantur flebant & miserabantur, quod non flerem ipse, cum non illum quidem, sed me potius, qui illum amisissem, omnes miserarentur.* Mox autem subijcit ipse: *Videmus mortuos quotidie plangere mortuos suos; fletum multum & fructum nullum, non culpamus affectum, sed causam. Plorantur damna gloriæ carnis, vitæ præsentis incommoda, sed plorandi qui ita plorant.* Vbi Bernardus luctum exhibitum pro amissis sodalibus non improbat, sed accusat eos, qui male lacrymas impendunt, cum insumendæ sint inflendis peccatis. Ipse diuus Bernardus explicans id Apostoli Rom. 12. vers. 15. *Flere cum flentibus*, inquit, *Numquid Apostolus præcipit flere rerum amissionem, intermissionem voluptatum, filiorum mortes, morborum instantiam, grauitatem inopiæ, potentiam fortiorum? absit. Plorandi sunt, qui taliter plorant. Religiosa enim tristitia, aut alienum luget peccatum, aut proprium.* Ergo lacrymæ licet non improbentur in morte charorum, sed melius est eas impendere in peccatorum sordibus abluendis: sic enim æquius profunduntur.

Mortuum lacrimis celebrare ipsa natura docet.

Actor. 20. v. 37.

D. Bernard. *Mos terram iactandi super corpus defuncti.*

Accusantur qui male lacrymas impendunt.

Rom. 12. v. 15.

212. Tandem pendendum Tò *paululum, vt plangam paululum dolorem meum.* tempus enim fletus non longe protrahendum, sed breuiter conficiendum. vt fecit Abraham in morte Saræ vxoris suæ, quam ardenti amore prosecutus erat. dolorem mortis manifestauit lacrymis, sed breui transacto tempore cessauit à fletu. sic ait scriptura Genes. 23. v. 3. *Cumque surrexisset ab officio funeris.* quod explicans D. Ambrosius. *Docemur*, inquit, *vt non diutius inhæreamus mortuis, sed quantum satis est officij deferamus.* Quod Sanctus doctor mutuauit à Philone Iudæo, qui cum ageret de exequijs funeralibus, quas Abraham celebrauit in morte Saræ vxoris suæ, inquit: *Id testantur sacra volumina, vbi narratur, cum modicis lacrymis profusis celeriter se subduxisse à cadauere: quippe qui prolixiorem luctum alienum putabat à sapientia, à qua didicerat mortem existimare, non extentionem animæ, sed separationem, disiunctionemque à corpore: illa redeunte vnde venerat, venerat autem à Deo.* Vbi in vltimis verbis præcipuam solatij rationem tangit, qua solemus leuare dolorem, & mœrorem minuere illius, qui defunctum plorat. hæc est ipsi affirmare animam, postquam è corpore disiungitur, ad Deum reuerti, ex cuius respiratione orta est. Quis enim diutius conseruabit dolorem & luctum, si certò cognoscit animam deduci ad Deum, qui eam creauit, licet corpus terræ mandetur. Sic dixit, D. Hieronymus Heliodiro in Epitaph. Nepot. *Corpus terra suscipit: anima Christo reddita est*, verbum *reddere*, significat idem quod alienum restituere. Corpus enim nostrum est, quia ex limo terræ formatum est, sed anima *spiraculum vitæ est*, Gen. 2. v. 7. quia *inspirauit* Deus *in faciem eius*, id est, primi hominis, *spiraculum vitæ*, & sic, *factus est homo in animam viuentem.* Cum igitur vitam à pectore Dei hauserit, reuertitur anima ad ipsum locum, ex quo processit. & ideo *anima Christo redditur*, id est, restituitur. Confirmat tandem hanc veritatem D. Gregor. Nazianz. orat. in laudem Cæsarij. *Sapientium*, inquit, *verbis adducor, vt credam generosam, omnemque Deo charam animam, posteaquam corporis vinculis soluta hinc excesserit, protinus bonum, quod eam manet persentientem & contemplantem mirabili quam voluptate affici & exultare: atque hac vita velut graui quodam ergastulo fuga relicta, excussisque compedibus, quibus animi penna deprimi solet, hilarem ad Dominum suum conuolare, beatitudinemque reconditam imaginacione quadam iam percipere, &c.* Cuius consideratio ingentem affert homini consolationem. Ergo cum mortuorum exequiæ celebrantur, eorum virtutes detegi possunt in exemplum viuorum, sed non ante mortem celebrandæ propter periculum vanæ iactantiæ, ideo Ecclesiasticus monet. *Ante mortem non laudes quemquam.* sed post mortem, &c.

Tempus fletus in morte charorum non longe protrahendum.

Gen. 23. v. 3.

D. Ambros.

Philo Iud. *Abraham breui surrexit ab officio funeris vxoris suæ.*

D. Hieron. *Corpus mortui terra suscipit, anima Deo redditur.*

Gen. 2. v. 7.

D. Nazianz. *Consolatio ad leuandum dolorẽ in morte charorum.*

VERS. XXX.

Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim insidiæ sunt dolosi.

Sensus.

213. Non omnem, &c. Quod si volueris edisce re cum quo tibi communicandum sit attende; ne in intimam tuam familiaritem quemcumque debes recipere, eique tua omnia ostendere, & liberaliter aperire, nisi bonitas eius, quem in domum tuam introducis, tibi sit optime perpecta & explorata. Multæ enim sunt hominis malitiosi insidiæ, qui etsi specie simulationis ostendit amicitiam, tamen ex omnibus, quæ auscultat à te, & quæ videt in domo tua, occasionẽ nanciscitur sui commodi, & læsionis tuæ. quare debes prius suam amicitiam tua prudentia & sagacitate explorare, &c.

Notæ.

Pro *dolosi*, in Complutensibus est, διαβολȣ, *diaboli*, alij, ὁ δολιοι, quod est dolis insignis. alij, ȣ διαβολȣ legunt. quę tamen accipi potest de homine criminatore & obtrectatore. nam talis etiam διαβολος vocatur, cui respondet nomen שטן *Satan* apud Hebræos. vnde satanæ appellatio, quę vox non tam aduersarium significat, quã obtrectatorẽ. nam שטן prisca interpretatione, ἐν διαβάλλω, calumnior, defero, criminor obtrecto, acuso, infamo, vitupero, calumnijs præmo, &c. Cæterum hic locus docet, non esse quemuis temere hospitio excipiendũ, propterea quod improborum hominum magnus vbique numerus sit, qui sub specie amicitiæ alijs insidias struant dolo ac fraudibus, aut per calumniã hospites bene meritos circumuenire studẽtes, &c.

Illustratio prima.

214. Non omnẽ hominem inducas in domum tuã. Celebris est sentẽtia Pythagorę cũ nostra colludens, qui cum vellet significare ingratũ hospitem in domũ non esse recipiendũ, hac allegoria

Ingratus hospes in domum non est recipiendus.

vtebatur. Hirundinem ſub tecto tuo ne habeas, propterea quod illa auis poſteaquam domum conſpurcauit, euolare ſolet: ita multi pro hoſpitio officioque præſtito, malam gratiam alicuius aut iniuriæ aut ignominiæ referre ſolent. Hic incipit Eccleſiaſticus nouam materiam, quam in capitibus præcedentibus ſubſequitur. Lyra; Remota falſa fiducia reſpectu ſui, hic conſequenter remouetur reſpectu proximi: nam valde cauendum eſt à confidentia de doloſo. ideò dicitur: *non omnem*, &c. ſcilicet ad contrahendam familiaritatem tecum, ſed ſolum in fidelitate probatum: nam frequenter quærit decipere ſub prætextu amicitiæ. Hugo adijcit, id eſt, non exponas omnia ſecreta domus tuæ omnibus indifferenter. Dionyſ. ideò, periculoſum eſt eos inducere, de quorum fidelitate & probitate incertus es, quia multipliciter poſſunt eſſe nociui: conſiderando ea, quæ in tua habentur domo, & te ipſum ac tuos. Palacius nam recipere quemuis ad vnius noctis hoſpitium cum debita obſeruatione domus, non eſt prohibendum.

Lyra. Hugo. Dionyſ. Palacius.

Quis in amicitiam recipiendus eſt.

Cum multæ vndique ſint inſidiæ, ex quibus homo non valet effugere, nec ab eis liberari: opere prætium duxit Sirach hoc monitum omnibus prebere. nam ſicut diximus in ſuperioribus capitibus, præcipue capite ſexto de ſelectione amicorum, quos in noſtram amicitiam & familiaritatem recipere non debemus, niſi prius exploremus eorum fidelitatem. quia multi ſub prætextu amicitiæ & in pelle ouina inimici ſunt, & intrinſecus luporum rapacium mores gerunt; ſic etiam in hac ſententia fere eamdem inculcat doctrinam præueniendo nocumenta, quæ ex facilitate recipiendi alios in domum propriam procedere ſolent. Sunt enim aliqui ita ſinceri & faciles, ab omni malitia & ſagacitate alieni, vt minime conſiderent conditionem prauam aliorum, qui ſimulantes amicitiam nihil aliud intendunt, niſi eos, quibus familiariter vtuntur decipere & fraudare. Hi enim ſunt, vt eos vocat Eccleſiaſticus *doloſi*, fallaces, fraudulenti, fraudibus, fallacijs & præſtigijs ſtudentes. quos cauere præcipit ſapiens, monens: *non omnem hominem in domum tuam recipias*, id eſt, fac prius delectum, & ſimul explora fidelitatem & ſinceritatem eorum, quos vel in hoſpitium, vel in amicitiam, vel familiaritatem tuam recipere decreueris, nam ſi non feceris, forte decipieris & fraudaberis.

Aliqui ſunt amici fallaces, à quibus cauendum.

Exemplum doloſorum.

Optimum exemplum ad illuſtrationem proponit nobis Sacra pagina Ezechiæ Regis Juda, qui cum excepiſſet legatos Regis Babylonis, non circumſpexit eorum inſidias, ſed nimia ſinceritate theſaurorum ſuorum venditationem fecit, nam *lætatus eſt in aduentu eorum Ezechias, & oſtendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum, & domum vaſorum ſuorum, & omnia, quæ habere poterat in theſauris ſuis.* 4.Reg.20. verſ.13. Sed citiſſime ſuæ nimiæ confidentiæ & quaſi deliberationis luit pœnas: arguens enim illum Jſaias cap.39. verſ.6. dixit: *Ecce dies veniunt, & auferantur omnia, quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quidquam, dicit Dominus.* Ecce pœnam quam luit rex ob vanam oſtentationem & confidentiam ſuam. Si enim præuiderat venturum ſucceſſum, & antequam oſtentaret diuitias exploraret amicitiam & familiaritatem eorum, quos in domum ſuam exceperat, non amitteret theſauros ſuos: deberet enim prius præcauere inſidias, quæ velo amicitiæ obtectæ latebant, & ſe exhibere verſutum, callidum, cautum, prudentem, & aſtutum: vt cognoſcens doloſorum inſidias, ab euentu futuro liberaretur; ſed quia ſuperbiæ & vanæ oſtentationi ſuccubuit, ea mala, quæ Jſaias ei prænuntiauit, euenire. Quare optimum eſt Eccleſiaſtici conſilium: *non omnem hominem*, &c.

4.Reg.20. v.13. Iſa.39.v.6.

Pœna nimiæ confidentiæ.

215. Ergo qui delectum non habet in excipiendis hominibus in amicitiam & familiaritatem ſuam, hanc pœnam meretur, vt ab eis diſperdatur. Optimum eſt emblema Alciati, in qua delineauit capream, quæ ſuis vberibus lupum nutriebat: qui tandem eam dilacerauit, vt ſuis carnibus veſceretur. Itaque cum ipſo ore, quo lac ex capreæ vberibus ſuxit, illam necauit. Cui emblemati titulum præſcripſit: *en mea me poſt vbera paſcit.* Ecce pœnam nimiæ fidelitatis, non prius explorauit luporum conditionem, nam ſemper inſidias parant vt laniare poſſint, ſicque decepta caprea interijt. Plutarchus lib. 8. quæſt. conuiu. q.7. cum ageret de quadam cœna in qua propoſita fuerant Pithagoræ præcepta. vnum fuit: *Hirundines tecto non recipiendas, non tranſgrediendas ſcopas, neque aduncum vnguibus domi alendum.* Poſt pauca referens. Hirundinem & muſcam non manſueſcere erga hominem, muſca timida, quod male accipiatur, & abigatur ſubinde. at hirundo quod natura abhorreat ab homine, atque ex diffidentia indomita ſemper & ſuſpicioſa ſit, ſubdit Philoſophus: *ſi ergo iſta non ſunt directo, ſed ex obliquo; ſicut ſimulachra in alijs aliorum ſpeculanda, pro exemplo hirundines ponens, inſidi, & ingrati, vetat, ne eos, qui adiungunt ſe, & inſinuant temporis cauſa, faciamus nobis familiares, nec diu lares, focum, & omnia ſacra eis participemus.* quo teſtimonio optime noſtra ſententia probatur.

Qui delectũ non habet in recipiendis amicis diſperdetur. Alciatus. Plutarch. *Præceptum Pithagoræ de recipiendis amicis.*

Ex hac doctrina num licet colligere homines non debere hoſpitalitatem exercere? abſit. non hoc agitur, cum in ſacris & prophanis litteris hoſpitalitas approbata ſit. Sed ne ignotos recipiamus, vt familiariter & diu domi noſtræ verſentur: quia hoc periculo plenum, vt patuit in Herode, qui admiſſus ad familiaritatem Hircani, eum & liberos eius perdidit, vt narrat Joſephus. Rurſus, ne quem temerè ducamus in adyta domus, vt illi theſauros & ſecretiora quæque oſtendamus, vt reprehenſus fuit Ezechias, de quo egimus. Tandem ne ſinum cordis noſtri cuiuis facile pandamus, vt ſupra probauimus, & ipſe Sirach docet ſequenti ſententia.

Hoſpitalitas exercenda eſt. Ioſephus.

Hoſpitalitatis exemplum fuit nobis Abraham Geneſ.18.verſ.2. *Cumque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri prope eum, quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum*, &c. Vbi eleganter D. Ambroſ. tom.1. lib.1. de Abraham cap.5. *Ante oſtium*, inquit, *ſedebat Abraham, ſedebat in meridie. Quando alij requieſcebant, iſte hoſpitum explorabat aduentus. Merito illi Deus apparuit ad quercum Mambre, quia fructum hoſpitalitatis ſtudioſiſſime requirebat.* & Paulo poſt ſubdit ipſe: *Diſce ergo quam impiger eſſe debeas, vt poſſis præuenire hoſpitem, ne quis præueniat, & ſe boni muneris defraudet copia; Bona eſt hoſpitalitas, habet mercedem ſuam, primum humanæ gratiæ, deinde (quod maius eſt) remunerationis diuinæ.* Sed cur non explorandum eſt quis ſit, quem excipimus hoſpitio, ſi Eccleſiaſticus monet explorandum eſſe, loquens vniuerſaliter? *non omnem hominem*, &c. Reſpondeo quia in hoſpitalitate nullum eſt periculum deceptionis. Dixit D. Chryſoſt. tom.1. hom.41. in cap.18. Geneſ. agens de Abraham: *Neque enim hoſpitalitatis fuerit diligenter ſingula perſcrutari; ſed omnibus ſimpliciter ſuam communicare benignitatem.* & probat ex eo Matt.18. v.5. *Qui ſuſceperit vnum ex his minimis in nomine meo me ſuſcipit.* Lege totam homiliam, quia optime probatur hoſpitalitatis exercitium. Vide etiam D. Gregor.22. Moral.cap.8. ad id Job 31.v.32. *Foris non manſit peregrinus.* Vbi refert fructus hoſpitalitatis. Vide Plutarchus in conuiuio: *Equidem*, inquit, [ſcilicet Periander] *laudo amici ciuitates earumque rectores, qui hoſpitibus primum, deinde ciuibus vacant.* Huius hoſpitalitatis exemplum refert nobis Alexand. ab Alexand.lib.2.cap.2. *Quin non etiam Regibus & legatis ex vltimis oris terrarum Romam profectis, publicum hoſpitium & munera, quæ lautia dicta ſunt, ſæpe commeatus large & hoſpitaliter, & veſtimenta per quæſtorem vrbanum publico nomini præſtabantur, ipſiſque ac comitibus ne quid rerum deeſſet vrbanæ quæſtoris curæ mandabatur.* vt Valerius Maxim.lib.5.cap.1. aliud exemplum refert. Qui mos excipiendi hoſpites non inualuit apud ſpartas. ſic refert idem Alex. lib.4.cap.10. *Quin etiam peregrinis Spartam adire, omni tempore non licuit, quod illorum commercia vitarent: quare Diri noxeni* (id eſt, iniuriam facientes, quod hoſpitibus iniuriam facerent) *quaſi fallentes hoſpitem dicti ſunt. Nec ſolum Spartæ peregrinos & conuenas non admiſerunt: ſed ſi quis ciuis Sparta diſcedens apud exteros moraretur, capite luebat: quibus nec peregrinari licitum erat, ne verſutias & dolos à peregrinis haurirent.* Vide noſtrum Iuſtinianum ad id Pauli Rom.12. v.13. *Hoſpitalitatem ſectantes.* & ad id Heb.13.v.2. *Hoſpitalitatem nolite obliuiſci*, qui de hoſpitalitate multa congerit.

Abraham hoſpitalitatis exemplũ. Gen.18.v.2. D.Ambroſ.

Quare non explorandũ quis ſit quẽ excipimus hoſpitio, cum contrarium docet Eccleſiaſticus. D.Chryſoſt. Matt.18. v.5. D.Gregor. Job 31.v.32. Plutarch. *Hoſpitalitatis exemplum.* Alexand. *Mos excipiendi hoſpites apud Spartas non inualuit.* Alexand. Iuſtinian. Rom.12. v.13. Heb.13.v.2.

Illuſtratio ſecunda.

216. MVltæ enim inſidiæ ſunt doloſi. Pro *doloſi*, in Complutenſibus eſt, *diaboli.* & licet verum ſit ducem doloſorum eſſe diabolum multas enim hominibus inſidias parat. Sed Vulgatum ſequi debemus, qui legit, *doloſi.* Agens enim Sirach de ſelectione eorum, qui in domũ propriam excipiendi ſunt, reddens rationem cur non omnem hominem in domum noſtram recipere debeamus, adijcit: multas eſſe inſidias doloſorum, qui ſpecie amicitiæ inſidias machinantur aduerſus eos, qui ſine delectu & cautione eos admittunt. Cum Malachias hominem *doloſum maledictum appellet* cap.1.v.14. Dauid Pſal. 42. v.1. poſtulat ab eo liberari, *ab homine iniquo & doloſo erue me.* Quia cum quis ſuam malitiam in facie vel in verbis manifeſtat, haud difficile eſt ab illo cauere; ſed cum malitiam & dolum in animo tegit, & in corde machinatur inſidias haud facile eſt illum effugere. Sic dixit Chryſoſt. tom.1. in hunc locum Pſal. *Quin etiam orauit, vt liberetur ab homine iniquo & doloſo: eſt enim lingua doloſi terribilis, quæ verbis doloſis corda hominum illaqueat. Intelliges autem hominem doloſum dici quoque diabolum.* Quare, *non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim inſidiæ ſunt doloſi.* Ideò dixit Dion lib.45. *Plurimi enim ſunt qui potentiorum inimicitijs gaudent, quorum animi cum ſint etiam ante ſimultatibus inuicem correpti, facile eorum in hoc ipſum paratis ſermonibus decipientur, qui odio ipſorum delectati inſidias ipſis ſub amicitiæ nullius doli ſuſpectæ ſpecie ſtruunt.*

Diabolus dux doloſorum. Malach.1. v.14. Pſal.42.v.1 *A doloſis cauendum.* D.Chryſoſt. *Lingua doloſi terribilis & quare.* Dion.

Vide tandem Iud.18. vbi narratur excepiſſe Micham quinque viros fortiſſimos verſ.2. *Qui cum veniſſent in montem Ephraim, & intraſſent domum Michæ requieuerunt ibi.* Hi autem qui intrauerant tulerunt Deos Michæ & aufugerunt: Michas eos ſequentes verſ.23. 24. clamabat poſt eos: *Qui cum reſpexiſſent, dixerunt: quid tibi vis? cur clamas, qui reſpondit: Deos meos, quos mihi feci tuliſtis, & ſacerdotem, & omnia quæ habeo, & dicitis: quid tibi eſt? Dixeruntque ei filij Dan: Caue ne vltra loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipſe cum omni domo tua pereas*, &c. Ecce quomodo Michas eos pacifice & amice hos viros excepit in domum ſuam, & ipſi inſidias machinantes furati ſunt Deos aureos ſuos, &c. Pende tandem dolos Græcorum, qui introduxerunt equum in Troiam, qui egreſſi ſunt ex equo, & inſidioſe totam ciuitatem deſtruxerunt, eam incendentes. ſic Virgil.2. Æneid.

Iud.18 v.2. *Exemplum doloſorum.* *Græci Troiã deſtruxerunt doloſe.* Virgil.

Vertitur interea cælum & ruit oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramque Polumque
Myrmidonumque dolos fuſi per menia Teucri
Conticuere: ſopor feſſos complectitur artus, &c.

Et mox dicit:

Incluſos vtero Danaos & pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon: illos patefactos ad auras
Reddit equos, &c.

Pendet *Myrmidonumque dolos*, noſter Cerda, & ait: Hæc vox non excogitata eſt à Vate in inuidiam Græcorum. Nam Græci ipſi palam profitebantur ſe velle dolos conſtruere, cum aliter ciuitatem non poſſent capere, & cum verbum δόλος explicaſſet ait: Quin cum Neoptolemus & Philoctetes nollent rem geri dolo & equo ligneo, ſed dicerent pugnandum eſſe aperto Marte, abſterrentur prodigijs deorum, qui tremore terræ, & iactu fulminis indicarunt rem dolo gerendam. Pallas præſertim in ſomnis apparet Epeo, hortans ad equi conſtructionem, omneſque Græci ſomno audito, conſilium doli, vt diuinitus immiſſum arripiunt. Ecce quomodo Troiani excipientes Græcorum equum decepti ſunt, & perierunt: quia doloſi Græci ex vtero equi quaſi naſcentes, conſilium doli vt diuinitus immiſſum arripientes, Troianos eorumque ciuitatem igne conflagrarunt, &c.

Cerda.

217. Tandem Vates Regius rogat Dominum, Pſal.119. *Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa.* Quod explicans D.Chryſoſt. tom.1. in Pſal.119. *Vide hic*, inquit, *quoque lucere præceptum illud Euangelicum: orate ne intretis in tentationem. Nulla enim eſt, ô dilecte, grauior tentatio quam in doloſum hominem incidere. Is enim eſt vel quauis fera truculentior. Ea enim id quod eſt, eſſe cernitur: hic autem obtento velo manſuetudinis & probitatis ſæpe virus occultat, vt nec facile poſſint deprehendi inſidiæ, & in baratrum nulla adhibita cautione incidatur. quapropter vbique à Deo hoc aſſidue poſtulat, vt liberetur à talibus inſidiatoribus.* Ergo vt doloſos homines fugiamus, præceptum Eccleſiaſtici ſeruare debemus; *Non omnem hominem*, &c. ſed delectum habeamus, & prius exploremus quis ſit, quem in domum noſtram excipimus, ne ab illo decipiamur.

Pſal.119. v.2. *Dauid rogat Dominum vt eum liberet à lingua doloſa.* D.Chryſoſt.

Quod diabolus ſit doloſus & inſidiator, vt nomen eius manifeſtat, ita ſcitum & explora-

Diabolus doloſus eſt inſidiator.

Hugo. tum est, vt probatione non indigeat. Hugo tandem mistice explicat hunc locum de prælatis Ecclesiæ, quos admonet abstinere à mala electione dignitatum. mistice, inquit, dicitur prælato *in domum tuam*, id est, in Ecclesiam tuam *non inducas omnem hominem*, sed probatum moribus & scientia, & pauperem: *multæ enim sunt insidiæ dolosi.* id est, diaboli, qui sæpe sub specie pietatis nepotibus & extraneis suggerit præbendas vel Ecclesias dari. dicitur enim: *si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & infideli deterior.* 1. Tim. 5. v. 8. &c. 1. Tim. 5. v. 8.

VERS. XXXII.

Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueã, & vt caprea in laqueum: sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui.

Sensus.

218. Sicut enim, &c. q. d. Ratio quare dolosus, qui superbia, & inuidia fœlicitatis alienæ haud parum agitatur, in domũ non est introducendus hæc est, quia cor vel animus hominũ superborũ dolosorum, simile est præcordijs fœtentium eructantibus. sicut enim hęc præcordia prauum & contagiosum fœtorem exalant, habentia anhelitum corruptum: sic & cor superborũ emittere solet verba fraudulenta & pestifera, quæ lædunt eos, quibuscum loquitur. Et sicut perdix capta in cauea, similiter & caprea in cauea etiam inclusa, vt Dominis sint in delicijs, aluntur & sustentantur, vt sint illiciũ aliarum sui generis auium, vel caprearum; & tamen vtraque machinatur fugam è cauea; ita si dolosum superbum in tuam domum inducis, cor eius insidias continenter parat, & omnem venatur occasionem perficiendi cogitationes, quibus intra se coarctatur. Tandem hic dolosus & superbus prospectori assimilatur, nam cor superbi ex omni parte diligenter obseruat, num alicubi videre possit casum & infortunium proximi sui, aut ipsemet illum, sicut desiderat, præcipitare & perdere, &c.

Notæ.

SI originale Græcum conformaretur vulgatę lectioni, non esset hic locus ita difficilis. Complutenses solum habent: πέρδιξ θηρευτὴς ἐν καρτάλλῳ, ὕτως καρδία ὑπερηφάνυ καὶ ὡς ὁ κατάσκοπος ἐπιβαίνει πτώσει. *Perdix, caprea in cauea, sic cor superbi: & tamquã speculator inspicit casum*, LXX. & Drusius addunt *venatrix*, πέρδιξ θηρευτής. perdix scilicet illa, quæ in cauea inclusa est aliarum perdicum illicium, vulgo *anagaza*, à Plinio aucupis index dicta, quæ sui generis auiculas ad laqueum voce sua pertrahat. quam auceps delicatè alit, vt eam in delicijs habeat, & possit alias perdices aucupari, hæc licet delicate alatur, & secura sit ne ab aucupe occidatur, fugam tamen machinatur, vt aufugiens sua vtatur libertate. idem dicitur de caprea, quæ domi includitur, & saginatur vt in delicijs sit venatori; & tamen fugam etiam intentat. sic est dolosus, qui etiam superbus est, & in domo aliena receptus varijs machinationibus agitatur, intentans opere exequi, & perficere cogitationes, quibus coarctatur. Pro *cauea* vulgo *Iaula*, est in Græco κάρταλλος, Cartallus, canistrum, quod alij interpretantur cophinum, alij fiscellam, vulgo *capacho*, aut *canasta*. vsi sunt hac voce interpretes Græci pro canistro siue corbe vimineo, quo fruges excipiebat, itaque recensetur inter vasa vindemantium quale est illud, quod סל vocant Hebræi.

Et sicut prospector videns casum proximi sui. assimilatur etiam dolosus superbus prospectori, qui exoptat casum & perditionem proximi sui. In Græco est, καὶ ὡς κατάσκοπος *& vt prospector ascendens ad casum* alij obseruant casum, ἐπιβλέπει πτώσιν, sic Aldus Basil. & Rom. Camerar. *qualis speculator calcans casum*, alij melius velut *speculator inuadens ad ruinam*. Superbus enim cum sit glorię auidissimus, non tolerans alterius splendorem, quem in aliena domo inuenit, quantum potest alterius calamitate & casu vult augeri: quare animo agitat omnes vias & rationes, quibus alter in grauẽ miseriam & calamitatem ruat. Huius animus, & ingenium, studiumque maleuolum similitudinibus sic intellectis aptissime designatur.

Illustratio prima.

Sicut enim eructant præcordia fœtentium. Est εἰκὼν in hac sententia, id est, imago, aptaque similitudo, qua animum, ingenium, studiumque maleuolum hominis superbi elegãtissime exprimit. Appetentissimus enim gloriæ non ferens alterius splendorem, quantum potest aliorum calamitate ac ruina vult crescere: itaque omnes quęrit vias ac rationes, quibus alter in grauem aliquem casum aliqua aut calamitate, aut infamia insignem delabatur. sic explicat auctor Bibliæ Vatabli. Sed mihi non placet, diuersa enim est vis similitudinũ, nam in versu præcedenti monuerat Sirach, non recipiendos omnes homines in domum propriã, propter dolos, quos machinantur aduersus eos, qui illos excipiunt, & his similitudinibus probat sententiam. Rabanus explicat de fugiendis hęreticis, quorum viscera fœtida eructant verba nociua. & Lyra licet superiorem Vatabli intelligentiam referat, illam non approbat, sed affirmat in diuersum proponi has similitudines. Hugo eas explicat de superbis, qui iactant se multa scire, & ipsi decipiuntur. & superbo accommodat auium & caprearum similitudines. Dionys. Carthus. fere eodem modo exponit. sed melius Palacius interpretatur de dolosis & derisoribus, qui cum excipiuntur ab aliquo, decipere conantur exceptorẽ, ait enim: Caue, inquit, ne in domum tuam dolosum adducas, vt enim præcordia putrea quamuis odoratos cibos eis inijcias, putrent semper tamen, ita licet beneficijs dolosum afficias, machinabitur tibi tamen malum.

219. *Animum maleuolum hac similitudine exprimit auctor.* — Rabanus. — Lyra. — Hugo. — Dionys. — Palacius.

Noster Martinus de Roa in eruditissimo libro singular. lib. 3. cap. vlt. contẽdit hoc versu describi ingeniũ inuidorũ, & supplicium huius peruersitatis addi. Nã sicut malus & corruptus stomachus optimi saporis & odoris cibos statim corrumpens, eos reddit acidos & fœtidos: sic inuidi virtutes aliorũ quia bona in mala conuertentes insidiantur, & in electis imponunt maculam, vt sequitur vers. 33. Et quemadmodum perdix licet versuta sit auis, & caprea licet visu & celeritate polleat, tamen facile capiuntur: sic etiam superbi & inuidi, in eo ipso quod iudicant, condemnantur, nam auditores merito censent ijs illos, irretitos vitijs, quæ alijs affingunt. Itẽ sicut perdix in cauea cacabat, & cantu alias in retia pellicit. & sicut caprea illa queata quæstu alias fœras in retia eadem inducit: sic etiam inuidi hoc vnum curant, vt quibus vitijs ipsi sunt immersi, etiam alios immergant, vel saltem immersos faciant videri; sed ipsi se produnt. & sicut qui pugnantes spectant, homicida effugiente, fit sæpe vt ibi deprehensi ipsi pro reo capiantur.

Roa. *Ingenium inuidorum & supplicium quale.*

Hæc sententia adagium sonat. Delrius. Tandem Delrius noster tom. 2. Adag. adag. 389. licet non improbet hanc applicationem seu accommodationem, quam acutissimam vocat, sed illam non sequitur, sed quam prælibauimus ex Palacio & Jansenio. quia Siracides in hoc loco non de inuidis, sed de dolosis & superbis loquitur; vt ex ipsomet contextu constat; quia solent esse fraudulenti & noxij ijs, quibus conuersantur, non ex sola inuidia, sed etiam ex iracundia & praua ambitione, quia cupiunt semper cæteris præferri, & parem nullum ferunt: ideò numquam possunt conquiescere. æstuant instar stomachi cibis cacochymici, qui grauatus malis humoribus mephitim eructat: sic isti nisi subinde erumpant in verba acida, mordacia, turgida, & indecora, videntur suffocari & crepaturi cogitationum pessimarum pondere & numero. Sunt præterea similes animantibus illis, quibus & si delicate illa nutrias tamen nulla quies, & in omnem partem se versant, donec erumpant, cauea aut retibus se expediant. sic superbi ac dolosi cor quamuis delicate tractetur ab hospite suo, & benefice habeatur, se torquet & sollicitũ est, quo pacto cogitata perficiat, ideò dolos omnes excogitat & calumnias nectit, vt euertat hospitem suum, cuius opes & splendorem non fert. Quam explicationem libenter approbo, quia magis cõsona cum contextu videtur, & est Jansenij & Palacij qui etiam recte ostendunt superbiæ ad natum bona facta sequius interpretari, & laudabilia opera dictaque vituperare. Addit Palac. quam hæc in nos quadrant, qui tot tantaque bona à Deo suscepta in eius offensionẽ conuertimus. In cuius confirmationẽ lege emblema Alciati de caprea, quæ lupum nutriuit, cuius titulum diximus esse: *en mea me post vbera pascit.* & probatur ex eo Isai. 1. v. 2.: *filios enutriui, & exaltaui; ipsi vero spreuerunt me.* vocat filios eos, quos abundare fecit diuitijs & honore, qui cum gratos Deo se exhibere deberent tamquam bonorum suorum auctori, potentia, diuitijs, & honore vsi sunt ad perpetranda facinora, quibus ostenderent animum ingratum aduersum Deũ. sic multa beneficia à Deo communicata in Dei offensam conuertimus, &c. Vide Plutarch. lib. ad principem ineruditum. vbi ait: *Sicut inter vasa vacua non facile discernere possis, quod eorum integrum, quod sit vitiosum: vbi aliquid infuderis, statim apparet, quod perfluat: ita animæ rimis fatiscentes infusam potentiam non continent, sed foras diffluunt cupiditatibus, iris, arrogantijs, ineptijs.*

Dolosi similes perdicibus & capris. — *Peccatores bona à Deo suscepta in illius offensionem conuertunt.* Isai. 1. v. 2. — Plutarch.

Illustratio secunda.

220. *Similitudo præcordium fœtentium explicata.*

Sicut enim eructant præcordia fœtentium. Hæc similitudo sita est in eo, quod sicut stomachus malis humoribus repletus, beneficia cibationis, quæ in se reficit, in fœtorem præcordiũ conuertit: nam eructat fœtidum cruditatis vel crapulę odorem: sic qui dolis & fraudibus refertum animum habet, ipsa beneficia ab aliquo accepta, in prauum humorem ingratitudinis conuertit & per os eructat verba dolosa & fraudulenta, quibus inficiat & lædat animum benefactoris eius. Ideò pręcipit Ecclesiasticus non omnem hominem in domum recipere, quia multæ sunt dolosorum insidiæ ad nocendum. Quod probatur optime ex illo Ierem. 5. v. 16. vbi dicitur: *Pharetra eius quasi sepulchrum patens.* Loquitur Propheta de crudelitate Chaldeorum, & vocat sepulchrum patens pharetram eorum, quia nunquam satiatur sanguine aut expletur cadaueribus: sicut commune sepulchrum, quod bellorum tempore non obcæcatur puluere, aut clauditur saxo, quia recens semper cadauer est, quod in illud singulis momentis inferatur. Sed prouerbialem locutionem agnoscit Sanchez noster, explicans de crudelitate Chaldæorum: existimo autem (inquit) prouerbiali specie hominẽ crudelem quisque semper ad aliorum cædem anhelat appellari, *sepulchrum patens.* in quem sensum appellat D. Ambros. diuites, qui pauperum deuorant facultates sepulchrum pauperum. Sic accipitur id Psal. 5. v. 11. *Sepulchrum patens est guttur eorum:* quod non obscure indicant verba, quæ statim subsequuntur, quæ sane significant os impiorum, & linguam instar sagittarum, aut veneni perniciem alijs exitiumque moliri: *Linguis suis*, subdit, *dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eorum.* Quæ omnia non tam significant, quid impij scelerum sordiumque contraxerunt, quã quid mali alijs inferri meditentur. Ad quam explicationem facit, quod lingua interdũ gladius, nonnumquam flagellum, aliquando telum appellatur. quia non minus pestilens atque mortifera est, quam horum quodlibet. sed si pharetra sagittis plena sepulchrum vocatur. sicut sepulchrum quidquid in eo inijcitur bonum & suaue, inficit illud, vt malum odorem contrahat: sic præcordia dolosorum quæ abscondunt in se dolos, quibus alijs insidientur, eructant fœtorem eorum, & per verba dolis & insidijs referta ostendunt in pernitiem eorum, qui bonum odorem vel saporem beneficiorum iniecerunt, sunt enim eorum corda præcordia fœtentium, &c.

Ierem. 5. v. 16. — *Crudelitas Chaldæorũ expressa.* — Sanchez. — D. Ambros. *Diuites vocantur sepulchrum pauperum.* — Psal. 5. v. 11 — *Lingua sicut gladius & sicut flagellum & telũ.*

221. *Et sicut perdix inducitur in caueam* Palacius: vnde (inquit) licet ibi delicatius alatur, machinatur tamen fugam è cauea: sic dolosus insidias tibi continenter parat. Multa referuntur de perdice ab auctoribus historiæ naturalis, sed ea omittere iudicaui ne à nostro instituto interpretandi. Scripturam abeamus, aliqua nihilominus ad nostrum intentum decerpamus. Pierius Valerius lib. 24. cum agit de perdice, inquit: Habere vero potest perdix cum chortalibus locum, quod ea quoque domi alitur, saginatur, & circuratur. Sed enim vitia ideò ponuntur, vt reprehendi possint quodque abominabile videatur mortales, audientes ipsi absterreantur. Et cũ de amore turpissimo, & immoderata nequitia apponat hieroglyfica, subijcit illud, quod ex D. Hieron. & Ambros. extraxit de cõditione fouendi oua aliena, vt dicitur Ierem. 17. v. 11. *Perdix fouet quæ nõ peperit.* & tandẽ alia duo proponit, quę ad nostrum intentum pertinent. vltimum assumamus.

Palacius. — Pierius. — *Perdix hieroglyphicum amoris turpissimi.* — D. Hieron. D. Ambros. Ierem. 17. v. 11.

mamus. Hieroglyphicum etiam sapit (inquit) Græcorum mythologorum fabula, qua fingunt Dedali nepotem ob inuenta artis suę arma quędam admodum vtilia, per inuidiam ab Athenarum arce summa præcipitem datum, qui terra vix tacta mutatus sit in perdicé, cuius figmenti talis fertur interpratatio; Impuri homines cum à sapientiæ arte diciderint à rectis honestisque studijs alieni facti, tam etsi astutia freti aliqua suis in rebus excellere videantur, hisque tractandis super alios attolli, sordidis tamen & improbis negotiationibus impliciti, sublime nihil sapiunt, sed humi volitantes; dolisque & fraudibus fræti, rem quocumque modo facere tantum student; libidinum & cupiditatum suarum laqueis & retibus impliciti obuolutique; eo perdice deteriores, quod illis vaferrima est ars ad elabendum, capturamque declinandum, hi neque capti fugam moliuntur, neque si euadere possint studium adhibent vllum vt salui fiant.

Dolosorum hieroglyphicum.

Quis non videt vafritiem eorum, qui suis dolis & fraudibus insidias aduersus eos, qui de illis bene merentur & beneficium faciunt machinantur? Hi sunt, qui à rectis honestisque studijs alieni facti, astutia sua freti, humi volitantes, dolis & fraudibus freti, malum quod cogitāt. quocumque modo facere student, & dum cupiditatibus suis implicati in domibus aliorum recipiuntur, eo perdice deteriores sunt, quod illis vaferrima ars est, ad elabendum, domumque declinandum, & ipsi dolo pleni non declinent, donec machinationibus suis hospitem illuserit. Quare ait Sirach: *& sicut perdix inducitur in caueā.* Præterquam quod aliquæ sunt perdices, vt refert Vlyss. Aldrou. tom. 2. lib. 13. quæ duplex cor habent. Sic dolosi & superbi duplices sunt. Ideò eos reprehendit Dauid Psal. 11. v. 3. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde & corde locuti sunt*, id est, duplici corde ficto & simulato. aliud habent in ore, aliud in pectore, vt cor duplex habere videantur, vnum interius latens peruersum, alterum foris apparens, & verbis ostentatum quasi rectum, &c.

Vlyss. Aldr. *Aliquæ perdices duplex habent cor.* Psal. 11. v. 3

Illustratio tertia.

222. Palacius.

ET *vt caprea in laqueum.* Palac. & sicut caprea in laqueum coniecta, & ad delicias eam habentes educata, fugam continenter meditatur: ita dolosum tu in tuam domum inducis, vbi deliciose cum alis, at ille insidias tibi continenter parat. De caprea etiam multa in auctoribus. Hugo ex quo noster Delrius extraxit comparat superbum capreæ. capreæ enim habitant in montibus: sic superbus semper mente & desiderio est in dignitatibus. Item caprea acute videt, & superbus se reputat sapientem. Rursus caprea velocissime currit, & superbus se omnibus præfert. vbicumq; vacat dignitas primus adest, fœtidus autem dicitur superbus, quia de alijs numquam nisi fœtida & spurca dicit. verum est hic agi sapientem etiam de superbo, sed verius de homine doloso, qui cum excipitur in domum, & humaniter tractatur, superbia & inuidia ductus machinatur mala in hospitem suum, ingratitudinis vitium ostentans. quare assimilatur capreæ. 1. quia agens Plinius de caprea lib. 10. cap. 72. inquit: *Venenis capreæ pinguescunt.*

Superbus sicut caprea. *Dolosus machinatur dolos aduersus proximos suos.* Plinius.

Ita dolosi quasi pinguescunt verbis & actionibus dolosis. Sic dixit Psaltes Psal. 13. v. 3. *Venenum aspidū sub labijs eorum.* quasi semper in labijs portent venenum, & eo viuant, & pinguescant, dolis scilicet & insidijs aduersus proximos suos. Plinius etiam lib. 8. cap. 50. refert de capreis: *Cum quamdam herbam aliqua ex eis momorderit, morsus earum arbori exitialis, oliuam lambendo sterilem faciunt, eaque ex causa Mineruæ non immolantur.* Sic etiam dolosi & superbi quasi lambentes & mordentes labijs & dentibus suis hospites suos, sterilitatem & exitium parant. Ita parauit exitium Judas cum Dominum & Magistrum suum osculatus est; exemplum etiam est in Joab aduersus Amasam 2. Reg. 20. v. 9. *Et tenuit manu dextera mentum Amasæ quasi osculans eum; porro Amasa, non obseruauit gladium, quem habebat Ioab; qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, & mortuus est.* Pari modo dolosi & superbi dissimulantes amicitiam eos, à quibus recipiuntur percutere conantur. Quare dixit Salomon Prouerb. 27. v. 6. *Meliora sunt vulnera diligentis; quam fraudulenta oscula odientis.* LXX. *quam spontanea oscula inimici,* imitantur enim isti capreas, qui lambentes arborem, exitium ei afferunt. Vide Prouerb. 29. v. 33. Ab his ergo cauere præcepit Ecclesiasticus non inducendo eos in domum propriam.

Psal. 13. v. 3. *Superbi & dolosi mordentes dentibus suis proximos exitium parant.* 2. Reg. 20. v. 9. *Dolosi eos à quibus recipiuntur percutere conantur.* Prou. 27. v. 6.

Tandem ait Sirach: *Sic & cor superborum.* vocat dolosos superbos: quia superbi tumescentes non patiuntur alios præcedere, & sic machinantur exitium aduersus eos, qui cum illis versantur, & ostendunt ingratitudinis vitium, quod familiare esse solet his superbis. Cōcludit auctor: *& sicut prospector videns casum proximi sui.* quod licet de superbis explicet Jansenius: superbus enim cum sit gloriæ appetentissimus non ferens alterius splendorem, quem in aliena videt domo, quantum potest alterius calamitate & ruina vult crescere, omnes proinde cogitat apud se vias & rationes, quibus alter in grauem aliquem casum & calamitatem delabatur; quam explicationem mutuauit à Dionysio. At Lyra exponit: *& sicut prospector,* &c. id est, qui attente vigilat ad videndum casum proximi sui vt inde gaudeat; sic etiam Palacius: Qui attente videt vbi cadas, id est, vbi te cadere faciat. Hæc est conditio dolosorum vt prospiciant casum proximi sui. Vatab. *Tamquam speculator obseruat quo deiiciaris.* vtitur metaphora speculatorum, qui apertis oculis, & attentis auribus speculantur euentum alicuius rei. Sic dicebat Vates Regius Psal. 36. v. 32. *Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum:* alij. *Speculator obseruat.* id est, *insidiatur ei.* Sunt enim pessimi qui speculantur, non quomodo vitæ aliorum consulant, sed quomodo iustum occidant, atque mortificent: & in eam rem omne studium collocant, vt quærant causas, opportunitates obseruent, struant calumnias, vt iustū saltem, iniquo iudicio deturbent. Sic dolosi & superbi pios pectores sunt proximorum suorum quasi cupientes casum eorum: quia superbia & inuidia, quibus subiiciuntur, eos captiuos tenent, vt machinentur casus proximorum suorum: quare nullus eorum in domum propriam introducendus est, sed cauendum ab eis tanquam ab insidiatoribus.

Dolosi vocantur superbi, & quare. Iansenius. *Superbus aliena calamitate vult crescere.* Dionys. Lyra. Palacius. *Conditio dolosorum est vt prospiciant casum proximi sui.* Psal. 36. v. 32. *Pessimi sunt qui conspirant quomodo proximos mortificent.*

VERS.

VERS. XXXIII.

Bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam.

Sensus.

223. BOna enim, &c. q.d. Hanc aliam rationem accipe, cur non introducendus dolosus & superbus in domum; scilicet, quia facile ostendit iniquum animum, prauumque ingenium, benefacta male consulens & in malam partem interpretans, intentionem saltem damnando, si opus per se bonum vituperari non possit, totus intentus ad officiendum cum amorem simulet; & in electis siue operibus, siue factis præclaris & laudabilibus imponet maculam, hoc est, vituperationem & reprehensionem. Jtaque bonum quod suscipit in malum, quod meditatur conuertit, &c.

Notæ.

ET *in electis.* in Complutensibus est, καὶ ἐν τοῖς αἱρετικοῖς, *& in electis.* αἱρετικὸς est hæreticus; qui præter veritatem aliquid opinatum habet, αἱρετικοὶ homines sunt eiusdem sectæ & factionis. Quam lectionem Complutensium interpretatur Camerarius ad hunc modum: & suis partibus reprehensionem addet; & alius recentior, etiam iis, qui stant à suis partibus imponit maculam. Alij legunt, ἐν τοῖς αἱρετοῖς, *eligibilibus, rebus expetendis.* Sic est scriptura codicum Aldi, & Basilensium: nam in Roman. ἐν τοῖς αἰνετοῖς. id est, *laudabilibus.* αἰνετὸς est laudabilis, à verbo αἰνέω, quod est laudo. Quod verbum forte legit vulgatus, cum trāstulit, *electis,* id est, vituperabit electos & laudabiles, eos scilicet qui ipsi indulsere: hæc est enim dolosi & superbi conditio,

Imponent maculam. Græcè, ἐπιθήσει μῶμον. ita legendum ex Aldo, Complut. & Rom. alij, ἐπιθήσει μῶμον; quod reddes, in rebus expetendis imponet, sibi infert tibi maculam, nos diceremus: *en las cosas que mas estimas pondra tacha.* μῶμος maculam significat, vt infra vers. 35. transfert, *subsanationem in perpetuum.* Complut. & LXX. *maculam in sæculum.* Drus. *labem sempiternam.* & cap. 33. v. 24. *Ne dederis maculam in gloria tua.* Drus. *Ne gloriæ tuæ labem inferas.* & cap. 20. vers. 26. *Opprobrium nequam in homine mendacium,* Drus. *Macula pessima est mendacium.* id est, vitium pessimum: nam quod macula in veste, id est vitium in animo. Macula in Heb. est מום, quod respondet verbo μῶμος, vt num. 19. 2. Tandem *Momos* quod significat vituperium, maculam, Deum conuiciis omnia rependentem, reprehensionem. Significat etiam hominem calumniatorem, quem Momum vocamus, &c.

Illustratio prima.

224. BOna enim & mala conuertens insidiatur. Hæc ratio ostendit iniquum animum prauum quod ingenium superbi, qui nihil in bonam partem accipit. Lyra: docens ea facta intentione mala insidiatur, qualiter possit nocere proximo. Hugo, id est, diminuens, vel mala intentione facta afferens, *insidiatur,* vt si male aliquid fiat, vel dicatur publicet & augmentet: bonum vero diminuat & peruertat. Dionysius: in *mala*

Superbus nihil in bonam partem accipit. Lyra. Hugo. Dionys.

conuertens, id est, sinistre interpretans *insidiatur ei,* quem se fingit amare, cui dum non potest euidenter vitam vitiosam imponere, bona eius opera interpretatur peruerse, & dicit ea facta esse non recta intentione, cum tamen soli Deo de intentione iudicium deseruetur, sic etiam Iansenius & Palacius. Itaque hæc est conditio dolosorum hominum superbiæ & inuidiæ seruientium, & bona proximorum opera male interpretentur, & si opus bonum per se sit, intentionem tamen calumniantur. Hoc apprime probatur ex eo Job 20. v. 14. *Panis eius in vtero eius verteretur in fel aspidum intrinsecus.* Vbi Nizetas: *Vt aspis imbuta veneno, è ventre illud euomit, quando ei collibuerit: sic etiam hoc genus hominum ex meditato fallendi artificio, malo, ac fraudi sunt cæteris.* Et licet aliud intendat Eliphaz. vt explicat noster Pineda, non est contemnenda Nizetæ expositio, qua supposita sic explico. Per *panem* quamuis omnis cibus possit intelligi vt 2. Reg. 7. v. 7. & quælibet voluptas & delectatio carnis, vt Prouerb. 9. v. 7. & omnes iniquitas, vt Prou. 4. v. 17. intelligitur etiam bonum vel malum opus alterius quod eiicitur in ventrem animi: sic Pineda, Panis eius malum quod ille dulceslebat, &c. ergo dolosus qui stomachum habet malis humoribus inquinatum, quidquid dulce comedit cōuertit in bilem, & ita præcordia eius eructant fœtorem cruditatis; & quod bonum per se erat, malum odorem emittit per verba nociua. Hic enim *bona & mala conuertens insidiatur.*

Iansen. Palacius. *Dolosus bona proximorum opera male interpretatur.* Iob. 20. v. 14. Nizetas. Pineda. *Quid per panem intelligatur.*

225. Jn hoc sensu dicebat Dauid: Psal. 55. v. 7. *Inhabitabunt, & abscōdent, ipsi calcaneum meum obseruabunt.* Id est, inimici mei in vnum congregabuntur aduersum me assiduè insidiabuntur, inhærebunt insidiationi, conuenient ad insidias. Calcaneum; id est, mea vestigia, mea itinera, & profectiones, per quas iturus sum, vt in illis statuant laqueos, meos gressus diligenter notabunt; quid suscipere velim, quid coner, quid instituam, insidiosè considerabunt actiones & opera; vbi manifestat conditionem dolosorum & superborum, qui prospicientes actiones & opera iustorum, & quasi in stomachum cordis iniicientes conuertunt in malum, iudicantes vel opera, vel intentionem eorum. In eodem sensu agens Christus Dominus de proditore, dixit Ioan. 13. v. 18. *Qui manducat meum panem, leuauit contra me calcaneum suum;* id est, feriet me. Pende, *qui manducat meum panem,* id est, qui hoc beneficium recipit cibationis, ipsum cibum bonum conuertet in malum, nam tradet me in mortem, &c. Perpende comparationem aquæ. Jacob. 3. v. 11. *Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Numquid potest, fratres mei, ficus vuas facere, & vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam.* Sic dolosus & superbus, qui in alueo cordis mordacitatem salis habet, non potest dulcem aquam manare, id est, dulcis aqua verborum dulcium non potest emanare ex corde amaro & salseo malæ intentionis, sed dolos, fraudes, & insidias emittit, quia bona opera aliorum conuerterat in malum cordis humorem, &c.

Psal. 55. v. 7 *Dolosi congregantur vt assiduè insidientur.* *Dolosi iudicant vel opera vel intentionem iustorum.* Ioa. 13. v. 18 Iac. 3. v. 11.

Illustratio secunda.

226. *Maculam imponere quid.* *Lyra.*

ET *in electis imponet maculam.* eleganter Tygur. *Et vitio dat laudabilia.* Drus. *Et eligibilis, maculā infert*, vel vituperationem aut reprehensionem. Lyra cum de electis viris exponat, intelligit maculam detractionem, eis detrahendo. Et quia istud licet in principio sit paruum, tamen frequenter procedit ad magnum malum, vt in sequenti sententia explicatur. *Hugo.* Hugo, *maculam*, id est, intentionem eorum peruertens. *Dionysius.* Dionys. id est, virtuosis imponit mendaciter immūditiam culpæ clam detrahendo, aut publicè accusando, ne sibi præferantur, & sic perdat commoda sua: ob quam causam Scribæ & Pharisæi maxime Dominum Iesum persequebantur. Eodem modo *Iansenius.* explicat Jansenius itaque superbi & dolosi de quibus loquitur auctor hanc habent conditionem; vt nolint alios sanctitatis splendorem emittere, vel alterius virtutis; nam lux iustorum obcœcant oculos eorum & quia illorum luce offenduntur, offendere conantur, quos reuereri & imitari debebant. Multa de detractione & murmuratione inuenientur in scriptura, & Doctoribus aliqua tamen proponamus, ne hoc hemestichium illustratione frustremur.

Iusti timentes Deum vocantur electi.

Et in electis, electos vocat auctor iustos timentes Dominum, quos Deus eligit, vt diligat & magni faciat. Jn his maculam imponere de illorum honore detrahendo execrabile est, & detestabile: nam lingua detractoria inquit D. Bernard. *D.Bernard.* serm. de triplici custodia inficit loquentem, audientem, & ipsum etiā de quo loquitur. *Gladius* (ait) *biceps imo triceps est lingua detractoris ferocissima plane, quæ tres inficiat flatu vno.* Quare Deus electorum honori prospiciens in impios detractores seuerè ac vehementer solet vindicare, & pœnas de illis expetere. *Detractores solet Deus punire.* De his improbis detractoribus, agit Dauid cum Psalm. 72. v.8.9. *Ps.71.v.8.9* ait: *Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in cælum os suum & lingua sua transiuit in terra.* quem locum intelligit Hugo Card. de detractoribus. *Hugo.* Quid enim cælum denotat nisi electos Dei, in quibus tanquam in cælo Deus habitat; per terram intelliguntur cæteri homines, qui nec grati, nec accepti sunt Deo, sed potius inuisi, & licet inuisos habeat, non sunt detrahendi ab aliis: licet Chaldæus per cælum intelligat ministros Dei & per terram iustos habitantes in terram. Sic vertit: *Posuerunt in sanctos cælorum os suum, & lingua sua vsit sanctos terræ.* Ponere os in aliquem, idem est quod de illo loqui, siue bene siue male. *Os ponere in aliquē quid.* Ergo detractores os suum ponunt in electos Dei, cum in illis imponunt maculam de illorum honore detrahendo. Electi enim cum cælum sint odio habentur ab improbis, forte quia eorum fœlicitati inuident, & cum inuidia, vt dixit D. Bernardus. *Inuidia quid. D.Bernard. D.Damasc. D. August.* *Sit dolor de proximi fœlicitate ex rerum successu conceptus*, vel vt Damascen. *Tristitia de alienis bonis.* D. August. *Odium fœlicitatis alienæ.* Hinc est quod detractor tristitia & dolore affectus ex aliorum fœlicitate maculam in eis imponat, vt quia illorum fœlicitatem assequi non possunt eam inquinare vel fœdare conentur. *Nihil infœlicius quam electos Dei lingua percutere.* Sed quid infœlicius quam electos Dei lingua percutere: quid enim assimilatur detractioni, quam tetra nubes? hæc enim obscuritate sua cæli splendorem, & pulchritudinem obducens, illam dissimilat, non tollit, sed dum cælum obnubilat quasi commaculat & inquinat, sic cum electi Dei virtutum suarum splendorem, & pulchritudinem ad præbendum omnibus præclarum virtutis exemplum ostentare student, ita oculos inuidorum lædunt, vt magna obscuritate & contemptu afficiant. *Detractio assimilatur tetræ nubi.* At cum ipsi obumbrari sentiant conantur nube detractionis suæ cælum inquinare, vt alij electos Dei obnubilatos spectantes contemnant, & pro nihilo putent. Sed cum electi sint quasi cælum obnubilatum, cum oritur diuinus sol radiis suis dissipat nubem detractionis, & pulchritudo splendorque virtutis manifestatur, vt oculi spectantium delectentur, & Deum electorum defensorem & protectorem laudibus extollant. Scriptum est enim Iob 5. v.21. *A flagello linguæ absconderis.* Vocat detractionem flagellum linguæ, *Iob.5.v.21. Detractio est flagellum linguæ.* sicut enim flagellum in scapulas impingitur, & à tergo lædit quod non videas; sic detractio eumdem effectū præstat: dicitur etiam flagellum, quod dolorem & vibicem efficiat, id est; soleat honesto famæ notam indelebilem inurere. At Deus protector & defensor iustos abscondit, vt hoc effugiat flagellum. *Absconderis*, inquit, id est, protegeris, defenderis: tuebitur te Deus semper ne præualeat contra te calumnia, mendacium, detractio, ne quid accipias damni ex lingua iniqua: simile est id quod dixit Dauid Psal. 30. v.21. *Psal.30.v.21.* *Abscondes eos* (proteges, seruabis, munies vndique) *in abscondito* (interiori cubiculo tuæ maiestatis) *faciei tuæ.* (te prouidente & circumspiciente ne quid accipiam damni) *Proteges eos in tabernaculo tuo.* (Sicut Moysem fugientem à iurgio & murmuratione populi ad tuum tabernaculū, num.14.) *A contradictione linguarum*, id est, à detractione & vt loquitur D. Bernar. in epist. ad fratres de Monte Dei *Abscondit vos Deus in abscondito faciei suæ à contradictione linguarum.* Sic liberatus est noster Iesus Sirach à contradictione linguæ, cum ait: *Eccles.51. v.7.* cap.51. v.7. *Liberasti me à lingua coinquinata*, &c.

227. *Detractio pessimum vitium est.*

Ergo pessimum vitium est detractio, quam pessimus pater genuit, ac infamis ac putidissima mater parturiuit: Pater detractionis est, peruersus appetitus ex corruptione naturæ progenitus, quoad gesta aliorum carpenda & vitas fratrum rodendas & maculandas inclinamur. *Pater & mater detractionis qualis.* Mater esse solet inuidia, qua de bonis aliorum dolemus, aut superbia, qua ipsos in corde nostro despicimus. Ideo vocatur lingua à Iacobo c.3. v.6. *Iac.3.v.6. D.Hieron.* *Vniuersitas iniquitatis*, & explicat D. Hieron. Epist. ad Eustochium. *Quæ igitur vniuersos inflammat, ac inficit, iure vniuersitas iniquitatis dicitur.* Vocat etiam *vniuersitatem* quia sicut ille locus vbi scientiæ docentur, vocatur vniuersitas: sic ait Glossa ideo lingua *dicitur vniuersitas, quia per eam cuncta facinora continuantur*, id est, componuntur. Hinc est quod cum lingua sit veluti vulca, in qua detractio à talibus parentibus generetur, appetat cibos prohibitos ad se sustentandam, famam scilicet, & honorem proximorum; his carnibus vescitur & delectatur: quærit enim famam & honorem vt tamquam carnes mordeat, & eis nutriatur. Quare Job queritur de amicis aiens, *Iob 19.v.22. Psal.26.v.2.* cap.19. v.22. *Et carnibus meis saturamini.* quem locum sicut alium. Psal.26. vers.2. *Appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.* *Saturari carnibus ad detractionem pertinet.* Ad detractionem pertingre eleganter docent multi ex patribus. D. Hieronymus in Comment. Psal. exponit: *D. Hieron.* *Rabido dente dilacerare.* D. Aug. *D. August.* *Insultare & maledico dente consumere.* D. Gregor. lib.14. Mor. cap.14. *D.Gregor.*

Qui alienæ vitæ detractione vescuntur, alienis procul dubio carnibus saturātur. Vnde per Salomonem dicitur. *Prou.23. v.20.* *Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorū, qui carnes ad vescendū conferunt, dantes symbola, &c. Carnes quippe ad vescēdum cōferre est in collocutione derogationis vicissim proximorum vitia dicere, symbolum vere dare est, sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum: ita confabulatione detractionis verba conferre.* Hinc est, quod coruus Gen 18. non reuersus est postquam egressus de Arca inuenit carnes quibus vesceretur; sic detractor, &c.

Quare detractio dentibus mordentibus comparetur.

Ratio huius allegoriæ est, quia dentibus, ore, lingua, quæ eadem sunt dicendi, & maledicendi instrumenta, mordemus, comedimus, deuoramus, quare cum loquendo tandem & maledicendo perdimus proximi famam, & honori imponimus maculam; deuorasse & consumpsisse videmur, & quasi in ventriculi baratrum; qui est consumptionis & interitus locus traiecisse. Confirmat hanc similitudinem Salomon *Eccles.10. v.11.* Eccles.10. v.11. cum ait: *Si mordeat serpens in silentio, nihilominus habet, qui occulte detrahit.* Vbi D. Hieronymus, ait: *Detractor instar serpentis est. D.Hieron.* *Serpens & detractor æquales sunt; vt ille mordens venenum inserit: Sic istæ detrahentis virus pectoris infundit in fratrem.* Ex Heb. legitur: *Si mordebit serpens absque susurro, & non excellentia Domini.* linguæ, id est, nihil à serpente ita mordente distat is, qui lingua abutitur, & linguax est, scilicet obloquēdo ac detrahendo occulte D. Hieronymus Præf. ad 18. lib. super Jsaiam id Psal.51. *Psal.51.v.6* v.6. de Doeg. detractore; *dilexisti omnia verba præcipitationis.* Vbi Chald. vertit, *voracitatis*, de mordentibus, ac ferientibus in abscondito detractoribus interpretatur. Dixit Cassiodor. in *Cassiodor. Linguæ detrahentium dentes vocantur.* Psalm. *Dentes dicti sunt à demendo, ideo pulchræ linguæ detrahentium dentes vocantur, qui sicut illi ciborum partes demunt, ita & isti opiniones hominum corrodunt.* Eamdem vim habet quod ait Apostolus Galat. *Galat.5.v.15* 5. v.15. *Si inuicem mordetis, & comeditis videte, ne ad inuicem consumamini.* Quo verbo mordendi & rodendi & lacerandi & inficiandi, auctores quoque prophani frequenter vtuntur. Quare apte lingua maledica cum serpentina comparatur, inest enim sub serpentis lingua plena veneno vesica, quæ quando mordet, rumpitur. sic Psal. *Ps.139.v.6.* 139. v.4. *Venenum aspidum sub labiis eorum: linguis suis dolosè agebant*, &c.

228. *Psal 13.v.4. Sicut panis communis cibus est sic detractio detrahentibus. D.August.*

Insuper de hac deuoratione detrahentium queritur Deus per Vatem Regium Psal.13. v.4. cum ait: *Deuorant plebem meam vt escam panis.* Sicut enim communis cibus panis est. Ita ipsorum animis cibus est detractio veluti panis, vt explicat D. August. in Psalm.52. qui ad quascumque escas adhibetur, nullique hominū parcit, malis scilicet; quia gaudet plures habere socios iniquitatis, sicut notauit D. Ephræm. Syr. tō.2. adhortat. 2. *D.Ephrem.* *Nam quemadmodum* (inquit) *duo aliqui splendide induti simul per forum euntes, alteruterq; non sibi præcauens, impingendo in lutum incidit; vestemque præclaram omnino destruit postea motus inuidia etiam proximum in cœnum deiicit, ne ipse solus turpis videatur. Sic etiam hic, qui virtute exciderunt, nituntur supplantare cæteros, ne soli in dedecore versentur*, &c. *D. Nazian.* Quod confirmat D. Gregor. Nazianz. orat. 1. cum ait: *Mihi vero ad improbos oratio est, & malignos, qui ex eo quod alios calumniis incessunt vitiis opem ferre moliuntur.* *Plutarchus.* quod etiam dixit Plutarchus lib. de progressu in virtute: *In confesso est, ita natura comparatum esse, vt isti quos nulla tangit admiratio virtutis, sedulo curent, quo ab aliis celebrata lacerent atque insectentur.* Bonis & iustis viris detrahunt, quos sibi similes esse per contumeliam nituntur, ne ab illis reprehendantur. Sic D. Gregor. lib.13. *D.Gregor. Singularis proprietas detrahentium.* Moral. cap.1. ait: *Esse hoc peruersorum proprium solet, quod suas malitias per conuitium bonis ingerant, priusquam de iis ipsi veraciter accusentur, & dum metuunt increpari de iis, quæ faciunt, aduersantes suis prauitatibus iustos hæc facere testantur.* Recte quidem de huiusmodi hominibus dixit Isai. cap.57. v.20. *Isa.57.v.20* *Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutū.* Dum enim mare velut feruet & ebullit vndis vndique agitatum, se ipsum purgat ad terram & littora euomens & proiiciens quæcumque sordida & immunda ferebat, quod impij facere consueuerunt maledico ore & virulenta lingua.

Detestabile est famam defunctorum verbis detractionis inficere.

Quare si de honore viuorum detestabile est, detestabilius erit famam & honorem defunctorum verbis detractionis inficere; quod crimen abire non sinit Deus impunitum. Amos 2. v.1. ait Vates: *Super tribus sceleribus Moab & super quartum non conuertam eum.* id est, tria scelera Moab *Amos 2.v.1* impunita relinquam, sed quartum inultum abire non permittam. Quodnam quartum scelus Moab? subdit Amos; *eo quod incenderit ossa regis Idumeæ vsque ad cinerem.* Graue scelus esse oportet illud, propter quod tantopere indignari se dicat in Moabitas. Communis est omnium interpretum sententia, hunc regem, qui exhumatus atque combustus est, fuisse illum, qui cum rege Jsrael & Iuda arma coniunxit contra regem Moab 4.Reg.3. Vbi eo desperationis adductus est rex ille; vt super murum primogenitum filium, spectantibus omnibus immolauerit. *Quod scelus Moab quod tantopere Deus punierit.* Hinc dicunt regem Moab tantum in regem Idumeæ odium concepisse, vt in mortuum quoque ferarum in modum baccatus fuerit. Quare violato sepulchro regio & ossibus in cinerem redactis dicitur indignatus Dominus, vt ideo neget conuertendum esse regem Moab. Graue enim peccatum est exhumare mortuos & illorum insultare cineribus, & cum illis dimicare rursus, & illum honorem eripere quam dedit viuorum pietas; & quia id ratione fieri potest rursus interficere. Quodusque à Deo natura ipsa horret, & Deus execratur, vt si id hostibus inferri contingat, abire non sinat inultum.

In mortuos sæuire belluini animi est.

Vnde colligitur, in mortuos sæuire, & cum morte non etiam inimicitias extingui, belluini esse animi & parum ingenui. Quare mortuis maledicere, aut illis detrahere illiberale putarunt sapientes & turpe. Jd enim dicebant esse canum, qui à carnibus putridis non cohibent rabidam famem, & quæ terra tegit foras effodiunt. His detractores assimilant, qui mortuorum vitia, quæ terra benignior condit in hominum conspectum euocant, *Detractores similes canibus.* quod perinde est atque ossa effodere, & illa comburere, quia sic detecta accipiunt & exaggerant vitia, quasi incendio digna fuerint, aut cruce, aut denique talia quæ fœdo aliquo aut duro supplicio punire debuerint. Longe aliter viri Sapientes ac pij, qui de mortuis parce, & non nisi cum laude loquuntur, nisi illorū vita atque doctrina eiusmodi sit, vt si commendentur, aliquid hominibus allatura sint incommodi. *Vita nequam mortuorum laudanda non est nec insultanda.* Nam quæ laudantur, aut etiam non improbantur commemorata, probari solent, & ad imitationem & exemplum adduci. Sic dixit de Arrij morte D. Athanas. orat. 1. contra Arrian. *D.Athanas.* *Omnibus quidem hominibus*

nibus communis vitæ exitus mors est, nec illi defuncto (Arrio) *tametsi inimico insultandum, cum incertum sit nisi in ante vesperam ipse quoque à morte sit apprehendendus; sed tamen exitus rei quia non est vulgaris, opere pretium est, vt enarretur.*

229. *Detractiones audire detestabile est.* D.Gregor. Tandem, non solùm detrahere de honore proximorum siue viuorum siue mortuorum detestabile iudicatur, sed etiam audire detractiones eorum condemnatur; nam *quid aliud* (inquit D.Gregor. lib.8. in dist.3. c. 45.) *Detrahentes faciunt nisi quod in puluerem sufflant, atque in oculos suos terram excitant; vt inde plus detractionis sufflant, inde magis nihil veritatis videat.* Cum Dauid Psal.14.v.3 Ps.14. v.3. rogasset: *Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Vers.3. respondit; *qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* Vbi non solùm ingrediuntur qui non detraxerunt, sed etiam illi, qui renuerunt accipere opprobria aduersus proximos suos. *Æquale vitium est detractionem audire & facere.* Est enim velut æquale vitium in detrahentibus & audientibus detractiones, ita vt non facile iudicari possit, an sit peiores qui detrahentibus dant aures ipsis detrahentibus Diuus enim Bernard. D.Bernard. dixit: *Detractor, & libens auditor vterque diabolum portat in lingua.* Nec enim essent detractores si deessent libentes iis auditores. Mirus inest auribus pruritus & voluptas incredibilis detractores audiendi, vel propter odium aliorum, vel inuidiam, vel cupiditatem alicuius rei; vel quia deditus otio, loquaxque lætatur alienis audiendis & excutiendis dictis ac factis. *Detractor & audiens detractionem comparantur dantibus symbola.* Itaque detractor, & qui eum auscultat comparatur iis, qui dant symbola, & conueniunt inter se ad vescendum, de quibus ait Salomon Prouerb.23. v.20. Prou.23. v.20. *quia vacantes potibus & dantes symbola consumentur,* &c. Dantes symbola Glossa interpretatur esse in confabulatione detractores singulo verbo ad detrahendum conferre, instar eorum, qui ad conuiuium conuenientes ad maiorem apparatum & copiam singuli suam partem & portionem afferunt, quare dixit B. Petrus Damian. B. Pet. Damian. Epist.26. ad Abbat. *Noli inquam detrahere, sed ne tu rem quidem dignam ducas detrahentibus applicare cum detractoribus,* Prouerb.24. ait Salomon: *Tu videlicet illius qui detrahit, quam eius qui aurem accommodat detrahenti.*

Psal.100. v.5. Inde est quod Dauid dicat Psal.100. v.5. *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.* D. Hieronym. & Anacletus. *Loquentem in abscondito contra proximum suum, hunc interficiebam.* *Iactat se Dauid non dedisse aures obtrectatoribus & calumniatoribus.* Negat Dauid hoc loco se aures detrahentibus dedisse siue obtrectantibus, & calumniantibus, aliena facta explorantibus, & de illis murmurantibus; sed id genus hominum adeò perniciosum insectatum, & perdere, quantum potuit conatum. Lorinus. Vide nostrum Lorinum qui multa congerit ad hunc locum. Omnes enim qui detrahit primum quidem seipsum prodit (vt asserit B. Bernard. D.Bernard. serm.24. in Cant.) Vacuum charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is cui detrahit, veniat in contemptum, vel odium ipsis, quibus detrahit? Vide de hoc argumento. D. Chrysost. D.Chrys. D.Laurent. Iustinian. tom.5. de hom.3. ad Populum, Antiochum monachum. hom.29. Laurent. Justin. de interiore conflictu cap.2.

Num.12. v.10. Tandem quod Deus puniat detrahẽtes probatur, ex Num.12. v.10. vbi dicitur Mariam prophetissam propter detractionem punitam fuisse lepra. Nam sicut lepra carnem depascit, ita detractio mentem detrahentis inficit atque consumit. *Quare Mariam propter detractionem contra Moysem lepra punierit Deus.* D.Ephrem. Hoc autem fuisse consilium Dei, D.Ephræm manifeste fatetur de morbo linguæ: *Descriptione Mariæ prophetissæ* (inquit) *nobis veritatis exẽplum exhibuit. Nam aperte corpus illius lepra occupauit, quia clàm lepra peccati animam suam infecerat: ex manifesto eius malo peccatũ innotuit, quod latebat, ex teterrima illius lepra docemur quam graue ac detestabile vitium sit obtrectatio. Corpus quod lepra infestum cernebatur, velut speculum quoddam fuit animæ, quæ non perspiciebatur, cuius indicabat maculam,* &c. *Detractio comparatur lepræ & quare.* Optima est lepræ & detractionis comparatio, quia sicut lepra omnes corporis partes inuadit, ita detractio totum detractorem exedit, cor detractoris percutit; ipsa hominem malum fecit, & abditum cordis eius pessimum reddit, linguam inficit. Quid enim nisi detractio linguam contaminat, quæ omnes sordes, id est, peccata & defectus fratrum sub detractoris lingua recondit? Virtutes destruit secundum id Ecclesi.28. vers.21. Eccles.28. v.21. *Flagelli plaga liuorem facit plaga autem linguæ comminuet ossa.* *Mala detractionis qualia.* D. Gregor. Ossa enim secundum D. Gregor. in Psal.1. pœnit. virtutes significant, quas lingua maledici non tantum in proximo eleuat, sed & in semetipso consumit. At tandem detractio nihil sanum in misero detractore relinquit. Quare Paulus 2. Timot.2. v.17. 2.Timot.2. v.17. de detractoribus ait: *Multum proficiunt, ad impietatem; & sermo eorum vt cancer serpit.* Nam quemadmodum cancer paulatim cuncta membra corporis occupat: sic detractio cuncta interiora corrodit.

230. *Detractionem Deus grauiter punit.* Quare homo hoc vitium detestabile fugere debet, quia si in electis maculam sua detractione imposuerit à Domino grauiter punietur, & sicut Deo inuisus est detractor, sic etiam hominibus, iuxta id Prouerb.24. v.9. Prou.24. v.9. *Abominatio hominum detractor.* Heb. *derisor*, Alij, pestilentem pestem vocant derisorem. Vatab. *Derisorem abominantur homines.* Qui non audet, aut non valet proximo reipsa & factis damna inferre eumdem conuitiis ac detractionibus petit. *Abominatio est hominum detractor,* q.d. *Abominatio est hominum detractio.* Nam cum suis detractionibus inuidiam & odium aduersario conciliare velit, ipse quidem omnium odium & detestationem sibi accersit: omnibus enim perquam inuisus est detractor, itaque eam plagam, quam hosti intentat, sibi prorsus infligit. Claudat tandem hanc illustrationem D. Bernard. D.Bernard. serm.24. super Cant. Vbi comparat detractionis linguam cum vipera & lancea. *Nunquid non* (inquit) *vipera est lingua detractoris ferocissima? plane nimirum, quæ tam letaliter inficiat flatu vno?* (hoc idem est ac imponere in electis maculam.) *Detractio comparatur lanceæ.* *Numquid non lancea est lingua ista? profecto acutissima, quæ comparatres penetrat ictu vno,* & in lib. de interiore domo agens de linguæ vitio, ait: *Lingua mordet detrahendo, labitur vt anguila, penetrat vt sagitta, mouet rixas, seminat discordias, vno ictu multos percutit & interficit.* Demum ipse in tractatu de detractione serm.33 asserit. *Detrahentes latrant quasi canes.* *Detrahẽtes latrant quasi canes, sicut canes rodunt pedes transeuntium, ita detrahentes rodunt vitam proximorum. Canes solent mordere homines, & dente pestifero lacerare transeuntes. Abscinde à lingua tua vitium detrahendi, alienam vitam non rodas, vitam alienam non laceres, de alieno malo non inquinas os tuum, non detrahas peccatori, sed condole,* &c. Plautus comparat muribus dicens. Plautus.

Quasi mures semper edimus alienum cibum;
Vbi res prolatæ sunt nostris dentibus.

Porro vers.34. dicemus comparari detractores cum locustis quas Joannes Apoc.9. v.9. vidit, quarum facies erant tamquam facies hominis, & dentes earum sicut leonum. *Detractores comparantur locustis.* Apoc.9.v.9. Detractores enim erant sicut locustæ, qui instar locustarum omne viride pascunt, & absumunt, & cum humanas facies habere videantur, sæuissimos tamen leonis dentes in moribus factisque hominum infigunt; & quod omnem immanitatem superant, carnibus instar leonum vescuntur. Vide etiam de hac materia inferius vers.34.

VERS XXXIV.

A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis: homo verò peccator sanguini insidiatur.

Sensus.

231. A *Scintilla,* &c. q.d. Iterum admoneo te, ne hominem dolosum hospitio excipias, quia sicut ab vna parua scintilla, quæ nullum euentum infœlicem præmõstrat, nec videtur posse nocere, augetur ignis, qui vel domum, vel syluam deuorat; ita nonnumquam ab vno homine doloso, qui alienus videtur à comminatione ruinæ multiplicantur homicidia: homo enim qui dolis & insidiis plenus est, tam potens malum est, vt per eius detractiones, & excitatas seditiones sæpe multa sanguinis effusio eueniat. Et qui se peccatis penitus dedidit non saturatur paruis criminibus, nec sufficit ei scintillas suæ malitiæ de se diffundere, sed insidias etiam struit ad effundendum sanguinem, &c.

Notæ.

HÆc sententia breuior redditur in originali: nam Græcè est: Ἀπὸ σπινθῆρος μικρᾶς πληθύνεται ἀνθρακιά, καὶ ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς εἰς αἷμα ἐνεδρεύει. *A scintilla augetur pruna & homo peccator ad sanguinem insidiatur.* Sic redditur sententia bimembris, secundam partem omittit, *ab vno doloso,* &c. vulgatus legit: *à scintilla vna,* in originali ponitur *parua*, quia vel scintilla vel pruna cum parua sit facile exardescit, & augetur ignis; sic parua sunt verba detractoria & fraudulenta dolosi, & tamen magnam flammam accendit: nam ignis excandescentiæ incenditur, & ex hoc igne multiplicantur homicidia, quæ per *sanguinem* intelliguntur. quadrat cum Prouerbio ex parua scintilla sæpe magnum incendium. Vide Iacob.3. v.3.

Illustratio prima.

232. *Atrocitas odij ab improbis hominibus suscepti demonstratur.* A *Scintilla enim vna augetur ignis.* Est etiam hic aptissima imago, ac similitudo, in qua magnitudo acerbitasque odij ab improbis hominibus suscepti demonstratur. Paruis enim rebus offensi ita exacerbari solent, vt eorum, à quibus se læsos arbitrantur, sanguinem expetant. q.d. sicut parua pruna vel scintilla, quæ nihil lædere posse videbatur, magnam flammam, & incendium excitat; sic etiam homo superbus, & dolosus, qui impotens esse videbatur ad nocendum, cædes magnas excitat, & ad sanguinis effusionem prouacat. Lyra. Iansenius. Palacius. Hugo. Sic explicat Lyra, Jansenius, Palacius, ac Hugo exponit de peccatis: paruum enim flagitium solet multa peccata excitare; sed melius ad linguam dolosi referendum est hoc adagium, quod optime noster Delrius extricat.

Quare lingua ignis vocetur. Iac.3.v.6. Ergo cum lingua ignis sit vt eam vocat Apostolus Iacobus inquit, ipse cap.3. v.6. *Ecce quantus ignis quam magnam syluam incendit. Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis.* Hoc est, quantulus ignis, seu quam exiguus. Beda, *quantus* dicit, quam modicus, sicut enim à modica scintilla ignis excrescens, magnam sæpe syluam incendit; ita incontinentia linguæ suis nutrita leuitatibus magnam bonorum operum materiam, multos vitæ spiritualis fructus; vbi attaminauerit perdit. Sed & innumera plerumque, quæ optima videbantur locutionis folia consumit. Sic Euripides apud Stobæum serm.39. Stobæus.

Nullus eas resciscat, quæ conticere decet.
Parua enim facula cacumen Idæ
Incenderit aliquis, & si quid vel vni
Aliquando aperueris.
Id ciues audient omnes quod celandum fuerat.

Solon. D. Hieron. Et Solon in elegis, *ex minimis principiis grandes nasci lites, vt ignis ex scintillula.* Confirmat hoc D. Hieronymus in cap.5. ad Galat. transferens ad hæreses: *Vnde hæreses ortæ sunt, & quomodo excreuerunt.* Luc.13. *Scintilla* (inquit) *res parua est, & pene dum cernitur non videtur, sed si fomitem comprehenderit & nutrimenta sui, quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes, latissimos saltus regionesque consumit. Fermentum quoque cuius ad aliam partem in Euangelio parabola temperata est, res modica videtur & nihili; sed cum farinæ conspersum, totam massam suo vigore corruperit, in illius vim transit omne quod mixtum est; ita & doctrina peruersa ab vno incipiens, vix duos, aut tres primum in exordio reperit auditores sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium: vnius pecudis scabies commaculat gregem. Igitur scintilla statim vt apparuerit, extinguenda est; & fermento à massæ vicinia se mouendum, secundà putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum: ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpaturque, putrescat, intereant.* *Scintilla praua doctrinæ statim extinguenda est, &c.* Quare non ipsum crimen tantum sed etiam criminis vitanda occasio: illud enim flammæ, hæc fumo simillima. Bene Plautus: Plautus.

Semper tu scito, flamma fumo proxima est,
Fumo comburi nihil potest, flamma potest.

Vide supra de vitanda peccandi occasione cap.3. vers.27.

233. *Dolosi solent esse sanguinarij.* Psal.13.v.3. Cum igitur intendat Ecclesiasticus explicare, dolosum esse sanguinarium; *& ab vno doloso augetur sanguis*, optime probatur, ex Psal.13.v.3. vbi cum Dauid dixisset de doloso: *Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorum.* Subdit statim Vates Regius: *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* His enim versiculis significatur malitia hominum impiorum, qui verbo & opere nocent proximis suis. Sepulchro comparat guttur eorum, quia sicut ex aperto sepulchro exhalat fœtor corporum mortuorum, ita ex ore istorum prodeunt verba turpia testantia corruptionem cordis. *Venenum aspidum,* &c. id est, non solùm turpia & dolosa sed etiam venenata & inficientia atque ad malum prouocantia verba effundunt. *Dolosi non solum maledicunt, sed etiam malefaciunt.* *Quorum os,* &c. id est, homines isti perditi non solùm maledicunt & amaris contentionibus iurgan-

iurgantur, sed etiam malefaciunt, & reipsa nocent. Nam quorum os plenum est maledictione & amaris comminationibus, eorum pedes velocissime currunt ad lædendum, & occidendum. Concludit Vates: *Contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum*, id est, omnia eorum studia ad conterendum, vastandum, calamitate afficiendum spectant, siquidem pacis viam; id est, studia pacifica omnino ignorans. Quorum malorum fons atque origo est, quia timorem Dei plane abiecerunt quasi Deum non cognoscentes, &c.

Prou. 12. v. 6 *Impij verbis suis insidiantur sanguini.* Rursus hoc probatur ex eo Prouerb. 12. v. 6. *Verba impiorum insidiantur sanguini*, LXX. *Verba impiorum dolosa.* Cum ergo præmiserit Salomon in præcedentibus sententiis; impios consiliis & cogitationibus suis fraudes moliri; addit nunc, eos non solum dolos apud se cogitare, & construere, sed etiam de his inter se collatis sermonibus agere; & pacisci q.d. impij de iustis & insontibus de medio tollendis verba conferunt, ac sese ad sanguinem fundendum mutuo cohortantur & acuunt. Nota esse doloso *verba impiorum* ad effundendum sanguinem, quia si auctor noster affirmat ab vno doloso augeri sanguinem; ita impius effudit verba dolosa, vt sicut; qui scintillam vel prunam vult accendere flatu suo excitat flammam vt ageat ignem: sic cum loquitur impius verba dolosa & iracundia plena, afflatu suo excitat furoris & iracundiæ flammam, & auget ignem furoris in tantum, vt sanguinem effundere cogatur; quia persæpe impius dolis seruiens insidiatur sanguini vt effundat illum, & ab eo augetur. Ideo affirmat Dauid Psal. 5. v. 7. (Psal. 5. v. 7. *Virum dolosum abominatur Deus.*) *Virum sanguinum & dolosum abominari Dominum.* quia dolis suis sanguinem effundunt. vocat *virum sanguinum* hominem sanguinarium, percussorem; quia dolos construit ad excitandum ignẽ furoris, & cum ex vna scintilla augeatur ignis, sic ex scintilla furoris doli afflatu accẽsu augetur sanguis. Sic etiam dixit idẽ Vates Ps. 51. (Psal. 51. v. 4) v. 4. *Tota die iniustitiam* (Hieron. *insidias*) *cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum*, quid est, quod nouacula faciat dolum? quia sicut nouacula cum sit instituta ad radendam barbam, qui ea dolosè vtitur effundit sanguinem: ita lingua cum sanguinem hominis alieni effundit: sic D. Hilarius vertit: *sicut vasorium acutum fecisti dolum.* (*Sicut nouaculam facere dolum quid.* D. Hilar.) Et explicat: *Nouacula ad nitorem vultus acuitur, vt abradens hirsutam atque horrentem barbam faciem leuiget. Hæc si potius vulneret dolum fecit: quippe cum præparata ad ornatum, ministerium suum præbuerit ad vulnus.* sic etiam lingua, quæ nouacula acuta est, &c.

Illustratio secunda.

234. Hugo. **E**T *ab vno doloso augetur sanguis.* Hugo, vel ab hæretico vel falso fratre, augetur sanguis, id est, hominum perditio, vel peccatum, quod sanguis nomine designatur Oseæ 4. v. 2. Dionys. id est, sanguis effusio ad quam dolosus alios incitat per verba detractionis, atque discordiæ, & consimilia, quæ alios contra se inuicem prouocat. Quomodo autem augetur sanguis à doloso? (*Cum augetur detractio in ore dolosorum augetur sanguis, &c.* Psal. 56. v. 5.) certum est per sanguinem hic mortem significari, & tunc augetur sanguis, cum augetur detractio in ore dolosorum, dixit Dauid Psal. 56. v. 5. *Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.* Vocat arma lanceas & sagittas, & ait Agellius: (Agellius.) figurate vero his nominibus falsas criminationes & delationes accipimus. Sed nota quod linguas dolosorum confecrat cum sagittis & gladiis quæ arma propriè sunt instrumenta cædium, & qui sagittis & gladiis vel lanceis vtitur, sæpe in ordine ad effundendum sanguinem vel ad occidendum eis abutuntur. Ergo si figurate verba criminosa & detractoria per hæc arma significantur, & ipsa sunt cædis instrumenta, (*Verba criminosa & detractoria per sagittas significantur.*) cum quæritur Dauid aduersarios suos linguis suis quasi gladiis & sagittis illum adoriri, vult significare nihil illos conari, nisi sanguinem suum effundere. D. Hilarius: (D. Hilar.) *Et lingua eorum machæra acuta, cum & consumerent sæuitia potestatis, & obtrectationum iaculis vulnerarent;* qui enim vulnerat effundit sanguinem: sic dolosus lingua suâ quasi machæra verbis suis effundere intentat sanguinem. Ideo postulabat Dauid Psal. 58. v. 3. (Psal. 58 v. 3. *Dolosi & superbi vocantur operantes iniquitatem.*) *Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me.* Vocat *operantes iniquitatem*, homines dolosos & superbos, qui insidiis suis operari conantur iniquitatem: & *viros sanguinum* homines perditos, qui dolis & insidiis suis quærunt alienum sanguinẽ. *Viros autem sanguinum* (inquit D. Hilar.) (D. Hilarius) *non solùm admissa cædes, sed & cogitata consumat*; quia sicut per operà augetur cogitationes, sic cùm quis molitur proximum occidere, augetur sanguis per consummationem. Et sicut *à scintilla vna augetur ignis*, sic, &c. ideo subdit Sirach.

Homo vero peccator sanguini insidiatur. Hugo (Hugo.) explicat de vita spirituali extinguenda, quia quasi nihil in conspectu eius sanguis. Palacius, (Palacius. *Ingratitudo hospitis accendit rixam.*) vir enim peccatis deditus non se continet donec hominis vita priuet, & concludit. Hæc lector ita intellige, ingratitudo hospitis accendit rixam, & inde homicidia patrantur, quis enim ferat hospitem, qui malum pro hospitio rependat? Melius Iansenius: (Iansenius.) Tam potens est malum vel vnus dolosus, vt per eius detractiones & excitatas seditiones sæpe multa sanguinis effusio accidat. Homo enim qui se peccatis penitus dedit non satiatur paruis criminibus, nec sufficit ei scintillas suæ malitiæ de se diffundere, sed insidias etiam struit ad effundendum sanguinem. Itaque ostendit sapiens quam mala sit detractio proximi, cùm aliquando causa sit mortis alterius, non enim continetur detractor in detrahendo de honore proximorum; (*Detractio solet esse causa mortis alterius.*) sed ex parua scintilla vult augere maximum incendium vsque ad effusionem sanguinis. Hoc potest probari ex eo Ose. 7. v. 16. (Oseæ 7. v. 16.) *Facti sunt tanquam arcus dolosus.* Vbi ergo est dolus in arcu nisi in extensione eius? Sic LXX. *Facti sunt sicut arcus intentus.* dolus igitur est vt intendatur, & fugere ab eo quod petit videatur, quo dolo intendit homo impius cædem proximi; sic addit Vates: *Cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ.* Chaldæus: *propter prauitatem linguæ eorum.* Pende effectum linguæ eorum, quasi arcus dolosus dimicarunt contra principes, & linguis suis effudetunt sanguinem. (*Verba dolosa comparantur arcui, &c.*) Os eorum arcus erat, & verba sagittæ, intenderunt arcum suum, & intorserunt sagittas verborum, quibus principes ceciderunt, inciderunt enim gladiis linguæ suæ. Optime D. Chrysostom. tom. 1. in Psalm. 100. (D. Chrysost.) explicans id: *Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar: Quodnam enim mali (inquit) genus est, quod non à detractione oriatur. Ex ea odia pullulant, ex ea iurgia conflantur; ex ea dissidia ortum trahit, &c. Nouit quippe*

quippe detractio, postquam hominem furore perfudit, atque occidit, funestum etiam eum ac sanguinarium aduersus proximum reddere. Hæc & vniuersas domus subuertit & pacatas vrbes ad bellum excitat. Quæ omnia confirmant sententiam nostram.

235. (*Detractorũ linguæ dentibus leonum comparantur, qui semper sanguini insidiantur.*) Tandem linguæ detractorum comparantur dentibus leonum qui semper sanguinem insidiantur. Cum Ioannes Apoc. 9. vidit stellam de cælo cecidisse, cui datũ est imperium super abyssum, ex ipsa abysso exierunt locustæ, quarum figura prodigiosa erat. Inter alia, inquit Apost. (Apoc. 9. v. 9) vers. 9. *Et habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum sicut dentes leonum erant.* Iam superius diximus conditionem locustarum, quam detractores imitantur. Nunc autem ponderanda est conditio & natura leonum, quam linguæ detractorum exequuntur: nam dẽtes habent leoninos, ex quorum impressione ater profluit sanguis: ergo cum ait Ioannes locustas præ se ferre faciem hominum, & habere capillos sicut mulierum capillos, indicat se blãdas ac molles prima specie exhibuisse, vt humano vultu crudelitatem leoninam simularent. De leone autem ait (*Leonis conditio.* Plinius.) Plinius lib. 8. cap. 16. *Ex omni vulnere siue dente, siue vngue impresso ater profluit sanguis.* Et ipsius præsertim morsus forte venenatus est. (*Detractores sunt locustæ.*) Igitur detractores assimilantur locustis, quæ messes corrodere solent, ipsi etiam præ se ferẽtes humanam faciẽ, id est, speciem amicitiæ, quasi leones dentibus detractionum suarum sanguinem aliorum insidiantur, non solùm inhiant sanguini proximorum, id est, honori & famæ eorum vt sanguinem extrahant, id est, famam & honorem tanquam floridam messem corrodant; quia morsus detractorum vulnus infligunt, ex quo vulnere, ater profluat sanguis; sed præcipuè ita mordent, vt causa sint effusionis sanguinis: nam vt dixit (D. Chrysost) Chrysost. *Nouit quippe detractio funestum etiam eum ac sanguinarium aduersus proximum reddere.*

(Ezech. 22. v. 9.) Hoc probat id Ezech. 22. v. 9. *Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem.* Symach. *Viri dolosi.* Chald. *Criminatores.* Rex Dauid, *Viri delatores.* (*Viri detractores produnt crimina.*) Hi verò sunt, qui occulta produnt crimina, aut etiam configunt, illaque aut ad magistratus deferunt, quæ quasi legitima auctoritate puniant, & publico nomine: & ita sanguis effunditur innoxius. Vnde tam delator quam iudex aut compendij aliquid captant ex occisi bonis; aut priuata persequuntur odia: aut deferendis hinc vnde criminibus seditionum dispergũt semina, pacatisque animis faces iniiciunt, quas sanguis interdum solus restinguit. Delatores icti ac sycophantæ turpe hominum atque odiosum genus perniciosi sunt Reip. qui si non abfuerint, neque odia deerunt neque seditiones, quas linguæ istæ fraudulentæ ac liberæ suscitant & fouent. (Prou. 16. v. 20.) Prou. 16. v. 20. *Cum defecerint ligna extinguetur ignis: & susurrone sublato iurgia cõquiescent.* Quare Deus Leuit. 19. vers. 16. perniciosum hoc vitium ab hominum conuentu arcet.

(*Detractores similes bestiæ, quam vidit Daniel.* Dan. 7. v. 7.) Haud dissimiles sunt etiam detractores bestiæ quartæ quam vidit Daniel. cap. 7. v. 7. vbi ait: *Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans,* &c. q. d. Vix hæc species abierat, cum in illa nocturna quiete, bestia alia mihi se videndam contulit, cuius ea erat forma, vt nulla mihi appareret in natura similis: erat tamen horribilis, stupenda, & supra modum, vt videbatur præstans robore. Dentibus horrebat os illius & magnis & ferreis, alia comedebat, lacerabat alia, & quæ vorare non poterat, ne aliis essent vsui sternebat conculcabatque. Quæ visio licet iuxta litteram explicatur de imperio Romano, quod similes fuit huic belluæ. Sed moraliter Glossa explicat de detractore & bene; (Glossa. *Quid detractor nisi bestia horribilis & præstans robore.*) quia optime detractoris imaginem repræsentat. quid detractor nisi bestia horribilis, stupenda, & præstans malitiæ robore? nam in ore suo dentes habet magnos & ferreos, quibus comedit honorem proximorum, lacerat, & vorat famam eius bonam; detractio enim hanc vim habet, vt dentibus suis, id est, verbis suis, quæ ferrea sunt, vitam aliorum comedat, & laceret, & sicut dentes ferrei habent in se vim ad elliciendum sanguinem: sic verba detractoria sua ferrea virtute hanc ipsam in honore proximorũ exercet virtutem, vt per ea sanguis ater profluat. Nam lingua detractoria causa est effusionis sanguinis, &c. Ita vt verum sit quod Sirach dixit: *Ab vno doloso*, &c.

Porrò, id quod Ecclesiasticus affirmat, hominem peccatorem sanguini insidiari, potest 236. (*Homo peccator sanguini insidiatur.*) optime probari ex eo Amos 1. v. 11. (Amos 1. v. 11) *Hæc dicit Dominus: super tribus sceleribus edom, & super quatuor non conuertam eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltra furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem.* Agit de scelere persecutionis Idumæorum in Iudæos, quod culpat & plectit propheta. Cœpit enim hoc dissidium ab ipso Esau, qui ob erepta sibi primogenita à Jacobo, (*Odium Esau in Iacob seruatum est in posteris.* D. Hieron.) eum internecino odio persecutus est; vnde factum, vt odium fratrum seruaretur in posteris: ita D. Hieronym. Sed quam hoc scelus discordiæ Deo displicuerit, declarat hic ipse, dicens: quod *persecutus sit, &c. & violauerit misericordiam eius.* Tygur. *Corruit viscera miserationis suæ.* quibus scilicet debebat fratrem suum prosequi, eiusque afflicti misereri. LXX. *quod violauerit* μήτραν, id est, matricem, siue vuluam matris: nam verbum Heb. רחם *rechem* & vuluam, & misericordiam significat, ait D. Hieronym. & subdit. (*Viscera & misericordia ab eodem verbo Heb. significantur.* D. Hieron.) *Quod violauerit* (ex Symacho) *viscera propria, vt obliuisceretur germanitatis, & obduraret viscera misericordiæ, fratremque esse nesciret, & contemneret vuluam Rebeccæ, quæ vno partu geminos edidisset infantes.* Ipse Hieronym. explicat de persecutione Iudæorum in Christum & in Apostolos: *Hi enim violauerunt* (inquit) *misericordiam ac iura naturæ, obliti que sunt matris suæ Rebeccæ, quæ interpretatur patientia; & simul eos generauit in Christo; & dummodo nos interficiant, volunt igne comburi*: Ex quibus probatur esse veram sententiam Siracidis: *Homo vero peccator sanguini insidiatur.*

VERS XXXV.

Attende tibi à pestifero: fabricat enim mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.

Sensus.

Attende tibi, &c. q. d. Rursum admoneo te, non solùm à doloso, sed etiam à pestifero & malitioso, qui dedita malitia studet nocere, caueas; ne ab eo perpetua aliqua nota & infamia inuraris: tales enim ex corruptione naturæ per malitiæ consuetudinem, semper fabricant, id est, moliuntur mala inferre, &c.

Notæ.

Non solùm à dolosis, sed etiam à malitiosis cauendum docet hic Ecclesiasticus pro *pestifero*, est in Græco: πρόσεχε ἀπὸ κακούργου. *Attende tibi à malefactore* vel *malefico* vel *vafro*, vt Vatab. legit. κακοῦργος est maleficus, facinorosus, perditus: optime vulgatus transfert, *pestifero*. Nam tamquam pestis inficit eos, qui illo familiariter vtuntur, & sicut cauetur à peste, quia noxia est, sic à pestifero, quia nocet, &c. Pro *fabricat* est: τεκταίνεται, à verbo, τεκταίνω, quod est fabrico, comminiscor, molior. Alij, τεκταίνει, ab eodem verbo & significatione, quam lectionem prætulit Drusius, quia LXX. in eo Prou. 3.

Prou. 3. v. 29.

v. 29. *Ne moliaris amico tuo malum*: interpres reddidit: μὴ τεκταίνε, *ne machinare*, ne molire; vel *ne arato malum contra proximum tuum*. Tandem pro *subsannationem*, est in Græco, μῶμον; quod supra legitur macula, nota, labes: itaque inducere subsannationem est, labem vel maculam inferre, &c.

Illustratio prima.

237 Attende tibi à pestifero, &c. Sunt aliqui ita natura ac vitæ consuetudine praui atque improbi, vt nihil aliud studeant, cogitent, moliantur, quam alteri aut pernitiem ac pestẽ aliquam inferre, aut maculam labemque turpitudinis aspergere.

Sunt aliqui ita improbi vt nihil aliud cogitent nisi aliis nocere.

Lyra. Hugo.

Lyra: Attende ab homo doloso, qui quærit tota diligentia subuertere proximum. Hugo caue tibi ab hæretico, vel detractore, qui venenum portat in ore vt serpens: fabricat enim mala, id est, cogitat qualiter nocere tibi possit, aut valeat.

Dionys.

Dionysius: Custodi te, à deceptore & discordiarum seminatore, quia practicat atque excogitat qualiter noceat. Itaque cum monuisset Ecclesiasticus cauere ab homine doloso, qui dolis & fraudibus suis insidiatur sanguini proximorum, nunc exhortatur etiam cauere & fugere hominem pestiferum, qui fabricat semper mala.

Palacius.

Palacius vocat pestiferum qui malorum operator est; ideò Complut. *à malefactore.* LXX. *à malefico.* qualis est facinorosus, perditus, ex illis de quibus loquitur Salomon Prouerb. 4. v. 14. *Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via*; (ecce: *Attende tibi à pestifero*, vel vt Drus. *Maleficium caue*) *fuge ab ea, ne transeas per illam, declina, & desere eam.* Et reddens rationem confirmat nostram sententiam: *Non enim dormiunt nisi maleficerint: & rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint.* Vbi alludit Salomon ad id, quod parens eius Dauid dixit Psalm. 1. vers. 1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* quia vbi ait Salomon. *Ne delecteris*, &c. vertit Chald. *in via impiorum ne ambules.*

Pestifer vocatur qui malorum operator est.

Prou. 4. v. 14.

Psal. 1. v. 1.

Ait igitur Sapiens *Ne delecteris*, &c. id est, ne capiaris desiderio vitiorum, quasi via illorum iucundior, & delectatior sit; quia primus aditus ad vitia & improbos mores est delectatio: vnde D. Ambros. lib. de parab. cap. 5. considerans in serpente, qui luam decipit delectationem adumbrari, in muliere sensum, & in viro mentem notari: *Delectatio* (inquit) *prima est origo peccati, & ideò non mireris cur ante serpens damnetur in iudicio Dei, secundo mulier, tertio vir: nam secundum erroris ordinem, damnationis quoque ordo seruatus est: delectatio enim sensum, sensus mentem captiuam facere consueuit.* Dixit enim Seneca epist. 39. fine: Tunc consummata est infœlicitas, vbi turpia non solùm delectant, sed etiam placent: & desinit esse remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores sunt. Delectari igitur in hac via ad peccatum prohibet Sapiens, & præcipit fugere ab ea, & declinare, & deserere eam. Hugo eleganter: Fuge ab ea opere, & ne transeas per illam cogitationis delectatione, declina occasiones, desere locum. Propterea docuit D. Augustin. in Ps. 76. viam vitiorum atque carnalia desideria non transeunda nec transilienda; *ne vel* (inquit) *contagium trahit.* Sed pende in confirmationem nostræ sententiæ. *Non enim dormiunt nisi cum malefecerint & rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint.* Hebraicè: *nisi ruere fecerint.* Chald. *donec ponant scandalum.* Vbi vehementem nocendi auiditatem exprimi hisce verbis putant Rodolph. Jansen. Caiet. & Salazar; itaque asserit, tanta cura eiusmodi nefarios homines in aliorum pernitiem incumbere, vt sollicitudo nimia somnum eripiat. Tales sunt serpentibus similes, de quibus Aristot. in Problematis sect. 8. *Tota æstate insomnes sunt quandiu venenum viget: posteà verò ex algore veneno orbati dormiunt totam hiemem.* Itaque non prius illis somnus accidit quam totum effuderint, absumpserintque virus. Haud aliter isti non prius somnum capiunt, quam conceptum scelerum suorum virus euomerint. Hos autem vocat Ecclesiasticus *pestiferos, malefactores, maleficos*, quos cauere debemus, ne sicut ipsi solent vigilare, vt malefaciant, non dormiunt donec nos *ruere faciant*, & *ponant scandalum*, hoc est quod noster auctor dixit: *fabricant enim mala.*

Primus aditus ad vitia & improbos mores est delectatio. D. Ambros. Seneca. Hugo. D. August. *Via vitiorũ non transeunda ne per contagium trahat.* Rodolph. Iansenius. Caietan. Salazar. Aristot. *Improbi homines serpentibus similes.*

238 Ergo *Attende tibi à pestifero*, id est, ab homine, qui quasi peste infectus seditionem concitat. Hoc nomine appellatus fuit D. Paulus Act. 24. v. 5. *Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantem seditiones omnibus Iudæis*, &c. *qui etiam templum violare conatus est, quem apprehensum volumus secundum legem nostram iudicare.* Cõtemptim & calumniosè vocitant pestiferum vel pestilentem vt dicitur 1. Machab. 10. v. 61. *Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israël.* & cap. 15. v. 21. *Si qui ergo pestilentes refugerunt*, &c. Talem vocant latini pestem, id est, homines perditos, nefarios, pernitiosos, qui sua ceu contagine corrumpunt alios homines exitiales vel exitium aliorum; ideo calumniabantur Paulum vocitantes hominem pestiferum, qui concitabat seditiones, & violare conabatur templum: & quod alienissimum erat à Paulo hoc proprium est eorum pestiferorum, à quibus Ecclesiasticus præcipit. *Attendere*, vel cauere, vel fugere: quia multa *mala fabricant*, vel machinantur, aduersus proximos suos. Hi sunt qui *in cathedra pestilentiæ sedent.* Vt alios inficiant & prouocent ad peccandum data opera, non per inscitiam, vel imprudentiam; quare sicut ab illis attendimus, qui peste infecti sunt, ne nos inficiant, inquinent, & contaminent, exitiumque nobis parent; sic debemus cauere à pestiferis, qui *fabricant* mala in pernitiem nostram. Hos arguit Dauid cum ait Psal. 49. v. 19. *Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.* Hebraicè: *Os tuum laxisti ad malum*: Coniungebas fraudem, & amplectebaris insidias; quod proprium est pestiferorum.

Ab homine qui seditionem concitat cauendum. Act. 24. v. 5. 1. Mach. 10. v. 61 & c. 15. v. 21. *Homo pestifer qui vocetur.* Ps. 49. v. 19.

Ratio ergo cur ab eis fugere debemus est: *Fabricant enim mala.* Tygur. *Ab homine malefico, vt moliente mala.* Hugo, id est, cogunt qualiter nocere tibi possit aut valeat. Dionys. eodem modo. Jansenius: Moliuntur mala inferre. Jnfra, inquit auctor cap. 27. v. 26. *Fabricant iniqua*: verbum fabricare, sumitur pro ædificare & construere. Vnde sicut qui aliquod ædificium fabricat & construit, in corde suo linteamenta describit domus ædificandæ, & sicut in mente delineauit, sic & construit. Jta etiam sumpta metaphora ædificandæ domus, describit Ecclesiasticus qualiter homo maleficus moliatur inferre malum proximo suo, fabricat enim in mẽte quod in opere executurus est: eodem verbo, quæritur Dauid vel potius Christus Dominus. Psal. 128. v. 3. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Fabricauerunt iniquitatem iniqua & grauia mala, id est, in mentibus suis delineauerunt mala, quæ mihi inferre cogitauerunt: *Et prolongauerunt iniquitatem suam*, exequentes lineamenta, quæ in corde descripserunt, id est, opere complentes, quæ cogitantes desiderauerunt. Fateor lectionem originalem notare metaphoram arantium, qui producunt sulcos, vt serant semen suum, & aptatur metaphora ad significandas graues ærumnas, quas Christo Judæi intulerunt, id est, *produxerunt sulcum suum*, vt prolixior esset ærumna, hoc est, in longum tempus extenderunt iniquas suas oppugnationes. Sed vtraque metaphora optime confirmat intentum nostræ sententiæ, quia alij transferunt: *Ne arato malũ contra proximũ tuum.* Vbi etiã apponitur metaphora arantium. Nam cum homines isti fabricent mala inferre, & producere sulcos suos, vt prolixiores faciant ærumnas, & extendant in longum tempus oppugnationes suas, non mirum quod sapiens moneat cauere ab illis, ne quod moliuntur exequantur.

Quare à pestiferis cauendum. Hugo. Dionys. Iansenius. Eccles. 27. v. 26. Ps. 128. v. 3. *Fabricare iniquitatem quid.*

Confirmat hoc hemistichium id 2. Mach. 3. v. 4. *Simon autem de tribu Beniamin præpositus templi contendebat iniquum aliquod in ciuitate moliri.* Fabricabat enim in mente malum inferre ciuitati, & quasi in corde suo lineamẽta ponebat eius mali, quod illaturus erat, vt posteà opere exequeretur. Tandem monet Salomon Prouerb. 3. v. 29. *Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.* Et licet hic moliri malum, sit idem quod facere, simul significat fabricare malum q. d. Ne desideres malum inferre proximo tuo, quia proprium est hominum iniquorum fabricare malum in corde suo. Dixit enim Seneca in prouerbiis: *Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam hæ quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo celsitudinis nomine. Nam eum, qui palam est aduersarius facilè cauendo vitare possis: & Troianos equus ideo fefellit, quia formam misericordiæ mentitus est*, &c.

2. Mach. 3. v. 4. *Iniquum aliquid moliri quid.* Prou. 3. v. 29. Seneca.

Illustratio secunda.

239 *Ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum.* Complut. *Ne forte det tibi maculam in seculum.* Tygurina: *Ne tibi notam inurat perpetuam*, Drus. *Ne tibi inferat labem.* quæ omnia significat, vt diximus, verbum μῶμον *nomen*. itaque *inducere subsannationem*; idem est quod dare maculam, notam inurere, vel labem inferre. Hugo, derisum dæmonum; quæ subsannant peccatores; vel Christi, qui in die iudicij impios subsannabit. Dionys. id est, tam grauiter fallat te, vt perpetuo derisibilis & subsannabilis fias. Melius Iansenius: Ne ab eis perpetua aliqua nota & infamia inuratur, qui ex corruptione naturæ per malitiæ consuetudinem semper fabricant, hoc est, moliuntur mala inferre. Palac. ne tibi nocens ab omnibus semper ridearis, & infert: ergo si malum hic aliis fecit, fuge ab eo, ne & tibi faciat. Plane dignus es quem omnes subsannent, si non caues eum, qui omnes lædit: ergo ait, caue dolosum & impium, ne inferat tibi malum & perpetuo eius viuas notatus dedecore apud omnes, & infamis sis. Quod potest illustrari ex eo 2. Mach. 6. v. 25. vbi narratur Eleazarum nonaginta annorũ natum prouocatũ fuisse ad transgrediendum legem Dei, moliebantur enim inimici illi inferre maximum malum; at ipse attendit sibi à pestiferis, qui talia mala inferre fabricabant, & animosè respondit vers. 19. paratum esse *Gloriosissimam mortem magis* subire *quam odibilem vitam complecti*; & ideò, *voluntariè præibat ad supplicium.* Et mox reddens rationem; *& ipse* (ait) *propter meam simulationem* (Hortabantur enim amici, vt simularet carnes porcinas manducare contra legem Dei) *& propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur: & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti conquiram.* Ecce quomodo cauere conatus est homines pestiferos, quales illi erant, qui aduersus eum tantum inferre malum moliebantur: si enim illis assentiret, & legẽ Dei violaret, iura diuina nefario scelere polluendo, daret sibi maculam in sæculum, & notam suo honori inureret perpetuam: vnde sequeretur subsannationem pati & derisum ab omnibus: quare ne hac nota inureretur, & maculam senectuti conquireret, nefarios homines & pestiferos cauere curauit. Hinc est quod Salomon assentiens consilium fœminarum, quæ non solùm ad libidinem, sed etiam ad idololatriam prouocarunt, sibi perpetuam maculam conquisiuit: sic dixit Ecclesiasticus noster, c. 47. v. 22. *Dedisti maculam in gloria tua*, id est, tibi, & honori tuo perpetuam labem, maculam, & subsannationem intulisti; vide Jos. 22. v. 17. sic monet Sirach: fugere homines pestiferos, qui mala fabricant aduersus proximos suos; *ne forte*, inquit, *inducat super te subsannationem*, &c.

Inducere subsannationem, est dare maculam. Hugo. Dionys. Iansenius. Palacius. *Dolosus cauendus propter infamiam quam inferre potest.* 2. Mach. 6. v. 25. *Eleazarus fugit homines pestiferos & maculam suæ senectuti imponere.* *Salomon assentiens consiliis feminarum maculam sibi perpetuam conquisiuit.* Eccles. 47. v. 22.

Si autem vera sit explicatio Hugonis, hæc subsannatio ad Deum refertur; homines enim, qui decipiuntur vel à concupiscentia sua, vel ab instigatore dæmone, vt in multa peccata dilabantur, & inurant sibi maculam, qualis est peccatum, quæ vera labes & macula est: digni sunt vt subsannentur in hac vita à dæmone, in die autem iudicij à iudice Deo. Hoc probatur ex Psalm. 2. vers. 3. dixerant enim impij, qui assentientes prauis aliorum consiliis, perpetrarunt mala: *Dirumpamus vincula eorum & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.* Legem Dei & Christi, siue Euangelium vincula & iugum vocant, ad quæ rumpenda inuicem prouocantur, existimantes hoc actu posse aufugere maculam & labem, quam sibi inferebant, subiiciendo ceruices suas vinculis legis Dei, eo modo quo diximus supra

Homines qui à dæmone decipiuntur, sibi maculam inurunt. Psal. 2. v. 3.

cap.5. num.12. quia ergo decepti sunt à pestiferis hominibus, qui eos ad peccandum prouocarunt, eamdem labem, & maculam, quam iudicabant habere diuinæ legis subiectionem, violando illam, & rumpendo vincula eius, sibi in perpetuum intulerunt & contraxerunt. Quare in derisum & subsannationem positi sunt, dicente Vate vers.4. *Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus subsannauit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos qui habitat*; id est, qui sedet & præsidet tamquam iudex pro tribunali ius dicturus, cum ad iudicandum venerit, deridebit eos, & subsannabit, tanquam dignos omni ludibrio & irrisione. Jlle enim, qui à pestiferis decipitur, & in peccatis labitur, dignus est, vt Deus inducat super se & subsannationem & irrisionem.

Consuetudo rumpendi vincula legis Dei qualis.

240. *Deus in die iudicij subsannabit peccatores.* Prou.1. v.25.

Hoc confirmat filius eius Salomon Prou.1. v.25. *Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis aduenerit*, &c. Pende: *despexistis omne consilium meum*. Loquitur enim de consiliis suorum Prophetarum & Sapientum, quibus volunt ab infidiis & fraudibus pestiferorum, qui eos decipere conabantur liberare. & inter alia hoc consilium Siracides, scilicet: *Attendo tibi à pestifero*. illis præbuit vt fugerent maculam & labem, quam contrahere poterant in perpetuum, & quia noluerunt his monitis & consiliis assentire, & obtemperare, sed potius sectati sunt hoc genus hominum pestiferorum, non solùm labem perpetuam contraxerunt, sed meruerunt, vt Dominus in præsenti & in futura vita rideat & subsannet eos, inducendo super illos subsannationem perpetuam. Quare fugere debemus cõsortium & societatem hominum perditorum, qui tamquam pestis reip. conantur omnes inficere, & inquinare: ne contrahamus maculam æternam, & à Domino in die iudicij subsannemur, &c.

Consortium hominum perditorum fugiendum.

Hoc probat id Prou.18.v.3. *Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit, sed sequitur cum ignominia & opprobrium*, id est, cum impius eo scelerum & peccatorum deuenit, vt iam inde euadere & emergere non possit. *Contemnit*, iustos scilicet, ac probos, opera illorum accusans, & similium scelerum opinionem illis affigens. *Sed sequitur*, &c. hoc est ignominiæ atque infamiæ socia est exprobratio, nimirum qui labe aliqua infamię aspersi sunt, alios simili labe inficere volunt. Sic docuit D. Gregor. Nazianz. in carm. iambic. de spectaculis ad Seleucum:

Prou 18. v. 3.

Qui labe aliqua infamiæ aspersi sunt, alios similibus inficere conantur. D. Nazianz.

Sunt namque multi more qui pecudum scatent
Fœda aq; scabie grauibus & morbis simul
Seq; affricantes, sedulo hoc certo student,
Vt prauitatis hos suæ labe impleant.
Cur istud autem? criminum quo plurimos
Socios habentes, obtegant labes suas.

Et in orat.28.de redditu in vrbẽ, sic habet: *Omnes impij facile adducuntur, vt vitia sua de aliis partim suspicentur partim loquantur.* Consortiũ impiorum sub specie amicorum pestis est. De qua Hippocrates. *Pestis, & cuiuscumque alterius contagij natura ita fert, vt quãdo deintus latet, nec foras erumpit virus, vehementius alios inficias.* Sic vitia & scelera dum altius premuntur, dum tecta & celata sunt, plures contagio suo corrumpunt, & in subsannationem omnibus illos proponit: quare Salomon Prou.25. v.17. monet: *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne forte satiatus oderit te.* Nam nimia familiaritas in odium cõuerti solet; & cum adest odium, adest etiam opprobrium & subsannatio. Idcò, ait Sirach: *Attende tibi à pestifero, ne forte inducat super te subsannationem.*

Consortium impiorum sub specie amicorum pestis est. Hippocrat.

Prou 25. v. 17.

VERS XXXVI.

Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriis.

Sensus.

241. *Admitte ad te*, &c. q.d. Tandem vellem, ô fili, ne in tuam domum excipias, nec in tuam familiaritatem & beneuolentiam admittas alienum & peregrinum hominem, cuius mores & ingenium tibi non est exploratum; quia subertet te in turbine, hoc est, cum turbatione & tumultu, quem contra te excitabit, & quo te inuoluet, & alienum te faciat à tuis propriis bonis. Jndignissimum est enim expelli, & exturbari domo ac possessionibus propriis ab eo, quem cum esset alienus in domum tuam receperis, &c.

Notæ.

Eccles 11. v. 9. IRonicè hanc obtulit sententiam Ecclesiasticus, sicut cum Salomon Eccles.11. v.9. *Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua & in bono sit cor tuum*, &c. vbi non suadet adolescenti, vt lætetur & fruatur bonis suis, sed ironia vsus q.d. ne læteris in adolescentia tua. Sic ait noster Ecclesiasticus ad imitationem Salomonis: *Admitte*, id est, ne admittas, apud nostrates dicitur: *Chaz desto, y vereis*. quod est dicere, ne facias hoc, ne tibi aliquid mali contingat. Drus. vertit domo excipe, ἐνοικίσον, id est, inhabitare fac, vsurpat pro εἰσοικίσον, verbum enim ἐνοικίζω est domi colloco, vel, ἐνοικέω, quod est inhabito. Jn turbine Græcè, ἐν ταραχῇ in turbatione, alij, ταραχαις, sic Ald. Basilienses & Rom. ταραχῃ est perturbatio & tumultus, à verbo, ταράσσω, quod est turbo, confundo territo; quidam per prouerbium exprimunt, *turbulẽte peruertet te. lohara todo pendencia*. Tandem *à tuis propriis*. Miror legisse Lyram, *à vitiis*, & Dionys. & Palacius: *à vitiis tuis*, cum in Græco sit, τῶν ἰδίων σὸν, *à propriis tuis*; vel vt Drus. *propria bona tua*. *Abalienabit te à propriis tuis bonis*. apud nostrates dicitur hoc prouerbium: *De fuera vendrá quien de casa te echara*, Latine dicitur: Atticus aduena.

Illustratio.

242. *Admitte ad te alienigenam*, &c. Hoc est maxime declararum in Iugurtha, qui à Masinissa Numidiæ Rege in regiam domũ acceptus, summisque honoribus ornatus, eius liberos post mortem illius regno expulit atque occidit. est autẽ maxima vis in hac verborũ coniunctione. Alienũ recipias, & abalienabit à te propria bona tua, est indignum expelli exturbarique domo atque possessionibus ab eo, quem in domũ tuam receperis; itaque videndum est quibus nos ac nostra committamus. Lyra q. d. dolebis si eum admittas ad secreta tua, & subuertet te concitando iurgia & tumultum contra te.

Alienigena non recipiendus in domum. Lyra.

Hugo

Hugo Ianseni. Hugo explicat de dæmone, vel quolibet peruersore. Iansen. q. d. noli admittere in tuam familiaritatem alienum, nisi velis subuertat te in turbine, hoc est, cum turbatione & tumultu, quem contra te excitabit, & quo te inuoluet & alienum te faciet à tuis propriis bonis. Palacius fere eodem modo. Idem argumentum prosequitur in hoc vltimo versu Ecclesiasticus, monens neminem debere in domum suam introducere alienum vel peregrinum, cuius mores & conditio explorata non sint: nam tales solent domum turbare, & hospitem molestare, ita vt cadens à propriis bonis deueniat in aliorum potestatem, quod maximum malum est. Pro *alienigena* ponitur in originali *peregrinus* vel *alienus* vocat alienigenam, vel peregrinũ hominem incognitum, cuius mores non sunt explorati: & licet moneat illum non admittere, non prohibet hospitalitatem, de qua iam superius locuti sumus, sed præcipit illum non recipere ad intimam familiaritatem, communicando cordis arcana; non secreta aliquem denudare, & communicare, antequam exploret conditionem eius, cui ea committere cogitat, stultitiæ tribuitur. cum ex hac facilitate committendi secreta multa mala procedant, vt experientia docet. Vide cap. 6. à versu 6.

Palacius.

Alienigena idem quod peregrinus.

Hoc potest probari ex eo 3. Reg.11. v.1. vbi narratur turbatio Salomonis eo quod admiserit mulieres alienigenas: *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas*, &c. Præceperat enim Deus filiis Jsrael. *Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingrediantur ad vestras: certissime enim auertent corda vestra, vt sequamini deos alienos*. Quod præceptum cum Salomon transgrederetur; *depranatum est cor eius, vt sequeretur deos alienos*. Ecce subuersio Salomonis, recipit in domum suam alienigenas, quibus adhæsit cor suum ardentissimo amore, & denudauit illis arcana cordis sui, & euenit illi malum, quod prænunciat Sirach. nam ipsæ subuerterunt illum, & abalienauerunt à suis propriis bonis, non solùm temporalibus, sed quod peius est à spiritualibus. nam *Depranatum est cor eius vt sequeretur deos alienos*, non habens *cor eius perfectum cum Domino Deo suo sicut cor Dauid patris sui*. Depranatum idem est quod subuersum. Nam si secundum lectionem Complutensium ait Sirach: *Peruerterent te in turbatione*, idem est peruertere, ac depraũare, & cum cor peruersum & depranatũ est, euenium ei plures turbines & turbationes. Postulauerat Salomon à Domino diuinã Sapientiam, dicens: 3. Reg.3. v.9. *Dabis ergo seruo tuo cor docile*. Cum ergo cor haberet plenum sapientia & doctrina, fruebatur illa rectitudine & trãquillitate, quam sapientia solet homini communicare: recipit in domum suam mulieres alienigenas adamans, eas amore ardentissimo, & secretorum suorum participes faciens; statimque subuerterunt & depranarunt cor suum, ita vt ex eo abhorreret pacem & tranquillitatem Sapientiæ. Vide etiam quanta mala non solùm turbines, seu turbationes cordis, sed etiam abalienationem bonorum, non tam temporalium quam spiritualium. Quod malum emanauit ex facilitate recipiendi in domum suam alienigenas, non præuidendo subuersionem, quæ illi imminebat, &c.

3. Reg.11. v. 1. *Salomon turbatus est eo quod mulieres alienigenas admiserit.* Exod.34. v.16.

Cor depranatum idem quod subuersum.

3. Reg.3. v.9.

243. Rursus, postquam Dauid illa satis nota crimina commisser, adulterium scilicet & homicidium, misit Dominus Nathan propheram. 2. Reg.12. Vt eum argueret, & vlcus putridum reprehensione sua sanaret, proposuit parabolam peregrini, qui diuersoris est apud diuitem, & ait vers.4. *Parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis; vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini, qui venerat ad se*. D. Ioan. Chrysost. tom.1. in Psalm.50. sic explicuit hanc parabolam. *Quis enim peregrinus hic est? libido, vt igitur ipsius castitatem demonstraret arte quadam peregrinum libidinem appellauit*. & paulò pòst: *venit peregrinus, hoc est, petulans & ferina libido*. Sed quare vocat libidinem peregrinum? nonne peregrinus est aduena, qui procul à patria agit, atque extra solum patrium vagatur, dictus à peregrinando, siue alienas regiones peragrando? Ita sane, quare libido peregrinus est? cum non procul à nobis vagetur, nec extra solum patrium peragret, sed cum nostra carne coniuncta est: cum libido sit cupiditas, seu mordinatum desiderium à nostra concupiscentia procedens, quare ergo peregrinus dicendus est? Respondeo, hæc omnia vera esse, nihilominus peregrinus vocandus est, vt vocat Chrysost. non in illo, qui semper traditus est in carnis desideria, sed in illo qui castitate ornatus illam in corde seruat & fouet, vt seruabat & fouebat Dauid. De quo ipse Chrysostomus: *Vt igitur ipsius castitatem Propheta demonstraret, arte quadam peregrinum libidinem appellauit*. Itaque illi solum, qui castitatem diligit ardenti amore, peregrinus libido appellauit. Et libidinem, quam Dauid expleuerat peregrinum appellandum iudicat Natham. Ergo sicut qui admittit peregrinum & aduenam ab ipso subuertitur, & depranatur, *peruertit enim illum in turbatione & abalienat à propriis suis bonis*: Sic cum Dauid hunc pestiferum peregrinum in domum cordis sui admisit talia scelera in Deum & in proximum perpetrando, non solùm peruersum, vel subuersum est cor eius, sed etiam abalienatus est à bonis suis. Turbinem, vel turbationem admisit, cum expleta libido hos effectus præstet: rursus abalienatus est à bonis suis quia gratiam Dei, & ius ab beatitudinem per peccata perdiderat. Sic etiam quisquis hunc peruersum peregrinum in domum cordis sui susceperit, hos etiam effectus experietur: D. August. super Psal.57. inquit: *Concupiscentia mala quasi ardor est ignis. Ignis consumit vestem, libido adulterij non consumit animam?* Ecce quomodo anima consumitur à libidine tanquam vestis ab igne. D. Bernard. agens de se, de interiore domo cap.29. *Carnis* (inquit) *libidinem numquam fugere potui, sed semper me persequitur; & cum aliqua cogitationis delectatione vel visus intentione, me comprehendere potest, non diebus neque noctibus requiescere sinit. subtiliter intrat, & mentem occupat, & nisi subito repellatur, allicit & incendit, & quasi virus pestilentiæ per totum corpus paulatim se diffundit. cogitationes prauas multiplicat, affectiones malas generat, delectatione illicita mentem afficit, & ad consensum prauitatis animum inflectit, omnesque animæ virtutes corrumpit*. Ecce effectus pestilentis peregrini, cum ingressus in corde conceditur. Idem enim quod alienigena effecit in domo excipientis, alienigena & peregrinus libido facit in anima. quare exequi debemus consilium Sapientis, qui ait: *Admitte ad te alienigenam & subuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriis*, &c. id est, illum noli excipere in domum tuam, quia hos experiens effectus, &c.

Post quam peccauit Dauid misit Deus Nathan vt eum argueret. D Chrys. *Libido vocatur peregrinus & quare.*

In eo qui castitatem seruat libido peregrinus dicitur.

Dauid abalienatus est à bonis suis quia libidinem vt peregrinum in domum cordis admisit. D. August. *Concupiscentia mala quasi ardor est ignis.* D. Bernard.

CAPVT DVODECIMVM.

1. SI benè feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. 2. Benè fac iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certè à Domino. 3. Non eſt enim ei benè qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas non danti: quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus. 4. Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem: & impiis & peccatoribus reddet vindictam, cuſtodiens eos in diem vindictæ. 5. Da bono, & non receperis peccatorem. 6. Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dari, ne in ipſis potentior te ſit. 7. Nam duplicia mala iuuenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi: quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam. 8. Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. 9. In bonis viri, inimici illius in triſtitia: & in malitia illius, amicus agnitus eſt. 10. Non credas inimico tuo in æternum: ſicut enim æramentum, æruginat nequitia illius. 11. Et ſi humiliatus vadat curuus, adiice animum tuum, & cuſtodi te ab illo. 12. Non ſtatuas illum penes te, nec ſedeat ad dexteram tuam, ne fortè conuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam: & in nouiſſimo agnoſcas verba mea, & in ſermonibus meis ſtimuleris. 13. Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo, & omnibus, qui appropiant beſtiis? & ſic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis eius. 14. Vna hora tecum permanebit: ſi autem declinaueris, non ſupportabit. 15. In labiis ſuis indulcat inimicus: & in corde ſuo inſidiatur vt ſubuertat te in foueam. 16. In oculis ſuis lacrymatur inimicus: & ſi inuenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine. 17. Et ſi incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem. 18. In oculis ſuis lacrymatur inimicus, & quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas. 19. Caput ſuum mouebit, & plaudet manu, & multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum.

Argumentum Capitis XII.

IN hoc Capite XII. admonet Eccleſiaſticus benefacere iuſto, impios verò & peccatores non ſuſcipere: docet etiam difficile eſſe amicos ab inimicis diſcernere: & hortatur ad non fidendum inimicis quantumuis amicitiam ſimulent.

VERS. I.

Si bene feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.

Senſus.

1. *Si bene feceris*, &c. q. d. Imprimis obſecro te (ô fili: quem inſtituere vellem iuxta voluntatem Dei) vt in beneficentia præſtanda delectum habeas, neque temere in omnes beneficia profundas, ſed cum iudicio ſic conferas vt gratiam inde ſaltem à Deo referas. ne verum illud ſit, benefacta male locata malefacta arbitror, ergo ſi in aliquem beneficium conferre decreuiſti, diſpice apud te. & cognoſce cui id facias: & ſi ſic cum iudicio beneteceris, erit in bonis tuis, id eſt, in benefactis tuis, multa gratia, hoc eſt, erunt valde grata & accepta, &c.

Notæ.

IN vulgato additur, *Tò multa*, quod in originalibus deſideratur; addita tamen eſt, vt maiorem vim conferat ſententiæ. id eſt, multum vel valde grata erunt bona, vel beneficia, quæ tribuis. Sed hic dubitari ſolet, quare propoſuerit Eccleſiaſticus hanc ſententiam, cùm contraria videatur doctrinæ Chriſti Domini, qui omnia à nobis petenti tribuere, & inimicos diligere, & benefacere eis docet. Ratio dubitandi eſt, quia eleemoſyna, quę erogatur pauperi grata eſt, & præmium meretur ſiue digno ſiue indigno tribuatur. Si ita eſt cur delectus habendus an benefaciendo & conferendo beneficia? ſi Seneca philoſophus docet lib. 1. de benef. cap. 1. & 2. Deorum exemplo, multa etiam ingratis dari? Reſpondeo hic non agere Sirachidem de conferendis eleemoſynis, quæ fiunt pauperibus ex miſericordia, ſed de beneficentia vel amicitiæ, vel iuſtitiæ detributiuæ. in qua magnus ſane delectus habendus, vt ſingularia amicitiæ beneficia, vel quæ ex iuſtitia diſtributiua ſunt exhibenda, non præſtentur niſi dignis, & ijs, qui accepto beneficio, eo non abutãtur in pernitiem & cõferentis & reipub. Sed bene vtantur in Dei honorem, & conferentis, ac aliorum vtilitatem. Itaque contra hanc doctrinam faciunt, vel qui propria bona liberaliter conferunt impijs hominibus tamquam ſingularibus amicis; vel eõmunia bona diſpenſant talibus, vt qui beneficia Eccleſiaſtica conferunt indignis. ſic Janſenius & Palacius legè illos.

Tandem nomen *gratia*, poteſt hic accipi, vel pro gratioſitate, vel pro beneficio & mercede, quæ rependitur bene merenti. quomodo & accipitur, cum dicimus alicui referre gratiam. exempla paſſim in Sacra pagina.

Illuſtratio prima.

2. *Si bene feceris*, &c. Hac ſententia monemur, vt cùm in beneficentia deloctum aliquem habeamus dignitatis, neque temerè in omnes beneficia noſtra profundamus, &c. Neque enim ſunt beneficia, quæ iis homines ſceleratos conferuntur, quibus illi ad pernitiem noſtram aut aliorum abuti poſſint. Gloſſa explicat de eleemoſyna faciendam ſimplici animo. Lyra. *Si bene feceris tua largiendo ſcito tui*, &c. ſcilicet quod ſit dignus in recipiendo. quia talis largitio in centuplum retribuitur à Deo. Hugo exponit de eleemoſynis faciendis tam corporalibus quam ſpiritualibus, id eſt, antequam des attende cui des. Monet autem auctor attendere cui dandum, & non ſolum hoc, ſed & ſimplici animo dare debes. Dionyſius bene feceris proximo, miſericorditer ſuccurrendo, ſcito cui, &c. id eſt, aduerte vt facias ei, cui fieri decet ſcilicet indigenti; & quoniam indignus eſt, atque ſinceriter propter Deũ. At Janſenius & Palacius exiſtimant in hac 1. ſententia non agere Siracidem de præſtandis eleemoſynis, præſertim minutis, vt loquitur Palacius, ſed de grandioribus beneficijs, quæ alijs conferenda ſunt. In his enim præſtandis delectum habere monet Sapiens. Quam explicationem veram exiſtimo. nam beneficia grandiora conferre magni momenti eſt, quare animaduertere debemus quibus faciamus, vt referamus ex eis gratiam, ſaltem à Deo, ne fruſtemur & priuemur illa gratia, quam conſequi deſideramus ex beneficentia noſtra. Ergo non habere delectum in elargiendis rebus noſtris, ſed cuiquam benefacere, prodigalitatis vitium eſt. Prodigalitas enim eſt, ſecundum Ariſtotelem lib. 4. Ethic. cap. 1. *Incontinentia, & ob intemperantiam pecuniarum profugatio.* & definiens prodigum lib. 1. Moral. cap. 24. *Prodigus*, inquit, *nam que eſt, qui vbi non decet impendet, & plura quam deceat, & cum minime decet.* vbi taxat Philoſophus nimiam profuſionem bonorum, incontinentiam, & intemperantiam tam pecuniarum, quam aliorum bonorum: & reprehendit illum, qui impendit bona ſua vbi non decet, &c.

Hinc eſt quod qui ſic impendit diuitias cito perdet eas. ſic Salomon Prouerb. 13. v. 11. *Subſtantia feſtinata minuetur.* feſtinatam vocat ſubſtantiam illam, quæ temere, & ſine ratione inſumitur. q. d. opes inuanos atque inanes res expenſæ ſeu profuſæ, ocyus minuentur ac deficiunt, id eſt, ſubſtantia, quam profuſus homo ſumptibus magnis feſtinat, quantumuis ampla ſit, citius decoquetur. Prodigus enim ſimilis eſt ſorbo, vulgo *el ſerual*, de qua Plinius, lib. 16. cap. 15. *Sorbo vniuerſa folia decidunt, cum cæteris arboribus paulatim id accidat. ita quidam ſubito nudantur, & ſua bona profundunt feſtinatis expenſis, cum ſenſim id fieri oporteret.* Quare dixit D. Ambroſ. tom. 4. lib. 2. de offic. cap. 21. *Prodigum eſt, popularis fauoris gratia eximantre proprias opes. Quod faciunt qui ludis, Circenſibus, vel etiam theatralibus & muneribus gladiatoriis, vel etiam venationibus patrimonium diſpergunt ſuum, vt vincant ſuperiorum celebritatem, cùm totum illud ſit inane quod noſtis. Quandoquidem etiam bonorum operum ſumptibus animo debeamus eſſe vim dicat.* Pende hæc vltima verba. vbi taxat Ambroſ. immoderantiam in bonis operibus faciendis. Cũ enim quis beneficia ſua impendit ijs quibus non conuenit, profundens bona ſua ſine delectu, ſatisne liberalitatem exercere, non animaduertens quibus faciat beneficium. & tamen decipitur, ſed prodigalitatem potius, quam li-

beralitatem ostentet. Quare *si bene feceris scito cui* beneficia conferas,ne *inane sit quod agis.*

3\. Signum preterea huius prodigalitatis est struthio, qui pennas offert ad solam inanem ostentationem. sic Iob 39.v.16. *Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris.* hæc auis neque volatum habet,neque suis pennis vtitur nisi ad ostẽtationem. Ecce struthio, qui plenus inani gloria ad solum colorum ostentationem videtur datus. offert enim pennas magna prodigalitate, vt capita militum exornentur. Sic qui nulla habita personarum discretione effundunt sua, ostentationem tantum habent in illa munerum largitione, vtilitatem tamen nullam. Idem dicendum de Pauone, vt alij transferunt in hoc loco Job. *Penna Pauonis.* de quo Plinius lib.10. cap.20. *Gemmantes laudatus expandit colores, aduerso maxime sole, quia sic fulgentius radiant*, &c. Quæ pennæ ad nullam vtilitatem, sed solum ad vanã ostentationem ostenduntur. sic prodigus, &c. De quo ait Cicero lib. 2. de officijs: *Largitio non habet fundum. significatur autem liberalitate stulta, quantas lucet opes exhauriri. Translatum videtur apertuso dolio Danaidum apud inferos*,&c. Ideò Chilon cum videret adolescentem liberaliter vel profuse potius suum patrimonium alijs largientem, ait: si sumptus magnos vbi non decet, feceris, vbi decet mox exiguos facies. Sic Maxim. serm. 61. Quia aër (dixit Triuerius Apopht.127.) qui summo mane præcociter absorbet nebulam,fere affatim aprandio mittit pluuiam. Neque solent admodum retinere filij quod congesserunt parentes auari, solent enim prodigere diuitias suas in illis,qui nihil aliud intendunt, nisi absorbere alienas opes, vt sunt tibicines, histriones, parasiti,&c.Ideò dicitur de M.Tigellio Hermogene,adeò fuisse prodigum,vt tibicines,histriones,parasiti ignatores, mimi, epulones, balatrones, vnguentari, caupones, reliquique otiosæ & perditæ vitæ homines mortem eius multis lacrymis defleuerunt.Sic Horatius lib.1.serm. Satyr.2. quare qui delectum non habet in benefaciendo, sed cuicumque beneficia largitur, siue sit histrio,siue parasitus, siue alius perditæ vitæ, prodigus est: nam qui liberalis est, debet scire, cui bene faciat,vt referat gratiam saltem à Deo. Quia vt dixit D. Chrysostom. tom. 1. hom. 27. in Genes. *Bene facere homini est, beneficium magnum apud Deum deponere.* Qui scit beneficium retribuere, &c.

Struthio signum prodigalitatis. Iob 39.v 16
Pauo simbolum prodigalitatis. Plinius.
Cicero.
Maximus.
Filij non retinent quæ patres auari congessere.
Horatius.
D. Chrysost.

Illustratio secunda.

4\. ET *erit gratia in bonis tuis multa.* Vatab. *& beneficiorum tuorum extabit gratia.* Cũ igitur quis delectum habet in clargiendis bonis suis, & scit cui benefaciat, inueniet retributionem beneficentiæ suæ: nam qui temere profundit bona sua,non inuenit retributionem. Non loquor de eleemosynis,nam magnam habent à Deo retributionem: remunerat enim Deus beneficentiam nostram præmia largiendo, & donando, vt superius diximus, & probauimus, cum de eleemosynis sermonem instituimus. Ideò hic licet aliqui, vt diximus, de erogandis eleemosynis explicent hunc locum; alij tamen de beneficijs conferendis magis iuxta litteralem sensum exponunt. Quare hic nihil de eleemosynis, &c.

Qui scit cui benefaciat inueniet retributionẽ beneficentiæ suæ.

Et erit gratia in bonis suis. Dixit Seneca lib. de benef.cap.12. *Pauci enim sunt tam grati, vt quod acceperint, etiam si non vident, cogitent.* Alijque sunt, qui beneficia malis compensant. vt factum est cum Libanio declam.3. Achillis, ipse enim ait: *Troianos accolis vicinis priuaui; opes ad vos transtuli, lucem per vatem compescui. Quænam igitur horum præmia fuere? munere fraudatus sum, honore spoliatus, contumeliam grauiorem quam infames accepi.* Quare referre gratiam pro beneficijs,sapientis quidem proprium est.Sic ipse Philosophus Seneca epist. 81.*Sapiens*,inquit,*omnia examinauit secum quantum acceperit,à quo,quando,vbi,quemadmodum.Itaque negamus quemquam scire gratiam referre,nisi sapientem; non magis quam beneficium dare quisquam scit, nisi sapiens: hic scilicet qui magis dato gaudet quam alius accepto.* Mox infert conclusionem: *Nemo ergo scit præter sapientem referre gratiam. sed ne nobis fiat inuidia,scito idem dicere Epicurum.Metrodotus certe ait,solum sapientem referre gratiam scire. Deinde idem admiratur cum dicimus: solus sapiens scit amare,solus sapiens amicus est. Atqui amoris & amicitiæ pars est, referre gratiam*,&c. & lib.4.de benef.cap.1.ait: *An beneficium dare, & inuicem gratiam referre, per se res expetendæ sint?* & cap.16. *Quibus argumentis collegimus beneficium dare per se rem expetendam esse, ijsdem etiam hoc colligemus.* scilicet gratiam referre pro beneficijs. Multa Seneca de hoc argumento in libris de beneficijs.Exemplum apponit.Libanius Sophi.declam.17.pro Demosthene: *At*, inquit, *peregrinus est Demosthenes, & qui sub cadmea occubuerunt,nonne peregrini erant? sed à vobis sepeliebantur, & mortuos quidem peregrinos misericordia prosequimur. viuentium autem non miserebimur? venerunt enim ad vos exules Herculis Nepotes,ac paternæ beneuolentiæ mercedem retulerunt.Principatum recuperarunt, paternam beneuolentiam recitantes*, &c. & insuper pro nouo beneficio noua gratia referenda est. sic ipse Sophista declam.24. *Quid ergo mirum*, ait, *si qui nouum acceperunt beneficium,nouum etiam munus conferant*, quare explorandum est cui beneficium cõferatur,vt beneficiorum extet gratia.

Aliqui sunt qui beneficia malis compensant. Libanius.
Seneca. *Sapiens examinat secum quantum acceperit vt retribuat.*
Referre gratiam est amoris & amicitiæ.
Liban.
Pro nouo beneficio noua gratia referenda est.

Hinc est, quod cum gratos nos Deo exhibemus pro beneficijs acceptis,ipse Deus adstringitur ad multiplicanda beneficia. dixit D. August. tom.9. lib. vno Meditat. *Multum igitur Deus tuus diligendus est tibi,cui tanta beneficia contulit. Vt autem amoris flamma amplius accendaris; considera diligenter,si præter illa, quæ supra dicta sunt aliqua tibi contulerit beneficia. Cum ergo quæ hic memorata sunt bona tibi vides collata, multum ei, à quo tibi ei collata sunt, debes ei gratiosus & deuotus existere, & gratias agere.* Quare ergo gratias agere Deo nobis præcipitur, & gratiosos esse? numquid quia beneficium id postulat, vt grati semper simus? ita sane. Ideò ipse August.tom.10.serm.1.de 1.Dom.quadrag. qui est de diuersis 68. cum aliqua beneficia Dei in nos memorauit,subdit: *Hæc omnia,fratres charissimi, pio & benigno animo cogitantes, quantum possum cum ipsius adiutorio beneficijs suis rependere festinemus.* Sed certe cum præcipimur vicem rependere, admonemur talem esse Dei conditionem, vt cum rependitur ei beneficium, magis accendi ad alia noua beneficia conferenda. sic fecit Jacobo Genes.32. vbi narratur Jacobum gratum se exhibuisse Deo; in memoriam illa reuocans beneficia,quæ ab ipso acceperat vers.12. *Tu locutus es, quod bene faceres mihi*, &c. Et statim vers.23. & sequentibus: *Traductis omnibus, quæ ad se pertinebant, mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane*; &c. à quo benedictionem extraxit: *& benedixit ei in eodem loco.* & dixit: *Vidi Deum facie ad faciem; & salua facta est anima mea.* quare ergo

Cum nos gratos exhibemus Deo pro beneficijs, ipse Deus multiplicat eadem beneficia. D.August.
Beneficium postulat vt grati semper simus.
Gen.32. v.12.& 23.

ergo Iacob,benedictionem adeptus est,& vidit Dominum, &c. numquid hoc beneficium suscepit, quia *fortem contra Deum* se præbuit in luctu? & quia *fleuit & rogauit eum*, vt narrat Oseas cap.12. v.4. & tandem propter importunitatem? *dimitte me, iam enim ascendit aurora.* nolens Deus ab aliquo videri negare quod Jacob postulauit,vt ponderauit D.Ambros. Respondeo. ratio quare hoc nouum beneficium contulit Deus seruo suo Jacob, forte ea est, quia gratum se ergaDeum exhibuit in memoriam reuocando beneficia sua,quæ prius acceperat,&c.Sic Caietanus: *Iacob speciale beneficium vitæ collatum sibi profitetur*, &c.

Quare Iacob benedictionem adeptus est, & vidit Dominum.
Caietan.

5\. Tandem gratus animus beneficia maiora meretur, & quia gratias rependit pro beneficio accepto dignus est, vt aliud recipiat. Optime dixit D.Bernard. sermone contra vitium ingratitud. *Fœlix qui in singula dona gratiæ redit ad eum, in quo est plenitudo gratiarum, qui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, vt maiora adhuc accipere mereamur.* S.Irenæus lib.4. cap.24. *Exceptorum*, ait, *bonitatis Dei est homo gratus ei,qui se fecit.* Rursus D. Ioan. Chrysost. tom.5. hom.1.ad Pop. *Si gratias*, inquit, *egeris maiores nactus es diuitias, quia Dei beneuolentiam hausisti amplius.* & tom.1. hom. 15. in Genes. *Si continuo beneficiorum Dei, quæ in nostrum genus contulit recordamur, & ipsi grati erimus, & ad virtutis viam magna erit exstimulatio.* Hoc probat Sanctus doctor ex eo,quod dicitur, Israëlitas habuisse præceptum offerendi paschale sacrificium in plenilunio. & licet verum sit quod Beda affirmat,hoc fuisse: *Quia acceptæ gratiæ memores plus ad Deum accedere debemus gratiarum actionem, & testationem accepti beneficij; sicut luna à 15. die ad solem magis accedit, & sursum ad cælum splendore coruscantem faciem ostendit.* Nihilominus tamen ostendit gratiarum plenitudinem à Patre luminum descendere super animã, quæ res diuinas in honore habet, & diuina agnoscit beneficia: sicut Jsraëlitę illud beneficium agnoscebant. Fecerat Christus Dominus illud celebre miraculum aquam in vinum conuertendo, & ait Euangelista Joan.4. v.46. *Venit ergo iterum in Chana Galileæ.* Rogat D.Cyril. quare Christus Jesus tam libenti animo in Chanan reuertitur. & Respondet, libenter reuertisse, quia summo studio & voluntate familiariter agit & versatur cum eo,qui memor est beneficij,& grato animo est; quare paratus est ad maiora conferenda beneficia,ijs,qui acceptorum recordantur. Sic explicat D.August. id Matt.13.v.12. *Qui enim habet, dabitur ei,& abundabit.* Genes.4.v.1. Cum Eua primum filium peperisset dixit: *Possedi hominem per Deum.* Quod expendens D. Chrysost. tom.1. hom.18. ait: *Quia enim pro nato puero grata fuit, & prius beneficium agnouit, assecuta est aliud. Talis enim Dominus noster, quando in primis gratitudinem declaramus, & benefactorem agnoscimus, largus dona nobis erogat.* Porro D.Thom. lect.5.in epist.ad Rom. ad intentum explicat id Eccles.1. v.7. *Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur,vt iterum fluant. Quia ad principium*, inquit, *vnde proueniunt beneficia reuertuntur per gratiarum actiones, vt iterum fluant per beneficiorum exhibitionem.*

Gratus animus beneficia maiora meretur. D.Bernard.
D.Iren.
D.Chrysost.
Paschale sacrificium in plenilunio offerebatur pro gratiarũ actione.
Ioan.4. v.46. *Quare Christus reuertit libenter in Chanan post miraculum in ea patratum* D.August. Matt.13. v.12.
Gen.4.v.1.
Eccles.1.v.7

VERS. II.

Benè fac iusto, & inuenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certè à Domino.

Sensus.

6\. BEnè fac, &c. q. d. Cum delectus habendus sit in beneficijs conferendis,certum est iusto obsequio Domini addicto benefaciendum esse: quia in animo suo collocatam habet diuinam sapientiam. & cum iusto & pio bene facis, obsequium præstas diuinæ sapientiæ,quæ in eius corde præsidet. Quod si libenti animo beneficium iusto impertieris, fœlicitatem retributionis & præmij adipisceris: si iustus ob paupertatem, seu præuentam mortem tibi retribuere non poterit, Deum habes, qui pro iusto spondet,& vadis officium exercet, & beneficium in eum collatum sempiterna gloria in cælo remunerabit, & præmium mercedis persoluet, &c.

Notæ.

BEnè fac iusto. in Græco est; εὐ ποίησον εὐσεβῆ. *Bene fac pio.* εὐσεβὴς est pius, religiosus; à verbo εὐσεβέω sum pius,pietatẽ exerceo,pie tracto. & verbum ποιέω, codẽ modo construitur apud Xenophontem.vbi ait: εὖ ποιεῖν τὸν εὐποιοῦντα, *bene facere bene facienti.* Vulgatus transtulit *iusto*, quod idẽ est, & comprehendit, non solum pietatẽ sed alias virtutes. Dignus enim est iustus qui pietatem exercet, vt ei bene fiat. qui & si mercedem beneficij persoluere non valuerit, Deum autem habet fide iussorẽ, &c. Vulgatus transtulit tandem, *certe à Domino.* illud *certe*, indicat Deũ esse fide iussorem pij persoluere non valentis beneficium receptum, & certitudinem fide iussionis demonstrat. In Originali est, τοῦ ὑψίστου, *ab altißimo.* ὕψιστος significat altissimum, vt Luc.1. v.31. *& filius altißimi (ὑψίστου) vocabitur.* Drusius: παρὰ ὑψίστου, à supremo legit, vt inuenit in Aldo, Basil. & Rom. quod idem videtur esse.

Illustratio prima.

BEnè fac iusto, & inuenies retributionem magnam. Beneficentia nostra cum in omnes debet patere sine cuiusdam iniuria & incommodo: tùm præcipue in pios. sic Paulus Galat.6. v.10. dixit, *ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei*: vbi Apostolus prius apponit iustos quam alios. Nam si de eleemosynis erogandis agatur, prçcedere debet iustus,quia potiori iure beneficium recipere meretur, quam qui iustus & pius non est, licet omnibus bene faciendum est. Ne quis putaret, vt ait Chrysostom. tam angustis finibus beneficentiam circumscribi, vt magistrorum solum modo indigentia subleuanda sit, eã docet omnibus omnino mortalibus communem esse debere; præcipue tamen ad eos, qui eiusdem fidei ac religionis cultores pertinere. Ait igitur: *dum tempus habemus*, id est, quamdiu superstites sumus, quamdiu viuimus. nam, vt ait Hieronym. *Tempus sementis tempus præsens est; vbi occiderit hæc breuis lux, bene agendi tempus præterijt.* subdit Hieronym. *Ne quis in largiendo dicat, Ille amicus est, hunc nescio,*

Beneficentia nostra in pios debet patere. Gal.6.v.10
Chrysost.
Omnibus bene faciendum est. D.Hieron.

nescio, hic debet accipere, iste contemni: sed imitandum ait, Patrem cœlestem, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. fons bonitatis omnibus patet. seruus & liber, plebeius & rex, diues & pauper similiter viuunt. Lucerna cum accensa fuerit in domo omnibus lucet æqualiter. Ratio est, quia vt dixit Clem. Alex. *Dei est imago homo bene faciens. qua in re ipse etiam beneficio afficitur, sicut gubernator simul seruat & seruatur.* Seneca ep.95. vocat *Deum omnia tribuentem, & beneficia gratis dantem.* & rogat quæ *causa est dijs bene faciendi?* & respondet. *Natura* itaque omnibus bene faciendum est, sed præcipue iustis & pijs, quos vocat *domesticos fidei*, nõ quia peccatores fidem non habeant, sed quia improbi mortuam fidem habent, id est, sine operibus, ac probi & sancti illam habent viuam, hoc est, ornatam bonis operibus. sic Chrysost. tom.4.orat.10. in cap.7.ad Hebr. *Hæc ergo omnia cum audiuerimus*, inquit, *ne domesticorum fidei solum curam geramus, alios autem negligamus.* Vnde infert D.Auguſt. omnibus quidem pari dilectione vitam æternam optandam esse, sed non omnibus eadem posse exhiberi dilectionis officia, quod idem est ac dicere, sicut fons diuinæ pietatis omnibus patet: sic etiam aquæ misericordiæ omnibus propinandæ sunt. sed sicut Deus, qui est fluentissimus pietatis fons potiori iure in iustos deriuatur: sic beneficentia nostra libentiori animo communicanda est pijs qui obsequio Domini strictiori vinculo addicti sunt: merentur enim diuinam & humanam beneficentiam.

Iustis præcipue bene faciendum est. D.Chrysost. D Auguſt. *Fons diuinæ pietatis omnibus patet.*

7. Psal.132.v.1 *Vnio Patris familias cũ filijs laudatur.*

Hoc etiam potest, illustrari ex eo Psal.132. v.1. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. sicut vnguentum, quod descendit in barbam, barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius.* vbi laudatur Patris vnionem patris familias cum filijs & clientibus. & sicut vnguentum, quod sacerdoti debebatur, quia erat pater familias defluebat primum in Barbam eius, & postea in oram vestimenti eius: sic in beneficijs conferendis idem ordo seruandus est: q.d. descẽdit in barbam, id est, à parente pijssimo & religiosissimo defluit vnctio, atque primum in barbæ pilos, filios adnatos, & cohæredes barbæ, oleum charitatis fraternæ, quod beneficium singulare est; docentur enim à parente vt se diligant inuicem, sicut ille ipsos diligit: & postea defluit vnctio in seruos. *Quod descendit in oram vestimenti eius*, id est, deinde recta institutio, & pietatis cultus diffunditur in reliquam familiam, quæ etiã particeps erat comunij & sacrarum epularum. Serui ad pedes mensæ & lecti, cœnanti patri famil. assidebant cœnaturi. *Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion*, id est, similis est pater familias monti Hermon canis operto niuibus, qui destillat roris guttas in montem Sion. Non aliter pater familias fœcundos & fertiles reddit domesticorum animos inductione roris doctrinæ vitæ exemplo, morum lenitate, &c. Ergo sicut per filios intelliguntur iusti, qui filij Dei iure nominantur, & per seruos illi, qui non filij, sed serui peccati sunt. Sic cum vnguentum beneficiorum impertiendum est, primo iusti merentur illo potiri, & postea serui. Et sicut ros Hermon primo irrorat cacumẽ montis, & postea defluit in terram: sic debet homo iustos primum madefacere rore beneficiorũ & eleemosynarum, & postea iniustos ad similitudinem Dei, qui *pluit super iustos, & iniustos.* apponit prius iustos.

Recta institutio diffunditur primum in filios deinde in familiam. *Iusti filij Dei nominantur & peccatores serui peccati.* Matt. 5. v.45.

& postea iniustos, vt doceat prius bene faciendum pijs, & postea peccatoribus.

8. *Pauper est non egenus, sed qui recedit à vitijs.* D.Hieron.

D.Hieronym.tom.3.ep.150.q.1. *Intelligentiæ*, inquit, *opus est, vt post intelligentiæ beatitudinem, sciatur quis sit egenus & pauper, non vtique ille, qui mendicitate & squalore coopertus est, & tamen non recedit à vitijs; sed de quibus Apostolus loquitur: Tantum vt pauperum memores essemus, ob quorum refrigeria laborant Paulus & Barnabas in Ecclesijs gentium, vt collecta fierent per primam sabbati*, &c. vbi, sanctus doctor monet eleemosynas primum faciendas ijs qui recesserunt à vitijs & iusti sunt. Quare reprehendit D.Chrysost. eos qui scrutantur qui sint quibus eleemosyna eroganda est. tom.4.orat.10. in cap.7. ad Hebr. afferens testimonium Pauli: *maxime autem ad domesticos fidei*, inquit, *nam qui eos cienda ijs, solum quærit, qui vitam agunt solitariam, & vult illis bene facere, & de illis rursus curiose scrutans & non misereris, & si non sit dignus, si non sit iustus, manum non porrigit, eleemosyna plurimum detraxit. Atqui illa est eleemosyna, quæ fit in peccatores, quæ in reos.* & probat historia illius qui incidit in latrones, cui Samaritanus subuenijt, &c. Tandem D.Augustinus tom. 8.in Psal.92. *Mendicus, ait, te quærit, iustum tu quære. De alio enim dictum est: Omni petenti te da, & de alio dictum est: Defudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum, cui eam tradas. Etsi diu non inuenitur, diu quære & inuenies.* Quod confirmat D. Bernard. epist.95. Et Anastas. Episcop. Nicænus quæst. in script. ex constitut. Apostol. cap. 2. *Atque omnibus quidem æquum est dare ex proprijs laboribus: præferendi autem sunt Sancti.* ex quibus omnibus constat, & si omnibus bene faciendum sit, & eleemosynæ elargiendæ; sed cum dandum iusto, vel peccatori, haud dubium præstimandus est iustus, vt præferatur in accipiendo beneficio. Sed cur præferendus est, cum dicat Christus Dominus: *Omni petenti tribuendum* sine vlla distinctione? respondeo, quod licet eleemosyna omni petenti siue bono siue malo tribui debeat, quia in omnibus ipse Christus repræsentetur, qui cum esset dives pro omnibus nobis egenus factus est; sed quia iustus melius ipsum Christũ exprimit, ideò meretur præferri peccatori, & ipsi potius eroganda est eleemosyna, cum in pio & iusto eximius impendatur. Dicente Christo Matt. 25. *Quamdiu vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.* vocat hic minimos iustos timentes Dominum, qui se ipsum manifestius exprimere videntur, qui minimus factus est pro nobis, &c. Quare *benè fac iusto.*

Eleemosynæ præcipue faciendum est ijs, qui recesserunt à vitijs & iusti sunt D.Chrysost. *Omnibus benefaciendum est, etiam peccatoribus.* D.Auguſt. D.Bernard Anastasius. *Cum dandum est iusto vel peccatori præstimandus est iustus & cur.* Matt 25. v.40.

Abulensis quærit tom.10. in c.10. Matt. 144. An sit maioris meriti bene facere, & hospitio recipere virum bonum quam minus bonum, vel non bonum? & cum objiciset distinctionem personarum extra nos esse ex D. Chrysost. citatos 42.distinctione. C. quiescamus. Respondet dicens, differentiam esse posse secundum conditionem personarum susceptarum. & probat ex differentia, quam Christus Dominus posuit Matt.10. vt infra dicemus: *Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Ergo possumus nos habere differentiam, quare si bene faciendum est omnibus, maioris meriti est iustum bene facere, quam iniustum: quia dignior persona est, & si dignior meretur maius obsequium quia, vt dixit Nicenus Anastas. *Præferendi enim sunt sancti*, &c.

Abulenſis. *An potius vir bonus quam minus bonus hospitio recipiendus.* Matt 10.

Illu-

Illustratio secunda.

9. *Quare iusto bene faciendum est.*

Et iniuenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certe à Domino. Optime Tygur. *vt reportes ingens præmium.* Vatab. *& referatur tibi gratia.* Rabanus: Bene facit iusto qui ob iustitiæ amorem opem porrigit egeno, cuius retributio est magna quia cor vt hic vicissitudininem recipiet charitatem fraternam, aut ab ipso Domino in futuro remunerabitur arce supernа, ergo. Hæc est ratio quare quisque debet iusto bene facere, vel eleemosynam impertire scilicet quia qui sic beneficium præstat, nõ perdit illud, cum repositum sit magnum præmium in retributionem. *Tò enim &* significat causalem quia. Vnde optime Palacius colligit, quare magna erit futura merces, scilicet quia Christo beneficium præstitum est. Cum enim (inquit) in animo iusti sapientia sedeat, qui iusto bene facit, manifeste sapientiæ bene facit. At sapientia potest & volet liberalissime retribuere; Ergo si sapientia ita potens & dives est: *infinitus enim thesaurus est hominibus.* Sap.7.v.14. quid mirum si liberalissime retribuat quod in obsequium sui præstatur.

i

Palacius.

Sap.7.v.14

Retributio eorum qui bene faciunt. Matt.10. v.40.

Præcipuum ad hanc sententiam illustrandã testimonium, inuenimus in Euangelio Matt. cap.10. v.40.41.42. vbi Christus Dominus dixit: *Qui recipit vos me recipit, & qui me recipit recipit eum, qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine Prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Quicumque potum dederit*, &c. Primo affirmat Christus illum, qui pauperem recipit, & illi subuenit, seipsum recipere & iuuare. 2. docet hunc receptorem pauperum remunerationem habere, & qui potum dederit mercedem accipiet. Quare dicit Dominus seipsum recipere qui recipit pauperem? numquid pauper iustus exprimit ipsum Christum? ita sane. sed quid habet pauper cõmune cum Christo, vt vterque æqualiter recipiendus sit? Respondeo, Christum Dominum, qui dives erat in misericordia & in reliquis diuitijs, factum fuisse pauperem & egenum, vt homines prototipon haberent, ad quod respicerent, & amabilem redderet paupertatem. Insuper factus est viua imago paupertatis, ad cuius similitudinem pauperes quasi depicti in terra remanerent, vt eos homines honorarent & subuenirent. Sicut enim qui veneratur imaginem regis, ipsum regem veneratur: sic qui honorat pauperem, qui imago est Christi pauperis, ipsum Christum honorat, vel potius ipsi obsequitur; Christus enim, qui cum esset dives, pauper effectus est, non semper vi cuius erat apud nos, ideò cum recessit à terra, & in cælum ascendit, reliquit nobis pauperes, in quibus ipsius imago expressa manebat, vt quicumque eos reciperet, pro certo haberetur se ipsum recipere. & si dignus mercede iudicaretur, qui Christum in sua ipsius persona reciperet: sic meretur præmium qui recipit pauperes & adiuuat. Ideò cum vellent discipuli, præcipue Iudas, Magdalenam prohibere, ne vnguentum, quod venire poterat trecentis denarijs, in obsequium Christi impenderet, dixit Christus, Joann.12.v.7.8. *Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud: pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis.* Pende hæc vltima verba, dixerat Iudas posse vnguentum vendi, & dari egenis, quia oportune impenderetur prætium in adiuuandis egenis: ergo optime impendebatur in obsequium Christi pauperis. vnde sequitur Christum pauperem prototypon fuisse pauperum, sed quia discessurus erat: *Ille autem*, inquit, *non semper habetis*, reliquit nobis pauperes vt illis subueniamus. Quare qui illos recipit, qui expressam Christi præ se ferunt imaginem, ipsummet, Christum recipit.

Pauperes imago Christi. *Sicut qui Christum recipere præmium meretur, sic qui pauperes.* Joan.12. v.7.8.

10. *Quænam merces quã Dominus pollicetur ei qui recipit iustum.* Abulenſ. Lyra.

Rursus, quare apposuit Christus differentiam prophetarum & iustorum, illis pollicetur præmium iusti & prophetæ, qui illos receperit? quænam hæc merces quam promittit? Lyra respondet; recipiet mercedem prophetæ, id est, ab illo, à quo propheta accipit mercedem, id est, à Deo. Abulensis, accipiet mercedem propheræ, id est, qualem propheta vel iustus, non quidem æqualem, sed in aliquo similem eo: quod iste ministrando temporalia adiuuat prophetam in actu suo, quem non, possent exercere, nisi temporaliter adiuuarentur. Tandem Euthym. explicat, id est, æqualis erit in præmio, iuxta illud 1.Reg.30. *Æqua pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas.* Sed certe mercedem iusti habebit, qui iustis subuenire studet, quia magnam in cælo retributionem habebit, & insuper sicut aliqui exponunt, id est, mercedem à Propheta vel à iusto accipiet. non gratis & sine cõmodo, illi sua donabit: nam si recipit prædicatorem, recipiet ab illo doctrinam, quæ omnem superat mercedem. & si fuerit alius iustus pauper, recipiet ab eo orationem: secundum id Eccles. 29.v.15. *Absconde eleemosynam in sinu pauperis, & ipse orabit pro te ad Dominum.* Deum enim pro hospite, vel eleemosynario præcabitur iustus, recipiet bona & vtilia consilia. Quod confirmat nostram sententiam. *& inuenies retributionem.* Tãdem quæritur quare dicitur: *Qui dederit calicem*, &c. respondet Abulẽsis, ad significandum quod eleemosyna quantumcumque sit parua, accepta à Deo: quia nihil minus esse potest quam modicum de aqua frigida, & tamen dicens illud non perdit mercedem suam. Quia si rex Cyrus ita gratum se exhibuit erga rusticum, qui parum aquæ ei obtulit, vt magna dona retribueret; cur Deus calicem aquæ oblatum pauperi propter suum amorem, non remunerabit? D.Chrysost. tom.10.5.homil. 9.de pœnit. citans hunc locum, inquit: *Mercatura negotiatioque cælum est, atque ipsi pigritamus. Da panem & accipe paradisum: parua da, & magna suscipe: da mortalia, & immortalia recipe: da corruptibilia, & incorruptibilia accipe.*

Quare dicitur, qui dederit calicem &c. Abulenſ. D Chrysost. *Cælum mercatura & negotiatio est.*

Rursus, verbum *inuenies* quo vtitur Ecclesiasticus, significat eleemosynam habere præmium repositum in cælo: nam qui eleemosynam præbet quasi à se abijcit panem vel pecuniam, & videtur illam perdere, & quasi perditam relinquere; sed quia seruatur in cælo, cum eleemosynarius in cælum ascendit, inuenit quod perdidisse videbatur. Hoc probatur ex eo Eccles.11.v.1. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post tempora multa inuenies illum.* Vbi metaphoram ducit ab agricultura, sicut D.Hieron. optime hunc locum de eleemosyna explicans: *ad eleemosynam*, inquit, *cohortatur, quod omni petenti sit dandum, & indiscrete faciendum bene. Quomodo enim qui super irrigua seminat, fructum sementis expectat: ita qui largitur egenibus, non granum seminis, sed ipsum panem serit, sonore quodam multiplicationem illius præstolans: & cum dies iudicij aduenerit, multo abundantius quam dederat recepturus.* Igitur mittere panem super facies aquarum,

Eleemosyna habet præmium in cælo. Eccles.11. v.1. D. Hieron. *Eleemosynæ erogatio comparata sationi.*

aquarum, erit semen terræ mandare irriguæ ac pluuijs affatim mandanti, vberemque se gentem pollicenti, vel iuxta ripam fluminis exundantis, & vicinos agros irrigantis. nam Tò *super*, tum in Hebræo, tum in Latino, aliquando est supra aut iuxta. Ex quo agricolationem fœlicissimam describit Isaias cap.32.v.20. *Beati qui seminatis super omnes aquas immittentes pedem bouis & asini.* id est, quibus datur sementem facere in omni solo fœraci & irriguo, messibus vero tam opimis terendis, non boues quamuis multi sufficient, sed accersendi etiam asini ad trituram. Est enim, vt inquit Cyrillus, *aqua viuifica, atque efficiens omnis fœcunditatis.* In sensu potest panis sumi pro semine, cum eleemosynæ, & beneficentiæ ratio sæpe cum agricultura comparetur. vt Psalm.111.v.9. 2.Cor.9.v.6. & Jacob.5.v.7.

Isai 32. v.20. *Eleemosyna cum agricultura comparatur.* D.Cyrill.

Ergo licet optima sit hæc explicatio, sed non exponit verbum, *inuenies*. Quare sensus potest esse eleemosynam liberaliter erogandá, & quasi perdendam, nulla humanæ spe retributionis, sed diuinæ tandem olim non defuturæ. Thaumaturg. *Quamuis id statim perdidisse quibusdam videaris, quemadmodum, si panem in aquam coniecisses, tamen progressu temporis, nequaquam infructifera tibi apparebit beneficentia.* id est, nullo modo tibi persuadeas cum eleemosynam panis vel pecuniæ erogas, illam perdere, licet perdere videaris: quia post longa tempora, id est, cum præmia recepturus ascendas, inuenies, non ipsum panem vel pecuniam, sed prӕmium debitum beneficentiæ tuæ, panem scilicet & diuitias gloriæ. quia *inuenies retributionem magnam.*

Eleemosyna liberaliter danda nulla expectata humana retributione. Thaumat.

II. Quod eleemosyna, quæ pauperibus erogatur intuitu amoris Dei, retributionem & mercedem habeat, ita tritum est apud omnes doctores, vt probatione non indigeat: vnum vel alterum tamen testimonium offeramus. D. Ambros. tom. 3. in cap.12. Lucæ agens de auaro, qui multa bona in annos plurimos coaceruauit, cum dixisset: *frustra congregat opes qui se his nescit vsurum, sicut ille, qui cum repleta horrea nouis messibus rumperentur*, &c. subdit: *Sola virtus comes est defunctorum, sola nos sequitur misericordia, quæ cælestium præuia mansionum, pecuniæ vilis vsura, tabernacula defunctis acquirit æterna, sicut Domini præcepta testantur dicentis ad nos, facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula.* D. Augustinus tom.9. tract.20. de rectitud. catholicę conuersa. agens de eleemosyna: *De substantia*, inquit, *vestra pauperibus erogate. Qui dat parum accipiet multum, sicut Dominus ad Apostolos dicit: Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. det igitur nummũ, & comparat cæleste regnum, det paruam pecuniam, & emit vitam æternam.* D. Hieronym. tom.5. in cap.3. Eccles. explicans id: *& vidi quia non est bonum, nisi quod lætetur homo in opere suo*, &c. *Quis enim*, ait, *adducet eum vt videat id quod futurum est post ipsum. Nihil est ergo*, inquit, *bonum in vita ista nisi quod lætatur homo in opere suo faciens eleemosynam, & futuros sibi thesauros in regno cælorum præparans*, &c. Significat eleemosynam, quæ videbatur amissa, præparatam esse ad tempus mortis; tunc enim eleemosynarius inueniet in cælo eius æternam retributionem, inueniet thesaurum, qui numquam exhaurietur, &c. Porro qui in hac vita mittunt semina sua cum lacrymis, id est, bona sua in eleemosynas, cum venerit ad recipiendam exultationem gloriæ erunt sicut ij, de quibus Dauid Psal.125.v.6. *Venientes autem veniant cum exultatione portantes manipulos suos*, id est, præmia eleemosynis debita, &c.

Eleemosyna erogata intuitu amoris Dei magnam habet retributionem. D.Ambros. D. August. *Qui dat parum in eleemosynam accipiet multum.* D.Hieron. *Eleemosyna, quæ videbatur amissa præparata est ad tempus mortis.*

Tandem Tò *certe* indicat haud dubium, vt diximus, certitudinem retributionis. nam ipse Deus fideiussor est, qui pollicetur remuneratorum hæc misericordiæ opera præmio æternum duraturo. Quare certi de sua promissione & fideiussione possumus quamcumque difficultatem subire in erogandis eleemosynis, cum certissima retributio futura sit in cælo. Sic Christus Dominus Luc.12.v.33. *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in cælis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit.* Vbi exhortatur ad eleemosynam, & hæc quanta bona operetur explicat, *facite vobis sacculos*, &c. eleemosyna enim pauperibus erogata est, veluti pecunia reposita in sacculo, qui non veterascit: ibi enim multum conseruatur, sic eleemosyna, quæ est pecunia in pauperibus collocata perdurat: in conspectu enim Dei semper est, pro nobis orat, clamat, impetrat. Ecce quomodo Christus exhortatur ad eleemosynam, & se exhibet fideiussorem, & veluti depositarium earum, vt cum magno fœnore soluat in cælo, quod erogatur pauperi. Quare Ecclesiasticus ait: *Benè fac iusto*, &c.

Ipse Deus fideiussor est qui pollicetur præmiũ eleemosynarum. Luc.12. v.33. *Eleemosyna erogata pauperibus quasi pecunia reposita in sacculo, qui non veterascit.*

VERS. III.

Non est enim ei benè qui assiduus est in malis, & eleemosynas non danti: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus.

Sensus.

12. NOn est enim, &c. q. d. Licet hominem videas, cui ipsa fœlicitas, & fortuna prospera arriserit, & bonis multis abũdantem, si in profundo peccatorum submersus fuerit, nihil ei prodest, nec bene ei, futurum est abutitur enim bonis & in suam & in aliorum pernitiem. Quare in his, qui ita assidui sunt in peccatis, & numquam de eis pœnitentiam agunt, & eleemosynis peccata sua redimere non student, quæuis beneficia male collocata sunt. Ideoque nec sunt bona impijs impœnitentibus, nec ab hominibus est ipsis bene faciendum: quia impij sunt, & Deus tales odio prosequitur. Licet ita Deus ipse infinitam suam misericordiam exequi soleat erga illos, qui pœnas pro sceleribus suscipiunt, & in remissionem peccatorum liberaliter eleemosynas elargiuntur. Sed cum Deus homini non fauet, nihil bonum ei esse potest.

Notæ.

IN originalibus, Tò *enim*, deest & forte cum illud addit Vulgatus non vt causalem posuit, sed vt ornamentum orationis: quia hic nouam interijcit Ecclesiasticus sententiam, qua docet impio non esse bene faciendum. illud *non est*, in

Græco Complut. est in futuro, ὐκέϛαι, *non erunt*. Camerarius habet; *non contingent bona*, id est, non bene erit impio. quæ phrasis denotat bonũ impio nõ contingere, eo quod bonis, quę à Deo recipit abutatur: propter quod odio habetur à Deo. Pro *eleemosynas non danti*, est in Græco; ϰ̓ τῷ ἐλεημοσύνης μὴ χωεζομένῳ. & *eleemosynam nõ separanti*, verbum enim χωρίζω, est separo, secerno, regredior, quare autem vulgatus, & Drusius legerint, *danti* vel *elargienti*, non assequor, nisi aliud verbum legissent, quod elargiri significet, vt legit Vatab. quod significat dono gratifico, beneficium, gratiamque cõfero facio grata, obsequor. Vnde legere potuit vulgatus *elargienti*, vel *danti*. Etsi fuit verbum χωεζομένῳ, ex quo *separanti*, transtulerunt, significare voluerunt eleemosynam, quæ pauperibus erogatur, separatam pecuniam esse ad bene faciendum pauperibus: diuiditur enim & distrahitur à reliqua pecunia, vt offeratur indigentibus, &c.

Illustratio prima.

13. NOn est enim ei bene, quia assiduus est in malis, &c. Raban. Grauissimum crimé est & impietati deputandum quod quis post peccati commissum non vult pœniteri, nec peccata eleemosynis redimere sed addit peccata peccatis, & mala multiplicat in sceleribus plurimis, & desperãs semetipsum nullo modo sibi subueniet per pœnitentiæ lamentũ & probat Amos 1.v.3. ergo sapiens vult significare id, quod Ennius dixit: Apud improbos, illiberales, auaros atque immisericordes beneficia male collocari, neque huiusmodi hominibus aliquid vmquam profutura. Sed hic iudicium est adhibendum, & genus beneficij considerandum & causa. Numquam enim improborum nequitia nostris opibus alenda est & confirmanda sed quædam aliquando eis à nobis tribui possunt, vt eos humanitate nostra flectamus, atque ad meliore mentem traducamus. Nam Dominus vult nos de inimicis etiam bene mereri; sed causa & ratio nostræ benignitatis consideranda est. Non assequor quare Rabanus cum explicat hanc sententiam, irascitur in peccatores: *Grauissimum*, inquit, *peccatum est nolle pœnitere, nec peccata eleemosynis redimere, sed peccata peccatis addere. vnde super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor nõ conuertã eum*, &c. forte non attendit ad nexum sententiæ cum superioribus, & ostendit non bene habere illos, qui assidui sunt in peccatis, peccata peccatis addendo, hoc est, qui assiduus est in peccando. sed nexus quærendus, fere eodem modo explicat Hugo, de peccantium assiduitate accumulando peccata peccatis, qui licet exterius honorentur, at interius torquentur in conscientia, quia nil abijt impunitum. Dionys. sequitur Glossam, & adijcit: consuetudo namque est moles grauissima mentem deprimens in profundum, &c. Jansenius existimat, hic nouum sermonem Siracidem instituere; & significatur (inquit) nulla scilicet bona vel fore vel esse peccatori, nec ei bene esse etiam videtur fœlicissimus, quia nihil ea bona proderunt, vt qui eis abutatur & in aliorum pernitiem. Indicat ergo beneficia male collocari in eum, qui sic est assiduus in malis, vt numquam de eis serio pœniteat, & per eleemosynas peccata sua redimere non est sollicitus. Tandem Palacius existimat hunc versum interiectum esse, cum enim diceret (ait) quibus esset bene faciendum interiecit malum esse non bene facienti. & explicat quomodo per eleemosynas redimuntur peccata.

Rabanus. *Apud improbos & auaros beneficia male collocantur.* Rabanus. *Nõ bene habendi qui assidui sunt in peccatis.* Hugo. Dionysius. *Consuetudo moles grauissima mẽtem deprimens in profundum.* Iansen. Palacius.

Ego autem censeo illam particulam *enim*, optime adiectam esse à Vulgato, vt indicaret quare potius bene faciendum iusto, quam illi qui assiduus est in malis: quia eleemosyna vel beneficium præstitum peccatori non assequitur finem beneficiorum vel elemosynarum. Scilicet vt ille cui præstatur à vitæ suæ turpitudine retrahatur. Sunt enim aliqui, vt meritrices & fures, qui cum arguuntur & monentur, vt à peccatis abstereantur, vana se excusatione defendunt, obijcientes paupertatem & impotentiam se sustentandi absque meritritio vel furtis. Et cum quis commouetur miseriæ ipsorum, volens illis eleemosynis subuenire, expectatque eorum conuersionem ad meliorem vitam, ipsi vero non solum non conuertuntur, sed beneficiis & eleemosynis abuti solent, vt permaneant in assiduitate malorum. Ergo ait Ecclesiasticus non est ei bene qui assiduus est in malis, idest, non bene eleemosyna impenditur in iis, qui assidui sunt in malis, vel non bene, sed male vtentur beneficiis, qui iam inueterati sunt, & senuerunt in vita sua mala. Et ingrati sunt à Deo, vt eleemosynas non tribuant, ad se disponendum vt gratiam assequantur, quibus redimere deberent peccata sua: eo modo quo explicat Palacius: quia licet eleemosyna peccatoris non mereatur vt Deus illi gratiam largiatur; at inditium ac spes futuri boni est. Deus enim qui peccantẽ ad dandum prouocat, innuit se prouocaturũ, vt ille pœnitẽtiam agat. Hæc ille. Vnde colligitur histrionibus, & meritricibus, alijsq; peccatoribus quibus non profutura eleemosyna, non tribuendas eleemosynas; non quia omni petendi amore Christi nõ cõferedæ sint; sed quia assiduitate peccãdi inueterauerũt, & corroborati sunt, & nõ expectatur beneusuros talibus beneficiis, vt à malis retrahãtur.

Beneficium præstitum peccatori non assequitur finem beneficiorum. *Non bene eleemosyna impenditur in iis qui assidui sunt in malis.* *Histrionibus & meretricibus eleemosynæ non eroganda.*

14. Quare ergo præcipit Dominus Deut. 23.v.17. 18. *Non erit meritrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel?* Responderi solet propter irreuerentiam, vt Abul. & Lyra: Sed forte quia non præberetur occasio impendendi bona cum eis: aliqui enim essent, qui non solum causa prostibuli bona sua largirẽter, sed etiam causa subueniendi earum necessitati: quia vt in plurimum quæ corpore suo abutuntur, vt aliquam mercedem in sustentationem accipiant, paupertate laborant, & ipsarum miseria & inopia prouocant aliquos ad eis subeniendum. Et quia ipsæ acceptis eleemosynis non conuertendæ erant ad meliorem vitam, sed potius his bonis abusuræ erant, quia assiduæ erant in malis, ideo forte præcipit Dominus vt exterminentur ex populo Israel. Quare dixit. D. Ambros. to. 4. lib. 1. de offic. c. 30. agens de beneficentia: *Pulchrum* (inquit) *est igitur bene velle, & eo largiri consilio vt prosis, non vt noceas, Nam si luxurioso ad luxuriæ offusionem, adultero ad mercedem adulterij largiendum putes non est beneficentia ista, vbi nulla est beneuolentia officere enim illud est, non prodesse alteri: si largiaris ei, qui conspiret aduersus patriam, qui congregare cupiat tuo sumptu perditos, qui impugnet Ecclesiam. Non est hæc probabilis liberalitas*, &c. Cõfirmat hãc doctrinam D. Chrys. tom.5. hõ. 63. ad Popul. *Est autẽ* (ait) *& alia pestis hæc nõ inferior. Nam hi quidem in terrã infodiunt, hi autem in ventrẽ & voluptatem, & ex intem-*

Deut 23. v. 17. *Quare precepit Dominus non permitti meritrices de filiis Israel.* Abul. Lyra. D.Ambros. *Beneficium dandum vt prosit, non vt noceat.* D. Chrysost.

perantia pœnam ferentes: & hi quidem parasitis & assentatoribus: hi vero aleis & meretricibus, & alijs huiusmodi suppeditant impensas, innumeras sibi secantes vias ad gehennam ferentes, &c. *Nam qui meretricibus erogat videndus erit & turpis. Quo enim formicantibus dederit mulieribus, ei nullam habebunt gratiam,* &c.

Qui meretricibus erogat videndus est & turpis. D. Nazianz

Hinc est, quod dicat Nazianz. epist. 54. ad Sophronium præfectum: *Multa enim sunt in quibus ij, qui iniuriam accipere videntur, beneficio ornantur: & contra ijs, qui beneficium accipere videntur, iniuria infertur.* Beneficiū enim quod meretricibus confertur in iniuriam vertitur: nam eo abutitur in malū, vt assidua sit in peccatis. Hinc est quod dicat Seneca lib. 5. de benef. cap. 12. *Quamdiu autem malus est nemo illi dare beneficiū potest, quia bona malaque dissentiunt, nec in vnū erunt. Ideò nemo illi prodest, quia quod ad illum peruenit id prauo vsu corrumpit. Quemadmodum stomachus morbo vitiatus, & colligens vilem: quoscumque accipit cibos mutat, & omne alimētum in causam doloras trahit: ita animus cæcus quidquid illi commiseris, id onus suum & pernitiem, & occasionem miseriæ facit. Ergo nihil prodest ad malos peruenire quod prosit, imo nihil quod non noceat. Quæcumque enim illis contigerunt, in naturam suam vertunt, & extra speciosa profuturaque si meliori darentur, illis pestifera sunt.* Quare optime Sirach affirmat: *Non est enim bene qui assiduus est in malis.* non enim bene vtuntur beneficijs & eleemosynis.

Beneficium quod meretricibus datur in iniuriam vertitur. Seneca.

Illustratio secunda.

15. Ianſenius. Palacius.

Quare peccatori retribuendum non sit,

ET *eleemosynas non danti.* Vatab. *nec item eum, qui nihil erogat in pauperes.* Licet Iansenius & Palacius aliter explicent, vt optime cohæreat cum nostra explicatione, existimo hic reddi etiā rationem cur peccatori retribuendum non sit, quia nimirum nec ipse dat. Quare enim bona tua impendis in bonum hominis, qui parcus est, nec vnquā eleemosynas erogat? ostendit enim tribuendum præcipue ei, qui dat, & misericordē esse in eum, qui misericors est. & è contra non est dignus misericordia is, qui immisericors est.

Iac. 2. v. 13. Quod probatur ex eo Iacobi 2. v. 13. *Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam.* q. d. ille inferorum supplicijs absque spe misericordiæ in omnem æternitatem mactandus, qui nulla dum viueret in proximos miseratione cōmotus; pietatis misericordiæque officia neglexerit. quod licet intelligatur de extremo iudicio, in quo immisericordes damnabuntur, quia nec eleemosynas erogarūt, nec alia misericordiæ officia exercuerunt. At generaliter intelligi potest, non est enim dignus misericordia, nec meretur beneficentiam aliorum, qui immisericors est ad proximos suos, nullas erogando eleemosynas.

Non est dignus misericordia qui immisericors est.

Matt 18. v. 32. Hoc probat illa parabola hominis, qui non fecit misericordiam conseruo suo. Matt. 18. v. 32. dictum est ei: *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? & iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.* D. Augustin. tom. 10. homil. 47. de remedijs peccatorum, dixit: *Da ergo egenti, confert non habenti. succurre fame pereunti. Crudele est, vt de quo habes non des ei, quem scis non habere. Graue est vt de tua substantia non sustentes egentis inopiam. Vnde semper flagellamur in frugibus, quia bene egentibus non facimus. Reuera si consideres homo, vnde damna, vnde pericula, vnde calumniæ, nisi de sterilitate nostra,* &c. Vbi taxat sanctus Doctor misericordes, qui eleemosynas liberaliter non elargiuntur. sterilitas sua in dando causa est, vt ei eueniant damna: quare dignus est vt ab omnibus destituatur, & à nemine subueniatur, cum indigentia laborat. Liban. declamat. 40. dixit: *Qui nullius miseretur iure vnus confoderetur.* Quæ sterilitas in tribuendo ex ingratitudine quidem procedit. & ratio quare ipsi non danti non est tribuendum est, quia quod ei datur amittitur. sic optime D. Bernard. serm. contra pessimum vitium ingratitudinis: *Omnino enim sola nos à professu conuersationis impedit ingratitudo nostra, dum quodammodo amissum reputans dator quod ingratus accepit, cauet sibi de cætero, ne tanto plura amitteret, quanto plura conferret ingrato.* Quare, *Apud Athenienses & Macedones* (teste Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 11.) *cauebatur, vt haud secus aduersus male meritos ingrati actio detur, ius iudicumque dicatur, ac si aëre alieno aut graui crimine nexi forent: nam beneficij memoriam* [auctore Demosthene] *qui recipit habere debet; qui vero dedit statim obliuisci.* Ideò non immerito Sirach monet non tribuendum eleemosynas non danti.

Libanius.

Qui nullius miseretur iure vnus cōfoderetur.

Alex. ab Alex. lege Alex.

Illustratio tertia.

16 *Deus odit peccatores quia ingrati sunt.*

QVoniam & altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus, Tò & indicat, hic Siracidem exemplum apponere in Deo, qui ita odit peccatores, qui ingrati sunt, vt interdum nolit illis beneficia conferre, quia ingratitudinis vitio laborant: deberent enim gratos se exhibere tribuendo Deo, non solum gloriam omnium bonorum tamquam fonti, à quo omnia procedunt, sed etiam gratias pro beneficijs acceptis: & quia hæc non faciunt, deserit eos, & odio habet. At illorum, qui pœnitentes sunt suæ ingratitudinis, & se pœnitent quia Deo ingrati fuissent, Deus miseretur, & iterum confert beneficia ad ostentandam misericordiam suam. Sic explicat Palacius. ratio est eius quod dixit, non est bene assidue peccanti scilicet quia eum Deus odio habet. Tu vero ne quæras maiorem causam, quare peccatori non bene fit, sat est quia Deus odio eum habet; hæc ille. Si ergo Deus odit peccatores, nec illos nos diligere debemus, qua peccatores sunt; multo minus materiam nostris beneficijs suppeditare, vt magis peccent & in plura scelera dillabantur.

Palacius.

Quod Deus odio habeat peccatores ita notum est vt probatione non egeat, aliqua tamen proferamus. Psal. 5. v. 6. 7. *Neque permanebunt insipientes ante oculos tuos. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Vbi B. Theodoret. *Omnem iniquitatem respicis, malitiaque assuefactos omnino auersaris: execraris enim omnes iniquam vitam amplectentes. Nam hoc subiunxit: odisti,* &c. *Non solum enim malitiam atque iniquitatem improbat, verum etiam illos, qui hæc patrant, nec pœnitentiæ studere volunt, execratur.* Nota primum, *Malitiaque assuefactos omnino auersaris.* Quod probat nostram sententiam, vbi agit Sirach de ijs, qui assidui sunt in malis. & ostendit simul Deum odio prosequi omnes eos, qui operantur iniquitatem, non in quantum creaturæ sunt. sic enim dixit Salomon Sap. 11. v. 25. *diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorū, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti,* sed in quantū malitiam sectātur. Rursus Sap. 14. v. 9. ait ipse sapiens: *similiter enim odio sunt Deo impius & impietas eius.* alij *æque odiosa sunt Deo impius & impietas* si enim impius, quia impius Deo inuisus est, ergo impietas eius inuisa est, ac proinde pari odio Deo.

Deus odit omnes qui operantur iniquitatem Psal. 5. v. 6. 7. Theodoret

Sap. 11. v. 25.

Sap. 14. v. 9.

Impius & impietas odio habentur à Deo.

dignus

D. Auguſt. dignus cum sua impietate. Sic dixit D. Augustin. tom. 6. lib. contra Adimanthum Manichæi discipulum: *Deus autem qui nouit quid vnicuique tribuat, vindicat occidendo in quo voluerit siue per homines, siue occulto rerum ordine: non quia eos odit non in quantum homines sunt, sed in quantum peccatores sunt.* Tandem Jerem. 15. v. 1. *Et dixit Dominus ad me, si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eijce illos à facie mea, & egrediantur.* Ecce odium aduersus populum peccatorem, vt nolit Deus exaudire præces seruorum suorum Moysi & Samuelis, qui volebant pro inimicis orare. sic dixit D. Gregorius: *Quid est ergo in difficultate deprecandi Moysem & Samuelem deducere, nisi apertius indicare, quia eius ira, neque illis si starent, qui idcirco pro amicis interuenire citius possent, qui apud hanc intercedere, & pro inimicis solerent.* Ergo si Deus odit peccatores, & aliquando non vult illis subuenire propter impietatem suam, quid mirum idem nos faciamus.

Jerem. 15. v. 1.

Odium Dei aduersus peccatores attenditur, vt nolit Deus audire preces seruorum suorum. D. Gregor.

Tandem, *& misertus est pœnitentibus.* q. d. non ita 17. excandescentem & iratum se Dominus præbet, & parcum in largitionibus suis, vt non se ostendat misericordem, si peccatores pœniteant, & conuertantur ad eum, nam pœnitentibus miseretur, Tygur. *At respicientium miseretur.* Vide quomodo Petro peccanti, misertus est Dominus, Luc. 22. Magdalenæ Luc. 7. Matt. Marc. 11. Adultetæ, Joab, Dauid. 2. Reg. 12. Hoc optime declarat id Ezech. 18. v. 30. *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.* id est, non erit mortis causa vestra iniquitas. dixit D. Chrysost. tom. 5. serm. de pœnit. *Tali animo pœnitenti remissio datur, & vita donatur, nec regnum deerit à Domino tribuendum,* & postquam citauit id: *Quis dabit capiti meo,* &c. Jerem. 9. v. 1. *Sciebat,* ait, *quod Deus contritionem querit & fletibus flectitur; sciebat quod Deus lugentes*

Deus odit peccatores ita vt non se ostendat misericordem in eos qui ad eum conuertuntur.

Ezech. 18. v. 30.

D. Chrys. *latificat, & pœnitentibus præsto est.* ad quid præsto est Dominus pœnitentibus? haud dubium ad lætificandum eos, & ad colligendas lacrymas, & reponendas in conspectu suo, & inspectis illis excitetur ipse ad veniam dandam, & animaduersionem peccatorum suorum condonandam ne *sit eorum iniquitas in ruinam.* Tandem se præbet Deus misericordem, vt non dubitet iterum recipere animam peccatricem ad sibi sponsam copulandam. Sic aiebat per Prophetam Jerem. 3. v. 4. *Ergo saltem amodo voca me: pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* Impellit Deus ad se vocandum patrem & ducem virginatis, vt quæ *polluta* fuerat *in fornicationibus & malitijs suis,* & diu ortium patiebatur, iterum ad sponsum accedat, vt denuo sibi copuletur. vocare patrem, idem est, ac appellare sponsum cum olim sponsa pro filia haberetur. vt videtur 2. Reg. 12. vbi Natam agens de Bersabea & Vria, dixit: *Erit illi sicut filia,* & Dionys. Halicarnas lib. 2. cap. 79. ait: *Vxor enim pudica, & marito semper obsequens, æque ac ille domus erat domina, & in eius defuncti bona succedebat hæres sicut parentes filia: exasse quidem, si is liberis carens, ac intestatus decederet: quod si prolem non haberet, ex æquo cum liberis.* Vnde constat hæredem mariti esse, & vocare sponsum ducem virginitatis, est etiam vocare sponsum, qui primus virginitatem duxit. & quia Virgo debet Deo sponsari, licet meritrix fuerit, in coniugio Christi virginitatem recuperat. dixit enim D. Hieronym. *Homo enim cum vxorem acceperit de virgine mulierem facit, Deus autem meretricibus copulatus, eas mutat in Virgines.* Hæc autem est ratio, cur Deus peccatores ad pœnitentiam prouocat, vt sibi per gratiam copulentur. Ideò ait Sirach: *& misertus est pœnitentibus.* q. d. qui per contritionem, & eleemosynarum largitionem reuertuntur ad Deum, veniam impetrant peccatorum, &c.

Deus præsto est pœnitentibus ad lætificandum eos!

Ierem. 3. v. 4

Quare dicitur Deus pater & dux virginitatis.

2. Reg. 12. v. 3.

Dionys. Halicarn.

Sponsa filia vocabatur, & hæres erat mariti.

Deus meretricibus copulatus eas mutat in Virgines.

D. Hieron.

VERS. IV.

Da misericordi, & ne suscipias peccatorē: & impijs & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diē vindictæ.

Sensus.

19. DA *misericordi,* &c. q. d. Rursus præcipio tibi, vt conferas beneficium in misericordem, qui & si deliquerit, tamen per eleemosynas quærit diuinam misericordiam. At peccatorem impœnitentem ne suscipias, id est, ne adiuues quem Deus odio prosequitur. Deus enim vt peccatores aspernatur quia eos odio habet. ita etiam reddet eis suo tempore vindictam, quia digni sunt. Licet autem in aliud tempus eam producat, seruat tamen eos ad diem vltionis à se præfinitum, tanto eos grauius puniturus, quanto diutius vindictā prorogauit, propter cuius dilationem maiorem peccandi occasionem sumpserе, &c.

Notæ.

IN Græcis originalibus solum est; *Da misericordi, & ne suscipias peccatorem.* vel *da pio,* vel *ergapium laberalis esto; scelerosovero opem abnega*; cætera omittunt, & reijciunt post septimam sententiam, licet hoc loco illa proponamus. sed hic adduntur à Vulgato, vt ostendat non deberi suscipere vel adiuuare peccatorem, qui in summa prauitate perstat, id est, qui pertinax & obstinatus est, & animo obfirmato. quia scilicet Deus eum odio habet, & seruat producens vindictam in aliud tempus, illud scilicet cum ad iudicium vel generale vel particulare vocauerit. Tunc enim de omnibus peccatoribus vltionē sumet, quia omnium scelerum vindicem rigidum se præbebit. Hic namque, qui seruatur à Deo, vt suorum peccatorum pœnas æternas luat, cur à iusto suscipiendus & adiuuandus? Non agit hoc loco de ijs peccatoribus, qui ad pœnitentiam disponuntur, quibus haud dubium subueniendum est, vt diuinam adipiscantur misericordiā & saluentur, sed de obstinatis & præscitis, qui non merentur, vt nec Deus nec homines porrigant manum ad eos liberandos, cum ita in prauitate sua pertinaces & obstinati perstent, vt salutem obtinere recusent & repudient? Rursus pro, *suscipias,* est, ἀντιλάβῃ, à verbo, ἀντιλαμβάνω, quod significat adipisci, obuio, suscipio, succurrere porrecta manu, retinere lapsurum, retinere, adiuuare, auxiliari defendere. Itaque *suscipere peccatorē,* erit illi succurrere in aliqua afflictione, & porrecta manu retinere, adiuuare, defēdere.

Et impijs & peccatoribus reddet vindictam. In Græco est: πῖς ευσεβεσιν ἀποδώσει ἐνδικήσιν, *& pijs reddet vindictam.* sed pro ευσεβὴς, quod est, pius &

religiosus, est τοῖς ασεβέσιν, id est *impijs reddet vindictam.* Quam lectionem sequuntur Aldus, Basilienſ. Rom. item Biblia Stephani, & amplectitur nostra vulgata: quam nos sequi debemus. Aliam Camerar. legit: *& non sinet multas piorum iniurias*, quasi intelligatur iniurias iustis illatas Deus puniturum. in eo quod ait: *reddet vindictam*, respexit ad locum Deut. 32. v. 35. *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Druſ. *& retributio sine talio.* Quem locum expressit Paul. Heb. 10. v. 30. Tandem illud, *reseruans*, &c. non legitur in Aldo. Basil. & Rom. at Complut. addunt, *eorum fortem*, & Drusius: *quos in diem vindictæ ipsorum validum seruat.* est enim dies vindictæ fortis & validus, &c.

Illustratio prima.

19. *Exhortatur auctor ad faciendam eleemosynam ei qui aliorũ miseretur.* Raban.

DA *misericordi, & ne suscipias peccatorem.* Raban. explicat: *Qui indigenti eleemosynam tribuit, nec eum propter delictum aliquod commissum spreuerit, bene misericordiam iure custodit. Quia natura in eleemosynarum largitione considerandа est, non persona.* Ergo cum in præcedenti sententia dixisset assiduum in peccatis & immisericordem non meriti nostram misericordiam, nec dignos esse, vt nos illis subueniamus, siquidem Deus illos odio habet, licet misereatur pœnitentibus; Nunc inculcat eamdẽ doctrinam, & exhortatur ad erogandam eleemosynam, & præstandam misericordiam ei, qui erga proximos vtitur misericordia, libenti animo eleemosynas elargiendo. At peccatorẽ obstinatum, & in suis sceleribus obfirmatum, vt indignum nostris largitionibus suscipere, id est, succurrere, & porrecta manu lapsurum retinere, & auxiliari non debere. non enim adiuuandi sunt qui aliorum potentium viribus tutari extollocuntur, de quibus Deus vindictam sumet vltorem se præbendo; Lyra explicat, *Da misericordi*, id est, miserum cor habenti, quia ex sua misericordia scit alijs compati. similiter Hugo, Dionys. *da misericordi* indigenti, quoniam dignior est recipere beneficium pietatis. Optime Palacius, dixerat dandam misericordiã iusto, nunc addit dandam inter iustos maxime ei, qui misericors est, vt inueniat apud nos misericordiam is, apud quem eam alij inuenerunt: & sicut præstitit recipiat. Tu vero (inquit) penetra contra poni misericordi peccatorem: ac si omnis peccator misericors non esset, & omnis iustus misericors esset. quod plane verum est, cum enim charitas constituat iustum, plane constituet & misericordem. hæc ille. Jansenius non bene reprehendit interpositionem eorum, quæ in hac sententia ponitur, sed vulgatus sequendus.

Lyra. Hugo. Dionys. Palacius. Iansenius.

Quare dãdum est misericordi. *Da misericordi.* Quare autem dandum est misericordi? num quia iustus est? num quia indigens est? nam omni indigenti succurre debemus? Nõ solum quia iustus & indigens est, dignus est vt illi misereamur; sed quia misericordem se erga proximos exhibuit. Ideò Christus Dominus prædicauit Matt. 5. v. 7. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*, vocat *misericordem* illum, qui eleemosynas tribuit, & cum eleemosyna appelletur *iustitia*, vt Glossa explicat: *misericordiam iustitiæ lumen, iustitia misericordiæ virtus*, &c. & cum inquit Dauid Psal. 111. v. 9. *Iustitia eius, manet in sæculum sæculi.* agens de illis, qui dant pauperibus iustitiam vocat misericordiam & eleemosynam. Prou. 10. v. 2. *Eleemosyna liberabit à morte.* Matt. 6. v. 1. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis.* Vnde idem est *misericors*, ac iustus & sanctus. Mich. 7. v. 2. *Periit sanctus de terra*, id est, misericors. elegans est enim in Hebræo transmutatio litterarum cum similitudine & sono *Hheſet*, misericors, *Tſedehh* iustus, & *Hheſer* pro sancto & misericordi simul in sacro sermone: nam leges, apud Ciceronem lib. 1. de offic. de iustitia, in qua virtutis splendor ex maximus; *ex qua boni viri nominantur.* & huic coniuncta beneficentia, quam eamdem, vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. Ergo misericordes beati dicuntur, qui libenti animo eleemosynas erogant. hi autem *misericordiam consequentur.* certum est hic agere Christum Dominum de diuina misericordia, quæ præmium est misericordiæ humanæ: nã eleemosyna absconsa in sinu pauperis exorat pro misericorde. Sed potest etiã explicari de misericordia humana, quia ita liberalis & magnificus est Deus, vt non solum eleemosynam in futura vita remuneret, sed etiam in præsenti. Sic dictum est à Dauide Psal. 36. v. 25. *Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius, quærens panem.* q. d. Adolescens fui, & iam vsque ad senectam ipse peruenì, & tam multo tempore & magno vsu edoctus numquam vidi iustum, qui assidue alijs indigentibus opem ferret, & quæ opus haberent largiretur & commodaret, à Deo in suis angustis rebus derelictũ atque dẽsertum, nec liberos eius ad eã inopiam redactos, vt stipem ostiatim quærerent. vel ad hunc modum potest etiam intelligi, vt semen non liberos, sed ipsam eius largitatem & beneficentiam erga indigentes indicet, quę instar seminis iacta & in pauperes dispersa, ampliores multo fructus ferat & benedicetur ac multiplicabitur, sic Agell. Et probatur ex eo Prou. 11. v. 18. *Seminanti iustitiam* (hoc est, beneficentiam) *merces fidelis.* & 2. Cor. 9. v. 10. *Multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ.* hoc est, quia misericordes misericordiam, non solum diuinam, sed humanam tandem consequentur, ideò *da misericordi.*

Misericordes beati dicuntur quia liberaliter eleemosynas erogant. Eleemosyna Deus remunerat in præsenti & in futura vita. Beneficentia instar seminis in pauperes dispersa. Matt. 6. v. 1. Mich. 7. v. 2. Cicero. Prou. 11. v. 18. 2. Cor. 9. v. 10.

Probatur 2. ex eo Psal. 111. vers. 4. vbi dicitur: *Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors & miserator & iustus.* q. d. Vir iustus, non solum abundabit diuinæ gratiæ diuitijs, atque beneuolentiæ splendore gaudebit, illo sibi affulgente, & lætitiam præbente, qui misericors est & miserator & iustus, ita vt æquum sit Deum hoc illi reddere, quod ipse prius alijs commodarit. vt miseratione sua dignetur eum, qui ipse cæteros cum in angustijs rebus essent est miseratus, ac talem se illi præbeat, qualem se ipse alijs præstiterit. Non solum in quam Deus misericors ei affulgebit, vt diuitijs spiritualibus abunder, sed alij homines misericordes illi misereantur tamquam misericordi, & tribuant necessaria eius inopiæ succurrentes. quia iustum est vt tales se ipsi præbeant, quam se ipsi alijs præstitit, scilicet cum alijs subuenire studuit. Vide nostrum Salazar ad id Prouerb. 19. v. 22. *Homo indigens misericors esi.* id est, etiamsi indigeat misericors esse potest ex paucis pauca donans. Sed quare indigetes propensiores sunt ad miserendum? forte propter experientiã, quam habet miserationis: ipsi enim cum beneficia accipiunt laudant largitorẽ, & magnificant misericordiam eius, qui sibi ipsis in necessitate succurrit; & cum experiantur bonum quod ex beneficentia erga se ipsos procedit, dant operam

20. Pf. 111. v. 4. *Vir iustus abundabit diuinæ gratiæ diuitijs quia misericors est.* Salazar. Prou. 19. v. 22. *Quare indigentes propensiores sunt ad miserendum.*

ram vt ipsam laudem aliorum assequantur, misericordiam exercentes cum alijs, & misericordes se erga illos exhibentes. Ergo cum aliquid possident volunt impendere in obsequium aliorum. nam experientia docet liberaliores interdum se præbere pauperes quam diuites: nam cum experiantur quam bonum sit pauperibus misereri, conantur misericordes esse. Quare his, qui misericordes sunt dandum esse monet Sirach, vide Prouerbiorum 13. v. 13. *Iusti autem misericordes sunt, & miserantur.*

Pauperes liberaliores; sunt diuitibus. Prou 13. v 13.

Illustratio secunda.

21. *Cur præcipitur opem negari peccatori.* Luc 6. v. 30 Matt. 5. v. 42.

ET *ne suscipias peccatorem.* Tygur. *sceleroso vero opem abnega.* Druſ. *& non subleua peccatorem.* Statim hic se offert difficultas cur præcipiat Ecclesiasticus negare opem & subsidium peccatori? cum contraria doctrina inueniatur in Sacris litteris, non solum illa generalis ex Luc. 6. v. 30. *Omni petenti te tribue*, & Matt. 5. v. 42. *Qui petit à te, da ei.* Sed particularis, nam Christus suscipiebat peccatores, ita vt à calumniatoribus accusaretur, quod comederet & biberet cum publicanis & peccatoribus: Respondet D. Augustinus tom. 3. lib. 3. de doctrin. Christi cap. 16. afferens hunc locum Ecclesiastici: *Posterior pars*, inquit, *huius sententiæ videtur vetare beneficentiam. Ait enim: Ne suscipias peccatorem. Intelligas ergo figurate positum pro peccato peccatorem, vt peccatum eius non suscipias.* Si sanctus Doctor intelligit, idem esse odisse peccatum, ac dicere, odio habere peccatores, non in quantum homines sunt, sed in quantum peccatores, optime respondet. sed si affirmat solum loqui Siracidem de peccato, & non de homine, non omnino satis facit: certum est enim non suscipienda peccata. sed hic agit de ipso homine. Quare optime explicat Dionys. Carthus. *& ne suscipias* ad communionem & societatem, tamẽ ad veniam est sumendus, & in necessitate succurrendum est ei: sed non est accipiendus vt ei consentiatur in malo, & foueatur in vitio: imo hospitare maleficos, fures, ac similes, est vnum de nouis alienis peccatis. Hæc ille. Imitatus est D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 2. vbi sic distinguit: *In peccatore duo sunt, scilicet culpa & natura. Est igitur subueniendum peccatori quantum ad sustentationem naturæ. Non est autem ei subueniendum ad fomentum culpæ. Hoc enim non esset bene facere, sed potius male facere.*

D. Augustin. Peccatum pro peccatore. Dionys. Peccator non accipiendus vt ei consentiatur in malo. D. Thom.

Nihilominus respondeo, hic agere Siracidem de peccatore obstinato, qui post multas monitiones & correptiones in peccatis suis magis obfirmatur, irridens in re tanti momenti, non solum homines, sed Deum ipsum, talis inquam cur suscipiendus? sic optime Palacius dixit, cur dabit peccatori, qui in peccatis suis velut in cœno vult volutari, cum Deus illi, non misericordiam, sed vindictam sit redditurus? cur tu per eleemosynam seruabis à morte quem Deus velut ouem occisionis reseruat ad pœnam? sic ille; Hos ergo, qui obfirmato animo sunt, solet Deus obdurare, vt in peccatis suis perſistentes æterno supplicio ignis inextinguibilis addicantur. Optime D. Gregor. lib. 11. Moral. cap. 5. explicat id Iobi 12. *Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat*, inter alia lectu digna, inquit: *Quia sicut nemo obsistit largitati vocantis, ita nullus obuiat iustitiæ relinquentis. Includere itaque Dei est, clausis non aperire. Vnde & ad Moysem dicitur de Pharaone: Ego obdurabo cor eius. Obdurare quippe per iustitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit*, &c. Ergo bene Palacius dixit, non suscipiendum à nobis peccatorem, quem Deus inclusum tenet, & ad occisionem reseruat. *Hanc enim* (inquit D. Augustinus tom. 8. in Psal. 77.) *iniquissimam & malignissimam obstinationem Deus cum facere dicitur, non inspirando & inspirando, sed deserendo facit, vt illi operentur in filijs diffidentiæ, quod Deus debite iusteque permittit.* Igitur si Deus peccatorem obstinatum deserit, cur nos suscipere debeamus? Quare Ecclesiasticus monet: *& non suscipias peccatorem.* nam vt excommunicatum præcipimur vitare, & nec suscipere, nec communicare: sic qui propter obstinationem suã à Deo excommunicatus est, & reseruatus ad vindictam, non debet à nobis suscipi, nec communicari, &c.

Obstinatos in peccato solet Deus obdurare vt ad dicatur assertio supplicio. D Gregor. Iob 12. v. 14. Quomodo Deus dicatur obdurare peccatorem.

Illustratio tertia.

22. *Cum impijs nunc prospere agitur, reseruantur enim ad mortem.* Plutarchus. *Mos impios puniendi apud Ethnicos.*

ET *impijs & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ.* Iam diximus in Notis hoc vltimum hemistichium hic in Græco desiderari, sed sumptum à Vulgato ex vers. 7. sequenti, Tygurina transtulit: *Pœnasque meritas reseruantur petit ab impijs, aut eos in diem acerrimæ vindictæ reseruat.* q. d. non mireris, si nunc prospere cum illis agitur, reseruantur enim in diem extremi iudicij, in mortem quando de illis Deus vindictam sumet. Quod haud male probat id quod de mactandis refert Plutarchus in lib. de tarda Dei vindicta: *Cæterum inter nos*, inquit, *nihil interest & pueros, qui cum maleficos in theatris contemplantur, sæpe numero auratis in tunicis & clamydibus purpureis coronatos: & saltantes, vt beatos admirantur & stupent, quoad stimulis agitari, flagris cædi flammam expicta illa & sumptuosa veste cernuntur effundere. Quando quidem peruersos, plerosque amplis succinctos tectis, imperijsque & opibus splendidis plecti non prius animaduertimus, quam conspexerimus sugulatos, vel in præceps datos, quæ non pœnam, sed exitum pœnæ dixeris & consummationem.* Haud aliter peccatores qui in vita prosperantur, quasi purpurati beati prædicantur sed infœlices iudicandi, cum ad vindictam in mortem reseruentur, cum flammam expicta illa & sumptuosa veste cernantur effundere, nam in diem acerrimæ vindictæ reseruat Deus,

Palac. perſistens in incepta expositione, concludit: Et Theologus hoc loco iã agnoscit Pauli doctrinam docentis, Rom. 9. impios *sustineri à* Domino *volente ostendere iram* suam in filios iræ; Ergo vt facit *vasa misericordiæ*, in quæ suam gloriã effundat: ita sustinet *vasa iræ*, in quæ suum furorem ostendat. Hæc ille. Pende igitur, quomodo Deus præparat peccatores ad vindictam: nam ipsi efficiuntur vasa iræ ad interitum, suis sceleribus implentes vasa, vt fracto per mortem corpore, frangantur simul vasa, & in inferos præcipitentur. Optime Oecumenius: *Quod ergo*, ait, *ipse* (Deus scilicet) *non perdat illa vasa, omnino manifestum est, se ipsa enim ad interitum aptauerunt; perdidit tamen illa, postquam se ipsa præparauerunt, postquam ad extremum malitiæ procurrerunt, postquam ab eius longaminitate, nihil auxilij acceperunt.* Hoc simili modo in diem acerrimæ vindictæ seruat Deus peccatores.

Palacius. Impios sustinet Dominus vt ostendat iram suam in filios iræ. Rom 9. v. 22. Oecumen.

Dandẽ idem Palacius ait: Quem Deus velut ouem occisionis reseruat ad pœnã alludit ad id Psal. 43. vers. 12. *Dedisti nos tamquam oues escarum.* Sed præcipue ad id Jerem. 12. v. 3. vbi narrans fœlicitatem impiorum, rogat dicens: *Congrega eos quasi gregem ad vindictam, & sanctifica eos*

Impios tamquam oues occisionis reseruat Deus ad pœnam. Pf 43 v. 12. Ier. 12. v. 3.

eos in diem occisionis. vbi Pagninus ex Hebr. *Euelle eos sicut oues ad iugulationem, & præpara eos ad diem occisionis.* Verbum *congregare*, idem est. quod occidere; *& sanctificare*, idem quod destinare, vel separare. q.d. Hos tu congregabis, destinabisque ad cædem & aram, qui in pascuis opimis & quasi, in sagina sunt, destinantur macello: sic peccatores, qui in hac vita in suis sceleribus obstinati vixerunt, præparantur quasi oues in sagina, vt in die mortis iugulentur, & perdantur. nã *impijs & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in die vindictæ.*

VERS. V.

Da bono, & non receperis peccatorem.

Sensus.

23. *Da bono*, &c. q.d. Quia ea, quæ maxime expediunt crebro repetēda sunt, idem quod in præcedenti sententia persuasi, hic etiam persuadeo; vt homini bono, qui legi Dei & voluntati eius parere studet, tribuas dona & liberalem erga illum te ostendas; sed peccatorem, qui est obstirmato animo, & pœnitere non vult, nec suscipias, nec adiuues, nec porrigas manum, nec minus defendas, &c.

Notæ.

Hic pro *bono*, non est *pio*, sed ἀγαθῷ, quod est bonus, verbum enim ἀγαθὸς, est bonus, probus, honestus, præstans, virtutibus præditus. Quod verbum generalius est, quam εὐσεβεῖ, quod est pius, vt diximus. Bonus enim, qui prædirus est virtutibus, probus, honestus, & præstans, dignus est, vt ab omnibus seruiatur: hunc da, tribue, imperti de bonis tuis, &c. Pro *receperis*, idem verbum Græcum est, ac in 4. versu. Drusius transtulit: *ne subleues*, id est adiuues: sumitur enim hoc verbum per translationem pro fauere, defendere, & quodadmodo labascentem erigere. sic, &c.

Illustratio.

24. *Vir bonus particeps debet esse beneficiorum nostrorum, & quare.*

Da bono, &c. Hoc iam dictum est quemadmodum sit intelligendum. Si maiores huiusmodi beneficiorum sunt iniuriæ, quæ in alios redundent, vt in rempub. in Ecclesiam, aut in alios priuatim, sunt repudianda rogantibus, nec deferenda. itaque bonus, qui virtute excellens est, beneficiorum nostrorum particeps debet esse: nam virtus est digna ex se, vt obsequijs & officijs omnium adiuuetur. Rabanus hoc probat testimonio Tobiæ cap. 4. *Panem tuum, & vinum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* & explicat, id est, pro eo quod peccatores sunt noli communicare, sicut qui nutriunt histriones, cum esuriant Christi pauperes. Qui autem dat indigenti peccatori, non quia peccator est, sed quia homo est, non peccatorem sed iustum nutrit, quia culpam non diligit, sed naturam. Si peccatorem & impium hæreticum intelligis, dum in errore sunt, non est communicandum cum illis. *Noli sanctum dare canibus.* Matt. 7. Hæc ille. vbi affirmat peccatores subleuandos esse non in quantum peccatores sunt, sed in quantum homines sunt ex nostra natura procreati; peccatores autē proijciendi sunt, hæretici qui vere peccatores sunt à nobis euitādi, his enim vt canibus, qui latrant & mordent exitiosis morsibus, sanctū, id est, beneficium nostrum tribuendū nō est: indigni enim sunt beneficentia nostra, quia in malum omnia conuertunt. At cæteri peccatores subleuandi sunt, non quia peccatores sunt, sed quia nostræ naturæ participes, præcipue cum nostram beneficentiam, speramus eam in bonum conuersuros. Hugo transtulit explicationē Rabani, Carthusianus, *da bono*, id est, virtuoso, quod rationabiliter petit, & quod ei debetur. Jansenius & Palacius existimant & merito, repetitionem esse præcedentium.

Matt. 7. v. 6 *Peccatores subleuandi sunt non in quantum peccatores, sed in quantum homines.*

Hugo. Dionys. Iansen. Palacius.

Ergo cum hæc doctrina digna sit vt eam libenter amplectamur, eam non semel sed iterum repetit sapiens, vt fixa in nostro corde remaneat. Forte hoc est, quod dixit Christus seruator noster Luc. 16. v. 9. *& ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* vbi D. Ambros. *vt largiendo pauperibus, Angelorum nobis, cæterorum sanctorum gratiam comparemus.* Melius D. August. tom. 5. lib. 21. de Ciuitat. cap. 27. cum agit de largitate eleemosynarum, ait: *Quibus etiam iustorum sustentatur inopia, & fiunt amici, qui in tabernacula æterna suscipiant.* Vbi per diuitias in eleemosynas erogatas affirmat, nos iustos pauperes, quos illis sustentamus facimus amicos, qui pro nobis in cælo orent, & disponantur ad nobis obuiam procedendos, vt recipiant in æterna tabernacula. Chrysostomus tom. 10. serm. 35. de verbis dom. cap. 1. *Qui sunt*, inquit, *qui habebant tabernacula æterna, nisi sancti Dei? & qui sunt, qui ab ipsis accipiendi sunt in tabernacula æterna, nisi qui eorum indigentiæ seruiunt, & quod eis opus est, hilariter subministrant.* Ideo ait Sirach. *Da iusto*, quia ipse recipiet te in cælum, id est, obuiam tibi procedet, vt gratias referat pro beneficentia, quam illi contulisti, &c.

Hugo. Dionys. Iansen. Palacius.

Quid sit facere amicos de mammona iniquitatis.

Luc. 16. v. 9.

D. Ambros.

D. August.

Pauperes orant in cælo pro eleemosynis.

Rursus nostra sententia apprime illustratur ex eo Eccles. 7. v. 19. *Bonum est te sustentare iustum, sed ab illo ne retrahas manum.* Quem locum explicat D. Hieronym. tom. 5. de eleemosynis faciendis iusto, ait enim: *Bonum est iustis bene facere, bonum est domesticos fidei sustentare*, &c. D. Bonau. tom. 1. in Eccles. *Non solum*, inquit, *iustus est sustentandus in causa, sed etiam porrigenda ei manus per eleemosynam*, & probat ex Eccles. 12. v. 1. *Bene fac iusto*, sic explicant hanc sententiam de eleemosyna eroganda iusto, Lyra, Dionys. Hugo Victorinus Monachus, alij. & probant ex eo Galat. 6. v. 9. *Maxime autem ad Domesticos fidei.* Quare eleemosyna erogata iusto pauperi, ita grata est Deo, vt cæterorum operum quasi oblitus in die extremi iudicij nullum aliud in memoriam reuocat, nisi eleemosynam factam sibi in iustis pauperibus, quos vocat minimos suos, ad ostendendum amorem, quo illos prosequebatur, Matt. 25. vers. 40. *Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Ecce quomodo vocabit iustos pauperes, quibus eleemosyna erogatur, fratres minimos: ipse enim frater est iustorum, sed maior, cæteri autem minimi sunt. Et sicut Jacob filios minimos præ alijs diligebat: sic verus Jacob dilectos fratres suos, iustos scilicet minimos vocabit, vt ergo illos amorem ostendat, quo illos prosecutus erat.

Lyra. Dionys. Hugo Victor Galat. 6. v. 9

Matt 25. v. 40. *Christus vocat fratres minimos, pauperes.*

Ergo

Ergo si tanti Deus facit iustos, vt fratres minimos appellet, quare à nobis ducendi non sunt, & per consequens vt fratres Christi sustentandi, & adiuuandi? Jdeò ait Sirach: *da iusto.*

Vatablus transtulit hunc locum: *Apud bonos viros tua pone beneficia.* Cur ergo apud bonos viros ponendæ sunt eleemosynæ? Nunquid deponere ea præcipit, vt seruētur ad tempus mortis? Jta sanè: sic Chrysostom. hom. 7. de pœnit. *Vbinam* (inquit) *opes deponemus? si meis consiliis acquiescere volueris, modum tibi dixero, quo transferas opes fidas tibi reddas: distributæ manent; custoditæ fugiunt*, &c. affert similitudinem agricolarum, qui abscondunt triticum in terra. Sed meo iudicio verbum *ponere*, potest significare idem, quod dare, vel ad negotiationem, vel ad quæstū fœneri dando diuitias. Eleemosyna enim vel misericordia sapientissima est negotiatrix. De strenua muliere dixit Salomon, Prouerb. 31. v. 14. *Facta est quasi nauis institoris*, (id est, mercatoris, & negotiatoris) *de longe portans panem suum.* id est, de cælo animæ panem, scilicet gratiam, donaque spiritualia conuehens: quæstuosissima enim est eleemosynæ negotiatio, id enim, quod pauperi datur, centuplicatur. Eleganter D. Leo Papa serm. 6. de ieiunio decimi mensis: *Substantia* (inquit) *tua cum bene erogatur augetur, & concupiscere iustum misericordiæ lucrum, æterni quæstus est sectari commertium.* Nota duo: primum, *bene erogata*, quando igitur bene erogatur eleemosyna vel beneficium? nisi quando subleuatur iustus, & in manibus suis pecunia deponitur: secundum, vocat *iustum lucrum*, quando *æterni quæstus sectatur commertium.* quod aliud iustum commertium nisi illud, quod cum iusto exercetur? siquidem quæstum æternum lucratur qui miscet cum bonis viris eis subueniendo cõmertium? D. Chrysost. tom. 5. hom. 5. de pœnit. agens de eleemosyna: *Producitur* (inquit) *hodie bona negotiatio eleemosyna.* & cum memorat captiuos & pauperes, subdit: *Nundinæ nobis profectò mirabiles sunt, harum nulla est alia professio, & negotiatori nulla alia intētio, quam paruo quidem emere, magno vendere: nam ea cuiusque negotiantis industria: Tales igitur nobis nundinas Deus proposuit. Modico iustitia eme, quo multo vendas in sæculo futuro. Hic modico iustitia emitur nisi pro panis fragmento, vili pro vestimento, pro calice aquæ frigidæ*, &c. vide totam hanc homiliam.

Ponēdæ sunt eleemosynæ apud viros bonos vt seruentur ad tempus: mortis. D. Chrysost.

Eleemosyna sapientissima est negotiatrix. Prou. 31. v. 14.

D. Leo.

Quando bene erogatur eleemosyna?

Eleemosyna bona negotiatio D. Chrys.

Tandem misericordia pecunias dat Deo, cum tribuit iusto, maximumque fœneratione hac quæstum facit: sic Prouerb. 19. v. 17. *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei*, &c. Vbi D. Chrysost. tom. 1. hom. 3. in Genes. *In hoc* (ait) *vsuræ genere non est locus ingratitudini, neque vlli alij damno. Centuplæ dantur, & non solùm centuplæ: nam aliqua dantur in præsenti vita, alia in futura, nempe vita æterna. Quæ igitur nobis defensio erit, si negligentes fuerimus, & non festinauerimus centuplæ pro paucis accipere?* Vide etiam tom. 5. hom. 5. de pœnit. Vbi vadem constituit Deum, num enim habebit beneficus fideiussorem, vt liberius det fœnori pecunias? Ita sanè: sic D. Leo serm. 6. de ieiunio mentis. *Deus* (inquit) *fideiussor est pauperum, & largissimus redditor pecuniarum*, &c. Pulchrè D. Ambros. lib. de Nabuthe c. 4. *Deus pro munere, quo pauper adiutus est, fœnus exoluit, quasi bonus debitor creditoris*, &c. Quare ponendum est beneficium apud viros opimos, vt maximum quæstum hac mercatura & feneratione faciamus.

26. *Misericordia dat pecunias Deo cum fœnore cum tribuit iusto.* Prou. 19. v. 17

D. Chrys.

D. Leo. *Deus fideiussor est pauperum.*

D. Ambros.

Et non receperis peccatorem. Drus. *& ne subleues peccatorem.* Tygur. *Neges autem opem sceleroso.* Hoc hemistichium repetitio est præcedentis sententiæ; non subleuare peccatorem nihil aliud est, quam negare opem illi, qui in peccatis obstinatus est. Licet Hugo de histrione & maledico explicet, & affert testimonium D. Hieronymi, qui dixit histrionibus dare, est dæmonibus immolare. Jdeò dixit Seneca lib. 2. de benef. c. 14. *Beneficium demus quod vsu magis ac magis placeat, quod numquam in malum vertat, Pecuniam non dabo, quam numeraturum adulteræ sciam: ne in societate turpis facti aut consilij inueniar. Si potero reuocabo, sin minus non adiuuabo scelus.* hoc est, *neges opem sceleroso.* Mysticè intelligitur de hæretico, vt diximus. Quomodocumque sit, vtrique non subleuandi, iuxta explicationem & illustrationem præcedentis sententiæ, &c.

Non subleuare peccatorem idem ac opem illi negare qui in peccatis obstinatus est. Hugo. D. Hieron. Seneca.

VERS VI.

Bene fac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit.

VERS. VII.

Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

Sensus.

27. *Bene fac*, &c. q.d. Ei qui vere humilis corde est, præcipuè cum afflictus est, benigne fac, & beneficium tribue. Sed peccatori pertinaci, qui Deo bellū suis sceleribus infert, ne bene facias: indignus est enim vt beneficio eum afficias, si quidem à Deo odio habetur. Non solum autem quodlibet aliud beneficium in illum conferre non debes, sed neque mensæ communionem & conuictum familiaren ei tribuas: quia si panem ei dederis, id est, conuictum tuum & familiaritatem, potentior te fiet; & si impius te fiat potentior, duplicia mala in omnibus bonis, quæ ei feceris experieris: nimirum quia beneficiorum tuorum gratiam perdes, & per ea nocumentum incurres, recipiens ab eo mala pro bonis. Ne igitur bene facias ei, nec panes des, id est, in tuam familiaritatem recipias: quia Deus altissimus hos impios odio prosequitur, & vindictam suorum scelerum reiicit in generalem diem, in qua de omnibus peccatoribus vltionem sumere, & eos punire decreuit, &c.

Notæ.

Ianſenius. IAnſenius primum membrum ſententiæ 6. annectit ſententiæ 5. & incipit ſextum verſum: *Prohibe panes*, &c. Sed melius vulgatus noſter ſeparat, & ſententiam ſextam exorditur: *Bene fac humili*, &c. Pro *bene facere*. Complut. diſiunctim ſcribunt verbum Græcum, εὖ ποιήσον. alij integrum εὐποιήσον. verbum enim εὐποιέω, bene facere, ſignificat: vnde εὐποιΐα beneficium, iuſtitia. Qui bene facit iuſto, beneficium quaſi ex iuſtitia tribuit, iuſtus enim quaſi ex iuſtitia meretur bonum, quod ei tribuitur. Pro humili eſt, ταπεινῷ. Tygur. vertit *afflicto*, ſed non bene, nam verbum ταπεινὸς eſt humilis, abiectus, depreſſus, ſubmiſſus, anguſtus; & refertur ad rem, fortunam, conditionem; & licet aliquando qui humilis eſt, afflictus iacet, & è contrario; ſed hic non ponitur niſi pro humili ſpiritu, qui voluntati Dei parêre ſtudet. *Probibe panes*, addunt Complut. *tuos*; vocat panes tuos, quia tu das, & ſunt etiam illius cui das, quia illi abs te dat: ſic dicitur, tui ſunt, quia das illius, quia eos dono abs te accepit. Quod dicitur de vindicta, iam ſupra explicatum eſt. verſ. 4.

Illuſtratio prima.

28. *Cauſa afflictionis iuſti magnam commendationem habere debet.* BEne fac humili, & ne dederis impio. Hoc loco duplex alterius dignitas oſtenditur, quòd eſt *pius* & afflictus, in quo cauſa afflictionis eius magnam commendationem habere debet, vt Matth. 10. verſ. 42. *Quicumque potum dederit*, &c. Hugo: *Bene fac humili*, id eſt, pauperi humiliter petenti: ait enim D. Gregor. *Oportet vt inſtanter detur quidquid vera humilitate requiritur*. Ianſenius: Per humilem & ſi poſſit intelligi afflictus, magis videtur accipiendus humilis corde, quia opponitur peccatori ſuperbo. Palacius: *Bene fac humili*, id eſt, homini minimè elato, minimè iactabundo, aut glorioſo, ſed humili, pacato, tranquillo, & manſueto. Itaque poſtquam egit Siracides in generali de beneficentia, nunc in particulari agit de humili, non de afflicto in miſeriis conſtituto, ſed de humili ſpiritu, qui laborans egeſtate humiliter poſtulat ſubſidiū, quo ſuſtentetur, ſiue intelligatur de religioſo, ſiue de quolibet iuſto, qui humilis corde eſt, & ſuſtentatione indiget; huic ergo bene faciendum libenti animo: quia ipſa humilitas & depreſſio prouocat ad beneficentiam, & qui habet animum ad miſerendum procliuem, cum oculos intendit in pauperem humilem, frangitur miſericordia, & fœſtinus mouetur ad ei miſerandum. Quare: *Bene fac humili.*

Matt. 10. v. 42. Hugo. D. Gregor. Ianſenius. Palacius. Humili ſpiritu bene faciendum.

Iuſti humiles capaciores ſunt ad recipienda beneficia. Ergo, cum præcipit Sirach humiles bene facere, ad beneficentiam exhortatur, quæ ſuam naturam exercet in bene faciendo; & quia iuſti humiles capaciores ſunt ad bona recipienda, quam ſuperbi, ideò beneficētia magis propenditur ad humilitatem. Sunt enim humiles ſimiles vallibus, quæ aptiores ſunt ad recipiendas aquas tam è cælo quam è fontibus, quia in humiliora naturali propenſione ducuntur, quam ad ſublimiora. Jdeò aiebat Dauid Pſalm. 64. v. 14. *Et valles abundabunt frumento.* Quare valles & non colles? quia valles melius ab aquis fœcundantur, quam colles: hi enim aquas, quas accipiunt facile abiiciunt, quia decurrunt in præceps: at valles aquam, qua rigantur, melius conſeruant, & ſic fertiliores euadunt. Et cum terra, quæ melius fœcundatur vberiorem meſſem offert: ſic valles cum melius fœcundantur vberiores fructus pariunt. Sic etiam humiles aptiores ſunt ad recipiendam aquam beneficētiæ, ſicque facilius fœcundantur quam ſuperbi. Agens D. Auguſtin. tom. 10. de verbis Apoſt. ſerm. 9. de Apoſtolis: *Iam* (inquit) *ſi humiles ſunt, valles ſunt, quod infuderis capiunt, non admittunt: ſi venerit aqua ſuper altitudinem, decurrit & defluit: ſi venerit aqua ad concauum & humilem locum, & capitur, & ſtat. Tales iam illi erant*, &c. Et D. Bernard. ſerm. de S. Benedicto: *In vallibus inquit, pinguedo eſt, ibi proficiunt plantæ, ibi plena ſpica, ibi centiſſimus oritur fructus; iuxta illud: & valles abundabunt frumento. Audis quia vbique vallis laudatur humilitaſq; prædicatur; ibi plantate vbi decurſus aquarum, quia ibi copia ſpiritalis*, &c. Ergo cum Eccleſiaſticus ait: *Bene fac humili*, præcipit fœcundare aqua beneficentiæ vallem humilem, vt vberiores fructus producat, qui in benefacientis ſeu beneficij vtilitatem redundent. Quia pauper ager eſt, in quo ſeritur eleemoſyna; ſic D. Chryſoſt. tom. 3. homil. 22. in c. 10. Actor. Apoſt. *Imple* (inquit) *arboribus omnia vtilia, planta in pauperum manibus quæcumque volueris: nihil hac terra pinguius, quamuis parua ſit capacitas munus; attamen in ipſum peruenit cælum arbor quæ plantatur. Iam quod plantatur in terra licet non modo, attamen poſt centum annos fructum afferet. Hæc arbor quando mortuus fuerit fructum tibi affert*, &c. Hinc eſt quod D. Auguſtinus cum exhortaretur ad ſeminandam eleemoſynam in terra pauperum, dicat: *Fertilis eſt ager pauperum, & cito reddit donantibus præmium.* Ergo cum pauper humilis vallis ſit, vbi aqua libentius decurrit, in ea ſerere debemus arbores beneficentiæ, vt fructū plurimum nobis offerant ad diem æternitatis.

Pſ. 64. v. 14. Humiles comparantur vallibus & quare. D. Auguſt. D. Bernard. Vbique humilitas prædicatur. Pauper eſt ager in quo ſeritur eleemoſyna. D. Chryſ. D. Auguſt.

Et ne dederis impio. Quare non dandum impio? 29.
Cum Chriſtus Dominus præcipiat omnibus petentibus tribuere: Dixit enim D. Chryſoſt. tom. 2. Conc. 2. in cap. 16. Luc. de Lazaro. *Nam eum qui præſtat humanitatem non oportet expoſcere vitæ rationem, ſed inopiæ mederi neceſſitatiq; ſuppeditare; vnicum habet patrocinium pauper, quod eget, quoque in neceſſitate conſtitutus eſt, ne quid ab illo poſtules amplius; ſed etiam ſi fuerit omnium improbiſſimus, & eguerit neceſſario victu, ſedemus illius famem.* Et probat ex Matth. 5. ſic confirmat Seneca lib. 4. de benef. cap. 26. *Si Deum*, inquit, *imitaris, da & ingratis beneficia, nam & ſceleratis ſol oritur, & picatis patent maria.* Si hoc verum eſt, ergo non bene Sirach monet negare impio beneficentiam? reſpondet ad hanc difficultatem D. Bonauentura tom. 6. tit. 2. de pœnit. cap. 7. de eleemoſyna: *Eſt inſuper homo eleemoſynarius ſicut mercator induſtrius. Nam ſicut mercatores pecuniam ſuam non tradunt eis, quæ reddere non poſſunt, vel eis, qui ad nundinas venturi non ſunt: ſic homo prudens non dat eleemoſynam hiſtrionibus, qui nihil habet, ſcilicet de gratia Dei, & qui venturi non ſunt ad nundinas Paradyſi: ideò dicitur bene fac humili, & ne dederis impio.* Confirmat Seneca lib. 5. de benef. cap. 12. cum dixiſſet: *Quemadmodum Stomachus morbo vitiatus & colligens bilem; quoſcumque acceperit cibos mutat, & omne alimentum in cauſam doloris trahit: ita animus cœcus quidquid illi commiſeris, id onus ſuum & perniciem & occaſionem miſeriæ facit.* Subdit ipſe: *Ergo nihil poteſt ad malos peruenire quod proſit, imo nihil quod non noceat. Quæcumque enim illis contigerunt in naturam ſuam vertunt, & ſexita ſpecioſa profuturaque. Si meliori darentur illis peſtifera ſunt.*

Quare non dandum impio cum Chriſtus præcipiat omnibus dare. D. Chryſoſt. Seneca. Ingratis etiam benefacere debes dare qui Deum imitatur. D. Bonau.

Idem

Seneca. Duplex ingratorum genus. Idem Seneca lib. 4. de benef. cap. 26. cum duplex genus ingratorum propoſuiſſet, vnum ex his, qui ſtulti ſunt & mali, & in quantū mali habent aliqua vitia, non quia omnia habent, ſed quia eſſe poſſint, & ſunt, etiam latent; alterum eorum, qui in hoc vitium natura proni & propenſi ſunt; ſubdit: *Illi ingrato, qui ſic hac culpa non caret, quomodo nulla caret, dabit beneficium vir bonus: nulli etiam dari poterit, ſi tales homines ſubmouerit. Huic ingrato, qui beneficiorum fraudator eſt, & in hanc partem procubuit animo, non magis dabit beneficium quam decoctori pecuniam credet, aut depoſitum committet ei, qui iam pluribus abnegauit. Itaque pro pice ingratus appelletur, qui ad hoc vitium vergit: huic ergo beneficium non dabo: nam peſſime beneficia dare dicetur quicumque ingratos eligit, in quos peritura conferat.* Sic de eleemoſynis quæ beneficia ſunt dicendum peſſime dari, impiis, &c.

Quis appelletur ingratus.

Dionyſ. Dandum impio in quantum pauper eſt. Cartuſianus Dionyſius reſpondet, non dandum impio quia impius eſt, vel ad fouendum impietatem ipſius, qui autem ſubuenit impio, & eum ſuſtentat, quia pauper eſt, & vt viuendo diutius ad ſalutarem recognitionem tandem perueniat, non culpam diligit, ſed perſonam. Imo ſecundum Euangelij documenta inimici quantumlibet vitioſi, ſunt diligendi, & reddendum eſt bonum pro malo. Redimi quoque poteſt propria vexatio per eleemoſynam impio datam, quam vexationem quis ſuſtineret ab eo, ſi eleemoſynam denegaret? Hæc ille & optime. Ex quo conſtat tunc tribuendam eſſe eleemoſynam, cum vtilitas ſalutis proximi ſperari poteſt; quia ſæpe improbi conuincuntur ad quærendam ſalutem animæ, cum eis beneficia conferuntur. Jn communi dixit Oſeæ cap. 11. v. 4. Dominus: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* quinam hi funiculi hominum, & vincula charitatis? aliqui tribulationes explicant, quibus Deus trahit peccatores ad ſui cognitionem, alij aliter; ſed melior expoſitio eſt, quam aliqui reddunt dicentes: beneficia eſſe funiculos & vinculis, quibus Deus conſtringit homines, & adſtringit ad ei ſeruiendum & obtemperandum. Ergo cum volumus trahere peccatorem ad ſectandam iuſtitiæ viam, adſtringamus eum vinculis charitatis, & funiculis Adam beneficiis ſcilicet & eleemoſynis: ſic enim à via ſua praua retrahentur & conuertentur ad Deum, vt ſalutem ſuam conſequantur. Nam dixit Seneca lib. 1. de benef. c. 2. *Melius apud ingratos iacebunt, quos aut pudor, aut occaſio, aut imitatio* (vt aliorum exemplo, quos gratos vident grati fiant) *aliquando gratos poterit efficere. Ne ceſſaueris: opus tuum perage, & partes boni viri exequere: Officia etiam feræ ſentiunt: nec vllum tam immanſuetum animal, quod non cura mitiget, & in amorem ſui vertat.* Sic impij beneficiis trahendi ſunt, &c.

Oſe. 11. v. 4. Quænam vincula charitatis. Ingrati beneficiis grati aliquando efficiuntur.

Illuſtratio ſecunda.

30. *Quare impio panes dari prohibetur.* PRohibe panes illi dari, ne in ipſis potentior te ſit. Notat hoc loco vnam cauſam beneficentiæ in impios intercludendæ ac impediendæ: ne iniqua gratia, & iniuria nobis pro beneficio referatur. Omninò benignitas noſtra non nemini ita prodeſſe debet, vt plus nobis aut aliis obſit aut beneficentiæ nomen retinere non poterit. Antiqui codices legebant, *dare*; ſed correctiores *dari* legunt. Licet eumdem ferè ſenſum efficiant. Vulgatus autem videtur non ſolùm prohibere dare, ſed impediri, ne alij dent panes. Complutenſes addunt, *tuos*, nihil intereſt. Dionyſius explicat: *Prohibe panes illi dari* ad ſuſtentādam ſuam malitiam: Explicatio Janſenij mihi placet, qui ait: Quibus verbis non tam eleemoſynam prohibet, quam menſæ communionem & conuictum familiarem: quemadmodum ſatis patet ex fine propter quem prohibet panes dari: Ne inquit, per ipſos *potentior te fiat*; hoc eſt, per conuictum tuum & familiaritatem. Nam alioqui raro periculum eſt, ne quis ex eleemoſyna potentior fiat. Palacius, ſi dederis ſuperbo, tuo beneficio fortaſſe potentior fiet, & pro beneficio graue maleficium rependet.

Dionyſ. Ianſenius. Palacius.

Jtaque cum prohibet impio panes dari, prohibet cōuictum & nimiam familiaritatem cum illo, & cum nihil aliud ita conciliet familiaritatem, vt cōuictus & commeſſatio, ideo panes illi dari prohibet. Per panem enim intelligitur menſa ciborum, quibus cōmeſſantes veſcuntur inſignum familiaritatis: ſic 1. Reg. 14. v. 24. *Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam.* 2. Reg. 9. v. 7. *Comedes panem in menſa mea ſemper.* Jn menſa enim regia non ſolùm panes, ſed alij cibi miniſtrantur: ſic in aliis locis. Hunc cum impiis conuictum taxat Tobias c. 4. v. 18. cum ait: *Panem tuum, & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* Quem locum licet D. Greg. 5. part. curæ paſt. admonit. 21. ſic explicet: *Panem ſuum & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis ſubſidia pro eo quod iniqui ſunt impendit. Vnde & nonnulli huius mundi diuites, cum fame crucientur Chriſti pauperis, effuſis largitionibus nutriunt hiſtriones.* Sed poſterior pars explicatur de conuictu & familiaritate cum impiis, quam vitare debemus, quia noſtram conſcientiam inquirant. Jdeo Diodor. Sicul. lib. 12. dixit: *Scripſit Charondas legem de conſuetudine ciuium prauorum & confabulatione, profecto elegantem, à cæteris ſcilicet legum latoribus prætermiſſam. Nam conſiderata humanæ mentis inconſtantia & leuitate animorum, nonnumquam compertum, viros quantumuis bono & modeſto ingenio natos, boniſq; educatis artibus flagitioſorum conſuetudine & amicitia paulatim ab honeſtatis procul via auerſus, in vitia & in improbitatem corruiſſe: tum ipſa flagitij labem veluti peſtilentiam quandam contagio ſenſim irrepere in cœtus hominum, ex paruo primum initio, poſt vuibus ſumptis latius manando. Cupiens legiſlator, vel eius originem procul auertere à repub. vel exortam extinguere & radicare; ciues ſuos à familiaritate & conſuetudine perditorum lege prohibuit, actionemq; prauæ conſuetudinis conſtituit: grauiq; eius delicti reis impoſita multa, &c.*

Impij familiaritas vitanda. 1. Reg. 14. v. 24. 2. Reg. 9. v. 7. Iob 4. v. 18. Quid ſit panem comedere cum peccatoribus. D. Gregor. Diodor. Sicul. Amicitia ſceloroſorum vitanda & quare.

Secundo, probatur ex eo Prouerb. 23. v. 20. *Noli eſſe in conuiuiis potatorum, nec in commeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur*, &c. quem locum licet D. Gregor. lib. 4. mor. c. 25. explicet acutè ſatis de detractoribus, qui carnibus veſcuntur, exponens id Job. 19. v. 22. *Et carnibus meis ſaturamini.* At Salazar interpretatur de communicatione menſe cum improbis, quorum familiaritatem in commeſſationibus vitare debemus. Sicut nunc monet Eccleſiaſticus, qui reddit rationem, *ne in ipſis potentior te ſit.* Complut. *Ne in illis te ſupprimat.* Tygurina. *Ne ſupedites ei quibus te poſſit opprimere.* Quod proprium hominum ingratorum eſt, ipſa beneficia, quæ recipiunt, conuertere in perniciem benefactoris. Sic narrat Seneca ingratitudinem cuiuſdam militis erga quemdam Macedonem, qui multa beneficia 31.

Vitanda conuiuia potatorum. Iob 19. v. 22. Salazar. Ingrati beneficia conuertunt in perniciem benefactorum. Seneca.

neficia ei contulerat. Nam cum naufragus miles in poſſeſſiones huius Macedonis expulſus eſſet; vt Macedoni illi nuntiatum eſſet accurrit, in villam ſuam tranſtulit, lectulo ſuo ceſſit, afflictum, ſemiuiuumque recreauit, diebus triginta impenſa ſua, curauit, refecit; viatico inſtruxit, ſubinde dicentem: Gratiam tibi referam, videre tantum mihi imperatorem meum contingat. Narrauit Philippo naufragium ſuum, auxilium tacuit, & protinus petiit, vt ſibi prædia cuiuſdam donaret. Jlle quidam erat hoſpes eius, is ipſe, à quo receptus erat, à quo ſanatus conceſſit rex. Expulſus bonis ſuis ille, non vt ruſticus iniuriam tacitus tulit, contentuſque quod non & ipſe donatus eſſet in ſeruitutem; ſed Philippo epiſtolam ſtrictam ac liberam ſcripſit: qua accepta ita exarſit, vt ſtatim Pauſaniæ mandaret bona priori Domino reſtitueret. Cæterum improbiſſimo militi, ingratiſſimo hoſpiti, auidiſſimo naufrago, ſtigmata (inuſtas fronti notas) inſcriberet ingratum hoſpitem teſtentia: *Dignus quidẽ fuit* (inquit philoſophus) *cui non ſcriberentur illæ litteræ, ſed inſculperentur, qui hoſpitem ſuum nudo & naufrago ſimilem, in id in quo iacuerat ipſe littus expulerat. Auferendum itaque fuit quod ſummo ſcelere inuaſerat.* Ecce imaginem ingratiſſimi hominis, qui ſic rependit beneficium, vt cum potentior ſit, propter ipſum acceptum beneficium conatus eſt opprimere benefactorem. Idem probat emblema Alciati, quod ſupra retulimus de oue quæ lactauerat lupum, à quo interfecta fuit. Quare optime Siracides monet: *Prohibe panes illi* (impio ſcilicet ingrato) *dari, ne in ipſis potentior te ſit*, id eſt, *quibus te poſſit opprimere.*

Exemplum ingratitudinis.

Illuſtratio tertia.

32. NAm *duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcumque feceris illi.* Complutenſes: *Duplicia enim mala inueniet tibi.* Tygurina: *recipies.* Lyra. explicat hæc duplicia mala, ſcilicet præterita, quæ fecit, & futura, quæ faciet ſuſtentatus bonis tuis. Hugo, duplicia mala tua perdes, & aduerſarium tuum contra te nutris & armas. Dionyſ. & te inordenate dediſſe, & illum male accepiſſe, vel inuenies eum ingratum, ſolitoque peiorem. Optime Ianſenius: hoc duplex malum proponit, quia perdes gratiam tuorum beneficiorum, & per ea nocumentum incurres, recipiens ab eo mala pro bonis; vt ſignificet quanto plus beneficij in eum collocaueris, eò magis is nocebit, aut bis tantum nocebit, quantum ei bene feceris.

Lyra. Hugo. Dionyſ. Ianſen.

Jtaque hoc duplex malum eſt, & perdere beneficium, & recipere malum pro bono: quæ duo efficiunt, vt qui beneficia contulit grauiſſimo dolore contabeſcat. Primum: Pendere beneficium torquet animum bene facientis: ſic Ioſephus Patriarcha cum beneficium, quod contulerat pincernæ Pharaonis perdidit: nam oblitus fuit retributionis eius, vt Joſeph liberaretur à carcere vbi vinctus iacebat iniuſtè. Quæ ingratitudo cum poſſet eum prouocare ad iracũdiam, non dicitur in ſacra Pagina, illum ſuccẽſum eſſe, ſed tacuiſſe. Quod ſignum patientiæ & tolerantiæ forte meruit, vt poſt multos dies Pincerna recordaretur beneficij, & eſſet cauſa ſuæ libertatis; vt narratur Geneſ. 41. verſ. 9. *confiteor peccatum meum*, &c. fatetur ſe peccatum ingratitudinis commiſiſſe, &c. Hoc peccatum fuit obliuiſci beneficij, quod à Ioſepho acceperat, cum deberet, in memoriam reuocare recuperationem honoris habuiſſe virtutem in interpretatione, quam illi dedit Joſeph. Seneca lib. 3. de benef. c. 1. eleganter dixit: *Hic numquam fieri gratus poteſt, cui totũ beneficium elapſum eſt; & vtrum tu peiorem vocas, apud quem gratia beneficij intercedit, an apud quem etiam memoriæ vitioſi oculi ſunt, qui lucem reformidant. Quis tam ingratus eſt, quam qui quod in prima parte animi poſitum eſſe debuit, & ſemper occurrere, ita ſe poſuit & abiecit, vt in ignorantiam verteretur? apparet illum non ſæpe de reddendo cogitaſſe, cui obrepſit obliuio.*

Qui dat impio & perdit beneficium, & recipit malum pro bono. Gen. 41. v. 9. Seneca. *Ille gratus fieri non poteſt cui totum benefi-cium elapſum eſt.*

Secundum, Probatur ex eo Pſalm. 54. verſ. 13. *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique: & ſi is, qui oderat me ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus; qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum conſenſu; veniat mors ſuper illos*, &c. Reddit Dauid, rationem cur ægrè ferret iniuriam acceptam ab amico, qui ſibi coniunctus erat, cui ipſe Dauid beneficia contulerat, & pro bono malum reddiderat. Si inimicus meus me iniuria prouocaſſet, ferri ea iniuria vtcumque poterat. At vero tantam fraudem, tantamque ingratitudinem ab amiciſſimo homine mihi paratam, quis vnquam aut animo atque cogitatione concepiſſet, aut æquo animo ferret? Ex quibus conſtat, *duplicia mala inueniri in omnibus bonis quæcumque faciat.* ſcilicet perdere gratiam beneficiorum & per ea nocumentũ incurrere, vt explicat Ianſenius. Nam *ſi non referre beneficiis gratiam turpe eſt* (vt dixit Seneca lib. 5. de benef. cap. 1.) *& ingratus eſt, qui beneficium accepiſſe ſe negat quod accepit; & ingratus, qui diſſimulat, ingratuſque, qui non reddit, & ingratiſſimus omnium qui oblitus eſt.* Quanto magis dignus erit reprehenſione, qui acceptis beneficiis ea conuertit in nocumentum eius, à quo accepit? meretur ſanè ſupplicium qui ſic eſt cauſa vt bene faciens beneficium perdat, & incurrat nocumentum per ea, &c.

Pſ. 54. v. 13. *Iniuria ab amico illata haud quaquam ferri poteſt.* *Duplex malum reddit ingratus benefactori ſuo.* Ianſenius. Seneca.

Pende tandem expoſitionem Hugonis, qui dixit: aduerſarium tuum contra te nutris & armas; ſicut enim qui carnem ſuam deliciis & voluptatibus fouet, & cibis delicatiſſimis nutrit, aduerſarium ſuum nutrit & armat: nam cum *caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, & contra *ſibi inuicem aduerſantur.* Galat. 5. v. 17. ſic qui beneficia confert ei, qui ingratitudinis vitio laborat, aduerſarium ſuum nutrit, & arma præbet, vt contra ſe rebelletur, quod ſtultiſſimum iudicatur. Quare *non dederis impio, prohibe panes illi dari, ne potentior te ſit, nam duplicia mala inuenies*, &c.

Hugo. *Qui ingrato bene facit contra ſe armat aduerſarium.* Gal. 5. v. 17.

Tandem inquit Eccleſiaſticus: *Quoniam altiſſimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.* 33. En altera ratio ſumpta à iudicio Dei, cum impij ac ſcelerati homines ſunt odioſi, atque ad ſupplicia potius, quam ad beneficia reſeruati. Deus quidem de omnibus bene meretur, etiam de improbis; tum vt illos ad ſe alliciat conuertatque tum vt ingratos tanquam boues ſaginatos ad mactationem adducat: quorum prius eſt nobis immitandum, nec de malis hominibus aliquando bene merendum, non vt noſtris beneficiis illorum maleficia ſceleraque tueamur, ſed vt eos ad pietatem atque ad innocentiam prouocemus. Quomodo odio Deus peccatores habeat, iam diximus in præcedenti ſententia: nam eadem verba hic repetit auctor, vt rationẽ præbeat, cur impiis dare non debeamus, nec panes illis ſuppeditare. Deus enim peccatores odit, & pollicetur de eis vindictam ſumere. Si ergo illos Deus odio proſequitur, & ſaginat, ad mactationem, cur nos eos fouere & adiuuare debeamus? Quare negandas ſunt eis noſtra beneficia eo modo, quo ſupra explicauimus; agit enim auctor de obſtinatis & præſcitis præparatis ad eam mortis æternæ. Hi enim in vita ſaginantur bonis temporalibus, vt grauioribus ſuppliciis in morte crucientur. Negligunt diſciplinam Domini, & eius inſpirationibus, & aliis monitis reluctantur: quia non experiuntur mala, quæ eis euentura ſunt. Quare dixit Sapiens Eccleſ. 8. v. 11. *Quia non profertur cito contra malos ſententia, filij hominum abſque timore vllo perpetrant mala.* Sed dilationem ſupplicij grauitate compenſabit Deus: nam eo ſinit in deliciis ſaginari, vt maior ſit vindicta in nouiſſimo die. *Impiis enim reddet vindictam*, &c.

Quare Deus odio habet peccatores. *Quare Deus pollicetur de peccatoribus vindictam ſumere.* Eccleſ. 8. v. 11.

VERS VIII.

Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus.

Senſus.

34. NOn agnoſcetur, &c. q. d. Si ſcire volueris quomodo amicus & inimicus dignoſci poſſint, audi cum aliqui ſecunda fortuna arridet, non mirum ſi multi in amicitia eius perſiſtant, nam proſperitas & fœlicitas multos ſolet amicos numerare; at ſi aduerſa tibi contigerit fortuna, tunc ſatis dignoſces amicos vel inimicos: nam inimicus prodit ſeſe ſua lætitia & exultatione, & ſuum animum detegit, &c.

Notæ.

PRo, *non agnoſcetur*, eſt in Complut. ὀυκ ἐκβληθήσεται, id eſt, *non eiicietur*, verbum ἐκβάλλω, eſt profero, eiicio, expello; ſed hic verbum eiiciendi, idem eſt, quod proferri in apertum, & declarari, vel foras expellere quod occultum eſt. q. d. non declaratur amicus cum res proſpere ſuccedunt: nam proſperitas & fœlicitas facile amicitiam conciliat; at cum aduerſa accidit fortuna, dignoſcitur & declaratur verus vel fictus amicus; qui verus eſt, permanet in aduerſitate; ſed qui fictus eſt, deſerit amicum, & inimicus declaratur. Alij codices in ſecundo hemiſtichio legunt, ὀυκ κρυβήσεται, *non occultatur*, non latet, à verbo κρύβω, quod eſt abſcondo: ita Complut. ſed Druſius ſequitur alios, qui habent ἐπιγνωσθήσεται, à verbo ἐπιγνῶναι, quod eſt cognoſcere: *non agnoſcetur in bonis amicus.* ſententia eſt vt ſi diceret: non in bonis, ſed in malis; hoc eſt, rebus aduerſis dignoſcitur. quadrat autem cum illo Ennij: *Amicus certus in re incerta cernitur.* Nam quamdiu res ſecundæ ſunt, verus amicus à falſo diſcerni nequit. *In bonis*, ἀγαθοῖς: alij vertunt in *ſecundis*, ſcilicet rebus; verbum ἀγαθὸς, iam ſupra diximus ſignificare benefacta, beneficia, res ſecundas & proſperas; ſic Prouerb. 11. v. 10. *In bonis iuſtorum exultabis ciuitas.* Ex Hebræo vertitur. Græcè ἐν ἀγαθοῖς δικαίων. *Cum bene eſt iuſtis rebus proſperis iuſtorum.* Scriptum Complutenſium ſenſum continet, vt ſi diceret: Amicum facile agentem omnes libenter in contubernium recipiunt, nemo cum domo expellit contra accidit rebus dubiis & aduerſis, &c.

Prou. 11. v. 10.

Et non abſcondetur, Græcè, καὶ ὀυκ κρυβήσεται, neque latet, neque abſcondetur, ſiue occultabitur. Nam vt hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt, hyeme recedunt: ſic amici vulgares cum res proſperæ ſunt, adſunt; cum aduerſæ occultant ſe, & nuſquam comparent: quin occulti hoſtes, qui ſunt, tunc maximè ſe patefaciunt, & declarant animum, vt erga te affecti ſint ſuum, &c.

Illuſtratio prima.

NOn *agnoſcetur in bonis amicus*, &c. Sententia huius primi membri ſignificat idem, quod ait Ennius: *Amicus certus in re incerta cognoſcitur*; hoc eſt, in dubiis rebus ac periculis amici beneuolentia fideſque perſpicitur; in ſecundis vero atque exploratis eſt obſcura & incerta: multi enim tempori ſeruiunt & fortunæ. Contra inimici voluntas in aduerſis rebus noſtris facile perſpicitur: eſt enim inimicus maleuolus, gaudens malis incommodiſque eius, quem odit. Itaque in rebus hominis aduerſis contrariè affecti ſunt amicus atque inimicus: quorum alter moleſtia, alter lætitia voluptateque afficitur: ſic exponit Raban. Hugo explicat, *non agnoſcetur*, &c. id eſt, in proſperis, quia incertum eſt, vtrum perſona aut fortuna diligatur. Eodem modo Dionyſ. & Lyra, quos ſequuntur Ianſenius & Palacius. Jtaque in hac ſecuuda parte capitis agit Sirach de dignoſcendis amicis, & inimicis; & quia cap. 6. v. 6. 7. 8. 9. 10. fuſius hãc materiam tractauimus, & multa ad illuſtrationem congeſſimus, non multum immortabimur, licet aliqua adiiciemus. 35.

Amicus certus in re incerta cognoſcitur. Raban. Hugo. Dionyſ. Lyra. Ianſen. Palacius.

Ergo proſperitas & fœlicitas hoc præferunt, vt multos conciliet amicos; ad aduerſa fortuna eos ipſos abiicit & expellit. Quare cum res proſpere ſuccedunt, nemo licet ſapiens & prudens dignoſcere audebit verã vel fictam amicitiam: Tunc enim amici ſe legunt familiares, & illum tanquam heliotropium ſpectent. At cum proſperitas tranſit in aduerſitatem, non ſolùm non illum reſpiciunt, ſed aufugiunt, & ſolum relinquunt. Prouerb. 14. v. 20. ait Salomon: *Amici vero diuitum multi*, & c. 19. v. 4. *Diuitiæ addunt amicos plurimos.* Hinc eſt quod dixit Alcinus in lib. de complanctu naturæ, vbi agit de adulatoribus: *Hi ſunt principum laterales, adulationis artifices, fabri laudis, figuli falſitatis: Hi ſunt qui magniloqua commendationis tuba in diuitum auribus inſonant, qui vt emungant munera, caput diuitis oleo adulationis inungunt.* Quomodo ergo dignoſci poterunt in proſpera fortuna? Tunc enim amicitia temporaria eſt, & facillimo negotio deficit. Cum Seneca Epiſtol. 9. de his temporariis amicitiis egiſſet, ſubdit appoſite: *Qui cauſa vtilitatis aſſumptus eſt, tamdiu placebit; quamdiu vtilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumſedit: circa euerſos ingens ſolitudo eſt: & inde amici fugiunt, vbi vel vnde probantur.* Hi amici nomine tantum ſunt non re; audi Euripidem ſic docentem:

Proſperitas multos conciliat amicos, & aduerſitas eos abiicit. Prou. 14. v. 20. & 19. 4. *Amici ficti adulatores ſunt.* Seneca. *Quales nomine tantũ amici ſunt.* Euripid.

Nomen quidem, ſed rem ipſam amici non habent,
Qui ſorte triſti, non ſe amicos exhibent.

Sunt enim hi nomine tantum amici ſimiles delphi-

delphinis, de quibus Socion apud Maxim. serm. 11. *Delphini quousque vnda subest, nauigia comitantur natantes: in littus vero nunquam egreduntur.*

Amici ficti similes delphinis.

quod ipse Philosophus applicat: *Sic adulatores* (hi enim amici ficti dicuntur) *in secunda fortuna manent, in aduersa deserunt.* Ostendunt enim suam amicitiam fictam & simulatam esse, quare durat, dum diuitiæ permanent; cum autem diuitiæ diffluunt, ipsi deficiunt: nam *diuitiæ addunt amicos.* Sic Euripides: *Hoc scio* (inquit) *& planè expertus sum, quod omnes amici sint diuitibus.* Quare optime Sirach docet: *Non agnoscitur in bonis amicus.* Illud, *non eiicietur in bonis amicus*; vt legunt Complut. eumdem sensum efficit: nam cum diues amicos habet, quia bona sua abundant, non eiicit ipsos amicos, quia existimant veros esse; & dum permanent vt amicos veneratur, non inuenies causam cur eos abiiciat. Nisi velis explicare verbum, *eiicere*, vt Iansenius. Eiici positum est, pro in apertum proferri, & declarari; quod idem est ac *non agnoscetur.*

Euripides.

Amicus non agnoscitur in prosperitate.

Iansenius.

Illustratio secunda.

36. ET *non absconditur in malis inimicus.* Tygurina: *Nec rebus aduersis latebit inimicus.* Lyra: *& non absconditur in malis inimicus*, quia statim currit ad nocendum sicut canis ad mordendum canem percussum. Sunt enim amici simulati, qui dum fortuna arridet, amicitiæ velamine suam obtegunt malitiam, seu potius inimicitiam: at quando fortuna aduersa premit, tunc manifestat inimicitiam suam: quod probatur exemplis Semei

Inimicus instar canis mordet eum cui percussum.

2. Reg. 16. 2. Reg. 16. cognatus Saul, dum Dauidi arrisit prospera fortuna non ausus est maledicere ei; erat enim potentissimus rex, qui eum facillime poterat vel opprimere vel interficere. At cum

Psal. 118. v. 143. *Tribulatio & angustia inuenerunt.* Dauid Psal. 118. v. 143. Quare fugiebat à facie filij sui Absalon, qui ei conabatur regnum eripere, & interficere illum: Tunc inquam egressus est Semei ad maledicendum ei. Sic refert sacra Pagina 2. Reg. 16.

2. Reg. 16. v. 5. v. 5. *Venit ergo Dauid vsque Bahurim, & egrediebatur inde vir de cognatione Saul nomine Semei, procedebatque egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid.* Quare tunc egressus est Semei ad maledicendum Dauid: numquid Dauid non erat rex, qui eum posset interimere? Respondit Abulensis q. 8. in hunc locum; non solùm quia erat de cognatione Saulis, & eum haberet exosum; sed quia nunc insurrexerat Absalon contra

Semei maledixit Dauid cum erat in tribulatione & angustia.

Abulensis.

Dauid, & putabat quod iam numquam rediret Dauid in statum pristinum, sed quod occideret eum Absalon, & poterat sine imminenti pœna maledictiones impetere aduersus Dauid. Sed respondeo Semei fuisse inimicum simulatum regis Dauid; & cum inimicus simuletur cum prospera inimici succedunt, ideò non manifestabat malitiam; sed cum nunc videret aduersa fortuna laborantem, fugientem à facie Absalon, qui poterat eum interficere, ausus est egredi ad ei maledicendum & manifestandum quod in corde haberet. Idem dicendum de Achitophel 2. Reg. 17. qui cum esset amicus simulatus Dauid, videns eum laborãtem aduersa fortuna, tentauit eum interficere. Inimici enim dignoscũtur tempore tribulationis & aduersitatis, & dum arridet fortuna amici, simulantur iuxta id Ecclesiast. 35. v. 4. *Sodalis amico conuiuendatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit.*

Semei amicus simulatus.

2. Reg. 17.

Eccles. 37. v. 4.

Hinc est quod Seneca affimaret: Paupertatem esse quasi lydium lapidem ad dignoscendam amicitiam vel inimicitiam, epist. 20. ait ipse: *Quid fiet, inquis, huic turbæ familiarium? Turba ista cum à te pasci desierit, ipsa se pascet: aut quod tu beneficio tuo non potes scire, paupertatis scies. Illa veros certosq; amicos retinebit: discedet quisquis non te, sed aliud sequebatur: non est autem vel ob hoc vnum amanda paupertas, quod à quibus ameris, ostendit: & quando ille venier dies, quo nemo in honorem tuum mentiatur:* Quare eleganter Cicero tom. 4. lib. de amicit: *Est igitur prudentis sustinere vt currum sic impetum beneuolentiæ: quo vt amur quasi aquis tentatis: sic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum.* Illud, *periclitatis.* passiue sumendum est, id est, experimento probatis: nam & nauæ demissa bolide, quam nos dicimus, *sonda*, tentant prius profunditatem aquarum, & est simile hispanum prouerbium: *Tentar el vado.* ita non statim recedit amico per omnia fidendum; quia forte inimicus est, & dignoscetur cum aduersa venerit fortuna. Ideò aiebat Salomon Prou. 17. v. 17. *Omni tempore diligit qui amicus est. Si* omni tempore: ergo etiam in aduersa fortuna, in qua certè qui amicus verus est fixus maner, & cum recedit, signum præbet fictæ amicitiæ, quæ verè inimicitia est. Et si in aduersis dignoscitur inimicus, cum deserit in aduersitate tanquam inimicus habendus est.

Paupertas est quasi lydius lapis ad dignoscendam amicitiam

Seneca.

Cicero.

Periclitari debent mores amicorum.

Prou. 17. v. 17.

VERS. IX.

In bonis viri, inimici illius in tristitia: & in malitia illius, amicus agnitus est.

Sensus.

37. IN *bonis*, &c. q. d. Ratio quare non agnoscitur in bonis amicus, & non absconditur in malis inimicus, ea est, quia cũ homo secunda potitur fortuna, inimici eius in mœrore versantur, sed sic vt fere illum quantum possunt tegunt. At vero quando aduersa cruciatur fortuna, & afflictionibus, rebusque aduersis premitur, tunc dignoscitur qui verè amicus & beneuolentia coniunctus est: nam eum, qui in aduersitate iacet, amici solent derelinquere, & qui verè familiaris est non discedit, &c.

Notæ.

IN *bonis viri*, est in Græco, ἐν ἀγαθοῖς ἀνδρὸς, quod vertit Drusius: *Cum homini bene est.* Sicut Prouerb. 11. v. 10. vertitur *Cum bene est iusto.* q. d. cum prospera fortuna fruitur, cum res secundæ succedunt, &c. Sic è contra: *& in malitia illius.* καὶ ἐν τοῖς πονηροῖς αὐτοῦ, quod legit Drusius: *cum ei mala est*, id est. cum aduersa præmitur fortuna, cum male res illi succedant, cum variis afflictionibus & angustiis agitatur, tunc *amicus agnitus est*: in Originali est: καὶ ὁ φίλος διαχωρισθήσεται: *& amicus separabitur.* Drus. *etiam amicus abscedit*: nam verbum διαχωρίζω separare significat: sed quare

quare vulgatus *agnitus est*, verterit, non satis assequor, nisi velit explicare vim veræ amicitiæ, quæ in perseuerantia dignoscitur: cum enim amicus amicũ in afflictione comitatur, verum & exploratum amicum se ostendit, at cum separatur, vel abscedit, non veræ & exploratæ amicitiæ vim ostentat. Quare dixit Salomon Prou. 19. v. 4. *A paupere autem & hi* (amici) *quos habuit separantur.* ex Heb. est: *Tenuis à socio suo separatur.* quod idem est cum illo; *à tenui amicus eius separatur.* Jdeo qui in aduersa fortuna, in qua amicus eius premitur non separatur, non deserit, non abscedit, verus & exploratus amicus censetur, &c.

Illustratio prima.

38. *In rebus aduersis cognoscitur malevolentia inimicorum.*

IN *bonis viri inimici illius in tristitia.* In hoc tẽpore statuque rerum aduersarum cognoscitur etiam cum maleuolẽtia inimicorum, tùm perfidia amicorum, qui amicum in afflictione destituunt ac deserunt. Alij fortunam florentem ferre non possunt; alij verò aliqua calamitate deformatam derelinquunt. Lyra, suple tristatur saltem corde, & si non facie. Hugo, *in bonis viri*, id est, in successibus, optimè Carthusi. est, hostes eius agniti sunt per hoc, quod de ipsius prosperitate sunt contristati. Palacius tandem, id est cum prospera ac læta viro contingunt, in tristitia versantur eius inimici; vt contra in malitia, & afflictione viri amicorum dolor, agnoscitur. Citat S. Stephanum Pap. epist. 1. qui dispungit sic sententiam, quem alij secuti sunt: *In bonis viri inimici illius agnoscuntur*, scilicet inuidendo; *at in tristitia & miseria eius amicus agnoscitur*, compatiẽdo. Sed nostram vulgatam sequi debemus, quæ legit: *In bonis viri, inimici eius in tristitia: & in malitia illius amicus agnitus est.*

Lyra Hugo. Dionysius. Palacius.

Inimicus manifestat inuidiam cordis sui cum inimico arridet fortuna.

Jtaque duo præcipuè docet Sapiens primum est, inimicum manifestare inuidiam cordis sui, cum bona inimico vel amico arridet fortuna: secundum est, verum amicum in aduersitate agnosci. Breuiter hæc dico illustremus. Circa primum, nihil certius apud sacros & prophanos, quam quod quotidie experimur, prosperitatem & fœlicitatẽ tam in diuitiis, quam in honoribus generare inuidiam in amicis illorũ, qui non bene merẽtur de aliis; & per consequens tristitiam de eius fœlicitate. Nam inuidia est cognata maleuolẽtiæ; vt affirmauit Plutarchus de Malignit. Herodoti, existimans, *vno ex vitio inuidiã scaturire & maleuolentiam.* cum ergo resident maleuolentia in animo, statim inuidiam producit, vel è cõtrario. Et inuidia nihil aliud est, *quam tristitia in apparenti fœlicitate alicuius*, vt describit Aristot. 2. Topicorũ. & D. Auguſt. *Est odiũ fœlicitatis alienæ.* idem est maleuolentia & inuidia, ex quibus nascitur tristitia & dolor fœlicitatis alienæ. Hæc tristitia & maleuolẽtia ex inuidia habuit initium in fratricida Cain, qui cum vidisset oblationẽ fratris Abel obtinuisse eam fœlicitatem ab oculis Domini, quam narrat Scriptura Genes. 4. v. 4. 5. *Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain vero, & ad munera illius non respexit.* Ex qua prosperitate orta est in animo Cain tristitia, & maleuolentia aduersus Abel: *Iratusq; est Cain vehementer, & concidit vultus eius.* quæ tristitia manifestata est in facie eius, ita vt Dominus quæreret: *quare iratus es; & cur concidit facies tua?* q. d. quæ istæc tua excãdescentia & tristitia, quam in vultu demisso ostendis? qua interrogatione indicat, plenum esse inuidia, quę in nullo alio manifestatur, nisi in tristi & dimisso vultu: tristitia enim signũ manifestatiuum est abdẽtis inuidiæ. Et quia *inimicus* manifestatur *in bonis viri*, ideò inimicus euasit Cain fratris sui, & tanquã inimicus interfecit, volens de medio tollere fratrẽ, vt fœlicitatem eius destrueret. Præsens enim fœlicitas ita torquet inuidũ, vt eum, qui fruitur fœlicitate de medio tollere conetur, vt causa tristitiæ suæ & inuidiæ penitus tollatur & obruatur, &c. Nam cum ira fedet in corde, quæ ex impatientia generatur, cum aliena fœlicitas manifestatur, inuidia generat inpatientiam, impatientia iram, & ira homicidiũ. Sic dixit Tertul. lib. de pat. agens de Cain: *Cum ergo nec occidere poterit nisi iratus, nec irasci nisi impatiens, demonstrat quod per iram gesserit, ad eam referendam, à qua ira suggesta est, per hæc impatientiæ tunc infantis quodammodò incunabula.*

Inuidia cognata maleuolentiæ. Plutarch.

Aristot. D. Auguſt. *Ex maleuolentia & inuidia nascitur tristitia fœlicitatis alienæ.*

Gen. 4. v. 4. 5.

Cain inuidiam manifestauit in vultu.

Fœlicitas torquet inuidum.

Tertullian.

Rursus Sap. 2. v. 24. inuidiã causam esse mortis, indicat Sapiens, cum ait: *Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum: imitantur autem illũ qui sunt ex parte illius.* Quænam hæc inuidia quæ tot in hominum tantorum malorũ fuit occasio? si inuidia inueniri solet in iis, qui eiusdẽ conditionis sunt & naturæ, vt dixit Plutarch. lib. de inuidia: *inuidet vero homini tantum homo.* Quomodo inuẽta est in diabolo, qui diuersę conditionis & naturę erat? nunquid quia ipse corruit & perpetuã miseriam induit, cum eo tempore Adam stetisset? ita forte. Sed censeo inuidiã suam processisse non solùm ex fœlicitate hominis, qua tunc fruebatur antequam in peccatũ lapsus esset; sed quia intellexerat naturam humanã ad id honoris fastigiũ fore euehẽdam, vt eam ipse Deus suo tẽpore induceret; hæc fœlicitas, hic honor, hæc gloria ita suum animum inuidum acuit, vt toris viribus & mẽte conaretur, cum ex altissimo honoris & gloriæ gradu infœliciter deturbare, vt occasionẽ glorię hominis tolleret & impenderet, ne humana natura ad tantæ dignitatis fastigiũ aliquando ascẽderet. Jdeò ex eo tẽpore tales cum homine inimicitias cõtraxisset, vt semper insidietur, & studeat illũ in æternam damnationẽ & perpetuam mortẽ præcipitare, qui *in bonis viri inimici eius in tristitia.* hic inimicus sicut perpetua cruciatur inuidia, sic perpetuo mœrore & tristitia frangitur.

39. *Inuidia causa fuit mortis in hominibus.*

Sap. 2. v. 24.

Plutarch.

Vnde processit inuidia diaboli.

Vnde inimicitia diaboli aduersus hominem.

Porro quæ causa fuit, quæ sic iustissimum Ioseph. adduxit ad vincula & carceres, nisi inuidia fratrum suorum, quæ orta est ex fœlicitate Josephi, quia plus cæteris fratribus à patre diligeretur? Nam vt dixit Plutarchus lib. de inuidia: *Inuident dũtaxat illis, quibus res sacũdas putant fluere.* ergo Gen. 37. v. 4. *Videntes autẽ fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquã pacificè loqui.* Sed quare diligebatur ardentiori amore quam cæteris dixit D. Ambros. lib. de Ioseph. patr. c. 1. *Iacob illum plus amabat, in ris fratribus quo maiora virtutum insignia præuidebat: vt non tam filiũ pater pratulisse videatur, quam propheta mysteriũ: meritoq; variam tunicã fecit ei, quo significaret eum diuersarum virtutum amictu fratribus præferendum. Denique in puero adhuc refulsit diuina gratia.* Ecce fœlicitas & prosperitas Joseph, amictus scilicet virturum & splendor diuinæ gratiæ. Videntes ergo fratres excellentiam honoris, propter quam plus à patre diligebatur, non poterant tanto splendore perculsi quasi excutientes inuidiam manifestare; quæ eos impulit ad tollendum de medio fratrem, ne tristitia fœlicitatis alienæ eos consumeret: quia dum vigebat in fratre fœlicitas in ipsorum animis vigebat inuidia & tristitia, à qua ita torquebantur, qua vt dixit Plutarch. de inuidia: *Inuident maximè illis*

Inuidia Iosephum adduxit ad carcerem.

Plutarchus.

Gen. 37. v. 4

Quare Ioseph diligebatur à patre plus cæteris

D. Ambros.

Plutarch.

quos florere potissimũ ex virtute putant. Siquidẽ vt cantharides potissimum adultum frumẽtum, & adultas rosas inuadũt: ita inuidia præcipuè probatos, ac virtute inclarescentes indoles & personas appetit. & quia inuidia generat odium, ideò fratres Ioseph. non poterant ei pacificè loqui. Sic D. Chrysost. tom. 1. hom. 62. in Genes. *Quid est* (inquit) *nihil potuerunt ei loqui pacificè? Quia affectio dominabatur, & inuidia quotidie crescebat, quasi captiui facti, & tyrannidẽ huius mali ferentes, in dolo loquebantur, & nihil pacificè loqui poterant.* Quare eleganter idẽ Plutarch. citato lib. de inuidia & odio, dixit: *Ita quidẽ nihil videtur inter inuidiam & odium interesse, sed rem esse eamdẽ. Breui enim quasi vndique humatum vitium comitantibus ei animi perturbationibus huc illuc agitatum, variæ eas inter se connectit & complicat: quæ morborũ ritu consentiunt mutuo aliæ aliarum æstibus. Siquidem cui affulget fortuna: hic iuxta eum, qui odit ipsum & qui inuidet, pungit,* &c. Multa alia de inuidia possemus congerere, sed hæc sufficiant ad intelligendam sententiam Ecclesiastici, qui ait: *In bonis viri inimici illius in tristitia.*

Illi maxime inuidentur, qui virtutibus florent. Inuidia generat odium. Chrysost. Plutarch. *Nihil videtur interesse inter inuidiã*

Illustratio secunda.

40. ET *in malitia illius amicus agnitus est.* Lectionem Complutẽsium in Notis explicuimus. Tygurina clarius vertit: *Et rebus eiusdem aduersis abscedit etiã amicus.* cum *abscedere*, vel *separari* ab amicis, cum res non benè succedunt, sit inditiũ fictæ & non constantis amicitiæ. Ideò vulgatus legit, agnitus est in malitia illius, id est, in aduersa fortuna agnoscitur amicus: nam si abscedit & separat se, ostendit non verum amicũ esse. Quare Hugo explicat, *& in malitia illius,* id est, in tempore aduersitatis amicus agnitus est: quia si verus amicus est, non deserit, sed magis diligit; si autẽ deserit, non erat verus amicus, sed amicus fortunæ. De quo dicitur infra, cap. 37. v. 4. *Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit.* Dionys. exponit *malitiam* de tribulatione; & de ruina in culpam. Jtaque tribulatio probatio est verè amicitiæ, vel fictæ & simulatæ: nam si abscedit, cum amicum in tribulatione patientem videt, non est verus amicus; sed si perseuerat veram amicitiam ostentat. Multa de hac materia congessimus c. 6. vers. 6. 7. 8. 9. lege quæ ibi cumulauimus; sed interim pauca, quæ nunc propono, libenter ausculta.

Cum quis in aduersitate separatur ab amico fictæ amicitiæ indicium præbet. Hugo. Dionys. *Tribulatio probatio est vera amicitia.*

Prouerb. 17. v. 17. dixit Salomon: *Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur.* Jllud *in omni tempore,* cõprehendit tempus prosperitatis & aduersitatis: nam licet qui in prosperis solùm se ostendit amicum, & non in aduersis non sit verus amicus; at qui aduersitate permanet, fidelis est & verus est amicus. Quare verus & fidelis in omni tempore diligere debet: Dixit eleganter Seneca lib. 6. de benef. c. 34. *In peccatore amicus, non in atrio quæritur* (id est. vt epist. 19. repetiit: *Errat qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat.*) *Illo recipiendus est, illic retinendus, & insensus recondendus.* Et post pauca subdit ad intentum: *Quemadmodum te & in dubiis, & in aduersis, & in lætis sapienter geris, vt dubia prudẽter tractes, aduersa fortiter, læta moderate: ita in omnia vtilẽ te amico exhibere potes.* Nota, *in omnia,* id est, in lætis, & in dubiis, & in aduersis qui fidelis amicus est exhibere debet.

Prou. 17. v. 17. *In omni tempore diligit qui amicus est, id est, tam in prosperitate quã in aduersitate.* Seneca.

Confirmat hoc eleganter Cicero de amicitia, cum citasset Ennium, qui dicebat: *Amicus certus in re incerta cernitur.* Subdit: *Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerosq; conuincunt, aut si in bonis rebus contemnunt, aut si in malis deserunt. Qui igitur vtrâque in re grauem, constantem, stabilem se in amicitia præstiterit, hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus, & pæne diuino. Firmamentum autem stabilitatis constantiæq; est eius quam in amicitia quærimus, fides. Nihil enim stabile est quod infidum est.*

Cicero. *Amicus certus in re incerta cernitur.*

Hinc est, quod illi amici maximè commendentur, qui amicos in angustia & tribulatione constitutos adiuuant, & eripiunt ex angustiis, quas patiũtur. In cuius probationem aliqua exempla proposuimus in citato cap. 6. vers. 7. Deprompta ex Luciano in tractatu de amore. Ex multis aliis, quæ offert, hoc vnũ nos offeramus, vt huic sentẽtiæ finem imponamus, cum exemplum Amazozæ retulisset, subdit: *Audi igitur & alium huic parem Belittam huius Amazozæ consobrinum; is vt detractum ex equo à leone Basthen amicum conspexisset* (*nam simul erant in venatu*) *iamque leo circumplexus illum, iugulo admotus esset, atque vngulis laniaret, desiliens & ipse inuolauit in tergum Belittæ, reflexit in sese prouocans auertensq;, atque inter dentes digitos inferens, conatus quoad licuit Basthen ex rictu leonis eximere, donec leo omisso illo iam semi mortuo, ad Belittam sese conuertit, atque ipsum quoque circũplexus occidit. At ille moriens* (*nam tanto anteuertit, acinacem in leonis pectus defixit. Itaque pariter exanimati sunt omnes: nos autem sepeliuimus eos, duobus aggestis tumulis inter se vicinis, altero amicorum, altero è regione leonis.* Hoc & aliis exemplis optime cõfirmatur id Salomonis: *& frater* (id est, verus amicus) *in angustiis comprobatur.* Cum videamus eos simul commori causa amicitiæ. Vnde optime auctor noster dixit: *& in malitia illius.* (id est, in tribulatione & angustia) *amicus agnitus est.* ostẽdit illam esse verã amicitiam, quæ in tribulatione, vel aduersa fortuna permanens adiuuat amicum suum.

41\. *Laudantur amici qui amicos in tribulatione adiuuant.* Lucianus. *Exemplum vera amicitia.* *Verus amicus & frater nominatur.*

Tandem: si amicus omni tẽpore diligere debet, Heliotropio assimilabitur. De quo Plinius lib. 2. c. 41. *Miretur hoc, qui nõ obseruat quotidiano experimento, herbam vnam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusq; horis cum eo verti, vel nubila obumbrante.* & lib. 22. c. 21. *Heliotropij miraculum sæpius diximus cum sole se circumagentis etiam nubilo die: tantus sideris amor est. Noctu velut desiderio contrahi ceruleum florem.* Jdem repetit Varro. Ergo si hic flos tam firmam amicitiã initam habet cum sole, vt nec die nec nocte illum deserat, sed semper spectet propter amorem, quo illum prosequitur: cur veri & fidelis amici separari debent, quin seinuicẽ spectent, vel in die secundæ fortunæ, vel in nocte aduersitatis? tantus amor amici debet eum pungere vt nũquam ab inuicẽ separentur, sed semper, & in omni tempore diligere se inuicem debent, vt neque prosperitas, neque aduersitas amicitiã diuidere possit. Similis est etiam amicitia Heliotropio gemmæ, de qua Plin. lib. 37. c. 10. *Heliotropium nascitur in æthiopia porracei.* (id est, viridis) *coloris sanguineis venis distincta. Causa nominis, quoniam deiecta in vas aqua fulgorẽ solis accedentem percussu sanguineo mutat. Eadẽ extra aquam speculi modo solẽ accipit, deprehẽditq; defectus, subeuntem lunam ostendens.* Itaque hæc gemma viridis est, sed sanguineis venis distincta, in vas aquæ disiecta radios solares accedentes in sanguinis colorem mutare videtur: extra aquam autem speculi modo, solis imaginem reddit, eiusque Eclypsim prodit, lunam subeuntem ostendens. Quod adumbrare videtur amicitiam disiectam in aquam aduersitatis mutari in colorem sanguineum, id est, offerre sanguinem pro amico; at extra aduersitatem instar speculi ostẽdere imaginem amici, hoc est, vel Eclypsim tribulationis, vel splendorem prosperitatis. Ergo *in malitia eius amicus agnitus est;* vide 2. Reg. 15. vers. 21. de Ethai, qui dixit ad regem Dauid: *Viuit Dominus, & viuit Dominus meus rex: quoniam in quocumque loco fueris, siue in morte siue in vita ibi erit seruus tuus.* Exemplum enim veri & fidelis amici, qui noluit deserere regem, neque in prosperitate, neque in aduersitate.

Verus amicus similis heliotropio. Plinius. Varro. *Veri amici in aduersitate & prosperitate semper se inuicem diligere debent.* Plinius. *Natura heliotropij gemma veram amicitiam adumbrante.* 2. Reg. 15. v. 21.

VERS X.

Non credas inimico tuo in æternum: sicut enim æramentum æruginat nequitia illius.

Sensus.

42\. NOn credas, &c. q. d. Hoc monitum quod tibi trado, mihi gratifica, scilicet: Ab eo, qui olim inimicus fuit, id est, infenso animo atque inimico tibi fuit, & iam reconciliatus videtur, fugita, & ne temere te ei vmquam credas; aut eius verbis, quibus beneuolẽtiam fingit tribuas fidem. Quia quemadmodum quodlibet opus ex ære factum, eius est naturæ, vt æruginem suscipiat, ita vt etiam dum purificatum videtur à sua ærugine, vel adhuc aliquid maculæ supprimat, vel mox nouam scabiem ipsum æs corrumpentem contrahat. Ita etiam malitia hominis inimici & infensi, etiamsi videatur deleta, vel diluta per reconciliationem, semper tamen in corde aliquid antiquæ malitiæ restat, eaque semper ad suam naturam, vel morem reuertetur, & inimicitiam atque maleuolentiam contra te, apprehendet, &c.

Notæ.

CVm ait: *Non credas inimico tuo.* Intelligit reconciliatum: nam in Græco est, ἐχθρῷ, ἐχθρὸς, enim significat inimicum, vel hostem, propriè qui prius amicus, vt ait Ammonius. Jn corde enim eius aliquid rancoris retinet, quo nunquam integrè purificatur. Prouerbium est apud Italos, ne crede, & non imponetur tibi: nam facile decipitur qui facile credit. *Sicut enim æramentum æruginat.* in Græco χαλκὸς ἰοῦται, *sicut æs æruginat.* Drus. *vt æs rubiginosum:* nam verbum, ἰόω, est ærugino, & ἰοῦται ad verbum sonat, rubigine obducitur: sic etiam transtulit, Tygur. *similis æri ærugine obsito,* id est, hac scabie obducto; sic malitia, quæ manet altè reposta in animo inimici reconciliati, &c.

Illustratio.

43\. NOn credas inimico tuo in æternum. Hæc apta similitudo ostendit animum inimici maleuolentia perfusum aut obfuscatum esse, quamuis id dissimulet atque occultet. Sic Rabanus: De falsis amicis, hoc est dolosis inimicis potest intelligi, qui nequaquam firmi sunt in fide & dilectione, quibus vtique non debet facilè credi, sed magis à talibus conuenit cauere. Licet de hæreticis etiam sicut & alios versus superiores exponat. Lyra explicat: nunquam credas ei, quem probasti inimicum. Iansen. exponit de inimico reconciliato: Monet (inquit) ab eo qui quondam inimicus fuit, & iam reconciliatus videtur, cauendum; vt non temerè quis se vnquam ei credat, aut eius verbis, quibus amicitiam simulat, fidem habeat. Citat Senecam qui dixit: *Numquam fidelem credas tibi, quem ex inimico, amicum habueris.* Sic etiam Dionys. id est, nunquam credas ei cum certitudine, & sine formidine de opposito, quod sit verus & familiaris amicus, qui fuit inimicus tuus: quia raro contingit hoc. Citat etiam eumdem locum Senecæ, ex quo extraxit Delrius.

Inimici animus maleuolentia obfuscatus est. Lyra. Iansenius. Seneca. Dionys.

Jtaque docet Siracides hanc doctrinam, vt indicemus, improbos licet beneficiis victi aliquamdiu probe se gerant, mox tamen solere ad ingenium redire, & suis benefactoribus exitium moliri. Quod potest duobus exemplis comprobari. Primum est 2. Reg. 15. de Absalon, qui cum fugisset à facie parentis propter fratricidium, & posteà ex inimico amicus factus esset, credidit Dauid pater eius, & ipse tandem persecutus est eum volens & regnum & vitam eripere, & cum Achitophel fuisset amicus Dauid transiit ad factionẽ Absalon, & cum nunc traditum esset regi, sciebat enim eum esse astutissimum, dixit vers. 31. *infatua, quæso, Domine consilium Achitophel.* Vbi addit Hugo: *vt non credatur ei.*

Conditio inimici reconciliati. 2. Reg. 15. v. 31. Hugo.

Secundo, Exemplum est Triphonis 1. Machab. 12. qui cum esset inimicus Machabeorum, qui bellabant bellum Dei, reconciliauit se, dicens ad Jonatham vers. 44. *Vt quid vexasti vniuersum populum? cum bellum nobis non sit. Et nunc remitte eos,* &c. Quibus verbis decepit Ionatham: nam vers. 46. dicitur: *& credidit ei, & fecit sicut dixit,* &c. Et vers. 48. *Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptolemenses; & comprehenderunt eum, & omnes, qui cum eo intrauerant gladio interfecerunt.* Quibus exemplis commõstratur quam verum est quod Sirach: monuit non esse credendum amico reconciliato, quia tandem inimicũ se esse ostendit. Sic Poëta Græcus.

Exemplum inimici reconciliati. 1. Mach. 12. v. 44.

Sermonem ab inimico numquam putabis amicũm,

Cui consentit alter Græcus.

Inimicis non credens, numquam vtique damno afficieris.

Si autem credideris damno haud dubium afficieris: ita Pittacus:

Neque inimicum amicum tibi existima:

Quia licet inimicus quærat amicitiam & familiaritatem, non credendum est ei, semper enim in animo habet odium.

Inimico nunquam credendum.

Optime potest hoc probari ex eo Prou. 16. v. 29. *Vir iniquus lactat amicum suum, & perducit eum per viam non bonam.* Vbi describitur falsus amicus similitudine prædonis, qui viatori alicui sese comitem præbuit, eumque per auia aductum, aggressus spoliat ac perimit. Huic similis est falsus amicus, qui cum mentitus sese alicui adiungit, atque dulci sermone blanditiis inescatum decipit, ac deceptum bonis suis spoliat. Item verbum *lactare,* proprium est, vel matris, vel nutricis, quæ lactant infantem, sed cum lacte mores quoque pueris transfundunt. Jta docet Auicena lib. 1. fen. 3. doctr. 1. c. 2. *Nutrix secundum mores suos consideratur: quoniam ipsam oportet bonorum morum & laudabilium esse, quæ tarde à malis animi passionibus patiatur, sicuti, ira, tristitia, & timore: omnes enim isti corrumpunt complexionem, & permutant, & transeunt in infantẽ lactatum.* Idẽ repetit S. Saluianus Massiliensum Episcopus lib. 5. de Prouiden. Itaque *vir iniquus,* id est, amicus simulatus vel recõciliatus *lactat amicũ suũ,* id est, verbis dulcibus decipit illum; sed cum in corde conseruet præteritam inimicitiam, transfundit in eum deprauatos mores: quia *credit ei,* & confidit, existimans ami-

44\. *Amicus falsus similis prædoni.* Prou. 16. v. 29. Auicena. *Nutrix quæ lactat infantem cum lacte mores transfundit.* S. Saluianus. *Vir iniquus decipit amicum suum.*

amicum esse, & quasi prædo spoliat & dirimit eum. Quare *non credas inimico tuo in æternum.*

Noster Delrius tom.2.Adag. 391. addit: Loquitur de viris improbis: nam alioquin pernitiosa hæc doctrina, & humanæ societati nimis quam noxia. Citat Senecam tragicũ: qui aiebat:

Seneca trag.

Nulla vis maior pietate vera est.
Quos amor verus tenuit, tenebit.
Iurgia externis inimica durant.

Christum imitari debemus, qui nos sibi reconciliatos minime cauet. Matt. 5. v. 24.

Et subdit: Omnes Christiani fratres sumus; vera itaque inter nos reconciliatio reperiatur. Christus imitandus, qui nos sibi reconciliatos, minimè cauet, minimè suspectos habet. Nec nos inuicem diffidamus, stat fiducia cum prudentia. Hæc ille. Quare Christus Dominus præcepit Matth. 5. v. 24. *Si ergo offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.* Cum iubet Dominus reconciliari inimicos inter se, simul præcipit, vnumquemque posse amicum fieri, & non cauere ab amico, licet reconciliato; sed fidere & credere ei. Nam præceptum Christi de diligendis inimicis, ita corrigit voluntatem reconciliatorum, vt sibi inuicem credere & fidere possint; alioquin vita & conuersatio humana inter fideles molesta valde efficeretur. Præceptum autem Ecclesiastici huic doctrinæ non obest: nam cum monet hominem non credere inimico, qui simulat se amicum, loquitur de homine impio, qui aliquo modo malitiam suam detegit, intendens amicum suum decipere & lædere.

Præceptum de diligendis inimicis hunc non obstat.

Ad huius doctrinæ confirmationem proponit similitudinem ferri: *sicut enim æramentum æruginat nequitia illius.* quod declarat Vatab. *id est, eius malitia simulatione tecta latet.* ærei enim vasis ea natura est, vt quantumuis politum & extersum sit, nisi caueas statim, iterum ærugine inficiatur, sicut & ferrum rubigine & agri squalore. Sic inuenitur in amicitia reconciliata: quia & si ad inuicem inimici sibi reconcilientur; remanet adhuc in corde rubigo ex odio & inuidia contracta, quæ iterum vas animi iam tersum & politum inficit, ita vt non possint sibi inuicem credere & fidere. sic dixit Antisthenes apud Laërtium lib. 6. c. 1. *Sicut ferrum absumitur rubigine, ita inuidi suo ipsorum vitio contabescunt; ferrum enim etiamsi nemo ladat, ex se gignit vnde corrumpatur.* Ita inimicus ex se gignit vnde corrumpatur, quia fixa manet rubigo odij & inuidiæ, quæ corrumpit animum, vt prouocet ad lædendum amicum, & præbet occasionem, vt amicus ei non credat, vt monet Ecclesiasticus.

Nequitia inimicitiæ reconciliati similia æramento ærugineo.

Laërtius.

VERS. XI.

Et si humiliatus vadat curuus adiice animum tuum, & custodi te ab illo.

Sensus.

45. ET *si humiliatus*, &c. q.d. Non inquam debes verbis inimici reconciliati fidem tribuere, etiamsi se se dimittat, & humiliatione externa gradiatur curuatus; sed diligenter aduerte animum tuum, & caue tibi ab illo: quia si bene animaduerteris eius malitiam facile agnosces, & eris sicut qui speculum æreum detersit: quia cognosces quod non penitus eruginem expulerit, sed potius denuo cõtraxit. Ergo si apposuerit animum tuum erga inimicum in gratiam veterem restitutum, amicitiam simulantem, deprehendes in illo te similem esse ei, qui æs speculare absterserit, qui mox inuenit, vel recedisse aliquid æruginis, vel de nouo contractum. Ita enim & tu agnosces veterem inimicitiam non esse penitus sublatam, sed vel aliquid eius in animo remansisse, vel facile redituram, &c.

Notæ.

Custodi te ab illo. In Complutensibus est. Φυλαξε ὰ π' αὐτε. *Caue te ab illo.* alij: Φυλαξαι ὰ π' αὐτε. *Caue ab illo.* Quæ varietas sententiam non variat: nam hoc, aut illud dicas nihil, aut parum interest; vide Prouerb. 26. v. 24. 25. ex quo forte hanc sententiam descripsit Ecclesiasticus, vt statim dicemus. Sequentem versum scilicet: *Et eris in vt qui absterserit speculum, & cognoscet quod non in finem terserit eruginem,* inuenio in ferè omnibus originalibus, solum in vulgata desideratur; forte illum omisit, quia similitudo, quam in se continet, congruit cum superiori vers. 10. significat autem animum eius, qui hostiliter capitaliterque antea est persecutus, ab omni maleuolentia non esse perpurgatum, sed aliquas adhuc reliquias residere, quæ cautione diligenti, ac obseruatione deprehendi possunt.

Illustratio prima.

46. ET *si humiliatus vadat curuus*, &c. Inimici voluntas non est iudicanda ex significatione externa aut vultus, orationis, gestusque simulatione, in qua odij acerbitas latere potest. *enim* (vt inquit Cicero) *sunt integumenta, quibus obtenditur vniuscuiusque natura, vultus, frons, oculi sæpe mentiuntur, oratio vero sapissime.* Hic autem species proponitur hominis afflicti, non ferocientis, ac minantis, sed seipsum submittentis atque omnem simultatẽ, odiũque acerbitatẽ deponentis; sed hæc corporis cõformatio afflictæque fortunæ significatio, non eam fidem habere debet, vt nihil odij ac maleuolentiæ in animo residere arbitremur; Lyra: *& si humiliatus vadat curuus*, tibi magnam reuerentiam faciendo, abiice animum tuum, nullo modo ei credendo. Hugo breuius, id est, humiliationi suæ ne acquiesce & custodi te ab illo, quia etsi humiliatus vadat exterius plenus est dolo. Dionys. eodem modo. Optime Iansenius: etiamsi sese humiliet, & humiliatione externa incedat curuus, non tamen mox credas, sed diligenter appone tuum animum, & caue tibi ab illo: quia si bene aduerteris deprehendes facile eius malitiam. Explicat etiam in huius doctrinæ confirmationem versum adiectum ab originalibus Græcis de speculo, quem in notis exposuimus.

Inimici voluntas non ex significatione externa iudicanda.

Multa est iudicanda ex significatione exteriori. Cicero.

Septem nequitiæ quid significent.

Lyra.

Hugo.

Dionys.

Iansen.

Itaque aduertit sapiens malitiam amicorum reconciliatorũ: solent enim exterius depressi incuruando sese, amico se manifestare, vt si decipiat eum: nam velum humilitatis tegit sæpe intetiora hominis, vt maiori simulatione possit assequi quod desiderat. In sacra Pagina incuruare se, signum est venerationis, vt Exod. 34. v. 8. *Festinusq; Moyses curuatus est pronus in terram, & adorauit*

Velum humilitatis tegit sæpe intetiora hominis.

Exod. 34. v. 8.

Isai. 44. v. 15 *rans ait,* &c. sic Isai. 44. v. 15. *Et curuatus est ante illum.* Rursus hæc curuatio significat etiam humiliatem, vt Psal. 37. v. 7. *Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem.* Et Isaiæ 60. v. 14. *Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum,* &c. quo sensu hic sumitur *incuruatus.* q. d. licet accedat ad te venerabundus curuando se, & ostendens humilitatem suam, attende animum tuum, id est, aduerte & intellige hanc esse fictam humilitatem, qua vtitur vt decipiat te.

Psal 37. v. 7 Isa. 60. v. 14 *Incurvate se dementat humilitatem.*

47. Prou. 26. v. 25. *Inimicis etiam dissimulantibus non credendum.*

Probat optime hanc doctrinam Salomon Prouerb. 26. v. 25. *Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.* Primus versus sic intelligitur q. d. inimici quantumuis intestinum odium, prætenta gratia, dissimulare velint, tamen catus quisque ac prudens homo, qui eius verba attentius obseruat eas, quas animo versat fallacias, technasque facile deprehendet. LXX. *Labiis suis omnia annuit inimicus, in corde autem suo fabricat dolos.* Secundus versus qui clarius nostram sententiam confirmat, hos duos sensus habet iuxta mentem nostri Salazar. q. d. quando homo subdolus qui tecum aliquando inimicitias gessit, suppressa voce ac secreto conuenire te voluerit, vt de aliqua re te seorsum commonefaciat (id enim esse solet gratiæ ac benevolentiæ non leue argumentum (noli ipsi confidere; vel q. d. si quando hostis tuus summissa voce humiliatis ac deiectionis signa præbens, pronus videlicet ac supplicabundus te alloquatur, nequaquam ipsi fidem adhibeas. *Quoniam septem nequitiæ,* &c. Hæ septem nequitiæ varias habẽt intelligentias, aliqui exponunt de superbia aut inuidia, q. d. inimicus tuus sese demittit, ac deiicit, suæque deiectionis ac demissionis signa depressa voce præbet, ne ipsi fidem habeas: quia nactus occasionem tibi insultabit, cathedramque tuam tibi ambiet. Vel, cum inimicus tuus ad pedes tuos prouolutus sese depresserit, & tuam fortunam & fœlicitatem suspicere & admirari videbitur; ne illi fidendum putes, nam tum vel maxime liuore penitus carpitur, & de tua gloria & fœlicitate inuidus angitur. Sed certè septem nequitias multiplicem & variam appellat Salomon in hoc loco. Ad hunc sensum nostram sententiam confirmare possumus; attende animum tuum, cum incuruatus inimicus tuus prouoluitur ad pedes tuos, ne credas ei quia plenus accedit dolo, vt decipiat te diligenter caue ab illo.

Salazar.

Licet inimicus curuus accesserit, non fidendum ei.

Secundò. Probatur ex eo Eccles. 19. v. 23. *Et est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Et est qui se nimium submittit à multa humilitate; & est qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignoratum est; si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet.* Cum his sententiis proprias expositiones exhibuerimus, videbimus quam appositè nostra sententiam confirment: nã qui aliquando inimicus extitit posteaque reconciliatur, animum habet plenũ dolo, licet exterius humiliat se incuruatus ante pedes eius, cui reconciliatus est. Tertio *nequiter* huius fallaciam ostendit. Rursus illa nimia submissio quæ fingit nimiam humilitatem, & ea inclinatio faciei, fingens se non videre quod iam ignoratum est, minimè sincera est, sed fallax, cum sit ad obseruandum tempus maleficiendi, & nactus occasionem suam manifestat malitiam, quæ in corde suo latebat.

Eccles. 19. v. 23. *Aliqui nequiter humiliant se, & interiora plena sunt dolo.*

Illustratio secunda.

48. TAndem pende id: *custodi te ab illo.* Vbi monet attendẽdum animum ad fictã depressionem inimici, & incuruationem externam, ne decipiamur, quare cauendum ab illo; *custodi te,* id est, fuge, à simulata humilitate: quia ipsa dolos regit, vt occasionem sumat nocendi. Et sicut loquitur Iob de iudicio Dei, sic nos de amico dissimulato: ait autem Iob. 19. v. 29. *Fugite à facie gladij.* vbi LXX. *Cauete vtique & vos à tegmine,* vt dixit etiam Ezechiel cap. 21. v. 14. *Dedi conturbationem gladij acuti & ligati ad fulgendum amicti ad cædem.* vbi per gladium amictum ad cædem intelligitur gladius obuolutus & absconditus per occultas insidias; vagina quidem nudatus, sed tamen pallio aut brachio obtectus, vt repente ad actus in hostem incautum grauius vulneret. Itaque ait Job: *Cauete & vos à tegmine:* nos dicemus vt explicat Pineda: *guarda os del dissimulado, y del encubierto.* quod voluerunt LXX. cum dixerunt: *à tegmine cauete,* id est, à gladio euaginato, sed tamen sub tegmine pallij aut brachij inuoluto & obtecto & dissimulato, qui iam iam adigetur in vestra latera, si impij permaneatis, vobis licet ipsis neque videntibus neque suspicantibus. Pari modo ait Ecclesiasticus cum agit de simulato amico, qui curuatus accedit humiliando se: *custodi te ab illo,* propriè in originali: *caue ab illo, Guarda te del que viene dissimulado, y encubierto, que de balo de la capa de humildad, trae cubierta la espada de su calumnia.* id est, caue ab inimico, qui sub tegumento humilitatis gladium calumniæ seruat vt percutiat te.

Iob 19. v. 29 Ezech. 21. v. 14. *Cauere à tegmine quid.* Pineda.

Rursus sub nomine arcus dixit Vates Regius Psalm. 63. *Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.* Verba amara & dolosa sagittæ sunt, quæ in arcu linguæ præparata sunt ad nocendum immaculatum. Vocat nihil tale suspicantem, nihil eiusmodi ab illis timentem, quos neque factis neque verbo violauerat, simplicem, à malitia & fraudibus alienum & seuerum. Quanto autem facilius immaculatus & simplex insidiis & fraudibus capitur: tanto inhumanius & tetrius aduersum hominem, qui optima fide versatur, sagittæ ex insidiis iaciuntur; similitudo arcus hæc est, vt cum armatur incuruatur ad iaciendam maiori impetu sagittam: sic inimicus simulatus velo amicitiæ, quia iam reconciliatus accedit quasi arcus incurvatur, & quasi deprimitur & humiliatur: qua incuruatione & humilitate magis intendit arcum malitiæ suæ, vt illum qui à malitia & fraudibus alienus est, & nihil tale suspicatur, nec timet, maiori impetu sagittet & disperdat. Ob hoc præcipit Sirach: cauere & custodire. Nos dicimus: *del agua mansa me libre dios:* Cum enim videmus aquam blande fluentem sine impetu, sed incredibili mansuetudine dilabentem, illam non timemus, nec suspicamur malum euenturum; quare fidentes eius mansuetudini proiicimur in illam, & tandem submergimur & suffocamur; similis est amicus reconciliatus, qui humilitate & incuruatione sua ostentat in facie exteriori mansuetudinem, & promittit securitatem; & tamen quasi aqua blande fluens; suffocat amicum, qui nihil mali suspicabatur, quare *custodi te ab illo.*

Psal. 63. v. 4. *Verba amara & dolosa sagittæ sunt, quæ in arcu linguæ parantur ad nocendum.*

Ab amico simulato cauendum.

Similitudo tandẽ speculi, quæ ab originalibus affertur probat sententiam nostram, LXX. sic

Similitudo speculi explicata.

proponunt similitudinem: *Et eris ei, tanquam qui absterseris speculum, & cognosces quod non in finem deposuit æruginem*. Dixerat: *custodi te ab illo*, & adiicit: *Et eris ei*, &c. vbi verbum *custodiri* significat oculos tergere & quasi purgare, vt melius cernere possint quod visuri sunt: qui enim hallucinatus est, non ei res manifestantur ea charitate, qua possit sine impedimento intueri eas; sicut illæ sunt. Sed si oculos habet extersos & quasi politos sine vlla lipitudine, aut nubecula res cernit sicut ipsæ sunt. Sic ait Sapiens: *Et eris ei tanquam absterseris speculum*. cum enim speculum quasi obnubilatum est; velut nos dicimus, *empanado*, non verè imaginem inspicientis repræsentat, sed si illud tersit claram reddit imaginem. Sic cum oculus reddat speculi vicem, cum proponit sapiens hanc speculi similitudinem haud dubium præcipit oculos tergere, vt potentiam exacuat, & possit quis detergere rubiginem contractam ab amico simulato, & custodire se ab illo. Illud est: *Et cognosces quod non in finem deposuit æruginem*, &c.

VERS. XII.

Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne forte conuersus in locum tuum inquirat cathedram tuam: & in nouissimo agnoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris.

Sensus.

49. Non *statuas*, &c. q. d. Etiam si demissus incuruauerit se inimicus tibi, ne statuas illum iuxta te in aliqua dignitate vel honore, fauens illi & eum protegēs, ne quem stare fecisti apud te, id est, quē tui honoris participē fecisti, existimans illū verum & fidum amicum esse, ipse conuersus aduersum te, & te prosternens sedeat in loco tuo, & quærat obtinere cathedram tuam, id est, quem participem effecisti, & consortem dignitatis tuæ, is te subuerso aut deiecto, sibi assumat tuam dignitatē. Et posteà tandem ipso experimento edoctus, sero sapias, & animaduertas vera fuisse hæc verba mea, & animo tuo discrucieris propter hos sermones meos, quod scilicet eos non seruaueris: idque præmonitus eo magis dolendi causam habens, eoque minus dignus commiseratione, &c.

Notæ.

Penes te, id est, *iuxta te*. aliquem statuere penes te, est illi fauere & eum protegere, vt Iob 17. v. 3. Psal. 22. vers. 4. & 90. v. 15. In Græco apud Complut. est; παρὰ σεαυτῷ. in Aldo Basil. & Roman. παρὰ σεαυτὸν, *prope* vel *penes te*. *Ne conuersus in locum tuum*. Drus. *Et in locum tuum subeat*. vel, *stet in loco tuo*, siue occupet locum tuum, id est, conditionē, vel sortem tuā: *ne forte cum subuerterit te*, καταστρέψας; alij ἀναστρέψας: est autem ἀναστρέπω euerto, subuerto, prosterno, vt Joan. 2. v. 15. *& mensas subuertit*. Tandem, *inquirat cathedram tuam*, vel *quærat*, ζητήσῃ τὴν καθέδραν σου λαβεῖν, *quærat cathedram tuam accipere*. Drus. *Ne quando quærat occupare sedem tuam*, quærere animam est adimere vitam: sic quærere hic est adimere sedem, vel dignitatem. *Et in nouissimo*, id est *ad extremum* animaduertas vera fuisse quæ dixi tibi, seu me tibi verum dixisse, &c.

Illustratio prima.

50. *Signa amicitiæ proponuntur.*

Ne statuas illum penes te, &c. Primum monuit de fide quanta homini, qui inimicus fuerit, habenda sit: nunc proponit signa amicitiæ ac familiaritatis, in qua summi honores ei impertiantur ac communicentur. Tantum autem iuris, potestatis, honorisque in rebus tuis tribuere ei cuius iniuriam infestamque voluntatem sis expertus, periculosum sit, Lyra explicat: *Ne statuas, &c.* faciendo ipsum familiarem. Eodem modo Hugo, Dionys. ad familiaritatem ne suscipias eum. Palacius: Caue ne illi faueas, & bonorum tuorum meliorum participem facias: statuere aliquem penes te, est ei fauere, eum protegere.

Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

In eadem doctrina persistit sapiens.

Ergo cum persistat Sapiens in eadem doctrina, scilicet, monendo hominem, vt custodiat se ab inimico iam reconciliato amico: postquam animaduertit dolosum animum eius, vt absterreret à fiducia illius, etiā si incuruatus & demissus accesserit. Nunc adiicit aliud consilium, nempe: *Ne statuas illum penes te*, vel *iuxta te*. Quod nos diceremus: *No le pongas à tu lado*, vel, *no tomes à tu cargo el defenderlo y ampararlo*, iuxta explicationem Palacij. Statuere enim aliquem iuxta se, significat fauere illi adiuuare & protegere eum; vt diximus. Sic Iob 17. v. 3. *Pone me iuxta te, & fauere, & cuiusuis manus pugnet contra me.* (*Como vos señor esteis à mi lado, no tengo para que temer à nadie.*) Si penes te me statueris vt protegas & defendas me, nullum timeo oppugnatorem: quia sic protegis & defendis, vt veluti æreum, vel potius aureū scutum omnia aduersariorum tela retorqueas, & nullus me pungere possit. De hac etiam protectione loquitur Dauid, cum proponit Deum sic alloquentem: Psal. 90. v. 15. *Cum ipso sum in tribulatione.* q. d. *no me aparto vn punto de su lado.* Cum iustus tribulatione laborat non desero, nec ab eius latere discedo illum adiuuando & protegendo, ne cadat animo, nec ab ipsa tribulatione pungatur & dilaceretur, sed illum protego & defendo instar clypei validissimi, &c. Tandem idem Vates Regius Psal. 22. v. 4. dixit: *Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.* Ambulare in medio vmbræ mortis, propriè est, non solùm per campos patentes, & latas planasque vias incedere, sed per imas valles, & luce carentes, periculosasque ambulare, vbi mors imminens hominem perterrefacit. Solet enim timor mortis maiori cruciatu animum exagitare, quam ipsa mors. Sic dixit Seneca epist. 74. *Illa vero maxima est ex omnium mortalium populo turba miserorum, quam expectatio mortis exagitat vndique impendens, nihil enim est vnde non subeat: ita vt in hostili regione versantibus, huc & illuc circumspiciendum est, & ad omnem strepitum circumagenda ceruix, nisi hic timor è pectore eiectus est, palpitantibus præcordiis viuitur.* Sic incedebat Dauid cum in medio vmbræ mortis ambulabat, sed in memoriam reuocans Deum iuxta se habere

Aliquem statuere iuxta se est illi fauere & eum protegere. *Iob 17. v. 3.* *Ps. 90. v. 15.* *Iustum tribulatione laborantem Deus non deserit.* *Psal. 22. v. 4.* *Mortis timor magis solet animū exagitare quam ipsa mors.* *Seneca.*

Cum iustus habet Deum protegentem nihil timet.

bere tanquam fidelissimum socium se protegentem, è suo pectore aduersariorum suorum timorem abiiciebat, & confidenter clamabat: *Non timebo mala, quoniam tu mecum es*, licet viuebam palpitantibus præcordiis ob timorem impendentis periculi. Sed postquam memini te mihi adesse tanquam socium, securus incedo, & nihil mali vereor.

51. *Amicus reconciliatus ex se abiicit fidelitatem.*

In hoc sensu dixit Siracides: *Ne statuas illum penes te*, vel *iuxta te*, id est, ne ponas illum iuxta te, nec incedat tecum tanquam socius fidelis: quia inimicus reconciliatus ex se abiicit fidelitatem, vt nec illi credere, nec fidere possis. Disce à Deo custodire te ab inimico, non permittens illum iuxta te esse. Sic aiebat Dauid Psal. 5. v. 6. *Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Agellius explicat: iniustos autem, qui non permanebunt ante oculos Domini, fictos homines dicit & callidos, qui blandis verbis dolum tegunt, quales Ziphæi erant, & Ceilenses. Ideoque verbum Hebræum הלל *holel*. LXX. ἀπὸ ποιησου id est, fingere transtulerū &c. Si enim isti, qui dolos tegebant, exterius amicitiam ostentando, abiiciuntur à Deo, non patiendo illos iuxta se permanere: cur homo qui scit amicum reconciliatum dolos tegere, licet exterius curuatus, & demissus accedat, iuxta se ponere & collocare audebit? Quare inquit Sirach: *Ne statuas illum penès te.*

Ps. 5. v. 6. *Agellius.* *Fictos homines, qui dolos tegunt Deus abiicit à se.*

Rursus, *Nec sediat ad dexteram tuam*. Sedere à dextris summa potestas est ac dignitas, amplitudoque honoris, qui alicui secundum regem ac principem haberi possit. Itaque ad huiusmodi gradū non facile sunt euehendi hi quorū maleuolentia antea, fides adhuc in reconciliatis ac placatis nondum bene perfecta est. Ergo amplificat hic auctor doctrinam, nam aliquem statuere iuxta se, minus est, quam sedere ad dexteram. Seruus enim solet esse & statui iuxta Dominum suum, & tamen non audet ad dexteram sedere: quia seruilis conditio talem honorem non assequitur; at amico vel filio, vel cognato alicuius conceditur facultas sedendi ad dexteram, quia huius honoris & eleuationis dignus iudicatur. Sic Paulus assignans differentiam filij Dei & Angelorū, quos tanquā seruos & ministros vocat, ait ad Heb. 1. v. 15. *Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis?* & loquens de de Angelis v. 14. *Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis?* Ecce differentiam filij ad seruos: Angeli enim quia ministri sunt & famuli non ascendunt ad dexteram Dei, sed solum Christus Iesus, qui filius naturalis est, sedet ad dexteram suam. hic enim honos soli filio debitus erat, non Angelis, qui ministri sunt. Ergo maior familiaritas meretur maiorem honorem. Quare cum dicitur: *Nec sedeat ad dexteram tuam*, monet amicum reconciliatum non debere ascendere ad illum honorem & familiaritatē, quæ solis amicis familiaribus debetur. Sic Hugo id est, non habeas collateralem, & insuper in bonis tuis non præficies tibi, sicut dicitur Christus sedere ad dexteram Patris, id est, esse æqualem ei in omnibus suis.

Sedere à dextris amplitudo honoris est. *Filius Dei dicitur sedere ad dexteram Patris & non Angeli.* *Heb. 1. v. 15.* *Amicus reconciliatus non meretur honorem sedendi ad dexteram veri amici.* *Hugo.*

Quod ad dexteram aliquem collocare, sit signum honoris, probatur ex Psal. 44. vers. 10. *Adstitit regina à dextris tuis.* & Psalm. 109. vers. 5. *Dominus à dextris tuis.* & 3. Reg. 2. v. 19. Dicitur de Bethsabee venisse ad regem Salomonem: *& sedit super thronum suum: positusque est thronus matri regis: quæ sedit ad dexteram eius.* Sic Matt. 20. v. 22. 23. Act. 7. vers. 55. Collos. 3. v. 1. Et ex prophanis vide Alexandrum ab Alexandro lib. 2. Genial. dier. cap. 19. Vbi inter alia inquit: *Ad dexteram vero locari, præcipue apud ægyptios magnus est honor habitus.* & Tiraquel. ibi; qui id vt alia plurima acceperunt ab Hebræis, quibus ad dexteram locari honoratius erat. Vt probat comm. Primog. præfat. n. 11. & sequentibus. Subdit Alexand. *Etiam in dextera magnam viro inesse auctoritatem, maiestatemque, hoc argumento notari, cum tumultuantem multitudinem dextra compescimus, aut indicere silentium, pacemque manu portenta afferre significamus.* & Tit. Liu. li. 1. dec. 1. de Romanis agens, de Numa, ait: *& soli Fidei solemne instituit; ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iussit, manuque ad digitos vsque inuoluta rem diuinam facere: significantes fidem tutandam, sedemque eius etiam in dextris sacratam esse.* Quæ omnia demonstrant pertinere ad maiestatem & auctoritatem sedere ad dexteram, & significat fidelitatem eius, qui ad talem admittitur honorem. Igitur cum non credendum nec fidendum sit amico reconciliato, quia rubiginem odij & inuidiæ ex corde nondum abrasit, ideo nec statuendus penes se, nec permittendum, vt sedeat ad dexteram ad honorē amici ascendendo; sed procul abiiciendus tanquam homo infidus, cui nemo audebit fiere &c. Insuper si sedere ad dexteram denotat intimam familiaritatem, & singularem amorem cum Ecclesiasticus ait, *Nec sedeat ad dexterā tuam*. Monet illum non suscipiendum ad intimam familiaritatem, & amorem, nec adiuuandum, nec protegendum & reddit rationem.

Collocare aliquem ad dexteram signum est honoris. *Ps. 44. v. 10. & 109. v. 5.* *3. Reg. 2. v. 19.* *Alexand.* *Apud ægyptios locari ad dexteram magnus honor est habitus.* *Tiraquell.* *Tit. Liuius* *Amicus reconciliatus non permittendus ad dexteram sedere.*

Illustratio secunda.

52. *LXX. inuerterunt ordinē sententiæ.*

Ne forte conuersus in locum tuum, inquirat cathedram tuam. LXX. inuerterunt ordinem legendo; *Ne statuas illum penes te, ne te subuerso stet in loco tuo*. Et posteà apponit: *non facies cum sedere &c.* Et *inquirat &c.* Quæ mutatio nihil sensus mutat. Lyra explicat, te supplantando. Hugo, ne velit vsurpare sibi locum dignitatis tuæ, quem vocat magisterij. Dionys. id est, ad pristinam inimicitiam rediens præoccupet locum tuum, te expellendo, & tuo honore te priuet: familiaris etenim inimicus optissimus est ad nocendum dum alter ab illo non cauet se. Jansen. *Ne statuas* &c. Ne quem stare fecisti apud te conuersus contra te, & te subuertens stet in loco tuo: & ne quem sedere fecisti tecum, conuersus ad locum quem obtines, querat obtinere cathedram tuam, id est, quem participem fecisti: & consortem tuæ dignitatis, is te subuerso aut deiecto sibi vendicet tuam dignitatem, &c. Tandem Palacius explicat de dæmone, aiens: Diabolum hostem esse nostrum, cum amici Dei sumus; at nobis reconciliari cum peccamus. Si ergo te sub boni specie adoritur, tunc tu caue, & superpone animum: ne forte te tuo loco (quod Deus parauit in cœlo) deturbet, &c.

Lyra. Hugo. Dionys. *Familiaris inimicus aptus ad nocendum.* *Iansen.* *Palacius.*

Quare cauendum ab amico reconciliato.

Itaque monet Sirach, cauendum ab amico reconciliato, quia hic solet cum socius admittitur dare operam, vt amicum deturbet ex sua dignitate. Prouerbium est apud Hispanos, quod confirmat: *Deuera vendra quien de cassa te echara.* Quod Chathedra sit simbolum dignitatis & honoris, iam probauimus cap. 7. vers. 4. *Noli*

Hugo.

quærere ducatum, neque à Rege Cathedram honoris. Et licet Hugo hæc restringat ad cathedram magisterij, intelligendus est quilibet dignitatis & honoris locus. Cum ergo amicus simulatus ad dexteram amici collocatur, tunc manifestat malitiam suam dans operam, vt amicum defraudet à sua dignitate & loco honoris; quia velum amicitię instrumentum aptum est ad decipiendum: nam verbis blandis & dulcibus adhæret amico, & tunc exugit substantiam suam. Sic dicitur Prouerb. 29. v. 5. *Blandis fictisq; sermonibus loquuntur amico suo: & rete expandunt greßibus suis.* Quæ verba aptari possunt, vel ad eos, qui adulationibus decipiunt; vel ad eos, qui assentationes admittunt, fidelis qui libenter adulatoria verba, audiunt, ait Salomon: O tu quisquis audis præcepta mea, adulatorem caue, is enim non est amicus sed hostis. Qua propter quoties aliquem mollia blandaque verba auribus tuis instillantem videris, hunc caue, pro certo habens eumdem retia tibi expandisse, quibus implicatus corruas, sicut aues, quæ capiuntur ab illis, qui instrumentis imitantur eas auium aut ferarum voces, quas venari cupiunt, & in retibus, quas expandunt capiunt eas. Eodem modo aptari possunt verba Salomonis ad ipsos adulatores. Quæ enim sunt verba amicorum reconciliatorum nisi blandæ adulationes, quas libenter audit amicus, & credens eis, capitur quasi in rete, deturbans eum de loco suo. Exemplum hederæ hanc deturbationem honoris optime declarat. De qua Plinius lib 19. c. 34. agens de candida hædera: *Arbores* (inquit) *necat omnemque succum auferēdo, tanta erasitudine augetur; vt ipsa arbor fiat. Signa eius folia maxima & latißima mammas erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ: racemi stantes ac subrecte viuit tamen ducatq; & totidem initia radicum habet, quod brachia, quibus incolumis & solida arbores fugit, ac strangulat.* Ecce quomodo illa arbores exturbat, earumque loco subrigit ex voto illarum humore: brachia extendit ad amplexandum, & cum coniungitur trunco, vel parieti, etiamsi in multis locis abrumpatur permanere tamen vsque ad mortem eius, cui inhæret, mammas habet vt mores amici decipientis adumbrentur. Quare monet Sirach, cauere illum; *ne forte* (inquit) *conuersus in locum tuum inquirat cathedrā tuam*, vt te è loco subliminori pręcipitē agat.

Velum amicitiæ aptum est instrumentum ad decipiēdum. Prou. 29. v. 5.

Adulatores cauendi quia non amici sed hostes sunt.

Verba amicorum recōciliatorum adulationes sunt.

Plinius.

Amicus reconciliatus similis hæderæ candidæ.

Palacius explicat de dæmone, qui fit amicus hominis cum allicit blandis suggestionibus ad peccandum, vt visum est in Paradiso: tunc enim exturbare conatus est illum è loco Paradisi, vbi homo collocatus fuerat à Domino: quia cum in honore esset inuadit eum, vt inquireret cathedram honoris eius. Hinc est quod dixit Salomon Sap. 2. v. 24. *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Quod explicans Diuus Ambros. tom. 1. lib. de Parad. cap. 12. *Inuidiæ autem* (inquit) *causa beatitudo hominis in Paradiso, positi. Ideò quoniam ipse diabolus acceptam gratiam tenere non potuit, inuidit homini, eo quod figuratus è limo, vt incola Paradisi esset electus est. Cōsiderabat enim diabolus quod ipse qui fuerat superioris naturæ, in hæc sæcularia & mundana ceciderat; homo autem inferioris creaturæ sperabat æterna.* Et tom. 5. in c. 9. Apoc. explicans id cap. 9. vers. 3. *Et data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terræ*, inquit: *Per scorpiones vero possumus dæmones accipere: quia sicut scorpiones dum non præuidentur, corpora hominum suo veneno inficiunt, & extinguunt: ita & dæmones incautis hominibus venena malorum persuasionum ingerunt, & dum ad perpetranda scelera pertrahunt, eorum animas veneno suæ malitiæ infectas occidunt.* Dum enim animæ in gratiæ sunt locum obtinent Paradisi, & cum peccant è suo loco miserabiliter deturbantur. 53.

Palacius. *Dæmon fit amicus hominis cum allicit blandis suggestionibus ad peccandum.* Sap. 2. v. 24. D. Ambros. *Diabolus inuidit honori hominis in paradiso positi.* Apoc. 9. v. 3. *Dæmones similes scorpionibus.*

Tandem: *Et in nouißimo agnosces verba mea, & in sermonibus meis stimuleris.* Optime Jansenius: & posteà tandem ipsa experientia edoctus cognosces sero hæc verba mea, & compungaris in animo tuo propter hos sermones meos, quod scilicet eos non seruaueris, idque præmonitus, eo magis dolendi causam habens, eoque minus dignus commiseratione. Cum tarde cognoscimus stultitiam nostram, errorem factum deploramus; sed *sero sapiunt Phryges*, vt dixit Cicero, cum iam remedium adhibere non possumus. *Sero medicina paratur*; Quare, opportuno tempore consilium capiendum, antequam perniciem nostram experiamur, *verba* enim *sapientum* (dixit Salomon Eccles. 12. v. 11.) *quasi stimuli in altum defixi.* Jpsa nos stimulare debent, vt monitis eius obtemperemus, ne elapsa occasione medicinam adhibere non possimus: & insipientiam nostram cognoscentes, tempus reuocare non valeamus, &c.

Iansenius. *Cum tarde cognoscimus stultitiam nostram errorem factū deploramus.* Cicero. Eccles. 12. v. 11.

VERS XIII.

Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus, qui appropiant bestiis? & sic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius.

Sensus.

54. Quis *miserebitur*, &c. q. d. quid miraris te ab inimico simulato percussum esse? certum est incantatorem, qui prævidere debuerat serpentis malitiam. si ab illo percutitur, non mereri aliorum commiserationē. Similiter qui ferarum impetū effugere potest, si ad eas propius accedit, & ab illis mordetur, & vulneratur, non est dignus aliorū miseratione, qui vltro periculo se exposuit, quod merito præcauere debuerat. Eadem pœna dignus iudicatur, qui accedit ad virum iniquum, & familiariter cum illo agit, dum obuolutus est in peccatis eius, hoc est, per peccata & malitiam eius multis malis est implicatus & obrutus, maximè quod me iam monente, sibi, à tali fugere debuerat, eique non adiungi, &c.

Notæ.

ALiqui loco *miserebitur* legunt, *medebitur*, sed male, quia in Originali est, *τίς ἐλεήσει, quis miserebitur? ἐλεέω* est misereor; prçter quam quod incongruum erat ad sensum efficiendum. Rursus *qui comitatur cum viro iniquo*, alij legunt: *qui accesserit ad hominem peccatorem*, id est, qui se ad homines perditos adiunxerit: aut amicitiam familiaritatemque cum iis contraxerit. Talis, inquit, non est commiseratione dignus, si quid mali ei ab illis acciderit, nam eos sequitur, quos fugere debebat. *Aliquid mali propter vicinum malum.* Quo pertinet adagium Hebræorum: *Propter folium vapulat caulis.* Et dictum Ben-Syræ: *væ improbo & qui ei adhærent.* Tandem: *& obuolutus est in peccatis eius.* Alij, *seque immiscuerit.* Qui non contentus societate nominum perditorum, insuper peccatis eorum se admiscuerit. Quod si illius vicem nemo dolet, quis sanæ mentis huius vicem doleat.

Illustratio prima.

55. QVis miserebitur incantatori &c. Hac similitudine significat sapiens nullam consuetudinem cum improbis, nec sermonis reique illius communicationem esse oportere. Nam quemadmodum serpentum incantatio cum maleficio ac periculo coniuncta est ita nulla cum hominibus sceleratis coniunctio atque communicatio sine sceleris communicatione ac pernitie fieri potest; Rabanus optime de hæreticis explicat hanc sententiam. Lyra legit, *medebitur*, cum deberet legere *miserebitur*, & ait: q. d. pauci aut nulli, quia sic erat edoctus, quod debuit cauere sibi q. d. & tu edoctus est per me, propter quod cauere debes. Hugo prius explicat de contionatore, & statim de hæretico Dionys. legit: *meditabitur*, & explicat. Tali enim incantatori pauci aut nulli condolent aut succurrant, quia personaliter euocauit serpentem, & sciuit qualiter præcaueret sui percussionem ab illo. Optime Jansenius: sicut non est commiseratione dignus incantator, qui præscius periculi sibi imminentis, serpentem accedit, atque ab eo percutitur: similiter & omnes qui appropinquant bestijs, hoc est, feris non sunt digni misericordia, dum ab eis læduntur, quod se vltro periculo exposuerint, quod merito præuidere debuerat. Palacius eodem modo &c.

Non habēdo consuetudo cum improbis. Rabanus. Lyra. Hugo. Dionysius. Iansen. Palacius.

Itaque hæ similitudines serpentis & bestiarum aptæ sunt ad significandam imprudentiam eorum, qui postquam sæpius moniti sunt de fugiendo consortio amicorum reconciliatorum, non fugiunt, nec cauēt se à versutia eorum, sed exponunt se periculo deceptionis. Prima similitudo est de serpente, à quo vel incantator, vel ille, qui in campis degit, cum possit custodire se a morsu eius, non custodit, sed ad eum accedit vana confidentia. Cum enim aliquem monemus, vt custodiat se ab aliquo animante venenoso, vel à sole respondere solet apud nos: *Ia mè conoce el sol.* Id est, ita sum versatus vt non timeam damnum, quod delicatis inferre solet. Multa inueniuntur de incantoribus serpentium. Aliqua proponamus, vt plenius intelligatur similitudo. Incantatores nominabantur ii, qui verbis suis serpentes sopiebant, ne suis morsibus damnum inferrent negligentibus, quod faciebant per artem magicam concurrente dæmone ad hunc finem vocato. Sic affirmat D. Augustin. tom. 3. lib. 11. de Gen. ad litt. c. 28. *Nam & quod putantur audire & intelligere serpentes verba Morsorum, vt eis incantatibus prosiliant plerumque de latebris, etiam illic diabolica vis operatur. Gaudent enim dæmones hanc sibi potestatem dare, vt ad incantationem hominum serpentes moueant, vt quolibet modo fallant quos possunt: hoc autem permittunt ad primi facti memoriam commendandam, quod sit eis quædam cum hoc genere familiaritas.* Et si aliquando venenum alicui iniecerint serpentes, ipsi eos sanabant siue linguis, siue saliua. Sic Plinius li. 28. c. 3. *Quorundam hominum* (inquit) *tota corporis prosunt, vt ex his familiis, quæ sunt terrori serpentibus, tactu ipso leuant percussos suctuque modico. Quorum è genere sunt Psylli, Marsique, & qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro: ex qua familia legatus exagon nomine, à Consulibus Romæ in dolum serpentum coniectus experimenti causa circummulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum eius familiæ est, si modo adhuc durat vernis temporibus odoris virus. Atque eorum sudor quoque medebatur, non modo saliua.* Lege etiam, Cap. 2. huius libri, vbi de hac materia multa, & vide nostrum Cornelium ad Cap. 7. Exodi. vers. 11. & nostrum Pinedam ad c. 10. v. 11. Eccles.

Qui admonitu non fugit consortiū amicorum si decipitur nō est dignus commiseratione. *Officium incantatorum quale.* D. August. *Incantatorum solum sanabis à serpentibus percussis.* Plinius. Cornelius.

Ergo ait Sirach. *Quis miserebitur incantatori à serpente percusso?* cum ipse alios medeatur, commiseratione indignus est, si ipse occasionem negligat, & à serpente ipso percutiatur. Si enim aufugeret, & caueret se, non percuteretur. Sic de Androgeo canit Virg. 2. æneі. v. 377. fugisse; sicut qui presso serpente tripidus aufugit; Sic ait:

Obstupuit: retroque pedem cum voce repreßit.
Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem
Preßit humi nitens; trepidusq; repente refugit
Attollentem iras, & cæruea colla tumentem:
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat, &c.

Sic Iuuenalis satyra 1.

Pallent, vt nudis preßit qui calcibus anguem.

Ad Poeticum hunc anguem pertinet adagium, quo vsus est. D. Greg. Naz. orat. 40. *Serpens in via mordens.* Si autem viso & calcato serpente incātator percussus euaserit, quia non aufugit, non meretur commiserationem: sic qui viso amico reconciliato à quo percussus est, non fugit, nec cauet se, sed credit ipsi, & fidem verbis dolosis prebet: si decipiatur & percutiatur, non est dignus commiseratione. Quare vt dignus sit commiseratione, debet aufugere & custodire se ab eius consortio, & familiaritate. Nam dixit D. Chrysost. to. 2. hom. 45. in c. 23. Matt. *Quis peior est tibi inimicus apertus, an qui fingit amicum, & est inimicus? Puto quod melior est inimicus apertus, quam amicus falsus.* Ergo si ab eo percutiatur homo non meretur commiserationem aliorum, qui sibi ab eo cauere monuerant.

Quis miserebitur incantatori percusso? Virgil. Iuuenalis. D. Naz. *Qui non cauet se ab amico reconciliato, si decipiatur, non est dignus commiseratione.* D. Chrysost.

Rursus, ab his hominibus, qui simulantes amicitiam verbis suis amicum percutiunt, similes sunt serpentibus, qui acuunt linguas suas, vt lætaliter mordeant. Sic dixit vates regius Psal. 139. v. 4. *Acuerunt linguas suas sicut serpentes:* vbi D. Aug. to. 8. *Si adhuc* (inquit) *quæris hominem aspice similitudinem. In serpente maxima astutia est & dolus nocendi, propterea etiam serpit. Non enim vel pedes habet, vt eius vestigia cum venit audiantur. Ita ergo repunt & serpunt ad nocendum, habentes occultum venenum; & subleni contactu.* Nota similitudinem hominis simulantis amicitiam, accedit blande, & cum habeat occultum venenum leni verborum contactu decipit, & lædit amicum, qui incautus eius versutiam & vaframentum non agnoscens, eum benigno aspectu recipit, & tandem ab ipso percussus & deceptus euadit. In facie enim simulat furorem serpentem, qui non audiunt incantationes incantantium. Sic dixit ipsemet Dauid. Ps. 57. v. 5. *Furor illis secundum similitudinem serpentis.* Atque nam hic furor? vocat furorem venenum neque hoc insolitum. Nam Deut. 32. *Et venenum aspidum insanabile*, vbi LXX. *& furor aspidū insanabile.* Sic D. Hironym. Ergo venenum inimicorum reconciliatorum 56.

Qui simulantes amicitiam amicum decipiūt similes sunt serpentibus. Ps. 139. v. 4. D. August. Psal. 57. v. 5. *Furor pro veneno.* Deut. 32. v. 33.

furor

furor est insanabilis sicut serpentis, qui cum ira exardescit, lingua & ore venenum iaculatur. Ideo ait Sirach. *Quis miserebitur incantatori à serpente percusso?* Quod legit D. Chrysost. tom. 5. orat. 6. de prouid. & fato: *Quis commiserebitur eum, qui incantat si à serpente mordeatur?* &c. Quare reprehensione dignus est, qui ab amico reconciliato decipitur, respicit enim eum quasi serpés. Adagium fuit: *serpentis oculus*, quod de his dici consueuit, qui acribus & intentis intuerentur oculis. Sunt enim huic animanti oculi duriores ac perspicaces vnde Flaccus:

D. Chrys.

Dignus reprehēsione est qui ab amico reconciliato decipitur.

Horatius:

Cur in amicorum vitiis tam decernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens epidaurius?

Hic amicus tanquam serpens cernit oculis suis vitia amici, vt ea coram omnibus detegat. &c.

Illustratio secunda.

57. ET *omnibus qui apropiant bestiis: sic* &c. vocat bestias feras illas, quas quis, vel tangit illis approximando, vel venatur persequendo illas. Si igitur ab eis percutiatur, cum vitare periculum possit, non est dignus commiseratione. D. Ioan. Chrysost. Loco citato, scil. to. 5. orat. 6. de prouid. & fato, cum hunc locum tangit, moraliter explicat, legens: *aut vllum alium, qui ad bestias se accommodat:* & ait. *Bestia enim quædam difficilis & intractabilis delitiæ sunt: neque scorpius aut vipera in visceribus nostris inhærescens, ita perpetuo nos vexat, vt hæc deliciarum cupiditas, omnia euertit, atque consumit. Bestiæ enim illæ corpori tantum insidiantur, hæc sicubi se collocauerit, corpus vna cum anima etiam vastat. Quare vobis iam prudentibus loquor, fugiamus ab illa.* Ideo dixit Seneca epist. 51. *Id agere debeamus, vt irritamenta vitiorum quam longißime profugiamus. Indurandus est animus, & à blandimentis voluptatum procul abstrahendus.* Probat exemplo Anibalis, qui *armis vicit, vitiis victus est.* Sed hæc moralis est expositio.

Qui approximant bestiis si percutiantur nō merentur commiserationem.

D. Chrys.

Delitiæ bestia intractabilis.

Vitiorum irritamenta longißime profugienda.

Seneca.

Hugo & Rabanus explicant de hæreticis, qui tanquam bestiæ ipsis appropinquantibus nocét. At Dionys. interpretatur sic, id est, his, qui sponte accedunt ad bestias feroces, & venenatas, & læduntur ab eis, pauci aut nulli compatiuntur: quia tam stulte exposuerunt se tanto periculo. Sic & ei, qui his verbis meis non credit, & inimico læditur, non videtur, sic condolendum vt aliis. Statim hanc moderatur doctrinam aiens: verum tamen non debemus de interioribus temere iudicare, ideo si inimicus vitam suam manifeste emendet, & signa amicitiæ ei ostendat, quem oderat ante, non debet iste, cui amicitiæ signa ostendit pro certo temere, quod ex simulatione & animo nocendi id faciat sed de meliori pie confidere, sic tamen vt cautus sit; & familiaritatem incautam deuitet. Hæc ille, & optime. Sic etiam Iansenius. Optime tamen Palacius misericordiam meretur qui casu incidit in innoxiam feram, sed minime eam meretur qui sciens & prudens accedit ad feram. Ita nec meretur misericordiam qui temere fauet aduersario, à quo læsus est: is enim est nocentissima fera. Tritum illud: *homo homini fera.* Hæc ille. Sed verius est id quod Cicero dixit lib. 2. de offic. *Proxime autem & secundum Deos homines hominibus maxime vtiles esse possunt. Earūque item rerum, quæ noceant & obsint eadem diuisio est. Sed quia Deos nocere non putant, his exceptis homines hominibus plurimum obesse, vel prodesse arbitrantur.* Cuius est etiam illud: *Homo homini Deus, homo homini lupus.*

Hugo.
Rabanus.

Heretici tanquam bestiæ appropinquantibus nocent.

Dionys.

Iansen.
Palacius.

Qui sciens & prudens accedit ad feram non meretur misericordiam.

Cicero.

Homo homini fera.

Vide Solorzanū in supremo Indiarum consilio meritissimum consiliarium in disput. de Indiarum iure li. 2. c. 13. num. 85. Vbi probat homines hominibus ex lege naturæ consulere debere, ex ipso Cicerone, qui li. 10. de officio, dixit. *Homines hominum causa sunt generati; vt ipsi inter se alij aliis prodesse possent.* & lib. 3. *Hoc natura præscribit, vt homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam tantum, quod is homo sit consultum velit.* & n. 87. Infert semper turpe & indecorum iudicatum esse miseris auxilium denegare & talionis pena punitum vt eleganter canebat Ouid. lib. 13. Metam.

Et eget auxilio, qui non tulit, vtque reliquit
Sic linquendus erit, legem enim sibi dixerat ipse.

58. Itaque sicut qui appropiant serpentibus si ab eis percutiantur non sunt digni commiseratione: sic qui ad feras accedunt sunt enim hi praui homines feris haud dissimiles. Sic in scripturis cōparantur bestiis vt cum Ezechiel. c. 22. v. 27. dixit: *Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas,* & Habac. 1. v. 8. *Velociores lupis vespertinis.* Sophon. 3. v. 3. *Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane:* & aliquando homines ferociores sunt ipsis leonibus, vt visum est in iis, qui Danielem persequebantur, qui minime Danieli pepercerunt. Cum leones illi humaniores se exhibuissent, Dan. 6. his inimicis reconciliatis, vt eorum amicitiam & familiaritatem inhient, exponentes se periculo deceptionis, non merentur commiserationem aliorum, si ipsi abutentes nimia familiaritate eos percutiant, vel decipiant.

Praui homines feris similes.

Ezech. 22. v. 27.

Habac. 1. v. 8.

Sophon. 3. v. 3.

Aliquando homines ferociores sunt leonibus.

Quare qui sic afficiantur.

Ideo tandem concludit sapiens: & *sic qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus est in peccatis suis.* Lyra explicans hanc cōparationem, dixit: & *omnibus* &c. bestiis ferocibus, accidit quod læduntur ab eis, & similiter qui contrahit familiaritatem cum hominibus malis: quia sicut Philosophus dicit 1. Polit. homo malus à lege & iustitia destitutus est pessimum animalium, ideo subditur: *Sic & qui comitantur.* Confirmat D. Ambr. tom. 2. in Ps. 118. oct. x. *Peccantem autem* (inquit) *non hominem sed aut serpentem, aut equum aut vulpeculam, aut iumentum vocare consueuit,* &c. Hugo verbum *comitatur* explicat consentiendo, vel imitando ipsum, & *obuolutus* sicut mortuus inudario. Melius omnibus Iansenius exposuit dicés: ita & qui se iungit ac familiariter conuersatur cum viro iniquo, non est dignus commiseratione, dum obuolutus est in peccatis eius. Hoc est, per peccata & malitiam eius multis malis est implicatus & obrutus, maxime quod iam me monente sibi à tali cauere debuerat, eique non coniungi.

Qui accedit ad amicum iniquorum quasi accederet ad bestias.

Lyra.

Hugo.

Iansen.

59. Ergo sapiens dehortari volens homines à familiaritate prauorum hominum, has similitudines apponit. Hic agere debebamus de iis, qui se periculo exponunt labendi in peccata, sed quia de hac materia tractauimus. c. 3. vers. 17. Ideo de illa agere supersedere licet. Secundo ostendit sapiens quem pernitiosa & detrimentosa sit societas & familiaritas prauorum hominum de quo egimus cap. 7. n. 9. & 102. Aliquid tamen adiiciamus. Dixit. Salomon Prou. 13. v. 20. *Amicus stultorum similis efficietur:* quod congruit cum illo Ps. 17. v. 27. *Cum peruerso peruerteris.* Ergo qui cum homine stulto conuersatur nil aliud ex eo ediscit, nisi stultum viuendi modum: nam audit verba stulta, quæ in auribus eius sonant, & sonus remanet in corde, vt iuxta illius stultitiam operetur. Dixit eleganter Seneca epist. 123. *Pessimum genus hominum videbatur qui verba gestarent. Sunt quidam qui vitia gestant* (transferenda in alios) *Horum sermo multum nocet: nam etiam si non statim officit: semina in animo relinquit, sequiturque nos etiam cum ab illis discesserimus, resurrecturum postea malum. Quemadmodum qui audierunt Symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cātus, quæ cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi: sic adultorum sermo diutius hæret quam auditur; nec facile est animo dulcem sonum excutere: prosequitur & durat & ex interuallo remit. Ideo claudendæ sunt aures malis vocibus.* Ergo optime Salomon affirmat amicos stultorum similes eis effici; quia post naturæ lapsum humanum cor pronum ad malum remansit: facile autem est parietem inclinatum diruere. Vnde optime Xenophon:

Familiaritas prauorum hominum vitanda.

Prou. 13. v. 20.

Ps. 17. v. 27.

Qui cum stulto conuersatur stulte viuendi efficitur.

Seneca.

Adulatio similis modulationi.

Xenophon

Iusta decent iustos; prauis coniunxeris ante
Quæ fuerat probitas protinus aufugit.

60. Hinc est quod cum Deus tabernacula Dathan & Abyron absumere & penitus perdere vellet, præconium huiusmodi prius inferre voluit omni populo Israel, Num. 16. v. 26. *Recedite à Tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinet.* Hoc est, non solum cum eis non agatis, verum etiam quidquam eorum, quæ ipsorum sunt, contingatis. Quare *ne inuoluamini in peccatis eorum.* Pende id *inuoluamini*, quia congruit cum eo: *& inuolutus est in peccatis*, qui enim familiariter agit cum prauo homine inuoluto in peccatis, contrahit eius malitiam, quæ tanquam pestis inquinat & inficit ad eum accedentes. Sic enim dixit Christus Dominus Matt. 5. v. 29. *Si dexter oculus offenderit te, extrahe eum, & proiice abs te:* vbi Chrysost. *Hoc præcipit vt amico, quos æque vt oculos charos habes, & ad omnem vitæ vsum necessarios si ad animæ salutem impedimentum afferant, amputes & abiicias.* Si ergo amicos abiicere præcipit Dominus, quid mirum quod sapiens inimicos vitare monuerit? *Corrumpunt enim* (inquit Paulus 1. Corint. 15. v. 33.) *bonos mores colloquia praua.* Medicus enim cum ad ægrotum accedit, prodest sæpe numero & illi & sibi; sed si quis parum sanus validusque accesserit, & se ægrotantem mutua contagione reddet infirmiorem, & qui prodesse illi non potuit, sibi ipsi magnam hausit labem. Vide Chrysost. to. 5. ad id. 1. Corint. 15. & Senecam lib. 3. de ira. cap. 8. vbi ait: *Sumuntur à conuersantibus mores & vt quædam in contactos corporis vitia transiliunt. (Vuaq; contacta liuorem ducit ab vuá) ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini traxit: impudicorum cætus fortem quoque & siliceum virum emollit: auaritia in proximos virus suum transtulit.* Quare, *qui comitatur viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius*, non est dignus commiseratione. Tandem verbum *obuolutus* reddit imaginem defuncti, qui obuoluitur sindone, vt sepeliatur, quæ obuolutio signum est hominis mortui, vt visum est in Lazaro, & qui obuoluitur in peccatis tanquam mortuus lugendus est, &c.

Quare Deus præcepit populo vt recederet à tabernaculis Dathan & Abyron.

Num. 16. v. 26.

Malitia iniqui tāquam pestis inficit accedentes ad se.

Matt. 5. v. 29.

D. Chrys.

1. Cor. 15. v. 33.

Colloquia praua corrumpunt mores.

Seneca.

Mores à conuersantibus sumuntur.

Quis obuoluitur in peccatis tanquā mortuus lugendus est.

VERS. XIIII.

Vna hora tecum permanebit: si autem declinaueris, non supportabit.

Sensus.

61. VNa hora, &c. q. d. Hæc est conditio amici simulati vel inimici reconciliati, vt breui tempore permaneat, ne credas ei, quia breuissimo temporis spatio apud te conuersabitur, scilicet dum apud te prosperitas fuerit, & abundantia suppetierit. At si declinaueris, id est, si ex statu fælicitatis & prosperæ fortunæ excideris, non perdurabit. Nam falsus amicus cum fortuna venit, & cum fortuna recedit, & cum fortuna mutatur, ipse etiam mutatur, &c.

Notæ.

VNa hora, per horam vnam non intelligit auctor solam vnam horam, sed breuissimum temporis spatium, siue sit vnius horæ, siue sit dimidiæ, siue duarum. Quo sensu accipitur id Dan. 4. v. 16. *Cæpit intra seipsum* (Daniel.) *tacitus cogitare quasi vna hora*, id est, aliquanto tempore. *Tecum manebit*, in Aldo Basil. & Rom. *manet*, διαμενεῖ a verbo διαμένω quod est, *perseuero*. Jn originalibus additur, *in statione iusta.* ἐν στάσει δικαίᾳ sed glossam olet, & redūdat. *Si autē declinaueris*, Grece, ἐὰν ἐκκλίνῃς verbū ἐκκλίνω declino, effugio, id est, si declinaueris à prosperitate. q. d. Si in calamitatem aliquam incideris, cum fortuna tua & ipse mutabitur, nec perseuerabit in amicitia tecum. Tandem verbum *supportabit*, non significat consolari, aut succurrere, sed tolerare, nam verbū καρτερέω est tolero vel temperatus sum, & hic sumitur pro constantem esse, vel perseuerare aduersitas enim causa est, vt amicus fictus non sit constans & perseuerans, &c.

Illustratio.

62. VNa hora tecum permanebit. Demonstrat sapiens incommoda & pericula malarum atque insidarum amicitiarum: nam huiusmodi amici leues atque infideles se interdum ad alterius voluntatem accommodant; manētque cum eo, sed ad breue tempus, quoad res sunt quietæ ac stabiles. Vbi vero paululum sunt immutatæ, ipsi quoque immutantur: sicut amatores improbi, qui amant mulieres quandiu floret earum forma; vbi ea defloruit illas relinquunt, atque ad alias se transferunt. Jta enim quæritur meritrix quædam apud Terentium. Rabanus exponit: Hoc est, ad horam se veracem & fidelem se simulat: sed declinando à semita iustitiæ, si eum obaudieris, malitiam eius sufferre non valebis. Lyra explicat de tempore prosperitatis *vna hora tecum permanebit*, scil. durante prosperitate: *si autem declinaueris* à prosperitate non te adiuuabit. Hugo, id est, ad tempus vel horam tecum permanebit, dum scil. tibi bene fuerit: simulabit se amicum tuum; si autem declinaueris à via iustitiæ eum audiendo & cōsentiendo, *non supportabit*, id est, non adiuuabit te, quia nec se ipsum poterit iuuare. Dionys. *vna hora tecum permanebit*, amicitiam simulando tempore tuæ prosperitatis, & quandiu ex te consequitur commoda: *Si autem*, &c. declinaueris à via virtutis peccando, vel à prosperitate deficiendo, *non supportabit*,

Incommoda malarum amicitiarum qualia.

Raban.

Lyra.

Hugo.

Dionys.

Iansen. Palacius.

supportabit, id est, tibi non condolebit, neque succurret. Jansen. & Palacius verbum *supportabunt*, explicant in significatione tolerandi. Si autem è statu fælicitatis (ait Palacius) declinaueris, non tolerabit infortunium tuum. Similes sunt amici reconciliati hirundinibus, quæ vere veniunt, ea recedente recedunt. De hac materia egimus cap. 8. v. 8. cum exposuerimus, id: *est amicus secundum tempus suum & non permanebit in die tribulationis*. Vide quæ ibi congessimus, quæ vtrumque versum illustrant.

Tempus aduersitatis dissoluit amicitiam eorum qui non sunt amici fideles.

Ergo sicut tempus prosperitatis & abundantiæ multorum amicitiam conciliat: sic tempus aduersitatis dissuit & dissoluit amicitiam eorũ, qui non sunt veri & fideles amici, sed reconciliati. Jdeo hi *vna hora*, id est, breuissime permanent, dum permanet fælicitas seu prosperitas, ac ea transacta & amissa confugiunt, amicitias diffuentes. Qui enim solum est amicus mensæ, ea deficiente, statim defecit; vide quæ diximus ad id cap. 6. *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.* Quod idem est ac dicere, dum prosperitas & abundantia suppetit permanet amicus simulatus, sed aduentante aduersitatis & necessitatis tempore dissuunt amicitias. Hi comparantur vmbræ, quæ corpus sequitur, dum lux solis corpus illustrat, at deficiente solis luce euanescit. Sic aiebat Dauid Psalm. 101. v. 12. *Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fænum arui*, vt enim vmbra sole abeunte & ad occasum prosperante semper longior fit & crescit, sed ad consumptionem tendit ac properat: sic dies mei crescendo definiunt, neque retrorsum tendunt, sed inclinata ætate ad obitum pergunt. Cum autem sol radios spargit, tum dies vitæ eius luce fruentes tanquam vmbra permanent: sed deficiente luce, id est, cum finitur vita euanuit vmbra; euanueruntque dies quasi fugientes & non reuertẽtes. Jta amici qui non sunt fideles quasi dies, qui sequuntur vitã sunt, vel quasi vmbra ad conspectum solis, sole autem prosperitatis & abundantiæ deficiente, ipsi deficiunt & euanescunt, &c. Sic dixit eleganter Petronius Arbitr.

Eccles. 6. v. 10. — *Amici ficti comparantur vmbræ, &c.* — Psal. 101. v. 12. — *Amici qui non sunt fideles quasi dies qui sequũtur vitã.* — Petronius.

Cum fortuna manet vultum seruatis amici
Cum cecidit turpi vertitis ora fuga.

Seruare vultum quid. — Plautus.

Vultum seruare proprium est illius, qui respicit faciem alicuius, vt vmbra respicit corpus luce circumfusum, quæ lux fortunam denotat, qua deficiente, amici, qui instar vmbræ corpus lucidum, id est, prosperitate abundans respiciunt, euanescunt id est turpi vertunt ora fuga Plautus Bachid. dixit de amicis falsis.

Multi more isto atque exemplo viuunt, quos cũ senceas
Esse amicos, reperiuntur falsi falsimonijs,
Lingua factiosi inertes opera sublecta fide.

Aristot. *In malorum amicitia nihil firmum.*

Aristotel. lib. 8. &hic. cap. 8. dixit: *In malorum amicitia nihil firmum, nihil stabile est: quippe qui sui similes non permaneant. Ad tempus amicitias colunt, cum interim sua inter se alter alterum improbitate flagitijsque oblectant.*

63. *Quare ficti amici non sunt permanentes.* — Petrarcha.

Ratio ergo cur vna hora, id est, breuissimo temporis spatio hi amici permanent, ea est quia infideles sunt si infideles quare amici, & si amici quomodo infideles? Sic dixit Petrarcha dialog. 27. cum diceret Dol. *Infideles sunt amici* Respo. *His quærelis plenus est orbis terræ, verum amicitia infidelitas quæ non colunt. Qui infidelis esse incepit, desinet esse amicus; seu (quod potius crediderint) nunquam fuit. Cumque omnis virtus immortalis sit, omnis fictio est breuis. Non fides est sublata, sed fictio.* Ergo vocatur amicus fictus & simulatus, & qui simulat & fugit breuiter manifestat infidelitatem, quæ sub simulatione & fictione latebat: quare *vna hora tecum permanebit*, seu vt complut, legunt; *Per horam tecum permanebit in statione sua*, vel vt Tygur. *horæ spatio, &c.* Quia vt dixit Diogenes Laertius lib. 1. c. 1. *Multi non amant, nisi tantis per dum videt.* quæ? prosperitatem & abundantiam, qua deficiente deficiunt. Jdeo subdit Ecclesiasticus, dicens.

Laertius.

Si autem declinaueris non supportabit verbum *supportare*, hic non significat succurrere vel adiuuare, sed tolerare, quia verbum *Kartereo* Græcum tolerare significat. Jn nostro Hispano idiomate, cum dicimus aliquem esse molestum & grauem quem tolerare non possumus, dicimus: *nosse puede suportar.* Jd est, ita molestus est, vt tolerari non possit. Eâdem significatione declarandum est hic verbum, *supportare*. q. d. Si ex fælicissimo prosperitatis statu in miserum & infælicem decideris, amicus, qui fictus & simulatus erat & ad horam seruiebat, te non poterit supportare & tolerare, sed fastidiens discedet à tua familiaritate. Jn quo manifestabit simulatam fuisse amicitiam & fictam, non veram & fidelem. Simulata aliquãdo est, cum suam vtilitatem quærit, quare cum ea defecerit deficiet amicitia. Sic dixit Seneca epist. 9. *Qui se spectat, & propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat, quemadmodum cæpit, sic desinet. Parauit amicum aduersus vincula laturus opem: cum primum crepuerit catena discedet. Hæ sunt amicitiæ, quas temporarias populus appellat. Qui causa vtilitatis assumptus est, tandiu placebit quandiu vtilis fuerit.* Qui autem suam vtilitatem non quærit; sed in tempore aduersitatis permanet cum amico amici sorte contentus, ille verus amicus est, ille dicitur amicus sale tenus & cynimo. Sic Plutarch. lib. 5. quæst. conuiu. q. 10. *Quæsiuit (inquit) cum apud eum cænaremus florus, qui prouerbio dicerentur sale & cynimo tenus amici? Id explicuit expedite Apollophanes Grammaticus, amici (inquit) qui tanta familiaritate sunt coniuncti, vt etiam sale contenti solo & cynimo cænitent, illo prouerbio notantur.* Sed amici, qui simulate diligunt, vt aliquid assequantur ad horam amicitiam ostentant, sed breuiter deficiunt. Dixit Cicero de Amicit. *Coluntur tamen simulatione amicitiæ dumtaxat ad tempus. Quod si forte (vt fit plerumque) ceciderint, tum intelligitur quam fuerint inopes amicorum.* agit de Tyrannis. Tandem verbum *supportare*, idem est, ac discedere, vel aufugere: quia qui aliquod infortunium imminens supportare non valet, ab illo discedit, ne molestia afficiatur. Et cum amicus declinat, id est, decedit de statu prosperitatis, molestus efficitur. Quare qui supportare illum non valet discedit & aufugit, ne tanto ponderi succumbat. *Si autem declinaueris non supportabit.*

Verbum supportare pro tolerare. — *Cum amici ficti veritas deficit, declinat ab amicitia.* — Seneca. — Plutarch. — *Amici sale tenus & cynimo qui dicantur.* — Cicero. — *Qui infortunium supportare non valet discedit ab amicitia.*

VERS

VERS. XV.

In labiis suis indulcat inimicus: & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam.

Sensus.

64. IN *labiis suis*, &c. q.d. Cum nullæ insidiæ ita sint maioribus periculis expositæ, quam illæ, quæ sub specie amicitiæ & beneuolentiæ simulatione inuoluuntur. aduerte tale esse inimici ingenium, vt suaui loquentibus labiis dulcia verba proferat, vt te decipiat; sed in animo insidias latenter molitur & parat, vt prosternat te præcipitando in foueam, hoc est, malis inuolutum perdat & occidat, &c.

Notæ.

IN *labiis suis indulcat inimicus.* Complut. *indulcabit.* γλυκανεῖ, à verbo γλυκαίνω, quod est dulce capio, dulcesco, id est, dulcia verba proferet. Drus. *Blandietur hostis*, nam *labiis suaui loquentibus* blanditur, & decipit. In Aldo & Basiliens. *Multaque garriet, & loquetur tibi bona, siue præclara dicens.* quæ verba habentur & in Bibliis Roberti Stephani; sed à cæteris editionibus absunt; quæ debent omitti maxime cum accedit auctoritas nostri vulgati. Pro *in corde suo insidiatur*, est in Originali, βουλεύσεται, *deliberauit subuertere.* vel vt Drusius. *Consultabit*, à verbo βουλεύω, quod est consulo, id est, consilium do, delibero, decerno, statuo, meditor. Vulgatus melius *insidiatur*. Insidiari enim est consultare aliquem secum & deliberare quibus insidiis decepturus sit, *vt subuertat te*. Complut. *subuertere*. Drus. *euertendo*, id est, euersum præcipitando, vnum pro duobus: nam non euertimus in fossam, sed præcipitamus. Talia sunt Rom. 12. v. 20. *Carbones ignis congeres* (vel capies) *super caput eius*, id est, capies vel congeres, & pones; sic Psal. 67. v. 19. *Accepisti dona in hominibus*, id est, accepta distribuisti; sic transtulit Paul. Ephes. 4. v. 8. *Dedit dona hominibus.* Tandem Matth. 4. v. 5. *Statuit eum super pinaculum templi*, id est, translatum posuit; sic etiam *euertendo*, id est, vt euersum præcipitet, &c.

Illustratio prima.

65. IN *labiis suis indulcat inimicus.* Idem dicit quod supra Sirach, externis beneuolentiæ, amicitiæque signis, non magnopere esse credendum, propter quod maximis velis atque inuolucris tegitur vniuscuiusque natura. Facile est vultum fingere, (qui etiam à voluendo dictus est,) & orationem conformare ad eam suauitatem amorisque dulcedinem, vt (quod ait Homerus de suaui loquentia Nestoris) melle dulcior fluere videatur: sed ille de eloquẽtia, hic noster de ficta simulataque beneuolẽtia loquitur. Iam oculi quam sint fallaces, in quibus & hilaritas apparet, & lacrymæ maximi amoris testes ac iudices. Itaque subiungit; *& in corde suo*, &c. Lyra explicat, In verbis dulcibus fallendo. Hugo, id est, lepore verborum allicit. Dionys. *in labiis suis indulcat*, id est, blandiendo dulcia loquitur inimicus occultus amicũ se fingens. Iansen. exprimit ficta amicitiæ signa coniuncta studio nocendi; nullæ enim sunt maiores periculosioresque insidiæ, quam quæ sub nomine amicitiæ ac officij simulatione occultantur. Palacius explicat de blanditiis carnis, vt in fine dicemus. Itaque prosequitur sapiens materiam inceptam de dolis inimicorum reconciliatorum, qui simulant se esse amicos, & tandem decipiunt & nocent. Primo verba dulciora melle offerunt, & posteà addit lacrymas: tandemque caput suum mouet, & plaudet manu; quæ omnia retia sunt, vt fraudulenter proximum decipiat, & præcipitando in foueam lambat sanguinem eius inter oram profusum.

Inimicus linguis ostendat signa amicitiæ non credendus. — Homerus. — Lyra. Hugo. Dionys. Iansen. — *Nullæ maiores insidiæ quam quæ sub nomine amicitiæ occultantur.* — Palacius.

Prou. 29. v. 5. — *Qui blande loquitur amico suo expandit rete gressibus suis.*

Hoc apprime probatur ex eo Prou. 29. v. 5. *Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo* (in Heb. *vir qui blanditur amico suo*) *expandit rete gressibus suis.* Sumit metaphoram, eorum qui aucupantur aues, quas primo dulcibus cantibus decipiunt, vt incidant in rete præparatum, & vbi vocem aucupum audierunt, appropinquant, tandemque capiuntur. Sic inimicus verba dulcia, verba blanda profert, vt decipiat inimicum suum, & in corde suo machinatur dolos, vt eum præcipitet in foueam, &c. sumit etiam metaphoram à venatione, in qua solent venatores insidiari feras eas demulcendo blandicijs, vt eas capiant: sic inimicus, vt capiat proximum suum. Quod comprobatur in adulatoribus, qui verbis suis dulcibus decipiunt eos, quibus adulantur. Quare Plutarchus discrimen inter adulatorem & amicum assignat per totum libellum, qui apposuit titulum: quemadmodum adulatorem ab amico internoscas. Inter alia, ait: *Adulator irretit, & in laqueum illicit imitando. Feras fingendi & venandi cum petit studiosum, sequitur tantum non exclamans. Nec feram moratur, sed ipsum in plagas conicit, & indagine cingit venatorem*, &c. Quare difficile est discrimen inuenire inter amicum & adulatorem; sic dixit ipse: *Res est ergo, dicat quis, spinosa adulatorem ab amico, si nec delectatione ab eo, nec laudatione discrepant, internoscere.* Cum ergo difficile sit discernere amicitiam ab adulatione, timere debemus inimicos, qui sub specie amicitiæ adulantur vt capiant nos. Sic Seneca lib. 4. Natur. qq. in præfatione ad Lucilum, inquit: *A turba quantum potes te separa: nec adulatoribus latus prabeas, artifices sunt ad captandos superiores. Par illis, etiamsi bene caueris non eris. Mihi crede, capieris, si proditioni ipse te tradas. Habent hoc in se naturale blanditiæ, etiam cum reiiciuntur placent, sæpe exclusæ nouissime recipiuntur.* Tandem Plato in Gorgia: *Adulator* (ait) *optimi nullam habent curam: sed semper eo, quod dulcissimum est, quasi hamo incautam illa queat mentem, & vsque adeò decipit*, &c. De his ait Salomon: *rete expandit gressibus suis*, id est, pernitiem parat proximo, qui dulces sermones suos auscultat, & cum deceptus est ab eo, *subuertit in foueam.*

Adulatores verbis dulcibus decipiunt eos quibus adulantur. — Plutarch. — *Difficile est discernere amicitiam ab adulatione.* — Seneca. — Plato.

Secundo, Probatur ex eo Prou. 11. v. 9. *Simulator ore decipit amicum suum.* Per simulatorem licet aliqui intelligant hæreticum, vt Beda; sed alij adulatorem; alij tandem dolosum interpretantur; si adulator intelligitur, est q.d. hic amicitiam verbis dulcibus in ore simulans fallit amicum suum, alludit ad id Psal. 5. v. 10. *Linguis suis dolosè agebant.* vbi D. Hieron. *lenificabant*, id est, *adulabantur*, quare verbis suis mentẽ hebetat vt decipiat; sic Chrysost. lib. 3. de vestig. Philosoph. *Adulator* (inquit) *non desinit donec rationis obtundat acumen, & modicum illud luminis, quod adesse videbatur, extinguat.* vnde cum amicus fraudulentus verba dulcia profert, obtundit acumen mẽtis amici, vt melius illaqueare possit, & decipere & ad foueã præcipitare. Tandem simulator verba dat, fallit, decipitque amicitiæ nomine: cum enim amicitiam simulat, & laqueos abscondit, difficilius cognoscitur, vt caueatur: sicque facilius fallit & decipitur. Hoc explicat Sirach verbo *indulcandi* quo manifestat facilem esse deceptionem amici reconciliati: cum enim aures indulcantur, cor etiam dulcedinem recipit, sicque præparatur ad faciliorem deceptionem. Ideò subiicit Ecclesiasticus.

Prou. 11. v. 9. — *Simulator vel hæreticus, vel adulator vel dolosus dicitur.* — Psal. 5. v. 10. — D. Hieron. — D. Chrys. — *Amicus fraudulentus verbis dulcibus obtundit acumen mentis amici.*

Illustratio secunda.

ET *in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueã.* quod propriè est, vt Complut. legunt: *& in corde suo deliberabit conuertere te in foueam.* Hæc cordis deliberatio parandi insidias, indicat duplici corde loqui; vt alij, de quibus Dauid ait Ps. 11. v. 3. *In corde & corde locuti sunt.* Lingua cor est, cũque blande & dulciter loquitur vt decipiat, vnum ore profert, & alterũ in corde machinatur, sicque in corde & corde, id est, duplici in corde loquitur. Per verba dulcia quasi inebriat mẽtem amici, cum amicus inebriatus est, libẽter recipit deceptionẽ, vt præcipitetur. Id forte est quod dixit Nahum. c. 3. v. 11. *Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta*, id est, decipieris, quia qui inebriatur facilis est vt decipiatur, & qui decipitur potest timere suam subuersionẽ, sic explicat suam sententiã Dionys. excogitat qualiter tibi queat nocere, vt subuertat te in profundum deiectionis & damni seu mortis. 66.

Deliberatio parandi insidias indicat in corde & corde loqui. — Psal. 11. v. 3. — Nahum. 3. v. 11. — Dionys.

Tandẽ Palacius explicat, id est, verbis & lacrymis, quæ sunt ad mouendam cõmiserationem efficacissimæ, curabit inimicus te decipere, vt te in sepulchrum coniiciat: & si detur occasio vt canis cinget sanguinem tuum. Vnde Palacius ellicet, sumens hunc inimicum pro carne nostra. Si igitur (inquit) caro nostra inimicus noster est, etiãsi dulcia verba dicat, etiãsi lacrymas fundat, minime ei est adhibẽda fides: insidiatur enim vt nos in sepulchrũ inferni coniiciat. Quid de tentationibus diaboli dici poterit? nam homicida est, qui nõ satiatur sanguine nostro Ioan. 8. Hęc ille. Ergo caro nostra inimicus animæ similis est illi meritrici, de qua loquitur Sapiens Prou. 5. v. 3. cum ait: *Ne attendas fallaciæ mulieris: fauus enim distillans labia meritricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autẽ illius amara quasi absynthiũ, & acuta quasi gladius biceps.* Quæ verba possunt aptari primæ explicationi; quia inimicus simulatus similis est meritrici

Palacius. — *Lacrymis conatur inimicus decipere amicum.* — *Caro nostra inimicus animæ similis est meritrici, &c.* — Prou. 5. v. 3.

ritrici verbis dulcibus suis fallenti eos, qui illas auscultant & tandem decipit & præcipitat hominē in foueam perditionis. Si de carne nostra explicentur. indicant sane fallacias carnis nostræ, quibus hominem decipit, vt in sepulchrum perditionis æternæ præcipitet illum: dulcia enim verba habet, cum nos ad peccandum stimulat; sed nouissima eius amara sunt quasi absynthium: nā in nouissimō deteguntur fraudes & doli, quæ latebant. Quod etiā dicitur de

Carnis nostræ fallacia quales.

vino Prou.23. v.32. *Ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.* Per vinum intelliguntur carnis illecebræ & deliciæ. (*Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.*) quæ blandæ ingrediūtur in corde, sed in nouissimo mordebunt vt coluber, & venena diffundunt in pernitiem nostram; quare cauere debemus, non solum ab amicis simulatis, sed etiam à carne nostra; *ne subuertamur in foueam*, &c.

Prou.23. v.32. *Eph.5.*

VERS. XVI.

In oculis suis lacrymatur inimicus, & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine.

Sensus.

67. IN oculis suis, &c. q.d. Vt ne præstigiis suis te inimicus eludat, aduerte, quod inimicus non solùm labiis suis suaue loquētibus suam amicitiam simulat, & odium suum tegit; sed etiā oculis suis lacrymas effundendo dum vult ostendere se dolore cruciari, quod aliquando fuerit inimicus, & quod tibi euenerit aliquod infortuniū. Caue inquam ab hac simulatione lacrymarū: quia potentissima est ad decipiendum. Scire enim debes quod inimicus, si oportunitatem nanciscatur nocendi, suam immanitatem in te exequetur, non satis habens si te offendat, & aliquid mali tibi inferat effundens sanguinē: nisi etiam totum tuum sanguinem profundat, & te interimat: imo nec cæde contentus, sed etiam in occisi corpus & nomen sæuiens, &c.

Notæ.

ALiqui habent, *in oculis suis*, sed male, cum Originale habeat *suis*: ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ *suis. Lacrymabit*, vel *lacrymabitur*. δακρύσει. à verbo δακρύω, quod est, lacrymor. Rursus Tygurina interponit in hac sententia quod vulgatus in præcedenti legit. scilicet. *Animo suo deliberat te præcipitare in foueam.* Sed melius vulgatus annectit præcedenti sententiæ, &c. Tandem, *inuenire tempus*, est nancisci occasionem, vel opportunitatem ad effundēdum sanguinem, & occidendum. Simulat enim sub specie amicitiæ & beneuolentiæ odium alta mente repostum, &c.

Illustratio prima.

68. IN oculis suis lacrymatur inimicus. *Nullæ* (vt inquit Cicero) *sunt maiores periculosioresque insidiæ quam quæ sub nomine amicitiæ ac officij simulatione occultantur.* ideo dixit Salomō Prou.27.v.6. *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis*, vt statim explicabimus. Dionys. explicat, id est, nequiter lacrymas fundit fingens se compati ei, quem odit clam: etsi inuenerit tempus sibi aptum ad nocendū, non satiabitur sanguine, id est, crudeliter vulnerabit, aut trucidabit illū, quem taliter odit. Optime Iansen. Non solùm, inquit, labiis suis amicitiam simulat, & odium suum tegit inimicus, sed etiam oculis suis, lacrymas scilicet profundēdo, dum vult ostendere se dolere, quod aliquando inimicitiam exercuerit, aut quod videat alterius aliquod infortunium, &c.

Cicero. *Prou.27. v.6.* *Dionys.* *Iansen.*

Ergo inimicus hoc vtitur stratagemate ad nocēdum amico, quod efficacissimum est: nam homines lacrymas effundere difficile est, nisi cum aliqua tribulatione & angustia præmatur. Lacrymæ enim propriæ sunt fœminarum, quæ, vt id quod cupiunt assequantur, stillantem lacrymis faciem ostentant, quibus animum eorum, quos rogant molliant; sic monet Ouidius de reme. amo. ne homines illis moueantur.

Inimicus lacrymatur vt noceat amico. *Ouidius.*

Neve puellarum lacrymis moueare caueto,
Vt flerent oculos erudiere suos.

Sic Magdalena *lacrymis rigauit pedes* Domini. Luc.7. v.38. vt suorum flagitiorum veniam impetraret; sic vxor Tobiæ c.10. v.4. *Irremediabilibus lacrymis flebat mater eius*, &c. Et sic de aliis. Sed hominem lacrymari difficile est, & non nisi in vrgenti occasione lacrymas fundit vt Rex Babylonis fecit Dan. 6. v.20. *Appropinquansque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamauit, & affatus est eum.* angebatur angustia magna cum suspicaretur Danielem laceratum esse à

Luc.7.v.38. *Difficile est hominem lacrymari.*

leonibus, quibus inimici eum obiecerant. Sic etiam cum inimicus simulatus amicus accedit ad amicū, & non solùm labiis suis indulcat eum, sed corā illo ostēditur lacrymas profundens, dolosè manifestat in vultu dolorē cordis, & angustiam, qua premitur, eo quod ipse ante illud tempus inimicū & odientem se exhibuisset. Sed illa simulatio lacrymantis tegit dolos animi, quibus illum decipere conatur; sic plorabat Dalila in conspectu Samsonis Jud.14. v.16. vt illum falleret: *Quæ fundebat apud Samson lacrymas. Septem igitur dies conuiuij flebat ante eum: tandemque die septimo cum ei esset molesta, exposuit.* Has esse simulatas lacrymas effectus comprobauit: nam vers.18. dicitur illam detexisse secretū inimicis suis: *quæ statim indicauit ciuibus suis.* Et mox in eum irruisse, vt illum occiderent. Dixit enim Menander: *Mulier etiam cum dicit optima & suauissima formidanda est vel maxime.* Et Antiphanes: *vnum hoc se dicebat, mulieri credere: fore vt mortua cum fuerit non reuiuiscat: in aliis omnibus quandiu viuit, ei nihil credere.* Hoc forte dixit, quia blandis sermonibus & lacrymis aliqua petunt, vt homines decipiant, sicut Dalila Samsonem.

Simulatio lacrymantis tegit dolos quibus decipere conatur. *Iudic.14. v.16.* *Menander.* *Antiphanes.* *Mulier etiā cum dicit optima formidanda est.*

Pari modo, cum inimicus labiis suis indulcat, & in oculis suis lacrymatur, cum in corde tractet dolos, non est vllo modo credendus. Sic aiebat Salomon Prouerb.26. v.24. *In labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos.* Vbi ad intentum legunt LXX. *Labiis omnia annuit deplorans inimicus, in corde autem fabricatur dolos.* verbum *annuere*, ad vultū humilem simulatum & verba mollia referendum est; at *plorans* ad simulationē cordis: nam in corde non verba dulcia profert, nec lacrymas fundit, sed venenum, id est, desiderium nocendi, optime alij legunt: *Labiis suis fit alienus.* q.d. verbis suis à semetipso alienus fit aduersarius, id est, à seipso dissidet: nam verba prætendat lenia atque mollia & lacrymas exterius fundat, animum tamen abdit, occultitque hostilem & malum, quod meditatur pænitus celat. Quare subdit Ecclesiasticus.

Inimicus etiamsi lacrymetur non est vllo modo credendus. *Prou.26. v.24.*

Illustratio secunda.

69. ET si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine. Ad hunc finem dirigūtur verba mollia & lacrymæ inimici simulati, vt interficiant eum, quem decipere conantur. q.d. Si inuenerit opportunitatem, non satiabitur sanguine: hoc est, vtetur in te summa crudelitate, non satis habens si te lædat, & sanguinem effundat & te occidat, imo nec morte contentus, sed etiam in occisi corpus & nomen sæuiens, &c. sic explicat Iansenius. Vltimus gradus inimicitiarū est sanguinem effundere: sic docuit D. Hieronym. explicans de Christo Domino id Psal.58. v.2. *Et de viris sanguinum salua me. Per hos* (inquit) *inimicitiarum gradus* (primus est esse inimicos. secundus insurgere in proximum: tertius operari iniquitatem: vltimus effundere sanguinem) *vsque ad effusionem ascenditur sanguinis.* Et statim eos gradus accommodans inimicis Christi, subdit: *Inimici etenim fuerunt Iudæi Iesu Christo Domino nostro, cum ei inuidebant occultè insurrexerunt contra eum, cum præceptis eius obuiauerunt. Operarij iniquitatis effecti sunt, cum manus armauerunt ad in-*

Ad quid dirigūtur verba mollia & lacrymæ inimici simulati. *Iansenius.* *Gradus vltimus inimicitiarum qualis.* *D. Hieron. Psal.58.v.2.* *Iudæi esse debantur Christo Domino amici simulati, cum essent inimici.*

terfectionem. Viri sunt facti cruoris, cum sanguinem iusti super se, suosque filios futurū esse dixerunt. Hi enim Iudæi qui toties adulauerunt Christum Dominum accedentes ad eum maligne, vocantes eum Magistrū, & alia verba dulcia, & forte aliquando fingentes lacrymas, exemplum præbuerunt eorum, qui simulantes amicitias, & loquentes blande & dulciter, simulque lacrymantes, conantur amicos suos decipere, vt effundant eorum sanguinem.

Rursus hoc Confirmatur Prouerb.1. vers.10. vbi Salomon monet cauere ab eis: *Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, si dixerint: veni nobiscum, insidiemur sanguini, &c. ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt & festinant, vt effundant sanguinem.* LXX. *Ne te deceperint viri impij.* Hebr. *Si te alliciant.* D. Gregor. lib. 4. Mor. cap. 25. *Peccatores* (inquit) *lactant, cum perpetranda mala blandimentis ingenuit.* Fateor Salomonem hic detrahere homines à societate malorum, qui nihil intendunt nisi effundere sanguinem aliorum. Sed potest optime explicari de illis, qui lactant alios per verba adultoria, vt eorum effundant sanguinem. Lactare enim est blande se gerere erga aliquem, & verbis dulcibus allicere, vt decipiant, & tandem effundant sanguinem, Nam sicut parati sunt ad aliorum fundendum sanguinem, sic ad eripiendam vitam illius, quē lactant & decipiunt: *ne ambules cum eis*, id est, ne acquiescas verbis & monitis suis, ne in tuam pernitiem experiaris veritatem consilij mei.

Prou.1. v.10. *Cauendum ab inimicis simulatis amicis.* *D. Gregor.* *Lactare aliquem quid.*

70. Nicolaus de Lyra citat testimonium Ierem. 41.v.1. in huius rei confirmationem: *Venit Ismahel filius Nathaniæ filij Elisama de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Masphath, & comederunt ibi panes simul in Masphath: Surrexit autem Ismael filius Nathaniæ, & decem viri, qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filium Ahicam filij Sapham gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ, & viros bellatores percussit Ismahel*, &c. & vers.6. dicitur: *Egressus ergo in occursum eorum incedens, & plorans ibat*, &c. Vide quomodo excepit viros illos fraudulentos & impios officioso ac liberali hospitio Podolias: ipsi verò tempus captarunt opportunum insidiis, quale conuiuij est, in quo de armis ac vi rara cogitatio, rara suspicio; quod fecit etiam Machabæorum Tempore, Ptolomæus, qui Simonem cum duobus filiis in conuiuio peremit 1. Mach.16. Sic narrat historiam Joseph. lib.10. Antiq.c.11. *Venit in Masphath Ismahel comitatus amicis decem, dum se comiter poculis inuitant hospitem mero grauem & somnolentum aduertens, cum decem illis sociis adortus, nec difficile fuit cæteros conuiuas similiter affectos confodere. Quibus necatis adiuuante nocturno tempore per totum oppidum grassati sunt promiscuis cædibus tam in Iudæos, quam in Babylonios milites securos, & passim dormientes.* quo exemplo confirmatur nostra sententia. solet enim inimicus, sub specie amicitiæ fingere, non solùm verba, sed etiam lacrymas, vt securum amicum possit occidere, & effundere sanguinem, &c.

Lyra. Ierem.41. v.1. Exemplum falsæ amicitiæ. *Ptolomeus Simonem & filios in conuiuio fraudulenter peremit.* *Iosephus.*

Confirmatur hæc sententia ex 2.Reg.20. vbi dicitur Ioab nihil de Amosa curasse, ne verbo quidem illum offendisse, imo ne nominasse quidem, & tamen aliquando subdolus incautum & imparatum ficto amplexu osculoque vulneribus confecit. Rursus Absalon tacuit ad ignominiam sororis, incestum fratris alto sub pectore decoxit taciturnus. Erupit ergo, trucidatoque fratre paternam domum impleuit eiulatibus. 2. Reg.13. Tandem cum multa Christus Dominus perpessus esset nihil conquestus est, & tamen cum alapa percutitur à ministro Pontificis, respondit: *Si male locutus sum testimonium perhibe de malo; si autem bene cur me cædis?* Ioan.18. v.23. Cur ergo nunc tacuit? Respondeo, quia si Dominus tacuisset, aliquis forte suspicaretur silentio tam grauem tegi iniuriam, conceptāque animo iracundiam interim asseruari donec tandē oblata occasione vindictā expromereretur: solet enim taciturnus hostis quam loquax vt timeri prudētius, ita difficilius euitari.

Exempla amicorum simulatorum. *Ioa.18.v.23*

VERS. XVII.

Et si incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem.

Sensus.

71. ET si incurrerint, &c. Caue ab inimico simulato: quia si tibi aliquod infortuniū acciderit, inuenies eum illic ante te, vt scilicet cum simulatione doloris de tuo infortunio loqui incipiat, antequam ei tu illud referas, &c.

Notæ.

INuenies eum illic priorem. In originali additur. Τὸ, *te priorem te*, quod idem est, ac ante te, vt infra c.46. v.4. *Quis ante illum sic restitit?* vel *ita pugnabit?* in Greco vtroque loco, πρότερον σοῦ ἐκεῖ, *priorē te illic*, id est, loquetur prius, quam tu infortunium tuum enarres, simulans esse amicū, &c.

Illustratio.

ET si occurrerint tibi mala, &c. q. d. Si mala acciderint tibi, inuenies illum illic priorem te. In rebus aduersis amici ficti simulatique & occulti inimici declarantur. Lyra: Et si incurrerint tibi mala, in quibus possit tibi nocere, inuenies illum illic priorem, id est, peiorem, quia nulla pestis grauior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Hugo per mala intelligit aduersitatem vel hostium incursum. Inuenies illic priorem ad expugnandum & subuertendum te. Dionys. *Mala*, id est, aduersa inuenies, &c. ad gloriandum de tua aduersitate, vel ad augendum eamdem si poterit.

In rebus aduersis amici ficti & simulati inimici declarantur. *Lyra.* *Hugo.* *Dionys.*

Itaque hæc est conditio amici simulati, qui insidiatur omnibus modis sanguini proximi sui, vt paratus sit ad augendam aduersitatem amici. Si videt eum aliqua premi aduersitate vel calamitate, nō solùm non succurrit ei, sed potius adiuuat eos, qui eum persequuntur: nos dicimus prouerbium: *Todos alcaido.* Et diceremus in hoc casu: *le mete la lançça hasta el regaton.* Exemplum nobis proponit historia Euangelica in Juda proditore, qui verè inimicus simulatus erat Christi seruatoris magistri sui. Dum ipse Christus orabat ad Patrem postulans calicem mortis transire ab eo, machinabatur Iudas proditionem. Accedunt aduersarij eius ad comprehendendum illum, & cum videret eum prostratum & abiectum, non solùm ei non succurrit, sed potius factus est dux eorum, qui ad capiendum venerant. Quare ipse Christus per Dauid Psal. 54.v.13. quæritur: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos*, &c. q. d. Si inimicus manifestus mihi fecisset iniuriam substinuissem vtique, quia certum est inimicum quærere malum inferre, sed tu ô Iu-

Amicus simulatus insidiatur omnibus modis sanguini proximi. *Iudas inimicus erat simulatus Christi Domini.* *Psal 54.v.13*

Quare Christus de Iuda queritur.

ô Iuda qui vna mecum ambulabas tamquam discipulus meus, & ad mensam meam sedere permisi, vt mitteres mecum manum in eodem pararopside, Hieronymus, *qui simul habuimus dulce secretum*, quod proprium amicorum est.
D. Hieron. *Veniat mors super illos*, id est, super Iudam amicum simulatum, & imitatores eius. Sic accidit, vt vitam traderet suspensus, & viscera trepidando effunderet, vt sic pœnam traditionis lueret. quia sic immisericordem se prebuit, cum pressum ingenti calamitate Magistrum benefactorem suum videret, quare cauendus est inimicus, qui sub specie amicitiæ decipere conatur amicum suum.

VERS. XVIII.

In oculis suis lacrymatur inimicus, & quasi adiuuans suffodiet plantas suas.

Sensus.

72. IN *oculis*, &c. q. d. Hæc est inimici conditio, vt se præsentem exhibeat, oculis suis profundens lacrymas, vt simulet amorem, quo te prosequitur, & ad adiuuandum te præparatur sub specie auxilij, ipsemet tibi ad casum inclinato suffodiet plantas tuas. Hoc est, cadere faciet & deiiciet, &c.

Notæ.

PRima pars non solũ in originalibus Græcis, sed in Lyra, in Dionysio, Hugone, Palacio desideratur, addita est ab interprete Latino, qui iussu Clementis 8. Bibliam correxit. Sed optime adiecta, vt sententia integrum sensum accipiat. *Et quasi adiuuans.* Complut. adiiciunt, *homo* & quasi homo adiuuans, vel vt Drus. *tanquam auxiliaturus*, ὡς βοήθων, id est, mox adiuturus, vel tanquam auxiliator, nam participia quando absolute ponuntur, fere nominascunt. *Suffodiet plantas suas.* Drusius addit, *occulte*, verbum autem, ὑπαχάσει *suffodiet*, LXX. *subsecabit* legunt alludentes ad ascensionem ad aliquem locum. Vbi cum homo ascenderit, inimicus simulans se velle auxiliari subsecat, vel scalam, vel contignationem, vt ruat præcipitatus. Alij legerunt, ὑποσκάπτω, quod suffodere significat, sed aliud verbum in impressis omnibus & in editione Romana legitur, quod varie interpretantur. Quidam; *occulte cedet*, alij *subplantabit*, alij *eneruabit*. Est autem verbum compositum, χάζω, quod & χάω, & dicitur tundo, pertundo, scarifico, sculpo, aperio, seu incido quæ significata huius loci interpretationi seruiunt.

Illustratio.

73. *Doli inimici reconciliati quales.*
IN *oculis suis lacrimatur inimicus.* Persistit sapiens in eadem materia detegendo dolos amici reconciliati, vel potius inimici simulati, & iterum repetit prædictum stratagema effusionis lacrymarum, vt sub specie commiserationis decipiat amicum suum. Quid hæc astutia significet iam diximus supra, est enim instar draconis, qui simulat lacrymas, vt possit elephantem comprehendere, & eius sanguine satiari. Ad
Mich. 1. v. 8. quod allusit Mich. 1. v. 8. *Faciam planctum velut*
Ælianus. *draconum*, de quibus Ælianus lib. 6. cap. 20. Vatab. optime interpretatur dicens: *Solent enim*
Draconis planctus qualis. *dracones terrestres edere vocem maxime lugubrem.* Lugent autem & lacrymantur, sed dum elephantis sanguinem, quam propter fugiditatem omnium maxime exoptant bibunt, sic inimicus luget & vocem lugubrem edit vt decipiat inimicum, capiat eum, & bibat sanguinem illius.

Lyra. *Et quasi adiuuans suffodit plantas suas* Lyra, id est, fingens te adiuuare, machinabitur ad maiorem casum tuum.
Hugo. Hugo, id est, stipulatis tuis foueam fodit, vt corruas, vel sub specie amici corruere te faciet.
Dionys. Melius Dionys. id est, per modum adiuuantis, se applicans tibi funditus te destruere molietur, exempla proponit, quæ statim subiiciemus.
Iansen. Iansenius sequitur Dionysium.
Palacius. Tandem Palacius apponit exemplum: ascendisti in parietem, cæpit ille nutare: in eo periculo petis auxilium: adest, inimicus afferens ligonem, quo suffodias locum, cui pes tuus innitebatur, ac ita plantæ suæ firmamentum non inuenientes decidant.

Astutia inimici simulati qualis. Itaque cum alias astutias inimici proposuisset auctor, hanc offert non inauditam, scilicet fingere se adiuuare inimicum, cum illum videt in periculo casus positum, & tunc suffodere plantas suas, vt cadat & percutiatur, vel interficiatur. Nos cum aliquem audimus velle se suspendere, dicimus: *Yo te tirare de los pies*, id est, non solum funem non præcidam, ne suspensus moriaris; sed potius pedes suos intorquebo, vt breuius suffoceris, vbi videtur velle illi opem ferre, & non solum non succunit, sed potius suffodiendo plantas suas, illum suspendio necat. Sic adiuuat inimicus cum videt proximum in periculo casus. Hic comparatur leoni, qui hominem fugientem persequitur, & si in aliquam
Inimicus simulatus cõparatur leoni. arborem ascendit, vt ab eius furore liberetur, fodit radices arboris, vt illa decidat, & homo in terram labatur, in quem possit irruere. Sic aiebat Jeremias Thren. 3. vers. 10. *Vrsus insi-*
Thren. 3. v. 10. *dians factus est mihi leo in absconditis.* Leo enim eum quem persequitur postrat, vt occidat quod est suffodere plantas suas, vt corruat. Sic Dauid
Ps. 9. v. 29. Psalm. 9. vers. 29. 30. *Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.* Et Psalm. 16.
Ps. 16. v. 12. vers. 12. *Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam.* Addit Jerem. *Semitas meas subuertit.* & si verbum *subuertere*, sit cogere, vt quis à recta via diuertat. LXX. *Persecutus est recedentem*: causam ponens pro effectu: eo ipso enim quod fugientem persecutus comprehendit, vias subuertit. Sic explicat noster Delrius, vbi notat vias subuertit,
Delrius. vt comprehendat inimicus enim hoc vtitur stratagemate suffodiendo plantas, vt inimicum comprehendat & occidat.

Rursus Psalm. 61, vers. 4. ait vates regius: 74
Ps. 61. v. 4. *Quousque irruitis in hominem: interficitis vniuersi vos tanquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ?* ver-
D. Hieron. bum *irruere*, Legit Diuus Hieronymus *insidiari*. id est, ex insidiis me aggredimini? *Interficitis*, &c. Conquæritur Dauid & accusat suos inimicos, quod insidiose & cum fraudi-
Dauid accusat inimicos suos quod eius fraudibus agerent.
bus

bus aduersus eum egerint, deinde quia plures erant ij inimici & sanguinem ac cædem spectabant, tum eius, tum eorum, qui suæ partis erãt. Hominum, dicit: *Interficitis vniuersi vos.* Fere omnes, inquit, in meam cædem conspirastis, quod mirum est, tam multos mihi inimicos, subito extitisse, quos olim amicos credebam, cum à me nullo iure violati sitis, sed potius beneficijs maximis affecti. Inde declarat quomodo ex insidiis ac dolo secum agant. *Tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ*, septimo casu latine legendum erat q. d. Hæ vestræ sunt insidiæ, quod cum tegere ac munire videremini, tanquam ruinæ muri ac maceriæ in me & in meos irruistis: quos vt mures ac maceria cadẽs omnes opprimit, vna opera omnes obruere studuistis,
Theodoret. quæritur de Absalom & factione eius. B. Theodor. explicuit: *Verum tanquam murum inclinatum*
D. August. *& maceriem, quæ à vento lapsum timet, irruere & deiicere festinatis.* At D. August. to. 8. ait: *Instate, inopinate tanquã deiecturi* & post pauca: *Incũbite, impellite, Audite supra: susceptor meus non mouebor amplius: quia tanquam cumulus arenæ impulsus sum vt caderem, & Dominus suscepit me.*
Qui enim suffodit plantas instat, impellit vt deiiciat.
Ergo maceriam depellere & parietem inclinatum excindere, & euertere, idem est ac suffodere plantas nam in exemplo à Palacio adducto comprobatur, cum quis enim ascendit in maceriam vacillantem & ruinam minantem, vt ab inimico liberetur, existimat se securum esse, sed fallitur: nam inimicus suffodit maceriam vel parietem inclinatum, & cum non sit locus firmus cui nitatur, plantas suas suffodit, quia deturbat illum in terram, vt de eo vindictam possit sumere. Quare homo cauere debet ab inimico, qui sic insidiatur, & talibus vtitur astutiis, vt illum comprehendat, &c.
Maceriam depellere & suffodere plantas idẽ.

Tandem ait Dionys. de huiuscemodi prauissimis dolis multa leguntur in lib. Machab. 75.
Dionysius. quibus Antiochus decepit Iudæos, & hostes
Exẽpla prauorum hominum in lib. Mach. leguntur. parati erant capere Iudam. & Tryphon dolo occidit Antiochum adolescentem, & strenuissimum Ionatham circumuenit & interemit. Ptolomæus quoque filius Abobij prudentissimum Simonem eiusque filios interfecit, de quibus etiam dolis apud Danielem legitur. In quibus & Ioab artifex fuit & viros se meliores sceleratissime tulit de medio, per quod posuit maculam in gloria sua. Insuper talis fuit & impius ille Jsmahel (quod exemplum ponderauimus supra) de quo Jeremias narrat, quod ibat incedẽs & plorans, ac suo ploratu seduxit octoginta viros calamitate confectos occiditque eos. Hæc Cartus. Lege nostrum Sanchez. ad id Danielis
Sanchez. 11. v. 6. *& post finem annorum fœderabuntur* vbi citat
Dan. 11. v. 6. D. Hieron. qui hanc narrat tragædiam, tragædiã voco, quia illa fæderatio pacis, quæ facta est
D. Hieron. inter inimicos, scilicet inter regẽ Austriæ, & regẽ Aquilonis, finem miserrimum obtinuit, cum occisa fuisset Berenices, quam Antiochus matrimonio sibi copulauerat, quę cum prius pacem adduxisset, postea crudelissime interfecta per insidias & dolos, causa fuit vt nouis potius odiorum facibus excitatum sit quam extinctum imperium, lege D. Hieronymum ad hunc locum Danielis. Ergo hæc est amici simulati conditio vt insidiose suffodiat plantas inimici sui sub specie beneuolentiæ & amicitiæ.

VERS. XIX.

Caput suum mouebit, & plaudet manu, & multa susurrans commutabit vultum suum.

Sensus.

76. CAput suum, &c. q. d. Postquam inimicus suffoderit plantas tuas, & te occiderit, lætitiæ signa exhibebit, quibus ostendet fictum fuisse amorem, quo te simulate prosecutus fuerat. Nam præ ingenti lætitia caput suum mouebit, & manibus plaudet, quod desiderij sui compos factus sit. Et multa apud se garriens, quæ palam murmurare non auderet, commutabit faciem suam, lętam eam ostendendo, quam prius mærentem protulerat, &c.

Notæ.

CAput mouere, signum est lætitiæ & approbationis alicuius mali, notat enim caput qui lætanter approbat infortunium inimici. Idem signum est, *plaudere manibus.* Vulgatus imitatus complutenses ommittit pronomen, *suis*, quod addit Drusius: *manibus suis*; sed redundat, cum non sit necessariũ. *Susurrans.* Cõplut. διαψιθυρίσει *susurrabit.* Alij διαψιθυρίσει *garriet* & verbum, ψιθυρίζω est susurro, clam in aurem loquitur, de foliis proprie dicitur, quæ vento inter se collisa strident. Et ad susurrationem hominis trãsfertur, & non male garrire explicatur. Tandem *commutare vultum*, est ex tristi lætum ostentare. Sic explicat Palacius: commutabit vultum suũ, vt quem prius lacrymabundum ostenderat, nunc iam velut obtenta victoria contra te lætum ostendat, vide quæ dicemus infra cap. 13. v. 31. & cap. 25. v. 24.

Illustratio prima.

CAput suum mouebit, &c. Hæc sunt signa maleuoli atque inimici animi, qui rebus alte- 77.
Signa maleuoli atque inimici animi qualia. rius secundis occultatus, in aduersis tandem inclusum odium protulit. Molestiæ ac voluptates amicitiarum atque inimicitiarum sunt indices, sed contraria ratione: amici gratulantur in prosperis rebus amicorum, & cum dolore consolatur in aduersis inimici contra inimicorum fælicitatem moleste ferunt, eorum vero miserias maxima lætitia prosecuntur. Lyra expli-
Lyra. cat: *caput suum mouebit* post casum deridendo, *& plaudet manibus* manifeste gaudendo, *commutabit vultum suum* ab amicitia prius ficta ad inimicitiam manifestam. Hugo: *caput suum mouebit* in-
Hugo. sultando tibi cum cecideris, *& plaudet manu*, vel plaudebit, gaudendo de casu, *& multa susurrans* id est occulte detrahendo tibi, commutabit, id est, vultum simulati amici mutabit in vultum aperti inimici. Dionysius: *caput suum mouebit* te in
Dionys. tua aduersitate deridendo, *& plaudet manu* de tuo lapsu gaudendo, & ferociter te inspiciet. Iraque *vultum commutabit*, id est, apparatum & dispositionem suæ faciei alterabit à signis

 amicitiæ

Ianſenius. Palacius. amicitiæ ad inimicitiæ ſigna. ſic Ianſen. & Palac.

Actio prima hominis inſultantis eſt caput mouere. *Caput ſuum mouebit.* Hæc eſt inſultantis hominis actio prima, nam caput tanquã Princeps membrorum in homine oſtendit ſigna vel mœroris vel lætitiæ, vel indignationis, & aliarum humanarum paſſionum, demittere caput ſignum eſt

Iob 32. v. 6. reuerentiæ, vt Iob 32. v. 6. *Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores, idcirco demiſſo capite veritus ſum vobis indicare meam ſententiam.* Mouere caput, aliquando denotat conſolationem præbere, vt

Iob 16. v. 5. Iob 16. v. 5. *Conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum.* In ſignum commiſerationis: item mouere caput eſt collætari, & oſtendere lætitiam cordis; vt Iob 42. v. 11. *Comederunt cum eo panem in domo eius* (fratres & ſorores) *& mouerunt ſuper eum caput, & conſolati ſunt eam, &c.* Rurſus Nahum. 3. v. 7. *Vaſtata eſt Niniue: quis commouebit ſuper te caput? vnde quæram conſolationem tibi?* vt Homerus illi. 17.

Moto capite in ſuo locutus eſt animo.

Monere caput ſignum admirantis & condolentis. Tandem ſignum eſt admirantis calamitatem & condolentis, vt Ierem. 18. v. 16. *Omnis qui tranſierit per eam, obſtupeſcet, & mouebit caput ſuum.* Sed hoc loco magis irridentis & inſultantis eſt, vt ſtatim probabimus. Itaque inimicus cum videt proximum ſuum in aliqua calamitate & infortunio iacentem, mouet caput ſuum, in ſignum lætitiæ irridendo & inſultando.

Pſal. 21. v. 8. *Inſultationes Iudæorum aduerſus Chriſtum Dominum.* Hoc primum probatur ex eo Pſalm. 21. v. 8. vbi Chriſtus Dominus per os Prophetæ: *Omnes* (inquit) *Videntes me, deriſerunt me: locuti ſunt labiis, & mouerunt caput.* q. d. Neque ſolum exprobrauerunt mihi, & contempſerunt me, ſed quod acerbius eſt, & ad iniuriam grauius, etiam deriſerunt ac ſubſannauerunt, adhibito inſuper oris aut corporis geſtu. Laxauerunt & aperuerunt labia, effuſa quam intemperantia & licentia maledicendi atque contemnendi: ſunt enim labia quaſi clauſtra quædã linguæ, quibus apertis illa ſoluitur, & in omnem maledicendi licentiam dimittitur. Motione præterea capitis irriſionem ſignificarunt; B. Theodor. explicat *Et hæc in ſacris Euangeliis poſita ſunt: multi enim* (inquit) *mouentes capita dicebant: Alios ſaluos fecit, ſe ipſum ſaluum facere non poteſt. Et alter latronum dicebat: ſi tu es filius Dei, ſaluum fac temetipſum & nos.*

Motio capitis irriſionem ſignificat. Theodor.

Pſ. 82. v. 3. *Extoliere caput quid.* Theodor. Secundum, Pſal. 82. v. 3. *Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput.* Optime B. Theodoretus: *Inſtar* (inquit) *maris reſonant & fluctuant, qui propter inimicitias, quas contra te exercent, bellum nobis intulerunt. Nam tecum inimicitias gerentes, populum tibi commendatum obtinent.* Rurſus

4. Reg. 19. v. 21. 4. Reg. 19. v. 21. *Spreuit te, & ſubſannauit te, Virgo filia Sion: poſt tergum tuum caput mouit, filia Ieruſalem.* quæ motio capitis irriſionem & ſubſannationem ſignificat. ſicut & Thren. 2. v. 15. *Sibilauerunt, & mouerunt caput ſuum omnes tranſeuntes per viam.* Sicut etiam Matt. 27. v. 39. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicentes: Vah! qui deſtruit templum Dei, &c.* In quibus locis & aliis mouere caput ſignificare conſtat irriſionem, & ſubſannationem, quare ait Eccleſiaſticus, inimicum videntem proximum ſuum in aliquam calamitatẽ incidiſſe, per irriſionem & ſubſannationem caput mouere, vt oſtendat odium in animo conceptum.

Thren. 2. v. 15. Matth. 27. v. 39.

Illuſtratio ſecunda.

78. ET *plaudet manu.* Hæc etiam manuum complosſio denotat irriſionem & ſubſannationem inimici; ſic dicitur Thren. 2. verſ. 15. cum agit Ieremias de Ieruſalem deſtructa per Chaldæos: *Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam.* Plauſerunt manibus quaſi approbantes diuinam vindictam, & inſultantes calamitati tuæ. Ad quod alluſit Nahum. 3. v. 19. cum ait: *Omnes, qui audierunt auditionem tuam compreſſerunt manum ſuper te.* LXX. *Plaudent manus ſuper te.* Vbi ait D. Hieronym. tom. 3. *Omnes qui audierunt nuntium tuum* (ſic transferunt LXX.) *plaudent manibus ſuper te, cum cœperis ſupplicia ſuſtinere: omnes qui audierunt nuntium, conſono crepitu & vocali, vt ita dicam, operum ſono atque concentu inſultabunt tibi, atque gaudebunt.* id eſt, omnes de ruina & vaſtitate gaudebunt, & præ gaudio manibus plaudent. Tandem Ezech. 21. v. 17. *Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam.* cum

Plaudere manu ſignificat irriſionem & inſultationem inimici. Thren. 2. v. 15. Nahum 3. c. 19. D. Hieron. Ezech. 21. v. 17.

ſit varia manuum multiplexque complosſio, qua modo ſtupor & dolor, modo admiratio atque offenſio, modo iubilus & voluptas oſtendatur: hic ſine dubio affectus ille ſignificatur, qui in victoribus eſſe ſolet; qui exultant vehementer cum hoſte vel occiſo, vel ad ſeruitutem adducto ad prædam inuolant ſecuri. Ait ergo Deus, ſibi vbi ſtratis hoſtibus indignationem ſuam expleuerit, plaudendum eſſe manibus: quia ipſe ductor eſt exercitus Babylonici, cui cum aliis communis eſt triumphus, & commune gaudium. Itaque inimicus præ exultatione cum viderit inimicum preſſum calamitate, non ſolùm *caput ſuum mouebit*, ſed etiam *plaudet manu.* id eſt, irridebit, & ſubſannabit, exultabitque in eius calamitate.

Aliã ſignificatio plaudendi manibus.

Et multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum. Carthuſ. hanc commutationem explicat de ferocitate vultus, ferociter, inquit, te inſpiciens, & probat ex eo Geneſ. 31. v. 5. vbi dixit Iacob vxoribus ſuis: *Video faciem patris veſtri, quod non eſt erga me, ſicut heri & nudius tertius.* Ex quo probat mutare vultum eſſe à ſignis amicitiæ ad ſigna inimicitiæ: ſic Lyra, Ianſen. & Palacius. *Suſurrans* Græcis eſt, in aures aliorum inſuſurrans ſcilicet ſecreto, de caſu tuo gaudens, de eo aliis loquitur. Commutabit vero vultum, vt quem prius lacrymabundum oſtenderat, nuntiam velut obtenta contra te victoria, lætum oſtendat. Alij explicant de diſtortione labiorum exercendo linguam; vt cum Iudæi Chriſto, non ſolùm mouebant caput, ſed vt Iuſtinus in Typho. *Labia* (inquit) *diſtorquebant, & narium inflexionibus inter ſe certantes, loquebantur irridentes.* Sed quomodocumque ſit, hæc ſigna ſunt inimici irridentis & ſubſannantis, qui in calamitate proximi omnia lætitiæ ſigna oſtentare conatur.

Dionyſ. *Commutare vultum ferocitatem indicat.* Gen. 31. v. 5. Ianſen. Lyra. Palac. D. Iuſtinus

Tandem *ſuſurrare*, maledicere eſt, ac iactare probra, bene coniungitur cum motione capitis, & complosſione manuum: nam qui ſubſannant, non ſolùm id vultu oſtendunt, ſed ore. Vt in Chriſtum Dominum mouẽtes capita dicebant: *Vah! qui deſtruit templum Dei, & in tribus diebus reædificas illud.* Matth. 27. verſ. 40. Rurſus *ſuſurrare* proprie eſt demiſſa voce murmurare ad irriſionem alterius, ſic dicitur Pſal. 21. v. 8. *Omnes videntes me deriſerunt me locuti ſunt labiis, & mouerunt caput.* D. Hieronym. *Demittunt labium.* De eo, qui ſic murmurat, nos dicimus: *Rezar entre dientes*, de hoc genere irriſionis vide D. Hieron. ep. 119. tom. 1. vbi ſic ait: *Si autem amici mei & hunc ſubſannauerint, dicite eis, quod nemo eos compellat vt ſcribant. Sed vereor ne illud eis eueniat, quod Græcè ſignificantius*

79. *Suſurrare eſt maledicere ac iactare probra.* Matth. 27. v. 40. Pſal. 21. v. 8. D. Hieron. *Suſurrare pro murmurare ad irriſionem alterius.*

tantius dicitur: φαγολοιδόρει, *quod eſt manducantes ſannas.* Et quia ingens dolor eſt irrideri & ſubſannari: ideò in extrema vindicta dicet Dominus Prouerb. 1. v. 26. *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo*, &c. Pſal. 2. v. 4. *Qui habitat in cælis irridebit eos: & Dominus ſubſannabit illos.* Vide etiam Pſal. 58. v. 9. Quare ſi inimicus reconciliatus tantam inferat ſtragem in animum ſuum; quid mirum ſi tot ſententiis Eccleſiaſticus noſter moneat cauere ab illo, vt à ſuis inſidiis & dolis liberemur.

Prou. 1. v. 26. Pſal. 2. v. 4.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

1. QVI tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. 2. Pondus ſuper ſe tollet, qui honeſtiori ſe communicat. Et ditiori te ne ſocius fueris. 3. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim ſe colliſerint, confringetur. 4. Diues iniuſtè egit, & fremet: pauper autem læſus tacebit. 5. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris derelinquet te. 6. Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te. 7. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus eſt tibi. 8. Et confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouiſſimo deridebit te: & poſteà videns derelinquet te, & caput ſuum mouebit ad te. 9. Humiliare Deo, & expecta manus eius. 10. Attende ne ſeductus in ſtultitiam humilieris. 11. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. 12. Aduocatus à potentiore diſcede: ex hoc enim magis te aduocabit. 13. Ne improbus ſis, ne impingaris: & ne longè ſis ab eo, ne eas in obliuionem. 14. Ne retineas ex æquo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius. ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. 15. Immitis animus illius conſeruabit verba tua: & non parcet de malitia, & de vinculis. 16. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum ſubuerſione tua ambulas. 17. Audiens verò illa quaſi in ſomnis vide, & vigilabis. 18. Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in ſalute tua. 19. Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic & omnis homo proximum ſibi. 20. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homus ſimili ſui ſociabitur. 21. Si communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto. 22. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? aut

quæ pars diuiti ad pauperem? 23. Venatio leonis, onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes. 24. Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper. 25. Dives commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cùm ceciderit, expelletur & à notis. 26. Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerunt illum. 27. Humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensatè, & non est datus ei locus. 28. Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. 29. Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum. 30. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. & nequissima paupertas in ore impij. 31. Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona, siue in mala. 32. Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficilè inuenies, & cum labore.

Capitis XIII. Argumentum.

IN hoc Capite XIII. *agit Ecclesiasticus quam periculosa sint consortia cum superbo, & cum diuite, & cum potentiore. Exhortaturque ad diligendum Deum & proximum; docet etiam diuitibus cum pauperibus non conuenire: nam in plurimum pauper ab omnibus despicitur, & dives honoratur.*

VERS. I.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo induet superbiam.

Sensus.

1. *QVi tetigerit*, &c. q. d. Postquàm tibi monita dedi de vitandis dolosis, nunc alia trado tibi de vitandis superbis, ne consortium & familiaritatem cum superbo contrahas, ne à tua humilitate abducaris. Sicut enim qui picem tangit, & manibus tractat, mox ab ea inhærente inquinatur, & contaminatur; sic qui necessitudinem & consortium cum superbo constituit, induet superbiam, id est, particeps erit superbiæ eius, & illam facile contrahet: qua contracta, sicut pix & adhæret facile, & adhærendo contaminat, hominemque dedecorat: sic superbia illi, qui cum superbo communicat, &c.

Notæ.

DOcuerat Ecclesiasticus in capite præcedenti cauendum à consortio dolosi, benefaciendum non peccatori, sed Iusto: fugiendum etiam à familiaritate inimici reconciliati. In hoc capite exhortatur ad cauendum etiam à consortio superborum, diuitum magnatum, & quorumuis inæqualium. In primis monet fugere consortium superbi proponens comparationem picis vt diximus in sensu LXX. omittunt in primo hemistichio Τὸ; *in ea*; sed optime additum est à vulgato, & cæteris originalibus. Hoc adagium lege in nostro Delrio to. 2. Adag. 392.

Illustratio prima.

QVi tetigerit picem inquinabitur ab illa. Significat consuetudinem malorum contagiosam esse, maxime superborum, quorum magnitudo & splendor homines natura sua κενοδόξους inanis gloriæ appetentes, à molestia, humilitateque abducit. Rabanus, licet de consortio hæreticorum vitando explicet hanc sententiam. At generaliter (inquit) dicendum est, quia sicut peruersi viri, peruersos proximos non debent fugere; quia illos sæpe ad rectitudinem trahunt, & ipsi ad peruersitatem numquam trahuntur. Ita infirmi quique societatem debent declinare prauorum, ne mala, quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, etiam delectent imitari. Lyra comparationem picis, eo quòd sit magnæ adhærentiæ, explicat optimè conuenire superbo; quia homines sunt proni ad appetitum indebitum propriè excellentiæ, in quo confidit superbia: propter quod de facili adhæret homini. Hugo, quia macula vel malus odor remanet in manu etiam electa pice; sic in eo qui communicat cum superbo, &c. Ita Dionys. & Palacius. Ita-

Prava & periculosa consortia fugienda.

Plinius. Pix natura.

Vitium superbiæ instar picis contaminat.

2. Cor. 15. v. 33.

Cum quis superbo visco inescatur, vix ab illo liberari potest.

2. Consuetudo malorum contagiosa est.

Rabanus.

Lyra.

Hugo. Dionys. Palacius.

commertia vel colloquia debemus fugere, ne contaminemur. Quare dixit D. Gregor. lib. 1. in Ezech. hom. 9. *Vnum vero est, pro quo vitari societas debet malorum, ne si fortasse corrigi non valent, ad imitationem trahant. Et cum ipsi à sua malitia non mutantur, eos qui sibi coniuncti fuerint peruertant. Vnde Paulus ait corrumpunt*, &c. Optima est illa Theognis sententia. D. Gregor. Theognes.

. . . . . *nec te coniungito prauis.*
Sed coniuge bonis, & ab his bona plurima disces.
Cum prauis viuens, tu quoque prauus eris.

Psal. 25. v. 4. Iactat se Regius Vates cum iniquis commertium minimè iniisse; ait enim. *Et cum iniqua gerentibus non introibo.* q. d. nullo modo communicabo cum prauis hominibus, qui prauo suo exemplo me ad peccandum prouocant; nos dicimus, *entrar à la parte*. Ipsi enim effrænatè viuunt, & ad iniqua agenda alliciunt me, non vincar, sed vincam fugiens ipsorum consortium & societatem. Optime D. Chrysost. tom. 1. hom. in Psal. 4. *Iam vero* (inquit) *Prouerbia multa de ea re verba faciunt, dicentia, & suadentia, omnibus non solùm declinare, sed etiam resilire ab iis, qui mala consulunt, & non cum illis versari. Si enim quæ sunt naturalia sæpe mutant naturam ex mala consuetudine, quàto magis quæ sunt arbitraria, & nostræ voluntatis? Color enim & sanitas ineſt nobis natura, sed ea nonnumquam corrumpuntur ex alio habitu contrario, &c. Ne parum damni afferre existimemus malorum consuetudinem: sed ante omnia eos, qui tales sunt vitemus*, &c. Et tom. 2. hom. in cap. 18. Matth. explicans id: *Væ homini illi per quem scandalum venit*, ait: *Nihil enim æque pernitiosum est & noxium, ac prauorum hominum consuetudo ipsa atque conuictus.* Et to. 3. in cap. 9. Joan. hom. 56. explicans id: *Si oculus tuus scandalizat te*, &c. docet. *Quod si membrum male coniunctum abscindendum est, nonne longe magis praui amici? Nam si membrum insanabile, metu ne reliqua corrumpat, incidimus, non quod illud negligamus, sed vt seruemus cætera: quanto magis in his, qui male nobis coniuncti sunt, ita faciendum?* Vide D. Aug. tom. 10. hom. 49, ex quinquaginta cap. 5. Psal. 25. v. 4. *Praui homines suo exemplo prouocant ad peccandum.* D. Chrys. *Non versandum cum iis qui male consulunt.* Mat. 18. v. 7 *Nihil pernitiosius quam consuetudo prauorum hominum.* Matt. 18. v. 9 D. Auguſt.

S. Ephræm. Syrus tom. 2. adhor. 2. incipit. *Attendendum à consilio prauorum.* Et inter alia subdit: *Loquuntur humilia, dulciterque respondent, vt à modestia auellentes, sibi obsequentes in peccata deturbent.* Et paulò pòst: *quapropter ab iis tibi caue carissime, ne mollibus suis verbis comburant te.* Vbi eius commentator aduertit: Attendendum atque cauendum docet à concilio & conuersatione deprauatorum, ac mente corruptorum: cuiusmodi esse solent, qui virtute exciderunt, & laxiori, ac dissoluti ori se vitæ dederunt, quorum hic improbos mores, dolos, laqueos, consuetudinesque periculosas describit, vt quiuis ab illo hominum genere sibi cauere discat. Vide ipsum Ephræm tom. 2. de virtute cap. 8. *Deuita consuetudinem hominum nihil fidele loquentium, nam instar sagittarum sermones ipsorum corda vulnerant.* Et affert exemplum leprosorum qui deuitandi erant. Vide lib. Attende tibi, cap. 4. & cap. 8. & de humilitate cap. 77. D. Ephrem. *A consilio prauorum attendendum.*

Illustratio secunda.

4. *QVi tetigerit picem*, &c. comparatio picis aduersus eos, qui eam tetigerint aptissime conuenit iis, qui cum superbis communicat, quemadmodum enim qui tangit picem inquinatur ab ea, sic qui consortium init cum superbo induit superbiam; sed quid superbia cum pice *Quare superbia comparatur pici.*

3. Psalm. 17. vers. 27. Peruersum hominis ingressus contaminat bonos mores.

D. Ambros.

Ita infirmi quique societatem debent declinare prauorum, ne mala, quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, etiam delectent imitari.

2. Cor. 15. v. 33. Colloquia prana bonos mores corrumpunt.

D. Hieron.

Vates Regius Psalm. 17. v. 27. ait: *Cum peruerso peruerteris.* quem locum licet sæpius inculcauimus, non erit abs re illum repetere ad huius sententiæ illustrationem confirmandam. q. d. tantam vim habet peruersitas hominis impij ad contaminandos bonorum mores, vt statim ac vidi te cum illis consortium habere, affirmauit te induisse prauitatem suam & superbiam. picis enim in morem vis cum superbiæ contraxisti, & inquinatus es ab ea. Audi D. Ambros. tom. 1. in cap. 8. Exodi ad Tsineum. cum prius dixisset: *Et si Dives regalibus diuitiis affluat, & superbus auro suam iactet potentiam.* Subdit statim: *Fugienda est igitur talium societas, etiamsi aliqua generis copulentur necessitudine. Noxia sunt enim conuersationes eum insipientibus, & inficium sobriam mentem, ac dealorant: quia sicut adhærens sancto sanctus eris, ita cum peruerso peruertaberis. frequenter enim accidit, vt quis contra propositum suum, intemperantem audiens, cum velit eis contraria disciplinæ, & tetera, fuco insipientiæ colorare, mentisque contraria sibi sint & repugnantes, disciplinæ signa insolentia.*

Rursus Paulus Apostol. 1. Cor. 15. v. 33. vt diximus, hos probat ex versu Menandri, vt placet D. Hieronymo iam per ipsum sanctificatum; *Corrumpunt mores bonos colloquia prava*, id est, commertia; nam talia verba per aures admissa ingerunt in corde, & illud inquinant: nam fugant ex corde virtutem, & vitij labem inferunt. quæ

pice? fateor comparationem afferri ad declarandam contagionem superbię similem contagioni picis; sed inquiro quare picis potius quam alterius rei hic comparationem commemorat ad significandam superbiam? Ad respondendum debeo in memoriam reuocare picis, originem, quam superius retulimus, & addere picē ex sententia Plinij lib. 28. cap. 1. & Dioscoridis è pino manere Diosc. lib. 1. cap. 78. *Pix liquida* (inquit) *quam alij conum vocant è pinguißimis pini, piscesq; lignis congregatur.* & Plinius vt supra. *Hoc in syria cedrum vocatur.* Ergo cum hæc resina promanet, ex pino & cedro cum in his arboribus superbi significentur, *Vidi impium* (dixit Dauid Psalm. 36. vers. 31.) *superexaltatum & eleuatum, sicut cedros libani.* & Psal. 28. vers. 5. affirmat Deum eos confringere: *vox Domini confringentis cedros.* sicut per cedros primi superbi significantur, Dæmones scilicet sic dixit Hieronym. Lauret. Ceruariensis Monachus Benedictinus, verbo *cedrus.* cedri etiā dicuntur superbi ex sentētia D. Basilij explicantis id Psal. 28. *Vox Domini confringentis cedros. Sicut enim* (inquit) *in magnifica anima fit vox Domini, sic etiam temere inflatos superbia tumidosq; ob ea, quæ in hac vita sublimia altaue existimantur, vt sunt gloria, imperium, elegans corporis forma, vires, ac robur confringere Deus dicitur. Cedri enim sunt permentis elationem ac factum.* (Sic etiam D. Gregorius lib. 32. mor. cap. 12. *Aliquando autem prauorum rigida elatio designatur*) cedri itaque ait Lauret. dicuntur superbi infrugiferi, & inflexibiles, ac ipsa eorum durities & cedri libani sunt altitudine terrena elati: ac etiam ipsi Dæmones; quas omnes cedros confringit vox diuina, cedros autem quæ sunt Dæmones eiecit Deus de paradiso & collocauit pro eis homines. Ergo sicut Pix, quæ viscosa est, promanat ex cedro sic superbia ex Dęmonibus, qui cedri cœlestis libani appellabātur. *Sunt enim cedri* (inquit D. August. in Psalm. 79.) *Significantes superbos.* Igitur si in pice, quæ inquinat eam tangentes superbia designatur, optime Ecclesiasticus proponit comparationem picis ad significandam superborum contagionem. Exemplū huius cōparationis proponitur nobis in primis parentibus. Hi enim alieni à superbia creati sunt, & huius contagionis expertes, cum ex humili materia limo scilicet plasmati ex manibus Dei euaserint, & tamen quia cedrum libani, quæ picem superbiæ generauit, tetigerunt, inquinati sunt; & statim propriæ excellentiæ appetitum ambierunt, decepti eo verbo: *eritis sicut Dij.* Genes. 3. vers. 5. Existimaruntque eos posse hanc oblatam à dæmone dignitatem & honorem adipisci, eos tanquam cedros picem superbiæ generantes, *comminuit tanquam vitulos libani.* Psalm. 28, eiiciendo illos de horto deliciarum, vbi erant procreati. Quod ipsum fecerat ipse Deus cum primis cedris, quæ in cælesti libano picem superbiæ procreauerūt: eiecit enim eos de cælo ne pice superbiæ alios cedros huius expertes vitij contaminarent, & inficerent. Sicut dixit D. Ambros. tom. 5. lib. 10. epist. 84. *Hæc superbia à diabolo sumpsit exordium, qui quoniam sua (quam à creatore acceperat) potentia & dignitate sibi placuit, seque authoris sui gloriæ comparauit, cum iis Angelis, quos in consensum impietatis suæ traxerat à cœlesti sublimitate deiectus est.* Et tandem idem faciet cum omnibus illis, qui picem superbiæ tāgentes ex aliis cedris promanantem, inquinati euaserint: deiiciet enim illos Deus in profundum baratri, vbi pænas superbiæ in æternum luent, &c. Sic dixit D. Gregor. lib. 6. Mor. cap. 4. exponens id Job. 5. *Longe fiant filij eius à salute: Filij quippe huius stulti sunt, qui in ambitione huius sæculi, ex eius imitatione nascuntur, qui profecto tanto à salute longius fiant, quanto in perpetratione nequitiæ nulla infirmitate feriuntur.*

Margin: Plinius. Dioscor. Picis origo qualis. — Psal. 36. v. 31. — Ps. 28. v. 5. — Hieron. Lauret. Superbi quare vocantur cedri. — D. Basil. — D. Greg. Dæmones vocantur cedri. — Sicut Pix promanat è cedro, sic superbia ex dæmonibus. — D. August. — Vnde primis parentibus aduenit superbia. — Gen. 3. v. 5. — Ps. 28. v. 6. — D. Ambros. Superbia à diabolo sumpsit exordiū. — D. Greg. Iob. 5. v. 4.

5. Sed pende tandem verbum, *induet superbiam.* Complutenses & LXX. *aßimilabitur ei, vel similis erit ei.* Itaque induere superbiam erit assimulari, vel esse similem superbo q. d. consuetudo cum superbis contagiosa est, & mox superbiam inducit, atq; homini adhęret quod per eam cōsuetudinem homines natura sua inanis glorię appetētes à modestia humilitateque mox abducātur, ac superbiam contrahant. Sic explicat Jansenius. Ergo cum videmus aliquem frequenter cum aliquo communicare, vt explicemus eum mores amici imbibisse dicimus, *Se ha vestido de su color.* Sic qui cum superbo vel iracundo familiariter communicat induit certe, vel superbiam, vel iracundiam suam, vt Rebecca, quæ volebat vt filius carissimus Iacob susciperet benedictionē Patris Jsaac, ait scriptura Genes. 27. vers. 15. *Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.* Quibus vestimentis indutus Iacob simulabat esse Esau, ita vt quicumque eum sic indutum aspiceret, iudicaret non esse Jacob, sed Esau quia iam assimulabatur ei. Sic etiam superbia vestimentum est quo indutus ille, qui cū superbo communicat iam non ipse qui ante, sed similis superbo, cum quo communicauit euadit, ita dixit vates regius Psalm. 108. vers. 18. *Et induit maledictionem sicut vestimentum: & intrauit sicut aqua in interiora sua, & sicut oleum in oßibus suis.* comparat maledictionem diuinam vestimento, quod totum corpus vndique tegit, & quia vestimentum non intrat ad viscera, comparat etiā aquæ, quæ hominem demersum in mari, non solum exterius abluit, sed etiam intrat ad stomachum, & ad omnia interna corporis humani, & quoniam aqua non penetrat ossa, addit comparationem olei, quod subtilissimum est, quod non solum carnes, sed ipsa etiam ossa peruadit. Sic diuina maledictio replebit malis corpus & omnia eius membra, replebit animam, & vsque ad vltima intelligentiæ & voluntatis penetrabit. Sic Theodoret. & D. August. eodem modo qui cum superbo communicat, induit tanquam maledictionem superbiam, cum non solum corpus sed etiam animā, & omnia interiora eius peruadat, & qui eum aspiciunt existimant personam representare superbi quia tāquā pice indutus inquinatus euadit: dixit enim Claudianus,

Inquinat egregios adiuncta superbia mores.

6. Tandem in Græco non est, *induet superbiam,* sed *similis erit ei,* quia verbum originale ὁμοιος idem est quod similis par, equus maxime imitans; nihil euarians, æmulus, similitudinem præ se ferens, respondens; quæ omnia explicat vulgatus verbo *induet* nam qui cum superbo init amicitiam, & cum eo communicat familiaretur maxime imitator est eius, & tanquam æmulus superbiam discit, & nihil euarians est, sed similitudinem eius, cuius familiaritatem contrahit, præ se ferens, respōdet moribus eius. Jn eodem sensu dixit Salomon Prouerb. 13. vers. 20. *Amicus stultorum similis efficietur* LXX. *cognoscetur:* quod respondet nostro Prouerb: *dime con quien andas, ydirete*

Margin: Cōsuetudo & superbis contagiosa. — Iansen. — Verbum induere quid. — Gen. 27. v. 15. — Superbia indumentum superbi. — Psal. 108. v. 18. — Diuina maledictio replet malis corpus & animam. — Theodor. D. August. — Claudian. — Qui cum superbo init amicitiam imitator eius. — Prou. 13. v. 20.

direte quien eres, id est, quis sis cognosceris nam cum similitudo sit in moribus, qui cum superbis graditur, similis eis efficietur, & cognoscetur. Non improprie dixit D. Bernard. de Passio. Dom. cap. 19. de radice lilij: *Ita vt proprie character diaboli dicatur superbia.* Character est signum, insigne, forma, vel figura. Ergo cum dicatur superbia figura vel forma diaboli, quicūque induit superbiam, hunc caracterem recipit, quo assimulatur diabolo, qui primus superbiam ex suo ingenio prompsit. Vnde optime Ecclesiasticus secundum originalium translationem docet; *& communicans superbo similis erit,* vel assimilabitur ei. Quare fugienda est societas superborum, ne similes eis efficiamur. Nam dixit D. Ioan. Chrysost. tom. 5. hom. quod nemo læditur nisi à se ipso. *Pauperes vero cum cupiunt diuitibus exæquari* (id est assimulari) *insanabilem rabiem patiuntur, insaniunt, furiunt, & idem morbus diuersos singulis generat labores.* Quid plura?

Margin: D. Bernard. — Superbia character diaboli est. — Fugienda societas superborum. — D. Chrys.

VERS. II.

Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat, & ditiori te ne socius fueris.

Sensus.

7. Pondus super se tollet, &c. q. d. Quia aliqui se fælices esse existimant, si necessitudinem & familiaritatem cum potētioribus & ditioribus se contraxerint. Suadeo tibi ne hoc pondus & grauamen tibi imponas, nam qui cum potentiore se & cum ditiore communicat, & cum illis amicitiam iungit, onus graue sibi imponit, & vltro assumit, & sicut qui manibus tractat picem ab ea coinquinatur & cōtaminatur. Sic qui societatem & amicitiam contrahit cum honestioribus se, inquinatur, quia seipsum grauat & teniores & infirmiores à ditioribus & potentioribus grauari solent, &c.

Notæ.

Vlgatus per affirmationem loquitur, & asserit: ingens pondus super se tollere, qui honestiori se communicat, & ditiori socius est, sed originalia Græca transferunt verbo consulendo. *Ne tollas, &c.* Sed eundem sensum cum vulgato efficiunt, Tygur. & Drus. addunt: *supra vires tuas.* υπερ σε Sic complutenses, quod idem est, ac *supra te,* id est, grauius quam ferre potes. Qui enim aliquid aggreditur, etiam atque etiam videre debet quid ferre recusent, quid valeant humeri. Sic dico, suo quisque se pede metiri debet, ne plus oneris sibi imponere, quam sustinere possit. *Tollat* in Græco: *μὴ ἄρῃς, ne tollas,* quædam exemplaria addunt: *in vita tua.* Sic cōplut. ἐν ζωῇ σου quod per se intelligitur, vt non sit necesse illud adiicere optime sententia explicatur sine hac particula.

Illustratio prima.

8. Pondus super se tollit qui honestiori se communicat. Hoc est, nullum vsum & consuetudinē habeas, idē est quod alij eruditi homines monent, vt quisque suo pede metiatur, neque sibi plus oneris imponat, quam sustinere ac ferre possit: vt intra fortunam quisque suam maneat, ac in sua conditione acquiescat. Temeritas facit vt homines vires suas non metiantur; ambitio vero vt conditionis suæ obliti cum superioribus coniungantur, cum quibus in dispari fortuna & potentia, nullum firmum fidelemque consensum habere possunt. Rabanus: Hæc similiter iuxta moralitatem nos instruunt, vt semper humilia sectemur, & quæ superba sunt penitus fugiamus. Lyra, quia semper vult habere melius pro se, & alius non potest bene resistere. Hugo, Pondus culpę vel penæ super se tollit, qui ditiori se communicat, se parificando vel consentiendo vel imitando eum. Dionys. id est, se ipsum grauat, vel ad difficilia se adstringit, &c.

Jtaque salutarem & vtilem doctrinam proponit Ecclesiasticus aduersus multorum opinionem qui secundam arridentemque assequi fortunam existimant, si in diuitum & magnatum familiaritatem, amicitiamque recipiantur, multaque se commoda assequituros si familiariter cum illis communicent. Hinc est quod dicat D. Petrus Apostol. cap. 5. vers. 5. epist. 1. *Omnes autem inuicem humilitatem insinuate: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Fateor hic Apostolum monere ordinem subiectionis, vt alij aliis subiiciantur, vt inferiores superioribus. Sed certe cum in generali hæc verba contemplor, inuenio confirmationem sententiæ nostræ nam verbum *Insinuare,* idem est, ac in sinu habere, & vt Erasmus notat, q. d. *humilitatem vobis infixam habeto, vel arcte seu nodis illigatam tenete.* Alij, *intra sinum vestrum fouete.* Syriace. *Induti,* quæ omnia haud obscure indicant, debere omnes suam propriam humilitatem agnoscere, vt non inuideant diuitum & superiorum fælicitati, volentes extra spheram suam incedere, vt per communicationem & familiaritatem diuitum & potentiorum, illorum prosperitatem & felicitatem obtinere. Vnusquisque vero suam humilitatem intra sinum foueat, & infixam habeat, teneatque illigatam quasi nodis, ne extra terminos suæ conditionis & sortis egrediatur, familiaritatem diuitum appetendo, vt fœlicitatem quam molitur assequi, ambire caret. Quia si ex cōmunicatione superbi superbia induitur & ex eius familiaritate superbus euadat, pro certo habeat se à Deo puniendum, quia ipse superbis resistit, cum humilibus det gratiam. Hæc autem resistentia & oppugnatio facienda est; non armis corporalibus sed spiritualibus, sic dixit D. Chrysost. tom. 1. hom. 3. de verbis Jsaiæ. *Non dixit Deus superbos dimittit suoque nudat auxilio, sed aduersatur, inquit; non quod instructa acie aut pugna Deo sit opus aduersus superbum. Quid enim esse possit superbo infirmius? Quod si etiam validus, ac potens esset superbus, nihil opus esset Deo exercitu aduersus illum: quandoquidem & voluntas illi sufficiebat ad inuertenda omnia, multo magis sufficeret ad tollendos illos, cur igitur resistit? Quo vehemens odium declaret erga superbum:* Ergo si hoc vehemens odium declarat Deus erga superbum, qui ob appetitum fælicitatis propriæ ex communicatione diuitum & potentiorum, quibus sæpe superbia inest, hanc, quam vocant fælicitatem assequantur, ingens super se pondus tollere videntur, quod sustinere non valebunt

Margin: Vnusquisque suo pede metiatur. — Rabanus. — Lyra. — Hugo. — Dionysius. — Cum peccatoribus & diuitibus non contrahenda amicitia. — 1. Pet. 5. v. 5. — Insinuare quid. — Vnusquisque suā humilitatem intra sinum foueat. — Resistentia superbiæ armis spiritualibus facienda. — D. Chrys. — Qui superbiam super se tollit, ingens pondus tollit.

valebunt. Quod maius? quam Deum contra ſuperbos declarare iuſtum odium? quare ait Eccleſiaſticus. *Pondus ſuper ſe tollet, &c.*

9. Ergo ait Sirach: *Pondus ſuper ſe tollet.* Tygur. *Ne ſuſcipias onus ſupra vires tuas.* quod pondus, aut onus ſupra vires ſuas tollit, qui honeſtiori ſe cõmunicat? vocat honeſtiorem illum, qui ob diuitias ſuas honorari ſolet. Sic dixit D. Thom. 2. 2. quæſt. 141. art. 3. ad. 2. *Vocantur enim diuitiæ nomine honeſtatis ſecundum opinionem multorum, qui diuitias honorant, vel in quantum ordinantur organice ad actus virtutum.* Vnde ſequitur quod loquatur Eccleſiaſticus cum paupere, qui hunc diuitiarum honorem non eſt aſſequutus. Pondus ergo ſupra ſe tollit, qui vt hunc ipſum honorem aſſequatur, communicat cum diuitibus, hoc eſt, ſcilicet ſe ad immoderatos ſumptus faciendos ſe obſtringi. Quia *vbi multæ ſunt opes, multi, & qui comedunt eas.* dixit Salomon Eccleſ. 5. v. 10. Diuites enim qui hanc diuitiarum honeſtatem poſſidẽt, dant operam, vt plures miniſtros habeant, qui opes deuorent congregatas. Exemplo Salomonis, cuius deſcribitur infinita familia & quotidianus eius victus, & aliorum diuitum, qui vt ſuam honeſtatem oſtentent, in ſuam familiaritatem & ſeruitium tot paraſitos, hiſtriones, amicos, parentes, hoſpites, nec non miniſtros ſuſcipiunt, qui bona ſua obligurire, & fortunas ſuas exhaurire, & diſſipare, contendunt. Pondus ergo quod ſupra vires ſuas. Pauper ſuſcipit cum honeſtiori ſe communicat, vt ſuam vanam oſtentationẽ imitetur, hoc eſt, nempe obſtringi ſe ad immoderatos ſumptus faciendos, quibus ipſe exhauriatur, & dedecore affectus non ſolum ſuam propriam dignitatem offendat ſed etiam ſumma ignominia notatus penitus diſperdatur & ignominioſe deſperet. Cum autem honeſtiori ſe communicat, forte diuitem fieri ſtudet. De quo Paul. 1. Timot. 6. v. 9. inquit. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.* Notat cõmunicare honeſtiori, nihil aliud eſſe, quam velle fieri diuitem; vt vanam ſuam oſtentationem in vulgus edant? Quod grauius pondus, quam incidere in tentationem & in laqueum diaboli, & in deſideria, quæ illum mergant in interitum & perditionem? Sic Theodoret. *Qui autem à pauperibus quidem natus diuitias tamen appetit, & ad eas parandas nullam non viam init, peccati laqueis implicabitur, fluctibuſque agitatus, & naufragium paſſus, vitam finiet*: inde eſt quod dicat Eccleſiaſticus. *Pondus ſuper ſe tollet, qui honeſtiori ſe communicat & ditiori te ne ſocius fueris.* Socius enim diuitum ingens pondus ſuper ſe imponit, quia tanquam morum ſuorum imitator in multa crimina dilabetur, & tandem ſocius eius perditionis erit, vide quæ diximus cap. 9. v. 18.

Qui honeſtiori ſe communicat ingens pondus ſuper ſe tollit. D. Thom. Eccleſ. 5. v. 10. *Vbi multæ ſunt opes multi & qui comedũt eas.* *Pauper qui cum diuite communicat pondus ſuper ſe tollat.* 1. Tim. 6. v. 9. *Qui honeſtiori communicat vult fieri diues.* Theodor.

VERS. III.

Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim ſe colliſerint confringetur.

Senſus.

10. Quid communicabit, &c. q. d. vt docearis, te cum potentioribus coniungere, & ſociare non conuenire, audi cum olla teſtacea cum cacabo æneo ſociatur quam vtilitatem poterit olla cacabo communicare? nullam, ſed maximum detrimentum ab eo recipere: nam ſi inter ſe colliſerint, olla confringetur. Sic ſi conſortium cum potente & ditiore inieris inſtar olleæ teſtaceę contereris, &c.

Notæ.

IN originali mutatur quodadmodo ſentẽtia, ſed non ſenſus, nam ait: *quid communicabit olla ad cacabum?* At vulgatus è contrario quærit: *Quid communicabit cacabus ad ollam?* Quæ poſitio verborum melius comparationem exprimit. Nam communicatio propria eſt illius, qui maiorem poteſtatem habet, lebes enim, ſeu cacabus, ſeu ahenus fortior eſt olla teſtacea, hic non poteſt communicare ollæ niſi detrimẽtum quia ſi colliſerint olla, quæ infirmior eſt, læditur, nam confringetur. Sicut ſi impingat pauper cum diuite vel potentiore ſe, nullam vtilitatem, ſed potius ingens detrimentum recipit, ſcilicet confractionem ſui, &c. Druſius legit *ipſa allidetur,* id eſt, offendet ad lebetem, ſiue ahenum, & conteretur. Hanc cenſet Druſ. eſſe veram interpretationem à qua aberrat, qui vertit: *Hic impinget,* nam ad lebetem refert, cum ſit, αὐτή, in textu Græco. quod eſt pronomen fæmineum. λέβης autem in eadem lingua nomen maſculinum eſt, quod ſignificat lebetem, ollam, cacabum, & pro olla eſt, χύτρα quod eſt olla teſtacea.

Illuſtratio prima.

11. Quid communicabit, &c. in Græco legitur: *olla cum lebete. Quid commune habere poterit? hic impinget, illa vero conquaſſabitur.* Hac ergo ſimilitudine explanat id quod paulo ante monuit, ac oſtendit, periculoſam eſſe coniunctionem ac communionem, quam inferior cum ſuperiore aut dignitate aut diuitiis potentiaque appetit. Nam quod reſpondit ſapiens cuidam conſulenti, ac quærenti, quam vxorem duceret? parem æqualemque ducendam eſſe id latius patet in omni vitæ ſocietate ac ratione, in qua alius cum alio aliquid vult agere aut cõtrahere. Quemadmodum enim accidit, vt mulier viro potentior ac locupletior contra ordinem naturæ imperium in coniugio occupet: ita ſuperior inferiorem in negotio circumſcribit atque opprimit. Ita Siracides hoc loco ac ſequentibus proponit iniquas conditiones, quibus in vita tenuiores ac inferiores aduerſus diuites ac potentes laborare ſolent. Hugo explicat. *Quid communicabit,* &c. q. d. non eſt conueniens eorum coniunctio. *Confringetur* olla quia fictilis eſt & fragilis à cacabo æneo & forti. Sic pauper à diuite opprimitur, & conteritur, Sic Dionyſ. & addit, q. d. Sic non eſt communio apta inter fortes & debiles, hoc eſt, inter potẽtes & decliues. inter locupletes & pauperes. Societas itaque apte contrahitur inter perſonas non multum diſſimiles in opulentia gradu, ſtatu, ac ordine.

Noſter diſertiſſimus Delrius tom. 2, Adag. adag. 395. agnoſcit adagium in hoc verſu, in quo docetur, noxiam eſſe ſocietatem ſeu coniunctionem pauperum & diuitum, ſicut enim olla

Periculoſa coniunctio cum diuitibus. *Proponuntur conditiones quibus pauperes laborare ſolent.* Hugo. Dionyſ. Delrius. *Pauperum & diuitum coniunctio noxia.*

teſtacea ſi iungatur cum lebete æneo, nullum emolumentum recipit, ſed potius detrimentum maximũ cum inter ſe collidunt: ſic tenuiores & pauperes cum iunguntur diuitibus & potentioribus, vt inter ſe collidant, pauperes confringuntur, quod nos dicimus in noſtro Hiſpano: *Saler Con las manos en la calaza.* quia victi & proſtrati euadunt, & potentiores & diuites typho inflati victores, & imprudentes: quare hæc pauperum & diuitum communicatio periculoſa eſt, & fugienda procul. Ianſenius affert æſopicam fabulam de duabus ollis, altera lutea, ærea altera: quarum vtramque cum vis fluminis tuliſſet: luteæ colluſionem metuenti reſpondit ærea, ne quid timeat, ſeſe enim ne collidantur ſatis curaturam. Tum altera, ſeu mea, inquit, tecum, ſeu te meum flumen colliſerit cum meo vtrumque fiet periculo, quare certũ eſt à me ſeparari: citat Delrius Aurenum ex Æſopo fab. 11. *cripiens geminas,* &c. affert etiã Alciati emblema 165. qui incipit: *Raptabat torrens ollas,* &c. quæ omnia in id tendunt, vt doceant, comunicationem pauperum, & diuitum periculoſam eſſe & noxiam quod confirmauit Ouid. lib. 3. Triſt. eleg. 4. cum ait:

Nam quamquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes
Non proſunt; potius plurimum obeſſe ſolent.

Quod nos dicimus cum aliquorũ ingenium ſeu naturam ſingularem diuulgare volumus. *Fulano es bueno para amigo, pero es malo para enemigo.* hoc verum eſt in diuitibus & potentioribus, quos ſuperbiæ vitium inuadere ſolet, cum enim alicui porrigit manum, ſtudium nauat in eius fauorẽ: cum autem animo incitatur propter leuem aliquem errorẽ, ita ſcandeſcit & furit, vt eum perſequatur vſque ad internetionem; pauper enim inſtar olleæ teſtaceæ confringitur ab eius furore æneo: quare pauper obſeruare debet, ne cum potentioribus colludat, quia tanquam olla à cacabo frangetur, & in minutiſſimas partes diſſiliet; ſic Palacius explicat: ita ſi contingat diſcordia inter maiorem & minorem, hic non ille lædet; vide illuſtrationem huius verſiculi ſupra cap. 9. v. 18.

12. Cacabus propriè eſt vas æneum in quo pulmentiarũ coquimus, ſic Plin. lib. 23. cap. 6. *Sucuis in cacabo nouo coquitur mellis craſſitudine.* De hoc inſtrumento fit mentio 1. Reg. 2 v. 14. vbi peccatũ filiorum Heli prædicatur, hi enim, *mittebat eam* (fuſcinulam) *in lebetem, ſiue in caldariam, ſiue in cacabum,* &c. vbi diuerſa culinorum inſtrumenta cõmemorantur, non enim ſunt ſynonima eiuſdem vaſis, ſed diuerſa nomina diuerſorum, materia aut figura, aut capacitate, aut etiam vſu differentia. Materia quidẽ alia nempe ænea, alia fictilia, vt hoc loco ſumitur: *quid communicabit cacabus ad ollam?* aut, *olla ad lebetem,* vbi innuitur olla fictilis, ſeu lutea, lebis vero fuſilis ſeu ęreus, quod ex colliſione cum hoc, illa comminuatur; & ſignificatur periculoſa ſocietas pauperis cum diuite: (vt diximus) quod ab hoc ille vexetur: cacabi etiam fit mẽtio 2. Paral. 35. v. 13. *Et aſſauerunt Phaſe ſuper ignem, iuxta quod in lege ſcriptum eſt: pacificas vero hoſtias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis,* &c. Itaque cacabus eſt inſtrumentum æreum, quo carnes & alia coqui ſolent: differt ab olla, quod cacabus æqualem habeat ventrem ori, ollæ verò anguſtius eſt os quam venter. Olla ergo genus eſt vaſis deſeruiens etiam ad coquendas carnes: & ſi diſtinguatur à cacabo, vel lebete, vt diximus: non ſolùm in figura, ſed etiam in materia, vt Eccleſiaſticus diſtinguit: cacabum vocat æneum, & ollam teſtaceam vel luteam.

Ianſen. *Fabula de duabus ollis vna lutea, alia ærea.* *Delrius.* *Ouid.* *Prouerbium hiſpanum.* *Palacius.* *Cacabus vas æneum in quo pulmentaria coquuntur* Plinius. 1. Reg. 2. v. 14. *Olla fictilis, lebes fuſilis & æreus.* 2. Paral. 35. verſ. 13. *Cacabus & olla differunt in materia.*

Rurſus, per cacabum auctor intelligit diuites, potentes, ſuperbos, & alios ſimiles, qui omnes ænei ſunt; ſeu alienum, quod eſt vas, in quo aqua calefit, vulgo. *el caldero:* ſic nominatur, quia ingenium habent æneum, & minime flexibiles ſunt, ſed animi duritię & acerbitate pleni ſunt, & per conſequens iracundi prouocantes rixas, & lites in his, qui cum illis communicant. Salamon comparat reges cum leonibus, quos diuites & potentiores imitantur. Prou. 20. v. 2. *Sicut rugitus leonis, ita & terror regis, qui prouocat eum, peccat in animam ſuam.* in eo ſiſtit comparatio, ſcilicet ſicut leo neſcit iram & ferocitatem cohibere erga ea animalia, quæ ipſi communicant: ita difficile eſt reges & diuites vel potentiores ſuam iracundiam moderari, quare qui ipſis adhærent, difficilè poſſunt euadere periculum. Dixit D. Ambroſ. in Apol. poſt. pro Dauid, cap. 3. *Facilius reperies qui in amore ſe cohibeat, quam qui in poteſtate moderetur. Lubrica enim in bonis moribus licentia poteſtatis, & oblatio facultatis. Non enim diſtat ira regis ab ira leonis, & qui ſtimulat illum, & admiſcetur, peccat in animam ſuam.* Pende verbum *admiſcetur,* quod idem eſt, ac communicat, & qui potentioribus communicat, peccat in animam ſuam, id eſt, in periculo ſuæ perditionis verſatur. Vnde Dauid gloriabatur ſe ſuperbis diuitibus minimè adheſiſſe, cum aiebat Pſ. 130. v. 1. *Domine non eſt exaltatum cor meũ, neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus ſuper me.* q. d. non ingeſſi amicitiam ſuperborum diuitum, limina eorum minime frequentaui, nec in eorum domos, me recepi, quia ſi hoc egiſſem, non difficile cor meũ in tumorem ſuperbiæ conuerteretur, & arrogantiæ fluctibus agitaretur. Hoc ſolum argumentum humilitatis meæ adduco, me in amicitiam eorum minime inſinuaſſe. Nemo enim arrogantiam, cæteraque vitia fugere poterit eorum, quibus adhæret, ſicut dixit D. Chryſoſtom. *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me: quid eſt in magnis? in hominibus inquit, tumidis, diuitibus, arrogantibus, vidiſtis quanta ſit humilitas? Non ſolùm erat ipſe à morbo alienus, ſed eos etiam, qui erant tumidi fugiebat & à talibus reſiliebat caſibus propter magnum, quod in arrogantiam conceperat odium.*

Diuites in cacabis ſignificati. Prou. 20. v. 2. *Diuites & potentiores leonibus aſſimilantur.* D. Ambroſ. *Qui admiſcetur diuitibus, peccat in animam ſuam.* Pſal. 130. v. 1. *Nemo vitia fugere poſſet eorum quibus adhæret.* D. Chryſoſ.

Inſuper dixit Vates Regius Pſal. 145. v. 3. *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.* vbi Bellarm. videt propheta multos retardare ab itinere ad ſalutem, quia mirantur præfecturas humanas, principatus, & regna, quaſi poſſint qui ea poſſident beatos facere quos volunt, & miſeratus cœcitatem ipſorum exclamat. *Nolite,* &c. exiſtimant enim poſſe per eorum communicationem & familiaritatem ſalutem obtinere, & falluntur, cum neque ipſi ſaluantur, neque alios ſaluos facere, quia filij hominum ſunt fallentes ſemetipſos, & alios; quare nolite in eis confidere inhiantes ipſorum communicationi & familiaritati; ſic dixit D. Chryſoſt. *Non eſt fidendum principi: ſunt enim ſummopere lubrici, & periculoſi huiuſmodi principatus, & ſi nullus ei caſus accidat, eſt ad iram procliuis, & poteſtate ingratitudinis crimini, & beneficiorum obliuioni obiicitur, vt rationem non redditurus eorũ, quæ accipit ab initio; pende eſt ad iram procliuis;* in quo aſſimilatur cacabo, qui ſi ollæ colliſerit eam confringit. 13.

Pſ. 145. v. 3. *Non fidendum in principibus.* Bellarm. D. Chryſ. *Principes ſummopere lubrici.*

Psal 98. v. 4. fringit. Tandem Dauid Psal. 98. verſ. 4. dixit: *& honor regis Iudicium diligit.* Fateor hic loqui Prophetam de reuerentia diuini nominis, quia terribile & ſanctum eſt, & honor regis, &c. q. d. quoniam dignitas, & auctoritas regis id propriè requirit, vt rex Iudicium diligat, hoc eſt, amore iuſtitiæ rectè iudicet, non timore, aut neceſſitate aliqua vel paſſione coactus; ſed in communi loquendum verum eſt, auctoritatem regiam Judicium diligere, ſed aliquando præceps amor regem abſtrahit à Iudicio: ſic dixit D. Bernard. ſerm. 9. in Cant. *Nec ignoro, quod honor regis iudicium diligit, ſed præceps amor nec iudicium præſtolatur; nec conſilio temperatur, nec pudore frænatur, nec rationi ſubiicitur.* Hoc proprium eſt eorum, qui cacabum æneum imitantur, cum præcipites feruntur inuentum amoris ſui: tunc enim confringunt pauperes, qui illis communicant eorum familiaritate inhiantes.

Aliquando præceps amor regem abſtrahit à iudicio. Bernard.

Illuſtratio ſecunda.

14\. Ergo cum per *ollam*, quia lutea & fragilis eſt, ſignificentur pauperes & debiles, qui facile franguntur, vaſa enim ſunt fictilia, quia fortitudine diuitiarum deſtituti degunt, non mirum dicat Eccleſiaſticus: *quando enim ſe colligerint confringetur.* Vbi commemorat iniurias, quibus incurruntur pauperes à diuitibus cum inter ſe collidunt. Prou. 22. v. 22. Monet Salomon vt nemo pauperi noceat, cum ait: *Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt, nec conteras egenum in porta, quia Iudicabit Dominus cauſam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius.* Id, *quia pauper eſt.* Explicat Lyra, quia non poteſt ſe defendere. Ergo ait Sapiens, noli eſſe ſicut cacabus æneus quia fortitudine diuitiarum communitus es, vt pauperes, qui teſtacei ſunt inſtar ollæ, quæ facilè ex colliſione leuetis frangitur: noli inquam eis violentiam facere, id eſt, iniuriam, *quia pauper eſt*, id eſt, quia olla eſt, quæ defendere ſe non valet contra violentiam diuitis, qui cacabus æneus eſt. *Neque conteras egenum in porta.* Verum eſt agere Salomonem de Iudicibus, qui olim in portis ciuitatis ſententias dicebant, & iudicio res litium decernebant. Vide Roſinum lib. 9. Antiq. Roman. in Paralipom. vbi ait: *Iudicia exercebantur in baſilicis, templis, particibus, & præterea in ſubdialibus locis.* Et probat ex Valer. Max. & aliis, & admonet Sapiens Rex Judices, quia potentes ſunt pauperes & egenos non conterere. Nota verbum *conterere*, quod proprium eſt eorum, qui diuitiis & potentia confiſi damnum inferre conantur iis, qui egeſtate & paupertate laborant, & idem eſt quod confringere. Ergo cum hi Judices potentes, qui tanquam cacabi cum pauperibus collidunt, iniuriam inferunt, conterunt, confringunt, conſumunt, præcipuè *in porta* in iudicio, cum ius dicunt. Noli, inquit, pauperem, in iudicio confringere, & conterere. *Quia Iudicabit Dominus cauſam eius*, id eſt, vindicabit (vt explicat Lyra) cauſam iniuſtè tractatam, id eſt, puniet Deus Iudices potentes, confringens eos. & conterens, vt dixit Dauid Pſal. 2. v. 9. *& tamquam vas figuli confringes eos.* q. d. potentes & diuites, qui erga pauperes tanquam cacabi ferrei, ſe gerebant, eos ferrea poteſtate veluti ollas luteas conterentes, erunt veluti vaſa figuli in conſpectu Dei, & à potentia ſua facile confringentur & conterentur. Vide Job 5. v. 15.

Per ollam luteam ſignificantur pauperes. Prou. 22. v. 22. Lyra. *Noxia communicatio diuitum & pauperum.* *Iudices olim in portis ciuitatis ius dicebant.* Roſinus. *Iudices ſicut cacabi iniuriam inferunt pauperibus vt ollis.* Lyra. Pſal. 2. v. 9.

D. Ambroſ. lib. de Nabutthe tom. 1. cap. 1. incipit. *Nabuthe hiſtoria tempore vetus eſt vſu quotidiana. Quis oppulentiſſimorum non exturbare contendit à gallulo ſuo pauperem, atque inopem auiti ruris eliminare finibus*, &c. *Non vnus Nabutthe pauper, occiſus eſt, quotidie Nabutthe ſtremitus, quotidie pauper occiditur.* Occiditur quotidie pauper, vel verbis iniurioſis, vel oppreſſione diuitum, qui conantur de medio tollere, &c. Confirmat hoc D. Chryſoſtom. tom. 5. hom. quod nemo læditur niſi à ſe ipſo: *Quotidie enim* (inquit) *videmus lædi quam plurimos, & affligi, & opprimi cum omni iniuria: humiles & infirmos à potentibus & fortibus, & pauperiores à ditioribus inuadi: & ſicut non eſt poſſibile numerare fluctus maris, ita nec hi, qui affliguntur, & iniuriam patiuntur poſſunt numero comprehendi, quibus neque legis vllæ ſubueniunt, nec iudicium metus*, &c. Tandem Origen. tom. 1. hom. 2. in Pſal. 36. *vt deiiciant inopem & pauperem, ſciunt* (inquit) *peccatores quia non poſſunt deiicere diuitem, propterea neque inſidias ei tendunt, ſed omnes eorum inſidia aduerſum pauperem diriguntur, ſicut & alibi dicitur, quia inſidiatur ſicut leo in cubili ſuo, inſidiatur vt rapiat pauperem*, &c.

D. Ambroſ. *Opulentiæ turbare conantur pauperes.* D. Chryſ. *Humiles & pauperes à potentioribus inuaduntur.* Origen.

15\. Demum hanc comparationem probat Delrius ex illa fabella Gabrielis Faërni, vbi introducit ollam vnam æneam, alteram fictilem, & cum ambæ in aquarum impetu natarent, ænea poſtulauit ab alia, vt ſibi deſponderet.

Fabella explicata in confirmationem ſententiæ. Delrius.

Cui fictilis: Tua, ait, mihi vicinitas
Non admodum placet ſoror.
Nam ſiue te mihi vnda, ſiue me tibi
Prope ad natantem alliſerit,
Vt ſoſpitem te dura præſtabit cutis,
Fragilem meam ſic conteret.
Sic potentiorum ſemper eſt vicinitas vitandæ tenuioribus.

Sicut enim vicinitas ollæ teſtaceæ ad cacabum detrimentoſa eſt, nam cum inter ſe collidunt, olla confringitur: ſic pauper à diuite. Et ratio eſt, quam reddit Saluianus Maſſil. Epiſcop. lib. 5. de Gubernat. Dei: *Ac per hoc* (inquit) *infeliciſſimi pauperes ſic ſunt quaſi inter concertantes procellas in medio mari poſiti: nunc iſtorum ſcilicet, nunc illorum fluctibus obruuntur.* Sunt enim diuites quaſi fluctus maris, & pauperes quaſi vndas obruunt, & diſperdunt. Quare pauperes, & imbecilli debent ſe à communicatione diuitum abſtrahere, ne confringantur ab eis, ſicut ollæ teſtaceæ, collidẽtes cum cacabis æneis ab eis confringuntur.

Pauper vt olla confringitur à diuite vt cacabo. Saluianus.

Illuſtratio tertia.

16\. Qvid communicabit, &c. Tandem non contemnandam reputo Palacij explicationem moralem, quæ ſic eſt. Deo igitur noſtro ſit gratia & gloria ſumma, qui nos vult ſibi eſſe familiares, nec confringitur olla; ſed potius æneus leues, nõ enim in cruce noſtra fragilitas, ſed Chriſtus fortitudo patris fractus eſt; ſic ille, vbi duo innuit in hac explicatione morali, quæ nobis illuſtrãda ſunt. Primum, Eccleſiaſticũ non excludere omnem cum potẽtioribus & diuitibus familiaritatem: agit enim de familiaritate diuitũ huius ſeculi, quæ periculoſa eſt, nam quicũque cum illis amicitiam cõtrahit, damnum propriũ experitur in ſe; excipit autẽ illam familiaritatẽ & amicitiã, quam vir iuſtus cum Deo init: nam licet Deus ſit potẽtiſſimus, & nos fragiles, & lutei, ex eius communicatione minime, frãgimur, ſed potius munimur & firmamur ſecundo, adeò Deus charos nos ſibi fecit, vt potius ipſe in cruce fractus oſtendatur, vt vincula amoris, & charitatis erga homines non diſſoluantur, ſed indiſſoluta remaneant.

Palacius. *Deus vult nos ſibi eſſe familiares.* *Familiaritas diuitum huius ſeculi periculoſa eſt.*

Circa primum de familiaritate gratia Deum, vel Chriſtum Dominum, lege Epiſtolas D. Pauli, in quibus iactat ſe Apoſtolus, ſe ſeruum & amicum eſſe Dei, & Ieſu Chriſti; vide Gal. 2. v. 17. vbi ait: *Chriſto confixus ſum cruci: viuo autem, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus.* q. d. ego per baptiſmum cum Chriſto crucifixus (tunc enim inij cum eo familiaritatem & amicitiam) atque à peccato & veteri vitæ ceremoniis, ac legi, vti iam dixi, mortuus ſum, indeque quaſi ab arbori veteri refectus ſum, vt arbori nouæ crucis Chriſti, nouus quaſi ramus inferar, ab eaque vitam & ſuccum gratiæ ſugam; ita vt, non tam ego, quam viuat per familiaritatem & amicitiam in me Chriſtus. Cuius communicatio ita mihi vtiliſſima eſt, vt nihil aliud deſiderem, quam ſuam amicitiam, qua effectus amicus dicatur, quod de vera amicitia dici ſolet. *Amicus alter ego.* & Chriſtus alter ego, & ego alter Chriſtus, quia per hanc vnionem amoris viuo; ſed non ego, ſed viuit in me Chriſtus.

Paulus iactat ſe eſſe ſeruum Ieſu Chriſti. Gal. 2. v. 17. *Viuere Chriſtum in iuſto quid.*

17\. Rurſus, Abraham Dei ſeruus inuenit gratiam coram oculis Dei, ita vt amicus eius appelletur Iac. 2. v. 25. *Et amicus Dei appellatus eſt.* Quare amicus? quia ſeruauit verè amicitiæ conditiones, vna & præcipua eſt idem velle & nolle cum amico ſuo; ſic eleganter D. Aug. tom. 10. ſerm. 1. Dom. 5. poſt epiphan. *Et amicus Dei* (inquit) *appellatus eſt. Amicos, vt nouimus, coniunctio animorum facit, vnde quidam ſapiens* (Cicero ſcilicet de amicit.) *huius mundi ait: idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt. Ergo amicus, vt nouimus, coniunctio animorum facit. quemadmodum iſte ſanctus animum coniunxerit Deo, vt eius amicus appellaretur: vultis noſſe? ſicut enim Deus Pater vnico filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: ita & iſte vnico filio non pepercit, ſed iubente vt immolaretur ei, qui dederat eum, deuoto corde obtulit eum.* Pende conditionem veræ amicitiæ: ſcilicet, *idem velle & nolle*, & *coniunctio animorum facit amicos.* Abraham & quilibet iuſtus ita Deum amore proſequitur, vt idem velit & nolit cum Deo vel Chriſto. Exequitus enim in omnibus voluntatem diuinam, & quia Deus odio habet peccatum, iuſtus idem etiam deteſtatur, vt nolit quod Deus non vult, &c.

Abraham appellatus eſt Dei ſeruus & amicus. Iacob. 2. v. 25. D. Auguſt. *Conditio veræ amicitiæ.*

Aliud exemplum inuenitur Exod. 33. verſ. 11. vbi agens Scriptura de familiaritate Moyſis cum Deo, ait: *Loquebatur autem Dominus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum*, Chald. *Verbum ad verbum.* LXX. *præſens præſenti, facialis faciali.* Fateor veriſimile eſſe Angelum hunc ſpecie corporea & humana apparuiſſe Moyſi, & cum eo locutum eſſe: quem tamen Moyſes agnoſcens non hominem eſſe, ſed Angelum Dei vices gerentem, ſumma humilitate & reuerentia audiuit, eique reſpondit. Sed nihilominus ſi vim verborum pendimus, non erit incongruum credere ipſum Dominum apparuiſſe Moyſi in humana forma, & ei locutum fuiſſe quaſi amico, facie ad faciem: nos dicimus: *dire lo à boca.* Nullum autem expreſſius amicitiæ ſignum, quam loqui facie ad faciem: inde eſt, quod Moyſes aliquando poſtulauit à Domino: *oſtende mihi faciem tuam, quia inuenerat gratiam in oculis ſuis*, Exod. 33. v. 15. erat enim amicus Dei, vel famulus Dei, qui ſummam cum eo iniit gratiam, & ſicut ille qui apud regem gratia valet, facie ad faciem cum eo loquitur: ſic Moyſes, vel quiuis iuſtus, qui Deo gratus eſt. Magna enim dignitas eſt, eſſe famulum vel amicum Dei; eleganter D. Hieronym. tom. 3. in Pſalm. 133. *Ecce nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini:* hanc magnificat dignitatem, aiens: *Putamus parum eſſe quod dicitur: ego ſeruus Domini ſum? ſumma virtus eſt hoc mereri. Quomodo? quaſi dignitatem vendicat qui dicit: ego ſeruus imperatoris ſum, & nemo audet accedere ad ſeruum imperatoris; ſic infinita dignitas ſe dicere eſſe ſeruum Domini. Vnde & Apoſtolus de ſeruitute Domini gloriatur, & ſcribit in principio epiſtolarum, Paulus ſeruus Chriſti: & de Moyſe dicitur: & non ſicut Moyſes famulus meus, cui locutus ſum facie ad faciem.*

Exod. 33. v. 11. *Dei & Moyſis familiaritas qualis.* *Expreſſum amicitiæ ſignum loqui facie ad faciem.* Exod. 33. v. 15. D. Hieron. *Seruum eſſe Domini magna dignitas eſt.*

18\. Tandem Joan. 15. v. 14. 15. Dixit Chriſtus Dominus diſcipulis ſuis: *Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius. vos autem dixi amicos: quæ omnia quæcumque audiui à Patre meo nota feci vobis.* Ecce quomodo Chriſtus vocat Apoſtolos amicos ſuos, & cum ordo veræ amicitiæ ſit nihil habere occultum erga amicum, ſed omnia arcana cordis reuelare: ideo vt Chriſtus oſtenderet ſe verè amicum eſſe, adiicit rationem, *quia omnia*, &c. Tò, *omnia*, non ſignificat abſolutè omnia reuelaſſe, cum dixiſſet Chriſtus, Ioan. 16. v. 12. *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* ſed idem eſt, vt placet noſtro Maldonat. ac dicere, nota faci, id eſt nota facere decreui: quemadmodum paulo ante, *ſeruus neſcit quid faciet Dominus eius.* Id eſt, quid facere decreuerit. Huc pertinet illud quod ex Seneca epiſt. 3. tritum eſt. *Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus ſit. cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte; tam audacter cum illo loquere quam tecum. Tu quidem ita viue, vt nihil committas niſi quod committere etiam inimico poſſis. Sed quia interueniunt quædam, quæ conſuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas miſce*, &c. Cum verò Chriſtus hanc verè amicitiæ legem ſeruauerit, non dubitat vocare amicos eos, quibus arcana cordis ſui libenter reuelauit. Ex quibus conſtat hanc cum Chriſto Domino familiaritatem & communicationem Siracidem non excluſiſſe. Nam licet potentiſſimus ipſe ſit, & nos fragiles & lutei, non ſolùm non frangimur ex eius familiaritate, ſed potius firmamur & munimur in amore ſuo, & poſſumus audacter ſui communicationem ambire, & procurare, vt in eius amicitiam recipiamur.

Chriſtus vocat diſcipulos ſuos amicos. Ioan. 15. v. 14. Ioan. 16. v. 12. Maldon. *Seruus neſcit quid faciat Dominus eius.* Seneca. *Chriſtus veræ amicitiæ legem ſeruauit.*

Secundum, quod propoſuimus, illuſtremus, ſcilicet adeò Deus nos ſibi charos fecit, vt potius ipſe in cruce fractus oſtendatur, vt vincula amoris & charitatis erga homines non diſſoluantur, ſed indiſſoluta permaneant. Certum eſt Chriſtum Dominum verbum Patris mortuum eſſe adactum amore, vt nos ſibi & Patri amicos faceret. Deus enim ab initio ſæculi quaſi aquam amorem ſuum hominibus communicauit, ſed paulatim. Nos diceremus. *Dio ſu amor gota à gota*, quaſi ſtillas amoris ſui omnibus impertiuit: at Chriſtus Dominus affluenter obtulit: ipſe dixit Ioan. 15. v. 12. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem.* & adiicit: *ſicut dilexi vos*, in quibus verbis ſignificauit am-

Chriſtus mortuus eſt adactus amore. Ioan. 15. v. 12. *Chriſtus affluenter obtulit aquam amoris ſui.*

amplius dixisse, quam si diceret; sicut Deus dilexit vos, quia licet amor Dei & amor Christi inter se non distinguantur in intentione, sed in extensione. At amor Christi magis hominibus communicatus est. Amor enim Dei ignis erat Diuinus, in sphera diuinitatis quasi inclusus, ab æterno tribus diuinis personis communicatus, & licet successu temporis hominibus, quibus conferret effecit, ita stillas sui amoris communicauit, vt in magnam omnes admirationem adduceret. Sed amor Jesu Christi, quem comitem in terram adduxit, affluentius & copiosius effusus est, vt si quis guttum, ampullamve vitream, aqua plenam, gutture tamen, & ore arctam ac breuem velit effundere, gutta tamen guttam ægre ac vix sequitur. Cæterum si guttus is confringatur, effluit illico humor quantus quantus vase contentus seruatur; sic etiam licet æterni Patris, ac Verbi Diuini in nos amor parextiterit, hoc tamen discrimine, quod isto, nil hic illo maior, nil inæqualis. Patris hi amor lente stillauit, parce ac gutatim decidit & effluxit. Vas autem illud pectoris immensi Christi nostri non modice inclinatum, iam stillat amoris ac beneuolentiæ stillas modice decidentes, gutture & ore exiguo angustoque, sed confractum, contritum beneficentiæ fontes riuos, maria emittit, diffundit, *sicut dilexi vos.*

Amor Dei ignis est.

Qualiter Deus & Christus communicauerunt amorem.

19. Ergo guttus amoris Christi confractus est, & aquæ affluenter & copiosè fluxerunt. *Contrita est hydria super fontem.* Eccles. 12. vers. 6. Crux enim erat quasi fons, in quo hydria hæc confracta est, ibi aquam amoris abundanter communicauit, ibi tot pro nobis tormenta sustulit, vt potentia hominis insufficiens esset ad illa toleranda, si vt homo erat, vnitus diuinitati non esset, ibi caput confractum videbatur, manus terebratas, pedes perforatos habebat, totusque plenus rimis erat, per quas amoris sui & beneuolentiæ riuos diffundebat, cum autem sic in cruce confractus esset, dixit, Iob 16. v. 13. *Ego ille quondam opulentus repentè contritus sum. Tenuit ceruicem meam; confregit me, & posuit me sibi quasi signum.* opulentus erat Christus, quia filius Dei, in quo seruabantur thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. In Hebræo: *Pacificus eram*, id est, pacificator & ipsa pax, quia vt ait Paul. Eph. 2. v. 16. *Interficiens inimicitias in corde suo.* Hic autem pacificus Salomon, qui venerat mundum pacificare, carnem suam instar ampullæ vitreæ deferebat: confecta enim erat ex humanæ naturæ vitro, fragili, quare clamat: *Repente contritus sum*, id est, confractus sum in medio vitæ interuallo, & in iuuentute mea, & affluenter effudi aquam amoris mei, id est, sanguinem meum, in quo inuolutas diuinitatis opes libenter communicaui. *Tenuit ceruicem meam.* Vt si quis guttum arriperet, & percuteret, sic ictibus & percutionibus flagellorum, spinarum, clauorumque corpus meum percusserunt & confregerunt, ita vt quasi vas confractum, aquam diuini amoris affluenter effudi, vt homines diuitiarum mearum hæredes facerem, ideò dixit Palacius: *Non enim in cruce nostra fragilitas, sed Christus fortitudo Patris fractus est.*

Guttus amoris Christi confractus est, & aquæ affluenter fluxerunt. Eccles. 12. v. 6.

Iob 16. v. 13. *Christus opulentus erat, quia filius Dei.*

Eph. 2. v. 16.

In cruce Christus quasi confractus effudit aquam amoris sui.

Christus igitur fortitudo Patris, petra erat illa, de qua Vates Regius loquens Psal. 77. v. 20. dixit: *Percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.* Meminit percussionis factæ à Moyse in petra, ex qua fluxerunt aquę largissimæ significaturque passio Christi Domini in cruce percussi, ex quo largissimæ amoris & beneuolẽtiæ aquæ dimanarunt, vt totum genus humanũ redimeretur, id est, humana caro, quę similis erat ollæ, non frangeretur. Ergo si solam cum Christo familiaritatem Ecclesiasticus in sua sententia excludebat; hanc debemus appetere vt bene nobis sit, & ex eius diuina communicatione gratiam illam consequamur, quæ nos in æternam sui communicationem perducat, &c.

Christus fortitudo Patris. Psal. 77. v. 20.

Familiaritatem Christi solam appetere debemus.

VERS. IV.

Diues iniustè egit, & fremet pauper autem læsus tacebit.

Sensus.

20. D*Iues iniustè*, &c. q. d. hoc detrimentum communicat cacabus ad ollam, id est, diues ad pauperem, scilicet quod sæpe contigit, vt diues iniuste inferat pauperi iniuriam, & insuper per iecandecentiam indignari, clamoreque & minus illum insequi non cesset, duplicato eum incommodo onerare, nocendo scilicet & minitando. At pauper quia miser est læsus silentio iniuriam præterire & supprimere cogitur: nec audet suam innocentiam propugnare, aut alterius iniuriam ostentare, ne si loquatur, excandecentem magis lædat, & ad nouam, quam comminatur iniuriam inferendam lacessat, &c.

Notæ.

COmplutenses licet sensum sententiæ non mutent, at verba dissentire videntur, nam loco *fremet* apponunt, *& ipsum rogabunt.* & secundum Hemistichium alio modo legunt, scilicet: *Pauper iniuriam fecit, & ipse minas patietur.* cum in vulgata sit, *læsus tacebit*, quod videtur contrarium sonare, sed cum prima parte sit verbum *fremere*, quod significat terrore & minis aliquem insequi, aliqui addunt, *& insuper*, vt clariorem reddant sensum. q. d. Non erat illi satis iniustè agere, sed iniuriam pauperi inferre, sed iniustè addit fremitum & comminationem. Et cum ad hanc comminationem & fremitum subintelligantur aliqua verba comminati, hæc sunt verba obsecrationis, quibus suam propugnet innocentiam, & ideò forte Complutenses legerunt: καὶ αὐτὸς προσδεηθήσονται *& ipsum rogabunt.* At in secunda parte licet videantur mutare sensum legentes πτωχὸς ἠδίκηται καὶ αὐτὸς προσσπτει χρηστευτευ. *pauper iniuriam fecit, & ipse minas patietur*, & vulgatus potius facit *pauperem læsum*, & ponit tacentem: forte supponunt Complut. pauperem in defensione sua iniuriam fecisse, & cum reiecta esset defensio à diuite lęsum esse, & ipsum pauperem adactum esse iniuriam silentio præterire LXX. legunt: *& ipse orabit.* Tygur. *opportet esse supplicem.* Drusius: *& insuper supplicat.* quæ versiones vulgatæ seruiunt: nam cum ait, *læsus tacebit*, ipsum silentium supponit deprecationem, forte pro pugnatione, vel defensione innocentiæ.

Illustratio prima.

21. D*Iues iniustè egit, & fremet.* q. d. Diues si iniuriam intulit, minas prætereà adiecit. Pauper vero si passus est iniuriam, opportet esse supplicem; vel, si diues iniuriam fecit, illi supplicandum est insuper; pauper si idem commisit minas protinus audiret. Hæc est enim iniquissima conditio pauperum, in qua diuitum potentumque hominum gratia, tantam vim habet, vt veritas à mendacio, Justitia ab iniquitate opprimatur. Itaque quanta sit diuitum superbia atque insolentia, & pauperum humilitas, hoc loco ostenditur. Quare Rabanus explicat: Hæc similiter iuxta moralitatem nos instruunt, vt semper humilia sectemur, & quæ superba sunt penitus fugiamus. Lyra verbum *fremet* exponit, quasi paratus adhuc facere peius, & *tacebit.* Nam si querelam mouet peius habebit. Hugo, *fremet*, id est, indignabitur pauperi. *Tacebit*, non audens respondere, quia non habet vocem in consistorio. Cartusian. *Diues iniustè egit* irrogando iniuriam socio pauperi, & *fremet*, id est, dentibus stridebit in eum comminando eidem. *Pauper autem læsus* à ditiori, *tacebit* non valens, aut non audens resistere illi. Tandem Palacius: id est, diues iniuriam faciet & insuper cominabitur maiora mala, si mutis, quare tacendum, imo (vt Græca littera habet) supplicandum tibi est, ne ille nocere pergat.

Quanta sit diuitum superbia & insolentia ostenditur.

Rabanus. Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

Diues iniustè egit, & insuper fremit. Apponit Ecclesiasticus exemplum superioris comparationis. Diuitem assimulauerat cacabo æneo, qui duritiam ferream continebat; pauperem verò ollæ fictili, quæ facile comminuitur collisa. Ergo cacabus, id est, diues collidit cum olla, id est, paupere vel humili & ex hac collisione olla frangitur, & insuper cacabus fremit, quia cum sit æneus collidens cum olla, non solùm illam frangit, sed etiam sonum emittit; sic *Diues iniustè egit*, id est, iniuriam infert Pauperi, & ipse fremit, hoc est, indignatur, & sonum fremitus quasi murmurantis maris edit. Quod diues iniuriam inferat pauperi, iam in superioribus probauimus, nunc confirmemus.

22. Vates Regius Psal. 10. secundum Hebr. v. 8. agens de potentioribus, ait: *sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.* Et v. 10. vel 32. *insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum.* Bellarm. noster explicat, dicens: Hic iam describuntur mala opera, id est, oppressiones pauperum; significat autem hac metaphora viros impios & potentes adiunctis sibi sociis aliis diuitibus, & potentibus, variis artibus & dolis circumuenire pauperes, eosque ad extremam pernitiem adducere. D. Hieronym. clarius legit: *insidiatur vt rapiat pauperem, rapiet pauperem cum attraxerit eum ad rete suum, & confractum subiiciet; & irruet viribus suis valenter.* Pende hæc vltima verba, diues vt opprimat pauperem, attrahit eum ad rete suum, vt cum ipso colludat; cum autem attraxerit, confractum subiicit, in illum irruens, viribus suis, quo dicendi modo explicat subiectam comparationem cacabi ad ollam, nam cum inter se collidunt, olla, quia testacea & fragilis est, confringitur à cacabo æneo, quia prædurus est: sic pauper opprimitur à diuite, &c. Jdeò vt refert Petrus Gregor. Tholos. lib. 11. de repub. n. 11. leg. illicitas 6. §. de offic. præsid. P. ponitur lex, ne prætextu adiuuantium, militares viros illicita ministeria exigantur, & concussiones fiant, ne tenuis vitæ homines sub prætextu officiorum, vel militum vnico lumine, vel breui suppellectili ad aliorum vsus translatis iniurijs afficiantur, prouideat præses prouinciæ.

Hie. secundum Heb. v. 8. *Oppressiones pauperum describuntur.* Bellarm. D. Hieron.

Diues vt opprimat pauperem, attrahit eum ad rete suum.

Pet. Greg.

Rursus, quod diues iniustè agat, probatur Ex eo Job. 20. v. 19. vbi dicitur: *Quoniam confringens nudauit pauperes: domum rapuit, & non ædificauit eam.* q. d. oppressit inclementer pauperem, cuius diripuit domum, & ad vsus suos violenter auertit, non tamen ex illa capiet aliquid voluptatis & vsus, licet in ea ad suam commoditatem ædificanda, magnos fecerit sumptus. Eleganter ad nostrum intentum moraliter explicuit Diuus Gregor. lib. 15. Moral. cap. 12. *Domum* (inquit) *pauperis confringit & nudat, qui eum, quem per potentiam conterit, spoliare quoque per auaritiam non erubescit.* Pende verbum, *confringere* & *conterere*, nam potens & diues, qui cacabo æneo comparatur, iniustè agit cum confringit, & conterit pauperem, qui ollæ assimilatur fragili, & ex confractione & contritione sequitur spoliatio bonorum, vt suam Domum ditiorem faciunt. Potest etiam verbum *confringere* ad summam inopiam & calamitatem redigere pauperem, quod nos dicimus, *quebrar*, passiuè, *quebro*, id est, in summam deductus est paupertatem; sic dicitur Ose. 5. vers. 11. *Calumniam faciens est Ephraim fractus indicio, (quebro de puro perseguido y agrauiado)* nam hæc calamitas & inopia propria est eorum, qui cum ingenti ære alieno grauantur, bonis omnibus sui cadunt, & spoliantur. Impius igitur diues per vim & manifestam calumniam opprimit pauperes, & cum ingenti ignominia bonis spoliat omnibus. Hoc est *diues iniustè egit.*

Diuitem iniustè agere probatur. Iob. 20. v. 19.

D. Gregor.

Diues confringit & conterit pauperem.

Os. 5. v. 11.

Tandem quæritur Deus per Amos cap. 4. vers. 1. aiens: *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis Dominis vestris: afferte & bibemus:* Vbi Chaldæus legit: *Audite verbum istud diuites substantiarum*, &c. intelligit diuites oppressores pauperum, vel Judices, qui calumniam faciebant egenis & deprimebant, destruebantque pauperes, *quæ dicitis*, &c. id est, Prouehite nos, committite nobis magistratus, & deprædabimur populum, vel vos qui potentiores estis, spoliate pauperes, vt nobiscum epulemur, & luxuriemus. Pende *confringitis pauperes*, quia colludit cum superiori similitudine cacabi & ollæ. pauperes enim, quia fragiles & lutei, confringuntur à diuitibus, quia cacabi ænei sunt: ideò Sapiens subdit post similitudinem: *Diues iniustè egit*, id est, opprimit pauperes, confringit, conterit, & non contentus hac eorum oppressione, *fremit*, vt iam dicemus in illustratione secunda.

Amos 4. v. 1. *Querela Domini aduersus diuites Israel.*

Pauperes quia lutei confringuntur à diuitibus.

Illustratio secunda.

E*T fremet.* Vox fremitus de multis dicitur: nam fremere significat sonitum edere, qualis fit à fluctibus maris, ideò per translationem significat murmurare, indignationem voce ostendere: & fremitus est sonus fluctuum, & in populo indignante murmur, 23.

Verbi fremere significationes.

& strepitus, itaque fremere proprium est maris fluctuantis; sic Virgil. 2. Georg. Canit:

Virgil. *Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.*

Cicero *Fremitus de fluctibus maris dicitur.* Et Cicero 5. de finib. ait: *Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assueſceret voce vincere.* Idem Tuscul. 2. 50. v. 6. *Fremitus murmurantis maris.* sic Isaias cap. 57. v. 20. dixit: de his peccatoribus diuitibus: *Impij autem quasi mare feruens, quod quieſcere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Non est pax impijs, dicit Dominus.* In quibus verbis sumit metaphoram frementis maris cum à ventis agitatur: nam Vatab. vertit: *Impij autem Euripi instar fremunt.* Et explicat: similes erunt mari, quod est in perpetuo motu *feruens.* in Heb. est *impulsum*, ventis, scilicet, & fluctibus agitatum & iactatum mare. Mare enim cum in arcto stringitur, vti fit in Euripo, in fluctus intumescit, & fremit; sic impius comparatur mari, quod strictum in fluctus intumescit, & fremitum edit. Sic diues iracundia in pauperem agitatus impiè agit & fremens in illum inuehit, & sicut mare stercus & lutum in littora tradit, ita diues cum impiè agit per vocem fremens lutum verborum inutilium proiicit, vt in pauperem redundent, & noceant: quare *non est pax impijs*, his diuitibus cum pauperibus non est pax, sed bellum. Et tandem triremibus inferorum addicuntur.

Isa. 57. v. 20

Fremere dicitur de leonibus. Secundo, Fremere dicitur de leonibus, qui cum famescunt fremunt; vt Virgil. lib. 9. Æneid. vers. 339.

Virgil.

Impatus ceu plena leo per ouilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditq; trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu fremit ore cruento.

Vide quot affectus siue leonis sequentis, siue pecoris patientis, vocat *mutum pecus.* Plinius lib. 8. cap. 16. ait: *vbi sæuit, in viros priusquam in feminas fremit, in infantes, non nisi magna fame*, ideò Silius Italicus imitator Virgilij dixit:

Plinius.

Silius.

Leo mandit hianti
Ore fremens imbelle pecus, &c.

Statius. Statius lib. 6. vt augeat merum ceruorum, ait:

Cum procul impasti fremitum accepere leones.

Fremit ore cruento, hoc est, quod Silius lib. 2. de hac fera dixit: *murmure anhelo infundens.* Calab. lib. 3. inducit hinnulos *trementes ad vocem leonis grauiter frementis*; sic Diues, qui iniustè agit, & posteà fremit, instar leonis est, qui ad prædam festinat & fremens eam vehementer petit, irruit, capit. Iram regis comparat Salomon iræ leonis, cum Prou. 19. v. 12. ait: *sicut fremitus leonis, ita & regis ira.* Fremitus in se indicat cordis excandescentiam; quare cum Rex vel diues quisque aggreditur pauperem vt diripiat, fremit, vt cordis furorem voce terribili manifestet. D. Ambros. lib. 6. exham. c. 3. prodidit: *Leo naturæ suæ vi superbus, ferocitatem sui, aliarum ferarum generibus miscere nescit, sed quasi rex quidam plurimorum dedignatur consortium. quæ autem ei sociare fera audeat, cuius vocem naturaliter tantus inest terror vt multa animãtium, quæ per celeritatem possent impetum eius euadere, rugientis eius sonitu, velut quadam vi atque ictu deficiant.* Eleganter hic describit sanctus Doctor diuitum & pauperum dissensionem. Diuites enim quasi leones veluti regiam potestatem habentes, dedignantur pauperum consortium. Pauper enim qui eis sociare audet, cum fremitum eius auscultat, ingenti terrore percutitur, & rugientis eius sonitu quasi ictus deficit, *lesus* enim *tacet*, quia pauper est.

Diues qui iniustè agit & fremit instar leonis est.

Prou. 19. v. 12.

D. Ambros.

Describitur dissensio inter diuitem & pauperem.

Tandem verbum *fremere* dicitur de equis, qui præparantur ad prælium; sic dixit Cæsar. lib. 3. Bel. ciui. *ex fremitu equorum illata suspicione ad suos se recipere cœperunt.* Virgil. Æneid. 11. v. 607.

Fremere etiã dicitur de equis. Cæsar. Virgil.

Aduentuſq; virûm, fremitusq; ardeſcit equorum.

Sic Job depingens equi fortitudinem & velocitatem, inquit c. 39. v. 24. *Feruens, & fremens sorbet terram.* Cum enim feruet & fremit incredibili velocitate transmittit ingens terræ spatium, tam auide tamque feruenter, vt & terram ipsam, & homines quosque obuios absorbere velle videatur; vbi iram equi & indignationem declarat; præcipuè cum excitatur ad bellum. Optime Jeremias c. 8. v. 16. dixit: *A Dan auditus est fremitus equorum, à voce hinnituum pugnatorũ eius commota est omnis terra.* Agit de Nabucodonosore, qui ex ceſaræa Philippi venit cum suo equitatu contra Ierusalem, *& deuorauerunt terram*, &c. Diues ergo quasi equus fremens sorbet pauperem, & deuorat substantiam eius. Contrahit enim bellum contra eum, vt iniustè agat, & sonitus vocis eius tremefacit eum, & tacere adigit.

Iob 39. v. 24

Ira & indignatio equi figura diuitis fremẽtis. Ierem. 8. v. 16.

Illustratio tertia.

Pauper autem læſus tacebit. Lyra: Nam si querelam moueat pelus habebit. Nos dicimus: *Todo es mal para el Cantaro.* Cum Diues pots sit, & pauper infirmus & eneruatus, quid mirum, si hic læsus patiatur, & se defendere nequeat? Diues enim frequenter inuenit multorũ patrocinium, qui illius causam defendendam tuendamque suscipiant. At pauperi nemo patrocinari audet, timet enim potentiam diuitum. *Itaque pauper læsus tacet*, quia olla fragilis est, & non valet resistere cacabo æneo, ne fractus penitus deficiat. Optime Iansen. Nec audet suam innocentiam defendere, aut alterius iniuriam ostendere, ne si loquatur iterum magis offendat, & ad nouã quam comminatur iniuriam inferendam prouocet. Sunt enim pauperes similes paleis quæ tribula comminuuntur. *Tribula enim genus vehiculi* (inquit Isidor. lib. 20. c. 14.) *indeteruntur frumenta, ob hoc ita vocatur.* Sic dixit Virgil. 1. Georg. vers. 164.

24. Lyra. *Pauper læsus tacet.* Iansen. *Pauper non audet suam innocentiam defendere.* Isidor. Virgil.

Tribulaq; trahendaq; & iniquo pondere rastri.

Hoc instrumentum capiendum de tritura; nam Plin. lib. 8. cap. 30. *Messis tribulis in area exteritur.* Colum. lib. 2: cap. 21. *At si competit vt in area teratur frumentum, nihil dubium est, quin equis melius, quam bobus ea res conficiatur; & si pauca iuga sunt adducere tribulam, & traham ponis: quæ res vtraque culmos facillime comminuit.* Hoc instrumentum ita definit Varro lib. 1. c. 52. *Fit tribulum è tabula lapidibus aut ferreo asperata, quo imposito auriga, aut pendere grandi trahitur iumentis iunctis, vt excutiat è spica grana.* Quid ergo tribula nisi potentia diuitis, qua paleæ triturantur, & comminuuntur, vt foras eiiciantur, & conculcentur? Ideò dixit Ierem. c. 23. v. 28. *Quid paleis ad triticum, dicit Dominus?* Fateor hic agere prophetam de falsis ac veris prophetis, hos comparat tritico, quia vera nuntiant, illos paleis, quia falsa pronuntiant, &c. Sed quia pauperes propter suam imbecilitatem & infirmitatem inanes sunt & vacui, ideò paleis comparari possunt. At diuites quia diuitiis & potentia solidantur, tritico, quod solidum est & substantiam continet. ideò quid palleis cum tritico? id est, quid pauperes cum diuitibus? hi enim potentia sua quasi tribula passim teruntur & comminuuntur, vt triticum substantiæ suæ & opum solidum & securum remaneat. Cum autem pauperes

Plinius. Columella. *Equi melius quam boues frumentum teritur.* Varro. *Potentia diuitum instar tribulæ, quæ paleas triturantur.* Ier. 23. v. 28 *Quid pauperes cum diuitibus.*

Cum mare agitatur naufragus eiicitur à fluctibus. peres comminuti fuerint, eiicientur: neque quidquam loqui audebunt; aduersus eos, male verbis & verberibus tractantur, & læsi tacebunt.

Rursus, quid naufrago ad fluctus maris, cum mare à ventis agitatur? dixit Virgil. 3. Georg. v. 542.

Virgil.

Ceu naufraga corpora fluctus.
Prouoluit, &c.

Ouid. Et Ouid. in Jbin.

Siue per immensas Iactabor naufragus vndas.

Pauperes naufragis comparantur. Iam diximus diuites impios comparari procelloso & feruenti mari: sunt enim quasi mare feruens & fremens. At pauperes infirmi possunt naufragi appellari: nam cum fluctibus potentiæ suæ infelix inuolũitur haud dubium naufragio peribunt. Ergo diues non contentus iniuria in pauperem illata, fremit quasi mare, vt illum quasi naufragum fluctibus iniuriarum suarum inuoluat; at pauper quasi naufragium passus, hoc est, læsus fluctibus eius submergitur tacens, & iniurias simulans.

Cum leo fremit, animalia siluunt & tacent. D. Chryſ. *D. Ioan. Bap. leo in eremo.* Tandem quid ouiculæ cum leone? leo enim cum famelicus fremit, cætera animalia siluunt, & quasi tacẽtia fugere non audent; sic D. Chrysost. tom. 2. hom. 1. in Euang. Marci, agens de prædicatione D. Ioan. Bapt. *Qui in eremo* (inquit) *personat vtique leo est, & ad cuius vocem omnia animalia pertimescunt, & fugere non audent.* Quod mutuauit ex Aristot. & Plin. ergo cum Diues tamquam leo fremens, iniustè agit in pauperẽ, ipse pauper tanquam ouis imbellis & timida non queritur, non loquitur, non repugnat, nec coram eo fugere audet, sed tacet, sed sperat, sed operitur, & euentum futuri successus timet. Nam cum leo rugit & fremit, quis non formidat? *Quare pauper læsus tacebit.*

Demum lectio originalis auget vim sententiæ Tygur. vertit: *Si pauper passus est iniuriam, oportet esse supplicem.* sic etiam LXX. & Drusius. Ita enim etiam sæpe (inquit Iansen.) accidit, vt pauperi etiam læso blande loquendum sit, & supplicandum, quo iratus diues placetur, & eius amicitia retineatur, aut ne noua iniuria inferatur. Probat ex eo Prou. 18. v. 23. *Cum obsecrationibus loquetur pauper, & diues effabitur rigide.* Quod generaliter intelligendum puto; pauper quidem quia humilis, & aliorum præsidio egens, submissa oratione vti solet, non solùm cum opem diuitis implorat, sed etiam cum ab ipso læditur. Et licet vulgatus dicat *quod læsus tacebit.* Fere eumdem sensum refert ac originalia Græca: nam qui submissa oratione supplicat tacere videtur respectu illius, qui rigide effatur, vt faciunt diuites superbi, qui contenta voce loquuntur, vt pauperem cõtemnant, & proterant. At pauperes tantum à vindicta aliquando absunt, vt non solùm iniuriam occultent, sed tacendo dissimulent, & si loquantur, supplices veniam postulent: qua summa oratione tacere videntur: & hac submissione veniam impetrant. Nam si dixit Plin. lib. 8. c. 16. *Leoni tantum ex feris clementia in supplices, prostratis parcet*, &c. quid mirum, si pauper licet læsus tacendo vel submissa voce supplicando à diuite iracundo, cum quo collidit, parcatur? quid certius?

25. *Si pauper patitur iniuriam oportet esse supplicem.* Iansen. Prou. 18. v. 23. *Qui submissa oratione supplicat tacere videtur.*

VERS. V.

Si largitus fueris assumet te: & si non habueris, derelinquet te.

VERS. VI.

Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse non dolebit super te.

Sensus.

26. *Si largitus fueris*, &c. q. d. Aliud incommodum referam in societate hominis pauperis cum potentiore & diuite, vt illorum consortium fugias, scilicet nullam pauperem ex diuite vtilitatem percipere, sed è contra: quia ditiores superbi sunt auari. Ergo si donaueris ei munera in suam beneuolentiam & amicitiam recipiet te; & si tu egestate nimia conficiaris, non ipse tibi largietur, sed statim deseret te, si habes conuiuet tecum, id est, tecum conuiuium agere: adigeris enim inuitatus etiam reinuitare, sicque pauperiorem te reddet, nec dolebit super te, hoc est, nulla tui commiseratione cruciabitur, quia in maiorem paupertatem redactus sis, &c.

Notæ.

COmplutenses, & cætera originalia vtuntur verbo, *vtilitatis*, *si vtilis fueris, si vtilitatem apportes, si quis vsus tui sit*, id est, vtatur tua opera incommodum suum, omnia complexus est vulgatus legens. *Si largitus fueris*, in Græco: εαν χρησιμευσης, *si vtilis fueris.* qui enim largitur donum vtilis est ei, cui largitur. verbum υστερει significat minui ac deficere, quod verbo χρησιμευειν hoc loco opponitur, cum opportunitas ac commoditas, quam homines capiunt ex aliquo minuitur. Assumet te in Græco: εργατην σου, operatur in te. in Basilienſ. εργαζεται, opus faciet. Complut. de futuro. & verbum εργαζομαι, est operor illud ergo *assumet te*, est vt operetur, vt ipse non laboret, sed otietur. Rursus si non habueris quid dones, diuiti, *derelinquet te*, vel *deseret te.* Nam in Aldo, Basil. & Rom. est, καταλειψησε. At Complut. καταθλιψειτε. affliget te, à verbo θλιβω & præpositione κατα, quod est, tribulo frango, premo, stringo, in angustum redigo, opprimo. Vulgatus transtulit *derelinquat*, quia nulla alia afflictio fere potest comparari illi, quæ percipitur ex derelictione illius, qui subuenire in necessitate poterat. Camerar. *affligendo perdet te.* Tandem *non dolebit*, id est, nulla commiseratione tangetur diues, videns pauperem inopia deficere. Alij, non laborabit πονησει. ponos; enim tam dolorem, quam laborem significat; sed hic melius legit vulgatus ad imitationem Complutensium, *dolebit*, quia nulla commiseratione tangetur, &c.

Illustratio prima.

27. *Ostendit auctor quid fieri soleat in amicitiis colendis.* Aristot. Cicero.

SI *largitus fueris, assumet te,* &c. Ostendit auctor, quid fieri soleat quemadmodum homines in amicitiis colendis sua commoda, emolumentaque spectent, quæ amicitiæ vtilium hominum ab Aristot. appellantur. Cicer. in Cel. nam si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret. significat igitur sapiens coli, ac diligi homines ad tempus quoad sunt aliis vsui & adiumento, cum ea vtilitate diminuta ac commutata hominum erga nos studia commutari. Lyra, *si largitus ei fueris*, scilicet munera diuiti, *assumet te,* id est, honorabit te. Iuxta se ponendo; sic Hugo, Dionys. *Assumet te*, secum tamquam socium, & amicum, non propter te, sed propter munusculum tuum, seu commodũ suum, quod pertinet ad amorem concupiscentiæ, non amicitiæ. Palac. si largiaris ei munera, fauebit tibi, si non pergas largiri, auertet faciem à te. Tandem Iansen. optime assignat aliud inconueniens, significans pauperiorem à ditiore non consecuturum, vti sperabat, vtilitatem, sed contra potius diuitem præ auaritia & superbia (vt ferè diuites & auari sunt & superbi, omnia sibi debere existimantes) suam ex socio quæsiturum commoditatem, eumque pauperiorem redditurum, quod illius amicitia & muneribus & sumptuosis conuiuiis sit fouenda & emenda; sic Iansen.

Lyra. Hugo. Dionys. Palacius. Iansen.

Diuitum auarorum conditio declaratur.

Ergo Ecclesiasticus noster diuitum auarorum conditionem declarat, qui vt in plurimum largitionem munerum exoptant, sua retinent, & aliena appetunt, numquã suis bonis contenti, sed famescentes aliena rapere student, porrectas manus habentes ad accipiendum, & collectas ad dandum. Quod vitium taxat Ecclesiasticus cap. 4. v. 36. vide quæ ibi congessimus. Ait igitur, si diuiti largiaris munera, assumet te, id est, in amicitiam recipiet te, & si non dederis, soluet amicitiam. Sunt enim diuites amici ad tempus, si vtilitatem ex paupere receperint, amici erunt, sin autem illum deserent. vide quæ diximus cap. 6. v. 10.

Diuites sunt amici ad tempus.

Prouerb. 19 v. 6.

Hoc optime illustratur ex eo Prouerb. 19. v. 6. vbi in secundo hemistichio ait Salomon, *& amici sunt dona tribuentis.* in Heb. est: *Et omnis amicus est viro donã tribuenti.* Tygur. *Et nemo non se sociat largitori munerum.* non solùm pauperes sociantur illos, qui erga se liberales sunt, sed etiam diuites societatem ineunt cum eis, licet pauperes sint, qui munera largiuntur; damnantur autem hi diuites, qui munera à pauperibus accipere appetunt. Elegãter dixit Terentius comed. 3.

Damnantur diuites, quia munera à pauperibus accipere appetunt. Terentius.

Quam iniqua comparatum est, vt hi qui minus habent
Semper addant aliquid ditioribus.

Sic Martialis lib. 5. Epigram. ad æmil.

Martialis.

Semper eris pauper, si pauper est æmiliane
Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.

Falsa ergo amicitia est, quæ in munerum largitione consistit, cum experientia doceat breuem esse. Nam cum deficiunt dona, amicitia deficit. diuites enim, qui eos assumũt, licet pauperes sint qui munera eis largiũtur, cum non sint æquales eis, quibus sociantur, dissoluunt facile amicitiam. amicitia enim, æqualitatem quærit: cum ergo pauperes & diuites impares & inæquales sint, ideò facile dissociantur, pauper autẽ æqualitatem quærit cum donat diuiti: quare tantum permanet amicitia, quam causa societatis durat: causa erat largitio munerum, cum hæc deficit, deficit & amicitia: Ideò ait Sirach: *Si largitus ei fueris, assumet te,* Cum enim quis experitur vtilitatem captare ex alterius amicitia, facile amicus efficitur; cum autem ille in paupertatem venit & nullius est vtilitatis, deseritur; sic Complut. *si vtilis fueris operatur in te.* vel *si vtilitatem apportes.* vt legit Tygur. operari nihil aliud est, quam opem facere intuitu beneficientiæ cum, hæc deficit, deficit operatio diuitis, qui nihil aliud intendit, quam amicum beneficum exhaurire, & destruere, &c. ideò subdit:

Falsa amicitia est, quæ in munerum largitione consistit.

Qui vtilitatem experitur facile amicus efficitur.

28. Dionys. *Amicitiæ dissolutio qualis.*

Et si non habueris derelinquet te. Optime Dionys. Et si non habueris aliquid quod dones, aut secũ consumas, derelinquet te, quia non quærit te, sed tua. Diues enim amicus est ad tempus, in tempore abundantię socies est pauperis, in tempore autem egestatis & inopiæ deserit amicum, quia veræ amicitiæ leges non seruat, sed frangit proprietates eius. Amicitia, quæ solum commodum quærit, & omnia vna vtilitate metitur, & ad suum quæstum conuertit, non vera sed fictitia est, quam nos vocamus: *amistad interessal* quia commodum & vtilitas eam constituit, & vbi non est vtilitas, deficit talis amicitia. Originale græcum vim auget sententiæ: *Et si egueris, affliget te,* id est, cũ te exhauserit, non solùm derelinquet & deseret te, & insuper affliget. Et si verbum affligere possimus explicare de desertione, quia nulla alia afflictio euenire poterit homini indigenti, quam hæc derelictio & desertio; sicut ea, qua homo peccator à Deo punitur. Vt dicitur Iud. 6. v. 13. *Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madian.* Isa. 49. v. 14. *Et dixit Sion: dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei:* hæc derelictio & obliuio supplicium est peccatorum.

Amicitia, quæ quæstum quærit fictitia est.

Nulla alia maior afflictio quam derelinqui à Deo. Iud. 6. v. 13. Isa. 49. v. 14.

Sed existimo aliquid noui addidisse Græcam lectionem, *affliget te,* non solum deseret, sed affligit, quia sicut verus amicus gratus esse solet ei, cui amice coniungitur: sic è contrario, qui amicus est, causa vtilitatis, cum hæc deficit, deficit amor, & per consequens vera amicitia, & eius loco fastidium & tædium sufficitur. Stomachatur enim eius communicationi, & indignatur de eo: quia iam fastidium & satietatem sibi videtur afferre. Sicut Amnon cum violauit sororem Thamar, dum enim non assecutus fuerat quod optabat, amabat eam, & deperibat 3. Reg. 13. v. 1. *Adamaret Amnon filius Dauid, & deperiret eam valde.* Postquam autem oppressit eam, id est, ex hausit virginitatem eius, non solùm eam dereliquit, sed afflixit, eiiciens à facie sua: *Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis; ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore, quo ante dilexerat. Surge & vade, quæ respondet ei: Maius est hoc malum, quod nunc agis aduersum me, quam quod ante fecisti expellens me.* Vers. 15. & 16. Hæc est imago diuitis, qui dum à paupere fouetur muneribus, diligit eum, & deperit, licet amore fictitio. At postquam eum exhauserit in egestatem illum adducendo, non solùm eum deserit & contemnit; sed affligit inproperando, ita vt pauper possit dicere: *Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me, quam quod ante fecisti, expellens me,* id est, deserens, & contemnens. Talis enim est diuitis conditio, vt non quiescat saturatione sua, accipiens munera, quibus amplius locupletetur, sed adiicit exprobrationem, affligens eum, à quo tot obsequia receperat. Ideò legunt Complut.

Qui amicus est causa vtilitatis cita deficit.

3. Reg. 13. v. 1.

Exemplum falsæ amicitiæ.

3. Reg. 13. v. 15. 16.

Diuitis auari conditio est, vt non quiescat saturatione sua.

Et si

Et si eguerit affliget te. Faciunt enim isti diuites, quod illi; qui sedentes ad mensam ad condiendum cibum exprimunt malum citreum, postquam autem illud exhauserint, contemnunt & proiiciunt ad cortem; sic diuites dum pauperes vtilitatem afferunt, sedere faciunt ad mensam suam; cum autem eos expresserint, & exhauserint, foras eiiciunt, contemnunt, affligunt.

Similitudo mali citrei.

Illustratio secunda.

29. Palacius. *Cum pauper diuitem inuitat, non expelletur ab eo.*

SI *habes conuiuet tecum, & euacuabit te.* Palacius: si sentit te non nihil facultatum habere, conuiua erit tuus, donec exhauriat te: vbi videtur explicare de conuiuio facto à paupere, & non à se pauperi; sed fortè vtrumque potest intelligi, scilicet de conuiuio facto à diuite, & à paupere, quocũque modo intelligatur, docet ingenium diuitum esse expilare pauperes diuersis rationibus, hic ostendit mediis conuiuiis. Quare censeo verbum conuiuere hoc loco non significare cum aliquo viuere solum, sed conuiuare, vt explicant Dionys. Hugo, Iansen. Palac. Licet posset etiam explicari de frequenti communicatione, vt superius docuerat Ecclesiasticus. Hæc conuiuatio, vel conuictus indicat haud dubium diuites insidiosè agere cum pauperibus, volentes admittere ad conuiuationem vel ad conuictum pauperes. Ostendunt enim velle illos mille modis expilare, haurire, & depauperare. Non mediocrem autem ostendit modum quo pauperem exinaniat: scilicet per conuiuia: nam cum parum habeat pauper, breuiter exinanitur, crebro diuitem conuiuando. Et cum diues incipit vt ab alio reinuitetur, intendit illum exhaurire: Ideò Christus Dominus diuites sic admonet, Luc. 14. v. 12. *Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, ne forte te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio: sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cœcos; & beatus eris, quia non habent retribuere tibi.* Vbi Dominus diuites taxat, ne alios diuites inuitent, cum faciunt conuiuium: quia eis erit retributio, habent enim quid retribuant; sed cum pauperes inuitantur, non speratur ab eis aliqua retributio. Et si reinuitent, exinanientur, ergo cum diues hac intentione facit conuiuium, consilium Domini transgreditur, & non solum non consequetur gloriæ retributionem, sed neque humanam retributionem. Ideò Ecclesiasticus declarat diuitum iniquorum ingenium, vt pauperes separentur ab eorum communicatione & cõsortio: *nam si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te.* id est, si te inuitauerit vt tu reinuites, si aliquid habes non abstrahetur à te, sed si nihil habeas quod retribuas, deseret te, & vt stultum contemnet te, quod nos dicimus: *te dexara para necio.* est enim diues iniquus & auarus, vt superius diximus similis leoni, qui *insidiatur vt leo, insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum.* Ps. 9. v. 31. id est, alliciendo pauperem insidiosè illum conuiuando, vt reinuitet, & euacuetur, exhauriaturque S. Brunus explicans, ait: *Quasi leo in spelunca sua latens insidiabitur de eo, ad hoc vt rapiat pauperem ad conformationem sui. Rapere autem dico, dum attrahit eum blanditiis, quod est dicere: Merito dico rapere cum ad hoc idem intendat blanditias, ad quod intenderet per vim ad eum sibi incorporandum.* Rapere enim per blanditias, nihil aliud est, quam euacuare inuitando illum, &c.

Verbum conuiuere significat etiam conuiuare. Dionys.

Diues intendit exhaurire pauperem.

Luc. 14. v. 12.

Diuites taxat Christus ne alios diuites inuitent.

Diuitum iniquorum ingenium proponitur.

Psal. 9. v. 31. *Diues insidiatur quasi leo pauperi.* D. Brunus.

30. *Diuitum immisericordia qualis.*

Et ipse non dolebit super te. quasi dicat: ita hic diues immisericors est, vt licet te ad miserum statum redactum viderit, nec miserabitur nec condolebit, sed potius tui obliuiscetur. Hæc retributio est beneficij præstiti, in fauorem ingratorum, scilicet obliuisci beneficij, & immisericordiam exercere. Tantum enim abest, vt talis diues iniquus reducat in memoriam beneficium ei præstitum, vt licet videat benefactorem in paupertatem deuenire, nec subuenit, nec miseretur, nec condolet, sed potius immisericors redditur. *Misericordia enim* (dixit D. Aug. tom. 5. lib. 19. de ciuit. Dei cap. 5. *est aliena miseriæ in nostro corde compassio, qua vtique si possumus subuenire compellimur.* Ergo hic nullam habet misericordiam, cum neque habeat in corde compassionem, neque compellitur subuenire pauperi. D. Paul. Rom. 1. v. 31. appellat *Deo odibiles*, qui sunt *sine misericordia* in Græco: ἀνελεήμονας, id est, immisericordes & crudeles, quos nulla capit humanæ calamitatis commiseratio. Quare errat cum stoicis Seneca lib. de clementia cum ait: *Misericordia est enim dolor voluntatis, aut displicentia de aliena miseria secundum rectam rationem concepta.* Neque opus passione aut ægrimonia, quæ se in lamentationem & planctum effundunt. Illa autem appetitus inferioris, seu condolentia, seu commotio, non modo vitium non est, si recta ratione gubernetur, sed veræ etiam misericordiæ, quæ in voluntate residet, & virtus est, seruit. secundum Apost. Rom. 12. v. 15. *Flere cum flentibus.* Ad misericordiam tamen ille modus appetentis potentiæ necessarius non est, potest enim voluntas sola ratione adiuta misereri. Quare D. Aug. lib. 1. de morib. Eccles. cap. 17. tom. 1. refutat stoicos, & inter alia ait. *Nam quis ignoret, ex eo appellatam esse misericordiam, quod miserum cor faciat condolentis alieno malo?*

Misericordia quid. D. August.

Rom. 1. v. 31.

Seneca. *Error Stoicorum*

Rom. 12. v. 15.

D. August.

Itaque illa vocanda misericordia, quæ etiam miserum mœstumque cor faciat, quæ cum aliquis *scandalizat*, orat. 2. Cor. 11. v. 19. quæ cum Dauid exclamet: *Fili mi Absalon.* 2. Reg. 18. v. 33. quæ cum Christo eleuet oculos *super Ierusalem, & fleat.* Luc. 19. v. 41. non illa philosophia, quæ ad omnem inhumanitatem obdurat animos, & ad crudelitatem accendit, vt hic notat Sirach, *& ipse non dolebit super te.* id est, non miserebitur tui, sed obdurat animum, vt suam crudelitatem accendat. Legibus enim naturæ obsistere videtur, quæ docet misericordiam habere; sic dixit Iuuen. sat. 15.

Misericordia appellata quod miserum cor faciat condolentis alieno malo. 2. Cor. 11. v. 19. 2. Reg. 18. v. 33. Luc. 19. v. 41. Seneca. *Natura docet misericordiam habere.* Iuuenal.

——— mollissima corda
Humano generi dari se natura fatetur,
Quæ lacrymas dedit; hæc nostri pars optima sensus.
Plorare ergo Iubet causam lugentis amici.

Dicit esse partem optimam sensus, quod pietatem lacrymando ostendimus; plorare ergo Iubet Seneca etiam epist. 117. sic aiens: *Naturale est opinionibus hominum tangi, & ex aduersis contristari.* Iubet natura plorare causam lugentis amici. Ergo notat auctor crudelitatem diuitis non condolentis de amici pauperis inopia & miseria; cum dicat Arist. 9. Ethic. c. 3. *Amici officium inter cætera esse, condolere de malo amici, sicut de proprio.* Non est enim verus amicus diues iniquus, qui videns pauperem amicum ad summam miseriam redactum, ei non condolet, neque miseretur, &c.

Seneca. *Natura docet plorare causam lugentis amici.* Aristot.

VERS.

VERS. VII.

Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit narrans tibi bona, & dicet: Quid opus est tibi?

Sensus.

31. SI necessarius est. q. d. Eandem doctrinam tibi hic inculco, ac in versu præcedenti: vt non ineas consortium cum homine potentiore. Nam si illi necessarius fueris, & opera & labore tuo indiguerit, supplantabit te, id est, verba dabit, & eludet te bonis scilicet promissis, & blando aspectu; exprimens, & extorquens id à te, in quo tua opera indiguerit. Subridens enim, id est, arridens & applaudens tibi, præbebit tibi spem, referendo & pollicendo bona, quæ ab eo in præmium præstoleris, & inquiet; quid tibi opus est? An aliqua te indiges? nihil ambigas, nihil hæsites, ego te nulla re indigere permittam. Libere dicas quo egeas, ego tibi subuenire præsto sum; sic quidem à te, quod vult extorquebit, sed præter verba, & vana promissa nihil reddet, &c.

Notæ.

Verbum supplantare quod.

VErbum *supplantare*, non hic significat pede superposito in terram deiicere, sed metaphoricè sumitur pro decipere, imponere, & verba dare. Nam Græcè est δόλῳ πλανησει, id est, decipiet te, à verbo δόλῳ πλαναω. quod est impono, fraudo, decipio, sed vulgatus vsus est verbo supplantandi, quod etiam significat fraudibus aliquem decipere; sicut enim qui supplantat, superponit pedem fraudulenter, vt deiiciat; sic qui decipit, fraudibus decipit.

Illustratio prima.

32. *Amicitia parasitorum declaratur.* SI necessarius illi fueris supplantabit te. Hæc est amicitia, cultus, obseruantiaque gnathorum (id est, hominum impurorum, vel parasitorum) atque huiusmodi adulatorum fortunam magis quam amicum diligentium, temporique inseruientium. Lyra, si necessarius illi fueris in aliquo negotio, vel opere, decipiet te. Dionys. id est, suæ seruituti te subdet. Hugo: Alliciet & decipiet blandiens, & tantum faciens laborare, vt non possis stare super plantas, vel mercedem tuam retinendo. Melius Iansen. si opera tua indiguerit, decipiet te bonis scilicet promissis, & blando aspectu extorquens id à te, in quo tua opera indiguerit.

Lyra. Dionys. Hugo. Iansen.

Ingenium diuitum impiorum erga pauperem quale.

Itaque Ecclesiasticus proponit idem quod superius docuerat. Ostenderat autem ingenium diuitum impiorum erga pauperem; nunc eandem prosequitur materiam dicens: *Si necessarius illi fueris*, hic non significat amicum, id est, si amicus illi fueris, sed si tua opera indiguerit in aliquo negotio: solent enim diuites officiis aliorũ indigere in suum proprium obsequium, & ab illis postulant, vt in aliqua re omnes vires animi atque industriæ profundant, cogitationemque & curam in ea re ponant: tunc enim per verba mollia animum eorum mollire student, vt sibi seruiant. Et credentes suis promissis & verbis dulcibus, vires profundunt in suum obsequium, tandemque decipiuntur ab eis. Talia verba & promissa ea erant, quibus primi parentes supplantati sunt. Nam *serpens*, qui erat *callidior cunctis animantibus terræ, dixit ad mulierem: Nequaquam morientini? Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.* Gen. 3. v. 1. 4. 5. ecce verba mollia, ecce promissa quibus serpens supplantauit primos parentes. Dixit D. Bern. tractat. de Gradibus humil. *Te enim intenta ad aliud latenter interim in cor tuum serpens illabitur, blande alloquitur. Blanditiis rationem, mendaciis timorem compescit.* En diuitum ingenium & conditio, tanquam callidi serpentes in cor pauperum illabentes blande alloquuntur, & blanditiis rationem, & promissis mendacibus compescunt timorem, vt securi in obsequium suum se inferant; sed tandem sicut primi parentes supplantantur & decipiuntur. Sunt etiam hi diuites similes Iacob, qui egrediens ex vtero matris suæ, *plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob.* Gen. 25. v. 26. & cap. 27. vers. 36. dixit Esau: *Iustè vocatum est nomen eius Iacob: supplantauit enim me in altera vice.* id est, decipit me, vt nominis sui effectum demonstraret. Et D. Ambr. dixit vocatum sic esse *propter calcaneum*, id est, quia fraudulenter fratrem decipit, sic Diues fraudulenter, id est, verbis dulcibus, & promissis decipit pauperem, cum eius opera & industria in suam vtilitatem indigere ostendit.

Gen. 3. v. 1. 4. 5. D. Bernard. *Diuites similes serpentibus.* Gen. 25. v. 26. & 27. v. 36. *Iacob quare supplantator appellatus sit.* D. Ambros.

Illustratio secunda.

33. ET *subridens spem dabit narrans tibi bona.* Lyra, subridens, id est, blandiens, *narrans*, id est, promittens facere bona. Hugo, id est, simulate arridens tibi, spem dabit promittendo multa fallaciter. Cartusian. id est, dicet se bene facturum, retributurumque tibi præmium dignum, narrans tibi bona, id est, pulchra proficiens verba; sic Iansen. optime Palac. Nam ridenti & læto vultu promittet tibi beneficia, & narrabit quantum tibi fauere, quantum beneficiorum in te effundere potest. Itaque ostendens Ecclesiasticus quæ sit natura & ingenium horum diuitum, qui multa pollicentur fallaciter, nihil adimplentes, declarat modum procedendi; vt pauper fugiat insidias eorum: *Subridens*, inquit, *spem dabit:* id est, ridenti & læto vultu, vt qui audit, intelligat spem dare certam & securam, nihilque dubitet in promissionibus: vultus enim hilaris & lætus simulat cordis insidias, & operit animi fallaciis intentionem; sic qui subridet, vel blanditur fallaciter spem dat, sed fallacem, promittens multa, quæ non intendit implere, sed supplantare & decipere: quas præstigias diuulgat, vt vnusquisque caueat ab eis.

Lyra. Hugo. Dionys. Ianser. Palacios.

Diuites multa pollicentur, & nihil reddunt.

Spem dabit: dabit inquam simulato vultu, vt decipiat, quia vana spes deludit quemquam: ideò exclamauit Cicero 3. orat. *O fallacem hominum spem, fragilemq; fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpe franguntur & corruunt, & ante in ipso portu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt.* Diues igitur deludens dat spem, sed fallacem, siquidem in medio spatio sæpe frangitur, & corruit. Ideò Bald. in lib. eleganti tractatu schismatis, quem posuit in rub. C. si quis aliquem testa. prohi. col. 13. versiculo, præ-

Vana spes deludit quemquam. Cicero. Baldus.

Spes sæpe sapientissimos fallit. Boëtius.

Spes est illarum mentium morbus. Celsus. Plinius.

Diues dans spem futuri boni illudit pauperem. Petrarcha.

Obuiat spes amplexis argumentum leuitatis est

prætereà sicut qui habet, in hanc scribit sententiam: *Spes sæpè sapientissimos fallit, ita vt patiantur lethargum illusarum mentium morbum.* Quæ sunt verba Boëtij lib. 1. de consolat. philosophiæ, qui definiens spem, inquit: *Spes, quæ & cupiditas vocatur, est animi affectio proueniens ex opinione futuri cuiuspiam boni, rationi non obtemperans.* Pende, esse illusarum mentium morbum, & esse affectionẽ prouenientem ex opinione futuri boni: nam sicut lethargus illudit mentem, est enim torpor & inexpugnabilis pæne somni necessitas cum alienatione mentis, vt inquit Celsus lib. 3. c. 20. & Plin. lib. 20. c. 22. alienat enim mentem; sic qui in spe data confidit illusæ mentis morbo laborat; habet namque in se affectionem prouenientem ex opinione boni præmissi, & tandem illuditur, & decipitur. Ita cum *dat spem* diues futuri boni, illudit pauperẽ, nam illusæ mẽtis, morbo vel lethargo laborat, cum tandẽ decipiatur, cum spem frustrari experitur. Eleganter Petrarcha dialog. 109. de spe bona, cum proposuisset gaudium: *Rei bonæ spectatio blanda est.* respondet ratio: *Sed & fallax, & anceps, & anxia. Si hoc negas, numquam aliquid expectasti, sed se fallentium inextimabilis turba est, quibus ad id quod agunt nihil prorsus inefficax sese offert, nihil respicit, nulli se negat flecti & falli prona credulitas. Argumentum vero leuitatis ingens, atque amentiæ dixerim passim obuias spes amplecti, & his illico certis vt bonis pasci, ad quas doctri omnes & experti rerum tardi sunt.* Expende hæc vltima verba, quia sententiam Ecclesiastici satis confirmant, vt iis consideratis omnes illi, qui spem datam accipiunt à diuitibus dolosis, admoneant, & ne facile credant eorum promissis, sed alienis periculosis cautiores facti fugiant eorum familiaritatem & consortium.

Illustratio tertia.

34. *Falacius. Promissiones animum vanæ.* NArrans tibi bona, & dicet, quid opus est tibi? Optime Paul. Palac. Promittet tibi beneficia, & narrabit quantum tibi fauere, quantum beneficiorum in te effundere potest; dicet enim, habeo nummos, quos mutuo dem, triticum, quod donem, lanam qua vestiaris, quid ex his vis? quo tibi opus est? hæc ille. Lyra: de necessariis prouidebo tibi. Dionys. quare indiges? quasi paratus tibi eam conferre; sic etiam Hugo & Iansenius, vbi ostendit modum quo diuites decipiunt eos, quorum opera & labore indigent, vt sibi subiiciantur. Promittunt enim multa, & præter verba & vana promissa nihil reddunt. Probat Hugo ea promissione facta à Saule in gratiã Dauid: dixerat ei Saul 1. Reg. 18. v. 17. *Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tantummodo esto vir fortis, & præliare bella domini.* Indiguerat Rex Saul opera & labore Dauid, vt bellum contra Philistæos susciperet, & vt ad arma libens veniat, *narrat* illi *bona*, quæ daturus est, promittens ei filiam suam in vxorem. Sed euentus probauit, vanam fuisse promissionem: nam v. 19. dicitur: *Factum est autem tempus, cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor.* Ecce quomodo præter verba & vana promissa nihil ei reddidit, sed potius exinde inimicus factus est Dauidis. Promissio enim prius consideranda est antequam fiat: dixit D. Petrus Chrysol. in epist. *Magna enim debet esse in promissione directio: quia inanis promissio sæpe de amicis comparat inimicos.* Sicut dictum est de Saule; sic Glossa in cap. 2. vers. 22. Ecclesiast. *Sunt qui plura promittunt, & pauca reddunt, & eos quibus mentiendo promittunt, inimicos sibi faciunt.* quo probatur intentum Ecclesiastici.

Lyra. Dionys. Hugo. Iansen. *Diuites multa promittunt & nihil reddunt.* 1. Reg. 18. v. 17.

Promissio consideranda antequã fiat D. Chrysol.

Diuites ergo multa promittentes, & nihil reddentes, ventis & nubibus comparantur. Proverb. 25. v. 14. *Nubes, & ventus, & pluuiæ non sequentes vir gloriosus, & promissa non complens.* Comparat Salomon hic diuites magna promittentes, nihil autem præstantes, nubibus, pluuiam quidem pollicentibus, in fumum autem abeuntibus. Per quæ monemur ne id quandoque promittamus, quod præstare, vel non volumus, vel non possumus. *Nam pollicitis dives quilibet esse potest.* dixit Ouid. 1. de arte: quare dixit Stobæus lib. de moribus. *Priusquam promittas, delibera, & cum promiseris, facies: prius si negaueris, fecisse postea fallere est.* Idem serm. de prud. Phocion. dicere solebat: Non magna quidem hominibus promittenda, sed magna facienda esse. Verum eius dictum inuertunt homines, qui aureos montes ac Cresi opes pollicentur hominibus, cum negrij quidem præstent. Sed elegantius Plutarch. in Græcor. Apophtegm. comparat hos diuites cupresso aiens: *Lesthenes Atheniensis in bellum Lamiacum conieccrat, magna spe ob nomen parandæ libertatis & imperij exagitatos. huius orationem cupressorem similem dicebat esse Phocio: quæ cum sint pulchræ & proceræ: fructum tamen ferat nullum.* q. d. quemadmodum cupressus arbor sublimi compositoque in conum vertice procul egregium quidam polliceri videtur: at vix vlla sterilior est. Tales sunt illi qui splendida ac magnifica oratione aureos pollicentur montes: nihil tamen horum præstant quidquam. Idem Plutarchus refert de Thriuero, qui dicebat: cælum mane rutilum vere tempestatem præsagit. Et quam minimum spectandum est ab eo, qui plurima promittit. Adagium est. *Charetis pollicitationes*, dici solitum, vbi quis facile ac benigne promittit: Iuxta illud Nasonis.

Promittas, facito: quid enim promittere ladit?
Pollicitis dives quilibet esse potest.

Aliud etiam est adagium. *Verba importat Hermodorus.* in eum dicebatur, quo præter verba, nihil adferret; sic diuites cum multa narrant, & nihil faciunt: interrogant enim: *Quid opus est tibi?* quid vis vt faciam tibi? omnia, quæ postulaueris reddam libenter. quæ verba promissoria decipiunt eos, quibus facile offeruntur. Et vocari potest stulta promissio ea, quæ non reducitur ad actum: quare displicet hominibus sapientibus talis promissio, vt Deo *displicet infidelis, & stulta promissio.* Eccles. 5. v. 3. *Quia multo melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere.* Ideò ei, qui narrat bona, & dicit: *Quid opus est tibi?* minime credendum, sed ab eo cauendum & fugiendum tanquam ab illusore, &c.

Diuites auari comparantur cupressis. Plutarch.

Aliqui sunt qui præter verba nil afferunt. Ouidius. Eccles. 5. v. 3

VERS.

VERS. VIII.

Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis & ter: & in nouissimo deridebit te: & posteà videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te.

Sensus.

35. ET *confundet te*, q. d. Rursus, aliam tibi offero rationem, vt hoc errore libereris, scilicet gratum esse amicitiam cum potentioribus inire. Hæc est quod si post verba fraudulenter prolata vt te decipiat, aliquam gratiam seu beneficium in te contulerit, id in conuiuiis positum erit, quibus aliquando te recipiet: at ipsis cibis suis faciet vt erubescas; ita vt ex verecundia etiam tu vicissim illum accubatione epulari adigaris recipere: donec sæpius facultates consumat, & exhauriat fortunas tuas, vt amplius sumptus ferre non possis; sicque tandem velut insipientem & stultum te deridebit, & contemnet, quod te illi socium exhiberi præsumpseris. Deinde etiam tuam paupertatem spectans, deseret te, & tantum abest, vt misereatur tui, & subueniat, etiam caput suum mouebit contra te; vel irridendo te, vel expernando deprecationes tuas, qui prius omnia promiserat, &c.

Notæ.

CIbis suis, Jn aliquibus codicibus additur Τὸ *in*, ἐν τοῖς βρώμασιν αὐτοῦ: sic in Ald. Basil. & Roman. sed præpositio abest in Complut. & in Camer. & in Bibliis Steph. verbum *exinaniet* est ἀποκενώσει à verbo κενόω, quod est euacuo, excauo, exinanio, exhaurio: vsus est interpres hoc verbo, vt explicat fortunas exhauriri, & substantiam quasi euacuari, & excauari propter frequentia conuiuia, &c. Τὸ, *bis & ter*, idem est, ac sæpe & frequenter. quod ait: *confundet te cibis suis.* Dupliciter explicat Palacius. (Palacius.) id est, excipiet te ille opipare, & tu etiam illum opipere reinuites, ac sic exinaniat te, id est, parcissime te ille excipiet in opere suo laborantem: viles tibi cibos & parcos dabit, & quia mercede tua te frustrabit, exinaniet te, ac nouissime ridebit te; (Iansen.) sed Jansenius melius explicat, quem in sensu imitati sumus.

Illustratio prima.

36. (Lyra.) ET *confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis & ter.* Lyra: *Et confundet te*; vocando te ad mensam suam pro Xeniis habendis, *donec te exinaniat*; (Hugo.) id est ad paupertatem deducat. Hugo (Dionys.) fere eodem modo explicat. Dionys. Ad expensas magnas te inducendo, *donec te exinaniat*, (Iansen.) id est, vacuū & inanem relinquat. Optime Jansen. At his ipsis cibis suis pudorem tibi adferet, ita vt ex pudore etiam tu vicissim illum splendidis conuiuiis cogaris excipere: donec sæpius facultates tuas euacuet, & exhauriat, sic vt amplius sumptus ferre non possis.

Pauper fugere debet diuitum familiaritatem.

Jtaque monet Ecclesiasticus, pauperem fugere diuitum familiaritatem: horum enim ingenium & conditio est, confundere pauperem in cibis suis: nam cum diues inuitat ad conuiuium, ostentat vanitatem suam cibos pretiosos, sumptuosos, & magnificos apponendo. Et cum pauper non possit similem illi venditionem facere, confunditur & conturbatur: *donec exinaniat*, id est, vocando illum *bis & ter*, id est, sæpius ad mensam suam, adigit illum ad reinuitandum iterum atque iterum, quibus reinuitationibus exinanitur & euacuatur: quia cum diuitiæ illi non suppetant ad faciendam venditationem, cito deficiunt, & ipse deficit, & rubore suffunditur, animaduertens, se non posse par pari referre: quare ad paupertatem deducitur, &c. Sunt autem hi diuites similes sanguisugis vel hirundinibus de quibus loquens Salomon Prouerb. 30. v. 15. ait: *Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: affer, affer.* Vatab. *Sunt nempe* (filiæ scilicet) *affer, affer*, & cum versum superiorem de superbis explicuerit, subdit: *Hoc genus hominum est, simile hirundini, quæ studio insatiabili humani cruoris tenetur: perinde ac si dicat: quartum hoc genus hominum hirundini merito comparari potest.* Et cum diues sit superbus: de eo potest intelligi, qui semper dicit affer, affer. Exugit enim sanguinem pauperum, eos opprimendo & euacuando. Jtaque illos confundit in cibis suis donec eos exinaniat.

Diuites similes sunt sanguisugis. Prou. 30. v. 15. Vatablus.

Rursus, particula, *bis & ter*, variè explicatur ab auctoribus. Lyra, Hugo, & Dyonys. hoc referunt ad pauperum euacuationem; quod idem sit, quod sæpe, frequenter: *donec exinaniat bis & ter*: nos dicimus: *dos y tres veses.* scilicet illum inuitando: nam cum par pari referre debeat, si bis & ter inuitet, totidem reinnitare debet, quod causa est euacuationis pauperum: non enim suppetunt illis diuitiæ ad æqualem reinuitationem. Lyra accumulat primam vocem secundæ, & explicat: id est, quinquies, quia quinque modis euacuantur pauperes à diuitibus cupidis: vno modo bona pauperum violenter auferendo: secundo mercedem debitam retinendo. Tertio per verba duplicia decipiendo. Quarto, male eis ponderando vel mensurando. Et hoc dupliciter, vno modo in pauperum absentia qui confidunt de diuitibus. Alio modo in eorū præsentia, quia non audent contradicere. De 1. diximus iam supra v. 2. & 3. de 2. dicitur Leuit. 19. v. 13. *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.* vide cap. 7. n. 127. de tertio vide cap. 9. n. 102. Hugo sequitur Lyram, & assignat quinque filiàs auaritiæ. Violentiam, immisericordiam, fallaciam, fraudem, proditionem. Auaritia enim cum in corde diuitis generatur, has filias producit, & parit in odium pauperum. diues exercet violentiam in eos opprimendo, iniuriando, oppugnando, & contradicendo. Exhibent se immisericordes, crudeles, & tyrannos. conatur tandem fallaciis, fraudibus, præstigiis, circumscriptionibus, pauperes obruere. Tandem Dionys. licet prius particulam, *bis & ter*, explicet, id est, frequēter, quousque opportunitas eis occurrerit; sed statim sequitur Lyram & Hugonem licet in modis variet. id est, quinque modis, videlicet, in cibariis, & potibus nimium lautis, & pretiosis, item superfluis, & ante tempus conueniens sumptis & in conuiuiis nimium

Bis & ter variè explicatur. Lyra. Hugo. Dionys. Lyra. *Quinque modis euacuantur pauperes à diuitibus.* Leuit. 19. v. 13. Hugo. *Auaritia in corde diuitis generata quinque filias parit.* Dionys.

nimium diuturnis. His ergo modis pauperes à diuitibus decipiuntur.

37. (Dionys. Iansen.) *Et in nouissimo deridebit te.* Optime Dionys. quem sequitur Iansen. *in nouissimo*, scilicet cum omnia tua expenderis secum, *deridebit te* tanquam insipientem, eo quod præsumpseris te ei associare, & quia præualuit tibi; sic etiam Hugo, & probat ex eo Job. 12. v. 4. *Deridetur enim iusti simplicitas*: tales enim, qui bona sua expendunt cum diuitibus vt eorum familiaritate vtantur, hanc merentur irrisionem. Vide Jerem. 9. vers. 5. Vbi cum dixerit: *Vnusquisque se à proximo suo custodiat*: Subdit statim: *& vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur*, &c. per contemptum deridet & subsanat, q. d. vir diues fratrem suum pauperem cum viderit exinanitum, deridebit; & si ei loquatur, præstigiis & mendaciis decipiet eum, &c.

Hugo. Iob 12. v. 4. *Pauperes qui insumunt substantiam in gratiam diuitum irridentur.* Ierem. 9. v. 5.

Posteà videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. q. d. explicat Jansen. cernens tuam inopiam derelinquet te; & tantum abest, vt condoleat, aut succurrat, etiam caput suum mouebit contra te. Jansen. deridendo te, vel renuendo petitioni, ac præcibus tuis acquiescere, qui prius omnia erat pollicitus. Vbi Sirach: efficaciter hortatur non temerè ditiorum amicitias ambiendas, nec honorem aut fructum ex illis expectandum, sed magis iniurias cum defensionis negatione, & depauperationem cum irrisione, & omnis præconceptæ spei frustratione.

Crudelitas diuitis in pauperes qualis. Iansen.

Ergo ait: *Posteà*, id est, cum sis omnibus spoliatus & nudatus, *derelinquet te*, hoc est, deseret te, ita vt nec fauorem, nec opem tibi reddat, nec in necessitatibus tuis porrigat manum. *& caput suum mouebit ad te*, in signum irrisionis; mouere enim caput indicat irrisionem, vt cum quis vocibus aliquem increpitat caput mouendo: sic dicitur Psal. 43. v. 14. *Posuisti nos in similitudinem gentibus commotionem capitis in populis.* Per similitudinem intelligitur prouerbium siue parabola, id est, fecisti vt gentiles de nostra calamitate parabolam siue prouerbium sibi facerent: posuisti nos commotionem capitis; hoc est, fecisti, vt populi gentium, non solùm irrisione verborum, sed etiam capitis agitatione nos detestarentur, vel irriderent. Theodor. ad admirationem hæc verba refert? sic etiam dicitur Jsai. 37. v. 22. *Despexit te, & subsubsannauit te virgo filia Sion: post te caput mouebit filia Ierusalem, Ita etiam hic, & caput suum mouebit ad te.* id est, subsannabit, & irridebit te, quia stulte egisti expendens diuitias tuas in gratiam diuitum, &c.

Pauper deseritur à diuite. Ps. 43. v. 14. *Caput mouere signum irrisionis.* Theod. Isa. 37. v. 22.

VERS. IX.

Humiliare Deo, & expecta manus eius.

VERS. X.

Attende ne seductus in stultitiam humilieris.

Sensus.

38. HVmiliare, &c. q. d. vt huic materiæ finem imponam, & colophonem addam, moneo te, ne patiaris te magnis diuitum pollicitationibus, & præsumpta vana adipiscendi persuasione eludi & supplantari, & ne per stultitiam illam, qua stulte credis ditioribus, & fidis, sperasque te magnum futurum, deprimaris & deturberis, vilisque & abiectus efficiaris: humiliare te potius debes Deo, animum tuum ipsi subiicere, vt illi non displicere, sed obtemperare studeas, & sic expectare debes manus potentiæ & benignitatis eius, qui non derelinquit, nec frustratur omnes confidentes & sperantes in se, &c.

Notæ.

HÆ duæ sententiæ non sunt integræ in originalibus, nam alia legunt, alia omittunt. Complut. solùm apponunt hæc verba: *Attende: Ne decipiaris mente in lætitia cordis tui.* sic LXX. id est, *cum lætus existis, vide ne deprimaris.* Drusius sequitur LXX. Τὸ *mente* quod legunt Complut. διανοίᾳ, id est, mente aut cogitatione omittunt LXX. & Drus. cum sit in Camer. & Stephano. Complut. addunt: *in lætitia cordis tui.* Et imitantur Aldum Basil. & Rom. & exemplar Camerarij Lipsiæ cussum. Nam alterum habet, ἐν ἀφροσύνῃ καρδίας σου. id est, *amentia cordis tui.* quod probat nostram sententiam, *in stultitiam*; sed quocumque modo legantur hi versus in originalibus, lectio vulgatæ præferenda est, quæ sensum prælibatū efficiunt, &c.

Illustratio prima.

HVmiliare Deo, *& expecta manus eius.* In his sententiis auctor summam manum huic 39.
materiæ imponere videtur, docetque quando pauper humiliandus sit; quia si humilitas ad amicitiam diuitum adipiscendam frustratur, cum nihil aliud nisi verba inania ab illis expectare possit: at humilitas, quæ ad Dei gratiam obtinendam adhibetur, & præstatur, fructum vberrimum sperare potest. Deus enim non verba solum sed res etiam ab ipsius manibus promanantes exhibet libentissime, & affluenter communicat. Rabanus hanc sententiam prætermittit. At Lyra eam sic explicat: Hic consequenter hortatur recurrere ad diuinum auxilium, quod est sine fallacia, & deceptione, dicens: *Humiliare Deo* de te nihil præsumendo & *expecta manus eius*, id est: beneficentiam suæ misericordiæ, qua paratus est humiles adiuuare. Hugo ferè eodem modo; sic etiam Dionys. & Palacius: hic enim ait: Pulchra conclusio, si quia te egere vides, vis ditioribus humiliari, id ne facito: humiliare Deo potius, & ab eo vitæ subsidium expecta.

Quando pauper humiliandus sit. Rabanus. Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

Ergo duo nobis proponit, & admonet Ecclesiasticus; primum fugere mundanas amicitias & familiaritates 2. docet, impendendam nostram humilitatem ad Dei gratiam & amicitiam obtinendam. Circa primum docuit optime Jacob Apostol. in sua canonica cap. 4. v. 4. *Nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei: quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi, inimicus Dei constituitur.* idem est, *amicitia huius mundi inimica est Dei* ac dicere (vt Syriaca legit)

Mundanæ amicitiæ & familiaritates fugiendæ. Iac. 4. v. 4.

amicitiam huius mũdi inimicam eſſe apud Deum. Quare ergo amicus mundi inimicus eſt Dei? nũquid non poteſt homo ſimul mundum diligere, & Deum? quæ autem repugnantia inuenitur? Reſpondeo, non poſſe ſimul contraria diligi, cum mundus, & ea quæ mundus diligit contraria ſint Deo nemo placere poteſt Deo, qui diligit id, quod ipſi Deo aduerſatur: ſi Petrus & Paulus inter ſe aduerſentur, ille qui Petrum dilexerit, Paulum non diliget. Ideò dixit D. Paul. 2. Cor. 6. v. 15. *Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial?* Non enim coutuntur iuſtitia, & iniquitas: hæc namque à mundo diligitur, illa à Deo; nec ſimul lux & tenebræ inueniri poſſunt. Mundus amat tenebras, Chriſtus lucem: quare quæ conſonantia, quis conſenſus; quæ concordantia, quod coniugium Chriſti, qui eſt omnis diſciplinæ, obedientiæ, iuſtitiæ pater, cum Belial? id eſt, diabolo, eiuſque aſeclis mundo ſcilicet & carne, & infidelibus, qui eos ſequuntur? Deus enim æmulator eſt, & zelotes, vt dicitur Exod. 34. verſ. 14. *Dominus zelotes nomen eius; Deus eſt æmulator.* Zelotes eſt Deus & quodadmodo Zelotypus, non admittens eum, qui alium amet præter ſe, nec propter ſe: ſummo quodam amore proſequens nos, ita vt zelum in ipſo excitare videatur, ſi enim cum quis duxit virginem ſponſam, & illam diligit ardenti amore, zelat illam ne alio diuertatur; ſed ſtudeat ſe vt dilectum ſponſum ſolum diligere, quemlibet alium repellens amaſium: quid ni velit Deus, & poſtulet idem ab anima, ſcilicet Deum cum quo quaſi vinculo coniugij coniuncta, copulata, & conſtricta eſt, diligat vt ſponſum? nam vt Oſeas 2. v. 19. 20. promittit ex parte Dei: *Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia & miſerationibus: & ſcies quia ego Dominus.* Si ergo ſponſus repudiat vxorem, & aliquando caſtigat, quia alium ſecuta eſt amaſium, & tamquam inimicam reputat: cur non Deus animam, quæ ſecum copulata eſt in fide & iuſtitia, & contempto Deo amorem conuertit in creaturam, non repudiet & puniat tamquã ſibi inimicam? quare vnuſquiſque debet amorem ſæculi contemnere, & conuertere in Deum, ne ſi mundum diligat, & ea quæ in mundo ſunt, perdat amicitiam Chriſti, & charitatem eius; quia D. Joan. dixit epiſt. 1. c. 2. verſ. 15. *Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo: quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre ſed ex mundo eſt, & mundus tranſit, & concupiſcentia eius.* Expende hæc vltima verba, vbi notat Ioannes amicitiam mundi tranſitoriam eſſe, & qui humiliatur; vt mundi amicitiam aſſequatur, vt ſtultus abiicitur, quia in re leuiſſima, quæ ſubſtantiam nullam habet, confidit; tranſit enim mundus, & concupiſcentia eius: quare homo non debet amicitiam ſæculi ambire, quia expectare aliud non poteſt, niſi verba inania; ambire autem debet Dei amicitiam, vt expectet manus eius, ad quam obtinendam, humiliandus eſt.

Amicus mundi quare inimicus eſt Dei. — 2. Cor. 6. v. 15. — *Iuſtitia & iniquitas non coutuntur.* — Exod. 34. v. 14. — *Deus zelotes eſt, & quodadmodo zelotypus.* — *Deus diligendus vt ſponſus ab anima.* — Oſe. 2. v. 19. — *Qui mundum diligit perdit amicitiam Dei.* — 1. Ioan. 2. v. 15. — *Mundi amicitia tranſitoria eſt.*

40. *Humiliare Deo.* Monet 2. auctor impendendam noſtram humilitatem, vt manus Dei poſſimus expectare: vtrumque docuit nos vniuerſalis Paſtor & Doctor Petrus 1. pet. 5. v. 5. *Omnes autem humilitatem inſinuate: quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis, omnem ſollicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.* Hoc teſtimonium Petri probat haud dubium ſententiam noſtram: illud per partes extricemus. Verbum *inſinuare*, non ſolùm ſignificat in notitiam alicuius adducere, vel latenter introducere, ſed etiam quaſi in ſinum vel pectus immittere. ideò aliqui transferunt: *in ſinum veſtrum fouete.* ſed melius Vatab. *Humilitatem animi vobis infixam habete*, & explicat: *vel arctè ſeu nodis illigatam tenete.* Eraſm. eodem modo ſicut Jſidorus clarius: nam Heſychius verbum Græcũ aït ſignificare: *Illigationem, inuolutionem, circumdationem per modum cinctus, aut indumenti.* Ergo Petrus optat, vt omnes inſinuent humilitatem, hoc eſt, iuxta modo traditum ſenſum, ſinum ac ſe totos illa veluti cingant & circumueſtiant: alludens ad humilitatem Chriſti Domini cum linteo præcinctus tanquam ſeruulus abiecit ſe ad lauandos diſcipulorum pedes; & voluit Petrus hoc ſalubre monitum in memoriam reuocare: *Et vos debetis alter alterius lauare pedes.* Joa. 13. v. 14. vt omnes eamdẽ Chriſti humilitatẽ imitentur: & cum verbum *inſinuare* ſignificentiam, vt diximus, latenter introducere, haud dubium erit, ipſo exemplo atque officiis humilitatis prouocare ſe ad ſimiles actiones humilitatis, ac veluti alteri veſtem humilitatis iniicere, aut in ſinum alterius indere. Et ſi hic Apoſtolus doceat humilitatem inſinuare erga omnes, haud immemor fuit humilitatis erga Deum, nam ſtatim adiicit: *Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* q. d. agnoſcite conditionem Dei, & intelligite Deum ita deteſtari ſuperbiam, & ſuperbos odio habere, vt eo ipſo quod non ei humilientur, ſed ſuperbiant, abiiciet, & repellet; humilibus autem, qui coram eo ſe humiliant, *dabit manus*, id eſt, implebit bonis omnibus: quia *cum manus aperit, implet omne animal benedictione.* Pſal. 144. v. 16.

Humilitas noſtra impendenda, vt manus Dei poſſimus expectare. — 1. Pet. 5. v. 5. — *Verbum inſinuare quid.* — *Humilitatem inſinuare quid.* — Ioan. 13. v. 14. — *Humilitas exemplis inſinuanda.* — *Deus ſuperbis reſiſtit.* — Pſ. 144. v. 16.

41. Quare proſequitur Apoſtolus: *Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.* Ecce præmium humilitatis. Humiliamini, non coactè, ſed ſpontaneè. Nam potens eſt Deus, vt ſua illum erigat manu, & extollat, ſuoque tempore pro diebus, quibus humiliauit eum, lætitia afficiat; congruit hæc ſententia cum ea Jac. 4. v. 10. *Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.* in conſpectu Domini dicit, non nequiter, & plenis interioribus dolo: ſic Petrus: *humiliamini*, ſcilicet ſponte humiliatè animas veſtras, non ſolùm propter præmium exaltationis, ſed quoniam effugi nequit vis potentiæ eius, ac velis nolis, ſubdi oportet Deo ſecundum id Exod. 10. verſ. 3. *Vſquequo non vis ſubiici mihi?* in Heb. *humiliari*: ideò dixit D. Bernard. ſerm. quomodo voluntas noſtra diuinæ voluntati ſubiici debeat: *Porro totius humilitatis ſumma in eo videtur conſiſtere, ſi voluntas noſtra diuinæ (vt dignum eſt) ſubiecta ſit voluntati, ſicut ait Propheta: Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? ſcio quidem creaturam omnem velit nolit ſubiectam eſſe creatori; ſed à creatura rationali voluntaria ſubiectio quæritur, vt voluntariè ſacrificet Domino, & confiteatur nomini eius, non quia terribile & ſanctum, non quia omnipotens, ſed quia bonum eſt.*

Præmium humilitatis quale. — Iac. 4. v. 10. — *Anima non coactè, ſed ſpontaneè humilianda coram Deo.* — Exod. 10. v. 3. — *Summa humilitatis eſt ſubiici diuinæ voluntati.*

Tandem: *omnem ſollicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.* Ratio quare debet homo humiliari, eſt, quia Deus prouidentia ſua gubernat omnia, & vt manus Domini regat hominem, qui coram eo ſe depreſſit, debet omnem ſuam ſollicitudinem in eum proiicere, ſiquidem ipſi cura eſt de nobis. Sicut filius humiliatur coram patre, & proiicit à ſe ſollicitudinem ſui, quia ipſi cura eſt de filio; ſic homo qui habet Patrem Deum: quare dixit D. Ioan. Chryſoſtom. tom. 5. homil. 56. ad Popul. & 69. in Matth. *Ne cures tua, ſed ea Deo permitte: nam ſi ſatagis, tanquam homo ſatages; ſi vero dimittas, Deus prouidebit, &c. vt igitur eorum magnam gerat prouidentiam, ipſi ſoli omnia committe: ſi vero & ipſe ſpiritualibus omiſſis, ea tractaueris, non multam eorum ipſe curam geret. Vt igitur & hæc tibi bene diſponantur, & omni cura libereris, ſpiritualia tene, contemne ſecularia: ſic enim & cum cælis terram habebis, & futura conſequeris bona.* Quare debet homo humiliari, vt expectet manus Dei.

Quare debeat homo humiliari. — D. Chryſ. — *Homo non debet ſua curare, ſed Deo permittere.*

Illuſtratio ſecunda.

42. Hvmiliare Deo. Verbum, *humiliare*, poteſt etiam ſignificare idem, quod affligi, & ferre libenti animo tribulationes & anguſtias, quæ homini accidunt, q. d. humiliter perfer quæ tibi Deus immiſerit, ſic enim poteris manus Dei expectare. Humilitas hic afflictionem denotat, vt dixit Iudith: cap. 6. v. 15. *Reſpice ad noſtram humilitatem*, id eſt, ad noſtram humiliationem & depreſſionem reſpice, vt nos de manibus inimicorum liberes: ad commiſerationem, enim ô Domine prouocaberis, ſi noſtram in humiliatione patientiam conſideraueris. Serarius aſſerit: Poteſt tamen hæc humilitas pro ipſa humiliatione, afflictione, & calamitate accipi. Et ſi enim ταπεινὸς interdum humilitate, quæ ſuperbiæ oppoſita virtus eſt, præditum ſignificat, vt Math. 11. v. 29. & 1. Pet. 5. v. 5. Quid vero inter duo hæc interſit, verè ſciteque D. Bernard. ep. 87. *Humiliatio* (inquit) *via eſt ad humilitatem, ſicut patientia ad pacem, ſicut lectio ad ſcientiam; ſi virtutem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis: Nam ſi non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi.* &c. ſic etiam ſumitur humilitas pro humiliatione Deut. 16. v. 6. 7. *Affixeruntq; nos Ægyptij, & perſecuti ſunt, imponentes onera grauiſſima: & clamauerunt ad Dominum Deum patrum noſtrorum: qui exaudiuit nos, & reſpexit humilitatem noſtram, & laborem, atque anguſtiam*, &c. id eſt, reſpexit humiliationem noſtram, vel afflictionem, & miſeratus noſtri liberauit nos manum ſuam porrigens, quia in nullo alio tempore ita oſtenditur Deus propitius & clemens, vt cum homo tribulationibus premitur, humiliatur, & affligitur; reſpicit enim humilitatem, & cum in ipſo reſpicere ſit fauere & adiuuare, cum reſpicit, liberat & ſuccurrit, id eſt, dexteram homini tendit ad ferendam opem.

Humiliari pro affligi, & ferre libenter tribulationes. — Iudit. 6. v. 15. — Serarius. — D. Bernard. — *Humiliatio via eſt ad humilitatem.* — Deut. 16. v. 6. 7. — *Cum homo affligitur Deus adeſt propitius.*

Dixerat Vates Regius Pſal. 114. verſ. 4. *Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui.* Tribulatio ad corpus refertur, dolor ad animum. Et corpore & animo vexatus ſum. q. d. quæſiui tribulationem & dolorem, & cum inueni inuocaui Dominum, vt liberaret me: ſi inuenit quod quæſierat, quare inuocat nomen Domini, vt liberet eum? numquid ignorabat Dauid, quid tribulatio & dolor operabatur in corpore & animo, & tanquam ignorans ea quærebat, & cum inuenit quod perquirebat, tanquam ſi pœnitens illa quæſiuiſſet, occurrit ad Dominum vt à tribulatione liberaret? Fortè ſic accidit; ſed meo iudicio non ignorabat pſaltes quid tribulatio & dolor operabantur in homine, ſed ſciens & aduertens, ea inquirebat; & cum compertum haberet multa bona afferre ei, qui affligitur, meretur enim conſolationem Dei & præmium æternum: vt autem hæc aſſequeretur, perquirit tribulationem & dolorem: & cum inuenit & apprehendit, *inuocat Dominum*, id eſt, gratias agit ob acceptum beneficium. Niſi velis aliter explicare, ſcilicet: Nihil ita vrget animum ad diuini nominis inuocationem, vt tribulatio & dolor, id quæſiuit, & cum inuenit quod concupierat & captauit occaſionem, inuocauit nomen Domini, vt ſibi opem ferret, &c.

Pſ. 114. v. 4. — *Quid ſit tribulationem & dolorem inueniri.* — *Tribulatio multa bona affert ei qui affligitur.*

Dixerat inquam quod præſcripſimus, & ſubdit Vates: *Cuſtodiens paruulos Dominus: humiliatus ſum, & liberauit me.* paruulos vocat ſimplices & humiles, qui non ſua prudentia & artibus innituntur, ſed in deo ſpem collocant, illius ope, non ſua calliditate ſe liberandos de periculo confidunt: hos paruulos Dominus cuſtodit. Itaque cum humiliatus eſſem, & ad extremum diſcrimen adactus; tamen quia humilis & paruulus eram, & in eo ſpem omnem poſueram, liberauit me, id eſt, expectaui manus eius. Sic B. Theodor. Niſi velis explicare: *cuſtodiens*, &c. id eſt, Dominus ex paterna miſeratione cuſtodit paruulos ſuos quaſi teneros filios; quibus æternam hæreditatem parauit. Et quoniam Dauid non ignorabat, teſtimonium reddente Spiritu ſancto ſpiritui eius, ſe vnum ex illis eſſe; addit, *humiliatus ſum*, id eſt, ex paruulis eſſe ſtudui & tandem concluſit, *liberauit me*, id eſt, manum ſuam porrexit, vt à tribulatione me extraheret. D. Auguſt. ſic exponit: *Cuſtodiens paruulos Dominus, quos grandes quærit hæredes. Quis enim eſt filius, cui non det diſciplinam pater eius? Humiliatus ſum, & ſaluum me fecit. Saluum me fecit, quia humiliatus ſum. Non enim pœnalis, ſed ſalutaris dolor eſt, quem ſecando medicus fecit.* Sic explicat Auguſt. quia *humiliari* hoc loco (vt ait Agell.) non in bonum accipiendum eſſe; ſed vexationem afflictionemque ſignificare. Et probat ex eo Pſal. 115. *Ego autem humiliatus ſum nimis.* Laſſatus ſum, vires omnes amiſi, ad extremum vitæ diſcrimen perueni, & cum in eam rerum deſperationem veniſſem, tum demum liberauit me, id eſt, quia oppreſſus ſum tribulatione, & eam libenter ſubiui, vt Dei amicitiæ adſcribi poſſem, ideò liberauit me, id eſt, manum ſuam porrexit, & ab humiliatione & tribulatione eruit me.

43. Pſ. 114. v. 6. — *Paruuli vocantur humiles, & quare.* — Theodoret. — *Deus cuſtodit paruulos tanquam teneros filios.* — D. Auguſt. — Agellius. — *Humiliari pro vexari.* — Pſ. 115. v. 1.

Illuſtratio tertia.

44. ET *expecta manus eius.* Optime Lyranus: id eſt, beneficentiam ſuæ miſericordiæ, qua

Manus pro beneficentia.

Hugo. Paratus est humiles adiuuare. Hugo duplicem reddit sensum,id est, dexteram,quæ dabit stolam animæ; & sinistram, quæ dabit stolam corporis; vel, *expecta manus eius*, quarum vna erigit à miseriis mundi,& altera sublimabit ad gaudia cæli: *quia qui se humiliat exaltabitur*. Luc. 14.

Palacius. Ianſen. Palac. vitæ subsidium expecta. Tandem Ianſen. & expectanda manus potentiæ & benignitatis eius, qui non deserit nec frustratur sperantes in se. Itaque auctor hortatur pauperes, vt spem suam in Deo reponant, & non in diuitibus, quorum amicitiam consequi conantur, vt commoda propria venentur. Diuites enim fraudant, & fallunt: at Deus; eos qui ipsum diligunt, & coram eo humiliantur, spem suam in eius benignitate & liberalitate collocantes, adiuuat, & ipsis dexteram tendit ad succurrendum. *Humiliare igitur Deo: & manus eius expecta*. id est, beneficentiam misericordiæ suæ.

Spes reponenda in Deo & non in diuitibus.

Manus pro liberalitate & munificentia. Pierius. Quod per manus significetur liberalitas, & munificentia, constat ex Pierio Valer. lib. 35. Verbo *liberalitas*. qui ait: est & illud frequentissimo latinitatis vsu dictatum manus remittere, liberalitatis & donationis significato. quo loquendi modo lusores præcipuè vtuntur: nam remittere manus, est condonari collusori iactum, quem sua ipse manu damnosum fecisset, debueritque ob id nummos exoluere. Hinc legere est in epistola Octauiani Augusti ad Tiberium,ego perdidi viginti millia nūmorum, sed cum effuse in lusu liberalis fuissem, vt soleo plerumque, nam si quas manus remisi cuique exegisse: sed hoc malo benignitas enim mea me ad cælestem gloriam effert, hæc ille: vnde constat, remittere, vel extendere Deum manum ad beneficentiam & liberalitatem eius pertinere, vt videtur Pſ. 54. v. 21. *extendit manum suam in retribuendo*. D. Hilarius: *cum ad retribuendum his manum extendisset, id est, auxilium obtulisset*. Psal. etiam 103. vers. 28. *Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate*. Cum parce tribuis omnibus alimenta ea colligunt, sed cum tuam ostendis liberalitatem & munificentiam, omnia largiter recipiunt, ita vt bonis tuis repleantur, &c. D. Augustin. *Aperis manum, & vniuersa implebuntur bonitate: non manu sua, sed manu tua, aperta*. Licet per manum intelligat Christum, aiens: *Manus tua Christus est, aperiente te manum tuam, vniuersa implebuntur bonitate. Renelante Christum tuum, vniuersa implebuntur bonitate; non autem habent à se bonitatem*. Tandem probatur ex eo Pſ. 144. v. 16. *Aperis tu manū tuam, & imples omne animal benedictione*. id est, tu tanquam benignissimus & liberalissimus moderator ac rector non restricta manu, sed aperta largiter illis quo indigent tribuis, & satias omne animal eo cibo, quem quodcumque cupit & illi iucundus est. Aperire enim manum, est largiter tribuere, vt dicitur Deut. 15. vers. 11. *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego precipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno*, &c.

Deum extēdere manus pertinet ad liberalitatem. Pſ. 54. v. 21. D. Hilarius Pſ. 103. v. 28

D. Auguſt.

Per manum Dei intelligitur Christus. Pſ. 144. v. 16

Aperiri manum est largiter tribuere. Deut. 15. v. 11.

45. *Humilibus Deus sua bona largitur affluenter.* Ergo cum liberalitas & munificentia significetur per manus, cum ait Iesus Sirach. & *expecta manus eius*, id est, beneficentiam misericordiæ suæ: humilibus enim Deus bona sua largitur affluenter. quia cum in manibus suis tamquā in penu aut thesauro omnia bona tam temporalia quam spiritualia inueniantur, qui expectat manus eius,spem concipitad recipienda omnia ea, quæ ipsi conueniunt ad gloriam Dei, & vtilitatem propriam: ex parte Dei parata sunt in manibus suis, ex parte hominis parata debet esse voluntas ad recipiendum, si Deo humilietur. Et si manus Dei Christus est, vt dixit Diuus Augustin. ipse dixit Ioan. 13. vers. 3. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus*. id est, reposuit tanquam in ærario diuitias suas, hoc est, gratiam & gloriam, vt eas ad libitum dilargiretur. Cum iam Christus morti appropinquaret, voluit exemplum humilitatis discipulis exhibere, & antequam manus ad pedes discipulorum abluendos poneret, præmonstrat se filium esse Dei, *Sciens*, &c. Ante oculos enim habebat Christus infinitam dignitatem, nullisque terminis circumscriptam maiestatem suam, Dei esse filium Patri suo æqualem, totiusque orbis monarcham, non ignorabat. Attamen à stupendo humilitatis opere, non eum infinita dignitas, non maiestas, non potestas excellentissima reuocauit, sed abluit pedes discipulorum. Quid est quod prædicat se in manibus suis habere omnia quæ à parente suo sunt communicata (communicauit enim sibi æternus Parens in generatione omnia, quæ sibi erant propria) antequam manus eius pedibus hominum supponeret? verum est hæc prædixisse, vt cum videretur tantam exercere humilitatem, nihil suæ dignitatis & maiestatis perdidisse, sed solum dissimulasse. Sed meo iudicio singulare mysterium demonstrauit; hoc est, se manus hominibus obtulisse diuitiis cælestibus plenas, vt qui eius humilitatem æmularentur, possint *manus* illius *expectare*, & diuitiis cælestibus, quæ in eis repositæ seruabantur, copiosè perfrui. Et forte, Petrus cum prius recusasset beneficium lotionis pedum, oblatum à Christo, audiens ipsius responsum: *Si non lauero te, non habebis partem mecum*, id est, expellam te à meo consortio, non eris mihi socius, non habebis mecum partem in regno cælorum. Et vt Toletan. & Palac. non habebis partem mecum in Eucharistiæ sacramento, & sacrificio, cuius panem Eucharisticum in manibus habiturus erat ad eum communicandum, quia ergo in pane quem in manibus continebat, reposita erant omnia bona, quibus cælites fruebantur, ne Petrus eis priuaretur, respondit: *Domine non tantum pedes meos sed & manus & caput*. id est, me ipsum totum tua lotione purifica, vt non priuer tanto bono; cum igitur: *omnia dederit ei Pater in manus*. & in pane Eucharistico continerentur, non solum restitit Petrus lauari, vt prius, sed manus & caput ablui postulabat: quia sic *manus eius expectare poterat*, id est, recipere ea omnia, quæ reposita à Patre in manibus seruabat, in quibus beneficentia suæ misericordiæ inueniebatur, quo humiles adiuuare volebat.

Ioan. 13. v. 3. *Omnia reposuit Deus in manibus Christi.* D. Auguſt.

Quare Christus prædicat se in manibus suis omnia habere.

Ioan. 13. v. 8. *Partem non habere cum Christo, quid.*

Tandem Hugo per has manus Dei intelligit dexteram, quæ dabit stolam gloriæ, & sinistram, quæ dabit stolam corporis; vel vna eriget à miseriis mundi, & altera sublimabit ad gaudium cæli. Fateor Pierium lib. 35. asseruisse liberalitatem in dextera significatam esse, sed addit: veteres enim Theologi, qui diuinorum nominum significata perscrutātur, eam inesse vim in dex-

46. Hugo. *Dextera significat liberalitatem.* Pierius.

dextera Dei intellexere, vnde pulchra, grata, lætaque omnia prouenirent; licet statim dicat. Per Dei vero dexteram effusissimam eius benignitatem interpretatur. Læuam demum Armei eam in Deo vim esse dicunt, vnde fortia, dura, & castigantia procedant; sic ille: si hoc heroglyphicum explicationi Hugonis applicemus, asseremus, nil aliud esse stolam gloriæ, quam illa gloria, quæ animæ respondit, & stolam corporis, quæ respondet corpori. Ergo si in dextera Dei pulchra, grata, lætaque omnia inueniantur, ipsa manus dextera Dei dabit animæ stolam suam, id est, æternam beatitudinē, qua æternū perfruatur. Optime dixit Vates Regius Pſal. 15. v. 11. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem*. D. Brunus explicat; id est, *cum in cælo præsentia vsus fuero vehementer lætabor: delectationes, &c. multum delectabor in fidelibus constituendis ad dexteram, quos mihi dabis*, &c. optime Card. Bellarm. explicat de gloria animæ, & corporis, aiens: *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo*, gloriosum, immortalem, & beatum faciens me, vultum tuum mihi ostendendo: nam ex visione Dei, in qua consistit beatitudo essentialis, redundat etiam gloria in corpus. Nec solùm gloriosum me facies, sed ad dexteram collocabis in cælis, vbi delectationes sunt sine vllo fine, vel cum dextera manu sua tanquam inexhausto fonte bonorum electos indefinenter delectationis replet.

Quid per stolam gloriæ & stolam corporis

Pſa 15 v.11

D. Brunus. *Adimplere lætitia quid.*

Bellarm.

Rursus Salomon Prou. 3. v. 16. *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria*. quem locum variè Doctores explicant: sed per longitudinem dierum possunt intelligi æterna bona, quæ sapientia clargitur in æterna beatitudine; sic D. Hieronym. tom. 8. *Visione suæ diuinitatis electos in perpetua luce donat*. Vbi Lyra: quia primo & principaliter habet aspectum ad cælestia & æterna. Per sinistrā possunt intelligi etiā diuitiæ & gloria, quibus corpus post resurrectione potietur. Ergo ij, qui Deo humiliantur, *expectare possunt manus eius*, dexteram scilicet quæ dabit animæ stolam beatitudinis essentialis, & sinistram, quæ dabit stolam corporis, id est, gloriæ dotes, quibus corpus perfruetur in æternum. Forte hoc confirmat id Cant. 2. v. 6. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. Deus enim læua manu sua suppositā capiti iusti, communicat gloriam corporis, & dextera manu sua amplectitur animam, illam beatificando gloria essentiali æterna. Quo testimonio potest confirmari explicatio secunda Hugonis, nam Deus lætā suam supponendo capiti iusti, extrahit illū à miseriis humanæ vitæ & dextera sua gaudium æternæ fruitionis communicat. Quare Ecclesiasticus monet: *Humiliare Deo, & expecta manus eius*, id est, dona eius tam spiritualia, quam temporalia in hac vita & æterna. *manus* enim in Græco est, δωρον de quo ait Plinius lib. 35. c. 14. *Græci enim antiqui doron palmum vocabant, & ideò dora munera, quia manu darentur*. Ergo humiles possunt expectare manus Dei, id est, munera, & dona, quæ manibus suis dilargitur. vide Isa. 49. v. 23. *Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum*, &c.

Proverb. 3. v. 16. *Dierum longitudo quid.*

Ps. Hieron Lyra *Per sinistrā Dei quid.*

Cant. 2. v. 6. *Deus læua communicat gloriam corporis, & dextera gloriam animæ.* Hugo.

Manus in Græco est δωρον. Pierius.

Isa. 49. v. 23

Illustratio tertia.

47. Rabanus. Lyra. ATtende ne seductus in stultitiam humilieris. Rabanus: Hoc est, erronea doctrina deprauatus confundaris; sic etiam Lyra: Attende diligenter, ne seductus per verba ad decipiendum composita in stultitiam humilieris, id est, ad stultitiam deiiciaris per errorem. Hugo sequitur Rabanum sicut & Dionys. At Palacius, melius explicat, dicens: Caue ne hominibus humilieris stulte & falso ab eis remedium sperans. Tandē Ianſen. Humilientur, subiiciantur, deiiciantur, vilesque & abiecti fiant. Itaque in hac sententia iuxta sensum præpositum, & iuxta sententias superiores, monet Siracides, non fidendum hominibus, sed soli Deo; homines enim, vel diuites, vel potentiores seducunt pauperes, qui fidentes auxilio eorum expectant manus, id est, auxilium & præsidium necessarium ad viuendum sed experientia docet, illos multa polliceri, exequi nihil: quare pauperes isti confidentes humiliantur, & confunduntur propter stultitiam suam. Stulte enim confidunt in diuitibus, qui omnes sibi adhærentes decipere conantur.

Hugo. Dionyſ. Palacius. Ianſen.

Non fidendum hominibus sed soli Deo.

Ianſen. Ergo Ianſenius infert ex hac sententia expectanda manus potentiæ & benignitatis eius, qui non deserit, nec frustratur sperantes in se, & addit: Hoc ergo sapiens hic vult insinuare, quod apertius inquit Psalmista Pſal. 117. vers. 8. *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine: bonum est sperare in Domino, quam sperare in Principibus*, id est, magis bonum, vel melius est confidentiam collocare in Deo, quam in hominibus: melius spem in Deo reponere, quam in principibus; sed quare? Respondet B. Theodoret. *Nam bonus & benignus est, & bona vult, & quæcūque vult facere potest, immortalemq; potestatem habet. Homines vero & naturæ interitui obnoxij sunt, & mente volubiles, & sæpius bona volunt, aliquando vero volentes iniuria affectis opem afferre non possunt, & licet imperent, ad tempus habent imperium, & regnum apud homines fluxum est, parūq; temporis durat; melius est igitur hominum opem derelinquere, & diuinum auxilium implorare*. Pende illa verba, *& mente volubiles*, quæ confirmant versionem originalem nostræ sententiæ. *Attende ne seducaris mente*, id est, mente volueris, homines enim ex se mente voluuntur, & si primum manus porrigebant pauperi benefico, cum aliquid, quod largiretur, illis residuum habebant; sed cum eum viderint opibus & substantia destitutum, derelinquunt, mente enim voluuntur, & decipiuntur, vt mutent sententiam: quare ait Sirach: *Caue ne seductus in stultitiam humilieris*.

Melius est sperare in Domino quam in homine.

Theodor.

Quare melius sit sperare in Domino quam in principibus.

Homines mente volumtur.

Rursus, ipse Vates Regius Pſal. 145. vers. 2. idem consilium præbet, cum ait: *Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus*. q. d. ne in stultitiam seducti confidentiam vestram in principibus collocare studeatis, quia filij hominum sunt; & licet Principes sint, potentiam non habent ad saluandum. *in quibus non est salus*, nec formaliter, nec efficienter. Filij enim hominum sunt sicut cæteri homines: ideò nolite confidere in illis quia vobis salutem conferre nequibunt. Ergo si Christus redemptor humani generis filius hominis vocabatur, quomodo in ipso non erat salus? *est*. Respondet Diuus Augustinus tom. 8. *in vno filio hominis salus, & in ipso, non quia filius hominis, sed quia filius Dei: Non propter id quod suscepit ex te, sed propter id, quod seruauit in se. Ergo in nullo homine salus, quia ex nullo ideò salus, quia Deus qui est super omnia Deus benedictus in secula*. Vbi aduertit noster

48. Pſ. 145. v. 2. *In principibus non fidendum.*

In Christo solum salus est. D. Auguſt.

Bellarm. Card.Bellar. D.Auguſtinum non negare Chriſti humanitatem concurrere ad ſalutem noſtram vt inſtrumentum coniunctum; ſed ſignificat originem & fontem ſalutis in Chriſto eſſe, non ex eo quod ſumpſit ex homine, ſed ex eo quod erat in principio apud Patrem, & eumdem Chriſtum non fore Saluatorem, ſi filius hominis eſſet, & filius Dei non eſſet. Quare ait Sapiens: *Caue ne ſeductus*, &c. id eſt, caue ne hominibus confidas, quia confunderis. Et dixit Ierem.cap.17.v.5. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* quæ maior maledictio excogitari poteſt, quam confuſionem ex ſtultitia procedentem recipere? At qui in Domino confidit, benedictione hac replebitur verſ. 7. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quaſi lignum, quod transplātatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cum venerit æſtus, & erit folium eius viride.*

Maledictus homo qui in homine confidit.

Tandem in Originali Complut. habetur: *Et ne humilieris in lætitia cordis tui.* ſic LXX. & Druſ. *Aut lætitia deiiciaris.* Et ſenſus eſſe poterit, ne obtemperemus cupiditati inconſideratæ cum magna ſpe aut honoris, aut commodi, aut voluptatis ab hominibus allicimur, atque inuitamur. Animi enim noſtri nimia voluptate elati, non conſiderant quid tutum ſit: quare illa lætitia propter quam homo deiicitur, & humiliatur; amentia eſt, ſtultitia eſt; ſic Joſephus Patriarcha humiliatus eſt in lætitia cordis ſui, cum fretus ope pincernæ apprehendit ſe libertatem conſequuturum; ſic enim interpretatus eſt ſomnium eius. Geneſ. 40. v.13. 14. *Tres propagines,* &c. *Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam: vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere,* &c. Ecce quomodo Ioſeph ſuam libertatem conſequi ſperabat fretus ope pincernę. Et poſſumus coniectari, cor ſuum lętitia perfuſum eſſe: ſed hęc lętitia in ſtultitiam conuerſa eſt: nam dicitur verſ.23. *Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.* & Deus ſua prouidentia permiſit illum multo tempore detineri in carcere, quia in homine confiſus eſt; ſic eleganter D. Chryſoſt. to.4.in epiſt.ad Titum c.3.hom.6.dixit: *Ioſeph itē cum carcerem egredi properaret, tunc maxime illic immorari permiſſus eſt. Merito & ipſe hoc paſſus exiſtimatur, quoniam dixit: memento mei: vt diſceret, hominibus non eſſe confidendum, ſed ſpem omnem in Deum dirigendam.* ſic D.Auguſt.tom.10.ſerm.82.de tempore, affirmat dixiſſe Ioſephum: *Memento mei,* &c. *quia nondum ſcriptum erat: Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in homine: cum in omnibus Dei gratiam meruiſſet, ſurreptum eſt illi, vt ab homine auxilium peteret. Pro qua re additi ſunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere, tanquam diceret ei Deus: ego tibi oſtendo, vt magis à me quam ab homine debeas auxilium poſtulare.* Ecce quomodo Ioſeph poſtquā lætatus eſt pollicitatione pincernæ humiliatus eſt propter ſtultitiam ſuam, quia ſpem ſuam & confidentiam, non in ſolo Deo, ſed in homine collocauit: quare admonet Eccleſiaſticus: *caue*, vel *attende ne ſeductus in ſtultitiam humilieris.* Ad alia.

Animi nimia voluptate elati non conſiderant quid tutum ſit. — Gen. 40. v.13.14. — *Quare Ioſeph tanto tempore detentus ſit in carcere.* — D.Chryſ. — D. Auguſt. — *Auxilium potius poſtulandum à Deo quam ab homine.*

VERS. XI.

Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris.

49. HÆc ſententia in Græcis originalibus deſideratur, forte appoſita eſt ab interprete Latino in confirmationem ſuperioris. ad ſenſum.

Senſus.

NOli eſſe humilis, &c. q.d. Tandem ne velis in eo, quod te ſcite & prudenter deligere & conſtituere exiſtimas, velis eſſe, & nimis depreſſus, vt ſcilicet Judices te ſapienter agere deligendo potentiorum & ditiorum conſociationem, & ob id te illis nimis deprimas, & ſubiicias; ne ſic depreſſus & humiliatus per ſtultitiam tuam ab illis abducaris. Hoc eſt, caue (explicat Janſenius) ne quam putas eſſe ſapientiam, qua te dimittendum putas ditioribus, ſeductus agnoſcas eſſe ſtultitiam, &c.

Illuſtratio prima.

Varia explicatio ſententiæ. NOli *eſſe humilis in ſapientia tua*: variè hæc ſententia ab interpretibus explicatur. Nam Rabanus de defenſoribus veritatis exponit, dicens: Non humilitatis virtutem habere diſſuadet, quæ in omnibus laudabilis eſt, ſed auctoritatem firmam contra expugnatores veritatis tenere docet: quia nullo modo his cedendum eſt, ſed fortiter reſiſtendum. Et probat ex Gal.2.v.5. *Quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectionem, vt veritas Euangelij permaneat apud vos.* Hæc expoſitio perſpicuam veritatem continet, ſed non ſatis facit ſenſui ſententiæ, in qua agit auctor de humiliatione, qua homo deprimitur, vt potentiorum familiaritatem venetur. Lyra: Noli eſſe puſillanimis in ſapientia tua à Deo data. Hugo in primo hemiſtichio ſequitur Lyram, & addit: puſillanimis & nimium ſimplex in 2. ſequitur Rabanum. Dionyſ. id eſt, nimis deiecti animi, aut puſillanimis corde in ſapientia tua, ita vt eam tam modicam arbitreris, quod non audeas peccantem corripere, ignorantem inſtruere, ac diſciplinæ iura, auctoritatemque exercere, ſi aliquibus præſides. Melius omnibus prodit intelligentiam huius ſententiæ Palacius, qui ſic ait: id eſt, credes forſan ſapientiam eſſe, hominibus humiliari. At caue ne per hanc creditam ſapientiam eis humilieris: alioquin in ea, quam putas ſapientiam, quæ ſtultitia eſt, ſeduceris: hæc ille & optime:

Rabanus. — Gal.2.v.5. — Lyra. — Hugo. — Dionyſ. — Palacius.

Prima interpretatio poteſt illuſtrari teſtimonio Pauli ſupra citato ad Gal.2. v. 5. *Quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectione, vt veritas Euangelij permaneat apud vos.* Prædicauerat Apoſtolus Euangelium Chriſti, per quod liberi fiebāt Chriſtiani à ſeruitute circumciſionis; ſubintroierunt autem aliqui fratres ex Iudæis, qui explorabant hanc libertatem in Chriſto, ſed Paulus volens libertatem Euangelij defendere, ait: *quibus,* &c. q. d. quibus ne ad momentum quidem ceſſimus, neque eo nos adduci paſſi ſumus, vt nos illis prodita libertate ſubiiceremus, & quaſi victi daremus manus, ſed dedimus operam, vt veritas Euangelicæ doctrinæ integra, atque illæſa

Veritas Euangelij defendenda. Gal.2.v.5.

læſa apud vos permaneret, nullaque vobis præberetur occaſio à recto tramite declinandi. Nota, *vt veritas Euangelij*, &c. dedimus operam, vt veritas euangelij neque frangeretur, neque minueretur in vobis: quare vt eam defenſionē veſtræ fidei, & ſalutis ſuſceptam manifeſtaremus, neque ad momentum ceſſimus, ſed fortiter propugnauimus, & concertauimus, &c. quod ſi ſic non faceremus humiles in ſapientia noſtra videremur. Confirmatur ex eo ad Tit.1. v.13. *Quam ob cauſam increpa illos dure, vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum, auerſantium ſe à veritate.* Tandem Iudas Apoſt. in ſua Canonica verſ.18. *In nouiſſimo tempore venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus & hos quidem arguite Iudicatos,* &c. id eſt, hos, quibus non proficit blanda correctio, arguite, id eſt, reprehendite adhibentes mordaciora medicamenta, id eſt, nolite humiles videri in ſapientia veſtra pro defenſione veritatis.

Qui non defendit euangelium humilis in ſapientia ſua eſt. — Tit.1.v.13. — Iudæ epiſt. v. 18.

50. Jtaque præcedens explicatio optimam habet doctrinam; ſed non attingit ſententiæ intelligentiam: ſecunda vero haud dubium attingit, cum enim doceat ſapientia homines humilitatem exercere, cum ſeſe offerat occaſio illam manifeſtandi, ille qui familiaritatem diuitum, aſſequi ſtudet, exiſtimat ſapientiam eſſe aliis hominibus humiliari, vt quod percupit conſequatur, & tantum abeſt, vt virtutē humilitatis adipiſcatur, vt potius propriam venetur humiliationem, qua ſeducitur: Quare ait auctor: *noli eſſe humilis in ſapientia tua.* Exiſtimas enim te nimium ſapere cum coram diuite humiliaris, & non modo non habes veram ſapientiam, ſed potius declinas in ſtultitiam. Hinc eſt quod Paulus de Palacio dubium moueat, & optime illi ſatisfaciat: cur auctor prohibet nos humiliari, cum Petrus dicat: *Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ.* 1.Pet.2.v.13.& Paul.1.Cor.9.v.19. *Cum liber eſſem ex omnibus omnium me ſeruum feci, vt plures lucri facerem.* Et Matth.20. v.28. *Non venit miniſtrari, ſed miniſtrare?* Reſpōdet ex communi Philoſophia, ſumere omnia nomen & rationem ex fine: quare Petrus addit, *propter Deum*, & ſubiicit homines non hominibus, ſed Deo. Paulus vt lucri faciat: & Chriſtus vt redimat. Hæc obedientia Deo potius eſt quā homini. Secundò, prohibet nos humiliari, quando ea humilitas eſt aduerſa Deo, id eſt, quādo offenditur Deus ne Princeps offendatur; tunc enim ſapientia ſeruiendi hominibus ſtultitia fit, ſi vero humiliari homini non tollit humiliari Deo, non illud prohibetur. Tertiò, Non tollit auctor quin homini humilieris, ſed tollit vt humilieris totus confidens in homine: ſuſpenſus ab homine Dei oblitus omnino. Quarto, Inſtituit auctor virum pium feruentem Deo omnino dicatum, huic non adeò conuenit principibus deſeruire. Jn hac vltima reſponſione videtur eos arguere & vituperare, ſeu potius illis vitio dare, qui vt placeant & ſeruiant principibus, abdicantur Dei obſequio, cui dicati viuebant, quærunt gratiam principum cum propriæ conſcientiæ detrimento. Dixit D. Bernard. ſerm.de natiuit.Marię, de aquæ ductu: *Quæramus gratiam, ſed gratiam apud Deum: nam apud homines gratia fallax.* Hinc eſt quod Deus quæreretur de populo Jſrael, quia contempto Deo, qui vices Regis fungebatur, eum per Samuelem gubernans, poſtularent Regem & principem, cui ſeruirent & ſubiicerentur. 1. Reg. 12. v.12. *Dixiſtis mihi: Nequaquam, ſed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus veſter regnaret in vobis.* Quare ergo poſtulauerit populus regem & Principem, qui eos regeret, ſi Deus illi præſidebat? nunquid volebant Dei obſequio ſe abdicare, & Regi aut principi ſe ſubiicere, cui ſeruirent eius venantes familiaritatem? forte ſic erat, ideò Dei gratiam & familiaritatem amiſerunt. Sic dixit D. Gregor. tom.1. lib.5. cap.2. in c.12. 1.Reg. q. d. *Ad hoc vobis hominem elegiſtis, ad quod Deum habere ſolebatis: quem nimirum locum ſi ſpiritualiter diſcutere volumus, hoc ex eo colligitur, quia qui carnalem ſibi præeſſe expetunt, diuinam gratiam à ſe repellunt.* Et paullò pòſt: *vt oſtendat, qui carnalibus ſe imitando ſubiiciunt, diuinæ gratiæ dignitatem perdunt.* Pende prima verba, q. d. elegiſtis hominem, cui ſeruiretis, & obtemperaretis, & cōtempſiſtis Deum, quem antea obſeruabatis, exiſtimaſtis ſapientiam eſſe humiles eſſe ad hominem, & ſeducti eſtis: nam hæc ſapientia in ſtultitiam conuerſa eſt perdidiſtis enim gratiam Dei, vt gratiam principis venari poſſetis.

Genuina expoſitio. — *Qui coram diuite humiliat ſe inſipiens eſt.* — 1.Pet.2. v.13. — 1 Cor 9. v.19. — Matt. 20. v.28. — *Humilitas prohibetur cum eſt contraria Deo.* — *Non conuenit virum pium hominibus deſeruire.* — D.Bernard. — 1.Reg.12. v.12. — *Quare populus Iſrael poſtulauerit regem, ſi Deus vices regis gerebat.* — D.Gregor. — *Qui carnalem ſibi præeſſe expetunt diuinam gratiam à ſe repellunt.*

Illuſtratio ſecunda.

NE *humiliatus in ſtultitiam ſeducaris.* Cum homo ſapientiam ſuam ſequitur, vt familiaritatem Principum venetur, ſeducitur & fallitur: nam cum eam adipiſcitur humiliatur & deprimitur, & cum humiliatum ſe conſpicit, agnoſcit ſtultitiam ſuam. Differt enim ſapientia à ſtultitia vt lux à tenebris: ſicut dixit Salomon Eccleſiaſtes 2. v.13. *Et vidi quod tantum præcederet ſapientia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris.* Stultitiam vocat ſcientiam rerum terrenarum; & ſapientiam eam, quæ vel infunditur à Deo, vel acquiritur ab homine: hæc lux eſt, illa autem tenebræ, quibus homo obſcuratur & decipitur. Ergo cum homo iactatur ſe ſapientem eſſe cum res terrenas venatur, quales ſunt amicitia & familiaritas principum, ſeducitur; nam tunc humiliatur & deprimitur, & agnoſcit ſuam ſapientiam occupatam in conſecutione rerum terrenarum, ſtultitiam eſſe ſeducetur enim humiliatus, & omni contemptu redditur dignus. Quare, *Noli eſſe humilis in ſapientia tua.* id eſt, noli humiliari homini, vt ſuam gratiam aſſequaris: *Ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris.* quia dicetur tibi per exprobationem: *Humiliatio tua in medio tui.* Mich.6. v.14. id eſt, te totum comprehendet hæc tua humiliatio & depreſſio; ſed humiliandum Deo, in cuius gratia, non ſolum non humiliaberis & deciperis, ſed potius eruditus & exaltatus euades, vt ſuperius diximus, quia, *qui ſe humiliauerit, exaltabitur.* Matt.23. v.12.

51 — *Cum homo venatur amicitiam principum ſeducitur.* — Eccleſ.2. v.13. — *Non humiliandum homini vt ſuam gratiam quis aſſequatur.* — Mich. 6. v.14. — Matt. 23. v.12.

VERS. XII.

Aduocatus à potentiore, discede: ex hoc enim magis te aduocabit.

Sensus.

52. ADuocatus, &c. q. d. Quia principum & potentiorum amicitiæ & familiaritates sunt crebris periculis expositæ, vt qui vitæ ac mortis habent potestatem, & leui nonnumquã de causa offendantur ac fauorem mutent; & tamen sunt, qui eorum amicitias imprudenter ambiunt, quasi per eas honorem & commodum obtenturi. Admoneo in primis te, vt si ab aliquo principe aduocatus fueris, vel ad mensam, vel ad amicitiam, vel ad honorem, aut dignitatem, non statim ad illum curras; sed à principio ex personæ obseruantia; & cordis tui moderatione, pudoreque resistas & obstes, honeste rationem & excusationem reddendo, & confitendo te congressum & colloquium illius non mereri: si ergo ille ex animo aduocauit, non solùm non offendetur, & nec reiiciet quem vocauit: sed etiam animaduertens & obseruantiam, quæ illi exhibetur, & vocati submissionem principi gratissimam, his oblectatus, propterea magis inhians aduocabit, &c.

Notæ.

PRo *potentiore*, est in Græco, δυνάστης, quod est vel Princeps, vel Edynacta aliquis, qui solet aduocare subditos, vt ipsi obsequantur. *Ex hoc enim.* Complut. καὶ τοσȣτω μαλον, *& tanto magis.* Aldus Basil. & Rom. καὶ ποσω μαλλον, *eo magis*, quod idem est. Ex hac enim renitentia assumit princeps occasionem ad vocãdum subditum, quem ad suam inuitat familiaritatem. *te aduocabit*, Græcè est: σȣ προσκαλέσεται πλεονάζων. *te aduocabit repetens*, vel *sæpius*, vel *te magis magisq; aduocabit.* Vulgatus omisit, *repetens*, vel *sæpius*: quia redundare videtur, & absque hac particula optime sensus efficiebatur, &c.

Illustratio.

53. *Moderatio adhibenda in principum familiaritate.* ADuocatus à potentiore discede. Quoniam principum amicitiæ ac familiaritates sunt periculosæ, monet vt ea cautio moderatioque adhibeatur, vt neque nos familiarius illis adiungamus, in eorumque fidem permittamus: neque recusatione nostra, & fuga illorum animos offendamus. Jn primis prudenter ac reuerenter viuendum est cum eo, qui in nos vitæ ac necis potestatem habeat: eorum etiam summa gratia & beneuolentia cum maxima offensione facile mutari potest, fidem autem experiri, periculosum est. Rabanus optime explicat hanc & subsequentes sententias, dicens. *Rabanus.* Temperanter nos agere cum potestatibus istius mundi sapientia docet, ne forte si incaute cum illis ambulemus, offendamus. Insolẽtia enim ipsorũ & superbia frequenter deridet innocentium simplicitatem, & despectos eos habet, quos à negotiis mundi se abstinere videt: sed quoniam ordo talis est mortalis vitæ, vt alij excellant diuitiis, & potentia: alij deprimantur inopia & egestate. ita sanè se conformet sensus Christi cum potestatibus mundi, vt eis debitum honorem conferat, & tamen timorem Domini, ac mandatorum eius custodiam nullo modo derelinquat: hæc ille & optime. Lyra, id est, aliqualiter excusa te: *Lyra.* *Ex hoc enim*, id est, si prius te vocauit bona intentione. Hugo: vocatus ad conuiuandum cum eo, vel ad aliquod officium, vel honorem, discede, id est, contrahe te excusando, si statim cundo, vel ingerendo, vt faciunt multi. *Hugo.* *Ex hoc enim, &c.* si prius tamen ex corde vocauit te. Dionys. Cartus. *Dionys.* Aduocatus, id est, inuitatus ad mensam ad consilium, vel ad consedendum, discede, id est, in primis modeste renitere, teque excusa quasi indignus: *Ex hoc enim*, &c. quia videns tuam humilitatem, discretionem, & reuerentiam, quam ei impendis, plus afficietur ad te. Tandem Palacius: *Palacius.* vbi aduocatus à potentiore venisti, discede quamprimum liceat ab aula, non placeat tibi consistere. Ea enim ratione magis te ille vocabit, magis enim cupimus ea, quibus caremus, quam quæ ad manum habemus: cupimus enim semper negata: hæc ille.

54. *Docetur moderatio in accessu ad principes.* Jtaque auctor noster moderationem docet in accessu ad Principes & Potentatus: solent enim crebrius homines prudentes aduocare, vel ad consilium expostulandum, vel ad mensam, aut aliquid aliud simile & si facile quis accedat, & crebrius quam par est intrudatur fastidium generat, & aliquando contemptum: quare raro accedere debet, vt pluris æstimatur eius conuersatio: cum enim non inuitatus accedit, ostendit nimiam voluntatem congrediendi cum Principibus, & ipse seipsum contemptibilem facit; sed cum inuitatus renititur, venerabilis redditur, & adigit Principem ad vocandũ eum, pluris æstimando illlum. *Nam nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.* Jdeò Dauid 1. Reg. 18. vers. 18. *1 Reg. 18. v. 18. Dauid inuitatus à Saul non acceptauit honorem.* Cum inuitatus esset à Saul, vt honorem, quem offerebat, reciperet, respondit: *Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio Patris mei in Israel, vt fiam gener regis?* id est, nec ego, nec cognatio Patris mei tantum honorem meremur. Hæc honoris renitentia causa fuit, vt ipse Rex mandaret seruis suis vers. 22. *Loquimini ad Dauid clam me, dicentes: Ecce places Regi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener regis.* Quasi iterum reuocasset Saul Dauid ad recipiendum honorem oblatum: quia ipse se excusauit apud eum: sic etiam D. Gregor. Magn. cum inuitatus esset ad Pontificatum, & gratulatus esset ab aliquibus, respondit tom. 4. ep. 3. *D. Gregor. D. Gregor. inuitatus ad Pontificatum renuitur.* *Quidquid mihi ex honore sacerdotalis officij extranei arrident, non valde penso: de vobis autem mihi hac ex re arridentibus non minimum doleo, qui desiderium meum plenissime scitis, & tamen profecisse me creditis.* Et statim vocat se *honoris huius vinculis religatum.* Probat ex eo 1. Reg. 20. v. 21. *1. Reg. 20. v. 21.* cum Saul vocatus ad regnum absconditse: *quæsierunt ergo eum, & non est inuentus: & consuluerunt post hæc Dominum: vtrum nam venturus esset illuc. Respondită; Dominus: ecce absconditus est Domi.* Super quæ D. Gregor. *D. Gregor.* *Vt enim ea, quæ nobis præcipiunt, bene perficiamus, prius quam appareamus in opere, intus recondimur in interna consideratione.* q. d. licet vocemur ad honorem, recondamur prius, vt quæramur, & pluris æstimemur apud superiorem qui nos vocauit.

Hoc

Cant. 5. v. 2. Quare sponsa domũ non aperuit, cum sponsus pulsauit ad ianuam. Hoc potest confirmari ex eo quod fecit sponsa. Cant. 5. vers. 2. Pulsauerat sponsus ad ianuam suam, dicens: *Aperi mihi soror mea*, &c. Respondit ipsa v. 3. *Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* quod factum licet inurbanitatem redoleat; sed D. Gregor. Magn, tom. 2. in Cant. moraliter *D. Gregor.* explicat ad intentum: aiens. *Tunica sua Sponsa se exspoliauit, quia omnia exteriora, quibus honorabatur, & onerabatur abiecit.* & de pedibus subdit: *Pedes lauit, quia peccata abluens lacrymis, munda in conspectu dilecti sui apparere concupiuit. Hos pedes iterum inquinare metuit, quia valde sollicita est, ne si in prælatione ponatur, per terrena ambulans, iterum suscipiat, quod dimisit. Idcirco ab otio inuita recedit, quia dum à marinis fluctibus aliena est, quasi in littore posita, securius viuit.* Ecce quomodo sponsa à sponso vocata, & aduocata recedit.

Ratio quare aduocatus à potentiore recedere debet. Ratio ergo propter quam prudenter aduocatus à potentiore recedere debet, ea est, quia cum facile quis intruditur in amicitiam & familiaritatem eius, vilipenditur, & cum recedit, pluris æstimatur. Jtaque qui facile se ingerunt in communicationem potentiorum tamquã repetita sæpius fercula fastidiuntur. ideo dixit Salomon Prou. 25. v. 17. *Prou. 25. v. 17.* *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.* in Heb. est: *Pretiosum fac pedem tuum.* LXX. *rarum.* particula *pretiosum* significat æstimabilem facere ingressum in domum proximi: nos dicimus. *Hazte estimar de todos.* id est, vende magno pretio communicationem tuam: qui enim raro visitat amicum suum, se ipsum pretiosum facit. *Qui raro visitat amicum suum seipsum pretiosum facit.* Alioquin si crebrius quam par est, visendi causa cõmunicas proximum & principem, qui te vocauit, haud dubium fastidieris: nam *satiatus oderit te.* sicut odio habetur cibus sæpius repetitus. quare *aduocatus recede: ex hoc enim te magis aduocabit.* id est, tuæ communicationi magis inhians erit: id enim, quod negatur plus concupitur sicut dixit D. Petr. Chrysol. serm. 147. *D. Chrysol.* *Amor nisi ad desiderata peruaserit, necat amantem. Amor parit desiderium, gliscet ardore, ardor ad inconcessa pertendit.* sic in præsenti.

VERS. XIII.

Ne improbus sis, ne impingaris; & ne longè sis ab eo, ne eas in obliuionem.

Sensus.

56. NE *improbus sis*, &c. q. d. Cum certum sit Principum amicitias, nec temere ambiendas, nec omnino aspernandas, hoc consilium ausculta. Ne improbus sis, intrudendo scilicet te ad eos antequam ab illis aduoceris, vel inuiteris: ne impingaris, hoc est, turpiter & contumeliosè propellaris tanquam indignus, merentur enim qui temerè se ingerunt non vocati hanc iniuriam & contumeliam, ideò ne te inferas non aduocatus. Nec tamen procul abeas à principe, qui iam te fauore prosequi cepit, ne ex memoria eius penitus delearis; sicque omnem beneficij expectationẽ perdas, &c.

Notæ.

NE *improbus sis*, &c. in Græco est: μὴ ἐμπίπτε, *ne incidas.* LXX. *non intrudas te*, id est, ne petulanter inferas, atque ingeras te. Verbum enim originale ἐμπίπτω, est incido, inuado, obuiam fio, occurro, incido in aliquem, incurro, præcipito. Quæ omnia significata non sunt aliena à sensu huius versus. vulgatus; *ne improbus sis* transtulit, quod sic explicatur: Ne tamquã improbus, & stultus incidas, vel obuiam fias Principi, neque occurras ei, nec sine consideratione pręcipiteris te inferẽdo in eius amicitiam & familiaritatem. *Ne impingaris*: cum quis temerè & inconsulto se in familiaritatem principis ingerit, se despicatissimum exhibet: quare dignus est vt contemnatur & impingatur. Complut. *expellaris*: verbum enim ἀπωθέω vel ἀπώθω significat repello, expello, reiicio, repudio. Ne expellaris, ne reiiciaris, ne tamquam indignus repudieris. Addunt Complut. ἀκρίτως, sine iudicio, id est, iniudicato, siue re non explorata. Tandem: *ne eas in obliuionem vel obliuioni tradaris.* Hæc confirmauit cognatum Alexandri responsum, quo monebat ita Principes accedendos esse, vt ad ignem accedimus: à quo, inquit, si procul abfueris, frigebis: si proprius accesseris, te comburet, &c.

Illustratio prima.

57. *Non appetẽda inconsideratè principum amicitia.* NE *improbus sis*, &c. id est, noli te ingerere ne temere reiiciaris. Moderatio igitur illa tenenda est, vt neque cupidius atque inconsiderantius potentum amicitiam appetamus, neque omnino aspernemur: quorum alterum repulsam temeritatis pœnam, alterum obliuionem afferre solet. Alterum est adhuc tempus cum iam admissi ac recepti sumus, in quo nimia familiaritas vitanda est, modestia semper & prudentia adhibenda. Lyra: *Lyra.* Ne improbus sis, ingerendo te nimis, ne impingaris, id est, repellaris verecundè. Eodem modo Hugo. *Hugo.* Dionys. *Dionys.* *ne improbus sis*, id est, importunus, & maioribus inhonestè te ingerens, *ne impingaris*, id est, ne turpiter repellaris tanquam indignus. Palacius, *Palacius.* id est, ne importunè te ingeras, *ne impingaris*, id est, ne tam frequens sis, vt sit semper in te impingendum.

Principum amicitia nec ambienda, nec spernenda. Jtaque indicat auctor in hoc consilio, principum amicitias nec temerè ambiendas, nec aspernandas. *Ne improbus sis* (inquit) quod ego explico, ne sis importunus, crebro frequentando principum aulas, vt nimia communicatione eorum amicitias ambire contendas, idem enim est *improbus*, ac importunus, & consistens. Iuxta id Virg. 1. Geor. *Virgil.* *Labor omnia vincit improbus*, id est, importunus & constans; sicut etiam aliud adagium erasmi. *Improbitas muscæ*: in improbum, & subinde redeuntem etiamsi turpiter repellatur, quadrabit illud Homeri. *Homerus.*

Atque illi muscæ vim intra præcordia misit
Quæ quamuis de pelle viri sit sæpe repulsa,
Assultat morsura tamen.

Sic etiam dicitur in illa parabola Christi Domini Luc. 11. v. 8. *Luc. 11. v. 8. Improbitas idem quod importunitas.* cum amicus postulat ab amico media nocte tres panes: ait ergo ipse Dominus: *Propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi*, &c. id est, propter importunitatem & perseuerantiam dabit, &c. ne sis similis muscæ, quæ repulsa

pulsa iterum assultat; si cum vadis rogatus non reniteris, sed potius intrudis te, & ingeris, improbus eris, importunus habeberis, & dignus eris vt ab ipso principe expellaris, quod tibi probro erit, & summa ignominia notatus euades. Quare ne irruas, inuadasque principum amicitias, & importune illorum domos frequentando, redditque rationem dicens:

Ne impingaris. propriè: *ne expellaris.* Tygur. *Vt ne temere reiiciaris.* q. d. ne improbus sis & fastidiosus volens gloriosus apparere corã Principe, te ingerendo & intrudendo in eius amicitiam: quia expelleris, & reiicieris, & humiliaberis coram ipso. Forte hoc est quod dixit Salomon Prou. 25. v. 6. *Ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magnorum ne steteris: Melius est enim vt dicatur tibi: Ascende huc, quam vt humilieris coram Principe.* q. d. ne ambias amicitiam potentioris volens coram eo gloriosus apparere, & sedere in loco eorum, qui gratia præstant apud illum: quia si vocatus reniteris humiliando te, iterum vocaberis, & ascendes ad locum honorificum coram eo; sed si improbus fueris volens intrudere te, humiliaberis & pudefies: nam expelleris, & reiicieris temere, & summa ignominia notatus abibis.

Qui intrudit se in amicitiam principum, humiliatur coram ipso. Prou. 25. v. 6.

58. Verbum autem *impingere*, propriè significat impellere, & illidere: ideò dicitur, fustem alicui impingere. Et vt Virgil. Æneid. 5. v. 805.

Verbum impingere quid. Virgil.

Exanimata sequens impingeret agmina muris.

Vbi videtur sumere metaphoram à tempestatibus maris, quæ iactos insequuntur, ac tum fluctus impingunt in scopulos & littora. Dicitur etiam caput parieti impingere; vt Plin. epist. 60. *Dum hæc dicit, exiluit cathedram, aduersoq; parieti caput ingenti impetu impegit, & corruit. Dio le de cauezadas en la pared.* dicitur etiam, pugnum impingere, vel nauem impingere, id est, impellere, aut agere in arenam, aut scopulos, vt Quint. lib. 4. c. 1. Passiue sumitur pro immergi, & in profundum demitti, vt Plinius lib. 10. cap. 38. & præcipuè pro impelli; vt Seneca lib. 1. de ira, cap. 3. *Irasci dicit incitari, impingi*, sic ait Ecclesiasticus: *Ne improbus sis, ne impingaris*, id est, ne à Principe, cuius ira & impetus assimilatur tempestati, impingaris in scopulum; aut impellaris, & iratus princeps, & quasi tædio confectus, & stomachatus parieti caput tuum impingat. *Sicq; temere reiiciaris*, vt transtulit Tygurina. Videtur etiam hoc verbo sumere metaphoram ex eo, quod aliquid leue, vasi duro & ferreo impingat, quia tunc statim resilit & refugit: sic qui potenti illidit, & impingit, retrocedat necesse est, quod confirmatur ex sententia 3. *Quid communicabit cacabus*, &c.

Plinius. Quintil. Plinius. Seneca. *Ira principis assimilatur tempestati.*

Illustratio secunda.

59. NE *longè sis ab eo, ne eas in obliuionem.* Complut. *Ne longè distes, ne obliuioni tradaris.* Lyra, id est, si Dominus dederit sibi gratiam largiendi, non habeat de te memoriam. Dionys. id est, ne ipse fiat omnino immemor tui, & sic si indigueris eius patrocinio, non curat de te, neque de his, pro quibus rogaueris consilium & auxilium eius. Jtaque monet vrbanitatem erga potentiores: nam si ipsi vocauerint, non omnino eis resistendum est, sed potius vrbane & modeste inuisendi: ne si vocati abscedant, inurbani reddantur, & occasionem præbeant obliuionis; obliuiscuntur enim Principes eorum, qui procul recedunt ab eis, & tantum absunt à mente, quantum à corpore: quare moderatione vtendum in eorum cõmunicatione. Principes enim facile obliuiscuntur absentiũ: sed cur? quia cum imperij ambitio sita sit in eorum mentibus, optantque videre omnes ipsis subiectos, & suis iussibus obsequentes? Cum aliqui ab ipsis recedunt, & ab imperio, & potestate sua procul abeunt, indignantur: existimant enim eos esse suæ potestatis contemptores; sicque ne probro afficiantur obliuiscuntur, & auram fauoris sui facile tollunt, in vindictam recessionis eorum. Præterquam quod cum Principes non egeant pauperum fauore, si hi longè recedunt, traduntur obliuioni; quare ne procul abeas ab eis, ne obliuioni tradaris.

Lyra. Dionys. *Monetur vrbanitas erga potentiores.* *Principes facile obliuiscuntur absentium.*

Exemplum proponitur nobis Gen. 40. v. 23. Coniecti simul erant in carcere Joseph Patriarcha, & Pincerna Pharaonis. Joseph interpretatus est somnum, & suam nuntiauit fælicitatem ad Regis gratiam reuertendi; dum ambo simul conuersabantur, promisit Pincerna Josepho opem ferre, vt è carcere liberaretur, cum in gratia Principis inueniretur: assequutus est tandem fælicitatem pristinam & gratiam, & oblitus est Josephi: *Et tamen succedentibus prosperis præpositus Pincernarum, oblitus est interpretis sui.* Quare ergo obliuioni tradidit Pincerna interpretem suum? respondet D. Ambros. tom. 1. lib. de Joseph. c. 6. *Tamen elatus potentia non recordabatur, & quanta hæc potentia, vbi vini ministerium? En vnde omnis iactantia, quia erat spadonum præpositus, qui vinum poculis regis ministrabant. Era el Principal de los de la Copa de su Magestad.* sicque iactabatur de potentia sua. Sed respondeo non solùm quia considerauit se Principem, & Dominum, & iam fauore Joseph minimè indigebat, illius immemor factus est; sed etiam quia longè à se aberat, oblitus est: nos enim hispane dicimus: *En quitandolo de los oIos, se va del Caraçon.* discessit ab illius conspectu corpore, & longè factus est mente: Quare oblitus est, &c.

Gen. 40. v. 23. *Exemplum obliuionis potentiorum.* *Quare Iosephi oblitus sit pincerna regis.* D. Ambros.

Hæc veritas etiam confirmatur exemplo Saulis, cum enim vtilis ei fuit Dauid, cognoscebat eum 1. Reg. 16. v. 21. *Dilexit eum nimis. Misitq; Saul ad Isai, dicens: Stet Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis.* Quis non arbitraretur, ita esse Dauid in mente regis Saul, vt ex eius memoria deleri non posset? Abscessit aliquantulum, & reuertens, non est agnitus à rege: qui interrogauit Abner. cap. 17. v. 55. *De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner*, &c. cur quærit Rex stirpem Dauid? numquid tunc erat prima dies, cum nosceret eum? quare simulat ignorare eum esse, qui ipsi seruierat, cum psalebat in conspectu eius? Respondet Lyra, quia sicut dicit Aug. interim barba creuerat adolescenti, quæ notabiliter mutat ei aspectum faciei. Potest etiam dici, quod Saul ex dæmonis afflictione habebat memoriam & phantasiam perturbatam & impeditam à cognitione; sic ille: quem sequitur Abulensis. Rursus ait Lyra: Fecerat proclamari quod filiam suam daret ei, qui Philisteum percuteret, & ideò volebat scire si esset de bono genere, ita quod filia sua esset illi competenter assignata: At Theod. respondet quæst. 42. in 1. Reg. Duorum alterum est intelligendum, vel quod furore percitus, non sentiebat eum pulsantem citharam, vel quod inuidia eum mouit, vt non exactè sciret vndenam esset; sed meo iu-

Quare Saul oblitus sit Dauid. 1. Reg. 16. v. 21. 1 Reg. 17. v. 55. *Quare Saul quærat ex qua stirpe esset Dauid.* Lyra. Abulens. Theodor.

-dicio, & si hæ rationes veræ sint, alia fortè erit non aliena, scilicet ingenium Principum esse, immemores esse eorum, qui longè sunt ab eis: quare cum Dauid postquam ei seruierat in afflictione sua, cum exagitabatur à dæmone, psallens cithara, alio concederet, & longè aberat à conspectu Regis, sicut longè ab illo factus est corpore, longè etiam factus est mente, oblitusque eius deseruit illum. Quare optimum est Siracidis consilium: *Ne improbus sis, ne impingaris; & ne longè sis ab eo, ne eas in obliuionem.*

Principes obliuiscuntur benefactorum suorum.

Illustratio tertia.

60. TAndem Paulus de Palacio, cum prouerbium Alexandri, quod supra in notis retulimus, repetiisset, subiicit statim: Hæc intellige, nisi Princeps te sæpe vocet, & nisi negotia tibi commissa adire te cogat. At qui ô benignissimum Deum nostrum rerum omnium principem apud quem nihil magis fere probum, quam improbe, id est, continenter ad eum accedere: pulchrum illud: *vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*, & item: *Mihi adhærere Deo bonum est.* hæc ille: quod ita verum est, vt non indigeret probatione. Sed aliqua attingamus ad hanc veritatem illustrandam. Isa. 49. vers. 14. *Dixit Sion:* (iacens quærelam in Deum) *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.* & respondet Propheta v. 15. 16. *Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.* Cum de Ecclesia egisset Jsaias, nunc ad Sionem redit apud Babylonios exulantem. quæ cum longum subiisset atque ærumnosum exilium, de sua iam libertate desperans quærebatur, clamabatque in hæc verba: en prodidit mihi, atque deseruit Dominus: Deus mei curam atque memoriam abiecit. Ad quam sic Deus: Numquid mater à sua in tenellum & infantem filium indulgentia impetrare poterit, vt illius obliuiscatur & deserat? non sanè: sic neque vnquam ego obliuiscar tui. Quod si aliquando contigerit, vt filij sui mater memoriam deponat, mihi tamen de te numquam erit obliuioni locus. Ecce enim in manibus meis expressam fero tui effigiem, ô Sion, in annulorum gemma te, tuosque descripsi muros, ne vnquam ante oculos meos non obuersentur. Vide in nostro Sanchez eleganter illustratum hunc locum. Ecce quomodo Deus diligit humanum genus, & vnumquemque hominẽ; maiori amore quam mater diligit filium suum, vt si per impossibile mater obliuiscatur filij vteri sui, Deus autẽ, qui Princeps vniuersorum est, non potest obliuisci, etiamsi homo longè sit ab eo: quia licet Vates dicat Ps. 72. v. 27. *Ecce qui elongant se à te peribunt*, id est, omnes, qui per iniquitatem separantur à Deo peribunt omnino, quomodo perit corpus cum separatur à spiritu, & ruit ædificiũ, cum subducitur fundamentũ, quia carent gratia Dei quæ dat vitam animæ: sed omnium recordatur Deus, iustorum vt præmium largiatur, & peccatorum vt conuertat eos à peccatis suis & saluentur; quia in manibus suis omnes descriptos gestat, vt præbeat omnibus misericordiam & benignitatem suam. Dixit D. August. in soliloq. cap. 2. *Manus tuæ Domine fecerunt, & plasmauerunt me: manus inquam illæ, quæ affixæ clauis sunt pro me; opus manuum tuarum Domine ne despicias, vulnera manuum tuarum precor vt aspicias. Ecce in manibus tuis Domine Deus descripsisti me, lege ipsam Scripturam, & salua me. En ad te suspiro creatura tua, creator es, recrea me. en ad te clamo factura tua, vita es, viuifica me. En ad te respicio tuum plasma, plasmator es, restaura me.*

Palacius. *Nihil fructuosius quam hominem ad Deũ accedere.* Ps. 72. v. 23. Ibid. v. 28. Isa. 49. v. 14. Ibid. v. 15. 16. *Isaias responsio ad querelam.* *Mater numquam obliuiscitur filij vteri sui.* *Deus diligit genus humanum & vnumquemque hominẽ plus quam mater diligit filium suum.* Ps. 72. v. 27. *In manibus suis descripti sunt Deo iusti & peccatores.* D. August.

61. Ex quibus colligitur Deum, qui Rex regum est, obliuisci non posse hominum, etiamsi videantur longe ab eo esse, quia omnes descripsit in manibus; & qui voluerit ad eum accedere, non frustrabitur fauore suo: & si millies accedat, & importunus sit, nõ repelletur, nec abiicietur Ideò aiebat Dauid Psal. 54. v. 18. *Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam.* Vbi ex Heb. legitur. *Vespere, & mane, & meridie precor, & importunus sum: & ipse vocem meam exaudiuit.* Vide supra cap. 3. num. 25. testimonium Chrysostomi, sed nota verbum, *importunus sum*, quia idem est quod *improbus*, vt superius diximus: & tamen adiecit: *& ipse vocem*, &c. q.d. licet homo reddatur improbus, & importunus, non fastiditur & stomachatur Deus, sed aures benignas patienter & libenter præbet. Pagnin. *Loquar, & tumultuabor, & exaudiet vocem meam*, id est, verba faciam, & inquietus ero: nos dicimus *bullicioso*: & tamen non repellit orationem & locutionem meam: nam si humanus Princeps ægrè ferat hominem tumultuosum, & cum ad loquendum accedit, reiicit illum; sed Dominus libenter excipit accedentem ad se, & numquam obliuiscitur, &c.

Deus non obliuiscitur hominis, & si ille elongetur ab eo. Ps. 54. v. 18. *Licet homo importunus sit exauditur à Deo.*

Ratio ergo quare Deus nõ obliuiscatur, ea est præcipua, quia ipse misit filium suum in mundum, vt factus homo reconciliaret sibi genus humanum, & redimeret, & postquam assumpsit in cælum, ipsum fecit aduocatum nostrum, qui perpetuò interpellat pro nobis; sic consolatur D. Ioan. peccatores, monens eos fugere à peccato, & si lapsi fuerint, consolentur, se habere aduocatum apud Patrem, & sic ait 1. epist. c. 2. vers. 1. *Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum.* Dixit D. Bernard. citatus in hoc loco à sancto Thoma: *ostendit filio mater vbera, ostendit filius Patri vulnera:* Cumque perpetua sit hæc ostensio vulnerum, perpetua est Christi recordatio & aduocatio, & perpetua Patris placatio. Cum ait Apostolus in plurali *habemus*, se ipsum non vult excludere: quia si peccatores talem aduocatum assequuntur, se inter peccatores annumerat, vt tam eximio aduocati fauore potiatur. Pende id Bernard. *ostendit filius Patri vulnera.* nam fortè alludit ad id Isai. 40. v. 10. *& opus illius coram illo.* passionem suam opus vocat: quod opus tam excellens, tam pretiosum, tam immensi valoris ac meriti, fuit *coram eo*, siue coram Deo Patre, vt ob illud regeneratis & iustificatis in Christo mercedem afferret; siue coram ipsomet Christo, vt inde ad remunerandos alumnos incitaretur, pro quibus tantopere laborauerat in tota vita; ac demum acerbissimam mortem obiuit, & ob eam fortasse causam voluit vulnerũ cicatrices & notas retinere, vt coram oculis semper obuersaretur quod pro nobis saluandis ac beandis fuerat passus, & haberet ad manus & in manibus quo patri suo memoriam suæ passionis suggereret: ideò ait Bernard. *& ostendit filius*, &c.

Quæ ratio cur Deus non obliuiscatur hominis. 1. Ioan. 2. v. 1. D. Bernard. *Christus perpetuus aduocatus apud Patrem.* Isa. 40. v. 10. *Quare Christus vulnera sua semper conseruet.*

62. Tandem optauerat Dauid toto corde ad Deum accedere, quia benignus Princeps est, & neminem repellit ad se accedentem Ps. 72. v. 27. Ps. 72. v. 27.

Mihi

Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam. q.d. viderint alij quid bonum eis sit, mihi certè bonum est, vtile, iucundum, honorificum adhærere Deo: & quoniam adhærere per amplexum in vita non conceditur: bonum mihi nunc est, ponere in Domino Deo spem meam, id est, adhærere per spem, & in spe perfectæ adhæsionis interim gaudere. Hæc expositio D. Aug. est, verba eius sunt: *Hoc est totum bonum: vultis amplius? Doleo volentes. Fratres, quid vultis amplius? Deo adhærere nihil est melius, quando eum videbimus facie ad faciem. Modo ergo quid? quia adhuc peregrinus loquor. Adhærere Deo, inquit, bonum est; sed modo in peregrinatione, quia nondum venit res ponere in Domino spem meam: quamdiu ergo non adhæsisti, ibi pone spem: fluctuas, præmitte ad terram hanc ancoram,* &c. Itaque cum Dauid experientiam cæpisset in rebus, quam periculosum sit alteri homini licet Principi adhærere, decreuit Deo adhærere, & deponere in eo spem suam; quia ipse Princeps benignus est, & non sequitur ingenium aliorum principum, qui facile obliuiscuntur, cum ab eis longè abeunt. At Deus cum facile accedentes ad se excipiat, licet videantur longè abesse ab eo homines, eorum non obliuiscitur, sed curam habet, &c.

D. Augst.

Ponenda in Deo spes, & ei adhærendum.

VERS. XIV.

Ne retineas ex æquo loqui cum illo, nec credas multis verbis illius: ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis.

Sensus.

63. NE *retineas*, &c. q.d. Si ergo aduocatus à Principe in eius familiaritatem consulto te ingesseris, duo serua. primo vt ne diu cum Principe tanquam cum æquali sermonem conferre perstas, & ea cum libertate, qua ipse loquitur; sed vt paucis quod dicendum est, absoluas: ne vel nimia confidentia & audacia, vel nimia loquacitate & communicatione, ei iniucundus sis. Secundo vt ne illi fidem tribuas, etiamsi blande loquatur & multa polliceatur. Quia illa familiaris principum collocutio & communicatio aliquando fit ad animum hominis explorandum, & quasi euiscerandum, eiusque secreta indaganda, & expiscanda, &c.

Notæ.

NE *retineas ex æquo loqui.* in Græco est; μὴ ἐπέχε σεαυτῷ. *ne contineas alloqui cum illo.* Verbum ἐπέχω multa significat inter alia, sustinere, moram facere, differre, inniti, morari, sistere. Drus. transtulit, *intende.* Vulgatus, *retineas*, id est, non multam moram facias, ne extendas sermonem, vel differas, vel sistas itaque videtur hoc significare, ne te retentes, cum potentem alloqueris: quod illi faciunt, qui sibi indicendo placent, & possunt quando libuerit protrahere sermonem Τὸ *ex æquo*, est tanquam si ei esses æqualis. Camerar. *æquali vti ratione.* Rursus, *tentabit te*, est, πεῖσει σε à verbo πειράω, quod est penetro, conor, experior, tento, vel ex verbo πειράζω, quod est tento. Hinc Latinè dicitur attentare pudicitiam matronæ vel puellæ, pro conari labefactari, sic in præsenti. Alij legunt, δοκιμάσει, id est, probabit, à verbo δοκιμάζω, quod est experior, certo, probo, puto, censeo, iudico, exquiro. Qualecumque sit verbum eumdem sensum efficit, licet primum verbum habeat magis propriam significationem. *interrogabit te de absconditis*, id est, *ac explorabit absconditа tua.* LXX. omittunt *de absconditis*, quod addendum est. Tandem Τὸ subridens explicat modum expiscandi occulta hominis. LXX. *arridens*, &c.

Illustratio prima.

64. NE *retineas ex æquo loqui cum illo.* Hoc significat neque defugiendam esse collocutionem cum Principe, nec eius sermone omnis comitatis simulatæque beneuolentiæ pleniſſimo magnam fidem habendam esse. Lyra: *ne retineas*, &c. id est, vt velis cum eo loqui de pari, sed magis cum reuerentia loquere. Hugo addit, sed audi tacens. Ferè eodem modo Carthus. id est, non sis audax aut tenax, vel præsumptuosus ad loquendum cum illo tanquam cum pari, sed cum reuerentia loquere secum, vt condecet inferiorem proloqui cum maiore. Tandem Jansen. & Palac. explicant de reuerentia præstanda Principibus. Palac. ait: egregium consilium dat nobis auctor, vt scilicet familiaritas non faciat audaciam, vt velut cum pari cum Principe loquamur; sed eam reuerentiam illis præstemus semper, quam in Principio præstitimus. Nam audacia & nimia confidentia Principi minime placet; somniant enim se esse Deos: ac ideò adorationem non audaciam volunt; sic ille.

Nec fugiēda collocutio Principum, nec fides in eis danda. Lyra. Hugo. Dionys. Iansen. Palacius.

Ne retineas, id est, ne protrahas sermonem cum Principe tanquam cum æquali; nam Principes quasi aquilæ societatem aliarū auium appetunt, sed si nimis accedunt, illas aggrediuntur & deuorant; sic erat Nabucodonosor de quo Ezechiel. cap. 17. v. 3. ait: *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate.* LXX. *plena vnguium*: licet appetant aliorum satellitio, si nimis audeant, amicos ipsos alioſque deuorant. Itaque vocat regem Aquilam, quia hæc vt regina auium: Simbolum est regum, vt optime probat noster Cornelius ad hunc locum Ezech. vocat *magnarum alarum*, quia Nabucodonosor habebat multos sub se populos, & numerosos exercitus, quos ille secum traxerat; sic D. Greg. lib. 31. Mor. c. 19. *Aquila* (ait) *est Nabucodonosor, pro immensitate exercitus dicitur magnarum aliarum: pro diuturnitate temporum longo membrorum ductu, pro multis diuitiis plenus plumis, pro innumera terrenæ gloria compositione plenus varietate describitur.* Vide Vlyss. Aldrou. cap. 1. Nota *plena vnguium.* Vngues enim habet Aquila, quibus aues ad se nimis accedentes discerpat & deuoret; sic Principes eos, qui æquari ipsis contendunt, non patiuntur eos indemnes abire, sed deuorare conantur. Non ideò

Non loquendum cum principibus tanquam cum æqualibus. Ezech. 17. v. 3. *Rex quasi Aquila.* Cornel. D. Gregor. *Aquila ad se nimis accedentes discerpit & deuorat, sic principes.*

ideò non illis colloquendum: nam vt dixit Plutarchus in libello. *Maxime cum principibus viris philosopho esse disputandum. Nos vero potentium & principum virorum consuetudinem tamquam agrestium & ferarum animalium vitabimus?* Et cum exemplum simulachrorum apposuisset, subiicit: *Atque hæc causa est, cur liberius cum eminentibus, ac potentia præstantibus consuescant viri ciuiles.* Sed ita accedendū ad eos, vt nec eminus, nec cominus stemus, ne lædamur: Sunt enim aliqui Principes ita ineruditi, vt non dubitet Plutarchus eos assimilari colossis? in libello ad Principem ineruditum; sic ait: *Sed plerique Principum atque regum ob amentiam imitantur imperatos statuarios, qui putant magnos ac validos visum iri colossos, si eos admodum diuaricatis cruribus, distentosq; & hiantes fingant: sic enim & ipsi vocis grauitate, & vultus toruitate, morumq; importunitate & auersatione conuictus, videntur maiestatem imperij præ se ferre, nihil omnino differentes à colossis istis statuis, quæ foris heroica aut diuina ornata forma, intus terra, lapidibus, & plumbo repleti,* &c. quare cum ad loquendum cum eis accedendum est, ita eos venerari debemus, vt ne nimis insolenter simus erga eos, volentes eorum pares effici, sed caueamus nobis, ne nimia vtentes familiaritate, lædamur.

Plutarch.

Quomodo ad principes accedendum.

Principes similes statuis colossicis.

Illustratio secunda.

65. NE *credas multis verbis illius: ex multa enim loquela tentabit te*, &c. Optime Rabanus: *monet vt congruū cunctis impendamus honorē ac iuxta imperium Domini Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt, reddamus: qui autē incautè & inconsideratè cum talibus conuersatur, & eis plus æquo semetipsum manifestat, versutia illius se deceptum postmodum dolebit.* Lyra: *ne credas* si multa tibi promittat: *ex multa*, &c. Vt accipiat exprimentum de tua simplicitate. Hugo eodem modo, & addit: Multa enim promittit quod non soluit, & multa dat ad tentandum & inuestiganda secreta tua; sic etiam Dionys. Palac. & licet Princeps multis verbis blandiatur, ne credas illis, vt amittas reuerentiam. Alioqui vbi te audaciorem repererit, texet tecum multa verba, per quæ tentet & exploret te, & risu simulato secreta tua venabitur: & si quod verbum indignius dixeris, immiti ille animo non tibi parcet, quin afflictionem & vincula tibi paret: sic ille.

Rabanus. *Congruus cunctis impendendus honor.*

Lyra.

Hugo.

Dionys. Palacius.

Jtaque docet eos, qui ad Principum familiaritatem accedunt sagacitatem necessariam in eorum communicatione: sunt enim veteratorij, & decipiunt verbis adulatoriis eos, qui eorum familiaritatem venari cupiunt. Proferunt verba promissoria, vt proferunt assentatores & blandi amici, vt pectus eorum facilè & maliciosè explorent. Solent enim blandi amici ex animo amicorum secreta expectorare, vt decipiant & lædant: quod ingenium proprium est principū qui verbis blandis ex animo eorum, qui illorū familiaritatem ambiunt, secreta & arcana expectorant ad explorandum eorum amicitiam, & si aliquid inueniant, quod illis displiceat, excandescunt & vindictam sumunt. Ergo ait: *Ne credas multis verbis illius, ex multa enim loquela tentabit te*, &c. Quod consilium simile videtur esse ei quod obtulit Salomon Prou. 26. v. 24. *Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos: quando submiserit vocem suam, ne credid.ris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.* Quamuis in communi loquatur sapiens de omni amico fraudē in corde machinante: comprehendit etiam Principes, qui verbis adulatoriis & promissoriis tentant eos, qui cum eis loquuntur, vt expectorent secreta sua. q. d. ex inimici oratione venenum, quod intra se fouet cognosci poteſt; vel, aliud in corde tenet inimicus, aliud in lingua promptum habet. Præ se fert enim amicitiam, cum intra se tamen odium foueat; subdit enim: *quando submiserit*, &c. id est, cum humili oratione se tibi submittit, ne illi fidas. Pende id; *quando submiserit vocem*, q. d. cum verbis blandis & adulatoriis multa tibi promiserit, *ne crediderīs ei*, ne fidem habeas verbis illius: quia in corde eius multa malitia inuenitur, &c. dixit enim Plutarchus lib. de adulat. *eam vero consuetudinem, quæ contentibus blanditiis vsa omni morsu caret, vitij suspectam habeamus.* Sic ait Sirach: *Ne credas multis verbis illius.* Loquitur enim Princeps blande, multa promittens illis, qui ad suam accederint familiaritatem; sed non fidendum verbis eius, quia deceptoria sunt, ideò subdit.

Principes verbis promissoriis tentant eos, qui cum eis loquuntur, vt expectorent secreta sua.

Plutarch.

66. *Ex multa enim loquela tentabit te.* Vt accipiat exprimentum (ait Lyra) de tua simplicitate: verbum tentare hic propriè est; probare, experiri, periclitari: cum enim quis probare aliquem desiderat, an in corde suo aliquid lateat, quod explorare desiderat, multa loquitur, longum cum illo habens sermonem, nam in prolixa oratione aliqua verba proferuntur, ex quibus colligitur cordis consilium, vt per illud insidianti animo persequatur; sic dicitur Luc. 20. v. 20. de sacerdotibus & scribis: *& obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principatui & potestati præsidis.* quo consilio tentare Christum conabantur: nam ipse respondit: *quid me tentatis?* quod experimentum accipere vultis? Verba enim vestra deceptoria, & insidiosa sunt, vt exploretis quid in corde meo lateat, & per sermonem meum tradatis me iniquo iudici, qui me condemnet. Ex multa enim loquela tentat inimicus, vt exploret, &c.

Lyra. *Verbum tentare pro probare & experiri.* Luc. 20. v. 20.

Et subridens interrogabit te de absconditis tuis, Lyra: quasi tibi applaudens, & omnia condonans interrogabit te de absconditis tuis, id est, si aliquid de suo accepisti in absondito. Hugo aliter explicat *subridens*, id est, falso ridens interrogabit te de absconditis tuis, vt eis cogniris decipiare, vel improperet tibi. Dionys. sequitur Lyram itaque sibi falso ridens quasi illudens, siue applaudens, proferens verba adulatoria, & promissoria, vt expectoret abscondita animi sui, nihil aliud vult significare, nisi velle explorare absondita cordis sui, & animaduertere, obseruareque quod latet in animo, vt decipiat, lædat, puniat. Tygur. legit. *& quasi per risum arcana tua rimabitur.* Forte Τὸ *per risum*, significat idem, quod nos dicimus: *le preguntara deburla*, aut, *burlando lo que tiene en su coraçon.* quod denotat Principes illusores esse, & monet Ecclesiasticus eos, qui accedunt ad Principum familiaritatem, ne cum illis sermonem protrahant, ne illis quod enuntiat accidat, &c.

Lyra. Hugo. Dionys.

Qui proferē verba adulatoria, absondita expectorare desiderat.

Prou. 26. v. 24.

VERS. XV.

Immitis animus conseruabit verba tua, & non parcet de malitia, & de vinculis.

Sensus.

67. IMmitis animus, &c. q. d. Si vis cognoscere quo animo blandis sermonibus occulta tua Princeps expiscauit? Audi: qui simulatione sua animum ab absconditis tuis denudauit, is per sæuitiam animi sui occultatam verborum blanditie, retinebit in memoria sua sermones tuos, quos cum eo contulisti, cum denudasti cor tuum, reuelans ei arcana tua: & cum tempus aptum inuenerit, immitis erit, & immisericors in te affligendo: nam deprimet te, & profligabit, vsque ad incarcerationem & vincula: & non solùm non miserabitur tui, sed potius quamuis afflictionem & cruciatum tibi inducet, qui prius montes aureos tibi polliceri videbatur, &c.

Notæ.

IMmitis animus, in Græco est, ἀνελεήμων, *immisericors*. adiecit vulgatus *animum* ex suo: nam qui immisericors est, immitem animum habet ad nocendum paratum. Alia lectio habet: *Immisericorditer autem conseruabit sermones tuos*. Immisericordia est simulare amicitiam, vt denudet animum amici & custodire verba, opportunitatemque obseruare, vt per ea non parcat affligere & cruciare. Rursus: *Non parcet de malitia*; in Græco est: μὴ φεισέτῃ περὶ κακώσεως σοῦ. *Non parcet de malitia sua*. pronomen *sua*, non est in latina veteri, neque in aliis originalibus. *Malitiam*, hic vocat afflictionem, vel vexationem: nam κακωσις est vexatio, afflictio, id est, non parcet vexatione & afflictione, etiam & vinculis premere te, quod alienum est à lege bonæ amicitiæ, &c.

Illustratio prima.

68 IMmitis animus conseruabit verba tua. Declarat hic auctor perfidiam & sæuitiam principis, significatione simulatæ comitatis, atque humanitatis ante occultatam. Lyra explicat, id est, crudelis animus illius conseruabit verba tua ad capiendum. Hugo, id est, obseruabit insidiando, si in aliquo reprehendere possit. Dionys. Cartus. id est, cor eius crudele, adeò simulans amicitiam familiaritatemque tecum, vt cum fiducia reueles ei tua secreta, & conseruabit tua, quibus insinuasti ei tua fore facta occulta, quæ memoriter retinebit, vt opportuno tempore accuset, ac puniat. Tandem Palacius: Habent aulici ex hoc textu Principes id primum habere, quod dissimulatores sint, vt enim explorent pectus tuum, mille verborum technis id conantur. Habent secundum quod sunt animo immiti: nam mitis longe distat à superbo, quales solent Principes esse. Habent tertium, &c.

Declaratur perfidia principis. Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

Ergo Ecclesiasticus volens ostendere ingenium horum principum, de quibus hic loquitur, apponit finem, ad quem verba sua dulcia & blanda dirigebantur, nempe ad suam immisericordiam & crudelitatem exequendam. Expectorant enim secreta amici, & retinent in memoria, vt cum opportunum tempus nanciscantur, ostentent malitiam suam, & verba dulcia in facta crudelia. Conuertantur, quare immitis & immisericors ille est, qui insolenter alterius familiaritate abutitur, vt decipiat: deficit enim misericordia, mansuetudo, & suauitas, cum manifestatur crudelitas Principis, concipit autem amicitiam cum audit verba dulcia amici, in quibus reuelat abscondita cordis sui, & cum tempus partus appropinquauit, peperit immisericordiam & impietatem: nam tunc in lucem edit conceptum odium postquam expectorauit secreta sua; sic dixit Isai. c. 59. v. 3. *Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur*. & vers. 4. *Conceperunt laborem & pepererunt iniquitatem: oua aspidum ruperunt, & quod confotum est erumpet in regulum*. Prima verba pertinent ad superiorem versum: nam Princeps fraudulentus multa loquela tentat eum, quem decipere intendit: labia eius loquuntur mendacia, verba enim adulatoria præ se ferunt mendacium, & quia intendit verbis suis decipere, iniquitatem fatur, iniquitatem & iniustitiam machinatur in corde suo aduersus eum. Sequentia verba: *conceperunt laborem*: semen iactum in cordis vtero labor fuit, non passiuè, sed actiuè: nam qui iniuriam inferre in animo machinatur, concipit laborem, vel vt alij legunt, *dolorem*; verum est iniquum in hac conceptione voluptatem experiri, sed cum parit, laborem & dolorē experitur, scilicet cum ad effectū ducit quod fuerat in alios architectatus; nā vt dixit Iob 20. v. 12. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus*. & si afferat similitudinem vini ad significandum peccati patrati effectum, peccati enim principium suaue est, sed finis acerbus & durus. *Itaque, conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem* vel iniustitiam: quare ergo pepererūt iniquitatem si conceperunt dolorem? nonne partus, vel fœtus respondet semini sato & concepto? ita sane: quæ est igitur conuenientia inter iniquitatem, & laborem, vel dolorem? dolor in partu sentitur, voluptas in conceptione, vel labor: cur dissimilis fuit partus à semine concepto? Respondeo, verum esse partum respondere semini concepto; sed cum iniquitas cum ad effectum peruenit, secum ducat laborem & dolorem, non mirum dicatur concepisse dolorem, & iniquitatem peperisse: nam cum concipitur iniquitas, vel iniustitia contra proximum, laborem & dolorem concipit: quæ enim ab iniquis, & iniuriis hominibus diu fouentur in corde, & coguntur in alios consilia & machinamenta; ea iisdem architectis plus damni parere, quam iis; quibus nocere voluerunt. Ideò subiicit Propheta: *Oua aspidum ruperunt* quod explicans Diuus Gregor. 15. Mor. cap. 9. seu 8. *Oua* (inquit) *aspidum prauis hominibus rumpere est, malignorum spirituum consilia, quæ in ipsorum cordibus latent, peruersis operibus aperire*. quod nos dicimus, odium conceptū expromere: quod confirmat prima verba sententiæ; rumpere enim oua venenata, est effundere venenum latens,

Ad quid dirigantur verba blanda principum. *Quis immisericors & immitis.* Isa. 59. v. 3. *Princeps fraudulentus decipere intendit.* Iob 20. v. 12. *Peccati principium suaue, sed finis acerbus.* *Iniquitas cum ad effectum peruenit, secum ducit laborem & dolorem.* D. Gregor. *Quid sit oua aspidum rumpere.*

latens, & occultum; sed melius dices, agi hoc loco Propheta de iniuriosis, qui dum iniuriam comparant, in primis sibi nocent. *Tandem & quod fictum est, erumpet in regulum*. fouet enim impias cogitationes, quarum partum suo tempore effundat. quæ omnia nostram sententiam confirmant: nam quid est, *immitis animus conseruabit verba tua*. nisi verba in corde concepta fouere in vtero animi, quia cum audiuit Princeps verba amici sibi contraria, concepit dolorem & laborem, vt pareret iniquitatem; cum parit enim *oua aspidum rumpet*, quod est *peruersis operibus aperire* (vt dixit Greg.) consilium, quod in ipsius corde latebat. Demum, *conseruare verba*, est, *illa fouere, vt erumpat in regulum*. Fouentur enim cogitationes pessimæ in vtero cordis sui, vt cum tempus opportunum nanciscatur, tempus scilicet partus, *erumpat in regulum*: nam *non parcet de malitia & de vinculis*, id est, non parcet affligere vsque ad incarcerationem & vincula, vt mox dicemus.

Conseruare verba est concepta in corde fouere.

Illustratio secunda.

69. ET *non parcet de malitia & de vinculis*. q. d. sine vlla commiseratione te persequetur vsque incarcerationem & vincula. Lyra: *Non parcet de malitia*, id est, pœna inferenda. Et *de vinculis*, incarcerando te. Hugo, id est, si aliquid reprehensibile inuenerit, non parcet, quando maliosè incarceret te. Dionys. id est, sine miseratione inferet tibi mala pœnæ, vincula, incarcerationem, & consimilia. Tandem Palacius. Habet 3. quod vt plurimum offensi non parcunt, quia offendant & lædant eum, à quo se læsos arbitrantur. Et adiicit: interim non tales sunt omnes, sed auctor videtur in durum Principem incidisse. Multi enim Principes, scilicet Christiani inueniuntur fideles, misericordes, benefici, qui ex hac doctrina liberantur; agit enim Sirach de Principibus vel tyrannis, vel Deum non timentibus, nec legem Dei obseruantibus, quorum familiaritatem fugere monet, ne in id periculum incidamus.

Lyra. Hugo. Dionys. Palacius. *Multi Christiani inueniuntur fideles.*

Itaque hic, *malitiam* non intelligit auctor peccatum, sed afflictionem, vexationem, & quid simile: ideò Tygur. vertit, *nec affligere te vincereq; parsurus*. Drus. *vexare*, id est, non miserebitur tui, sed immisericorditer vexabit te vsque ad incarcerationem & vincula: aliter enim agit cum eo, in principio promittit montes aureos, & loquitur blandis verbis, vt secreta sua expiscetur, & cum audiuit quæ in corde delitescebant, immiti animo non parcit de malitia & vinculis. Certum est Principes cum leonibus comparari; sic aiebat Sophonias c. 3. v. 3. *Principes eius in medio eius quasi leones rugientes*. q. d. Principes & magnates Ierusalem semper prædam quærunt, & sanguinem subiectorum effundunt. Ergo D. Gregor. explicans id Cant. 4. v. 8. *Coronaberis de cubilibus leonum*. dixit: *si itaque per capita montium summas personas intelligimus, bene per cubilia leonum principes quique & ministri designantur, qui crudelitati inseruiunt, & dolositatibus suis, quos vi non possunt lædere, decipiunt*. Pende hunc locum Gregorij & inuenies nostræ sententiæ confirmationem: quis enim ita inseruit crudelitati quam Princeps, qui simul seruit dolositatibus: dolosè enim agit cum eo, qui familiariter ipsi accedit: decipit namque eum, si vi non potest illum lædere; sed posteà vi lædit, nam persequitur eum vsque ad incarcerationem & vincula. Tunc enim non *parcit de malitia & vinculis*: cum vexet eum & affligat sine vlla commiseratione.

Malitia pro vexatione seu afflictione. *Principes leonibus comparantur.* Sophon. 3. v. 3. D. Gregor. Cant. 4. v. 8. *Princeps si vi non potest lædere, decipit.*

VERS. XVI.

Caue tibi & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum subuersione tua ambnlas.

VERS. XVII.

Audiens vero illa quasi in somnis vide & vigilabis.

Sensus.

70. CAue tibi, &c. q. d. si Princeps cum quo sermones confers, voluerit tua secreta à te expiscari, diligenter & studiosè animaduerte de his, quæ audis ab eo, & caue tibi, ne quod celandum est ei loquaris: agis enim cum eo non sine vitæ tuæ discrimine & damni alicuius temporalis. Quare auscultans verba illa, quibus tua extrahit secreta, vigilanter animaduerte & vide, & illius instar qui rem aliquam deliberare & perpendere vult in nocturno silentio, eam attentissime cogitat excubando: sic & tu magna cum diligentia verba eius ausculta, & vide quod responsum reddas, nec dormienti assimileris, sed vigila, & esto circumspectus, &c.

Notæ.

CAue tibi: συντήρησον, *caue*, id est, obserua à verbo συντηρέω, quod est conseruo, melius vulgatus transtulit, *caue tibi*, id est, conserua. Tò *tibi* non est in originali, sed adiecit vulgatus, vt melius vim verbi declararet. Hebraice dicitur נשמר, *& attende diligenter*. Complut. *vehementer*, Drus. *admodum*, Aldus Basil. Rom. πρόσεχε σφοδρῶς. Verbum σφοδρως, est, vehemens, molestus, truculentus, id est, animaduerte cum vehementia & molestia, id est, attende valde auscultationem, vel, vt audias. *Cum subuersione tua ambulas*. Propriè, *cum casu tuo*, id est, cum eo versaris, qui te in foueam præcipitem dabit, nisi caueas. Tandem, *quasi in somnis vide, & vigilabis*. Complut. clarius: *In somno tuo vigila*. Hæc audiens (inquit) vigila dormiens, id est, tamquam dormiens, hoc est, in quiete & silentio nocturno: qui enim quiete & silenter aliquam rem meditatur, illam perpendit ac si dormiens quiesceret, &c. LXX. Ald. & Basil. omittunt hunc versum, sed illum Complutenses proponunt, & descripsit Drus. Rab. addit. *Et vigilabis omni vita tua*: quod non est necessarium.

Illustratio prima.

71. CAue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum subuersione tua ambulas. Conserua, id est, obserua, & caue, & attende vehementer ad audiendum, quoniam cum tuo casu ambulas, &c. Rabanus: Nihil tutum, nihil firmum apud mundi amatorem. Potest & hæreticos & falsos Christianos in huiusmodi potentibus spiritualiter intelligere: quibus numquam plenam fidem adhibere debes, quia inconstantes sunt in omnibus viis suis: & si te ab illis non obseruabis quando consumpseris carnem & corpus sine fine pænitebis: Lyra *caue tibi*, de incauta locutione, *& attende diligenter*, id est, auditis ab eo, *ne præcipitanter* respondeas contra te. *Quoniam cum subuersione*, id est in periculo tuæ subuersionis ambulas. Hugo, *caue tibi* à stulta locutione, *& attende*, &c. q. d. attende quid loquaris, & quid audias, vt nec dicas non dicenda, nec audias non audienda. Dionys. *caue tibi*, ne secreta tua illi aperias. *& attende diligenter auditui tuo*, id est, verbis, quæ audis ab illo, ne ad ea respondeas aliquid, quo posteà possis grauari. *quoniam*, &c. id est, cum periculo vitæ tuæ aut eorum, quæ possides damno occuparis, confers & cõuersaris cum illo. Palac. videtur admonere, vt attentissimi audiamus principum verba, ne aliud quam illi dixerunt: nos audisse credamus: alioquin subuersio & perditio nobis miseris impẽdit, siquidem crimen falsi nobis imponent.

Rabanus. Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

Ergo hæc verba (vt ait Iansen.) pertinent ad id, quod prius dixerat Ecclesiasticus, esse ingenium talium Principum tentare hominem, & explorare eius secreta, vt posteà persequantur vsque ad vincula. Quare ab eis cauendum, & cautelam in audiendo & loquendo cum Principibus adhibendam esse docet. quia qui in audiendo & loquendo negligens est, cum subuersione sua ambulat. Primum de locutione probatur ex eo Prou. 21. v. 24. *Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam*, id est, quam multi ob linguæ incontinentiam in extremum adducti sunt vitæ, famę fortunarumque omnium discrimen! Rectè proinde docetur illum custodire animam suam ab angustiis & calamitatibus, qui custodit linguam suam à sermonibus vanis, &c. Sed quare cum eadem sint lingua, & os, moneat custodire vtrumque? Lyra & Peltanus respondent, os pertinere ad cibum, & linguam à sermone: quare custodiendum est os à cibis, id est, à peccatis gulæ, & lingua abstrahenda à peccatis linguæ; sed respondet Iansenius Salomonem ostendere in quanta mala incidere, qui non ponunt custodiam ori suo, vt sunt qui secreta tacenda effutiunt; qui etiam sua norunt reticere. Hi enim in varias se coniiciunt angustias, &c. Mea autem cõiectura est, hic sapientem docere diligentem adhibere curam in secretis animi manifestandis: ita frænatam debet habere linguam, vt non solùm linguam ad loquendum, sed nec os aperiendum ad locutionem: cum enim lingua hominis proferre non possit sermones in eo, quod os aperiat, primo docet os non aperire, & secundo linguam frænare: licèt os aperiat, linguam cohibeat à secretorum cordis manifestatione: sic enim ab angustiis animam suam liberabit: quia cum effutit secreta, quæ tacenda sunt, eorũ reuelationem timere potest, ex qua reuelatione multa mala futura subsequuntur. Sed dixit Eliphaz ad Iob c. 4. v. 2. *Sed conceptum sermonem tenere quis poterit?* vbi D. Gregor. lib. 5. mor. c. 11. explicans hunc locum ex more, cum dixisset: *Boni viri fræno concilij retinent præcipitationem verbi, & caute considerant, ne laxantes linguæ lasciuam auditorum conscientiam incauta locutione transfigant.* Quod confirmat ex eo Prou. 17. v. 14. *qui dimittit aquam caput est iurgiorum.* Et subdit: *Aqua quippe dimititur cum linguæ fluxus effrænatur. Igitur sicut praui in sensu leues sunt, ita in locutione præcipites, & reticere pertractando negligunt, quæ loquantur, sed quod leuis conscientia concipit, leuior protinus lingua prodit.* Hoc damnum pertinet ad eum qui loquendo cum Principe profert verba, quæ tacenda sunt.

Iansen. Ingenium principum est explorare secreta vt persequantur, &c. Prou. 21. v. 24. *Multi ob linguæ incontinentiam in extremum vitæ adducti sunt.* Lyra. Peltanus. Iansen. *In multa mala incidit qui non custodit linguã suam.* *Qui custodit linguam suam ab angustiis liberat se.* Iob 4. v. 2. D. Gregor. Prou. 17. v. 14.

At vero qui inconsideratè audit, & non attendit diligenter auditui suo, aliter damum recipit. Quod confirmatur ex eo Prou. 4. v. 24. cum monet Salomon: *Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te: oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* id est, ne aures attentas habeas ad verba illorum, qui os prauum habent, quorum verba detractoria sunt; sicut enim vnusquisque debet linguam suam & verba refrænare, sic procul abigere debet eos, qui prauum os habent, nos dicimus: *huye de vna mala lengua.* Rursus: *oculi tui*, &c. quod expendens D. Gregor. admonit. 16. pastor. curæ, part. 3. describens sanctum Hieronym. *Palpebræ quippe* (inquit) *gressus præcedunt, cum operationem nostram concilia recta præueniunt: qui enim negligit considerando præuidere quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit: sed præuidendo sibimetipsi non antecedit: atque idcirco citius corruit: quia quo pedem operis ponere debeat, per palpebram consilij non attendit.* Itaque cum quis auscultat attente verba Principis, quæ sibi nocere possunt, haud dubium in subuersione sua ambulat, & cum ipse aperit oculos ad videndum ea, quæ sibi inutilia sunt, vt corruat necesse est. *iter Iustitiæ* (inquit D. Hieronym.) *quo ingredi debeas diligenter edisce, & in cunctis, quæ agere disponis, sollicitus ad quem sint finem ventura præuide. Hoc est enim palpebras recta videntium oculorum, tuos præcedere gressus, bonum opus, quod acturus est, sedula cogitatione præuenire, & quæ secundum Deum sit, meditando præuidere.* Quare ait Sirach: attende diligenter auditui tuo, id est, non solùm occludas os tuum ad loquendum inordinate, & oculos tuos, ne videas quæ inutilia sunt: sed claude aures tuas ad audiendum, vel si aures apertas offers principi loquẽti, & tua secreta expiscari conãti, perpende verba, & diligẽter attende ad ea, ne si per aures tuas ingressũ dederis, decipiat te, & vindicet, &c. vide quæ dicemus ad id Eccl. 28. 28. *Sepi aures tuas spinis*, &c.

72. *Qui inconsiderate audit damnum recipit.* Prou. 4. v. 24. D. Gregor. *Palpebræ gressus præcedere quid.* D. Hieron. *Os à loquendum, & aures ad audiendum frænandæ sunt.*

Quoniam cum subuersione tua ambulas. Tygur. *cum ruina.* Complut. & Drusius, *cum casu tuo*, id est, versaris in maximo vitæ tuæ periculo; sic Lyra: in periculo tuæ subuersionis ambulas. Casus, ruina, & subuersio in idem recidunt; ambulare autem cum subuersione eandem ferè habet significationem, ac ea verba, quæ explicauimus supra cap. 9. vers. 20. *& super dolentium arma ambulabis.* vbi agit Ecclesiasticus de iis qui potestatem habent occidendi, à quibus cauere debemus, quia vt dixit Salomon Prouerb. 21. v. 24. *Custodit ab angustiis animam suam*, ille scilicet qui remouet à se os prauum: quia qui ei adhæret, cum subuersione ambulat, & non custodit ab angustiis animam

Cum subuersione ambulare, est versari in periculo. Lyra. Prou. 21. v. 24.

suam. Sed quid innuit nobis verbum *ambulandi*, addens auctor, *cum subuersione*, aut *casu*. Haud dubium proponit metaphoram eorum, qui per iter lubricum incedunt: expositi enim ambulant periculo prolabendi, & ruendi; qui autem per viam lubricam ingreditur *insistere & ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix potest*, vt dixit Cicero: vnde Plutarchus lib. de non irascendo, siue de cohibenda ira, agens de lubricitate amicorum, ait: *Meum quidem nosti ingenium, quantis momentis scilicet id impellatur ad amplectendos beneuolentia homines: iisq; adhibendam fidem: ac mihi id vsu venit, quod descendentibus per inane: quanto magis innitor alicui eum amando, tanto magis fallor, & deceptum me esse indignor.* Pende comparationem eorum, qui descendunt per inane, id est, per lubricum locum: expositi enim descendunt ad prolabendum: sic qui adhærent principibus & familiariter conuersantur, cum subuersione sua ambulant, nam quanto magis illis nitantur amando, tantò magis falluntur & decipiuntur. Itaque ij, de quibus loquimur, qui diligenter non attendunt auditui suo, Ecclesiasticus affirmat ambulare in loco lubrico & quasi tenebroso, vbi exponitur periculo dilabendi, dici eis poterat, quod dixit Ier. c. 38. v. 22. Sedeciæ: *Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cæno, & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te.* q. d. domestici & familiares tui, siue Principes, siue Concilarij, qui tibi ô Sedecia, promittebant pacem, id est, omnia prospera, quique tibi persuadebant vt non crederes sermonibus Jeremiæ, ecce enim iam traditus es hostibus tuis: *Demerserunt in cæno.* Chald. *in confusione*, scilicet calamitatis & captiuitatis. q. d. tentasti fugere sed captus es à Chaldæis, & quasi in tenacissimum lutum incidisses, in extremas miserias corruisti, eo quod credideris adulatoribus dicentibus omnia ferè secura & prospera: est metaphora à cæcis, qui à prauis ductoribus relicta via commoda in lubricam & cænosam inducuntur, & ab eisdẽ deserti emergere nequeunt; sic Principes, de quibus loquimur, quasi viri pacifici. Heb. *pacis* tuæ, qui tecum amice tractabant, seducunt familiares suos, & demergunt in cæno, & in lubrico pedes eorum; nam ambulant cum subuersione vel ruina sua; *& recedunt:* Heb. *conuersi sunt retrorsum*; cuius damni causa, ea fuit, non attendisse diligenter auditui suo & linguæ suæ. Vide Agell. super id Psal. 34. vers. 6. *Fiat via illorum tenebræ, & lubricum*, &c.

Cicero. Plutarch. *Qui cum principibus ambulant in lubrico versantur.* Ierem. 38. v. 22. *Adulatores decipiunt.* *Principes seducunt familiares suos.* Agell. Psal. 34. v. 6.

Illustratio secunda.

73. AVdiens vero illa quas in somno vide, & vigilabis, id est, in quiete nocturna in qua attentissima est cogitatio. Inde prouerbium: *in nocte consilium.* Admonet adagium non esse præcipitandum consilium, neque statim ad primos animi impetus quidquam agendum. Nox autem propter solitudinem ac silentium vel maxime ad considerandum, consultandumque de rebus grauibus est idonea. Duplicem sensum hæc verba possunt accipere. Primus quem Jansenius sequitur; sic enim explicat: Audiens verba illa, quibus tua expiscatur secreta, diligenter attende, & vide. Et quemadmodum qui serio de re aliqua cogitare & consultare volunt, in quiete nocturna circa eam attentissime cogitant vigilando: ita & tu diligenter attende illis verbis, & vide quid respondeas, nec sis dormienti similes; sed vigila & circumspectus sis; sic ille, & optime. Alter sensus est, quem sequuntur alij. Lyra: quasi in somnis vide, id est, simula te non intelligere, id est, *haz te del desentendido, y que no oye ni atiende. & vigilabis*, id est, in hoc vigilanter & prudenter te habebis; sic Hugo, Dionys. in primo Hemistichio sequitur Lyram dicens: id est, si ea aduertas quasi non intelligas, & quasi tam innocens ac inscius sis, de reprehensibilibus & calumniabilibus rebus & factis, de quibus interrogat te, ac si nescires quid verba eius significent; sed in secundo hemistichio primum sensum sequitur, id est, si ita feceris verè peruigil mente eris, & sagax, non somnians, neque phantasticus. Tandem Palacius, primo proponit sensum germanum, in quo conuenit cum Iansenio. Audiens (inquit) verba Principis, videre tibi tuam perditionem velut per somnium aspicere: quæ res faciet te vigilantem, & attentum. Et statim ait: Alius sensus est: cum audis verba Principum blandientium, puta esse somnia. Alius demum sensus est, vt qui somno pressus est, nulli alij rei attentus est, nisi illi, quam somniat: ita tu attentus esto principis verbo. Hæc ille.

Nox vel silentium ad considerandum de rebus grauibus idonea. Iansen. *Alter sensus.* Lyra. Hugo. Dionys. Palacius. *Alter sensus.*

Ego autem omnes has interpretationes veneror, sed mihi magis arridet Jansenij interpretatio, quam sic explico. Cum audieris verba Principis blandientia, in quibus multa tibi pollicetur ad hunc finem, vt secreta tua expectaret, *in somno tuo*, id est, in quiete tua à curis aliis abstractus, *vide*, id est, pondera, examina, perquire diligenter quo animo, qua mente, quo consilio, qua ratione motus suas obtulerit tibi pollicitationes: *& vigilabis*, id est, circumspectus eris, ne tibi decipiat suis blandientibus verbis. Fateor nullibi in Scriptura sacra inueniri, somnum significare quietem & vigilantiam, sed non ideò negare debemus, Ecclesiasticum hic voluisse ostendere quietem per somnium: sicut enim qui recumbit in lecto, vt sedet somno, animi curam remittit, omnes alias curas, & sollicitudines à se repellens: sic qui audiuit verba principis blandientis, & decipere cupientis, & quiescit ab omni alio laxatus cura, ponderare & examinare debet ea verba, & vigilare, id est, cauere à deceptione, quam illa secum afferunt

Interpretationis Iansenij explicatio. *Per quietem somnus intelligitur.*

Hanc interpretationem probo ex eo Virg. 9. Æneid. vers. 226.

Ductores theuchrum Primi & delecta iuuentus.
Consilium summis Regni de rebus habebant:
Quid facerent.

Virgil.

Vbi notanda prouerbia Græcorum duo. Primum: *Sapientibus in nocte consilium.* Alterum: *mens in nocte ad consultandum habilior.* sed cur habilior? quia maius otiũ. Hanc enim rationẽ D. Cyrill. habet comm. in Mich. cap. 2. *Erant illis consilia in nocte, & per otium deliberatio.* sic Plutarch. *in re bellica pleraq; noctu capiuntur vitia consilia.* Et in vita Themist. aduocat versum hunc Græcum: *Nocti vocem attribue, nocti consilium, nocti victoriam*, &c. in eodem sensu possumus accipere: *in somnis vide & vigilabis.* Vigilare enim in sacra Pagina attendere significat, vt 1. Esd. 8. v. 29. *Vigilate, & custodite, donec appendatis*, &c. id est, attendite, vt custodiatis. Apoc. 3. vers. 2. *esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant.* id est, multi ex tuis subditis, ô Episcope, perierũt tuo malo exemplo, & alij iam iam sunt perituri; ergo vigila

Duo Prouerbia Græcorum. D. Cyril. Plutarch. *Vigilare pro attendere.* 1. Esd. 8. v. 29. Apoc. 3. v. 2.

 iam,

iam, id est, attende & confirma illos, qui nisi per te confirmentur, iam sunt morituri. Ergo ait Sirach: quasi in somno vide, id est, pondera in quiete tua, & vigilabis, id est, attendes, & liberaberis ab eius insidiis, &c.

74. *Explicatio Palacij illustratur.* Porro alter sensus Palacij, qui est Hugonis, & Dionysij, id est, puta esse somnia, (quia illi qui multū aliquid desiderāt, multas sibi species multas rerum imagines fingunt, quæ veræ non sunt, sed mere somnia) potest illustrari ex sacra Scriptura Psal.72. v.20. dixit Vates Regius: *Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua, imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Vbi agens de fælicitate eorum, qui eleuati sunt, comparat eam, somnio: somnium enim non est res vera, sed apparens, qui somniat se diuitem, cum euigilat, intelligit se delusum inani spectro fuisse, vt D. Greg. lib.18. Mor.c.12. ponderauit: *Sæpe namque* (inquit) *contingit dormienti inopi, vt se per somnium diuitem videat, atque ex eisdem rebus animum extollat, lætetur se habere quod non habuit, iamq; dedignari quærat à quibus dedignatum esse se doluit; sed repente euigilans euigilasse se doleat, qui interim diuitiarum imaginem vel dormiens tenebat.* Sic iniqui fælices sibi esse videntur sed cum transierit nox huius sæculi intelligunt se felices non fuisse, & tunc imago ipsorum, id est, imaginaria eorum fælicitas ad nihilum redigetur. Nota *imagines ipsorum*, id est, eam fælicitatem, quam in vita percupiunt, nihil aliud esse, nisi somnium, quod ad nihilū redigitur. Quid verba Principis multa hominibus pollicentis, nisi somnia? id est, imaginaria fælicitas, quæ facile euanescit? vigilat homo, id est, suscitatur à somno, & attendit diligenter ad ea omnia, quæ pollicetur, & pro certo existimat ea omnia somnium esse, quod facile ad nihilum redigitur, quia euanescit & fugit tanquam res inanis & vacua. Vide Ecclesiasticum cap.34. v.1. & quæ ibi cogeremus, & D. Gregor. supra citatum. Diuumque Ambros. tom.1. lib. de Ioseph c.6. vbi agens de somnio pincernæ ait: sed hoc somnium est, & omnis potentia sæculi somnium, non veritas est; sic potentia Principis multa pollicentis, post vigiliam, id est, postquam euigilauerit ille, cui promissiones datæ erant, somnium, non veritatem esse verè existimat; vt ipse Ambros. lib.1. in Iob, tom.2. c.3. dixit: *Sed esto vt aliquando fesso somnium obrepat, terremur in somniis, exagitamur visionibus, vt non iam requies, sed pœna sit: ita enim abeunt diuitiæ sæculi veluti somnium exurgentis.* sic fælicitas Principis pollicentis, &c.

Ps.72. v.20. *Somnium non est res vera sed apparens.* *D. Gregor.* *Iniqui fælices esse videntur, sed falluntur.* *Omnis potentia sæculi somnium, non veritas est.* *D. Ambros.*

Tandem Hugo existimat vnam esse dictionem *insomnis: quasi insomnis vna dictio; quasi diligens & attendens vide, id est, discerne qualia sunt, quæ dicit.* quæ interpretatio si stabiliretur, facilem sensum inueniremus huic loco difficili: certum est enim insomnem vigilem esse; ideò dicitur Esth.6. v.1. de Assuero: *Noctem illam duxit rex insomnem*, id est, vigilem, non enim poterat captare somnum; & causa huius rei erat, magnis curis excruciari. curæ enim hominem lacerant, vexant, & suspirare non sinunt; quare vigilia in nocte adstringit hominem ad suspendendum animum vt de rebus cogitet; vt Silius Ital. lib.1. de Annibale dixit: *Noctemq; vigil ducebat in armis.* Et de Ioue. Homer.2. illiad: *Iouem non cepit dulcis somnus.* & Amian. lib.21. de Iuliano: *Formandis in futura consiliis dies impendebat & noctes.* Et tandem Nonn. lib.26. *Solidæ noctis somnum habere alienum est à regibus.* Jtaque cum ait Sirach: *quasi insomnis vide*, idem esset ac dicere, omnes curas & cogitationes in verbis Principis perpendendis confige, ne decipiaris; sed certè hæc lectio aliena est à veritate: nam in originalibus non inuenitur, nec vllum vestigium, cui possit inniti eius interpretatio. Complut. *In somno tuo vigila.* Tygur. *Per somnium tuum vigila.* Drus. *in somno tuo euigila.* & cum aliquam occasionem verba Græca præberent, tunc maxime vulgatæ fidem præstare deberemus, quæ legit *in somnis*: quare lectionem Hugonis & interpretationem reiicere necesse est, & vulgatæ lectionem totis viribus defendere, & amplecti debemus: Ad alia.

Hugo. *Insomnis vigil est.* *Silius.* *Homer.* *Amian.* *Nonn.* *Noctes insomnes ducere quid.*

VERS. XVIII.

Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua.

Sensus.

75. Omni vita tua, &c. q. d. Vt discrimina, quæ enuntiaui, vitare & effugere possis, quæ multa & varia in præsenti vita euenire solent: per totam vitam tuam animi affectu charum habe Deum, & toto amore prosequere, & insuper pro salute tua tam spirituali, quam corporali obtinenda, eum implora: ita enim fiet, vt qui non longè ab inuocantibus illum in veritate abest, te ab omni periculo liberet. Dilige inquam Deum, & inuoca illum, quia nec vitæ innocentia sufficit, vt quis securus sit, nisi frequenti deprecatione & oratione, tamquam armis se homo instruat contra discriminum varietates, & iniquorum impetus; nec implorare solum proficit, si absit timor & dilectio Dei, &c.

Notæ.

Hic versus in lectione LXX. desideratur, & aliis codicibus: sed additus est à Complutensibus, & Tygurina, & Drusio, vt melius explicent quæ superius auctor docuit: nulla enim arma fortiora iudicare debet homo ad se tuendum, quam oratio & dilectio Dei, quibus armis tanquam verus athleta homo instructus & munitus facillimè inimicorum impetus retorquere & effugere poterit. Tò *tua adiecit* de suo vulgatus, sed non eneruat sensum.

Illustratio prima.

Omni vita tua dilige Deum. Hæc vna est ratio, qua omnia pericula vitari possunt: *Omnia* enim *cooperantur in bonum diligentibus Deum.* Rom.8. v.28. Et qui *inuocauerit nomen Domini saluus erit.* Rom.10. v.13. & Ioel.2. v.32. optime Raban. cæteris (inquit) reprobatis, quæ mutabilia & caduca sunt, hoc solum quod stabile, & mansurum est, commendat. Hoc est, vt Deum diligas, & mandata eius conserues, & auxilium eius quotidie implores, &c. Lyra exclusa societate malorum, hic consequenter inducit ad consortium bonorum: subdit statim: sciendum quod communicatio hominum ad inuicem tunc est bona, quando dependet ex charitate Diuina: *omni vita tua dilige*, &c. propter quem proximus est diligendus. Hugo ferè eodem modo explicat: vbi ostendit quod Dei & Sanctorum societas ac familiaritas debet appeti & amari. q. d. in omni vita tua siue prospera siue aduersa dilige Deum propter se tantum. Dionys. id est, in toto tempore vitæ tuæ, & in omni actione tua ac conuersatione dilige Deum, non solùm naturali: sed potissimum supernaturali & infuso amore, qui est impressio & signaculum Spiritus sancti. Tandem optime Palacius explicat: si ditiori humiliaris, si ei seruis, si verbis eius credis, si eius familiaritas est tibi adeò iucunda, cur non potius diliges Deum; seruies illi, credes verbis eius, & ei viam tuam reuelabis, &c.

76. *Ratio qua omnia pericula vitari possunt.* *Rom. 8. v.28. & 10. v.13.* *Ioel.2. v.32.* *Rabanus.* *Lyra.* *Hugo.* *Dionys.* *Palacius.*

Celebris admodum est hæc Siracidis sententia, digna altiori illustratione omnibus aliis: nam amor Dei & inuocatio eius strictè debet cor nostrum & animam nostram cingere, ne alio auocemur, sed iugiter eius amore & familiaritate oblectari; & licet Lyra separet hunc versum ab aliis præcedentibus, sed melius Raban. Iansen. & Palac. coniungunt eum cum superioribus, ostenderat enim auctor familiaritatem cum Principibus detrimentosam esse; nunc autem docet ab ea fugere & ambire Dei amicitiam & familiaritatem, quæ hominem nobilitat, & effert vsque ad cælorum cacumina: ait ergo Ecclesiasticus: hoc consilium rectum & vtile ausculta, da operam vt spretis mundi cupiditatibus, & contempta Principum familiaritate ætatem tuam, id est, tempus adolescentiæ & senectutis, in Dei amore & familiaritate ducas: quia omnia bona promanant ex eo: si enim ex familiaritate Principum tot tibi obueniebant discrimina vitæ & honoris, & tot molestiis tabescebas, tantoque timore frangebaris: At si in amicitia Dei verseris, nec discrimina tibi obuenient, nec vllis molestiis tabesces, nec frangeris timore, & suspicione amittendæ vitæ & honoris; sed vsu tractando cognosces eius erga te bonitatem, charitatem, largitatem, &c.

Amor Dei & inuocatio eius debet cor nostrum cingere. *Lyra.* *Tempus vitæ ducendum in Dei amore & familiaritate.*

77. Præcipuus locus ad hanc illustrandam sententiam expromitur ex Deut.6. v.5. vbi dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* quod testimonium citat Christus Dominus. Matt.22. v.36. Marc.12. v.30. & Luc.10. v.27. Nam rogauerat eum legis Doctor: *Magister, quod est mandatum magnum in lege?* & respondit ipse Dominus: *Hoc est maximum & primum mandatum: Diliges*, &c. Vbi D. Petr. Chrysol. serm.62. *Hinc est quod ad cor tuū venit, & ad mentē tuam, quia animo, corde, corpore, à te ab initio diligi perquisiuit.* Nota hæc verba, quia reddunt rationem, cur hoc præceptum ab initio reddiderit Deus: si enim, Deus venit ad mentem, & cor hominis, vt occupet spatium hominis, & illustret mentem, corque inflammet: quid mirum postulet ab homine diligi ex toto corde & mente sua? nam vt homo parpari referat, & mutuum reddat amorem debet ex toto corde & anima Deum se diligētem, & ad suum cor venientem ardenter redamare. nisi velit Chrys. dicere, quia ratio propter quam ab initio amari ab homine ex toto corde suo perquisiuit Deus, hæc erat, vt veniret ad occupandam mentem, &c. D. August. explicans locum citatum lib.1. de doctr. Christ. c.22. *Cum ait* (inquit) *Diliges ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, nullam vitæ nostræ partem reliquit, quod vacare debeat, & quasi locum dare, vt alia re velit frui; sed quidquid aliud diligendum venerit in animum illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit.* Hoc est quod monet Ecclesiasticus: *omni vita tua dilige Deum.* q.d. cursus vitæ tuæ incipiat in dilectione Dei, & nullus alius amor cursum retardet, sed illuc rapiatur, quo totius dilectionis impetus currit, vt cum ad metam perueneris, præmio tuo amori debito afficiaris, &c. Eleganter D. Bernard. locum prædictum explicuit: aiens: *Diliges Deum ex toto corde, id est, dulciter, ne illectus; ex tota anima, id est, prudenter, ne deceptus: ex tota fortitudine, id est, fortiter, ne oppressus ab amore Domini auertaris.* Amor enim Dei talis animæ nostræ refectio est, vt totum quod in mundo desideratur & amatur eius famem extinguere non possit: ideò dixit Hugo lib.3. de Anima. *Cor paruum est, & magna cupit: vix ad vnius milui refectionem sufficere posset, & totus mundus ei non sufficit.* Quare? quia cum ad imaginem Dei formatum sit, nihil aliud præter ipsum Deum, eius quasi immensam capacitatem replere potest: solus Deus sufficit, afficit, reficit.

Deut.6. v.5. *Diligendus Deus ex toto corde & anima.* *Matth.22. v.36.* *D. Chrysol.* *Quare Deus ab initio amari voluerit.* *D. August.* *Nil aliud diligendum quam Deū.* *D. Bernard.* *Quod in mundo desideratur non potest famem hominis extinguere.*

Hinc est quod ipse immensus Deus, humanam naturam sibi copulando homo factus est, vt esset animæ vera refectio, & cor suum seipso repleret. Fateor in veteri lege Deum se ostendisse hominibus timendum & amandum, quod ratio erat, vt humana fragilitas se à familiari sui communicatione abstineret, & eum timendū potius, quam amandum iudicaret, nemoque audebat se illi coniungere, vt sibi esset refectio animæ; sed postquam Deus humanam naturam induit, non tantum timendum, quam diligendum se hominibus obtulit, & seipsum tamquā animæ refectionem tradidit. Et ne homines tali refectione priuarentur pudore & verecundia ducti, ipse rogat expandens manus: sic dixit ipse per Prophetam Isai.65. v.2. *Expandi manus meas tota die.* ad quid? ad rogandum. ita explicat D. Petr. Chrysol. serm.108. *Nonne qui expandit manus, ipso habitu rogat?* & subdit eleganter: *Distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinum, gremium pandit, vt Patrem se tantæ obsecrationis demonstret affectu.* Numquid hęc signa non sunt amoris sui? vtique quid autem hac paterna obsecratione postulat, nisi nostram mutuam voluntatem & amorem? ideò hominibus loquitur summa suauitate & dulcedine. Audi ipsum D. Petrum Chrysol. eodem serm.108. in persona Christi loquentem: *Videte, videte in me corpus vestrum, membra vestra, vestra viscera, ossa vestra, vestrum sanguinem, & si quod Dei est timetis quare quod vestrum est, non amatis?* Ecce quomodo inuitat Dominus hominem ad amorem sui, & vt amaretur ab homine suscepit humanitatem, sub qua ipse delitescens, simul cum humanitate diligitur; diuinitas enim tantam affert homini reuerentiam, vt adigat eum ab ipsius communicatione & amore se abstrahere, sed postquam vnita est cum humanitate, & in ea se abdidit; hominem audacem reddidit, ad diligendū Deum? ideò per Chrysologum ait: *Et si quod Dei est timetis quare quod vestrum est non amatis.* q. d. si nudam diuinitatem timetis, & non audetis ad ipsam accedere, iam coniunctam mihi vestram humanitatem habeo, vt iam non abstrahamini à mea communicatione & amore; ideò subiit: *si Dominum fugitis, quare non recurritis ad parentem?* Parentis nomen adstringit hominem ad amandum ipsum parentem, vt in quarto præcepto decalogi

Deus factus est homo vt esset animæ refectio. *Expandere manus rogantis habitus est.* *Isai.65. v.2.* *D. Chrysol.* *Si Deus timendus est, factus homo amandus est.* *Diuinitas humanitati coniuncta audacem reddit hominem ad diligendum.*

logi præcipitur. *Sed forte vos paßionis meæ, quam feciſtis magnitudo confundit. Nolite: crux hæc non meus, ſed mortis eſt acculeus. Claui iſti non mihi inſigunt dolorem, ſed veſtram mihi Inſigunt altius charitatem.* q.d. claui; quibus ſum confixus cruci non mihi dolorem impegerunt, ſed profundius veſtrum amorem à me extractum infixerunt: *vulnera hæc non educunt gemitus meos, ſed magis vos meis viſceribus introducunt.* ad quid? ad manifeſtandam meam erga vos beneuolentiam & amorem, & adigamini ad par pari referendum, id eſt, ad me redamandum: quia cum mea viſcera ſint quaſi conflatorium amoris, vas ſcilicet vbi amor tanquam argentum vel aurum probatur; ſicut enim metalla igne liquefacta miſcentur in conflatorio; ſic aurum amoris Chriſti, & argentum noſtri amoris diuino igne liquefacta miſcentur, vt mutuus amor inueniatur. Concludit Chryſol. dicens: *Venite ergo, redite, & vel ſic probate patrem, quem videtis, pro malis bona, pro iniuriis amorem, pro vulneribus tantis tantam reddere charitatem.* Quid plura?

Crux & claui homini inſigunt altius charitatem.

Viſcera Chriſti quaſi conflatorium amoris.

78. Ergo: *Omni vita tua dilige Deum.* ſic dixit D. Auguſt. tom. 9. lib. vnico meditationum de diligendo Deo cap. 16. *Hoc ſolum, vel hoc omnino totam vitam noſtram, totum laborem noſtrum, totum obſequium noſtrum, amorem denique noſtrum facile ſibi vendicat: totum hoc inquam eſt, quod deuotionem noſtram, & excitat melius, & quærit ſuauius, & auget amplius.* Chriſtus, ſcilicet Ieſus. Et cum commemoraſſet omnia beneficia homini à Deo collata, ſubiicit ſtatim: *Ecce cum quanto prætio redimebatur homo. Hæc ideò dixi, vt intelligat homo, quantum debeat diligere Deum, non vtcumque patienter, imo libenter, non ſolùm autem hoc, ſed etiam ardenter pro illo ſuſtinere labores & dolores, qui pro te tanta ſuſtinuit. Amplectatur igitur te anima mea Domine Ieſu crucifixum, ſumat tui dulciſsimi ſanguinis hauſtum: occupet memoriam hæc ſuauis meditatio, ne ex toto eam obliuio obſcuret,* &c. Suadet igitur Siracides homini, vt omni vita ſua diligat Deum, quia ex die, quo homo è manibus Dei efformatus euaſit, inita eſt inter vtrumque amicitia. Optime dixit Seneca lib. de prouid. c. 1. *Inter bonos viros ac Deum amicitia eſt, conciliante virtute. Amicitiam dico? Imo etiam neceßitudo, & ſimilitudo.* Explicuit Lipſius. Non tamen æqualitas, abſit; ſed Chriſtiano etiam ſenſu amat genus noſtrum, & amari poſſit. Nota hæc verba, quia eo ipſo quod Deus diligat hominem, ipſe vult ab eo diligi, &c.

Totum amorem noſtrum ſibi vendicat Deus. D. Auguſt.

Omni vita diligendus Deus. Seneca.

Tandem redeo ad locum Deut. 6. *Diliges Dominum Deum tuum,* &c. Vbi præcipit ipſe Deus homini, diligere ipſum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute: vt explicationem D. Bernard. ſerm. 20. ſuper Cant. repetam. ipſe enim ponderans tria illa in corde, & anima, & virtute, ait: *Dilige ergo Deum Dominum tuum toto & pleno cordis affectu: dilige tota rationis vigilantia & circumſpectione: dilige & tota virtute, vt nec mori pro eius amore pertimeſcas: quoniam fortis eſt vt mors dilectio,* &c. At in tract. de diligendo Deo multa percurrit, vt inducat in omnium animos Dei amorem; ſed agens de præmio: *Non enim* (inquit) *ſine præmio diligitur Deus, & ſi abſque præmij intuitu diligendus ſit: Vacua namq; vera charitas eſſe non poteſt, nec tamen mercenaria: Quippe non quærit quæ ſua ſunt. Affectus eſt, non contractus; nec acquiritur pacto, nec acquirit: ſponte afficit, & ſpontaneum facit. Verus amor ſe ipſo contentus eſt, habet præmium, ſed id quod amatur,* &c. Toto ergo vitæ curriculo Deus amari debet.

Deut. 6. v. 5. Diligendus Deus ex toto corde & anima. D. Bernard.

Non ſine præmio diligitur Deus.

Illuſtratio ſecunda.

79. OMni vita tua dilige Deum. Optime Palacius notat Illud, *in omni vita tua.* Nulla, inquit pars vitæ tuæ Dei dilectione careat: ſi dormis, ſi vigilas, ſi loqueris, ſi taces, ſi operaris, ſi quieſcis ignis amoris in altari pectoris ardeat, vt ardebat olim in templo Iudaico. Et vt in mundo maiori ignis elementum non deeſt, ita non deſit in tuo mundo minori: hæc ille & optime, vbi in memoriam reuocat id quod Leuit. 6. v. 12 præceperat Dominus: *ignis autem in altari ſemper ardebit,* &c. Et v. 13. *ignis eſt iſte perpetuus, qui numquam deficiet in altari.* ignis enim perpetuus erat, vt ſemper paratus eſſet ad cremenda ſacrificia holocauſtorum. Sed haud dubium per hoc ſignificatur, ignem amoris ſemper deberi ardere in corde hominis, vt impleatur præceptum Eccleſiaſtici, qui ait: *omni vita tua dilige Deum.* quod per ignem ſignificetur amor, ita perſpicuum eſt, vt nulla indigeat probatione. ſufficiat id Cant. 8. v. 7. *Lampades eius* (amoris) *Lampades ignis atque flammarum.* quod licet explicetur de zelo; at multi putant agere Salomonē de amore, quem cum igne confert, & vim eius ardotemque exprimere. Verus etenim amor ſic inflammat, agitatque quem ſemel occupauit, vt nuſquam quieſcere, numquam deſidere patiatur, non ſecus atque igne ſuppoſito, vaſtæ etiam moles quamcumque in partem vis ignea impellat, celeri atque violento motu torquentur. LXX. pro, *Lampades,* habet *alas,* quæ ſatis amoris igneum impetum & celeritatem oſtendunt. Sic eleganter D. Ambroſ. lib. de Jſaac c. 8. *Bona igitur* (inquit) *Charitas habens alas ignis ardentis, quæ volitat per pectora & corda ſanctorum, & exurit quidquid materiale atque terrenum eſt, quidquid vero ſincerum eſt, probat, & quicquid contigerit ſuo igne meliorat.* Ex prophanis lege Ouidium in multis locis vocantem amorem nomine ignis, & alios, qui de amore tractant.

Nulla pars vitæ Dei dilectione carere debet. Palacius. Leuit. 6. v. 12.

Ignis pro amore. Cant. 8. v. 7

Amor inflammat agitatq; quem ſemel occupauit. D. Ambroſ.

Amor Dei debet eſſe perpetuus in corde hominis.

Ergo, cum præcipit Dominus in lege, vt ignis in altari perpetuus ſit, innuit haud dubium velle amorem eſſe debere perpetuum in corde hominis. Sic D. Greg. lib. 25. Moral. c. 7. declarauit hoc ſuppoſitum præceptum: *Altare quippe* (inquit) *Dei eſt cor noſtrum, in quo iubetur ignis ſemper ardere: quia neceſſe eſt ex illo ad Dominum charitatis flammam, indeſinenter aſcendere.* Et poſt pauca: *Bene autem illic ſubiungitur, & impoſito holocauſto deſuper adolebit adipes pacificorum. Nam quiſquis in ſe ignem hunc charitatis accendit, ſemetipſum vtique holocauſtum deſuper imponit: quia omne vitium, quod in ſe male viuebat exurit,* &c. D. Gregorium Rupertus deſcribit tom. 1. lib. 1. in Leuit. c. 29. confirmat eandem legem quod ibi dicitur de holocauſtis verſ. 9. *Cremabitur in altari tota nocte vſque mane.* quod explicans Rodulphus. *Vir perfectus* (ait) *tota nocte huius ſæculi, & præſentis vitæ ignis ſui, id eſt charitatis, & feruoris flammam illuſtrem ſeruare debet: vt vero mane* (æternæ gloriæ) *illuceſcente ſub Dei præſentia æternum fulgeat.* quæ omnia optime illuſtrant ſententiam Eccleſiaſtici ſecundum interpretationem Palacij. 80.

D. Gregor. *Quare holocauſtum in altari tota nocte cremaretur.* Rodulph.

Rurſus, hic perpetuus ignis, qui in templi altari ſeruabatur ex Domini præcepto, exemplar fuit alterius ignis, quem virginis veſtales perpetuo Romæ fouebant. Nam veſta in Græco eſt ἑστία id eſt, ignis, & ait Roſinus, lib. 2. c. 12. *Poſt mortem eam cognominatam eſſe, quia fuiſſet Regina ſacrorum, & puellas docuiſſet ſempiternum ignem ſacrorum inextinctum ſeruare.* Tertul. lib. 1. c. 13. Marij: *figurans* (inquit) *veſtam in ignem.* & Pamel. probat ex Ouidio:

Ignis perpetuus exemplar fuit æterni, quem veſtales ſeruabant Romæ. Roſinus. Tertul.

Nec tu aliud (veſtam) quam viuam intellige flammam.

Plutarchus in Numa vocat Pontificem Maximum Antiſtitem ſacrorum, qui docebat quibus hoſtiis dij colendi vel placandi ſint, & ſubiungit: *Inſuper virginum veſtalium cuſtos erat, quarum item conſecrationem, & perpetui ignis, quem aſſeruant hæ, curam & religionem aßignant. Numæ ſiquidem in Græcia quoque ſiculi ſeruatur æternus ignis. Quod ſi forte extinctus fuerit, negant eum fas eſſe ex alio accendi igne, ſed nouum & recentem parandum, eliciendamq; puram ac liquidam ex ſole flammam.* Et Virgilius agens de Iarba, qui ſacrauit in templis æternum ignem, ad quem eſſent æternæ quoque excubiæ ſeruando igni, quæ omnia in honorem Deorum, canit 4. Æneid. v. 200.

Plutarch. Virgil.

Centum aras poſuit, vigilemq; ſacrauerat ignem.
Excubias diuûm æternas, &c.

Vocat ignem peruigilem, qui in multis aliis locis fuit, & ſemper ſumma religione, vt in templo cæſaris, & Proſerpinæ: cuius rei auctor Pauſanias in Arcadicis; in aris carnei Appollinis, nam de eo callimacus: *ignis ſemper durans.* Romæ quoque multis aliis ſacrariis. Et vocat Virg. *vigilem ignem,* Propertius, & Statius *peruigilem.* Liuius lib. 5. *æternum.* Cicero. *ſempiternum.* Arnob. lib. 2. *veſtæ ignis perpetuos focos.* Socrates lib. 7. Hiſtor. Eccleſ. *ignem perpetuo ardentem.* Silius. *flammæ ſemper lucentes.* Cur autem ignis æternus tanta religione aſſeruatus ab antiquis, petendæ ex Plutarcho cauſæ lib. 7. Sympoſiacon. q. 4. vide noſtrum cerdam ad id Virgil. 2. Æneid. v. 96.

Ignis vigil. Pauſan. Callimac. Propert. Stat. Liuius. Cicero. Arnob. Socrates. Silius. Cerda.

Sic ait, & manibus vittas, veſtamque potentem,
Æternumq; aditis effert penetralibus ignem.

Vbi viſus eſt Hector educere ex templi penitiſſimis aditis veſtam immortalem ignem, & hæc tradere de manu ſua in manum Æneæ veſtam ſub forma ignis Romani coluerunt: teſte Ouidio 6. Faſtorum, & Procopio lib. 2. vbi de bello Perſico. *Hic magnum Pyreum eſt, quod Perſæ Deorum maximè venerantur, vbi ignem perpetuum cuſtodiunt Magi: ac alia quidem diligenter ſacrificantes, cum vaticinio in rebus maximis vtuntur. Hic eſt ignis, quem veſtam olim Romani vocabant.* Demum huius rei argumento ſeruiunt, quæ de perpetui ignis religione ſeruata ſunt Romæ à virginibus veſtalibus, & Liuius quidem lib. 5. vtrumque coniungit: *Quid de æternis* (inquit) *veſtæ ignibus, ſignoq;, quod Imperij pignus, cuſtodiaq; templi teneretur loquar?*

Ouid. Procop. Liuius.

81. Omnia hæc confirmant haud dubium ſententiam Eccleſiaſtici ſecundum explicationem Palacij: nam qui præcipit Deum diligere per totam vitam, intendit omnibus inſinuare, vt accipiant in ſe ignem amoris ſeruandum in pectore. Cum Chriſtus Dominus in terram deſcendit tamquā diuinus Promothæus, accenſo lumine amoris ex lumine diuini ſolis, vnde ipſe procedebat per generationem, voluit hoc lumen ſui amoris accendere in cordibus hominum, vt inflammarentur in ſui & Dei dilectione; dixit per Lucam cap. 12. v. 59. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur?* Cuius loci variæ ſunt interpretationes. principalis eſt de Spiritu ſancto, quem ignem vocat Chriſtus Dominus ipſumque miſit in terram ſimul cum Patre, vt tamquā ignis purgaret pectora, & inflammaret corda in ſui amorem: ſic D. Gregor. homil. 30. in Euang. dixit explicans hunc locum: *Sed ignem Dominus in terram mittit, cum afflatu ſancti Spiritus corda carnalium incendit, & terra ardet, cum cor carnale in ſuis prauis voluptatibus frigidum, relinquit concupiſcentias præſentis ſæculi, & incenditur ad amorem Dei.* Euthym. de fide & dilectione declarauit; ſed quomodocumque intelligatur, optime noſtram illuſtrat ſententiam: nam ſi Diuinus Spiritus cæleſtis ſphæra eſt Diuini amoris, etiamnum ipſe amor, qui tanquam ignis Diuinus ſalutem & vitam operatur in homine: quid mirum ſi velit Chriſtus vt accendatur? Verum eſt, hic intendere Chriſtum amorem ſuum per totum orbem diffundere, vt omnes homines flamma charitatis ardeant; ſed in hac diffuſione ſignificata eſt perpetuitas amoris ſui in cordibus hominum: quid enim eſt: *Quid volo niſi vt accendatur?* niſi velle ignem iſtum perpetuum eſſe, & permanentem in cordibus humanis, vt intuitu eius omnes actiones dirigerentur in Deum: ignis enim natura eſt ſurſum aſcendere, & quæ ipſe inflammat in altum dirigere: cum ergo ignis amoris Dei in corde humano accenditur opera omnia, quæ tanquam holocauſta in altari cordis cremantur, ſurſum aſcendunt; nam vitæ æternæ ipſe ignis diuinus meritoria reddit, id eſt, æterno præmio digna: & qui hoc diuino igne comburitur mentem transfert ad cæleſtia: ſic dixit D. Chryſoſt. tom. 1. hom. 55. in cap. 29. Geneſ. Loquens de Paulo: *Nullus alius ſic dignatus eſt diligere Dominum, vt beata illa anima, quæ ſic loquitur. Amor enim in Deum, & ſuccenſa charitas mentem eius à ſenſibilibus ad ſpiritualia tranſtulit, & à præſentibus ad futura: & à viſibilibus ad non viſibilia.* Et tom. 2. hom. 6. in c. 2. Matt. de ipſo Apoſtolo inquit: *& quidem cum ipſum Paulum beatum ſuper cælum, adeoque cælum cæli volitare videamus, ipſoque igni ardentius tranſcendentem cuncta, & cuncta ſuperantem,* &c.

Ignis amoris debet ſemper ſeruari in pectore. Luc. 12. v. 59.

Spiritus ſanctus miſſus in terram vt pectora purgaret & inflammaret. D. Gregor.

Euthym.

Spiritus ſanctus ſphæra eſt diuini amoris.

Quid operetur ignis diuini amoris in pectore hominis.

D. Chryſ.

Quid fouiat diuinus amor.

Ergo illa perpetuitas ignis, quam prænotauimus, conuenit procul dubio noſtræ ſententiæ, quæ prædicat dilectionem Dei per omnem vitam: nulla enim remiſſio debet eſſe in Dei amore, ſemper autem ignis amoris ardere debet in corde, ignis peruigil, ſemper durans, æternus, perpetuus, ſempiternus, inextinctus, immortalis, perpetuo ardens: ſi enim virgines illæ veſtales fouebant ignem ſacrum, non patientes illum vllo modo extingui; & ſi aliquando propter earum negligentiam, aut incuriam extinguebatur, puniebantur, & nouum ignem incendebant; quare nos ignem amoris Dei corda noſtra inflammantem extingui patimur? ignis iſte diuinus ſit in noſtro corde perpetuo ardens, id eſt, conſtans, & perpetuus: ideò in eo loco Cant. 8. verſ. 6. quem ſupra tetigimus, dantur alæ amori ſecundum verſionem LXX. *Alæ eius, alæ ignis flamma eius.* Et in amore prophano alæ ſimbolum erat inconſtantiæ, vt aſſerit Pierius Valerianus lib. 21. pag. 155. ait enim: *Nam quæ amori alæ attribuuntur, ad frequentiſſimas in eo rerum viciſſitudines referuntur,* vt Propertius de eo, qui figuram eius pinxerat lib. 12.

Nulla remiſſio debet eſſe in Dei amore.

Ignis diuinus debet eſſe perpetuo ardens. Cant. 8. v. 6

Pierius.

Propertius.

Idem non fruſtra (ait) *ventoſas addidit alas,*
Fecit, & humano corde volare Deum,
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda.

Noſtra-

Nostraq; non vllis permanet aura locis.

Ala amoris Dei constantiam significant.

At tamen charitati & amori in sacris Litteris cum attribuantur alæ, non ideò inconstantiam significant: quia firmissimas habet radices, & per eas in ipsa magis firmamur charitate; quod illa significat anima, quæ huius soliditatis & quietis in charitate tenetur desiderio; quæ cum

Psal. 54. v. 7. Propheta exclamat, Psal. 54. v. 7. *quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam.* volare cupit simul atque quiescere in charitate ipsa radicata: columba simbolum est dilectionis; sic D. August. super hunc locum: *Columba* (ait)

D. August. Columba simbolum dilectionis. *pro signo dilectionis ponitur, & in ea gemitus amatur.* Ita etiam Theodoret. confirmat, inquiens: *Porro admiratione dignum est, magnum Dauidem columbæ, & non alterius auis alas accipere voluisse; manifestum est enim eum Spiritus sancti gratiam desiderare, qui columbæ specie volauit.* Et si Spiritus sanctus apparuit in columbæ specie, sicut ille amor diuinus est: sic cum Dauid dari sibi columbæ pennas, desiderabat amorem, & dilectionem postulabat, vt posset in ipsa dilectione, & charitate requiescere & radicari; sic etiam sanctis illis spiritibus, qui ab ardore charitatis nomen seraphim sortiti sunt sex alas apud Isaiam c. 6. v. 2. tributas nouimus, eosdemque volasse legimus, & stare: *Seraphim stabant super illud.* Seraphim, id est, combusti, ardentesve dicuntur, quia ignis diuini amoris eos ardenter inflammat: *stant,* quia permanent in amore, & volare dicuntur *(duabus volabant)* quia non patiebantur ignem diuini amoris in seipsis extingui, sed incendebant ipso volatu, vt ignis flamma cresceret, & redderetur amoris & charitatis ignis, vt dixiximus, perpetuus, sempiternus, semper ardens.

Isa. 6. v. 2. Quare Seraphim duabus alis volabant ante thronum Dei.

82. Ezech. 1. v. 11. Quod confirmat visio Ezech. c. 1. v. 11. nam pennis ornatos vidit Cherubinos, ibi enim dicitur: *Facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper.* & vers. 12. addit: *Et similitudo animalium aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.* Itaque hi cælestes Spiritus habebant alas extensas ad volandum paratas, & insuper similitudo eorum erat quasi carbonum ignis: de primo dixit D. Gregor. homil. 4. in Ezech. *Quod omnis intentio omnisq; contemplatio sanctorum super se tendit, vt illud possit adipisci, quod in cælestibus appetit.* Insuper in medio animalium erat quasi fornax, vel foculus, siue prunarium; ex hac fornace ignis diffusus igniebat Cherubinos, vt viderentur esse flammei, & quasi ardentes carbones vel lampades. Etsi ipse Gregor. dicat: *Quia sancti viri quosdam iuxta se positos quasi tangendo, ad amorem Patriæ cælestis accendunt, carbones sunt,* &c. At meo iudicio in hac visione significata est perpecuitas amoris in Deum: nam habere alas nihil aliud est, nisi paratos esse spiritus ad exequenda mandata Dei, & simul ad incendendum ignem Diuini amoris, vt illæ aliæ virgines vestales dabant operam vt permaneret ignis sacratus semper ardens in templo. Quod debet homo imitari, vt studeat habere in corde suo ignem ardentem Diuini amoris semper incensum. Rursus, stare Cherubinos in medio fornacis ignis, ex qua ignis diffusus igniebat corda ipsorum, quid aliud significat, nisi quod supra probauimus: homo enim debet in corde suo fornacem incendere, vt ipse ex ipsa igniatur & amor eius numquâ extinguatur, sed permaneat incensus, vt præceptum Ecclesiastici adimpleat, qui dixit: *Omni vita tua dilige Deum.*

D. Gregor. Quarre Cherubini ignei apparerent. Quid sit Cherubinos in medio fornacis stare.

Tandem ex his colligitur, hominem debere se elongare à communicatione principum, & vitam suam insumere in cõmunicatione rerum cælestium; sic faciebat Paulus cum aiebat Philip. 3. v. 20. *Nostra conuersatio in cælis est.* q. d. Nos quasi cælestis Patriæ municipes de illo senatu & beatorum cœtu assiduè cogitamus, cogitationesque nostras in cælesti illa Patria defixas habemus. Vnde Ecclesiasticus rogat: *ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia.* sed quid mirum, si ignem amoris sui misit Deus in terram, vt corda ad cælum cleuarent? sic D. Gregor. homil. 30. in Euang. dixit: *Bene ergo in igne apparuit Spiritus: quia ab omni corde, quod replet torporem frigoris excutit, & hoc in desiderium sua æternitatis accendit.* Quare anima, quæ iam torporem frigiditatis excussit per ardorem charitatis, qua repleta est, timet iterum retardare gressus suos, qui in desiderium æternitatis intendunt: ideò cum sponsus vocauit sponsam, & rogauit vt iam aperiret respondit Cant. 5. v. 3. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quod expendens D. Ambros. lib. de Isaac & anima: tom. 1. c. 6. dixit: *Veretur enim ne iterum in tentationes resurgat, ne iterum in culpam redeat, atque peccatum, & egressus suos, virtutumq; processus terrenis incipiat vestigiis inquinare,* &c. ideò Ecclesiasticus monet: *Omni vita tua dilige Deum.*

Homo debet vitam insumere in communicatione verum cælestium. Phil. 3. v. 20.

Anima per ardorem charitatis torporem frigiditatis excutit. Cant. 5. v. 3.

Illustratio tertia.

83. Inuocandus Deus in salute nostra.

Et *inuoca illum in salute tua,* &c. Omnia originalia: *ad salutem tuam.* Optime Siracides amori Dei inuocationem crescit, & salus tam corporalis, quam spiritualis, & æterna conseruatur in homine. Rabanus: & auxilium eius quotidie implores. Lyra: pro salute tua. Hugo, id est, intus corde voca illum per intentam & deuotam orationem pro salute tua temporali & æterna, quæ consistit in tribus, in amotione mali, & collocatione boni, & confirmatione eiusdem. Quod ipse statim explicat. Dionys. *& inuoca illum* assiduè ac ardenter: *in salute tua,* id est, pro vera beatitudine obtinenda, nec aliquid petens, saluti contrarium, quod est petere in nomine saluatoris, qui ait: *si quid petieritis,* &c. itaque cum tanta sit hominum fraus, instabilitas, inquietudo, recte hortatur nos hic ad summum, incommutabile, ineffalibile bonum, fidelissimum Deum amando ac diligendo confugere. Et rectè præmonuit de amando hoc bonum, quoniam sine eius amore nec oratio nec proximorum dilectio ad quam paulò pòst hortatur, est meritoria: hæc ille, & optime. Iansen. melius explicat: Bene autem duo hæc coniungit dilectionem scilicet Dei, & inuocationem illius, quia nec vitæ innocentia sufficit, vt quis tutus sit, nisi assidua oratione se homo muniat contra periculorum varietates, & improborum conatus: nec inuocare prodest, si desit timor & dilectio Dei. Tandem Palacius putat, indignissimum esse nec in salute, nec in infirmitate inuocare. Indignum est in sola infirmitate clamare, dignissimum esse & in infirmitate, & in salute ardenter inuocare. Nec enim in salute nnumeræ nos miseriæ præmere cessant, ac ideò clamare constringent. Hæc ille.

Rabanus. Lyra Hugo. Dionys. Sine Dei amore dilectio proximorum non est meritoria. Iansen. Palacius.

Optime ergo post exhortationem de diligendo Deo, proponit auctor inuocationem eius: quia sicut cum incenditur ignis si non applicetur ei materia, nec adiuuetur in sufflatione, facile

Dilectioni Dei recte adiungitur ipsius inuocatio.

facile extinguitur: sic extinguetur in corde ignis amoris Dei, si oris insufflatio, id est, inuocatio ipsius Dei deficiat, & materia bonorum operum desit. Est enim necessarium ignem dilectionis Dei in corde nostro conseruare per eius inuocationem & assiduam orationem; sic haud dubium salus tam corporalis, quam spiritualis animæ præsens, & futura conseruabitur. Primus, qui Deum inuocauit fuit Enos; sic dicitur Genes. 4. v. 26. *Sed & Seth. natus est filius, quem vocauit Enos, iste cœpit inuocare nomen Domini.* Filius Seth vocatus est Enos, id est, homo vel vir ærumnosus egens Dei auxilio; quare ipse agnoscens propriam necessitatem, cœpit inuocare nomen Domini, id est, inuocauit pro salute tam corporali, quam spirituali fundens preces ad Dominum tamquã egens diuino auxilio. q. d. orandi exercitatio tunc primum cœpta est: qua nihil nec sanctius ad virtutem, nec ad solatium animæ iucundius, nec ad impetrandam salutem, & beneficia Dei efficacius, nec ad omnia pericula vel tentamenta hostium propulsanda potentius inuenitur. *Oportet semper orare, & non deficere.* Luc. 18. v. 1. sic illa semper orabat & non deficiebat sponsa, cuius illud legimus: Cant. 3. v. 1. *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea.* D. Gregor. Nyssen. homil. 6. in Cant. explicat de contemplationis otio, aiens: *Per nomen autem noctis ostendit contemplationem eorum, quæ non cadunt sub aspectum, ad similitudinem Mosis, qui fuit in caligine, in qua erat Deus.* Ait ergo ad intentum D. Ambros. de Isaac c. 5. *Qui bene quærit, in cubili quærat, in noctibus quærat, nec dies feriatus, nec nocte sit, nullum tempus vacet in pietatis officio: & si non inuenerit primo, perseueret in quærendo. Nullum tempus vacuum sinat sancta deuotio præterire.* Sed cum Christus Dominus (vt diximus) præceperit semper orare, & inuocare Deum, & numquã deficere, oportet orationem & inuocationem debere esse assiduam. Quod expendens D. Bernard. serm. 4. in Psal. Qui habitat: eleganter prorumpit, dicens: *Quid est quod incessanter orantes & supplicantes non possumus ad eam, quam desideramus gratiæ abundantiam peruenire? Putatis quia auarus aut inops factus est Deus, impotens, aut inexorabilis? Absit hoc; sed ipse nouit figmentum nostrum: quia dum adhuc infirmi sumus, oportet ipsa bona gratia temperari, ne forte elationis aut indiscretionis vitium incurramus; non tamen à petitione propterea cessandum est; quia & si non dat ad satietatem, dat tamen ad sustentationem: & si cauet nobis à feruore nimio, tamen fouet nos tamquam mater calore suo.*

Gen. 4. v. 26 Enos primus inuocauit nomen Domini. Oportet semper orare. Luc. 18. v. 1. Cant. 3. v. 1 D. Nyssen. D. Ambros. Oratio & inuocatio debet esse assidua. D. Bernard.

84. Rom. 10. v. 12. Quare Deus diues vocatur. Quare salus obtineatur ab iis, qui inuocant Deum.

Secundo, Potest apprimè illustrari ex eo Rom. 10. v. 12. *Nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum: omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* quæ vltima verba mutauit Apostolus ex Ioel. c. 2. v. 32. & repetuntur Act. 2. v. 21. & sententiam nostram illustrant. Vocat Deum diuitem, non parcum, sed munificum, largum & beneficum, in dandisque muneribus prolixũ & liberalem, in omnes qui inuocant illum. Et sic appellatur quia illos dumtaxat suarum diuitiarum participes facit; illi autem rectè inuocant nomen Domini, qui viua in illum fide credentes, spes omnes suas in illo sitas, & locatas habent. Nota id: *saluus erit,* vel *suadet,* id est, salutem consequetur, non tantum temporalem, sed præcipuè spiritualem, & æternam. Sed quare salus obtinetur ab iis, qui inuocant Deum? numquid salus præmium est inuocationis Dei? si inuocatio rectè fiat adiunctis fide, spe, & charitate, meretur haud dubium salutem spiritualem & æternam: ideò Ecclesiasticus postquam dixit: *Dilige Deum,* adiicit *& inuoca eum pro salute tua.* Dilectio enim Dei cum ex vera charitate procedit, adiunctam habet fidem & spem, vt possit homo mereri præmium inuocationis, quod est salus spiritualis, & æterna. Tunc enim in danda salute & gratia ostenditur Deus diues, profundens affluenter diuitias gratiæ & salutis. Hinc est quod dicat Dauid, numerans eos, qui inuocabant nomen Domini, Moysen scilicet & Aaron, & Samuëlem. *inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos.* Psal. 98. v. 7. Omnes illi, qui amici Dei erant inuocabant Dominum pro se & pro populo, & Deus vt amicos fideles, à quibus diligebatur, exaudiebat eos; sic Theodoret. *At qui, ait, multam cum Deo habebant fiduciam, hi namq; implorabant, ipse vero exaudiebat, & postulata concedebat.* Quia Diues erat in omnes qui eum inuocant, & tanquam diues participes facit homines diuitiarum suarum. Sed quænam hæ diuitiæ, quas inuocantibus eum impertit? numquid misericordia? numquid benignitas, bonitas, largitas? Ita sanè; sed ad intentum respondit citatus Theodoret. super locum Pauli Roman. 10. *Per diuitias appellauit salutem hominum. Nouit enim Domini benignitatem.* q. d. ex benignitate sua tamquam ex penu inexhausto depromit Deus salutem hominum, siue temporalem, siue spiritualem, & æternam; quam diuitias appellat, non solùm quia à diuite Deo depromptæ sunt, sed etiam quia per eas homo dues affatim efficitur, & hæres diuitiarum gloriæ, qua remuneratione debita homini Deus persoluit, nam amor Dei, quo homo agnoscit Deum benefactorem suum, persoluitur ab ipso Deo reddendo salutem æternam.

Sancti inuocant Deum, & exaudiuntur. Psal 98. v. 7 Theodor. Diuitiæ Dei non solum misericordia, sed & salus hominum.

85. Abraham inuocauit nomen Domini. Gen. 12. v. 8

Rursus Abraham cum egressus esset iussu Domini de terra sua, & accepisset ab eo promissiones, in gratiarum actionem *ædificauit quoque ibi altare Domini, & inuocauit nomen eius.* Gen. 12. v. 8. id est, extructo altari, mactatisque hostiis sanctissimus Abraham inuocabat nomen Domini, quod idem est, atque orauit, cum Deo egit, orationi instabat, vigilans in gratiarum actione; sed quid est quod post promissionem factam Abrahamo Christi venturi. (v. 7. *semini tuo dabo terram hanc.* Vbi semen idem est, quod Christus vt Paulus declarauit. Gal. 3. v. 16. & *semini tuo quod est Christus*) ædificet sanctus Patriarcha altare Domino? Respondeo extructionem illam altaris fuisse in monumentum amoris; sic D. Chrysost. hisce verbis obseruat, tom. 1. in hunc locum hom. 32. *Hoc enim quod dicit: extruxit altare, idem est, quod gratias pro promissis egit, & sicut homines nonnũquam amicitia mouentur, vt domos ædificent iis, qui sinceriter & amice sibi afficiuntur* (additur in margine. *vbi cum germanis & sinceris amicis versantur & colloquuntur*) *& nonnũquam etiã ciuitates condiderunt, quibus familiarum nomina indidere, ita & iustus ille, vbi visionem Dei assecutus est, altarium ibi consecrauit.* Testabatur enim se Deum amice diligere, & vt inuocet eum, iterum ædificat altare Domino, vbi accepta promissione Christi venturi proponit aduentum eius, vt omnes ad salutem per inuocationem nominis sui, concurrant vt salutem consequantur: quare dixit D. Bernard. serm. 15. in Cant. *Currite gentes, ad manum*

Gal. 3. v. 16. Quare Abraham post ædificationẽ altaris inuocauerit nomen Domini. D. Chrys. Quicũque inuocauerit nomen Domini saluus erit. D. Bernard.

num est salus: effusum est nomen Iesu, quod quicumque inuocauerit saluus erit; Angelorum Deus, etiam hominum Deum se nominat. Oleum misit in Iacob, & cecidit in Israel. Dicite fratribus vestris: date nobis de oleo vestro, &c. Ergo Ecclesiasticus postquam admonuit vt diligamus Deum, suadet nobis inuocationem eius pro salute: quicumque enim vero & sincero affectu Deum diligit, ius acquirit ad salutem consequendam per inuocationem nominis eius; nomen Iesu salutem sonat & tribuit, curramus ad illum, & inuocemus eum in salutē nostram, & non solùm salutem corporalem, sed & spiritualem & æternam assequemur; sic admonet Plutarch. lib. de superst. *Id miserum est* (inquit) *quod superstitionis caligine incidens homo ita confunditur, rationisq; vsus eius excæcatur, cum eum res maxime flagitant.*

Nomen Iesu salutem sonat & tribuit.

Plutarch.

Fluctus cærulei iam mare concitant,
Et nubes rapidi prætia turbinis
In gyrum celeri voluitur impetu.

Hoc videns gubernator, votis quidem salutem expetit: Deos seruatores inuocat, &c. & in eodem lib. inquit: *Nos quoque postulamus, vt recto & iusto ore Deum inuocetis.* Confirmat Seneca epist. 10. *votorum tuorum* (ait) *veterum licet diis gratiam facias, alia de integro suscipe; roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. Quidni tu ista vota sæpe facias? audacter Deum roga, nil illum de alieno rogaturus. Verum est quod apud Athenodorum inueni. Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eò perueneris, vt nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam.* Et concludit: *sic viue cum hominibus tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo tanquam homines audiant.* Vide Lipsium ad hunc locum.

Seneca. *Prius roganda valetudo animæ posteà corporis.*

86. Tandem probatur hęc sententia ex Psal. 144. vers. 18. *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* quintam & sextam virtutē regiam apponit Dauid in his versibus, quia virtus regia est, facilem se præbere omnibus accedentibus, & auxilium implorantibus. Hoc mirificè præstat Deus noster, qui propè est omnibus inuocantibus eum, id est, quamuis Deus excelsior cælo sit, tamen appropinquat facile omnibus inuocantibus eum in varietate & sinceritate, neque vnquam audientiam negat. Theodor. *Hæc particula prope non loci spatium significat, natura enim vbique adest Deus. Nam in ipso viuimus & mouemur & sumus; sed per affectionem & studium declarauit. Pulchra autem est hæc additio veritatis; non enim simpliciter inuocantibus adest, sed iis, qui in veritate hoc facere decreuerunt.* Cuius exemplum apponit D. August. tom. 8. *Nam multi* (inquit) *eum inuocant non in veritate. Aliud ab illo quærunt, non ipsum quærunt: quare amas Deum? quia dedit mihi sanitatem: istud manifestum est quia ipse dedit: Non enim ab vllo est vlla salus nisi ab illo, &c.* Sed quare Deus voluntatem timentium se facit, & exaudit eos? Numquid timentes Deum cum Deo pactionem fecerunt, vt mutuam reddant inter se voluntatē, & ad inuicē præstent homines Deo obsequium, & Deus hominibus auxilium? respondet Theodoret. *Qui diuinum habent timorem prius Dei voluntatem faciunt. Quoniam igitur eorum propositum diuinæ voluntati respondet; necessario Dominus eorum voluntates perficit, neque enim aliquid repugnans iis, quæ*

Propè est Dominus inuocantibus eum. Psal. 144. v. 18.

Theodor. *Natura vbique adest Deus.*

D. August.

Quare Deus voluntatem timētiū se faciat & exaudiat eos.

Theodor.

vult, cupiunt. D. Aug. non minus rectè respondet, affirmans: *faciet faciet, & si non faciet ad horam, tamen faciet. Certè si ideò times Deum, vt tu facias ipsius voluntatem: Ecce & ipse quodadmodo ministrat tibi.* Particulam: *& saluos faciet.* Explicat: *sic omnes timentes Deum timore sancto, primo & principaliter in omni oratione petunt salutem inchoatam, quæ est gratia, & perfectam, quæ est gloria. Deus igitur exaudit semper timentes se, quia saluos faciet eos, id est, exaudiet quando, & quomodo expedit ad salutem.*

D. August.

Deus exaudit orationē quando expedit ad salutem.

87. Porro cum inuocare præcipit Ecclesiasticus Deum, *in salute tua*, forte est quasi dicat, in prosperitate tua, vel incolumitate tua. Nam verbum Græcum σωτηρια significat salutem, conseruationem, incolumitatem, nulla enim alia in præsenti vita prosperitas inuenitur, quam incolumitas, quæ est saluti tuta atque integra cōseruatio: item significat receptus, redditus, Plato, in patriam reditus. Ergo cum dicitur. *& inuoca illum* (Deum) *in salute tua*, est q. d. cumque te in salute & in prosperitate videris, inuoca Deum, vt salutem & incolumitatem tuam conseruat, salutem scilicet non solùm corporalem, sed præcipuè spiritualem, qualis diuina gratia: & tādem reditum ad Patriam, vel receptum ad Patriam, vt postulatur in oratione Dominica: *adueniat regnum tuum. Inuoca igitur* Deum *in salute*, id est in prosperitate. ista enim solet aliquando desides & obliuiosos facere, quare dixit optime Menander.

Salus pro prosperitate.

Plato.

Gratia salus spiritualis.

Matt. 6. v 10.

Iustum est feliciter agentem recordari Dei.

Id est, in memoriam adducendo inuocare eum, & postulare incolumitatem: si enim prosperitas periculosa non esset, & ruinæ proxima, non asfereret Dauid: Deum *adiutorem esse in opportunitatibus.* Psal. 9. v. 10. id est, in prosperitatibus, vt Placet Euthymio. *In tribulatione.* vel cum coniunctione, vt apposuit Clem. Alex. *in opportunitate & tribulatione.* q. d. Deus adiutor est tum in tribulatione, tum in prosperitate, vt eam quis conseruet, & ne in ignauiam calamitatis matrem decidat. Imo quia periculosior prosperitas quam aduersitas; vt probauimus cap. 2. n. 17. quibus addo id Psal. 90. v. 7. vbi ait Dauid: *cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis,* vt explicat noster Bellarm. aiens. Per sinistram intelligitur aduersitas, per dextram prosperitas. Multo autem plures ex hominibus cadent & pereunt ex prosperitate, quam ex aduersitate. Prosperitas enim dat occasionē superbię deliciis, licentiæ, audaciæ & aliis id genus malis, aduersitas vero reddit homines humiles, castos, patientes. *Tribulatio* enim (vt ait Apost. Rom. 5.) *patientiam operatur.* Ergo quia periculosior prosperitas, quam aduersitas, tanto magis necessarium in ea diuinum auxilium. Ait autem Ecclesiasticus: *& inuoca illum in salute tua*, id est, in prosperitate tua, auxilium eius quotidie implora, ne obliuiosus factus, labaris in perditionem, quia dum prosperitate potiris in discrimine tuæ saluationis ambulas; ideò maius auxilium impetrare debes, quam si tribulatione agiteris, concludit Palac. Nota 3. plenum esse periculo, Dei in salute obliuisci, iuxta tritum illud Augustini: *Iustè moriens obliuiscitur sui, qui viuens oblitus est Dei.* Quid plura?

Prosperitas periculosa.

Psal. 9. v. 10

Psal. 90. v. 7.

Bellarm.

Per sinistrā aduersitas, per dexterā prosperitas declaratur

Rom. 5. v 3

In prosperitate maius periculum.

VERS.

VERS. XIX.

Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi.

VERS. XX.

Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur.

Sensus.

88 *Omne animal*, &c. q. d. Monitum, quod tibi tradidi non communicando nec sociando cum ditioribus & potentioribus, verum esse intelliges ex hac similitudine; sicut omne animal diligit animal sibi secundum genus suum simile, ideoque iungitur ei, & congregatur cum illo; sic & omnis homo proximum sibi diligit, & sociatur cum illo: quia ipsa conditio naturæ fertur ad diligendum illud, quod est simile in ipsa natura. Cum ergo pauperes & diuites, seu potētiores & principes licet non alterius naturæ sint cum pauperibus; at sunt alterius sortis & cōditionis: quare non ambienda illorum cōmunicatio: quia sicut pares cum paribus facillime congregantur: sic qui dispares sunt facillime disiunguntur, &c.

Notæ.

Omne animal diligit sibi simile. Prouerbiū enim Græcū est: Τὸ ὅμοιον Τὸ ὁμοίῳ Φιλον, & latinū: *similis simili gaudet.* Vulgo etiā dicitur: *similitudo mater est amoris.* siquidē amor oritur ex studiorū ac naturæ similitudine: quamquā de isto amore hoc loco nō agitur, sed de amore naturali, quo animalia eiusdē generis se inuicē complectuntur. *Et omnis homo proximum sibi?* si hanc conclusionem vniuersaliter auctor inferret, non esset vera. Nam multi proximos sibi odio habent: quare sensus est; *diligit* (quod in aliquibus codicibus expressum est, ἀγαπᾶ) id est, diligere debet: sicut dicimus: filius honorat Patrem, id est, debet honorare; aut diligit, quia communiter fit, ꝗ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον: natura enim omnis inseuit amorem sui generis.

Omnis caro; id est, omnis animans. Hoc vult, animalia cū suo genere facillime congregantur. Iuxta prouerb. *Graculus graculo assidet.* Alij dicunt. Aues eiusdem coloris libenter simul volare: & apud Hispanos dicitur: *cada ouela con su parela. Et omnis homo simili sui sociabatur.* Complut. *copulabitur.* Tygur. *adiungit se.* Drus. *adhæret.* Verbum enim προσκολληθήσεται ανηρ, à verbo προσκολλάω, quod est adiungo, addico, quasique sortito affigo, & circumscribo. Itaque suo simili homo adhæret, quia nihil est quod tam attrahat atque alliciat, quam similitudo. Contra, dispares mores disparia studia sequuntur, quorū, vt Cicero ait: *dissimilitudo dissociat amicitias*: nec aliā ob causam vllā boni improbis, & improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima esse potest morum studiorumque distantia, &c.

Illustratio prima.

89. *Omne animal diligit simile sibi.* Hac ratione consensioneque omnium animalium, ac similitudine naturæ sapiens vult confirmare id, quod supra monuit, amicitiam, consuetudinem, aut communicationem non habendam, nec appetendam cum iis, quibus propter dissimilitudinem, aut naturæ, aut fortunæ nulla animorū cōsensio, aut vitæ coniunctio esse potest: quare Rabanus explicat. Ad ea, quæ superius posuit hæc referēda sunt, hoc est, vt diuitum & potentium istius mundi, qui superbiunt in abūdantia diuitiarum suarum declines societatem, & cum eo amicitia coniungaris, qui tibi studio & religione par & consors est. Hæc ille, & alia, quibus suam sententiam cōfirmat. Lyra: *simile*, in specie, sic, &c. supple debet diligere, quia factus est ad imaginem Dei, & capax beatitudinis, sicut ipse. Hugo: *diligit* naturaliter, *sic & homo*, &c. id est, similem sibi conditione diligit naturaliter: ita etiā Dionys. *simile sibi* in specie specialissima, naturali amore cum similitudo sit incitamētum & causa huius amoris: *sic & omnis*, &c. naturaliter diligit, id est, merito diligeret propter communionem naturæ: qui autem eiusdem est legis & fidei ac religionis abundantius, & ex pluribus causis est diligendus: sic Iansen. & Palac.

Amicitia nō appetenda cum potentioribus.

Rabanus.

Lyra.

Hugo. Dionys.

In hac sententia & subsequentibus agnoscit Delrius noster adagia, & ait: hoc adagio & sequētibus docet quibus cum familiaritatē & societatē debeamus coniūgere, nempe cum iis, qui similes ætate & morum, ac studiorum institutis: dissimilitudinē namque his summopere inimicam esse. Res aperta, & quæ cōparatione similium tantum prouerbiorum indiget: hæc ille ergo ad id diriguntur hæ sententiæ, vt suppositum intentū melius doceatur; scilicet fugiendā amicitiam & familiaritatē eorum, qui nobis dispares sunt tam potētia quam diuitiis: nam diuites, vel Principes despiciunt pauperes, & disparitas eorū disiungit amicitias, pares enim non solùm natura, sed diuitiis & potentia faciliter coniunguntur, & sibi inuicem sociantur & amplectuntur, vt infra iterum probabimus ad id Eccles. 27. vers. 10. *Volatilia ad sibi similia conueniunt.*

Cum quo societas debeat coniungi.

Hoc primū hemistichium probari potest ex prophanis: nam in Scripturis aliud præter hæc duo testimonia nō inuenio. Primo Aristot. lib. 2. Mag. Moral. c. 12. agens de amicitia, inter alia inquit: *Nam est in primis amicitia in similibus, vt videtur ac dici solet, si quidem graculus* (inquit) *graculo assidet, semperq; Deus simile agit ad simile. Dicitur quoque canis semper in eadem tegula dormitare. Interrogatus fertur Empedocles, cur nam canis semper in eadē dormiat tegula, dixisse, quoniam simile canis habet tegulæ, & perinde ob similitudinem eo tendere.* Aliud prouerbiū est ab antiquis celebratum: *æqualis æqualem delectat.* Similitudo enim mater beneuolentiæ, consuetudinisque, & familiaritatis conciliatrix. Vnde videmus iuuenes inter se libenter conuenire, senes cum senibus congregari, doctos doctorum: conuentu capi, improbos congredi cum improbis, bibones cum bibonibus, nautas amare nautas, diuitibus esse necessitudinem cum diuitibus, atque in vniuersum similia similibus gaudere. Sic Arist. 1. Retho. cap. 11. *Et quoniam quod secundum naturam est, iucundum est, omniaq; genere inter se coniuncta, secundum naturam coniuncta sunt: idcirco plurimum quæ similia sunt, ac genere coniuncta, iucunda sunt, vt homo homini, equus equo, adolescens adolescenti. Hinc & prouerbia celebrata sunt, quod æqualis æqualem delectat: quodq; semper à simili simile amatur, & quod bellua belluam cognoscit, & quæcumque huiusmodi.* Theognis ait amicitiam cohærere inter æquales, vicinos & senes:

90. *Amicitia in similibus inuenitur.*

Aristot.

Æqualis æqualem delectat, & similitudo mater est beneuolentiæ.

Aristot.

Quæ similia sunt aut genere coniuncta iucunda sunt.

Theognis.

Omnes hi se venerantur, amantq; vicissim,
Vicini, æquales viribus, atque senes.

Plutarch. *Amicitia stabilitas in similitudine morum consistit.*

Plutarchus lib. quomodo possit adulator ab amico dignosci, hoc optime probat: *Principium* (inquit) *amicitiæ ac stabilitas in similitudine studiorum ac morum maximè consistit, earumdemq; omnino rerum appetitio aut auersatio ob affectuum animi similitudinem primo homines coniungit ac continet.* Paulò inferius prosequitur hanc materiam, inquiens: Diximus autem principium amicitiæ esse plerisque animi, indolisque affectionem similem, qua eosdem mores, easdem consuetudines amplectimur: iisdem rebus, occupationibusque capimur, in quam sententiam hæc dicta sunt:

Seni senilis vox est iucundissima,
Puero puer, mulieri mulier congruit,
Ægrotus, ægrotanti: cui res asperæ
Sunt, is experto calamitatem concinit.

Plato. *Amicum vocamus simile sibi.* Martial.

Plato lib. 8. de leg. ait: *Amicum quidem vocamus simile sibi, quoad virtutem, & æquale æquali.* Quamquam adagium recte transferatur & ad illos, quos similitudo conciliat vitiorũ, vt Martialis:

Vxor pessima, pessimus maritus,
Miror non bene conuenire vobis.

Et Iuuenalis:

Magna inter melles concordia.

Homer.

Lege alia Adagia in Erasmo Chil. 1. Centur. 2. n. 22. 23. 24. vbi adducit id Homeri.

Nunc adeò malus, ecce malum comitatur; vt vsque
Ad similem Deus adducit similemq; paremq;.

Aristot.

Vt diximus ex Aristot. 8. Moral. Aliud est: *Semper graculus assidet graculo*, quod ipse Aristot. repetit, & D. Gregor. in quadam epist. ad eudoxiam. Et id ex eodem Aristot. *Cicada Cicadæ, formicæ formica, Accipiter placet accipitri.* Tandem

D. Gregor.

Quidius.

hoc confirmat Ouid. 2. Pont. 5.

Scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis,
Et seruat studij fœdera quisque sui.
Rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
Rectorem dubiæ nauita puppis amat.

Vide etiã Iosephum langum in verbo *similitudo*. His igitur testimoniis haud male probatur adagiũ Ecclesiastici: Omne animal diligit sibi simile: quod adagium refert vt inferat quod sequitur.

Sic & omnis homo proximum sibi. Tygur. *Propinquum suum.* Drus. *& omnis homo alterum.* Siue proximus sit, qui appropinquat nobis, siue propinquus, vt cõsanguineus, siue tandem alter homo quicumque sit, qui proximus noster est propter similitudinem in natura, debet diligi, vt explicuit Lyra, quia factus est ad imaginem Dei, & capax beatitudinis vt ipse. Argumentum est de minori ad maius. Si animal quodcumque sit rationis expers solo instinctu naturæ diligit sibi simile: ergo homo, qui ratione capax est, debet alterum hominem, siue cõsanguineum, siue propinquum, quia eandem naturã sortitus est cum eo, diligere, & amplecti, vt dixit Dionys. naturali amore: cum similitudo sit incitamentũ & causa amoris. Hoc optime cõfirmat Cicero lib. 1. de

91. *Omnis homo diligit simile sibi.* Lyra. *Similitudo est incitamẽtum & causa amoris.*

officiis. inquiens: *Sed, quæ natura principia sint cõmunitatis, & societatis humanæ repetendũ altius videur. Est enim primum quod cernitur in vniuersi generis humani societate, eius autem vinculum est ratio & oratio, quæ docendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando, conciliat inter se homines, coniungitq; naturali quadã societate: neque vlla re absumus à natura ferarũ: in quibus ineſſe fortitudinem sæpè dicimus, vt in equis, in leonibus, iustitiam, æquitatem, bonitatem non dicemus: Sunt enim rationis & orationis experres: ac latissimè quidem patens hominibus inter ipsos,* &c. Et paulò inferius subdit idem orator. *Gradus autem sunt societatis hominum, vt enim ab illa discedatur infinita, propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ, qua maximè homines coniunguntur: interius etiam est eiusdẽ ciuitatis. Arctior vero colligatio est, societas propinquorum,* &c.

Natura docet hominem diligere proximum sibi.

Pende id, *propinquum sibi*, id est, ipsa natura docet hominẽ diligere illum, qui sibi propinquus est. Cum autẽ homini pauperi non sit princeps propinquus, sed distans dignitate & diuitiis, non ita diligitur, sicut alter, qui vel eadem laborat paupertate, vel parum distat ab illo. At Deus optimus maximus licet sit infinitè distans ab homine, quia princeps est, & rex regum, dominusque dominantium debet ab homine diligi, non quia in natura conuenit cum illo, sed quia in similitudine: factus est enim homo ad imaginem & similitudinem Dei, quæ similitudo fecit hominem propinquum Deo, & propter hanc propinquitatem ortam ex similitudine debet illum toto affectu diligere. De hoc autem in Deum amore iam supra diximus.

92. Deus factus est homo vt fieret proximus hominis. Phil. 2. v. 7.

Sed si aliquis queri posset se infinitè distare à Dei natura, sicque non esset verum prouerbium Siracidis: *Sic & homo proximum*, vel, propinquum sibi. Ideò ipse Deus factus est homo, vt esset proximus & propinquus homini: quare ait Paulus Ad Philip. 2. v. 7. *Sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Nota, *in similitudinem hominum*, quia si omne animal naturaliter diligit sibi simile, & omnis homo proximum sibi, iam Deus factus est in similitudinẽ hominis, vt homo naturaliter & supernaturaliter debeat similem sibi, proximum & propinquum Deum ardenti amore diligere. Hunc amorem accendere volebat Christus, cum humanam induit naturã: ideo vt fieret homo similis in natura homini in virgineo se abdidit ventre. Sic dixit D. Petr. Chrysol. serm. 158. *Sepè quærimus quare sic mundum Christus intrat, & ventris experiatur angustias, partus patiatur iniuriam, fustineat vincla pannorum, cunabula toleret imbecilla, lacrymis vberum nutrimenta disquirat. Et qualiter venire debet, qui voluit apportare gratiam, timorẽ pellere, quærere charitatẽ?* Et paulò post: *Quid non amoris expostulat, quid non affectionis extorquet, quã non imponit gratiam, quam non impetrat charitatem? Sic nasci voluit, qui amari voluit, non timeri,* &c. Pẽde priora verba, qualis debuit venire, nisi in similitudinem hominũ, qui volebat timorem ortum ex deitatis reuerentia expellere, & amorem querere, qualem generat similitudo in natura? ideò factus est homo, vt homines similem sibi ardenti amore persequerentur.

D. Chryso. *Vt Deus fieret similis homini abdidit se in vtero virginis.*

Hoc confirmat id, quod dixit Euangelicus propheta c. 49. v. 2. *Posuit me quasi sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.* Alij legunt, *tua*, quasi loquatur diuinum verbũ cum homine: vocat se sagittam, vt corda hominũ vulneraret, & ad sui amorem mundũ attraheret. Sic Chrysost. to. 1. serm. aduersus hæret. explicans hunc locũ Isaiæ, *in pharetra* dixit: *Sagitta electa verbũ Dei est, ante sæcula ex Patre natum. Nam occultauit in pharetra corporis dignitatem deitatis à draconc.* Et in homil. de virtut. vel de Tutture & Ecclesia, inculcans eumdem Isaiæ locum: *Ista* (inquit) *sagitta vulneratus Hieremias, dicebat ad Deum: ego autem non laboraui sequi post te. Ista sagitta vulneratus mente Dauid, dicebat: Adhæsit anima mea post te. Ista sagitta vulneratus Petrus, dicebat Christo: Domine, tu nosti quia diligo te. Ista sagitta vulneratus Paulus, & coniunctus Christo dicebat: Quis nos separabit à charitate Christi?* Et paulò inferius afferens comparationem coniugis, qua maritum absentem habet, & diligit eum ardenti

Isa. 49. v. 2. *Quare Christus vocat se sagittam electam.*

occultatam corporis. D. Chrys.

Ecclesiæ interpretes de adventu Christi.

ardenti amore, interrogat omnes, si eum viderint, audierint, &c. *In hunc modũ* (inquit) *omnis sancta Ecclesia constricta amore Christi, interrogat prophetas, vidisti eum? putas venit, putas nõ venit? putas adhuc in cælis est? putas adhuc nonaginta & nouẽ oues, quæ non erranerunt, pascit in cælis, & non venit ad erroneã ouem? Dicite mihi vbi pascit, vt cubat quẽ diligit anima mea? Respondit omnis casta Ecclesia: ipse est, ipsum desidero, ipsum quæro, veniat, & osculetur me ab osculo oris sui,* &c. Quænam igitur causa tantæ ostentationis amoris? nisi quia omnis homo diligit sibi similẽ, & cum Deus factus homo humanam induerit similitudinem, quid mirum, si homo iam diligat eum constrictus amore. Quare sicut omne animal diligit sibi simile: *Sic omnis homo proximũ sibi.*

Illustratio secunda.

93 *Omnis caro ad similem sibi iungitur.* Complurẽs legunt de præsenti: *Omnis caro secundum genus coniungitur.* sic LXX. & Tygur. Drus. *congregatur*, quæ mutatio nõ variat sensum. Pro *carne* in originali est, *omne animal*. Sic explicat Lyra: Volatilia enim eiusdem speciei simul cohabitãt, & similiter animalia. Hugo: Omne sensibile diligit suum simile, quem imitatur Cartus. Dion.

Lyra. Hugo. Dionys. Palacius. Iansen. Cicero.

Aliter explicat Palacius, lege illum. Tandẽ Iansen. explicat de animantibus, quæ nisi cum aliis eiusdem speciei nõ sociantur: citat Ciceronem, qui dixit: *Si hoc apparet in bestiis, vt requirant atque appetant ad quas se applicent animantes, idq; faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani, quanto id magis in homine?* Itaque cum ait Ecclesiasticus: *Omnis caro*, intelligit idem quod in versu præcedẽti, *omne animal*, & quod ibi dixit, *diligit sibi simile*, hic explicat per verbum, *sociabitur*, & sicut similitudo in natura generat amorem, sic eadẽ generat societatẽ: nam quæ inter se diligũtur, ad inuicem sociantur, & adiunguntur: equus cum equo, passer cum passere, aquila cũ aquila, & sic de cæteris. & vt comparationẽ explicet, subiũgit.

Caro idem quod animal.

Et omnis homo similis sui sociabitur. Complut. *Copulabitur.* Tygur. *adiungit*, Drus. *adhæret*: quæ verba sinonima sunt. Lyra optime explicat licet moraliter: id est, debet sociari ratione imaginis diuinæ, in qua conuenit cum eo in specie: & hæc societas fundatur in bono rationis rectæ & legis diuinæ. Dionys. magis ad litteram, id est, merito & naturaliter sociaretur. Nam & hi, qui in naturalibus, vel officiis, gradu, statu, seu ordine magis communicant, maiorem solent ad inuicẽ societatem ac dilectionẽ habere. Quamuis quandoque per accidens contingat oppositũ, in quantũ vnus impedit aliũ à suo lucro, honore, delectatione aut commodo. Sic ille: in cuius probationem quę superius cõgessimus possunt deseruire: dicitur enim vulgo, pares cum paribus facillime cõgregari, vel sociari. Hinc est quod D. Ambros. lib. 1. offic. cap. 27. agens de virtutibus, quæ ab inuicem separari nequeant, subiicit: *Siquidem ab ineunte ætate, vbi primũ sensus infundi cæperit, vitã amamus tanquam Dei munus, patriam parentesq; diligimus. Deinde æquales, quibus sociari cupimus. Omnibus quoque animantibus innascitur, primum salutẽ tueri, cauere quæ noceant, expetere quæ prosint. Succedit q; vt omnium generi animantiũ, congregabilia natura sint, primo generis sui ac formæ consortibus, tum etiam cæteris; vt videmus boues armentis, equos gregibus, & maxime pares paribus delectari. ceruos quoque ceruis, & plerumq; hominibus adiungi.* Ergo si pares paribus adiungũtur & sociantur. Quid mirum hoc in hominibus inueniri? vt homo simili sui societur & adhæreat?

Lyra. Dionys. *Pares cum paribus facillime sociantur.* D. Ambros.

Ergo si hęc sententia vera est, homines sociari hominibus, quia ipsa natura æquales fecit, verior erit in homine erga hominẽ Deum Christũ Iesum: quia licet humana natura, quam Christus susceperit iam superet per vnionem hypostaticam reliquas creaturas tam Angelicas, quam humanas; sed ipse iam factus homo non dedignatur homines fratres nominare, quia eamdẽ sortitus est naturam, quam cæteri homines sortiuntur. Quare si verum est: *Et omnis homo simili sui sociabitur:* sic Christo sociari debet, qui licet Deus sit, iam factus est homo, & potest dicere quod aiebat Dauid Ps. 62. v. 9. *Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.* q. d. ingentibus beneficiis *anima mea* prouocata, *adhæsit* glutino fortissimæ charitatis, *post te*, id est, vestigiis tuis inhæsit, ab illis nulla tentationũ vi separari se patiens; vel adhærere vestigiis Domini glutino charitatis, non est sterili quodã affectu Deum diligere, sed eius præcepta charitate seruare: ideò nõ dixit, adhæsit tibi, sed post te, tibi videlicet obediens ac subiecta. Adhærer ergo anima post Christum, quia ex toto corde ita diligit vt possit dicere cum Apostolo Rom. 8. vers. 35. *Quis nos separabit à charitate Christi?* verbum Heb. דָּבַק *dabae*, significat adhærere, coniungere, conglutinari, persequi, assequi; id est, coniuncta est anima mea post te: in Chald. *post vias tuas*, hoc est sociatus sum Christo, vt ambulem per vias suas; nam qui sociatur adhæret, & coniungitur, vt in nostra sententia legitur. Complut. *copulabitur.* Tygur. *adiungit.* Drus. *adhæret*: idem est copulabitur, ac conglutinabitur, & hæc adhæsio, coniunctio, ac copulatio, est, vt ambulet homo per vias Domini propter similitudinẽ & imaginem naturæ. Ait igitur eleganter D. Ambrosius in id Ps. 38. v. 7. *Verũtamen in imagine pertransit homo, quem locum legit ipse: & quamquam in imagine Dei ambulet homo. In qua ergo imagine ambulat homo? In ea vtique ambulat, ad cuius similitudinem factus est, id est, ad imaginem Dei. Imago autem Dei Christus est, qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ eius. Christus ergo imago Dei venit ad terras, vt iam non in vmbra ambularemus, sed in imagine. In imagine autem ambulat, qui sequitur Euangelium. Ideò nõ errat populus Christianus, quia in imagine ambulat, habens solẽ sibi iustitiæ refulgentẽ. Bona imago non ceris picturæ fucata radiantis, sed plenitudine diuinitatis expressa,* &c. Itaque ait Dauid: *Adhæsit anima mea post te.* notat D. Augustus. dixisse, *post te, non cũ Deo, sed post Deum, vt ille procedat, tu sequaris:* & sicut homo simili sui sociatur, vt sequatur eum, sic dixit *post te adhæsit*, vt ambulet vias Dei tamquam obediens ac subiectus.

94. *Christo sociatur hominis quia homo est, licet etiã Deus.* Psal. 62. v. 9. *Quomodo anima post Christum adhæreat.* *Anima adhæret Christo vt ambulet per vias suas.* D. Ambros. Psal. 38 v. 7. *Ambulare hominem in imagine Dei quid.* D. Augus.

Rursus D. Thom. 1. 2. quæst. 27. art. 3. quærit: *Vtrum similitudo est causa amoris:* & cum obiecerit aliqua in contrarium, affirmat in responsione, similitudinẽ causam esse amoris, probans conclusionem cum nostra sententia, & apponit duplicem modum similitudinis, aitque: *Primus ergo similitudinis modus causat amorem amicitiæ & beneuolentiæ: ex hoc enim quod aliqui duo sunt similes quasi habentem vnam formam, sunt quodammodo vnum in forma illa, sicut duo homines sunt vnum in specie humanitatis, & duo albi in albedine: & ideò affectus vnius tendit in alterum sicus in vnum sibi, & vult ei bonum sicut & sibi.* Si ergo similitudo est causa amoris, facile homo homini adhæret, sociatur, copulatur, vt vestigiis eius insistat, & eius volũtatem exequatur. Quare cum Deus factus est in similitudinẽ hominum, voluit ab homine diligi & sociari, vt ipsi adhærens, & conglutinans glutine chari-

D. Thom. *Similitudo est causa amoris.*

taris, vestigiis eius insistat, & post ipsum ambulet tanquam obediens & subiectus suæ diuinæ voluntati, &c.

95. Hæc tandem est ratio cur Vates Regius diceret Ps. 72. v. 28. *Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Nam *cum per ipsas res* (explicat Theodor.) *periculũ fecissem, numquid à Deo, qui salutem mihi sortitus est, me separabo.* Pende verbum *separabo*, quod propriè dicitur de eo, qui recusat amicitiam, communicationem, & societatem alicuius; vt Gen. 25. v. 6. *& separauit eos ab Isaac filio suo*, id est, idololatras separauit, ne inirent cum eo societatem, & contaminarẽt eum, & turbarent in terra promissionis. Ergo ait: *Numquam à Deo me separabo*, id est, numquam Dei societatem, & amicitiam deserã, quia mihi bonũ est ipsi adhærere, & sociari: salutem enim mihi sortitus est, & omnia bona, quibus indigeo. Dixit D. August. tom. 9. lib. vno Medit. c. 37. *Nihil mihi tam dulce, quam cum Domino Deo esse. Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Esse cum Deo est ipsi sociari & adhærere, & cum ipse August. hunc locũ non solùm de hominibus, sed de Angelis intelligeret: subdit: *Mihi autem adhærere Deo bonum est. Hoc bonum quibus commune est, habent & cum illo, cui adhærent, & inter se societatem sanctam*, &c. Quibus probatur sententia Ecclesiastici secundum ponderationem Palacij, qui ait: Igitur si omne animal sibi simile amat, cur nos non amemus Christum nobis similẽ? & qui ideò similis nobis factus est, vt amaretur, & cõcludit: Quarto, quomodo, ô Rex altissime, voluisti nobis coniungi? Sanctus (liceat dicere) canibus, aut certè diues, & tam diues tam pauperibus; sic ille: Vbi videtur beneficium incarnationis in memoriam reuocare, in quo notũ est, Dei verbum vnitum esse humanitati, per quam vnionem Christus nobis adhæret, coniungitur, & sociatur. Sed de hac materia, vide cap. 1. v. 9.

[Margin: Deo adhærere bonum est. Ps. 72. v. 28. Gen. 25. v. 6. D. August. Cum Deo esse ipsi sociari est. Palacius. Christus homo factus est vt amaretur.]

VERS. XXI.

Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto.

VERS. XXII.

Quæ communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars diuiti ad pauperem?

Sensus.

96. SI *communicabit lupus agno*, &c. q. d. vt à commercio, & societate diuitum, & potentiorum abhorreas, hanc ausculta similitudinem. Lupus, & agnus instinctu naturali sibi inuicem aduersantur, & cum agnus sit infirmior, in congressu vtriusque lupus victoriam cõsequitur, & occidit agnum, cum hæc ita vera sint, cõmunicabitne agnus cum lupo? inibitne lupus societatẽ cum agno, quem hostiliter persequitur? sic & peccator an aliquando solidam cõmunicationem habebit cum iusto, cui tantopere contrarius est? sicut illud non fiet, ita nec istud. Rursus, quæ conuenientia, & communicatio hominis sancti cum cane, animali scilicet immundissimo, & à sacris adeò semoto? q. d. nulla. Sic nulla est conuenientia diuitis ad pauperem, quem semper persequitur, &c.

Notæ.

PRima sententia, vel interrogatiuè, vel sine interrogatione potest legi; sed non ideò variatur sensus. In secunda sententia variatur cõparatio: nam vulgatus comparat hominem sanctum cum cane; at originalia Græca conferunt hyænã cum cane, vt inferant de diuite, & paupere conclusionem. Miror sanè vulgatum transcripsisse: *sanctum hominem*, cum in originali sit *υαινη, hyænæ.* Certum autem esse censeo aliud verbum legisse, ἁγίῳ, vel, ὑγιαίρῳ, pro, *υαινη*: & potest iuxta hãc lectionẽ dictio, *sancti* accepi pro re sanctificata, quæ rectè opponitur *cani*; quia canis immundissimũ fuit animal iuxta legẽ, & Isa. 66. v. 3. Canis opponitur sacrificiis. Sed cum sectari debeamus vulgatam lectionem, quæ est *sancto homini*, dicimus, aut posse cõparari cum cane animali immundissimo, vt significetur hominem sanctum nullũ habere cõuenientiam cum cane, sic nec iustus cum peccatore, vel potest accipi canis metaphoricè, pro peccatore immundo & prophano; quia metaphora melius percipitur, nullã iusti & peccatoris conuenientiã esse. De hyæna agemus in tertia sententiæ illustratione.

Illustratio prima.

SI *communicabit lupus agno aliquando.* Id est, quã communicationem lupus cum agno habere potest? Eadem vitæ coniunctio ac consuetudo improbo homini cum pio est. Rabanus optime: Sicut enim rapacitas lupi cum agni innocentia non cõuenit, sic auari rabies cum simplicis modestia nullo modo cõcordat. Lyra reddit rationem discordiæ, quia malus homo semper insidiatur iusto. Hugo, q. d. sicut inconueniens est, & periculosa lupi, & agni societas, sic peccatoris, & iusti. Nam sicut lupus agnũ, sic peccator iustum deuorat. Dionys. id est, sicut coniunctio lupi cum agno, numquam conuenit agno: sic peccator impœnitens, non communicat iusto in moribus, nec conuenit iusto illius associatio, nisi vt eum conuertat, vel ob aliam piam causã. 97.

[Margin: Nulla communicatio hominis pij cum impio. Rabanus. Lyra. Hugo. Dionys.]

Hanc sententiam adagiũ esse Delrius noster asserit to. 2. Adag. 398. in quo auctor indicat inter bonos, & malos, non magis firmam, aut tutam esse posse amicitiam, quam inter agnum, & lupum, quorum perspicua antipathia est. Lupus animal est ferum, & crudele, voracissimumque semper appetens carnem, vt deuoret, & famen extinguat: habetque cum ouibus, & agnis antipathiam. Hinc est quod aliqua adagia composuerint veteres, vt explicarent vtrorumque discordiam. Sic illud: *Ouem lupo commisisti? al lobo distraguardar la oueja?* quo concinne vtemur quoties ei seruandum aliquid committitur: cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cicero 3. Philippica, etenim in concione dixerat se custodem futurum vrbis vsque ad Calendas Maias; ad vrbem exercitum habiturum: *ô præclarum custodem ouium, vt aiunt lupum: custosne vrbis, an direptor, & vexator esset Antonius?* Vnde quadrare videtur, quoties inimico negotium committitur, quique nobis pessime velit: propterea quod lupus & agnus genuino quodam odio dissident: vnde Horatius in Odis:

[Margin: Delrius. Nulla amicitia inter bonos & malos, sicut neque inter lupum & agnum. Cicero. Lupus & agnus genuino odio dissident. Horat.]

Lupis & agnis quanta sortitò obtigit.
Tecum mihi discordia est.

Qua-

Quare Virgilius vt explicet Turni ardorem erga classem Troianorum, eleganter lupi apponit comparationem, inquiens 9. Æneid. v. 59.

[Margin: Virgil.]

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas, ventus perpessus, & imbres.
Nocte super media: tuti sub matribus agni
Balatum exercent, ille asper & improbus, ira
Sæuit in absentes: collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.
Haud aliter, &c.

Amplificat Poëta rabiem lupi meditantis exitiũ ouibus ex fremitu ad caulas gregis, ex perpessione ventorum & imbrium: omnia enim tolerat vt potiatur præda. Deinde adhibet causam, nam illi non fames; sed rabies, & hæc collecta ex longo tempore. Tandem adhibetur stimulus alius: nam quo tutiores agni sub matribus, eo ille asperior, & inabsẽtes sæuior; sic Statius imitatur:

[Margin: Lupus persequitur agnum. Statius.]

Ille velut pecoris lupus expugnator opimi
Pectora tabenti saniè grauis, hirtaq; setis
Ora, cruentata deformis hiantia cana.
Decedit stabulis, huc illuc turbida versans
Lumina, &c.

Vocat Virgil. *caulas*, stabula ouium, & cum ait: *Nocte super media*, declarat tempus prædandi; lupi enim dant se in viam ad prędandum post noctem mediam, ac penè matutino tempore, & summo diluculo: tunc enim collecta maior fames ex toto præcedente vesperè: Silius lib. 7. his versibus sæuitiam, lupi declarat dicens:

[Margin: Quo tempore lupus prædetur. Silius.]

Cȩu nocte sub atra
Munitis pastor stabulis per ouilia clausum
Impauidus somnum seruat pecus: effera sæuit,
Atque impasta trucis vlulatus turba luporum
Exercit morsuq; quatit restantia claustra.

Ne longius habeamus, quam par est, lege de luporum & ouium antiphatia Aristot. lib. 9. hist. cap. 1. Plin. lib. 20. c. 74. Oppian. lib. 3. & alios, qui de animalium proprietatibus agunt. Plautus: *Fuit Aedepol Mars meo iratus patri: nam oues illius haud procul absunt à lupis.* & ipse Plautus in Pseudolo ait: *vt malis lupos apud oues linquere, quam hos domi custodes.* Omnia nata ex dissidio insito à natura & speciebus insensatis hæc animalia excitantibus.

[Margin: Aristot. Plinius. Oppian. Plautus.]

98. Hinc est quod in sacra Pagina raptores comparentur lupis, vt dixit Jerem. c. 5. v. 6. de Nabucodonosore, quem vocat lupum ad vesperã: *lupus ad vesperam vastauit eos.* Aliqui putant esse certam & distinctam ab aliis luporum speciem, vel esse hyęnam; sed hyęnam non est lupus, sed certè Tò *ad vesperam*, est epitheton commune lupis: quia enim lupi præ aliis bestiis voraces sunt, hinc per diem ob metum venatorum in antris latent ieiuni, ex quibus vespere, magna exciti fame quasi rabidi ad prædam egrediuntur: diuina esuriè efferati, maximè sæuiunt, suntque celerrimi, ideoque vocantur vespertini: ita oppia. D. Hieronym. Hugo, Vat. & alij Hebræi *vesperam* vocant noctem, lupi enim non vesperè, sed noctu prædantur, & maximè media nocte, quia tunc pecora post nocturnum pastum & ruminationem vsque ad mane quiescunt, vt probauimus ex Virgilio, cui addendus Statius lib. 10. Thebai.

[Margin: Iere. 5. v. 6. Raptores comparantur lupis. Quare lupi vocentur vespertini. D. Hieron. Statius.]

—— Rapidi sic agmine mixto.
Sub noctem coiere lupi.

Et Propert. lib. 4.

[Margin: Propert.]

Et sua nocturno fallere terga lupo.

Quare Nabucodonosor aptè vocatur lupus vespertinus, id est; nocturnus: quia noctu inuasit & cepit Jerusalem, vt patet Jerem. 53. v. 7. & quia sæuit in Iudæos instar lupi vespertini & famelici. Sic etiam vocabantur iudices Ierusalem raptores. Soph. 3. v. 3. *Iudices eius lupi vesperè, non relinquebant in mane:* quia vt explicat D. Hieron. *Qui quasi in nocte, & nullo vidente omnia populantur, & cum luporum more diripiant cuncta, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt.* Hæc quæ de Nabucodonosore & principibus Israel dicitur, inueniuntur in aliis, qui diuitiis & potentia nixi oues pauperes persequuntur, & prædantur, vt eos deuorent effundentes sanguinem; vt dicitur Ezech. 22. v. 27. *Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auare ad sectanda lucra.*

[Margin: D. Hieron. Diuites comparantur lupis. Ezech. 22. v. 27.]

Quia hæc vera sunt, interrogat Ecclesiasticus: *Si communicabit lupus agno aliquando?* Sicut ergo impossibile videtur lupo cum agno amicitiã & communicationem inire: sic debet esse impossibile iusto pauperi cõmertium habere cum lupo diuite: hic enim nihil aliud intendit, nisi (vt diximus supra) persequi pauperem, & prædari, qui amicitiam eius, & familiaritatem ambit; pauper enim sua sorte contentus viuere debet: quia vt ait D. August. in Psal. 76. *Omnis Philosophiæ magistra nobis est inopia.* quodnam magisteriũ exerceat inopia, nisi pauperem in cęlum ducere? sic docet D. Chrysost. *Paupertas est manu ductrix in viam, quæ ducit ad cælum.* Vbi diuitiis æternis pauperis fouentur: quare dixit Seneca: *Breuissima ad diuitias per contemptum diuitiarum via est.* q. d. ne inuidias diuiti cum videris abundare diuitiis, quia paupertas tua via est breuissima ad obtinendas spirituales, & æternas diuitias: ideoque non est quod ambias eiũs communicationem.

[Margin: Pauper sua sorte contentus viuere debet. D. Chrys. Seneca.]

Illustratio secunda.

SIc *peccator iusto.* q. d. sicut impossibile est ouem cum lupo cõmercium & communicationẽ habere, sic nec iustũ cum peccatore, vel è contra. Iustum cõparari oui probatur ex Euang. Mat. 10 v. 16. *Sicut oues in medio luporum.* Et Luc. 10. v. 3. *Sicut agnos inter lupos.* Vbi Christus vocat sanctos discipulos suos oues inter lupos degentes, & quod iusti appellentur oues, probatur ex D. August. tom. 3. lib. 2. de doct. Christ. c. 6. *Oues etiam* (ait) *iucundissime detonsas, oneribus sæcularibus tanquam velleribus depositis, & ascendentes de lauacro, id est, baptismate, creare omnes geminos, id est, duo præcepta dilectionis, & nullam esse ab isto sancto fructu sterilem video.* Sed clarius tom. 7. lib. 6. contra Iulia. c. 7. *omnia quippe Deus fecit bona valde, sed in sanctis libris, lupi malos significant, oues autem bonos.* D. Gregor. tom. 1. in 1. Reg. c. 15. initio: *Ouis autem nomine innocentum vita assignantur. Vnde electi omnes Redemptoris nostri voce oues nominantur, cum dicit; oues meæ vocem meam audiunt.* Vide D. Hieron. tom. 4. in Isa. c. 40. vers. 51. & Clem. Alex. 1. Ped. 5. & D. Chrysost. tom. 2. hom. 24. in c. 14. Matt. vbi ait: *Manifestum quidem est, quia oues appellat propter mansuetudinem, non timentes autem Deum lupos propter crudelitatem.* 99.

[Margin: Iustus oui comparatur. Matt. 10. v. 16. Luc. 10. v. 3. D. August. D. Gregor. D. Hieron. D. Chrys. Clemens.]

Quod autem peccator instar lupi insidietur iusto, perspicuum est in sacra Pagina. Ps. 36. v. 12. *Obseruabit peccator iustum.* vbi D. Ambros. legit tom. 2. *Insidiatur peccator iusto, & fremet super eum dentibus suis.* q. d. peccator attente respiciet omnes actiones iusti, vt inueniat aditum ad eum perdendum, & stridebit dẽtibus suis instar

[Margin: Peccator instar lupi insidiatur iusto.]

 fame-

famelici canis, vel potius lupi; cum fame premitur, id est, desiderabit interitum eius, ac præiracundia, & indignatione dentibus frendebit, sed quare peccator obseruat & insidiatur iusto? numquid iustus ansam præbet peccatoribus actionibus suis, vt ipsi frendeat dentibus suis, & illi indignetur? Respondet D. Ambros. *Insidiatur ergo peccator iusto, quia inuidet. Iusti enim vita redarguit peccatorem, quem tacitè maiori auctoritate condemnat, quam si clara voce loqueretur. Sed iustus timere non debet fremitum peccatoris, quia improbitas non potest esse perpetua: Insidiæ temporales sunt munimenta autem virtutis æterna*, &c. Et D. Aug. tom. 4. lib. 2. q. super Exodum q. 28. *Sic enim & sacrificia Israelitarum abominationis sunt Ægyptiis, sicut iniquis vita iustorum.* Si hæc vera sunt, quomodo peccator cõmercium habebit cum iusto? Sicut lupus insidiatur oui, sic peccator iusto. Pende verbum *obseruare, & insidiari*, quæ verba propria sunt luporum, qui vt famem rabidam extinguant, obseruant ouem, & ei noctu insidiantur, vt trucident, iugulent, deuorent, eo modo quo diximus. Pende etiam verbum *fremere*, quod ita proprium est luporum, vt leonum, vt placet Erasmo: & ait D. Ambros. *Indignantis quidem, & feruescentis in iracundiam consuetudo est, dentibus fremere:* nam lupi cum obseruant pecudem, ita fame premuntur, vt videantur dentibus frendere, ad iugulandam prædam, & deuorandam. Sic fremet instar lupi peccator super iustum, quare quæ communicatio vtriusque?

D. Ambros. *Quare peccator iusto insidietur.*

D. Auguſt.

Insidiari & obseruare propria sunt luporum.

Psal. 36. v. 14 Rursus Dauid eodem Psal. 36. v. 14. prosequitur: *Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt deiiciant pauperem; & inopem, vt trucident rectos corde.* q. d. Stant peccatores armati distrinctis gladiis, & ceruicibus extentis, obseruantes quando sit tempus occidendi iustũ: vt videlicet tunc deiiciant arcu, & trucidant gladio iustum, qui pauper & inops est, & rectus corde. Ecce officium luporum, qui dentium gladium euaginant, & arcum oris intendunt, vt trucident ouem, aut agnũ, quem persequuntur; sic peccatores verborum nefandorum gladios è vagina oris educunt, vt pauperem iustum deiiciant, eumque trucident, & deuorent. *Gladium & arcum vocauit* (inquit Theodor.) *diuersas insidias*, quibus volunt pauperem iustum interimere, vt lupus ouem.

Obseruant peccatores tempus occidendi iusti.

100. Confirmat idem Vates eandem materiam Psal. 10. v. 2. cum ait: *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.* Vbi comparat calumnias, siue alias persecutiones sagittis, quæ iaciuntur in obscuro, vt significet eas calumnias, vel persecutiones, non solùm grauiter ferire, sed etiam vix posse caueri, in Heb est: *parauerunt sagittas suas in nervo*; sed LXX. *in pharetra*, vt significarent, non solùm peccatores intendisse arcum, vt semel iacerent sagittam, sed etiam implesse pharetram sagittis, vt sæpe iaculari possent. Jd autem, *in obscuro*: legitur in Heb. *in caligine*, in Græco: *in obscura luna*, vt legit Auguſt. & explicat prolixe obscura luna significat noctem carentem lunæ splendore, siue sit nebulis tecta, siue sit cum sole coniuncta, aut soli vicina. Itaque possumus accipere *in obscura bona*, cum minuitur & decreuerit luna: quod significat, tunc decreuisse lunam consolationum, cum iustus tribulationibus premitur, & quasi minuitur, & eo tempore intendunt arcum suum, vt sagittent iustum in obscuro iacentem, id est, in obscura luna, hoc est, in tribulatione, & angustia. Vide Sap. 2. v. 12. & 15. & Prou. 1. v. 12.

Psal. 10. v. 2. *Calumniæ comparantur sagittis.*

D. Auguſt. *Obscura luna quid significet.*

Ex quibus omnibus constat, iustos obseruari à peccatoribus, vt deiiciantur, & trucidentur, quare cum naturam & conditionem luporum erga oues auctor præposuisset. Subdit: *Si communicabit lupus cum agno? sic peccator iusto*, id est, sicut illud impossibile est, sic istud, quia sicut lupus hostis sæuus est ouium, sic peccatores iustorum: nam venit aliquando lupus, & rapit oues, vt dixit Christus Ioan. 10. *Lupus rapit & dispergit oues.* Super quæ D. Gregor. tom. 3. homil. 14. in Joan. *Lupus etenim* (inquit) *super oues venit, cum quilibet iniustus & raptor fideles quosque atque humiles opprimit.* Quid plura D. Chrysost. tom. 2. ho. 19. in cap. 7. Matth. rogat. *Numquid ouis lupum persequitur aliquando? Non, sed lupus ouem.* & apponit exempla: *Sic enim & Cain persecutus est Abel, non Abel Cain. Sic Ismael persecutus est Isaac, non Isaac Ismael; sic & Esau Iacob, non Iacob Esau*; Iudei *Christum, non Christus Iudæos*, &c. Cum ergo de principibus & pauperibus hic sermo sit, in memoriam reuocemus, quæ superius diximus de fraudibus principum erga pauperes, illis adulantes, & alia signa exteriora, simulata ostentantes; hos igitur hic lupos vocat, & pauperes oues: ait ergo ipse D. Chrysost. tom. 5. hom. de auaritia: *Qui heri adulabantur, qui manus exosculabantur, hodie repente comperti sunt esse lupi, abiectisq; personis facti sunt omnibus accusatoribus acerbiores. Pro quibus heserno die gratias agebant, pro his nunc incusant, & calumniantur. Quæ est igitur horum omnium causa? Pecuniarum amor, vesana diuitiarum cupiditas, morbus insanabilis, fornax, quæ numquam extinguitur, tyrannis quaqua versum per totum orbem terrarum diffusa.* Tandem, si volueris cognoscere quis lupus sit, quis ouis, ausculta eumdem D. Chrysostom. tom. 2. hom. 19. in cap. 7. Matth. *Ouis* (inquit) *inclinata deorsum balat, lupus in aëra conuertit caput suum contra calum, & sic vlulat. Qui ergo secundum Deum vocem humilitatis emittit, ouis est; qui verò aduersus veritatem turpiter blasphemis vlulat contra Deum, lupus est, ouis herbas manducat, lupus carnibus delectatur*, &c. Quare verum est, quod Ecclesiasticus asserit, sicut nullam communionem habet lupus cum oue, sic nec peccator cum iusto.

Sicut non communicat lupus cum agno, sic nec peccator cum iusto Ioan. 10. v. 12. D. Gregor. D. Chryſ. *Lupus persequitur agnum, non agnus lupũ.* *Peccatorum ingenium.*

Illustratio tertia.

101. Q*Væ communicatio sancto homini ad canem?* Rabanus: Quæ est communicatio sancto homini ad immundum pollutumque sordibus peccatorem? quia sicut canis reuertitur ad vomitum suum, ita qui iterat stultitiam suam. Lyra, id est, ad caninum hominem, qualis est rixosus, iracundus, & gulosus, q. d. nulla est communicatio bona. Hugo: *ad canem*, id est, peccatorem ad vomitum reuertentem, & peccata dispositа iterum comedentem. q. d. nulla. Dionys. vocat canem gentilem, & posteà imitatur Lyram. Itaque hæc electio vulgata nullum alium sensum exprimit, nisi asserere, hominem sanctum, & peccatorem expressum in cane, inter se dissidere, & sibi ad inuicem aduersari: Et sicut superius apposuit similitudinem lupi, & agni, ad significandam contrarietatem peccatoris, & iusti; sic eandem habere sanctum, & peccatorem in cane significatum; cui explicationi potest prædicta illustratio deseruire; sed vt aliquid addamus, & comparationem explicemus,

Rabanus. Lyra. Hugo. Dionyſ. *Homo sanctus & peccator sibi inuicem aduersantur.*

mus, aliquid de cane dicamus, cui peccator assimilatur.

Canis natura qualis. Lyra. Inter aliqua, quæ prolixè scribunt de canibus Aristot. Plin. Gesnerus, & alij, tres proprietates, quas tangit Lyra eis conueniunt. Prima est, rixosos esse, rixantur enim non solùm inter se, sed etiam cum illis, qui eos prouocant ad rixam.

D. Auguſt. Sic D. Auguſt. tom. 2. epist. 120. cap. 16. *Hæc est enim canum natura, vt cum quibus habent consuetudinem, siue illi boni, siue mali sint, non ad eos latrent: insolitorum autem personis visis etiam innocentibus irritentur.* Jdeò veteres canem donabant Numini Martis, sic dixit Pierius lib. 5. c. 22. Apud Lacedæmonios Marti canis propter audaciam & inuadendi promptitudinem offerebatur: eorum enim ephebi inter se certaturi, priusquam certamen inirent. Canis catulum illi Deo vtpotè fortissimo victimam ex cicuribus validissimam offerre se arbitrantur. Hæc Pierius: hic peccator, non solùm cum iis, qui eiusdem sunt farinæ rixantur si non habent consuetudinem, sed iurgio contendunt cum iustis, qui suis bonis operibus prouocant eos ad iram inuidia ducti: peccator enim iracundus est, & impatiens, & aduersatur iusto; sic dixit Siracides cap. 33. vers. 15. *Contra malum bonum, & contra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator.* Sicut malum aduersatur bono, & sicut mors iurgia contendit cum vita: sic peccator instar canis rixatur cum iusto, qui ouis mitis est, malum vocat malum culpæ; & bonum, bonum virtutis, vel malum, vt ægritudo: & bonum salus, quæ inter se, quasi rixantur, & opponuntur. Mors potest intelligi naturalis, & vita naturalis, vel mors spiritualis, & vita spiritualis, quæ haud dubium inter se contraria sunt. Tandem peccator viro iusto contrariatur, quasi canis rixosus & impatiens. Rursus dixit Salomon c. 26. v. 17. *Sicut qui apprehendit auribus canem* (vel vt LXX. *sicut qui tenet caudam canis*) *sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius.* Beda hanc interpretationem singularem offert: *quicumque duplex sensus est, si duobus inter se litigantibus mordaci sermone, capta fuerit auricula eius cito, incipit & ipse quasi canis latrare, & contentiones generare.* q. d. Quicumque in alienas contentiones sese iactat, similis est cani, cuius aures præ suis tenentur, quia ita ferè contingit, vt ab his, qui contendunt hinc, & inde probris, & conuitiis aures ipsius vellicentur, atque adeò canis in morem vicissim latrare, imò & mouere cogatur. *Sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius.* Dixit D. Chrysost. tom. 5. hom. de mansuetudine. *Vir iracundus communis est hostis, & ciuium & peregrinorum; quamuis leuissime lassus clamat, vociferatur, plagas occurrentibus intentat, dicenda, & non dicenda loquitur, aspectu toruo, inflata facie, lingua rabida*, &c. Quæ omnia canina sunt, & conueniunt improbis hominibus, qui tamquam canes rixantur cum hominibus sanctis: hi enim iracundiam eorum volentes placare, conuertuntur ad rixandum cum eis; quare LXX. legunt: *Sicut qui tenet caudam canis, sic qui præsidet alieno iurgio.* Canis enim cauda correptus, aut compressus, in eum conuerti solet, qui ipsum corripuit aut compressit. q. d. quemadmodum si quis canem alienum rixantem causa apprehensum à rixa retellere contendat, eumdem in se concitat: ita etiam qui hominem iracundia percitum calente rixa continere, ac compescere tentat, illius dentes, ac morsus in se prouocat: homo enim sanctus iracundum volens compescere, ab illo patitur iniuriam: nam instar canis conuertitur contra eum vt mordeat; & feriat: quare, *quæ communicatio sancto homini ad canem?*

Canis natura qualis. Lyra. *Peccator iracundus est & impatiens* Eccles. 33. v. 15. D. Auguſt. D. Chryſ. Prou. 26. v. 17. Beda. *Qui in alienas contentiones se iactat, similis est cani, &c.* D. Chryſ. *Canis conuertitur in eum qui corripit.*

Quod canes gulosi sint probatur ex eò Isai. c. 56. v. 11. *Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem*, id est, adeò voraces sunt, vt illorum ingluies satiari non possit: ideò dixit D. Hieron. tom. 4. in hunc locum: *Canes impudentissimi sunt, qui numquam saturantur: vomunt enim quod comedunt, & reuertuntur ad vomitum suum.* Nihil enim aliud ostendit ingluiem canum, quam redire facile ad vomitum suum. Alludit ad id Prou. 26. v. 11. *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum.* Verum est hoc adagium eo tendere, vt conditionem eorum notet, qui post vomitionem peccati, iterum ad illud reuertuntur, vt D. Chrysost. explicat tom. 5. hom. de militia Christ. *Ne recurras* (inquit) *ad peccata, quæ remissa sunt tibi, neque ut canis ad in delictis frequenter offendens relinquens ea, & rursus vomitum recurrens in ea; neque enim vt canem ad suum vomitum, aut suem in suum volutabrum contraria humanitati irrationalium natura te ducat.* Optime etiam D. Bernard. ser. 2. de Assumpt. Mariæ. *An vero aliud est* (inquit) *quam fictio execranda, si peccata superficie tenus radas, non intrinsecus eradices? Certus esto quoniam pullulabit vberius: & emundatam, sed vacantem domum cum nequioribus septem, qui eiectus fuerat hostis malignus intrabit. Reuersus enim ad vomitum canis, odibilis erit multo plus quam ante, & fiet filius gehennæ, multipliciter; qui post indulgentiam delictorum in easdem denuo sordes incideret*, &c. de hac materia videndus Cæsar. Arelat. hom. 9. de eleem. D. Gregor. pastor cur. 3. par. admon. 31. & D. Ephræm. in tract. qui inscribitur: *Reprehensio sui atque confessio*: & nos agemus ad id Eccles. 34. v. 3. *Qui baptizatur à mortuo*, &c. Vera hæc sunt quæ diximus, sed certè tanta fames est, qua canes laborant, vt per prouerbium dicatur canina fames, ideò numquam saturantur, sed frequenter inhiantes cibo ore aperto expectant, *nescientes saturitatem.* Etsi de principibus intelligatur, de quibus Sirach agit in ista similitudine: dicimus, eos tanquam canes nescientes saturitatem, nequiunt commercium inire, & familiaritatem contrahere cum sanctis hominibus quare ait: *Quæ communicatio sancto homini ad canem?* q. d nulla; sic, &c

102. Isa. 56. v. 11 *Canes gulosi sunt.* D. Hieron. Prou 26. v. 11. D. Chryſ. *Peccator sicut canis ad in delictis frequenter offendens relinquens ea, & rursus vomitum recurrens in ea.* D. Bernard. Cæsarius. D Gregor. D. Ephræm. *Canes fame laborant.*

Tandem quia dixit, *sancto homini*, pro quo in Græco est *Hyæna*, & Jansen. dictionem *sancti*, accepit pro re sanctificata, quæ rectè opponitur cani: ideò intelligi potest de contrarietate rei sanctificatæ cum impudentia canis. Hinc est quod in legi prohibebatur offerri canem in sacrificium. Deut. 22. v. 18. *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo domini Dei tui.* Sed cur canis sicut pretium prostibuli non contemnebatur à domino? quia comparatur scelerosus homo cani, animali videlicet impudico, inuerecundo, ac nullius propemodum vtilitatis, & sicut homo scelerosus abominabilis est apud Deum, sic & canis, & contra, sic Christus Dominus Matth. 15. v. 26. peccatores canibus similes esse affirmat, aiens: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* & Matt. 7. v. 6 *Nolite dare sanctum canibus.* Apoc. 22. vers. 15. *Foris canes, & venefici*, id est, separandi sunt canes à re sanctificata, ideò Ecclesiasticus asserit, nullam dari communicationem sancto homini ad canem.

In lege prohibebatur canem in sacrificium offerri. Deut. 23. v. 18. Matt. 15. v. 26. Matt. 7. v. 6 Apoc. 22. v. 15.

Illustratio quarta.

103. *Hyena & canis non habent inter se pacem.*
SEd in originali aliter similitudo explicatur: nam legitur: *Quæ pax hyænæ ad canem?* in vulgato enim sanctus homo aduersatur cani, hic canis aduersatur hyenæ, illic canis significat scelestum hominem, hic virum modestum & gratum. Jtaque ait non conuenire inter se, nec pacem habere hyænam & canem. Aristot. lib. 6. de histor. Anim. cap. 32. agens de hyena, ait: *Hyæna colore lupi propè est, sed hirsutior, & iuba per totum deorsum prædita est.* At Plin. lib. 8. cap. 30. subdit: *Multa præterea mira traducuntur, sed maximè sermonem humanum inter pastorum stabula assimilare, nomenq; alicuius addiscere, quem euocatum foras laceret. Item vomitiones hominis imitari ad sollicitandos canes, quos inuadat. Ab vno animali sepulchra erui, inquisitione corporum.* Quibus moribus & proprietatibus declaratur apposita similitudo. Nam si hyena hieroglyphicum erat victi hostis apud Ægyptios, vt tradit Pierius lib. 11. cap. 22. sic enim ait Hieroglyphicum hyenæ præcipuum erat, contentionem, vt apud Ægyptios sacerdotes reperi, significare. De cane ait ipse Valer. lib. 5. cap. 1. In primis autem rerum diuinarum professorem per canis effigiem interpretabantur: propterea quod eum, qui sacras litteras professurus sit, id omnium plurimum meditari oportet, vt canis instar assiduè latret, hominum vitia numquam incessere desistat, animum ferum gerat, nullius profani gratiam ineat, quod & canes faciunt in eos, quos herilis non esse familiæ vel visu, vel el factu deprehenderint. Tales apud Hebræos habentur Elias, Hieremias, Ezechiel, ac plerique alij. Rursus si de hyena inquit ipse cap. 24. Instabilem vero quempiam, nihil quippe in eodem vitæ tenore, ac modo, quem sibi proposuisset perseuerantem, sed alias quidem probum, fortem, audacemque tam animi quam corporis sui domitorem, alias verò improbum, inualidum, miserumque & ad cupiditates omnes impotentem significare si vellent. Hyænam itidem hyeroglipicè proponere consueuerunt: huic siquidem animali vtramque inesse naturam, & alternis annis esse marem, alternam fæminam fieri Ægyptij præcipuè prodiderunt, &c. De cane loco supra citato cap. 7. ait ipse auctor. Neque tamen ignoro esse aliquos, qui huiusmodi hieroglyphicum, quo scilicet canis vel simulachrum aliquod, vel conditum cadauer intueretur, hominem beneficij accepti memorem significare contendant, canis porro illos, qui de se bene meriti fuerint, numquam obliuioni tradit. Tandem de Hyæna ait ait Pierius cap. 26. vuum addidere Latini ac pulcherrimum quidem hieroglyphicum, vt si hominem laruas, vt ita dicam, incessentem, neque defunctorum manes quiescere permittentem, maledicta quippe, & accusationes in mortuos ingerentem comminiscentemque notare vellent, hyænam in sepulchreris monumentum aliquod effodientem faciant: cum satis exploratum sit ab vno hoc animali sepulchra erui inquisitione cadauerum, quod sit humanæ carnis auidissima. De cane demum, ait ipse Valerianus cap. 9. esse fidei hieroglyphicum, & cap. 19. erat & illud hieroglyphicum, quod Ægyptij sacerdotes obsequium & ad Domini iussa nutumve regressum significare si vellent, canem conuerso in dorsum capite pingebant. Nullum porro animal cane magis est dicto parens, quem abeuntem facillimo vociferatu reuoces, &c. Hæc de his animalibus.

Margin: Aristot. — Plinius. — Hyæna natura. — Pierius. — Propheta latrabant vt canes. — Canis hieroglyphicum. — Pierius. — Aliud canis hieroglyphicum.

104. *Hyæna & canis comparatio ad peccatorem & iustum.*
Ergo sicut superius auctor noster ex dissociabili duorum animalium, lupi nimirum, & agni natura, argumentatus est, hominem probum cum improbo conuenire non posse; sic eadem ratione ex duobus etiam, hyænæ nimirum, & canis non bene conuenientibus moribus idem concludit de paupere ac diuite. Sed si superius sumpsit canem pro impio, & agnum pro pio & probo; hic sumit canem pro paupere iusto. Hyænam autem pro diuite impio, quibus conuenit ea, quæ paulò antè commemorauimus: prima proprietas diuitum sumpta ex hyæna, ea est, vt contentionem habeant cum pauperibus in cane significatis; vt ex proprietate hyenæ colligi potest, quam ex Plinio mutuauimus. *[Margin: Proprietas diuitum ex hyæna sumpta.]* Hæc diuitum conditio significatur à Vate Regio Psal. 10. secundum Heb. vers. 8. *[Margin: Plinius. Psal. 10. v. 8]* *Sedet (inquit) in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum.* Ecce hyenæ bestiæ ferocissime ingenium, iuxta id quod de ea refert Plinius, assimilare sermonem humanum inter pastorum stabula, vt euocet hominem, quem foras euocatum laceret. Hoc est quod diues agit, nam insidiatur vt rapiat pauperem, & attrahit eum, vt rapiat, & deuoret, hæc eius conditio, quam agnouit Jacobus c. 2. v. 6. *[Margin: Hyæna assimilat sermonem humanum. Iac. 2. v 6.]* *Vos autem (inquit) exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos? & ipsi trahunt vos ad iudicia,* Vbi reprehendit diuites similes hyænæ, qui opprimunt pauperes nixi potentia sua. Ideò dixit Plutarch. lib. de doct. princ. *[Margin: Plutarch. Potestas coniuncta cum malis moribus quid faciat.]* *Potestas coniuncta cum malis moribus molestiam adiungit cupiditatibus: siquidem malitia ex potestate celerem cursum, quamlibet prauam cupiditatem vehementius incitat atque inflammat, parat viam, inuidiam, auaritiam, odium, nec fieri potest, vt improbitas lateat in potestate.* Pende hæc vltima verba, cum improbitas lateat in potestate orta ex diuitiarum abundantia, cum sese offert occasio opprimendi, pullulat, & tanquam ferissima hiæna inuadit pauperes humiles & abiectos.

Rursus, instabilitas significata in natura hiænæ, denotat instabilitatem diuitum, qui subiecti degunt suis cupiditatibus: *[Margin: Diuitum instabilitas instar hyænæ.]* quæ instabilitas generata est à diuitiis, quæ instabiles sunt: vt dixit D. Chrysost. tom. 1. hom. 11. in c. 2. Genes. *[Margin: D. Chrys.]* *Nam illic quidem præter hæc omnia magna est incertitudo, cum instabilis sit pecuniarum possessio.* Ergo si diuitiæ habent in se hanc instabilitatem, quid mirum quod possidentes eas reddantur instabiles, & hac incertitudine, & instabilitate laborent? quare nihil diuitiis fidendum, quia pœnas cupiditatis luemus. Vltima porrò proprietas hyænæ diuitibus huius sæculi conuenit, quia carnes cadauerum extrahere, & deuorare, proprium est eorum, qui pauperum carnes deuorare contendunt: *[Margin: Nil diuitiis fidendum.]* ideò quæritur Deus per Vatem Regium Psal. 13. v. 4. *[Margin: Psal. 13. v. 4]* *Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam sicut escam panis?* per operantes iniquitatem significantur diuites carnifices, per plebem Dei denotantur pauperes iusti, quos illi deuorant tanquam escam panis. *[Margin: Detractores effodiunt ossa cadauerum.]* Nisi velis hanc proprietatem intelligere de detractoribus, qui effodiunt ossa cadauerum, vt de honore defunctorum detrahant: nos dicimus in nostro idiomate: *desenterrar*

sentarrar los huesos, de his, qui vitio detractionis laborant; vide D. Gregor. ad id Iob. 19. v. 22. *[Margin: Iob 19. v. 22]* *& carnibus meis saturamini.* & lege quæ de hac materia cap. 11. v. 33. congessimus.

105. *Pauperes iusti per canes significantur. Pierius.*
Tandem, quod per canes pauperes iusti significentur, constat ex hieroglyphicis Pierij, nam cum primum obtulisset, apposuit exempla prophetarum, qui spirituali paupertate ornati vixerunt, & philosophorum, qui iactabant se diuitiis renuntiasse, & rerum contemplationi se tradidisse, ipsi enim assiduè latrabant, hominūque vitia numquam incessere desistebant, impiorum consortia fugientes tanquam canes vigiles, officio sibi commisso fungebantur. Rursus si canes beneficij sibi collati nūquam obliuiscuntur, sed memoria retinent illud, haud aliter pauperes iusti se gratos exhibent benefactoribus suis, & grates iugiter referunt, quia canum conditionem imitari conantur. *[Margin: Pauperes memores sunt beneficij collati.]* Porro vltimam proprietatem canum, scilicet iussibus dominorum obsequentes esse, certum est inueniri in pauperibus iustis, qui non solùm Dei mandatis obsequuntur; sed etiam diuitum, quibus inseruiunt, & obsecundant. His ita suppositis concludit Ecclesiasticus.

Aut quæ pars diuiti ad pauperem? Regia, *aut quæ pax;* q.d. si pax inter hyænam, & canem; aut inter sanctum hominem, & canem, inueniri non potest, quia sibi inuicem aduersantur; quærit pars inter diuitem, & pauperem? q. d. nulla *[Margin: Inter iustum & peccatorē pax non inuenitur.]* Eandem interrogationem apponit Apostolus scribens ad Corinthios 2. Cor. 6. v. 14. *[Margin: 2. Cor. 6. v. 14.]* *Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem coniunctio Christi ad Belial?* quasi respondeat; nulla: nam sunt inter se contraria, & nullo modo possunt simul cohabitare: iustitia enim expellit de corde iniquitatem, & iniquitas iustitiam: similiter vbi lux est, reiiciuntur tenebræ, & vbi tenebræ disparet lux. Sic etiam cum Christus adest, abest Belial, & vbi habitat Belial, Christus non manet, sed procul abest. *[Margin: Vbi Christus adest, abest Belial, & è contra.]* Jta etiam ait Ecclesiasticus per interrogationem. *Aut quæ pars bona diuiti ad pauperem?* Ergo si sibi inuicem diues & pauper aduersantur, fugiat pauper diuitis communicationem & familiaritatem, ne ab eo opprimatur & pereat, quid plura? Ad alia.

VERS. XXIII.

Venatio leonis, onager in eremo: sic & pascua diuitum sunt pauperes.

Sensus.

106. VEnatio leonis, &c. q. d. vt discas non posse pacem inueniri inter diuitem, & pauperem, considera potentiam regis animalium leonis, qui cum fame confectus fremit in deserto, inter cætera animalia, quæ famem suam satiant, sunt onagri, id est, asini siluestres, qui sunt viribus & potentia leone inferiores, quos venatur, vt occidat, & depascatur. Pari modo diuites, quia pauperibus potentiores sunt, eos depascuntur, quia eorum bona prædantur, eorumque se pascunt laboribus, qui eorum violentiæ obsistere nequeunt, &c.

Illustratio prima.

Diuites leonibus comparantur.
VEnatio leonis onager in eremo. Diuites hic cōparat sapiens leonibus; quare, sicut leones in deserto famelici venantur onagros, id est, asinos siluestres: ita diuites in hac vita pauperes depascunt: venationes, & pastiones hoc loco comparantur, vt onagri ad prædam leonum; ita pauperes ad diuitum pastum exponuntur. Lyra: in eremo, in quo leo insequitur onagrum ad ipsum deuorandum. *[Margin: Lyra. Hugo.]* Hugo, id est, onager asinus siluestris habitans in eremo, est cibus leonis venatione quæsitus. Dionys. sequitur Lyram, sic etiam Paul. de Palacio. *[Margin: Dionys. Palacius.]*

107. *Similitudo ad auocandos pauperes à communicatione diuitum.*
Prosequitur auctor inceptam tractationem de periculosa familiaritate principum, vt pauperes dehortetur, & auocet ab ipsorum cōmunicatione, & cum varias similitudines obtulisset, in hoc vers. 3. apponit similitudinem leonis, & onagri, vt diuitum & pauperum naturam explicet, diuites comparat leonibus, pauperes aūtem onagris, vt ostendat non esse ambiendam familiaritatem potentiorum. De leonibus sermonem texere, superuacaneum censeo, quia multa inueniuntur in Plinio. *[Margin: Diuites leones dicuntur.]* Aristot. Æliano, & aliis, qui de eo longam tractationem assumunt. Vide Pierium. Valer. lib. 1. à cap. 1. Quod autem diuites leones dicantur, probatur ex eo Ps. 33. v. 11. *Diuites eguerunt, & esurierunt.* vbi D. Hieronym. legit: *leones* Pagn. *leunculi, depauperati sunt,* כְּפִיר *Chephir,* est catulus leonis, *& chiphirim* leones, quare autem LXX. legerint *diuites,* cum verbum originale significet: leones; vt Ps. 34. v. 17. *A leonibus vnicam meam.* Prou. 28. v. 1. *Iustus quasi leo confidens.* Ezech. 19. v. 3. *& eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est,* ratio est, quia hic diuites non quicūque intelligendi sunt, sed qui ex præda: & rapinis pauperum diuites fiūnt, & cum hoc propriū sit leonum, qui rapinis sustentantur, ideò LXX. *diuites;* verterunt, id est, illi diuites, qui instar leonum, malis artibus rem suam augere conantur, *eguerunt, & esurierunt,* id est, *depauperati sunt,* diuino numine sic prouidente, quia male parta male dilabuntur. Jdeò Ezech. 38. v. 13. coniunguntur negotiatores, & leones. *Negotiatores Tharsis & omnes leones eius dicent tibi: Numquid ad sumenda spolia tu venisti? ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam,* &c. Negotiatores vocat leones, quia ad diripiendam prædam congregantur, & ditescunt ex illicita negotiatione. Sic etiam Ecclesiasticus in hac comparatione diuitis, comparat leonibus, qui famem satiant, cum ea stimulantur, in venatione onagri, id est, pauperis, qui onagro comparatur.

Margin: Ps. 33. v. 11 — Ps. 34. v. 17. — Prou. 28. v. 1. — Ezech. 19. v. 3. — Ezech 38. v. 13. — Negotiatores leonibus comparantur.

Onager in eremo. Onager asinus est siluestris, 108.
qui in solitudine degit indomitus, ambulans per inuias: & licet sit simbolum libertatis, vt videtur Job. 11. v. 12. *[Margin: Onager asinus est siluestris.]* *Vir vanus in superbiam erigitur; & tamquam pullum onagri se liberum natum putat.* Superbus enim liberum se putat, tanquam onager assuetus in solitudine nulli subiectus est, qui licentiosam vitæ libertatem refert. Tamen in onagro effrænatæ cupiditatis procacitas indicatur, vt Jerem. 2. v. 14. *[Margin: Iere. 2. v. 14]* *Onager assuetus in solitudine in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui,* nullus

nullus auertet eam. Dicunt enim libidine ardérem summa montium fastigia conscendere ad captandam auram, refrigerandumque; sic scribit Albertus. Itaque communis sensus est, hoc dicendi modo explicari pulsum illum furentis libidinis, quæ onagrum in quacumque parte abripit, donec suo sibi ardori satisfaciat, & sicut laconius canis odoratis prædam, illam insequitur, omnibusque cubilibus ac vestigiis indagat: sic onager fœmina cum ad venerem calet, odorem captans masculi, qui procul abest, ad illum rapitur impotēti cursu. Tandem inter alia, quæ de onagro dicuntur, præcipuum est, timidos fugere in eremum, & simul cibi & potus indigum solitudinem petere cibum & potum quærentem. De primo dixit Virgilius lib. 3. Georg. vers. 404.

Albert. *Onagri fœmina conditio.*

Virgil.

Sæpe etiam cursu, timidos agitabis onagros.

Timidos vocat, quia timent incursum canum, sunt enim pretiosi ad esum, vt dixit: Plin. lib. 8. c. 44. *Onagri in Phrygia & licaonia præcipui, ceu præstantibus sapore.* & Xenophon. 1. Anab. ita de illis: *Erant eorum carnes sapore nihil ferè à ceruinis differentes, meliores aliquanto.* De secundo ait Jerem. c. 14. vers. 6. *Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, & defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.* q. d. onagri, qui sitim difficillime tolerant, cum aquam non inuenirent, qua sitim leuarent, rupes ascenderunt, vt ventos, qui in eo loco magis sunt ad refrigerandum opportuni, siccis venatur faucibus, quorum etiam oculi deficiente pabulo defecerunt. Sic etiam Psal. 103. v. 10. *Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ: potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri in siti sua.* Itaque pauperes in onagro significantur, quia sitibundi, famelicique humiliantur, & quærunt escas & potum, diuites vero in leonibus significari, eos vt imbecillos & egentes insequuntur. Sunt enim pauperes iusti similes onagris, in quibus diuina prouidentia singulariter elucet: nam sicut de onagris ait Iob c. 39. v. 6. *Cui dedit* (Deus scilicet) *in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.* prouidentia enim creatoris commendatur, qui in terra salsuginosa, sterili, arida, tamen sufficiētem annonam præbet onagro, illumque paruo lætum, & contentum efficit, & multarū rerum, & circumfluentium deliriarum contemptorem amore solitudinis. Quod propriè conuenit pauperi iusto, qui amator est solitudinis: nam vt dixit D. Gregor. super hunc locum: *Si pro solitudine corporis intelligamus solitudinem cordis: quid enim prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? qui enim corpore remotus viuit, sed tumultibus conuersationum se inserit, non est in solitudine. Si vero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, & tamen nullos curarum secularium tumultus in corde patiatur, non est in vrbe.* Hi enim solitarij onagri, id est, pauperes paruo contenti, pabulum suauè est leonibus, id est diuitibus, qui eos iugiter insequi conantur: ideò ait auctor noster: *venatio leonis, onager in eremo.* & applicat:

Pauperes onagris similes & diuites leonibus.

Iob 39. v. 6.

D. Gregor. *Pauper sicut onager amator est solitudinis.*

Illustratio secunda.

109. *Diuites pro cupidis.* Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

SIc *& pascua diuitum sunt pauperes.* Lyra: *diuitum*, id est, cupidorū, quia bona rapiūt sine causa. Hugo, id est, sic diuites deuorant pauperes, & bona eorū. Dionys. id est, diuites potentes, auari, crudeles, pauperum bona diripiunt, & eorū laboribus pascunt se. Palac. apponit exempla. Miseri agricolæ præda sunt eorum, quorum sunt agri. Miseri mechanici præda sunt scribarum, aduocatorum, &c. Hi insidiantur pauperi, vt leo in spelunca sua. Itaque sicut leones persequuntur onagros, vt sint præda ipsorum, sic diuites pauperes insequuntur, vt quærant sibi pretiosum cibum ad esum. Hoc potest probari ex eo Isai. 3. v. 15. vbi quæritur Deus: *Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?* Quare populum meæ mihi custodiæ creditum tam auarè, atque iniquè fortunis omnibus & commodis euertitis? dicit Dominus. Quare tam acerbè vexatis, vt eius faciem contundatis pugno, quod ad ignominiam graue est, & ad crudelitatem acerbum. Sanchez noster concludit, postquam iniuriam percussionis maxillæ ponderasset: ex his mihi fit verisimile significare voluisse propheram pauperes homines à potentioribus semper aliquid durius, & contumelioſius audire solitos: quorum causa tandem vindex aduenial Deus.

Isa. 3. v. 15. *Diuites pauperes persequuntur sicut leones onagros.*

Rursus, Mich. 3. vers. 2. 3. loquitur Deus cum principibus Jacob, & ducibus Israël, & queritur de eis, aiens: *Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis.* (quod forte nos dicimus *les an quitado las capas*) *& carnem eorum desuper ossibus eorum. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt,* &c. q. d. ita enim miseros opprimitis, & suis bonis spoliatis, vti pastor, qui pecus excoriat, & vt carnem deuoret, carne ipsa denudat ossa: ita vos consumitis opes populi mei, & carnem deuoratis cibum, quo vescitur, deripientes, & modicam substantiam, qua vt pelle tegitur; adeoque in meos pauperes desæuistis, vt eos comminuatis vt solent ossa confringi, in frustaque comminui, vt aprè coniiciantur in olla coquenda. Similitudo autem explicatur: quod sicut pastores carnes ouium, & ossa concidunt, vt mittant in ollam coquenda: ita potentes bona pauperum dilapidant & concidunt, & in particulas confringant, inter se partientes. Quæ similitudo haud male confirmat sæuitiam leonis onagrum insequentis, & in pastu suum reddentis, & quod accidit pauperibus, qui opprimuntur à diuitibus, & potentioribus: Sunt enim pauperes diuitum pascuas.

Mich. 3. v. 2. 3. *Queritur Deus de principibus Israel, quia miseros opprimebant.*

Similitudo explicatur.

Jnsuper Sap. 2. v. 10. dixerunt impij diuites sæuientes sicut efferati leones: *Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ nec veterano.* quid proprius leone cum fame opprimitur, nulli animanti parcente, & in eos sæuiente? Ea insequitur, rapit, trucidat, deuorat: sic potentes effrænati cum auaritia, inuidiaque, & crudelitate laborant, pauperes insequuntur, opprimunt, diripiunt, vt sibi sint pretiosi cibi, nec pauperi parcunt, nec viduæ, & seni ignoscunt; sed inter sæuitiam, & crudelitatem ostentant, &c. Vide Psal. 36. v. 24. & Psal. 52. v. 5. *Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis.* Hab. 3. v. 14. *Exultatio eorum, sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito.* Et tandem Prouerb. 30. v. 14. *Generatio, quæ pro dentibus habet gladios, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.* Lege nostrum Salazar super hunc locum, vbi prolixe probat, diuites tanquam leones pauperes opprimere. Adde D. Ambros. tom. 1. cap. 1. de Nabut. *Quis enim diuitum* (inquit) *non quotidie concupiscit aliena? Quis opulentissimorum non exturbare contendit agellulo suo pauperem, atque inopem auiti ruris elimmare finibus non igitur vnus Achab natus est, sed*

Psal. 52. v. 5. Hab. 3. v. 14 Prou. 30, v. 14.

Diuitum crudelitas & sæuitia.

sed, quod peius est, quotidie Achab nascitur, & numquam huic seculo moritur; si vnus occidat assurgunt plurimi, plures qui rapiant, quam qui amittant. Non vnus Nabutho, pauper occisus est, quotidie Nabuthi sternitur, quotidie pauper occiditur. Has ergo similitudines ex animantibus contrariis desumptas Ecclesiasticus proponit, vt homines auocet à familiaritate principum, & potentiorum, nec ab illis opprimantur, sicut agnus à lupo, sicut canis à hyæna, & sicut onager à leone: sunt enim vt plurimum diuites potentiores lupi voraces, hyænæ feroces, leones immanes, qui agnos comedunt, canes dilacerant, & onagros deuorant, quare ab illis nobis fugiendum est, &c.

VERS. XXIV.

Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper.

Sensus.

110. ET *sicut abominatio*, &c. q. d. Vide quam execrabilis est homini superbo humilitas, & abiectio, quia superbiæ. Et arrogantiæ inseruiens est: pari modo homini diuiti execrabilis est pauper, quia cum diues auarus paupertatem detestetur, pauperem, qui inopia laborat, ipse execratur, quare vterque ad pacem, & mutuam benevolentiam traduci nequit, &c.

Notæ.

SIcut dixerat primum superbi similitudinem, sic debebat Ecclesiasticus consequenter diuitis comparationem assignare, aiens: sicut superbus odio habet humilitatem, sic diues paupertatem; & tamen loco paupertatis apposuit *pauperem*, maluitque dicere *pauper*, quo significaret, propter inopiam, quam auarus diues execratur, non posse diuitem pauperem diligere, & proinde non posse inter eos pacem & communicationem bonam cōstitui. Vulgatus comparationem assignat cum Τὸ *sicut*, quam particulam non habent Græca originalia, sed vt similitudo melius exprimatur, addita est ab interprete.

Illustratio prima.

111. *Sicut odit superbus humilitatem, sic diues pauperem.* Lyra.

ET *sicut abominatio est superbo humilitas, sic*, &c. q. d. superbus adamat amplitudinem præstantiamque fortunæ, ac gloriæ: diues vero diuitiarum copiam, vterque res contrarias exhorrescit, atque abominatur. Lyra: abominatio est superbo humilitas, & quod contrariatur habitui superbiæ, in quo delectatur: nam signum habitus generati est delectatio in opere. 2. Æthico. sic execratio diuitis cupidi est pauper. Hugo: *humilitas*, id est, vilitas, paupertas, abiectio, quæ sunt custos, & nutrix animæ, vel humilitatis: *sic*, &c. hoc est, sicut superbus abominatur humiles & humilitatem, sic diues execratur pauperes, & paupertatem. Abominabile dicitur quod cordi contrarium est, ita vt vomitum prouocet: sicut humilitas cōtraria est cordi superbo, ita vt eam euomat, & repellat à se quasi vile cadauer: execrabile vero dicitur, quod indignum est, honore putatur. Dionys. quia humiliare se, & subdi, vilisque reputari, & obedire abhorret; *sic*, &c. id est inordinatus, & superfluus diuitiarū amator paupertatem abominatur, & pauper existere dedignatur. Aliqui quoque tam impij sunt, & peruersi, vt & ipsos pauperes aspernentur. Tandem Palacius sic explicari debere ait: abominandum est superbo in deiectionem incidere, & execrandum est diuiti in pauperem incurrere, quem deglubere. & expilare non possit: intellige de diuite auaro esse mentionem: cui sterile pratum abominatio est. At qui Deo nostro tam diuiti non sumus execratio, imo nimis dilexit nos: Gal. 3.

Hugo.

Dionys.

Palacius.

Jtaque superbus odit humilitatem. Humilitas autem, quæ in Græco est, ταπεινοτης est submissio, incuruatio, inclinatio, miseria, ignobilitas, & potest etiam extendi ad virtutem humilitatis: quare cum Ecclesiasticus asserit superbū abominari humilitatem, non solum intelligit summissionem, incuruationem, miseriam, & ignobilitatem, sed etiam humilitatis virtutem, verum est virtutis humilitatem ita esse amabilem omnibus, vt etiam ipsis superbis placeat, sed placet cum conspicit in aliis, sed cum se superbus considerat humilem futurum, affligitur, & abiicit humilitatem tanquam sibi cōtrariam. Jtaque cum in se superbus execratur, quia cum humilitas secum afferat abiectionem, & incuruationem, cum hanc abominetur, abominatur & aliam: quare *abominatio est superbo humilitas.* id est, humilis, nam abstractum pro concreto solet accipi, sed quare illum, & illam abominetur, si ipsa humilitas amabilis est omnibus? Certum est humilem, vel humilitatem ex se amabilem esse, & omnium corda in amorem sui trahere; sed quia superbus vento vanitatis, & arrrogantiæ cor refertum tenet, nullum locum vacuum inuenit humilitas, vbi habitare possit, quare ad fugiendum. adigitur. Nam vt dixit D. Bernard. lib. de conscientia: *Cogitationum multiplex varietas esse cognoscitur. alia nam & cor inflant, alia eleuant, alia perturbant, alia distendunt, alia inquinant, alia corrumpunt, inflant vt superba, eleuant vt vana, perturbant vt inuida, distendunt vt ambitiosa, inquinant vt luxuriosa, corrumpunt vt malitiosa.* His ergo superbis cogitationibus cor humanum ita occupatur, vt non relinquant locum humilitati liberum, sed eam abigunt tanquam sibi molestam. Sicut è contrario humilis abigit procul superbiam, quando impudenter inuadit cor suum. Tunc enim dauidicis lapidibus eam confringere conatur; sic dixit D. Bernard. serm. de Domin. 4. post Pentecost. de Dauid & Golia: *Hoc inquam lapides secum tollat, quisquis superbiæ vitium debellare festinat: vt quoties venenatū audet erigere caput, quibuslibet ex his lapidibus manu cogitationis ei occurrat, percussus in fronte Golias deiiciatur; opertus confusione.*

Humilitas pro deiectione & incuruatione.

Virtus humilitatis amabilis.

Superbus humilitatem execratur. & quare.

D. Bernard.

Superbis cogitationibus cor humanum agitatur.

Humilis abigit procul superbiam. D. Bernard.

Si rursus quæsieris, cur superbus odio habeat humilem, vel humilitatem? Respondebit D. Augustin. tom. 10. serm. 53. de verbis Domini, quia inuidus est: *Seruo ergo Dei* (inquit) *cui surrepserit superbia, continuo ibi est & inuidia. Non potest superbus esse, non inuidus, inuidia filia est superbiæ, sedita mater nescit esse sterilis, vbi fuerit, continuo parit.* Quid ergo facit inuidia? nisi dolere de alieno bono, cum

112. *Cur superbus odio habeat humilitatem.*

cum autem humilis, vel humilitas in se tot bona contineat, vt dicat D. Ambros. in Psal. 118. super id: *Humiliatus sum nimis*, &c. *Bona humilitas, quæ nihil appetendo totum, quod contemnit adipiscitur, ipse enim Dominus Iesus se humiliauit vt nos eleuaret. Quanta fecit Dominus, audeo dicere, & non flexi ei genu? sed flexi ei postquam se humiliauit.* Pende hæc vltima verba: quia per humilitatem obtinuit Christus Dominus, vt in nomine eius omne genu flectatur. Antequam se humiliaret factus homo dignus erat omni adoratione, & si non flecteretur omne genu ante eum; sed postquam humiliauit se, hanc dignitatem, & honorem adeptus est, vt omne genu flectatur: ergo si humilitas tanta potitur fælicitate, quid mirum, si superbus inuidia plenus eum execretur, & abominetur?

Humilitas nihil appetẽdo quod contemnit adipiscitur.

Ideò aiebat Dauid Psal. 118. v. 122. *Suscipe seruum tuum in bonum, non calumnientur me superbi.* tanquam humilis Vates postulabat à Domino, vt pro se spondeat calumniatori potentiori, & fideiubeat. Vadare (inquit) me, te fideiussorem interpone, idque in bonum, vt mihi id beneficij loco præstes intercede: age ne me superbi calumnientur, & bonis euertant, honore, vitaue spolient; vt Ezechias Isai. 38. v. 14. dixit: *Domine vim patior, respondepro me.* LXX. & Sym. *spondepro me.* Aquila: *fideiube.* Sic D. Hieronym. in loco Psalmi transtulit: *spondeseruo tuo*, id est, fideiube, non permissurum te, vt superbi me calumnientur, & opprimant tanquam humilem seruum tuum. Seruum Dei se vocat Vates, vt suam humilitatem ostendat. *Sed pretiosa hæc seruitus:* (inquit D. Ambros. super hunc locum to. 2. Octon. 16.) *quæ virtutum constat expensis. Cur autem timeat nocentibus tradi, aperit euidenter, quia calumniatores sunt, qui oderint veritatem, impugnant innocentiam, quia superbi sunt. Qualis enim aduersus seruulos Dei potest superbus esse, qui aduersus Deum se exaltat, & dicit: In cælum ascendam*, &c. Isa. 14. *Quid igitur mirum, si grauare homines potest, qui peruicaci spiritu nec Deo cedit?* & concludit: *Caueamus ergo ne muros animæ nostræ destruat, ne propugnacula nostræ mentis diruat, ne super sidera thronum suum ponat. Ponit super sidera, quando electum decipit, quando iustum circumuenit, cuius opera elucent, sicut stellæ in cælo*, &c. Ex quibus constat, superbos humiles seruos Dei execrari, & verum esse, quod noster auctor affirmat: *Abominatio est superbo humilitas.*

Psal. 118. v. 122. *Dauid postulabat vt Deus pro se fideiuberet.*

Isa. 38. v. 14

Pretiosa seruitus, quæ virtutum constat expensis.

D. Ambros.

Sed quare superbus abominatur humilem, & humilitatem? num quia inuidus (vt diximus) & dolet de humilis fælicitate? vtique sed rursus, quia vtriusque opera contraria sunt, ingenium etiam, & intentum oppositum; vt videre est apud D. Basilium in admonitione ad filium spiritualem, illius verba auisculta: *Vir humilis* (inquit) *Deo est similis, & in templo pectoris sui gestat eum. Superbus autem cum sit Deo odibilis, diabolo similis est. Humilis vero licet in habitu videatur vilissimus, gloriosus est in virtutibus. Superbus autem cupit semper laudari ab hominibus, & virtutibus, quibus alienus se prædicari gestit. Non se patitur cuiquam esse subiectum, sed semper primatum cupit, & ad maiorem gradum se conatur immergere, & quod ex meritis obtinere non potest, ambiendo festinat. Ambulat semper tremens vt vter vacuus & inanis, & sicut nauis absque gubernatore cum iactatur à fluctibus, ita is circumfertur inter omnes actus suos. Humilis è contrario resipuit omnem honorem terrenum, & vltimum se esse iudicat omnibus hominibus*, &c. ecce contrarium ingenium vtriusque: ecce

Superbus quia inuidus abominatur humilem.

D. Basil.

Superbus cupit laudari ab hominibus.

Humilis & superbi contrarium ingenium.

mentem, & consilium oppositum, & animum aduersum. Si ergo sic sibi aduersantur & opponuntur, quid mirum si superbus humilem & humilitatem odio habeat? optime asserit Ecclesiasticus: *sicut abominatio est superbo humilitas*, & subdit:

Illustratio secunda.

113. *In diuitibus superbia inuenitur, & in pauperibus humilitas.* Iansen.

Sic & execratio diuitis pauper. Optime similitudinem confirmat Sirach cum hæc affirmat. In diuitibus enim inuenitur superbia, & in pauperibus humilitas: ait igitur, sicut abominatur superbus humilem; sic execratur dives pauperem. Dicere debebat paupertatem, sed iam diximus in Notis idem esse, vt notat Iansenius. Propter eamdem ergo rationem odit dives pauperem, propter quam superbus humilem. Et si pauper intelligatur iustus potiori ratione: nam iusti pauperis opera arguunt diuitem, vitamque eius & opera iusti condemnant, quare non mirum si cõfusus dives animo illum aspernetur. Exemplum nobis proponitur in illo diuite auaro, qui pauperem Lazarum aspernabatur animo, nolens eum à misera fortuna liberare, sed potius immisericordem se præbens à seuere reiiciebat. Optime D. Petr. Chrysol. ser. 121. huius diuitis odium & crudelitatem ostendit cum inquit: *Non iam personam: non pauperem, sed ipsam misericordiam despicit ad ianuam suam Lazaro sic iacente. Purpura, byssο, delicatis vestibus, epulis blandis ferrea viscera crudelis anima nutriebat: quam Deus humanæ salutis auidus inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum, quam ipsum pietatis conflatorium eius proiecit ad ianuam: conflatorium dixi propter ferrea viscera. Impius ergo oculis mendicus Lazarus ingeritur, admouetur; & vt dives dare posset, magis, magisq; diuitis census cumulatur. Sed dives adamante durior, quid-quid Deus pauperis propter alimoniam diuitis conferebat ad censum, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat.* Ecce causam odij diuitis ad pauperem: Habet enim viscera ferrea, quæ crudelis anima nutrit, execraturque pauperem, forte quia cum ad alimoniam eius cumuletur diuitis census, cũ ad stipem mendicandum accedit, suspicatur dives, illum ad exigenda à se sibi debita potius accedere, quam ad postulandam suppliciter eleemosynam gratis reddendam: & quia pecunias ab aliquo exigere: generat odium, ideò dives odium concipit, cum videt pauperem accedere ad eleemosynam impetrandam, quia non solùm postulat sibi dari ex gratia; sed ex debito, eleemosyna enim debitũ est, quod pauper exigit à diuite tamquam sibi seruatum, & depositum in diuitis manibus: & cum dives erogat eleemosynam, quasi ære alieno liberatur: ideò dives execratur pauperem.

Diuitis crudelitas ostenditur. D. Chrysol.

Quare oculis diuitis mendicus ingeritur.

Eleemosynam tanquã debitum postulat pauper à diuite.

Pende id quod Palacius aduertit: execrandum est diuiti in pauperem incurrere, quem deglubere, & expilare non possit. Ecce secundam causam, execratur dives pauperem, quia illũ non potest expilare, & deglubere: studium enim eius est, conari pauperi iniuriam inferre: ideò dixit Salomõ Prou. 22. v. 22. *Non facias violentiam pauperi, quia pauper est.* q.d. Ne diuitiis, ac potentia fretus tenues pauperis fortunas inuadas, ex eo quod ille paupertate sua pressus tibi obsistere non valet. Eleganter dixit D. Chrysost. homil. quod nemo lædatur nisi à se ipso. *Quotidie videmus lædi quam plurimos & affligi, & opprimi cum omni iniuria humiles, & infirmos à potentibus & for-*

Palacius. Ingenium diuitis est expilare.

Prou. 22. v. 22.

D. Chrys. Humiles à potentioribus opprimuntur

fortibus, & pauperiores à ditioribus inuadi; & sicut non est possibile numerare fluctus maris, ita neque hi, qui affliguntur, & iniuriam patiuntur, possunt numero comprehendi: quibus neque leges subueniunt, neque iudicum metus, neque vlla vis alia morbum hunc ac pernitiem potest cohibere, &c. Ecce quomodo rationem odij sitam habet dives, quod non possit pauperem expilare.

Pf. 10. v. 5. *Oculi Dei in pauperem respiciunt.*

Concludit tandem Palacius: At qui Deo nostro tam diuiti non sumus execratio, imo nimis dilexit nos. Gal. 3. Non odit Deus homines licet pauperes sint & humiles, imo potius hos ardentiori amore prosequi solet, sed omnes amat, & beneficia confert, quia *ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Sic dixit Salomon Sap. 11. vers. 25. *Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: neque enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti:* quare ergo diligit Deus omnia, & nihil odit eorum, quæ fecit? si ea retrocesserunt à via bona, per quam ille deducebat, cur illa non odit & execratur? Respondet Glossa Rab. *Bonus opifex & opus suum diligit & regit, & si homo aliquando peccat, sustinet in multa patientia, & per pœnitentiam in melius conuertit:* sustinet, quia ipse hominem fecit, secundum id, quod ipse dixit Isai. 56. v. 4. *ego feci, & ego feram, ego portabo, & saluabo.* in melius conuertit, quia per Ezechielem dixit ipse Dominus c. 18. vers. 23. *Numquid voluntatis meæ est, mors impij, dicit Dominus Deus? & non vt conuertatur à viis suis, & viuat.* Ergo si sustinet Deus hominem, quia ipse fecit illum, & per pœnitentiam in melius conuertit, quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, haud dubium illum non odit, nec execratur, sed diligit tanquam opus suum, & gubernat tanquam charum sibi. Dives enim Deus est in misericordia: homo autem pauper & humilis, & non ideò illum execratur, sed diligit & benefacit, & si dives execretur pauperem, ob eam rationem, quam superius notauimus: inter Deum diuitem, & hominem pauperem hoc non inuenitur, sed potius contrarium. Sic dixit Dauid Psal. 10. vers. 5. *Oculi eius in pauperem respiciunt.* id est, habet Deus oculos in pauperem intentas, vt ei opem ferat: nam cum oculi Dei pendeant ex corde suo, & hoc plenum sit commiseratione, idem est: respicere, ac misereri, & condolere; quare cum respicit, fert opem, vt extrahat pauperem à miseria: & tantum abest: vt illum excretur, vt fractus misericordia condoleſcat, & auxilium præbeat. Ideò dixit idem Vates Psal. 106. v. 41. *& adiuuit pauperem de inopia.* id est, subleuat pauperem de inopia, & eum honoribus cumulat: vbi optime D. Augustin. tom. 8. *Contempti sunt* (inquit) *principes, & adiutus est pauper? Abiecti sunt superbi, & instructus est humilis, hoc fecit, & faciendo adiuuit pauperem à mendicitate. Mendicus est ille, nihil sibi tribuens, totum de misericordia Dei expectans, ante ianuam Dominicam quotidie clamat, pulsans vt aperiatur. Istum mendicum, hunc pauperem, hunc humilem adiuuit Deus plurimum*, &c.

114. Palacius. *Homines licet pauperes non sunt odio Deo.* Sap. 11. v. 25.

Glossa.

Quare Deus sustineat peccatorem. Isa. 56. v. 4. Ezech. 18. v. 23.

Deus dives est in misericordia.

Psal. 106. v. 41. *Deus subleuat pauperẽ de inopia.* D. Augustin.

Rursus Psal. 108. vers. 31. *Adstitit à dextris pauperis.* cum in hoc Psalmo Christus Dominus per os Dauid in memoriam reuocet tribulationes sibi immissas, & contra Judam 30. execrationes iaceat, quot ille proditor argenteos nummos sibi in proditionis pretium depactus sit vocat Deum adiutorem, & protectorem: nam *adstare* de aduocatis dici solet, qui in iudicio adsunt: & cum pauperes defensoribus destituti sint, ideò ait, *quia adstitit à dextris pauperis:* vt inopiam suam subleuet. Dixit D. Augustin. *Hic autem Dominus adstitit à dextris pauperis, vt diuitiæ pauperis sint: ipse Dominus.* Ergo cum Dominus sit diuitiæ pauperis, non potest, ipse Dominus cum sit dives odisse pauperem, sed diligere ardenti amore, quia tanto est cumulatus honore. Quare cum dicat Ecclesiasticus, diuiti pauperem execrationem esse, hoc non diuiti Deo, qui non solùm non execratur pauperem; sed potius illum diligit, & adhæret sibi.

Psal. 108. v. 31.

Deus adstat à dextris pauperis & quare. D. Augustin.

VERS. XXV.

Diues commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cum ceciderit, expelletur & à notis.

Sensus.

115. *Diues commotus*, &c. q. d. Vt conditionis dissimilitudinem & distantiam inter diuitem & pauperem agnoscas, scito vtriusque infortunium non eodem modo ab amicis, & notis recipi. Nam si dives aliquo casu vel infortunio obruatur & concutiatur, mox consilio & præsidio ab amicis corroboratur, quos facilè possidet propter diuitias suas. Si autem humilis, id est, inopia laborans in aliquam calamitatem, & aduersam fortunam prolabi videatur: tantum abest vt ab amicis extollatur, vt etiam ab eis deseratur, imo & propulsetur ab eorum consortio & societate, quod vereantur, ne detrimentum aliquod perferre eius causa adigantur, &c.

Notæ.

PRo *commotus*, est in Græco σαλευομένῳ à verbo σαλέυω, quod est, cogito, moueo, fluctuo, commoueo, salio, quod verbum optime diuiti aptauit Ecclesiasticus, quia qui dives est non cadit, cum in aliquo infortunio obruitur, sed tantum quatitur, vel mouetur, vel fluctuat; quare non accommodauit verbum *cadere*, sicut humili & pauperi, cui melius casus conuenit, quam diuiti, sed tantum *commotus*. cum enim commouetur aliqua calamitate, non deseritur ab amicis, sed confirmatur, & roboratur, quia facile est, illum ab infortunio erigi. At humilis cum cadit, deseritur, & expellitur ab amicis. In Græco est, πτώχῳ, quod est inops, mendicus. Vulgatus magis *humilis*: voluit transferre, vt comprehenderet non solùm paupertatem, sed etiam humilitatem, & abiectionem, quæ pauperum, & mendicorum propria est, & Drusius existimat auum Iesum apposuisse verbum עני, quod pauperem & mansuetum significat. Quo si vsus fuit (inquit) auus non dubito quin hic pauperem significat potius quam humilem aut mansuetum. Placet

lectio, quæ habet: πλουσίῳ, nam opponitur πλουτῶ, id est diuiti, πλουσίῳ enim est diues, quasi πολίτῃ, quamquam qui pauperes sunt, idem humiles vocantur, & contra. Sane paupertas hominem humilem reddit, vt diuitiæ ferocem velatum. Tandem vulgatus de futuro legit. *expelletur.* at in originali est de præsenti, ἀφωσμένει, *expellitur*, sed non mutat sensum. Vatabli Biblia legit: *Pauperem vero præcipitantem amici etiam impellunt.* quia secutus est formam Ciceronis in orat. pro Rabirio Posth. *Satis est (inquit) homines imprudentia lapsos non erigere vrgere vero iacentes, aut præcipitantes impellere, certe est inhumanum.*

Illustratio prima.

116. *Dissimilis conditio diuitis & pauperis.*

Diues commotus confirmatur ab amicis suis. Hoc vult significare, quod supra sæpè monuit, dissimilem, & iniquam conditionem pauperum ac diuitum in ipsorum tota vita. Rabanus: Adhuc ergo (inquit) eumdem tenorem seruiat, quem superius de diuite & paupere cæperat, quia multi sunt, qui per adulationem diuitum verba, & facta exaltant; & pauci, qui humilium doctrinam, & virtutem rite intelligunt. Lyra: *Diues commotus*, id est, turbatus, vel impulsus, confirmatur ab amicis, sperantibus participare in bonis. Hugo, *commotus*, id est, iratus & turbatus aliquo casu vel infortunio, confirmatur ab amicis suis, id est, consolatur ab his, qui dicunt se esse amicos, dummodo maneat diues. Dionys. imitatur. Lyram: *confirmatur*, id est, auxilium & consilium suscipit, ab amicis suis, qui festinant eum ad pristini status prosperitatem ac robur reducere, sperantes ex hoc proprium consequi commodum & honorem ab ipso. Optime Palacius: Diues commouetur tribulationibus, non vero ad casum venit, quia firmatur ab amicis ope & consilio, ne cadat. At miser pauper, vix fortuna eum mouet, cum iam ecce ruit, notis etiam ad casum impellentibus. Jansen. tandem vt in sensu.

Rabanus. Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

Verbi commotus *significatio.*

Ergo verbum *commotus*: quemlibet sensum potest accipere, siue intelligatur: agitatus tribulationibus, vel infortunio aliquo: siue commotus ira, vel excandecentia ex aliquo infortunio, vel tribulatione procedente: nam his passionibus diues quatitur, non vero ad casum, vel ruinam perueniens. Cum autem his passionibus coagitatur, vel affligitur, confirmatur ab amicis, id est, consilium: vel auxilium suscipit, aut consolatione permulcetur, ne penitus ruat. Diuites enim amicis stipantur, qui eum confirment, & corroborent: ideò dixit Salomon Prouerb. 14. vers. 20. *Amici diuitum multi*: nam aliquorum mos: & ingenium est, vt diuitum lateri semper hæreant: quare inhærent, nisi quia diuitias possident, quibus & illi sustententur? Sic dixit ipse Sapiens Prouerb. 19. v. 4. *diuitiæ addunt amicos*: vbi loquitur Salomon non de his, qui veri amici sunt, & societatem ex animo colunt, sed de his, qui commodis suis studentes amicitias mentiuntur, ac semetipsos, suaque potius, quam amicos diligunt, ex his ergo, inquit, numerum quam maximum diuitiæ conciliant. LXX. *amicos multos.* Amici autem veri ex animo amicitiam colentes numquam multi, sed vix vnus aut alter. Hinc est illud Euripidis:

Diuites amicis stipantur vt confirment. Prou. 14. v. 20.

Prou. 19. v. 4.

Amicus verus vix vnus. Euripid.

Hoc scio & planè expertus sum, quod omnes amici sunt diuitibus. imo potius nullus eorum est amicus. Omnes enim diuitias, & copias illorum colunt, non illos. Sic dixit Petrarcha Dial. 53. *Iam non miror si & amicitiis abundare visus eras. Non est nouum, neque insolitum, locupletum limina vulgaribus amicitiis, & simulatis obsequiis frequentari.* quia omnes cupiunt eis potiri, &c. Sed si diues commouetur vel agitatur aliquo infortunio, vel tribulatione, cito accurrunt hi amici, vt quasi manum supponant, ne ruat, & pereat: quia si accidit diuitiarum ruina solito subsidio priuabuntur, & ne priuentur adiuuant illum, ferunt opem, solatium, &c. Sicut solet fieri in ædificiis, quorum parietes si ruinam minantur, contis firmantur, ne decidant: & tanquam proceræ arbores fructibus onustæ, cum sunt proximæ ruinæ, furcis firmantur, vt consistant, quia si ramuli pomis onusti frangantur, poma perduntur, & subsidia eorum deficiunt. Sic diuites similes parietibus, & arboribus, cum proximi ruinæ sunt, ab amicis confirmantur, ne ipsi priuentur frequenti subsidio. Jdeò ait Sirach: *Diues commotus firmatur ab amicis.* & subdit.

Petrarcha.

Diuites semper habent adiutores in laboribus suis.

Illustratio secunda.

117. *Humilis pro paupere.*

Hvmilis autem cum ceciderit expelletur & à notis. Humilis hic idem est ac pauper, quare Complutenses transferunt: *pauper autem cum ceciderit.* Tygur. *labefactatus humilis.* Drus. *humilis lapsus.* Sic Hugo, id est, pauper, cum ceciderit in aduersitate, vel tribulatione aliqua, expelletur à familiaritate, & à notis, id est, etiam à domesticis. Optime Palacius: At miser pauper vix fortuna eum mouet, cum iam ecce ruit, notis etiam ad casum impellentibus. Itaque diues eum metat firmatur ab amicis, pauper cum cadit expellitur & amicis & à notis, vt casus Job comprobauit Iob 19. à versu 13. Humilem Iobum inopia summa laborantem noti, & amici repulerunt, vt ipse queretur, *Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Derelinquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant obliti sunt mei. Hospites domus meæ & ancillæ meæ quasi alienum habitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei,* &c. Quæ verba de Christo Domino intelligit Diuus Gregor. sed vere de Job intelligenda sunt, vt optime explicuit noster Pineda, quem cum inopia laboraret & depressus in sua humilitate iaceret, cognati, & noti deseruerunt, & exprobrarunt. Cecidit enim, & à notis repellitur tanquam pauper & humilis, dixit Diuus Chrysost. super hunc locum. *Domestici calamitatem vehementius amplificabant,* &c.

Hugo. Palacius. Iob 19. v. 13. *Pauper cum cadit expellitur ab amicis & à notis.* D. Gregor. Pineda. D. Chrys.

Præcipuus locus ad hanc veritatem comprobandam, ex quo forte mutauit Sirach. est Prouerb. 19. vers. 4. *Diuitiæ addunt amicos: à paupere autem & hi, quos habuit, separantur:* prima pars pertinet ad primum hemistichium, secunda autem ad secundum separantur autem non veri, sed simulati amici, qui fortunam sequuntur, atque adeo ad ipsius conuersionem mutantur, hi nimirum, quos diues cum esset, sibi familiares esse putabat, separantur iuxta id: *Tempora si fuerint nubila solus eris.* Rursus ipse

Prou. 19. v. 4. *Amici simulati separantur ab amicis in tribulatione.*

Prou. 19. v. 6. 7.

ipse Salomon eodem cap. Prou. 19. vers. 6. 7. idem confirmat aiens: *Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres omnes pauperes oderunt eum, & amici procul recesserunt ab eo.* Iterum prima sententia probat primam partem nostræ sententiæ, at secunda secundam confirmat. q. d. vir pauper & angustia rerum pressus, non modo alienis, sed etiam suis inuisus accidit, adeò vt fratres etiam ipsi in illum indignari soleant, *& amici procul recesserunt ab eo*, id est, non fratres solum, sed quod grauius est, ipsi amici (quorum gratia omnia consanguinitatis & necessitudinis vinculo superare solet) amici, inquam, ipsi pauperem ac tenuem hominem deuitare solent: Dixit enim Sapiens: *etiam proximo suo pauper odiosus erit.* Prouerb. 14. v. 20.

Pauper deseritur & à notis.

Prou. 14. v. 20.

118. Psal. 30. v. 13 14. 15.

Tandem Dauid Psal. 30. vers. 13. 14. 15. sic queritur: *Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt: super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me foras, fugerunt à me: obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde: factus sum tamquam vas perditum.* Licet primus versus intelligatur de infirmitate corporali Dauid, & vocat afflictionem & paupertatem iugum graue sibi impositum, cui ferendo cum sibi pares vires non essent, cadere sub eius onere & procumbere necesse fuerit. At Agellius ait: Possunt etiam transtatè per ossa eius amici & socij milites intelligi, aut etiam cognati & propinqui, qui metu ipsi quoque turbati & exterriti, quodammodo firmitatem, & vires amiserint, & cum hac illac metu delapsi reliquerunt. *Qui videbant me foris fugerunt à me.* Loquitur Dauid de se tanquam de homine, qui morbo vel inopia laborat, quem nemo intueri sustineat, & à quo omnes procul recedunt; sed nota. *tanquam vas perditum,* quod confirmat nostram sententiam. q. d. cum non sim notis & cognatis meis, vel amicis vsui, negligor ab omnibus, nam quondam meam familiaritatem, atque consuetudinem vtilitate metiebantur, habebant me videlicet tamquam opportunum & vtile vas in sua supellectile, comparatum ad omnes vitæ opportunitates; sed iam confractus, & perditus, miser ego pauper, & humilis à familiaritate ab vsu, & conuictu quotidiano reiicior, neque dignus æstimor, præterquam sterchilinio: illa non fuit vera & liberalis amicitia sed sordida, sed fucata. Hæc calamitatis natura & conditio, vt amicissimos & notissimos quosque abalienet; sic explicat noster Pineda. Iob 19. v. 13. Vnde constat veram esse sententiam Ecclesiastici: *Humilis autem cum ceciderit expelletur & à notis.* Concludit Iansenius: Pulchre autem diuiti tribuit esse commotum, pauperi cadere; quia diues ferè tantum commouetur in sua fælicitate. Nam antequam cadat, mox confirmatur; pauper vero etiam cadit, & graue infortunium patitur, nemine ipsum confirmante. Hæc ille & optime.

Vas perditum quid.

Qua sordida amicitia.

Pineda. Iob 19. v. 13.

Afflictio & paupertas iugum graue.

Agell.

VERS. XXV.

Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerunt illum.

VERS. XXVII.

Humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensatè, & non est datus ei locus.

Sensus.

119. *Diuiti decepto*, &c. q. d. Vide conditionis dissimilitudinem inter diuitem & pauperem. Cum diues errore aliquo deceptus est siue facto, siue verbo, quam plurimi sunt, qui eum patrocinentur, & culpam ab eo conentur dimouere, imo etiamsi per superbiam aliquid non dicendum proferat multi sæpe sunt, qui bene eum loqui celebrent, aut saltem excusationem afferant. At si humilis, & abiectus quispiam in aliqua re deliquerit, & per errorem vel dicto, vel facto peccet, non solùm non habet, qui eius erroris condolescant, eumque instruant in spiritu mansuetudinis, sed etiam durè de suo errore redarguitur. Quod si verò sapienter aliquid dicat, non datur ei locus, id est, non admittitur eius sermo, nec recipitur, sed potius negatur ei audientia: despicitur enim sermonis sapientia, & prudentia, quia inopia, & egestate laborat, &c.

Notæ.

Diuiti decepto, ταλαισσφαλεντῳ. *cum diues offenderit*, verbum enim σφαλῶ est, erro, pedem percutio, offendo, turbo, commoueo, labor, excido, fallo, errare facio, & alia id genus. Vulgatus *decepto*, transtulit, quia diues cum errat, cum labitur, decipitur, vel per ignorantiam, vel per malitiam: hic enim multos habet, qui eum consolentur, adiuuent, recuperent. *Diues locutus est superba.* In Græco est, απορρήτα, à verbo απορρήτῳ, quod est arcanus, occultus, abditus, ineffabilis, secretus, repudiandus. Vulgatus legit, *superba*, quod hæc significata complectitur. Complut. *Arcana*, LXX. *Non dicenda.* Tygur. *Nefanda.* quod nefas eloqui, quod dici nequit, vel indignum relatu, vel repudiandum. *Et iustificauerunt illum*, id est, excusarunt, aut defenderunt. *Humilis deceptus est*, id est, labitur. Complut. εσφαλε, id est, errauit. Alij, σφαλη, quod putatur simplicius, cum eodem significatur.

Illustratio prima.

120. *Diuitiæ sunt vitiorum administræ.*

Diuiti decepto multi recuperatores, &c. vel, *diuiti lapso multi adsunt adiutores.* significat improbos propter opes habere paratã & opem in rebus aduersis, & in peccatis, maleficiisque impunitatem. Ita diuitiæ atque opes sunt vitiorũ adminis-

Rabanus. ſtræ. Rabanus: Arrogantes enim ſemper inueniunt ſuos prædicatores, & humiles è contrario reperiunt ſui contemptores, atque reprehenſores. Lyra: *Multi recuperatores*, damni ſibi illati, quia ſperant participare ſibi, *locutus eſt ſuperba*, &c. adulatores affirmantes, quod ſic debeat magnificè loqui. Hugo; *diuiti decepto*, id eſt, damnificato vel errato in aliquo multi recuperatores, id eſt, damni reſtitutores, vel erroris defenſores, *& iuſtificauerunt illum*, id eſt, iuſtè locutum dixerunt. Dionyſius, recuperatores, cooperantes ei ad recuperandum damnum, quod paſſus eſt, &c. Palacius notat: proprium diuitum eſſe decipi, & ſuperba loqui, ſed locus hic ſpeciatim loquitur de diuite, quem geſtor negotiorum ſuorum aut alius decipit. Tunc enim alij adſunt, qui reſartiant, ſi quam dies iacturam fecit. Quod autem dicit: *locutus eſt ſuperba*, alij vertunt, nefanda; nec defuit tamen, qui diceret illum iuſta locutum, &c. Ianſenius vt in ſenſu.

Hæc ſententia congruit cum ſuperiore.

Itaque, *diuiti decepto multi recuperatores*. Si vim huius verbi ſeruamus ferè eumdem ſenſum habent hæc verba, ac ſuperius relata, ſcilicet: *Diues commotus confirmatur ab amicis ſuis*: quia iam diximus commotum eſſe nutantem, aut fluctuantem, id eſt, iam ruinæ proximum, & verbum originale quod *decepto*: corréſpondet, σφαλλω, inter alia ſignificat, vt in notis diximus commouere, vt idem ſit *decepto*, ac commoto: qui enim decipitur, nutat, aut fluctuat, aut commouetur, & ſic vt commotus confirmatur ab amicis, ne prorſus ruat; ſic cum decipitur recuperatur à multis, qui eius colunt amicitiam, & quæ ibi diximus, hic poſſunt aptari. Si autem verbi originalis vim pendimus, quod eſt, offendo, erro, laboro, haud dubium erit: *Diuiti lapſo*, vt Tygur. tranſtulit, ſiue verbo, ſiue facto, vt idem ſit, diuiti, qui in errorem, vel peccatum incidit, non deſunt recuperatores, vel defenſores, vt legunt Complut. Cum *dies offenderit, multi adiutores*. Et in primis certum eſt diuites lapſibus obnoxios eſſe, quia diuitiæ vitiorum ſeminarium ſunt, vt optime probat D. Ambroſ. in cap. 18. Apocal. ex eo cap. 18. verſ. 16. *Væ væ ciuitas illa, quæ deaurata erat auro, & lapide pretioſo, & margaritis, quoniam vna hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ*, ait ergo ſanctus Doctor: *Damnatio ergo Babylonis, ſicut ex Scriptura demonſtrat, maximè in diuitiis conſiſtit: eo quod diuitiæ nutrimenta ſint vitiorum, & ex quibus auaritia, quæ modo regina mundi dici poteſt, luxuriam ſuam alit.* Exemplum proponitur Geneſ. 37. verſ. 28. cum fratres Ioſeph illum *vendiderunt Iſmaelitis viginti argenteis, qui duxerunt eum in Ægyptum*. Tantum ſcelus, quod hi commiſerunt; ex qua radice originem traxit? numquid ex auaritia? ita ſane, & ex cupiditate pecuniæ; ſic perpendit D. Petr. Chryſol. ſerm. 29. *Aurum* (inquit) *Patriarcharum ſtirpem, progeniem ſanctam, tantam germanitatis ſingularem coronam adeo corrupit, & totius reddidit pietatis extorrem, vt Ioſeph Ægyptiis, fratrem barbaris, innocentem noxiis, ingenuitatem traderent ſeruituti. Sic ſiccauit mentes, ſic corda depreſſit; ſic quod in eis fuerat humani ſenſus, ferinam in rabiem, commutauit: vt non offenſam Dei, non ſancti patris dolorem, non proprij ſanguinis ſenſum meminiſſe permiſerit.* Aliud exemplum offert nobis cap. 31. Exodi, cum Iſraelitæ relicto vero Deo, vitulum conflarunt, vt eum adorarent tanquam Deum. Quid autem fuit, quod mentes eorum obcæcaret? Aurum, pecunia, auaritia, ſic pendet idem Chryſolog. eodem ſerm. 29. *Sic conuertit homines in iumenta, vt vituli caput, caput ſeum crederent, & omnium rerum capiti caput pecudis anteferrent.* Vide quæ congeſſimus ad cap. 8. verſ. 3. *Multos enim perdidit aurum*, &c. Adde D. Baſilium conc. 5. de diuitiis & paupertate: vbi inter alia notatu digna, ſubdit: *Quis mendacij pater? quis ſimulationis opifex? quis periurium generauit? nonne diuitiæ? nonne indebitum, quod eis impertitur ſtudium? Quæ vos inſania mala habet. O homines? quis vobis in veſtrum inſidias veſtra conuertit? Numquid nam pecuniæ ad id datæ ſunt, vt ſint viaticæ malorum? Atque quibus rebus animæ redimuntur, num nam interniciones auctores erunt?* Pende id, *viatica malorum*, ſiue Τὸ, *malorum*, ſit hominum ſceleratorum ſiue peccatorum, viaticum propriè eſt, cibus, pecuniave, quam iter facientes, nobiſcum circumferimus, ſumitur etiam pro facultate, ſeu apparatu. Ergo ait Baſil. numquid dantur pecuniæ, vt homines per hunc mundum iter facientes, illos inſumant in prauos vſus? vel vt praui homines habeant ſubſidium ſuorum ſcelerum? non ita, ſed in obſequium Dei, & vitæ ſubſidium expendantur. Si igitur illi inſumunt tanquam viatica malorum, ſequetur vt diuitiæ ſint vitiorum ſeminarium. Ideò concludit Baſilius. *Si enim ad improbitatem pro viatico ſunt diuitiæ miſerandus procul dubio eſt diues: ſin ad virtutem ſunt miniſtræ locum non habet inuidia, cum ſuam illæ omnibus elargiantur vtilitatem.*

Diuitiæ ſeminarium vitiorum. D. Ambroſ. Apoc 18. v. 16.

Auaritia obcæcauit mentem Iſraelitarum. D. Baſil.

Diuitiæ mendacij pater & ſimulationis opifex.

Gen. 37. v. 28.

Ex auaritia multa crimina prodeunt. D. Chryſol.

Viaticum quid.

Diuitiæ viatica malorum. Baſil.

Ait ergo Eccleſiaſticus: *diuiti decepto*: vel *lapſo*, in peccata, vel crimina, *multi ſunt recuperatores*, vel *adiutores*, non vt extrahant eum à crimine, ſed à pœna criminis liberent illum, vel potius recuperant, vel adiuuant, eum laudantes, vel opus malum, vt bonum prædicantes & extollentes, ideò ait: *locutus eſt ſuperba & iuſtificauerunt illum*. Quare dixit Vates Regius Pſal. 9. verſ. 24. *Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicetur.* Tò, *quoniam* refertur ad præcedentem verſum, vbi dixerat Dauid: *Dum ſuperbit impius incenditur pauper: comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant.* Quæ verba licet poſſint hunc ſenſum accipere, ex eo quod impius per ſuperbiam pauperem perſequatur, ipſe pauper ea ipſa perſecutione quaſi per antipariſtaſim ardentiſſimo charitatis igne in Deum ſuccenditur, atque adeo eius patientia quaſi terra perſecutionibus frugifera redditur; ſic explicat Magiſter ſent. Sed haud dubium verior interpretatio eſt, quam ſequitur Geneb. & noſter Cardinalis Bellarminus; ſcilicet, *dum ſuperbit impius*, id eſt, dum impius proſpere agit, & glorioſus apparet: *tunc incenditur pauper*, id eſt, ſcandalizatur & vritur æſtu cogitationum iuſtus pauper. *Comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant*, id eſt, vteréque tam impius glorioſus, quam iuſtus pauper comprehenditur, & illaqueatur conſilio, id eſt, cogitatione ſua. Nam impius cogitat ſibi deberi illam fælicitatem, & ipſe ſe decipit, iuſtus verò videns impium proſpere agere, cogitat quid hoc ſibi velit ac magis ſe inuoluit. Ergo cum hæc dixiſſet Dauid ſubdit: *Quoniam laudatur peccator*, &c. vbi reddit cauſam prophetæ, cur ex proſperitate, & abundantia diuitiarũ ſuperbiat impius, & vratur pauper, quia videlicet peccator male agit, & tamen quia dies eſt & potens laudatur à multis quaſi benè agat; & deſideria animæ eius, id eſt, deſideria ipſius quamuis iniqua & iniuſta approbantur, & hinc fit, vt iniquus benedicatur, cum maledici potius mereretur. Sic ait Eccleſiaſticus: *Diuiti lapſo*, aut *decepto, multi recuperatores*. id eſt, defenſores, adiutores, laudatores, qui eum laudent, prædicent, benedicant, quia dies eſt, & ab eo ſperant lucrum ſibi adepturos, ideò, *locutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum*.

121.

Diuitum recuperatores non extrahunt eos à crimine, ſed à pœna criminis.

Pſ. 9. v. 24.

Geneb.

Beilarm.

Cum impius proſpere agit pauper ſcandalizatur.

Ratio cur ex abundantia diuitiarum ſuperbiat impius.

D. Gregor. *Pœna auaritiæ qualis.*

Probatur etiam hæc doctrina ex eo Oſe. 4. verſ. 8. vbi dicitur de ſacerdotibus: *Peccata populi mei comedunt*. Vbi haud dubium inertia ſacerdotum & auaritia incuſatur, qui beneficium amant, & emolumentum illud, quod eſt à ſacrificiis, & altari, officium tamen & laborem detrectant, & horrent. Sic Theodor. Cyril. Theophil. Alber. Ribera, & recentiores; vide D. Bernard. ſerm. 77. in Cant. Sed D. Hieronym. tom. 5. ſuper hunc locum aliter explicat, ait enim: *Et idcirco peccata populi mei deuorant, conſentientes ſceleribus delinquentium: quia cum eos peccare perſpexerint, non ſolùm non arguunt, ſed laudant, atque ſuſtollunt, & beatos prædicant. De quibus & Eſaias loquitur: Populus meus, qui beatos vos dicunt, ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum ſupplantant*, &c. quaſi ſacerdotes illorum in ſe culpam deriuent, quibus adhibere medicinam, & mores corrigere debuerunt: quemadmodum qui cibum ſumit, licet ab aliena natura: ab agno puta, aut porco, ſuam ſibi carnem facit, neque minus habet ſibi naturalem, & propriam. Sic qui aliena peccata comedit, vel quia ad illa conniuet, cum deberet arguere, aut qui, vt alij offendant ſcandalum opponit, ſuum ſibi facit alienum peccatum. Sic aiebat D. Gregor. homil. 17. in euang. *Cur peccata populi mei comedere dicuntur, niſi quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia ſtipendia amittant, ſed & nos qui ex oblationibus fidelium viuimus, quas illi pro peccatis ſuis obtulerunt, & ſi comedimus, & taceamus, eorum proculdubio peccata manducamus.* Itaque cum decipitur dives, vel labitur in peccatum, vel loquitur ſuperba & nefanda, adſunt recuperatores, adiutores, & prædicatores, qui eum recuperent, laudent, prædicent iuſtificantes illum, id eſt, approbantes, quæ geſſit, *& locutus eſt*, & peccata eorum manducantes ſemetipſos condemnant, &c.

122. Oſe. 4. v. 8. *Comedere peccata populi quid.*

D. Hieron.

Sacerdotes in ſe culpam deriuant eorum, quorũ mores non corrigunt.

Tandem dixit Salomon Eccleſ. 8. verſ. 10. *Vidi impios ſepultos: qui etiam cum adhuc viuerent, in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorum operum: ſed & hoc vanitas eſt.* Vocat hos impios, principes, vel laicos vel eccleſiaſticos, qui in loco ſancto erant, id eſt, in officio, & munere ſublimiori. Et *laudabantur in ciuitate quaſi bonorum operum.* Hieron. ex Heb. *& laudati ſunt in ciuitate quia ſic fecerunt.* Vbi indicat vaniſſimum pernitioſiſſimumque adulatorum officium, prurientes impiorum principum aures ſcalpentium: aut certè, ſtoliditatem inſanientis vulgi, virtutis, & ſanctitatis merita, nõ ſibi fucato externæ potentiæ ſplendori metientes; ſic Olymp. *Laudes ab hominibus retulerunt, vel ignorantibus illorum impietatem callide adulantibus.* Callide enim adulantur, qui cum dies ſuperba loquitur, vel iniquè agit, laudatur ab iis, qui lucri ſpem habent. Vide D. Hieronym. tom. 5. ſuper hunc locum vbi inter alia, inquit. *Cum itaque mentem meam ad hæc intuenda dirigerem: vidi impios cum tali opinione mortuos, & ſic ſepultos, vt ſanctiſſimarentur in terra, qui & cum viuerent putabantur digni eſſe eccleſiæ principes & templo Dei, & inſuper ambulantes tumidi laudabantur in malis ſuis, ſicut ſcriptum eſt. Laudatur enim peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur.* Pende id, *Diuites tumide ambulantes tumidi*, &c. diuites enim tumide amblant, quia cum diuitiæ inflent animos, eos tumidos facit, & tamen in malis ſuis dictis, vel factis laudantur & benedicuntur ab adulatoribus, qui vt participes fiant bonorum ſuorum, iuſtificant illos opera ſua & dicta ſuperba extollentes. *& hoc vanitas eſt*, &c.

Olympiod. *Qui ſpem lucri habent laudant eos, qui impiè agant.* D. Hieron.

Diuites tumide ambulant.

Illustratio ſecunda.

123. *Decepti pro errare aut labi.*

Hvmilis *deceptus eſt, inſuper & arguitur.* Jam diximus humilem hoc loco pauperem ſignificari, qui in ſua humilitate degit miſere; hicque *deceptus*: eamdem retinet ſignificationem ac ſupra, id eſt, errauit, vel lapſus eſt, verbo, vel facto, & diuitis errore impunito, error humilis vel pauperis vehementer punitur, nam arguitur & reprehenditur, quia pauper & humilis eſt; humilitas enim, & inopia contemptibilis eſt hominibus, qui virtutem eius ignorant. Lyra explicat: *Humilis deceptus eſt*, id eſt, Lyra. pauper eſt damnificatus, inſuper & arguitur, id eſt, ſine compaſſione de damno eius vt fatuus increpatur, *locutus eſt*, &c. quia contemnitur ab audientibus. Hugo: damnificatus vel errans in aliquo, *& inſuper arguitur*, q. d. nullus eſt qui reſtituat ei damnum, vel defendat errorem eius: imo arguitur: quia dicunt: ſtultus eſt, & quia neſcis cuſtodire tua, omne bonum te fugit, &c. Dionyſ. *deceptus eſt*, Hugo. Dionyſ. id eſt, damnum perpeſſus, vel propria ignorantia, aut aliorum circumuentione in errorem delapſus, *inſuper & arguitur*, tanquam ignarus, & ſimplex, *locutus eſt* ſenſatè, ipſe pauper & humilis, *& non datus eſt ei locus*, id eſt, audientia ei negata eſt, ex contemptu ſuæ perſonæ ob eius inopiam.

Error diuitis laudatur & pauperis reprehenditur.

Ergo vt æquetur comparatio diuitis, & pauperis, in eumdem errorem elapſi vtrumque conſtituit, & tamen error diuitis laudatur, vel defenditur, vel minuitur, quia dies eſt, at error pauperis humilis arguitur, reprehenditur, punitur. Qui enim ad inopiam redigitur, ita contemptui omnibus eſt, vt qui illa laborat contemptibilis efficiatur. Nam vt dixit Salomon Prou. 14. verſ. 20. *Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit.* quare odioſus? quia homines pauperum familiaritate vti ingloriosum eſſe putant: tum quia pauperes multis egent, quæ dum à ſuis familiaribus aſſiduè expetunt graues illis ſunt: tum etiam quia homines plerumque alicuius vtilitatis ſpe ſuos adamant, & colunt: quæ quidem ab egenis, & pauperibus euenire non poteſt. Tum denique quia qui omnibus egent contemptibiles efficiuntur: quare cum in errorem labitur, vel aliquo modo damnificatur, odium internum deregunt, & arguunt, reprehendunt, puniunt: Jdeò Machabæi poſtquam templum prophanatum purgauerunt: *Rogabant Dominum proſtrati in terram, ne ampliùs talibus malis inciderent, ſed & ſi quando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur, & non à barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur.* 2. Machab. 10. v. 4. ſcit enim Deus pauperes

Prou. 14. v. 20. *Pauper proximo ſuo odioſus eſt & quare.*

2. Machab. 20. v. 4.

& humiles delapsos in errorem mitius corripere; at enim barbari qui pauperes, & humiles, odio prosequuntur, rigidius, & acerbius corripiunt, & arguunt.

124. *Pauper loquitur sensatè & non datur ei locus.*

Locutus est sensatè, & non datus est ei locus. id est, prudenter, sapienter, cordate locutus est pauper, & non præbentur aures verbis eius. q. d. contra pauper nullam habet auctoritatem, etiam in iis, quæ recta sentit, ac docet, & facilem hominum offensionem, si quid deliquerit; dixit Salomon Eccles. 9. v. 15. *Inuentus est in ea (ciuitate) vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.* Et vers. 16. concludit: *Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita.* Apponit exemplum hominis pauperis, qui sapientia, & prudentia sua ciuitatem omni parte obsessam, vbi omnis effugiendi locus vndequaque intercluſus est, liberauit ab hostibus; & tamen iste pauper sapiens obliuioni traditus est. Quod ingratitudinem redolet, vt ille pincerna notatus est, qui acceptum à Iosepho paupere beneficium ex memoria deleuit: nam vt dixit Seneca lib. 3. de benef. cap. 1. cum dixisset: *Ingratus est qui beneficium accepisse se negat, quod accepit; ingratus est, qui dissimulat; ingratus, qui non reddit.* subdit: *Ingratissimus omnium, qui oblitus est.* Et concludit: *Hic numquam fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est.* Itaque nihil mirum si pauper sapiens, qui beneficium contulit, obliuioni tradatur. Tandem ad nostrum intentum seruiunt verba vltima Salomonis: *Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est,* &c. Quod sapientia in paupere possit inueniri, certum est, & probat Seneca ep. 85. vbi cum dixisset: *Sapienti non nocetur à paupertate, non à dolore, non ab aliis tempestatibus vitæ.* Subdit paulò pòst: *Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulachra, faciebat ex ære: si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisses, fecisset quale ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens virtutem, si licebit in diuitiis explicabit, si minus in paupertate: quamcumque fortunam acceperit aliquid ex illa memorabile efficiet.* id est, si pauper sapiens, & prudens sit, bonum consilium præbebit, & bonum opus faciet, quare versum explicat noster Pineda. Mirum igitur, pauperi vrbis seruatori, & bene de omnibus merito, non solùm nullam haberi gratiam, sed, quod indignissimum est, indignatos ciues aduersus illum detraxisse, subsannasse *(que no solo no le dixeron vn Dios selo pague, mi vna buena palabra si no muchas malas)* posset sanè iustus cum ingratissimis ciuibus expostulare: *Multa opera bona ostendi vobis, propter quod opus me lapidatis?* Ioan. 10. vers. 32.

Ecclesi. 9. v. 15.

Pauper sapiens obliuioni datur.

Seneca.

Ingratus quis.

Seneca. Sapientia in paupere potest inueniri.

Pauper sapiens bonum consilium præbebit.

Ioan. 10. v. 32.

Ergo *locutus est sensatè, & non datur ei locus.* id est, contemnitur, & despicitur, quia pauper est, *non datur ei locus,* id est, non datur ei audientia, vt explicat Dionys. cui correspondet quod Salomon ait: *Verba eius non sunt audita.* Sic Euripidem in Hecuba eleganter æmulatus est Ennius apud Gellium:

125. *Pauper sapiens despicitur.* Dionys.

Aul. Gell.

Cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta, eademq; oratio æqua, non eque valet.

Non æquè valet, quin non æqua vtriusque sors & conditio; oratio diuitis magnos auditorum plausus excitat, quia strepitum edit, & tanquam argenteum cymbalum resonat: *es su voz quia dines como campana de plata.* Si ergo argentum & aurum non haberet dives, vox eius non audiretur: itaque auditur quia dives est. At pauperis oratio æqua non valet, id est, non resonat tinnitus eius, quia non habet argentum, nec vocem argenteam, sed æream, quæ vix auditur, & causa est quia inopia laborat, quia pauper est: *non datur ei locus:* non datur audientia, illi denegata est, vt Dionys. explicat, ex contemptu suæ personæ ob eius inopiam. Adhuc emphasim habet modus dicendi: *& non datur ei locus:* nam si sumantur *locus* pro vice, vt sumitur cū dicitur, loco patris te habeo, id est, vice patris, cum ait, *locus non est datus* pauperi, erit non datur ei vt vice diuitis vel sapientis accipiatur, si *locus,* sumatur pro æstimatione, erit, non est pauper æstimatus vt sapiens dignus auditu; si tandem accipiatur, *locus,* pro opportunitate vel occasione, vt forte hic accipitur, erit, non est data ei opportunitas & occasio vt loquatur sensatè, & eius consilium vel verba accipiantur benevole, quia pauper est, & contemptui expositus: & ideò verba sapientis pauperis non audiuntur, quia nullo diuitiarum, neque nummorum tinnitu resonant, ideò subiicit auctor.

Dines habet sonitum argenteum

Locus varie sumitur.

VERS. XXVIII.

Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent.

VERS. XXIX.

Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? & si offenderit subuertent illum.

Sensus.

126. Diues *locutus est,* &c. Hoc etiam est discrimen, in quo pauper distat à diuite. Dives enim cum aliquid boni loquitur, duplici condecoratur honore: scilicet ab omnibus cum silentio auscultari: nam vix incipit dicere, cum omnes in silentium descendentes obmutescunt, libenti animo illum audientes. Rursus oratione absoluta verba illius vsque ad nubes perducuntur, id est, extolluntur, & laudantur. At si miser & pauper in aliquo hominum conuentu verba facere incipiat, mox sermo eius ob personæ statum & conditionem eiicitur, & exubilatur, & dicitur: Quisnam hic? indignus est, qui inter nos loquatur, & docentis personam gerat? & si in aliquo verbo offenderit, incurrerit, lapsus fuerit, mox hinc ad illum perdendum occasionem quærunt, &c.

Jllu-

Illustratio prima.

Vnde comparetur approbatio orationis in diuitibus.

Lyra.

Hugo.

Dionys.

Tacere coram aliquo signũ est reuerentiæ.

Hab 2. v. 20

Iob 29. v. 8.

1 Mach. 1. v. 3.

Sap 8. v. 12.

Diuitiæ facultatem faciunt loquendi.

Diues *locutus est, & omnes tacuerunt,* &c. Hæc approbatio ac commendatio orationis in diuitibus comparatur non prudentia, sed affectione, studioque hominum ex rebus externis malè iudicantium. Lyra: *dines locutus est,* & dicunt audiendo reuerenter: *& verbum illius,* &c. Commendando eum de sapientia excellenti. Hugo ferè eodem modo. *Dines locutus est,* siue bona, siue mala; *& omnes tacuerunt* ob reuerentiam eius, *& verbum,* &c. id est, extollunt, & magnificant verbum illius quasi cæleste, & angelicum dicentes, optime dixit: numquam sic locutus est homo. Dionys. vt Lyra: & adiicit, quia honoratur ob suas diuitias, *& verbum illius,* &c. id est, vehementer extollent, tanquam omni sapientia plenum, vt ei complaceant. Itaque hoc priuilegium afferunt diuitiæ, vt qui eas possidet timorem, & reuerentiam afferant illis, cum quibus loquitur, auscultant illi cum timore, & reuerentia, & postquam locutus est dives, verba eius exaltant tanquam pulchra dicta.

Et omnes tacuerunt. Tacere, aut silere coram aliquo signum est timoris, & reuerentiæ, vt Habac. 2. vers. 20. *Dominus autem in templo sancto suo, sileat à facie eius omnis terra.* q. d. Dominus noster in cælo est, & in templo sancto suo: vnde audire potest supplicantium vota, & optata concedere. Quare sileat, ac timeat ante Dei conspectum mortalis omnis, & humana caro, à quo vt sperare omnia, sic etiam omnia formidare potest, sic Iob 29. vers. 8. *Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.* Et de Alexandro terrarum Domino, 1. Mach. 1. vers. 3. *Et siluit terra in conspectu eius.* Vide etiam Sanchez ad cap. 27. Ezech. vers. 31. Vide etiam Sap. 8. v. 12. *Loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo ponent.* Ergo *dines locutus est, & omnes tacuerunt:* quia diuitiæ facultatem faciunt loquendi, & diuitum dicta atque sententias vniuersi auditores in cælum vsque extollunt: ideò subiicit Ecclesiasticus.

127. *Verba diuitũ exaltantur ab adulatoribus.*

Et verbum eius vsque ad nubes perducunt. Cum verba diuitum ita onerosa sint, non mirum si quæ deorsum cadebant, erigantur ab assentatoribus, & ad nubes perducant: graues enim sunt diuitiæ, & ad ima tendunt, ipsi vero audientes non potiuntur ea ad ima tendere, sed adulationibus suis extollunt vsque ad nubes. Exemplum est in Herode Act. 12. v. 21. 22. *Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis.* Ecce quomodo verba sua hi assentatores acclamant, & perducunt vsque ad nubes, enuntiant ea esse verba Dei, & non hominis. Pernitiosum enim est adulatorum genus, quia non armis pugnant, & perdunt, sed verbis adulatoriis destruunt diuites, quibus adulantur: dixit Q. Curt. lib. 8. *Pernitiosa emulatio perpetuum regnum malum est, quorum opes assentatio sapius quam hostis euertit.* quod confirmat Plutarch. quemadmodum adulatorem ab amico internoscas: *Ita (inquit) assentationem cernimus, non tenues, non obscuros, non inopes sectantem, sed domos & fortunas impellentem, & afficientem magnificas: sæpe etiam euertentem regna, & imperia.* Et paulò pòst: *Nam discedunt à morientibus pediculi, corporeq; extincto, ex quo aluntur, sanguine deserunt; adulatores verò haud quaquam rebus aridis se admouentes, & frigidis conspicias: verum splendori & potentatibus imminent, iisq; aluntur; at conuersis rebus dilabuntur.* Hic diuitum sectatores fugiunt à pauperibus, quia sanguinem extinctum, ex quo alantur, habent; sed sequuntur diuites, quia sanguine diuitiarum abundant, quo sustententur: ideò adulantes eorum verba *vsque ad nubes perducunt;* sed quare vsque ad nubes? quia sicut nubes suo rore madefaciunt, & rigant terram: sic verba diuitum per calorem adulatorum exaltantur, & conuertuntur in nubes, vt se ipsos alluant, & irrigent, habeantque alimenta, quibus alantur. *Itaque diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum eius vsque ad nubes perducunt.* quare dixit Comicus. Plautus in Pseud.

Act. 12. v. 21. 22.

Pernitiosum est adulatorum genus, Q. Curt.

Plutarch.

Diuitum sectatores fugiunt à paupere.

Centum doctum hominum consilia hæc deuincit Dia fortuna.
Atque hoc verum est, perinde vt quisque fortuna vtitur, ita præcellit.
Atque exinde sapere omnes dicimus.

Vnde collucet aurum, fauor popularis ostenditur. Iuuen.

Hinc est, quod omnis fauor & aura popularis ostenditur, vnde collucet aurum; sic dixit Iuuenalis Sat. 3.

——— *Omnis eorum ves.*
Virtus, fama, decus, diuina, humanaq; pulchris.
Diuitiis parent; quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam & rex,
Et quidquid volet.

Quare diuitum verba ab adulatoribus exaltantur. Prou. 28. v. 11. Caiet.

Diuitiæ enim faciunt, vt verba, factaque diuitum vsque ad nubes perducantur ab adulatoribus, quia vehementer appetunt diuitias: quibus ipsi alantur, & sustententur. Dixit ergo Salomon Prou. 28. v. 11. *Sapiens sibi videtur vir dives.* Caietan. explicat hunc modum: Quia nimirum diuitiæ illum vsque adeò inflant, vt quos sibi copiis inferiores videt, sapientia quoque impares putet. Tum etiam quia adulatores hoc illis falso persuadent, dum eorum tum dicta, tum facta in cælum vsque vehere solent: iuxta illud Eccles. *Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent,* &c. Et vt differentiam pauperis à diuite proponat, subiicit Auctor.

Illustratio secunda.

128. *Cum loquitur pauper contemnitur,* Lyra. Hugo. Dionys.

Pauper locutus est, & dicunt: quis est hic? Lyra, *quis est hic?* eum contemnendo, *& si offenderit subuertent illum* grauiter puniendo. Hugo: *& si offenderit* aliquem audientium: dicendo quod non placet ei, vel defendendo quod dixit, *subuertent illum,* id est, sub pedibus suis vertunt conculcando eum, vel si ecciderint in silaba, cadet in causa. Dionys. *Pauper locutus est* in medio communitatis, *& dicunt, quis est hic?* quasi dicant indignus est inter nos loqui, *& si offenderit* in verbo, aut facto, aut omissione. *subuertent illum,* id est, reprobabunt, & acriter punient. Paulus de Palacio aliter explicat: *Quis est hic?* videtur sensum habere. Quis est hic, qui vel mutire audet? Demum illud, *si offenderit,* intellige si offenderit principem, aut dominum, statim rapitur ad pœnam.

Palacius.

Consilium prudens pauperis despicitur.

Itaque cum omnes *tacent ad verba diuitum, & ea vsque ad nubes perducant:* è contrario, *cum pauper loquitur.* Despiciunt illũ, & si offenderit vindicantur ex eo. Cum dicitur, *pauper loquitur,* non solùm intelligendum est de communibus verbis, sed de

de illis, quæ sapientiam & prudentiam redolent: hæc enim auditores in admirationem rapiunt, & vt consilium prudens diminuant, & de eius verbis detrahere possint, quærunt, qui sit, qui tale & tam prudens consilium obtulerit? *Quis est hic?* id est, quis ille est, qui coram communitate virorum prudentum, audet hæc verba proferre? q. d. fieri nullo modo potest, vt ex tam vili homine talia verba procedant. In hoc sensu interrogauerunt Israelitæ id quod dicitur 1.Reg.10.v.11. postquam Saul prophetiæ verba protulit: *Videntes autem omnes, qui nouerant eum heri & nudius tertius, quod esset cum prophetis, & prophetaret dixerunt ad inuicem. Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas? Respondit q; alius ad alterum, dicens: & quis pater eorum?* Quænam hæc interrogatio contribulium Saul? quid necesse fuit cognoscere paternam originem? explorare volebant, quis eius esset pater, vt cum in medium afferrent originis humilitatẽ, eum negligerent, & vilipenderent: nam cum esset pauper & humilis, & talia loqueretur, eius auctoritatem minuerent, & interrogarent: quis est hic? idem accidit cum Christo Domino. Matt.13.v.54.& 55. *& veniens in patriam suam docebat eos in Synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: vnde huic sapientia hæc & virtutes? Nonne hic hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, &c. vnde ergo huic omnia ista?* Quænam hæc interrogatio? haud dubium indignum putabant, hominem tam humili genere natum posse omnes docere. Pauper erat Christus, locutus est, & dicunt: Quis est hic? Ratio huius est, quia apud stolidum vulgus nulla est sapientiæ opinio, nisi quam splendor externus efficit: nulla consiliorum attentio, nisi quam diuitiæ conciliant: itaque vt dixit Ouid. 1. Fastor.

In pretio pretium nunc est.

Paupertas, cum in ea nullum sit pretium, in pretio non est, vt dixit Satyricus Iuuenalis, Sat. 3.

Nihil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines faciat.

quia cum alioquin sapientes & prudentes sint, quia pauperes sunt, despiciuntur, & vt ridiculi subsannantur, & dicunt: *Quis hic?*

Hæc veritas probatur ex eo Ecclesiast. 26. v. 26. *In duobus contristatum est cor meum: vir bellator deficiens per inopiam, & vir sensatus contemptus.* Duplex querela ex virorum sapientum, de milite deficiente per inopiam, & de viro cordato & prudente à stultis contempto: quis enim non dolet, & condolet: cum consideret fortem militem, post tot bella, post tot pericula, deficere per inopiam? nos dicimus *soldado perdido por mala paga*: modo intelligatur de milite, cui stipendia non soluuntur, modo de illo, qui à principe, cui inseruit, præmio non decoratur, sed per inopiam sine præmio, vel honoris, vel pecuniæ tandem deficit. Rursus, cor Ecclesiastici contristatum est, cum consideravit virum sensatum, & prudentem, omni honore dignum, ab hominibus contemni, quia inopia laborat, quia pauper est, merito igitur vicem eius dolet: sicut Salomon cum ait: *Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est?* Eccles. 9.v.16. id est, vicem pauperis sapientis doleo, cum considero à stultis contemni, sic etiam in nostra sententia. *Loquitur pauper*: quia sapientia, & prudentia pollet, & dicunt: *Quis est hic?* id est, per contemptum dicunt, quis ille est? id est, indignus est, vt coram diuitibus faciat verba: nos diceremus iuxta modum nostrum loquendi: *quien es este que quiere meter su cucharada?* aut, *meterse en dozenas* quod dicimus de eo, qui non vocatus intruditur in conuentum aliquorum, qui ad inuicem conuersantur: & quia pauper est, indignantur: molestè ferentes, quod coram eis sermonem conferat.

1.Reg.10. v.11. *Quæritur quis sit pater Saul vt contemnatur.*

Matth.13. v.54. *Christus Dominus contemnitur à Phariseis & quare.*

Vulgus non agnoscit sapientiam nisi adsint diuitiæ. Ouidius.

Iuuenal.

129. Eccles.26. v.26. *Vir bellator deficiens per inopiam quid.*

Vir sensatus contemptus quid.

Eccles.9. v.16.

Qui ergo sic iudicant, & accipiunt personas, æstimantes diuites, & contemnentes pauperes, falluntur, cum sit vnus omnium pater, Deus scilicet ideo non dixit Christus, cum docuit orare: Pater meus, sed: *Pater noster*, Matth.6.v.9. quia Deus communis est pater tam pauperis, quam diuitis, sed qui accipiunt personas, diligunt diuites, & odio habent pauperes. Quare queritur Malach.c.2. vers.10. *Numquid non pater vnus omnium nostrum? Numquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisque nostrũ fratrem suum*, &c. D. Hieronym. approbat traditionem Hebræorum, qui aiebant, in reditu ex Ægypto, abiecisse populum vxores pauperes, & accepisse diuites; sic enim ait: *Reuersi de captiuitate Babylonis tam principes, ac sacerdotes, & leuitæ, quam reliquus populus abiecerunt vxores suas Israëlitici generis, quæ paupertate, & iniuria longioris viæ, & fragilitate sexus ferentes laborem, confecta erant, & infirmitatem, ac deformitatem corporis contraxerant: & cum alienigenis, vel ætate florentibus, vel cultu corporum pulchrioribus, vel potentum, ac diuitum filiabus matrimonia copularunt. Corripit itaque eos Esdras propheta*, &c. Ergo sicut Israelitæ contemnebant vxores, quia inopia, & infirmitate laborabant, & diligebant diuites, quia diuitiis abundabant. Sic adulatores, de quibus agit Sirach: *Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducunt.* Subiicit: *Loquitur pauper, & dicunt: Quis est hic? pauperes.* diuitibus plaudent, pauperibus autem indignantur, & fastidiunt: illis, quia diuites sunt, & ab eis emolumentum capere possunt: his quia pauperes sunt, & nullam ab eis vtilitatem sperare possunt: ideò subiicitur.

Qui æstimant diuites & pauperes contemnunt falluntur.

Malach.2. v.10. *In reditu ex Ægypto contemptæ vxores pauperes & diuites accepta.* D. Hieron.

Adulatores diligunt diuites, & execrantur pauperes.

Et si offenderit subuertet illum. in Græco, est: *si impegerit eum insuper euertunt.* Τὸ, *insuper*: denotat sapientiam auditorum. q. d. non solùm impingit pauper, sed insuper subuertunt illum, id est, non solùm patitur pœnam errandi, sed aliam adiiciunt subuersionis illius; sic explicat Dionys. & Hugo. Hæc est differentia diuitis, & pauperis: nam si diues offendit, recuperatur ab amicis adulatoribus, si autem pauper, vel in dicto, vel in facto errauerit, dabit pœnas, quia pauper est. Palacius, si offenderit principem, aut Dominum, statim rapitur ad pœnam, vt cum Amanum inuenit Rex Assuerus: *super lectum corruisse: vbi iacebat Esther:* & dixit Esther.7. v. 8. *Etiam reginam vult opprimere, me præsente in domo mea.* Ecce quomodo offenderit Aman, principem. Ecce etiam quomodo statim rapiatur ad pœnam: *Nec dum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius:* famuli & stipatores regis, à quibus ipse rex custodiæ causa cingebatur. Abenezra existimat, morem fuisse, vt cui rex irasceretur, eius statim vultum ministri obnuberent, quasi qui regem aspiceret indignus foret. Sed mauult Gretserus noster c. 21. lib. 1. de cruce id referre ad morem, quo crucifigendis caput obnubi, faciemque velari solebat. Vti ferale illud carmen, de quo Liuius, & Tulius ostendit: *Caput obnubito, infelici arbori suspendito.* Quare Harbona statim patibulum suggessit, quo facto comprobatur explicatio Palacij. Cum ergo vulgatus absolutè dixerit, *si offenderit*: nihil aliud addens, non est restringendum verbum ad offensionem principis, cum possit etiam intelligi vniuersaliter. Licet magis ad sensum est, verbum *offenderit*, explicare de quolibet errore, vel verbi vel facti. *Si se desbiyo en alguna palabra*: nam cum dixisset prius: *Pauper loquitur*, addere *si offenderit*, videtur referri ad verba, in quæ lapsus sit: Verbum tandem *subuertent*, vel vt in originalibus

Pauper euertitur si errauit.

Dionys. Hugo.

Palacius.

Esth.7.v.8. *Quare Aman punitus sit.*

Abenezra.

Obnubere vultum quid.

Liuius. Tulius.

Subuertere quid.

euertent, nihil aliud significat nisi destruere, tollere, delere; nos diceremus: *en errando lo echan del mundo.* Hæc subuersio vel euersio enenit ei, quia pauper est: arbitrantur enim adulatores diuitum, pauperes dignos esse hac subuersione & euersione: quare cõcludit exclamans Palacius: O miserum mortalium iudicium! paupertas vires dat culpæ, ac ita maiori pœna dignum facit. Diuitiæ eleuant culpam, ac ita minuunt eius pœnam. Quid plura?

Palacius.

VERS. XXX.

Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia: & nequissima paupertas in ore impij.

Sensus.

131. Bona est substantia, &c. q. d. Ne fili, in animum inducas diuitias ex se malas esse, & ex se esse paupertatem bonam; nam scito diuitias, & paupertatem, ad voluntatem eorum, quibus seruiunt, se accommodari; in bonis bonæ sunt, sed in eis, qui illis abuntur malæ. Quare diuitiæ, quæ ab illo possidentur, qui eas adeptus est secundum conscientiæ dispositionem, & eis non abutitur bonæ sunt & appetibiles, vt exemplis comprobatur. At cum paupertas hominis iniqui voluntati seruit, licet ex se non sit mala, nequissima in ore eius debet prædicari; non quia paupertas ex se pariat iniquitatem; sed quia si pauper impius est, propter egestatem, quam odit, multa mala parrabit, murmurando contra Deum, peierando, & mendacia multa proferendo, vt in plerisque pauperibus accidere, experientia docet, &c.

Notæ.

PRo *substantia*, est in Græco πλοῦτος, à verbo vt superius diximus πλουτεω, quod est ditor, dives sum, dives euado. Sic legunt Complutenses. *Bonæ diuitiæ.* Rursus, *cui non est peccatum*: ὦ μὴ παρεστιν ἁμαρτία, *id est, cui non adest*, vel *inest peccatum.* q. d. quas bonis artibus tibi comparaueris, quibusque rectè vsus fueris. Ald. Basil. Rom. legunt, ὦ μὴ εστιν ἁμαρτια, ei, cui non est *peccatum*; hoc est, viro bono. Nam hic à peccando abstinet, & diuitiis rectè vtitur. Τὸ, *in conscientia*, in originalibus desideratur, additum tamen est à vulgato, vt melius explicet sententiam: denotat enim externam felicitatem ex bona conscientiæ dispositione pendere, vt Iansen.

Tandem, *nequissima*, in orig. *mala paupertas*: non est ausus dicere absolutè nequissimam, seu malam esse paupertatem, sed adiicit, *in ore impij*: alij ὁσομασιν: accommodat enim se paupertas, sicut diuitiæ ad voluntatem eius, qui ea laborat, in bono bona est paupertas, sed in malo, & in ore eius nequissima est, quia prouocat eum ad blasphemias & propter eam multa mala committit, &c. Sed miror doctum alioqui Vatablum dixisse: *Ego malim legere in ore pij.* ἐυσεβους. q. d. *paupertas obstat, quo minus audientur pia consilia.* cum in nullis originalibus sit verbum εὐσεβης, pius, religiosus; sed ασεβης quod est impius, nefarius, sicque meliorem sensum verba admittunt, & aptius sonant, &c.

Illustratio prima.

132. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia: Optime Rabanus: Bona est enim (inquit) & vtilis substantia, quæ per iustitiam acquiritur, & non per fraudem, vel auaritiam congregatur: quia huiusmodi possessoris conscientiam doli, vel malitiæ peccatum non conscutit: conturbat autem domum suam qui sectatur auaritiã, quoniam abominatio apud Deum est. Pondus, & pondus, & statera dolosa non est bona. Lyra: hic circa prædicta remouet falsam opinionem: nam ex dictis posset aliquis æstimare omnem diuitem esse malum, & omnem pauperem esse bonum: quod remouet dicens. Bona est substantia, id est, diuitiæ, cui non est peccatum in conscientia: scilicet de mala acquisitione per se, vel per parentes suos: nam diuitiæ habitæ iustè sunt materiæ execrandæ virtutis per opera misericordiæ, & liberalitatis. Hugo: sed ne crederet aliquis, quod ideò omnis diues contemnendus esset, ostendit, quod non omnis qui habet diuitias malus est, vel contemnendus. *Bona est substantia*, id est, possessio temporalis homini, quæ non est contra conscientiam acquisita, vel retenta, vel dispensata. Dionys. *Bona est substantia*, id est, bene possessa, nec culpæ abusuque admixta, *cui non est*, &c. id est, de cuius acquisitione, & conseruatione & vsu ipse diues non indiget conscientiæ habere remorsum. Palacius sequitur auctores prædictos: Et Iansenius eodem modo sicut & hic.

Rabanus.

Lyra.

Hugo.

Dionys.

Itaque ait Siracides: *Bona est substantia, ci'i non est peccatum in conscientia.* Celebris est hæc sententia, digna omni illustratione. Quoniam sapiens hactenus multa dixit de iniquitate diuitum, & misera conditione pauperum, ne ea culpa rerum esse videatur, & diuitiæ ac, paupertas in malis numerandæ ac damnandæ; ostendit hoc loco, diuitiæ quæ ac quales sint natura sua. Quidem apud Terentium neque in bonis neque in malis numerat, sed malas dicit esse, quales sunt ij, qui illis vtuntur. Idem senserunt qui δωα μεις nominarunt, aut instrumenta, quibus homines tum ad virtutes, tum ad vitia vti possunt. Quod diuitiæ non sint malæ, sed aliquando donum Dei sit, iam probauimus ad id c.11. vers.14. *Bona & mala; vita & mors; paupertas, & honestas*: (id est diuitiæ) *à Deo sunt.* Vide quæ ibi congessimus, ad quæ aliquid addemus.

Bona est substantia cui non adest peccatum.

Terentius.

Diuitiæ neque malæ neque bonæ.

Sapientissimus Salomon in leg. Eccles. c. 5. v.18. dixit ad intentum: *& omni homini, cui dedit Deus diuitias, atque substantiam, potestatemq; ei tribuit,* 133.

Diuitiæ donum Dei sunt.

buit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo, hoc est donum Dei. Vocat diuitias, & substantiam à Deo datas, vt explicet bonas esse: nam de manu Domini, quid non bonum, & non iucundum procedit? potestatem autem habere à Deo, vt eas impendat in bonos vsus, & fruatur labore suo, ostendit non solum Dei esse donum, sed ea sine peccato possidere salua conscientia. Optime explicauit hunc locum Thaumaturg. Niocæsariensis Episcopus, aiens: *Dei beneficio homini contingit vt laboribus suis cum animi oblectatione perfruatur, diuinitus acceptas, ac non vi extortas opes possidens. Neque enim ille mœroribus affligitur, nec vt plurimum malis, & perditis cogitationibus, vitam suam metitur, in omnibus rebus animi tranquillitate fruens, atque ob Dei donum lætitia gestiens.* Expende hunc locum Thaumat. & inuenies sententiæ nostræ confirmationem, quid enim est diuitiis perfrui cum animi oblectatione, nisi eas possidere in tranquilla conscientia? & cum hanc tranquillitatem adipiscitur homo, manifestè indicatur, bonam esse sibi substantiam, & diuitias, quia eas sine peccato possidet: nam qui vi extortas opes possidet, hanc cõscientiæ tranquillitatem non obtinet, quia diuitiæ male partæ sine peccato non possidentur: cum autem diuinitus concessæ sunt homini, ipse neque mœroribus affligitur, neque vt in plurimum perditis cogitationibus vitam suam metitur, sed in omnibus rebus animi tranquillitate fruitur.

Thaumaturgus.

Dei beneficium est, vt quis laboribus suis cum delectatione perfruatur.

Bona est substantia cum sine peccato possidetur.

D. Ambros. Ps.36.v.16.

Rursus: *bona est substantia*, vel diuitiæ, D. Ambros. in Psal. 36. explicans id: *Melius est modicum iusto, quam diuitias peccatorum multas*, ait: *Non ergo diuitiæ accusantur, sed diuitiæ peccatorum.* & in c.16. Luc. inquit: *Neque enim sancta omnis paupertas: aut diuitiæ criminosæ.* Et lib.5. in Luc. c.6. subdit: *Licet in pecuniariis copiis multa sint lenocinia delictorum: pleraq; tamen sunt etiam incentiua virtutum. Quamquam autem virtus subsidia non requirat, & commendatior sit collatio pauperis, quam diuitis liberalitas; tamen non eos, qui habeant diuitias, sed eos qui vti his nesciant, sententiæ cælestis auctoritate condemnat.* & lib.3. Epistolar. *Sed neque ipsæ diuitiæ* (inquit) *vituperabiles. Denique redemptio animæ viri, diuitiæ eius, quoniam qui pauperi donat, redimit animam suam.* repetit id quod dixit Salomon Prou. 13. vers.8. *Redemptio animæ viri diuitiæ suæ*, vel *propriæ*, id est: diuitiæ quidem in pauperis vsus liberaliter profusę, sunt quidem digna peccatorum compensatio, per quam anima in vitam asseritur à morte, &c. Sic dixit D. Basilius conf.5. de diuitiis, & paupertate. *Putei quo sæpius exhauriuntur, eo scaturiunt magis; sic & in diuitiis quidquid immotum est, inutile est: quodcumque verò ad vsum communem reuocatur, id publicæ vtilitati seruit, suumq; adfert fructum:* Et paulò pòst ait ipse sanctus Doctor: *Num iniustus est Deus quia ad vitam necessaria nobis inæqualiter dispensat? cur ipse opibus abundas, ille autem rerum omnium penuria laborat? Nonne prorsus vt & tu benignitatis, fideliterq; gestæ administrationis mercedem accipias, atque ille magnis patientiæ certaminibus honoretur?* Vnde constat *bonas esse diuitas, cui non est peccatum in conscientia*; sed eas in emolumentum pauperum impendit.

Diuitiæ ex se non vituperabiles.

Prou.13. v.8.

D. Basil.

Cur vnus abundat diuitiis alter inopia premitur.

134. Exemplum habemus in Abraham, de quo ait Scriptura Genes.13. v.2. *Erat autem diues valde in possessione auri, & argenti.* Si sanctus patriarcha tot diuitiis cumulatus erat, & tamen Deo non displicuit, sed potius semper illum oculi eius respexerunt in bonum, sequitur bonas ipsi fuisse diuitias, quia liberam à crimine suam conscientiam conseruabat. Ideò pendens D. Petr. Chrysol. historiam diuitis auari, & Lazari pauperis, serm.121. *Numquid* (inquit) *per se tantum diuitiæ criminosæ sunt: vt non solùm careant præmio, sed omnium malorum ferant, & mereantur exitium? & mirum fratres, quod Abraham quondam diues: nunc diuitem spernit; dicente Scriptura: Erat autem Abraham diues valde. Cur ergo nunc Abraham ambit pauperem, diuitem refugit, & refutat? Aut quemadmodum hunc Abraham innocentem habuere diuitiæ, hunc fecere diuitiæ criminosum? illum promouere ad omnium requiem beatorum, hunc in omnium malorum barathrum deputarunt?* Respondet ibi Chrysologus: *Abraham fratres non sibi, sed pauperi diues fuit, & opes non habere, sed prorogare gestiuit, magis magisq; in sinu pauperis, quam in horreis recondere suas studuit facultates, sicut toto vitæ suæ ordine perdocetur.* Gen.18. & 14. Hinc est quod diuitiæ, quia vacuum à peccato Abrahami animum inuenerunt, bonæ ipsi fuerint, vt confirmetur sententia Siracidis: *Bona est substantia*, &c.

Gen.13.v.2 Abraham diues & tamen Deo placuit.

D. Chrysol.

Diuitiæ non criminosæ sed cum male expendũtur.

Abraham non sibi sed pauperi diues fuit.

Ideò Salomon Eccles.9. v.7. dixit: *Vade ergo & comede in lætitia panem tuum: & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua.* Quod eleganter commentatus est Olympiodorus aiens: *Litterali sensu in lætitia, & corde bono vti quis dicitur bonis sibi à Deo concessis, cum modestè vtitur, & ad naturæ necessitates: hic est enim proprius vsus rationalis creaturæ.* Per panem & vinum diuitiæ, vel substantia hominis intelliguntur, quibus bene frui licitum est, cum abest peccatum à conscientia; ideò subdit Salomon: *Omni tempore sint vestimenta tua candida:* Vbi Chald. addit: *ab omni immunditia peccati.* id est, cum non insit peccatum in conscientia tua, sed pura sit ab omni labe, & diuitias non iniustè comparaueris, sed acceperis de manu Domini: optime poteris illis perfrui, &c. & eas impendere in obsequium Domini. Sic dixit optime Saluianus Masiliens. Episcopus lib.1. de Ecclesia: *Omnem substantiam mundialem diuino possessoribus cunctis munere dari, nullus homo vt reor, ambigit: nisi fortè qui tantæ sit insipientiæ, vt cùm humano generi mundus ipsi à Deo datus sit, ea, quæ in mundo sunt non à Deo hominibus data arbitretur. Igitur si omnia omnibus Deus tribuit: nemini dubium est, quod ea, quæ Dei dono accepimus ad Dei cultum referre debeamus, & in eius opere consumere, quæ eiusdem sumpsimus largitate: hoc est enim agnoscere munus Dei, & diuinis beneficiis bene vti, vt datis suis illum honores, à quo data ipsi acceperis.*

Eccle.9.v 7 *In lætitia comedere panem quid:*

Olympiod.

Nomine panis intelliguntur diuitiæ.

Saluianus. *Substantia mundialis diuino munere datur.*

Tandem cum dixisset Christus Dominus 135.
Luc.6. v.24. *Væ vobis diuitibus, quia respicitis consolationem vestram.* Respondit S. Marcus eremita lib. de pœnit. *At qui dum locutus est de diuitibus, non omnes accusat locupletes; sunt enim inter eos, qui verè sciunt administrare facultates pro voluntate Dei, qui donauit*, &c. Et infra idem sanctus in disput. cum singulari quodam causidico: *Verum* (inquit) *dices, equidem mihi anima charissima, nos aurum in thesaurum non recondere, neque possessiones habere. Et ego dico tibi, aurum aut possessiones non nocere, sed vt ante dixi, inhærentem affectui abusum eorum. En, quidam citra affectionem locupletes Deo pergrati fuerunt, velut sanctus Abraham, Iob, & Dauid*, &c. Vide Olympiodorum, qui explicans id Eccles.5. v.17. *Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat*, &c. dixit: *Quare licet ad bene officioseq; viuendum diuitiæ adminiculo esse posint, & virtutes ipsas quandoque vt præmia consequantur, non absolutè tamen, neque sua*

Luc.6.v.24 *Non omnes locupletes accusantur à Christo Domino.*

D. Marcus

Abusus diuitiarum nocet.

Olympiod. Eccl.5.v.17

sua aptè natura vel bonæ, vel malæ dicendæ sunt, & habendæ; sed cum per se mediæ sunt, facile transeunt & immutantur in habitum bene illis, maleve vtentis. Claudat hanc illustrationem Thaumaturgus, qui explicans eumdem locum Eccles. eleganter dixit: *Non negauerim etiam opes bonas esse, Dei enim donum est, si homo lætè perfruatur laboribus suis, modo opes illæ à Deo sint concessæ. Talis enim benefico in omnes est animo, & in munere diuino exultat, & omnem vitam suam bonis operibus, ac largitionibus adornat.* Quare optime dixit Siracides, *bonam esse substantiam*, vel diuitias, cum libera est à peccato conscientia.

Diuitiæ per se mediæ sunt nec bona nec malæ.

Thaumat.

Illustratio secunda.

136. Et *nequißima paupertas in ore impij.* Rabanus explicat de doctrina hæreticorum in secundo sensu, & ait: è contrario verò hæreticorum doctrina inops semper veritatis nequissima est, quia opulentia charitatis in ea non est, & ideò dixit nequissimam paupertatem esse in ore impij, quia verbis malignis præparat sibi egestatem sempiternam. Lyra: *nequißima paupertas in ore impij*, quia per impatientiam prorumpit in blasphemiam Dei. Hugo, *impij*, id est, auari, qui paupertatem quasi rem execrabilem, & detestabilem malam dicit, & sequitur etiam Rabanum. Dionys. id est, paupertas iniqui in verbis irrefrænati prauissima est, seu maximis culpis admixta, quia sic pauper de sua paupertate impatiens, est murmurans, aliorumque bona cupiens, furans, diripiens. Palacius: paupertas in homine impio mala videtur, & subdit: vbi aduerte, non ausum esse auctorem dicere paupertatem esse malam in malo; sed solum quod mala dicat de ea os impij. Paupertas vero non est mala in impio, licet ipse de ea pessima dicat; sic Iansenius, & Sâ.

Rabanus. Lyra. Hugo. Dionys. Palacius.

Iam diximus diuitias esse bonas, cum possidentur sine peccato, sed malas si illicitè cumulentur: quia nec malæ, nec bonæ sunt ad bonum, & ad malum indifferentes sunt, si quis eis bene vtatur in obsequium Dei, & proximorum subsidium bonæ sunt, si autem eas male impendat in vsus iniquos malæ euadent. Sic etiam paupertas, nec bona in se, nec mala est, sed indifferens, qui ea bene vtitur bonum consequitur; qui autem ea abutitur, malum ei affert. Licet certum sit magis esse expositam paupertatem ad bonum quam diuitias: hæ enim incentiua sunt vitiorum, vt superius diximus, paupertas autem non sic excitat animum ad mala perpetranda: licet non sit aliena à periculo peccandi. Ideò Salomon dixit ad Deum Prou.30. v.7.9. *Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria: ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam quis est Dominus? aut egestate compulsus furor & periurem nomen Dei mei.* In hac deprecationis parte. Salomon flagitat à Deo, ne sibi aut ingentes diuitias, aut magnas sensus angustias donet, sed ea tantum, quæ vitæ alendæ suffectura esse videantur, sed probat haud malè, quæ proposuimus. *Salomon* (inquit D. Ambros. in Psal. 118. oct. 8.) *qui sapiens erat, timuit per diuitias extolli, & pauper fieri formidauit, ne paupertatis necessitate abstinentiæ gratiam non teneret.* Sed cum hic Salomon. De coacta & inuoluntaria paupertate loquitur, non de voluntaria, quæ haud dubium non generat desperationem, sicut alia, apta est ad nostram sententiam illustrandam comparatio, ait enim: *aut necessitate compulsus furor, & periurem nomen Dei mei.* Ecce coactæ & inuoluntariæ paupertatis, damna, furtum, & periurium, & cum ait noster Sirach: *nequißima paupertas in ore impij*, est in ore furis & periuri nam fur & periurus existimantes paupertatem sibi nequissimam esse, vt ab ea liberentur, furantur, & periurant. Ideò vocauit Seneca paupertatem: *furti matrem*; non ex partu, sed ex aborsu infælici. Quare Aristot. in problem. sect.29. q. 4. rogat: *Cur paupertas apud homines bonos potius esse, quam apud prauos soleat? An quia omnibus odio habetur, atque expellitur, ad probos perfugit, rata maximè apud eos salutem permanendiq; locum se posse assequi? è contrario si ad prauos venerit numquam fortuna ipsa fore contentos, sed vel fura, vel latrocinia adituros: quibus rebus futurum, vt ipsa amplius manere nequeat.* Quomodo ergo paupertas manebit in corde impij, si in ore eius nequissima est? cor illam execratur, & os imprecatur. Ea 137.
fortasse causa est, cur paupertatem malam iudicarent antiqui; sic dixit Plutarch. lib. de virtute morali: *Quandoquidem paupertatem sunt, qui non pro malo, sunt etiam qui pro magno habeant malo: & vero alij etiam pro maximo, vt eius causa per scopulos & mare ruant.* Hinc est quod veteres paupertatis sacellum extra ciuitatem haberent, & simulachrorum eius foras eiicerent, vt tradit Alex. ab Alex. lib.1. cap.13. & lib.2. c.4. fortè vt significarent paupertatem, vt omnibus odiosam, molestam, & iniuriam, omnes fugere, & procul à suis domibus abesse conari. Cum reuera in se nihil mali habeat. Sic dixit eleganter Seneca lib. de consolat. ad Heluiam cap.9. cum ageret de Marcello, qui in exilium missus fuerat. *Quamuis eum paupertas sequeretur, in qua nihil mali esse, quisquis modo nondum peruenit in insaniam omnia subuertentis auaritiæ, atque luxuriæ, intelligit.* Confirmat hanc veritatem epist.80. *Si vis scire quam nihil in illa mali sit, compara inter se pauperum, & diuitum vultus. Sæpius pauper & fidelius ridet: nulla sollicitudo in alto est,* (id est, in imo & profundo pectore) *etiamsi qua incidit cura, velut nubes leuis transit. Horum qui fælices vocantur, hilaritas ficta est, aut grauis & suppurata tristitia: & quidem grauior, quia interdum non licet palam esse miseros; sed inter ærumnas cor ipsum exedentes, necesse est agere fælicem.* Ergo cum impius diues prospicit paupertatem, inter ærumnas cor ipsum exedens, male loquitur de paupertate, & nequissimam iudicat, nolens experiri bona, quæ illa diligenti afferre solet. D. Ambros. lib.5. examin. cap.17. cum dixisset: *Nemo de inopia queratur.* Subdit paulò pòst: *Nos vero & paupertas afficit, & inopiæ necessitas vexat, & plerosq; indigentia cogit in flagitium, impellit in crimen.* Qua propter *nequißima* dicitur *paupertas in ore impij*: quia cum egestas illum adigat ad perpetrãda flagitia, quid mirum illam execretur, & odio habeat? Quid plura? vide Senecam epist. 2. vbi refert de Epicuro: *Honesta*, inquit, *res est læta paupertas*, & subdit: *illa vero non est paupertas, si læta est: qui enim cum paupertate bene conuenit diues est.* & epist.17. *Nempe* (ait) *hoc quæris, & hoc ista dilatione ars consequi, ne tibi paupertas timenda sit. Quid si appetenda est? Multis ad philosophandum obstitere diuitiæ, paupertas expedita est, secura est.* Confirmat tandem Alex. lib genial. dier. cap.11. agens de paupertate, inquit: *Phocion, Pelopidas, Socrates, atque Ephialtes, pauperrimi, & in cultu tenuißimo vixere, omnium tamen optimi, atque iustißimi. Adeoq; luxuriam, & meliorem cultum detestati fuere, vt Thebis columna in templo statuta fuerit, in qua diræ execrationes in Regem Menin, qui meliorem vitæ*

Diuitiæ malæ, si illicitè cumulantur.

Paupertas magis exposita ad bonũ quam diuitiæ.

Prou. 30. v.7.9.

Quare Salomon non petat diuitias, nec paupertatem sed victui necessaria.

D. Ambros.

Damna coactæ paupertatis qualia.

Seneca. Aristot.

Cur paupertas apud homines bonos potius sit, quam apud prauos.

Plutarch.

Quare sacellum paupertatis esset extra ciuitatem.

Alexan.

Seneca.

In paupertate nihil mali est.

Eorum qui fælices vocantur fælicitas inficta est.

D. Ambros.

Paupertas cogit in flagitium impellit crimen.

Seneca.

Paupertas non timenda, sed potius appetenda est.

Alex.

vitæ cultum inuenit, continebantur. Poſteà paulatim frugales mores defluxere, paupertaſq; probro haberi cæpit. His autem, qui probro habere cæperunt paupertatem, nequiſſima in ore eorum haud dubium erat: quare optime Eccleſiaſt. dicit: *& nequiſſima paupertas in ore impij.*

VERS. XXXI.

Cor hominis immutat faciem illius ſiue in bona, ſiue in mala.

Senſus.

138. COr *hominis,* &c. q. d. Ex his, quibus tuum animum inſtitui, rectè infero fælicitatem hominis, vel infælicitatem non conſiſtere, in abundantia, vel penuria diuitiarum, ſed in interiori cordis diſpoſitione bona, adeò vt fælix & fortunatus nec non diues prædicetur, qui bono corde præditus eſt, etiamſi rerum externarum abundantia deſtitutus inueniatur. At ille infælix, & miſer reputabitur, qui prauo & corrupto corde eſt, etiamſi rebus omnibus affluat, & abundet. Quare cor hominis pro ſua diuerſa diſpoſitione immutat faciem illius ſiue ad bona, ſiue ad mala; ſi cor lætum eſt faciem lætam reddit; ſi autem mærens, vultum mærentem exhibet, facies enim index eſt cordis: & licet aliquando voluatur, varieque fingatur, tamen plerumque animum denudat, & in facie cordis iracundia, clementia, hilaritas, triſtitia. bona conſcientia, & verecundia facile oſtentantur, &c.

Notæ.

ALiqui legerunt, *in bono, & in malo;* ſed non legendum, niſi *in bona, & in mala,* vt habent Græca: *ἐαντε εις αγαθω ἐαντε εν κακω, ſiue in bona, ſiue in mala.* nam cum animus ferè ſemper vultum hominis moderetur, ſuæ internæ diſpoſitionis efficit conſortem, ita vt vultus indicet cordis diſpoſitionem bonam vel malam. Si cor gaudens eſt, gaudentem reddit faciem; ſi triſte, triſtem, &c. Alia verba inueniuntur in Complutenſibus, & mutuantur à Druſio, ſed neque in Aldo, neque in Baſilien. neque in vulgata editione ſcribuntur, quare omittenda iudico, nam vel aliunde huc tranſlata eſſe videntur, vel addita aſciolo aliquo.

Illuſtratio prima.

139. *Facies eſt index animi.* COr *hominis immutat faciem illius, ſiue in bona, ſiue in mala.* Quamuis vultus volui poſſit, varieque fingi, tamen eſt plerumque index animi affecti, in quo ſunt expreſſa ſigna iracundiæ, clementiæ, hilaritatis, triſtitiæ, alteriuſque affectionis, in eodem ſigna conſcientiæ ſæpè apparent, hinc pallor timoris, & rubor pudoris index. Frons vero ex porrecta, aut contracta voluntatem declarat. Sic explicat Rabanus: ſæpè *Rabanus.* per inditium vultus, & verborum qualitatem deprehenditur motus mentis ſiue ad bonum, ſiue ad malum. Lyra: diſpoſitio enim cordis appa- *Lyra.* ret in facie, pluſquam in aliis partibus corporis: quia vigent ibi omnes ſenſus: & potiſſime apparet in oculis, eo quod viſus plures differentias oſtendit 1. Metaph. propter quod cogitatio cordis in bonum, ſiue in malum à peritis homini- *Hugo.* bus percipitur in facie. Hugo, id eſt, ſecundum cordis mutationem mutatur facies, tanta enim corporis, & animæ armonia eſt, quod ſecundùm animæ mutationem neceſſe ſit mutari corporis qualitatem, ſiue in bono, id eſt, in læto & iucundo, ſiue in malo, id eſt, in triſti, & mæſto, *Dionyſ.* vtrobique enim legitur qualitas cordis in ſpecie faciei. Dionyſ. Cart. legit etiam ſiue in bono, ſiue in malo, id eſt, iuxta variam cordis diſpoſitionem: variatur diſpoſitio faciei, in qua potiſſimum apparet animæ habitudo. Quaſi cor timet, mæret, inuidet, apparet communiter pallor, liuor & contractio in facie ſi iraſcitur, furit, aut verecundatur, apparet rubor in vultu, ſiue iucundatur, & tranquillum eſt ac tutum, reſultat vniformis & læta diſpoſitio quædam in facie. *Palacius.* Tandem Palacius optime explicuit hanc ſententiam dicens: id eſt, non ſunt diuitiæ, quæ hominem reddunt lætum atque fælicem, vt nec paupertas triſtem aut miſerum. Cor eſt, quod triſtitiam, aut lætitiam etiam vſque ad faciem emittit. Cor pium lætitiam, & velut pietatem in faciem transfundit: cor impium, impietatem etiam in facie demonſtrat. Si igitur vis eſſe fælix, *Facies veſtigium cordis.* cordis ſit tibi cura prima. Et concludit: collige tu, faciem eſſe veſtigium cordis, vehiculum ani- *D. Hieron.* mæ, lucem præcordiorum, & vt Hieronymus dixit, ſpeculum mentis: hæc ille; ſic etiam Ianſenius.

140. *Alia explicatio ſententiæ.* Licet hi auctores nexum huius ſententiæ cum ſuperioribus attingere videantur; adhuc eorum omnino interpretatio licet optima ſit, non ſatisfacit: nam Tò, *illius:* debet referri *ad ſubſtantiam, & paupertatem:* quæ appoſita ſunt in præcedenti ſententia, nam dixerat ſubſtantiam, vel diuitias bonis bonas eſſe, malas malis: paupertatem etiam, quæ laude dignam prædicauerat, in malis tamen, ac improbis peſſime collocatam, in malo etiam eſſe. Declarat nunc quando vtrumque *Quando diuitiæ & paupertas in malum vel in bonum deduci poteſt.* & ad malum, & ad bonum deduci poſſit, quo ex fonte id procedat, dicitque boni, vel mali originem ex corde trahere, quod commutat in bonum, & in malum, tam paupertatem, quam diuitias, vt ipſum ſcilicet bonum aut malum fuerit q. d. vt bona vel mala ſit paupertas, ac ſubſtantia, ex corde pendet, quod illas immutat, vt ipſum mutatur. Sic cor execratur paupertatem, ipſa paupertas faciem oſtentat iniquam, ideò dixit: *nequiſſima paupertas in ore impij:* quia cor prauum mutauit paupertatis faciem in malam, & ſic male loquitur de ea impius. E contrario cum non inuenitur in conſcientia peccatum cor hominis lætum, & iucundum oſtenditur, quare ſubſtantia vel diuitiæ apparent bonæ, & qui poſſidet eas vultum ipſarum diuitiarum reddunt *Cum non eſt peccatum læta oſtenditur conſcientia.* bonum, vt poſſit dici: *Bona ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia.* Quare ſic debet ſententia conſtrui: cor hominis immutat faciem ſubſtantiæ, & faciem paupertatis ſiue in bona, ſiue in mala, ita vt ſi cor habet rectum, non ſolùm ſubſtantiam, ſed etiam paupertatem conuertit in bonum, & paupertatem ſicut diuitias diligat. Si autem cor prauum fuerit ita abutitur, diuitiis, vt abutitur paupertate: nam diuitias conuertit in malum & paupertatem execrabilem eſſe prædicat,

dicat, quæ expoſitio huic ſententiæ conuenit, quia nexum cum præcedentibus magis explicat; vtraque autem illuſtranda.

Exterior facies index eſt interioris. Prima ſcilicet exteriorem faciem indicem eſſe interioris, poteſt probari ex eo Prou. 27. v. 19 *Prou. 27. v. 19.* *Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.* Hugo ad *Hugo.* intentum: Manifeſta ſunt prudentibus, qui per exteriora iudicant de interioribus. Geſtus enim exterior affectum loquitur interiorem, maxime prudentibus, qui in ſeipſis multa experti ſunt; & probat ex noſtra ſententia. q. d. ſicut in ipſa aquarum ſuperficie homo ſeipſum intuetur: ita etiam vir ſapiens ex his, quæ exterius velut in ſuperficie hominis apparent ad internos ſenſus peruadit, & latentia penitus ſtudia aſſequi ſolet, *Qualis quiſque ſit ex facie coniectari licet.* vel qualis quiſque ſit, & quid ſentiat, ex facie illius coniectari licet: nam diſſimiles facies, quas idem atque vnus homo paſſim euariat, diuerſas illius cogitationes, & ſtudia prodit: diuerſæ quoque in diuerſis facies animorum etiam atque morum diſſimilitudinem innuunt. Dixit *D. Ambroſ.* D. Ambroſ. de eleem. & ieiunio cap. 10. *Plerumq; enim in perturbatiore inceſſu proditur motus animorum, vultus interior, & quidam cogitationis ſuæ arbiter, & tacitus cordis interpres, vt neque triſtitiam prætexat, neque* *Vultus exterior tacitus eſt cordis interpres.* *ſoluatur riſu incontinenti.* Concludit tandem: *Index enim facies plerumq; eſt conſcientiæ, & quidem tacitus ſermo mentis, cum aut peccato compungimur, aut integritate lætamur, exterminat enim faciem ſuam qui aliud corde gerit, aliud foris fronte prætendit. Nos velut quodam peripetaſmate operiamus, quod intus eſt, foris luceat: quod foris eſt, intus operetur.* Sic ait Eccleſiaſticus: *Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bona, ſiue in mala.*

141. *Gen. 31. v. 2. In facie tanquam in ſpeculo cordis interiora videntur.* Secundò, poteſt illuſtrari ex eo Geneſ. 31. v. 2. *Animaduertit enim faciem Labam, quod non eſſet erga ſe, ſicut heri, & nudius tertius.* Iacob oculos intendit in faciem Labam, & tamquam in ſpeculo animaduertit cordis interiora ſoceri ſui: nam facies triſtis & mæſta indicabat animi triſtitiam, & mœrorem cordis: facies enim index eſt cor- *D. Bernard.* dis, & vt D. Bernard. de modo bene viuendi, ſerm. 65. dixit: *Facies hominis eſt ſpeculum cordis.* *D. Hieron.* & vt D. Hieronym. tom. 1. epiſt. 10. *Speculum mentis eſt facies, & taciti oculi fatentur arcana.* *Ariſtot.* Hæc veritas deducitur ex Ariſtot. qui in Problem. ſect. 36. rogat: *Cur faciem effigiare conſueuerunt? vtrum quod quales nam ſimus, ea ipſa corporis parte intelligi poſſit? An quod ea præcipuè qui ſimus agnoſci poteſt?* Cicero de petit. conſulat. *ſed etiã vultu,* *Cicero. Vultus & frons animi ianua.* *& fronte, quod eſt animi ianua.* Vide 3. de orat. & 1. offic. *& oculorum obtutu ſuperciliorum aut remiſſione aut contractione, facile indicamus, quantus ſit in homine* *Caſſiod.* *dolor, aut metus, aut denique triſtitia.* Caſſiod. lib. 3. epiſt. 6. *Proditur animi natura per vultum, & ſeueritas corporis nubila quoque mentis abſtergit.* Tandem *Plinius. Frons hominis index triſtitiæ vel hilaritatis.* Plinius lib. 11. cap. 37. de natura animalium per ſingula membra. *Frons, & aliis: ſed homini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index, in aſcenſu eius ſupercilia homini & pariter & alterne mobilia, & in iis pars animi. Negamus, annuimus: Hæc maximè indicat faſtum. Superbia alibi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet,* &c. Vnde conſtat faciem indicem eſſe animi.

Iſa. 3 v. 9. Defigere ſigna intemperantiæ in vultu quid. Tertio, Jſaias propheta reprehendens populum cap. 3. v. 9. dixit: *Agnitio vultus eorum reſpondit eis.* LXX. *confuſio vultus eorum reſtitit eis.* q. d. illi vſque adeò non curarunt quid pudor & modeſtia poſceret, vt in vultu voluerint defigere nota ſuæ intemperantiæ ſigna, ita vt tacita totius corporis figura, prædicet illos magnis ſe impli- *D. Hieron.* cuiſſe flagitiis: ita ex Hieronym. & Cyrillo in *D. Cyril.* vultu enim & facie cognoſcitur quod in corde latet, facies enim ſpeculum eſt, in quo animus relucet, & cordis ianua, per quam egreditur, & ſe foras prodit. Sic dixit Ouidius 2. Metam. *Ouidius.*

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.

Illuſtratio ſecunda.

142. COr *hominis immutat faciem illius ſiue in bona ſiue in mala.* Iam diximus ſecundã huius ſententiæ intelligentiam melius exprimere ſenſum iuxta nexum cum ſuperioribus. q. d. vt bona, vel *Facies non ſolum conuenit homini, ſed & aliis rebus.* mala ſit paupertas, ac ſubſtantia è corde pendet quod illas immutat, vt ipſum mutatur. Cum ergo facies non ſolùm dicatur de homine, ſed etiam de aliis rebus vt auctor eſt Gellius lib. 13. cap. 20. nam montis, & cæli, & maris facies, ſi *Gellius.* tempeſtiuè dicatur, probè dicitur, quid mirum ſi de ſubſtantia aut paupertate dicatur. Tacitus *Tacitus.* lib. 19. *Sæua, ac deformis tota vrbe facies.* Plin. lib. 12. *Plinius.* c. 14. v. 3. *Nec arboris ipſius, quæ ſit facies, conſtat.* Ci- *Cicero.* cero pro Flacco. 42. *Expreſſa facies ciuitatis in perſonã alicuius.* Virg. 4. Georg. *in faciem montis curuata* *Virgil.* *vnda circumſtetit.* & ſic de aliis. Conſtat etiam ex Scriptura. Pſ. 17. v. 43. *Et comminuam eos, vt pul-* *Pſ. 17. v. 43* *uerem ante faciem venti.* Pagn. *vt puluerem coram vento.* Job 5. v. 10. *Dat pluuiam ſuper faciem terræ,* id *Iob 5. v. 10* eſt, ſuper terram Pſal. 37. v. 6. *à facie inſipientiæ* *Pſ. 37. v. 6.* *meæ.* Iſai. 2. v. 21. *à facie formidinis Dei.* Sic & in *Iſa. 2. v. 21.* aliis. Ergo faciem ſubſtantiæ, & paupertatis cor hominis immutat ſiue in bona, ſiue in mala: bonitatem enim, vel malitiam paupertas, & diuitiæ ex corde contrahunt, quia vtraque indifferens eſt, & accipit bonitatem, aut malitiam ex corde. Sic dixit Chriſtus Dominus. Matt. 15. *Matt. 15. v. 19.* verſ. 19. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homi-* *Faciem ſubſtantiæ & paupertatis cor hominis mutat ſiue in bonam ſiue in malam.* *cidia, adulteria, furta,* &c. quælibet cogitationes, mentis bonitatem, vel malitiam accipiunt à corde, cum hoc corruptum eſt, corrumpuntur cogitationes, vt talia mala committantur, eſt enim cor in homine idem quod terra in mundo, terra centrum eſt, cor autem centrum eſt hominis intra terram tum gemmæ, tum lapides impoliti, pretioſa item metala, & fœtidiſſima rerum genera clauduntur, intra cordis vero arcana tum cæleſtes, ac mundanæ, tum terrenæ, ac ſordidæ cogitationes latent. Et ſicut è terra exhalationes exurgunt, è corde quoque mali appetitus, & peccandi libido. Si autem cor prauum eſt, cogitationes malæ ex eo exurgunt, homicidia, &c.

D. Ambroſ. Pſ. 118. v. 80. Cum D. Ambroſ. explicat id, quod dixit Vates Regius Pſal. 118. octon. 10. *Fiat cor meum immaculatum,* &c. affert teſtimonium Chriſti: *de* *Si quod intus eſt mundatur exteriora mundantur.* *corde exeunt,* &c. & ſic explicat eleganter: *Si ergo intus coinquinaris, prius munda quod intus eſt. Si quod intus eſt mundaueris, & exteriora mundaſti: vt ſi aqua turbida influat, fruſtra putas lacum eſſe mundandum. Si fons profluat cænolentus, receptacula terſiſſe nihil proderit, cum in fonte ſit vitium: ipſe tibi ante purgandus eſt, vt fluat omne quod purum eſt. Cor tuum cogitationũ tuarũ eſt ſcaturigo. In illo fonte vel turbida aqua impuritatis euomitur, vel ſinceræ pietatis vnda prorumpit,* &c. Ideò Jſaias cor impij aſſimilauit mari feruenti, *Iſa. 57. v. 20* cap. 57. v. 20. *Impij autem quaſi mare feruens.* Eſt *Mare amarum & ſalſum quare.* enim mare amarum ſemper atque ſalſum, ſiue quod ſulphure venis permiſceatur, ſiue quod excrementa cunctorum elementorum in ſe capiat,

piat, siue verius quod terrestres halitus vi solarium radiorum attracti, in extrema ipsius superficie spargantur, & coacescant: ita improborum hominum corda omni voluptatum & vitiorum amaritudine plena sunt, vel quod nimio effrænis libidinis ardore exurantur, vel fœtidissimarum terrenarumque rerum sit receptaculum, vel quod agente Deo multis miserarum doloribus commisceatur, atque ita sæpe obducatur vt vix respirare queat: iterum iactatur mare flantibus ventis, & intumescens feruet, & corda nostra odio, amore, spe, timore, turbulentisque quasi animi motibus agitantur: nunc velut in altum intumescunt, nunc velut deorsum deprimuntur, sicque perpetuo conflictantur. Quid si spiritus Domini super aquas cordis nostri, vel mare istud ventis horridum feratur, illico conquiescet omnis eius cogitatio & spiritus sancti, qui leni aura spirante pacatum illico apparebit iuxta id D. Auguſt. *Inquietum est cor nostrum donec requiescat in te.* ipse enim spiritus cordis amaritudinem in dulcedinem conuertit, vt ex eo fluant aquæ dulces bonarum cogitationum,&c.

Cor hominis sicut mare iactatur fluctibus passionum.

D. Auguſt.

Ergo ait Ecclesiasticus: *Cor hominis immutat faciem illius*, id est, paupertatis, & substantiæ: *In bona, vel in mala.* facies paupertatis ex se nec bona, nec mala est, sed indifferens: si cor hominis prauum est, illam scilicet faciem paupertatis, ita fœdat, vt nequissima paupertas videatur: si autem bonum est, bonam efficit & pulchram; sic in substantia, vel diuitiis. Si cor cænolentum est, faciem diuitiarum, quæ nec mala, nec bona est, ita fœdat, vt per illarum abusum, mille ipse se fœdet criminibus; si vero cor suum purum ab omni labe conseruat, faciem diuitiarum pulchram reddit, & diuitiis ipsis lucratur cælum, quare cum, *cor sit cogitationum scaturigo*; vt dixit Ambros. faciendum quod ipse præcipit, vt vnusquisque siue pauper sit, siue dines, vitam æternam consequetur, immutando paupertatis, vel diuitiarū faciem in bonam, &c.

143. *Paupertatis facies nec bona nec mala.*

Idem de diuitiis.

Cor cogitationum scaturigo.

D. Ambroſ.

VERS. XXXII.

Vestigium cordis boni, & faciem bonam difficile inuenies & cum labore.

Sensus.

144. *Vestigium animi boni difficile inuenitur.*

VEstigium cordis, &c. q. d. Cum verum sit quod prædocui, faciem plerumque animi dispositionem indicare, certo scirè debes, vestigium animi boni, id est, faciem bonam, quæ rectè animum bonum exprimat, difficile reperiri: aut quia eam rem non facile quis nanciscatur, aut quia neque in aliis inuenitur: pauci enim sunt, & rari, qui diu, & constanter sint læto corde, & facie: cum iusti pauci sint, qui omnia aduersa, quæ in hoc mundo succedunt, perpetiantur, & obdurent: nec ob aliqua sua scelera, non aliquando tristi vultu demitti debeant, & scelerati molestis sæpè curis & sollicitudinibus, etiam in rerum affluentia non crucientur, sicut de auaris dicitur. Rursus alij sunt, qui etsi videantur bonam faciem habere, quæ cordis boni testimonium sit; reuera tamen non habent talem, vt quæ perfectionem, siue fraudulentam, siue necessariam & vtilem non respondeat cordi, &c.

Notæ.

LIcet, *vestigium cordis*, sit idem, quod *facies bona*, aliqui ad sensum non male legunt: *indicium cordis*: nam vultus animi index est, quare ianua vocatur & imago: nam hæc est vna corporis pars, quæ quot animi motus sunt, tot significationes, & commutationes possit efficere, vt posteà explicabimus, *& faciem bonam*, vertunt Complut. & Druſ. *vultus virens*, vel *hilaris*: nam facies bona hilaritate perfusa, quasi virens est, id est, non flacida, &c. Originalia tandem hemistichium secundum sic legunt: *& inuentio parabolarum cogitatio cum labore.* quæ verba disonant à vulgato, quorum censum præbet Iansenius: inuenies difficile ac cum labore vestigium cordis boni, hoc est, faciem bonam, & inuentionem parabolarum, hoc est, abscondirarum sententiarum, quia vtrumque non nisi exercitio virtutis & studij obtinetur, hoc est, nec virtus, quæ sola solidè lætificat, nec sapientia sine labore paratur, &c. Itaque declarat id, quod dixit, ex motu, affectuque animi, vultum quoque variè affici, in eoque expressa extare signa animi læti, rebusque secundis fruentis, aut graui, aut difficili aliqua cogitatione occupari: meditatio enim, atque intentio animi cum labore coniuncta ipso vultu significatur, quemadmodum dicit Persius de accuratis carminibus demersos vngues sapere: ita excogitatio abstrusarum sententiarum, vt animum ita vultum afficit, atque in re cogitata defigit: neque hæc vultus confirmatio significationem habet rei alicuius vitiosæ, sed difficilis, molestæ, aut laboriosæ cogitationis, sed quia non videtur hæc sententia commodum habere sensum, reiicitur à multis, &c.

Explicatio sententiæ.

VEstigium cordis, &c. Persistentes expositores in sensu superioris sententiæ sic explicant. Rabanus: quia multi simulate viuunt, & ficte loquuntur, ideò dicit, difficile hunc inuenire, in quo cor & facies, hoc est, cogitatio & operatio, atque doctrina in bono concordent. Vbicumque autem hoc inueneris, da gloriam Deo, quia ipsius est donum, à quo etiam omne datum optimum, & omne donum est perfectum. Lyra: & quia pauci sunt boni & virtuosi respectu malorum, secundum quod dicitur Eccles. 1. *Stultorum infinitus est numerus*: ideò subditur: *Vestigium cordis*, &c. id est, bonitatem mentis, & exterioris conuersationis simul, inuenies raro & in paucis. Hugo, id est, bonam operationem, & bonam affectionē, & faciem bonam, id est, bonam operationem, & bonam locutionē, & honestam conuersationē, difficile inuenies & cum labore, simul in eodem: non quod non sint in aliquo, sed quia in paucis. Nam *rara auis in terris, nigroq; simillima cygno.* Iuuenal. Satyr. 6. q. d, auctor: Dixi quod secundum cor hominis immutatur facies eius: non tamen semper consonat facies cordi: quia multi sub ouina pelle cor lupinum gerunt, & propter illos dicitur: *Vestigium cordis,*

145. *Sententiæ explicatio.*

Rabanus.

Lyra.

Hugo.

Iuuen.

Dionyſ.

Dionyſ. *cordis*, &c. Dionys. *Vestigium cordis boni*, id est, vera indicia interioris virtuositatis, *& faciem bonam* interiorem, id est, mentem virtuosam: de qua

Psa-18. v.8 Psalmista: *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea.* Difficile inuenies & cum labore, quia perpauci sunt vere iusti & virtuosi. Quamuis etiam

Pauci sunt vere iusti & virtuosi. verum sit in facie exteriore relucere interioris bonitatis indicia. Talia tamen signa non sunt certa, nec certam pariunt notitiam virtuositatis internæ, eo quod multi versuti, imo & aliqui virtuosi, sciant bonam in exteriori vultu apparentiam ac iucundam assumere, non obstante contraria dispositione interiori, & affert exempla Ioab ad Abner & Esther 1. Reg. 13. Heſt. 11.

Palacius. Tandem Palacius: Planè (inquit) cor sanctum faciem sanctam ostendit. At vero vt est difficile cor sanctum inuenire, ita & sanctam faciem. Est autem facies vestigium cordis: ergo faciem bonam difficile inuenies, tum quia rara est, tum quia non cuiusuis est de bona facie ferre iudicium. Nam etiamsi bonus sis de bona facie, non admodum facile iudicabis. Iansenium imitati sumus in sensu.

146. *Difficile inuenitur cor bonum quod faciem bonam reddat.*

Genuina expositio.

Vnde constat sensum, quem expositores reddunt, ad id reduci, vt explicent præcedentis sententiæ intelligentiam. Ibi enim dixerant, cor hominis immutare faciem suam secundum variam dispositionem; si cor bonum est, in bona; si malum, in mala. Nunc autem sequentes hanc expositionem, aiunt, difficile inueniri cor bonum, quod faciem bonam reddat. Nam multi versuti pelles fingunt in facie, quod in corde non habent, simulate enim viuunt, & fictè loquuntur. Sic Raban. Lyra, & Hugo, nec non Dionys. Iansenius, & Palacius sic explicant, quod licet facies vestigium cordis, in eaque cor appareat; quia tamen difficile reperitur cor bonū, sic difficile etiā reperitur hæc bona facies, & hoc vestigium bonum cordis boni. Ergo verius existimo dicendum sicut supra diximus. Diximus enim auctor, ex cordis mutatione procedere mutationem rerum, siue in bonam siue in malam partem. Nunc ait, non facile inueniri hanc mutationem in bonum, quia fere semper homines prauo sunt corde, in eoque vestigium malum inuenitur; non igitur mirum, si facies & incessus ipso etiam malus sit: quare vt in plurimum diuitiis & paupertate in malum vtitur. Ad cuius illustrationem possunt quæ diximus in versu præcedenti deseruire. Versio tandem, quam Iansenius affert & explicat similis ei, quæ ex cæteris originalibus extrahitur, multum discordat à vulgato, & tanquam ab ipso reiectam, nos etiam reiicimus, & omittimus.

FINIS.

IN-

INDEX
LOCORVM S. SCRIPTVRÆ.

Quæ in hoc volumine. vel passim vel ex professo explicantur.

Prior numerus caput, secundus capitis numerum marginalem indicat.

VETVS TESTAMENTVM.

GENESIS.

CAP. 1. vers. 1. IN principio creauit Deus cælum & terram. Cap. 1, Num. 28. & 71.
vers. 26. Faciamus homine ad imaginem &c. cap. 7. num. 180.
v. 27. Creauit Deus hominem ad imaginem, &c. cap. 1. num. 76.
Vers. 31. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat. & erant valde bona. cap. 1. num 72. & 75.
CAP. 2. v. 7. Formauit igitur Deus hominem de limo terræ: & inspirauit eius spiraculum vitæ, &c. cap. 1. num. 178. & cap. 4. num. 51. & 55. & cap. 11. num. 100. & 191.
Vers. 11. Circuit omnem terram Hevilath, &c. c. 11. num. 108.
Vers. 15. Vt operaretur & custodiret illum, &c. c. 7. num. 98.
Vers. 17. Morte morieris cap. 8. num. 40.
Vers. 19. Formatis igitur Dominus Deus de humo, &c. in Isag. num. 8.
Vers. 23. Adduxit eam ad Adam. Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. cap. 3. num. 6.
CAP. 3. v. 1. Callidior cunctis animantibus terræ, &c. cap. 13. num. 32.
CAP. 3. v. 5. Eritis sicut dij scientes bonū & malum. c. 3 n. 89. & c. 7. n. 81. & c. 10. n. 107. & c. 13. n. 4
Vers. 6. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum &c. cap. 3. num. 131.
Vers. 17. Maledicta terra in opere tuo, &c. cap. 7. num. 96. & 98.
Vers. 17. Comedes herbas terræ. cap. 3. num. 24.
Vers. 17. Sub viri potestate eris, &c. c. 9. num. 11.
Vers. 19. Puluis es & in puluerem reuerteris: c. 10. num. 76.
Vers. 19. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. c. 10. num. 196. & 208.
Vers. 20. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua. cap. 3. num. 6.
Vers. 24. Et collocauit ante paradisum voluptatis cherubim, &c. cap. 1. n. 120. & cap. 11. n. 191.
CAP. 4. Possedi hominem per Deum c. 3. n. 54. & c. 12. num. 4.
Vers. 3. Factum est autem post multos dies, &c. c. 5. num. 46.
Vers. 4. Et respexit Dominus ad Abel & ad munera eius. c. 7. n. 234. & c. 11. n. 86. & c. 12. n. 38.
Vers. 6. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? cap. 5. num 16.
Vers. 7. Nonne si bene egeris recipies, &c. c. 7. num. 2. & cap. 10. num. 98.
Vers. 8. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum, &c cap. 8. num. 82.
Vers. 9. Vbi est Abel frater tuus? cap. 4. num. 120.
Vers. 10. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, &c. cap. 4. num. 24.
Vers. 15. Sed omnis qui occiderit Cain, &c. c. 7. n. 20
Vers. 26. Sed & Seth natus est filius quem vocauit Enos, &c. cap. 13. num. 83.
CAP. 6. v. 2. Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, &c. cap. 9. num. 32.
Vers. 6. Et tactus dolore cordis intrinsecus, &c. c. 4. num. 57. & cap. 10. num. 169. & cap. 11. n. 96.
CAP. 7. v. 19. 20. Aquæ præualuerunt nimis, &c. c. 2 num. 88. & 138.
CAP. 8. v. 21. Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines. cap. 4. num. 97.
Vers. 22. Cunctis diebus terræ, semenris & messis, &c cap. 11. num. 177.
CAP. 9. v. 23. At vero Sem & Iaphet pallium imposuerunt, &c. cap. 3. num. 57.
Vers. 25. Maledictus Chanaam seruus seruorum erit &c. cap. 3. num. 48
Vers. 26. Benedictus dominus Deus Sem. c. 3. n. 44.
CAP. 11. v. 3. venite faciamus nobis ciuitatem, &c. cap. 10. num. 125.
CAP. 12. v. 8. Ædificauit quoque ibi altare Domino, &c. c. 13. num. 85.
CAP. 13. v. 2. Erat autē dives valde, &c. cap. 8. n. 9. & cap. 13. num. 134.
CAP. 14. v. 11. Tulerunt omnem substantiam Sodomorum, &c. cap. 4. num. 90.
Vers. 18. Erat enim sacerdos Dei altissimi. c. 1. n. 50.
Vers. 20. Benedictus Deus excelsus, &c. c. 2. n. 93.
CAP. 15. v. 1. Noli timere Abraham, &c. c. 1. n. 157. & cap. 2. num. 49. & 63. & cap. 10. num. 111.
Vers. 2. Domine Deus quid dabis mihi cap. 1. n. 95.
Vers. 2. Ego vadam absque liberis. cap. 1. num. 88.
Vers. 4. Qui egredietur de vtero tuo. cap. 1. num. 21.
Vers. 5. Suspice cælum, &c cap. 1. num. 130.
Vers. 8. Vnde scire possum &c. cap. 3. num. 30.
Vers. 9. Sume mihi vaccam triennem. c. 10. n. 217.
Vers. 11. Descenderunt volucres super cadauera, &c. cap. 10. num. 205.
Vers. 13. Scito præscens quod peregrinum futurum sit, &c. cap. 10. num. 49.
CAP. 16. v. 2. Ingredere ad ancillam meam, si forte, &c. cap. 3. num. 56.
Vers. 4. At illa concepisse se videns, &c. cap. 9. n. 58.
CAP. 18. v. 1. Sedenti in ostio tabernaculi, &c. c. 4. n. 9.
Vers. 2. Cumque eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri, &c. cap. 11. num. 215.

Vers. 9. *Vbi est Sara vxor tua? &c. c.1.num.116.*
Vers. 12. *Dominus meus vetulus est, &c. c.9.n.14.*
Vers. 17. *Num celare potero Abraham, &c. cap.7. num.146.*
Vers. 18. *Et benedicendæ sunt in illo omnes nationes terræ. cap.11.num.201. & cap.3.num.11.*
Vers. 19. *Scio enim quod præcepturus sit, &c. c.7. num.146.*
Vers. 21. *Clamor Sodomorum & Gomorræ multiplicatus est, &c. cap.11.num.52.*
Vers. 27. *Quia semel cœpi, loquar, &c. c.3.n.94. & cap.7.num.106.*
CAP. 19. v. 9. *Ingressus es, inquiunt vt aduena, &c. cap.10.num.5.*
Vers. 14. *Et visus est eis quasi ludens loqui. cap.10. num.98.*
Vers. 17. *Saluæ animam tuam & noli respicere post tergum, &c. cap.10.num.112.*
Vers. 17. *Nec stes in omni circa regione. c.3.n.130.*
Vers. 20. *Cum enim subuerteret Deus ciuitates regiones, &c. cap.3.num.71.*
Vers. 24. *Igitur Dominus pluit super Sodomam, &c. cap.10. num.127. & 146.*
CAP. 21. v. 10. *Eijce ancillã & filium eius. c.3.n.219*
CAP. 22. v. 17. *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, &c. cap.1.num.20.*
Vers. 18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes, &c. cap.3.num.7.*
CAP. 23. v. 3. *Cumque surrexisset ab officio funeris. cap.11.num.212.*
CAP. 24. v. 31. *En Rebecca corã te est, &c. c.9.n.13.*
Vers. 53. *Fratribus quoque eius & matri dona obtulit. cap.7.num.202.*
Vers. 63. *Egressus fuerat ad meditandum, &c. c.7. num.85.*
CAP. 25. v. 25. *Protinus alter egrediens plantam fratris sui tenebat. cap.4.num.128.*
Vers. 31. *Vende mihi primogenita tua, &c. cap.10. num.86.*
CAP. 26. v. 8. *Vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. cap.7.num.152.*
CAP. 16. v. 26. *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, &c cap.9.num.42.*
CAP. 27. v. 14. *Et benedicat tibi anima mea, &c. c.1. num.97.*
Vers. 15. *Et vestibus Esau valde bonis, &c. c.13.n.5.*
Vers. 35. *Venit germanus tuus fraudulenter, &c. cap.11.num.161.*
Vers. 36. *Iuste vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit, &c. cap.13.num.32.*
CAP. 28. v. 12. *Viditque in somnis scalam, &c. cap.2. num.52.*
CAP. 30. v. 13. *Beatam quippe me dicent mulieres. cap.11.num.198.*
Vers. 27. *Inuenium gratiam in conspectu tuo, &c. cap.3.num.76.*
Vers. 30. *Iustum est vt aliquando prouideam domui tuæ, &c. cap.3.num.68.*
CAP. 31. v. 1. *Ditatus est. cap.8.num.9.*
Vers. 2. *Animaduertit enim faciem labam, &c. cap.13.num.141.*
Vers. 5. *Video faciem patris vestri quod non est erga me sicut heri & nudiustertius. cap.12.num.78.*
Vers. 9. *Tulitque Deus substantiam patris vestri, &c. cap.11.num.90.*
Vers. 42. *Afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit Deus. c.7.num.187.*
CAP. 32. v. 12. *Tu locutus es quòd benefaceres mihi. cap.12.num.4.*
Vers. 26. *Dimitte me, iam enim ascendit aurora. c.3.num.24. & cap.6.num.121.*
CAP. 34. v. 12. *Egressa est autem Dina, vt videret mulieres regionis illius, &c. cap.7.num.149.*
Vers. 2. *Quam cum vidisset Sichem, &c. c.9.n.18. & 27. & 36.*
CAP. 37. v. 4. *Videntes autem fratres eius quod à patre plus cunctis filijs amaretur, &c. c.12.num.39.*
Vers. 7. *Putabam nos colligere manipulos, &c. c.1. num.158.*
Vers. 12. *Cumque fratres illius in pascendis gregibus, &c. c.7.num.135.*
Vers. 28. *Vendiderunt Ismaelitis viginti argenteis &c. c.13.num.120.*
CAP. 38. v. 12. *Post luctum consolatione suscepta, &c. cap.7.num.212.*
Vers. 14. *Quæ depositis viduitatis vestibus, &c. c.9. num.18.*
Vers. 17. *Mittã tibi hedũ de gregibus, &c. c.9.n.34.*
Vers. 23. *Habeat sibi, certe mendacij arguere non potest. c.4.num.115.*
CAP. 39. v. 2. *Fuitq; dominus cum eo, &c. c.10.n.32.*
Vers. 3. *Habitauitq; in domo domini, &c. c.10.n.32.*
Vers. 4. *Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo. cap.10.num.221.*
Vers. 8. *Ecce Dominus meus ignorat, &c. c.1.n.152.*
Vers. 9. *Quomodo ergo possum hoc malum facere, &c cap.10.num.110.*
Vers. 12. *Et illa apprehensa lacinia, &c. c.7.num.9.*
CAP. 40. v. 13. *Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, &c. c.13.num. 48.*
CAP. 40. v. 22. *Alterum suspendit in patibulo. c.10. num.111.*
Vers. 23. *Et tamen succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui, &c. c.11. num.176. & c.13.num. 59.*
CAP. 41. v. 3. *Alia quoque septem emergebant de flumine, &c. c.11.num. 176.*
Vers. 9. *Confiteor peccatum meum. cap.12.num.32*
Vers. 33. *Nunc ergo prouideat rex, &c. c.7.n.219.*
Vers. 40. *Tu eris super Domum meam, &c. c.11. num.6. & 47. & 112.*
Vers. 42. *Vestiuitque eum stola byssina. c. 6.n. 131.*
Vers. 42. *Et collo torquem auream circumposuit. cap.6.num.109.*
Vers. 49. *Tantaque fuit abundantia tritici, &c. c.7. num.219.*
CAP. 42. v. 39. *Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, &c. cap.10.num.190.*
CAP. 43. v. 9. *Ego suscipio puerum de manu mea require, &c. cap.8.num.65.*
Vers. 11. *Sumite de optimis terræ fructibus, &c. c.7. num.203. & cap.11.num.16.*
CAP. 45. v. 22. *Singulis quoque proferri iussit binas stolas, &c. cap.10.num.47.*
CAP. 47. v. 21. *A nouissimis terminis Ægypti, &c. cap.7.num.183.*
Vers. 22. *Quibus & statuta cibaria, &c. cap.7. num.172.*
CAP. 48. v. 10. *Oculi caligabant præ nimia senectute, cap.10.num.52.*
CAP. 49. v. 9. *Requiescens accubuisti vt leo. cap. 2. num.135.*
Vers. 10. *Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. c.8. num.65.*
Vers. 11. *Et in sanguine vuæ pallium suum, &c. c.11. num.27.*
Vers. 20. *Seruiuit ergo Iacob pro Rachel, &c. c.10. num.157.*
Vers. 21. *Filius accrescens Ioseph filius accrescens, &c. cap.10.num.32.*

Vers.

Vers. 24. *Inde pastor egressus est lapis Israel. c. 3. num.36. & c.6.num.109.*
Vers. 25. *Deus patris tui erit adiutor tuus, &c. c.3. num.44.*
Vers. 25. *Omnipotens benedicet tibi, &c. c.7.n.199*
CAP. 50. v. 1. *Quod cernens Ioseph ruit super faciem patris, &c. cap.4.num.125.*
Vers. 10. *Vbi celebrantes exequias planctu magno, &c. cap.11.num.190.*
Vers. 18. *Fratres proni in terram adorauerunt, &c. cap.7.num.103.*
Vers. 25. *Mortuus est expletis centum vitæ suæ annis c.4.num.125.*

EXODVS.

CAP. 1. v. 8. *Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph. c.3.num. 102.*
Vers. 11. *Ædificauerunt vrbes tabernaculorum, &c c.7.num.81.*
Vers. 21. *Et quia timuerunt obstetrices Deum, &c. c.3.num.68.*
CAP. 3. v. 3. *Vidi afflictionẽ populi mei, &c. c.4.n.90.*
Vers. 14. *Ego sum qui sum. In Isagog.num.11.*
CAP. 4. v. 21. *Indurauit cor Pharaonis. c.3.n.121. & 138.*
CAP. 5. v. 3. *Ne forte accidat nobis pestis vel gladius. cap.5.num.81.*
CAP. 7. v. 1. *Ecce constitui te Deum Pharaonis. c.2. num.28. & c.4.num.40.*
CAP. 8. v. 29. *Verumtamen noli vltra fallere. c.5.n.27.*
CAP. 9. v. 16. *Idcirco autem posui te vt ostendam, &c. c.4.num.89. & c.11.num.45.*
CAP. 10. v. 3. *Vsquequo non vis subijci mihi? c.13.n.41.*
CAP. 10. v. 24. *Ite Sacrificate Domino. &c. c.3.n.129.*
CAP. 12. v. 27. *Si clamauerint ad me exaudiam eum, &c. In Prolog. num.4. & c.2.num.88.*
CAP. 13. v. 5. *Lacte & melle manantem. c.11.n.24.*
Vers. 21. *Dominus autem præcedebat eos, &c. c.4. num.59.*
CAP. 14. v. 14. *Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis, c.4.num.150.*
Vers. 24. *Et ecce respiciens dominus super castra Ægyptiorum, &c. c.11.n.86.*
CAP. 15. v. 1. *Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, &c. c.9.num.66.*
Vers. 7. *Misisti iram tuã quæ deuorauit, &c. c.5.n.33*
Vers. 9. *Persequar & comprehendam, &c. cap.10. num.127.*
CAP. 16. v. 14. *Cumque operuisset superfaciem terræ, &c. cap.5.num.69.*
Vers. 16. *Quantum sufficit ad vescendum per singula capita, &c. c.11.num.138.*
Vers. 21. *Colligebant autem mane singuli quantum, &c. c.4.num.63. & c.6.num.80.*
Vers. 31. *Gustus eius quasi similæ cum melle, &c. c.11. num.26.*
CAP. 17. v. 14. *Scribe hoc ob monumentum in libro, &c. c.10.num.149.*
CAP. 18. v. 13. *Altera autem die sedit Moyses, &c. c.10. num.5.*
Vers. 21. *Prouide autẽ de omni populo, &c. c.7.n.40*
CAP. 20. v. 6. *Et faciens misericordiam in mille, &c. c.4.num.62.*
Vers. 12. *Honora patrem tuum & matrem tuam. c.3. num.16. & 32.*
Vers. 23. *Non facietis Deos argenteos, &c. c.5.n.4.*
CAP. 21. v. 6. *Applicabitur ad ostium & postes, &c. c.11 num.155.*
CAP. 22. v. 7. *Si quis commendauerit amico pecuniam, &c. c.7.num. 179.*
Vers. 18. *Maleficos non patieris viuere. c.9.num.9.*
Vers. 23. *Vidua & populo non nocebitis. c.4.n. 22.*
Vers. 25. *Si pecuniã mutuam dederis, &c. c.7.n.115.*
Vers. 27. *Si clamauerint ad me. &c. c.2.num.88.*
Vers. 28. *Dijs non detrahes, &c. c. 10. num. 185.*
Vers. 31. *Carnem quæ à bestijs non fuerit prægestata, &c. c.2.num.182.*
CAP. 23. v. 2. *Nec in iudicio plurimorum acquiesces, &c. c.11.num.68.*
Vers. 7. *Mendacium fugies. c.7.num.78.*
CAP. 24. v. 6. *Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, &c. c.11.num 148.*
Vers. 10. *Et sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, &c. cap.1.num.55.*
Vers. 16. *Cumque ascendisset Moyses operuit nubes montem. cap.11.n.189.*
CAP. 25. v. 40. *Iuxta hæc & fac secundum exemplar, &c. In Prol.n.12. & cap.11.num.151.*
CAP. 27. v. 3. *Faciesq; in vsus eius lebetes, c.1.n.129.*
CAP. 28. v. 5. *Quæ magnas ansulas cortina habebit, &c. cap.3.nu.139.*
Vers. 29. *Portabitq; Aaron nomina, &c. in Prol. num.4.*
Vers. 30. *Doctrinam & veritatem. cap.11.n.54.*
Vers. 33. *Deorsum vero ad pedes quasi mala punica tintinnabulis, &c. cap.4.n.133.*
CAP. 31. v. 3. *Ecce vocaui ex nomine Beseleel, &c. c.1. num. 13.*
CAP. 32. v. 2. *Non sequeris turbam ad faciendum malũ, &c. c.7.num.46.*
Vers. 6. *Et sedit populus manducare. c.9.num.31.*
Vers. 9. *Cernio quod populus iste duræ cervicis est. c.3. num.131.*
Vers. 20. *Et contrivit vsque ad pulverem. c.3.n. 128.*
CAP. 33. v. 2. *Et mittam præcursorem tui Angelum, &c. c.11.num.19.*
Vers. 11. *Loquebatur autem dominus ad Moysem facie ad faciem, &c. cap.13.num.17.*
Vers. 15. *Ostende mihi faciem tuam, &c. c.13.n.17*
CAP. 34. v. 8. *Festinusque Moyses curuatus, &c. c.7. num.143 & c.12.num.46.*
Vers. 14. *Noli adorare Deum alienum in Prolog. num.4.*
Vers. 14. *Dominus zelotes nomẽ eius, &c. c.13.n.39*
CAP. 39. v. 23. *Et tintinnabula de auro purissimo, &c. c.10.num.27.*

LEVITICVS.

CAP. 2. v. 1. *Anima cum obtulerit oblationem, &c. c.7.num.189.*
Vers. 11. *Omnis oblatio, quæ offertur domino, &c. cap.11.num.18.*
CAP. 3. v. 9. *Et offerent de pacificorum hostia, &c. c.11. num. 149.*
CAP. 6. v. 12. *Ignis autem in altari semper ardebit. cap.13.num.79.*
CAP. 7. v. 7. *Sicut pro peccato offertur hostia, &c. c.7. num.190.*
Vers. 30. *Tenebit manibus adipem hostiæ, &c. c.7. num.187. & 189.*
CAP. 8. v. 12. *Quod fundens super caput Aaron, &c. c.1.num.77.*
CAP. 11. v. 18. *Hæc sunt quæ de auibus &c. c.1.n.191.*
CAP. 19. v. 11. *Non mentiemini, neque decipiet vnusquisque proximũ suum. c.4.n.115. & c.7.n.78.*
Vers. 13. *Non morabitur opus mercenarij, &c. c.7. num.127. & cap.13.num.36.*
Vers. 15. 16. *Non facies quod iniquum est, &c. Non eris criminator, &c. c.5.num.93. & c.6.n.50. & c.10.num.182.*
Vers. 17. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, &c. cap.1.num.56.*

Vers. 18. *Non quæras vltionem, &c. c. 10. n. 50.*
Vers. 32. *Coram cano capite consurge, &c. cap. 4. n. 28. & cap. 7. n. 87. & c. 8. n. 35.*
Cap. 20. v. 9. *Qui maledixerit patri vel matri, &c. c. 3. num. 73.*
Cap. 25. v. 21. *Dabo benedictionem meam vobis, &c. c. 11. n. 161.*
Cap. 16. v. 11. *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, &c. cap. 4. num. 18.*
Vers. 14. *Quod si non audieritis me nec feceritis, &c. c. 10. n. 171.*
Vers. 23. *Quod si nec volueritis, &c. c. 1. n. 46.*
Vers. 40. *Vsque ad annum Iubileum operabitur apud te, &c. cap. 11. num. 189.*
Cap. 27. v. 30. *Omnes decimæ terræ suæ de frugibus, &c. c. 7. num. 189.*

NVMERI

Cap. 4. v. 20. *Alij nulla curiositate videant quæ sunt &c. cap. 3. nu. 104. & 108.*
Cap. 5. v. 6. *Et per negligentiam transgressi fuerit, &c. cap. 7. num. 190.*
Vers. 14. *Si Spiritus zelotypiæ concitauerit virum, &c. cap. 9. num. 1.*
Cap. 6. v. 3. *A vino & omni quod inebriare potest, &c. cap. 3. num. 119.*
Cap. 10. v. 2. *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, &c. cap. 4. num. 135.*
Cap. 11. v. 34. *Sepulchra concupiscentiæ. c. 11. n. 103*
Cap. 12. v. 3. *Erat enim Moyses vir mitissimus, &c. c. 1. nnn. 182.*
Vers. 6. *Si quis fuerit inter vos propheta. c. 1. n. 104*
Cap. 14. v. 18. *Dominus patiens & multæ misericordiæ, &c. cap. 2. num. 91.*
Cap. 15. v. 30. *Anima vero, quæ per superbiam aliquid commiserit, &c. c. 6. n. 14. & c. 10. n. 60.*
Vers. 38. *Loquere filiis Israel & dices ad eos, &c. c. 6. n. 135.*
Cap. 16. v. 26. *Recedite à tabernaculo hominum impiorum, &c. cap. 12. num. 59.*
Vers. 31. *Dirupta est terra sub pedibus eorum, &c. cap. 10. num. 152.*
Cap. 18. v. 18. *Carnes vero in vsum tuum cedent, &c. cap. 7. nnn. 191.*
Vers. 26. *Præcipe Leuitis atque denuntia, &c. c. 7. num. 192.*
Cap. 19. v. 1. *Præcipe filijs Israel vt adducant ad te vaccam rufam, &c. cap. 8. num. 28.*
Cap. 21. v. 8. *Fac serpentem æneum, &c. c. 7. n. 220.*
Cap. 23. v. 5. *Dominus autem posuit verbum, &c. cap. 1. num. 105.*
Cap. 25. v. 3. *Iratus Dominus ait ad Moysem. & c. c. 7 num. 51.*
Vers. 5. *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. cap. 11. num. 203.*
Cap. 26. v. 11. *Factum est grande miraculum, &c. c. 7. num. 11.*
Cap. 27. v. 20. *Dabis ei præcepta cunctis videntibus, &c. c. 1. num. 68.*
Cap. 33. v. 51. *Disperdite cunctos habitatores, &c. cap. 7. num. 11.*

DEVTERONOMIVM

Cap. 1. v. 17. *Nulla erit distantia personarum, &c. c. 5. n. 93. & cap. 10. num. 182.*
Cap. 4. v. 7. *Non est alia natio tam grandis, &c. c. 4. num. 18.*
Cap. 5. v. 16. *Honora patrem tuum & matrem. c. 10. num. 208.*
Cap. 6. v. 5. *Diliges dominum Deum tuum, &c. cap. 2. n. 123. & c. 7. n. 178. & c. 13 n. 77. & 78.*
Vers. 6. *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, &c. cap. 3. num. 103. & cap. 6. num. 160.*
Vers. 13. *Dominum Deum timebis, & illi soli seruies. cap. 7. num. 171.*
Cap. 7. v. 1. *Cum introduxerit te Dominus Deus, &c. cap. 10. num. 136.*
Cap. 8. v. 2. *Et recordaberis cuncti itineris, &c. cap. 4. num. 93.*
Vers. 3. *Vt ostenderet tibi quod non in solo pane, &c. cap. 5. num. 69.*
Vers. 5. *Vt recogites in corde tuo, &c. in Prol. num. 3.*
Cap. 11. v. 11. *Non sicut terra Ægypti vbi iacto semine, &c. cap. 11. num. 162.*
Vers. 19. *Docete filios vestros vt illa meditentur, &c. num. 91. & 95.*
Cap. 12. v. 19. *Caue ne derelinquas Leuitem, &c. cap. 7. num. 182.*
Cap. 13. v. 3. *Tentat vos dominus Deus vester, &c. c. 11. num. 116.*
Cap. 14. v. 15. *Immundas ne comedatis, Noctuam, &c. cap. 1. num. 193.*
Cap. 15. v. 4. *Et omnino indigens & mendicus non erit, &c. cap. 7. num. 196.*
Vers. 6. *Fœnerabis gentibus multis, &c. c. 8. n. 60.*
Vers. 7. *Si vnus de fratribus tuis ad paupertatem venerit. &c. cap. 4. num. 2.*
Vers. 9. *Caue ne auertas oculos tuos à paupere, &c. cap. 4. num. 22.*
Vers. 11. *Non deerunt pauperes in terra, &c. cap. 7. num. 196. & cap. 13. num. 44.*
Vers. 12. *Cum tibi venditus fuerit frater, &c. cap. 7. num. 133.*
cap. 16. v. 3. *In pauore egressus es de Ægypto. c. 2. n. 10*
Vers. 18. *Vt iudicent populum iusto iudicio, &c. c. 8. num. 10.*
Cap. 17. v. 6. *In ore duorũ vel trium testium stabit omne verbum. cap. 11. n. 52.*
Cap. 18. v. 4. *Lanarum partem ex ouium tonsione. c. 5. num. 67.*
Vers. 15. *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit, &c. cap. 10. nu. 29. & 31.*
Cap. 20. v. 3. *Non pertimescat cor vestrum, &c. cap. 2. num. 10.*
Cap. 22. v. 5. *Abominabilis apud deum est qui facit hæc. cap. 1. num. 189.*
Vers. 8. *Cum ædificaueris domum nouam, &c. cap. 7. num. 47.*
Vers. 9. *Non seres vineam tuam altero semine, &c. cap. 10. num. 109.*
Vers. 11. *Non indueris vestimento quod ex lana, &c. cap. 1. num. 189.*
Vers. 18. *Non offeres mercedem prostibuli, &c. cap. 13. num. 202.*
Cap. 23. v. 4. *Benedicti filij vteri tui. cap. 11. n. 201.*
Vers. 7. *Non abominaberis Idumæum, &c. c. 8. n. 28. & c. 12. num. 14.*
Vers. 17. *Non erit meritrix de filiabus Israel, &c. c. 9. num. 18.*
Vers. 21. *Cum votũ vouer is Deo tuo, &c. c. 8. n. 69.*
Cap. 24. v. 6. *Ne auferas loco pignoris infer iorem & superiorem molam. cap. 5. num. 29.*
Cap. 25. v. 9. *Sic fiet homini qui non ædificat Domum &c. cap. 3. num. 68.*
Vers. 16. *Abominatur enim Dominus Deus tuus enim qui facit hæc, &c. cap. 10. num. 64.*
Cap. 26. v. 7. *Afflixerunt que nos Ægyptij, &c. c. 2. num. 36. & cap. 13. num. 42.*
Cap. 27. v. 9. *Attende & audi Israel. cap. 2. num. 18.*
Cap. 28. v. 3, 5. *Benedictus tu in ciuitate, &c. cap. 3. num. 43. & cap. 4. num. 68. & c. 11. num. 161.*
Cap. 29. v. 18. *Ne forte sit inter vos vir aut mulier, cuius cor auersum est, &c. cap. 2. num. 114.*

Cap. 29. v. 18. *Radix germinans fel & amaritudinem. cap. 1. num. 141.*
Vers. 19. *Cumque odierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, &c. cap. 2. num. 114. & c. 4. num. 68. & c. 5. num. 9. & c. 9. num. 61.*
Vers. 20. *Et dominus non ignoscat ei, &c. c. 9. n. 61.*
Vers. 23. *Sulphure & salis ardore combureris, &c. cap. 9. num. 61.*
Cap. 30. v. 6. *Circuncidet Dominus Deus tuus, &c. c. 1. num. 188.*
Cap. 31. v. 2. *Centum & viginti annorum sum hodie, &c. c. 10. num. 2.*
Cap. 32. v. 2. *Concrescat vt pluuia doctrina mea, &c. c. 5. num. 66.*
Vers. 7. *Memento dierum antiquorũ, &c. c. 2. n. 71.*
Vers. 10. *Et custodiuit quasi pupillam oculi sui c. 10. num. 176.*
Vers. 11. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, &c. cap. 2. num. 106.*
Vers. 12. *Dominus solus dux eius fuit, &c. cap. 2. num. 104.*
Vers. 13. *Vt sugger at mel de petra, c. 11. num. 24.*
Vers. 16. *Heccine reddis domino populo stulte, &c. c. 7. num. 181.*
Vers. 28. *Gens absque consilio est, &c. c. 7. n. 219.*
Vers. 33. *Et veneni aspidum insanabile. c. 12. n. 56.*
Vers. 35. *Mea est vltio & ego retribuam, &c. c. 7. num. 104.*
Vers. 39. *Videte quod ego sim solus, &c. c. 10. n. 109*
Vers. 49. *Morere in monte. c. 1. num. 93.*
Cap. 33. v. 12. *Et Beniamin ait: Amantissimus domino. c. 4. num. 70.*
Vers. 13. v. 16. *De benedictionibus domini terra eius, &c. c. 1. num. 124.*
Cap. 34. v. 5. *Mortuusque est Moyses seruus Domini, &c. c. 1. num. 86.*

IOSVE.

Cap. 1. v. 5. *Non te deseram neque derelinquam, &c. c. 2. num. 49. & 68.*
Vers. 5. *Sicut fui cum Moyse ita ero tecũ. c. 2. n. 78.*
Vers. 8. *Non recedat volumen legis, &c. c. 2. n. 126. & cap. 6. num. 159. & c. 11. n. 113.*
Cap. 3. v. 10. *In hoc inquit scietis quia Dominus, &c. c. 10. num. 144.*
Cap. 5. v. 1. *Dissolutum est cor eorum, &c. c. 2. n. 107*
Vers. 9. *Vocatumque nomen illius Galgala, &c. c. 10. num. 7.*
Vers. 15. *Cecidit Iosue pronus in terram, &c. c. 7. num. 175.*
Cap. 7. v. 11. *Peccauit Israel & præuaricatus est, &c. c. 4. num. 140.*
Cap. 9. v. 14. *Fecitque Iosue cum eis pacem, &c. c. 1. num. 181.*
Cap. 10. v. 24. *Ite & ponite pedes super colla, &c. c. 9. num. 46.*
Cap. 13. v. 6. *Ego sum qui delebo eos, &c. c. 10. n. 136*
Cap. 14. v. 2. *Hoc est quod possederunt filij Israel, &c. c. 10. num. 144.*
Cap. 22. v. 16. *Quæ est ista transgressio, &c. c. 1. num. 173.*
Cap. 23. v. 12. *Quod si volueritis gentium harum, &c. c. 2. num. 108.*

IVDICES.

Cap. 6. v. 12. *Dominus tecum virorum fortissime. c. 1. num. 66.*
Vers. 38. *De nocte consurgens expresso vellere, &c. c. 1. num. 67. & c. 5. num. 67.*
Cap. 8. v. 3. *Quod cum locutus esset, requieuit spiritus, &c. c. 8. num. 27.*
Cap. 9. v. 23. *Misitque Dominus spiritum pessimum, &c. c. 8. num. 25.*
Cap. 13. v. 5. *Erit enim Nazæus Dei, &c. cap. 3. num. 119.*
Cap. 14. v. 2. *Hoc est quod possederant filij Israel, &c. c. 1. n. 144.*
Vers. 5. 6. *Cumque venissent ad vineas populi, &c. c. 3. num. 127.*
Vers. 6. *Dilacerauit Leonem quasi hedum, &c. c. 7. num. 145.*
Vers. 8. *Et ecce examen apum in ore Leonis, &c. c. 11. num. 23.*
Vers. 16. *Quæ fundebat apud Samson lacrymas, &c. cap. 13. num. 68.*
Vers. 18. *Quid dulcius melle? c. 11. n. 16. & 20.*
Cap. 16. v. 17. *Aperuit veritatem. c. 7. num. 163.*
Cap. 18. v. 2. *Qui cum venissent in montem Ephraim, &c. c. 11. num. 216.*
Vers. 21. *Qui cum pergerent & ante se, &c. c. 8. n. 9.*

RVTH.

Cap. 1. v. 8. *Faciat vobiscum dominus misericordiam, &c. cap. 7. num. 201.*
Cap. 3. v. 11. *Scit omnis populus qui habitat, &c. c. 7. num. 160.*
Cap. 4. v. 11. *Sicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel. cap. 3. num. 68.*
Vers. 16. *Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, &c. cap. 9. num. 5.*

REGVM LIB. PRIMVS.

Cap. 1. v. 12. *Vt obseruaret os eius c. 8. num. 59.*
Vers. 13. *Porro Anna loquebatur in corde suo. c. 4. num. 88. & c. 8. num. 59.*
Vers. 15. *Loquebatur in corde suo, tantumque labia ipsius, &c. c. 11. num. 66.*
Cap. 2. v. 5. *Repleti prius pro panibus se locauerunt, &c. c. 10. num. 222.*
Vers. 7. *Dominus pauperem facit & ditat, &c. c. 7. num. 71. & c. 11. num. 81. & 90. & 159.*
Vers. 8. *Suscitat de puluere egenum. c. 10. num. 140. & c. 11. num. 47.*
Vers. 10. *Et dabit imperium regi suo, &c. c. 10. n. 31.*
Vers. 14. *Mittebant eam in lebetem, &c. c. 13. n. 12*
Vers. 30. *Absit hoc à me, sed quicunque, &c. c. 10. num. 167. & 169.*
Vers. 30. *Qui autem contemnunt me erunt ignobiles. c. 10. num. 169.*
Cap. 3. v. 10. *Loquere Domine quia audit seruus tuus. c. 2. n. 79.*
Cap. 5. v. 2. *Tulerunt Philistiim arcam Dei, &c. c. 2. num. 104.*
Cap. 6. v. 5. *Et dabitis Deo Israel gloriam. c. 10. n. 197.*
Vers. 19. *Percussit autem de viris Bethsamitibus, &c. c. 3. num. 109.*
Cap. 7. v. 3. *Si in toto corde vestro reuertimini, &c. c. 2. num. 129.*
Vers. 6. *Hauserunt que aquam & effuderunt, &c. cap. 1. num. 141.*
Vers. 15. *Iudicabat quoque Samuel, &c. c. 10. n. 6.*
Cap. 8. v. 3. *Et non ambulauerunt filij illius, &c. c. 8. num. 19.*
Vers. 5. *Constitue nobis regem vt iudicet nos, &c. c. 10. num. 2.*
Cap. 9. v. 2. *Ab humero & sursum eminebat super omnem populum. c. 11. num. 9.*
Vers. 9. *Olim in Israel sic loquebatur, &c. c. 1. n. 104.*
Cap. 10. v. 11 *videntes autem omnes qui nouerant eum heri, &c. c. 13. num. 128.*
Cap. 10. v. 17. *Filij Belial dixerunt: Num saluare nos poterit, &c. cap. 7. num. 203.*
Cap. 12. v. 12. *Dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis & c. 13. num. 50.*

CAP. 12. v. 14. *Si timueritis Dominum & seruieritis ei, &c, cap. 10. num. 166.*
CAP. 13. v. 13. *Stulte egisti, nec custodisti, &c. cap. 10. num. 20.*
CAP. 14. v. 27. *Ingressus fuerat populus, &c. cap. 2. num. 68. & cap. 11. num. 24.*
CAP. 15. v. 2. *Recensui quæcunque fecit Amalech. cap. 8. num. 33.*
Vers. 3. *Percute Amalech & demolire vniuersa eius, &c. cap. 3. num. 120.*
Vers. 17. *Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, &c. cap. 10. num. 62.*
Vers. 22. *Numquid vult Dominus holocausta, &c. cap. 7. num. 66.*
Vers. 32. *Siccine separat amara mors? cap. 9. n. 68.*
CAP. 16. v. 7. *Ne respicias vultum eius; &c. cap. 10. num. 185. & cap. 11. num. 9.*
Vers. 13. *Tulit ergo Samuel cornu olei &c. cap. 10. num. 174.*
Vers. 21. *Dilexit eum nimis. Misitque Saul ad Isai, &c. cap. 13. num. 59.*
CAP. 17. v. 55. *De qua stirpe descendit hic adolescens? cap. 3. num. 29. & cap. 13. num. 59.*
Vers. 51. *Et tulit gladium eius & eduxit eum. cap. 7. num. 220.*
CAP. 18. v. 1. *Anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, &c. cap. 2. num. 28. & cap. 6. num. 55.*
Vers. 17. *Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi, &c. cap. 13. num. 34.*
Vers. 18. *Quis ego sum, aut quæ est vita mea, &c. cap. 13. num. 54.*
CAP. 20. v. 8. *Si est iniquitas aliqua in me, &c. cap. 2. num. 34.*
Vers. 21. *Quæsierunt ergo eum & non est inuentus &c. cap. 13. num. 54.*
Vers. 25. *Cumque sedisset rex supra cathedram, &c. cap. 7. num. 26.*
Vers. 41. *Osculantes se alterutrum. cap. 1. num. 93.*
CAP. 21. v. 9. *Non est huic alter similis, cap. 7. n. 220.*
CAP. 23. v. 26. *Non perrimescat cor vestrum, &c. cap. 2. num. 10.*
CAP. 24. v. 17. *Cum autem complesset Dauid loquens &c. cap. 6. num. 28.*
Vers. 21. *Et nunc scio quia certissime regnaturus, &c. cap. 10. num. 45.*
CAP. 25. v. 27. *Suscipe benedictionē hanc, &c. c. 1. n. 99*
Vers. 37. *Diluculo indicauit ei vxor sua verba hæc, &c. cap. 11. num. 137.*
CAP. 26. v. 11. *Viuit Dominus, &c. Propitius sit mihi, &c. cap. 1. num. 152.*
CAP. 28. v. 6. *Consuluitque Dominum, & non respondit, &c. cap. 2. num. 99.*
CAP. 30. v. 24. *Æqua pars erit descendentis ad prælium, &c. cap. 12. num. 10.*

REGVM II.

CAP. 1. v. 17. *Planxit autem Dauid, &c. cap. 8. n. 39.*
CAP. 2. v. 5. *Benedicti vos à Domino, &c. c. 7. n. 201.*
CAP. 5. v. 7. *Cepit autem Dauid aream Sion. cap. 4. num. 153.*
Vers. 10. *Et ingrediebatur proficiens, &c. c. 10. n. 33.*
CAP. 6. v. 16. *Ante Dominum qui elegit me, &c. cap. 3. num. 86.*
CAP. 7. v. 12. *Suscitabo semen pro te. cap. 3. num. 29.*
vers. 19. *Ista est enim lex Adam Domine Deus. cap. 3. num. 29.*
CAP. 8. v. 15. *Et regnauit Dauid super omnem Israel, &c. cap. 7. num. 39. & cap. 10. num. 4.*
CAP. 9. v. 7. *Tu comedes panem in mensa mea semper, cap. 11. num. 84. & cap. 12. num. 30.*
CAP. 11. v. 2. *Accidit vt surgeret Dauid de strato, &c. cap. 9. num. 18.*
CAP. 12. v. 3. *Pauper autem nihil habebat, &c. c. 9. n. 5.*
Vers. 3. *Eratque illi sicut filia. cap. 12. num. 17. Et de calice eius bibens. cap. 11. num. 97.*
Vers. 9. *Quare ergo contempsisti verbum Domini? &c. cap. 10. num. 193.*
CAP. 13. v. 14. *Et exosam eam habuit Amnō, c. 9. n. 47*
Vers. 27. *Fecit Absalom conuiuium quasi conuiuium regis. cap. 9. num. 81.*
CAP. 14. v. 14. *Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur, &c. cap. 8. num. 41. & cap. 10. n. 100. & cap. 11. num. 144.*
Vers. 22. *Ioab cadēs super faciem suā, &c. c. 10. n. 175*
CAP. 15. v. 2. *Et mane consurgens Absalom, &c. cap. 3. num. 49.*
Vers. 4. *Quis me constituat iudicem, &c. c. 7. n. 37.*
Vers. 5. *Sed & cum accederet ad eum homo, &c. cap. 6. num. 29.*
Vers. 21. *Viuit Dominus & viuit Dominus meus rex &c. cap. 12. num. 41.*
Vers. 31. *In fatua quæso Domine consilium Achitophel. cap. 12. num. 43.*
CAP. 16. v. 5. *Ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, &c. cap. 1. num. 165.*
Vers. 7. *Egredere vir sanguinum, &c. cap. 8. n. 31.*
Vers. 10. *Dimitte eum vt maledicat, &c. c. 2. n. 37.*
CAP. 18. v. 11. *Si vidisti quare non confodisti? cap. 8. num. 83.*
Vers. 12. *Custodite mihi puerum Absalom, &c. cap. 2. num. 56.*
CAP. 19. v. 22. *Quid mihi & vobis filij Saruiæ, &c. cap. 10. num. 45.*
V. 32. *Veni mecū vt requiescas securus. c. 10. n. 175.*
CAP. 22. v. 29. *Et tu Domine illuminabis tenebras meas. cap. 2. num. 69.*
Vers. 36. *Mansuetudo tua multiplicauit me, cap. 11 num. 111.*
CAP. 23. v. 8. *Sedens in cathedra sapientissimus rex, &c. cap. 7. num. 27.*
CAP. 24. v. 13. *Nunc ergo delibera & vide, &c. cap. 2. num. 57.*
Vers. 14. *Coarctor nimis, sed melius est, &c. cap. 2 num. 131. & 134.*

REGVM III.

CAP. 1. v. 5. *Adonias eleuabatur dicens, &c. cap. 10. num. 138.*
Vers. 30. *Iurauit rex & ait: viuit Dominus, &c. cap. 4. num. 78.*
V. 50. *Si fuerit vir bonus non cadet &, c. 10. n. 48.*
CAP. 2. v. 1. *Appropinquauerunt dies Dauid vt moreretur, &c. cap. 11. num. 207.*
Vers. 7. *Si hodie obedieris populo, &c. cap. 10. n. 3.*
V. 19. *Et sedit super thronum suum, &c. c. 12. n. 51.*
CAP. 3. v. 5. *Apparuit autem Dominus Salomoni, &c. cap. 1. num. 105.*
Vers. 7. 9. *Ego autem sum puer paruulus. Dabis ergo seruo tuo cor docile, &c. cap. 1. num. 14. & cap. 3. num. 9. & 151. & cap. 4. num. 74. & cap. 6. num. 162. & cap. 9. num. 99. & cap. 10. num. 2. & cap. 11. num. 58. & 242.*
Vers. 16. *Tunc venerunt duæ mulieres, &c. cap. 2. num. 103.*
Vers. 23. *Dixit rex: Afferte mihi gladium, &c. cap. 9. num, 99.*
Vers. 25. *Dixit autem mulier cuius filius erat, &c. cap. 2. num. 103.*
Vers. 28. *Audiuit itaque omnis Israel iudicium, &c. cap. 4. num. 74. & cap. 9. num. 99.*

Cap. 4.

CAP. 4. v. 29. *Dedit quoque Deus Sapientiam Salomoni, &c. cap. 1. num. 20. & cap. 11. nu. 108.*
CAP. 8. v. 30. *Vt exaudias deprecationem serui tui, &c. cap. 2. num. 80.*
Vers. 30. *Quodcunque orauerunt in loco isto, &c. cap. 7. num. 91.*
CAP. 10. v. 15. *Omnes reges Arabiæ ducesque terræ. cap. 10. num. 9.*
Vers. 17. *Fecitque rex Salomon thronum de ebore grandem. cap. 11. num. 69.*
Vers. 27. *Fecit vt esset tanta abundantia argenti, &c. cap. 1. num. 20.*
CAP. 11. v. 1. 2. *Et auerterunt mulieres cor eius, &c. cap. 9. num. 43. & cap. 11. num. 242.*
Vers. 2. *His itaque copulatus est Salomon, &c. cap. 7. num. 163.*
CAP. 12. v. 7. *Si hodie obedieris populo. cap. 10. nu. 3.*
Vers. 15. *Et non acquieuit rex populo, &c. cap. 10. num. 20.*
CAP. 13. v. 1. *Adamaret Amnon filius Dauid &c. cap. 13. num. 28.*
CAP. 18. v. 15. *Viuit Dominus exercituum, &c. cap. 8. num. 5. & cap. 9. num. 92.*
Vers. 21. *Claudicatis in duas partes &c. cap. 2. num. 101.*
CAP. 19. v. 4. *Sufficit mihi Domine: Tolle animam meam. cap. 2. num. 34. & cap. 11. num. 166.*
CAP. 20. v. 9. *Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, &c. cap. 11. num. 222.*
CAP. 21. v. 29. *Nonne vidisti Achab humiliatum coram me &c. cap. 11. num. 45.*

REGVM IV.

CAP. 4. v. 4. *Vade pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa &c. cap. 3. num. 64.*
Vers. 29. *Tolle baculum meum in manu tua cap. 3. num. 78.*
CAP. 5. v. 10. *Vade & lauare septies in Iordane, &c. cap. 7. num. 8.*
CAP. 7. v. 20. *Domine aperi oculos istorum vt videant cap. 9. num. 63.*
CAP. 9. v. 22. *Adhuc fornicationes Iezabel, &c. cap. 9. num. 9.*
CAP. 10. v. 14. *Comprehendite eos vitos, &c. cap. 8. num. 83.*
CAP. 11. v. 1. *Interfecit omne semen regium. cap. 10. num. 159.*
CAP. 17. v. 13. *Reuertimini à viis vestris, &c. cap. 3. num. 137.*
CAP. 18. v. 13. *Ecce confidis super baculum arundineum, &c. cap. 5. num. 51.*
Vers. 18. *Egressus est autem ad eos eliacim, &c. cap. 10. num. 36.*
CAP. 19. v. 21. *Spreuit te & subsannauit te, &c. cap. 12. num. 77.*
CAP. 20. v. 7. *Dixit Isaias: Afferte massam ficorum, &c. cap. 11. num. 208.*
Vers. 13. *Lætatus est in aduentu eorum Ezechias, &c cap. 11. num. 214.*
CAP. 22. v. 20. *Et colligeris ad sepulchrum tuum in pace. cap. 1. num. 95.*

PARALIPOMENON. I

CAP. 21. v. 8. *Peccaui nimis, &c. cap. 4. num. 142.*
CAP. 21. v. 13. *Ex omni parte me angustiæ premunt, &c. cap. 2. num. 86.*
CAP. 27. v. 32. *Ionatham autem patruus Dauid, &c. cap. 6. num. 32.*
CAP. 28. v. 9. *Tu autem Salomon fili mi scito Deum &c, cap. 4. num. 103.*
CAP. 29. v. 17. *Scio Deus meus quod probes corda, &c. cap. 1. num. 189.*
Vers. 23. *Sedituque Salomon super solium Domini, &c. cap. 10. num. 28.*

PARALIPOM. II.

CAP. 1. v. 10. *Da mihi sapientiam & intelligentiam &c. cap. 9. num. 99.*
CAP. 2. v. 12. *Benedictus dominus Deus Israel, &c. cap. 5. num. 79.*
CAP. 14. v. 1. *Dereliquit legem domini, &c. cap. 4. num. 104.*
Vers. 14. *Fecit autem malum & non præparauit cor suum, &c. cap. 2. num. 129.*
CAP. 13. v. 13. *Hæc illo loquente Ieroboam, &c. cap. 7. num. 74.*
CAP. 16. v. 12. *Sed magis in medicorum arte confisus est, &c. cap. 11. num. 208.*
CAP. 19. v. 6. *Videte quid faciatis, &c. cap. 10. nu. 6.*
CAP. 20. v. 12. *Cum ignoremus quid agere debeamus, &c. cap. 10. num. 203.*
Vers. 15. *Nolite timere ne paueatis, &c. cap. 2. num. 59.*
Vers. 20. *Credite in Domino Deo vestro. cap. 2. num. 63.*
CAP. 24. v. 20. *Dereliquistis Dominum, vt derelinqueret vos. cap. 4. num. 104.*
CAP. 30. v. 9. *Si vos reuersi fueritis ad Dominum, &c. cap. 2. num. 84.*
CAP. 31. v. 5. *Plurimas obtulerunt primitias, &c. cap. 7. num. 189.*
CAP. 32. v. 31. *Attamen in legatione principum Babylonis, &cap. 2. num. 78.*
CAP. 34. v. 26. *Ad regem autem Iuda, qui misit vos, &c. cap. 3. num. 137.*

ESDRÆ. I. II.

1. Esd. 2. v. 6. *Ipse Esdras ascendit de Babylone & ipse scriba velox in lege Moysi cap. 10. num. 35.*
CAP. 7. v. 12. *& Saraias scriba. cap. 10. num. 35.*
2. esd. 8. v. 4. *Stetit autem Esdras super gradum ligneum, &c. cap. 10. num. 37.*

TOBIAS.

CAP. 1. v. 5. *Hic solus fugiebat consortia, &c. cap. 7. num. 7.*
Vers. 10. *Quem ab infantia timere Deum docuit. cap. 3. num. 21. & cap. 6. num. 80 & cap. 7. num. 147. & cap. 11. num. 201.*
Vers. 19. *Tobias quotidie pergebat, &c. cap. 2. num. 22.*
Vers. 21. *Tobias sepeliebat corpora ebrum. cap. 7. num. 205.*
CAP. 2. v. 1. *Cum esset dies festus Domini &c. cap. 9. num. 80.*
Vers. 15. *Nam sicut beato Iob insultabant reges, &c. cap. 7. num. 68.*
Vers. 18. *Filij sanctorum sumus, &c. cap. 4. nu. 68.*
Vers. 19. *Anna vero vxor eius ibat ad opus textrinum, &c, cap. 10. num. 209.*
Vers. 22. *Ad hæc vero vxor eius irata respondit, &c. cap. 8. num. 31.*
CAP. 3. v. 13. *Benedictum est nomen tuum Deus, &c. cap. 2. num. 91.*
Vers. 17. *Nunquam cum ludentibus miscui me, &c. cap. 7. num. 10.*
Vers. 22. *Non enim delectaris in perditionibus, nostris, &c. cap. 2. num. 30. & cap. 4. num. 96.*
CAP. 4. v. 3. *Et honorem habebis matri tuæ, &c. cap. 7. num. 165.*

Vers. 7. *Ex substantia tua fac eleemosynam, &c. cap.3.num.152.& c.4.num.7.& 19.*
Vers.8.9. *Quomodo potueris esto misericors,&c.c.4. num.36.*
Vers. 10. *Premium enim bonum thesaurizas, &c. cap.3.num.60.*
Vers. 11. *Eleemosyna ab omni peccato liberat. c. 3. num.72.& 155.& 160.& c.7.num.187.*
Vers.14. *Superbiam nunquam in tuo sensu,&c.c.7. num.7.& cap.10.num.118.*
Vers.15. *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, &c. cap.7.num.165.*
Vers.16. *Quod ab alio oderis tibi fieri,&c. c.8.n.43.*
Vers. 18. *Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue.cap.7.num.207.& cap.11. num.194.& cap.12.n.24.& 30.*
Vers.23. *Noli timere fili mi pauperem quidem, &c. cap.10.num.180.& cap.11.num.157.*
Cap.6.v.13. *Puella enim pulchra est,&c.c.7.n.156.*
Vers. 18. *Tu autem cum acceperis eam, &c. cap. 6. num. 122.*
Cap.8. v. 9. *Et nunc domine tu scis quia non Luxuriæ causa,&c.cap.7.num.121.*
Cap.12.v.13. *Et quia acceptus eras Deo,ideo necesse,&c. cap.2.num.41.& cap.4.num.98.*
Cap.14.v.10. *Audite ergo filij mei patrem vestrum, &c.cap.8.num.48.*

IVDITH.

Cap. 5. v.5. *Si digneris audire Domine mi,&c.cap.5. num.76.*
Vers. 17. *Et non fuit qui insultaret populo isti, &c. cap.1.num.173.*
Cap. 6. v.15. *Respice ad nostram humilitatẽ,&c.c.2. num.36.& cap.7.n.72.& cap.13.n.42.*
Cap. 7. v.20. *Tu qui pius es miserere nostri, &c.c.2. num.86.*
Cap.8.v.22. *Memores esse debent quomodo, &c. c.4. num.87.*
Vers. 24. *Corda eorum erigite, &c.cap.2.num.112.*
Cap.10.v.3. *exuit se vestimẽtis viduitatis suæ, &c.c.9. num.40.*
Vers.4. *Cui etiam dominus contulit splendorem,&c. cap.6.num.234.*
Vers.17. *Cum intrasset ante faciem eius, &c. cap.9. num.20.*
Cap.12.v.15. *Et surrexit & ornauit se,&c.c.9.n.40.*
Cap. 16. v.19. *Qui autem timent te magni erunt,&c. cap.10.num.185.*
Vers.20. *Væ genti insurgenti super gentis meum, &c. cap.2.n.115.& cap.7.n.55.& cap.10.n.104.*
Vers. 21. *Dabit enim ignem & vermes, &c. cap.7. num.110.& cap.10.num.104.*

ESTHER.

Cap. 6.v.1. *Noctem illam duxit rex in somnem.c.13. num.74.*
Cap. 6. v. 8. *Homo quem rex honorare cupit, &c.c.6. num.136.& cap.10.num.114.*
Vers.10. *Festina & sumpta stola & equo fac vt locutus es, &c.cap.10.num.189.& cap.11.num.46.*
Vers.11. *Tulit stolam & equum indutumque Mardochæum,&c.c.11.num.48.*
Cap.7. v.8. *Etiam reginam vult opprimere. c.9.n.50. & cap.13.num.130.*
Vers.8. *Cum intrasset conuiuij locum,&c.c.9.n.50. & 67.*
Vers. 8. *Necdum verbum de ore regis exierat, &c. cap.9.num.74.*
Vers. 10. *Suspensus est itaque Aman, &c. cap. 10. num.111.& cap.11.num.49.*
Cap.13.v.9. *Domine Domine rex omnipotens in ditione tua,&c. cap. 10.num.23.*
Cap.14. v. 15. *Tu scis necessitatem meam.&c.cap.11. num.32.*
Cap.16.v.2. *Multi bonitate principum & honore,&c. c.7.num.74.*

IOB.

Cap.1.v.1. *Et recedens à malo.cap.1.num.153.*
Vers. 21. *Dominus dedit Dominus abstulit. cap. 11. num.91.*
Cap.2.v.6. *Verumtamen animam illius serua. cap.4. num.90.*
Vers. 8. *Qui testa saniem radebat, &c.c.6.num.11. & cap.11.num.92.*
Vers. 9. *Adhuc tu permanes in innocentia tua? c.2. num. 22.*
Vers.9. *Benedic Deo & morere.cap.8.num.85.*
Vers. 10. *Si bona suscepimus de manu domini, &c. cap.2.num.33.& cap.11.num.95.& 177.*
Cap.3.v.9. *Expecta Lucem & non videat nec ortum surgentis aurora.cap.11.num.123.*
Cap.4.v.2. *Sed conceptum sermonem tenere quis potest? cap.13.num. 81.*
Cap.4.v.8. *Vidi eos,qui operantur iniquitatem,&c. cap.10.num.148.*
Cap. 5.v. 2. *Virum stultum interficit iracundia. cap.20.num.162.*
Vers. 4. *Longe fiant filij eius à salute cap. 13. num.4.*
Vers.7. *Homo nascitur ad laborem. cap. 7.nu.95. & cap.10.num.196.& 208.*
Vers. 9. *Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absque numero cap.1.num.47.*
Vers.11. *Qui ponit humiles in sublime,&c.cap.10. num.135.*
Vers. 12. *Qui dissipat cogitationes malignantium, &c.cap.10.num.132.*
Vers. 21. *A flagello linguæ absconderis. cap. 11. num.226.*
Vers. 23. *Et bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. cap.6. num.31.*
Cap.6.v.2. *Vtinam appenderentur peccata mea, &c.cap.7.num.5.*
Cap.7. v. 1. *Militia est vita hominis super terram. cap.1.num.96.& cap.11.num.158.*
Vers. 2. *Fructus Spiritus est gaudium, &c. cap. 1. num.118.*
Vers. 7. *Memento quia ventus est vita mea.cap.11. num.100.*
Cap. 8.v.8. *Interroga enim generationem pristinam, &c.cap.2.num.71.*
Vers. 14. *Sicut tela aranearum fiducia eius.c.1. num.200.*
Cap. 9. v. 2. *Vere scio quod ita sit,&c.cap.7.n.31.*
Vers. 28. *Verebar omnia opera mea, &c. cap.10. num.199.*
Vers. 35. *Neque enim possum metuens respondere. cap.4.num.142.*
Cap.10.v.1. *Tædet animam meam vitæ meæ.cap.11. num.205.*
Vers. 12. *Visitatio tua custodiuit Spiritum meum. c.11.num.204.*
Vers.20. *Numquid paucitas dierum meorũ finietur breui? cap.11.num.205.& 208.*
Cap. 11.v.2. *Numquid qui multa loquitur non audiet?&c.cap.7.num.86.*
Vers. 13. *Tu autem firmasti cor tuum. cap. 6. num.162.*

Vers.16.

Vers. 16. *Miseriæ quoque obliuiscetis, &c.cap.11. num.176.*
Cap.12.v. 5. *Deridetur iusti simplicitas. Lampas contempta,&c.cap.3.num.91.*
Vers. 12. *In antiquis est sapientia, &c. cap.6. num.148.*
Vers.14. *Si incluserit hominem nullus est qui aperiat.cap.12.num.21.*
Cap.13.v. 15. *Etiamsi occiderit me in ipso sperabo. cap.2.num.30.& 48.& 66.*
Vers.25. *Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam.c.3.num.94.*
Cap. 14.v. 1. *Homo natus de muliere brevi viuens tempore,&c.cap.10.num.91.*
Vers. 4. *Quis potest facere mundum de immundo, &c.cap.11.num.121.& 122.*
Cap. 15.v. 18. *Sapientes confitentur, &c. cap. 8. num.50.*
Vers. 20. *Cunctis diebus suis impius superbit, &c. cap.10.num.95.*
Vers. 24. *Terrebit eum tribulatio, & angustia valdabit eum, &c.cap.1.num.155.*
Vers. 25. *Contra omnipotentem roboratus est, &c. cap.1.num.155.& cap.5.num.11.*
Vers. 30. *Ramos eius arefecit flamma, &c.cap.10. num.145.*
Vers.32. *Antequam dies eius impleantur,&c.cap.1. num.155.*
Vers. 35. *Concepit dolorem & peperit iniquitatem. cap.1.num.202.*
Cap. 16.v.5. *Consolarer & ego vos sermonibus,&c. cap.2.num.22.& cap.7.num.209.& cap.12. num.77.*
Vers. 13. *Et posuit me sibi quasi in signum. cap.2. num.6.& cap.13.num.19.*
Vers. 15. *Concidit me vulnere super vulnus c.3. num.135.& cap.4.num.13.*
Cap. 17.v. 3. *Libera me & pone me iuxta te &c. cap.8.num.65.& cap.12.num.50.*
Vers.14. *Putredini dixi: Pater meus es,&c. cap10. num.102.*
Cap. 18. v. 8. *Immisit enim in rete pedes suos.cap.5. num.27.*
Vers.13. *Deuoret pulchritudinem cutis eius,&c.c.6 num.19.*
Vers. 14. *Et calcet super eum quasi rex interitus. cap.10.num. 212.& cap. 11. num.208.& 210.*
Vers. 19. *Non erit semen eius, &c. vt Isag. num.14.*
Cap. 19. v.13. *Fratres meos longe fecit à me, &c. cap.13.num.117.*
Cap. 19. v. 20. *Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei,&c.cap.11.num.194.*
Vers.22. *Et carnibus meis saturamini c.11.n.227. & cap.12.num.31.*
Vers.29. *Fugete à facie gladij, &c. cap.12.n.48.*
Cap. 20.v. 11. *Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius,&c.cap.11.num.128.*
Vers. 19. *Quoniam confringens nudauit pauperes, &c.cap.13.num.22*
Vers. 29. *Hæc est pars hominis impij,&c. cap.6. num.24.*
Cap.22.v.6.7. *Abstulisti pignus fratrum tuorum,&c cap.4. num.6.*
Vers.13. *Quid enim nouit Deus? &c.cap.5.n.18.*
Vers.19. *Videbunt iusti & Lætabuntur,&c. cap.9. num.66.*
Vers. 26. *Tunc super omnipotentem deliciis afflues, &c.cap.2.num.74.& cap.11.num.156.*
Vers.29. *Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria. cap.6.num.144.& cap.7.num.72.*
Cap. 23. v. 10. *Et probauit me quasi aurum,&c.c.2 num.45.*
Vers.11. *Vestigia eius secutus est pes meus,&c.c.6. num.117.*
Vers. 15. *Et idcirco à facie eius turbatus sum.cap.1. num.53.*
Vers.16. *Deus mollivit cor meum.cap.2.num.120.*
Cap.24.v.12. *Deus inultum abire non patitur.cap.5. num.14.*
Vers.23. *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ,&c.cap.5. num.22.*
Cap. 27. v. 6. *Iustificationem quam cepi tenere non deseram,&c.cap.11.num.158.*
Vers.10. *Aut poterit in omnipotente delectari, &c. cap.11.num.156.*
Vers.20. *Apprehendet eum quasi aqua inopia.c.11. num.77.& 81.*
Cap. 28. v. 2. *Quis est iste inuoluens sententias. &c. c.8.num.48.*
Vers. 11. *Sapientia vero vbi inuenitur, &c. cap. 6. num.99.*
Vers.15. *Non dabitur aurum obrizum pro ea, &c. c.6.num.68.*
Vers.23. *Deus intelligit viam eius,&c.c.1.num.73.*
Vers.27. *Tunc vidit illam & dinumerauit &c.c.11. num.110.*
Vers.28. *Ecce timor Domini ipsa est sapientia.c.1. num.108.& cap.11.num.110.*
Cap.29.v.7. *Quando procedebam ad portam ciuitatis, &c.cap.7.num.27.*
Vers. 11. *Auris audiens beatificabat me,&c. cap.1. num.99.& c.4.num.44.*
Vers. 12. *Eo quod liberassem pauperem, &c. cap.4. num.38.*
Vers. 13. *Benedictio perituri super me veniebat.c.4. num.42.& cap.7.num.199.*
Vers.14. *Iustitia indutus sum & vestiui me,&c.c.8 num.74.*
Vers.16. *Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam.c.11.num.53.*
Vers. 17. *Conterebam molas iniqui, &c. cap. 4. num.39.*
Vers. 18. *Sicut palma multiplicabo dies. cap. 1. num.20.*
Vers.21. *Qui me audiebant expectabant sententiam, &c.cap.6.num.101.*
Cap.30.v. 4. *Et radix iuniperorum erat cibus eorum. cap.8.num.14.*
Vers.9. *Nunc in eorum canticum versus sum,&c.c.7 num.69.*
Vers.25. *Flebam quondam super eo, &c.c.4.n.18. & cap.7.num.209.*
Cap.31.v.1. *Pepigi fœdus cum oculis meis,&c. cap.9. num.27.& 36.*
Vers. 5. *Si ambulaui in vanitate, &c. cap.11. num.60.*
Vers. 8. *Et progenies mea eradicabitur. cap. 3. num.46.*
Vers. 9. *Si deceptum est cor meũ super muliere, &c. cap.9.num.7.*
Vers.16. *Si negaui quod volebant pauperibus,& oculos viduæ,&c.cap.4.num,9.& 17.*
Vers. 18. *Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, &c. cap. 1.num.113.& cap.6.num.8.& cap.11.num.118.*
Vers. 23. *Semper enim quasi tumentes super me fluctus, &c.cap.1.num.52.*
V.24. *Si putaui aurum robur meum,&c.c.3.n.127.*

Vers.29.

Vers. 29. *Si gaudisus sum ad ruinam eius, cap. 8. num. 39.*
Vers. 32. *Foris non mansit peregrinus. c. 11. nu. 215.*
Cap. 32. v. 6. *Iunior sum tempore vos autem antiquiores, &c. cap. 12. num. 77.*
Cap. 34. v. 13. *Spiritum illius & flatum ad se trahet. c. 11. num. 100.*
Vers. 19. *Subito moriemur, & in media nocte, &c. cap. 10. num. 95.*
Vers. 24. *Conteret multos innumerabiles, &c. c. 10. num. 137.*
Vers. 30. *Qui regnare facit hominem hypocritam, &c. c. 10. num. 25.*
Cap. 36. v. 5. *Deus potentes non abijcit, &c. cap. 11. num. 49.*
Vers. 7. *Non auferet à iusto oculos suos, &c. c. 10. num. 139. & cap. 11. num. 91.*
Vers. 13. *Simulatores & callidi prouocant iram Dei c. 1. num. 189.*
Vers. 18. *Non te ergo superet ira, &c. cap. 8. n. 18.*
Vers. 24. *Quis poterit scrutari vias eius, &c. cap. 1. num. 48.*
Cap. 38. v. 6. *Super quo bases illius solidate sunt. c. 6. num. 129.*
Vers. 16. *Numquid ingressus es profunda maris, &c. c. 1. num. 23.*
Vers. 19. *In qua via lux habitat. cap. 4. num. 99.*
Vers. 28. *Quis est pluuiæ pater? &c. cap. 1. num. 21. & 123.*
Vers. 30. *In similitudinem lapidis, &c. cap. 3. num. 123.*
Cap. 39. v. 6. *Cui dedit in solitudine domum, &c. cap. 13. num. 108.*
Cap. 39. v. 16. *Penna strutionis similis est pennis herodij, &c. cap. 12. num. 3.*
Vers. 24. *Feruens & fremens sorbet terram, cap. 13. num. 23.*
Cap. 40. v. 14. *Principium viarum Dei. cap. 1. num. 28.*
Cap. 41. v. 25. *Regem super vniuersos filios superbiæ. cap. 10. num. 62.*
Cap. 42. v. 11. *Comederunt cum eo panem, &c. c. 12. num. 77.*
Vers. 12. *Dominus autem benedixit nouissimis Iob. c. 1. num. 94. & c. 11. num. 92.*

PSALMI.

Psal. 1. v. 1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, &c. c. 11. n. 68. & 195. & 198. & 237.*
Vers. 1. *In via peccatorum non stetit cap. 6. n. 148. & cap. 8. num. 76.*
Vers. 2. *Et in lege domini voluntas eius, &c. cap. 2. num. 126. & cap. 3. num. 103. & cap. 6. num. 159. & cap. 11. num. 113.*
Vers. 3. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est, &c. cap. 11. num. 133. & 165.*
Vers. 3. *Et omnia quæcumque faciet prosperabuntur. cap. 4. num. 67. & cap. 11. num. 130.*
Vers. 4. *Quem proijcit ventus à facie terræ cap. 2. num. 68. & cap. 10. num. 148.*
Psal. 2. v. 3. *Dirumpamus vincula eorum, &c. c. 11. num. 239.*
Vers. 4. *Qui habitat in cœlis irridebit eos, &c. c. 12. num. 79.*
Vers. 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo. c. 10. num. 31.*
Vers. 7. *Filius meus es tu, ego hodie genui te. cap. 10. num. 39.*
Vers. 9. *Et tanquam vas figuli, confringes eos. c. 13. num. 14.*
Vers. 10. *Et nunc reges intelligite, &c. cap. 10. n. 3.*
Vers. 11. *Seruite domino in timore, &c. c. 4. n. 87. & cap. 7. num. 171. & cap. 9. num. 82. & c. 10. num. 199.*
Vers. 12. *Apprehendite disciplinam. c. 11. num. 112.*
Vers. 13. *Beati omnes qui confidunt in eo cap. 2. num. 74.*
Psal. 4. v. 2. *In tribulatione dilatasti mihi cap. 1. num. 138.*
Psal. 5. v. 6. *Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. cap. 12. num. 16. & 51.*
Vers. 7. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem. c. 7 num. 82. & cap. 10. num. 142.*
Vers. 7. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium. cap. 7. num. 82. & cap. 11. num. 233.*
Vers. 8. *Adorabo ad templum sanctum tuum. c. 7. num. 171.*
Vers. 11. *Sepulchrum patens est guttur eorum. c. 11. num. 220.*
Vers. 13. *Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. cap. 2. num. 93.*
Psal. 6. v. 1. *Ne in furore tua arguas me, &c. cap. 2. num. 133.*
Vers. 3. *Miserere mei Domino, quoniam infirmus sum, &c. cap. 3. num. 23.*
Vers. 7. *Laboraui in gemitu meo, &c. cap. 1. num. 141.*
Psal. 7. v. 12. *Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, &c. cap. 5. n. 20.*
Psal. 8. v. 3. *Ex ore infantium & lactentium, &c. c. 4. num. 27.*
Vers. 5. *Gloria & honore coronasti eum, &c. cap. 1. num. 87. & cap. 10. num. 41.*
Psal. 9. v. 7. *Perijt memoria eorum cum sonitu. c. 10. num. 154.*
Vers. 10. *Et factus est Dominus refugium pauperi, &c. c. 2. num. 27.*
Vers. 10. *Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. c. 13. num. 87.*
Vers. 11. *Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum, &c. cap. 2. num. 76.*
Vers. 17. *Cognoscetur Dominus iudicia faciens, &c. cap. 7. num. 3.*
Vers. 23. *Cū superbit impius incenditur pauper. c. 10. num. 58.*
Vers. 24. *Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, &c. cap. 13. num. 121.*
Vers. 29. *Sedet in insidijs cum diuitibus, &c. cap. 12. num. 73. & cap. 13. num. 22. & cap. 13. num. 104.*
Vers. 31. *Insidiatur vt Leo, insidiatur vt rapiat pauperem, &c. cap. 13. num. 29.*
Vers. 34. *Contere brachium peccatoris, &c. cap. 2. num. 90.*
Vers. 35. *Quæretur peccatum illius & non inuenietur, cap. 3. num. 149.*
Vers. 47. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, &c. cap. 4. num. 17.*
Psal. 10. *Secundum Heb. v. 11. Dixit enim in corde suo: oblitus est, Deus, &c. cap. 5. num. 18.*
Vers. 14. *Tibi derelictus est pauper, &c. cap. 4. num. 23.*
Psal. 10. v. 2. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, &c. cap. 13. num. 100.*
Vers. 5. *Oculi eius in pauperē respiciunt. c. 13. n. 114.*
Psal. 10. v. 6. *Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam. cap. 10. num. 215.*
Psal. 11. v. 3. *In corde & corde loquuti sunt. c. 1. n. 189. & 199. & cap. 12. n. 66. & c. 11. n. 221.*

Vers. 5. *Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, &c. cap. 2. num. 99.*
Psal. 13. v. 1. *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. cap. 5. num. 17.*
Vers. 2. *Dominus de cælo prospexit super filios hominum, &c. cap. 1. num. 79.*
Vers. 3. *Sepulchrum patens est guttur eorum, &c. cap. 11. num. 233.*
Vers. 3. *Venenum aspidum in labijs eorum. cap. 11. num. 222.*
Vers. 3. *Non est timor Dei ante oculos eorum, &c. cap. 1. num. 82.*
Vers. 3. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. c. 8. num. 84.*
Vers. 4. *Qui deuorant plebem meam vt escam panis, &c. c. 11. num. 228. & cap. 13. num. 104.*
Psal. 14. v. 3. *Quis habitabit in tabernaculo tuo? &c. cap. 11. num. 229.*
Vers. 4. *Ad nihilum deductus est, &c. c. 10. n. 183.*
Vers. 4. *Timentes autem dominum glorificat. c. 10. num. 183.*
Psal. 15. v. 6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris, &c. cap. 1. num. 92.*
Vers. 8. *Prouidebam dominum in conspectu meo semper, &c. cap. 9. num. 92.*
Vers. 11. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. cap. 13. num. 46.*
Psal. 16. v. 3. *Igne me examinasti sicut examinatur argentum. c. 11. num. 191.*
Vers. 5. *Perfice gressus meos in semitis tuis, &c. c. 11. num. 158.*
Vers. 8. *Custodi me vt pupillam oculi. c. 10. num. 176.*
Vers. 12. *Susceperunt me sicut Leo, &c. cap. 12. num. 73.*
Psal. 17. v. 3. *Protector meus & cornu salutis meæ. cap. 1. num. 160.*
Vers. 7. *In tribulatione mea inuocaui Dominum, &c. c. 10. num. 202.*
Vers. 14. *Altissimus dedit vocem suam, cap. 1. num. 50.*
Vers. 22. *Quia custodiui vias domini, &c. cap. 6. num. 118.*
Vers. 27. *Cum peruerso peruerteris. c. 7. n. 6. & 7. & cap. 8. num. 23. & cap. 12. num. 59. & c. 13. num. 3.*
Vers. 28. *Quoniam tu populum humilem saluum facies, &c. cap. 10. num. 78. & 83.*
Vers. 29. *Deus meus illumina tenebras meas. cap. 2. num. 69.*
Vers. 36. *Et disciplina tua correxit me in finem. c. 11 num. 111.*
Vers. 36. *Et disciplina tua ipsa me docebit. c. 1. num. 182. & cap. 3. num. 76.*
Vers. 46. *Filij alieni mentiti sunt mihi, &c. cap. 2. num. 101.*
Psal. 18. v. 8. *Lex Domini immaculata conuertens animas, &c. cap. 11. num. 114.*
Psal. 20. v. 5. *Desiderium cordis eius tribuisti ei, &c. cap. 4. num. 10.*
Psal. 21. v. 5. *In te sperauerunt patres nostri, &c. c. 2. num. 76.*
Vers. 7. *Ego autē sum vermis & non homo. c. 9. n. 89 & cap. 11. num. 5.*
Vers. 8. *Omnes videntes me deriserunt me, &c. cap. 12. num. 77. & 79.*
Vers. 15. *Sicut aqua effusus sum. cap. 1. num. 68.*
Vers. 15. *Factum est cor meum tanquam cera liquescens, &c. cap. 7. num. 107.*
Vers. 28. *Reminiscentur & conuertentur ad dominum, &c. cap. 10. num. 40.*
Psal. 22. v. 4. *Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, &c. cap. 12. num. 50.*
Psal. 23. v. 1. *Domini est terra & plenitudo eius, &c. cap. 10. num. 27.*
Vers. 5. *Hic accipiet benedictionem à domino, &c. cap. 7. num. 200. & cap. 10. num. 33.*
Psal. 24. v. 3. *Etenim vniuersi qui sustinent te, &c. cap. 2. num. 76.*
Vers. 7. *Hunc humiliat & hunc exaltat cap. 10. num. 139.*
Vers. 9. *Docebit mites vias suas. cap. 3. num. 94. & cap. 5. num. 66.*
Vers. 10. *Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, &c. cap. 11. num. 147.*
Vers. 14. *Quis est homo qui timet Dominum, &c. cap. 1. num 89.*
Vers. 16. *Respice in me & miserere mei, &c. c. 11. num. 89.*
Vers. 17. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt. cap. 2. num. 21.*
Vers. 19. *Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, &c. c. 5. num. 35.*
Psal. 25. v. 4. *Non sedi cum consilio vanitatis, &c. c. 11 num. 68. & cap. 13. num. 3*
Psal. 26. v. 1. *Dominus illuminatio mea. c. 2. n. 68.*
Vers. 7. *Appropiant super me nocentes, &c. cap. 11. num. 227.*
Vers. 9. *Ne auertas faciem tuam à me, &c. c. 2. n. 85. & c. 4. num. 7.*
Vers. 11. *Legem pone mihi Domine in via tua. c. 6. num. 118.*
Vers. 14. *Expecta dominum viriliter age, &c. cap. 2. num. 29. & cap. 6. num. 84.*
Psal. 27. v. 9. *Benedic hereditati tuæ. c. 7. num. 200.*
Psal. 28. v. 5. *Vox Domini confringentis cedros. c. 13. num. 4.*
Psal. 29. v. 6. *Quoniam ira in indignatione eius, &c. cap. 1. num. 156.*
Vers. 7. *Ego autem dixi in abundantia mea, &c. cap. 11. num. 175.*
Psal. 30. v. 3. *esto mihi in Deum protectorem, &c. c. 2. num. 93.*
Vers. 13. 14. 15. *Infirmata, est in paupertate virtus mea, &c. cap. 13. num. 118.*
Vers. 18. *Domine non confundar quoniam inuocaui te. cap. 2. num. 79.*
Vers. 20. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, &c. cap. 1. num. 94. & cap. 10. num. 176.*
Vers. 21. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, &c. cap. 2. num. 93. & cap. 6. num. 128. & cap. 10. num. 176. & cap. 11. num. 226.*
Vers. 24. *Retribuet abundanter facientibus superbiam. cap. 7. num. 20.*
Psal. 31. v. 1. 2. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c. cap. 8. num. 32.*
Vers. 10. *Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. cap. 2. num. 57. & 64.*
Psal. 32. v. 7. *Congregans sicut in vtre aquas maris, cap. 11. num. 110.*
Vers. 18. *Ecce oculi Domini super timentes eum, &c. cap. 2. num. 59. & cap. 10. num. 177. & cap. 11. num. 173.*
Psal. 33. v. 6. *Accedite ad eum & illuminamini, &c. cap. 2. num. 68. & 75. & 126.*
Vers. 9. *Gustate & videte quoniam suauis est dominus. cap. 2. num. 87. & cap. 10. num. 177.*
Vers. 11. *Diuites eguerunt & esurierunt, &c. c. 10. num. 222. & cap. 11. num. 81. & cap. 15. n. 107*
Vers. 12. *Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. cap. 1. num. 86. & cap. 3. nu. 10. & 37.*

Verſ. 16. Oculi Domini ſuper iuſtos, &c. cap. 11. num. 87.
Verſ. 17. Vultus autem Domini ſuper facientes mala. cap. 10. num. 151.
Verſ. 22. Mors peccatorum peſſima. cap. 10. num. 92.
Verſ. 25. Iunior fui etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, &c. c. 12. num. 19.
PSAL. 34. v. 9. 13. Quoniam ſi inimicus meus maledixeſſit mihi, &c. cap. 12. num. 32.
Verſ. 26. Induantur confuſione & reuerentia, &c. cap. 5. num. 85.
PSAL. 35. v. 3. Quoniam doloſe egit in conſpectu eius, &c. cap. 2. num. 92.
Verſ. 9. Inebriabuntur ab vbertate Domus tuæ, &c. c. 1. n. 127. & 128.
Verſ. 10. Quoniam apud te eſt fons vitæ, &c. cap. 1. num. 35.
PSAL. 36. v. 1. Noli æmulare in malignantibus, etc. cap. 9. num. 64. & cap. 11. num. 154. & 156.
Verſ. 4. Delectare in Domino, &c. cap. 2. num. 74.
Verſ. 5. Reuela Domino iram tuam, &c. c. 2. n. 50. & 74.
Verſ. 7. Noli æmulari in eo qui proſperatur, &c. c. 9. num. 58.
Verſ. 12. Obſeruabit peccator iuſtum, &c. cap. 8. num. 59.
Verſ. 14. Gladium euaginauerunt peccatores, &c. cap. 13. num. 99.
Verſ. 16. Melius eſt modicum iuſto, &c. cap. 13. num. 133.
Verſ. 20. Inimici domini mox vt honorificati fuerent, &c. cap. 7. num. 26.
Verſ. 21. Iuſtus autem miſeretur & tribuet. cap. 1. num. 183. & cap. 3. num. 81.
Verſ. 25. Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. cap. 2. num. 77. & cap. 4. n. 79. & cap. 7. num. 175. & 183. & cap. 11. n. 197.
Verſ. 20. Os iuſti meditabitur ſapientiam. cap. 3. num. 150.
Verſ. 32. Conſiderat peccator iuſtum, &c. cap. 11. num. 222.
Verſ. 35. Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedrus libani, &c. cap. 3. num. 148. & c. 9. num. 62. & cap. 10. num. 100. & cap. 11. num. 197.
Verſ. 36. Et tranſiui & ecce non erat, &c. cap. 10. num. 90.
PSAL. 37. v. 7. Miſer factus ſum & curuatus, &c. c. 7 num. 145. & cap. 12. num. 46.
Verſ. 5. Quoniam iniquitates ſupergreſſæ ſunt, &c. cap. 11. num. 184.
Verſ. 13. Et qui inquirebant mala mihi, &c. cap. 2. num. 37.
PSAL. 38. v. 3. Conculcauit cor meũ intra me, &c. c. 3. num. 103.
Verſ. 6. Menſurabiles poſuiſti dies meos. cap. 10. num. 91.
Verſ. 7. Veruntamen in imagine pertranſit homo, &c. cap. 11. num. 144. & cap. 13. num. 94.
Verſ. 12. Vane conturbatur omnis homo. cap. 11. num. 74.
Verſ. 14. Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeam, &c. cap. 11. num. 205.
PSAL. 39. v. 3. Et ſtatuit ſupra petram pedes meos, &c. cap. 11. num. 158.
Verſ. 6. Multa feciſti tu Domine Deus mirabilia tua, &c. cap. 11. num. 39.
Verſ. 9. vt faciam voluntatem ſuam, &c. in Prol. num. 12. & cap. 1. num. 71.
Verſ. 18. Dominus ſollicitus eſt mei cap. 2. num. 49.
PSAL. 40. v. 1. Beatus qui intelligit ſuper egenum, &c cap. 3. num. 70. & cap. 7. num. 60.
Verſ. 5. Ego dixi Domine miſerere mei, &c. cap. 3. num. 23.
PSAL. 41. v. 3. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei, cap. 11. num. 193. & 205.
Verſ. 5. Hæc recordatus ſum & effudi in me animam meam, &c. cap. 9. num. 83.
Verſ. 8. Abyſſus abyſſum inuocat. cap. 3. num. 140 & 141.
Verſ. 9. In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam. cap. 2. num. 89.
PSAL. 42. v. 1. Ab homine iniquo & doloſo erue me. cap. 11. num. 216.
PSAL. 43. v. 3. Manus tua gentes diſperdit, &c. c. 10. num. 143.
Verſ. 12. Dediſti nos tanquam oues eſcarum cap. 4. num. 95. & c. 12. num. 22.
Verſ. 14. Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus, &c. c. 13. num. 37.
Verſ. 16. Et confuſio faciei meæ cooperuit me. cap. 4. num. 119.
Verſ. 20. Humiliaſti nos in loco afflictionis. cap. 2. num. 36.
Verſ. 22. Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis, &c. c. 10. num. 201.
PSAL. 44. v. 8. Vnxit te Deus Deus tuis, &c. cap. 1. num. 27.
Verſ. 10. Adſtitit regina à dextris tuus, &c. c. 12. num. 51.
Verſ. 14. Omnis gloria filiæ regis ab intus. c. 10. n. 89
PSAL. 45. Titulus explicatus. cap. 7. num. 11.
Verſ. 9. Venite & videte opera Domini, &c. c. 11. num. 39.
PSAL. 46. v. 1. Omnes gentes plaudite manibus, &c. cap. 1. num. 52.
Verſ. 2. Quoniam dominus excelſus terribilis, &c. c. 10. num. 24.
PSAL. 48. v. 7. Qui confidunt in virtute ſua, &c. c. 5. num. 53. & cap. 11. num. 172.
Verſ. 11. Simul inſipiens & ſtultus peribunt. cap. 8. num. 80. & cap. 10. num. 194.
Verſ. 12. Relinquent alienis diuitias ſuas, &c. c. 11. num. 145.
Verſ. 13. Homo cum in honore eſſet nõ intellexit, &c cap. 10. num. 157.
Verſ. 15. Sicut oues in inferno poſiti ſunt. cap. 7. num. 113.
Verſ. 17. Ne timueris cum Diues factus fuerit homo, &c. cap. 11. num. 81.
PSAL. 49. v. 11. Pulchritudo agri mecum eſt. cap. 10. num. 112.
Verſ. 12. Si eſuriero non dicam tibi, &c. cap. 10. num. 23.
Verſ. 15. Inuoca me in die tribulationis, &c. cap. 2. num. 79. & 82.
Verſ. 17. Tu vero odiſti diſciplinam, &c. cap. 7. num. 102.
Verſ. 18. Si videbas furem currebas cum eo, &c. c. 7 num. 12. & cap. 11. num. 155.
Verſ. 19. Os tuum abundauit malitia, &c. cap. 11. num. 238.
Verſ. 21. Exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis, &c. cap. 11. num. 183.
Verſ. 21. Arguam te & ſtatuam contra faciem tuam cap. 4. num. 93.
PSAL. 50. v. 7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, &c. cap. 11. num. 119. & 122.
Verſ. 8. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. cap. 4. num. 98. & cap. 3. num. 108.

Verſ. 19. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, &c. cap. 7. num. 194.
Verſ. 19. Cor contritum & humiliatum Deus non diſpicies. cap. 7. num. 108. & cap. 8. num. 28.
PSAL. 51. v. 1. Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate? cap. 11. num. 127.
Verſ. 4. Tota Die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, &c. cap. 11. num. 233.
Verſ. 6. Dilexiſti omnia verba præcipitationis. c. 11. num. 227.
Verſ. 7. Propterea Deus deſtruet te in finem, &c. cap. 10. num. 130.
Verſ. 9. Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, &c. cap. 11. num. 172. & 173.
PSAL. 52. Titulus explicatus. cap. 2. num. 5.
PSAL. 53. v. 8. Voluntarie ſacrificabo tibi, &c. cap. 4. num. 142.
PSAL. 54. v. 9. Expectabam eum qui ſaluum fecit. &c cap. 7. num. 55.
Verſ. 7. Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, &c. cap. 13. num. 81.
Verſ. 13. Quoniã ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, &c. cap. 6. num. 32. & cap. 12. num. 71.
Verſ. 18. Veſpere & mane & meridie narrabo, &c. cap. 3. num. 25. & cap. 13. num. 61.
Verſ. 21. Extendit manum ſuã in retribuendo. c. 13. num. 44.
Verſ. 23. Iacta ſuper dominum curam tuam, &c. c. 2 num. 51. & cap. 11. num. 156.
PSAL. 55. v. 7. Inhabitabunt & abſcondent: ipſi calcaneum meum obſeruabunt. cap. 11. num. 224.
PSAL. 56. v. 3. Clamabo ad Deum altiſſimum. cap. 1. num. 50.
Verſ. 5. Filij hominũ dentes eorum, &c. c. 11. n. 234.
Verſ. 11. Quam magna eſt vſque ad cælos miſericordia tua. cap. 2. num. 88.
PSAL. 57. v. 4. Alienati ſunt peccatores à vulua, &c. cap. 11. num. 122.
Verſ. 5. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. cap. 12. num. 56.
Verſ. 9. Supercecidit ignis & non viderunt ſolem. cap. 9. num. 48.
Verſ. 11. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. &c cap. 3. nu. 23. & cap. 5. nu. 49. & cap. 9. nu. 66.
PSAL. 58. v. 3. Eripe me de operantibus iniquitatem, &c cap. 11. num. 234. & cap. 12. num. 69.
Verſ. 53. Delictum oris eorum, &c. cap. 6. num. 3.
PSAL. 61. v. 4. Quouſque irruitis in hominem, &c. cap. 12. num. 74.
Verſ. 11. Nolite ſperare in iniquitate, &c. cap. 11. num. 78.
Verſ. 11. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. cap. 7 num. 5. & 50. & cap. 10. num. 223. & cap. 11. num. 173. & 178.
Verſ. 12. Semel loquutus eſt Deus, &c. cap. 2. n. 136. & cap. 5. num. 31.
PSAL. 62. v. 6. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. cap. 11. num. 63.
Verſ. 9. Adhæſit anima mea poſt te, &c. cap. 2. n. 25 & cap. 13. num. 94.
Verſ. 10. Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meã &c. cap. 11. num. 78.
PSAL. 63. v. 5. Intenderunt arcum rem amaram, &c. cap. 12. num. 48.
PSAL. 64. v. 10. Viſitaſti terram & inebriaſti eam, &c. cap. 1. num. 39.
Verſ. 12. Benedices coronæ benignitatis tuæ, &c. c. 1. num. 124.
Verſ. 14. Et valles abundabunt frumento. cap. 12. num. 28.
PSAL. 65. v. 12. Tranſiuimus per ignem & aquam, &c. cap. 2. num. 42.
PSAL. 67. v. 5. Dominus nomen illi. cap. 1. num. 53.
Verſ. 23. Dixit Dominus ex Baſan conuertam, &c. cap. 1. num. 40.
Verſ. 25. Viderunt ingreſſus tuos Deus, &c. cap. 1. num. 40.
Verſ. 29. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. cap. 11. num. 150.
PSAL. 68. v. 17. Et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. cap. 4. num. 14.
Verſ. 21. Et ſuſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur, &c. cap. 7. num. 210.
Verſ. 23. Fiat menſa eorum in laqueum. cap. 9. n. 89
Verſ. 27. 28. Quoniam quem tu percuſſiſti, &c. Appone iniquitatem, &c. cap. 7. num. 69.
PSAL. 70. v. 4. Deus meus eripe me de manu peccatoris, &c. cap. 2. num. 26.
Verſ. 16. Et perfice eam, quam plantauit, &c. cap. 3. num. 84.
Verſ. 18. Vſque in ſenectam & ſenium ne derelinquas me. cap. 11. num. 152.
PSAL. 71. v. 1. Deus iudicium tuum regi da, &c. cap. 10 num. 3. & 31.
Verſ. 6. Deſcendet ſicut pluuia in vellus, &c. cap. 1. num. 67.
Verſ. 7. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. cap. 10. num. 9.
Verſ. 8. Et dominabitur à mari vſque ad mare, &c. cap. 10. num. 9.
Verſ. 17. Sit nomen eius benedictum in ſæcula. In Iſago. num. 14.
PSAL. 72. v. 1. Quam bonus Iſrael Deus cap. 2. n. 135.
Verſ. 2. Mei autem pene moti ſunt pedes, &c. cap. 9. num. 59.
Verſ. 5. In labore hominum non ſunt, &c. cap. 10. num. 196.
Verſ. 7. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, &c. cap. 10. num. 196.
Verſ. 8. Cogitauerunt & locuti ſunt nequitiam. Poſuerunt in cælum os ſuum, &c. cap. 11. num. 226.
Verſ. 19. Perierunt propter iniquitatem ſuam. c. 10. num. 68.
Verſ. 20. Velut ſomnium ſurgentium Domine, &c. cap. 13. num. 74.
Verſ. 24. Tenuiſti manum dexteram meam, &c. cap. 4. num. 57.
Verſ. 27. Ecce qui elongant ſe à te peribunt. cap. 13. num. 60. & 62.
PSAL. 72. v. 28. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, &c. cap. 13. num. 95.
PSAL. 73. v. 23. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. cap. 10. num. 58.
PSAL. 74. v. 5. Et delinquentibus nolite exaltare cornu, &c. cap. 6. num. 9.
PSAL. 75. v. 6. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. c. 5. n. 7. & c. 11. n. 144.
Verſ. 13. Terribili & ei qui aufert ſpiritum principũ, &c. cap. 10. num. 63.
PSAL. 76. v. 6. Cogitaui dies antiquos, &c. c. 3. n. 26.
Verſ. 5. Numquid in æternum proijciet Deus? &c. cap. 5. num. 28.
Verſ. 10. Aut obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit, &c. cap. 2. num. 137.
Verſ. 13. Meditabor in omnibus operibus tuis, &c. c. 3 num. 96.
PSAL. 77. v. 2. Aperiam in parabolis os meum, &c. c. 8 num. 45.
Verſ. 7. Vt ponant in Deo ſpem ſuam, &c. cap. 2. num. 72.

Vers.10.*Non custodierunt testamentum Dei, &c. cap.11.num.147.*
Vers.18.*Et tentauerunt Deum in cordibus suis, &c. cap.11.num.203.*
Vers.20.*Fluxerunt aquæ & torrentes inundauerunt, &c. cap.11.nu.89.& cap.13.num.19.*
Vers.70.*Et elegit Dauid seruum suum, &c.cap.7. num.69.& cap.11.num.48.*
PSAL. 78. v.12. *Et redde vicinis nostris, &c. cap.7. num.20.*
PSAL.79.v.9. *Vineam de Ægypto transtuliſti, &c. cap.10.num.143.*
PSAL.80.v. 11. *Dilata os tuum & implebo illud.c.3. num.115.& cap.9.num.87.*
Vers.13. *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorũ. cap.5.num.9.& 55.*
Vers.16.*Inimici Domini mentiti ſunt ei, &c.c.11. num.26.*
Vers.17.*Et de petra melle ſaturauit eos.cap.11.n.24*
PSAL.81.v.3.*Iudicate egeno & pupillo, &c.cap.11. num.69.*
Vers.4. *Eripite pauperem & egenum, &c. cap.4. num.41.*
Vers.6.*Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes.cap.1 num.137.& cap.3.num.143.*
PSAL.82.v. 3. *Quoniã ecce inimici tui ſonuerunt, &c cap.10.num.129.& cap.12.num.77.*
Vers.6.*Aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt, &c. cap.11.num.148.*
Vers.17.*Imple facies eorum ignominia, &c. cap.1. num.197.& cap.10.num.129.*
PSAL.83.v.10.*Protector noſter aſpice Deus, &c.cap.2 num.92.& cap.6.num.63.*
Vers.11.*Elegi abiectus eſſe in Domo Dei mei, &c.c.3 num.86.& cap.11.num.194.*
PSAL.84.v.9. *Audiam quid loquatur in me dominus, &c.cap.2.num.79.*
PSAL.85. v. 1. *Inclina domine aurem tuam & exaudi me.cap.4.num.34.*
Vers.8.*Non eſt ſimilis tui in diis Domine, &c.cap.9. num.97.*
Vers.11.*Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum. cap.9.num.82.& cap.10.num.180.*
PSAL.87.v.16. *Pauper ſum ego & in laboribus à iuuente mea cap.11.num.162.*
PSAL.88. v.6. *Confitebuntur cæli mirabilia tua domine, &c.cap.3.num.4.*
Vers.36.*Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo.c.11 num.124.*
Vers.46.*Minoraſti dies temporis eius. cap.10.n.91.*
PSAL. 89. v. 2. *Priuſquam montes fierent, &c.cap.1. num.70.*
Vers.4.*Et cuſtodia in nocte quæ pro nihilo habentur, &c.cap.8.num.41.*
Vers. 8. *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, &c.cap.11.num.183.*
Vers.10.*Quoniam ſuperuenit manſuetudo, &c. c.5. num.50.*
PSAL.90.v.7.*Cadent à latere tuo mille, &c.c.13 n.87*
PSAL.90.v.14. *Quoniam in me ſperauit, &c. cap.2. num.59.*
Vers.15.*Cum ipſo ſum in tribulatione, &c.cap.2 num.26.& cap.4.num.82.& cap.12.num.50.*
PSAL.91.v.13. *Iuſtus vt palma florebit.cap.2.num.7*
PSAL. 92. v. 4. *Mirabiles elationes maris. cap.10. num.128.*
PSAL.93.v.12.*Beatus homo quem tu erudieris domine &c.c.1.n. 45.& c.7.n.102.& c.11.n.109.*
Vers.19.*Secundum multitudinem dolorum, &c.c.2 num.35.*
PSAL.94.v.4. *Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, &c.cap.10.num.24.*
Vers.8.*Hodie ſi vocem eius audieritis, &c.c.5.n.39*
PSAL.95. v. 6. *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.cap.4.num.142.*
PSAL.96.v.6. *Qui diligitis dominũ odite malum.c.3. num.21.*
PSAL.98.v.4.*Et honor regis iudicium diligit.c.13.n.13*
Vers.7. *Inuocabant dominum & ipſe exaudiebat eos cap.13.num.84.*
PSAL.100.v.4.5.*Non adhæſit mihi cor prauum, &c. cap.9.num.76.& cap.11.num.229.*
Vers. 7. *Non habitabit in medio domus meæ, &c. cap.10.num.12.*
PSAL.101.v.18.*Reſpexit in orationem humilium, &c cap.5.num.33.*
PSAL. 102. v. 4. *Qui coronat te in miſericordia, &c. cap.2.num.64.*
Vers.10.*Non ſecundum peccata noſtra fecit, &c.c.2 num.138.*
Vers.14. *Quomodo miſeretur pater filiorum, &c. cap.11.num.191.*
PSAL.103. v. 4. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, &c. cap.11.num.187.*
Vers.7.*A voce tonitrui tui formidabunt. c.2.n.10.*
Vers.10. *Qui emittis fontes in conuallibus. cap.13. num.108.*
Vers.17.*Illic paſseres nidificabunt.cap.1.num.107*
Vers.21.*Catuli leonum rugientes.cap.11.num.44.*
Vers.28.*Dante te illis colligent, &c.cap.13.n.44.*
PSAL.104. v. 18. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, &c.c.6.n.103.& cap.11.n.6.& 47.& 92*
PSAL. 105. v.35. *Et commiſti ſunt inter gentes, &c. cap.7.num.11.*
Vers.45. *Et memor fuit teſtamenti ſui.c.11.n.147.*
PSAL.106.v.32.*Et exaltent eum in eccleſia plebis, &c cap.7.num.27.*
Vers.41. *Adiuuit pauperem de inopia.c.10.n.139. & cap.13.num. 114.*
PSAL.108.v. 18. *Et induit maledictionem ſicut veſtimentum, &c.cap.13.num.5.*
PSAL.108.v.28. *Qui inſurgunt in me confundantur, &c.cap.1.num.186.*
Vers.29.*Induantur qui detrahunt mihi pudore, &c. cap.4.num.194.*
Vers. 31. *Adſtitit à dextris pauperis.c.13.n.104.*
PSAL. 109.v.3.*Tecum principium in die virtutis tuæ, &c.cap.11.num.124.*
Vers.7. *De torrente in via bibet, &c.cap.11. num.92.*
PSAL. 110. v. 1. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, &c.cap.3.num.5.*
Vers.10. *Initium Sapientiæ timor domini. cap.1. num.108.*
PSAL.111.v.1.*Beatus vir qui timet dominum &c.c.2 num.132.*
Vers.2. *Potens in terra erit ſemen eius. cap.1.42 num. 79.*
Vers.4.*Exortum eſt in tenebris lumen, &c.cap.12. num.20.*
Vers.11. *Iucundus homo qui miſeretur & commodat, &c.cap.9.num.95.*
Vers.7.*In memoria æterna erit iuſtus, &c.cap.10. num.153.*
Vers. 9. *Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.cap.1. num.110.& cap.12.num.19.*
PSAL. 113. v. 6. *Cælum cæli Domino, &c. cap.11. num.89.*
PSAL.114.v.4.*Tribulationem & dolorem inueni, &c. cap.13.num.42.*

PSAL.114. v. 6.*Cuſtodiens paruulos Dominus, &c. cap.13.num.43.*
PSAL.115.v.1.*Ego autem humiliatus ſum nimis.c.13 num.43.*
Vers. 15. *Pretiosa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.cap.1.num.95.*
Vers.17.*Dirupiſti vincula mea, &c.c.11.n.103.*
PSAL. 116. v. 2. *Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, &c.cap.2.num.88.*
PSAL. 117. v.5. *De tribulatione inuocaui Dominum, &c.cap.1.num.138.*
Vers. 8. *Bonum eſt confidere in domino, quam confidere in homine, &c.cap.13.num.47.*
Vers. 25. *O Domine bene proſperare, &c.cap.10. num.40.*
PSAL.118.v.1.*Beati immaculati in via, &c. in Prol. num.6.& 12.& cap.6.num.118.*
Vers.4.*Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, cap.7.num.178.*
Vers.8.*Iuſtificationes tuas cuſtodiam, &c.c.7.n.178*
Vers.13.*In labijs meis pronuntiaui, &c. c.9.n.95.*
Vers.29.*Viam iniquitatis amoue à me. c.3.n.130.*
Vers.32.*Viam mandatorum tuorum cucurri, &c. cap.2.num.16.*
Vers. 34. *Da mihi intellectum & ſcrutabor, &c. cap.11.num.114.*
Vers.36.*Inclina cor meum in teſtimonia tua, &c. cap.10.num.72.*
Vers. 37. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem, &c.cap.9.num. 38.*
Vers.67. *Priuſquam humiliarer ego deliqui. cap.5. num.39.*
Vers. 70. *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum, &c. c.3.num.123.*
Vers.71.*Bonum mihi quia humiliaſti me.c.2.n.41.*
Vers.73.*Da mihi intellectum vt diſcam, &c.cap.1. num.147.*
Vers.75. *Cognoui Domine quia æquitas iuditia tua, &c cap.2.num.90.*
Vers.91.*Ordinatione tua perſeuerat Dies.c.1.n.40*
Vers.105.*Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. cap.11.num.114.*
Vers.110.*Poſuerunt peccatores laqueum mihi, &c. cap.9.num.73.*
Vers. 112. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes, &c.cap.8.num.17.*
Vers. 120. *Confige timore tuo carnes meas, &c.c.1. num.187.& cap.2.num.108.*
Vers. 122. *Suſcipe ſeruum tuum in bonum, &c. cap.13.num.112.*
Vers.125.*Da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua.cap.8.num.51.*
Vers.129.*Mirabilia teſtimonia tua, &c.c.3.n.101.*
Vers.132.*Aſpice in me & miſerere mei.cap.4.n.7.*
Vers.135.*Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuũ. cap.2.num.59.*
Vers.143. *Tribulatio & angustia inuenerunt me. cap.12.num.36.*
Vers.163. *Iniquitatem odio habui. cap.10.n.65.*
PSAL. 119. v. 2. *Domine libera animam meam, &c. cap.11.num.217.*
Vers. 5. *Hei mihi quia incolatus meus, &c.cap.2. num.23.*
PSAL.121.v.2.*Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis, &c.cap.11.num.194.*
PSAL.122.v.2. *Sicut oculi ancillæ in manibus domine ſuæ, &c.cap.2.num.59.*
PSAL.123.v.5.*Torrentem pertranſiuit anima noſtra, &c.cap.11.num.92.*
Vers. 7. *Laqueus contritus eſt, &c. cap. 9. num.73.*
PSAL.124.v.3. *Quia non relinquet Dominus virgam, &c.cap.10.num.91.*
PSAL. 125.v.1.*In conuertendo dominus captiuitatem Sion, &c.cap.11.num.176.*
Vers. 5. *Qui ſeminant in lachrymis in exultatione metent.cap.10.num.203.*
PSAL. 126. v. 1. *Niſi Dominus ædificauerit Domum, &c.cap.11.num.80.& 135.*
Vers.3.*Ecce hereditas Domini filij merces, &c.c.3. num.56.*
Vers. 4. *Sicut ſagittæ in manu potentis, &c.cap.3. num.51.*
PSAL.127.v.2.*Labores manuum tuarum quia manducabis, &c.cap.6.num.87.*
PSAL.127. v.3. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, &c. in Iſag.n.14.& cap.3.num.50.& cap:11.nu.201*
PSAL. 128. v. 3. *Supra dorſum meum fabricauerunt, &c.cap.7.num.76.& cap.11.num.238.*
PSAL.129.v.3.*Si iniquitates obſeruaueris domine, &c cap.11.num.184.*
PSAL.130.v.1.*Domine non eſt exaltatum cor meum, &c c.3.n.112.& c.4.n.26.& c 11.n.55.& c.13 num.12.*
PSAL.131.v.9.*Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, &c cap.4.num.133.*
Vers.16.*Sancti eius exultatione exultabunt. cap.5. num.14.*
PSAL.132.v.2.*Sicut vnguentum in capite, &c.cap.1. num.77.& cap.10.num.16.*
PSAL.132.v. 1. *Ecce quam bonum & quam iucundũ, &c.cap.12.num.7.*
PSAL.134.v.6.*Omnia quæcunque voluit, &c. cap.1. num.51.*
Vers.10. *Qui percuſſit gentes multas, &c. cap.10. num.136.*
PSAL.136.v.1.*Super flumina Babylonis, &c.cap.11. num.115.*
Vers. 2. *In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus, &c. cap.10.num.111.*
PSAL. 137. v.4. *Confitebor nomini tuo, &c.cap. 1. num.181.*
Vers.6.*Excelſus dominus & humilia reſpicit. cap.3. num.144.*
PSAL. 138.v.6. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. cap.1.num.76.*
Vers. 13. *Suſcipiſti me de vtero matris meæ. cap.1. num.114.*
Vers.16. *Dies formabuntur & nemo in eis.cap.11. num.122.*
Vers.18. *Super arenam multiplicabuntur. cap. 1. num.20.*
PSAL.139.v.4. *Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. cap.12.num.56.*
Vers.12.*Vir linguoſus non dirigetur in terra.cap.9. num.102.*
PSAL.140.v. 2.*Laudate eum ſecundum multitudinẽ, &c.cap.1.num.70.& cap.7.num.26.*
Vers.3.*Pone Domine cuſtodiam ori meo, &c.cap.4. num.153.*
PSAL.141.v.5.*Conſiderabam ad dexteram, &c.c.7. num.210.*
PSAL. 142. v. 2. *Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo. &c. cap. 7. num.32.& cap.11.num.184.*
Vers. 5. *Memor fui dierum antiquorum, &c. cap.2. num.64.*
PSAL.144. v. 16. *Aperis tu manum tuam & imples, &c.cap13.num.44.*

Psal.144.v.18.*Prope est dominus omnibus invocantibus eum,&c. cap.2.num.82.& cap.13.num.86.*
Psal.145.v.3.*Nolite confidere in principibus,&c.c.13 num.13.& 48.*
Psal. 146. v. 3. *Qui sanat contritos corde, &c.cap.1. num. 141.*
Vers. 6. *Suscipiens mansuetos Dominus,&c.cap.1. num.182.*
Psal.146.v.16.*Qui dat niuem sicut lanam,&c.c.4 num.83.*
Psal. 147. v. 5. *Ipse dixit & facta sunt,&c. cap.1. num. 4.*
Psal.149.v.4. *Quia beneplacitum est domino, &c. c.1.n.182.& c.2.n.58.*

PROVERBIA.

Cap.1.v.1.*Parabolæ Salomonis,&c.cap.1.num.13.*
Vers.4.*Vt detur paruulis astutia, &c.c.1.num.44.*
Vers. 5. *Audiens sapiens sapientior erit, &c.cap.9. num.92.*
Vers. 6. *Animaduertet parabolam & interpretationem,&c.c.6.n.155.*
Vers.7.*Timor Domini principium sapientiæ.Sapientiam & doctrinam,&c.c.1.n.104.& 108.*
Vers. 8. *Audi fili mi disciplinam patris tui. cap. 6. num.108.*
Vers.10.*Fili mi si te lactauerint peccatrices,&c.c.12 num.69.*
Vers.16. *Pedes illorum ad malum currunt,&c.c.8. num. 84.*
Vers.25.*Despexistis omne consilium meum,&c.c.11 num.240.*
Vers.26. *Ego quoque in interitu vestro ridebo,&c. cap.12.num.79.*
Cap.2.v. 3. *Si enim sapientiam inuocaueris, &c.c.6. num.163.*
Vers.4. *Si quæsieris eam sicut pecuniam,&c.cap.6. num.82.& 119.*
Vers. 13. *Qui relinquunt iter rectum, &c. cap. 2. num.113.*
Cap.3.v.2.*Longitudinem enim dierum & annos vitæ &c.cap.1.num.90.*
Vers. 3. *Habitacula iustorum benedicentur.cap.11. num.161.*
Vers. 7. *Ne sis sapiens apud temetipsum. cap. 11. num. 3.*
Vers.9.*Honora dominum de tua substantia,&c.c.7 num.185.*
Vers.11.*Disciplinam domini,fili mi,ne abijcias,&c. cap. 1. n.46.& c.2.n.44.& c.11.n.112.*
Vers.13.*Beatus homo qui inuenit sapientiam.cap.1. num.4.*
Vers. 16. *Longitudo dierum in dextera eius, &c. cap.13.num.46.*
Vers. 18. *Lignum vitæ ijs qui apprehenderint eam. cap.6.num.128.*
Vers. 19. *Deus sapientia fundauit terram,&c.c.1. num.33.*
Vers.28.*Ne dicas amico tuo;vade & reuertere, &c. cap.4.num.8.& 16.*
Vers.29.*Ne moliaris amico tuo malum,&c.cap.7. num.74.& cap.11.num.136.& 238.*
Vers. 30. *Ne contendas aduersus hominem frustra, &c.cap.11.num.66.*
Vers.34. *Mansuetis dabit gratiam. cap.3.num.91.*
Vers.35. *Gloriam sapientes possidebunt, &c. cap.5. num.80.& cap.10.num.35.*
Cap.4.v.7.*Dilige eam & conseruabit te.c.4.n.62.*
Vers.7.*Principium sapientiæ,posside sapientiam.c.1. num.140.*
Vers.8. *Arripe illam & exaltabit te,&c. c.4.n.56. & cap.6.num.137.& cap.11.num.2.*
Vers.9.*Dabit capiti tuo augmentum gratiarum,&c cap. 1.num.134.& cap.6.num.138.*
Vers. 10. *Audi fili mi, & suscipe verba,&c.cap.6. num.101.*
Vers. 14. *Ne delecteris in semitis impiorum, &c. cap. 11.num.237.*
Vers.18. *Procedit & crescit vsque ad perfectam diē. cap.8.num.37.*
Vers.20.*Fili mi ausculta sermones meos,&c.cap.6. num.143.*
Vers.21. *Non recedat ab oculis tuis,&c.in Prologo. num.12.*
Vers. 24. *Remoue à te os prauum, &c.cap.13. num.72.*
Cap. 5.v.1.*Fili mi attende ad sapientiam meam.cap.6 num.140.*
Vers. 3.*Ne attendas fallaciæ mulieris, &c.cap.12. num.66.*
Vers.8. *Longe fac ab ea viam tuam.c. 9.num. 49.*
Vers.9.*Ne des alienis honorem tuum.cap.9.num.35*
Vers. 18. *Sit vena tua benedicta,&c.cap.7.n.119.*
Vers. 20. *Quare seduceris fili mi ab aliena? cap. 9. num.43.*
Vers.22.*Iniquitates suæ capiunt impium, &c.cap.7 num.52.*
Cap. 6.v.1. *Si spoponderis pro amico tuo,&c.cap.8. num.64.&65.& 70.*
Vers.6.*Vade ad apem & disce, &c.c.10.n.200.& cap.11.num.83.*
Vers.9.*Vsque quo piger dormies, &c.cap.11.n.83.*
Vers. 10. *Benedictio domini super caput iusti.cap.3. num.41.*
Vers.14.*Prauo corde cogitat malum.cap.3.nu.134.*
Vers. 15. *Huic extemplo venit contritio eius. cap.5. num.48.*
Vers.23. *Quia mandatum lucerna est, & lex lux. cap.11.num.114.*
Vers. 25. *Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum,&c.cap.9.num.30.*
Vers. 26. *Pretium enim scorti vix est vnius panis, &c.cap.9.num.34.*
Vers.27.*Mulier autem viri.cap.9.num.49.*
Vers.30.*Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit,&c.cap.10.num.207.*
Vers. 31. *Deprehensus quoque dedit septuplum:c.7. num.20.*
Vers.34. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ,&c.cap.5.num.53.*
Cap.7. v.4. *Dic sapientiæ quod soror mea sis.cap.1. num 4.*
Vers.10. *Ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, &c.cap.9.num.18.& 19.*
Vers. 11. *Et vasa quietis impatiens, &c.cap.9. num.19.*
Vers. 21. *Irretiuit eum multis sermonibus, &c. c.9. num.20.& 26.*
Vers. 25. *Ne abstrahatur in viis illius mens tua.c.9. num.49.*
Cap.8.v.13.*Timor domini odit malum.cap.1.n.152. & 186.*
Vers. 13. *Arrogantiam & superbiam, &c.cap.10. num.55.& cap.11.num.3.*
Vers.13.*Linguam prauam & os bilingue detestor.c.5 num.58.*
Vers.15.*Per me reges regnant;&c. cap.4.num.73. & cap.10.num.28.*
Vers. 17. *Ego diligentes me diligo, &c. cap. 4. num.62.*

Vers.17.

Vers.17.*Et qui mane vigilant ad me,&c.c.6.n.156*
Vers.22. *Dominus possedit me in initio viarum suarum,&c.cap.1.num.30.*
Vers. 31. *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum.c.1. num.117.*
Vers. 32. *Beati qui custodiunt vias meas. cap.6. num.118.& 157.*
Vers.33.*Audite disciplinam & estote sapientes. c.6. num.102.*
Vers. 34. *Beatus homo qui audit me,& qui vigilat, &c.c.2.n. 79.& c.4.n.65.& c.6.n. 157.*
Vers.35.*Qui me inuenerit inueniet vitam,&c. c.4. num.52.& 62.*
Cap.9.v.2.*Immolauit victimas suas.cap. 4. num.60.*
Vers.5.*Venite comedite panem meum,&c.c.1.n.11*
Vers.7.*Qui erudit derisorem.&c.cap.8.num.54.*
Vers. 8. *Noli arguere derisorem ne oderit te cap.1. n.168.& 169.& cap.6.n.92.& c.10.n.191.*
Vers.9.*Da sapienti occasionem,&c.in Prol. num.6.*
Vers. 17. *Aquæ furtiuæ dulciores sunt, &c. cap.9. num.47.*
Cap.10.v. 1.*Filius sapiens lætificat patrem,&c.cap.8. num.24.*
Vers.2.*Iustitia vero liberabit à morte.cap.12.n.19.*
Vers.4.*Egestatem operata est manus remissa. cap.11. num.85.*
Vers.7.*Memoria iusti cum laudibus.cap. 10.n.150. & 153.*
Vers.8. *Stultus cæditur labijs.cap.1.num.196.*
Vers. 19. *In multiloquio non deerit peccatum, &c. cap.4.num.152.& cap.7.num.86.*
Vers.22.*Benedictio domini diuites facit,&c.cap.11. num.80.& 90.*
Vers.25.*Iustus autem quasi fundamentum sempiternum.cap.1.num.107.& 117.*
Cap.11.v.2.*Iustitia simplicis diriget viam eius. cap.2 num.4.*
Vers. 4. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis. c.5. num.53.*
Vers.6.*In insidijs sapientur iniqui.cap. 5. num.84.*
Vers. 9. *Simulator ore decipit amicum suum. c. 6. num.3 & c.12.num.65.*
Vers.10.*In bonis iustorum exultabit ciuitas.cap.12. num.34.*
Vers.13.*Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana. cap.6.num.60.*
Vers. 14. *Vbi non est gubernator populus corruit. cap.10.num.19.*
Vers.17. *Benefacit anima suæ vir misericors.c.10. num.207.*
Vers.18. *Seminanti iustitiam merces fidelis.cap.12. num. 19.*
Vers.20. *Abominatur dominus cor prauum. cap. 3. num.124.*
Vers.22. *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua,&c.cap.11.num.9.*
Vers.25.*Anima quæ benedicit impinguabitur.c.7 num. 200.*
Vers. 26. *Qui abscondit frumentum maledicatur à populis.cap.4.num.129.*
Vers.28. *Qui confidit in diuitijs suis corruet.cap.5. num.51.*
Cap.12.v.1. *Qui odit increpationes insipiens est. c.10. num.194.*
Vers.6.*Verba impiorum insidiantur sanguini.cap.11 num.233.*
Vers.9.*Melior est pauper & sufficiens sibi, &c. 10. num.205.*
Vers. 10. *Nouit iustus iumentorum suorum animas. cap.7.num.136.*
Vers.15.*Qui autem sapiens est audit consilia.cap.6. num.32.*
Vers.16. *Fatuus statim indicat iram suam.cap.10. num.164.*
Vers.19.*Labium veritatis firmum erit in perpetuū. cap.4.num.145.*
Vers.23. *Cor insipientium prouocat stultitiam. c.8. num.90.*
Vers. 26. *Qui negligit damnum propter amicum iustus est.cap.7.num.116.*
Cap. 13. v. 1. *Videntur bona non potuisse intelligere, &c.cap.9.num.96.*
Vers. 2. *Anima præuaricatorum iniqua. cap. 6. num.18.*
Vers.7. *Impetus autem peccatorum supplantat.c.3. num.139.*
Vers. 8. *Redemptio animæ viri diuitiæ suæ. cap. 13. num.133.*
Vers.11.*Substantia festinata minuetur,&c.cap.11. n.80.& cap.12.num.2.*
Vers. 16. *Astutus omnia agit cum consilio.cap.1. num.163.& cap.9.num.78.*
Vers. 17. *Nuntius impij cadet in malum. cap.3. num.125.*
Vers.20. *Qui cum sapientibus graditur,&c.cap.7. num.103.& cap.8.n.67.& 77.cap.9.n.79.*
Vers. 20. *Amicus stultorum similis efficietur.c.12. num.59.& cap.13.num.6*
Vers. 22. *Bonus relinquit hæredes filios & nepotes. cap.11.num.201.*
Cap.14.v.3.*In ore stulti virga superbiæ.c.1.num.164*
Vers. 8. *Sapientia callidi est intelligere viam suam. cap.6.num.142.*
Vers.8. *Stultus illudet peccatum.cap.11.num.52.*
Vers. 16. *Sapiens timet & declinat à malo.cap.3. num.153.*
Vers. 17. *Impatiens operabitur iniustitiam. cap. 2. num.111.*
Vers. 20. *Etiam proximo suo pauper odiosus, &c. cap.10.num.216.& cap.13.num.123.*
Vers.20.*Amici vero diuitum multi.cap.12.num.35 & cap.13.num.116.*
Vers. 21. *Errant qui operantur malum. cap.7. num.75.*
Vers.23.*In malitia sua expelletur impius,&c.cap.1. num.95.*
Vers.26.*In timore domini fiducia fortitudinis.cap.1. num.187.*
Vers.27.*Timor Domini fons vitæ.cap.1.nu.153.*
Vers. 31. *Qui calumniatur egenti exprobrat factori eius.cap.4.num.23.*
Cap.15.v.1.*Responsio mollis frangit iram.c.6.n.28.*
Vers.3.*Oculi domini contemplantur bonos & malos cap.7.num.72.& cap.11.num.87.& 90.*
Vers. 5. *Qui autem custodit increpationes astutior fiet.cap.10.num.191.*
Vers.12.*Non amat pestilens eum qui se corrupit.c.1. num.169.*
Vers. 14. *Cor sapiens quærit doctrinam. cap. 3. num.150.*
Vers.16.*Melius est parum cum iustitia, &c. cap.5. num.3.*
Vers. 22. *Dissipantur cogitationes vbi non est consilium,&c.cap.6.num.32.*
Vers.33.*Timor Domini disciplina sapientiæ, &c. cap.1.num.179.*
Cap. 16. v. 2. *Spiritum ponderator est dominus.c.7. num.34.& cap.11.num.60.*
Vers. 5. *Abominatio Domini est omnis arrogans. cap.10.num.55.& 131.*

 Vers.5.

Vers. 5. *Initium viæ bonæ facere iustitiam. cap. 1. num.110.*
Vers.9.*Cor hominis disponit viam suam,&c.cap.2. num.51.& cap.11.num. 116.*
Vers.20.*Cum defecerint ligna extinguetur ignis,&c cap.11.num.235.*
Vers.21. *Qui dulcis est eloquio maiora percipiet.c.6. num.25.*
Vers.26.*Anima laborantis labor at sibi,&c.c.10. num.207.*
Vers. 29. *Vir iniquus lactat amicum suum, &c. cap.12.num.44.*
CAP.17.v.2. *Seruus sapiens Dominabitur filijs stultis. cap.10.num.187.*
Vers. 3. *Sicut igne probatur argentum, &c.cap.2. num.42.*
Vers. 6. *Gloria filiorum patris eorum.c.3.num.51.*
Vers.15.*Qui iustificat impium,&c.cap.5.num.93.*
Vers.17.*Omni tempore diligit qui amicus est.c. 6. num.2.& 35.& 53.& cap.9.num.77.& cap. 12.num.36.& 40.*
Vers.18.*Stultus homo plaudet manibus, &c. c.8. num.63.*
Vers.19. *Qui exaltat ostium querit ruinas.cap.1. num.196.*
Vers. 21. *Sed neque pater in fatuo lætabitur. cap.3. num.30.*
Vers. 24. *In facie prudentis lucet sapientia, cap. 3. num.150.*
Vers. 27. *Qui moderatur sermones suos sapiens est. cap.4.num.152.*
Vers.28.*Stultus quoque si tacuerit sapiens reputabitur.cap.3.num.119.& cap.5.num.77.*
CAP. 18. v. 3.*Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. cap. 1.num. 148.& cap.4. num.121.& c.10.num.97.& c.11.num.127. & 154.& 240.*
Vers. 8. *Verba bilinguis quasi simplicia,&c.cap.5. num.89.*
Vers.9. *Qui mollis est & dissolutus in opere suo,&c. cap.2 n.m.107.& cap.4.num.154.*
Vers. 13. *Qui prius respondet quam audiat, &c. cap.5.num.74.& 78.& cap.11.num.64.*
Vers. 15. *Cor prudens possidebit sapientiam.cap.3. num.147.& cap.5.num.75.*
Vers.16.*Donum hominis dilatat viam eius,&c.c.7. num.202.*
Vers. 21. *Mors & vita in manu linguæ, cap. 5. num.80.*
Vers.23.*Cum obsecrationibus loquetur pauper, &c. cap.13.num.25.*
CAP.19. v.3. *Stultitia hominis supplantat gressus eius. cap.8.cum.80.*
Vers. 4. *Diuitiæ addunt amicos plurimos. cap.6. num.26.& 40.& c.12.n.35.& c.13.n.116. & 117.*
Vers.6.*Et amici sunt dona tribuentis.cap.13.n.27. & 117.*
Vers.11.*Doctrina viri per patientiam noscitur. c.1. num.168.*
Vers.12. *Sicut fremitus leonis sic & ira regis.cap.4. n.157.& c.10.n.16.& c.13.n.23.*
Vers.17.*Fœneratur Domino qui miseretur pauperes. cap.3.num.66.& cap.12.num.26.*
Vers.18.*Erudi filium tuum ne desperes, & c.cap.7. num.140.*
Vers. 19. *Qui impatiens est sustinebit damnum.c.2. num.111.*
Vers. 22. *Homo indigens misericors est. cap. 12. num.20.*
Vers. 24. *Abscondit' piger manum suam sub ascella c.4.num.135.& 154.*
CAP.20.v.1.*Luxuriosa res vinum.c.9.n.51.*
Vers.2.*Sicut rugitus Leonis,ita & terror regis,&c. c.13.num.12.*
Vers.3.*Honor est homini qui separat sea contentionibus,& c.c.7.num.49.*
Vers.6.*Multi homines misericordes vocantur, &c. c.1.num.173.*
Vers. 6. *Virum autem fidelem quis inueniet? cap.1. num.181.& c.6.num.62.*
Vers. 8. *Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo.c.10.n.5.& 10.*
Vers. 10. *Pondus & pondus,mensura & mensura, &c.c.2.num.97.*
Vers.17.*Suauis est homini panis mendacij,&c.c.4 num.114.*
Vers.21.*Hæreditas, ad quam festinatur in principio, &c.c.11.num.8.*
Vers.28. *Cognoscere personam in iudicio non est bonum.cap.7.num.42.*
CAP.21.v.1. *Cor regis in manu Domini,&c.cap.2. num. 84.& cap.8.num.20.& cap.10.num.3.*
Vers.4.*Exaltatio oculorum est dilatatio cordis,c. 11 num.127.*
Vers. 5. *Omnis autem piger in egestate est. cap.4. num.155.*
Vers. 10. *Anima impij desiderat malum. cap. 7. num.103.*
Vers.24. *Qui custodit os suum & linguam,&c.c.1. num.196.& cap.13.num.71.& 72.*
Vers.28.*Testis mendax peribit.cap.1.num.195.*
Vers. 29. *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum.c.11.n.128.*
Vers. 30. *Non est sapientia,non est prudentia contra dominum.c.1.num.43.*
CAP.22.v.1. *Melius est nomen bonum quam diuitiæ multæ,cap.5.num.86.*
Vers.2.*Diues & pauper obuiauerunt sibi,&c.c.4.n.4 & cap.10.num.217.& cap.11.num.104.*
Vers.6.*Adolescens iuxta viam suam etiamsi senuerit non recedet ab ea.c.11.num.129.*
Vers.7. *Diues pauperibus imperat,&c.c.8.num.6. & 61.*
Vers. 15. *Stultitia colligata est in corde puerum,&c. cap.7.num.146.*
Vers.16 *Qui calumniatur pauperem vt augeat,&c. cap.11.num.82.*
Vers. 17. *Inclina aurem tuam & audi, &c.c.6. num.144.& c.9.num.95.*
Vers.18. *Quæ pulchra erit tibi cum seruaueris,&c. cap.6.num. 70.*
Vers. 22. *Non facias violentiam pauperi, &c.c.13. num.14.& 113.*
Vers.24.*Noli esse amicus homini iracundo,&c.c.8. num.76.*
Vers.26. *Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, &c.cap.8.num.63.& 68.*
CAP. 23. v. 3. *Ne desideres de cibis eius, &c.cap.8. num.91.*
Vers. 4. *Noli laborare vt diteris, sed prudentia tua pone modum.c.11.num.72.*
Vers.5.*Ne erigas oculos ad opes, &c.c.11.num.76. & 105.*
Vers.9. *In auribus insipientium ne loquaris,&c.c.6. num.91.& cap.8.n.85.& 86.*
Vers.20.*Noli esse in conuiuijs potatorum, &c.c.9. num.52.& 93.cap.11.num.229.*
Vers.32.*Ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber,&c.c.12.num.66.*

Vers.34.

Vers. 34. *Eris sicut dormiens in medio mari.cap.2. num.35.*
CAP.24.*Ne æmuleris viros malos,&c.cap.9.num.60.*
Vers.7.*Excelsa stulto sapientia.cap.6.num.90.*
Vers. 9. *Abominatio hominum detrahor. cap.11. num.230.*
Vers.11.*Erue eos qui Ducuntur ad mortem,&c.c.4. num.42.*
Vers.13.*Comede fili in mel quia bonum est,&c.c.11 num.22*
Vers.16.*Septies enim cadit iustus. cap. 11.num.191. & 192.*
Vers. 17. *Cum ceciderit inimicus tuus, &c.cap.8. num.39.*
Vers.33. *Veniet tibi quasi cursor egestas, &c. c.11. num.77.*
CAP.25.v.6.*Ne glorioſus appareas coram rege. cap.7. num.35.& cap.10.nu.139.& cap.13.nu.57.*
Vers.9. *Causam tuam tracta cum amico tuo, &c. c.8.num.88.& 87.*
Vers.14.*Nubes & ventus & pluuiæ,vir glorioſus,&c cap.8.num.62.& cap.13.num.34.*
Vers.16.*Mel inueniſti? comede, &c. c. 3.n.113.& cap.11.num.105.*
Vers.17.*Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui &c.c.11.n.240.& c.13.n.55.*
Vers. 23. *Ventus Aquilo dissipat pluuias. cap.4. num.98.*
Vers. 27. *Sicut qui mel multum comedit,&c.c.3. n.110.& c. 11.n.18.& 27.*
CAP.26.v.11.*Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum.c.13.n.102.*
Vers.17.*Sicut qui apprehendit auribus canem, &c. c.13.num. 101.*
Vers.20.*Cum defecerint ligna extinguetur ignis, &c c.5.num.90.*
Vers. 24. *Labiis suis intelligitur inimicus, &c.c.11. num.120.& c.12.num.47.& c.13.num.65.*
Vers. 25. *Quando submiserit vocem suam, &c c.8. num.92.& c.12.num.47.*
Vers. 27. *Qui fodit foueam incidit in eam,&c.c.9. num.74.*
CAP.27.v.1. *Ne glorieris in crastinum, &c.cap.8. num.89.*
Vers.3.*Graue est saxum & onerosa arena,&c.c.8. num.77.*
Vers. 4. *Et impetus concitati spiritus ferre quis poterit? c.9.num.4.*
Vers. 6. *Meliora sunt vulnera diligentis, &c.c.11. num.222.& c.12.num.68.*
Vers.9.*Vnguento & varijs odoribus delectatur cor, &c.c.6.num.72.*
Vers.10. *Amicum tuum & amicum patris tui ne dimiseris,&c.cap.9.num.54.*
Vers.11.*Stude sapientiæ fili mi,& latifica cor meum, &c.c.8.num.52.*
Vers.19. *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium,&c.c.13.num.140.*
Vers. 23. *Diligenter igitur agnosce vultum pecoris tui,&c.cap.7.num.135.*
CAP.28.v.1. *Iustus autem quasi leo confidens,&c.c.4. num.76.*
Vers. 5. *Viri mali non cogitant iudicium. cap.3. num.3.*
Vers.6. *Melior est pauper ambulans in simplicitate, &c.c.10.nu.216.*
Vers.11.*Sapiens sibi videtur vir Diues.c.13.n.127.*
Vers. 13. *Qui abscondit scelera sua non dirigetur. c.4.num.137.& 140.*
Vers.14.*Beatus homo qui semper est pauidus,&c.c.1 num.185.& cap.5.num.24.*
Vers.15.*Leo rugiens princeps impius,&c.c.10.n.53 & c.11.num.44.*
Vers.16.*Rex indigens prudentia multos opprimit per calumniam.c.10.num.18.& 92.*
Vers. 18. *Qui ambulat simpliciter Saluus erit, &c c.2.num.95.*
Vers.20.*Qui autem festinat ditari non erit innocens, &c.c.11.num.74.*
Vers.22.*Vir qui festinat Ditari,& alijs inuidet,&c cap.11.num.80.*
Vers. 26. *Qui confidit in corde suo stultus est.c.3. num.118.*
Vers. 27. *Qui despicit deprecantem sustinebit penuriam.c.4.num.22.*
CAP. 29. v. 4. *Rex iustus erigit terram,&c.cap.10. num.21.*
Vers. 5. *Homo qui blandis fictisque sermonibus,&c. c.6.n.46.& c.12.n.52.& 65.*
Vers.9. *Vir sapiens si cum stulto contenderit,&c.c.8 num. 21.& 71.*
Vers. 10. *Iusti autem quærunt animam eius. cap. 5. num.10.*
Vers.12.*Princeps qui libenter audit verba mendacij, &c.cap.10.num.11.*
Vers.14. *Rex qui iudicat in veritate pauperes, &c. cap.10.num.8.*
Vers.15.*Puer qui dimittitur voluntati suæ,&c.c.8. num. 24.*
Vers.16. *In multiplicatione impiorum multiplicatur scelera.cap.8.num.7.*
Vers. 20. *Vidisti hominem velocem ad loquendum& &c. cap.9.num.102.& cap.11.nu.64.*
Vers. 22. *Vir iracundus prouocat rixas, &c. cap.8. num.81.*
Vers.23.*Superbiam sequitur humilitas.cap.7.n.72. & cap.10.num.153.*
Vers.25. *Qui sperat in Domino sublenabitur.c.10 num.139.*
CAP.30.v.6. *Ne addas quidquam verbis illius,&c.c.1 num.195.& c.5.num.84.*
Vers. 8. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, &c. cap. 1. num. 186.& cap.10.num.209.& cap.11.num.167,& cap.13.num.136.*
Vers. 15.*Semper dicunt: Affer, Affer,c.9.n.35. & cap.13.num.36.*
Vers. 17. *Oculum qui subsannat patrem, &c. cap.3. num.58.*
Vers. 30. *Leo fortissimus bestiarum, &c. cap.4. num.156.*
CAP.31.v.3.*Ne dederis mulieribus substantiam tuam, &c.cap.9.num.11.*
Vers.4.*Noli regibus dare vinum,&c.c.9.num.92.*
Vers.6.7.*Date sicera m merentibus,& vinum ijs qui amaro sunt animo,&c.cap.7.num.70.*
Vers.10. *Mulierem fortem quis inueniet? &c.c.7. num.159.*
Vers.14.*Facta est quasi nauis institoris,&c.cap.12. num.25.*
Vers. 18. *Beatissimam prædicauerunt. cap. 11. num.198.*
Vers. 20. *Manum suam aperuit inopi, &c. cap.7. num.197.*
Vers. 30. *Fallax gratia & vana est pulchritudo,&c. cap.10.num.112.*
Vers. 30.*Mulier timens Dominum ipsa laudabitur. c.1num.116.*
Vers. 31. *Laudent eam in portis opera eius. cap.9. num.97.*

ECCLESIASTES.

Cap.1.v.3. *Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo,&c.cap.11.num.81.*
Vers.6.*Oritur sol & occidit, &c.cap.8.nu.34.& cap.10.num.17.*
Vers.7.*Omnia flumina intrant in mare. c.1.n.65. & cap.2.num.4.*
Vers.13.*Hanc occupationem pessimam dedit Deus, &c.cap.11.num.71.*
Cap.2.v.10.*Omnia quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis,&c. cap.7.num.19.& cap.10.n.94. & cap.11.num.187.*
Vers.13.*Et vidi quod tantũ præcederet sapientia stultitiam,&c.cap.13.num.51.*
Vers.18.*Detestatus sum omnem industriam meam, &c.in Prol.num.5. & cap.11.num.144.*
Vers. 34. *Nonne melius est comedere,& bibere,&c. cap.10.num.205.*
Cap.3.v.1.*Omnia tempus habent,&c.cap.4.n.105. & transeunt vniuersa sub cælo. cap. 8.num. 37.*
Vers. 1. *Et suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo. c.11.num.142.*
Vers.8. *Tempus dilectionis & tempus odij cap.6. num.41.*
Vers. 13. *Omnis enim homo qui comedit & bibit, &c.cap.10.num.33.*
Vers.16.*Vidi sub sole in loco iudicij impietatem,&c cap.11.num.69.*
Vers. 18. *Vnus interitus est hominis & iumentorũ, &c.cap.11.num.169.*
Cap. 4.v. 2. *Laudaui magis mortuos quam viuentes. cap.4.num.96.*
Vers.5.*Stultus complicat manus suas,&c.cap.11. num.82.*
Vers.8.*Considerans reperi & aliam vanitatem,&c. cap.11.num.72.& 137.& 141.*
Vers. 10. *Væ soli quia cum ceciderit, &c. cap.8. num.84.*
Vers. 13.*Melior est puer pauper & sapiens,&c.c.9. num.190.*
Cap.5.v.1.*Ne temere quid loquaris, &c.c.7.n.91 &c.9.num.102.*
Vers.3.*Displicet ei infidelis & stulta promissio,&c. cap.8.num.62.& 69.& cap.13.num.34.*
Vers. 4. *Multoque melius est non vouere, &c.c.8. num.69.& cap.13.num.34.*
Vers.7.*Hoc itaque visum est mihi bonum vt comedat quis,&c.c.10.num.205.*
Vers. 9. *Auarus non implebitur pecunia.cap.10. num.69.*
Vers. 10. *Vbi multæ sunt opes multi, & qui comedunt eas.c.6.num.51.& c.13.num.9.*
Vers. 11. *Saturitas diuitis non sinit eum dormire. c.11.num.140.*
Vers. 17. *Hoc itaque visum est mihi bonum, &c. c.13.num. 135.*
Cap. 6. v. 7. *Omnis labor hominis in ore eius,c.10. num. 217.*
Cap.7.v.1.*Quid necesse est homini maiora se quærere &c.c.3.num.120.*
Vers.2. *Melius est nomen bonum quam vnguenta pretiosa.c.4.num.123.& c.10.num. 150.*
Vers. 3.*Melius est ire ad domum luctus, &c.cap.7. num.213.*
Vers.10. *Ne sis velox ad irascendum, &c.c. 10. num.163.*
Vers.12.*Vtilior est sapientia cum diuitijs,&c.c.10. num.220.*
Vers. 13. *Sicut enim protegit sapientia, &c. c. 6. num.127.*
Vers.17.*Noli esse iustus multum.c.3.num.101.& c.7.num.32.*
Vers.28.*Ne impie agas multum,&c.c.1.n.155.& cap.11.num.144.*
Vers. 19. *Bonum est te sustentare iustum,&c.c.12. num.25.*
Vers. 19. *Qui timet Dominum nihil negligit.c.2. num.124.& cap.11.num.95.*
Vers.27.*Et inueni amariorem morte mulierem, &c. cap.9.num.20.*
Vers. 29. *Virum de mille vnum reperi. cap.6. num.34.*
Vers.30. *Solummodo hoc inueni quod fecerit Deum hominem rectum,&c,cap.10.num.96.& 156. & cap.11.num.72.*
Cap. 8. v. 5. *Qui custodit præceptum non experietur quidquam mali.cap.2.num.77.*
Vers. 8. *Non est in hominis potestate prohibere spiritum,&c.cap.11.num.204.*
Vers. 9. *Interdum dominatur homo homini in malum suum.cap.11.num.44.& 45.*
Vers.10.*Vidi impios, sepultos qui etiam cum adhuc viuerent,&c.cap.13.num.122.*
Vers.11.*Quia non profertur cito contra malos sententia, &c.cap. 5.num. 19.& 26.& cap.12. num.33.*
Cap.9.v.1. *Sunt iusti atque sapientes & opera eorum in manu Dei,&c.cap.11.num.197.*
Vers. 3. *Hoc est pessimum inter omnia, &c. cap.2. num.110.*
Vers. 4. *Nemo est qui semper viuat & qui huius rei habeat fiduciam.cap.11.num.101.*
Vers.7.*Vade ergo comede in lætitia panem tuum,&c cap.13.num.134.*
Vers.10. *Quodcunque potest facere manus tua, &c. cap.4.num.110.& cap.7.num.219.*
Vers.11.*Verti me ad aliud,& vidi sub sole,&c.c.11. num.81.*
Vers.15.*Inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, &c.cap.13.nu.124.& 129.*
Cap.10. v.4. *Si spiritus potestatem habentis, &c. cap.2.num.60.& cap.11.num.158.*
Vers.7.*Vidi seruos in equis, & principes,&c.cap.10 num.189.& cap.11.num.40.*
Vers. 10. *Nihil est iniquius quam amare pecuniam, &c.cap.8.num. 16.*
Vers.11.*Si mordeat serpens in silentio, &c.cap.11. num.227.*
Vers.14.*Stultus verba multiplicat,cap.7.num.86.*
Vers.16.*Væ tibi terra cuius rex puer est,&c.cap.4. num.74.*
Vers. 19. *Pecuniæ obedunt omnia cap.8.num.17. & cap.10.num.83.& cap.11.num.210.*
Vers. 20. *In cogitatione tua regi ne detrahas, &c. cap.10.num.185.*
Cap.11. v. 1. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas,&c.cap.12.num.10.*
Vers.6.*Mane semina semina semen tuum, &c.c.6. num.82.*
Vers.9.*Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, &c. cap.5.num.9.& 56.& cap.7.nu.221.& c.11. num.187.& 241.*
Cap. 12. v.6. *Memento creatoris tui antequam confringatur rota super cisternam. cap. 11.nu.203. & cap.13.num.19.*
Vers.11.*Verba sapientum quasi stimuli,&c.cap.12 num.53.*
Vers. 12. *His amplius fili mi ne acquiras, &c.in Prol.*

Prol. num.5.
Vers.14.*Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium, &c.cap.7.num.53.*

CANTICA.

Cap. 1. v. 1. *Osculetur me osculo oris sui.cap.4. num.54.*
Vers. 7. *Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, &c.cap.3.num.105.*
Vers.13.*Fasciculus myrrhæ dilectus meus,&c.c.9. num.5.*
Vers. 16.*Tigna Domorum nostrarum cedrina,&c. cap.11.num.135.& 152.*
Cap.2.v.3.*Sub vmbra illius,quem desideraueram sedi, &c.c.6.n.128.& cap.11.n.163.*
Vers. 6. *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. cap.13.num.46.*
Vers. 9. *Similis est dilectus meus capreæ. cap. 11. num.187.*
Vers.11. *Iam hiems transit,&c.cap.1. num. 160.*
Cap.3.v.1.*In Lectulo meo per noctes quæsiui,&c.c.13 num.83.*
Cap.3.v.4. *Inueni quem diligit anima mea,&c.c.4. num.66.*
Vers. 4. *Paululum cum pertransissem, &c. cap.6. num.120.*
Cap.4.v.4. *Sicut turris Dauid collum tuum.cap.11. num.4.*
Vers. 8. *Coronaberis de cubilibus Leonum. cap. 13. num.69.*
Vers. 11. *Fauus distillans labia tua, &c.cap.11. num.62.*
Vers.13.*Emissiones tuæ paradisus malorum.cap.11. num.116.*
Cap. 5. v. 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum. cap.11.num.107.*
Vers.1.*Comedi fauum cum melle meo.cap.11.n.16 & 22.*
Vers. 1. *Bibite & inebriamini charissimi. cap.11. num.97.*
Vers.3.*Spoliauit me tunica mea,&c.c.13. num.55. & 82.*
Vers. 5.*Manus meæ distillauerunt myrrham,&c.c.4. num.142.*
Vers.7.*Inuenerunt me custodes, &c.cap.10.n.50.*
Vers. 12. *Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum,&c.cap.11.num.89.*
Vers.14.*Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis.cap.11.num.99.*
Vers. 15. *Crura illius columnæ marmoreæ. cap.6. num.129.*
Vers. 16. *Guttur illius suauissimum & totus desiderabilis.cap.11.num.98.*
Cap.7.v. 11. *Egrediamur in agrum, commoremur in villis.cap.10.num.112.*
Cap.8.v.2. *Apprehendam te & ducam in domũ,&c. cap.4.num.142.*
Vers. 6. *Dura sicut infernus æmulatio. cap. 9. num. 2.*
Vers. 7. *Lampades eius lampades ignis atque flammarum.cap.13.num.79.& 81.*

SAPIENTIA.

Cap. 1. v. 1. *Diligite iustitiam qui iudicatis terram. cap.7.num.13.& cap.10.num.8.& cap.11. num.59.*
Vers. 1. *Sentite de Domino in bonitate. cap.9. num.91.*
Vers. 1. *In simplicitate cordis quærite illum. cap.1. num.201.*
Vers.4. *In malenolã animam non introibit sapientia, &c.cap.1.num.175.& cap.3.num.149.*
Vers. 5. *Spiritus sanctus auferet se a cogitationibus, &c.cap.9.num.91.*
Vers. 6. *& cordis illius scrutator est verus. cap. 7. num.34.*
Vers. 11. *Os autem quod mentitur occidit animam. cap.4.num.143.& cap.7.num.82.*
Vers.12.*Quoniam Deus mortem non fecit,&c.c.11 num.102.*
Vers. 16. *Impij autem manibus & verbis accersierunt illam.cap.2.num.23.*
Cap.2.v.1.*Venite ergo fruamur bonis quæ sunt, &c. cap.7.num.221.& cap.11.num.169.*
Vers.10. *Opprimamus pauperem iustum, &c.c.13. num.109.*
Vers.11.*Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ,&c. cap.5.n.9.& cap.10.n.65.& cap.11.n.49.*
Vers. 12. *Circumueniamus ergo iustum, &c. c.4. num.75.& cap.8.num.30.*
Vers. 19. *Contumelia & tormento interrogemus eũ, &c.cap.10.num.53.*
Vers.21.*Hæc cogitauerunt & erraverunt,&c.c.11. num.169.*
Vers.24. *Inuidiâ autem diaboli mors intrauit,&c. cap.12.num.39.& 53.*
Cap.3.v.5.*Et si coram hominibus tormenta passi sunt, &c.cap.6.num.86.*
Vers. 6. *Tanquam aurum in fornace, &c. cap. 2. num.42.*
Vers.8.*Iudicabunt nationes & dominabuntur populis,&c.cap.4.num.75.*
Vers.11.*Sapientiam & disciplinam qui abijcit,&c. cap.1.num.46.*
Vers. 15. *Bonorum enim laborum gloriosus est fructus.cap.1.num.91.& cap.11.num.134.*
Cap.4.v.5.*Confringentur enim rami inconsummati, &c.cap.11.num.134.*
Vers. 6. *ex iniquis enim somnis filij qui nascuntur, &c.cap.11.num.201.*
Vers. 7. *Senectus enim venerabilis est non diuturna, &c.cap.6.num.152*
Vers. 13. *Et inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum,&c.cap.2.num.98.*
Cap.5.v.8.*Quid nobis profuit superbia, &c.cap.11. num.142.& 182.*
Vers.15.*Spes impij tanquam lanugo est. &c. cap.2. num.74.*
Vers.24.*Malignitas euertet sedes potentiũ,&c.c.10. num.68.*
Cap.6.v.7. *Exiguo enim conceditur misericordia, &c cap.11.num.49.*
Vers.13.*Clara est & quæ nunquam marcescit,&c. cap.4.num.57.& cap.6.num.119.*
Vers. 15. *Qui de luce vigilauerit ad illam, &c.c.6. num.85.*
Vers. 16. *Cogitare ergo de illa sensus est consummatus.cap.6.num.133.*
Vers. 18. *Initium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia cap.1.num.103.*
Vers.26. *Rex sapiens stabilimentum populi est.c.10. num.21.*
Cap. 7. v. 1. *Sum quidem & ego mortalis homo, &c. cap.20.num.161.*
Vers. 10. *Super salutem & speciem dilexi illam.c.1. num.105.*
Vers. 14. *Infinitus enim thesaurus hominibus, &c.c. 1. n.101.& 128.& 144.& cap.12.num.9.*

Vers.25.

Vers.25.*Vapor est enim virtutis Dei & emanatio,&c cap.1.num.9.& 38.*
Vers.26. *Candor est lucis æternæ. cap.6.num.134.*
Vers. 27. *Et cum sit, vna omnia potest. cap.1. num.* 8.
Vers. 28. *Neminem diligit Deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat.cap.3. num.149. & cap.4. num.71.*
CAP.8.v.2.*Hanc amaui & exquisiui iuuentute mea, &c.cap.6.num.80.*
Vers. 10. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, &c. cap.1.num.140.& cap.4.num.74.& cap.5.num.79.*
Vers. 19. *Puer autem eram ingeniosus, &c.cap.5. num.79.*
Vers.21.*Et vt sciui quia aliter non possem esse continens,&c.cap.1.num.122.*
CAP.9.v.15.*Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam,&c.cap.2.num.12.*
Vers.16.*Difficile æstimamus quæ in terra sunt,&c. cap.1.num.17.*
CAP. 10. v. 10. *Hæc profugum iræ fratris iustum deduxit,&c.cap.4.num.57.& 80.*
Vers. 12. *Certamen forte dedit illi vt vinceret,&c. cap.2.num.9.& 124.*
Vers. 13. *Hæc venditum iustum non dereliquit,&c. cap.4.num.82.& cap.6.num.109.*
CAP.11.v.21.*Sed omnia in mensura & numero,&c. cap.1.num.65.*
Vers.25.*Diligis enim omnia quæ sunt,&c.cap.10. num.* 142. & cap. 12. num. 16. & cap. 13. *num.114.*
CAP.12. v. 18. *Tu Dominator virtutis,&c.cap.10. num.4.*
CAP.15.v.11.*Quoniam ignorauit qui se finxit, &c. cap.4.num.52.*
Vers. 12. *Conuersationem vitæ compositam ad lucrum.cap.2.num.31.*
CAP.16.v.4.*Oportebat enim illis sine excusatione,&c cap.11.num.45.*
Vers.20.*Pro quibus Angelorum esca nutriuisti,&c. cap.4.num.63.& cap.11.num.26.*
Vers. 28. *Vt notum esset omnibus quoniam oportet, & c cap.4.num.63.*
CAP.18.v.20.*Ideo decantauerunt Domine, &c.c.9. num.66.*

ECCLESIASTICVS.

CAP.1.v.11.*Timor Domini gloria,& gloriatio.c.10. num.218.*
CAP.1.v.13. *Timenti Deum bene erit in extremis,&c. cap.10.num.168.*
Vers. 16. *Initium sapientiæ timor Domini. cap.1. num.149.& cap.10.num.220.*
Vers.22.*Corona sapientiæ timor domini, &c.cap.2 num.53.*
Vers. 27. *Timor domini expellit peccatum. cap.1. num.150.& cap.2.num.132.& cap.3.nu.37.*
CAP.2.v.1.*Fili accedens ad seruitutem Dei, &c.c.2. num.129.*
CAP.3.v.5.*Si defecerit sensu veniam da.in Prol.n. 7.*
CAP. 4. v. 12. *Sapientia filijs suis vitam inspirat.in Isag.num.3.*
CAP. 5. v. 8. *Non tardes conuerti ad dominum, &c. cap.10.num.99.*
CAP. 6. v. 10. *Et amicus socius mensæ,&c. cap.12. num.62.*
Vers.23. *Sapientia enim doctrinæ secundum nomen, &c.In Isag.num.1.& cap.1.num.3.*
Vers. 35.*In multitudine presbyterorum,&c.cap.8. num.44.*
CAP. 7.v.4. *Noli quærere ducatum, &c. cap.12. num.52.*
Vers.17.*Vindicta carnis impij ignis,& vermis.c.10 num.103.*
CAP.9.v.22.*Et in timore Dei sit tibi gloriatio.cap.10 num.179.*
CAP. 10.v.17. *Sedes ducum superborum destruxit Deus.cap.2.num.36.*
CAP.11.v.3.*Initium dulcoris habet fructus illius.c.1. num.112.*
Vers.30.*Ante mortem ne laudes hominem quemquam.cap.1.num.96.*
CAP. 13.v.2. *Et ditiori te ne socius fueris,&c.cap.9. num.67.*
Vers. 3. *Quid communicabit cacabus ad ollam?&c. cap.8.num.5.*
Vers. 12. *A ducatus a potentiore discede. cap. 9. num.71.*
CAP.14.v.12.*Memor esto quoniam mors non tardat. cap.11.num.144.*
Vers. 14. *Non defrauderis à die bono,&c.cap.4. num.106.*
CAP.17.v.18. *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso.cap.1.num.15.*
CAP. 18.v.8.*Sic exigui anni in die æui.cap.1.num.18.*
Vers.27.*Homo sapiens in omnibus metuet, &c.c.5. num.25.*
CAP.19.v.2.*Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.cap.9.num.43.*
Vers.6.*Qui iucundatur in malitia denotabitur.c.11 num.127.*
Vers.23.*Et est qui nequiter humiliat se, &c.cap.12. num.47.*
CAP.20. v. 26. *Opprobrium nequam in homine mendacium,&c.cap.4.num.114.*
Vers. 32. *Sapientia absconsa & thesaurus inuisus, &c. in Prol.num.10.& cap.4.num.130.*
CAP. 21. v. 1. *Fili peccasti? non adijcias iterum, &c. cap.7.num.56.*
Vers.31.*Et in omnibus odietur,&c.cap.9.nu.102.*
CAP.22.v.11.*Modicum plora supra mortuum quoniã requieuit.cap.11.num.190.*
Vers.14.*Cum stulto non multum loquaris, &c.c.8 num.23.*
CAP. 23. v. 12. *Vir multum iurans, &c. cap. 2. num.11.*
Vers.27.*Et non intelligit quoniam videt oculus,&c. cap.1.num.151.*
CAP.24.v.18.*Quasi palma exaltata sum in cades.c.1 num.142.& cap.11.num.178.*
Vers. 25. *Qui mittit disciplinam sicut lucem, &c. cap.11.num.111.*
Vers. 35. *Qui implet quasi Phison sapientiam,&c. cap.11.num.108.*
Vers.40.*Ego sapientia effudi flumina,&c.c.1.n.15. & 139.& cap.11.num.108.*
CAP. 25. v. 12. *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem.cap.11.num.204.*
Vers. 13. *Homo cui datum est habere timorem Dei. cap.1.num.86.*
Vers.14.*Timor Domini super omnia, &c. cap.1. num.179.*
Vers. 15. *Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei.cap.1.num.79.*
Vers. 23. *Non est ira super iram mulieris. cap. 10. num.259.*
Vers. 36. *A carnibus tuis abscinde illam. cap. 7. num.161.*

CAP.26.

CAP.26.v.26. *In duobus contristatum est cor meum, &c.cap.13.num.129.*
CAP.27.v.6.*Vasa figuli probat fornax, &c. cap.4. num.95.*
Vers. 12. *Sculptus vt luna mutatur. cap.5.num.54.*
Vers.26.*Fabricant iniqua.cap11.num.238.*
CAP.28.v.15.*Susurro & bilinguis maledictus.cap.6. num.* 5.
Vers.21.*Flagelli plaga liuorem facit, &c. cap.11. num.229.*
Vers. 29. *Verbis tuis facito stateram, &c. cap. 4. num.152.*
CAP.29.v.15. *Absconde eleemosynam in sinu pauperis, &c.cap.12.num.10.*
Vers. 19. *Et addent mites in Domino latitiam, &c. cap.10.num.153.*
CAP.30.v.8.*Equus indomitus euadit durus, &c.c.8. num.78.*
Vers.9.*Lacta filium & pauentem te faciet, &c.c.7 num.152.*
Vers.13.*Mortuus est pater eius & quasi non est mortuus,&c.in Isag.num.8.*
Vers.18.*Quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro.cap.7.num.207.*
Vers.35.*Exultatio animi & cordis vinum moderate potatum.cap.11.num.97.*
CAP.31.v.5: *Qui aurum diligit non iustificabitur.c.1 num.155.*
Vers.8.*Beatus dives qui inuentus est sine macula,&c cap.11.num.77.*
CAP.32.v.1. *Rectorem te posuerunt, noli extolli,&c. cap.10.num.31.*
CAP. 33. v. 31. *Si est tibi seruus fidelis, &c. cap.7. num.129.*
CAP.33.v.15. *Contra malum bonum,& contra mortem vita,&c.cap.13.num.101.*
CAP. 34. v. 4.*A mendace quid verum dicetur.cap.7. num.82.*
Vers.30. *Qui Baptizatur à mortuo & iterum tangit &c.cap.3.num.23.*
CAP. 35. v. 11. *In omni dato hilarem fac vultum tuũ. cap.4.num.33.*
Vers. 18. *Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt,&c.cap.4.num.24.*
CAP.37.v.4. *Sodales amico coniucundatur in oblectationibus,&c.cap.6.num.48.& cap.12.num.36*
CAP. 38. v. 18. *Et fac luctum secundum meritum eius.cap.10.num.209.*
Vers.22. *Memento nouissimorum,noli obliuisci,&c cap.11.num.173.*
CAP.39. v. 12. *Collaudabunt multi sapientiam eius. cap.1.num.165.*
Vers.27.*Benedictio illius quasi fluuius inundauit.c.11 num.162.*
CAP.40.v.15.*Curam habe de bono nomine,&c.c.5 num.87.*
CAP.43.v.8.*Luminare quod minatur in consummatione, &c.cap.2.num.30.*
CAP.44.v.17. *Et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.cap.6.num.66.*
CAP.45.v.12. *Corona aurea super mitram eius,&c. cap.11.num.193.*
CAP.46.v.14.*Et ossa eorum pullulent de loco suo.c.1 num.186.*
CAP.47.v.22. *Dedisti maculam in gloria tua.cap.10 num.214.& cap.11.num.239.*
CAP. 50. v. 29. *Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit,&c.in Isag.num.7.*
CAP.51.v.13. *Et pro morte desuetæ deprecatus sum, &c.cap.8.num.42.*

ISAIAS.

CAP.1.v.2. *Filios enutriui & exaltaui, ipsi vero spreuerunt me.cap.11.num.219.*
Vers.15.*Et cum extenderitis manus vestras,&c.c.7 num.67.*
Vers. 17.18. *Querite iudicium, subuenite oppresso, &c.cap.4.num.46.*
Vers.18.*Si fuerint peccata vestra vt coccinum,&c. cap.8.num.28.*
Vers. 22. *Vinum tuum mistum est aqua. cap. 7. num.12.*
Vers.23.*Principes infideles, socij furum,&c.cap.4. num.46.*
CAP.2.v.4. *Conflabunt gladios suos in vomeres, &c. cap.10.num.213.*
Vers.12. *Oculi sublimes hominis, &c. cap. 3. num.146.*
CAP.3.v.4. *Dabo pueros principes eorum, &c. c.10. num.25.*
Vers.5.*Quare atteritis populum meum,&c.cap.13 num.109.*
Vers.6. *Vestimentum tibi est princeps esto nostri,&c cap.4.num.6.& cap.11.num.22.*
Vers.9.*Væ animæ eorum,&c.cap.2.num.96.*
Vers. 10. *Dicite iusto quoniam bene, &c. cap. 1. num.91.*
Vers.12.*Et mulieres Dominatæ sunt eis,&c.cap.9. num.16.*
Vers.12.*Populi meus qui te beatum dicunt,&c.c.11 num.198.& 199.*
Vers.16.*Et dixit dominus: Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ sion,&c.cap.11.num.311.*
CAP.4.v.2.*In illa die erit germen Domini,&c. cap.1. num.136.*
Vers. 5.*Super omnem gloriam protectio, &c.cap.6. num.63.*
Vers.6.*Et ascendet super eam vepres & spinæ.cap.9. num.19.*
Vers.8.*Væ qui coniungitis domum ad domum, &c. cap.10.num.80.*
Vers.18.*Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis,&c cap.3.num.124.& 139.& cap.7.num.52.*
Vers.20.*Væ qui dicitis bonum malum,&c. cap.11. num.67.*
Vers.21.*Væ qui sapientes estis, in oculis vestris,&c. cap.3.num.101.*
Vers.24.*Propter hoc sicut devorat stipulam,&c.c.3. num.124.*
CAP. 6. v. 2.*Vidi Dominum sedentem super solium, &c.cap.10.num.139.*
Vers. 2. *Seraphim stabant super illud. cap. 13. num.81.*
Vers. 2. *Duabus velabant faciem eius, &c. cap.10. num.51.*
CAP.8.v.14.*In lapidem offensionis & in petram scandali.cap.2.num.6.*
CAP.9.v.6. *Et vocabitur nomen eius Admirabilis,&c in Isag.num.8.*
Vers.7.*Et factus est principatus super humerum eius. cap.6.num.111.& 139.*
CAP.10.v.13. *In fortitudine manus meæ feci,&c.c.5. num.10.*
Vers.20. *Sed innitetur super dominũ sanctum Israel cap.2.num.94.*
CAP.11.v.2.*Et requiesceet super eum spiritus sapientiæ, &c.cap.1.num.* 146.

Vers.3.

Vers.3.*Repleuit eum spiritus timoris domini,&c.c.2 num.53.*

CAP.12.v.3.*Haurietis aquas de fontibus Saluatoris.in Isag.num.13.& cap.3.num.24.& cap.11. num.110.*

CAP.13.v.19.*Et erit Babylon illa gloriosa,&c.c.10. num,146.*

Vers,22.*Et respondebunt illi vlulæ in adibus eius,&c cap.9.num.23.*

CAP.14. v. 11. *Detracta est ad inferos superbia tua, &c.cap.10.num.61.& 103.*

CAP.16.v.1.*Emitte agnum,domine dominatorẽ terra, &c.cap.10.num.30.*

CAP. 18.v. 4. *Quiescam & considerabo in loco meo, &c.cap.4.num.92.*

CAP.19.v.4. *Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium,&c.cap.11.num.51.*

CAP.20.v.2.*Aperite portas & ingredietur gens iusta, &c.cap.4.num.29.*

CAP.26.v.9.*Anima mea desiderauit te in nocte,&c cap. 4. num.65.*

Vers. 16. *Domine in angustia requisierunt te, &c. cap. 3. num. 31.& cap.4.num.88.& cap.10. num.201.*

Vers. 18. *Concepimus & quasi parturiuimus,&c. cap.1.num.141.*

CAP. 28. v.16. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, &c. cap.2.num.10.& 24.& cap.6. num.95.*

Vers.19. *Vexatio intellectum dabit auditui. cap. 1. num.149.*

Vers.20.*Coangustatum est enim stratum,&c.c.2. num.104.*

Vers.21.*Irascatur vt faciat opus suum, &c.cap.10. num.169.*

CAP.29.v.19.*Et addent mites in domino letitiam,&c cap.10.num.145.& 153.*

Vers.20. *Quoniam defecit qui præualebat,&c.c.10 num. 152.*

CAP.30.v.13.*Quoniam subito dum non speratur,&c cap.5.num.48.*

Vers. 18. *Expectat Dominus vt misereatur vestri, &c.cap.4. num.9.*

Vers.21.*Et erunt oculi tui videntes præceptorẽ, &c. cap. 5.num.75.*

CAP. 32. v. 5. *Non vocabitur vltra ijs,qui insipiens est princeps.cap.10.num.18.*

Vers.20.*Beati qui seminatis super omnes aquas, &c cap.12.num.10.*

CAP.33.v.6.*Diuitiæ salutis sapientia & scientia,&c. cap.1.num.145.*

Vers. 20. *Oculi tui videbunt habitationem opulentam,&c.cap.11.num.189.*

CAP.34.v.13. *Et erit cubile draconum, &c. cap.1. num.192.*

Vers.14.*Et pilosus clamabit alter ad alterum, &c. cap'3.num.141.*

CAP.35.v.4.*Dicite pusillanimis: Confortamini,&c. cap.7.num.55.*

CAP.36.v.5.*Quæ est ista fiducia,qua confidis,&c.c.11 num.101.*

CAP. 37.v.36. *Angelus Domini percussit in castris Assyriorum,&c.cap.11.num.49.*

CAP.38.v.14. *Recogitabo tibi omnes annos meos,&c cap.3.num.24.*

CAP.38.v.15.*Domine vim patior, respondepro me. cap.13.num.112.*

CAP.39.v.6. *Ecce dies veniunt & auferentur omnia, &c.cap.11.num.214.*

CAP.40.v. 2. *Suscepit de manu domini duplicia, &c cap.3.num.62.*

Vers.5.*Omnis caro fenum.cap.1.num.76.*

Vers.9.*Super montem excelsum ascende,&c.cap.4 num.136.*

Vers.10.*Et opus illius coram illo.cap.13.num.61.*

Vers.12.*Quis appendit tribus digitis molẽ terræ,&c. cap.11.num.59.*

Vers. 23. *Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint,&c.cap.10.num.148.*

Vers.24. *Et quidem neque plantatus, neque satus, &c.cap.3.num.149.*

Vers.26.*Leuate in excelsum oculos vestros,&c.c.9. num.97.*

CAP.42.v.2.*Non clamabit, neque accipiet personam, &c.cap.2.num.78.*

Vers. 8. *Gloriam meam alteri non dabo.cap. 10. num. 197.*

Vers.25.*Et effudit super eum indignationem, &c. cap.5.num.31.*

CAP.44.v.3. *Effundam spiritum meum,&c.cap.7. num.199.*

Vers. 15. *Et curuatus est ante illum.cap.12.nu.46.*

CAP.45.v.2.*Gloriosos terræ humiliabo.c.10.n.137. & cap.11.num.51.*

Vers.3. *Et dabo tibi thesauros absconditos, &c.c.3. num.115.*

Vers.7.*Formans lucem & creans tenebras,&c.c.11 num.91.*

Vers. 8. *Aperiatur terra & germinet Saluatorem. in Isag.num.13.*

Vers.15.*Vere tu es Deus absconditus.cap.1.num.43*

CAP.47. v. 2. *Tolle molam & mole fariam. cap. 5. num.24.*

Vers.10.*Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. cap.3.num.117.*

CAP.48.v.10.*Ecce excoxi te sed non quasi argentum, &c.cap.11.num.105.*

Vers.18.*Vtinam attendisset mandata mea,&c. c.1 num.135.*

CAP.49.v.14.*Et dixit Sion: dereliquit me dominus, &c.cap.13.num.28.*

CAP.49.v. 2. *Posuit me quasi sagittam electam, &c. cap.13.num.92.*

CAP. 49. v. 15. *Numquid obliuisci potest in fantem, &c.cap.4.num.49.& cap.13.num.60.*

Vers.26.*Et sciet omnis caro.cap.1.num.76.*

CAP.50.v.1. *Quis est creditor meus, cui vendidi vos? cap.10.num.87.*

Vers.4.*Dominus enim dedit mihi linguam eruditam &c.cap.11.num.61.*

CAP.51.v.9.*Curauimus Babylonem & non est sanata,&c.cap.4.num.103.*

Vers.11. *Et nunc qui redempti sunt à domino, &c. cap.2.num.65.*

Vers.23.*Posuisti vt terram corpus tuum,&c. cap.9. num.46.*

CAP.53.v. 1. *Et brachium domini cui reuelatum est? &c.cap.1.num.42.*

Vers.7.*Oblatus est quia ipse voluit.cap.11.nu.207.*

CAP.54.v.4.*Noli timere quia non confunderis, &c. cap.4.num.112.*

Vers.16.*Ecce ego creaui fabrum sufflantem,&c.c.2 num.41.*

CAP. 55.v. 6. *Quærite Dominum dum inueniri potest, &c.cap.4.num.111.*

Vers.8.*Nõ enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, &c.cap.4.num.93.*

Vers.10.*Et quomodo descendit imber,& nix de cælo, &c.cap.4.num.129.& cap.5.nu.70.& cap.7. num.16.& cap.10.num.40.*

CAP. 56. v. 3. *Et non dicat Eunuchus:ecce ego lignum aridum,&c.cap.6.num.17.*

Vers. 6. *Filios aduenæ,qui adhærent domino, &c. cap.10.num.207.*

Vers. 10. *Canes muti non valentes latrare.cap.8. num.55.*

Vers. 11. *Et canes impudentissimi nescierunt, &c. cap.13.num.102.*

CAP.57.v.20. *Impij autem quasi mare feruens, &c. cap.10.nu.164.& cap.11.nu.228.& cap.13. num.23.& 142.*

CAP.58.v.3. *Omnes debitores vestros repetitis. cap.7. num.115.*

Vers. 7. *Frange esurienti panem tuum, &c.cap.4. num.12.& 36.*

Vers. 10. *Orietur in tenebris lux tua, &c. cap.2. num.69.*

Vers. 11. *Eris quasi hortus irriguus, &c. cap. 1. num.35.*

Vers.14.*Tunc delectaberis super domino.cap.2.n.74 & cap.11.num.156.*

CAP. 59. v. 3. *Labia vestra locuta sunt mendacium, &c.cap.13.num.68.*

CAP.60.v.14. *Et venient ad te curui filij eorum, &c. cap.12.num.46.*

CAP.61.v.3. *Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ, &c. cap.9.num.97.*

Vers. 6. *Vos autem sacerdotes domini vocabimini. cap.4.num.70.*

CAP.62.v.11.*Ecce Dominus auditum facit,&c.c.2. num.49.& cap.11.num.162.*

CAP.63.v.7.*Miserationum Domini recordabor,&c. cap.11.num.162,*

CAP. 65. v. 2. *Expandi manus meas tota die. cap. 13. num.177.*

CAP.65.v.16. *Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores cap.11.num.182.*

Vers. 20. *Puer centum annorum moritur, &c.c.6. num.151.*

Vers.27.*Electi mei non generabunt in conturbatione cap.11.num.201.*

CAP 66.v.1. *Cælum mihi sedes est.cap.10.num.139*

Vers.2. *Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum,&c.cap.1.num.69.& cap.5.num.67.*

Vers. 12.*Ecce ego declamabo super eam,&c.cap.1. num.136.*

Vers.12. *Ad vbera portabimini,&c. cap.4.nu.60.*

Vers. 24. *Vermis eorum non morietur, &c.cap.7. num.110.& cap.10.num.104.*

IEREMIAS.

CAP.1.v.10. *Ecce constitui te hodie super gentes, &c. cap.6.num.83.& cap.10.num.136.*

Vers. 5. *Priusquam te formarem, &c. cap. 1. num.115.*

Vers.14. *Ab Aquilone pandetur malum, &c.c.4. num.98.*

CAP. 2. v. 2. *Recordatus sum miserans adolescentiam tuam.cap.3.num.71.*

Vers.13.*Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.cap.1. num.35.& cap.4.num.104.*

Vers.14. *Onager assuetus in solitudine,&c. cap.13. num.108.*

Vers.17.*Numquid non istud factum est tibi? &c.c.2 num.113.*

Vers.18. *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti,&c. cap.11.num.111.*

Vers.20.*A sæculo confregisti iugum meum,rupisti, &c.cap.5.num.12,*

Vers.22. *Maculata es in iniquitate tua,&c.cap.10. num.214.*

CAP. 3. v. 2. *Leua oculos tuos in directum. cap. 2. num.50.*

Vers. 3. *Frons meretricis facta est tibi, &c.cap.4. num.121.*

Vers.4.*Ergo saltem amodo voca me.pater meus,&c. cap.9.num.5.& cap.12.num.17.*

Vers. 5. *Fecisti mala & potuisti.cap.5.num.9.*

Vers. 9. *Agnitio vultus eorum respondit eis.cap.13. num.141.*

Vers. 12. *Tetendit arcum suum & posuit me, &c. cap.2.num.6.*

CAP. 4. v. 3. *Nolite serere super spinas, &c. cap.7. num.17.*

Vers. 20. *Contritio super contritionem vocata est. cap.4.num.14.*

CAP.5.v.3.*Percussisti eos & non doluerunt,&c.c. 3. num.122.*

Vers. 6. *Lupus ad vesperam vastauit eos. cap. 13. num.98.*

Vers.9. *Numquid super his non visitabo?&c.cap.2. num.109.*

Vers. 19. *Sicut dereliquistis me, & seruistis, &c. cap.4.num.104.*

Vers. 23. *Populo autem huic factum est cor incredulum,&c.cap.2.num.121.*

Vers. 24. *Et dixerunt in corde suo, &c. cap. 1. num.124.*

CAP.6.v.30.*Argentum reprobum vocate eos,&c.c.2. num.45.*

CAP.7.v.5.*Si benedirexeritis vias vestras,&c.cap.2. num.50.*

Vers.14.*Non obsistas mihi.cap.7.num.56.*

CAP.8.v. 16. *A Dan auditus fremitus equorum, &c. cap.13.num.23.*

CAP. 8. v. 18. *Dolor meus super dolorem, &c.cap.4. num.14.*

CAP. 9. v. 4. *Vnusquisque se à proximo suo custodiat. cap.6.num.3.& cap.13.num.36.*

Vers. 15. *Ego cibabo populum istum absinthio, &c. cap.3.num.24.*

Vers. 21. *Ascendit mors per fenestras. cap. 9. num.28.*

Vers. 23. *Non glorietur sapiens in sapientia sua, &c. cap.10.num.179.*

CAP.10.v.14.*Stultus factus est homo à scientia.cap.3. num.116.*

Vers.23.*Scio domine,quia non est hominis via eius, &c.cap.2.num.51.*

CAP.11.v.14.*Tu ergo noli orare pro populo,&c.c.7. num.56.*

Vers. 25. *Quid est quod dilectus meus in domo mea, &c.cap.7.num.63.*

CAP.12 v. 2. *Quare via impiorum prosperatur? &c. cap.9.num.60.*

Vers. 3. *Congrega eos tanquam gregem ad victimã, &c.cap.12.num.22.*

CAP.14.v.6.*Onagri steterunt in rupibus,&c.cap.13. num.108.*

CAP. 14. v. 11. *Noli orare pro populo isto,&c.cap.8. num.79.*

CAP.15.v.1.*Et dixit dominus ad me:Si steterit Moyses, &c.cap.12.num.16.*

CAP.17.v.5. *Maledictus homo qui confidit in homine, &c.cap.10.num.117.*

Vers.6.*Erit enim quasi myrica in deserto,&c.cap.6 num.16.*

Vers.9.*Prauum est cor hominis & inscrutabile,&c. cap.3.num.135.*

Vers.10.*Scrutans corda & renes.cap.1.num.47. & cap.7.num.34.*

Vers.11.*Perdix fouet quæ non peperit.cap.1.nu.192 & cap.11.num.221.*
Vers. 13. *Omnes qui te derelinquunt confuendentur, &c.cap.2.num.56.*
Cap.18.v.16.*Omnis qui transierit per eam, &c.c.12 num.77.*
Vers.18. *Venite & percutiamus eum lingua,&c.c.8 nmm:59.*
Cap.22.v.3. *Facite iudicium & iustitiam,&c. cap.4 num.42.*
Vers. 19. *Sepultura asini sepelietur putrefactus,&c. cap.10.num.103.*
Cap.23.v. 10. *Factus est cursus eorum malus.cap.4 num 145.*
Vers.12. *Idcirco via illorum quasi lubricum in tenebris,&c.cap.11.num.181.*
Vers.28.*Quid paleis ad triticum,dicit Dominus&c.13 num.24.*
Vers. 40. *Et dabo vos in opprobrium sempiternum, &c.cap.6.num.4.*
Cap.27. v. 3. *Fac tibi vincula & catenas,& c.cap.6. num.107.*
Vers. 8. *Gens autem & regnum quod non seruierit, &c.cap.11.num.44.*
Cap.31.v. 14. *Inebriabo animam sacerdotis pinguedine.cap.1.num.119.*
Vers.18.*Castigasti me & eruditus sum.cap.1.nu.46*
Vers.30. *Dirige cor tuum in viam rectam,&c.c.2. num.14.*
Cap.34.v.14.*Cum impleti fuerint septem anni, &c. cap.7.num.130.*
Cap.38. v. 22. *Seduxerunt te ex praualuerunt, & c. cap.13. num.72.*
Cap.41.v.1.*Venit Ismahel filius Nathaniæ,&c.c.12. num.70.*
Cap.46.v.10.*Dies autem ille Domini Dei exercituũ, &c,cap.5.num.49.*
Cap.47.v.6.*O mucro Domini vsquequo nõ quiesces? &c.cap.1.num.57.*
Cap. 49. v. 4. *Quæ confidebas in thesauris tuis.&c. cap.11.num.173.*
Cap. 51. v. 8. *Subito cecidit Babylon & contrita est. cap.10.num.146.*

THRENI.

Cap.1.v.2.*Plorans plorauit in nocte.cap. 5.num.14.*
Cap.2.v.15.*Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam.cap.12.num.78.*
Vers.15.*Sibilauerunt & mouerunt caput suum,&c. cap.12.num.77.*
Cap. 3.v. 9. *Bonum est viro cum portauerit iugum, &c.cap.79.*
Vers.10. *Vrsus insidians factus est mihi, leo in absconditis.cap.12.num.73.*
Vers.14.*Factus sum in derisum,&c.cap.6.num.23*
Vers. 32. *Quia si abiecit & miserebitur secundum multitudinem,&c. cap.11.num.118.*
Vers. 44. *Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio. cap.4.num.96.*

BARVCH.

Cap.1.v.17.*Peccauimus ante dominum Deum,&c. cap.2.num.100.*
Cap.2.v. 21. *Inclinate humerum vestrum,&c.c.6. num.111.*
Cap. 3.v. 19. *Quis ascendit in calum , &c.cap.1. num.48.*
Vers.38.*In terris visus est,&c.cap,1.num.42.*

EZECHIEL.

Cap. 1.v. 11. *Facies eorum & penna, &c. cap. 13. num.82.*
Cap. 1.v.26. *Et super firmamentum, quod erat imminens,&c.cap.1.num.55.& cap.11.nu.125.*
Cap.3.v.1.*Et veni ad transmigrationem, &c.cap.11 num. 164.*
Vers.9.*Vt adamentem & vt silicem dedi faciem tuã cap.3.num.79.& cap.7.num.42.*
Vers.20.*Si iustus fecerit iniquitatem ponam offendiculum,&c.cap.7.num.53.*
Cap.7.v.10.*Egressa est contritio floruit virga.cap.10 num.4.*
Cap. 11. v. 19. *Et auferam cor lapideum, &c.cap.3. num.161.*
Cap.16.v.16.v. 3. *Pater tuis Amorrhæus & mater tua Cethea.cap.3.num.52.*
Vers.23. *Abominabilem feci ti decorem tuum,&c cap.9.num.46.*
Vers.49.*Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ,&c.cap.4. num.161.& cap.10.num.73.& 126.& 146*
Cap.17.v.3.*Aquila grandis magnarum alarum, &c. cap.13.num.64.*
Cap.17.v.14.*Et frondere cæpi lignum aridum. cap.1. num.136.*
Cap. 18. v. 16. *Quod si genuerit filium , &c.cap.4. num.12.*
Vers.22.*Omnium iniquitatum eius non recordabor. cap.8.num.33.*
Vers. 30. *Conuertimini & agite pœnitentiam , &c. cap.12.num.17.*
Vers. 32. *Nolo mortem morientis . cap.8.num.33.*
Cap.21.v.14.*Dedi conturbationem gladij acuti,&c. cap.12.num.48.*
Vers.17.*Quem & ego plaudam manu,&c.cap.12. num.78.*
Cap.22. v. 9. *Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem.cap.11.num.235.*
Vers.25.*Sicut leo rugiens rapiensque.cap.11.nu.44*
Vers. 27. *Principes eius in medio illius,&c.cap.10. num.84.& cap.12.num.58.*
Vers.30. *Quæsiui de eis virum,&c.cap.7.num.56.*
Cap.24.v.6.*Væ ciuitati sanguinum,illæ, cuius rubigo in ea est,&c.cap.2.num.45.*
Cap. 24. v. 11. *Bone eam super prunas vacuam,&c. cap.11.num.194.*
Cap.28.v.2.*Eo quod elevatum est cor tuum,&c.cap.7 num.28.*
Vers.7.*Idcirco ecce ego adducam super te alienos,&c cap.3.num.146.*
Vers. 12. *Tu signaculum similitudinis, &c. cap.1. num.29.*
Vers.15.*Aurum opus decoris tui & foramina,&c cap.3.num.92.*
Vers. 19. *Omnes qui viderint se obstupescent, &c. cap.3.num.146.*
Cap.29.v.14.*Et erunt tibi in regnum humile.cap.10 num.144.*
Vers. 21. *In die illo pullulabit cornu domui Israel. cap.1.num.160.*
Cap. 36. v. 25. *Et effundam super vos aquam mundam,&c.cap.3.num.24.*
Cap.38.v.13.*Negotiatores Tharsis, & omnes Leones eius,&c.cap.13.num.107.*
Cap.40.v.43.*Labia earum palmi vnius,&c.cap.6. num. 153.*

DANIEL.

Cap.2.v.21.*Et ipse mutat tempora & ætates,&c.c.10 num.67.*
Cap. 3. v. 19. *Et non cessabant qui miserant eos, &c. cap.8.num.57.*
Cap.4.v.9. *Succidite arborem, & præcidite ramos, &c.cap.6.num.15.*

Vers.14.

Vers.14.*Dominator excelsus in regno hominum,&c cap.10.num.28.& 67.*
Vers. 22. *Eijceint te ab hominibus, & cum bestijs , &c.cap.11.nu.46.*
Vers.24. *Quam ob rem rex consilium meum , &c. cap.3.num. 156.*
Vers. 27. *Nonne hæc est Babylon magna , &c.c. 5. num.10.*
Vers.34.*Nunc igitur ego Nabucodonosor laudo,&c cap.10.num.137.*
Cap. 7. v. 7. *Post hæc aspiciebam in visione noctis, &c.cap.11.num.235*
Vers. 10. *Fluuius igneus rapiduſque egrediebatur, &c.cap.11.num.179.*
Vers.14.*Dedit potestatem & honorem,& regnum. cap.10.num.31.*
Vers.15.*Horruit Spiritus meus.cap.1.num.58.*
Cap.13.v.6.*Isti frequentabant domum Ioachim,&c. cap.6.num.158.*
Vers.8.*Et videbant senes quotidie,&c.cap. 9.n.43. & 44.*
Vers.18.*Venerunt & duo presbyteri,&c.c.6.n.151*
Vers.22.*Angustiæ sunt mihi vndique , &c. cap.2. num.134.*
Vers. 46. *Mundus ego sum à sanguine huius cap.11. num.69.*
Vers.52.*Inueterate dierum malorum,nunc venerunt peccata tua,&c.cap.11.num.129.*

OSEAS.

Cap.1.v.4.*Voca nomen eius Iezrael,&c.cap.3.n.23 & cap.4.num.121.*
Vers.10.*Filij Israel quasi arena maris. cap.1.n.20.*
Cap.2.v.3.*Ne forte expoliam eam nudam,&c.cap.6. num.18.*
Vers.6.*Ecce ego sepiam viam tuam spinis,&c.cap.3 num.121.*
Vers.15.*Et vallis Achor ad aperiendam spem. c.2. num.30.& 74.*
Vers. 19. *Sponsabo te mihi in sempiternum , &c. cap.13.num.39.*
Cap.4.v.1. *Non est scientia Dei in terra.c.1.n.141.*
Vers.2. *Et sanguis sanguinem tetigit. cap.3.n.141.*
Vers.4. *Populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti:cap.4.num.135.*
Vers. 7. *Secundum multitudinem eorum, &c.c.5. num.51.*
Vers.8.*Peccata populi mei comedunt. c.12.n.122.*
Vers.14.*Non visitabo super filias vestras,&c.cap. 9. nun.7.*
Cap.5.v.11.*Calumniam faciens est Ephraim,&c.c.13 num.22.*
Cap. 6. v. 4. *Quid faciam tibi Ephraim , &c.cap.3. num.116.& cap.6.num.63.*
Vers. 5. *Et iudicia tua quasi lux egredientur. cap.3. num.13.*
Vers.6.*Quia misericordiam volui,&c.cap.7.n.63.*
Cap.7.v.11.*Et factus est Ephraim quasi columba, &c cap.6.num.93.*
Vers. 15. *Erudiui eos & confortaui brachia eorum, &c.cap.3.num.132.*
Vers.16.*Facti sunt quasi arcus dolosus.cap.2.n.97 & cap.10.num.115.& cap.11.num.234.*
Cap.8.v.4.*Ipsi regnauerunt & non ex me &c.c.10. num.26.*
Vers.4.*Argentum & aurum suum fecerunt sibi idola.cap.5.num.4.*
Vers. 5. *Vsquequo non poterunt emundari ? cap. 5. num.22.*
Vers. 6. *Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ.cap.5.num.6.*
Vers. 7. *Qui ventum seminabunt & turbinem metent.cap.1.num.193.*
Vers. 7. *Culmus stans non est in eo,&c. c.1.n.191. & cap.5.num.3.*
Cap.9. v. 4. *Sacrificia eorum quasi panis lugentum. cap.4.num.111.*
Vers. 10. *Et facti sunt abominales sicut ea , quæ dilexerunt.*
Vers. 14. *Da eis vuluam siue liberis , &c. cap. 6. num.153.*
Cap.10.v. 2. *Loquimini verba visionis , &c.cap.7. num.16.*
Vers. 11. *Ephraim vitula docta diligere triturum. cap.3.num.133.*
Vers. 12.*Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ.cap.2.num.31.*
Vers. 13. *Arastis impietatem , iniquitatem messuistis, &c. cap.3.num.141.& cap.7.num.73. & 75.*
Cap.11.v.3. *Et ego quasi nutritius Ephraim,&c.c.9. num.5.*
Vers. 4. *Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. cap.1.nu. 46.*
Vers.4.*In funiculis Adam traham eos,&c.cap.12. num.29.*
Cap. 12. v. 4. *Fleuit & rogauit eum. cap. 3. num.24.*
Vers. 7. *Chanaan in manu eius statera dolosa, &c. cap.2.num.70.& cap.5.num.3.*
Vers.8.*Inueni idolum mihi. cap. 5.nu.6.& cap.11. num.171.*
Vers. 8. *Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem.cap.5.num.4.& 6.*
Vers.14.*Ad iracundiam me prouocauit,&c. cap.1. num.141.*
Cap.23.v. 9. *Perditio tua Israel.tantummodo in me auxilium tuum.cap.5.num.38.*
Vers.11.*Dabo tibi regem in furore meo , &c.cap. 2. num.82.& cap.10.num.25.*
Vers.12.*Colligata est iniquitas Ephraim,&c.cap.4 num.140.*
Cap.14.v.2. *Conuertere Israel ad dominum, &c.c.4. num.103.*
Vers.7.*Ero quasi ros.cap.1.num.67.*
Vers. 9. *Ego exaudiam & dirigam eum, &c. cap.2. num.26.*

IOEL.

Cap.2.v. 13. *Quia benignus & misericors est,&c.c.2 num.91.*
Vers.20.*Et eum qui ab Aquilone est procul faciam à vobis.cap.11.num.121.*
Vers.21.*Noli timere terra , exalta , &c.cap.10. num.33.*
Vers.24.*Et reddam vobis annos,quos comedit locusta,&c.cap.2.num.69.*
Vers. 28. *Effundam Spiritum meum , &c. cap.1. num.78.*
Vers.23.*Et erit omnis qui inuocauerit, &c.cap.2. num.82.*
Cap.3. v. 18. *Et erit in illa die stillabunt montes dulcedinem,&c.cap.1.num.128.*

AMOS.

Cap. 1. v. 9. *Super tribus sceleribus edom,&c.cap.11. num.236.*
Cap. 2. v. 1. *Super tribus sceleribus Moab & super quartum non conuertam eum.cap.11.num.228.*

Vers.3.*Et disperdam iudicem de medio eius,&c.c.*10 *num.*1.
Cap.4.v.1.*Audite verbum hoc vaccæ pingues,&c. cap.*13.*num.*22.
Cap.5.v.10.*Multi potentes oppressi sunt valde.cap.*11 *num.*49.
Vers.18.*Væ desiderantibus diem domini,&c.cap.*2. *num.*135.
Cap.6.v.1. *Væ qui opulenti estis in Sion, &c.c.*11. *num.*171.
Vers.3.*Appropinquatis solio iniquitatis,cap.*7.*n.*27.
Vers.6.*Et nihil pativebantur super contritionē Ioseph. cap.*11.*num.*171.
Vers.8.*Detestor ego superbiam Iacob.cap.*10.*n.*55
Vers.14.*Numquid non in fortitudine nostra,&c.c.*1 *num.*160.

MICHEAS.

Cap.1.v.8.*Faciam planctum velut draconum.c.* 12. *num.*73.
Cap.2.v.1.*Væ qui cogitatis inutile.cap.*9.*num.*91.
Vers.15. *Et ascensurus erat pandens iter.cap.*4.*n.*59
Cap.3.v.2. *Qui violentes tollitis pelles eorum desuper, &c.cap.*13.*num.*109.
Cap.3.v.8.*Verumtamen ego repletus sum fortitudine, &c.cap.*3.*num.*79.
Vers. 11. *Principes in eius muneribus iudicabant, &c.cap.*10.*num.*85.
Cap.6.v.8.*Indicabo tibi o homo,quid sit bonum,&c. cap.*2.*num.*125.
Vers.14.*Humiliatio tua in medio tui.cap.*13.*nu.*51
Cap.7.v.2. *Periit sanctus de terra. cap.*12.*num.*19
Vers.4. *Qui optimus in eis est quasi palurus,&c.c.*8 *num.*8.
Vers.5. *Ab ea, quæ dormit in sinu tuo custodi, &c. cap.*7.*num.*162.
Vers.8.*Ne læteris inimica mea super me,&c,cap.*15 *num.*155.

NAHVM.

Cap.1.v.3. *Dominus patiens & magnus fortitudine. cap.*2.*num.*91.
Cap. 2.v.3. *Ignea habena currus in die preparationis sue.cap.*2.*num.*17.
Cap.3.v.4. *Propter multitudinem fornicationum,&c. cap.*9.*num.*9.
Vers.11. *Et tu ergo inebriaberis & eris despecta, &c cap.*12.*num.*66.
Vers.19.*Omnes qui audierunt auditionē tuam, &c cap.*12.*num.*78.

HABACVC.

Cap.1.v.3.*Et factum est iudicium & contradictio potentior.cap.*5.*num.*5.*&* cap.10 *num.*66.
Vers.10.*Et ipse de regibus triumphabit, &c.cap.*6. *num.*23.
Vers.10.*Tyranni radicitus eius erunt. cap.*10.*n.*121
Cap.2.v.5. *Et quomodo vinum potandum decipit,&c cap.*10.*num.*122.
Cap.3.v.2. *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.cap.*2.*num.*91.
Vers.3.*Deus ab Austro veniet.cap.*4.*num.*98.
Vers. 18. *Ego autem in domino gaudebo, &c. in Isag.num.*13.

SOPHONIAS.

Caf.1.v.12.*Scrutabor Ierusalem in Lucernis.cap.*2 *&c.num.*115.*&* cap.11.*num.*187.
Vers.18. *Sed & argentum eorum,& aurum eorum, cap.*5*num.*7.
Cap.3.v.2. *Non audivit vocem & non suscepit disciplinam,& cap.*2.*num.*72.
Vers.3.*Principes eius in medio eius,&c.c.*10.*n.*85. *& cap.*12.*num.*58.*&* cap.13.*num.*69.

AGGÆVS.

Cap.1.v.5.*Ponite corda vestra super vias vestras.c.*2. *num.*50.
Cap.2.v.9. *Meum est aurum & meum est argentum, &c.cap.*11.*num.*108.

ZACHARIAS.

Cap.3. v.8. *Qui enim tetigerit vos,tangit pupillam oculi mei.cap.*2.*num.*108.*&* cap.10.*num.*176
Cap.3.v.1.*& ostendit mihi sacerdotem, &c. in Isag. num.*13.
Cap.4.v.10.*Et videbunt lapidem stanneum.&c.cap.*2 *num.*75.
Cap.7.v.5. *Et ecce talentum plumbi portabatur, & c. cap.*4.*num.*162.
Cap.8.v.11.*Nunc autem non iuxta dies, &c.c.* 10. *num.*34.
Cap.13.v.7.*Et convertam manum meam ad parvuilos, &c.cap.*4.*num.*20.
Cap.13.v.9.*Et ducam tertiam partem per ignem,&c cap.*2.*num.*42.

MALACHIAS.

Cap. 2.v.7. *Labia enim sacerdotum custodiunt scientiam.cap.*6.*num.*150.
Vers. 7. *Angelus domini exercituum est. cap.*7. *num.*175.
Cap.3.v.5. *Et accedebam ad vos in iudicio. cap.*7. *num.* 128.
Vers. 10. *Inferte omnem decimam in horreum,&c. cap.*3.*num.*64.
Vers.15. *Ædificati sunt facientes impietatem.c.*3. *num.*68.
Cap. 4.v.2. *Vos autem recessistis de via, &c.cap.*7. *num.*46.

LIB. I MACHAB.

Cap.1.v.11. *Et exiit de ea radix peccatrix Antiochus, &c.cap.*3.*num.*149.
Vers. 12. *Eamus & disponamus testamentū meum gentibus.cap.*11.*num.*148.
Vers. 23. *Intrauit in sanctificationem cum superbia, &c.cap.*11.*num.*49.
Cap. 2. v. 62. *Et a verbis viri peccatoris ne timuertis &c.cap.*10.*num.*100.
Cap.3.v.29.*Et vidit quod defecit pecunia,&c.c.*1. *num.*144.
Cap.6.v.11.*Vocauit omnes amicos suos,&c.cap.*11 *num.*47.
Vers. 39. *Et vt resultit sol in clypeos aureos & æreos, &c.cap.*2.*num.*92.
Cap.7.v.37. *Tu domine elegisti domum istam, &c. cap.*2.*num.*79.
Cap.10.v.61. *Et conuenerunt aduersum eum viri pestilentes,&c.cap.*11.*num.*238.
Cap. 15. v. 21. *Si ergo pestilentes refugerunt. cap.*11. *num.*238.

LIB. II. MACHAB.

Cap.2.v.23.*Et famosissimum in toto orbe templum recuperarunt.cap.*2.*num.*47.
Cap.3.v.4.*Simon autem de tribu Beniamin,&c.c.*11 *num.* 238.
Cap. 6.v.19. *Glorioßimam mortem, &c. cap.*11. *num.*239.

Vers.26

Vers.26. *Nam & si in presenti tempore supplicium, &c.cap.*5.*num.*15.
Cap.7.v.22. *Nescio qualiter in vtero meo apparuistis, &c.cap.*7.*num.*167.
Cap.9.v.5.*Sed qui vniuersa conspicit Deus,&c.cap.*3. *num.*138.
Vers.9.*Ita vt de corde impij vermes scaturirent,&c. cap.*10.*num.*102.
Vers. 13. *Orabat hic scelestus dominum, &c. cap.*3. *num.*147.
Cap. 12. v. 43. *Et facta collatione duodecim millia drachmas,&c.cap.*3.*nu.*60.*&* cap.7.*nu.*207. *&* cap.11.*num.*195.

TESTAMENTVM NOVVM

MATTHÆVS.

Cap.1.v.6.*Dauid autem rex. cap.*10.*num.*46.
Cap.2. v. 6. *Et tu Bethleem terra Iuda, &c.cap.*4. *num.*59.
Vers. 12. *Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.cap.*5.*num.*26.
Vers.17.*Non enim veni vocare iustos sed peccatores, &c.cap.*10.*num.*59.
Cap.3.v.10.*Omnis arbor,quæ non facit fructum bonū, &c.cap.*5.*num.*41.*&* cap.11.*num.*134.
Vers.10.*Iam securis ad radicem arboris,&c.cap.*3. *num-*143.
Vers. 15. *Sine modo, sic enim decet, &c. cap.* 1. *num.*274.
Cap. 4.v.1. *Ductus est Iesus in disertum, &c.cap.*2. *num.*8.
Vers. 4. *Non in solo pane viuit homo, &c. cap.*11. *num.*61.
Vers. 5. *Tunc assumpsit eum diabolus, &c. cap.* 9. *num.*75.
Cap.5.v.3.*Beati pauperes Spiritu,&c.cap.*10.*n.*154
Vers.4.*Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. cap.*3.*num.*82.
Vers.7. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.cap.*12.*num.*10.
Vers.10.*Beati qui persecutionem patiuntur,&c.c.*4 *num.*147.
Vers. 11. *Beati estis cum maledixerint vobis, &c. cap.*1.*num.*168.
Vers.12.*Gaudete & exultate, &c.cap.*1.*num.*153
Vers. 15. *Ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras,&c.cap.*12.*num.*134.
Vers.19.*Qui enim fecerit & docuerit magnus vocabitur,&c.cap.*4.*num.*133.*&* 134.
Vers.24.*Si ergo offers munus tuum ante altare,&c. cap.*12.*num.*44.
Vers. 25. *Amen dico vobis non exies inde donec reddas,&c.cap.*11.*num.*190.*&* 192.
Vers.28.*Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem,&c.cap.*9.*num.*17.*&* 36.*&* 41.
Vers.29.*Si dexter oculus offenderit te extrahe eum, &c.cap.*12.*num.*60.
Vers.39.*Si quis te percusserit in dexteram maxillā, &c.cap.*2.*num.*19.
Vers.40.*Et ei qui vult tecum in iudicio contradicere,&c.cap.*8.*num.*2.
Vers.42.*Qui petit à te da ei.cap.*12.*num.*96.
Vers. 44. *Et benedicite maledicentes vos. cap.* 1. *num.*96.
Vers. 45. *Pluit super iustos & iniustos. cap.* 12. *num.*7.
Cap.6.v.1. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis, &c.cap.*12.*num.*19.
Vers. 2. *Cum ergo facis eleemosynam noli tuba canere,&c. cap.*1.*num.*123.*cap.*10.*num.*199.
Vers.3.*Te autem faciente elemosynam, &c.cap.*3. *num.*145.
Vers.5. *Non eritis sicut hypocritæ tristes, &c. cap.*1. *num.*191.
Vers. 7. *Orantes autem nolite multum loqui, &c. cap.*7.*num.*89.
Vers.9.*Pater noster.cap.*13.*num.*129.
Vers. 9. *Sanctificetur nomen tuum. cap.* 7. *num.*176.
Vers. 10. *Adueniat regnum tuum. cap.* 11. *num.*188.
Vers.20.*Thesaurixate vobis thesauros, &c.cap.*1. *num.*144.*&* cap.3.*num.*27.
Vers. 24. *Nemo potest duobus dominis seruire,&c. cap.*2.*num.*102.
Vers.28.*Considerate lilia agri, &c. cap.*9.*num.*27. *&* cap.11.*num.*73.
Cap. 7. v. 2. *In qua mensura mensi fueritis, &c. cap.*7.*num.*3.
Vers. 6. *Noli sanctum dare canibus. cap.* 12. *num.*24.
Vers.8.*Omnis enim qui petit accipit,&c.c.*2.*n.*80. *&* cap.7.*num.*202.
Vers.16.*A fructibus eorum cognoscetis eos.c.*9.*n.*97 *&* cap.11.*num.*134.
Vers.24.*Omnis ergo qui audit verba mea,&c.c.*6. *num.*130.
Cap. 8. v. 22. *Domine permitte me primum ire, &c. cap.*5.*num.*40.
Vers.25. *Accesserunt ad Christum, & suscitauerunt eum,&c.cap.*10.*num.*203.
Cap.9.v.10.*Et factum est discumbente eo, &c.cap.*4 *num.*59.
Vers.12.*Euntes autem discite,&c.cap.*7.*num.*63.
Cap.10.v. 9. *Nolite possidere aurum, &c. cap.*10. *num.*81.
Vers.10. *Neque virgam. cap.*2.*num.*20.
Vers.13.*Intrantes autem domum salutate, &c.c.*4 *num.*68.
Vers.16. *Estote simplices sicut columbæ.cap.*3.*nu.*23 *&* 77.
Vers. 28. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus,&c cap.*2.*num.*133.
Vers.34.*Noli arbitrari quia pacem venerim mittere, &c.cap.*10.*num.*213.
Vers. 40. *Qui recepit vos me recepit, &c. cap.*12. *num.*9.
Vers. 42. *Quicumque potum dederit, &c.cap.*12. *num.*28.
Cap.11.v.28.*Ecce qui mollibus vestiuntur,in domibus regum sunt.cap.*11.*num.*30.
Vers. 11. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.cap.*3.*num.*88.
Vers.25.*Confiteor tibi Pater, &c. cap.*3.*nu.*94.*&* cap.7.*num.*144.
Vers.27.*Nemo nouit filium,&c.cap.*1.*num.*42.
Vers. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis, &c.c.*4 *num.*59.
Vers. 29. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.cap.*3.*num.*77.*&* cap.1.*num.*39.
Vers.30.*Et onus meum leue.cap.*2.*num.*12.
Cap.12.v.34.*Ex abundantia cordis os loquitur.c.*2. *num.*126.*&* cap.4.*num.*131.
Vers.37. *Ex verbis enim tuis iustificaberis,&c.c.*1 *num.*196.*&* cap.2.*num.*18.*&* cap.3.*num.*80.

CAP.13.v.5.*Videte ne quis vos seducat.cap.9.num.43*
Vers.35.*Aperiam in parabolis os meum,&c.cap.8 num.45.*
Vers.44.*Simile est regnum cœlorum thesauro, &c. cap.1.num.162.*
Vers. 52. *Ideo omnis scriba doctus,&c.cap.1.n.135. & cap.10.num.35.*
Vers.54.*Vnde huic sapientia hæc? &c.cap.1.n.16. & cap.13.num.128.*
Vers.55. *Nonne hic est faber ille? &c. cap.8.nu.25.*
CAP. 14. v. 3. *Herodes tenuit Ioannem , &c. cap.1. num.170.*
Vers. 20. *Et manducauerunt omnes, &c. cap.1. num.101.*
Vers. 29. *Ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum.cap.4.num.163.*
CAP.15. v. 6. *Et quare vos transgredimini mandatum dei,&c.cap.10.num.208.*
Vers.7.*Hypocritæ bene prophetauit de vobis,&c.c.1 num.193.*
Vers. 19. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, &c.cap.11.num.120.& cap.13.num.142.*
CAP.16.v.16.*Tu es Christus filius dei viui.cap.3.n.8. & 111.*
Vers. 26. *Quid enim prodest homini, &c. cap. 10. num.87.*
CAP. 17. v. 5. *Tu es filius meus dilectus. cap. 11. num.5.*
CAP.18.v.2.*Aduocans Iesus paruulum,eum statuit,&c cap.10.num.158.*
Vers.7.*Væ homini per quem scandalum venit. c.13. num.158.*
Vers.25.*Cum autem non haberet vnde redderet,&c cap.11.num.206.*
Vers. 32. *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, &c.cap.7.num.52.& cap.12.num.15.*
CAP.19.v.6. *Quod Deus coniunxit homo non separet. cap.7.num.120.*
Vers.8. *Quoniam Moyses ad duritiam , &c. cap.7. num.122.*
Vers.14. *Sinite paruulos & nolite prohibere,&c.c.4 num.26.& cap.10.num.157.*
Vers. 16. *Quid boni faciam vt habeam,&c.cap.1. num.175.*
Vers.24.*Facilius est camelum per foramen acus, &c cap.11.num.75.*
Vers. 27. *Ecce nos reliquimus omnia , &c. cap.4. num.163.& cap.7.num.25.*
Vers.28.*Vos qui secuti estis me,&c.cap.4.n.75. & cap.11.num.68.*
CAP.20.v.22.*Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?cap.11.num.96.*
CAP. 21. v. 8. *Plurima turba strauerunt,&c.cap.2. num.57.*
Vers.10.*Quod cum intrasset Ierosolymam, commota est,&c.cap.3.num.95.*
CAP.21.v.19.*Et arefacta est continuo ficulnea.c. 10. num.145.*
Vers.43.*Ideo dico vobis quia auferetur à vobis,&c. cap.10.num.68.& 135.*
Vers. 44. *Et qui ceciderit super lapidem istum, &c. cap.6.num.95.*
CAP.22. *Parabola Regis explicata.cap.10.num.125.*
Vers.18.*Tunc abeuntes Pharisæi, &c.cap.1.n. 199.*
Vers.21.*Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari , &c. cap.4.num.35.*
Vers.37.*Diliges dominum Deum tuum,&c. cap.6. num.115.& cap.13.num.77.*
CAP.23.v.2.*Super cathedram Moysi sederunt, &c.c.6 num.153.& cap.7.num.29.& cap.10.num.37.*
Vers.6.*Amant autem primos recubitus,&c.cap.7. num.29.*
Vers. 9. *Vnus est Pater vester in cœlis. cap. 1. num.50.*
Vers. 11. *Qui se humiliat exaltabitur. cap. 11. num.2.*
Vers. 28. *Vos aforis quidem paretis , &c. cap.1. num.191.*
CAP.24.v.50.*Veniet Dominus serui illius, &c.cap.1. num.197.*
CAP. 25. v. 12. *Amen dico vobis nescio vos. cap. 3. num.144.*
Vers. 21. *Euge serue bone & fidelis , &c. cap.6. num.86.*
Vers.29.*Omni enim habenti dabitur & abundabit. cap.1.num.184.*
Vers.34.*Venite benedicti Patris mei , &c.c.1.n.95. & cap.11.num.188.*
Vers.36.*Infirmus & visitastis me.cap.7.num.133. & 214.*
Vers. 40. *Amen dico vobis quandiu fecistis vni ex his,&c.cap.9.num.80.& cap.12.num.3.& 25.*
Vers.41.*Discedite à me maledicti, &c.cap.7.n.109 & cap.11.num.188.*
CAP. 26. v. 11. *Semper pauperes habebitis vobiscum. cap.7.num.196.*
Vers.26.*Accepit Iesus panem & benedixit,&c.c. 11. num.22.*
Vers.35.*Etiamsi oportuerit me mori tecum, &c.c.6 num.38.& cap.7.num.110.*
Vers.38.*Tristis est anima mea vsque ad mortem,&c cap.7.num.58.*
CAP. 27.v. 34. *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum.cap.2.num.35.*
Vers. 39. *Prætereuntes autem blasphemabant ,&c. cap.12.num.77.*
Vers.40.*Vah qui destruis templum Dei,&c.cap.12 num.79.*
Vers.46.*Pater mi Pater mi,vt quid dereliquisti me? cap.8.num.65.*
CAP. 28. v. 11. *Ecce quidam de custodibus venerunt, &c.cap.10.num.83.*
Vers. 18. *Data est mihi omnis potestas,&c.cap.10. num.27.& cap.11.num.21.*

MARCVS.

CAP.2.v.11.*Tibi dico surge tolle grauatum tuum,&c. cap.11.num.93.*
CAP. 6. v. 8. *Præcepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam.cap.2.num.20.*
Vers. 18. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui. cap.8.num.5.*
Vers.22.*Cum intrasset filia ipsius Herodiadis, &c. cap.9.num.22.*
CAP.8.v. 37. *Quid dabit homo commutationis pro anima sua? cap.6.num.66.*
CAP. 9. v. 44. *Bonum est illi claudum intrare, &c. cap.7.num.110.*
CAP.10.v.14.*Et complexans eos,&c.cap.4.num.27.*
CAP. 12. v. 34. *Videns autem Iesus quod sapienter respondisset,&c.cap.10.num.36.*
Vers. 42. *Cum venisset autem vidua , &c. cap. 4. num.16.*
CAP.14.v. 13.*Et cepit pauere & tædere, &c.cap.11. num.206.*

LVCAS.

LVCAS.

CAP.1.v. 3. *Ecce concipies in vtero , &c. in Isagog. num.11.*
Vers.28.*Ave gratia plena dominus tecum,&c.c.1. num.64*
Vers. 29. *Et turbata est in sermone eius. cap. 1. num.58.*
Vers. 30.*Inuenisti gratiam apud dominum. cap. 1. num.59.& 67.& c.3.num.91.*
Vers. 32. *Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid, &c.cap.10. num. 31.*
Vers.35.*Spiritus sanctus superueniet in te,&c.cap.1 num.58.& 67.& cap.10.num.38.*
Vers.38.*Ecce ancilla Domini , fiat mihi secundum verbum tuum.cap.1.num.68.& cap.3.num.7. & 85.*
Vers. 48. *Respexit humilitatem ancillæ suæ. cap.2. num.32.*
Vers.48.*Beatam me dicent omnes generationes.c.1. num.66.*
Vers. 52. *Deposuit potentes de sede, &c. cap. 10. num.132.& cap.11.num.40.*
Vers. 53. *Esurientes implenit bonis , &c. cap. 10. num. 222.*
Vers. 59. *Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum, &c.In Isag.num.8.*
Vers.71.*Et memorari testamenti sui sancti.cap. 11. num.147.*
CAP. 2. v. 34. *Ecce positus in ruinam , &c. cap. 11. num.147.*
CAP.3.v.19.*Herodes autem tetrarcha cum corriperetur, &c.cap.1.num.170.*
Vers. 23. *Et ipse Iesus erat incipiens , &c. cap. 1. num.57.*
CAP.4.v. 7.*Tibi dabo potestatem hanc, &c.cap.10. num.28.*
CAP.5.v.39.*Nemo bibens vetus statim vult nouum,&c cap.9.num.56.*
CAP. 6. v. 23. *Gaudete & exultate, &c. cap. 2. num.63.*
Vers. 30.*Omni autem petenti te tribue,&c. cap.8. num.2.& cap.12.num.21.*
Vers. 31. *Prout vultis vt faciant vobis homines , & vos facite illis similiter.cap.8.num.43.*
Vers.35. *Benefacite & mutuum date , &c.cap.4. num.48.*
CAP. 7. v.35. *Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.cap.4.num.56.*
Vers.38.*Stetit retro secus pedes eius, &c.c.4.n.121. & cap.9.num.50.*
Vers. 38. *Lacrymis cœpit rigare pedes eius. cap.12. num.68.*
Vers.39.*Hic si esset propheta sciret vtique,&c.c.8. num.31.*
Vers.46. *Remittuntur ei peccata multa,&c. cap.3. num.22.*
CAP.8.v.13. *Nam qui supra petram,&c.cap.2.n.96 & 98.*
CAP. 9. v. 3. *Neque duas tunicas habeatis. cap.7. num.80.*
Vers. 4. *In quancunque domum intraueritis, &c. cap.10.nu. 116.*
Vers. 26. *Qui me erubuerit & sermones meos , &c. cap.4.num.113.*
Vers.31.*Dicebat de excessu quem completurus erat in Ierusalem.cap.11.num.5.*
Vers. 62. *Nemo mittens manum ad aratrum, &c. cap.10.num.117.*
CAP.10.v.17.*Reuersi sunt autem septuaginta duo,&c cap.10.num.37.*
Vers.17.*Videbam Sathanam,&c.cap.10.nu. 57. & 61.*
Vers.39.*Quæ etiam sedens secus pedes Domini, &c. cap.2.num.79.*
Vers.41. *Martha Martha sollicita es , &c.cap.11. num.71.*
CAP.11.v. 5. *Quis vestrum habebit amicum,&c.c.2. num.82.*
Vers.8.*Propter improbitatem tamen eius surget,&c cap.13.num.57.*
Vers.17.*Omne regnum in se diuisum desolabitur,c.2 num.104.*
Vers. 41. *Ecce omnia munda sunt vobis. cap. 4. num.155.*
CAP. 12.v. 1. *Attendite à fermento Pharisæorum,&c. cap.7.num.148.*
Vers.2.*Nihil opertum,quod non reueletur,&c.cap.8 num.88.*
Vers. 14. *Homo quis me constituit iudicem , &c. cap.11.num.73.*
Vers.17. *Et cogitabat intra se dicens , &c.cap.11. num. 140.*
Vers.19.*Anima habes multa bona, &c.cap.5.n.3. & cap.11.num.139.*
Vers. 20. *Quæ autem parasti cuius erunt? cap.11. nu.138.& 142.*
Vers.27.*Nec Salomon in omni gloria sua,&c.c.11 num.32.*
Vers. 33. *Facite vobis sacculos qui non veterascunt. cap.1.num.144.& cap.12.num.11.*
Vers.34.*Vbi enim thesaurus vester est , &c.cap.11. num.137.*
Vers. 50. *Baptismo habeo baptizari , &c. cap.11. num.206.*
Vers. 59.*Ignem veni mittere in terram, quid volo, &c.cap.13.nu.81.*
CAP.13.v.6. *Aliud cecidit supra petram,&c. cap.6. num.93.*
Vers.7.*Succidite ergo illam,&c.cap.7. num.96.*
CAP. 14.v. 2. *Et ecce homo quidam hydropicus, &c. cap.10.num.79.*
Vers.11.*Omnis qui se exaltat humiliabitur.cap.11. num.4.*
Vers.12.*Cum facis prandium aut cœnam,&c. c.9. num.80.& cap.13.num.29.*
Vers.13.*Sed cum facis conuiuium voca pauperes,&c cap.9.num.80.*
Vers.18.*Quis ex vobis volens turrim ædificare, &c. cap.7.num.217.*
CAP.15.v.17. *Quanti mercenarij in domo patris,&c cap.7.num.4.*
Vers.20.*Cecidit super collum eius. cap. 8.num.32.*
Vers. 22. *Proferte stolam primam , &c. cap.9. num.90.*
Vers.30.*Postquam filius tuus hic qui deuorauit,&c cap.8.num.30.& cap.9.num.35.*
Vers. 32. *Non veni vocare iustos , &c. cap. 8. num.27.*
CAP.16.v.9.*Facite vobis amicos,&c. c.1.n. 130.& cap.12.num.24.*
Vers. 20. *Lazarus iacebat ad ianuam,&c. cap.1. num.94.*
Vers.21. *Saturari de micis,quæ cadebant,&c.c.4. num. 22.*
Vers 22. *Portatur ab Angelis in sinum Abrahæ. cap.20.num.216.*
Vers. 24. *Quia crucior in hac flamma. cap.7. num.112.*

Vers. 25. *Memento quod recepisti bona in vita tua, &c. cap. 11. num. 177.*

Cap. 18. v. 2. *Iudex quidam erat in quadam ciuitate, &c. cap. 4. num. 121.*

Vers. 12. *Sed Publicanus à longe stans, &c. cap. 7. num. 33.*

Cap. 19. v. 5. *Suspiciens Iesus vidit illum, &c. cap. 5. num. 32.*

Vers. 9. *Quia hodie salus domi huic, &c. cap. 3. num. 155.*

Vers. 13. *Negotiamini dum venio. cap. 2. num. 31. & cap. 4. nu. 154. & cap. 7. nu. 219. & cap. 10. num. 59.*

Vers. 42. *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. cap. 1. num. 185.*

Cap. 20. v. 10. *Et obseruantes miserunt insidiatores, &c. quid me tentatis cap. 13. num. 66.*

Cap. 22. v. 15. *Desiderio desideraui hoc pascha, &c. cap. 11. num. 206.*

Vers. 25. *Reges gentium dominantur eorum, &c. in Prol. num. 9.*

Vers. 28. *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus. cap. 2. num. 63. & cap. 6. num. 36. & 100. & cap. 11. num. 97.*

Vers. 33. *Tecum paratus sum, &c. cap. 7. num. 10.*

Vers. 43. *Et factus in agonia prolixius orabat. cap. 10 num. 203.*

Vers. 57. *At ille negauit dicens: Mulier nõ noui illum cap. 10. num. 108.*

Vers. 62. *Egressus foras fleuit amare. cap. 3. nu. 129. & cap. 10. num. 108.*

Cap. 23. v. 16. *Emendatum ergo illum dimittam. c. 10 num. 1.*

Vers. 37. *Si tu es Christus saluum fac temetipsum & nos, cap. 11. num. 207.*

Vers. 51. *Hic non consenserat consilio & actibus eorũ cap. 11. num. 69.*

Cap. 24. v. 19. *Potens in opere & sermone. cap. 4. num. 134.*

Vers. 29. *Mane nobiscum quoniam aduesperascit, &c. cap. 11. num. 14.*

IOANNES.

Cap. 1. v. 14. *Et verbum caro factum est. cap. 1. num. 76.*

Cap. 1. v. 15. *Qui post me venturus est, &c. cap. 1. num. 27.*

Vers. 16. *Et de plenitudine eius, &c. cap. 1. num. 78.*

Vers. 19. *Miserunt Iudæi ab Ierosolymis, &c. cap. 3. num. 132.*

Vers. 27. *Cuius ego non sum dignus vt soluam, &c. cap. 3. num. 90.*

Cap. 2. v. 3. *Nondum venit hora mea, vinum non habẽt &c. cap. 7. num. 57.*

Cap. 3. v. 12. *Si terrena Dixi vobis, &c. cap. 1. num. 17.*

Vers. 20. *Omnis enim qui male agit, &c. cap. 1. num. 193.*

Vers. 27. *Ecce hic Baptizat & omnes veniunt ad eum. cap. 11. num. 98.*

Vers. 30. *Illum oportet crescere, me autem minui. cap. 30. num. 90.*

Cap. 4. v. 34. *Meus cibus est vt faciam voluntatem, &c. in Prol. num. 12.*

Vers. 46. *Venit ergo iterum in Channa Galilææ. cap. 14. num. 2.*

Cap. 5. v. 4. *Qui prior descendebat in piscinam, &c. cap. 2. num. 53.*

Vers. 14. *Ecce sanus factus es, &c. cap. 2. num. 61. & cap. 5. num. 27. & cap. 7. num. 53.*

Vers. 39. *Scrutamini scripturas, &c. cap. 3. num. 101.*

Cap. 6. v. 5. *Cum subleuasset oculos Iesus, &c. c. 4. n. 10 & cap. 11. num. 88.*

Cap. 6. v. 15. *Iesus autem cum cognouisset quia venturi erant, &c. cap. 11. num. 11.*

Vers. 26. *Amen amen dico vobis, quæritis me, &c. & cap. 6. num. 49.*

Vers. 27. *Operamini non cibum, &c. cap. 1. nu. 29. cap. 9. num. 85.*

Vers. 34. *Væ vobis diuitibus, qui respicitis consolationem vestram. cap. 13. num. 135.*

Vers. 32. *Nonne hic est Iesus filius Ioseph, &c. cap. 8 num. 25.*

Vers. 56. *Caro mea vere est cibus, &c. cap. 9. nu. 83.*

Vers. 58. *Sicut misit me viuens Pater, &c. cap. 9. num. 86.*

Vers. 68. *Domine, ad quem ibimus, &c. cap. 1. num. 36.*

Vers. 70. *Et nos credimus & cognoscimus, &c. cap. 3. num. 8.*

Cap. 7. v. 14. *Noli iudicare secundum faciem, &c. cap. 11. num. 11.*

Vers. 52. *Numquid lex nostra iudicat hominem, &c. cap. 11. num. 54.*

Cap. 8. v. 11. *Vade & iam amplius noli peccare. cap. 3. num. 23.*

Vers. 25. *Tu quis es? Dixit Iesus, &c. cap. 1. num. 109.*

Vers. 39. *Pater noster Abraham est, &c. cap. 8. num. 24.*

Cap. 9. v. 3. *Neque hic peccauit neque parentes eius, &c cap. 4. num. 21.*

Cap. 10. v. 9. *Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur. cap. 4. num. 68.*

Cap. 11. v. 14. *Eamus & nos & moriamur, cum eo. cap 6. num. 38.*

Vers. 21. *Domine si fuisses hic frater meus, &c. c. 2. num. 47.*

Vers. 35. *Iesus ergo vt vidit eam plorantem, &c. cap. 7. num. 212.*

Cap. 12. v. 7. *Sinite illam vt in diem sepulturæ, &c. cap. 12. num. 9.*

Vers. 25. *Qui amat animam suam perdet eam. c. 9. num. 30. & cap. 10. num. 215.*

Vers. 26. *Vt vbi ego sum illic & minister meus erit. cap. 10. num. 168.*

Vers. 31. *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras. cap. 10. num. 152.*

Vers. 35. *Ambulate dum lucem habetis, &c. cap. 5. num. 39.*

Cap. 13. v. 3. *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. cap. 10. num. 28. & cap. 13. num. 45.*

Vers. 9. *Domine non tantum pedes meos, &c. c. 13. num. 45.*

Vers. 14. *Et vos debetis alter alterius lauare pedes. cap. 13. num. 40.*

Vers. 18. *Qui manducat meum panem leuabit contra me calcaneum suum. cap. 11. num. 225.*

Vers. 23. *Erat ergo recumbens vnus ex discipulis, &c cap. 9. num. 50.*

Cap. 14. v. 6. *Ego sum via, veritas, & vita. cap. 4. num. 53.*

Vers. 15. *Si diligitis me mandata mea seruate. cap. 1 num. 174.*

Vers. 23. *Si quis diligit me mandata mea seruabit cap. 2. num. 67. & 122.*

Cap. 15. v. 12. *Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. sicut dilexi vos. cap. 13. num. 18.*

Cap. 15. v. 15. *Vos autem Dixi amicos, &c. c. 3. n. 111 & cap. 4. num. 68. & cap. 11. nu. 61. & cap. 13. num. 18.*

Cap. 16. v. 12. *Sed multa habeo vobis dicere, &c. c. 13 num. 18.*

Cap. 16. v. 20. *Amen dico vobis qui plorabitis, &c. c. 2 num. 65.*

Vers. 27. *Ipse enim Pater amat vos, &c. cap. 4. n. 98 & cap. 11. num. 115.*

Cap. 18. v. 11. *Mitte gladium tuum in vaginam, &c. cap. 2. num. 34.*

Vers. 11. *Calicem quem dedit mihi Pater, &c. c. 11. num. 96.*

Vers. 38. *Quid est veritas? cap. 6. num. 93.*

Cap. 19. v. 10. *Iesus autem responsum non dedit. cap. 9 num. 69.*

Vers. 11. *Non haberes potestatem aduersum me vllã &c. cap. 20. num. 22.*

Vers. 19. *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. cap. 11. num. 207.*

Vers. 23. *Si male loquutus sum testimonium perhibe &c. cap. 12. num. 70.*

Vers. 30. *Et inclinato capite tradidit spiritum. cap. 8 num. 18.*

Vers. 34. *Lancea latus eius aperuit. cap. 1. num. 10 & cap. 4. num. 141.*

Cap. 20. v. 4. *Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, &c. cap. 11. num. 125.*

Vers. 25. *Nisi videro in manibus eius, &c. cap. 2 num. 119.*

ACTA APOSTOL.

Cap. 2. v. 3. *Factus est repente de cælo sonus, &c. cap. 4. num. 59.*

Vers. 25. *Dauid enim dicit in eum: Prouidebam dominum, &c. cap. 9. num. 92.*

Cap. 3. v. 4. *Intuens autẽ in eum Petrus cum Ioanne, &c cap. 4. num. 9.*

Vers. 6. *In nomine Iesu Christi surge & ambula. in Isag. num. 15.*

Cap. 4. v. 10. *Notum sit omnibus vobis, &c. in Isag. num. 15.*

Cap. 5. v. 1. 2. *Dixit autem Petrus: Anania, &c. cap. 1 num. 198.*

Vers. 38. *Et nunc itaque dico vobis, &c. cap. 5. num. 61.*

Cap. 8. v. 21. *Cor enim tuum non est rectum coram Deo. cap. 1. num. 202.*

Cap. 10. v. 4. *Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt, &c. cap. 4. num. 24.*

Vers. 42. *Qui constitutus est à Deo iudex, &c. c. 11. num. 21.*

Cap. 11. v. 23. *Hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino. cap. 11. num. 152.*

Cap. 12. v. 8. *Præcinge & calcea te caligas tuas, &c. cap. 3. num. 129.*

Vers. 9. *Petrus exiens sequebatur Angelum, &c. cap. 11. num. 176.*

Vers. 21. *Statuto autem die Herodes vestitus, &c. cap. 11. num. 31. & cap. 13. num. 127.*

Vers. 22. *Dei voces & non hominis. cap. 10. num. 68.*

Cap. 13. v. 10. *O plene omni dolo & fallacia, &c. c. 1. num. 202.*

Vers. 19. *Et destruens gentes septem, &c. cap. 10. num. 144.*

Vers. 46. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, &c. cap. 10. num. 135.*

Cap. 14. v. 21. *Exhortantesque permanere in fide, &c. cap. 2. num. 65. & cap. 4. num. 98.*

Cap. 17. v. 11. *Hi autem erant nobiliores eorum, &c. cap. 3. num. 101.*

Vers. 28. *In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus. cap. 11. num. 101.*

Cap. 19. v. 3. *Paulo autem volente intrare, &c. cap. 7. num. 49.*

Cap. 20. v. 28. *Attendite vobis & vniuerso gregi, &c. cap. 7. num. 137.*

Vers. 34. *Quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, &c. cap. 10. num. 209.*

Vers. 35. *Beatius est magis dare quam accipere. cap. 4. num. 160. & cap. 7. num. 202. & cap. 11. num. 105.*

Vers. 37. *Magnus fletus factus est omnium, &c. c. 11 num. 211.*

Cap. 24. v. 5. *Inuenimus hunc hominem pestiferum, &c cap. 11. num. 238.*

Cap. 25. v. 16. *Quia non est Romanis consuetudo donare aliquem, &c. cap. 11. num. 45.*

Cap. 27. v. 3. *Propter quod obsecro patienter me audias, &c. cap. 5. num. 73.*

EPIS. AD ROMANOS

Cap. 1. v. 18. *Reuelatur enim ira Dei de cælo, &c. c. 1. num. 197.*

Cap. 1. v. 20. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, &c. cap. 1. num. 75.*

Vers. 21. *Quia cum cognouissent eum, &c. cap. 10. num. 129.*

Vers. 22. *Dicentes enim se esse sapientes, &c. cap. 11 num. 3.*

Vers. 28. *Et sicut non probauerunt Deum habere, &c cap. 4. num. 104.*

Vers. 29. *Susurrones & detractores. cap. 5. num. 83. & 91.*

Vers. 31. *Deo odibiles. cap. 13. num. 30.*

Vers. 32. *Non solum qui ea faciunt, &c. cap. 7. num. 46.*

Cap. 2. v. 1. *Inexcusabilis es, o homo, qui iudicas, &c cap. 8 num. 72.*

Vers. 4. *An diuitias bonitatis eius & patientiæ, &c cap. 3. num. 120. & cap. 4. num. 111.*

Vers. 6. *Reddet vnicuique secundum opera eius, &c. cap. 1. num. 161.*

Vers. 13. *Non auditores legis iusti sunt, &c. cap. 2. num. 127.*

Cap. 4. v. 2. *Si enim Abraham ex operibus, &c. cap. 1 num. 86.*

Cap. 5. v. 5. *Spes autem non confundit. cap. 2. num. 76*

Vers. 8. *Commendat autem charitatem suam Deus, &c. cap. 7. num. 179.*

Vers. 12. *Propterea sicut per vnum hominem peccatum, &c. cap. 11. num. 123.*

Vers. 19. *Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, &c. cap. 10. num. 108.*

Cap. 6. v. 12. *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, &c. cap. 10. num. 211.*

Cap. 7. v. 2. *Nam quæ sub viro est mulier, &c. cap. 9. num. 14.*

Vers. 22. *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, &c. 11. num. 121.*

Vers. 24. *Infelix ego homo, &c. cap. 2. nu. 23. & c. 11 num. 204.*

Cap. 8. v. 17. *Si filij & hæredes, hæredesquidem Dei, cohæredes autem Christi. cap. 11. num. 188.*

Vers. 18. *Non sunt condignæ passiones huius temporis &c. cap. 6. num. 35. & cap. 11. num. 170.*

Vers. 28. *Scimus autem quoniam diligentibus Deũ &c.*

&c.cap.1.num.122.
Vers.35.Quis nos separabit à charitate Christi,&c. cap.2.num.66.
CAP.9.v.2.Veritatem dico,quoniam tristitia mihi,&c cap.10.num.134.
Vers.13. Quia maior seruiet minori, &c. cap.10. num.134.
Vers.17. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum,&c.cap.4.num.89.
Vers. 23. Vt ostenderet diuitias gloriæ sue. cap. 2. num.40.&.cap.11.nu.159. & cap.12.nu.22.
Vers.30.Quid ergo dicemus,quod gentes,&c.cap.10 num.134.
CAP.10.v.12. Dominus omnium diues in omnes, &c. cap.1. num. 178.& cap.2.num.81.& cap.13. num.84.
CAP. 11. v. 29. Sine panitentia sunt dona & vocatio Dei.cap.11.num.131.
Vers.33.O altitudo diuitiarum,&c.cap. 1.nu. 41 & cap.11.num.40.& 41.
CAP.12.v.3.Dico enim per gratiam quæ data est,&c cap.3.num.96.
Vers. 15. Gaudere cum gaudentibus. cap. 7. num.211.
Vers. 15. Flere cum flentibus. cap. 4.num.15.& cap.11.num.211.& cap.13.num.30.
CAP.13.v.1. Omnis anima potestatibus superioribus, &c.cap.4.num.29.& cap.10.num.22.
Vers.3.Principes non sunt timori boni operis,&c.c.9 num.69.& cap.10.num.10.
Vers. 7. Reddite ergo omnibus debita, &c. cap.4. num.35.
Vers.10.Plenitudo legis est dilectio.cap.1.nu. 125. & cap.2.num.128.
CAP.14.v.3.Et qui non manducat manducantem non iudicet.cap.11.num.55.
Vers.13.Ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. cap.3.num.135.

AD CORINT. I.

CAP.1.v.23. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, &c. cap.4.num. 58.& 113.& cap.5. num.13.
Vers.30.Ex ipso autem vos estis,&c.cap. 1.num.9. & cap.4.num.58.
CAP.2.v.6.Loqui sapientiam inter perfectos, &c.c.1. num.148.
Vers.9.Quod oculus non vidit,nec auris audiuit,&c cap.11.num.20.
Vers.11.Quis hominum scit quæ sunt hominis,&c. cap.1.num.137.
Vers.12.Nos autem non spiritum huius mundi, &c. cap.1.num.105.
Vers. 14. Animalis homo non percipit, &c. cap.1. num.140.
CAP.3.v.11. Fundamentum aliud nemo potest ponere, &c.cap.3.num.8.
Vers. 13. Vniuscuiusque opus manifestum erit, &c. cap.11.num.183.
Vers.15.Si cuius opus manserit, quod superedificauit &c,cap.11.num.193.
Vers.19.Sapientia huius mundi stultitia est. cap.1. num.43.
CAP.4.v.5.Itaque nolite ante tempus iudicare,&c.c.1 num.189.& cap.11.num.183.
CAP.5.v.11.Nunc autem scripsi vobis non commiscerí &c.cap.11.num.155.
CAP.6.v.12. Ego sub nullius redigar potestate.cap.9 num.11.
Vers. 17. Qui autem adhæret Domino, &c.cap.2. num.28.
CAP.7.v.21. Seruus vocatus es? non sit tibi curæ, &c. cap.7.num.131.
Vers. 36. Si quis autem turpem se videri existimat, &c.cap.7.num.153.
CAP.8.v.1.Scientia inflat,&c.cap.3.num.117.
CAP.9.v.7.Hilarem enim datorem diligit Deus.cap.4 num.16.
Vers.11. Si nos vobis spiritualia seminauimus, &c. cap.7.num.186.
CAP.10.v.4.Petra autem erat Christus.c.2.nu.6.& cap.11.num.193.
Vers.12. Itaque qui se existimat stare, &c.cap.2. num.3.& cap.8.num. 34.& cap.11.num.197.
Vers.13.Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, &c. cap.'1. num. 158.& cap.2.num.2.& 26. & 30.
CAP. 11. v. 3. Volo autem vos scire, &c. cap. 1. num.27.
Vers. 7. Mulier autem gloria viri est. cap. 10. num.195.
Vers.10.Ideo debet mulier habere potestatem,&c.9. num.41.
Vers. 23. Ego enim accepi à domino, &c. cap. 9. num.83.
Vers. 26. Mortem domini annuntiabitis. cap. 11. num.24.
Vers. 29. Iudicium sibi manducat & bibit.cap.9. num.89.
CAP.12.v. 3. Nemo potest dicere dominus Iesus, &c. cap.11.num.134.
Vers. 6. Alij quidem per Spiritum sanctum datur, &c.cap.1.num.8.
CAP.13.v.4.Charitas patiens est.cap.10.num.44.
Vers. 13. Maior autem horum est charitas. cap.10. num.45.
CAP.14.v. 34. Sed subditas esse sicut lex dicit.cap.9. num.11.
CAP.15.v.2.Fidelis Deus qui vocauit vos, &c. c.11. num.150.
Vers. 33. Nolite seduci corrumpunt mores, &c. cap.7.num.103.& cap.12.num.60.& cap.13 num.2.
Vers. 53.Absorpta est mors in victoria,&c.cap.11. num.25.
Vers.56.Stimulus autem mortis peccatum est,c.10 num.215.
CAP.16.v.1. De collectis autem,quæ fiunt,&c.cap.1. num.98.

AD CORINT. II.

CAP. 1. v.1.Cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia.cap.7.num.176.
CAP.3.v.5.Non quod sufficientes simus cogitare, &c. cap.10.num.197.
CAP.4.v.2. Sed abdicamus occulta dedecoris.cap.1. num.43.
Vers. 6. Ipse illuxit in cordibus nostris. cap. 2. num.68.
Vers.17.Id enim quod in præsenti est momentaneum, &c.cap.1.num.157.& cap.6.num.85.
CAP. 5.v.21. Eum qui non nouerat peccatum,&c. cap.3.num.62.
CAP.6.v.1. Tempore accepto exaudiui te, &c. cap.4. num.111.
Vers. 14. Quæ enim participatio iustitiæ,&c.cap.2 num.104.& cap.13.num.39.& 105.

CAP.7.

CAP.7.v.1. Charissimi mundemus nos ab omni inquinamento.cap.2.num.130.
Vers. 4. Superabundo gaudio in omni tribulatione mea.cap.11.num.97.
CAP.9.v.5.Necessarium ergo existimaui rogare, &c. cap.5.num.98.& cap.7.num.198.
Vers.6.Qui parce seminat.cap.3.nu.69.& cap.11. num.80.
Vers. 7. Prout destinauit in corde suo,&c. cap.4. num.32.
Vers.10. Multiplicabo semen vestrum,&c. cap.12. num.19.
CAP. 10.v.5. In captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi.cap.3.num.110.
CAP.11.v.3. Timeo autem ne sicut serpens,&c.cap.1. num.43.
CAP.12.v. 5. Pro huiusmodi gloriabor, &c.cap.1. num.86.

AD GALATAS.

CAP.1.v.6.Miror quod sic tam cito transferimini,&c cap.10.num.117.
Vers. 7. Sunt aliqui qui vos conturbant,&c.cap.6. cap.154.
Vers.10. An quæro hominibus placere, &c.cap.7. num.46.
Vers. 15. Cum autem placuit ei,qui me segreganit. cap.1.num.115.
CAP.2.v.11.Cum autem venisset Cephas,&c.cap.10. num.198.
Vers.5.Quibus neque ad horam cessimus,&c.cap.13 num.49.
Vers. 17. Christo confixus sum cruci, &c.cap.13. num.16.
Vers. 20. Viuo ego, iam non ego,viuit vero in me Christus.cap.4.num.55.
CAP. 4. v. 4. Venit plenitudo temporis,&c. cap.10. num.29.
Vers. 23. Sed qui de ancilla secundum carnem,&c. cap.10.num.212.
CAP. 5.v. 15. Si inuicem mordetis & comeditis,&c. cap.11.num.227.
Vers. 17. Caro concupiscit aduersus Spiritum, &c. cap.10.num212.& cap.12.num.32.
CAP.6.v.1.Fratres & si præoccupatus fuerit homo,&c. cap. 4. num. 127. & cap.8.num.26.& cap.11. num.56.
Vers. 8. Quæ enim seminauerit homo, &c. cap. 7. num.18.
Vers.9. Maxime autem ad domesticos fidei. cap.12. num.25.
Vers. 10. Ergo dum tempus habemus operemur bonum.cap.4.num.11.& cap.12.num.6.

AD EPHESIOS.

CAP.1.v. 3. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi,&c.cap.11.num.161.
Vers.4.Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. cap.6.num.55.
Vers. 7. In quo habemus redemptionem,&c.cap.1. num.41.
Vers. 22. Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam.cap.3.num.90.
CAP. 2.v.4. Deus autem qui dives est in misericordia, &c. cap.2. num. 40.& 81.& 135.& cap.7. num. 179.& cap.11.num.159.
Vers.5.Cum essemus mortui peccatis, &c. cap. 11. num. 5.
Vers. 19. Ipse est pax nostra,&c.cap.4.num.65.& cap.13.num.19.
Vers. 20. Supra fundamentum Apostolorum,&c. cap.11.num.19.
CAP. 3.v. 15. Ex quo omnis paternitas in cælis,&c. cap.3.num.8.
CAP.4.v.14.Vt non iam simus parvuli fluctuantes,&c cap.5.num. 54.
Vers. 14. In astutia ad circumuentionem erroris. cap.1.num.43.
Vers.17.Vt iam non ambuletis, vt gentes,&c.c.11 num.127.
Vers. 22. Deponere vos secundum pristinam conuersationem,&c.cap.3.num.24.
Vers.25. Propter quod deponentes mendacium, &c. cap.4.num.115.& cap.7.num.81.
Vers.26.Sol non occidat super iracundiam vestram. &c.cap.10.num.163.
Vers.29.Omnis sermo malus ex ore vestro,&c.c.9. num.95.
CAP. 5. v. 1. Estote imitatores Dei, &c. cap. 3. num.28.
Vers.5.Quod est idolorum seruitus,&c.c.5.n.4. & cap.10.num.89.
Vers.6.Nemo vos seducat inanibus verbis,&c.cap.2. num.100.
Vers.13. Omne quod manifestatur lumen est. cap. 1. num.3.
Vers.15.Vide fratres quomodo caute ambuletis,&c cap.4.num.106.
Vers.18.Nolite inebriare vino, &c.cap.1.num.127. & cap.9.num.51.& cap.12.num.66.
Vers. 19. Cantantes & psalentes in cordibus vestris domino cap. 9. num.21.
Vers.25.Christus dilexit Ecclesiam,&c.cap.3.nu.5 & cap.7.num.121.
Vers.33.Vxor autem timeat virum suum.c.1.n.116 & cap.9.num.16.
CAP.6.v.1.Filij obedite parentibus vestris, &c.cap.3. num.16.
Vers.4.Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare &c.cap.4.num.158.& cap.8.num.57.
Vers. 5.serui obedite dominis carnalibus, &c.cap.7. num.125.& cap.8.num.49.
Vers. 17. Gladium spiritus quod est verbum Dei. cap.1.num.58.

AD PHILIPPENSES.

CAP.1. v. 21. Mihi viuere Christus est & mori lucrum.cap.2.num.5.& 31.& cap.4.num.53.
Vers. 23. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo cap.2.num.23.& cap.7. num. 222.& cap.11.num.193.& 205.
CAP.2. v. 7. Semetipsum exinanuit, &c. cap. 13. num.92.
CAP.2.v.8.Factus obediens vsque ad mortem.cap.11. num.5.& 92.
Vers. 12. Cum metu & tremore vestram salutem operamini.cap.2 num.3.& cap.4.num.87.
CAP.3.v.16.Verumtamen ad quod peruenimus,&c cap.5.num.62.
Vers.20.Nostra autem conuersatio in cælis est.cap.9 num.93.& cap.13.num.82.
CAP.4. v. 12. Omnia possum in eo qui me confortat. cap.6.num.129.
Vers.19.Deus autem meus impleat omne desiderium, &c.cap.11.num.159.

AD COLOSSENSES.

Cap. 1. v. 9. *Vt implearnini agnitione voluntatis eius, &c. cap. 8. num. 48.*
Vers. 16. *Quoniam in ipso condita sunt vniuersa, &c cap. 1. num. 24.*
Cap. 2. v. 2. *Vt consolentur corda ipsorum, &c. cap. 1. num. 125.*
Vers. 3. *In quo sunt omnes thesauri, &c. cap. 1. nu. 10 & 129. & 168. & cap. 4. num. 53.*
Vers. 9. *In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. cap. 1. num. 12. & cap. 9. num. 84. & cap. 11. num. 22.*
Cap. 3. v. 20. *Hoc enim beneplacitum est in domino. cap. 3. num. 16. & 38.*

AD THESSAL. I.

Cap. 2. v. 8. *Itaque desiderantes vos cupide volebamus, &c. cap. 7. num. 126.*
Cap. 4. v. 11. *Rogamus vos fratres vt operam detis, &c cap. 11. num. 66.*
Cap. 5. v. 12. *Rogamus autẽ vos fratres vt, noueritis, &c cap. 10. num. 172.*

II.

Cap. 3. v. 5. *Dominus autem dirigat corda vestra, &c. cap. 2. num. 14.*

AD TIMOT. I.

Cap. 1. v. 6. *A quibus quidam aberrantes conuersi sunt, &c. cap. 5. num. 77.*
Vers. 13. *Qui prius blasphemus fui, &c. cap. 8. num. 58.*
Vers. 18. *Hoc præceptum commendo tibi, &c. cap. 7. num. 179.*
Cap. 2. v. 4. *Vult omnes homines saluos fieri. cap. 4. num. 87.*
Vers. 9. *Similiter & mulieres in habitu ornato, &c. cap. 7. num. 123.*
Cap. 3. v. 5. *Si quis episcopatum desiderat, &c. cap. 7. num. 23. & cap. 11. num. 34. & 36.*
Cap. 4. v. 7. *Ineptas autem & aniles fabulas deuita. c. 3 num. 105.*
Cap. 5. v. 4. *Discat mutuam vicem reddere parentibus &c. cap. 3. num. 58.*
Cap. 5. v. 17. *Qui bene præsunt presbyteri, &c. cap. 7. num. 185. & 193. & cap. 10. num. 108.*
Vers. 19. *Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, &c. cap. 11. num. 52.*
Vers. 20. *Peccantes coram omnibus argue, &c. c. 8. num. 55. & cap. 11. num. 56.*
Vers. 23. *Noli aquam bibere, sed modico vino vtere. cap. 3. num. 144.*
Cap. 6. v. 7. *Nihil intulimus in hunc mundum, &c. cap. 11. num. 29.*
Vers. 8. *Et quibus tegamur contenti simus. cap. 11. num. 29.*
Vers. 9. *Qui volunt diuites fieri, &c. Radix omnium malorum est cupiditas. cap. 4. nu. 162. & cap. 8 nu. 12. & 15. & 16. & cap. 10. nu. 71. & 123 & cap. 11. num. 74. & cap. 13. nu. 9.*
Vers. 11. *Sectare patientiam & mansuetudinem. c. 2 num. 38.*
Vers. 17. *Diuitibus huius sæculi præcipe, &c. cap. 5. num. 4. & cap. 11. num. 172.*

II.

Cap. 2. v. 2. *Et quæ audisti à me per multos testes, &c. cap. 8. num. 46.*
Vers. 5. *Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. cap. 11. num. 149. & 198.*
Vers. 6. *Laborantem agricolam oportet primum, &c cap. 6. num. 87.*
Vers. 14. *Nolite contendere verbis, &c. cap. 8. num. 58.*
Vers. 17. *Multum proficiunt ad impietatem, &c. cap. 11. num. 229.*
Vers. 19. *Discedat ab iniquitate qui nominat nomen domini. cap. 4. num. 70.*
Cap. 4. v. 3. *Erit enim tempus cum sanam doctrinam, &c. cap. 6. num. 154.*
Vers. 16. *In prima defensione nemo mihi affuit. cap. 4 num. 60.*
Vers. 17. *Et liberatus sum de ore leonis. cap. 4. num. 157.*

AD TITVM.

Cap. 2. v. 13. *Iuste & pie viuamus in hoc sæculo, &c. cap. 11. num. 170.*
Cap. 3. v. 11. *Hæreticum hominem post vnam, &c. c. 3 num. 118.*

AD HEBRÆOS.

Cap. 1. v. 3. *Qui cum sit splendor gloriæ. cap. 9. num. 85.*
Vers. 3. *Portansque omnia verbo virtutis suæ. cap. 1. num. 51.*
Vers. 3. *Sedet enim ad dexteram maiestatis, &c. c. 11 num. 5.*
Vers. 15. *Ad quem autem Angelorum dixit: sede à dextris meis, &c. cap. 12. num. 51.*
Cap. 2. v. 9. *Videmus Iesum propter passionem eius, &c. cap. 10. num. 38. & cap. 11. num. 92.*
Vers. 16. *Nusquam Angelos apprehendit, &c. cap. 1. num. 64. & cap. 3. num. 7.*
Vers. 20. *Dominus autem in templo sancto suo, &c. cap. 13. num. 126.*
Cap. 4. v. 12. *Discretor cogitationum & intentionis eius, &c. cap. 11. num. 187.*
Vers. 13. *Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. cap. 11. num. 87. & 179.*
Cap. 5. v. 4. *Nec quisquam sumit sibi honorem, &c. cap. 10. num. 42. & cap. 11. num. 36.*
Cap. 6. v. 4. *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, &c. cap. 2. num. 70. & cap. 4. num. 99.*
Vers. 7. *Qui agrum non coluerit & spinis eum opprimi, &c. cap. 11. num. 191.*
Cap. 9. v. 15. *Et ideo noui Testamenti mediator est, &c. cap. 11. num. 147.*
Vers. 27. *Statutum est hominibus semel mori, &c. cap. 11. num. 101. & 184. & 185. & 203.*
Cap. 10. v. 22. *Accedamus cum vero corde, &c. cap. 1. num. 201.*
Vers. 28. *Quanto magis putatis deteriora mereri, &c. cap. 10. num. 209.*
Vers. 31. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. cap. 1. num. 52. & cap. 2. num. 134. & cap. 11. num. 206.*
Vers. 35. *Nolite itaque amittere confidentiam, &c. cap. 11. num. 149. & 162.*
Vers. 38. *Iustus autem meus ex fide viuit, &c. cap. 4. num. 102.*
Cap. 11. v. 6. *Sine fide autem impossibile est placere Deo. cap. 2. num. 62.*
Vers. 24. *Negauit se esse filium filiæ Pharaonis, &c cap. 11. num. 162.*

Vers. 27.

Vers. 27. *Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. cap. 2. num. 19.*
Cap. 12. v. 5. *Noli negligere disciplinam Domini. cap. 10. num. 1.*
Vers. 7. *In disciplina perseuerate. cap. 4. num. 86.*
Vers. 8. *Quod si extra disciplinam estis, &c. cap. 1. num. 46.*
Vers. 11. *Omnis autem disciplina in præsenti, &c. cap. 1. num. 142. & cap. 6. num. 125.*
Vers. 13. *Gressus rectos facite pedibus vestris, &c. c. 2. num. 101.*
Vers. 17. *Et postea cupiens hereditare benedictionem, &c. cap. 10. num. 86.*
Cap. 13. v. 6. *Non te deseram neque derelinquam, &c. cap. 2. num. 49.*
Vers. 9. *Doctrinis varijs & peregrinis, &c. cap. 5. num. 6.*
Vers. 9. *Optimum est enim stabilire cor. cap. 4. num. 95.*

EPIST. IACOBI.

Cap. 1. v. 2. *Omne gaudium existimate fratres, &c. c. 4 num. 84. & 98.*
Vers. 4. *Patientia opus perfectum habeat. cap. 2. n. 21.*
Vers. 5. *Si quis indiget sapientia, &c. cap. 1. nu. 6. & 79. & 178. & cap. 6. nu. 163. & cap. 11. nu. 108. & 109.*
Vers. 8. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. cap. 1. num. 180. & cap. 2. num. 98. & 101.*
Vers. 11. *exortus est enim sol cum ardore, &c. cap. 10. num. 145.*
Vers. 12. *Beatus vir qui suffert tentationem, &c. cap. 2 num. 63.*
Vers. 15. *Peccatum generat mortem. cap. 6. num. 21.*
Vers. 17. *Omne datum optimum & omne donum perfectum, &c. cap. 11. num. 99. & 105. & 123.*
Vers. 18. *Vt simus initium aliquod creaturæ eius. c. 1. num. 111.*
Vers. 19. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, &c. cap. 4. num. 152. & cap. 5. num. 64. & 73. & cap. 10. num. 191.*
Vers. 21. *Propter quod abijcientes omnem immunditiam, &c. cap. 5. num. 65.*
Vers. 22. *Estote autem factores verbi, &c. cap. 3. num. 13.*
Vers. 25. *Et amicus Dei apellatus est. cap. 13. num. 17.*
Vers. 27. *Religio munda & immaculata, &c. cap. 1. num. 121. & cap. 7. num. 133.*
Cap. 2. v. 2. *Nolite in personarum acceptione habere fidem. cap. 20. num. 183.*
Vers. 2. *Si intrauerit in conuentum vestrum, &c. c. 10. num. 218.*
Vers. 6. *Nonne diuites per potentiam, &c. cap. 8. n. 8. & cap. 13. num. 104.*
Vers. 8. *Si tamen legem perficitis regalem, &c. c. 10. num. 45.*
Vers. 13. *Iudicium sine misericordia fiet ei qui non facit misericordiam. cap. 12. num. 15.*
Vers. 13. *Superexaltat autem misericordia iudicium. cap. 11. num. 184.*
Cap. 3. v. 2. *In multis offendimus omnes. cap. 8. num. 27*
Vers. 6. *Ecce quantus ignis quam magnam siluam, &c. cap. 9. num. 101. & cap. 11. num. 203. & 227 & 232.*
Vers. 11. *Numquid fons de eodem foramine emanat, &c. cap. 11. num. 225.*
Vers. 13. *Quis sapiens & disciplinatus inter vos. cap. 1 num. 128. & cap. 3. num. 77.*
Cap. 4. v. 4. *Nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei, &c. cap. 13. num. 39.*
Cap. 4. v. 6. *Humilibus autem dat gratiam. cap. 3. num. 91. & cap. 7. num. 108. & cap. 10. nu. 59.*
Vers. 10. *Humiliamini in conspectu Domini, &c. cap. 13. num. 118.*
Vers. 17. *Scienti igitur bonum facere, &c. cap. 1. num. 118.*
Cap. 5. v. 1. *Agite nunc diuites plorate vlulantes, &c. cap. 5. num. 7.*
Cap. 5. v. 4. *Ecce merces operariorum, &c. cap. 7. num. 128.*
Vers. 7. *Ecce agricola expectat pretiosum fructum, &c cap. 1. num. 159. & cap. 6. num. 84.*
Vers. 13. *Tristatur aliquis vestrum oret. cap. 7. nu. 58. & cap. 10. num. 203.*
Vers. 16. *Multum enim valet deprecatio iusti assidua, &c. cap. 3. num. 24.*
Vers. 19. *Fratres mei, si quis erraverit à veritate, &c. cap. 4. num. 128.*

EPIST. D. PETRI. I.

Cap. 1. v. 9. *Scientes quod non corruptibilibus auro, &c cap. 1. num. 68. & cap. 10. num. 87.*
Cap. 3. v. 14. *Sed & si quid patimini propter iustitiam beati. cap. 4. num. 147.*
Cap. 4. v. 13. *Communicantes Christi passionibus, &c. cap. 1. num. 159.*
Cap. 5. v. 5. *Omnes autem inuicem humilitatem insinuate, &c. cap. 13. num. 8. & 40.*
Cap. 5. v. 6. *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, &c. cap. 2. num. 115.*
Vers. 7. *Omnem vestram sollicitudinem, &c. cap. 11. num. 156.*

II.

Cap. 2. v. 14. *Oculos habentes plenos adulterij, &c. cap. 9 num. 18. & 37.*
Vers. 15. *Derelinquentes rectam viam erraverunt, &c cap. 2. num. 113.*
Vers. 21. *Melius enim erat illis non cognoscere viam, cap. 10. num. 107.*

EPIST. D. IOAN. I.

Cap. 1. v. 5. *Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. cap. 11. num. 123.*
Vers. 8. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus &c. cap. 8. num. 54.*
Cap. 2. v. 1. *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum. cap. 13. num. 61.*
Cap. 2. v. 4. *Qui dicit se nosse Deum, &c. cap. 1. num. 145.*
Vers. 16. *Omne quod in mundo est, &c. cap. 1. nu. 25. & cap. 13. num. 39.*
Vers. 25. *Nolite diligere mundum neque ea, &c. cap. 9 num. 55.*
Cap. 3. v. 1. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater &c. cap. 1. num. 187.*
Vers. 17. *Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, &c. cap. 4. num. 2.*
Vers. 18. *Non diligamus verba neque lingua, &c. c. 11. num. 116.*
Cap. 4. v. 10. *Quasi nos dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos. cap. 11. num. 115.*
Vers. 18. *Perfecta charitas foras mittit timorem. cap. 1. num. 149.*

EPIST. D. IVDÆ.

Vers. 18. *In nouissimo tempore venient illusores, &c. cap.13.num.49.*

APOCALYPSIS.

Cap.1.v.3. *Præcinctum ad mamillas Zona aurea.cap.9 num.28.*
Cap.2.v.10.*Esto fidelis vsque ad mortem,&c.cap.11. num.152.*
Cap. 3. v. 2.*Esto vigilans & confirma, &c. cap. 13. num.73.*
Cap: 3. v. 15. *Quia dicis quod dives sum, &c. cap.5. num.5.*
Vers. 16.*Sed quia tepidus es,incipiam te euomere.c.2. num.106.& cap.5.num.5.& cap.11.num.172*
Vers. 20. *Si quis audierit vocem meam, &c. cap. 4. cap.13. num.68.*
Cap.4.v. 9. *Et cum darent illa animalia gloriam, &c. cap.10.num. 42.*
Vers. 10. *Procidebant vigenti quatuor seniores, &c. num.85.*
Cap.5.v.5.*Ecce vicit Leo de tribu iuda.cap.2.nu.135. & cap.11.num.23.*
Vers.10. *Fecisti nos deo nostro regnum, &c.cap.10. num.45.*
Cap.6.v.13.*Et stellæ de cælo ceciderunt super terram,&c cap.11.num.197.*
Cap. 8. v. 4. *Ascendit fumus aromatum, &c.cap.7. num.26.*
Cap.9. v. 3. *Et data est illis potestas, &c. cap. 12. num.53.*
Vers.9.*Et habebant capillos sicut capillos mulierum,&c cap.11.num.235.*
Cap. 12. v. 1. *Signum magnum apparuit in cælo, &c. cap.11.num.126.*
Cap.14.v.13.*Opera enim illorum sequuntur illos.cap.11 num.183.& 202.*
Cap. 15. v. 4. *Quis non timebit te, &c. cap. 2. num.87.*
Cap. 18. v.10. *Væ væ ciuitas illa magna Babylon,&c. cap.11.num.181.*
Vers. 17. *Væ væ ciuitas illa, quæ deaurata erat auro, &c. cap. 13.num.120.*
Cap. 19. v. 10. *Et cecidi ante pedes eius vt adorarem eum,&c.cap.7.num.175.*
Vers. 12. *Et in capite eius drademata multa. cap. 10. num.27.*
Vers.16.*Rex regum & dominus dominantium. c.11. num.21.*
Cap. 21. v.8. *Timidis autem & incredulis, &c.cap.2. num.98.*
Vers. 18. *Et erat structura muri ex [illegible] aspide, &c. cap 11. num. 189.*
Vers. 27.*Non intrabit in eam aliquod coinquinatum aut abominationem faciens. cap. 11. num. 186. &.191.*
Cap. 22. v. 1. *Et ostendit mihi fluuium, &c. cap. 1. num.15.*
Vers. 5. *Dominus Deus illuminabit illos. cap. 2. num.70.*
Vers.11. *Qui iustus est iustificetur adhuc, &c. cap.7. num. 32.*
Vers.12.*Ecce venio cito,& merces mea mecum est,& c num.88.& cap.11.num.162.*
Vers.15.*Foris canes & venefici.cap.13.num.202.*

I N-

INDEX RERVM ET VERBORVM

Prior numerus Caput secundus numerum marginalem indicat.

A.

ABEL.

Abel quia cito euanescere deberet sic appellatus est. In Isagoge num.7.
Quomodo sanguis Abel clamat ad Deum. cap. 4 nu.24.
Quare Deus prius ad Abelem respexerit quam ad munera eius?cap.7 num.65.
Abelis sacrificium munus gratum Deo. cap.7.num.104.
Abijt Abel in dissertum locum cum fratre audace & mois eius secuta est cap.8 num.82.
Quare Cain occiderit Abel in campo deserto & non in campo frugifero cap.8 num.82.

Abesam.

Abesam sexaginta filios in matrimonio collocauit.cap.7. num.154.

Abraham.

Qualis gloriatio Abraham cap.1.num.86.
Multam mercedem dedit Abrahamo quia credidit cap.2 num.63.
Quare Abraham se cinerem esset dixerit.cap 3.num.94
Quare Abraham petierit signum promissionis á Deo factæ cap.3.num.30.
Quare iusserit Deus Abraham ancillam & filium ejicere. cap.3.num:129.
Abraham licet Dives Spiritu pauper.cap.4 num.34.
Abraham cunctatur in sacrificio filij vt augeat meritum patientiæ. cap 3.num.87.
Abraham recuperauit Loth captum cap 3.num.90.
Cur ante punitionem Sodomæ Deus diuertit ad Abraham.cap.4.num.161.
Quare Deus Abrahamo secreta sua enuntiauerit.cap 7. num.146:
Quare noluerit Deus reuelare Abrahamo quæ gens populum in seruitutem traditura erat.cap.10.num.49.
Noluit Deus præbere occasionem Abrahamo optandi vindictam. cap.10.num.49.
Abraham breui surrexit ab officio funeris vxoris suæ. cap.11.num.212.
Abraham hospitalitatis exemplum cap.11 num.215.

Absalom.

Absalom patrem ignominia afficere conatus est. cap.3. num 49.
Absalom sollicitabat corda ciuium.cap.6.num.29.
Absalom exemplum ambitiosorum.cap.7.num.25.
Quare Ioab occiderit Absalom.cap:8:num.83.

Abscondere.

Verbum abscondere de occultatione thesauri dicitur. cap.1.num.162.

Abyssus.

Abyssum abyssum inuocare quid.cap.3 num 140.
Abyssus peccatorum aliam inuocat.cap.3.num.141.

Achab.

Achab & Iezabel breuem vitam vixerunt.cap.10.nu.93

Acceptio personarum.

Deus non est acceptor personarum.cap.2.num.75.
Nulla debet esse acceptio personarum.cap.5.num.93.
Exempla de acceptione personarum.cap.5.num.94.
Acceptio personarum quid.cap.10 num.182.
Deo soli conuenit personas accipere. cap.10.num:182.

Accumbere.

Accumbere est ad mensam sedere.cap.9.num.50.
Viricum fœminis apud Græcos non accumbebant.cap:9 num.50.

Actus, agere, actio.

Qui male agit odit lucem.cap.1.num.148.
In legere Christi actus interni prohibentur. cap. 9: num.17.
Nihil agendum cum arrogantia & præsumptione. cap.10.num.199.
Post pessimam actionem supplicium sequitur. cap. 7. num,16.

Adam:

Nomen Adam quale.In Isagoge.num.8.
Adam vocatus est filius Dei.cap.1.num.57.
Adam imago erat Christi futuri in carne cap.1.nu. 57.
Quare Adam vocauerit Euam os & carnem. cap.3. num.6.
Adam factus est arcus dolosus.cap.10.num.116.
Adam mali respondit cor suum remouendo ab amore Dei.cap.10.num.117.

Adamas.

Adamas mansuetudinem denotat.cap.3.num.79.
Adamantis effectus in mansuetudine inuenitur. cap. 3. num.79.
Christus verus adamas.cap.3.num.79.
Adamas quid sonet.cap.7.num.43.

Adinuentiones.

Adinuentiones vocatur studia & opera.cap.1.num.84

Adolescens, Adolescentia.

Adolescentes qui prudentia pollent senes vocantur. cap.6.num.152.
Adolescentia maturitium vitæ tempus.cap.6.num.157.
Adolescentis est maiores natu vereri.cap 8 num.35:
Adolescens ab aspectu mulieris abstrahere se debet cap.9 num.43.
Adolescentia est quasi flos.cap.6.num:80.
Adolescens imbutus odore sapientiæ in senectute seruat odorem cap.6.num.80.
Quod in adolescentia discitur durat vsque ad senectam cap 11.num.128.
Adolescens iuxta viam suam cum senuerit non discedit ab ea.cap.11.num 129.
Salomon irridet adolescentis inscitiam. cap. 11.nu 187.

Adolescentulæ.

Adolescentulæ in veterem prónæ cap.7.num.50.
Quem effectum afferat nimius amor in adolescentulis. cap 7 num.150.

Adulator, Adulatio.

Adulatores cauendi, quia non amici sed hostes sunt. cap.12.num.52:
Verba amicorum reconciliatorum adulationes sunt. cap:12 num:52.
Adulatio similis modulationi.cap.12.num.59.
Adulatores verbis dulcibus decipiunt eos, quibus adulantur.cap:12.num.63.& cap.13.num.72.
Pernitiosum est adulatorum genus.cap.13.num.127.
difficile est discernere amicitiam ab adulatione. cap.12. num.65.
Adulatores diligunt diuites & pauperes execrantur: cap.13.num:129.

Adultera, Adulterium.

Excusantur adulteræ ob virorum suorum adulteria c.9. num.7.
Adulteria etiam ab animantibus odio habentur.cap.9 num.55.

Ædificare.

Ædificare pro recuperare.cap.3.num.68.
Ædificare significat fœunditatem filiorum. cap. 3. num.68.

Ægritudo.

Ægritudo pluribus indiget.cap.7.num:214.

Ægyptius, Ægyptus.
Ægyptius significat angustiatum.cap.8.num.28.
Ægypti Deum pingebant quasi oculum sceptro insistentem.cap.11.num.187.
In reditu ex ægypto contemptę vxores pauperes & diuites,acceptæ.cap.13.num.129.
Æmulatio.
Dura sicut infernus æmulatio.cap.9.num.2
Afflictio.
Afflictio non est danda afflicto cap.4.num.13.
Sancti visitantur cum afflictio animum permit cap. 10. num. 201.
Quare afflictio afferat homini recordationem Dei.c.10. num.202.
Agesilaus.
Agesilaus equitans cum filijs in arundine cap.5.nu. 50.
Agesilai liberalitas.cap.7 num.179.
Agonizare.
Agonizare quid.cap.4.num.146.
Agricola, Agricultura.
Agricolæ officium quale.cap.1.num.169.
Agricolarum similitudo.2cap.5.num.65.
Virgilius agit de agricultura.cap.7.nu.97.
Agricultura mater aliarum artium.cap.7.num.99.
Prima omnium artium agricultura. cap.7.num.99.
Laertius vlyssis pater agriculturam exerciut.cap.7.n.99.
Saturnus præses agriculturæ.cap.7.num.99.
Tempore Saturni nulla fuit cultura agri.cap.7.nu.99.
Bona agricultura quæ fructus ministrat omnibus.cap.7 num.100.
Agriculturæ festiua sacra.cap.7.num.100.
Proprium agriculturæ spiritualis prius extirpare vitia vt virtutes plantentur.cap.6.num.83.
Cyrus rex Persarum agriculturam exercuit. cap.7.n.99.
Tempore Saturni nulla fuunt agricultura.cap.7.nu.99.
Alexander.
Alexander Darium a se mortuum iussit sepelire.cap.7. num.206.
Aristoles admonuit callisthenem vt cum Alexandro aut raro loqueretur aut iucunda.cap.9.num.71.
Alexander se esse mortalem ex fuso sanguine proprio collegit.cap.3.num.146.
Alexander optabat esse diogenem.cap.10.num.10.
Alexander alteram claudebat aurem vt integram reo seruaret.cap.11.num.54.
Alienigena.
Alienigen a non recipiendus in Domum.cap.11.n.142.
Alienigena idem quod peregrinus.cap.11. num.142.
Salomon turbatus est eo quod mulieres alienigenas admiserit cap.11.num.142.
Altare.
Altare vnum futurum instituit Deus.cap.1.num. 173.
Altare sacrilegum impij in corde ædificant. cap. 1. num.173.
Altaris sacrificio delectatur & placatur Deus.c.11.n.25.
Altiora.
Altiora non quærenda.cap.3.num.98.
Aman
Aman qui princeps erat tanquam seruus Mardochæo seruiebat. cap.10.num.189.
Aman quia abusus est sua potentia à Deo punitus.est. cap.11 num.49.
Quare Aman punitus sit.cap. 13.num.130.
Ambitio, Ambitiosus.
Ambitio dignitatum reprehenditur.cap.7.num.23.
Testimonium D.Ambrosij contra ambitiosos: c.7 n.25.
Ambitio facit criminosos cap 7.num.25.
Ambitiosum ascensum sequitur ignominiosus descensus cap 7.num.26.
Iniquitas mater ambitionis.cap.7 num 25.
Ambitiosus similis Lunæ quæ crescit & decrescit cap.7 num.26.
Ambitiosus instar fumi deficit cap 7 num.26.
Non ambienda sedes honorifica,cap.7 num 29.
Ambulare.
Caute ambulare quid,cap.4 num 106.
Ambulare in vijs cordis sui quid.cap. 5 num 9.& cap.9 num.61.
Ambulare in omni via quid.cap 5.num.55.
Ambulare super arma dolentium quid cap.9.num.74.
Qui non sincere ambulat abominabilis Deo.c.5.n.155.
Amare, Amor.
Qui vult amare amet sapientiam.cap.1.num.140.
Dauid & Ionathæ amoris vis cap.2.num 28.
Amor Dei corda possidet.cap.2.num.66.
Amor Dei nimius respectu nostri & non sui.c.2.n.84.
Amanti naturale est ei, quem amat obsequi; cap.2 num 122.
Delicta non videt vis amoris.cap.3.num.57.& cap.8. num.32.
Amoris Dei exaggeratio cap.4.num.49.
Extremum in amore est illum viuere in eo, quem amat.cap.4.num.54.
Amor merces est amoris.cap.4.num.69.
Amor solet esse festinus.cap.5.num.63.
Amor fidelis amici non est mercenarius.cap.6.num.68.
Amor calcar est ad inuestigandum quod amatur.cap. 6. num.119.
Reddere debemus amoris vicem colendæ pietatis.cap.7. num.169.
Amoris potentia:fortis est enim vt mors.cap.9.num.2.
Sinus nomine significatur amor.cap.9.num.5.
Amor inter flores habitat.cap.9.num.29.
Amor est omnium pulcherrimus.cap.9. num,31.
Amor est desiderium pulchritudinis,& ex ipso desiderio natus est.cap.9.num.31.
Amor nascitur ex sensu visus.cap.9 num.32.
Amor male conciliatus non est diuturnus.cap. 9.nu.47.
Amoris ignis sæpe manifestatur per verba cap. 9. num.48.
Qui Deum amant semper de eo loquuntur. cap. 9. num.94.
Amoris ingenium se non malum pro malo,sed bonum reddere. cap.10 num. 52.
Qui relicto dei amore reuertitur ad amorem seculi non est aptus regno Dei. cap.10.num.117.
Præ amore Dei cuncta despicienda. cap.10.num.179.
In amore Dei non datur nimietas.cap.7.num.179.
Amor per oculos desiderium instillat. cap.11. num.87.
Qui Christum amat amat & Patrem. cap.11. num. 115.
Signum amoris non est in affectione animi sed in studio bonæ operationis. cap.11.num.116.
Amens.
Conscius amentis cum illo peribit.cap.8.num.70.
Amicitia, Amicus.
Amicitia essentialiter continet amorem.cap.1.num.102.
Amicitia Dei firma.cap.2.num.78.
Diuina amicitia amissibilis in hac vita.cap.5.num.24.
Qui amicitiam Dei obtinuit non debet iter aggredi per vitiorum viam.cap.5.num.26.
Amicus debet esse constans.cap.6.num.2.
Amicus coram & inimicus post tergum reprobatur.c.6. num.3.
Amicus simulatus ad iram prouocat.cap.6.num.3.
Amicitia Christi conseruanda.cap.6.num.3.
Non omnis amicus consiliarius esse potest.cap.6.n.31 cum optimis vsus habendus ibidem.
Modus lucrandi amicos.cap.6.num.26.
Vnus amicus eligendus cui arcana pectoris communicemus.cap.6.num.31.
Amicus in tentatione possidendus.cap.6.num.35.
Sicut equus probatur in bello sic amicus in calamitate. cap.6.num.35.
Amici prius deligendi quam diligendi.cap.6.num.35.
In angustijs amicus explorandus.cap.6.num.35.
Quomodo scytæ amicos facerent.cap.7.num.36.
Sectandi amici qui digni sunt.cap.6.num.36.
Amicus refugium amici est in tentationibus ibidem.
Qui demonstrat constantiam in afflictis amicorum rebus meretur memoriam æternam.cap.6.num.37.
Amicus quomodo comparandus.cap.6.num.38.
Amicus sicut aurum igne tribulationis probandus.c.6. num.35.
Sicut gubernator nauis in tempestate cognoscitur sicut amicus in tribulatione num.37.
Amicus prius quam recipiatur probandus.cap.6.nu.38
Exemplum vere amicitiæ.cap.6.num.38.
Aqua tribulationis accendit vel extirpat amicitiam. cap.6.num.35.
Amicitia quam cupiditas introducit fraudulenta est.c.6 num.41.
Amicus non facile credendus.cap.6.num.39.
Amicitia non est vectigalis.cap. 6.num.41.
Esse amicum secundum tempus quid.cap.6.num.40.
Occasiones quærit qui vult recedere ab amico. cap. 6. num. 45.
Amici adulterini propriæ vtilitati student. cap. 6. num.40.

Amicus fraudulentus fortunam sequitur. cap. 6 num.46.
Amicus falsus comparatur nautæ.cap.6.num. 45.
Amicitia mundialis quæ? cap.6.num.41.
Amicitia efficit æquales.cap.6.num.55.
Amicus vetus diligendus est.cap.6.num.41.
Amicus simulatus non perseuerat.cap.6.num.42.
Non facile amicus credendus. cap.6.num.41.
Amicus comparatur argento viuo.cap.6.num.41.
Qui coram amicis suum secretum effundit eius perpetuo seruus efficitur.cap.6.num.60.
Pernitiosi sunt amici qui facile ad inimicitiam transeunt cap. 6. num.43.
Sunt amici qui inuidia prosperitatis alienæ deserunt amicitiam cap.6.num.44.
Est genus amicorum qui facile irascuntur & deserunt. cap.6.num.45.
Est amicus qui odium & rixam denudant.cap.6.nu.46.
Amicus fictus blandis verbis decipit amicum. cap. 6. num.46.
Monitum S. Francisci Xauerij de amicitia. cap. 6. num.47.
Amicus socius mensæ quid cap.6.num.48.
Amici qui sunt socij mensæ deserunt in tribulatione. cap.6.num.48.
Amicitiæ parasitorum omni inimicitia peiores sunt.c.6. num.48.
Amicitia non est vera, quam necessitas conciliat.cap.6. num.50.
Amicus fictus non permanet in die necessitatis. cap.6. num.51.
Amicitiæ veræ descriptio.cap.6.num.53.
Si amicus in tentatione permanet verus est. cap. 6. num.53.
Qui in omni tempore diligit veram habet amicitiam. cap.6.num.53.
Amicus verus debet esse coæqualis. cap.6.num.54.
Vera amicitia æqualitatem quærit.cap.6.num. 54.
Amicus consors amoris.cap.6.num.54.
Radix propriæ amicitiæ qualis.cap.6.num.55.
Inter Ionatham & Dauid vera amicitia. cap.6.num.55.
Verbum conglutinare veræ amicitiæ legem includit. cap.6.num.55.
Amicus alter ego.cap.7.num.56.& 77.
Amicus simulatus est sicut parasitus.cap.6.num.56.
Verbum accommodare dicitur de lege veræ amicitiæ. cap.6.num.56.
Ex vera amicitia oritur fiducia.cap.6.num.57.
Qualis lex veræ amicitiæ.cap.6.num. 57.
Amicus potestatem habet in rebus amici. cap. 6.nu.57.
Amicus præ modestia solet ab amico se abstrahere. cap.6.num.58.
Amicus qui permanet se gerit tanquam æqualis.cap.6. num.58.
Ab amicis fucatis cauendum.cap.6.num.60.
Amicus fidelis rarus.cap.6.num.60.
Quare attendendum ab amicis.cap.6.num.61.
Amicus probandus vt recipiatur. cap.6.num.61.
Amico fideli nihil optabilius.cap.6.num.62.
Amicitiæ vis quanta.ibidem.
Amicum fidelem inuenire difficile cap.6.num.63.
Amicus protectio sortis.cap.6.num.63.
Qui inuenit amicum inuenit thesaurum. cap. 6. nu.64.
Præponere facit qui pecuniæ dispendium grauius fert quam amici iacturam. cap. 6.num.64.
Amico fideli nulla est comparatio. cap.6.num. 67. & cap.7.num.116.
Amicus fidelis pretiosior diuitijs omnibus. cap. 6. num.67.
Amicus plus æstimandus est quam aurum & argentum. cap.6.num.68.
Nihil æstimatur aurum in comparatione amici fidelis. cap.6.num.69.
Nihil pulchrius quam amicus fidelis. cap.6.num.70.
Amici fidelis consilia delectabilia.cap.6.num.70
Amicus fidelis instar medicinæ. cap.6.num.71.
Amicus medicamentum vitæ.cap.6.num.73.
Quare amicus dicatur pharmacum vitæ.cap.6.num.73.
Amicitia nulla firmior quam illa, quæ cum viro bono initur.cap.6.num.74.
Amicitia quam honestior tanto securior.cap.6.num.74.
Amicitia illa vera est, quam Dei timor conciliat.cap.6 num.74.
Amicitiæ redditio qualis.cap.6.num.76.
Amici proprium est velle, & amare quod amicus vult & amat.cap.6.num.77.
Solus Christus fidelis amicus.cap.6.num.78.& cap.9 num.55.
Amicitia vera sine sapientia obtineri non potest. cap.6. num.79
Amicus fidelis vicem præstat thesauri. cap.6.num.64.
Qui fidelem amicum,Christum scilicet,nactus est felix nominatur.cap.6.num.65.
Amici vnguentis pretiosis comparantur. cap.6. nu.72.
Deus facit amicitiam rectam.cap.6.num.76.
Amicus non relinquendus propter quamlibet rem. c.7. num.114.
Propter solutionis pecuniæ dilationem, non perdendus amicus.cap.7.num 115.
Amicus rebus aduersis probatur.cap.7.num.117.
Cum quis amico compatitur eius dolorem minuit.c.7. num.210.
Amicus non probatus vocatur extraneus & cum illo non faciendum consilium.cap.8.num.88.
Amicitia falsa qualis. cap.8.num.92.
Monetur nõ deserendum amicum iam exploratum. cap.9.num.54.
Amicum nouum non ambiendum.cap.9.num.54.
Amici noui veteribus non anteponendi. cap.9. num.54
Amicitia vera est quæ iam explorata est.cap.9.num.54.
Similitudo explicans veterem amicum non deserendum cap.9.num.54.
Amicitia illa vera est,quæ iam explorata est.cap.9.n.54.
Amicitia vetus magis delectabilis est.cap.9.num.54.
Amicitiæ elegans emblema.cap.9.num.54.
Amicus nouus videtur delectari magis quam vetus.c.9. num.55.
Amicus nouus non est similis veteri.cap.9.num.55.
Quidam inter multos amicos duos tantum fideles innenit.cap.9.num.55
Amicus nouus comparatur vino recenti. cap. 9. num.56.
Sicut vinum bonitatem suam accipit à vetustate sic amicus.cap.9.num.56.
Vinum vetus veteres amici.cap.9.num.56.
Aliquando amicus nouus tribuit suauitatem amico.c.9. num.57.
Non debet quis adhærere sibi amicum,quem non exploranit.cap.9.num.76.
Amicus longo tempore explorandus.cap.9.num. 76.
Ille qui verus amicus est æstimandus & consulendus. cap.9.num.77.
Qui non vere amicus est inimicus habetur. cap. 9. num.77.
Amici falsi comparantur hirundinibus.cap.9.num.77.
Cauendum ab illo qui verus amicus non est. cap.9. num.77.
Amici sapientes & prudentes eligendi ad tractandum & consulendum.cap.9.num.78.
Quis in amicitiam recipiendus est.cap.11.num.214.
Aliqui sunt amici fallaces à quibus cauendum.cap.11. num.214.
Qui dilectum non habet in recipiendis amicis disperdetur.cap.11.num.215.
Præceptum pithagoræ de recipiendis amicis. cap. 11. num. 215.
Quid sit amicos facere de mammona iniquitatis.cap.11. num.24.
Amicus certus in re incerta cognoscitur.cap.12.nu.35. & num.40.& cap.6.num.37.
Amici ficti adulatores sunt.cap.12.num.35.
Quale nomine tantum amici sunt.cap.12.num.35.
Amici ficti similes delphinis.cap.12.num.35.
Amicus non cognoscitur in prosperitate.cap.12.nu.35.
Semei amicus simulatus.cap.12.num.36.
Paupertas est quasi lydius lapis ad dignoscendam amicitiam.cap.12.num.36.
Amicorum mores periclitandi sunt.cap.12.num.36.
Cum quis in aduersitate separatur ab amico fictæ amicitiæ indicium præbet.cap.12.num.40.
Tribulatio probatio est veræ amicitiæ.cap.12.num.40.
In omni tempore diligit qui amicus est, id est, tam in prosperitate quam in aduersitate cap. 12. num.40.
Exemplum veræ amicitiæ.cap.12.num.41.
Amici laudantur qui amicos in tribulatione adiuuant. cap.13 num.41.
Amicus verus frater nominatur.cap.12.num.41.
Amicus verus similis heliotropio.cap.12 num.41.
Amici vere in prosperitate & aduersitate se inuicem

inuicem diligere debent.cap.12.num.41.
Natura heliotropij gemmæ veram amicitiam adumbrat. cap.12.num.41.
Amicus falsus similis prædoni.cap.12.num.44.
Vir iniquus decipit amicum suum.cap.12.num.44.
Ab amico simulato cauendum.cap.12.num.48.
Amicitiæ signa proponuntur.cap.12.num.50.
Amicus reconciliatus ex se abijcit fidelitatem. cap. 12. num.51.
Amicus reconciliatus non meretur honorem sedendi ad dexteram veri amici.cap.12.num.51.
Quare cauendum ab amico reconciliato. cap.12.nu.52.
Amicitiæ velum aptum est instrumentum ad decipiendum.cap.12.num.52.
Amicus reconciliatus similis hederæ candidæ cap. 12. num.52.
Qui non cauet se ab amico reconciliato si decipiatur non est dignus commiseratione. cap.12.num.55.
Qui amicitiam simulantes amicum decipiunt similes sunt serpentibus.cap.12.num.56.
Dignus est reprehensione qui ab amico reconciliato decipitur.cap.12.num.56.
Incommoda malarum amicitiarum proponuntur.cap.12 num.62.
Tempus aduersitatis dissoluit amicitiam eorum.qui non sunt amici fideles.cap.12.num.62.
Amici ficti comparantur vmbræ.cap-12.num.62.
Amici qui non sunt fideles quasi dies qui sequuntur vitam.cap-12.num.62.
In malorum amicitia nihil firmum:cap.12.num.62.
Quare ficti amici non sint permanentes,cap.12.num.63.
Cum amici ficti vtilitas deficit declinat ab amicitia. cap.12.num.63.
Amicus sale tenus & cynimo quis dicatur. cap. 12. num.63.
Qui infortunium supportare non valet discedat ab amicitia.cap.12.num.63.
Nullæ maiores insidiæ quam quæ sub nomine amicitiæ occultantur.cap.12.num.65.
Qui blande loquitur amico suo expandit rete gressibus suis.cap.12.num.65.
Amicus fraudulentus verbis dulcibus obtundit acumen mentis amici.cap.12.num.65.
Exemplum falsæ amicitiæ.cap.12.num.70.
Exempla amicorum simulatorum.ibidem.
Amicus simulatus insidiatur omnibus modis sanguini proximi.cap.12.num.71.

Ammon.

Casus Amnon erga sororem Thamar. cap.9.num:27.
Amor vide.Amare

Angelus.

Angelica natura per sapientiam intelligitur. cap. 1. num.28.
Angeli quando creati.cap.1.num.28.
Angeli per lucem intelliguntur. cap. 1. num. 28. & per cælum ibidem.
Angelus similis monetæ Christi:cap.1.num.29.
Quare Angelus noluerit adorari à D. Ioanne Euangelista.cap.7 num.175.
Consideratio ascensionis & descensionis Angelorum. cap.10 num.132.
Angelorum ruinam suppleuit Deus hominibus.cap.10. num.132.
Angeli lucernæ dicuntur.cap.11.num.187.

Angor.

Angor est corporis vel animi cruciatus cap.5.num.50.

Angustia.

Communes angustiæ iustos & iniustos premunt. cap.2. num.110.
In angustia requirendus Deus.cap.10.num.201.
Qui sunt in angustia constituti obliuiscuntur pristinæ voluptatis.cap.11.num.182.

Anima, Animus.

Animæ pretium sanguinis Christi.cap.1.num.75.
Anima domus sapientiæ & sedes illius.cap.1.num.128.
Animæ receptacula sunt potentiæ.cap.1.num.129.
Animæ potentiæ instar thuribuli sunt receptacula amoris Dei.cap.1.num.129.
Anima corpus habet quasi vaginam.cap.1.num.57.
Animus cur dilatatur cum inuocatur Deus. cap. 1. num.130.
Animus cum patienter sustinet consolatione à Domino lætificatur.cap.2.num.35.
Anima nauicula est.cap.2.nu.15.& 107.& cap.5.nu.45.
Animæ morbus peccatum.cap.3.num.23.
Proprium est amoris animæ erga Deum,malum execrari cap.3.num.21.
Sicut serpens infirmatur ad mortem,sic anima.c.3.n.23.
Anima crudelis viscera ferrea nutrit, & Deus per paupertatem emollire cupit.cap.4.num.4.
Anima spirituali nobilitate decoratur, & quare. cap.4. num.52.
Animæ vita Christus est.cap.4.num.53.
Anima expirat cum Deum amittit.cap.4.num.53.
Anima pro conscientia.cap.4.num.113.
Anima pro cupiditate.cap.5.num.10.
Qui animum obdurat cadit in multa crimina. cap.5. num.24.
Cum amor Christi accendit animam, eam excitat à somno & vigilare facit.cap.4.num.63.
Cum anima à Deo deseritur moritur.cap.5.num.40.
Inconstans animus reprehenditur.cap.5.num.54.
Per animam totus homo intelligitur.cap.6.num.18.
Anima humanas actiones moderatur.cap.6.num.18.
Felix anima,quam Christus occupat.cap.6.num.18.
Anima prædium Dei.cap.6.num.18.
Anima nequam disperdit possidentem se.cap.6.num.19.
Anima dicitur nequam cum peccatum mortale admittit.cap.6.num.21.
Anima per peccatum relinquitur vt vmbraculum in vinea.cap.6.num.22.
Anima, quæ spreto Deo ad peccata deflectit nudatur omnibus gratijs cap.6.num.22.
Anima nequam tradit hominem deridentibus se.cap.6. num.23.
Anima, quæ Deum non quæsiuit excluditur à facie Dei. cap.6.num.24.
Animi vulnus ope amicorum sanatur. cap. 6.num.73.
Animum accomodare quid .cap.6.num:141.
Animæ amaritudo quid.cap.7.num.68.
Eum qui amaro animo est,exacerbare displicet Deo vehementer.cap.7.num.68.
Qui amaro animo est consolatione permulcendus. cap. 7.num.70.
Animam liquefieri ad Dei locutionem est humiliari. cap.7.num.107.
Anima concupiscit quod incaute oculus videt.c.9.n.28
Animam dare,est tradere voluntatem alterius potestati. cap.9.num.33.
In vno animæ domicilio iniquitas & iustitia habitare non possunt.cap.10.num.111.
Cum quis peccat in animam suam, tunc regnat in eo peccatum.cap.10.num.211.
Arguendus est is,qui peccat in animam suam subsidium ei non præbendo ad sustentandam vitam. cap.10. num.210.
Qui viliter tractat animam suam peccando honore indignus est.cap.10.num.211.
Qui transgreditur legem Dei peccat in animam suam. cap.10.num.211.
Cum quis peccat in animam suam tunc regnat in eo peccatum.ibidem.
Qui peccat animam suam in seruiturem redigit.cap.10. num. 211.
Peruersus est qui viliter tractat animam suam. cap.10. num.214.
Anima vitio contaminata est.cap.10.num.214.
Qui diligit iniquitatem odit animam suam. cap.10. num.215.
Quare anima cum peccat maculata dicatur. cap. 10. num.214.
Animæ pretium sanguis Christi. cap.1.num.68.
Anima seruit & mollit in terrenis.cap.5.num.24.
Animam effundere quid.cap.9.num.83.
Anima quæ non confidit in domino punietur. cap.2. num.72.
Similitudo cruæ confixæ iaculo relata ad animam sauciatam amore lasciuo.cap.9.num.44.
Animus duas habet fenestras ad ostentandum amorē. cap.11.num.87.
Animus humanus hortus Dei est.cap.11.num.107.
Animus noster debet esse æqualis in prosperis & in aduersis.cap.11.num.177.
Anima vel vita spiritus nominatur.cap.11.num.204.
Nemo est qui possit egressum animæ a corpore prohibere.cap.11.nu.204.
Animus maleuolus qualis.cap.11.nu. 219.
Animus gratus beneficia maiora meretur cap.11.nu.5.

Ani-

Animus cæcus quidquid illi committitur, in pernitiem facit.num.29.
Signa maleuoli atque inimici animi qualia cap.12. num.77.

Animaduersio.

Animaduersiones vocantur studia & opera.cap.1.nu.91.
Quid in animaduersione seruandum sit. cap.8.num.56.

Annales.

Annales antiqui consulendi.cap.2.num.71.

Antiochus Rex.

Antiochi regis exemplum.cap.3.num.138.
Quare Antiochus non esset misericordiam consequuturus.cap.3.num.147.
Antiochi epitaphium.cap.3.num.147.
Antiochus propter superbiam odio habitus. cap. 10. num.63.
Antiochus & alij tyranni moriuntur tempore non suo. cap.10.num.93.
Antiochus viuens vermes hæreditauit.cap.10.nu.102.
Antiochus in magnam incidit calamitatem quia oppressit Israel.cap.11.num.49.

Apis.

Apes vocantur florigeræ.cap.5.num.71.
Apes vnde nascantur.cap.5.num.71.
Apes vnde mel conficiant. cap.5.num.72.
Apis docet hominem quomodo debeat opera bona facere.cap.10.num.200.
Apis licet susurret non ostentat operationem suam. cap.10.num.200.
Apis bombilatione non diuulgat opus suam cap.10. num.200.
Apis natura & officium.cap.11.num.12.
Auctor naturæ in virtutibus apum suam ostentauit sapientiam.cap.1.num.12.
Quare Sirach apis similitudinem proponat. cap. 11. num.13.
Apis operatia est.cap.11.num.13.
Apes cum sit infirma corpore valida est vigore sapientiæ cap.11.num.13.
Apis ex varijs floribus mella sua conficiunt. cap.11. num.14.
Apum distributio ad conficienda mella.cap.11.num.16.
Apes sapientiæ suæ documentum præbent. cap. 11. num.16.
Quomodo apes sauos conficiant.cap.11.num.16.
Apes significant principes & reges.cap.11.num.21.
Nullum animal pronius est ad vindictam ape.cap.11. num.26.

Apostata, Apostasia, Apostatare.

Apostatæ raro pœnitentiam agunt. cap.4.num.100.
Apostatas Deus non amplectitur.cap.4.num.102.
Apostasia quid.cap.10.num. 107.&108.
Ex Apostasia in homine initium sumpsit superbia.cap.10 num.107.
Apostasia primi hominis qualis.cap.10.num.109.
Apostatare idem est ac non obedire. cap. 10.num.112.
Apostatare quid.cap.10.num.112.
Apostasia quare fuit initium superbiæ hominis. cap.10. num.114.
Apostasia includit in se defectum cognitionis Dei. cap.10.num.114.
Quomodo dicatur initium superbiæ hominis apostatare à Deo.cap.10.num.114.
Ratio huius est quia cor hominis recessit à suo creatore cap.10.num.115.

Apostolus.

Apostoli fundamenta Ecclesiæ.cap.1.num.111.
Apostoli vocati lachentes.cap.4.num. 27.
Apostolorum benedictio vacua non erat.cap.4.nu.68.
Apostoli assessores Christi iudicis.cap.4.num.75.
Apostoli meruerunt constitui super sedes duodecim. cap.11.num.6.

Aqua.

Aquæ furtiuæ dulciores sunt.cap.9.num.47.
Aqua extinguit ignem & ignis aquam.cap.3. num.157.
Aquarum receptacula vocantur thesauri.cap.11.nu.110.
Quare dicatur: Qui diderit calicem aquæ frigidæ, c.12. num.10.

Arare.

Arare impietatem quid.cap.3.num.141.
Atare mendacium est machinari & moliri. cap. 7. num.74.
Qui arat impietatem iniquitatem metit. cap. 7. num.75.
Arationi comparatur machinatio.cap.7.num.75.

Arbor.

Arbor quæ non fert fructum excidetur.cap.5.num.41.
Læso trunco arbor infrugifera reddit.cap.6.num.15.
Quid per aborem, Nabucodonosoris intelligatur.c.6. num.15.
Arbor infructuosa ex terra succidenda. cap. 7. num.96.
Arbor cognoscitur ex operibus suis.cap.9.num.97.

Arca.

Arca Dei populum comitabatur.cap.1.num.40.
Quare percusserit Deus Bethsamites cum arcam viderunt.cap.3.num.109.
Introspicere arcam nefas Israelitis.cap.3.num. 109.

Arcus dolosus vide Dolosus

Arena vide mare.

Argentum.

Exaggeratio ad significandum argenti abundantiam. cap.1.num.20.

Arrogans, Arrogantia

Arrogantem non sinit Deus inultum abire.cap.5.nu.14
Arrogantia tinea est, quæ comedit meritum bonorum operum.cap.10.num.199.
Nihil agendum cum arrogantia & præsumptione. c.10. num.199.
Nemo turbatur sicut qui arrogantiæ fluctibus agitatur. cap.7.num.19.

Artifex

Artifex laudatur ex opere suo.cap.9.num.97.
Cum artifex loquitur mala loquitur, cum opus loquitur bene loquitur.cap.9.num.97.

Astutia.

Astutiæ quid.cap.1.num.43.& 44.
Astutia sumi solet in malam partem.cap.1.num.43.
Quid sit in astutia non ambulare. cap.1.num.43.
Astutus polypo comparatur.cap.1.num.43.
Astutia prudentiæ administra.cap.1.num.44.
Astutia in Deo occulta Dei voluntas est.cap.1.num.44.
Astutus omnia agit cum silentio instar sapientis.cap.1. num.163.
Vir astutus thronus est sensus.cap.6.num.141.
Astutus omnia agit cum consilio.cap.9.num.78.

Attendere.

Verbum attendere quid significet. cap. 1. num. 196. & cap.6.num.140.
Attendere sibi quid.cap.2.num.18.
Qui attendit animum ad sapientiam,scit cognitionem eius.cap.6.num.140.

Athalia.

Athalia interfecit omne semen regium.cap.10.nu.159

Auaritia, Auarus.

Auaritiæ cancer quid.cap.4.num.2.
Quare dives auarus æternas pœnas luit. cap. 4.num.3
Auarorum conditio quæ.cap.4.num.160.
Auaritia quid.cap.4.num.161.& cap.10.num.75.
Auaritiam Sodomorum Deus puniuit. cap.4.nu.161.
Auaritia quasi plumbum hominem grauat. cap. 4. num.162.
Ex auaritia omnia mala pullulant.cap.5. num.2.
Nulla auaritia sine pœna est cap.5.num.2.
Auarus contentus diuitijs resupinatur.cap.5.num.3.
Auarus non inuitabat corpus sed animam,& quare.c.5. num.3.
Auarus idolatra.cap.5.num.4.
Auaritiæ non seruiendum.cap.5.num.4.
Statuæ deorum apud Gentiles eorum auaritiæ argumentum.cap 5.num.4.
Auaritia diuitias facit inuiles.cap.5.num.4.
Auarus suæ auaritiæ pœnas luit.cap.5.num.5.
In auarum diuitem inuectiua verba. cap.7.num.112.
Auaritiæ vitium reprehenditur.cap.7.num.116.
Auaritia comes est diuitiarum.cap.8.num.6.
Triplex perditionis effectus ex auaritia. cap.8.num.11.
Quid faciat auaritia.cap.8.num.13.
Quare in radice Iuniperi auaritia significetur. cap.8. num.14.
Auaritia nunquam senescit.cap.8.num.14.
Auaritiæ effectus.cap.8.num.15.
Iudas auaritia depressus vendidit suum conditorem.c.8 num.15.
Auaritia fidem & cæteras bonas artes subuertit. cap.8. num.15.
Quæ germina & fructus de auaritiæ stirpe nascantur. cap.8.num.16.& cap.10.num.70.
Ex auaritia multa crimina prodeunt.cap.13 num.120.
Auaritia obcæcauit mentem Israelitarum ibid.
Mors spiritualis ex auaritia procedens.cap.8.num.16.

Auaritia fugienda, regina procacium vitiorum. cap.8. num.19.
Auaritiæ exemplum. cap.8.num.8. num.20.
Cum cor humanum auaritiæ succumbit multa comitrntur crimina. cap.10.num.68.
Quare vocetur auarus scelestior aliis; cum auaritia non sit grauius peccatum.cap.10.num.69.
Licet auaritia non sit peccatum grauius,at est radix malorum. cap.10.num.69.
Auaru nihil scelestius.cap.10. num.71.
Auaritia omnis iniustitiæ comes. cap.19.num.71.
Auaritia mater & radix omnium malorum. cap. 10. num. 71.
Nullum malum est quòd auaritia non concipiat & pariat. cap.10.num.72.
Sodama destructa propter auaritiam. cap.10. num.73.
Auaritia metropolis omnis iniquitatis. cap. 10. num73.
Auaritia nihil scelestius quia omnia vitia in eum confluunt.cap.10.inum.74.
Auaritia in principibus execrabilis.cap.10.num.74.
Quare auctor annectit superbiam auaritiæ.cap.10.n.75.
Auaritia & superbia facile inter se connectuntur.cap.10 num.76.
Auarus in comparandis pecunijs iniquitates committit. cap.10.num.79.
Auarus non impletur pecunia.cap.10.num.79.
Auarus hydropico comparatur.cap.10.num.79.
Auarus hydropisis morbo laborat & siti ardet. cap.10. num.80.
Auaritiæ ægritudo peccati.cap.10.num.82.
Auari simbolum.cap.10.num.81.
Auaritiæ exemplum in custodibus sepulchri Christi. cap.10.num.83.
Auaritia captiuauit Iudam & custodes sepulchri.cap.10. num,83.
Auaritia in principibus detestabilior.cap.10.num.84.
Auarus vendit animam suam pro pecunia. cap. 10. num.86.
Quomodo auarus faciat animam suam venalem.cap.10 num.86.
Per Esau auarus significatur qui primogenita vendidit. cap.10.num.86.
Sicut qui peccat seruus efficitur peccati,sic auarus.c.10. num.88.
Auarus viscera sua quasi ex se abijcit lucri causa. cap.10. num.88.
Auarus amorem vitæ abijcit vt comparet pecuniam. cap.10.num.88.
Auarus abijcit intellectum & voluntatem lucri causa. cap.10.num.88.
Auaritia crudelitatis magistra.cap.10.num.88.
Auaritiæ supplicium est proijcere auarum viscera sua. cap.10.num.88.
Quare auaritia vocetur idolorum seruitus.cap.10.n.89.
Auaritia & cupiditas generaliter accipitur. cap. 10. num.123.
Auaritia includit in se vitium superbiæ.cap.10.nu.123.
Auaritia non solum cupiditas pecuniæ sed et propriæ excellentiæ.cap.10.num.125.
Quare dives auarus reprehensus sit.cap.11.num.29.
Quia dives auarus bysso & purpura indutus fuerat torquetur apud inferos.cap.11.num.30.
Auaritiam non extinguit argentum. cap. 11. num. 75.
Quare dives auarus sepultus sit in inferno. cap. 11. num.78.
Auarus vocatur vir festinus ad opes.cap.11.num.80.
Auaritia illorum taxatur, qui diuitias parce agendo. cap.11.num.137.
Auarus nullam causam habet in laborando cum non habeat cui relinquat quod acquisiuit.cap.10.nu.137
Cum aliquid ab auaro postulatur emoritur cor eius in corpore suo.cap.11.num.137.
Auarus vixit in thesauro suo.cap.11.num.137.
Auaritiæ definitio & species.cap.11.num.138.
Auari demorantur in oblectatione diuitiarum quibus inhiant.cap.11.num.138.
Omnia quæ auari comparant inuitè relinquunt.cap.11. num.138.
Auaritiæ imago in Manna.cap.11.num.138.
Auarorum proprium est fraudare animam suam bonis. cap.11.num.139.
Inuectiua aduersus diuitem auarum. cap. 11. num. 139.
Quæ pars mercedis auari.cap.11.num.139.
Vana spes auari qualis.cap.11.num.140.
Qualis cogitatio auari. cap.11.num.140.
Parabolam diuitis auari mutauit Christus dominus ex Ecclesiastico.cap.11.num.140.
Diabolus possessor animæ auari.cap.11.num 140.
Diuitiæ & abundantia non sinunt auarum requiescere. cap.11.num.140.
Auarus Similis Tantalo.cap.11.num.138.
Auarus solus appetit diuitijs frui.cap.11.num.141.
Auarus solitarius incedit ne alijs commodare possit. cap.11.num.141
Auarum comedere in tenebris quid?cap. 11.num.141.
Auarus stultus est, qui iactat se habere diuitias,quibus solus fruatur.cap.11.num.142.
Auarus stultus est existimans diu victurum vt fruatur bonis suis.cap.11.num.142.
Auarus stultus fuit,quia condita satis longa præparabat. cap.11.num.142.
Quare auarum vocauerit Deus stultum.cap.11.nu:142.
Irrisio stultitiæ auari grauior igne infernali. cap. 11. num.142.
Auarus terrena esurit vt mendicus.cap.11.num.138.
Auaritia in corde diuitis generata quinque filias parit. cap.13.num.56.
Auarus stultitiæ arguitur quod nesciat omnia alijs relicturum post mortem.cap.11.num.144.
Auarus ignorat cui relicturus diuitias.cap.11.num.144.
Quod auarus multa acquisierit non effugiet mortem. cap.11.num.145.
Descriptio mortis diuitis auari.cap.11.num.145.
Ponderatio sortis diuitis auari & Lazari mendici.c.11. num.170.
Pœnaauaritiæ qualis.cap.14.num.122.

Audax.

Audax & ceruicosus quis.cap.8.num.75.
Non insistendum vestigijs audacis & temerarij.cap.8. num.76.
Homo audax voluntatis suæ insolentiam sequitur. cap.8.num.78.
Quis audax secundum Aristotelem.cap.8.num.82.
Cum audace non eundum in desertum locum cap.8. num.82.
Abijt Abel cum fratre audace in desertum & mors eius secuta est.cap.8.num.82.
Non abeundum cum audace in desertum quia nihil æstimat effundere sanguinem.cap.8.num.84.
Audax promptus est ad homicidium perpetrandum. cap.8.num.84.

Audire.

Verbum audire proprium est orantium.cap.2.num.79.
Audire idem est ac accedere ad Dei communicationem, cap.2.num.79.
Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. c.3. num.13.
Audire & facere est ædificare supra petram. cap. 3. num.13.
Tutius est audire quam loqui.cap.7.num.86.
Maius studium debet esse audiendi quam loquendi.c.11. num.58.
Qui inconsiderate audit damnum recipit.cap.13.nu.72.
Os ad loquendum,& auris ad audiendum frænanda sunt ibid.

Auris.

Auris accommodanda est Deo loquenti.cap.2.num.21.
Auris inclinanda ad verba solatij.cap.2.num.22.
Auris bona homo studiosus.cap.3.num.151.
Auris bona est,quæ libenter audit bona. cap.3.num.151.
Aurem inclinare quid.cap.4.num.34.
Aurium inclinatio profuit studiosis sapientiæ. cap.6. num.144.
Aurem inclinare est demittere per humilitatem.cap.6. num.44.
Aures veluti lanubus constant ad ponderandas rationes cap.11.num.39.

Aurora.

Aurora vocatur palpebtæ solis.cap.12.num.123.

Aurum.

Aurum coronarium quid.cap 1.num.135.
Aurum probare proprium est artificum. cap.2.num.41.
Aurum probatum simbolum iustorum. cap.2.num.42.
Ad quid aurum ponitur in igne cap.2.num.45.
Ille habet aurum.qui nouit vti auro.cap.5.num.4.
Auri furor ardet in pectora sicut ignis. cap.5. num.50.
Auri ornamentum quid significet.cap.6.num. 133.
Aurum Ophir pretiosum.cap.7.num.117.

Aurum & argentum causa perditionis multorum.cap.8. num.12.
Auri cupiditas fons & origo malorum. cap.8.num.12.
Quid faciat auri cupiditas ex D. Chrysol. cap.8.nu.12.
Vt homines aurum possideant mores & naturam perdere non reformidant.cap.8.num.12.
Aurum & ferrum exijstem tenebris prolatum in cædes & pretium.cap.8.num.12.
Quare aurum sit irritamentum malorum.cap.8.num.12
Auro facile expugnatur ciuitas.cap.8.num.13.
Aurum in perniciem vitæ repertum.cap, 8. num.13.
Aurum si in igne non purgatur non est vere aurum cap.2.num.45.
Multi propter aurum à latronibus occisi.cap.8.num.15.
Auri sacra fames obtruncauit Polidorum. cap. 8.nu.15.
Auri cupiditas multorum salutem spiritualem impendit & perdit.cap.8.num.16.
Omnia mala ex auri cupididate nascuntur.cap.8.nu.15.
Aurum se extendit ad inclinanda corda Regum. cap.8. num.17.
Aurum quisquis habet superos mereatur & astra.cap.8. num.20.
Aurum impij rete ipsius est.cap.11.num.75.
Beatus est qui post aurum non abit,cap.11.num.77.
Aurum lignum offensionis.cap.11 num.77.
Vnde collucet aurum fauor popularis ostenditur.cap.13 num.127.

Auxilium.

Auxilium diuinum implorandum.cap.7.num.58.
Auxilium non datur ad omnia peccata venialia collectiue sumpta vitanda.cap.7.num.58.

B.

BABTLON BABILONIA.

Babylon vocatur robur fortitudinis à Nabucodonosor. cap.5.num.10.
Babylon euersa propter superbiam.cap.10.num.146.
Quare Babylonia decepta sit,cap.3.num.117.
Scientia Babylonica deceptoria est.cap.3.num.107.
Babilonij corpora sua melle sepeliebant.cap.11.num.17
Quid sit Babylonem iudicatam esse, & cadere in profundum.cap.11.num.181.

Balthasar.

Balthasaris tyranni mors & sepultura. cap. 10.num.103.
Balthasar rex regno Babyloniæ priuatus propter eius superbiam.cap.10.num.137.

Baptismus.

Illos qui post baptismum prolabuntur non renouari ad pœnitentiam quid.cap.4.num.99.
Baptismus sacramentum illuminationis. ibidem.

Bassis.

Bassis significat fundamentum.cap.6.num.129.
Bassis virtutis vocantur constantes & solidæ. cap. 6. num.130.

Beatus Beatitudo.

Beati inebriabuntur torrente deliciarum.cap.1.nu.128.
Beatus quis.cap.4.num.24.
Non ab exteriori pulchritudine sed à mentis ornatu homines censendi beati.cap.11.num.15.
Spiritualis dulcedo beatitudinis nullam habet comparationem.cap.11.num.20.
Beatitudinis delectatio qualis.cap.11.num.20.
Non est prædicandus homo beatus ante mortem.cap.11 num.199.
Rex Cræsus potens,sed non beatus.cap:11.num.202.

Bellisarius.

Bellisarij casus qualis,cap.10.num.190.

Bene.

Aduerbium bene quid denotet.cap.1.num.91.
Idem quod feliciter & præclare.cap.1.num.92.
Bene significat optimum successum.cap.1.num.122.

Benedicere Benedictio.

Verbi benedicendi variæ significationes.cap.1.num.96.
Benedicere significat bonam fortunam optare. c.1.n.97.
Benedictio Isaac qualis futura erat. cap. 1. num.97.
Benedicere est eleemosynam erogare.cap.1.num.98.
Benedictio seu euloguia beneficentia liberalis, & eleëmosyna.cap 1.num.99.
Benedictio pro affluentia bonorum. cap.3.nu.41.& 42.
Benedicere quid.cap.3.num.42.
Benedictiones de cælo descendunt.cap. 3.num.42.
Benedictio aut maledictio parentum à Deo fieri matur. cap.3.num.43.
Benedictio quid significet.cap.3.num.43.
Benedictio Noë erga filium suum Sem. cap.3.num.44.
Benedictio Iacob erga filium suum Ioseph.cap.3.n.44.
Benedictio abyssi vberum & vuluæ quid. cap. 3.nu.44.
Benedictio Iosephi copiosior alijs.cap.3.num.44.
Benedictio Apostolorum vacua non erat. cap.4.nu.68.
Nominis Benedictio significationes.cap.7.num.198.
Benedictio pro eleëmosyna & pro infusione gratiæ. cap.7.num.198.
Benedictio prolaude & fausta precatione.cap.7.nu.199.
Benedictio denotat bonorum temporalium affluentiam cap.7.num.200.
Benedictio donum cæleste.cap.7.num.200.
Benedicere sibi est promittere sibi impunitatem.cap.9. num.61.
Sine benedictione Dei omnia hominum studia,operaque sunt inania.cap.11.num.80.
Benedictio domini diuites facit.cap.11.num.90.
Benedictio domini beneficentiam significat. cap.11. num.90.
Benedicendus Deus in omni tempore.cap.11.num.95.
Benedictio domini festinat ad remunerandum pauperem.cap.11.num.161.
Benedictio domini significat non solum bona temporalia sed etiam spiritualia.cap.11.num.161.
Benedictio Dei realis est & non verbalis solum.cap.11. num.161.
Benedictio copiam & abundantiam significat.cap. 11. num.191.
Benedictio Dei virtutem habet implendi hominem bonis temporalibus & spiritualibus.cap.11.nu.161.
Benedictio Dei iustos abunde recreat.cap.11.nu,161.
Benedictio domini in mercedem iusti festinat.cap.11. num.161.

Benefacere.

Qui scit cui benefaciat inueniet retributionem beneficentiæ suæ.cap.12.num.4.
Omnibus benefaciendum est.cap.12.num.4.
Iustis præcipue benefaciendum.cap.12.num.4.& quare num.9
Homo benefaciens Dei est imago.cap.12.num.6.
Omnibus benefaciendum est etiam peccatoribus.cap.12 num.8.
Cum benefaciendum est iusto vel peccatori. prææstimandus est iustus,& quare.cap.12.num.8.
Retributio eorum qui benefaciunt.cap.12.num.9.
Semper flagellamur in frugibus qui egentibus non benefacimus.cap.12.num.15.
Humili spiritu benefaciendum.cap.12.num.28.
Qui ingrato benefacit contra seipsum amat aduersarium cap.12.num.31.

Beneficentia.

Beneficentia erga parentes vocatur restitutio. cap. 3. num.35.
Beneficentia Domini non est tarda ad reddendum mercedem iusti.cap.11.num.163.
In beneficentia delectus habendus dignitatis. cap. 12. num.2.
Qui scit cui benefaciat inueniet retributionem beneficentiæ suæ.cap.12.num.4.
Beneficentia nostra in pios debet patere.cap.12.num.6.
Beneficentia instar seminis in pauperes dispersi.cap.12. num.19.

Beneficium.

Beneficium quod pro peccato matris confertur Deus remunerat.cap.3.num.69.
Beneficium nullum opportunius tempus, quam illud in quo petitur.cap.4.num.8.
Beneficij delatio homini indigenti est permolesta.cap.4 num.12.
Beneficium non dandum cum superbia.cap. 4.num.36.
Beneficia sine fuco oportet esse.cap.6.num.39.
Beneficium creationis nimiam hominis dilectionem postulat.cap.7.num.180.
Beneficium epulationis populus Christianus assecutus est.cap.9.num.84.
Quæ beneficia Deus populo contulerit. cap.3.nu.132.
Memoria beneficij conseruanda est.cap.7.num.133.
Qui gratus est beneficiorum Dei disponitur ad alia consequenda.cap.11.num.99.
In præstandis grandioribus beneficijs delectus habendus cap.12.num.2.

Aliqui sunt qui beneficia malis compensant. cap.12. num.4.
Pro nouo beneficio noua gratia referenda est. cap. 12. num.4.
Cum nos gratos exhibemus Deo pro beneficijs ipse Deus multiplicat beneficia.cap.12.num.4.
Beneficium postulat vt semper gratissimus.cap.12.nu.4
Gratus animus beneficia maiora meretur.cap. 12. nu.5.
Apud improbos & auaros beneficia male collocantur. cap.12 num.13.
Beneficium præstitum peccatori non assequitur finem beneficiorum.cap.12.num.13.
Beneficium dandum vt prosit, non vt noceat. cap. 12. num.14.
Beneficium quod meretricibus datur in iniuriam vertitur.cap.12.num.14.
Vir bonus particeps debet esse beneficiorum nostrorum & quare.cap.12.num.24.
Ingratis etiam beneficium debet dare qui Deum imitatur.cap.12.num.29.
Ille gratus fieri non potest cui totum beneficium elapsum est.cap.12.num.32.
Beniamin.
Beniamin habitaturus erat sine timore, quia habituras erat Deum in templo.cap.4.num.76.
Benignitas.
Benignitas Dei ad pœnitentiam adduxit. cap.4.nu.111.
Bestia.
Qui approximant bestijs si percutiantur non merentur commiserationem.cap.12.num 57.
Qui sciens & prudens ad bestiam accedit non meretur misericordiam.cap.12.num.57.
Bethsamitæ.
Bethsamitæ cur percussi sunt cum arcam Dei viderunt. cap.3.num.109.
Bilinguis.
Bilinguis quis.cap.5.num.57.& cap.6.num.5.
Bilingues fures imitantur.cap.5.num.87.
Grauis vituperatio competit super bilinguem. cap.5. num.88.
Bilinguis aliter præsens aliter absens loquitur. cap.5. num.57.
Blason.
Blason in nostro Hispano quid significet. cap. 1. num.160.
Blason insigne præclari facinoris.cap.1.num.161.
Blasphemia.
Blasphemia quid.cap.3.num 73.
Blasphemia est peccatum in spiritum sanctum.cap.11. num.129.
Bonum, Bonus.
Bonum sciendum & faciendum.In Isag.num.1.
Bona mundi despicienda quia cor humanũ non saciant. cap.2 num.10.
Bonum amissum quomodo recuperatur.cap.3.nu.63.
Qui bona sua non auget ea dissipat.cap.4.num.154.
Quod bonum non est nihil parit vtilitatis.cap.7.nu.83
Totum quod boni efficitur à Deo est.cap.10.num.197.
Bonorum temporalium insatiabilitas prouenit ex fiduciæ defectu.cap.11.num.73.
Omnia bona à Domino procedunt.cap.11.num.99.
Nihil bonum nisi quod æternum est.cap.11.num.132.
Nihil boni fieri potest sine Dei fauore. cap. 11.nu.134.
Bona cælestia reposita suntad remunerationem patientiæ pauperum.cap.11.num.170.
Qui bona primum accepit, deinde mala euenta timeat. cap.11.num.177.
Collatio bonorum & malorum ad animi tranquillitatẽ commendatur.cap.11.num.177.
Bona & mala seorsim non inueniuntur, sed confusa. cap.11.num.177.
Quare delectus habendus in faciendo bono. cap. 12. num.1.
Ille laudatur qui inter malos bonus est.cap.7.num.8.
Qui bonus est omnia & Deum possidet.cap.11.nu.139.
Brachium.
Brachium Dei nemini manifestatum.cap.1.num.42.
Brachijs propurgare quid.cap.7.num.187.
Brachia vocantur labores manuum vel brachiorum. cap.7.num.187.
Datum brachiorum quid.cap.7.num.191.
Datum brachiorum est cor pœnitentis,&c.cap.6.n.195.

C.

Cacabus vide olla.

CÆLVM.

Quæ in cælis sunt nequeunt inuestigari. cap.1.nu. 17. & quæ in prospectu sunt inueniuntur cum labore. ibidem.
Cæli & terræ mensura incerta.cap.1.num,23.
Cælum receptaculum iustorum.cap.1.num.130.
Cælum nobis suspiciendum.cap.1.num.130.
Cælum nobis proponitur venale. cap.3.num.37.
Cælum quam naturam habeat.cap.3.num,100.
Cælum mundum est.cap.11.num.186.
Cælum mercatura est & negotiatio.cap.14.num.10.
Cælum maritus terræ.cap.1.num.124.
Cæsar.
Epigramma in Laudem.Cæsaris.In Prol.num.3.
Cæsar beneficium contulit inimico Pompeio vita functo.cap.8.num.39.
Cæsar fuit iniuriarum immemor.cap.10.num.46.
Cæsar laudatur quia remisit iniurias. ibidem.
Calamitas.
Nulla calamitas sola.cap.3.num.140.
Calamitas obductio dicitur. cap.3.num.146.
Calamitas superbi comitem habet desperationem.cap.3 num.147.
Nullum tempus vacuum cum calamitati vti alia succedit.cap.4.num.13.
Nulla maior calamitas quam mors.cap.5.num.52.
Calamitates & miseriæ quasi flictores.cap.7.num.3.
Callidus.
Callidus soler in bonam partem sumi.cap.6.num.141.
Callidi sapientia est intelligere viam suam. cap. 6. num.142.
Callidus idem quod sapiens.cap.6. num.142.
Calumniæ comparantur sagittis.cap.13.num.100.
Canities.
Non annorum canities est laudanda sed morum.cap.6. num.152.
Cantare.
Prohibitum erat extra tempus cantare canticum domini. cap.10.num.111.
Caput.
Caput extollere quid. cap. 10.nu.129.& cap.12.nu.77.
Actio prima hominis insultantis est caput mouere. cap.11.num.77.
Caput mouere aliquando denotat consolationem præbere.cap.12.num.77.
Caput mouere signum admirantis & condolentis.c.12. num.77.
Capitis motio irrisionem significat. cap. 12. num.77.& cap.13.num.37.
Caro.
Caro pro animantibus.cap.1.num.76.
Caro pro homine.cap.1.num.76.
Quare prohibuerit Deus edere carnem à bestijs degustatam.cap.1.num.182.
Caro pro consanguineis & proximis sumitur. cap. 4. num.12.
Caro ancilla & anima libera.cap.10.num.212.
Caro concupiscit aduersus spiritum.cap.10.num.212.
Caro nostra vitula est.cap.10.num.213.
Bellum carnis & spiritus à Christo prænuntiatum.c.10 num.213.
Bellum laudabile illud,quo carni in corde aduersamur. cap.10.num.213.
Carnis nomine damnatorum. corpora intelliguntur. cap.7.num.111.
Caro nostra inimicus animæ, similis est meretrici.c.12. num.66.
Carnis nostræ fallaciæ quales.cap.12.num.66.
Caro idem quod animal.cap.13.num.93.
Castigatio, Castigare.
Castigatio in Deo præter naturam.cap.1.num.156.
Castigationem Dei peccatores execrantur.cap.1.nu.169.
Quem enim diligit Deus quasi pater castigat. cap.1. num.46.
Castus Castitas.
Qui non est castus sit cautus & honestus.cap.1.nu.45.
Castitatis amator neque vult videre neque videri.cap.9. num.30.

Ineo, qui castitatem seruat libido peregrinus dicitur. cap.11.num.243.
Cathedra.
Cathedræ pro sede honorifica vsurpatur.cap.7.num.27.
Cathedra pro subsellijs gymnasiorum sumitur. cap.7. num.27.
Cathedræ nomen ad docendi & iudicandi munus significandum vsurpatur.cap.7.num.29.
Qui vocentur primi cubitus,& cathedræ primæ.cap.7. num.29.
Cathechizare.
Cathechizare quid.cap.1.num.198.
Cera.
Per ceram humilitas denotatur & quare.cap.7.nu.107
Cera non offerebatur in sacrificio quia mellis hospitium est.cap.11.num.18.
Cera humanitatis Christi simbolum est. cap.11.nu.24.
Ceres.
Ceres vide fruges.
Cerebrosus.
Cerebrosus quis.cap.4.num.159.
Certamen, certare.
Certamen iustis offert Deus vt non torpescant otio. cap.6.num.120.
Qui certat vsque in finem coronabitur. cap.11.nu.198.
Chananæa.
Quare Chananææ deprecatio exaudita fuerit. cap.3. num.25.
Charitas.
Charitas Dei foras mittit timorem initialem. cap.1. num.110.
Cum quis sauciatur charitatis desiderio nil difficile expectat.cap.1.num.157.
Charitas quæ. cap.6.num.30.
Charitas seu dilectio Dei sicuraurum eminet inter alias virtutes.cap.6.num.115.
Charitas Seraphinos facit.cap.6.num.115.
Charitas crescit ex operibus.cap.7.num.215.
Charitas virtus regalis.cap.10.num.45.
Quid sit Deum commendare charitatem suam. cap.7. num.179.
Quænam vincula charitatis.cap.12.num.29.
Christianus.
Christiani possunt vocari Iesuitæ.In Isag.num.15.
Christiani sunt surculi oliuæ.cap.3.num.50.
Christianus debet esse similis lapidi quadrato. cap. 11. num.112.
Multi Chtistiani inueniuntur fideles. cap.13.num.69.

CHRISTVS DOMINVS.

Soli Christo domino nomen IESV debetur ex natura. In Isagog.num.15.
Christus Dominus ex fonte ipso sapientiæ sapientiam potauit.cap.1.num.6.
Christi sapientia à Deo Patre procedit.cap 1.num.9.
Christus factus pro nobis sapientia & quomodo. cap.1. num 9.
Christus reconditorium est & thesaurus sapientiæ. cap.1.num.10.
Christus non dicitur proprie creatus.cap.1.num.26.
Christus prædestinatus ante omnem creaturam. cap.1. num.27.
Christus caput est Ecclesiæ.cap.1.num.27.
Christus est moneta figurata.cap.1.num.29.
Christus est plenum deitatis numisma. cap. 1. num.29.
Christus fons est & puteus & pelagus sapientiæ.cap.1. num.34.& 35.
Christus portat omnia verba virtutis suæ.cap.1.nu.51.
Christi incarnationis mysterium.cap.1.num 57.
Christus scopus cui conradicebatur.cap.2.num.6.
Christus auriga animarum nostrarum. cap.2. num. 15.
Quare Christus non permiserit discipulis virgam possidere.cap.2.num.20.& cap.3.num.77.
Quare Christus calicem non recusauerit bibere.cap.2. num. 34. Et quare mirrhatum vinum noluit bibere.num.35.
Christus nos liberauit à captiuitate Diaboli.cap.2.n.65.
Christus lapis stanneus promissus à Zacharia. cap. 2. num.75.
Non est societas Christi ad Beleal.cap.2.num.104.
D.Thomam incredulum Christus reducit.cap.2.nu.119
Christus cruci affixus misericors & benignus. cap.2. num.135.
Christus & Petrus vnicum Ecclesiæ fundamentum.c.3. num.8.
Christus Dominus oliuæ assimilatur.cap.3.num.50.
Christus Dominus mitis.cap.3.num.78.
Christus verus adamas.cap.3 num.80.
Christi calceus eius humanitatem significabat & pes diuinitatem.cap.3.num.90.
Quare tam cito Christus dederit salutem domini Zachæi.cap.3.num.155.
Cur Christus aquam petierit à Samaritana.cap.3.nu.156
Christus fons.ibidem.
Quare dicatur Christus anima Dei.cap 4.num.18.
Cur Christus paruulos amplexabatur.cap.4.num.27.
Christus vita animæ,id est,anima animæ.cap.4.nu.53.
Christus inspiram vitam gratiæ.cap.4.num.53.
Christus sapientia & virtus Dei. cap.4.num.58.
Quare Christus sapientia Dei nominatur.cap.4 nu.58.
Christus sicut sapientia vitam discipulis inspirauit. c.4. num.59.
Christus suscepit omnes exquirentes se. cap.4.nu.59.
Christus præit in via iustitiæ.cap.4.num.59.
Christus Dux futurus.cap.4.num 59.
Qui erubuerit confiteri Christum, Christus illum erubescet cap.4.num.113.
Christus crucifixus scandalum Iudæis.cap.4.nu.113.
Quare Christus prius apponit opera quam doctrinam. cap.4.num.134.
Quare Christus latus aperiri permiserit.cap.4.nu.141.
Multa fecit Christus, quæ in Euangelio desiderantur. cap.3.num.160.
Cur Christus adolescenti non permiserit sepelire patrem suum.cap.5.num.40.
Christus doctor maximus.cap.5.num.75.
Quare discipuli non postularint à Christo vt pasceret in deserto famescentes.cap.6 num.49.
Christus verus thesaurus.cap 6.num.65.
Christus solus fidelis amicus.cap.6.num.69.& 78.
Christus promissus est lapis probationis.cap.6.nu.95.
Christus oliuæ assimulatur.cap.3.num.50.
Christus lignum est vitæ, & protegit suos instar arboris paradisi cap 6.num.128.
Vulnus lateris Christi conclaue est suæ maiestatis cap.6. num.128.
Christus protegit instar diuinæ sapientiæ.cap.6.nu.128.
Christi protectio fortis est cap.6.num.128.
Christus moriens hominem extraxit à morte. cap.6. num.65.
Qui Christi sapientiæ cognitionem quærit magistris se humiliet cap.6.num.140.
Cur Christus dixerit matri : Nondum venit hora mea, cap.7.num.57.
Christi dorsum verberibus exaratum est.cap.7.num.76
Christi dorsum quasi tellus frugifera.cap.7.num.76.
Christus in terra erat precator opportunus & in cælo cum Patre exauditur æternus.cap.7.num.93.
Christus plorauit in morte Lazari in signum amoris & compassionis.cap.7 num.212.
Christus per parabolas docuit mysteria regni cælestis. cap.8.num 45.
Christus iuxta vires suas spopondit pro delictis peccatorum.cap.8.num 65.
Christus non solum præs, sed vas factus est pro hominibus.cap.8.num.65.
Christus pro nobis vadimonium obtulit.cap.8.nu.65.
Quare Christus præcinctus ad mammillas Ioanni apparuerit.cap.9. num.28.
Quare Christus noluerit Pilato interroganti respondere.cap.9.num.69.
Multa diademata habet Christus in manu sua. cap. 10. num.27.
Omnis potestas à Christo deriuatur cap.10 num.27.
Christus Dominus vocatur vtilis rector.cap.10.nu.29.
Christus postulatus dominator terræ.cap.10.num.30.
Suscitatus est Christus dominator terræ vt genus humanum saluaret.cap.10.num.31.
Anna prænuntiauit Christum futurum rectorem terræ. cap.10.num.31.
Ioel sua verba dirigebat ad tempus Christi. cap. 10. num.34.
In tempore Christi fuit vera prosperitas. cap. 10. num.34.
Christus verus scriba cui Deus dedit honorem.cap.10. num.38.
Christus vt homo habuit perfectam prosperitatem & fælicitatem.cap 10.num.38.
Christus vere Dei filius est.cap.10.num.38.

Communicatio idiomatum plene Christum locupletauit.cap.10.num.39.
Christi prosperitas adumbrata à Dauid & Isara.cap.10. num.40.
Christi aduentus pluuiæ comparatur.cap.10.num.40.
Christus sicut pluuia descendit, & non rediit vacuus ad cælum.cap.10.num.40.
Christus doctoris nomine adumbratus cap.10.num.41.
Christus doctor iustitiæ.cap.10.num.41.
Christus proprio honore decoratus à Patre. cap.10. num.41.
Christus dignitatem perditam primi hominis restauratuit.cap.10.num.42.
Christi honor sibi tanquam proprius debebatur.cap.10. num.42.
Seniores qui adorabant Christum mittebant coronas. cap.10.num.42.
Quare diuinus amor faciem Christi velauerit.cap.10. num.52.
Cur Christus discipulis respondeat se vidisse Sathanam de cælo cadentem. cap.10.num.57.
Quare dicitur Christum tres mortuos suscitasse, & non quartum.cap.10.num.60.
Quare Christus discipulis interdixerit portare aurum & argentum.cap.10.num 82.
Christus dominus vitium auaritiæ discipulos abhorrere cupiebat cap.10 num.82.
Christi sanguine & non auro redempti sumus. cap. 10. num.87.
Christus verus deliciarum paradisus. cap. 10.num.112.
Quare Christus præciperit discipulis manere in domo in qua illos receperint.cap.10.num.116.
Christus noluit discipulos mutare Domum ne ingrati viderentur.cap.10.num.116.
Christus pueros non prohibebat ad se venire. cap.10. num.157.
Christus reprehendit superbiam & docet humilitatem. cap.10.num.158.
Christus reprehendit eos, qui discipulos accusarunt coram se cap.10.num.208.
Quare dixerit Christus venisse ad mittendum gladium & ferendum bellum.cap.10.num.213.
Super Christum requieuit Deus propter humilitatem. cap.3.num.70.
Christus Dominus homines sui ipsius participes fecit. cap.9.num.84.
Quomodo Christus viuit propter Patrem. cap. 9. num.86.
Christus addictus est voluntati Patris. cap. 9.num.86.
Quare Christus Dominus reprehenderit Iudæos, &c. cap.3.num.101.
Christus dominus verus amicus.cap 9.num.55.
Christus in Transfiguratione humilitatem ostentauit cap.11.num.5.
Humilem Iesum extollit sapientia.cap.11.num.5.
Christus retorquet calumniam Iudæorum probans se legem Dei non violasse.cap 11.num 11.
Christus verus rex regum.cap.11.num.21.
Christus in iudicio beabit iustos & peccatores puniet. cap.11.num.21.
Christus tanquam rex populum melle doctrinæ sustentauit.cap.11.num.22.
In Eucharistia Christus conficit fauum, quo nutrit & sustentat.cap.11.num.22.
Quare Christus Dominus vocetur Leo.cap.11.num.23
Christus petra erat melle diuinitatis plena. cap. 11. num.24.
Christus seipsum obtulit in Eucharistia.cap.11.num.25
Christus in vita non vsus aculeo vt apis, sed misericordia.cap.11.num.26.
Christus statera est, &c.cap.11.num.60.
Christus prædicauit quæ à Patre audiuit.cap.11.num.61
Christus doctrinam suam à Patre didicit.cap 11. nu.61.
Christus subtraxit se à diuisione hæreditatis inter fratres.cap.11.num.73.
Quia Christus respexit multitudinem, quæ illum sequebatur eius necessitati succurrit.cap.11.num.88.
Christus exempulm humiliationis & exaltationis.c. 11. num.92
Calix passionis dulcis fuit Christo.cap.11.num.96.
Christus sponsus animarum calicem suam ipsis propinat.cap 11.num.97.
Christus fons paradisi cap.11.num.180.
Post aduentum Christi iam vna est cæli & terræ schola cap.11.num.109.
Christus in cælo tanquam magister docet Angelos & homines scientiam.cap.11.num.109.
Christi viscera aluei officium exercuerunt. cap. 11. num.110.
Christus lux est & splendor lucis æternæ.cap.11.nu.123
Christi conceptio temporalis in vtero virgineo qualis. cap.11.num.124.
Christus & Maria bases Ecclesiæ.cap.11.num.126.
Quæ nobis Christus testamento legauit implere debemus.cap.11.num.151.
Christus festinus remunerator.cap.11.num.162.
Christus sponsus est malus inter ligna siluarum.cap.11. num.163.
Christus arbor fructifera in corde nostro plantatus existit.cap.11.num.163.
Christus protegit vmbra sua pauperes iustos. cap. 11. num.163.
Christi doctrina aqua appellatur.cap.11.num.165.
Christus iudicaturus est mundum.cap.11.num.183.
Christus Dominus homo dues. cap. 11.num.186.
Quare in sententia finali vocabit Christus iustum benedictum cap.11.num.188.
Quare non dixerit Christus ignem paratum hominibus, sed diabolo & angelis eius.cap.11.num.188.
Christus cum mortem instare præcusit mori desiderabat.cap.11.num.206.
Quare Christus calicem mortis bibere non recusauerit. cap.19.num.206.
Christus solus in morte est appellatus Rex. cap. 11. num.207.
Christus mortem obiuit adactus amore.cap.11.nu.207.
Quare Christus libenter reuerterit in Channa post miraculum in capatratum.cap.12.num.5.
Quare dicat Christus seipsum recipere qui recipit pauperem.cap.12.num.9.
Pauperes imago Christi Domini.cap.12.num.9.
Christum imitari debemus qui nos sibi reconciliatos minime cauet.cap.12.num.44.
Christus filius Dei dicitur sedere ad dexteram Patris & non Angeli.cap.12.num.51.
Quare Christus de Iuda queratur.cap.12.num.71.

Cibus.

Paruo cibo & potu debemus esse contenti. cap. 10. num.209.

Cicada.

Cicadæ cantus simbolum orationis.cap.2.num.126.

Circumcisio.

In Gulala facta est circuncisio secunda vice. cap. 10. num.7.

Ciuitas.

Quid sit peccare in multitudinem ciuitatis. cap. 7. num.46.
Non peccandum contra multitudinem ciuitatis.cap.7. num.46.
Ciuitas conturbata instar fluuij est. cap.7.num.49.
In vicis ciuitatis solent esse libidinis incitamenta. c. 9. num.36.
Ciuitates inhabitantur per prudentiam potentum.c.10. num.21.

Caludicare.

Claudicare quid.cap.2.num.101.

Clauus.

Claui in Hebræo sunt spinæ, & praua exempla spinæ sunt.cap.7.num.11.

Cœna.

Ad cænam inuitatus debet non poscere aliud, nec reprehendere.cap.5.num.6.
Multa de lectis ad cænandum in auctoribus. cap. 9. num.50.

Cogitare, Cogitatio.

Prius cogitandum quid dicendum est.cap.4.num.151.
Vir prudens prius cogitat quod dicturus est. cap.4. num.153.
Cogitandum in intellectu de Deo & bene sentiendum. cap.9.num.91.
Efformandæ de Deo bonæ cogitationes. cap.9.num.91.
Necesse est cogitare quid gerendum sit ibidem.
Cogitandum nobis nos semper cum Deo esse.cap.9. num.92.
Nemo potest cogitare sine sufficientia gratiæ. cap. 10. num.197.
Vnusquisque debet cogitare quæ sibi mandantur. cap.3. num.192.

Repri-

Reprimenda anima à cupiditate tantę cogitationis.cap.3 num 105.
Cogitationes Dei superant cogitationes hominum & angelorum cap.11.num.40.
Cogitandum semper in eo quod Deus à nobis requirit. cap.11.num.151.

Cognoscere, Cognitio.

Cognoscere & non facere non magna virtus est.cap.1. num.110.
Cognitio quæ est per somnia visio dicitur. cap. 1. num.104.
Qui Deum cognoscit efficitur contemptor eorum quæ trahunt ad peccatum. cap.4.num.51.
Cognitio sui optimum tegumentum miseriarum.cap.6. num.11.
Qui cognoscit seipsum iniustum coram Deo reputat se.cap.7.num.31.
De stulto qui se cognoscit. quam de superbo sapiente potius sperandum.cap.7.num.35.
Qui vere Deum cognoscit fatetur se ipsum nihil esse. cap.10.num.114.

Collectæ.

Collectæ quid.cap.1.num.91.

Colloquium.

Colloquium pro commercio.cap.6.num.103.
Assiduitas praui colloquij vitiat mentem.ibidem.
Colloquia praua contagium mortis. cap.7.num. 103.
Colloquia praua corrumpunt mores.cap.12.num.60.& cap.13.num.3.

Collum.

Colli erectio denotat nolle subijci.cap.5.num.11.

Columba.

Oculi sponsi quare columbæ comparentur.cap.11.n.89
Pura debet esse aqua vbi columbæ possint bibere & se lauare.cap.11.num.89.

Commendare.

Quid sit Deum commendare charitatẽ suam.c.7.n.179.
Verbum commendare pro tradere custodiæ.ibidem.

Communicare.

Non communicandi ij ex quorum conuictu pestis culpæ contrahi possit. cap.7.num.8.
Nulla communicatio hominis pij cum impio.c.13.n.97

Compassio.

Compassio proximorum grata.cap.1.num.183.
Compassio alterius tristitiæ est mitigatiua.cap.7.n.210.
Cum quis amico compatitur eius dolorem minuit.c.7. num.210.

Compedes.

In compedes sapientiæ inijciendi pedes.cap.6.nu.103.
Sancti viri compediti dicuntur.cap. 6.num.103.
Mandatis Dei compediti amicitia eius delectantur. cap.6.num.103.
Compedem aggrauare quid.cap.6.num.105.
Compedes sapientiæ aureæ vocantur.num.106.
Inserere pedes in compedes sapientiæ est obedire eius preceptis.cap.6.num.106.
Compedes sapientiæ sunt spiritualia vincula. cap. 6. num.126.
Compedes sapientiæ sunt basses virtutis. cap.6.nu.129.

Comprehendere.

Qui multa comprehendit nihil amplectitur. cap. 3. num.134.

Conceptio.

In conceptione contrahuntur labes peccati.c.11.n.122.
Omnes in peccato concepti sunt. cap.11. num 123.
Conceptio virginis Mariæ vide Maria.

Concionator.

Concionator operibus doceat.cap.4.num.134.
Veri concionatores prius se in sanctis actionibus exercent.cap.4.num.135.
Cum Isaias concionatorem constituit iubet illum in altum ascendere.cap.4.num.136.
Concionator mensa templi est in qua Deus verbi cibum populo apponit.cap 6.num.153.
Concionator quo tempore debet reprehendere.cap.8. num.55.
Concionator mutus sicut canis mutus punietur.ibidem.
Concionator, qui zælo animorum non prædicat sterilis manet.cap.6.num.153.
Concionatores apes imitari debent.cap.11.num.14.
Concionatori comparantur nutricibus.ibidem.
Concionatores debent officio suo dormientes in peccatis excitare.cap.11.num.14.
Trilici bombo sicut apes prædicatores debent excitare dormientes.ibidem.

Concupiscentia.

Concupiscentia conglutinosa transuerrit sensum.c.2. num 98.
Aspectus concupiscentiam commouet. cap. 9.num.18.
Concupiscentia pulchritudinis fugienda.ibidem.
Concupiscentiæ tentationes.cap.9.num.38.
Concupiscentia nascitur ex alieno amore.cap.9.nu.44.
Concupiscentia igni comparatur.& quare.ibidem
Concupiscentijs debemus non obedire. cap. 10. nu.211.
Concupiscentia mala quasi ardor est ignis. cap. 11. num.253.

Condemnare.

Ad condemnandum expectabatur maior deliberatio. cap.11.num.185.

Confercire.

Verbum confercire quid.cap 8.num.22.
Confercire idem quod struere.ibidem.

Confessio, Confiteri.

Qui raro confitentur non possunt destruere inclinationes ad peccatum.cap.1.num.129.
Periculose faciunt qui tarde confitentur.ibidem.
Integra debet esse peccatorum confessio.cap.4.nu.120.
Cum interrogauit Deus Cain de fratre volebat vt suum peccatum confiteretur.cap.4. num.120.
Qui sua scelera confessus fuerit misericordiam consequetur.cap.4.num.137.
Quæ sint iudicia veræ confessionis.cap.4.num.137.
Errata plane confitenda.cap.4.num.139.
Non erubescendum humiliter confiteri peccata. cap.4. num.140.
Duobus modis fit Deo confessio.ibidem.
Ad laudem Dei pertinet confiteri aliquem peccata sua. cap.4.num.140.
Ex confessione sacramentali oritur pulchritudo gratiæ. cap.4.num.140.
Confessio sacramentalis necessaria.cap.4.num.141.
Confessio non coacta, sed spontanea faciendа.c.4.n.142
Adhortatio ad confessionem.cap.4.num.144.
Confessio coacta non meretur consequi misericordiam. cap.4.num.142.
Per confessionem obtinetur pulchritudo gratiæ.cap.4. num.142.
Delectus faciendus cui aperienda sit confessio. cap.4. num.144.
Confessor ignorans & stultus fugiendus. cap. 4. num.144.
Confessio facienda integra, ne eam iterare necesse sit. cap.7.num.94.
Confessionis fructus spiritus vitam renouare. cap.3. num.23.
Confessionis effectus.cap.3.num.24.
Vitia confiteri sanitatis iudicium est.cap.3.num.24.

Confidentia, confidere.

Confidentia vana ex Dei misericordia procedens resecanda.cap.5.num.28.
Qui in homine confidit tanquam myricæ, &c. cap.6. num.16.
Qui in aliquo confidit & ab eo deseritur magna animi acerbitate cruciatur.cap.6.num.42.
Vana offerentis confidentia notatur.cap.7.num.67.
Confidentia reponenda in Deo.cap.12.num.156.
Magnum bonum in Deo confidere & sperare. cap. 11. num.156.
Pœna nimiæ confidentię.cap.11.num.214.
Quæ sit falsa confidentia.cap.11.num.167.

Configere.

Verbum configere indicat obedientiam. cap. 1. num.187.

Confirmare.

Confirmare quid.cap.2.num.88.

Confusio.

Confusio est quasi pallium duplex.cap.1.num.194.
Quæ confusio adducat peccatum. cap.4.num.116.
Confusio pro pudore.cap.4.num.117.
Est confusio adducens gratiam & gloriam. cap. 4. num.121.

Coniungere, Coniugium.

Coniungi Deo quid.cap.2.num.28.
Qui suauitatem quærit coniugij non superiorem sensu ambiat.cap.9.num.12.
Vsus coniugij ipso vsu vilescit.cap.9.num.47.

Conscientia.

Conscientiæ examen quale.cap.2.num.18.

Sextius, teste Seneca, excutiebat conscientiam suam. c. 2. num. 18.
Nihil committendum quod sit contra conscientiam. cap. 4. num. 111.
Qui habet malam conscientiam comedit panem lugentium. cap. 4. num. 111.
Conscientiæ remorsus qualis. cap. 7. num. 112.
Cum non est peccatum læta ostenditur conscientia. c. 13 num. 140

Consiliarius.

Non omnis amicus consiliarius esse potest. cap. 6. num. 31.
Consiliarius sit vnus de mille. cap. 6. num. 32.
In suis rebus debet homo consiliarios adhibere. cap. 6. num. 32.
Qui consiliarius diligendus sit. cap. 6. num. 33.
Qui statuit eligere consiliarum coniectet qualis sit. c. 9. num. 76.

Consilium.

Consilium diuinum non potest dissolui. cap. 5. num. 61.
Vbi non est consilium dissipantur cogitationes. cap. 6. num. 38.
Consilia fidelis amici delectabilia. cap. 6. num. 70.
Bonis consilijs amici anima dulcoratur. cap. 6. num. 72.
In optimis amicorum consilijs multa insunt emolumenta. cap. 6 num. 72.
Consilium intellectus est consilium prudens. cap. 6. num. 101.
Consilium non abijciendum. cap. 6. num. 102.
Qui abijcit consilium cor obdurat ad exequendum. c. 6. num. 102.
Consilium bonum recipiendum ex animo. cap. 6. nu. 102
Consilium Iethro quod præstitit Moysi. cap. 7. num. 40
Consilium de instituendis liberis. cap. 7. num. 142.
Consilium stultum dedit Iobo vxor eius. cap. 8. num. 85.
Quid mali consilium prauum non operabitur. cap. 8. num. 85.
Consilium cum fatuis non habendum. cap. 8. num. 85.
Consilium adhibendum priusquam res geratur. cap. 9. num. 78.
Fugiendum stultorum consilium, & sapientum quærendum. cap. 9. num. 79.
Cum abest diuinum consilium cuncta consilia nihil reputantur. cap. 10. num. 179.
Consilia humana castigantur si cælestibus præferuntur. ibidem.

Consolari, Consolatio.

Consolari sermonibus quid cap. 2. num. 22.
Nemo potest in vtroque sæculo consolari. cap. 2. num. 101.
Verbis & operibus consolandi ij qui lugent. cap. 7. num. 213.
Verba consolatoria D. Paulini ad Damachium in morte vxoris. cap. 7. num. 213.

Consortium.

Quare præceperit Deus Israelitis fugere consortia chananæorum. cap 7. num. 11.
Ponderatio D. Chrysostomi de vitando malorum consortio. cap. 7. num. 13.
Exempla vesparum & aranearum ad probandum consortium malorum esse fugiendum. cap. 7. num. 14
Consortia impiorum vitanda. cap. 8. num. 77.
Consortium hominum perditorum fugiendum. cap. 11. num. 240.
Consortium impiorum sub specie amicorum pestis est. cap. 11. num. 240.
Qui admonitus non fugit consortium iniquorum si decipiatur non est dignus commiseratione. c. 12. num 55.
Praua & periculosa consortia fugienda. cap. 13. num. 2.

Consuetudo.

Consuetudo potest ad familiare vitium trahere affectu. cap. 7. num. 13.
Qui praua consuetudine iacet non facile corrigitur à prælatis. cap 10. num. 97.
Longa consuetudo est altera natura. cap. 10. num. 98.
Consuetudo malorum valde efficax. cap. 7. num 13.
Consuetudo moles grauissima mentem deprimens in profundum. cap. 12. num. 13.
Praua consuetudo sæuus animi tyrannus. cap. 12. nu. 97.

Contentio.

Generale præceptum ad vituperandas contentiones sine causa excitatas. cap. 11. num. 96.
Ex otiositate & curiositate oriuntur contentiones. c. 11. num. 66.

Continere, Continentia.

Verbum continens idem quod compos factus. cap. 6. num. 120.
Verbum continere ad castitatem refertur. cap. 6. num. 122.
Continentiæ virtus datur à Deo. cap. 6. num. 122.

Contritio.

Qui in contritione est caput demittit in signum suæ abiectionis. cap 11. num. 92.

Contumeliosus.

Contumeliosus quis. cap. 8. num. 38.
Cum contumelioso non rixandum quia petulans est. cap. 8. num. 58.
Contumeliosus grauiter Deum offendit. ideo non prouocandus. cap. 8. num. 58.
Contumeliosus prouocat ad iracundiam verbis. cap. 8. num. 58.
Contumeliosus insidiator est aliorum. cap. 8. num. 59.
Cum contumelioso non rixandum. cap. 8. num. 58.

Conuersari, Conuersatio.

Talis ille sit quales illi qui cum eo conuersantur. cap. 8. num. 23.
Nostra conuersatio debet esse in cælo. cap. 9. num. 94.
Quare conuersatio. Pauli esset in cælo ibidem.

Conuersio, Conuertere.

Perfecta conuersio qualis. cap. 4. num. 103.
Conuersio á peccatis non procrastinanda. cap. 5. num. 38.
Qui tardat conuerti periculum facit animæ suæ. cap. 5. num 38.
Conuersio non differenda quia est periculum in mora. cap. 5. num 41. & 46.
Dilata conuersio animam lancinare solet. cap. 5. num. 42.
Tarditas in conuersione crimen. cap. 5. num. 46.
Qui moratur conuerti non potest sibi polliceri veniam cap. 5. num. 47.
Non vult Deus punire peccantes vt conuersi recipiant sanitatem. cap. 5. num. 48.
A deteriori parte aliquem ad meliorem conuerti difficile. cap. 4. num. 48.
Conuertere peccatorem magnum opus. cap. 7. nu. 195.
Qui conuertit se à peccato non parui pendendus, nec exprobrandus. cap. 8. num. 26.
Qui se conuertit recipiendus benigno aspectu. cap. 8. num. 27.
Conuersio filii perditi portendebat conuersionem gentiũ cap. 10. num. 40.
Conuersio non differenda, quia sero medicina paratur. cap. 10. num. 99.
Qui tardat conuerti ad dominum trahit iniquitatem vt funiculum. cap. 3. num. 124.
Deus iniquitatum eius qui se conuertit non recordatur. cap. 8. num. 33.
Deus ostendit se misericordem aduersus eos. qui ad eum conuertuntur. cap 12. num. 17.
Conuersio Petri qualis. cap. 10. num. 108.

Conuiuium.

In conuiuijs antiquis Iudeorum non erant sedilia, sed lecti ad accumbendum. cap. 9. num. 50.
Lex conuiuiorum quæ. cap. 9. num. 52.
Cum iustis celebranda conuiuia. cap. 9. num. 80.
In conuiuijs non vocandi amici ne fiat retributio. c. 9. num. 80.
Quare præceperit Dominus pauperes vocare ad conuiuium. cap. 9. num. 80.
Qui pauperes inuitat ad conuiuium Deum sibi constituit debitorem. cap. 9. num. 80.
Iusti vocandi ad conuiuium. ibidem
Quare non alij vocandi ad conuiuium cap. 9. num. 81.
Agamemnon occisus in ipso conuiuio sicut Amnon. cap. 9. num. 81.
Mores aliquarum gentium in conuiuijs. cap. 9. num. 81.
In conuiuijs peccatorum varia vitia inueniuntur. cap. 9 num. 81.
In conuiuijs detractiones vitandæ. cap. 9. num. 93.
Veteres in conuiuijs de alijs rebus deliberabant. cap. 9. num 93.
Conuiuia eruditorum sunt sermonum disputationes. cap. 9. num. 93.
Conuiuiorum fabulationes debent esse in lege Dei. c. 9. num. 93.

Duplex

Duplex debet esse nostra in potu beneuolentia ergo iniuriatio ex lege. cap. 3. num. 93.
Conuiuium Christi quale. cap. 9. num. 83.
Conuiuia potatorum vitanda. cap. 12. num. 31.
Ptolomæus Simonã & filios in conuiuio fraudulenter peremit cap. 12. num. 70.
Conuiuium Eucharistiæ vide Eucharistia.

Cor.

Cor sedes sapientiæ. cap. 1. num. 10.
Cor vasculum parum, sed in eo omnia recipiuntur. cap. 1. num. 10.
Cordis delectatio ad animi serenitatem pertinet in timente dominum. cap. 1. num. 89.
Corde duplici non accedendum ad Deum. cap. 1. nu. 188.
Duplici corde seruire quid. cap. 1. num. 188.
Duplicem corde Deus execratur. cap. 1. num. 188.
Cordis circuncisio quid. cap. 1. num. 188.
Cor nudandum Deo. cap. 1. num. 188.
In corde & corde loqui quid. cap. 1. num. 189.
Cordis simplicitas Deo grata. cap. 1. num. 189.
Cor verum est cor sincerum & non fucatum. cap. 1. num. 201.
In corde doli occludentur. cap. 1. num. 202.
Punit Deus eos, qui non habent cor rectum cap. 1. num. 202.
Cor vento vanitatis solet agitari. cap. 2. num. 12.
Cor nostrum vt nauis est quod humilitas debet gubernare. cap. 2. num. 15.
Cor nostrum equus est in quo inequitat Ratio. cap. 2. num. 16.
Cordis equus portans fœnum diuinæ legis præparatur ab bellum. cap. 2. num. 17.
Cordis illuminatio præmium dilectionis. cap. 2. num. 68.
Corde duplici idem quod timido. cap. 2. num. 96.
Duplex corde comparatur cum hypocrita. cap. 2. num. 97.
Cor integrum & non diuisum Deo tradendum. cap. 2. num. 103.
Cor integrum vult Deus. cap. 2. num. 104.
Cor diuisum affert mortem. cap. 2. num. 104.
Qui dicantur corde dissoluto & remisso. cap. 2. num. 106.
Cor dissolutum quale. cap. 2. num. 107.
Deus emollit cor. cap. 2. num. 120.
Cor durum quale. cap. 3. num. 120.
Cor ingredients duas vias quale. cap. 3. num. 133.
Cor prauum scandalizatur. cap. 3. num. 134.
Cor prauum quale. cap. 3. num. 134.
Cor paruum inscrutabile. cap. 3. num. 135.
Cor iusti emollitur laboribus. cap. 3. num. 137.
Cor sapientis quærit doctrinam. cap. 3. num. 146.
Cor cum auribus quid. cap. 3. num. 148. & cap. 11. nu. 58.
Cor obdurare quid. cap. 4. num. 2.
Ex cordis abundantia os loquitur. cap. 4. num. 131.
Cor apponere quid. cap. 5. num. 5. & cap. 11. num. 173.
Fructus magnifici cordis qualis. cap. 5. num. 10.
Cor per oculos tanquam per fenestras effundit se. cap. 5 num. 56.
Cor docile idem quod audiens & accipitur pro docto. cap. 6 num. 162. & cap. 10. num. 2.
Postulare cor docile est sapientiam & intelligentiam petere. cap. 6. num. 162.
Cor formare aut disponere quid. cap. 6. num. 162.
Non prohibere cor quid. cap. 7 num. 19.
Cor Deus in medio hominis reposuit, vt sit sedes & thronus eius. cap. 7. num. 34.
Corda iniustitiæ Sulci nominantur. cap. 7. num. 19.
Cor humiliatum non despicit Deus. cap. 7. num. 108. & cap. 8. num. 29.
Cor contritum & humiliatum quale. cap. 7. num. 194.
Quomodo cor inclinatur. cap. 8. num. 17.
Multitudo donorum lancem cordis inclinat. cap. 8. num. 19.
Quare natura cor in medio corporis occultauerit. cap. 8. num. 90.
In nouo Testamento cordis munditia præcipitur cap. 9 num. 28.
Quod nouum est cordi maiorem affert delectationem. cap. 9. num. 56.
Cor vniendum Deo. cap. 9. num. 82.
Cor Deo vnitum maximam obtinet gloriationem. c. 9. num. 82.
Cor docile quid sit. cap. 10. num. 2.
Cor homini alienari & vendi potest. cap. 10. num. 192.
Deus calamitates immittit vt cor durum emolliat c. 3. num. 121.
Quomodo dicatur indurasse Deum cor Pharaonis. c. 3. num. 121.
Cor indurat Deus non malitiam apponendo, sed gratiã non conseruando. cap. 3. num. 121.
Deus indurat cor deferendo. cap 3. num. 121.
Cor coagulatum idem quod obstinatum. cap. 3. nu. 123.
Corda reproborum constringit dæmon. cap. 3. num. 123
Cor durum in morte punietur. cap. 3. num. 124.
Corda obstinata male habebunt in nouissimo. cap. 3. num. 124.
Cor habet durum qui blanditijs non emollitur. cap. 3. num. 124.
Cordis duritia aperta damnationis via. cap. 3. num. 125.
Descriptio eorum qui corde duro sunt. cap. 3. num. 126
Cordis humilitas via ad respiscentiam. cap. 3. num. 142.
Deliberatio parandi insidias indicatin corde & corde loqui. cap. 12 num. 66.

Corpus.

Corpus vagina animæ. cap. 1. num. 57.
Corpus animam deprimit. cap. 2. num. 21.
Corporis necessitates detinent nos. cap. 2. num. 13.
Corpora medicabantur condimentis sepulturæ. cap. 4. num. 124.
Corpora defunctorum ingebantur. cap. 4. num. 125.
Corpora Iacob & Ioseph vnguentis condita. cap. 4. num. 125.
Ægyptij condiebant corpora vnguentis. cap. 4. num. 125
Aliquæ gentes non humabant corpora, sed cremabant. cap. 7. num. 206.
Corpora defunctorum non sunt contemnenda quia fuerunt organa bonorum operum. cap. 7. nu. 205.
Tormentum maximum corpora vita cadaueribus adiungere. cap. 6. num. 21.
Quid causet communicatio animæ ad corpus cap. 6. num. 21.
Qui per corporis fenestras incaute respicit nolens rapitur. cap. 9. num. 37.
Dominatur corpus in rationem & eam sibi subijcit. c. 9. num. 61.
Corpora in inferno non moriuntur sed vita conseruantur. cap. 10. num. 104.
Corpus quasi carcer est. cap. 11. num. 204.

Cornu.

Cornu quid cap. 1. num. 160.
Cornu extollere prosperam significat fortunam. cap. 1. num. 160.

Corona.

Corona præ se fert excelsæ gloriæ dignitatem. cap. 1. num. 132.
Corona est honoris insigne. cap. 1. num. 132.
Corona est triumphantium ornamentum. cap. 1. nu. 133.
Corona dabatur ob seruatos ciues. cap. 1. num. 133.
Corona sapientum qualis. cap. 1. num. 133.
Corona capitis ornamentum. cap 1. num. 134.
Corona gratulationis, idem quod exultationis. cap. 6. num. 138.
Nemo coronatur nisi qui legitime certauerit. cap. 6. num. 87.
Qui certat vsque in finem coronabitur. cap. 11. num. 198

Correctio.

Correctio facile toleratur cum à Deo consideratur immissa. cap. 2. num. 37.
Correctio similis est cæteris tentationibus. cap. 2. num. 111.
Correctio fraterna præcepta ab Apostolo. cap. 4. num. 127.
Correctio quasi pilula. cap. 4. num. 127.
Qui correctionem non ferunt prouocant ad iram. cap. 8. num. 57.
Qui audit correctionem sapientior & iustior fit. cap. 10 num. 191.
Qui correctionem despicit contemptui habet animam suam. cap. 10. num. 192.
Correctionem debet lenitas comitari. cap. 11. num. 56.
Modus correctionis qualis. cap. 11. num. 56.

Corripere.

Cum delictum exploratum sit corripiendum seruato iuris ordine. cap. 11. num. 56.
Corripere iusto quid. cap. 11. num. 59.

Corvus.
Corui vox procraſtinationis hyeroglyphicum. cap. 5. num.43.
Coruina mora nociua. cap.5.num.43.
Corui vox proxime diem ſequentem ſignificat. cap.5. num.43.
Creare, Creatio, Creatura.
Verbum creare quid ſignificet. cap. 1. num. 26. & 70.
Verbum creationis de ſubſiſtentia dictum. cap. 1. num.30.
Verbum creare pro incarnari facere. cap.1.num.56.
Creare pro producere. cap.1.num.70.
Creatio executio fuit diuinæ conceptionis. cap. 1. num.63.
Beneficium creationis nimiam hominis dilectionem poſtulat. cap.7.num.180.
Creatio in Deo & homine generat reciprocum amorem cap. 7.num.181.
Creatorem debemus ardenter diligere. ibidem.
Creatura præ ſe fert imaginem creatoris. cap.1.num.75.
Nulla creatura eſt in qua ſapientia Dei non reluceat. cap.1.num.74.
Credere.
Credere pro conſidere. cap.4.num.93.
Qui credit Deo non timet. cap.12.num.62.
Crimen.
Criminis cognitio accuſationem debet præcedere. c.11. num.51.
Mirabilis antiquorum diligentia in criminibus perquirendis. cap.11.num.54.
Cruciatus.
Cruciatus corporum & animarum qualis. cap. 10. num.103.
Crudelitas.
Crudelitas Chaldeorum expreſſa cap 11. num.220.
CRVX.
Crucem tollere non erubeſcendum. cap.4.num.113.
Crux Chriſti eſt ſtatera bilancibus conſtans. cap 8.n.18.
Cum amor ſtateram crucis eleuauit, Chriſtus inclinato capite emiſit Spiritum. cap.8.num.18.
Crux erat thronus excelſus Chriſti. cap.10 num.52.
Crux & claui homini infigunt altius charitatem. cap.13 num.77.
Culpa.
Omnis culpa mortalis ſeptuplicem pœnam habet. cap.7. num.20.
Vna culpa aliam inuitat. cap.3.num.141.
Nullus gloriari poteſt ſe eſſe à culpa liberum. cap. 11 num.191.
Cultura. cultus.
Cultura Dei quid. cap.1.num.169.
Recedens á cultu Dei ab omnibus inſultatur. cap. 1. num.173.
Tempore Saturni nulla fuit cultura argi. cap.7.num.99.
Cupiditas.
Cupiditas vide Auaritia.
Cupiditas humanæ gloriæ mendacium parit. cap.7. num.26.
Qui cupiditatem vitat omnia euellit vitia. cap. 1. num 72.
Quid cupiditas cum effuſione viſcerum. cap. 10. num.88.
Cupiditas pecuniarum æquitatem violat. cap. 10. num.84.
Curioſitas, Curioſus
Curioſitas reprehenditur. cap.3.num.102.
Curioſitas quid. cap 3.num.104.
Taxatur inquiſitio curioſa in omnibus operibus Dei. cap.3.num.104.
Curioſi eſſe prohibemur cap.3.num.105.
Vana curioſitas generat hæreſes. ibidem.
Vitanda curioſitas quia malorum cancer eſt. cap. 3. num.105.
Curioſi odio ſunt Deo. cap.3.num.105.
Curioſitas primus gradus ſuperbiæ. ibidem.
Vnde naſcatur vitium curioſitatis. cap.3.num.105.
Quomodo fugiendum vitium curioſitatis. cap.3.nu.106
Redditur ratio cur non debeat eſſe curioſus homo in pluribus operibus, &c. cap.3 num.108.
Nihil videtur dulcius curioſitate. cap.3.num.113.
Fugiendum vitium curioſitatis. ibidem.
Curuare.
Verbum curuare proprium eſt eorum qui ſe humiliant. cap.7.num.147.
Verbum curuandi pro reprehendendi. cap. 7.num.145.
Curuare ſe denotat humilitatem. cap.12.num.46.
Cygnus.
Cygnus quæ auis. cap.1 num.191.
Cygnus vel olor cantat propinquus ad mortem. cap.1. num.191.
Quare Cygnus olor nuncupetur. cap.1.num.191.
Cygnus in lege prohibitus. ibidem.
Cygni caro nigra. cap.1.num.191.
Cygnus hypocritæ ſimbolum quia ſub pænna alba carnem nigram occultat. cap.1.num.191.

D.

Dæmon vide diabolus.
Damnatus.
Duplex damnatorum cruciatus ignis & vermis. cap. 7. num.110.
Nomine carnis damnatorum corpora intelliguntur. cap.7.num.111.
Damnatis realia tormenta inſunt. cap.7.num.113.
Daniel.
Daniel Regi Balthaſari interpretatur viſionem & promittit ei torquem aurem. cap. 6.num.110.
Daniel ſenibus iudicibus noluit aſſentire qui Suſannam damnarunt. cap. 11. num.69.
Dator, Dare.
Hilarem datorem diligit Deus. cap.4.num.32.
Qui dubitat dare proximus á negante. cap.4.num.16.
Hilaris dator imitatur Deum. cap.4.num 33.
Qui ex triſtitia dat tetrum induit colorem. ibidem.
Qui multum habet det multum, & qui exiguum libenter impertiatur. cap.4.num.36.
Non ſit homo facilis ad accipiendum tardus ad dandum. cap.4.num.160.
Qui vult placere det. cap.7.num.202.
Beatius eſt dare quam accipere. cap.4.num.160.& c.7. num.203.
Dauid.
Silentium Dauid exprobrati á Semei. cap.1.num.165.
Quare Dauid remiſerit iniuriam Semei. cap.1.num.165.
Dauid mortem á Saule reformidabat & non á Ionatha. cap.2.num.34.
Quare Dauid non reſponderit ſemei maledicenti. cap.2. num.37.
Quid intendebat Dauid cum filium Abſalom inſequebatur. cap.2.num. 56. & quare præceperit eum ſeruari. ibidem.
Dauid voluit magis incidere in manus Dei, quam in manus hominum. cap.2.num.57.& 134.
Quare Dauidis humilitas exaltata ſit. cap.3.num.80.
Dauid maluit eſſe minimus in cælo quam in mundo primus. cap.3.num.86.
Dauid in agenda pœnitentia cæteris anteceſſit. cap. 5. num.39.
Dauid verbis mollibus mitigauit Saul. cap.6.num.28.
Quare Dauid vocet Deum protectorem. cap.6.num.63.
Quare Dauid fugiat & timeat Abſalom. cap.7.num.25.
Dauid fugit filium non vt filium, ſed vt ambitioſum. cap.7.num.25.
Dauid Rex & iudex non potuit profligare iniquitates Ioab. cap.7.num.39.
Dauid quare timuit Ioabum punire. cap. 7. num. 39.
Dauid de miniſterio paſtoris ad regnum tranſlatus. c.7 num.220.
Quare vocatus ſit á Semei vir ſanguinum. cap. 8. num.13.
Dauid planxit mortem Saulis inimici. cap.9.num.39.
Dauid præceptum obſeruauit de diligendis inimicis. cap.8.num.39.& cap.10.num.45.
Dauid locutus eſt quæ audiuit & cognouit. cap.8.nu.45
Quare Dauid æmulatur pacem peccatorum. cap. 9. num.59.
Dauid labijs pronunciabat mandata & iudicia Dei. cap.9 num.95.
Quare Dauid Salomonis principatum protendendum. protenderit. cap.10.num.9.
Dauid poſtulauit vt Chriſto daretur omne iudicium. cap.10.num.31.
Dauid proſperitas. cap.10 num.33.
Dauid iniuriarum oblitus regnum adeptus. cap. 10. num.45.

Cum.

Cum Dauid Semei pepercit ſe regem appellauit. cap.10. num.45.
Quare Dauid factus rex cum ſemei pepercerit. cap 10. num.46.
Dauid non ſenſit cumulatam iniuriam, quia præſenſit gratiam. cap.10.num.46.
Dauid in genealogia Chriſti vocatur rex, quia fuit immemor iniuriarum. cap.10.num.46.
Dauid abominatur ſuperbiam. cap.10.num.55.
Cur Dauid non poſtulauerit declinationem omnium malorum. cap.10.num.72.
Dauid vngitur in medio fratrum quia in aliorum exemplum ponebatur. cap.10.num.174.
Bercellai præbuit alimenta regi Dauid quia erat ſubditus fidelis. cap.10.num.175.
Dauid electus á Deo in regem quia humilis & timens Deum. cap.10.num.185.
Dauid libenter accepit increpationem Nathan. cap. 10. num.193.
Dauid increpatus non murmurauit ſed doluit. cap. 10. num.193.
Dauid gloriatur non eſſe exaltatum cor ſuum cum fuerit donis ornatus. cap.3.num.112.
Dauid euectus in regnum cum nulla ſuſpicio de eo eſſet cap.11.num.48.
Dauid poſtulat non intrare in iudicium Dei. cap.11. num.184.
Cum Dauid ſe conſideret adeſſe iudicio Dei vereretur ſe impunitum euadere. cap.11.num.184.
Dauidem in morte non vocat ſcriptura regem. cap.11. num.207.
Dauid iactat ſe non dediſſe aures obtrectatoribus & calumniatoribus. cap.11.num.229.
Poſtquam peccauit Dauid miſit Deus Nathan vt eum argueret. cap.11.num.243.
Dauid abalienatus fuit á bonis ſuis quia libidinem vt peregrinum in domum cordis admiſit. cap. 11. num.243.
Semei maledixit Dauid cum erat in tribulatione & anguſtia. cap.12.num.36.
Decima.
Quomodo decimæ ad honorem Dei pertineant. cap.7. num.185.
Decimæ decimarum quales. cap.7.num.192.
Decimæ vocabantur initia ſanctorum quia erant ſancta. cap.7.num.192.
Decor.
Decor natura ſua libidinis inuitator. cap 9.num.29.
Decor virginum magis appetibilis eſt quolibet alio decore. cap.9.num.30.
Decor virginum oculos ſpectantium fodicat. cap. 9. num.30.
Vide virgo.
Defenſio.
Defenſio ex lege naturæ cunctis communis. cap. 4. num.122.
Quare defenſio propriæ famæ licita cap.4.num.123.
Defunctus.
Defuncti condiebantur vnguentis vt conſeruarentur. c.4 num.124.
Defunctorum corpora vide corpus.
Pro defunctis operibus ſatisfactoris ſatisfacendum. cap.7.num.207.
Defunctorum corpora non ſunt contemnenda quia fuerunt organa bonorum operum. cap.7.num.205.
Defuncti parcendi. cap.8.num.38.
Quod Machabæi fecerunt pro defunctis Deo gratiſſimum. cap.11.num.195.
Vetus conſuetudo iuuandi defunctos. cap.11.num. 195.
Opera bona comitantur defunctos cap 11.num.202.
Defunctos parentare iuſtum eſt. cap.11.num 203.
Quomodo exequiæ defunctorum celebrandæ ſint. c. 11. num.203.
Mos terram iaciendi ſuper corpus defuncti. cap. 11. num.211.
Defunctio quid. cap 1.num.95.
Delectari, Delectatio, Delectamentum.
Delectari in Domino quid. cap 2 num.74.
Qui delectatur in Domino confidenter petit. cap. 2. num.74.
Delectari in domino idem quod inniti. ibidem.
Verbum delectari pro confidere. cap.11.nu.156.
Delectare idem quod per delicias inniti alicui & incumbere. cap.11.num.156.
Omnia delectamenta tanquam vmbra tranſeunt. cap.11. num.182.
Primus aditus ad vitia & improbos mores eſt delectatio cap.11.num.137.
Deliciæ beſtia intractabilis. cap.12.num. 57.
Delictum.
Cum delictum exploratum ſit cortipiendum ſeruato iuris ordine. cap.11.num.56.
Deprimere.
Deprimere quid. cap.2.nu.12.
Deprimere idem quod ſaburrare. cap.2.num.12.
Cor deprimere eſt humiliare. cap.2.num.13.
Quanto quis magis deprimitur tanto illuſtrior apparet. cap.3.num.46.
Verbum deprimendi & euehendi idem. cap.7.num.71.
Scit Deus deprimere irriſorem. cap.7.num.71.
Deſperatio, Deſperare.
Deſperatio orta ex peccatis commiſſis abijcienda. cap.7. num.55.
Qui incipit deſperare quaſi peccatis ſuis vincit iudicia Dei. cap.10.num.98.
Deſperatio animum in imum barathrum deturbat. cap.11. num.117.
Dehortatio á deſperatione. cap.11.num.167.
Qui preſſus egeſtate quærit victum in mille deſperationes incidit. cap.11.num.167.
Inopia generat deſperationem. cap.11.num.168.
Mala grauiſſima ſolent ad deſperationem concitare. c.11 num.168.
Diabolus intentat ſemper in nobis deſperationem. cap.10.num.168.
Deſpicere.
Qui deſpicit ad triſtitiam & iracundiam prouocat. c.4. num.11.
Detractor, detractio, detrahere.
Detractores ſolet Deus punire. cap.11.num.226.
Detractio aſſimilatur tetræ nubi. ibidem.
Detractio eſt flagellum linguæ. cap.11.num.226.
Deus protegit & defendit iuſtos á detractione. cap. 11. num.226.
Detractio peſſimum vitium eſt. cap.11.num.227.
Pater & mater detractionis quales. ibidem.
Saturari carnis ad detractorem pertinet. cap.11.nu.227.
Quare detractio dentibus mordentibus comparatur. cap.11.num.227.
Detractor inſtar ſerpentis eſt. cap.11.num.227.
Linguæ detrahentium dentes vocantur. ibidem.
Sicut panis communis cibus eſt, ſic detractio detrahentibus. cap.11.num.228.
Singularis proprietas detrahentium. ibidem.
Deteſtabile eſt famam defunctorum verbis detractionis inficere. cap.11.num.228.
Detractores ſimiles canibus. ibidem.
Detractiones audire deteſtabile eſt. cap.11.num.229.
Æquale vitium eſt detractionem audire & facere. c.11. num.229.
Detractor & audiens detractionem comparantur olantibus Symbola. cap.11.num.229.
Quare Mariam propter detractionem contra Moyſem lepra punierit Deus. ibidem.
Detractio comparatur lepræ & quare. ibidem.
Mala detractionis qualia. cap.11.num.229.
Detractionem Deus grauiter punit. cap.11.num.230.
Detractio hominibus abominatio eſt. ibidem.
Detractio comparatur lanceæ. cap.11 num.230.
Detrahentes latrant quaſi canes. cap.11.num.230.
Detractores comparantur locuſtis. cap.11.n.230.& 235.
Cum augetur detractio in ore doloſorum augetur ſanguis. cap.11.num.234.
Verba criminoſa & detractoria per ſagittas ſignificantur. cap.11.num.234.
Detractio ſolet eſſe cauſa mortis alterius. ibidem.
Detractorum linguæ dentibus leonum comparantur, qui ſemper ſanguinem inſidiantur. cap.11.num.235.
Viri detractores produnt crimina ibidem.
Detractores ſimiles beſtiæ quam vidit Daniel. cap. 11. num.235.
Detractores effodiunt oſſa cadauerum. cap.13.num.104
Quid detractor niſi beſtia terribilis & præſtans robore cap.11.num 245.
DEVS.
Per ſplendorem gemmarum rationis Sacerdotis, Dei vultus cognoſcebatur in Prol.num.4.
Deus eſt clariſſimus fons & origo ſapientiæ cap. 1.

num.5.
Deus ſicut Actor ſua prudentia portat cælos. cap. 1. num.33.
Deus eſt etiam fons vitæ.cap.1.num.35.
Dei ingreſſus eſt via eius.cap.1.num.37.
Deus Pater radix ſapientiæ.cap.1.num.72.
Deus radix Chriſti.ibidem.
Multiplicatio greſſus Dei quid.cap.1.num.48.
Deus ſolus ſapiens eſt.cap.1.num.50.
Deus Altiſſimi nomine decoratur. cap.1. num.50. Et quare hoc nomine exornetur.ibidem.
Clamandum ad Deum.cap.1.num.50.
Deus eſt creator omnipotens.cap.1.num.51.
Dens eſt pelagus in exhauſtum.ibidem.
Deus potens & metuendus. cap.1.nu.53.& metuendus nimis.num.52.
Dei nomen Iâ metuendum.cap.1.num.53.
Deus dominans ſedens ſuper thronum.num.53.
Deus creauit mundum in filio.cap.1.num.71. & omnia operatus eſt.ibidem.
Deus fecit omnia in pondere & menſura.num.73.
Deus effudit ſapientiam ſuper creaturas. cap.1.num.75.
Nulla creatura eſt, in qua Dei ſapientia non reluceat. cap.1.num.74.
Dei potentia commendatur in ſuis operibus. cap. 1. num.75.
Omnia opera Dei erant perfectiſſime elaborata. cap. 1. num.72.
Imago Dei eſt ſapientia Dei.cap.1.num.76.
Dei ſapientia conijcitur ex fabrica hominis. cap. 1. num.76.
Qui videt hominem creatum à Deo, videt ſpiritum Dei.cap.1.num.77.
Deus præbet ſapientiam diligentibus ſe.num.79.
Deus eſt poſſeſſio Sacerdotum.cap.1.num.92.
Deus gubernator & præceptor.cap.1.num.114.
Deus ante meritum vocat & prædeſtinat.num.115.
Quæ in mente Dei abſcondita ſunt ſolus ipſe videt.c.1. num.129.& 137.
Quomodo Deus nos adoptet in filios.cap.1.num.137.
Dei bilis vocatur fel.cap.1.num.141.
Dei indignatio momentanea & quare.num.148.
Caſtigatio in Deo præter naturam,quia eſt ad miſericordiam proclivis.cap.1.num.156.
Miſericordia in Deo perennis eſt.cap.1.num.156.
Deus ſuas immenſas diuitias oſtentat.num.178.
Et ſuam fidem ſtando promiſſis.cap.1.num.181.
Deus promiſſa fideliſſime præſtat. cap. 1. num. 181.
Deus theſauris ſapientiæ iuſtos ditat.cap.1.num.184.
Quare Deus præceperit vt pater & non vt dominus.c.1. num.186.
Sicut Deus odit malum ſic & homo.ibidem.
Deus inſtar citharedi eſt erga eos quos tentat. cap.2. num.2.
Deus delectatur cum aliquem præparat ad tentationem cap.2.num.8.
Deus certamen forte dat homini vt vincat.ibidem.
Deus cor tenerum manifeſtat quo diligit peccatores.c.2. num.14.
Deus ex alienis vulneribus nobis medicamenta conficit cap.2.num.27.
Qui Deo adhæret vnus ſpiritus eſt cum eo,ſicut ſurculus qui inſeritur.cap.2.num.28.
Qui Deo conglutinatur ſuam virtutem participat.cap.2 num.28.
Deus in fine tribulationis glorificat tribulatum. cap.2. num.30.
Deus poſt triſtitiam mittit ſolatium. ibidem.
Deo non præſcribendum tempus liberationis. cap. 2. num.41.
Deus credendus vt fælicitatis reparationem faciat. c. 2 num.47.
Deo credere quid cap.2.num.48.
Deus præſtat auxilium confidentibus.num.49.
Deus curam habet iuſti.cap.2.num.49.
Deo confidendum vt ipſe opem ferat.ibidem.
Cum Deus non fælicitat ſignum eſt illum non eſſe placatum.cap.2.num.50.
Quare Deus permiſerit ſuos ad extrema adigi. cap. 2. num.58.
Qui á Deo deflectit locum dat diabolo.num.60.
Deus remunerator credendus.cap.2.num.62.
Deus guſtandus quam ſuauis eſt.num.67.& 135.
Qui Deum amat bonus & beatus.cap.2.num.67.
Deus non acceptor perſonarum.cap.2.num.75.
Deum quærentes non derelinquuntur ab eo. cap.2. num.76.
Deus neminem fallit.cap.2.num.76.
Deus fidelem ſe exhibet erga ſuos.cap.2.num.77.
Deus non prius deſerit hominem,niſi prius ab homine deſeratur.cap.2.num.78.& cap.6.num.123.
Deus derelinquit vt probet & tentet.cap.2. num. 72.
Deus facile ditues,largus & munificus cap.2.num.81.
Deus iactat ſe pium eſſe & miſericordem.num.84.
Deus fauet reuertentibus ad eum.cap.2.num.84.
Deus eſt inſtar ſolis,quem homo ſequitur ſicut heliotropium vel lupus herba.cap.2.num.85.
Deum faciem auertere quid.cap.2.num.85.
Si Deus pius,cur timendus?cap.2.num.86.
Deus miſericors. cap. 2.num.88.& peccata remittit in die tribulationis. num. 90. & quia miſericors eſt peccata condonat.num.91.
Deus vere aufert iniquitates.cap.2.num.91.
Cum Deus iraſcitur miſericordiam facit.ibidem.
Deus protector eſt exquirentibus ſe in veritate. cap. 2. num.92. & inſtar clypei protegit.ibidem.
Deus emollit cor.cap.2.num.120.
Cum iuſtos Deus punit clementer ſe habet. num.133.
Quare dicatur Deus viuens.cap.2.num.135.
Deo fidendum eſt,quia non fallit.cap.2.num.136.
Iuſtitia & miſericordia cum Deo eſt.cap.2.num.137.
Deus non obliuiſcitur miſericordiæ ſuæ.ibidem.
Deus non ſecundum iniquitates noſtras fecit nobis.c.2. num.138.
Deus ſemper promptus ad beneficia elargienda. cap.3. num.25.
Dei abundantia non exhauritur.cap.3.num.65.
Cum Deus ſuorum recordatur ſe miſericordem exhibet cap.3.num.71.
Deus myſteria ſua humilibus reuelat,& abſcondit ſapientibus.cap.3.num.93.
Deus ab humilibus honoratur & ſuperbis inhonoratur cap.3.num.95.
Dei opera conſideranda.cap.3.num.97.
Dei mirabilia non ſcrutanda nimis.cap.3 num.99.
Dei mirabilia magna & inſcrutabilia.ibidem.
Quare alta Deus à longe cognoſcat.cap.3.num.138.
Cum Deus vult deſtruere præter morem facit. cap.3. num.122.
Nemo ſine Dei præſidio ſtabilis erit. cap.3.num.149.
Quando non vult Deus hominem à peccato liberare dicitur non intelligere.cap.3.num.149.
Cur Deus diuitem & pauperem voluerit ſibi inuicem obuiare.cap.4.num.4.
Nihil noſtrum eſt,quoniam Dei ſunt omnia eius & nos ſumus.cap.4.num.5.
Deus expectat vt miſereatur noſtri.cap.4.num.9.
Deus præuenit benedictionibus dulcedinis. cap. 4. num 10.
Anima Dei pro eius voluntate.cap.4.num.18.
Deus pronus ad vindicandum miſerorum iniuriam.c.4. num.23.
Deo derelictus eſt pauper.cap.4.num.23.
Quare dicatur Deus audire maledictiones pauperum. cap.4.num.24.
Deus audit peccatorem ex miſericordia. ibidem.
Significatio nominis Dei.cap.4.num.40.
Deus ſaluos facit filios pauperum.cap.4.num.42.
Magis charus eſt Deo populus ſuus quam infans matri ſuæ.cap.4.num.49.
Quomodo Deus in faciem hominis inſpirauerit. cap.4. num.55.
Deus præuenit,comitatur,& ſubſequitur.num.59.
Qui ante Deum verſatur,apud homines colitur. cap. 4. num.70.
Deus delectatur in iuſtorum afflictione.cap.4.num.89.
Quare Deus ſeruet tyrannum.cap.4.num.89.
Quare deus Pharaonem regem conſtituat.ibidem.
Cum videt Deus iuſtum cruciari deſcendit vt liberet eum.cap.4.num.90.
Cur Deus differat liberationem iuſtorum à calamitatibus.cap 4 num.90.
Deus iucundatur in tribulatione iuſtorum.ibidem.
Quia Deus iuſtos amat cruciat flagellatione. cap. 4. num.90.
Deus pater eſt afflictorum.cap.4.num.92.
Deus immittit aduerſitatem vt experiatur virtutem. cap.4.num 93.

Deus explorat an voluntas hominis ſuæ voluntati conformetur.cap.4.num.93.
Deus probat eos, quos ad regnum æternum intendit promouere. cap.4 num.98.
Deus facit dolori conſolationem ſuccedere. num. 96.
Quare Deus poſt tempeſtatem tranquillum faciat. c.4. num.9.
Deus longe propenſior ad benefaciendum, quam ad corripiendum.cap.4.num.97.
Deus intentat minas vt nos ad ſe perducat.cap.4.nu.98
Punitio in Deo voluntaria,& non perpetua.ibidem.
Deus non derelinquit niſi derelinquentes ſe. cap. 4. num.104.
Qui ſubtrahit ſe à Deo ipſi non placet.cap.4.num.102.
Deum derelinquere quid.cap.4 num 103.
Deus peccata peccatis punit cap.4.num.104.
Deus quærendus dum inueniri poteſt.num.111.
Dei benignitas ad pœnitentiam adducit.ibidem.
Deus verendus ac metuendus.cap.4.num.140.
Cur Deus Deos argenteos effingere prohibuerit.cap.5. num.4.
Deus dimittit impiuum in deſiderijs cordis ſui. cap. 5. num.9.
Deum non ponere inſulſum quid.cap.5.num.14.
Deus patiens & longanimis eſt.cap.5 num.16.
Deus ſcit hominum ſcelera diſſimulare.num.19.
Deus patiens redditor eſt.cap.5.num.20.& 22.
In die iudicij Deus gladium vibrabit, &c. cap. 5. num.20.
Deus licet patiens diſtricte iudicabit.cap.5.num.22.
Quare Deus poſuerit inimicitias inter mulierem & ſerpentem. cap.5.num.26.
Deus non poteſt obliuiſci miſericordiæ ſuæ. cap. 5. num.28.
Deus natura ſua miſericors.cap.5 num.28.
Cito venit ira Dei in peccatores licet tardiſſime veniat.cap.5.num.32.
Derelictus á Deo ſiſtur vagari. cap.5.num.55.
Deus per verbum monet peccatores.cap. 5. num.75.
Apud Deum nullus diſtat ab alio.cap.5.num.93.
Deus fuit protectio & tabernaculum populi ſui cap.6. num.63.
Deus vinctos ſuos non deſpecit.cap.6.num.104.
Deus diligendus ex toto corde.cap.6.num.115.
Vigilare debet qui quærit Deum ſponſum.num.121.
Dei narratio quid.cap.6.num.154.
Deus diuinus ianitor cæli.cap.7.num.3.
Deus iudex eſt & arbiter omnium.cap.7.num.3.
Deus punit citra condignum.cap.7.num.5.
Deum peruerti quid.cap. 7.nu.6.& 7.& cap.8.nu.23.& cap.12.num.59.
Nemo coram Deo iuſtificandus. cap.7.num.31.
Qui Deo comparatur bono quod acceperat ſe priuat. cap.7.num.31.
Non iuſtificatur in conſpectu Dei omnis viuens.cap.7. num.32.
Deus cordis agnitor & ſcrutator eſt.cap.7.num.34.
Deus cor in medio hominis repoſuit,vt ſit ſedes eius & thronus.cap.7.num.34.
Deus occultas cogitationes hominis excoquit & examinat.cap.7.num.34.
Cur præceperit Deus domus tectum coronari. cap.7. num.47.
Deus ſcit ſeruis ſuis mutuam reddere voluntatem & amicitiam.cap.7.num.57.
Deus vult rogari.cap.7.num.57.
Deus omnia tempore facit.cap 7.num.57.
Dei auxilium implorandum.cap.7 num.58.
Quæ offert homo facta in gratiam pauperum Deus accepit benenole.cap.7.num.60.
Deus de cordibus non de manibus facta metitur.cap.7. num. 67.
Deus ſcit deprimere irriſorem, & afflictum exaltare. cap.7.num.71.
Deus quare vocetur circunſpector.cap.7.num.72.
Deus precibus deuincitur. cap.7.num.72.
Quare paucis verbis opus ſit ad exorandum Deum.c.7. num.90.
Quid Deus in cælo & tu ſuper terram.cap.7.num.91.
Repetitio precum non eſt neceſſaria vt audiat Deus. cap.7.num.91.
Affectus in Deum intendendus eſt cum oratur. cap.7. num.92.
Non multis verbis opus eſt apud Deum, qui ſcit noſtra deſideria. cap.7.num.92.
Deus non tardat malis mala infligere.cap.7.num.104.
Deus iudex & teſtis periurijs, & ijs qui calumniantur mercedem mercenarij. cap.7.num.128.
Deus velut pedagogus humanæ naturæ.num.140.
Quare Deus præſentibus beneficijs perſoluat futura obſequia.cap.7.num.146.
In tota anima Deo reuerentia exhibenda.num.170.
Adorandus Deus cum reuerentia & religione. cap.7. num.171.
Deus diligendus totis viribus,& in omni virtute.cap.7 num.178.
Quare Deus diligendus nimis cap 7.num.179.
Quid ſit Deum commendare charitatem ſuam. cap. 7. num.179.
In amore Dei non datur nimietas.ibidem.
Deus debet manere in mente diligentis & intelligentis eum.cap.7.num.181.
Dei charitas dicitur nimia reſpectu hominum,non reſpectu ſui ipſius.cap.7.num.179
Deum creatorem debemus ardenter diligere. cap. 7. num.181.
Dei miniſtri adiuuandi & non deſerendi.num.182.
Deus gratiam infundit.cap.7.num.200.
Deo magis placet perſona quam donum.num.204.
Deus exprobat peccata in Lege Dei commiſſa. cap. 8. num.30.
Deus iniquitatum eius,qui ſe conuertit non recordatur. cap.8.num.33.
Deus non vult mortem peccatoris.cap.8.num 35.
Deus ſeruiendus in veritate.cap.8 num.48.
Inquirendum ſponte quæ Deo placent. cap.8.num.48.
Quare præceperit Deus fœnerari gentibus.num.60.
Deus multiplicauit bona gentis Iſraëlicæ.ibidem.
Deus quaſi extraneus exigit ſolutionem debiti.cap.8. num.69.
Dei virtus admirabilis.cap.9.num.63.
Deus ſupremus artifex laudem tribuit operibus ſuis. cap.9 num.96.
Deus laudatur ex cælorum perfectione & ſtructura.c.9. num.97.
Antequam eſſent Angeli creauit Deus cælum.c.9.n.97
Deus elohim ſupremus iudex,á quo omnes poteſtas iudicandi procedit.cap.10.num.4.
Dominium totius terræ eſt apud Deum cuius eſt omnis poteſtas.cap.10.num.23.
Dei ſunt omnia,vt nullis egeat cap 10.num.24.
Quare vocetur Deus Dominus terræ cap. 10.num.23.
In manu Dei ſunt omnes fines terræ.num.24.
Deus omnia diſponit & gubernat.cap.10.num.24.
Quare dicit Deus, principes impios à ſe non regnare neque illos cognoſcere.cap.10 num. 26.
Illi non regnant per Deum qui regimen cupidine accenſi rapiunt cap.10.num.26.
Cum vult Deus, conſtituit vtilem rectorem ſuper terram.cap.10.num.27.
Deus tanquam vniuerſalis rex tribuit diademata quibus placet cap.10.num.28.
Deus promiſit filium rectorem terræ miſſurum. cap. 10. num.29.& præſtit.ibidem num.30.
Deus eſt qui hominem comitatur vt cuncta propere ſuccedant.cap.10.num. 32.
Quare Deus ſuperbiæ vitium deteſtetur.cap.10.num. 56.
Deus deteſtatur ſuperbiam quia homo appetit excellentiam ſoli Deo debitam.cap.10.num.56.
Deus odio habet illum qui ſibi honorem arrogat.cap.10 num.57.
Deus deteſtatur ſuperbiam quia Dei ſubiectionem tollit. cap.10.num.58.
Deus odit ſuperbiam quia deſpicit illum vt, quærat gloriam ſuam. cap. 10. num.59.& quia peruertit iuſtum ordinem rerum. ibidem. & quia rebellis eſt.num.60.
Deus odio habuit Luciferum qui primus incidit in ſuperbiam.cap.10.num.61.
Deus comprimit Spiritus magnatum.num.63.
Iniuſtitia ſicut & ſuperbia odio habetur á Deo. cap.10. num.64.
Deus abominatur eum,qui habet diuerſa pondera. c.10. num.64.
Deus transfert regna & mutat tempora num.67.vt intelligatur eſſe in manu eius omnem poteſtatem. ibidem.
Quare Deus cum deſcendit ad puniendum Sodomam

diuerterit ad domum Abraham: cap.10.num.73.
Deus vult à iusto bene tractari; vt excitetur ad vindictam auaritiæ cap.10.num.73.
Quare Deus Israelitas vendiderit.cap.10.num.87.
Deus tanquam medicus impium tollit de medio ne grauet rempub.cap.10. num.97.
Quare non velit Deus vt non sit alius præter ipsum Deus.cap.10.num.109.
Deus odio habet omne mistum,& quare.num.109.
Ægre fert Deus vt homo retrocedat ab amore suo.c.10. num.116.
Eximia animalia fulminat Deus sic & superbos.cap.10. num.126.
Diluuio puniit Deus superbiam hominum: cap.10. num.128.
Quid sit tradere Deum in passiones ignominiæ. cap.10. num.129.
Qua pœna plexit Deus doeg. Idumæum. cap. 10. num.130.
Deus deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. cap.10.num.131.
Sedes ducum superborum destruxit Deus. num.132.
Dæmones Deus de sedibus suis deturbauit.num.132.
Destruxit Deus sedes principum vt populum suum collocaret.cap.10.num.136.
Exempla eorum quorum sedes destruxit Deus.nu.137.
Deus veritate & iustitia omnia moderatur.ibidem.
Deus non patitur superbum in throno suo multo tempore permanere.cap.10.num.138.
Deus suscitat de puluere egenum, & suscitat pauperem, vt solium gloriæ teneat.cap.10.nnm.140.
Dei manus gentes disperdidit & plantauit humiles.c.10 num.142.
Quare dicitur Deum arefeciſſe radices gentium vt destructionem superborum prædicet.num.145.
Cum Deus euertit funditus terras gentium, signum est peccata eorum mensuram impleuisse. cap. 10. num. 146.
Summa facilitate potest Deus superbum de medio tollere.cap.10.num.148.
Quare Deus deleat memoriam superborum. num.149.
Memoriam Amalech deleuit Deus de terra.ibidem.
Quare Deus præceperit scribere vindictam Amalech. cap.10.num.149.
Deus se præfert pius pater in nostra punitione.ibidem.
Cur Deus oculis iustos,& vultu impios respiciat.c. 10. num.151.
Oculi Dei vigilant vt iustos custodiant.ibidem.
Quicunque glorificauerit Deum, glorificabitur ab eo. cap.10.num.167.
Cur præmium velit Deus per se glorificatori persoluere.cap.10.num.167.
Deus cum iustum respicit singulari in studio illum est. cap.10.num.175.
Benigne subditos Deus gubernat & reueretur.ibidem.
Cum Deus iustos abscondit in oculis suis eos custodit. num.176.
Qui sunt in oculis Dei experiuntur suauitatem habitationis suæ.cap.10.num.177.
Non conficietur fame qui sunt in oculis Dei. cap. 10. num.177.
Totum quod boni efficitur à Deo est.cap.10.num.197
Deo gloriam dare quid.cap.10.num 197.
Quare gloriam suam Deus alteri non det.num.198.
Deus non vult nec potest creaturam facere Deum. quia ipse solus est Deus.cap.10.num.198.
Deus gloriæ suæ Zelator quia eam quasi sponsam sibi adiunctam habet.cap.10.num.198.
Deus est,qui imaginem Dei per peccatum male tractat. cap.10.num.214.
Quid sit Deum regem dare in furore suo. cap. 10. num.25.
Quare non venerit Deus vocare iustos sed peccatores. cap 10.num.59
Deus timentes se glorificat & honore afficit. cap.10. num.167.
Homo videt in facie, Deus autem in corde. cap. 11. num.10.
Dei opera mirabilia.cap.11.num.39.
Dei cogitationes superant cogitationes hominum & Angelorum.cap.11.num.40.
Potentes & glorioſos opprimit Deus. cap. 11.num.49.
Deus accomodauit se humanæ conditioni in discutiendis causis.cap.11.num.52.
Cum certo sciret Deus delictum Sodomorum voluit humano more illa discutere.cap. 11. nu.52.
Deus Spirituum ponderator est.cap.11.num.60.
Deus iustus remunerator reddit vnicuique iuxta opera sua.cap.11.num.78.& 178.
Deus occurrit miseris & succurrit. cap.11.num.86.
Deus respicit in bono & in malo.num.86.
Quomodo Deus habeat oculos.cap.10.num.87.
Bonis & malis Deus imperit diuitias.num.87.
Dei oculi viæ sunt per quas amoris sui iacula ei iuntur. cap.11.num 88.
Respicere Deo in bono quid.cap.11.num.89.
Respicere Dei est misericordiam exercere.num.89.
Dei oculi quasi oculi fontis sunt.cap.11.num.89.
Cum oculus Dei respicit pauperem aquam misericordiæ immittit ei.cap.11.num.89.
Cum respicit Deus in bono ditat & fælicitat.num.90.
Deus diligentissimus speculator humanarum actionum cap.11.num.91.
Cum respicit Deus inopem erigit illum ab afflictione sua.cap.11.num.91.
Dei oculi sunt lumina ab animo ad oculos perforata. ibidem.
In Deo iustitia & misericordia inueniuntur.num.96.
Cum Deus iustitiam exercet quasi inuitus & dolens dicitur.cap.11.num.96.
Deus auctor & fons omnium bonorum. num.98.& est suppeditator. ibidem.
Deus non auctor malorum.cap.11.num.98.
Omne bonum proficiscitur à Deo pro nutu dispensante. cap.11.num.98.
Omnia bona à Deo procedunt.num.99.
Deus fons vitæ.cap.11.num.101.
Deus primum viuens & vita vitæque omnium viuentiũ auctor.cap.11.num.101.
Mors pendet à Deo licet illam non fecerit. cap. 11. num.102.
Vtrum summum bonum, quod est Deus sit causa mali in corpore cap.11.num.102.
Malum culpæ non est à Deo vt auctore, sed malum pœnæ in quantum habet rationem boni.num.102.
Paupertas & honestas à Deo procedunt.num.104.
Diuitis & pauperis operator est Deus.cap.11.nu.104.
Honestas & fælicitas humana á Deo proueniunt. c.11. num.105.
Spiritualium rerum sicut & temporaliũ Deus auctor est cap.11.num 107.
Deus fons veri paradisi.ibidem.
Ex flumine sapientiæ Dei nascitur aurum cognitionis Dei.cap.11.num.108.
Deus absconditam sapientiam orbe condito hominibus communicauit cap.11.num.109.
Deus diuitias sapientiæ,suæ hominibus largiter impertiuit.ibidem.
In prima rerum creatione tulit Deus leges naturæ vniuersæ.cap. 11.num.110.
Deus sapientiam præparauit vt communicaret hominibus.cap.11.num.101.
Cum Deus docet,correpit vt magistet.num.112.
Deus fons est sapientiæ & implet sapientiam quasi Phison.cap 11.num.113.
Deus fons limpidissimus, ex quo flumina sapientiæ & cognitionis deriuantur.num 113.
Deus dirigit vias bonorum operum & actionum. c. 11. num.116.
Deus debitor est bonorum operum.ibidem.
Deus impertit gratiam iuxta mensuram dignitatis. c. 11. num.126.
Non pœnituit Deum dona sua impertitum esse.cap.11. num.131.
Deus habet perseuerantiam in benefactis.ibidem.
Quando Deus promittit nulla variatio promissionibus adiungitur.cap.11.num.132.
Dei beneplacitum quid.cap.11.num. 133.
Deus chirurgus nostrorum vulnerum.num.158.
Dei beneficentiæ exemplum affert secum remunerationem & mercedem. cap.11.num.162.
Deus est, in quo confidentia & quies nostra reponenda est.cap.11.num.172.
Cum auertit Deus faciem suam conturbatur homo.c.11 num.176.
Deus remunerator est bonorum operum, & vindex malorum.cap.11.num.178.
Deus patientiam suam ostendit in puniendis malis & remunerandis bonis.cap.11.num.178.
Deus reddit gratiam gratis,sed gloriam ex iustitia.c.11. num.178.
Cum Deus præmiat iustos exercet non solum iustitiam. sed & misericordiam ibidem.
Dei oculi aperti sunt ad considerandas vias hominum. cap. 11. num. 179. & considerandas actiones vt præmiet aut puniat.ibidem.
Quid sit Deum arguere & statuere contra faciem peccatoris.cap.11.num.183.
Deus non indiget alieno lumine,vt nos,nostraque conspiciat.cap.11.num.183.
Deus non creauit hominem ad perditionem sed ad vitam & gaudium cap.11.num.188.
Diuinæ pietatis fons omnibus patet. cap.12.num.6.
Dei odium aduersus peccatores ostenditur, vt nolit audire preces seruorum sucrum.num.16.
Deus ostendit se misericordem in eos,qui ad eum conuertuntur cap.12.num.17.
Quare dicatur Deus pater & dux virginitatis. ibidem.
Deus meretricibus copulatus eas mutat in virgines.c.12 num.17.
Deus fideiussor est pauperum.cap.12.num.26.
Quare Deus oderit peccatores.cap.12.num.33.
Quare Deus polliceatur de peccatoribus vindictam sumere.cap.12.num.33.

Dextera.

Sedere à dextris amplitudo honoris est.cap.12.num.51.
Filius Dei dicitur sedere ad dexteram Patris & non Angeli.cap.12.num.51.
Collocare aliquem ad dexteram signũ est honoris. c.12. num.51.
Apud Ægyptios locare ad dexteram magnus honor est habitus.cap.12.num.51.
Dextera significat liberalitatem.cap.13.num.46.

Diabolus, Dæmon.

Diabolo tentanti resistendum.cap.2.num.60.
Demones vinacia vocantur.cap.3.num.29.
Dæmon est serpens astutus. cap.4.num.44.
Dæmon prohibet nobis obtinere salutem animæ.cap.5. num.44.
Dæmon postulat sibi hodiernum diem, crastinum domino.cap.5.num.44.
Dæmon cum animam occupat,hominem despicit habetque ludibrio.cap.6.num.23.
Dæmonis voluntas iniqua.cap.9.num. 70.
Diabolus vitæ voluptatibus peccata circumtegit. cap.9. num.77.
Quare diabolus statuerit Christum supra pinaculum templi cap.9.num.75.
Cum diabolus ostendit Christo regna mundi diuinitatẽ eius affectauit.cap.10.num.28.
Serpens Dæmon superbiæ tentatione primos parentes decepit.cap.20.num.107.
Dæmon constringit corda reproborum.cap.3.num.123.
Per lapidem duritia dæmonis intelligitur.ibidem.
Diabolus vocatur Spiritus potestatem habens ad immittendas malas cogitationes.cap.11.num.158.
Diabolus dux dolosorum.cap.11.num.216.
Diabolus dolosus & insidiator. num.217.
Vnde processerit inuidia diaboli.cap.12.num 39.
Vnde inimicitiæ diaboli aduersus hominem.ibidem.
Dæmon sit amicus hominis cum allicit blandis suggestionibus ad peccandum.cap.12 num.53.
Diabolus inuidit honori hominis in paradiso positi. cap.12.num.53.
Dæmones similes scorpionibus.cap.21.num.53.
Dæmones vocantur codri.cap.13.num.4.

Dies.

Dies sæculi dies æternitatis.cap.1.num.18.
Dies sæculi numerati sunt licet non perfecte. num.19.
Dierum longitudo quid.cap.1.num.89.
Dierum longitudo æterna vita.cap.1.num.90.
Dies æternitatis quales.cap.3.num.26.
Dies mala dies iudicij cap.3.num.70.
Dies vindictæ dies iudicij.cap.5.num.6.
Dies delictorum qui.cap.5.num.25.
Dies domini quales.cap.5.num.49.
Qui appelletur Dies necessitatis.cap.6.num.51.
Partus diei qualis.cap.8.num.89.
Dierum longitudo quid.cap.13.num.46.

Diffidentia, Diffidens.

Diffidentia increpatur.cap.2.num. 112.
Diffidentes id est,qui diffidentia laborant, bonis terrenis & cælestibus priuantur.cap.2.num.112.
Non diffidendum ex comminatione supplicij. cap.7. num.55.
Qui diffidentia laborant existimant non posse in statum prosperitatis peruenire.cap.11.num.170.

Dignitas.

Dignitatum ambitio reprehenditur.cap.7.num.23.
Dignitates & honores dona sunt.cap.7.num.23
Dignitas opus & labor illam ambire permitiosum est. cap.7.num.24.
Nemo nisi rogatus dignitates accipere debet. cap. 7. num.25.
Dignitatis fastigium non in cathedra, sed in operibus situm.cap.7.num.27.
Iussu superiorum potest quis dignitatem accipere.cap.7 num.37.
Dignitas Pontificia qualis in lege veteri.num.173.
Meritum prodignitate. cap.10.num.209.
Nullus debet se in dignitatem intrudere. cap. 11. num 36.
Qui ex vili sede ascendunt ad dignitatem facile euanescunt.cap.11.num.41.

Dilatare.

Dilatare quid.cap.1.num.138.
Cur animus dilatetur cum inuocatur Deus ibidem.
Cor dilatare quid.cap.2.num.16.
Dilatare animum quid.cap.3 num.115.

Diligere, Dilectio.

Qui plus Deum diligunt abundantius donis Deo repletur.cap.1.num.79.
Qui diligit Deum timet peccatum.cap.1.num.80.
Dilectio nunquam à sapientia separatur.num.102.
Dilectio est plenitudo legis.cap.1.num.125.
Dilectio Dei & cognitio ipsius inter se vniuntur. cap.2. num.70.
Qui diligit Deum legem custodire non recusat.cap.2. num.122.
Probatio veræ dilectionis exhibitio est operis. cap.2. num.123.
Diligentes Deum legem obseruant. cap.2.num.126.
Diligendus Deus ex toto corde.cap.2.num.128.& c.7. num.179.
Quare dilectio annectatur obedientiæ.cap.3.num.6.
Qui diligit Deum dat operam vt se contineat à peccatis.cap.3.num.21.
Vera dilectio in legis obseruatione consistit. cap. 4. num.62.
Diligere est vitam tribuere.cap.4.num.62.
Qui diligit Christum diligitur à Deo.num.71.
Dilectio Dei sicut aurum eminet inter omnes virtutes. cap.6.num.115.
Conferenda omnia nostra pro diligendo Deo. cap. 6. num.215.
Dilectio alia infirma,alia firma & vera. cap.7.num.215.
Qui dilectione obiurgat non improperat peccatori peccatum eius.cap.8.num.26.
Qualiter frater diligendus cap.8.num.28.
Qui aliquid ardenter diligit inclinatione voluntatis in illud propendet.cap.3.num.102.
Magni ponderis est præceptum de diligendo Deo. c.3. num.103.
Talis est quisque qualis eius dilectio.cap. 3. num.148.
Creatorem debemus ardenter diligere.cap.7.num.181.
Dilectio Dei & proximi beneficium Dei est pertinens ad voluntatem. cap.11.num.115.
Dilectio Dei & proximi à Deo inspirante proueniunt. cap.11.num.115
Ignis simbolum dilectionis. ibidem.
Dilectio Dei donum Dei est.cap.11.num 115.
Dilectio vide Amor.

Dina.

Infelix euentus Dinæ explicatus.cap.7.num.149.
Ponderatio casus Sichem ex aspectu Dinæ.cap.9.nu.18. & 27.& 36.

Diplois.

Diplois quid. cap.1.num.156.

Dirigere.

Verbi dirigendi prima significatio.cap.2.num.14.
Alia significatio.cap.2.num.15.
Dirigere cor idem quod ponere in examinis trutina. cap.2 num.18.& 72.
Domini est dirigere gressus hominis.cap.2.num.51.
Dirigere viam quid.cap.2.num 51.

Disciplina.
Disciplina sapientiæ quid.cap 1.num.45.
Disciplina quid in sacra Pagina.cap 1.num.46.
Disciplinæ nomine correctio & afflictio intelligitur.c.1 num.46.
Disciplina Dei sicut radius solis.ibidem.
Disciplina sumitur pro castigatione.cap.1.num.46.
Disciplina in præsenti mærotis est, sed postea fructum dulcissimum reddit.cap.1.num.142.
Disciplinæ etymon.cap.1.num.167.
Ex thesauro sapientiæ significatio disciplinæ hauritur. cap.1.num.168.
Disciplina significat eruditionem.num.172.
Disciplina pro mansuetudine.cap.3.num.76.
Disciplina quid.cap.4.num.86.
Disciplinæ magisterium in quo consistat. cap. 11.nu.56.
Disciplina vnde deriuetur.cap.11.num.111.
Disciplina Dei est institutio ipsius, qua docet diuina mysteria.cap.11.num.111.
Deus prius mittit disciplinam sicut lucem, vt illuminet, & postea corda fæcundat.cap.11.num.111.
Disciplina quomodo accipienda sit.ibidem.
Disciplina Dei idem quod correctio.cap.11.num.112.
Dispendere.
Disperdendi verbum quid in Græco.cap.6.num.19.
Qualis sit effectus disperditionis animæ. num.24.
Disputatio.
Disputatio est idem quod intelligentia. cap.9.num.92.
Ditare, Ditescere.
Qui festinat ditari non erit innocens. cap.11.num.74.
Deus vult aliquem esse pauperem frustra laborat ditari. cap 11.num.77.
Qui dari cupit non effugiet supplicium debitum eius cupiditati.cap.11.num.78.
Nemo reluctante Deo debet festinare ad ditescendũ.c.11 num.80.
Qui festinat ad ditandum cum ingenti labore frustra fatigatur.cap.11.num.81.
Non fidendum humanæ industriæ ad ditescendum sed in Deo spes collocanda.cap.11.num.81.
Diues.
Diues auarus, quare æternas pœnas luit.cap.4.num.3.
Diuitem & pauperem sibi obuiare quid num.4.
Diuites oculos pauperum præuenire debent num.9.
Diuitis exemplum.cap.4.num.10.
Diues auarus non inuitabat corpus sed animam & quare.cap.5 num.3.
Diuites falluntur existimantes se iuste diuitias comparare.cap.5.num.4.
Diuites inuitat Iacobus ad plorandum.cap.5.num.7.
Diuites non eua lent vltionem offerendo diuitias in Die iudicij.cap.5.num.7.
In diuitem auarum inuectiua verba. cap 7.num.112.
Diuites pro diuitijs eisdem cruciatus quibus pauper pro egestate torquetur.cap.5.num.51.
Diuitum mores à Christana Charitate alieni. cap.8. num.8.
Diuites sunt quasi paliuri.& quid.cap.8.num.8.
Diues diuitijs iudices corrumpere solet. num. 10.
Cum diuitibus non litigandum.cap.8.num.10.
Diuites multa obtinere conantur obtentis non contenti cap 8.num.10.
Diuitis auari qualis finis.cap.9.num 63.
Multi facti diuites intumentur pristinæ obliti abiectionis.cap.10.num.75.
Qui diues efficitur non debet superbire. ibidem.
Permutatio diuitis auari in Lazarum pauperem. c.10. num.141.
Sors diuitis epulonis & Lazari qualis.cap.10.num.216.
Diues in morte sepultus in inferno: Lazarus portatus ab Angelis.cap.10.num.216.
Diuitis & pauperis operator est dominus. num. 217.& cap.11.num.104.
Diues non debet extolli, nec pauper deijci. cap. 10. num.217.
Diues non debet in opibus suis niti.cap.10.num.217.
Nullus honor tribuendus diuiti propter diuitias. num.218.
Solet qui diues est superbire.cap.10.num.222.
Diues superbus vereri potest paupertatem.ibidem.
Solet Deus diuites dimittere & pauperes facere.nu.222
Diues quis? cap.11.num.74.
Omnis diues aut iniquus aut hæres iniqui. cap. 11. num.75.
Difficillimum est diuitem intrare in regnum cælorum. cap 11 num.75.
Diues instar Tantali inhiat diuitijs.num.81.
Diuitem fecit Deus vnde pauperem adiuuet,& pauperem vnde diuitem probet.cap.11.num.104.
Saturitas diuitis non finit eum requiescere.num.140.
Qui diuitis admiratur fortunas dignus est vt irrideatur cap.11.num.155.
Diuites nimium confidunt in diuitijs suis, & quare. cap 11.num.171.
Diuites non considerant posse venire in infælicitatem. cap 11.num.173.
Diuites confidentes in diuitijs suis irridentur.ibidem.
Diuites vocantur sepulchrum pauperum.cap.11.nu.220
Deuitiæ.
Diuitiæ Dei quid.cap.1.num.41.
Diuitias vocat Paulus non auri sed gratiæ Dei cap. 1. num.125.
Diuitiæ iusti sunt præmia meritorum cap.2.num 31.
Diuitiæ in emphiteusim pauperibus dantur. cap. 4. num.3.
Diuitijs non confidendum.cap.5.num.1.
Non attendendum ad diuitias.cap. 5.num.3,
Qui in diuitijs confidit in vita & in morte punietur. cap.5.num.6.
Qui diuitijs inhiat sæpe extra metas iuris fertur.cap 3. num.3.
Quid diuitiæ in corde generent.cap.5.num.5.
Qui per vsuras parat sibi diuitias telas aranearum texit. cap.5.num.6.
Diuitiæ lædunt in die mortis.cap.5.num.5.nu.6.& 53.
Quare diuitiæ non proderunt in die vindictæ. ibidem.
Diuitiæ non possunt hominem liberare in Dei mortis cap.5.num.7.
Diuitiæ per nefas non acquirendæ. num.50.
Vituperatur anxietas in acquirendis diuitijs.cap. 5. num. 51. quia feminarum vitiorum sunt. ibidem.
Diuitiæ quasi calamus quasatus qui perforat manum.c.5 num.51.
Qui confidit in diuitijs corruet.ibidem.
Quare non inhiandum in diuitijs acquirendis. cap. 5. num.52.
Nihil prosunt in die mortis diuitiæ.cap 5.num.52.
Sine Diuitijs & gloria possibile est aliquẽ esse fælicem. cap.7.num. 114.
Diuitiarum comes auaritia.cap 8.num.6.
Diuitiæ excitant ad prosternendos pauperes num.8.
Diuitiæ graues.cap.8.num.9.
Diuitiæ hominem honorant & grauant.ibidem.
Diuitiarum impedit grauitas ingressum in regnum cælerum.cap.8.num.9.
Diuitiæ mergunt hominem in interitum & perditionẽ. cap.8.num.16.
Nullus contemptum diuitiarum persuadere potest si ipse eas possidet cap.10.num.223.
Fluxa est diuitiarum natura.cap.10.num.82.
Diuitiæ laqueus diaboli sunt.cap.11.num.74.
Antiqui philosophi diuitias despectas habebant. cap.11. num.75.
Qui sequitur diuitias non apprehendet eas nisi Deus velit illum ditari.cap.11.num.76.
Diuitiæ perducunt hominem vsque ad perditionem animæ & corporis.cap.11.num.78.
Substantia festinata dicitur, quæ cum iniquitate acquiritur.cap.11.num.80.
Diuitiæ quæ nimis celeriter parantur cito perdentur. cap.8.num.80.
Qui calumniatur pauperem vt diuitias suas augeat egebit.cap.11.num.81.
Stultum est augere diuitias cum dolore.ibidem.
Diuitiæ in manu Dei sunt.cap.11.num.90.& 91.
Diuitiæ Donum Dei sunt.cap.11.num.105.
Diuitiæ instar roris bonis prosunt, & malis nocent. ibidem.
Diuitias Deus in homines pro sua beneficentia distribuit cap.11.num.105.
Qui tenax diuitiarum est nec diues nec beatus dici potest.cap.11.num.138.
Diuitijs incubare quid sit. ibidem.
Diuitiæ auarum faciunt mendicum.num.138.
Diuitiæ & abundantia non sinunt diuitem auarum requiescere.cap.11.num.140.
In diuitijs non vera quies inuenitur.cap.11.num.140.
Diui-

Diuitiæ quæ in eleëmosynam erogantur in tuto collocantur. cap.11.num.141.
Diuitiæ per se criminosæ non sunt.cap.11.num 172.
Qui gloriatur in diuitijs suis vocatur à Domino miser. cap.11.num.172.
Cor non apponendum in diuitijs.cap.11.num.172.
Qui confidunt in diuitijs suis vanissimi sunt. ibidem.
Doctor, Docere.
Doctores sacri Mercurij sunt. cap.1.num.1.
Qui alios docet præmio dignus est.cap.4.num.128.
Docti & eruditi fulgebunt quasi stellæ.num.130.
Doctor debet docere populum verbis & operibus.c.4. num.133.
Per tubas argenteas Doctores significantur.num.135.
Doctores similes Maidachgo.cap 6.num.157.
Qui scientiam non habet docere non debet. cap. 3. num.119.
Per doctrinam indicatur qualiter doctores sapiunt res. cap.3.num.150.
Qui doctor esse desiderat antequam discat stultum est. cap.11.num.61.
Doctorem & magistrum erudit Deus.ibidem.
Doctores nubes vocantur.cap.11.num.61.
Nemo docetur nisi discat nec dicit, nisi doceatur.cap.11 num.61.
Doctores non canales sed conchæ esse debent.ibidem.
Qui nescit docere discat.cap.11.num.62.
In disciplinis ordo est vt primum quis doceatur, deinde loquatur.cap.11.num.62.
Parabola petentis ab amico tres panes in Doctores conuenit.cap.11.num.62.
Fauus Ecclesiæ doctores significat. ibidem.
Doctores & magistri apibus comparantur.num.62.
Doctores debent prius repleri cælesti doctrina, vt doceant alios.cap.11.num.63.
Doctrina.
Doctrina idem quod tribulatio.cap.4.num.88.
Doctrina & eruditio domini exaltatur.ibidem.
Doctrina pro eruditione.cap.4.num.132.
Doctrina bona confirmatur per opera bona docentis.c.4 num.133.
Doctrinis varijs non abducamur.cap.5.num.60.
Doctrina in teneris annis excepta nunquam deficit.c.6. num.79.
Doctrina iugum.cap.6.num.79.
Doctrina bona recipienda non obstante mala doctoris vita.cap.6.num.153.
Doctrina Christiana depositum vocatur.cap.8.num.46.
Ars doctrinæ nequam est venefica & incantationes.c.9. num.6.
Doctrina cælestis instar imbris fecundat animam. c. 10. num.41.
Verbalis patrum ad filios traditio doctrinæ ex ipso naturali lumine pendet.cap.8.num.59.
Doctrina in charitate non consummata destruitur.cap.11 num.134.
Scintilla prauæ doctrinæ statim extinguenda est.cap.11. num.232.
Dolor.
In dolore sustinere quid.cap.2.num.35.
Dolores non sentire stupiditas est ibidem.
Dolor Zelotypus implacabilis est.cap.9.num.2.
Gemitus sunt doloris indices.cap.7.num.166.
Dolosus, Dolose, Dolus.
Dolosus similis est parturienti.cap.1.num.202.
Quid dolose agere in conspectu Dei.cap.1.num.97.
Dolos & fallacias reprehendit Isaias.cap.7.num.12.
Arcus dolosus qualis.cap.2.num.97.& cap.3.num.135.
Exemplum dolosorum.cap.11.num.214.& 216.
Diabolus dux dolosorum.cap.11.num.216.
A dolosis cauendum.ibidem.
Lingua dolosi terribilis,& quare.cap.11.num.216.
Græci Troiam destruxerunt dolose. cap. 11. num.216.
Dauid rogat Dominum vt eum liberet à lingua dolosa. cap.11.num.217.
Diabolus dolosus & insidiator.ibidem.
Dolosi similes perdicibus & capreis.cap.11.num.219.
Dolosorum hieroglyphicum.cap.11.num.221.
Dolosi eos, a quibus recipiuntur percutere conantur.c.11 num.222.
Dolosi vocantur superbi,& quare.ibidem.
Dolosorum conditio est, vt prospiciant casum proximi sui.cap.11.num.222.
Dolosus bona proximorum opera male interpretatur. cap.11.num.224.
Dolosi congregantur vt assidue insidientur. cap. 11. num.225.
Dolosi iudicant opera, vel intentiones iustorum.cap.11. num.225.
Dolosi solent esse sanguinarij.cap.11.num.233.
Dolosi non solum maledicunt, sed etiam malefaciunt. cap 11.num.233.
Virum dolosum abominatur Deus.ibidem.
Sicut nouaculum facere dolum quid.ibidem.
Cum augetur detractio in ore dolosorum augetur sanguis,&c.cap.11.num.234.
Dolosi & superbi vocantur operantes iniquitatẽ.cap.11. num.234.
Verba dolosa comparantur arcui.ibidem.
Dolosus cauendus propter infamiam, quam inferre potest.cap.11.num.239.
Fictos homines, qui dolos tegunt Deus abijcit à se.cap.2 num.51.
Dominus.
Nemo potest duobus dominis seruire. cap.2.num.102 & cap.3.num.134.
Dominus & parens inter se connectuntur. cap. 3. num.38.
Domini comparantur leonibus.cap.4.num 156.
Quibus si accedat acerbitas fit imperium tyrannicum. ibidem.
Domini debent seruos mansuete tractare.num.158.
Pormpte & expedite domini ministrandi, & seruiendi. cap.8 num.49.
Domini ministrandi sine querela.ibidem.
Duobus dominis seruire difficile.cap.10.num.111.
Domus.
Domus Dei inscriptio. cap. 2.num.81.eius ostiaria misericordia.ibidem.
Non deficiendus cibus in domo Dei vt alantur ministri cap.3.num.64.
Domum obededon Dominus benedixit.cap.4.num.68.
Melius est ire ad domum luctus quam ad Domum conuiuij.cap.7.num.213.
Cur præceperit Deus domus tectum coronari. cap.7. num.47.
Donum.
Donum.vide munus.
Id quod gloriatione est dignum donum Dei est. cap. 1. num.7.
Dona nõ recipit Deus in Die iudicij pro redemptione pœnæ.cap.5.num.53.
Dona grata sunt.cap.7.num.203.
Dona placant Deum & homines ibidem.
Dona ita grata sunt vt á sapientibus non contemnantur cum eis offeruntur.cap.7 num.205.
Deo magis placet persona quam donum. num.204.
Nullum genus Doni obuenit nobis, quod à Deo non emanet.cap. 11.num.99.
Draco.
Draconis planctus qualis.cap.12.num.73.
Ducatum.
Ducatum quid significet.cap.7.num.22.

E.

Ebrius, Ebrietas.
Absumat ebria sitientem, quid. cap. 2.num.114.& cap 4. num.68.& cap.5.num.9.& cap.9.num.61.
Nullum secretum vbi regnat ebrietas.cap.8.num.92.
Ecclesia.
Ecclesia repleta est aquis sapientiæ Dei. cap. 1. num.39.
Ecclesia ex Christi latere orta.cap.3.num.5.
Ecclesia persecutionibus crescit.cap.4.num.60.
Nemo ab Ecclesia Christi excludendus. cap. 6.num 17.
Qui præsunt Ecclesiæ dupliciter honorandi. cap. 10. num.172.
Descriptio tribulationum quibus Ecclesia affligenda erat.cap.10.num.201.
Ecclesia tanquam paradisus consita est plantis iustorum. cap.11.num.116.
Ecclesia thronus Christi.cap.11.num.124.
Ecclesiasticus.
Ecclesiastici auctor fuit Spiritus sanctus in Isag. num.3.
Ecclesiastici liber. vide Liber.
Eccle-

Ecclesia persecutionibus crescit.cap.4.num.60.
Nemo ab Ecclesia Christi excludendus.cap.4.num.17.
Qui præsunt Ecclesiæ dupliciter honorandi. cap. 10. num.172.
Descriptio tribulationum quibus affligenda erat.cap.10. num.201.
Ecclesia tanquam paradisus consita est plantis iustorum cap.11.num.116.
Ecclesia thronus Christi.cap.11.num.124.
Ecclesiasticus.
Ecclesiastici auctor fuit Spiritus sanctus in Isag.num.3.
Ecclesiastici liber.vide Liber.
Ecclesiasticus imitatus est alios scriptores veteres in Prologo num.4.
Ecclesiasticus librum suum subsignauit, sicut Paulus Epistolas.In.Isag.num.7.
Ecclesiastici laudes remittuntur ad. cap. 51. in Isag. num.9.
Echinus.
Echini vulgo euzo hieroglyphicum.cap.4.num.109.
Echinus signat procrastinationis damnum. cap. 5. num.42.
Eleëmosyna.
In eleëmosyna eroganda fugienda hypocrisis. cap.1. num 193.
Tempus postulandi eleëmosynam.cap.2.num.80.
Eleëmosyna vocatur misericordia. cap. 3. num.59.& cap.7.num.59.
Eleemosyna grata Deo.cap.3.num.59.
Non obliuiscitur Deus eleemosynæ erogatæ parenti pauperi.cap.3.num.59.
Eleemosyna pro patre mortuo grata. ibidem.
Eleemosynæ excellentia.cap.3.num.59.
Eleemosynæ erga parentes debentur sicut decimæ.c.3. num.65.
Eleemosyna an debitum,& quare restitutio dicatur.c.3. num.66.
Quare eleemosyna iustitia dicatur. cap. 3.num.67.& cap.12.num.19.
Qui eleemosynam erogat mansionem suam ædificat in cælo.cap 3.num.68.
Eleemosyna quasi mutuum cum vsura.num.66.
Eleemosyna agit causam apud Deum.cap.3.num.70.
Eleemosyna orat pro elargiente eam. ibidem.
Eleemosyna serenitati comparatur, est enim sicut auræ serenitas.cap.3.num.72.
Eleemosynæ faciendæ ad expianda peccata. cap. 3. num.155.
Eleemosyna omnem culpam Publicani abluit.cap. 3. num.155.
Daniel Nabucodonosori suasit eleemosynam facere ad redimenda peccata.cap.3.num.156.
Eleemosynarius est minister misericordiæ.num.157.
Sicut baptismum abluit peccata,sic suo modo Eleemosyna.cap.3.num.157.
Eleemosyna quomodo habeat maiorem virtutem quam baptismum.cap.3.num.157.
Quomodo eleemosyna expiet peccata.num.158.
Eleemosyna confert ad delenda peccata.num.158.
Deus prospector eleemosynæ.cap.3.num.159.
Sine pœnitentia & dilectione Dei nullæ eleemosynæ possunt expiare peccata.cap.3.num.158.
Reddere gratias pro eleemosynam erogare. num.160.
Apertio manus erogatio est eleemosynæ. cap. 4 num.2.
Eleemosynæ definitio.cap.4.num.3.
Eleemosynæ præuenicndæ.cap.4.num.9.
Nulla ars quæstuosior sicut eleemosyna.ibidem.
Angeli accipiunt eleemosynas vt in cælo reponant.c.4 num.6.
Eleemosyna non differenda sed statim danda. num. 8. & 16.
Eleemosyna facienda exanimo.cap.4.num.16.
Finis elegitionis eleemosynæ considerandus.num.21.
Eleemosyna danda cum alacritate.cap.4. num.32
Eleemosyna quare vocetur debitum.num.35.
Omnia quæ erogamus Dei sunt,quare propria pauperum.cap.4 num.35.
Nunquam cessandum à facienda eleemosyna.cap. 6. num.82.
Nomen eleemosynæ à verbo iustificandi aliqui deducunt.cap.7.num.59.
Eleemosynæ effectus est extinguere peccata.ibidem.
Quid possit Eleemosyna.cap.7.num.60.
Qui Eleemosynas facit quomodo iudicabitur. cap. 7. num.60.
Cum præcipit Deus eleemosynas erogare secretum postulat.cap.7.num.67.
Arrogantia in eleemosynis faciendis fugienda.c.7.n.67 & cap.10.num.199.
Propurgari cum brachijs est eleemosynam dare brachijs acquisitam.cap.7.num.187.
Eleemosynæ præcipue faciendæ ijs, qui recessunt à vitijs.& iusti sunt cap.12.num.8.
Eleemosynæ habet præmium in cælo. cap. 12.num.10.
Eleemosynæ erogatio comparata sationi.ibidem.
Eleemosyna cum agricultura comparata.ibidem.
Eleemosyna liberaliter danda nulla expectata humana retributione.cap.12.num.10.
Eleemosyna erogata intuitu amoris Dei magnam habet retributionem.cap.12.num.11.
Qui dat parum in eleemosynam accipiet multum. c.12. num.11.
Eleemosyna, quæ videbatur amissa præparata est ad tempus mortis.cap.12.num.11.
Ipse Deus fideiussor est, qui pollicetur præmium eleemosynarum cap.12.num.11.
Eleemosyna erogata pauperibus quasi pecunia reposita in sæculo qui non veterascit.ibidem.
Non bone eleemosijna impenditur in ijs, quia assidue sunt in malis.cap.12 num.13.
Histrionibus & meretricibus eleemosijnæ non erogandæ.cap.12.num.13.
Exhortatur auctor ad faciendam eleemosijnam ei qui miseretur.cap.12.num.19.
Misericordes beati dicuntur quia libenter eleemosijnas erogant.cap.12.num.19.
Eleemosijnam Deus remunerat in præsenti & in futura vita.ibidem.
Iustis pauperibus eleemosijnæ erogandæ.cap.12.nu.25.
Eleemosijnæ ponendæ apud viros bonos,vt seruentur ad tempus mortis.ibidem.
Eleemosijna sapientissima negotiatrix est. cap. 12. num.25.
Quando bene erogatur eleemosijna.ibidem.
Eleemosijna bona negotiatio. cap.12.num.25.
Pauper ager est, in quo seritur eleemosijna. cap.12. num.28.
Elephans.
Elephanti natura & intellectus in Prol.num.3.
Eliab.
Quare Eliab non eligatur in regem Israel. cap. 11. num.10.
Eliab repulsus ob superbiam & arrogantiam. cap. 11. num.10.
Elias.
Quare Elias extimuerit Iezabelem.cap.2.num.34.
Elias Deum inuisibilem tanquam visibilem in corde & in mente gessit.cap.9.num.92.
Eligere, Electio.
Quod elegimus id probamus cap.4.num.85.
Vnus eligendus cui arcana pectoris cõmunicemus.c.6. num.31.
Electio in regem ex filijs Isac.cap.11.num.9.
Quare Deus non probauerit iudicium Samuelis in electione regis Israel.cap.11. num.9.
Quare Eliab non eligatur in regem Israel.num 10.
Eliseus.
Quare Græci ad iussum Elisæi non suscitauerit mortuũ. cap.3.num.77.
Cur Elisæus noluerit Naaman communicare? cap.7. num.8.
Subuersio imprecata ab Eliseo qualis, cap 9.num.63.
Ephraim.
Ephraim quasi columba non habens cor. cap. 6. num.93.
Episcopus.
Episcopus vnde deducatur.cap.2.num.109.
Episcopi Laodicensis reprehensio.cap.5.num.5.
Episcopis & sacerdotibus duplex honor debetur. cap. 7. num.185.
Episcopus quomodo se gerere debeat in iudicandis causis.cap.11.num.51.
Error.
Error & ignorantia Dei connascitur cum impijs & consenescit.cap. 11.num.118.
Error concreatus est homini peccatori.cap.11.nu.122.
Ethnici.
Ethnici qui.cap.7.num.90

Ethnici putabant in verbositate sua exaudiri. c. 7.n.90.
Eua.
Eua quare præceptum Domini transgressa est.c.3.n.131
Aue inuersis caracteribus Euam sonat.cap.1.num.64.
Euangelium.
Euangelium vera narratio Dei.cap.6.num.164.
Veritas Euangelij defendenda.cap.13.num.49.
Qui non defendit Euangelum humilis in sapientia sua est.ibidem.
Habenda ratio eorũ qui laborant in Euangelio.c.10.n.172
Honor tribuendus ijs qui laborant in Euangelio.c.10 num.172.
EVCHARISTIA.
In Eucharistia vita gratiæ inuenitur.cap.2.num.68.
Eucharistia vere donum cæleste est cap.9.num. 100.
Eucharistæ mysterium adumbratum.cap.9.num.83:
Eucharistia est receptaculum diuitiarum Dei.c.9.n.84.
In Eucharistia vox exultationis auditur. ibidem.
In Eucharistia contulit Christus quæ à Patre acceperat. cap.9.num.85.
Animus hominis sigillo Sacramenti signatur.num.86.
Quantum homo cor dilataucrit tantũ recipiet.c.9.n.87.
Homo debet sinus dilatare, vt recipiat Christum in Eucharistia.cap.9.num.87.
Christus in Eucharistia implet cor hominis. ibidem.
Iustus digne communicans magnam experitur dulcedinem.cap.9.num.87.
In Eucharistia fecit Deus quantum potuit.num.88.
Totum Deum homo in Eucharistia recipit.ibidem.
Digne communicans instar apis sugit dulcedinem sacramenti.cap.9 num.88.
Qualis dispositio ad recipiendam Eucharistiam. nu.89.
Eucharistia indigne sumenti fit laqueus.ibidem.
Eucharistiæ effectus.cap.9.num.89.
Eucharistia indigne sumenti fit vermis.ibidem.
Digna dispositio ad Eucharistiam cordis munditia. c.9. num.90.
Christus in Eucharistia est vitulus saginatus.ibidem.
Non est opus videre oculis carneis quę absconduntur in Eucharistia cap.3.num.110.
Quare Eucharistia vocetur mysterium fidei.ibidem.
In Eucharistia Christus conficit fauum quo nutrit, & sustentat.cap.11.num.22.
Christus semetipsum communicauit in Eucharistia ad exemplum aliorum.cap.11.num.22.
Per fauum caro Christi intelligitur.ibidem.
Eucharistiæ Sacramentum prænuntiatum.ibidem.
Christus seipsum obtulit in Eucharistia in memoriã passionis suæ.cap.11.num.25.
Sacrificio altaris delectatur, & placatur Deus.ibidem.
Quid sit,& futuræ gloriæ nobis pignus datur in Eucharistia.cap.9.num.25.
Eucharistia viaticum est & pignus gloriæ futuræ.ididẽ.
Christus in Eucharistia instar apis mel habet.& spiculũ. cap.11.num.26.
Enchanistia est sicut manna ibidem.
Quomodo Christus recipiendus in Eucharistia.ibidem.
Qui indigne communicat iudicium sibi manducat.c.11: num.16.
Qui male tractant Eucharistiam mentiuntur Domino. cap.11.num.36.
Fauus mellis sacramenti dignus est vt reuerenter suscipiatur à fidelibus.cap.11.num.27.
Magna puritas requiritur ad suscipiendam Eucharistiã ibidem.
Quare Eucharistia vocetur sacramentum fidei.nu.27.
Eudoxia.
Eudoxia imperatrix reprehensione D. Chrysostomi ad iram prouocatur.cap.8.num.54.
Euge.
Euge quid.cap.1.num.92.
Examen, examino.
Examen conscientiæ quale.cap.2.num.18.
Verbum examinare forense cap.7.num.34.
Excors.
Excors quis dicatur.cap.6.num.93.
Excors non permanet in sapientia.cap.6.num.94.
Excos insensatus & passionibus subditus.ibidem.
Excors idem quod vanus.cap.6.num.94.
Excors idem quod indoctus,quem Spiritus non docuit omnem veritatem.ibidem.
Exemplum.
Exempla veterum in memoriam reuocanda cap.2.n.71.
Exemplum malum vitandum.cap.7.num.47.
Magnũ malum est alijs prębere malũ exemplũ.c.7.n.47
Non præbenda occasio peccandi per malum exemplum. cap.7.num.48.
Exempla praua spinæ sunt.cap.7.num.11.
Exemplum prauum noxium esse solet.cap.7.num.12.
Ignauus si præsit populis suo exemplo sequentes se vitiat. cap.7.num.96.
Exequiæ.
Exequiæ vide.Defunctus.
Exitus.
Exitus acta probant cap.9.num.61.
Exitus impij subuersio appellatur.ibidem.
Extremum.
Extremum idem quod nouissimum. cap.1.num 91.
Exultatio, exultare.
Exultatio quid.cap.1.num.87.
Qui exultant in peccatis permanent in illis vsque ad mortem.cap.11.num.127.
Exultatio in malis indicat procitatem & confirmationẽ peccandi.cap.11.num.128.
Verbum exultandi significat obstinationem in malis.c.11 num.129.
F.
Facies.
Faciem auertere quid.cap.4.num.7.
Facies à paupere non auertenda.cap.4.num 19.
Faciem accipere contra faciem quid. cap.3.num.122.
Faciem operire quid denotabat in lege veteri. c.9.n.67.
Faciem ponere in aliquem est irasci. cap.10.num.171.
Dicere in faciem quid.cap.10.num.193.
Quare Deus dederit Ezechieli faciem adamantinam.c.7 num.42.
Quare non circunspicienda facies aliena. cap. 9.nu.41.
Factum, Factor, Facere
Dimidium facti qui cæpit habet.cap.1.num.110.
Factores verbi saluantur.cap.3 num.13.
Factores legis qui dicantur.cap.3.num.13.
Qui malignantur pessimis factis exterminabuntur.c.8. num.58.
Melius est facere & non docere.quam docere & non facere. cap.4.num.136.
Non probandum nec reprobandum factum alterius propter solam exteriorem speciem.cap.11.num.11.
Fœdus.
Quomodo apud Prophanos fœdera pangerentur.c.11. num.194.
Quomodo apud Græcos & Medos.& Libios.ibidem.
Fama.
Fama vnguento comparatur.cap.4.num.123.
Fama quare pretiosior est vnguento pretioso. ibidem.
Fama bona pretium virutis.cap.4.num. 125.
Fama bona non prodigenda,sed conservanda.c.4.n.126.
Festinare.
Festinare quid. cap.2.num.24.
Ficus, Ficulnea.
Quid per ficum aridam quam dominus siccauit.c.6.n.17
Ficulneam arefecit Christus dominus quia non habebat fructum.cap.10.num.145.
Fideiubeo.
Qui fideiubet præparet se ad soluendum. cap. 8.nu.63.
Ritus antiqui circa fideiussores. ibidem.
Fideiussiones ad stipulationes pertinebant. ibidem.
Qui fideiubet illaqueatus est verbis oris sui cap.8.n.64.
Fides, Fidelis.
Fides & mansuetudo Deo maxime placent. cap.4.n.180.
Fides in quo consistat cap.1.num.180.
Fidelem virum quis inueniet.cap.1.num.181.
Fides non danda omnibus.cap.13.num.72.
Fides in captiuitatem redigit intellectum.cap.3.nu.110.
Fidelis vir quomodo procedere debeat in actibus suis. cap.1.num.120.
Fiducia.
Fiducia negligentiam generat. cap 1.num.81.
Fiducia parit libertatem.cap.11.num.162.
Filia.
Filiæ fernandæ ne violentur.cap.7.num.149.
Si non ludendum cum filijs minus cum filiabus quia fragiliores sunt.cap.7.num.152.
Quomodo occurratur filiarum lasciuiæ. cap.7.nu.152.
Filiam tradere in matrimonium grande opus est.n.153.

Qui filiam suam collocat in matrimonio non peccat.c.7 num.153.
Varia iura circa filiarum collocationem in matrimonio cap.7.num.153.
Filiæ quæ absque parentum consensu nubunt forma coniugia ineunt.ibidem.
Filiæ qua ætate tradendæ matriis. cap.7.num.155.
Aristoteles censuit filias 18. anno tradendas viris 36. annorum.ibidem.
Si pater nuptias distulerit, inconsultò eo potest filia nubere.cap.7.num.155.
Quid debeat fieri vt filiæ in matrimonio collocentur. ibidem.
Filia à parentibus petenda.cap.7.num.156.
Viro senſato filia tradenda in matrimonum. cap. 7. num.157.
Filia non sub patris sed sub viri potestate est. cap. 9. num.13.

Filius Dei.

Filius Dei genitus ex notitia omnium creaturarum c.1. num.70.
Filius Dei fuit exemplar rerum creandarum. num.72.
Vide Christus Dominus.

Filius.

Filiorum multitudo vocatur plenitudo à Ieremia.c.1. num.116.
Filius Dei vocantur filij Timoris.cap.1.num.187.
Filius Dei nomen magnificum.ibidem.
Filius timet patrem & non sicut seruus Dominum. c. 24 num.87.
Quare filij sapientiæ appellentur dilectio. cap. 3. nu.9.
Filij sapientiæ qui.cap.4.num.56.
Filij exhortantur ad obedientiam parentum.cap.3.n.10
Filij debent parentibus obedire.cap.3.num.16.
Filiorum est educationis labores parentibus rependere. cap.3 num.18.
Bona, quæ filij per honorem parentum consequuntur. cap.3.num.22.
Honor filiorum erga matres thesaurus est reconditus. cap.3.num.27.
Duo præmia filiorum qui parentes honorant. cap. 3. num.30.& 31.
Flij imitatores parentum.cap.3.num.28.
Filiorum honor parentum merces.cap.3.num.28.
Filius generosus nascitur ex progenie generosa.cap.3. num.29.
Filij sunt iucundatio parentum.ibidem.
Filij obsequentes in tribulatione à Deo exaudiuntur. cap.3.num.31.
Filij non debent se pares erga parentes gerere. cap. 3. num.38.
Filij parentes colere debent.cap.3.num.39.
Contentio est an filij dederint parentibus maiora, an recipiant à parentibus.cap.3.num.39.
Fælices filij qui parentes beneficijs vincunt. ibidem.
Filius punitus grandis dolor patris.cap.3.num.48.
Gloriam patris adipiscitur filius.num.50.
Filij sunt nouellæ obiuarum.ibidem.
Filij à sene geniti non admodum firmi. ibidem.
Filij hæredes sunt honoris parentum.ibidem.
Dedecus patris in filium deriuatur.cap.3.num.52.
Cum aliquem filium volumus exprobare parentum infamiam objicimus.cap.3.num.52.
Exhortatio ad filios.cap.3.num.54.
Filius possessio patris.ibidem.
Quare filij vocentur prædia parentum.num.55.
Filij hæreditas Domini.cap.3.num.56.
Filij sunt possessiones ad tempus senectutis patris. c. 3. num.56.
Filij debent veniam dare parentibus sensu deficientibus cap.3.num.57.
Filij vicem reddere parentibus adiguntur.num.58.
Filius qui miseretur pauperi præmio decoratur.cap 3. num.60.
Filius tolerans molestiam matris remunerabitur.cap.3 num.62.
Filij in parentes solent peccata committere.num.63.
Filij mares columnæ domus vocantur.num.69.
Filius ingratus mulctatur à Deo.cap.3.num.74.
Filium esse Altissimi quale præmium. cap. 4.num.48.
Filius obediens proprie filius est.ibidem.
Filium perditum fames & paupertas apprehenderunt. cap.7.num.4.
Quare filij Core immunes fuerint à punitione patris. cap.7.num.11.
Filij sunt erudiendi à tenera ætate.cap.7 num.140.
Filius castigandus.cap.7.num 140.
Filius à parente correptus euadet bonæ Speiadolescēs cap.7.num.140.
Filij erudiendi vt seruent in posterum odorem quo imbuti sunt in prima ætate.num.141.
Filij à pueritia domandi & curuandi.num.143.
Filij curuandi cumerigunt se.cap.7.num.144
Vtile documentum Plutarchi erga filios.num.145.
Filius parentis obseruantiam paruipendit cum ludunt cum eo.cap.7.num.52.
Consideratione dolorum matrum filij eas honorare debent.cap.7.num.166.
Filius debet esse gratus parentibus.num.167.
Quare filius parentibus debeat obedire. num.168.
Par gratia non potest à filijs parentibus rependi. cap.7. num.169.
Filij sapientes honorant parentes,& insipientes inhonorant.cap.8.num.24.
Filiorum fæcunditas benedictio Domini.cap.11.nu.201
Ex aliquibus parentibus mali filij processerunt. cap. 11. num.202.
Per filios opera bona intelliguntur.num.202.
Filij non retinent que patres auari congessere.cap.12. num.3.

Finis.

In omnibus operibus respiciendus finis. cap.7.nu.217.
Pro cauda ouium significabatur finis. cap. 11. num.149.

Firmare, Firmitas.

Firmare quid.cap.3.num.20.
Firmitas mentis in veritate intellecta tenenda est.cap. 5. num. 50.
Firmitas debet esse in veritate fidei.num.60.

Flagellatio, Flagellare, Flagellum.

Flagellatio Dei ferenda quia ex misericordia procedit. cap.2.num.56.
Cum Deus flagellat intendit parcere.num.57.
Flagella cum à Deo immittuntur plena sunt misericordia.cap.2.num.86.
Qui flagellatur & non reducitur à Deo deseritur.cap.4. num.103.

Flere, Fletus.

Præceptum generale est gaudere cum gaudentibus & flere cum flentibus. cap.7.num.211.
Fletus & gemitus sunt operationes conuenientes dolenti.cap.7.num.212.

Fluuius.

Fluuius simbolum sapientiæ.cap.1.num.15.
Fluuius Euphratis est vbi Israelitæ obexerunt super flumina,&c.cap.11.num.115.

Famina.

Fœmina,vide Mulier,vxor.
Fœmina dispositæ esse videntur ad timorem. cap. 1. num.116.
Verecundia in fœmina timorem Dei indicat. cap,1. num.116.
Fœminas comitatur timor Dei in via recta sicut pedagogus.cap.& numero eodem
Quare fœminam & virum vestibus alternatis indui prohibitum sit.cap.1.num.189.
Fœmina sceleſta origo malorum.cap.9.num.6.
In fœminæ adulterio inquirendum est, an male viuat maritus.cap.9.num.7.
Artem veneficam fœminæ discunt à vetulis. num.8.
Fœminæ sunt ad veneficia procliuiores.ibidem.
Fœminæ prius aconita quam mares inuenerunt. cap.9. num.8.
Fœminæ arte venefica vtuntur vt se vindicent cap. 9. num.9.
Fœmina Zelotypa casu à viro interfecta.num.10.
Natura non sinit præesse fœminam.num.13.
Fœminæ germinant spinas.cap.9.num.22.
Fœminea locutio perditio est lasciuientis num.26.
Fœminea compositio ad libidinem prouocat. cap. 9. num.40.
Fœminæ suis appetitibus obediunt & obsequuntur.c.10 num.160.
Ira non est ingenerata sexui fœmineo.ibidem.
Passiones. Quæ in fœminis inueniuntur non naturæ adscribendæ sunt.cap.10.num.160.
Fœminarum conspectus fugiendus.cap.3.num.27.
Fœmina impudica canis rabidosus est.cap.3.num.128.

Folium.

Folia significant verba inania.cap.6 num.15.

Fortitudo.

Fortitudine opus habent qui opus Dei peragunt. cap.3 num.79.

Fragilitas.

Fragilitas humana in testa Iob significata. cap. 6. num.11.
Consideratio humanæ miseriæ obtegit humanam fragilitatem.ibidem.

Frater.

Frater charissimus vocatur is,qui vere frater est & certus amicus.cap.7.num.114.
Frater vocatur consobrinus.cap.7.num.121.
Frater qualiter diligendus.cap.8.num.25.

Fraudulentus.

Fraudulentus non inueniet lucrum suum. cap. 11. num.77.

Fruges, Frutex, Fructus.

Fruges vocantur plenitudo terræ.cap.1.num.124.
Frutex quid.cap.3.num.148.
Per fructus significantur bona opera.cap.6.num.15.
Frugum inuentio Cereri tribuitur cap.7.num.97.
Fruges appellantur Ceres, & vinum liber. cap. 11. num.164.
Ceres inuentrix frugum.ibidem.
Ceres pro dea habebatur.ibidem.

Fuga.

Fuga indicat timorem.cap.1.num.80.

Fugus.

Funus. Vide Defunctus,exequiæ.
Funus quod pauperibus fiebat quale. cap.1.num.94.

Fur, Furari.

Furis confusio cum capitur ignominiosa.cap.5.num.86.
Fures puniebantur pœna mortis. cap.5.num.87.
Excusatur qui ad sustentandam vitam furatur. cap.10. num.207.

Furor, Furiosus.

Furores ignis lingi: verborum non complendus.cap.8. num.22.
Non ambulandum cum viro furioso.num.76.
Furiosus idem est ac iracundus & temerarius. cap. 8. num.76.
Furor pro veneno.cap.12.num.56.

G.

Galaad.

Galaad depressit Abimelech ex generis conditione.c.8. num 25.

Gallus.

Galli consideratio.cap.5.num.11.

Garrulitas, Garrire.

Garrulitas prohibetur.cap.7.num.86.
Quod vitium sit garrire.ibidem.
Garrulitatis definitio.ibidem.

Gaudium Gaudere.

Vt gaudium æternum consequamur abstinemus nos à maligno gaudio.cap.8.num.43.
Non debemus de morte inimici gaudere ibidem.
Cum gaudentibus gaudendum.cap.7 num.211.

Gemitus.

Gemitus sunt doloris indices.cap.7.num.166.

Generatio.

Generationes idem quod fructus.cap.1.num.128.
Generationes pro delicijs.ididem.
Generatio prana,quæ? cap.2 num.72.
Generatio peruersa idem quod infidelis.num.106.
Generatio & Natiuitas quid.cap.7.num.167.
Magnum generationis beneficium.ibidem
Magnam vim habet recordatio generationis ad par pari referendum.cap 7.num.167.
Compensatio generationis beneficij naturalis est.c.7. num.169.

Gens.

Gentes iniquitate & in iustitia laborant.cap.10.nu.66.
Quæ gentes electæ sunt ex terra promissionis. cap. 10. num.143.
Gentium conuersio ad Christum.cap.10.num.145.
Gentium regiones euertit Dominus: cap.10.num.146.
Exempla proponuntur. ibidem.

Germen, Germinare.

Germen Domini quid cap.1.num.136.
Germinare quid.ibidem.

Gloria, Gloriatio, Gloriari.

Gloria pro opinione & bona fama.cap.1.num.85.
Gloria quid.ibidem.
Gloriatio quid.cap.1.num.89.
Non operandum bonum vt inanem gloriam quis aucupetur.cap 1.num.193.
Gloria cum labore emenda quia venalis est. cap. 6. num.85.
Non sunt condignæ passiones temporis ad futuram gloriam,&c.cap.6.num.85.
Comparatio venationis ardearum ad gloriam aucupandam accommodata cap.7.num.222.
Omnis gloriatio debet esse Dei timore coniuncta, & quare.cap 9.num.82.
Nemo debet gloriari nisi in timore Dei & agnitione eius.cap 10 num.179.
Gloriatio & iucundatio debet esse in timore Dei.cap.10 num.180.
Deo gloriam dare quid.cap.10.num 197.
Quare gloriam suam Deus alteri non det.ibidem.
Verbum gloriari quid significet.num.219.
Qui gloriatur in sophismatibus post mortem punitur. cap.3.num 111.
Ratio quare inanis gloria fugienda.cap.11.num.39.
Gloriæ gutta sufficiens est ad extinguendam gehennam. cap.11.num.170.
Glorificare continet in se timorem Domini,& significat honorare.cap.10.num.167.

Gloriosus.

Glorioſos & potentes opprimit Deus.cap.11.num.49.
Glorioſi vocantur illustres.cap.11.num.50.

Gratia.

Gratia Diuina sapientiæ comparatur.cap 1.num.16.
Gratia præstat nobis officium matris.ibidem.
Quo quis abundat meritis plus gratiæ meretur.cap.1. num.184.
Gratia & virtutes sunt spirituale animæ nutrimentum. cap.1.num.196.
Gratia recuperatur per auxilium Dei cap 2.num.47.
Munus gratiæ subsequentis est impedimenta remouere cap.2.num.51.
Per aduentum gratiæ opera mortificata viuificantur.c.2 num 69.
Gratiæ diuinæ effectus.: ibidem.
Amplius diligit qui amplius debet si gratiam consequantur cap.3.num.22.
Gratiam inuenire quid.cap.3.num.91.
Gratia Dei est mollificatiuum animæ num.138.
Gratiam reddere pro eleemosynas erogare. cap. 3. num.157.
Gratia vita spiritualis.cap.4.num.53.
Gratia cor stabilitur.cap.4.num.95.
Gratiæ vel charites quæ?cap.6.num.30.
Sine gratia nihil prosunt omnia.cap.6.num.162.
Gratiam Deus infundit.cap.7.num.200.
Gratia falsa qualis.cap.8.num.92.
Qui carnalem sibi præesse expetunt diuinam gratiam à se repellunt.cap 13.num.50.
Gratia diuina medicamentum præseruatiuum. cap. 10. num 150.
Gratia mollificans est. cap.3.num.121.
Liberum arbitrium concurrit cum gratia.cap.11.nu.133
Gratia solius Dei est,sed opera & nostra & Dei.cap.11 num.135.
Referre gratiam est amoris & amicitiæ. cap. 12. num 4.
Paschale sacrificium in plenilunio offerebatur pro gratiarum actione.cap.12.num.5.
Gratia salus spiritualis.cap.13.num.87.

Gratulatio.

Gratulatio quid.cap.6.num.138.

Gressus, Gradior.

Gressus recti opponuntur claudicationi. cap. 2. num.101.
Vno itinere gradi quid.cap.2.num.104.
Palpebras gressus præcedere quid.cap.13.num.72.

Gubernator.

Cum gubernator insipiens estaffert populo perniciem. cap.10.num.19.

H.

Habenæ.

Habenæ quare dicuntur igneæ.cap.2.num.17.

Habitatio.

Habitatio peregrinatione melior.cap.1.num.96.

Hæreticus, Hæresis.

Hæretici hunc & alios libros vt apocryphos exsibilant In Isag.num.2.
Hæreses duæ confutatæ.cap.5.num.24.
Hæretici prius docent quam discere incipiant. cap.5. num.77.
Hæresis cancer est.cap.3.num.105.
Quomodo fiant hæretici.num.111.
Hæreses à propria opinione traxerunt originem.cap.3. num.118.
Hæreticus reijciendus est. ibidem.
Quicunque sanæ doctrinæ non acquiescit hæreticus est cap.3.num.118.
Ex vana curiositate ortæ sunt hæreses ibidem.
Vnde hæreses ortæ sunt & quomodo excreuerunt. c.11. num.232.
Hæretici tanquam bestiæ appropinquantibus nocent. cap.12.num.57.

Heliotropium.

Heliotropium & lupinus solem intuentur.cap.1.n.85.
Verus amicus similis heliotropio.cap.12.num.41.
Natura heliotropij gemmæ veram amicitiam adumbrat. ibidem.

Hermon.

Mons Hermon nubibus operiebatur. cap. 10. num. 16.

Herodias, Herodes.

Herodias duplex crimen commisit. cap.9.num.22.
Inuectiua in filiam Herodiadis saltantem.ibidem.
Herodias caput D. Ioannis Baptistæ conata est detruncare,cap.10.num.160.
Herodes quomodo excessit in veste.cap.11.num.31.
Quare Angelus percusserit Herodem.ibidem.

Holocaustum.

Quare Holocaustũ in altari tota nocte cremaretur. c.13 num.79.

Holofernes.

Holofernes lapsus est respiciens ornatum Iudith.cap.9. num.20.
Casus Holofernis ex intuitu Iudith comptæ. cap. 9. num. 40.

Homo.

Hominem decorat timor Domini.cap.1.num.132.
Homines sunt riuuli ex sapientię fonte procedentes.c.1 num.78.
Animalis homo non percipit quæ Dei sunt.nu.148.
Quot modis possit homo ex timore operari.num.149.
Homines Deum imitantur cum fidem erga proximos præstant cap.1.num.181.
Homo debet condonare iniurias. num.183.
Homo pauidus beatus iudicatur.cap.1.num.185.
Sicut Deus odit malum sic & homo.cap.1.num.186.
Quare si parens Deus odit peccatum, homo vt filius debeat odisse.cap.1.num.187.
Post bonum opus maioribus tentationibus homo probatur.cap.2.num.8.
Homo sicut venator debet patientiam insequi & venari. cap 2.num.38.
Homines receptibiles tribulationibus explorantur.c.2. num.44.
Hominis conuersio pendet à conuersione Dei num.85.
Pars inferior hominis absumit superiorem. num. 114.
Homines cum ad senectutem perueniunt solent delirare.cap.3.num.57.
Hominis formatio instar ædificij.cap.4.num.51.
Omnis homo quid significet.cap.4.num.143.
Homo non sit facilis ad accipiendum & tardus ad dandum.cap 4 num.160.
Quæcunque potentia desuper data est homini.cap. 5. num.9.
Homo prudens etiamsi arrideat fortuna nunquam securus est.cap.5.num.24.
Homo prudens cum recipit veniam peccatorum timorem non negligit.cap.5.num.25.
Hominum genus comparatur arborum foliis. num.53.
Homo debet esse constans in verbis suis.cap.5.num.62.
Homo ad audiendum debet præbere mansuetum.nu.64.
Homo sensatus quis.cap.5.num.79.
Homo sensatus adipiscitur honorem in verbis suis. ibidẽ.
Homo non debet extolli in consilio animæ suæ.cap.6. num.7.
Homo non debet videri plus sapere quam alios. cap.6. num.11.
Homo adulator rete expandit gressibus amici. c.6.n.46.
Bonum est homini á teneris annis diuino iugo ceruicẽ submittere.cap.6.num.79.
Omnibus pernitiosum est prauis hominibus adhærere. cap.7.num.14.
Non iustus habendus homo coram Deo.cap.7.num.33.
Stultum est homini se laudare.cap.7.num.34.
Homo quæ offert facta in gratiam pauperum Deus accipit benuole.cap.7.num.60.
Homines simul viuere non possunt, si simul verum nõ dicunt.cap.7.num.81.
Homo nascitur ad laborem. cap. 7. num. 95.& cap.10. num.200.& 202.
Peccatum obstrinxit hominem ad laborandum cum dies creatus sit cap.7.num.95.
Posuit Deus hominem vtiucunde operaretur paradisũ. cap.7.num.95.
Descriptio vitiorum hominum iniquorum. c.7.n.102.
Vtrum Deus hominem damnauerit ad laborem, &c. cap.7.num.98.
Spiritus hominis humiliandus vt Dei iracundiam temperet.cap.7.num.106.
Homo creatus est consilio diuinæ Trinitatis. cap.7. num.180.
Similitudo Dei in homine amoris debitum postulat.c.7 num.191.
Liberales largitiones nobilitant hominem.num.202.
Quid diuersis hominum generibus non debeat perstari. cap.8.num.1.
Pax cum hominibus habenda.cap.8.num.2.
Vitanda hominis imperiti familiaritas.num.23.
Homo sicut sol procedit & crescit vsque ad prefectam ætatem.cap 8.num.37.
Homo improbus nõ pronocandus nec imitandus.n.53.
Sunt aliqui homines graues & molesti.cap.8.num.77.
Homo vxorem dominari non permittat.cap 9.nu.13.
Animam homo temere impendit pro voluptatibus c.9. num.34.
Longe discedendum ab homine potestatem habente occidendi.cap.9.num.68.
Homo superbit quia obliuiscitur mortis.cap.10.nu.76.
Homo superbus pauoni assimilatur.cap.10.num.77.
Quid prodest homini mundum lucrari si perdit animã suam.cap.10.num.87.
Breuis est hominum vita cap.10.num.91.
Abbreuiat Deus dies temporis hominis.ibidem.
Tunc cæpit in homine superbia cum apostatauit á Deo. cap.10.num.108.
Quare Apostasia fuerit initium superbiæ hominis.c.10. num.114.
Pro beneficijs reddit homo Deo peccatum.num.115.
Hominis ingratitudo notanda.ibidem.
Deus creauit hominem rectum.cap.10.num.156.
Si homo creatus est rectus,cur superbiæ vitium illi cõcreatum est?cap.10.num.156.
Homo neque ex corpore neque ex anima superbiendus ibidem.
Homo quia superbijt comparatus est iumentis,&c.c.10 num.157.
Non est creata in hominibus superbia cum nullam sedem in pueritia habuerit.num.158.
Si innata esset in homine superbia Deo tribueretur quod est absurdum.cap.10.num.158.
In hominibus non ingenerata ira neque superbia.nu.161
Iracundia hominibus non conuenit.cap.10.num.162.
Hominum genus gloriæ & honoris capax.c.10.nu.165.
Hominũ genus quod præterit mandata Dei dehonestabitur.cap.10.num.169.
Nobilitas;vel ignobilitas hominis á Deo communicatur cap.10.num.169.
Per virtutes liberat homo animam suam à seruitute. cap.10.num.196.
Homo abiurare debet gloriam, quæ sibi non debetur. cap 10.num.198.
Homo natus est ad laborem cap.10.num.208.
Homo angustiatus ad Deum confugit. cap.10.nu.202.
Homo Deo par pari debet refere.cap.9.num.86.

Homo non debet curiosus esse in superuacuis rebus. cap.3.num.112.
Enm aliquem hominem vult Deus fortunatum facere implet thesauris sapientiæ.cap.3.num.115
Quot odo sint infælicia hominum studia.c.10.n.100
Quid prodest homini nobilitas si egit pane? cap.10. num.205.
Homo videt in facie Deus autem in corde. cap. 11. num.10.
Diuerso modo cõsideranda est species hominis externa ac interna.cap.11.num.15.
Omnibus idem ardor quid significet.ibidem.
Quomodo homo comparetur iumentis insipientibus. cap.11.num.35.
Homines pestilentes & derisores sunt cathedra pestilentiæ.cap.11.num.68.
Homines vitio comparant quæ licite possent acquirere. cap.11.num.71.
Cum Deus dederit homini occupationem sufficientem ad vitam modum tenere noluit. num.72.
Docetur quanta sit imbecillitas hominum in rebus corporalibus.cap.11.num.95.
Quare homo comparatur ligno quod plantatum est iuxta aquas.cap.11.num.113
Homo formatur ex carne pœnali.num.120.
Dies vitæ hominis deputati sunt á Deo num.122.
Omnes homines sunt filij mortis propter peccatum originale.cap.11.num.122.
Homo imaginariam vitam ducit.cap.11.num.144.
Causa redditur cur homines à propria vocatione decidunt.cap.11.num.154.
Homo egestate compulsus optat mortem.num.167.
Tardior est homo in accipienda mercede quam Deus in reddenda.cap.11.num.162.
Cum moritur homo redditur illiũ uxta opera sua. c. 11. num.179.
Tantum respondit tormenti quantum homo glorificauit se.cap.11.num. 181.
Homo non certo scit an odio dignus sit an amore.c.11 num.197.
In filijs agnoscitur homo.cap.11.num.201.
Acerbitas odij ab improbis hominibus suscepti demonstratur.cap.11.num.232.
Homo homini quid.cap.12.num.57.
Praui homines feris similes.cap.12.num.58.
Aliquando homines ferociores sunt Leonibus.ibidem.
Familiaritas prauorum hominum vitanda.num.59.
Exempla prauorum hominum leguntur in libris Machabæorum.cap.12.num.75.

Honor, Honorare.

Honor filiorum erga matres thesaurus est reconditus. cap.3.num.27.
Qui honorat patrem iucundatur in filijs. num.28.
Qui honorat patrem vita viuet longiori.num.32.
Quid longeua vita cum honore parentum. num.33.
In quo honorandi parentes. cap 3.num.36.
Honor erga parentes in opere & sermone. num.39.
Exemplum honoris parentum. ibidem.
Antigonus honorauit parentes.ibidem.
Honor impendendus parentibus sicut Deo.cap.3.n.40.
Qui honorat parentes disponit se ad merendam benedictionem.cap.3.num.41.
Natu maiores honorandi sunt.cap 4.num 28.
Cui honor debetur dandus est.cap.4.num.35.
Honor perditus difficile recuperatur. cap.5.num.87.
Honor significat subuentionem.c ap.7.num.185.& sustentationem.cap.10.num.208.
Honor onus est.cap.7.num.24.& cap.11.num.36.
Honor solet ambientes insolentes facere.cap.11.nu.34
Cur honores & dignitates homines superbiores faciant cap.11.num.34.
Honores & dignitates dona sunt Dei ibidem.
Qui diuitijs & honoribus abuntur condemnantur. cap.11.num.34.
Honor licet bonus generat iactantiam. ibidem.
Qui in honore vane gloriatur comparatur iumentis. insipientibus. cap.11. num. 35.
Gentiles honori sacellum extruxerunt. ibidem.
Honor veneratione habitus à gentilibus.num.35.
Honor perfectio Dei est hominibus cõmunicata. ibid.
Honorem nullus debet sibi arrogare. cap 11. num.36.
Nemo sumat sibi honorem nisi vocatus à Deo.cap 11. num.36.
Non appetit malum qui ad seruiendum Deo honorem appetit. ibidem.
Non prohibetur honorem recipere,sed ambire.nu.37.
Honor superbiendi materia est. cap.11.num.37.
Honor vix sine culpa teneri potest.cap 11.num.37.
Grauius onus de honore nascitur. ibidem.
Dies honoris est cum homo prouehitur ad dignitatem. cap.11 num.37.
Per virtutem fit transitus ad honorem. ibidem.
Honor humanus despiciendus est. cap 11.num.38.
Congruum cunctis impendendus honor cap 13.n.65.
Humilitas remedium est ad seruandum honorem. cap.11.num.38.
Dolet Salomon honores delatos esse ad indignos n.40.
Sedere à dextris amplitudo honoris est.cap.12.num.51.

Hospes hospitalitas.

Hospes ingratus in domum non recipiendus. cap. 11. num.214.
Hospitalitas exercenda est. cap.11.num 215.
Abraham hospitalitatis exemplum. ibidem.
Quare non explorandum quis sit quem excipimus hospicio, cum contrarium doceat auctor. ibidem.
Hospitalitatis exemplum. cap.11.num.215.
Mos excipiendi hospites apud sparras non inualuit. ibidem.
Hospitis ingratitudo accendit ixam. num.234.
An Petrus vir bonus quam minus bonus hospitio recipiendus. cap.12. num.8.

Humerus.

Humerus honorificis insignibus decorari solet. cap.6. num.111.

Humilitas, Humilis, Humiliare.

Humilitatis virtus placet Deo. cap.1.num.68.
Humilitas debellat superbiam. cap.2.num.13.
Humilitas & patientia inter se connectuntur. cap. 2. num.19.& 20..
Humilitas pro abiectione. cap.2.num.32.
Humiliatio ad patientiam prouocat. cap.2.num.36.
In humilitate patientia habenda.num.37.
Per humilitatem solet Deus cor saburrare. num.3.
Humilitas origo mansuetudinis.cap.3.num.82.
Humilia respicit Deus.cap.3.num.84.
Humilitas tanto plus emicat, quanto quis altior est. cap.3.num.85.
Humilitas via ad cælum est.cap.3 num.86.
Amos exemplum humilitatis. ibidem.
Exemplum humilitatis D.Ioann.Bapt.num.88.
Tanto quis maior tanto humilior.num.90.
Humilis coram Deo inuenit gratiam. cap.3. num.91.
Humilis Deo gratus. cap.3.num.91.
Humilis vasibus vacuis comparatur. ibidem.
Humilitas conciliatrix donorum. ibidem.
Humilis lucet interius & exterius despicitur. cap.3. num 91.
Humilitas cordis via ad recipiscentiam. cap.3.nu.142.
Quare Deus humilitatem iusti remuneret. num.93.
Ratio quare humilibus datur gratia.cap 3.num.94.
Humilis folio comparatur. cap.3.num.94.
Humilis gloriam Deo defert. cap.3.num.95.
Procidere & adorare signum humilitatis.num.95.
Ad humilitatem exhortatio.cap.3.num.44.
Humilitas à superbia separanda. num.145.
In manu dextera humilitas, ibidem.
Humiliare animam quid. cap.4.num 28.
Humiliare caput quid. cap.4.num.30
Humilitas quid possit. placat enim Deum iratum. cap.7.num.106.
Humilitas potens apud Deum.ibidem.
Per ceram liquefactam humilitas denotatur. num.107.
Quid cera cum humilitate. cap.7.num.107.
Animam liquescieri ad Dei locutionem est humiliari. cap.7.num.107.
Humilitas vtilis ad veniam impetrandam. num.108.
Vltionem Dei effugiunt qui coram illo humiliantur, cap.7.num.108.
Quare non despiciat Deus cor humiliatum. ibidem.
Per humilitatem quis effugit Dei indignationem.cap 7. num.108.
Humiles & mansuetos constituit Deus in loco sublimi.cap.10.num.139.
Humiles sensu qui.cap.10.num.153.
Humiles apud homines & Angelos famosi & celebres. cap 10.num.53.
Humiles sensu, sunt qui humana præconia cõtemnunt. cap 10.num.54.

Humilium memoria perpetuo viget & celebratur in terra.cap.10.num.154.
Humilitas & simplicitas in pueris adumbrata cap.10. num.157.
In subiectione includitur humilitas.cap.10.num.114.
Humilitas sanctę Paulæ à D.Hieronymo commendata. cap.10.num.154.
Humilium caput sapientia extollit.cap.11.num.2.
Via recta ad acquirendam sapientiam est humilitas.c.11 num.2.
Qui humilitatem deponit stultus redditur.num.3.
Proprium sapientiæ est humiles exaltare.cap 11.num.4.
Per humilitatem peruenitur ad exaltationem sapientiæ. cap.11.num.4.
Humilitas est via recta ad exaltationem gloriæ. ibidem.
Exemplum exaltationis propter humilitatem.num.5.
Circuli similitudo ad significandam exaltationem humilium.cap.11.num.7.
Humilitas humana licet abiecta sit fructum offert æternæ exaltationis.cap.11.num.20.
Humilitas Christiana conditos habet fructus beatitudinis.ibidem.
Parcitas inducit ad humilitatem. cap.11.num.29.
Humilitas remedium est ad seruandum honorem.c.11. num.38.
Deponit Deus superbos & exaltat humiles. num.40.
Humili conceditur misericordia.cap.11.num.49.
Quomodo homines debeant in humilitate conseruari num.105.
Iusti humiles capaciores sunt ad recipienda beneficia. cap.12.num.28.
Humiles comparantur vallibus,& quare.ibidem.
Humilitas vbique prædicatur.cap.12.num 28.
Humilitatis velum regit sæpe interiora hominis. c. 12. num.46.
Incuruare se denotat humilitatem.ibidem.
Aliqui nequiter humiliant se,& interiora plena sunt dolo.cap.12.num.47.

Hyacinthus.

Hyacinthus simbolum sapientiæ & prudentiæ. cap.1. num.14.
Hyacinthi fabula.ibidem.
Nexus hyacinthinus alligatura salutaris.cap. 6.nu.135.

Hypocrisis,Hypocrita.

Hypocrisis damnatur.cap.1.num.190.
Hypocrita quis cap.1.num.191.
Hypocrita idem quod ficto animo esse.cap.1.nu.191.
Hypocrita instar simiæ.ibidem.
Hypocritas stomachatur Deus.ibidem.
Hypocrita instar cygni.cap.1.num.191.
Hypocritæ recipient mercedem suam.ibidem.
Hypocrita strutioni comparatur.num.192.
Hypocrita comparatur perdici.ibidem & noctuæ.cap.1. num.193.
Hypocrisis fugienda in eroganda eleemosyna. cap.1. num.193.& cap 3.num.140.& 145.
Hypocritarum supplicium quale. cap. 1. num. 197. & 198.
Quare hypocritas Deus punict.cap.1.num.198.
Hypocrita in corde & corde loquitur.num.199.
Hypocrisis quid. cap. 1. num. 200. Magnum malum. num.199.
Hypocritarum fiducia telis arancarum comparatur.cap.1 num.200.
Hypocritarum conatus irritos facit Deus ibidem.
Hypocrita instar arcus dolosi.cap.2.num.97.

I.

Iacob.

Iacob scala significat commercium cæli & terræ. cap. 2. num.52.& Dei prouidentiam.ibidem.
Iacob lucta orationis insigne.cap.3.num.24.
Iacob benedictio erga filium suum Ioseph.num.44.
Iacob quare firmauit Domum Ioseph.cap.3.num.45.
Quomodo Deus Iacob locupletauerit. cap.4.num.81.
Quare Iacob plantam Esau tenuerit manu sua? cap.4. num.128.
Quare Iacob arcte tenuerit Angelum cum quo luctabatur.cap.6.num. 121.
Ad quid Iacob miserit Ioseph filium vt viseret fratres suos?cap.7.num.135.
Per Iacob intelligitur populus Christianus. cap. 10. num.134.
Iacob humilem sapientia exaltauit.cap.11.num.6.
Deus ditauit Iacob.cap.11.num.90.
Odium Esau in Iacob seruatum est in posteris. nu.236.
Quare Iacob benedictionē adeptus sit,& viderit Dominum cap.12.num.4.
Quare Iacob supplantor appellatus sit.cap 13.num.32.

Idolum,Idolatria.

Idolum in Scriptura vocatur vanitas. cap. 5. num. 4.
Idola dij mortui vocantur.ibidem.
Idolum est opus inutile.cap.4.num.7.
Idololatriæ dicebantur noua scelera.cap.5.num.27.

Idumæus.

Idumæus significat rufum.cap.8.num.28.

Iehouah.

Nomen Iehouah & Iesus se inuicem respiciunt. in Isag.num.11.
Iehouah refertur ad mysterium Incarnationis. ibidem.
Iehouich nomen diminutiuum à Iehouah. cap. 2. num.57.

Ieiunium.

Verum ieiunium vita est Angelorum.cap.3.num.23.

IESVS.

Nomen Iesu significat salutem in Isag.num.9.& cap.13 num.85.
Christus Dominus vocatus est Iesus cui hoc nomen solum conuenit in Isag.num.11.
Nomen Iesus prius in cælo vocatum ibidem.
Aliqui nomen Iesu deducunt ex Iehouah.ibidem.
Hæc duo nomina se inuicem respiciunt.ibidem.
Etymon nominis Iesu in Isag.num.12.
Iesus medicus,quomodo.ibidem.
Iesus idem quod Saluator.ibidem.
Iesus salutem affert corporibus & animis.ibidem.
Nomen Iesu prænuntiatum in Isag.num.13.
In lapide Dauid nomen Iesu inuentum.ibidem.
Iesus & emanuel idem, non sono sed sensu.in Isag. num.13.
Iesus typus Iesu ibidem.
Iesus magnus imago Domini Iesu.ibidem.
Nomen Iesu permansurum & propagandum per orbem promittitur.In Isag.num.14.
Nomen Iesu renouabitur per successionem temporum. ibidem.
Nomen Iesu filiabitur.in Isag. num.14.
Quare Societas nostra hoc nomine Iesu decoretur.in Isagoge.num.15.
Efficacia nominis Iesu.ibidem.
Suauitas dulcissimi nominis Iesu.ibidem.num.16.
Iesus mel in ore,in aure melos.ibidem.
Oratio nominis Iesu.in Isag.num.16:
Nominis Iesu qualis veneratio.ibidem.
Consuetudo venerandi nomen Iesu cum illud inuocatur.in Isag.num.16.

Iesus, Sirach.

Iesu Sirach vide Ecclesiasticus.
Tempore Ptolomæi euergetis Iesus iunior transtulit librum Ecclesiastici. in Prol.num.9.
Iesus iunior ostendit desiderium interpretandi librū aui sui. in Prol.num.11.
Quare vterque Sirach idem nomen Iesu sortitus in Isag.num.9.
Quare Sirach senior habuerit nomen Iesu ibidem.
Iesus Sirach sapientissimus doctor num.9.
Iesus Sirach interfuit cladi Ierosolymitanæ. in Isag. num.10.
Sapientiam accepit Sirach in iuuentute vt Salomon.in Isag.num.10.
Quod anni inter vtrunque Sirach interfuerint. nu.17.
Primus Sirach Hebraice composuit librum Ecclesiastici. ibidem.

Iezabel.

Iezabel à canibus deuorata.cap.7.num.102.

Ignis.

Ignium receptacula vocabantur thurribula. c.1.n.129.
Quid per igenm & aquam intelligatur.cap.2.num.42.
Caminus ignis,quo Deus probat quotuplex.num.45.
Aqua extinguit ignem,& agnis extinguit aquam. cap.3. num.154.
Ignis æternus pœna extrinsecus sæuiens.cap.7.nu.109.
Ignis inferni non metaphoricus,sed verus.num.111.
Ignem occultum spirare quid.cap.9.num.48.
Ignis simbolum dilectionis. cap.11.num.115.

Vide

Vide vermis & Tribulatio.

Ignobilis.

Vere ignobiles sunt quorum pater diabolus est.cap.10. num.169.

Illuminari, illuminatio.

Illuminari abscondita quid.cap.1.num.197.
Illuminatio cordis præmium dilectionis. cap.2.nu.68.
Illuminatio pro lætitia & pro vita & pro cognitione. cap.2.num.68.
Deus illuxit in cordibus nostris vt alios illuminemus ibidem.
Qui diligit Deum aptus redditur ad illuminationes recipiendas.cap.2.num.70.
Semel illuminati & prolapsi sunt, non renouantur ad pœnitentiam.cap.4.num.99.

Imber.

Imber temporaneus & serotinus quid significet.cap. 1. num.159.

Immisericors.

Immisericordes punit Deus,cap.3 num.22.
Non est dignus misericordia qui immisericors est.c.12 num.15.
Quis immisericors & immitis.cap 13.num.68.

Impatiens.

Impatiens reprobabitur.cap.2.num.111.

Impius,impietas.

Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit. cap.1. num. 148. & cap. 4. num. 121.& cap. 10. num. 97. & cap. 11. num. 127.& 154. & 240.
Impius moritur ante tempus suum.cap.1.num.155.
Impij flagellis non corriguntur. cap.1.num.166.& c.3. num.22.
Impius odio habet eum qui se corripit.cap. 1.num.169 & 170.
Impij non colunt Deus operibus.cap.1.num.172.
Impij altare sacrilegum in corde ædificant. num.173.
Impij similes sunt strabonibus.cap.3.num.133.
Impius superbus eradicabitur.cap.3.num.148.
Arare impietatem quid.cap.3.num.141.
Impius tanquam cedrus.cap.3.num.148.
Impius eleuatus,id est,impudens ibidem.
Iter impiorum peribit ibidem.
Impius stirps prauitatis.cap.3.num.149.
Impij ius statuunt in potentia & viribus. cap. 5. num 9.
Dimittit Deus impium in desiderijs cordis sui.cap.5. num.9.
Impius preualet adversus iustum.ibidem.
Impius putat esse ignominiam obedire.num.12.
Impius dicit in corde suo & in ore:Non est Deus.c.5. num.17.
Impius negat diuinam prouidentiam circa res creatas. cap.5.num.18.
Impij vt laxe viuant diant diuinam negligunt prouidentiam.cap.5.num 22.
Deus dat locum pœnitentiæ & impius eo abutitur. c.5. num.22.
Impij dabuntur in opprobrium sempiternum. cap. 6. num.4.
Quæ sit pax hominis impij à Deo.num.24.
Ex impiorum conuictu creatur sanctitatis periculum. cap.7.num.8.
Sara vxor Tobiæ gloriabatur se cū impijs minime commiscuisse.cap.7.num.10.
Qui arat impietatem metit iniquitatem.num.75.
Impiorum societas causa est proijciendi Dei eruditonē cap.7.num.102.
Ignis furoris impij reprehensione accenditur. num.53.
Impiorum consortia vitanda.cap.8.num.77.
Impij æmulantes bona sicut greges saginantur ad victimam.cap.9.num.60.
Impius tamquam arbor procera expugnatur à morte. cap'9.num.62.
Non probanda nec laudanda ea quæ impij probant.c.9. num.64
Impijs in comparanda felicitate multa committunt. peccata.cap.9.nam.65.
Non probat Deus vitam & actus impiorum.num.66.
Impij non euadent pœnas, ideo non æmulanda eorum prosperitas.cap.9.num.66.
Impij nolunt iure agere.cap. 12.num.65.
Impij habent propriam voluntatem pro iustitia.ibidem.
Non permittit Deus impios multo tempore regnare super iustos.cap.10.num.91.
Numerus annorum impij incertus est. cap. 10.num.95.
Visus est impius eleuatus .& cito non est inuentus. num.100.
Impij tanquam puluis.cap.10,num.148.
Flante Deo perit impius. ibidem.
Nomen impiorum putrescet.cap.10.num.150.
Sicut memoria iusti æternum durat.sic impij memoria breui deficit.cap.10.num.150.
Impij memoria penitus deletur ibidem.
Impius quare mare ferunus, &c.cap.10.num.164.
Vindicta carnis impij ignis & vermis. cap.7.num.109.
Impiorum consilium quale.cap.11.num.68.
Error & ignorantia Dei connascitur cum impijs & senescit.cap.11.num.118.
Impius, cum in profundum venit peccatorū exuit verecundiam. cap.11.num.127.
Quæ impius in adolescentia didicit,nunquam dedidicit. cap.11.num.128.
Impiorum fructus quales.cap.11.num.134.
Impiorum prosperitas non inuidenda quia fugax est. cap.11.num.154.
Quare impij non sectandi ibidem.
Qui miscetur cum impijs manet in operibus peccatorum.cap.11.num.155.
Impiorum prosperitas fallax.num.156
Impiorum argumentum.ibidem.
Impij extinctionem animæ manifestant cum eam vocant fumum.cap.11.num.156.
Impius inuitat alios ad fruendum bonis, quæ sunt in eorum potestate.cap.11.num. 156.
Impij verbis suis insidiantur sanguinem.cap.11.nu.233.
Impiorum consortium sub specie amicorum pestis est. cap 11.num.240.
Impius & impietas odio habentur à Deo. cap. 12. num.16.
Cum impijs nunc prospere agitur reseruantur enim ad mortem.cap.12.num.22.
Mos impios puniendi apud Ethnicos.ibidem.
Impios sustinet Dominus, vt ostendat iram suam in filios iræ.cap.12.num.22.
Impios tanquam oues occisionis reseruat Deus ad pœnam.cap.12.num.22.
Quare non dandum impio , cum Christus præcipiat omnibus dare.cap.12.num.29.
Dandum impio in quantum pauper est ibidem.
Quare impio panes dare prohibentur.cap.12.nu.30.
Impij familiaritas vitanda.ibidem.
Qui dat impio & perdit beneficium,& recipit malum pro bono.cap.12.num.32.

Impœnitens.

Impœnitens incidit in manus Domini. cap.2.num.133, & quare.num.135.

Improbus.

Improbus.vide Impius,& Iniquus.
Homo improbus nec prouocandus,nec imitandus.c.8. num.53.
Nec bona nec mala improbi post hanc vitam existimant.cap.11.num.169.
Sunt aliqui ita improbi vt nihil aliud cogitent nisi alijs nocere.cap.11.num.237.
Improbi homines serpentibus similes.ibidem.
Non habenda consuetudo cum improbis. cap. 12. num.55.
Improbitas idem quod importunitas.cap.13.num.57.

Incantator.

Incantatorum officium quale.cap.12.num.55.
Incantatores Saluia sanabant percussos à serpentibus ibidem.
Quis miserebitur incantatori percusso.ibidem.

Incarnatio Christi.

Incarnationis Christi mysterium.cap.1.num.57.
Incarnationis mysterium à longe vidit Abraham. cap.1. num.57.
Idem mysterium prænuntiatum.ibidem.
Incarnationis mysterium significatum in scala Iacob. cap.1.num.57.
Incarnatio facta Spiritus sancti operatione.cap.1.nu.58.
Vnio Incarnationis laudata.cap.1.num.60.
Vnio hypostatica creata fuit,&c.ibidem.
Incarnatio præmium fuit obedientiæ Abrahæ. cap.3. num.7
In incarnatione humilitas Virginis Mariæ eluxit.cap.3. num.85.

Inclinare.
Trutinæ similitudo ad significandum vim verbi inclinandi.cap.8.num 17.
Inconstans, Inconstantia.
Inconstans animus reprehenditur.cap.5.num.54.
Inconstans est instar ferrei indicis. ibidem.
Inconstantia hominis notatur.cap.5.num.55.
Incredibiles.
Incredibiles qui dicantur. cap.2.num.119.
Increpatio.
Insipiens est qui pharmacum reijcit: Sic qui increpationem respuit.cap.10.num.194.
Indignatio.
Indignatio Dei momentanea & quare.cap.1.num.156.
Indisciplinatus.
Indisciplinati sunt filij adulterini.cap.1.num.46.
Verbum indisciplinatum quid. cap.5 num.78.
Indisciplinatus quis.cap.7.num.101.
Indisciplinatorum societas periculosa. num.182.
Indocto.
Homini indocto non communicandum vel colludendum. cap.8.num.23.
Indoles.
Indoles bona in pueris est significatio futuræ probitatis.cap.1.num.113.
Indoles praua leges negligit.cap.1.num.113.
Indurare.
Quomodo dicatur Deum indurasse cor Pharaonis.c.3. num.121.
Indurat Deus gratiam non conseruando, & deserendo. ibidem.
Qui diuinæ vocationi renititur induratur. cap. 3. num.122.
Inebriare, Inebriatio.
Inebriare idem quod replere.cap.1.num.126.
Qui inebriatur nõ idoneus redditur ad humanas operationes.cap.1.num.127.
Inebriatio spiritualis qualis. ibidem.
Inebriatio spiritualis facit vt quis voluptatum sæculi infundat obliuionem.cap.1.num.127.
Ineruditus.
Cum ineruditõ non communicandum ne male loquatur de maioribus.cap.8.num.25.
Infamia, Infamis.
Qui labe infamiæ aspersi sunt,alios simili labe inficere conantur.cap.1.num 148.& cap.11.num.240.
Nullus sic vocandus infamis nisi is, qui a Deo dedecoratur cap.10.num.169.
Quare contemnentes Deum pœna infamiæ punienda. cap.10.num.169.
Inferi, Infernus.
Nullus locus post vitam apud inferos.cap. 4.num.110.
Quales inferorum cruciatus.cap.7.num.113.
De inferni nouissimo testimonia.num.218
Qui inferni pœnas in memoriam adducit á peccatis se abstinet.cap.7.num.218.
Inferni meditatio remedium peccati.num.222.
In inferno duo fontes emanant obliuionis,& Memoriæ.cap.11.num.182.
Vide.Ignis & vermes.
Infirmus.
Infirmos visitare.vide visitare.
Qui infirmum curat beneficium recipit ab infirmo. cap.7.num.215.
Infirmi inopes visitandi & succurrendi.num.214.
Qui infirmos visitat à Deo & hominibus diligitur.c.7. num.215.
Inflare.
Verbum inflare pro exaltare.cap.4.num.51.
Ingratitudo, ingratus.
Ingratitudinis vitium patrem á filijs deseri. cap. 3. num.73.
Ingratitudo erga parentes execrabilis.num.74.
Qui vocentur ingrati. cap 3.num.74.
Ingratus filius maledicatur à Deo.ibidem.
Ingratitudinis exprobratio.cap.3.num 114.
Ingratitudinem hominis Deus ægre fert. cap. 10. num.115.
Quis appelletur ingratus.cap.12.num.29.
Duplex ingratorum genus.ibidem.
Ingrati beneficijs grati aliquando efficiuntur. cap.12. num.29.
Ingrati beneficia conuertunt in perniciem benefactorũ. cap.12.num.31.
Ingratitudinis exemplum.ibidem.
Duplex malum reddit ingratus benefactori suo. cap.12. num.32.
Ingratus quis.cap.13.num.124.
Ingredi, Ingressus.
Quid sit ingredi & egredi apud Hebræos: cap. 10. num.2.
Per ingressus intelliguntur visitationes Dei. cap.1. num.36.
Ingressus Dei Incarnatio Christi. ibidem.
Ingressus Dei est via eius. cap.1. num.37.
Ingressus sapientiæ viæ sapientiæ. cap.1.num.40.
Inimicus.
Quod emolumentum ex inimicis capi debeat. cap.1. num.183.
Inimicus rogandus ad reconciliationem. ibidem.
Inimici oblectantur, cum vident inimicos in miserijs constitutos. cap.6.num.23.
Quomodo separandum nobis ab inimicis vt lex Christi non derogetur.cap.6.num.59.
Coram inimicis caute loquendum. ibidem.
Nobis non gaudendum de mortuo inimico. cap. 8. num.38.
Præceptum Christi de diligendis inimicis commune est viuis & mortuis. ibidem.
In ruina inimici non exultandum nobis. cap.8. n.39.
Grauior inimicus,qui latet sub pectore. cap.9. nu.77.
Inimicus instar canis mordet amicum percussum. cap. 12.num.36.
In rebus aduersis cognoscitur maleuolentia inimicorum.cap.12.num.38.
Inimicus manifestat inuidiam cordis sui cum inimico arridet fortuna.cap.12.num.38.
Inimici animus maleuolentia offuscatus est. num.43.
Inimici reconciliati conditio. ibidem.
Inimici reconciliati exemplum. cap.12. num.43.
Inimico numquam credendum. ibidem.
Præceptum de diligendis inimicis doctrinæ Ecclesiastici non obstat.cap.12.num.44.
Inimici reconciliati nequitia similes æramento æruginato. ibidem.
Inimici voluntas non est iudicando ex significatione exterior.cap.12.num.46.
Inimicis odium dissimulantibus non credendum cap. 12.num.47.
Licet inimicus curuus accesserit non fidendum ei. cap. 12. num.47.
Attendendus animus ad fictam inimici humilitatem. cap.12.num.48.
Inimicus familiaris aptus ad nocendum.num.52.
Inimicus licet ostendat signa amicitiæ non credendus. cap.12.num.65.
Inimicus lacrymis conatur decipere amicum. cap. 12. num.66.& 68.
Inimicus etiamsi lacrymetur non est vllo modo credendus.cap.12.num.68.
Ad quid dirigantur verba mollia & lacrymæ inimici simulati.cap.12 num.69.
Cauendum ab inimicis simulatis amicis.ibidem.
In rebus aduersis simulati inimici declarantur. cap. 12. num.71.
Doli inimici reconciliati quales.num.73.
Astutia inimici simulati qualis.ibidem.
Inimicus simulatus comparatur leoni.ibidem.
Dauid accusat inimicos suos quod contra eum dolose egerint.cap.12.num.74.
Vide Iob.& Dauid,& Cæsar.
Iniquus, Iniquitas.
Iniquus Sapientiam execratur.cap.1.num.148.
Trahere iniquitatem in funiculis quid.cap.3.num.124. & 139.
Iniquus capitur in insidijs suis.cap.5.num.84.
Iniquitas mater ambitionis.cap.7.num.45.
Iniquitates vocantur lictores.cap.7.num.52.
Descriptio vitiosorum hominum iniquorum.num.102.
Iniquorum consortia vitanda.cap.7.num.103.
Nomine iniquitatis iniustitia intelligitur. cap. 10. num.54.
Iniquitas est iniustitia & iniuria.cap.10.num.84.
Succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem. num.152.
Ex superbia prodijt iniquitas. cap.10.num.196.
Quare dilectio iniquitatis dicatur odium animæ.n.215
Vra iniquitatis amouenda.cap.5.num.130.

Fabricare

Fabricare iniquitatem quid.cap.11.num.258.
Iniquum aliquid moliri quid.ibidem.
Deus odit omnes qui operantur iniquitatem. cap. 12. num.16.
Qui admonitus non fugit consortium iniquorum, si decipiatur,non est dignus commiseratione.cap.12 num.55.
Qui accedit ad amicitiam iniquorum quasi accederet ad bestias.cap.12.num.58,
Malitia iniqui tanquam pestis inficit accedentes ad se. cap.12.num.60.
Iniqui fælices esse videntur, sed falluntur. cap. 13. num.74.
Iudas inimicus erat simulatus Christi. cap. 12.num.71.
Quare Christus de Iuda queratur.ibidem.
Iudæus.
Iudæi scandalizabantur cum audiebant crucifixum.c.5. num.13.
Iudæi exprobrabant Christum quia erat filius fabri. c.8. num.25.
Iudæi intendebant per auaritiam obnubilare Christi resurrectionem. cap.10.num.83.
Reiectio Iudæorum & electio gentium adumbrata.c.10 num.135.
Iudæi inhonorabant operibus malis patrem suum Abraham.cap.8.num.24.
Iudæi ostendebantur Christo domino amici simulati cum essent inimici.cap.12.num.69.
Iudæorum insultationes aduersus Christum. num. 77.
Iudex.
Dicere,Non esse iudicem in terra quid.cap.3.num.49.
Iudices dij appellantur.cap.3.num 143.
Iudices superbi percunt.num.143.
Iudicibus præcipit Deus vt pauperes de manu superborum eripiant.cap.4.num.37.
A iudicibus pauperum defensio.ibidem.
Iudicis officium est oppressum vindicare.num.40.
Iudices debent potentiores non timere.cap.4:num.41.
Iudex debet esse pater orphanorum.num.43.
Iudicis officium quale.cap 4.num.44.& cap 7.num.36. & 44.
Iudex vices Dei gerit.ibidem.
Iudex patris nomine decoratur.ibidem.
Iudex curator viduarum post Dominum vice Dei.cap.4. num.47.
Iudicibus præmium promissum.num 49.
Non poterit quis iudicem oblato pretio mitiorem reddere.cap.5.num.53.
Iudicum & principum est sedere ad vindicandum.cap.7 num.27.
Multa requiruntur in iudice vt velit fieri iudex.cap.7. num.37.
Quæ debeant in iudice concurrere.num.39.
Iudex non solum debet iustam ferre sententiam,sed violatores coercere.cap 4.num.42.
In Iudicio debet esse veritas.cap.7.num.40.
Iudex debet esse iustitiæ amator cap.7.num.41.
Iudex ornari debet fortitudine ad profligandas iniquitates.ibidem.
Iudicibus quos Deus elegit virtutem adamantinam.c.7. num.43.
Iudices grauiores tempestates aduersus imbelles suscitant.cap.8.num.7.
Iudex caueat ne multitudo donorum illum inclinet.c.8. num.18.
Iudex futurus sicut palma, quæ non flectitur pondere. cap.8.num.18.
Noncensendum iudicem non recte iudicasse. num.71.
Iudicis auctoritati & honori non detrahendum. num.72.
Non litigandum cum iudicibus.cap.8.num.73.
Iudicandum est iudicem recte iudicasse.num.74
Iudicis nomine intelliguntur Rex, princeps, magistratus.cap.10.num.1.
Iudices debent esse sapientes.cap.10.num.5.
Iudicis munus quale.ibidem.
Iudex suo munere prudenter fungetur si fuerit sapiens. cap.10.num.5
Iudex sapiens non declinat á lege Dei. cap.10.num.6.
Iudices debent se circumeidere,id est,manus continere à rapinis.cap.10.num.7.
Fructus prudentis iudicis & rectoris qualis.num.8.
Tales sunt ministri qualis iudex populi,vel rex.cap.10. num.11.
Iudices qui auari sunt violant iustitiam. cap.10.num.84
Iudici non est detrahendum.cap.10.num.185.
Non reprehendenda boni iudicis sententia. cap. 8. num.72.
Multi iudices sicut leones & lupi. cap.10.num.85.
Quomodo iudices debeant inquirere delicta. cap. 11. num.55.
Ad definiendas causas requiritur matura iudicũ responsio.cap.11.num.58.
Index debet vt ianius aurem prebere litigantibus vt recte iudicet.cap.11.num.58.
Iudicibus iniquis non assidendum.cap.11 num 68.
Iudicum peccantium tribunalia sunt vbi conspirantur ad peccandum.cap.11.num.69.
Iudices iniqui peruertunt iustitiam,& in peccatis facile dilabuntur.ibidem.
Daniel senibus iudicibus noluit assentire qui Susannã damnauerunt.ibidem.
Iudex non solum sapientiam sed aures debet habere vt constanter auscultet litigantes. cap. 11.nu 58.
Iudex attentis auribus debet auscultare.num.59.
Verbum stare attentionem iudicis indicat.num.58.
Iudices debent iustitiam diligere.cap.11.num.59.
Iudicare Iudicium.
Iudicia Dei sunt incomprehensibilia cap. 1.num.41.
Nomini Deus reuelauit omnia iudicia sua,ibidem.
Iudicia Dei sunt inscrutabilia.cap.1.num.47.
Nullus iudicia Dei in iudicium vocare poterit.num.48.
Facere iudicium & diligere misericordiam quid.cap.2. num.125.& cap.3.num.12.
Iudicium quid.cap.3.num.16.
Iudicium quærere quid.cap.4.num.46.
Conditiones requisitæ ad iudicium legitimum. cap.7. num.40.
Iniquum iudicium non proferendum.cap.7.num.46.
Iudicium Dei cordatis hominibus pluris faciendũ.cap.8 num.86.
Quid sit vincere iudicium Dei.cap.10.num.98.
Iudicandi ius penes senes debet esse.cap.4.num.28.
Æquitas in iudicando seruanda.num.46.
Iudicandus æque diues & pauper.cap.5.num.93.
Iuste iudicandus proximus.cap.5.num.94.
Verbum iudicare pro regere & imperare cap.10.num.5.
Quid sit iudicare populum in iustitia. cap.10.num.31.
Non ferendum iudicium sine accusante, & defendente, & testibus.cap.11.num 54.
Antequam causa iudicetur examinanda.num.53.
Iudicium Dei extremum.
Iudicium extremum timendum.cap.1.num.52.
Iudicium tempus inspectionis.cap.2.num.116.
Iudicij dies qualis. ibidem.
Iudicij dies dies mala.cap.3.num.76.
Iudicium extremum compescit à peccando. cap. 7. num.221.
Qui eleemosynas fecit quomodo iudicabitur. cap. 7. num.60.
Ponet Deus iniquitates hominum in conspectu suo ad iudicandum.cap.11.num.183.
Dies iudicij dicitur dies caliginis.ibidem.
In die iudicij cuiusque animus sibi ipsi perspectus & exploratus erit.ibidem.
Arguet Deus peccatorem in die iudicij.ibidem.
Post mortem sequitur particulare iudicium. cap. 11. num.184.
Dauid postulat non intrare in iudicium Dei. ibidem.
Cum Dauid considerat se adesse iudicio Dei veretur se impunitum euadere. cap.11.num.184.
Discussio Domini timenda.ibidem.
Quid sit misericordiam superexaltare iudicium. ibidem.
Iudicium fit cum anima separatur á corpore. cap. 11. num.186.
Parabola villci imago iudicij particularis. ibidem.
Forma iudicij particularis.ibidem.
Qualis locus in quo homo iudicatur post mortem.c.11 num.186.
Tempus iudicij est tempus mortis ibidem.
Causa iudicata post mortem vnusquisque audit sententiam sibi conuenientem.cap.11.num.188.
Peccatores in iudicio audient sententiam condemnationis. ibidem.
Quare in sententia Christus peccatorem non vocat maledictum Patris, sicut iustum benedictum. ibidem.

Pro-

Pronũtiatis sententijs in iudicio, Angeli eas exequunt. c. cap.11.num.188.
Summa fælicitas optime gerere negotia in discussione iudicij.cap.11.num.210.
Iudicium, temerarium.
Iudicium temerarium vitandum.cap.11.num.52.
Non ferendum iudicium temerarium aduersus proximum.cap.11.num.55.
Inexcusabilis est qui iudicat.cap.8.num.64.
Vituperatur genus hominum, qui de alienis factis iudicant.cap.11.num.67.
Væ qui congregantur ad iudicandum mores & vitam aliorum.ibidem.
Iudith.
Sandalia Iudith mollitum ostendebant.cap.9.num.20.
Iugum.
Esse absque iugo signum est superbiæ.cap.10.num.116.
Iuniperus.
Iuniperi natura qualis.cap 2.num.26.
Iuniperi prunæ quantum durent accensæ. cap. 8.nu.14.
Per radicem Iuniperi auaritia designatur, & quare.c.8. num.14.
Iuno.
Antiquitas constituit Iunonem reginam tenentem in manu sinistra malum punicum.cap.10.num.27.
Iupiter, Iouis.
Quid sit procul à Ioue pariter ac fulmine. cap.9.nu.71.
Fulmen Ioui attribuunt.ibidem.
Festum Iouis in quo lapis cijciebatur.cap.11.num.148.
Iustitia.
Iustitiæ nomine pietas & eleemosyna accipitur. cap.1. num.174.Significantur etiam præcepta Dei.ibidẽ
Iustitia amplectitur mandatorum obseruantiam.ibidem.
Iustitiam seruare, idem quod custodire mandata.ibidem
Stare in iustitia quid.cap.2.num.2.
Per iustiriam homo liberatur à morte.cap.2.num.4.
Iustitia & misericordia Deum comitantur.cap.2 nu.136
Iustitia pro misericordia.cap.3.num. 67. & pro mercede.num.68.
Iustitia quid cum ædificio.cap.3.num.68.
Iustitia diligitur, quia Dei filia est.cap.4.num.147.
Iustitia vt dea colebatur.ibidem.
Pro iustitia defendenda decertandum. cap.4.num.147.
Iustitiam virginem violare conantur potentiores. ibidem.
Iustitiæ defensio suscipienda pro conseruanda salute animæ.cap.4.num.148.
Iustitia & veritas idem.ibidem.
Gens, quæ iustitiam colit cælum ingreditur. c.4.n.149.
Punire violatorem pertinet ad attributum iustitiæ.cap.5 num.31.
Iustitia pulcherrima virgo veneratione digna.c.8.n.74.
Virgo incorrupta. ibidem.
Iustitia pro administratione.cap.10.num.4.
Iustitia & veritas propiæ virtutes iudicis & regis.c.10. num.8.
Iustitia libra est, quia ponderat.cap.11.num.39.
Iustitia vt sponsa diligenda & veneranda.ibidem.
Iustitia pro eleemosyna.cap 12.num.19.
Iustitia & iniquitas non contuntur. cap.13.num.39.
Iustificatio, iustificari.
Iustificatio gratiæ habitualis incrementum.cap. 1.n.121
Iustificari idem quod iuste viuere.cap.1.num 154.
Nemo coram Deo iustificandus est cap 7.num.31.
Non iustificatur coram Deo omnis num.32.
Iustus.
Iustus operum suorum fructus comedit cap 1.num.91.
Iustus sperat in morte sua Dei benedictionem.num.95.
Iustorum mors dicitur absolutio.ibidem.
In die mortis iustus laudibus extollitur.cap. 1.num 96
Iustus post hiemem calamitatum exhilaratur. cap. 1. num.160.
Labia multorum prædicant prudentiam iusti.num.165.
Iustis in principio immittit Deus tribulationes. cap.4. num.86.
Territat Deus iustum vt eius vitam probet.num. 87.
Timor & metus signa prædestinationis iusti.ibidem.
Iustos probat Deus tribulationibus & tentationibus. ibidem.
Iustus vuæ comparatur.cap 2.num 26.
Iustus in eruditione & doctrina confugit ad orationem. cap.4.num.88.
In iustorum afflictione delectatur Deus.cap.4.num.89.
Iustos Deus cruciat tribulatione doctrinæ.num.92.
Cum videt iustum cruciare descendit Deus vt liberet eũ cap.4.num.90.
Viri iusti proprium munus quale.cap.4.num,128.
Iustos Deus tentat in suis ordinationibus.cap.4.nu.93.
Iusti in paucis vexati & in multis disponentur.cap.6. num.36.
Iusti supra multa constituuntur.ibidem.
Iustus patiens cito de fructibus sapientiæ edet in cælo cap.6.num.87.
Iustus hic castigatur quia preparatur ad gloriam.n.125.
Iustorum vita palmæ comparatur, inferius tactu asperæ superius fructibus pulchræ.ibidem.
Iustus laborat pro sapientia, & postea fruitur oblectatione eius.cap.6.num.125.
Iustus multum quid.cap.7.num.32.
Iustus prospicit & benefacit proximis suis.cap.7.n.136
Iustum vacillare solet facere æmulatio prosperitatis peccatorum.cap.9.num.59.
Iustus quiescit cum considerat finem prosperitatis peccatoris.cap.9.num.60.
Sicut displicuit iusto peccatorum culpa sic placebit eorum pœna. cap. 9.num.66.
Quare iusti lætentur in punitione impiorum.ibidem.
Iusti laudabunt in die vindictæ victricem manum Dei. cap.9.num.67.
Iusti Deum semper ante oculos habent sicut Moyses. cap.9.num.92.
Iustos Deus nobilitat vt præficiantur in locum superborum.cap.10.num.139.
Iusti fælicitas est vt viuat in hominum memoria. c.10. num.153
Iusti humilis memoria æternum celebranda.ibidem.
Nihil optabilius quam iustum in oculis Dei habitare. cap.10.num.176.
Diuitiæ quas iustus in morte adipiscitur sunt præmia meritorum.cap.2.num.31.
Iusti sunt mercatores qui bonis operibus negotiantur. ibidem.
Iustus patiens cum recedit de mundo gloriatur. ibidem.
Iustos Deus tanquam verus parens tribulationibus exagitat.cap.2.num.45.
Iusti quomodo iudicabunt in iudicio.cap.7.num.75.
Iusti potientur possessione sapientiæ, & filij eafruentur. cap.4.num.79.
Qui iustus est iactat se odio habere mendacium. num.115.
Iusti & peccatoris differentia. cap.2.num.43.& cap.3. num.137.
Iusti confugiunt ad Deum in tribulationibus, quia videtur illum dormire cap.10.num.201.
Iustorum vias dirigit Deus vt non declinent á via mandatorum Dei.cap.11.num.116.
Fælix iustorum successus cum miserrimo impiorum comparatur.cap.11.num.131.
Bona iustis permanent.ibidem.
Quæ Deus iustis dat ex parte sua permanentia sunt. ibidem.
Bona Spiritualia iustum post mortem comitantur.c.11. num.132.
Beneplacitũ Dei est voluntas iustorũ prosperandi. c.11. num.133.
Quare iustus ligno comparetur.ibidem.
Iustorum actiones quare prosperantur. ibidem.
Iusti labores digni sunt æterna remuneratione. cap.11. num.134.
Qualis fructus iusti.ibidem.
Iusti accipientes fauorem Dei, operantur cum illo.c.11 num.135.
Iusti vocantur vasa misericordiæ.cap.2.nu.40.& cap.11 num.139.
Iusti accedunt vt fructus gratiæ percipiant. num.163.
Iustus quasi arbor fructifera producit bonorum operũ fructus.cap.11.num.164.& 165.
Iusti vocantur fruges Domini ibidem.
Iusti progressus suum habet tempus.cap.11.num.165.
Iustorum remuneratio adumbrata.cap.11.num.189.
Iusti non vocantur serui, sed filij.ibidem.
Iustus ædificat super fundamentum solidum.num.193.
Iusti clementes Deus vocantur electi. cap. 11.num.226.
Iusti filij Dei nominantur.cap.12.num.7.
Qui iustis subuenit magnam habebit in cælo retributionem.cap.12.num.10.
Iustus abundabit diuinæ gratiæ diuitijs, quia misericors est.

est.cap.12.num.20.
Causa afflictionis iusti magnam commendationem habere debet.cap.10.num 28.
Iustum tribulatione laborantem Deus non deserit. num.50.
Cum iustus habet Deum protegentem nihil timet.c.12. num.50.
Iusti inebriantur torrente voluptatis Dei. cap. 1.nu.35.
Iusti intellectus per communicationem sapientiæ illustratur.cap.1.num.98.
Iusti nascuntur ad pietatem procliues. cap.1.num.113.
Iustus quasi fundamentum sempiternum.num.116.
Iustus verus triumphator,& corona dignus ob seruatos sensus.cap.1.num.134.
Iustus videt & dinumerat sapientiam. cap.1.num.137.
Iustus in morte præmium potentiæ accipit. num. 159.
Iusti prudentia à multis prædicabitur. cap. 1.num.164.
Iustus per correctionem morum regimen edisci.cap.1 num.167.
Metu peccandi iusti percelluntur.cap.1.num.185.
Iustus propriæ saluationis sollicitus viuit.ibidem.
Quidquid iusto aduersi accidit in suum saporem trahit cap:2.num.4.
Quare iustus exponitur ad tentationum ictus.num.5.
Iusti animus instar supi retorquet tentationum ictus. cap.2.num.6.
Iustus quasi scopus sagittarum.ibidem.
Iustus euadit victor in tentationibus.cap.2.num.7.
Iustus eor suum conatur ad Deum dirigere. cap. 2. num.14.
Sicut equus præparatur ad bellum sic iustus. num. 17.
Verbis aliorum desperatis affliguntur iusti.cap.2.nu.22.
Iustus potest sibi ascisere mortem.cap.2.num.23.
Iusti diuitiæ sunt præmia meritorum.cap.2.num.31.
Sicut aurum in igne probatur sic iustus in camino humiliationis. cap. 2.num.40.
Omnis iustus per ignem probati oportet.cap.2.num.45.
Iusto potest mors eripere vitam sed non spem.num.48
Iusti pendent ab oculis domini.cap.2.num.59.
Nullus iustus timens Deum ab ipso derelictus est.n.77
Iustis offert Deus certamen vt non torpescant.nu.124.
Iusti in vulua sapientiæ gignuntur. cap.3.num.2.
Iusti sapientissimi.cap.3.num.3.
Iusti cælorum nomine intelliguntur.cap.3.num.4.
Iustorum consilium & congregatio qualis.cap.3.nu.5.
Iusti pleni sunt obseruantia & dilectione.num.6.
Iustus lætatur, cum videt Deum vindictam sumere de peccatoribus.cap.3.num.23.
Iusti in tribulationibus ad orandum confugiunt. nu.31.
Iustus sicut arbor prosperatur.cap.4.num.67.
Iustorum affectus fælices habent exitus.ibidem.
Iusto omnia cooperantur in bonum.ibidem.
Iustus redarguit vitam impij & damnat.cap.4.num.75.
Fructus iusti timentis Deum.cap.4.num.79.
Iustorum progenies prosperabitur.ibidem.
Iustum deducit dominus per vias rectas.num.80.
Iusti labores locupletantur.cap.4.num.82.
Iustũ tentationibus concuti necesse est vt virtus crescat. cap.4.num.83.
Iuuenis, Iuuentus.
Iuuenes spernunt senes.cap.3.num.58.
Iuuentutis est parere, senectæ imperare. cap.7.nu.149.
Iuuentus ductilis & mollis, vt erudiatur.cap.7.nu.142
Iuuentus malum cum rectæ rationis fræno caret. num.149.
Iuuenes solent senes irridere.cap.8.num.35.
Ex tempore iuuentutis peruenitur ad tempus senectutis cap.8.num.37.

L.

Labium.

Labia sceleſta quid. cap. 2. num. 96. & 100. Sunt verba diffidentia plena. num. 99.
Labia conseruare quid.cap.6.num.140.
Labor, Laborare.
Implere labores quid.cap.4.num.81.
Quod magno labore acquiritur maiori studio seruatur cap.6.num.120.
Ob superbiam non desinas laborare.cap.10.num.195.
Homo nascitur ad laborem. cap.10.num.196.& 208.
Donum Dei est vt quæ quis labore quæsiuit ipse consumat.cap.10.num 205.
Qui recusat laborare iniuriam infert animæ suæ.c.10. num.207.
Omnis labor hominis in ore eius.ibidem.
Miseri calamitosi dedignantur laborare.cap.10.nu.196
Nemo crudelis sibi futurus est victum non quærendo labore suo.cap.10.num.208.
Laboris debitum mercenarij clamat ad cælum. cap. 7. num.128.
Qui vt multa congerat laborat, disponit se ad interitum sempiternum.cap.11.num.72.
Cum homo non habet successorem vanum est nimium laborare.ibidem.
Bonorum laborum gloriosus est fructus. cap. 11. num.134.
Dei beneficium est, vt quis laboribus suis cum delectatione perfruatur.cap.13.num.133.
Lacryma, Lacrymari.
Lacrymæ sunt tanquam sanguis é corde profluens.c.11. num.208.
Accusantur qui male lacrymas impendunt.num 211.
Difficile est hominem lacrymari.cap.12.num.66.
Inimicus lacrymatur vt nocet amico. ibidem.
Simulatio lacrymantis tegit dolos quibus decipere conatur.cap.12.num.68.
Lacrymæ propriæ sunt fœminarum.ibidem.
Lactare.
Lactare aliquem quid.cap.12.num.69.
Nutrix quæ lactat infantem cum lacte mores transfundit.cap.12.num.44.
Ladere.
Qui non vult ab altero lædi, non lædat alium. cap. 8 num.43.
Leda.
Lædæ fabula qualis.cap.1.num.183.
Lætitia.
Lætitia quid.cap.1.num. 87.
Post mœrorem lætitia.cap.1.num.156.
Magnitudo præsentis lætitiæ calamitatis memoriam aufert.cap.11.num.176.
Adimpleri lætitia quid. cap.13.num.46.
Lethæus.
Qui hauriebat aquam ex fonte Lethæo omnium rerum obliuiscebatur.cap.11.num.182.
Lapis.
Lapidem super lapidem cadere quid.cap.6.num.95.
Lapis probationis Lydius est.cap.6.num.96.
Lapis oneris quis.cap.6.num.95.& 97.
Mos eleuandi lapidem à inuenibus in Palesthina.cap.6 num.95.
Per lapidem duritia Dæmonis intelligitur. cap. 3. num.123.
Lapides igniferi quales. cap.3. num.127.
Laqueus.
Multi sunt laquei, quibus diabolus homines irretit. c.9. num.73.
Laqueus à dextris prosperitas sæculi est, laqueus à sinistris aduersitas sæculi. ibidem.
Qui agnoscit laqueum procul fugiat. ibidem.
Lares.
Lares domorum custodes antiqui vocabant. cap. 7. num.3.
Lares vocabantur scelerum vltores.ibidem.
Lasciuus.
Cum lasciuus propria vxore satiatur, quærit alienam. cap.9.num.47.
Laus, Laudare.
Benedictio pro laude.cap 7.num.199.
Laudes debitæ sunt ijs, qui sancte vixerunt. num.208.
Stultum est homini se laudare.cap.7.num.34.
Stultum est laudare pugnantem quasi iam victorem. cap.11.num.198.
Qui vehementer laudant vocant fælicia quæ laudant. ibidem.
Qui viuos laudant decipiunt, quia adulantur. cap.11. num.199.
Homo non ante sed post mortem laudandus. cap. 11. num.199. Et probatur ex prophanis litteris. num.200.
Qui veram assequitur fælicitatem hic laudandus est.c.11 num.200.
Quare homo post mortem laudandus.cap.11.num.203.
Lazarus mendicus.
Lazari & epulonis diuitis consideratio. cap.1.num.94.

Lazarus portatur ab Angelis ne deficeret in via. c.1.n.9.
Lazari finis qualis. ibidem.
Ponderatio sortis diuitis auari & Lazari mendici. c. 11. num.170.
Lazarus portatur ab Angelis, & dives sepultus est in inferno.cap.11.num.172.
Lazarus alter.
Lazari resurrectio indicat recuperationem felicitatis. cap.2.num.47
Legere.
Qui legit & non custodit instat seminantis est & non metentis.cap.2.num.127.
Leo.
Leonis ferocitas comparata Dominis in Domo sua.c.4. num.156.
Leonis descriptio.ibidem.
Leones cadauera non attingunt.cap.8.num.58.
Cum leo fremit animalia sistunt & tacent. cap.13.nu.24
Quid facit Leo cum fame opprimitur.cap.13.num.109.
Lex.
Lex Dei in medio cordis vt exemplar ponenda in Prologo.num.12.
Quare lex Dei in medio ventris constituenda. ibidem.
Vbi est timor ibi est obseruatio legis. cap.1.num.110
Legis plenitudo vel finis est dilectio. cap.1.num.125.
Legis transgressor non abit inultus.cap.5.num.15.
Repletio legis est plena eius cognitio.cap.2. num. 126.
Lex duodecim tabularum de re iudicata. cap.6.nu.104.
Quis finis diuinæ legis.cap.1.num.127,
Beatus vir qui in lege Domini meditatur die ac nocte. cap.6.num.159.
Quid debeat facere cui lex meditatio.cap.2.num.128.
Non recedendum volumen legis ab ore iusti,sed meditandum in ea.ibidem.
Non auditores legis iusti sunt,sed factores.ibidem.
Impleri lege quid.cap.2.num.128.
Euarratio & collocutio regulanda cum lege Dei.cap.9 num. 93.
Lex bene seruata satisfacit voluntati.cap.2.num.128.
Legis diuinæ transgressores sunt ignominia digni.c.10. num.265.
Qui spernunt leges Dei ab ipso punientur. num.171.
Transgressores legis Dei exhonorantur.cap.10.nu.171
Qui transgreditur legem Dei peccat in animam suam. cap.10.num.211.
Factores legis qui dicuntur.cap.3.num.13.
Lex diuina intelligenda & consideranda. cap. 3.nu.103.
Erudire idem ac legem docere.num.132.
Legis scientia dicitur cognitio legis.cap.11.num.113.
Lex præcepta significat ibidem.
Factor legis iustificabitur.cap 3.num.14.
Legis diuinæ meditatio indicat cognitionis studiũ.c.11. num.113.
Leges vocantur iudicia.cap.3.num.13.
Lex Diuina necessaria est ad cognitionem diuinæ legis. cap.11.num.114.
Lex sapientiam Dei annuntiat sicut cœlum Dei gloriam cap.11.num 114.
Legis cognitio a lege supernaturali procedit.ibidem.
Qui scrutatur legem Dei,in semitam mandatorum deducitur.ibidem.
Lex Dei vocatur testamentum.cap.11.num.147.& quare.ibidem.
Qui legi Dei subijcitur re ipsa præstare debet quod promisit.cap.11.num.148.
Lex Adam qualis.cap.3.num.29.
Benedictio domini superabundat,erga legem custodientis.cap.3.num.64.
Exemplum obedientiæ legis domini. cap.11.num.148.
Respersio sanguinis significat obligationem obseruandi legem Dei.cap.11.num.148.
Lex Dei exemplar nostrarum operationum,num.151.
Quidquid laboriosum est in diuna lege grasia diuina emollitur cap.11.num.162.
Consuetudo rumpendi vincula legis Dei qualis.cap.11 num.259.
Leuita.
Leuites inuitabatur in veteri lege ex præcepto domini. cap.7.num.192.
Libellus.
Libellum repudij datum ob duritiam cordis Hæraclitarum.cap.7.num.122.
Liber Ecclesiasticꝰ.
Liber Ecclesiastici canonicus.In Isag.num.2.
Librũ Ecclesiastici Salomoni adscribebant antiqui.ibidẽ. num.3.
Tridentina Sinodus proponit hunc librum esse canonicum.num.4.
Hic liber similis parabolis Salomonis.num.5.
Iesus Sirach auctor libri Ecclesiastici non Salomon. in Isag num.5.& 6.
Quare hic liber Ecclesiasticus vocetur.num.6.
Quo tempore hic liber scriptus fuerit.in Isag. num.17.
Primus Sirach hũc librum Hebraice composuit.In Isag. num.17.
Hic liber est hortus deliciarum.num.18.
Quid contineat liber Ecclesiastici.in Isag.num.18.
Librorum lectio ingentem affert,legentibus vtilitatem. in Prologo. num. 5. & documenta hauriuntur. ibidem.
Beneuolo animo libri legendi sunt. in Prol.num.7.corũ defectus venia digni sunt ibidem.
Libri subsidium sunt eruditionis.num.10.
Liber Ecclesiastici compositus ad mores instruendos. in Prologo.num.12.
Hic liber vitæ institutionem prætendit.num.12.
Liberi.
Liberi.Vide filius.
Consilium de instituendis liberis cap.7.num.142.
Comparatio membrorum apta ad institutionem libetorum.ibidem.
Donum Dei est liberos bonos & vtiles habere.cap.11. num.205.
Libidinosus Libido.
Libidinosi prodigunt ingentia patrimoina.cap.9.nu.150.
Libido vocatur peregrinus,& quare:cap.11. num. 243.
In eo qui castitatem seruat libido peregrinus dicitur. ibidem.
Dauid abalienatus fuit à bonis suis, quia libidinem vt peregrinum in domum cordis admisit. cap. 11. num.243.
Lingua.
Quæ in aliam linguam transferuntur non æque respondent originalibus.in Prol.num.8.
Studium linguarum valde necessarium & vtile.ibidem.
Qui citatus est in lingua sua tanquam torrens omnia rapit.cap.4.num.152.
Lingua moderanda est in promittendo.num.153.
Mors & vita in manu linguæ.cap.5.num.80.
Quare lingua duplici muro circundata sit. cap. 5. num.80.
Non raro lingua præcipitat hominem. cap. 5.num.81.
Lingua dicitur susurra.cap.5.num.82.
Lingua Eucharis quid.cap.9.num.29.
Lingua gratiosa copiosum fructum percipit.ibidem.
Lingua gratiosa lucratur compensationem beneficij. num.30.
Lingua ignis est. cap. 8. num.22. & quare sic vocetur. cap.11 num.232.& cap 9.num.105.
Omnis iniquitas ex lingua procedit. cap.9.num.101
Lingua pestis & virus.ibidem.
In lingua sita sunt multa venena.ibidem.
Multa mala ex temeraria & præcipiti lingua promanant. cap.9.num.102.
Lingua dolosa.vide Dolosus.
Lingua sicut gladius, & sicut flagellum,& sicut telum. cap.11.num.220.
Nihil infelicius quam electos Dei lingua percutere.c. 11 num.226.
Linguax Linguosus.
Quid sit homo linguax.cap.8.num.21.
Cum homine linguato non litigandum.ibidem.
Vir linguosus quis.cap.9.num.101.
Linguosus terribilis, quia lingua sua ciuitatem inflammat.cap.6.num.101.
Vir linguosus multis odiosus.num 102.
Litigare, Lit.
Verbum litigare commune est litigantibus verbis & armis.cap.8.num.1.
Litigandum cum non est spes obtinendi nostra.cap.8. num.2.
Deus odit Litigia.cap.8.num.3.
Lis idem quod pondus.cap.8.num.9.
Lites ab aliquibus odio sunt.cap.8.num.61.
Loctis.
Multa mala solent in locis desertis euenire. cap. 8. num.83.
Verus locus est status virtutis.cap.11.num.158.

Qui

Qui relinquit locum suum similis est simiæ Cleopatræ.ibidem.
Locus varie sumitur. cap.13.num.125.
Locuples, locupletari.
Cum viro locuplete non contendendum. cap 8 num.6
Aliqui parce viuendo locupletantur. cap.11.num.137.
Qui iactat curam in Deo ab illo locupletabitur.n.156.
Honestare idem quod locupletare. cap.11.num.159.
Non omnes locupletes accusantur à Christo Domino. cap.13.num.135.
loqui, loquax
Tardus ad loquendum quid. cap.5.num.73.
Tutius est audire quam loqui.cap.7.num.86.
Loquax potest vocari ignitus, quia lingua ignis est. cap.8.num.22.
Maius studium debet esse in audiendo,quam in loquendo.cap.11.num. 58.
Loth.
Quare præceperit Deus Loth fugere Sodomam.cap.3. num.130.
Quare iusserit Deus Loth retro non respicere. cap.10. num.112.
Quia vxor Loth retro respexit versa est in statuam. cap.10.num.113.
Lucifer
Lucifer principium viarum Dei. cap.3.num.92.
Deus Lucifero foramina præparauit adimplenda. ibid.
Lucifer comparatur regi Babylonis.cap.10.num.61.
Lugere. luctus.
Cum lugentibus ambulare quid. cap.7.num.211.
Quare cum lugentibus lugendum cap.7.num.212.
Melius est ire ad domum luctus,quam ad domum conuiuij. cap.7.num 213.
Verbis & operibus consolandi ij qui lugent. ibid.
Luna.
Stultus vt luna mutatur. cap 5.num.54.
Obscura luna quid significet. cap.13.num.100.
Lux.
Qui male agit odit lucem. cap.1.num.148.
Lucis repercussione clypeorum hostes suprimebantur. cap.2.num.92.
Luxuria.
Ineptiæ lacinioſæ ad luxuriam prouocant.cap.11.n.32.
Lydius.
Lydius lapis probationis est.cap.6.num.96.
Lydius probat aurum & argentum. ibid.

M.

Machinatur, machinari.
Exemplum machinatorum & insidiatorum. cap.7.n.74.
Machinatio comparatur arationi. num.75.
Machinari est cogitare,& arare. ibid.
Machinari idem quod parere. cap.8.num.89.
Macula.
Maculam imponere quid. cap.11.num.226.
Salomon assentiens consilijs feminarum maculam sibi perpetuam conquisiuit.cap.11.num.239.
Homines qui à dæmone decipiuntur sibi maculam inurunt. cap.11.num.239.
Magdalena vide Maria Magdalena.
Magister.
Magister debet respondere ad mentem interrogantis. cap.5.num.76.
Magister patris officio fungitur.cap.6.num.101.
Magistri iibenti animo audiendi, vt melius doctrina excipiatur. cap.6.num.143.
Doctrina magistrorum qui solum pruriunt auribus fugienda.cap.6.num.154.
Magistri sapientes sunt à Deo electi. cap.10.num.37.
Magnanimitas.
Magnimitatis virtus regia est. cap.4.num.160.& c.10. num.43.
Dignitas regia generat in corde magnanimitatem.c.10. num.47.
Magnatus.
Magnato humiliandum caput.cap.4.num.29.
Lex naturæ & ius gentium dictat obedientiam magnatibus & magistratibus. cap.4.num.29.
Maiestas.
Maiestas pro iustitia sumitur. cap.2.n.136.
Maiestas & amor nõ bene inter se conueniunt c.9 n.11
Maledictio, maledicere.
Maledictio vide Mater.
Maledicentis deprecatio in amaritudine animæ exauditur. cap.4.num.23.
Diuina maledictio replet malis corpus & animam. cap.13.num.5.
Maleficus, maleficium.
Malefici in veteri lege interdicti. cap.9.num.9.
Genus maleficij crebrius reperitur in fœmina quam in viro. ibid.
Maligne, malitia.
Maligne accedere quid cap.1.num.199.
Malitia pro vocatione & afflictione. cap.13. n.69.
Malum, malus.
Sicut Deus odit malum sic & homo. cap.1. num.186.
Mala pœnæ patienter perferenda. cap.2.num.26.
Malum pœnæ de manu Domini libenter suscipiendum. cap.2.num.33.
Malum de manu Domini non vocandum malum. ibidem.
Qui peccatum suum considerat mala patienter sustinet.cap.2.num.37.
Nullum malum nisi peccatum. cap.3.num.21.
Cadere in malum quuid. cap 3. num.132.
Malus improperium hæreditabit. cap.6.num 4.
Non facienda mala vt non apprehendant facientem illa.cap.7 num.2.
Malum denotat malum pœnæ. cap.7.num.7.
Malorum consuetudo valde efficax est. ibidem.
Mali expectatio loco pœnæ est. cap.9.num.68.
Tunc odium mali perfectum est cum ad causam eius extenditur. cap.3.num.127.
Mala hominum ne ante præsumamus credere quam probare. cap.11. num.53.
Væ qui dicunt malum bonum,& bonum malum.cap.11. num.67.
Per mala intelliguntur omnia aduersa. cap.11. nu.95.
Bona & mala pœnæ à Deo suscipiuntur. ibid.
Mala pœnæ vt à iustitiæ amatore à Deo procedunt. cap.11.num.96.
Mala significant tribulationes. ibid.
Mandatum.
Mandata æterna sunt ordinationes, quibus Deus omnia gubernat. cap.1.num.40.
Mandata Dei intelligenda sunt vt impleantur. cap.1. num.47.
Mandatorum obseruatio requiritur ad adipiscendam sapientiam.cap.1.num.175.
Per opera mandatorum nobis possessionem cælestium comparamus. cap.2.num.31.
Mandata Dei non possunt custodire sine timore Dei. cap.2.num.77.
Væ qui viam mandatorum deserunt.cap.2.num.113.
Via recta via mandatorum Dei. ibid.
Qui viam mandatorum deserit cadit & condemnatur, cap.2.num.113.
Mandata Dei iugum nominantur. cap.6.num.79.
In obseruatione mandatorum Dei includitur præmium. cap.6.num.135.
Mandata Dei opere exequenda.cap.6.num.160.
Vnusquisque debet cogitare quæ sibi mandantur.cap.3. num.102.
Manna.
Quomodo manna colligeretur. cap.4.num.63.
Manna cibus Angelorum. ibid.
Qualis gustus mannæ. ibid.
Mannæ sapor omnes sapores longe superabat. cap. 4. num.64.
Verbum diuinum per manna significatum. cap. 5. num.69.
Manna significat doctrinam & sapientiam.cap.6.nu.80.
Mansuetudo.
Mansuetudo Deo maxime placet.cap.1.num.180.
Mansuetudo quid præster.num.180.Grata Deo.nu.182.
Mansuetudo magnos fecit. ibid.
Mansuetudo gratia in perferendis iniurijs. c. 1. n.183.
In commiseratione afflictiorum consistit etiam mansuetudo.cap.1.num.183.
Mansuetudo quid. cap.3.num.75.Quid operetur. ibid. & 78.
Nil mansuetudine violentius. cap.3.num.76.
Mansuetudinis exemplum in Iacob & Dauid. ibid.
Disciplina pro mansuetudine. cap.3 num.76.
Mansuetudo cum prudentia coniungenda. cap.3.n.77.

Manſuetudo per adamantem ſignificata. cap.3.nu.79.
Propter manſuetudinem diligitur homo. cap.3.n.81.
In manſuetudine reſpondere quid. cap.4.num.36.
Manſuetudo & manſuetus quid. cap.5.num.63.
Vellus ouium ſymbolum manſuetudinis. num.67.
Manſuetudinis ſymbola herba & gramen.cap.5.nu.66.
Manſuetudo optima diſpoſitio ad audiendum verbum Dei. ibidem.
Manſuetus eſt, quem nullus ſtimulus diſſenſionis exagitat. cap.5. num.67.

Manus.

Manum lauare quid. cap.1.n.155. & c.5.n.49.
Manus malefacientes,id eſt, remiſſæ.cap.2.n.96.
Manus diſſolutæ ſunt propriæ diffidentium.num.100.
Horrendum eſt *incidere* in manus Dei. num. 134. & quare. ibid.
Manus apertio erogatio eſt eleemoſynæ. cap.4.n.2.
Manum porrigere quid.cap.7 num.197.
Manum in aratrum mittere quid. cap.10. num.117.
Manus remiſſa paupertatem ſibi adſtruit. cap.11.n.85.
Manibus plaudere ſignificat irriſionem & ſubſannationem inimici. cap.12. num,78.
Alia ſignificatio plaudendi manibus. ibid.
Magnum eſt ſuperna manu adiuuari.cap.10.n.221.
Manus expandere rogantis habitus eſt. cap.13.n.77.

Marcidus.

Marcidus quis. cap.11. num.82.
Marcidus homo ſimilis flori flacido. *ibid.*

Mare.

Maris arenam & dies ſæculi nemo numerauit. cap.1. num.18.
Quid arena maris cum ſapientia. num.20.
Maris profundum nemo dimenſus eſt. cap.1.n.22.
Maris vnde ſymbolum ſuperbiæ.cap.10.n.128.
Mare amarum & ſalſum quid. cap.13.n.142.
Tranſitus maris rubri grande miraculum.num.144.
Cum mare agitatur naufragus vincitur à fluctibus. cap.13.num.24.

MARIA *virgo ſanctiſſima.*

Mariæ virginis annuntiatio. cap.1.num.58.
Vnde nata eſt turbatio virginis deiparæ,in ingreſſu Angeli,quam turbationem Angelus ſedauit. ibid.
Ipſa virgo deipara obtulit puriſſimum ſanguiné vltro ad formationem corporis Chriſti. ibid.
Annuntiatio deiparæ fundamentum iecit myſterio Incarnationis. cap.1.num.62.
Quare dicatur Maria gratia plena. num.65.
Quænam gratia Mariæ communicata ſit. ibid.
Quare medium locum teneat in Annuntiatione, *Dominus tecum*. cap.1.num.66.
Quare Maria deipara paruerit cum audiuit ſalutationem Angeli num.67.
Maria virgo ſe ſubiecit ad Angeli verba. num.68.
Maria virgo fuit forceps carbunculi purgatorij. cap.1. num.60.
Maria deipara regina mundi. cap.3. num.84.
Maria comparatur abaco & armario ibid.
Mariæ Virginis humilitas in Incarnatione eluxit.n.85. & illuſtrior fuit. num.87.
Mariæ nomen prædicat eius magnificentiam. c.3.n.84.
Maria ſtella matis dicitur. cap.3.num.84.
Mariæ dignitas à dignitate filij ſumitur. cap.3.n.84.
Maria deipara templum eſt,cuius prælatus eſt Pater, altare filius,& ianitor Spiritus ſanctus. ibidem.
Maria regina ab æterno electa. cap.3. num.85.
Matiæ humilitas in maiori exaltatione. ibid.
Cum Maria dixit : ecce ancilla Domini ſublimata eſt ad dignitatem matris. cap.3.num.87.
Quare fuga ſequatur Purificationem Virginis Mariæ. cap.5.num.23.
Maria virgo in matrem Dei eligitur,& ancillam ſe nominat. cap.11. num.38.
Maria deipara gloriatur ſe in bonum ſpectatam à Deo. cap.11.num.86.
Teſtimonia ad probandum Mariam virginé exemptam eſſe à peccato originali. cap.11.num.123.
Peccatum originale non potuit Mariam tenebris inuoluere,quia aurora eſt ibid.
Maria virgo quia thronus Chriſti ſimilis ſoli eximitur à peccato originali. cap.11.num.124.
Maria virgo ſicut ſol excellit cæteras creaturas. ibid.
Per verbum *vtero* virgo Maria furi ſignificata. ibid.
Mariæ virginis ſanguis puriſſimus erat , quia de illo Chriſtus Dominus formandus erat.c.11 n.124.
Maria deipara comparatur ſaphiro. cap.11.num.125.
Maria virgo in gratia concepta. ibid.
Maria admirabilis,pulcherrima, gratiſſima.ibid.
Natura gratiam anteuertere auſa non eſt in conceptione Mariæ.cap.11.num.125.
Teſtimonium ad probandam Marię virginis conceptionem ſine peccato.cap.11.num.126.
Sola Maria virgo concepta ſine peccato inter omnes creaturas. ibid.
Rationes quibus probatur conceptio immaculata Mariæ virginis. cap.11. n.126.
Chriſtus & Maria baſes Eccleſiæ. ibid.

Maria Magdalena.

Maria Magdalena non erubuit peccata confiteri.cap.4. num.121.
Magdalena exemplum audientium verbum Dei. cap.5. num.68.
Quare Magdalena accuſata à ſorore non ſe vindicauerit. cap.4.num.68.
Phariſæus improperauit Magdalenam cum ſe conuertit. cap.8.num.31.

Maritus.

Maritis dare filias,eſt idem ac colotare in matrimonio. cap.7.num.154.
Qua ætate filiæ tradendæ maritis. cap.7.num.151.
Mariti non Domini,ſed mariti debent eſſe. cap.9.n.11.
Mariti non debent ſe præbere Dominos imperioſos erga vxores. cap.9.num.14.
Cum maritus coniugi propinat calicem oſtendit dilectionem coniugalem.cap.11.num.97.
Vide vxor,filia. Matrimonium.

Maſphath.

Maſphath ſpeculationem ſignificat , quam iudex debet habere. cap.10.num 6.

Mater.

Matri dedit Deus auctoritatem circa filios.cap.3. n. 15. & 20.
Deus ſupplet auctoritatem matris erga filios, quia ſexus fragilis eſt.cap.3.num.19.
Honor habendus matri. ibid.
Maledictio matris domos filiorum diruit. num.46.
Quare maledictio matris eradicet fundamenta. cap.3. num.46.
Maledictionis matris exemplum. ibid.
Maledictus eſt à Deo qui ad iram prouocat matrem. cap.3.num.74.
Gemitus matris à filijs non obliuiſcendi, vt eam melius honorent.cap.7.num.174.
Mater à filio honoranda in memoriam reuocando dolores partus. cap7.num.165.
Magni ſunt dolores & faſtidia matrum. ibid.
Vide quæ mater Machabæorum fecit , vt filium minimum confortaret.cap.7.num.166.
Mater non obliuiſcitur filij vteri ſui.cap.13.num.60

Matrimonium.

Tradere filiam in matrimonium grande opus eſt.cap.7. num.153.
Digni ſunt reprehenſione qui cauſa auaritiæ filias non collocant in matrimonio. ibid.
Qui filiam ſuam collocat in matrimonio non peccat. cap.7.num.153.
Quare moneat Paulus virginem locari in matrimonio. ibidem.
Varia iura circa filiarum collocationem in matrimonio. ibidem.
Abeſam ſexaginta filios in matrimonio collocauit. c.7. num.154.
Maritis dare idé eſt quod collocare in matrimonio.ibid.
Vide Pater, & filia.

Medicus.

Recentem infirmitatem facile curat medicus.c.10.n.99.

Meditari, meditatio.

Meditari pertinet ad animum & ad linguam.c.2.n.126.
Quid debeat facere cui lex meditatio. cap.2.num.128.
Quare dicatur os meditari. cap.3.num.150.
Meditari eſt multoties rem aliquam conſiderare. cap.9. num.91
Meditatio alicuius rei indicat amorem qui in corde reſidet.cap.3.num.103.
Meditatione mandatorum Dei exardeſcit ignis amoris. ibidem.
Meditari propriam voluntatem quid. cap.3. num.123.
Beatus qui in lege Domini meditatur die ac nocte. cap.11.num.151.

Mel.

Mel initium dulcoris habet. cap.1. num.112.
Mel vertitur in nauſeam ei, qui nimium comedit.cap.3. num.113.
Quæ dicatur Melliſſa. cap.11.num.15.
Initium dulcoris eſt primas tenere inter dulcia. c.11. num.16.
Origo nominis Mel. cap.11.num.16.
Mel excellentiam adiumenti denotat. ibid.
Aliqui cenſent mel eſſe cæli ſudorem , vel ſiderum ſaliuam. ibid.
Mel principatum obtinet inter dulcia. cap.11. n.17.
Mella Baccho ſacrificabant.ibid.
Ægyptij feſtum celebrantes Mercurij mel edebant vt inuenirent veritatem dulce quid eſſe. num.17.
Babylonij corpora ſua melle ſepeliebant. ibid.
Mel non finit corpora putreſcere. ibid.
Veteres in omni dulciario opere melle vtebantur , vt nos ſacharo. cap.11. num.18.
Mel ab antiquis dijs ſacrificabatur. ibid.
Nectar ex melle conficiebatur. ibid.
In veteri lege non offerebatur mel & quare. ibid.
Mel dulcedinem in adulantibus ſignat. ibid.
In melle denotatur voluptas mortifera. ibid.
Cera non offerebatur in ſacrificium quia mellis hoſpitium eſt. cap. 11.n.18.
Per mel olim ſuauitas eloquij portendebatur. cap.11. num.19.
Pindarus nutritus melle. ibid.
Per mel ſignificabatur beatitudo futuri ſæculi. cap.11. num.19.
Nihil melle dulcius ſuauiuſque reperitur.ibid.
Mellis fauus in ore leonis quid ſignificet. cap. 11. num.23.
Mel ſymbolum eſt diuinitatis , & cera humanitatis Chriſti. cap.11. num.24.

Mendacium, mentiri, mendax.

Capi in mendacio contumelioſum.cap.1.n.194.
Verba mendacij redargui poſſunt, & teſtis mendax poribit. cap.1.num.195.
Qui ſe extollit per verba mendacij humiliabitur.cap.1. num.196.
Redargutio mendacij confuſionem affert. ibid.
Mendacium non dicendum cap.4. num.114.
Infamiam affert homini mendacium. ibid.
Mendacium homini macula eſt. ibid
Mendacium in defenſione fugiendum. cap.4.num.138.
Cauendum ne homo de mendacio arguatur. cap. 5. num.84.
Nullus ita facile capitur ſicut mendax. ibid.
Mendax à ſapiente arguitur. ibid.
Mendacium parit confuſionem. cap.5. num.85.
Arare mendacium eſt machinari & moliri. cap.7. num.74.
Mendacium contra proximum fugiendum. *ibid.*
Arare mendacium quid.cap.7.num.77.
Non ſolum mentiri, ſed velle mentiri prohibetur. c.7. num.78.
Mendacium interdicitur in ſcriptura. ibid.
Quodcumque mendacium pernitioſum. ibid.
Mentiendi ſcientiam ediſcere malum. cap.7.n.79.
Mendacium quodlibet malum promit & inuenit.cap.7. num.80.
Mentiendi vitium interdixit Chriſtus Dominus. ibid.
Dupliciter ambulare eſt mendacijs vti. ibid.
Quare mendacium dicere prohibeatur. cap.7. num.81.
Qui mentitur loquitur voluntate fallendi. ibid.
Mendaces ſunt Deo & hominibus odibiles, ſimiles locuſtis.cap.7.num.81.
Mendacium prohibetur propter famæ amiſſionem c.7. num.82.
Pica ſymbolum mendacij & ſimulationis. ibid.
Homo mendax occidit animam ſuam. ibid.
Aſſiduitas mentiendi non eſt bona , ſed mala. cap. 7. num.83.
Mendacium operatio mala eſt. ibid.
Ab affectatis mendacijs abſtinendum ibid.
Mendaces olim puniebantur. ibidem.
Panis mendacij qualis. cap.8.num.91.
Audire verba mendacij quid. cap.10.num.11.

Mens.

Mentis firmitas in veritate intellecta tenenda eſt.cap.5. num.60.
Mens non poteſt in ſeruitutem redigi. cap.7. num.132.

Mentor.

Mentor quis. cap.1.num.43.

Mercator.

Mercatores vocabantur Chananæi. cap.2. num.97.
Mercator iniuſtus numquam poteſt Deo placere. c.5. num.3.

Mercenarius.

Non defraudandus mercenarius mercede ſua. cap.7. num 126.
Mercenarij qui ſint. ibid.
Mercenario non procraſtinanda merces laboris. cap.7. num.127.
Debitum laboris mercenarij clamat ad cælum. cap.7. num.128.

Merces.

Mercedem non euacuari quid. cap.2.num 63.
Merces laboris non beneficium,ſed debitum eſt.cap.7. num.127.
Merces reſtituenda ei qui operatus eſt. ibid.
Merces clamat quia ſudor operantis eſt. cap. 7. num.128.
Qui alium mercede debita fraudat, ipſe fraudabitur ſua. cap.7.num.126.

Meretrix.

Frons mulieris meretricis qualis. cap 4.num.121.
Ex illicito intuitu meretricis ad illicitam concupiſcentiam venitur. cap.9.num.17.
In lege veteri meretrices non permittebantur. cap.9. num.18.
Meretrici non occurrendum cum parata eſt ornatu ſuo. cap.9.num.18.
Ornatus meretricis quaſi vepres reſpicientes pungit. cap.9.num.19.
Meretrices tot laqueos habent, quot ornatus & verba. cap.9.num.20.
Verba meretricis capiunt iuuenem vecordem. ibidem.
Vnum verbum meretricis in corde auditoris multa ſonat.cap.9.num.26.
Meretrices cum ſaltatoribus choros agitant vt prouocent ad libidinem. cap.9.num.22.
Meritrix femina ſermonibus adoleſcentem irretit. num.26.
Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur.num.33.
Meretricis pretium vix vnius panis eſt. cap.9.num.34.
Meretrices ſunt ſanguiſugæ , quæ ſubſtantiam dulciter fugunt. cap.9.num.35.
Meretrix dicitur à merendo & comparatur igni. ibid.
Mulieris meretricis vilitas exaggeratur. cap 9,num.46.
Meretricis verba inſtar ignis inflammant audientem illa.cap.9.num.48.
Cur verba meretricis igni comparentur. ibid.
Quare præcepit Dominus non permitti meretrices de filijs Iſrael. cap.12.num.14.
Qui meretricibus erogat eleemoſynam videndus eſt & turpis. ibid.
Beneficium quod meretricibus datur in iniuriam vertitur. cap.12.num.14.
Vide ſcortum,& multiuola,& mulier.

Meritum.

Meritum pro dignitate. cap.10.num.209
Quo quis abundat meritis plus gratiæ meretur. cap.1. num.184.

Minerua.

Mineruæ hieroglyphicum. cap.1. num.1.

Miniſter , miniſtrare.

Miniſtri Dei adiuuandi & non deſerendi. cap.7.n 182
Tales ſunt miniſtri qualis iudex populi. cap.10. n.11.
Cum miniſtri improbi ſunt abijciendi à domo regia. ibidem. num.12.
Miniſtri imitatores principum exiſtunt.cap.10.nu.13.
Miniſtrantibus Chriſtum Pater honorificabit. cap. 10. num.168.
Miniſtrare proprium eſt ſeruorum,qui timore & amore diligunt. ibid.

Miſeria, miſer.

Miſeriæ propriæ conſideratio efficax ad excitandam miſericordiam. cap.8.num.26.
Qui ſuam miſeriam conſiderat ſuperbiam facile deponit. cap.10.num.77.
Miſeri calamitoſi dedignantur laborare. cap.10.n.196.
Miſer vocatur à Domino is, qui gloriatur in diuitijs ſuis.cap 11 num.72.

Miſericordia, miſericors , miſereri.

Miſericordia erga pauperes donum Dei eſt. c.1.n.113.

Misericordia in Deo perennis est. cap. 1. n. 156.
Nimis de Dei misericordia non præsumendum. n. 185.
Misericordia oblectationem affert timenti Deum. c. 2. num. 55.
Sperantem in Domino misericordia circumdabit. n. 57 & 64.
Animus afflicti recreatur, cum recreatur diuinæ misericordiæ. cap. 2. num. 57.
Misericordia liberat timentem Deum. cap. 2. num. 58.
Diuinæ misericordiæ protectio instar muri. num. 64.
Deus coronat in misericordia. ibidem.
Dei correctio ex misericordia conuertitur in lætitiam. cap. 2. num. 65.
Misericordia ostiaria domus Dei. cap. 2. n. 81.
Ex benignitatis titulo oritur misericordia. num. 86.
Misericordiæ attributum quale. cap. 2. num. 88.
Misericordia Dei abyssus. ibidem.
Solet Deus misericordiam afflictis legare. cap. 2. n. 89.
Misericordia Dei speciosa in tempore tribulationis. ibid.
Misericordia nuntius Dei. ibidem.
Misericordia Dei non potest esse otiosa. cap. 2. n. 91.
Misericordia & iustitia Deum comitantur. cap. 2. n. 136
Misericordia & iustitia cum Deo est. cap. 2. n. 137.
Misericordia compellit Deum vt misereatur. num 137.
Quomodo misericordia vincat iustitiam. cap. 2. n. 138.
Quomodo dicatur misericordiam altam esse. ibidem.
Misericordia cælo, iustitia terræ comparatur. num. 139.
Misericordia exaltata est in Deo. ibidem.
In caput misericordis benedictiones descendunt. cap. 3. num. 41.
Quis pius & misericors est. cap. 3 num. 160.
Eleemosyna vocatur misericordia. cap. 3. num. 59.
Misericordia manet. cap. 3. num. 67.
Misericors per iustitiam emit thesaurũ cælestem. ibid.
Misericordiæ minister est eleemosynarius. ibid. n. 154.
Misericors pauperem suis oculis præuenit vt benefaciat. cap. 4. num. 9.
Misericordiam facientis præmium quale. cap. 4. n. 48.
Misericordia Dei magna. cap 5. num. 28. & maior quam verbis explicari potest. ibidem.
Multi impunitatem de diuina misericordia sibi pollicentur. cap. 5. n. 29.
Misericordia & ira apud Deum semper morantur. c. 5. num. 31.
Quomodo misericordia & iustitia cito proximent. c. 5. num. 32.
Non effræuate viuendum propter Dei misericordiam. cap. 5. num 32.
Exemplum promptitudinis diuinæ misericordiæ. ibid.
Beatus est qui erga pauperem se misericordem præbet & benignum. cap. 7. num. 59.
Misericordiam Deus vult & non sacrificium. num. 63.
Vir misericors benefacit animam suam. cap. 10. n. 207.
Misericordia Deum vincit. cap. 2. n. 88.
Consideratio propriæ miseriæ efficax ad excitandam misericordiam. cap. 8. n. 26.
Quid sit misericordiã superexaltare iudicio. c. 11. n. 184
Misericordia quid cap. 13. num. 30.
Misericordia appellata est quod miserum cor faciat condolentis alieno malo. ibid.
Viscera & misericordia ab eodem verbo Hebræo significantur. cap. 11. num. 136.
Qui nullius miseretur dignus est vt viuus confodiatur. cap. 12. num. 15.
Quare dandum misericordi. cap. 12 num. 19.
Misericordes beati dicuntur quia libenter eleemosynas erogant. cap. 12 num. 19.
Quare indigentes propensiores sint ad miserendum. cap. 12. n. 20.
Misericordia dat pecunias Deo cum fœnore, cum tribuit iusto. cap. 12. n. 26.

Mores.

Mores à conuersantibus sumuntur. cap. 7. num. 13. & cap. 12. n. 60.
Malæ fabulationes corrumpunt mores. cap 7. n. 103.
Mos longo tempore confirmatus vim habet naturæ. cap. 10. n. 99.
Colloquia praua corrumpunt mores. cap. 12. n. 60.

Mors, mori, mortuus.

Mors instar aquæ saporem bonum vel malum accipit ex vitæ vena. cap. 1. n. 92.
Qui bene viuit bene moritur, & è contra qui male viuit male moritur ex D. August. ibidem.
Mori in pace quid. cap. 1. num. 95.
Ante mortem nemo laudandus. cap. 1. num. 96. & c. 11. num. 197. & quare. num. 198.
In die mortis iustus laudibus extollitur. cap 1. n. 96.
Mors iustorum dicitur absolutio. cap. 1. n. 95.
Mors immatura supplicium iracundiæ. cap. 1. n. 155.
Mortis occasus inclytos martyres effecit. cap. 1. n. 168.
Mors tempus obductionis. cap. 2. num. 11, & tempus illationis vitæ. ibidem. & num. 52.
Mortis tempus non desiderandum. cap. 2. n. 23.
Mortem oppetere cum desperatione peccatum. ibidem.
Iustus potest ascisscere mortem. ibidem.
Mors septima tribulatio vocatur. cap. 2. num. 23.
Mori lucrum quid. cap. 2. num. 31.
Hodie respiscendum quia fortasse cras moriemur. c. 5. num. 38.
Non perit mala morte qui opera charitatis exercet. cap. 3. n. 160.
In morte nihil prosunt diuitiæ. cap. 5. num. 53.
Mors sæpe præ oculis habenda. cap. 5. num. 53.
Mors primogenita vocatur peccatũ mortiferũ. c. 6. n. 19
Mortuis multa beneficia conferri possunt. cap. 7. n. 205.
Persæ & Ægyptij nefas putabant mortuos comburere & quare. cap. 7. num. 206.
Primum beneficium mortuos sepelire. ibidem.
Secundum beneficium est orationes pro mortuorum salute. cap. 7. num. 207.
Consuetudo constituendi panes super sepulchra mortuorum. cap. 7. num. 207. & cap. 11. num. 194.
Tertium pro mortuis beneficium est posteros defendere & honorare. cap. 7. num. 208.
Magnum opus mortuos sepelire. cap. 7. num. 205.
Corpora mortuorum non sunt contemnenda. ibidem.
Plorantes pro mortuis consolatione permulcendi. c. 7. num. 209.
Testimonium D. Nazianz. pro mortuis. num. 208.
Exemplum condolendi morti aliorum. cap. 7. n. 209.
Mortuorum virtutes imitandæ. ibidem.
Qui dolet de morte amici in gemitibus inuenit requiem. cap. 7. num. 212.
Mors antidotum aduersus peccatum. cap. 7. num. 220.
Mors ex peccato generata. ibidem.
Mors impijs ansam præbet peccandi. num. 221.
Memores nos futuri tandem morituros. cap. 8. num. 40.
Vita ærumnosa mors est. ibidem.
Quotidianus defectus corruptionis est prolixa mors. cap. 8. num. 40.
Certo nobis moriendum est. cap. 8. num. 41.
Dum vita fruimur morti appropinquamur. ibidem.
Mortis metus peior ipsa morte. cap. 9. num. 68.
Mortem optat quisquis timet. ibidem.
Quare voluerit Deus horam mortis nesciri. c. 10. n. 76.
Mors irridet superbos, qui se Deos esse existimarunt. cap. 3. num. 147.
Mortuis dabant mellitam placentam vt offerent cerbero. cap. 11. num. 17.
Mors pendet à Deo licet ipse non fecerit. num. 101.
Mors certa. ibidem.
Mortis dispositio à Deo pendet. cap. 11. num. 107.
Quare mors pendeat à Deo cum ipse illam non fecerit. cap. 11. num. 102.
Mors vt vltio peccati á Deo procedit. num. 102.
Mors à Deo inflecta desiderabilis. cap. 11. num. 102.
Mors naturalis media inter mortem peccati, & mortem mysticam. cap. 11. num. 103.
Deus immittit mortem vt auctor mortis. ibidem.
Passus est Dominus mortem subintrare vt culpa cessaret. cap. 11. num. 103.
Appropinquatio mortis comparatur aquis dilabentibus. cap. 1. num. 144.
Cum moritur homo redditur illi iuxta opera sua. c. 11. num. 179.
In die mortis affligetur homo cum iudicetur à Domino. cap. 11. num. 181.
Vanitas præcedentium deliciarum in die mortis & iudicij manifestatur. cap. 11. num. 182.
Quæ in conscientia hominis occultantur in die mortis reuelantur. cap. 11. num. 183.
In die mortis Deus illuminat conscientiam, vt agnoscatur quid factum sit & quo animo. ibidem.
Quanto tempore mortui lugendi. cap. 11 n. 190.
Non est prædicandus beatus homo ante mortem. c. 11. n. 198. & probatur ex prophanis litteris. nu. 200.
Mos recipiendi ore animam eius qui moriebatur. ibidem.

Solo

Solo mortis tempore licet hominem laudibus extolli. cap. 11. num. 200.
Qui in domino moriuntur solibeatidicendi. num. 202.
Quare homo post mortem laudandus. num. 203.
Non est in potestate hominis retinere vitam cum mors appropinquat. cap 11. num. 204.
Intra nos mors & vita colluctantur. ibidem.
Mors optari potest ad videndum Deum. num. 205.
Mors horribilis aspectu terrorem incutit. num. 206.
Nemo est qui in die mortis imperium habeat. cap. 11. num. 206.
Nemo potest ab alijs liberari à morte. ibidem.
Reges non possunt obuias morti ferre manus. cap 11. num. 207.
Dauidem in morte non vocat regem Scriptura & quare ibidem.
Solus Christus in morte est appellatus rex. ibidem.
Nulla ars inuentur ad effugiendam mortem. num. 208
Preces hominis ad prorogationem vitæ irritæ sunt cum iam mortem instare præsentit. cap. 11. num. 208.
Mors non corrumpitur muneribus nec vincitur pecunijs. cap. 11. num 210.
Mors calcar peccatorum. ibidem.
Mortuus non lugendus multo tempore propter spem resurrectionis. cap. 11. num. 210.
Mors iustorum profectio est ad cælestem patriam. ibidem.
Mortuum lacrymis celebrare ipsa natura docet. cap. 11. num. 211.
D. Bernardus lacrymatus est in morte & funere fratris ibidem.
Tempus fletus in morte charorum non longè protrahendum. cap. 11. num. 212.
Corpus mortui terra suscipit, anima Deo redditur. c. 11. num 212.
Consolatio ad leuandum dolorem in morte charorum. ibidem,
In mortuos sæuire belluini animi est. cap. 11. num. 228.
De mortuis non nisi honorifice loquendum. ibidem.
Vita nequam mortuorum laudanda non est nec insultãda. ibidem.
Mortis timor solet magis exagitare quam ipsa mors. cap. 12. num. 50.

Mortificare.

Pessimi sunt qui considerant quomodo proximos mortificent. cap. 11 num. 222.

Moyses.

Moysis mors tubente domino. cap. 1. num. 93.
Moyses mortuus est in osculo domini ibidem.
Moyses quia mitis à Deo dilectus fuit. num. 182.
Moyses Deum inuisibilem tanquam videns sustinuit: cap 2. num. 19. & cap. 9. num. 92.
Quare Moyses constituatur Deus Pharaonis. c. 2. n. 28. & cap. 4 num. 40.
Moyses & Aaron quid significent. cap. 3. num. 14.
Moyses per mansuetudinem dilectus. cap. 3. num. 81.
Quare Moyses ad se humiliandum curuauerit se. c. 7. num. 144.
Consilium Iethro quid prestitit Moysi. cap. 7. num. 40.
Moyses æquum iudicium fecit erga populum. cap. 10. num. 5.
Quare Moyses similem sibi Christum futurum promiserit. cap. 10, num. 30.
Moyses Christum maximum prophetarum adumbrauit: ibidem.
Quare Moyses contriuerit vitulum vsque ad puluerẽ. cap. 3. num. 128.
Moyses præbuit exemplum vitandi periculum peccandi. cap. 3. num. 129.
Moyses magis æstimauit affligi cum populo Dei, quam thesaurum ægyptiorum. cap 11. num. 162.

Mulier.

Mulieris laus á timore domini deducenda est. c. 1. n. 116.
Beneficium Dei est mulierem bonam sortiri. c. 7. n. 119.
Diogenes mulierum fuit ossor. cap. 7. num. 120.
Verecundia in muliere pretiosum ornamentum plurisæstimatur quam aurum. cap. 3. num. 123.
Mulieres ornandæ verecundè & moderate. ibidem.
Mulier bona pretiosior lapidibus pretiosis. cap. 7. n. 159.
Mulier fortis qualis. ibidem.
Quæ vocatur mulier secundum animam. cap. 7. num. 160
Mulier odibilis qualis. cap. 7. num. 162.
Dalila odibilis & exosa mulier. cap. 7. num. 163.
Concubina mulier vocatur odibilis. ibidem.
Mulier debet esse hominis potestati subiecta. cap 9. n. 11
Substantia & fortitudo mulieribus non danda. c. 9. n. 11.
Mulieres non debẽt esse nec ditiores, nec nobiliores maritis. cap. 9. num. 11.
Mulier nupta libera est á patria potestate. cap. 9. num. 13.
A muliere dominari summum dedecus & seruitus. n. 16
Mulier multuola quæ. cap. 9. num. 13.
Cauendum á muliere meretrice. ibidem.
Mulieris aspectus solet esse prima animi ruina. c. 9. n. 18.
Mulieres peregrinæ male audiunt velut parum pudicæ. cap. 9. num. 19.
Mulieres peregrinæ in meretricum numero habebãtur. ibidem.
Mulieres monendæ ne alienas domos circumeant. ibidem.
Mulierum aspectus fugiendus propter casus. num. 20.
Mulieres, Domi sibi degendum est. cap. 9. num. 19.
Mulier morte amarior. cap. 9. num. 19.
Mulieres fornicariæ meretrices vocantur. num. 33.
Ex mulieris aspectu scintilla concipitur in corde. cap. 9. num. 36.
Mulieris comptæ descriptio. ibidem.
Mulier formosa & cõpta cor hominis transfigit & necat. cap. 9. num. 36.
Aliqui insanientes mulieres vt deas coluere. num 40.
Mulier compta cor Lasciuientis sauciat & exeçcat. c. 9. num. 40.
Mulieres quare cum nubunt velantur. cap. 9. num. 41.
Mulieres ad ingressum Ecclesiæ velantur propter Angelos, ideft, sacerdotes. cap. 9. num. 41.
Ad pudorem & honestatem velabantur olim mulieres. ibidem.
Ingens periculum gestat mulier, quæ nuptiarum insignia non portat. cap. 9. num. 42.
Vxor dicitur mulier aliena. cap. 9. num. 43.
Mulieres apostatare faciunt sapientes & sensatos. ibidẽ.
Propter speciem mulieris multi perierunt. ibidem.
Ex aspectu mulieris surgit flamma concupiscentiæ. c. 9. num 45.
Mulier aliena idem quod maritata. cap. 9 num. 49.
Iacturam facit animæ suæ qui mulieri appropinquat. ibidem.
Appropinquatio ad mulierẽ multa mala hominibus affert cap. 9. num. 49.
Appropinquatio ad mulierem multos vulneratos deiecit. ibidem.
Mulieris infirmitas delicata multos domuit Leones cap. 9. num. 49.
Multi qui perierunt monstra à muliere subiecti sunt. ibidem.
Exempla eorum qui à mulieribus prostrati sunt. ibidem.
Non accumbendum cum muliere super cubitum. cap. 9. num. 50.
Mulier quæ bibebat vinum vt adultera puniebatur. cap. 9 num. 51.
Omnis mulier vinolenta meretrix est. ibidem.
Mulieres proniores ad vindictam quam homines. c. 10. num. 50.
Tanta est ira mulierum vt videatur illis innata. cap. 10. num 159.
Omnium pessima est ira mulieris, quam vt venenum latenter gerit. ibidem.
Nulla est bestia similis mulieri, malæ. cap. 10. num. 160.
Mulieres iracundiores viris. ibidem.
Per nationem mulierum intelliguntur homines. cap. 10. num. 161.
Quare iracundia mulieribus non conueniat. c. 10. n. 160.
Nil periculosius viro quam mulier, & mulieri quam vir vterque palea, vterque ignis. cap. 9. num. 45.
Mulier pulchra & fatua similis porcæ. cap. 11. num. 9.
Mulier etiam cum dicit optima formidanda. cap. 12. num. 68.

Multiloquium.

Multiloquium vitandum. cap. 7. num. 87.
Multiloquium à gentilibus venit. cap. 7. num. 89.

Multiuola.

Multiuola mulier quæ. cap. 9. num. 17.
Multiuola eadem quæ meretrix. cap. 9. num. 19.
Vide Meretrix.

Mundare.

Ad mundandum nos exhortatur Paulus. cap. 2. num 130
Qui mundatus est ne iterum polluatur. cap. 5. num. 27.
Si quod intus est mundatur exteriora mundantur. c. 13. num. 142.

Mundus.
Mundus diuisionem postulat.cap.2.num.103.
Mundus non cognouit diuinam sapientiam. c. 3.n.112.
Multis laqueis mundus abundat.cap.9.num.72.
Qui mundum diligit perdit amicitiam Dei.cap.13.n.39
Mundialis substantia cunctis possessioribus diuino munere datur.cap.11.num.105.
Mundus comparatur Lyræ & arcus versatilis concentui cap.12.num.177.
Mundi amicitia transitoria est. cap. 13.num.39.
Munus.
Cùm munera diuina superfluunt gratiæ Deo referendæ.cap.2.num.12.
Per munera possunt intelligi sacrificia pro peccatis oblata.cap.7.num.63.
Per munera possunt eleemosynæ intelligi. cap.7.nu.65.
Deus non tantum respicit munus quâ intentione. ibidē
Non offerens à muneribus sed munera ab offerente Deo placent.cap.7.num.66.
Murmur.
Murmur vnde.cap.3.num.88.
Murmuratio.vide detractio.
Mutuum, Mutuare.
Mutuum non petendum.cap.8.num.5.
Non accipiendum mutuum à fœneratis ex præcepto Domini.cap.8.num.60.
Quod mutuatur potentioribus pro perdito habendum. cap.8.num.61.
Mysterium.
Mysteria Incarnationis & Resurrectionis vocabantur occulta sapientiæ Dei.cap.3.num.108.

N.

Nabucodonosor.
Ponderatio Statuæ Nabucodonosoris.cap.6.num.129.
Nabucodonosoris fornax incendit tortores.cap.8.n.57.
Nabucodonosor quia superbijt in bestiam commutatus. cap.10.num.62.
Puniuit Deus tyrannidem Nabucodonosor. cap.11.n.46
Narratio, Narrare.
Narratio sapientum de rebus gestis non contemnenda. cap.8.num.44.
Narratio significat rerum antiquissimarum memoriam. cap.8.num.45.
Narratio sapientum libenter accipienda.cap.8.num.46
Omnis narratio sit præceptis Dei affornata.num.95.
Narrare pro scribere & numerare.cap.11.num.110.
Natura.
Nostræ naturæ ortus & occasus.cap.8.num.37.
Natura non facit seruum sed insipientia. cap.10.nu.188.
Naturæ pignora Dei beneficia sunt. cap.11.num.98.
Nequitia.
Septem nequitiæ quid significent. cap.12.num.47.
Neruus.
Neruus quid.cap.6 num.104.
Nix.
Dare sicut niuem lanam quid. cap.4.num.83.
Nobilitas, Nobiles.
Nihili reputatur nobilitas si qui eam habet indiget pane. cap.10.num.205.
Nobiles quales.cap.3 num.101
Quid prodest homini nobilitas si eget pane.c.10.n.205.
Noctua.
Noctuæ auis consideratio.cap.11.num.193.
Noctua simbolum hypocritæ.ibidem.
Noe.
Noe benedictio erga filium suum Sem, cap. 3.num.44.
Quare filius Chánam maledictus ab auo Noe.num.48.
Filij Noe parenti laboranti subueniunt.num.57.
Nomen.
Nomen natura ne an positu vim habet. In Isag.num.7.
Nomina ex naturæ penu prompta sunt ibidem.
Ex corporis habitu denominationes ponebantur.num.8.
A virtute quidam nomina traxerunt. in Isag.num.8.
Pro nominibus aliquando actiones accipiuntur.ibidem.
Quæ sunt nomina propria in Isag.num.8
Nomina aliquando imponuntur ad aliorum recordationem.in Isag.num.8.
Nomina ab euentu imposita.ibidem.
Nomen idem quod fama & memoria.in Isag. num. 14.
Nomen filiorum Dei magnificari debet. cap.1.nu.187.
Nominis impositio indicat potestatem superiorem. c.3. num.6.
Significatio nominis Deus.cap.4.num.40.
Nomen vnguento comparatur.cap.4.num.123.
Quandiu duret boni nominis suauitas.ibidem.
Nomen malum non licet esse in terris.cap.10.num.152
Nouissimum.
Nouissimum quid.cap.6.num.124.
Nouissima considerans à peccato abstrahitur. cap. 7. num 217.
Nouissima de morte tantum aliqui intelligunt. cap.7. num.217.
De nouissimo tertio scilicet inferno testimonia. cap.7. num.218.
Per nouissima intelliguntur, Mors, Iudicium, Infernus, Gloria.cap.7.num.219.
Nouissimorum consideratio peccati remedium est.cap.7 num.220.
In æternum non peccare eum, qui nouissima meditatur quomodo intelligatur.cap.7.num.223.
Qui nouissimorum obliuiscuntur pessimantur. cap. 11. num 173.
Numerus.
Numerus septenarius perfectionem designat. cap. 7. num.20.
Nuptiæ.
Nuptiarum ritus.cap.7.num.158.
Quare homini senato filia nupti tradenda. cap.7. num.158.
Nutrix.
Nutrix quæ lactat infantem cum lacte mores transfundit.cap.12.num.44.

O.

Obduratus, vide obstinatus.
Obedientia, obedire.
Obedientiæ virtus enituit in Maria deipara. cap.1.n.69.
Obedientiam iusti Deus magni ducit.cap.3.num.6.
Obedientiæ exaggeratio.ibidem.
Iusti obedientiam & subiectionem Deus magni æstimat. cap.3. num.7.
Obedientia fuit complementum Incarnationis.ibidem.
Obedientiæ exemplum ibidem.
Incarnatio præmium fuit obedientiæ Abrahæ.num.7.
Obedientiæ præmium in confessione D.Petri.num.8.
Sapientia causa effectiua obedientiæ.cap.3.num.9.
In domino obedire quid.cap.3.num.16.
Præmium obedientiæ filiorum. cap.3.num.31.
Quare superioribus obediendum.cap.4.num.29.
Obedientia exploratius probatur in ijs quæ parua sunt. cap.10.num.113.
Exemplum obedientiæ legis domini.cap.11.num.148.
Obligare.
Qui pro altero se obligat debitorem se constituit. c.8. num.68.
Obliuisci.
Qui in vita obliuiscitur Dei, in morte Deus obliuiscetur.cap.3.num.120.
Obsequens.
Obsequentes vocantur ministri Dei. cap. 4.num.70.
Obstetrix.
Obstetrices ægyptiorum remunerauit Deus, quia timuerunt illum.cap.3.num.78.
Obstinatus, Obstinatio.
Obstinati inspirationes Dei non admittunt cap.6.n.93.
A pertinatia & obstinatione perterret sapiens.& pœnam ptoponit.cap.3.num.120.
Qui in obstinatione persistit male habebit in morte.ibidē
Peccatores obstinati nolunt cedere flagellis,& sic indurantur.cap.3 num.122.
Obstinati punientur æternaliter. ibidem.
Qui, non legem Dei, sed propriam voluntatem meditatur, obstinatur.cap.3.num.123.
Coagulatum cor idem quod obstinatum.ibidem
Corda obstinata male habebunt in nouissimo. cap. 3. num.124.
Peccator obstinatus non suscipiendus. cap.12.num.21.
Obstinatos in peccato soler Deus obdurare, vt addicatur æterno supplicio.ibidem.
Quomodo dicatur Deus obdurare peccatorem. cap. 12. num.21.

Non subleuare peccatorem,idem est ac opem illi negare qui in peccatis obstinatus est.cap.12.num.26.
Oceanum.
Oceanum mensuratum.cap.1.num.24.
Occasio.
Non præbenda occasio peccandi per prauum exemplum. cap.7.num.48.
Occasiones peccandi vitandæ.cap.3.num.127.
Exempla ad vitandas occasiones.ibidem.
Sultus qui à peccandi periculo ereptus iterum occasionem ascisciit cap.3.num.226.
Occasio vt dea colebatur.cap.4.num.107.
Occasionis descriptio apud antiquos.ibidem.
Occasionem Latini vt Deam, Græci vt Deum coluere. cap.4.num.108.
Occasio cuncta domat.ibidem.
Quodcunque occasio tulerit arripiendum.ibidem.
Occasio calua.& quare.ibidem.
Quare occasio habet frontem capillatam.num.109.
Occasio oblata non prætermittenda,sed captanda.cap.4 num.110.
Occasio salutis captanda.cap.5.num.39.
Oculum.
Nihil occultum quod non reueletur.cap 8.num.89.
Occupatio.
Occupatio rerum temporalium pessima.cap.11.num.71.
Cum Deus dederit homini occupationem sufficientem ad vitam,modum tenere noluit. cap. 11.num.72.
Occupatio laboriosa in comparandis diuitijs taxatur. cap.11.num.72.
Oculus.
Oculos intendere indicium miserationis est. cap. 4. num.7.
Oculos viduæ expectare quid.cap. 4.num.9.
Non cauendi oculi à paupere.num.22.
Oculus,quos culpa claudit, pœna aperit.cap.4.num.93.
Quod oculus cernit cor concupiscit. cap 5.num.56.
Oculos inclinare denotat humilitatem cap.6.num.144.
Oculi cum his rebus quas cernimus commercium habent.cap 7.num.19.
Oculorum aspectus vim habet ad excitandam cordis cõcupiscenciam. cap 7.num.149.
Maxima est oculorum cum corde connexio cap.9.n.28.
Oculi fenestræ animi & per eas ascendit mors. ibidem.
Oculis versatilibus intueri quid.cap.9.num.37.
Oculi animam deprædantur ibidem.
Si iaciuntur oculi in fœminas non defigendi in vlla. cap.9.num.41.
Per oculos amoris desideria manifestantur.cap.11.n.88
Oculi sponsi quare columbæ comparentur.num.89.
Oculi Dei quasi oculi fontis sunt.cap 11.num.89.
Oculi Dei aperti sunt ad considerandas vias hominum. cap.11 num.179.
De oculis tractatio.cap.11.num.87.
Offendiculum.
Ponere offendiculum peccatum est charitati Christianæ repugnans.cap.4.num.135.
Deum ponere offendiculum coram iusto peccante quid cap.7.num.53.
Olla.
Cacabus & olla quando se collidunt confringitur olla. cap.9.num.67.
Onus.
Oneris lapis quis.cap.6.num.95.
Onus regale humero sustinetur.cap.6.num.139.
Onus est honor.cap.7 num.24.
Ophir.
Ophir vide aurum.
Opes, Opulentus.
Opes irritamentum malorum.cap.8.num.12.
Opulenti qui.cap.11.num.171.
Vbi multæ sunt opes,multi & qui comedunt eas.cap.13 num.9.
Opinio.
Opinio propriam seducit mentem.cap.3.num.116.
Vana opinione homo sese effert,& sibi confidit.cap.3. num.117.
Nihil ita hominẽ tumefacit quam propria opinio.ibidẽ.
Quos propria opinio supplantauit,horum etiam mentes labefactant.cap.3.num 118.
Hæreses à propria opinione traxerunt originem.ibidem
Opus.
Opera Dei eius sapientiam prædicant. cap.1.num.75.
Opera bona,vt eleemosyna thesauri sunt.num.144.
Reddere secundum opera quid.cap.1.num.153,
Opera bona sunt fructus Sapientiæ.cap.1.num.116.
Opera bona sunt merces venales.cap.2.num.31.
Qui dat operam iustis operibus recipit præmium in ore misericordiæ.ibidem.
Per opera mandatorum nobis possessionem cælestium comparamus.ibidem.
Opera gratię non sunt in hominis potestate. num.51.
Opera ad Deum dirigenda.cap.2.num.51.
Vires naturales non sufficiunt ad opera bona. cap. 2. num.52.
Opera mortificata per aduentum gratiæ viuificantur. cap.2.num 69.Sic etiam qui ad charitatem reddit. ibidem.
Opera cum mansuetudine patranda.cap.3.nu.76.& 77.
Non perit mala morte qui opera charitatis exercet.c.3 num.160.
Non debet homo remissus esse in operibus suis cap. 4. num.154.
Non cessandum à bonorum operum studio.cap.6.n.82.
Opus pro cultura.cap.6 num.88.
Non odienda laboriosa opera.cap.7.num.96.
In omnibus operibus respiciendus finis. cap.7.nu.217.
Operis præstantia coligitur ex eius prefectione.cap.9. num.96.
Opus ab artifice solet laudem accipere. ibidem.
Laus bonitatis operum refundit in factorem suum.c.9. num.97.
Nolit homo extolli vt desciat opus suum.cap.10.nu.196
Non gloriandum in faciendo opere quia totum est à Deo.cap.10 num.197.
Nemo potest operari sine sufficientia gratiæ. ibidem.
Tuba non canenda in faciendo bono opere.c.10.n.199
Cum res familiaris angusta est, non differendum opus. cap.10.num.201.
Melior est qui habet ex opere,quam qui superbit & eget. cap.10.num.205.
Opera Dei mirabilia. cap.11.num.39.
Opera Domini plena miraculis.ibidem.
Quæ vocat auctor opera Dei mirabilia. cap. 11,nu.41.
Ita gratus est Deus ad bona opera vt magna mercede remuneret.cap.11.num.45.
Opera bona dona Dei sunt.cap.11.num.116.
Deus debitor est bonorum operum.ibidem.
Omnia opera bona pendent à Dei fauore.cap.11.nu.133
Opera bona per filios intelliguntur.cap.11 num 202.
Opera bona comitantur defunctos.ibidem.
Magna fælicitas Deum bonis operibus debitorem constituere.cap.11,num.217.
Taxatur immoderantia in operibus bonis faciendis. cap.12.num.2.
Oratio, Orare.
Cum Deus orationem non exaudit non recedendum ab eo.cap.2.num.61.
Verbum audire proprium est orantium. cap.2.num.79
Tempus orandi matutinum designauit S. Ignatius de Loyola cap.2.num 80.
Templum domus orationis.ibidem.
Qui orat gratiam & salutem mendicat.cap.2.num.81.
Orationis importunæ effectus.cap.2.num. 82.
Orationis fluxus.cap.2.num.126.
Qui orat assimilatur cicadæ.ibidem.
Oratio dierum quid.cap.3 num.24.Pro diebus æternitatis sumitur.cap.3.num.26.
Oratio assidua & importuna quanti fiat á Deo. cap.3. num.24.
Lusta Iacob orationis insigne.ibidem.
Orationis arma sunt preces.ibidem.
Deus quasi erubescit ab hominibus spectari non fauentem orationi.cap 3.num.45.
Oratio importuna exauditur.ibidem.
Iusti in tribulationibus ad orandum confugiunt, cap.3. num.31.
Oratio plena desperatione misericordiam non consequitur.cap.3.num.147.
Ad impetrandam veniam multum conducit orare.cap.7. num.56
Per orationem ira Dei aduersus peccata flectitur. ibidem.
Quare prohibet Deus orare Ieremiæ pro peccatis populi cap.7.num.56.& cap.8.num.79.
Orationem proeo qui in peccatis cosistit non exaudit Deus.ibidem.
Quare Deus impedierit orare.cap.7.num.57.

Cum quis tristatur pro peccatis oret. cap.7.num.58.
Varia orationis acceptio. cap.7.num.88.
Oratio non iteranda.ibidem.
Oratio deuota & sine distractione debet esse. num.89.
Cum orationi vacatur coram Deo loquendum.ibidem.
Quid opus est oratione si Deus iam nouit quid nobis necessarium sit. cap.7. num.90.
Confirmatio D. Augustini de non iteranda oratione.c.7 num.92.
Cum diutus oratur non est orare in multiloquio. ibidē.
Oratio iterata sumitur pro repetitione culpæ.num.93.
Si aliquis tristatur & affligitur, oret.cap.10.num.203.
Quare oratio sit remedium ad vincendā tristitiam.ibidē
Oratio pratum amænum & lætum.ibidem.
Orandum in tempore tribulationis & angustiæ. cap.10. num.203.
Qui firma fœlicitate vult potiri, oret Deum cum fiducia cap.11.num.156.
Qui summissa oratione supplicat tacere videtur.c.13.n.25
Os. oris.
Per os significata est mens humana.cap.3.num.115.
Quare dicitur os meditari.cap.3.num.146.
Ex abundantia cordis os loquitur.cap.4.num.131.
Ori custodia ponenda.cap.4. num 152.
Os bilingue detestatur Deus.cap.5.num.58.
Oris insidiator quis.cap.8. num.89.
Os causa omnium malorum.cap.9.num.101.
Os. Ossis.
Ossa sanctorum pullulant.cap.1.num.160.
Osculum, Osculatio, Osculari.
Osculatio ingentem amorem indicat cap.1.num.93.
Cum osculum sponsa petit, petit vitam gratiæ. cap. 4. num.54.
Qui se inuicem osculantur Spiritum videntur infundere.cap.4.num55.
Ostium.
Ostium circumstantiæ quid.cap.4. num 153.
Otium.
Otium fugiendum in omni opere laboriosо. cap. 7. num.95.
Otium odiosum quia vitiorum seminarium est.cap.7. num 96.

P.

Palma.
Palma aspera est & fructus defert dulces.cap.1.num.142
Palma quare imposito onere assurgit.cap.2.num.7.
Paliurus.
Paliurus quid. cap. 8.num.8.
Panis.
Panum multiplicatio à Christo indeficienti thesauro sapientiæ comparatur.cap.1.num.101.
Cur frangendus panis esurienti. cap.4.num.136.
Panes mendacij quales cap.8.num.91.
Quid per panem intelligatur.cap.11.num.234.
Nomine panis diuitiæ intelliguntur.cap.13.num.134.
Quid sit panem comedere cum peccatoribus.c.12.n.30
Panem comedere in lætitia quid.cap.13 num.134.
Parabola.
Parabolæ Salomonis sunt imago sapientiæ in Prologo. num.7.
Parabolæ ex thesauro sapientiæ extrahuntur, c.1.n.172
Adagia vocantur parabolæ laudis.cap.6.num.155.
Parabola petentis ab amico tres panes ad doctores conuenit.cap.11.num 62.
Parabola villici explicata.cap.11.num.186.
Parasitus.
Qui indulgent ventri parasiti vocantur.cap.6.num.48.
Parasitorum amicitiæ omni inimicitia peiores sunt.c.6. num. 48.
Parasiti iudiuidui comites conuiuiorum. cap.6 nu.50.
Parasitus quis sit. ibidem.
Parasiti comparantur negotiatoribus.ibidem.
Parere.
Parere idem est metaphoricè ac moliri machinari.cap.8. num.89.
Partus diei qualis.ibidem.
Paruulus.
Cur paruulos recipiebat Christus & amplexabatur. c. 4. num.27.
Per paruulos humiles significabantur.ibidem. & cap.13. num. 43.
Paruuli facile mutantur.cap.5.num.54.
Deus custodit paruulos tanquam teneros filios. cap.13. num.43.
Pastor.
Veri Pastoris officium.cap.4.num.42.
Menalcas Pastor pecus numerabat.cap.7.num.134.
Dauid de ministerio Pastoris ad regimen translatus.c.7. num.138.
Pater æternus.
Pater à filio expoposcit debita nostra.cap.8.num.65.
Quare æternus Parens remunerationis officium sibi arroget.cap.10.num.168.
Æternus Parens filio suo par pari refert.ibidem.
Honorat Pater filio suo ministrantem, illum cum filio suo consocians.ibidem.
Patrem signare Christum quid.cap.9.num 85.
Pater, Parens.
Pater mortuus in filio viuit.In Isag.num.8.
De vtero egredi idem est quod pater.cap.1.num.21.
Gloria patris est gloria filij.cap.1.num.85.
Aliter pater aliter mater indulget fililio.cap.2.num.44.
Honorat Deus illum, quem præscit futurum bonum patrem famil.cap 3.num.11.
Patris famil.officium.ibidem.
Honorare patrem in filijs quid.cap.3.num.15.
Deus substituit parentibus honoris auctoritatem erga filios.cap.3.num.18.
Quales parentes tales filij.cap.3.num.28.
Quomodo parentes iucundantur in filijs. cap.3.nu.30.
Parentes debent honorari fereeodem honore, quo Deus honoratur.cap.3.num.36.
In quo honorandi parentes.cap.3.num.36.
Gratum Deo honorare parentes.cap.3.num.37.
Parentes à filijs vt superiores honorandi.num.38.
Quare vt domini parentes honorandi.ibidem.
Dominus & parens inter se connectuntur. ibidem.
Parentes omni patientia honorandi.cap.3.num 40.
Parentum benedictio aut maledictio à Deo firmatur.c.3 num.43.
Patris ignominia est confusio filij.cap.3.num.49.
Maximum bonum patris fœcunditas filiorum.num.51.
Quare honorandi & sustentandi parentes à filijs.cap.3. num.56.
Parentum peccata aliquando puniuntur à Deo in filijs cap.3.num.48.
Parens non contristandus.cap.3.num.56.
Qui parentibus benefacit remuneratur à Deo. cap.3. num.62.
Patris societas ad filios præ se fert regni effigiem.cap.3. num.74.
Parens iratus similis est leoni.cap.4.num.156.
Parentes ne filios ad iracundiam prouocent.num.158.
Ingenti præmio decorabitur pater famil. qui filios erudierit.cap 7.num.147.
Pater exhibiturus est bonum exemplar filiorum.ibidem.
Documentum parentum erga filios.cap.7.num.148.
Parentes non ostendant vultum hilarem ad filias.cap.7. num.152.
Pater cum filia nubili serio agat.cap.7.num.152.
Digni sunt reprehensione parentes qui causa auaritiæ filias non collocant in matrimonio.cap.7 nu.153
Pater qui filiam suam collocat in matrimonio non peccat. ibidem
Pater in toto cordo honorandus.cap.7.num.164.
Quare pater cecidit super collum filij perditi. c.8.n.27. & cur amplexatus est.num.32.
Patris aspectus fugat crimina.cap.8.num.27.
Verbalis patrum ad filios traditio doctrinæ ex ipso naturali lumine pendet.cap.8.num.50.
Pater fam.ad filios narrationem digerit ibidem.
Patres non prouocent filios ad iram illos dure tractando. cap.8.num.57.
Concordia patris ad filios.cap.10.num.16.
Patris proprium est hæreditatem filijs relinquere.c.10. num.39.
Parentes prosperitatem optant filiorum. cap.3.num.29.
Vide. filius.
Patientia, Patiens.
Patiens breui tolerat & postea ei redditur lætitia.cap.1. num.156.& 158.
Breuiter sustinet patiens cap.1.num.158.
Qui patiuntur similes Christo euadunt.num.159.
Patientiæ fructus quales. cap.1.nu.160.& cap.2.nu.21.

Patientiæ remuneratio.cap.1.num.161.
Patientis hominis retributio.cap.1.num.162.
Patiens iniurias vsque ad tempus retributionis abscõdit.cap.1.num.162.
Patientiæ finis promissorum expectatio.cap.1.num.165
In patientia quasi in Lydio ptobatur virtus. num.160.
Patientia iustorum animos in charitate accendit cap. 1. num.183.
Patientes sicut viridantia folia germinant.num.161.
Patientia patientem magnificat.cap.2.num.22.
Patientia in humilitate habenda.cap.2.num.37.
Patiens tanquam surdus non audit.ibidem.
Tribus modis patientia exerceri solet.cap.2.num.37.
Patientia & mansuetudo sectanda.cap. 2.num.38.
Patientia paralytici meruit diuinam misericordiam. c 2. num.61.
Patiens idem quod latus naribus.cap.2.num.91.
Patientia per filicem significatur. cap.3.num.79.
Patientibus præmium certum.cap.6.num.84.
Qui passione recte vtuntur hi patientiæ munere coronantur.num.85.
Patentia & obedientia basses virtutis. cap. 6.num.130.
Iustus patiens cito de fructibus sapientiæ edet in cælo. cap.6.num.86.
Cum felix status in contrarium mutatur patientia præstanda.cap.2.num.32.
Falluntur qui non sperant remunerationem æternitatis pro patientia.cap.11.num.170.
D. Paulus Apostolus.
Paulus gloriatur in tribulationibus.cap. 1.num.86.
Cur Paulus postulet magis mori quam viuere.c.2.n.5.
Paulus quasi mater amabat & deperebat filios id est discipulos.cap.7.num.126
Prohibitus est Paulus se immiscere in turbas ne occideretur.cap.7.num.49.
Paulus cupiebat dissolui & esse cum Christo.num. 222.
Quare Pauli conuersatio esset in cælis.cap.9.num.94.
Paulus laborabat ad propriam & aliorum sustentationem cap.10.num.209.
Paulus cum audisset arcana verba noluit ea loqui.cap.3. num.112.
Quare Paulus delectaretur in suis tribulationibus c.11. num.97.
Paulus iactat se esse seruum Iesu Christi.cap.13.nu.16.
Pauper.
Beatus est qui pauperis vitam gerit.cap.3.nu.70.
Pauper non defraudandus eleemosyna.cap.4.nu.2.
Pauperi manus aperienda.ibidem.
Diuitiæ in emphiteusim pauperibus datur. cap. 4.nu.3.
Si pauper famescit non culpa Dei sed diuitis.nu 4.
Pauperem defraudare idem quod vita spoliare.nu.5.
Qui pauperem victu spoliat furatur quod suum est.n.6.
Cur Deus pauperes permisit in hoc mundo.ibidem.
Pauper potest hominem diuitem facere cap.4.nu.6.
Oculi non sunt transuertendi à paupere.ibidem.
Pauperibus non negandum quod volunt.cap.4.nu.9.
Pauperē inopia exasperare est illum ad iram prouocare. cap.4.num.13.
Pauperes exacerbantur probrosis verbis.cap 4. num.14.
Magnus dolor pauperem contristare & inopia affligere. cap.4.nu.17.
Non dandus locus pauperi vt maledicat.cap.4.nu.21.
Pauperes maledicunt illis qui non erogant eleemosynam.ibidem.
Clamorem pauperum audit Deus.cap.4.num.22.
Deo derelictus est pauper.cap.4.num.23.
Paupetes à domino specialiter proteguntur.ibidem.
Maledictiones pauperum nonnunquā audit Deus.n.24.
Pauperum congregatio quæ.cap.4 num.26.
Pauperes & humiles diligendi quia Christo assimilantur.ibidem.
Pauperum multitudo diligenda.cap.4 nu.27.
Pauperes patroni animarum vocantur.ibidem.
Pauper in Deo solum habet fiduciam.cap.4. num.31.
Pauperum preces benignè audiendæ.cap. num.34.
Pauperibus inclinat Deus aurem suam.ibidem.
Pauperibus respondendum pacifice & cum mansuetudine.num.36.
Pauper paucos amicos habet.cap.6.num.51.
Quæ offert homo facta in gratiam pauperum Deus accipit benevole.cap.7.num.60.
Qui fœneratur pauperi Deum præstat debitorem. ibidē.
Beatus est qui erga pauperem benignum se præbet & misericordem. cap.7.num.60.
Non viuendum male eo quod pauperibus succurrat.c.7 num. 61.
Pauperi porrigere manum est erogare eleemosynam pauperi.cap.7.num.96.
Vult Deus pauperes haberi vt diuites misericordiam exerceant.ibidem.
Conciliatio duorum locorum S. Scripturæ agentium de pauperibus.ibidem.
Quare puaperes velit Deus haberi.cap.7.num.196.
Modus dicendi elegans circa subuentionem pauperum.cap.7.num.197.
Pauperes à diuitibus prosternuntur. cap. 8.num. 7. & vinci solent in litibus.nu.10.
Pauper iustus non despiciendus.cap. 10. num.184.
Pauperes violantes legem puniuntur.cap. 10.num.185.
Si pauper est iustus, & diues iniquus, hunc despice, & illum magnifica.ibidem.
Virtus pauperem honore dignum efficit.ibidem.
Pauper clamat, & nullus exaudit, loquitur diues & quilibet applaudit.cap.10.nu.183.
Pauperes licet nobiles despiciuntur.cap.10.num.205.
Pauper odio habetur, & diues honoratur.num.216.
Pauperes timentes Deum duplici honore decorantur. cap.10.num.216.
Pauperum timentum Deum sors melior sorte diuitum impiorum.cap.10.num.216.
Laudatur pauper quem elegit Deus.num.218.
Si quis gloriatur pauper existens plus vane gloriaretur si abundaret.cap.10.num.219.
Cum Deus vult aliquem esse pauperem frustra laborat ditari.cap.11.num.77.
Qui prius Dives fuit, & postea pauper efficitur in genti dolore premitur.cap.11.num.84.
Diuitem facit Deus vnde pauperem adiuuet, & pauperem vnde diuitem probet.cap.11.num.104.
Deus solet pauperem liberare à paupertate, vt ascendat ad statum abundantiæ.cap.11.num.159.
Deus locupletat pauperem diuitijs Spiritualibus.ibidem
Animam pauperis fœcundam inundat Deus aqua benedictionis suæ.cap.11.num.162
Verus pauper non est egenus, sed, qui recedit à vitijs. cap 12.num.8.
Pauper imago Christi. cap.12.num.9.
Sicut qui Christum receperit præmiū mæreretur sic qui pauperes recipit ibidem.
Pauperes liberariores sunt diuitibus.cap.12.nu.20.
Pauperes orant in cælo pro eleemosynarijs.nu.24.
Christus vocat fratres minimos pauperes.nu.25.
Pauper est ager in quo seritur eleemosyna.num.28.
Paupertas.
Paupertas ad misericordiam prouocat.cap.4.nu.3.
Paupertatis facellum quale.cap.4.num.14.
Paupertatis numen extra ciuitatem procijciebatur. cap.4 num.14.
Paupertas inclinat aurem Dei.cap.4.nu.34.
Paupertatem omnes fugiunt quia fædam faciem habet. cap.6.num.41.
Paupertas neque bona neque mala, sed indifferens.c.7. num.114.
Præstat paupertas cũ timore Domini.quam deus sine illo.cap.10.num.216.
Beatus ille oui Deus paupertatem dilatauit nu.243
Qui in paupertatem deuenit indiget recuperatione.c.11 num.84.
Abundans paupertate est qui nimia egestate oppressus cap.11.num.85.
Manus remissa paupertatem sibi adstruit.ibidem.
Paupertas quasi venenum.cap.11.num.85.
Aliqui paupertatem pro magno malo habent ibidem.
Paupertas hominem adigit ad perpetranda crimina. cap.11.num.85.
Romani Paupertati facellum construxerunt.ibidem.
Execrabilis erat olim paupertas.ibidem.
Paupertas non à fortuna, sed à Diuina prouidentia procedit.cap.11.num.91.
Paupertas & honestas, id est, diuitiæ à Deo sunt.cap.11. num.104.
Cum Deus immittit paupertatem homini disponit illum ad consequendum bonum gloriæ.ibidem.
Paupertas sicut & diuitiæ à Deo proueniunt.ibidem.
Excoquit Deus homines camino paupertatis.c.11.n.105.
Paupertatem Deus immittit, vt probet & exploret.ibidē
Paupertas non timenda.cap.11.num.157.
Post tempus paupertatis succedit abundantia.c.11.n.177

Paupertas est quasi lydius lapis ad dignoscendam amicitiam. cap 12. num. 36.

Pauo.

Pauo simbolum superbi. cap. 10. num. 77.
Pauones pedes habent deformes & quare. ibidem.
Pauo simbolum prodigalitatis. cap. 12 num. 3.

Pauor, Pauidus.

Pauor ad festinationem cogit. cap. 2. num. 10.
Beatus ille qui semper est pauidus. cap. 5. num. 24.
Quare pauidus dicatur beatus. ibidem.

Pax.

Pax quid? cap. 1. num. 135.
Pax comparatur fluuio ibidem. & quid fluuius pacis. num. 136.
Pacis nomen pro prosperitate. cap. 2 num. 114.
Pax & benedictio idem. cap. 4. num. 68.
Nihil felicius quam pace potiri. cap. 6 num. 31.
Pax habenda cum omnibus. ibidem. & cap. 8. num. 2.
Pax futura in aduentu Christi. cap. 10. num. 213.

Peccator.

Peccatores execrantur castigationem Dei. cap. 1. n. 161.
Peccator perdit vigorem pratiæ. cap. 2. num. 87.
Peccatores Deum timent timore seruili. cap. 2. num. 87
Quis dicatur peccator ingrediens duabus vijs. num. 101
Peccatores per duriciam cordis mortis pœnam sibi asciscunt. cap. 3. num. 124.
Peccator flagellationibus obdurescit. cap. 3. num. 137. & laboribus sicut ferrum obduret. num. 138.
Peccator peccata peccatis adijcit. cap. 3. num. 139.
Peccator qui pudorem deposuit instar meretricis est. cap. 4. num. 121.
Qui facit conuerti peccatorem saluat animam suam. c. 4. num. 128.
Peccatores diuina freti misericordia effrenate viuunt. c. 5. n. 29.
Peccatores abuntur Dei misericordia & patiętia. c. 3. num. 29.
Peccatores idem ac scelerati? cap. 5. num. 34.
Peccator probatur in duplici lingua. cap. 5. num. 57
Omnis peccator bilinguis. cap. 6. num. 5.
Peccatoris inconstantia. cap. 6 num. 93. eius misericordia constans est. ibidem.
Peccatori Deus sepit viam spinis non in peccata labatur cap. 3. num. 121.
Qui in sacrificium offert peccatorem conuersum Deo. magno præmio decorabitur. cap. 7. num. 193.
Qui dilectione obiurgat non improperat peccatori peccatum eius. cap. 8. num 26.
Peccatoris mortę Deus non vult. cap. 8. num. 33.
An peccatores arguendi & corripiendi. cap. 8. num. 55.
Peccator omnibus modis iustum obseruat & insidiatur. cap. 8. num. 59.
Peccatoris gloria non relanda. cap. 9. num. 58.
Peccator fælicitate fruens non æmulandus, nec laudandus. ibidem.
Peccator non prædicandus beatus cum fruitur fælicitate. cap. 9. num. 60.
Cum subuerti peccatores se vident affirmant se insaniisse zelando gloriam. cap. 9. num. 63.
Peccatores obstinati immedicabiles redduntur. cap. 10. num. 98.
Non insistendum vestigijs peccatorū quia prosperitate fruuntur. cap. 11. num. 156.
Peccator timet incidere in manus Dei viuentis. cap. 11. num. 206
Peccator cum mortem instare præsentit vitæ etiam prorogationem postulat. cap. 11. num. 209.
Peccatores similes nauigantibus. ibidem.
Peccatores bona à Deo susceptа in eius offensionem conuertunt. cap. 11. num. 219.
Homo peccator sanguini insidiatur. num. 236.
Quare peccatori retribuendum non sit. cap. 12. num. 15.
Deus odit peccatores quia ingrati sunt. num. 16.
Cur præcipiatur opem negari peccatori. cap. 12. nu. 24.
Peccatum pro peccatore ibidem.
Peccator non accipiendus vt ei consentiatur in malo. ibidem.
Peccatores subleuandi sunt non in quantum peccatores, sed in quantum homines cap. 12. num. 24.

Peccatum, Peccare.

Qui scit & non facit maius peccatum facit. cap. 1. n. 118
Peccatum dicitur fel & amaritudo quia amaricat conscientiam & Deum. cap. 1, num 141.
Peccatum expellit timorem Dei. cap. 1. num. 151.
Deus reuelat peccata tripliciter, cap. 1. num. 197.
Si parens Deus odit peccatum, homo vt filius debet odisse. cap. 1. num. 187.
Peccatum reuelat Deus ad peccatoris damnationem. cap. 1. num. 197.
Qui peccatum suum considerat mala patienter perfert. cap. 2. num. 37.
Per peccatum virtutes sunt in anima captiuæ. c. 2. n. 69.
Quare peccatorum remissio in Dei amore constituatur. cap. 3. num. 22.
In ipso peccati veneno theriaca inuenitur. cap. 3. nu. 23.
Peccatum glacici comparatur. cap. 3. num. 72.
Peccatum est morbus animæ. cap. 3. num. 23.
Peccati reliquiæ & data pignora auferenda. cap. 3. num. 128.
Vnum peccatum aliud ad se attrahet sicut ferrum magnes. cap. 3. num. 139.
Peccatum trahere quid. ibid.
Peccatum funiculo longo comparatur. num. 139.
Quis adijciat peccatum peccato. ibid.
Peccatum quod pœnitentia non deleuit aliud attrahit. cap. 3. num. 141.
Peccatum obdurat corda. cap. 3. num. 138.
Peccatum solet sumi pro pœna peccati. num. 158. & cap. 7. num. 2.
Peccatum nubes est, quod impedit ne transeat ad Deum oratio. cap. 4 num. 96.
Peccatorum balnearia inueniuntur in visceribus Iesu Christi. cap. 3. num. 24.
Peccatum mortiferum bellum infert homini. c. 3. n. 157.
Peccatum non remissum suo pondere in aliud trahit. cap. 4. num. 104.
Quo quis diutius silet peccatum difficilius pandit & expellit. cap. 4. num. 140.
Peccatum negare causa est propriæ confusionis. nu. 143.
Peccatum non improperandum. cap. 4. num. 143.
Nihil ita manifestat peccati supplicium vt tristitia. c. 5. num. 16
Peccatum comitatur pœna peccati. ibid.
Peccatum sedet ad fores delinquentis. ibid.
Qui peccat mœrore conficitur. cap. 5. num. 17.
Non nimis fidendum in perpetratione peccatorum, vt alia addantur. cap. 5. num. 23.
Peccata peccatis non adijcienda. cap. 5. num. 27. & cap. 7. num. 52.
Qui in pristina peccata relabitur grauius malum accersit. cap. 5. num. 17.
Quomodo fiat cumulus peccatorum. ibid.
Qui renouat peccatum in gentem Deo affert dolorem. cap. 5. num. 27.
Aliqui peccant qui certam habent Dei veniam. cap. 5. num. 29.
Peccatum dissipat pulchritudinem animæ & corporis. cap. 6. num. 19.
Peccatum mortiferum vocatur primogenita mors. c. 6. num. 19.
Peccatum animam nequam facit & inquinat. num. 20.
Peccatum contractum fores obsidet peccatoris. c. 7. n. 2.
Non essent plagæ si non essent peccata. cap. 7. num. 5.
Quid sit peccare in multitudinem ciuitatis, varia expositio. cap 7. num. 46.
Non peccandum contra multitudinem ciuitatis. ibidem
Peccatum alligare quid. cap. 7. num. 50.
Non alliganda duplicia peccata. cap. 7. num. 51.
Peccata populi in opprobrium prepositorum redundant. cap. 7. num. 51.
Peccatum duplicatum iram Dei prouocat. ibid. n. 52.
Nil deterius quam peccata peccatis adijcere. c. 7. n. 53.
A peccato repetito nos debet supplicium deterrere. cap. 7. num. 53.
Quid facere debeat qui peccauit. cap. 7. num. 60.
Non datur licentia peccandi, quia peccata largitione tolluntur. cap. 7. num. 61.
Curandum est vt nobis fiat Deus propitius pro peccatis præteritis, nec remendus profuturis. ibid.
Sententia aduersus eos qui in peccatis suis persistunt. cap. 7. num. 62. ij.
Qui in peccatis persistit in vanum laborat sacrificia & eleemosynas offerendo. cap. 7. num. 66.
Peccatum peccati supplicium est. cap. 7. num. 111.
Hostia pro peccato erat purgationis. cap. 7. num. 190.
Peccati remedium nouissimorum consideratio. n. 220.
Lapsus in peccatum restaurandus & instruendus. cap. 8. num. 26.

Morsantidotum aduersus peccatum. cap. 7. num. 220 ex peccato generata. ibidem.
Quare peccatum per rubeum colorem denotatur. cap. 8 num. 28.
Peccantes Deus misericorditer expectat. cap. 8. nu. 29.
Si peccatum remissum est, non adducendum in memoriam ad improperationem. cap. 8. num. 30.
Ægre fertur improperatio peccatorum. ibidem.
Deus non vult mortem peccatoris. cap. 8. num. 33.
Nemo potest iactari se non peccasse. cap. 8. num. 34.
Perpetuo esse sine peccato diuinæ solis est potestatis. ibidem.
Vnusquisque peccatis suis venundatur. cap. 10. num. 87.
Peccatum cum recens facile est illud resecare. num. 99.
Peccatum est auersio indebita veri boni & retrocessio iniusta. cap. 10. num. 108.
Per peccatum homo se auertit ab incommutabili bono quod est Deus. ibidem.
Peccatum esse auersionem à Deo, & conuersionem ad creaturam ostenditur. cap 10. num. 110.
Qui peccat duobus dominis vult seruire. ibidem.
Qui viliter tractat animam suam peccando honore indignus est. cap. 10. num. 211.
Peccatum regnare in corpore quid. ibidem.
Cum peccatum tanquam rex sedet in anima incidit in maledictionem. cap. 10. num. 212.
Qui peccat animam suam in seruitutem redigit. cap. 10. num. 212.
Quare peccatum ausum sit deturpare imaginem Dei. cap. 10. num. 214.
Qui peccat odit animam suam. cap. 10. num. 215.
Qui peccare desijt pignora auferre debet quæ sunt incentiua peccati. cap. 3. num. 128.
Sicut scintilla auget ignem sic peccatum. cap. 3. nu. 141.
Cum peccatum radicatur in anima, non dat locum sanitati. cap 3. num. 142.
Peccatum obstrinxit hominem ad laborandum, cum diues creatus sit. cap. 7. num. 95.
Si inferni pœna in memoriam adducatur à peccatis se abstinet. cap. 7. num. 218.
Extremum iudicium compescit à peccando. nu. 221.
Peccata delet lauacrum. cap 10. num. 215.
Quomodo publice peccantes publice arguendi sint. cap. 11. num. 56.
Peccata nostra prouocant iram Dei vt sumat de eis vindictam. cap. 11. num. 118.
Peccati fomes non adimitur ab homine. cap. 11. nu. 121.
Peccati labes ex conceptione contrahuntur. num. 122.
Qui exultant in peccatis permanent in illis vsque ad mortem. cap. 11. num. 127.
Interitus sempiternus præparatur ijs, qui gloriantur in peccatis suis. ibidem.
Profundum peccatorum est contumacia & desperatio. cap. 11. num. 127.
Qui iactat se de peccatis suis reus est criminis læsæ maiestatis. ibidem.
Inueteratus Dierum dicitur qui in peccatis consenuit. cap. 11. num. 129.
Qui non pœnitet peccati, sed gloriatur in eo hic in profundum peccatorum venit. num. 154.
Persistentia in peccato maximum malorum est. ibidem.
Peccatum contagium est. cap. 11. num. 155.
Cum impij coniunguntur ad peccandum se inuicem protegunt. ibidem.
Qui in peccatis perseuerat seruus peccati erit in æternum. cap. 11. num. 155.
Qui ex humana fragilitate consentit in peccato cito pœnitet. ibidem.
Peccatum facit nos recedere à timore Dei. num. 157.
Peccata grauant hominem. cap. 11. num. 184.
Non bene habendi qui assidui sunt in peccatis. cap. 12. num. 13.
Peccatum pro peccatore. cap. 12. num. 21.
Comedere peccata populi quid. cap. 13. num. 122.
Qui obuoluitur in peccatis tanquam mortuus lugendus est. cap. 12. num. 60.
Peccati principium suaue sed finis acerbus. cap. 13. n. 68.

Peccatum originale.

Peccati originalis definitio. cap. 11. num. 119.
Peccatum originale est venenum quod diffunditur per humana membra. ibidem.
Conceptio est principium & origo peccati orig. ibidem
Peccatum originale septem nominibus appellatur. c. 11 num. 119.
Peccatum originale origo iniquitatis est. ibidem.
Peccatum originale ad multa mala procliuem hominē facit. cap. 11. num. 120.
Licet anima per gratiam mundetur à peccato originali adhuc remanet ei procliuitas ad malum. ibidem.
Mala pœnæ & culpæ procedunt de radice peccati originarij, quia mater est peccatorum. ibidem.
Peccatum originale præputium cordis dicetur, & quare. cap. 11. num. 120. Vocatur etiam scandalum, seu offendiculum. ibidem.
Cor lapideum, effectus est peccati originarij ibidem.
Cor earneum obfirmatum fuit peccato originalis. c. 11. num. 120.
Quare peccatum originarum appelletur Aquilonaris. cap. 11. num. 121.
Quare vocetur immundum peccatum orig. ibidem.
Peccatum originarium est absentia debitę iustitię & generat dissimilitudinem. cap. 11. num. 122.
Christus Dominus & mater eius peccatum originale minime contraxerunt. cap 11. num. 123.

Pecuarius, Pecus.

Dominus pecuarius visitare debet gregem suum. cap. 7. num. 134.
Consilium exhibitum dominis pecuarijs. num. 135.
Domini pecuarij attendere debent pecoribus suis. c. 7. num. 136.
Si pecora sunt vtilia homini seruet ea. cap. 7. num. 136.
Menalcas pastor pecus numerabat. num. 134.

Pecunia.

Sultum dicere, pecuniam sufficere ad vitam. cap. 5. n. 5.
Pecuniam differens idem quod excellens cap. 7. nu. 115.
Lex de solutione pecuniarum dilata. ibidem.
Pecunia res indifferens. cap. 7. num. 116.
Pecuniæ obediunt omina. cap. 8. num. 19.
Cupidi pecuniarum in iudicio foroque versantur. cap. 10 num. 85.
Reprehensione dignus est qui pro pecunia vendit animam cap. 10. num. 87.
Pecunia pro numine Dominante colitur. cap. 8. nu. 20.
Pecuniarum sitis expressa in Isaia. cap. 10. num. 80.
Pecuniæ studium perforato dolio comparatur. num. 81.
Quare custodibus sepulchri copiosa pecunia promissa sit. cap. 10. num. 83.
Pecunia malorum & iniquitatum origo. ibidem.
Pecuniarum amor iniquitates generat. cap. 10. num. 93.
Nil iniquius quam amare pecuniam. ibidem.
Pecuniarum cupiditas violat æquitatem. cap. 19. num. 85
Cum homo semel pecuniarum cupiditate inflammatur nunquam desinit, &c. cap. 12. num. 74.
In pecuniarijs copijs multa lenocinia delictorum. c. 11. num. 75

Penuria.

Penuria pro maledictione. cap. 4. num. 22.

Perdix.

Perdicis natura. cap. 1. num. 192.
Perdicis natura hypocritam adumbrat. ibidem.
Perdix hyeroglyhicum amoris turpissimi. cap. 11. nu. 221
Aliquæ perdices duplex habent cor. ibidem.

Persona.

Personæ diuinæ quasi montes communicant omnibus suam suauitatem. cap. 1. num. 128.

Periculum.

Qui amat periculum peribit in illo. cap. 3. num. 125.
Fugienda peccandi pericula. cap. 3. num. 131.
Stultus qui à peccandi periculo ereptus iterum occasionem asciscit. cap. 3. num. 128.
Ratio qua omnia pericula vitari possunt cap. 13. num. 76

Persecutio.

Persecutiones tolerantia gloriosa. cap. 1. num. 159.
Persecutio defensio est Christianis. cap. 4. num. 60.
Cur persecutores permittantur à Deo. cap. 9. num. 71.

Perseuerantia, Perseuerare.

Perseuerantia debet esse in bono. cap. 11. num. 149.
Nihil tamen arduū quod nō vincat perseuerentia. ibidē.
Non magnum opus est inchoare, sed consummare hoc perfectum est. ibidem.
Perseuerantia habet remunerationem cap. 11. num. 149.
Inchoantibus præmium promittitur, sed datur perseuerantibus. cap. 11. num. 149.
Perseuerantiæ virtutes Dei donū est, ab eoque postulandum. cap. 11. num. 150.
Probatur perseuerantiam donum Dei esse. ibidem.
Orandum vt assequamur donum perseuerantiæ. ibidem.
Veterascere significat perseuerantiā operis. c. 11. n. 152.

Perſeuerare vſque ad mortem donum Dei eſt. ibidem.
Vt lux oculis neceſſaria eſt ſic perſeuerãtia predeſtinatis cap. 11. num. 152.
Malum eſt perſeuerare in errore, & permanere in operibus peccatorum. cap. 11. num. 154.

Peruerſus, Peruertere.

Quis vocetur peruerſus. cap. 7. num. 6.
Deum peruerti quid. ibidem.
Qui cum peruerſo ambulat peruerſus efficitur num. 7.

Peſtilens, Peſtifer.

Homines peſtilentes & deriſores ſicut cathedra peſtilentiæ. cap. 11. num. 68.
Peſtifer vocatur qui malorum operator eſt. c. 11. n. 237.
Homo peſtifer quis vocetur. cap. 11. num. 138.
Quare à peſtiferis cauendum. ibidem.
Eleazarus fugit homines peſtiferos, & maculum ſuæ ſenectuti conquirere. cap. 11. num 239.

D. Petrus Apoſtolus.

Quare D. Petrus Ananiam & vxorem eius punierit pœna capitis. cap. 1. num. 198.
D. Petrus petra Eccleſiæ & quare. cap. 3. num. 8.
D. Petrus præbuit exemplum vitandi periculum peccandi. cap. 3. num. 129.
Quare Angelus præceperit Petro calceare caligas ſuas. cap. 3. num. 129.
Quia Petrus diuitias comtempſit, ideo per aquas ambulauit. cap. 4. num. 162.
D. Petrus negauit magiſtrum, quia cum impijs communicauit. cap. 7. num. 10.
Negatio Petri fuit auerſio à Deo cap. 10. num. 108.
D. Petri conuerſio qualis. ibidem.
Petrus reprehenſus à Paulo non murmurauit. num. 193.
D. Petri patientia. cap. 10. num. 193.
Cum Petrus vocatus eſſet à Chriſto Sathan non redraguit illum. ibidem.
D. Petrus eductus de carcere exiſtimauit ſe ſomniaſſe. cap. 11. num. 176.

Piger, Pigritia.

Piger inutilis. cap. 4. num. 154.
Piger concupiſcit & deſiderat, illum deſideria occidunt. cap. 4. num. 155.
Homo piger qualis. cap. 12. num. 83.
Piger ſtultus. ibidem.
Pigri ſors miſerrima. ibidem.
Formicæ exemplum contra pigri deſidiam. ibidem.
Exemplo formicę dehortatur Salomon pigrum a pigritia ſua. cap. 11. num. 83.
Pigritia animos hominum adimit & exanimatis reddit. cap. 11. num 84.

Phaeton.

Phaeton ambiuit honorem currum ſolis regendi. c. 7. num. 24. ſucceſſus. ibidem.

Pharao.

Pharao laboribus induratus. cap. 3. num. 138.
Quare Pharaonem Deus regem conſtituerit. c. 4. n. 89.
Seruat Deus Pharaonem vt cruciet populum? quia delectatur de eius tribulatione. ibiem.
Pharao baculus arundineus. cap 5. num. 51.
Pharao quia ſuperbijt ſubmerſus cum exercitu ſuo. c. 10 num. 127.
Quibus ſupplicijs punierit Deus Pharaonem. ibidem.
Quid deuoratio maris cum ſuperbia Pharaonis. cap. 10. num. 128.
Quomodo dicatur induraſſe Deum cor Pharaonis. c. 3. num. 121.

Phariſæus.

Phariſæi & Publicani ſucceſſus. cap. 7. num. 71.
Phariſæus improperauit Magdalenam cum ſe conuertit. cap. 8. num. 31.

Pharmacum.

Pharmacum quid. cap. 6. num. 71.
Inſipiens eſt qui pharmacum reijcit, ſic qui increpationem reſpuit. cap. 10. num. 194.

Philoſophia, Philoſophus.

Ad philoſophiam debet referri boni malique diſcretio. In Iſag. num. 1.
Difficile eſt philoſophiam exercere. cap. 1. num. 13.
Totam philoſophiam Socrates reuocauit ad mores. cap. 1 num. 14.
Philoſophia rerum cognitio. cap. 3. num. 3.
Philoſophi inexcuſabiles quod Deum non cognouerint. cap. 3. num. 113.
Philoſophia quid. cap. 3. num. 105.
Faſtum exuit qui philoſophiæ ſtudet. cap. 11. num. 3.

Plateæ.

Plateas oberrare quid. cap. 9. num. 38.

Plenitudo.

Plenitudinis ſignificatio ſecundum verbum Græcum. cap. 1. num. 123. & 125.
Plenitudo ſapientiæ in timente Deum inſtar fœtus cap. 1. num. 123.
Fruges vocantur plenitudo terræ. cap. 1. num. 124.
Multitudo filiorum vocatur plenitudo à Ieremia. ibid.
Plenitudo orbis terræ vocantur germina & animantia. cap. 10. num. 23.

Plorare.

Plorantes pro mortuis conſolatione permulcendi. cap 7 num. 209.
Amicorum ſolatia leuant plorantium dolorem. cap 7. num. 209.

Pluuia.

Pluuia parentes habet. cap. 1 num. 21.

Pœna.

Pœna vt ianitor ſedet ante veſtibulum animæ. cap. 7. num. 2.
Contra eum qui culpam committit vltrix pœna ſæuiit. cap. 7. num. 4.
Fugientibus leonem occurret vrſus, id eſt, fugientes pœnam temporalem incident in æternam. cap. 2. num. 135.

Pœnitentia, pœnitens.

Qui concipit pœnitentiam fructus gratiæ parit. cap. 1. num. 141.
Pœnitentiæ elogia. cap. 1. num. 142.
Pœnitentiæ & lacrymarum amaritudo quid efficiat. c. 1. num. 141. eius vis. ibid.
Pœnitentia homines in ſtellas vertit. cap. 1. num. 142.
Pœnitentia aperit oſtium ſpei & ſalutis. cap. 2. num. 30.
Pœnitentia manus Dei conſtringit. cap. 2. num. 135.
Pœnitentiæ definitio commemoratio delictorum. cap. 3. num. 23.
Renouari ad pœnitentiam eſt iterum baptizari. cap. 4. num 100.
Deus dat locum pœnitentiæ & impius eo abutitur. cap 5. num. 22.
Pœnitentiæ locus quid ibid.
Pœnitentia non differenda, ſed ſtatim efficienda. cap. 5. num. 39.
Pœnitentia non differenda in mortem. cap. 5. num. 41.
Mora in agenda pœnitentia periculoſa. cap. 4. num. 46.
Quomodo eum deſpicere Deus poſſit qui pœnitentiam agit. cap. 8. num. 29.
Deo diſplicet obijcere pœnitentibus peccata illis improperando. cap. 8. num. 32.
Admirabilis eſt pœnitentiæ vis. c. 1. n. 41. & c. 8. n. 33.
Pœnitentia delet commentarios, in quibus hominum peccata deſcribit Deus. cap. 8. num. 33.
Deus hominem ad pœniteutiam adducit. cap. 3. nu. 120.
Qui erubeſcit pœnitendo mala, quæ fecit ad vitæ libertatem peruenit. cap. 4. num 121.
Adhuc pœnitentiæ imaginem Deus æſtimat, &c. cap. 11. num. 45.
Anima pœnitens herbam contritionis debet guſtare. cap 3. num. 24.
Pœnitenti humilitas non reliquenda in tentatione diaboli. cap. 11. num. 158.
Dens præſto eſt pœnitentibus ad lætificandos eos. c. 12 num. 17.

Populiueri.

Populiueri qui. cap. 6. num. 9.

Populus Iſrael.

Populus Iſrael. Vide Iſtaelitæ.
Populus Iſrael cõmendabilis propter doctrinę abundantiam. In Prol. num 2. Comparatur Elephanto. ibidem.
Populum Iſrael. Deus erudiuit ſicut paterfam. num. 3.
Populus Deum adorabat inſtar elephantis. ibidem.
Populi Iſraelitici infidelitas. cap. 2. num. 106
Quæ beneficia Deus contulit populo Iſr. cap. 3. nu. 132
Populi Iſraelitici ingratitudo erga Deum oſtenditur. cap. 7. num. 181.
Propter furtum Acham punitus eſt populus Iſrael. c. 4. num. 140.
Populi captiuitas ſterili agro comparatur. cap. 7. num. 199.
Populus Iſraeliticus deorum adoratione factus meretrix. cap 9. num. 46.
Populus Iſrael ſponſa, adultera, & meretrix. ibid.

Conſo-

Conſolatur Iſaias populum à regibus inſipientibus perditum. cap. 10. num 18.
Deus deſtruxit populum Iudaicum, & exaltauit gentilicum. cap. 10. num. 134.
Reprobatio Eſau, & electio Iacob exemplum vtriuſque populi. ibid.
Introductio populi Iſraelitici in terram promiſſionis. cap 10. num. 136.
Populus Iſrael humilis & mitis. ibid.
Subrogauit Deus ſuum populum in locum gentium. c. 10. n. 143.
Populus Iſrael vocabatur regnum humile. c. 10. n. 144.
Populus Iſrael duræ ceruicis erat. c. 3. n. 137.
Quare iuſſerit Dominus principes populi Iſrael ſuſpendere in patibulo. c. 7. n. 51.
Quare Deus præceperit populo Iſraelitico, vt recederet à tabernaculis Datan & Abyron. c. 12. n. 60.

Poſſidere.

Quid verbum poſſidere. c. 1. n. 30.

Potens, potentia.

Potentũ familiaritas damnoſa, & ſic fugienda. c. 8. n. 3.
Potentes aquilis ſimiles. c. 8. n. 4.
Potentia pernitioſa ſimilis aquilæ. ibid.
Cum potentioribus non litigandum. c. 8. n. 35.
Potentior ſimilis cacabo reſpectu pauperis, qui eſt inſtar ollæ. ibid.
Aduerſus potentes non contendendum. ibid.
Ad potentes accedendum vt ad ignem. c. 9. n. 71.
In defenſionem veritatis poteſt quis cum potentioribus contendere. c. 8. n. 5.
Quare omnis potentatus breuis vita. c. 10. n. 90.
Non abijcit Deus potentes ſed tyrannos. c. 11. n. 49.
Cyrum puniuit Deus quia in potentia gloriatus eſt. c. 11. n. 51.

Potentia.

Potentiæ animæ vide anima.

Poteſtas.

Qui poteſtatem habent benefici vocantur, in Prologo. num. 9.
Poteſtas idem quod iuſtitia, vel ira. c. 5. n. 31.
Poteſtas iudiciaria non quærenda. c. 7. n. 37. & 38.
Poteſtatem dare animæ ſuæ quid. c. 9. n. 11.
Quomodo data ſit à Deo poteſtas occidendi. &c. c. 9. num. 70.
Omnis poteſtas à Dei diſpoſitione depẽdet. c. 10. n. 22.
Poteſtas coniuncta cum malis moribus quid faciat. c. 13. n. 104.
Poteſtates vocat Apoſtolus poteſtate præditos. ibid.
Poteſtas Eccleſiaſtica immediate eſt à Deo inſtituta. cap. 10. num. 22.
Omnis poteſtas à Chriſto deriuatur. c. 10 n. 27.
Ea quis habere dicitur, quæ ſub eius poteſtate ſunt. c. 11. n. 76.

Præ.

Præpoſitio præ prioritatem ſignificat. c. 1. n. 27.

Præceptor.

Præceptores adhibendi ſunt ad diſcendum. c. 3. n 151.
Præceptor, vide Magiſter.

Præceptum.

Præceprorum obſeruationi Deus arridet. c. 1. n. 174.
Præcepta Domini cogitanda vt cuſtodiantur. c. 3. n. 103
Præceptorum ſuorum memoriam requirit Deus. ibid.
Cur præceptum 4. ſit primum in promiſſione. num. 17.
Secundum præceptum primæ tabulæ promiſſionem continet. c. 3. n. 17.
Præcepta Dei ad cognoſcenda continuo reuoluenda ſunt. c 6. n. 160.
Præcepta Dei ligare in corde iugiter quid. num. 161.
Præcepta Dei in memoria tamquam in arce collocanda. c. 6. n. 161.
Præcepta compedes ſunt ſapientiæ. c. 6. n. 103.
Cogitatus habendus in præceptis Dei. c. 6. n. 159.
Vſque valde præcepta Dei cuſtodienda, id eſt, perfecte. c. 7. n. 178.
Quare præcepta dicantur teſtimonia. c. 11. n. 147.
Locus in quo debemus permanere eſt ſtatus præceptorum Dei. c. 11. n. 158.
Semitæ Dei præcepta eius ſunt. ibid.
Qui permanet in præceptis Dei acquirit iuſtificationem cordis ſui. c. 11. n. 158.

Præclarum.

Præclarum quid. c. 1. n. 92.
Res præclaræ alicna laude non egent, ſed ſe ipſæ ſatis commendant. c. 9. n. 98.

Prædicator.

Prædicator, vide Concionator & verbum.

Præcordia.

Præcordium fœtentiũ ſimilitudo explicata. c. 11. n. 220

Præeſſe, præſidere.

Qui præeſt, alios ducere & regere debet. c. 7. n. 23.
Formidoloſa eſt conditio præſidentium. c. 7. n. 51.
Peccata populi in opprobrium præſidentium redundant. ibid.

Præmium.

Præmij promiſſio vim habet etigendi animum. cap. 1. num. 157.
Præmium efficit laborem breuem & ſuauem ibid.
Præmia oriuntur ex Deo. c. 2. n. 139.
Præmij meditatio peccati remedium. c. 7. n. 222.
Præmium timentium Deum quale. c. 10 n. 166. & eſt beatitudo. ibid.
Poſt tempus laboris mittit Deus tempus præmij. c. 11. num. 177.

Præparare.

Præparare ſe debet homo ad tentationem. c. 2 n. 4.
Verbum præparare ſcopo tribuitur. c. 2. n. 6. & 129.
Præparare ſe ad quærendum Dominum quid. c. 2. n. 129.
Alia huius verbi acceptio. c. 2, n. 8.
Qui præparat cor ſuum mundat illud vt ſuſcipiat Deum. c 2. n. 129.

Præſul, prælatus.

Præſules bonæ vitæ exemplum ſubditis præbeant. c. 10. num. 14.
Documentum ad prælatos. c. 7. n. 137.
Diligens cura adhibenda prælatis in ſubditos. ibid.
Prælatis & concionatoribus competit impietates cohibere. c. 8. n. 55.
Prælati in Dei locum ſufficiuntur. c. 10. n. 173.
Quare prælatus & rex in honore habendi. ibid.
Prælatus honorabilem ſe præbere debet. c. 10. n. 174.

Presbyter.

Presbytero humiliandus animus. c 4. n. 28.
Presbyter & ſenex idem ſunt. c. 6. n. 47.
Nominis presbyter ethymon. c. 7. nu. 87.
Presbyter vide ſacerdos, & Miniſter.

Primitia.

Primitiæ & decimæ recognitionem honoris Dei manifeſtant. c. 7. n. 184.
Honorandus Deus ſoluendo primitias. c. 7. n. 185.
Initia ſanctorum vocabantur primitiæ. num. 192.
Primitiæ ſpiritualiter vocantur motus animæ primi. c. 7. n. 193.
Per primitias poſſunt intelligi opera miſericordiæ & eleemoſynæ. c. 7. n. 193.
Primitiæ ſacerdotibus beneficiatis nunc debentur. ibid.

Princeps, Principatus.

Princeps vide Rex.
Optimi principes officium quale. c. 4. n. 38.
Princeps ſubditorum ſuorum verus pater. c. 4. n. 44.
Principis peccata publica duplicia ſunt. c. 7. n. 51.
Peccata populi ſoler Deus in principe punire. ibid.
Cum principe non pugnandum. c. 8. n. 4.
Principes quaſi paliuri. c. 8. n. 6.
Principum offenſio facilis, & in minimis excandeſcunt. c. 8. n. 49.
Principes eos, quos perdere volunt falſa gratia honeſtare ſolent. c. 8. n. 91.
Principes offenſi impune ſolent occidere. c. 9. n. 67.
Principum familiaritas periculoſa. ibidem & num. 75.
Principum familiaritas cum ſit periculoſa, non deſunt papiliones. c. 9. n. 67.
Qui agit cum principe non ſit ſecurus, quare debet illum non offendere. c. 9. n. 69.
Si vis fugere poteſtatem principum bene operare. ibidem.
Princeps impius abutitur poteſtate à Deo tradita. c. 9. num. 70.
Non delinquendum in principem, ne abutatur ſua poteſtate. ibidem.
Communicatio cum principe communio mortis eſt. c. 9 n. 72.
Multi laquei in domibus principum. ibid.
Domus principum laqueis plenæ inueniuntur. n. 73.
Magna inuidia in ſeruis principum. c. 7. n. 74.
Ambulare ſuper arma eſt expoſitum eſſe periculo amittendi gratiam principes. ibid.
Principum familiaritas fugienda vt viuatur ſecure. ibidem.

Exemplum casus eorum, qui gratia valent apud principes. c.9.n.74.
Princeps populi laudatur ex sermone suo. c.9. n.99.
Quæ sit principis sapientia.ibid
Sapientia & prudentia principis protendit regnum suum. c.10.n.9.
Iustitia & prudentia protendit principatum. ibid.
Qui sapiens est suum principatum ordinatum tenet. c 10.n.10.
Principum subditi mores spectant vt eos imitentur. c.10.n.11.
Bonus princeps bonos conquirit ministros. num.12.
Principes vitia sua infundunt in ciuitatem. num.13.
Ex contagione mali principis reliquum vulgus inficitur. c.10.n.14.
Cum principū moribus deprauantur subditi. c.10.n.15.
Principum fortuna se præbet omnibus spectanda. ibid.
Principum sequaces sumus. ibid.
Principis vita censura est ad quam dirigimur. ibid.
Principis pietas vel impietas in incolas deriuantur. c.10.n.16.
Ex bonitate principis tamquam solis bonitas in populum infunditur. c.10.n.17.
Princeps tamquam sol girat per vrbem lustrans vniuersa. ibid.
Si vir impius fodit malum, quid faciet princeps stultus. c 10.n.18.
Princeps carens prudentia multos opprimit iniurioſe. ibidem.
Princeps stolidus clades populi. ibid.
Principes Dei administri. c.10. n.21.
Principum imprudentum exempla. c.10.n.20.
Principes ita debent gubernare, vt per eos Deus dominetur. c.10.n.26.
Quod officium principum. c.10.n.44.
Princeps suam iniuriam non debet vindicare. num.45. sed eam remittere. num.44.
Principes non debent alios iniuria afficere. c.10.n.53.
Princeps tyrannus instar leonis ciues proterit & conculcat. ibid.
In principibus inuenitur vitium superbiæ. ibid.
Non est quod princeps superbiat cum sit puluis & cinis. c.10.n.75.
Breuis vita principum ob sollicitudines, quæ vitam consumunt.c.20.n.96.
Princeps siue bonus, siue malus non potest fugere curarum occasiones. c.10.n.96.
Principes vel prælati honorantur à subditis. n.172.
Finis cuiuscumque principatus est timor Domini, sicut initium.c.10.n.178.
Amissio principatus duritia & superbia. ibid.
Principi non est maledicendum. c.10.n.185.
Quare principes cito decidant. c.10.n.100.
Princeps sapiens ex sapientia sermonis commendatus. c.9.n.99.
Aliqui principes in pœnam tyrannidis à bestijs comesti sunt. c.10.n.102.
Officium principis est esse baculum reipublicæ.cap.11. n.22. Insuper &. præbet alimenta necessaria populo. ibid. sunt enim Dei administri. c.10.n.21.

Principium.

Principijs obstandum. c.7. n 141.

Probare, probatio.

Probare idem quod examinare. c.2. n.39.
Derelinquit Deus, vt probet & tentet.c.2.n.78.& c.4. num.92.
Probatio idem quod omne tribulationū genus.c.4.n.87
Probationis lapis lydius est. c.6.n.96.

Procrastinatio.

Procrastinationis damna. c. 5.n.42.
Corui vox procrastinationis hieroglyphicum. n.43.
Procrastinationis supplicium quale. c.5.n.49.

Prodigalitas, prodigus, prodige.

Prodigalitas quid,& prodigus quis. c.12.n.2.
Qui prodige impendit diuitias suas,perdet eas.c.2.n.2.
Prodigus similis sorbo. ibid.
Struthio signum prodigalitatis. c.12.n.3.
Pauo signum prodigalitatis. ibid.

Professio.

Professionis cognitio debet esse quasi pupilla oculi. c.3.n.119.

Prologus.

Prologus quid in Prol.n.1. præmium orationis exordium. ibid.

Promissio, promittere.

Promissio stulta ea est, quam quis implere non potest c.8.n.62.
Qui promittit & non implet instar nubis & venti. ibid.
Promissionis iactantia signum est quod non implebitur. ibidem.
Promissio consideranda antequam fiat. c.13.n.34.
Qui peruenium vsque in terram promissionis digni sunt vt laudibus extollantur. c.11.n.198.
Non magna promittēda,sed magna facienda.c 13.n.34.

Prophetæ.

Prophetæ appellabantur videntes á visu. c.1.n.104.
In somnis solebat Deus prophetas alloqui. ibid.
Prophetæ latrabant vt canes. c.13.n.103.

Propitiatio.

Quæ vera propitiatio. c.7. n.198.

Prosperare, prosperitas.

Non æmulandus is qui prosperatur in via sua.c.9.n.58.
Prosperitas est fœlicitas & ad vorū successus.c.10.n.32.
Quare ille cum quo Deus est,prosperatur. num.33.
Prosperitas Ioseph, vide Ioseph.
A Deo prouenit hominis prosperitas & fœlicitas. c.10.n.33.
Prosperitas temporalis à Deo prouenit. num.34.
Fructificare indicat prosperitatem hominis. num.39.
Rarus est qui in prosperitate non effertur. c.9.n.58.
Prosperitas improborum fœno comparatur. num.64.
Quare prosperitas impiorum fœno & oleribus comparatur. c.9.n.65.
Non magni æstimanda prospera & fœlicia. ibid.
Quia prospera mundi fluxa non probanda. ibid.
Prosperari quid. c.11.n.133.
Qui in aduersis est recordetur prosperitatis, & qui in prosperis aduersitatis. c.11.n.175.
Qui statum prosperitatis assequuntur memoriam non habent. ibid.
Qui in prosperitate quiescit obliuiscitur malorum præteritorum. c.11.n.76.
Gaudium prosperitatis non finit recordari pristinæ calamitatis. ibid.
Qui felix est timeat perdere felicitatem, & qui infelix speret prosperitatem. c.11.n.177.
Prosperitas multos conciliat amicos, & aduersitas eos abijcit. c.12.n.35.

Protegere, protectio.

Cum Deus protegit,inimici vincuntur. c.2.n.93.
Protector idem quod asylum. ibid.
Deus protector est omnium sperantium in se.c.2.n.93.
Deus simul protegit & coronat. ibid.
Qui à Deo non protegendi. c.2.n.106.
Qui à Deo protegi desiderat sinceritatem fidei seruare debet. c.2,n.107.
Qui Deo adhærent,ab eo proteguntur. c.2.n.108.
Qui à Deo separantur,non proteguntur ab eo. ibid.
Protectio Dei erga iustos. c.2.n.140.
Protectio sapientiæ. vide sapientia.
Aliquem statuere iuxta se est illi fauere, & eum protegere. c.12.n.50.

Proterus.

Proterui & immedicabiles non reprehendendi. c.8.n.56

Prouerbium.

Prouerbium nostrum : *La comida hecha la compania deshecha.* c.6.n.49.
Prouerbium laudis vocantur parabolæ. c.6.n.155.
Prouerbia sunt cana verba, quæ continent veritatem. ibidem.
Prouerbia sunt præstantes sententiæ in familiarem vsum deductæ. c.8.n.47.

Prouidentia.

Diuinam prouidentiam circa res creatas impij negant. c.5.n.18.
Dilatio supplicij optime diuinę prouidentię conuenit. c.5.n.21.
Mutationes rerum per diuinam prouidentiam. c.11, num.40.
Res commutantur non per fortunam sed per diuinam prouidentiam.c.11.n.41.
Effectus diuinæ prouidentiæ admiratione dignus.n.82.
Qui contemplantur diuinæ prouidentiæ effectus in admirationem rapiuntur.cap.11.num.93.
Qui considerat effectus diuinæ prouidentiæ inuitatur ad tribuendum Deo honorem. ibid.

Proxeneta.

Proxenetæ officium quale. c.5.n.56.

Proximus.

Proximorum compassio grata. c.1.n.183.

Prudentia, prudens.

Prudentia quid. c.1.n.32.
Virtutes prudentiæ adminiſtræ quæ. ibid.
Periclis prudentia Deo aptari potest. ibid.
Prudentia comes Dei. c.1.n.33.
Prudentiæ officium. ibidem.
Homo qui prudens, est etiamsi arrideat fortuna non est securus. c.4.n.25.

Ptolomæus.

Ptolomæus euergetis regnauit post Philadelphum. in Prologo. num.9

Pudere, pudor.

Nihil faciendum quod pudeat. c.4. n.112.
Pudoris definirio. c.4.n.117.
Antiqui pudorem vt Deum colebant. c.4. n.118.
Pudoris numinis descriptio. ibid.
Pudor ad quid inuentum. c.4.n.119.
Quod non vetat lex,vetat pudor. ibid.
Pudoris numen animum hominis moderatur. ibid.
Pudor verus iudex cordis. ibid.
Qui pudor vtilis & honestus. c.4.n.121.
Pudor vitiosus est definere errantem incusare. nu.127.
Præ pudore nemini cedendum à iustitia & veritate. c.4.n.145.
Per pudorem non omitetnda confessio veritatis,& defensio iustitiæ. c.4.n.147.

Puella.

Quanto puella castior, tanto in ea vigilantior cupido. c.7.n.151.
Puellis optio dabatur vt matrimum eligerent.num.158.

Puer, puentia.

In pueris appetitus regit omnia. c.1.n.44
Indoles bona in pueris est significatio futuræ probitatis c.1.n.113.
Pueri nequam contra flagella obdurescunt. c.3.n.122.
Puer centum annorum qualis. c.6.n.151
Pueri assuefaciendi ad dicendam veritatem c.7.n.79.
Pueri sicut iuuenculi indigent institutione & disciplina. c.7.n.141.
Puerorum ingenia imbecillioia. c.7.n.142.
Pueri docendi à tenera ætate. c.7.n.144.
Quid sit : stultia colligata in corde pueri. c.7.n.146.
Puer errans confundit parentes suos. c.8.n.24.
Similitudo pueri non finentis auiculam auolari : sic diabolus, &c. c.9.n.73.
Quod in pueritia contrahitur non facile perditur. c.10. num.99.
Puer symbolum humilitatis. c.10.n.157.
Nemo cum puer est superbia effertur. ibid.
Christus pueros non prohibebat ad se venire ibid.
Melior est puer pauper rege stulto c.10. n.190.

Pulchrum, pulchritudo.

Pulchrum ipsum amicum est. c.9.n.31.
Si corporea pulchritudo spectetur cogitandum eam cito puluerem fieri. c.9.n.32.
Pulchritudo arma, quibus mulier bellum infert. c.9. num.40.
Pulchritudo muta commēdatio,& fraus tacita est. ibid.
Pulchritudo fœminea oculos intuentium eludit. n.43.
Multi considerantes pulchritudinem alienæ vxoris reprobati sunt. c.9.n.47.
Pulchritudo virilis in quo consistat. c.11.n.12.
Non ab exteriori pulchritudine, sed à mentis ornatu homines censendi beati. c.11.num.15.

Punitio.

Punitio à Dei clementia aliena videtur. c.10.n.169.
Punitio in Deo peregrinum opus ab eo. ibid.

Purgatorium.

Animæ,quæ addictæ sunt purgatorio statim experiuntur salutis securitatem. c.11.n.189.
Deus creauit Purgatorium ad purificandas animas. ibidem.
Qualem ordinem seruet Deus cum ijs, qui indigent igne Purgatorio. ibid.
Detentio in Purgatorio quanta. c.11.n.190.
Iustitia & misericordia Dei exercetur in Purgatorio. ibidem.
Purgatorium vocatur valetudinarum. c.11.n.190.
De fide est esse Purgatorium ignem. ibid.
Qui patres de Purgario agant. ibid.
Testimonia SS. Patrum de Purgatorio. c.11.n.191.
Purpatorius est examinatorius ignis. ibid.
Fundamenta ad probandam veritatem Purgatorij.c.11. n.191.& 192.
Purgatorius destinatus est ad persoluenda debita peccatorum. c.11.n.192.
Vbi est locus Purgatorij. c.11 n.193.
Testimonium Pauli de Purgatorio. ibid.
Purgatorij tormenta acerbissima. c.11.n 193.
Duo sunt genera pœnarum Purgatorij,sensus vna,damni altera ibid.
Pœna sensus qualis. c.11.n.194.
Anima comparatur ollæ super ignem Purgatorij repositæ, c.11.n.194.
Purgatorius quasi atrium domus æternæ. ibid.
Animæ in Purgatorio à viuis suffragia postulant. c.11. n.194.
Altaris sacrificium præcipuum suffragium ad iuuamen animarum in Purgatorio existentium. ibid.
Animæ Purgatorij pertinent ad Ecclesiam militantem. c.11.n.194,
De fide est esse Purgatorium ignem vbi expiantur peccata. ibid.
Æquum est animas in Purgatorio existentium adiuuare. c.11. n 194. & 195.

Pusillitas, pusillanimitas.

Pusillitas ex Aristotele quid. c.7.n.55.
Pusillanimitas mater est cruciatus. ibid.
Abigenda pusillanimitas orta ex peccato. num.58.

Q.

Quærere.

Quærere vel facere aliquid inane quid. c.6.n.156.
Quærendus Dominus dum inueniri potest. cap.4. num.111.
Non est constituenda fœlicitas in quærendis se maioribus. c.3.n.100.

R.

Radix.

Radix pro posteritate. c.10.n.130.

Rapere, raptus, raptor.

Rapere quid. c.1.n.140.
Sponsa per vim rapiebatur ex matris græmio. ibid.
Cum viuitur ex rapto nemo securus viuit. c.10. n. 65.
Raptor iniquus similis leoni & lupo. c.4.n.39.

Rationale sacerdotis.

Quid vrim & tumim,id est,doctrina & veritas in rationali sacerdotis. in Prol. num 4.

Rebecca.

Rebecca,non cum nuptui traditur, consulitur, sed cum profectura est. c.9.n 13.

Receptibilis.

Homines receptibiles quales. c. 2.n.44.

Rector.

Rector instar solis cæteris virtutibus debet excellere. c.10.n 17.
Rectorum exempla manant in vulgus. ibid.
Rectorem inutilem Deus constituit in pœnam sceleris vrbis. c.10.n.25.
Puniens Deus peccata populi improbum hominem rectorem tribuit. ibid.
Quis sit rector vtilis. c.10 n.28.
Rector non debet superbire contra subditos quia sunt fratres. c.10 n.174.
Subditus tamquam filius debet à rectore tractari.cap.10. num.175.

Reddere.

Reddere secundum opera quid. c.1. n.161.

Refrigerare.

Refrigerare quid. c 3.n.34.

Religio, religiositas, religiosus.

Religiositas idem quod pietas. c.1.n.118
Religionis ethymon. c.1.n.119.
Religiositas fugit commercium. ibid.
Religiositas iustificat cor, licet non proprie, & dat iucunditatem. c.1.n.120.& 121.
Religiositas custodit cor sicut cherubim paradisum. c.1.n.120.
Religiosus qui in exteriora effunditur miser vocandus. c.1.n.120.

Religio conseruat hominem in castitate. cap.1.nu.120
Religio sicut terra promissionis. num.121.
Mali religiosi quærunt tantum escam & honorem proprium. cap.1.num.121.
Regnum.
Regnum Dei ablatum est à Iudæis, & datum gentilibus. cap.10. num.68.& 135.
Regnum. vide Deus, & Rex.
Regnum Dei paratum est iustis ab origine mundi. cap.11. num.118.
Remora.
Natura pisciculi Remora. cap.5.num.45.
Remora voluntas humana. ibidem.
Remunerator.
Quare æternus Pater remuneratoris officium sibi arroget. cap.10.num.168.
Non est Deus serus ad remunerandum. cap.2.num.37.
Remissio, remissus.
Quare remissio peccatoris in Dei amore constituatur. cap.3.num.22.
Qui remissionem peccatorum impetrat, debet se ab illis continere. cap.3.num.23.
Non debet homo remissus esse in operibus suis. cap.4. num.154.
Manus remissa egestatem operatur. cap.4.num.155.
Reprehensio
Omnes obnoxij sumus reprehensioni. cap.8.num.34.
Reprehensionem bene ferre summę philosophię præconium & laus est. cap.10.num.193.
Reprobus, reprobatio.
Reprobis omnia cooperantur in malum, qui donis Dei abutuntur. cap.1.num.122.
Reprobatio proprie non est ex Deo, sed ex homine peccante. cap.5.num.38.
Æternum reproborum supplicium quale. cap.7. n.110.
Res.
Rerum mutationes per diuinam prouidentiam. cap.11. num.40.
Res commutantur non per fortunam, sed per diuinam prouidentiam. cap.11. num.41.
Rerum commutatio debet homines in modestia & timore continere. cap.11.num.43.
Rerum vices commutat Deus. cap. 11.num.47.
Fugiendum animi studium in multarum rerum cura coniunctum. c.11.num.71.
Rerum temporalium occupatio pessima. ibidem.
Spiritualium rerum sicut & temporalium Deus auctor est. cap.11.num.107.
Rerum vicissitudo à Deo fit cap.11. num.173.
Resistere.
Resistere quid. cap.3. num.154.
Resistere contra faciem potentis quid. cap.4. num.145.
Respicere.
Respicere ad manus quid. cap.2. num. 59.
Respicere quid denotet. c.5. n.32. & c.7.n.204.
Respicere Dei idem quod confundere & contererere. cap.5.num.35.
Retro respicere prohibuit Deus, vt retrocessionẽ à Deo interdiceret. cap.10.num.113.
Quare non respexerit Dominus ad Cain. cap.7. nu.65.
In omnibus rebus respiciendus finis. cap.7. num.217.
Respicere Dei in bono quid. cap.11.num.89.
Respicere Dei est misericordiam exercere. ibidem.
Responsio, respondere.
In responsione diligens consideratio adhibenda est. cap.5.num.64.
Cum longanimitate dandum responsum. cap.5.num.73
Rectum responsum præbendum. ibidem.
Stultus prius respondet quam audiat. ibidem & num.78.
Auditor verbi diuini rectum responsum Deo prædicanti præbeat cap.11. num.75.
Responsio mollis frangit iram. cap.6.num.28.
In responsione ostenditur sapientia. cap.8.num.52.
Superbiam redolet respondere aliquem antequam audiat. cap.11.num.64.
Qui prius respondet quam audiat stultum esse demonstrat. c.5.n 78 & c.11.n.64.
Prius quis debet sermones audire, vt possit opportune respondere. cap.11.num.64.
Respublica.
Qui sedat rempublicam turbatam similis musico, &c. cap.6.num.27
Fortunata respub. cui sapiens rex præficitur. cap.10.n.4
Reuerentia.
Reuerentia erga Deum seruanda. cap.2. num.53.
Rex.
Parietes, & oculi regis confugientem ad se custodiunt. cap.2. num.93.
Reges per sapientiam regnant. cap.4.num.73.
Regis ira instar leonis. cap.4.num.137.
Regis vox multos percellit. ibidem.
Rex Tyri sedem suam sedem Dei appellabat. cap. 7. num.28.
Coram rege nemo ostendendus sapiens. cap.7.num.34.
Consilium ad reges. cap.7.num.138.
Rex pastor dicitur. ibidem.
Reges Ægyptiorum quandoque pastores fuerunt. ibid.
Reges longas habent manus. cap.8. num.3.
Regis constatera est lancibus constans. cap.8.num.19.
Regum mensa gratia falsa. cap.8.num.91.
Rex & gubernator nomine iudicis decorantur. cap. 10. num.1.
Rex si sapiens sit debet populum iudicare. cap.10. nu.2.
Reges sapientiam doceant vt iudicare & gubernare possint populum. cap.10.num.3.
Cor regis sicut diuisiones aquarum. ibidem.
Rex Phraotes dedit operam philosophiæ. cap.10.nu.4.
Aliquando præceps amor regem abstrahit à iudicio. cap.13.num.13.
Rex quasi aquila. cap.13.num.64.
Rex verax stabilit regnum & thronum suum. cap.10. num.8.
Rex sapiens dissipat omne malum intuitu suo. cap.10. num.10.
Ad regis exemplum componitur orbis. cap.10. nu.15.
Ira & hilaritas regis deriuatur in subditos. num.16.
Regis passionis defendunt in membra, id est, incolas. cap.10.num.16.
Rex insipiens dissipat populum suum. cap.10.nnm.18.
Rex insipiens vel male regit, vel ita se habet tamquam si non esset. cap.10.num.19.
Rex iustus prudens erigit per iustitiam terram. cap.10. num.21.
Rex sapiens stabilimentum populi. ibidem.
Reges improbi Dei promissione præficiuntur populo. cap.10.num.27.
Ob peccata populi Deus punit seuere reges. num.67.
Translatio regni à gente in gentem prouenit ex iniquitatibus regum. cap.10.num.68.
Rex tyrannus breuissime de vita discedit. cap.10.n.100.
Reges hodie sunt & cras morientur. ibidem.
Reges non superbiendi, quia communem cum omnibus hæreditantur sortem. cap.10.num 101.
Regem impium tollit Deus & humilem euehit. n.138.
Reges sedere solent in loco eleuato vt ostentent regalem auctoritatem. cap.10.num.139.
Rex agnoscat dignitatem suam & vim dignitatis exerceat. cap 10.num.174.
Reges innumerabilibus curis distringuntur. cap. 10. num.96.
Regibus parantur insidiæ. ibidem.
Electio in regem ex filijs Isai. cap.11. num.9.
Quare Eliab non eligatur in regem Israel. num.10.
Cum rex creabatur osculabantur manus obsequij ergo. cap.11.num.112.
Roboam.
Roboam exprobratus quia consilium à iuuenibus petijt. cap.9.num.78.
Rex Roboam dissipauit regnum suum. cap.10. nu.20.
Roboam respicit consilia seniorum. ibidem.
Romanus.
Romanorum mos mittendi filios ad domus senum. c.6. num.158.
Quid Romani faciebant cum aliquis accusabatur. c.11. num.54.
Rusticatio.
Rusticatio quid significet. cap.7.num.97.
Rusticatio creata ab Altissimo ad delectabile hominis exercitium. ibidem.
Rusticatio à Deo creata cum præcepit terram colere. cap 7. num.98. & vt homo ea voluptuosè vteretur. num.99.

S.

Sacerdos, sacerdotium.

Deus est possessio sacerdotum. cap.1.num.92.
Sacerdotes & dij & Angeli appellantur. cap.4.n.28.
Sacerdotes familiariter cum Deo versantur, & hostiam Deo pro peccatis offerunt. cap.4.num.70.
Cur sacerdos ferebat tintinnabula. cap.4.num.133.
Vestes sacerdotis opera bona significant. ibidem.
Labia sacerdotum custodiunt scientiam. cap.6. nu 150.
Sacerdotum reprehensio à Malachia. cap.7. num.46.
Sacerdotes in veneratione habendi. cap.7.num.172.
Sacerdotes legis Naturæ & scriptæ venerati. ibidem.
Sacerdotes erant primogeniti. ibidem.
Sacerdotium adhuc inter gentiles ordo dignitatis. c.7. num.172.
Terra sacerdotalis exempta, &c. ibidem.
Quam suprema sit dignitas sacerdotalis num.173.
Sacerdotes nouæ legis maiore digni veneratione quam veteris legis. cap.7. num.174.
Nostri sacerdotes melius magnificandi sunt quam veteres. ibidem.
Sacerdotium nostrum quale. cap.7.num.74.
Sacerdotes nostri qualiter venerandi. ibidem.
Sacerdotes nouæ legis Angeli sunt, Christi sunt, dij sunt. cap.7. num.175.
Quantus honor sacerdotibus debeatur. ibidem.
Testimonium D. Martialis de adorandis sacerdotibus. cap.7.num.176.
Dignitas sacerdotalis in summa veneratione habenda. ibidem.
Sacerdotes vocantur sancti ab Apostolo. ibidem.
Sacerdotes alendi ex decimis & diuitijs communibus. cap.7.nnm.183.
Sacerdotes non sunt compulsi vendere possessiones suas ab Ægyptijs. ibidem.
Condemnatione digni, qui minuunt quod ad sacerdotum spectat cultum. cap.7.num.183.
Sacerdotes nostri sustentandi, quia Dei ministri sunt. ibidem. & num.193.
Sacerdotes honorifice sustentandi. cap.7. num.185.
Quomodo sustentatio sacerdotum dicatur honor. c.7. num.186.
Pro alimento spirituali debemus alimentum corporale sacerdotibus. ibidem.
Quomodo perfecti debeant esse sacerdotes. num.194.
Ex summo sacerdote in summissiores gratia Dei descẽdebat. cap 10. num.16.
Quare tintinnabula summi sacerdotis essent lxxij. cap.10.num.27.
Quare summus sacerdos gestaret in pectore doctrinam & veritatem. cap.11.num.54.
Sacerdotes in se culpam deriuant eorum, quorum mores non corrigunt. cap 13.num.122.
Sacramentum.
Sacramenta sunt sacrificia sanctificationis. cap.7.n.195.
Sacramenta nouæ legis sunt diuina horrea. num. 219.
Contenti esse debemus sacramentis nouæ legis. cap.3. num.115.
Sacrificium.
Sacrificia sine detestatione peccatorum nihil valebant apud Deum. cap.7.num.63.
Misericordiam vult Deus & non sacrificium. ibidem.
Quare sacrificium Saulis noluerit Deus acceptare. c.7. num.66.
Qui in sacrificium offert peccatorem conuersum Deo, magno præmio decorabitur. num.99.
Offerenda sacrificia quibus purgantur peccata. cap.7. num.187.
Quæ essent sacrificia vetera. cap.7.num.189.
Primum sacrificium erat primitiarum. ibidem.
Cur sacrificium farreum instituerit Dominus. ibidem.
Secundum sacrificium Purgationis quale. cap.7.n.190.
Aliud sacrificium pro negligentia. ibidem
Tertium sacrificium quod erat datum brachiorum quale. cap.7.num.191.
Laxius erat sacrificium Pacificorum præ alijs. ibidem.
Sacrificium sanctificationis quale. cap.7.num.191.
Sacrificium Purgationis est confessio peccatorum. n.194
Sacrificium Purgationis est dolor intensus peccatorum. ibidem.
Sacrificium nouæ legis excellentius omnibus veteris legis. cap.7.num.174.
Quare sacrificium altaris apud Deum gratius sit. c.11. num.195.
Paschale sacrificium in plenilunio offerebatur pro gratiarum actione. cap.12.num.5.
Sal.
Sal terræ inspersum exsiccat & sterilessit. cap.9.num.61.
Apud nos inspersio salis indicat supplicium criminis lætæ maiestatis. ibidem.
Cur Israelitis seuerum supplicium immisit Deus ex insperssione salis. ibidem
Salix columna conuersionis ad vitium symbolum est. cap.10.num.113.
Salix.
Salix sterilis est. cap.10.num.111.
Salomon.
Salomon introducit sapientiam ad conuiuium inuitatem. cap.1.num.12.
Salomon per sapientiam puerilem ignorantiam deposuit. cap.1. num:14.
Salomoni donauit Deus sapientiam sicut arenam maris. cap.1.num.20.
Per somnium apparuit Dominus Salomoni. num. 105.
Salomon adhuc iuuenis postulauit sapientiam ad iudicandum. cap.4 num.74.
Salomonis nomen celebre propter sapientiam. ibidem.
Quare Salomon appetierit diuinam sapientiam. cap.6. num 65.
Cum vocatur Salomon continens, indicat abstinentiam à rebus venereis. cap.6.num.122.
Salomon alienigenis se adiunxit, & illas non solum non conuertit, sed potius è contra. cap.7.num.10.
Salomonis cor mulieres auerterunt. cap.9. num.43.
Salomon ex iudicio meretricum laudem sibi asciuit. c.9. num.99.
Salomon prudenter se gessit postulando sapientiam. ibid.
Salomon petijt sapientiam vt populum iudicare posset. cap.10.num.2.
Salomon rex iudicis officio functus est. cap.10.num.2.
Salomon petijt cor docile vt iudicis munus exerceret. cap.10.num.3.
Remotissimæ prouinciæ tributum Salomoni pendebant. cap.10.num.9.
Deus suscitauit Salomonem vt sederet in throno suo. cap.10. num.28.
Salomon de Adonia vindictam sumere non tentauit. cap.10.num.48.
Quare Salomon Adoniam miserit inultum in domum suam. ibidem.
Salomon moribus & sapientia senex, non ætate. cap.10. num.94.
Adoniæ destructio & Salomonis exaltatio in regem. cap.10.num.138.
Salomon dedit maculam in gloria sua. cap.10.num.214.
Salomonis vestimenta comparantur lilijs. cap.11.n.32.
Thronus eburneus Salomonis erat propugnaculum iustitiæ. cap.11.num.69.
Salomon assentiens consilijs feminarum maculam sibi perpetuam conquisiuit. cap.11. num.239.
Salomõ turbatus est eo quod mulieres alienigenas admiserit. cap.11.num.242.
Quare depranatum sit cor Salomonis. ibidem.
Quare Salomon non petat diuitias nec paupertatem, sed victui necessaria. cap.13 num.136.
Saltatrix, saltatio.
Saltatrices simul saltant & psallunt. cap.9.num.21.
Saltatrix non audienda. ibidem.
Puellæ saltatrices fugiendæ. cap.9.num.22.
Saltatio annexam habet voluptatis titillationem. cap.9. num.22.
Saltatrices ad libidinem commouent. ibidem.
Saltationes & modulationes inter se connectuntur. c.9. num.23.
In Delio absque saltatione nullum sacrum fiebat. ibidem.
Saltatrix & modulatrix non audienda. ibidem.
Domus saltationum delubra voluptatis. cap.9 num.25.
Vitanda saltatris spectatio & auditio psaltatricis. ibidem.
Artes saltatricis virtutem habent ad perdendos spectatores. cap.9.num.26.
Saltatricis verba non audienda. cap.9.num.26.
Salus.
Salus pro prosperitate. cap.13.num. 87.
Gratia salus spiritualis. ibidem.

Sampson.
Sampson fugit occasionem peccandi. cap.3. num.127.
Cur Sampson silentio contexuerit victoriam dilacerati leonis.cap.7.num.145.
Sampsonis tribulatio processit ex communicatione secreti sui. cap.7.num 163,
Sampson confusus & ludificatus interijt. cap.9. n.15.
Dalila ascendit super animam Sampsonis. ibidem.
Samuel.
Samuel fuit exemplum sapientis iudicis & gubernatoris. cap. 10.num.6.
Quid fecerit Samuel vt melius populum gubernaret. ibidem.
Quare Samuel timorem simul & obsequium erga Deum postulauerit. cap.10.num.166.
Sanctificare.
Sanctificare idem quod segregare. cap 1.num.115.
Sanctificare pro humiliare. cap.2.num.130.
Sanctificare quid. cap.7.num.170.
Sanctuarium.
Nullis alijs nisi levitis fas erat videre quæ in sanctuario occultabantur. cap.3. num.104.
Cur noluerit Deus vt ea quæ erant in sanctuario viderentur. cap 3.num.108.
Sanctus.
Sanctorum ossa pullulant. cap.1.num.152.
Sancti corpus & membra sunt Christi. cap.3.num.24.
Consuetudo afficiendi mœrore discessum ex hac vita virorum sanctorum. cap.7.num.209.
Sancti tribulationibus solidantur. cap.4.num.95.
Sanctum non dandum canibus. cap.8.num.54.
Sancti visitantur cum afflictio animum premit. cap.10. num.201.
Sanguis.
Lauare in sanguine quid. cap.3.num.23.
Sanguis sanguinem tetigit, quid. cap.3.num.141.
Alexander se esse mortalem ex sanguine collegit. c.3. num.141.
Quomodo sanguis Abel clamauerit ad Deum.c.4.n.24.
Sapere, sapiens.
Non plus sapere quam oportet quid. cap.2. num.98.
Sapiens dicitur à sapiendo. in Isag.num.1.
Sapiens versatur circa veritatis indagationem. ibidem.
Sapiens non finit occasionem abire vt magis proficiat. in Prol.num.6.
Sapientum proprium est sapientiores se quærere. n.10.
Nemo sapiens à se ipso. cap.1.num.7.
Solus Deus sapiens est. cap.1. num. 50.
Ille vere sapiens est, qui Dei amore decoratur. nu.102.
Sapientum corona qualis. cap.1.num.133.
Argue sapientem & diliget te. cap.1.num.168.
Sapiens in mansuetudine ostenditur cap.3.num.77.
Sapientes cadunt cum altiora se vane scrutantur. cap.3. num.101.
Sapientis cor quærit doctrinam. cap.3.num.150.
Sapiens concupiscit audire sapientiam.cap.3.num.151.
Sapiens debet se à peccatis abstinere. cap.3. num.152.
Sapiens nihil ita exoptat vt aurem attentam. num.151.
Sapiens dignoscitur in lingua sua. cap.4.num.131.
Sapiens numquam potentium iras prouocabit. nu.145.
Sapientibus adhærendum qui agunt de sapientia & cognitione Dei. cap.6.num.153.
Sapientibus nobis coniungendum est. ibidem.
Quod proferrur ex diuinis narrationibus à sapientibus audiendum est nobis. cap.6.num.154.
Ad sapientem euigilare quid. cap.6.num.156.
Cum inuenitur sapiens euigilandum ad eum. cap. 6. num.156.
Gradus ostiorum sapientis atterendum pedibus. n.137.
In sententijs & scite dictis sapientum conuersandum. cap 8.num.47.
Coram rege nemo ostendendus est sapiens. c.7.n.34.
Qui cum sapientibus graditur sapiens est. cap. 9.nu. 79.
Qui cum sapientibus communicat particeps fit sapientiæ. cap.9.num.92.
Audienda verba sapientum. cap.9.num.95.
Sapiens iure ipso naturæ liber est. cap.10.num.187.
Omnis sapiens liber, omnis insipiens seruus. num.188.
Sapiens cum est dives melius honorem venatur. cap.10 num.220.
Sapientum doctrina deriuatur à fonte sapientiæ. c.11. num.61.
Cum Deus instituit hominem perfecte sapientem facit. cap.11.num.111.
Sapiens examinat secum quantum acceperit vt retribuat cap.12.num.4.
Sapientia.
Ex diuina sapientia morum institutio procedit. in Isag. num.1.
Sapientiæ definitio & ethymologia. c.1.n.2.
De omni sapientiæ genere loquitur Sirach ibidem.
Sapientiæ ethymologia ex Græco. c.1.n 3.
Sophiæ nomen quid significet. ibidem.
Sapientiæ ethymologia ex Hebræo. c.1.n.4.
Sapientiæ origo Deus. c.1.n.5.
Nomine sapientiæ Deus præ alijs nominibus delectatur. c 1.n.6.
Sapientiæ vnica & non multiplex. c.1.n.8.& 38.
Omnis sapientia à Deo emanat, præcipue à sapientia filij. c.1.n.9.
Sapiētia Dei nutrix est & educatrix hominis.c.1.n.12.
Sapientia humana à Deo emanat. cap.1.num.13. circa mores versatur. ibidem.
Sapientia numquam à Deo recedit, & quasi sigillum cum eo est. c.1.n.15.
Sapientia est cognitio altissimarum causarum. c.1.n.16.
De difficultate sapientiæ argumentum. num.17.
Sapientia Dei nequit comprehendi. ibidem.
Sapientia multiplex est sicut arena maris. num.21.
Sapientia est quasi Dei filia. c.1.n.21.
Sapientia inuestigabilis est. c.1.n.24.
Sapientia præcedit omnia. ibidem.
Sapientia diuina ante omnia subsistit. c.1.n.26.
Sapientia dicitur creata secundum humanam naturam. ibidem.
Per sapientiam natura Angelica intelligitur. c.1.n.28.
Sapientia est possessio Dei. c.1.n.30.
Quare dicatur sapientia prior omnibus. c.1.n.31.
Sapientia prudens est intellectus prudentiæ. num.32.
Sapientia Dei fluxit ad creaturas. c.1.n.34.& 37.
Sapientiæ fons æternus Parens. c.1.n.34.
Sapientia est aqua vitæ. c.1. n.35.
Sapientia est vapor virtutis Dei. c.1.n.38.
Sapientia emanatio gloriæ Dei. ibidem.
Sapientia prodijt ex luce solis intelligibilis Dei. c.1. num 38.
Sapientia est speculum & imago Dei. c.1.n.38.
Sapientia Dei se transfert in animas sanctas. ibidem.
Sapientiæ emanatio ad creaturas. c.1.n.39.
Ad accipiendam sapientiam humilitas & frugalitas requiruntur. ibidem.
Sapientiæ radicem nemo comprehendit. num.41.
Nulli reuelata est radix & disciplina sapientiæ. ibid.
Nullus sapientiæ diuinæ vestigia odoratus est. ibid.
Sapientiæ disciplina quid. c.1.n.45.
Viribus naturæ nulli est manifestata disciplina sapientiæ. ibid.
Sapientiæ effusio adumbrata in Aarone. c.1.n 77.
Sapientiæ diuinæ vnguentum effusum super Adam.ibid.
De plenitudine Dei nos omnes accipimus sapientiam. num.78.
Sapientiæ diuinæ laudes. c.1. n.80.
Sapientia vera in Dei amore consistit. c.1.n.100.
Sapientia Dei charitas est. c.1.n.102.
Sapientia thesaurus est in indeficiens. ibid. & n. 144.
Initium ad sapientiam est concupiscere. num.103.
Sapientiæ cognitio amorem sui generat. c.1.n.104.
Apparere in visu est communicare sapientiam. nu.105.
Sapientiæ Dei nidus qualis. c.1.n.117.
Sapientia sicut mater repleta timore Dei. num 124.
Sapientiæ thesaurus est latietas diuinæ voluptatis.n.125
Sapientiæ fructus sunt bona opera. c.1.n.126.
Sapientia suis fructibus timentes Deum inebriat. n.127
Sapientia infinitus thesaurus. c.1.n.128. & 136.
Sapientiæ conditiones & fructus. ibidem.
Sapientia instar fluuius communicat aquam sapientiæ. c.1.n.139.
Sapientia distillat pluuiam vt expellat homo siccitatem peccati. ibidem.
Sapientia illustrat eos, qui eam tenent. c.1.n.140.
Qui sapientiam vult augere radicem timoris excolat. c.1.n.142.
Quæ sint sapientiæ diuitiæ. c.1.n.145.
Sententiæ graues in thesauris sapientiæ condimentur. c.1.n.166.
Quis thesaurus sapientiæ. c.1.n.168.
Modus adipiscendi sapientiam qualis. c.1.n.175.
Sapientia vera qualis. ibidem & 176.

Sapien-

Sapientiæ concupiscentia deducit ad regnum æternum. cap.1.num.176.
Pulchra allegoria Iacobi & Rachelis ad obtinendam sapientiam.cap.1.num.177.
Sapientiæ concupiscentia certam habet ipsius consecutionem.cap.1. num.171.
Qui sapientiam appetit postulet à Deo.ibidem.
Sapientia & timor fundamenta virtutum. cap.3. nu. 2.
Qui dicantur filij sapientiæ.ibidem.
Iusti in vulua sapientiæ gignuntur ibidem.
Vera Sapientia in ecclesia inuenitur.cap.3.num.4.
In quærenda sapientia temperantia seruanda. nu.98.
In verbis splendet sapientia.cap.3.num.150.
Sapientia filijs suis vitam inspirat. cap.4.num.52.
Sapientia iustificatur à filijs suis.cap.4. num.56.
Sapientia exaltat filios suos.ibidem.
Sapientia amplectitur inquirentes se.cap.4.num.57.
Sapientia inuenitur à quærentibus illam.ibidem.
Sapientia præit in via iustitiæ ibidem.
Quiad sapientiam vigilant dulcedine sua fruuntur.c.4 num.63.
Qui diuinam sapientiam tenuerit ditescet.num.66.
Sapientia amatores suos exaltat.ibidem.
Sapientiæ possessor benedicetur à Deo. cap.4. num.167.
Quo intrat sapientia benedicit Deus. cap.4.num.68.
Qui colunt sapientiam sunt velut sacerdotes. nu. 70.
Sapientiam diligentes ab eo diliguntur.cap.4.nu.71.
Sapientiæ auscultator gentes iudicabit.cap.4.nu.73.
Qui sapientiam non audit regni moderationem nō meretur.cap 4.num.74.
Sapientiæ auditor indicabit in vita futura.num.75.
Qui intuetur sapientiam habitabit confidenter.num.76
Sapientia confortat & parit fiduciam.ibidem.
Qui sapientiæ credit eius heres fit. cap.4 nu.78.
Sapientia comitatur iustum in tribulatione.num.80.
Sapientia ambulat cum iusto sibi credente.cap.4.nu.82.
Sapientia in principio suos ducit per tribulationes.n.84
Sapientia tribulationes immittit,vt probet. cap.4.n 87.
Sapientia metu afficit suos donec probet.cap.4.nu.93.
Sapientia filios suos consolatione confirmat.num.95.
Sapientia ducit iustos per viam consolationis.nu.96.
Sapientia detegit arcana suis studiosis.cap.4.num.98.
Sapientia iustum locupletat cognitione iustitiæ.ibidem.
Sapientiæ protectio durat vsque ad tempus in quo aberrauerit iustus. cap. 4.num.99.
Sapientia tradit desertorem sui in manus inimici sui. cap.4.num 104.
Sapientia non abscondendain decore suo.cap.4.nu.130
Sapientia decor est facilis & aperta doctrina. ibidem.
Qui appetit sapientiam particeps est amicitiæ Dei.cap.6 num.65.
Sapientia non est pænalis.cap.6.num.68.
Aurum non potest comparari cum sapientia ibidem.
Qui in iuuentute obtinuit sapientiam, in senecta eum non deserit.cap 6.num.80.
Accedendum ad sapientiam,quomodo.num.82.
Sapientia quærenda sicut pecunia.cap.6.num.82.& 119.
Quid labor arantis & serentis cum labore acquirendæ sapientiæ.cap.6.num.83.
Laborandum in acquirenda sapientia vt obtineantur fructus eius.cap.6.num.84.
Sapientiæ fructus quales.cap.6.num.89.
Stulti sapientiam execrantur.cap.6.num.90.
Cur sapientia alta & profunda dicatur.ibidem.
Sapientia indoctis aspera.ibidem.
Sapientia insipientibus sicut cibus insipidus num.91.
Quid dicant indocti qui sapientiam contempserunt.ibid.
Quare sapientia dicatur aspera imperitis.num.92.
Sapientia nimium grauis stultis.cap.6.num.95.
Qui sapientiæ grauitatem sustinere non valet illam proijcit. cap.6.num.97.
Sapientia non ζοφία,sed σοφία.cap.6.num.98.
Sapientia à sapere deducitur.ibidem.
Sapientia doctrinalis docet summo bono iugiter adhærere.cap.6.num.98.
Sapientia non manifestatur multis.cap.1.num.3.& c.6. num,98.
Sapientia paucis nota. cap.6.num.99.
Ij qui in terra suauiter viuentium degunt non inueniunt sapientiam ibidem.
Sapientia illos, quibus cognita est non deserit. cap.6. num.110.
Sapientia doctrinæ non semper permanet in homine. ibidem.
Ad arcem diuinæ sapientiæ se recipiunt, qui effugerunt manus peccatorum cap 6.num.109.
Non renuendum sustinere quidquid molestum pro sapientia acquirenda offeratur.cap.6.num.111.
Præmium sapientiæ dignum est labore, quo acquiritur. ibidem.
Sapientia stultis onus est at studiosis decus & honor. ibidem.
Allegoria subiectionis sapientiæ. cap.6 num.112.
Sapientia pro dilectione Dei.ibidem.& num.119.
Qui se videt adstrictum vinculis sapientiæ n.113.
Corde non corpore accedendum ad sapientiam nu.114.
In omni animo accedendum est ad sapientiam. cap. 6. num.116.
Sapientiæ vestiga seruanda cap.6. num.117.
Custodienda monita sapientiæ totis viribus & conatibus. cap.6.num.118.
Non potest obtineri sapientia nisi Deus det. cap. 6. num.122.
Sapientia non deserit hominem nisi ab illo deseratur. cap 6. num.123.
In maleuolam animam non intrat sapientia.num.123.
Sapientia conuertitur in oblectationem. c.6.num 125.
Sapientia assimilatur palmæ.ibidem.
Sapientiæ compedes sunt spiritualia vincula c 6.n.126.
Vincula sapientiæ non dedecus,sed decus afferunt.c.6. num 127.
Qui vinculis sapientiæ soluitur expugnatur à vitijs.c.6. num.127.
Qualis sapientiæ protectio ibidem.
Sapientiæ effectus similis effectibus pecuniæ.ibidem.
Sapientia similis ligno vitæ,& quare. c.6.nu.128.
Promittit Sirach subiectionem sapientiæ in stolam gloriæ conuertendam.cap.6.num.132.
Torques sapientiæ ornamentum in prosperitate. ibid.
Cogitare de sapientia finis prudentiæ est. n.134.
Decor vitæ quem præstat sapientia perfectio charitatis est.c.6 n.133.
Sapientiæ studiosis confert Deus splendorem sicut contulit Iudith. c.6.n.134.
Vincula sapientiæ alligatura salutaris. num 135.
Vincula sapientiæ nexus hyacinthinus. ibidem.
Qui apprehendit sapientiam induitur ornamento glorię. c.6. n.136.
Qui accipit sapientiam exaltatur ab illa num.137.
Sapientia in morem sponsæ in domum cordis transferenda. c.6.n.137.
Qui apprehendit sapientiam ab illa magnificatur. ibidem.
Sapientia sui studiosum corona protegit. num.138.
Sapientia corona tuetur & munit ibidem.
Per sapientiam homo rex constituitur. ibidem.
Sertis honorificis redimere solet sapientia. num.139.
Audienda vix sapientia cum animi delectione. cap.6. num.144.
Vt hostes excipienda sapientia. c.6. n.145.
Beseleel impletus est sapientia. ibidem.
Qui dilexerit audire sapientiam euadet sapiens. cap.6. num.146.
Non nisi post longam rerum experientiam sapientia adipiscitur. c.6.n.149.
Beatus homo qui vigilat ad fores ostij sapientiæ. cap.6. num.157.
Studiosus sapientiæ illam consequitur. num.163.
Postulanda sapientia à Deo qui dat affluenter. cap. 6. num.163.
Sapientiam ostentare quid. cap.7.num.35.
Quid per sapientiam & doctrinam intellectus. capite 8. num. 48. Hanc edidicimus à senibus. ibidem.
Vilior est sapientia cum diuitijs. cap.10. num.220.
Quid sit ambire nuptias sapientiæ. cap.11.num.2.
Via recta ad acquirendam sapientiam est humilitas. c.11. num.2.
Sapientia memori mente obsequium amatori suo persoluit. cap.11.num.3.
Honorem sapientiæ amittit qui arrogantiæ fluctibus agitatur. cap 11.num.3.
Qui fructibus sapientiæ vult delectari deponit fastum & induit humilitatem. ibidem.
Proprium sapientiæ est humiles exaltare. ibidem.
Per humilitatem sapientiæ stulta facta est sapientia sapientum. cap.11.num.4.
Sapientia grato animo est erga eum qui ei obsequium

præstat.cap.11.num.5.
Omnis sapientia à Domino Deo est & promanauit ad creaturas.cap.11.num.108.
Ex flumine sapientiæ Dei nascitur aurum cognitionis Dei.ibidem.
Sapientia pro practica cognitione rerum humanarum. cap.11.num.109.
Deus absconditam sapientiam orbe condito hominibus communicauit.ibidem.
Thesaurus sapientiæ Dei est, vnde diuitiæ sapientiæ depromuntur.cap.11.num.110.
Saphirus.
Saphirus fuit olim in magna veneratione. cap.1.nu. 55. & cap.11.num.125.
Saphirus colorem cæleſtem denotat. cap. 11.num.125.
Sara
Sara maritum Dominum vocauit.cap.9.num.14.
Sara deprehensa ab Abimelech quia non incedebat velata. cap.9.num.42.
Quid per filium Saræ & filium ancillæ significetur.c.10. num.212.
Saul.
Quare sacrificium Saulis noluerit Deus accipere.cap.7. num,66.
Saul postquam inumuit reprobus factus est.c.10.n.62.
Deus permutauit Saulem pro Dauid.num.137.
Saul inspicatus ascendit ad regnum.cap.11.num 48.
Quæritur quis sit pater Saul vt contemnatur.c.13.n.128
Scala.
Scala Iacob denotat Incarnationem Christi Domini. cap.1.num.57.
Scala Iacob significat commercium cæli & terræ.cap.2. num.52.
Explicatio scalæ D. Augustini.cap.10.num.133.
Scandalizari, scandalum.
Scandalizari in labijs quid.cap.1.num.194.
Scandalizare quid. ibidem.
Cauere debet homo à verbis, quæ possunt scandalum impingere.ibidem.
Scandalum vitandum.cap.1.num.196.
Scandalum apud Hebræos quid.cap.5.num.13.
Scandalum ponere in æquitate quid. cap. 7.num.44.est etiam violare iustitiam. ibidem.
Iudæi scandalizabantur cum audiebant Crucifixum.c.5. num.13.
Scelus.
Scelera vocantur flamma ignis cap.8.num.57.
Sceleris horror impedit à nocendo.cap.8.num.74.
Qui scelerum debitor est cauet sibi à periculo incidendi in manus ministrorum Dei.cap.11.num.206.
Quod scelus Moab, quod tantopere Deus punierit. cap.11 num.228.
Amicitia scelerosorum vitanda.cap.12.num.30.
Scientia, scire.
Scientia quæ virtus cap.1.num.146.
Scientia est practiua & non speculatiua.ibidem.
Scientiæ descriptio à D.Bernardo.ibidem.
Qui prætendit se scire quod nescit vanus est. cap.5. num.77.
Scientia Dei obseruatio legis & voluntas Dei.cap.7. num.64.
Scientia vnde sumpta animi tumorem parit. cap. 3. num.117.
Scientia Babylonica deceptoria est.ibidem.
Multi lapsi sunt in errores qui luce scientiæ & cognitionis caruerunt.cap 3.num.119.
Qui scientiam non habet, docere non debet.ibidem.
Scortator, scortatio, scortari.
Scortantium mulierum vagari proprium est.cap.9.n.19
Scortatio venalem habet libidinem.cap.9.num.34.
Primum damnum scortantis est perdere animam cap.9. num.34.
Scortator Dominum animæ suæ in meretricem transfert.ibidem.
Secundum damnum scortatoris est perditio facultatis. cap.9.num.35.
Qui nutrit scorta perdit substantiam suam.ibidem.
Scorti corpus cænum est, & ita conculcatur & contemnitur cap.9.num.46.
Scriba.
Scriba vel litteratus idem quod sapiens. cap.10.nu.35.
Scriba comparatur patri fam. qui nutrit populum spirituali cibo.ibidem.
Scriba idem quod omni doctrina & scientia instructus. cap.10.num.35.
Scribæ nomen est etiam dignitatis.cap.10.num 36.
Scriba apud nostrates est, *notario*, aut *eſperuano*, ibidem.
Scribæ munus est iudicare causas.ibidem.
Deus scribæ tribuit honorem in populo vt faciat fructũ &c.cap.10.num.36.
Christus prænuntiauit futurum scribam quendam discipulum.ibidem.
Scriptura.
Diuina scriptura Viridarium sapientiæ. in Isag. num.18.
Scriptura animam saginat.ibidem.
Scrutari, scrutatio.
Non scrutandum in superuacuis rebus, cap.3.num.111.
Res superuacuæ quæ dicantur.ibidem.
Nulla vtilitas in scrutandis rebus, quæ ad salutem animæ non pertinent.cap.3.num.100.
Verbum scrutari & examinare forense.cap.7.num.34.
Vanum est scrutari altiora, &c. cap.3.num.100.
Quæ scrutatio rerum non prohibeatur. cap.3.num.101.
Scrutatio non debet esse vana sed vtilis.num.104.
Superuacue scrutari quid.cap.3.num.112.
Nimia scrutatio prohibetur.cap.3.num.113.
Quid sit scrutari Ierusalem in Lucernis.cap.11.nu.187.
Secretum.
Secretum cordis Deo aperiendum cap.4.num.142.
Secretum non reuelandum nisi fidelitatem experiamur eius, cui committimus cap.6.num.39.
Secretum extraneo non reuelandum.cap.8.num.88.
Delectus habendus vt secreta reuelentur.num 90.
Non omnibus secreta committenda.ibidem.
Nullum secretum vbi regnat ebrietas.num.92.
Non manifestandum secretum sine delectu.ibidem.
Qui coram amicis suum secretũ effundit eorum seruus perpetuo efficitur cap.6.num.60.
Securitas.
Vana securitas multos condemnat. cap. 5.num.29.
Seditio.
Seditio minime concitanda. cap.7.num.46.
Ab homine qui seditionem concitat cauendum. cap.11. num.238.
Semel.
Semel idem quod immutabiliter.cap.5.num.31.
Seminare, seminatio, semen.
Quid sit super petram seminare.cap.2.num.96.
Qui seminat, expectat vsque ad tempus messis.cap.6. num.84.
Seminare mala quid.cap.7.num.15.
Non facienda seminatio in sulcis iniustitiæ. ibidem.
Qui seminant in lacrymis in exultatione metunt.cap.7. num.16.
Semina alia euanida alia.cui nullus euentus respondet. cap.7.num.17.
Semina peccati perniciem afferunt.ibidem
Seminare in sulcis iniustitiæ idem ac seminare in carne. cap.7.num.18.
Seminare voluntatem & opera quid.cap.7.num.21.
Quæ seminauerit homo hæc & metet. cap. 7. num.18.
Senex, Senectus.
Senes pueriles mores imitantur.cap.3.num.57.
Senes spernuntur à iuuenibus.cap.3.num.58.
In medio senum prudentum standum sicut Christus in medio doctorum.cap.6.num.148.
Coram senibus instandum cum humilitate & non cum præsumptione.ibidem.
A senibus tractanda respublica.cap.6.num 149.
In senibus prudentia. cap.6.num.150.
Senes insipientes excluduntur.cap.6.num.151.
Iudicandi ius penes senes debet esse. cap.4.num.28.
Senes ab vsuperiti. cap.6.num.150.
Senibus est excellentia experientiæ & prudentiæ. c.7. num.87.
Senex instar magistri ibidem.
Nullus se ita senem considerat, vt vno plus anno viuere suspicetur.cap.7.num.217.
Senex parentis munere fungitur.cap.7.num.87.
Præceptum senes honorandi.cap.8.num.35.
Magna fuit olim reuerentia ad senes.ibidem.
Non spernenda, nec exprobranda senectus. cap.8.nu.36.
Senes cauendi ne quid committant, quo iuuenibus ludibrio esse possint.ibidem.
Senex ex nobis fiunt cap.8.num.37.
Senes contemnere displicet Deo.cap.8.num.36.
Senes & presbyteri sapientes docent sapientiam. cap.8. num.48.

Senes

Senes à iuuenibus imitandi.cap.8.num.50.
Ab eo quod senes consuluut non aberrandum. ibidem.
Senes facile docent alios veram rerum intelligentiam. cap.8.num.51.
A senibus accipiendum quomodo loquendum sit.cap.8. num.52.
Senes cum sapientes sunt illustrant intellectũ iuuenum ibidem.
Senes ex conspectu quotidiano susannæ igne concupiscentiæ ardebant.cap.9.num 44.
Verbum seniorum Laudatur ex prudentia & grauitate sententiarum.cap.9.num.100.
Senes instar fluuiorum cogentes sapientiam & prudentiam.ibidem.
Monita senum & consilia quasi fluxus manantes ad alios.ibidem.
Senectus immatura succedit ei qui in libidine vitam ducit.cap.10.num.04.
Sensus, sensatus.
Bonus sensus quid.cap.1.num.162.
Tradi in reprobum sensum quid.cap.4 num.104.
Sensatus quis.cap.6.num.156.
Cum inuenitur sensatus euigilandum ad eum. ibidem.
Sensus exteriores pendent ab interioribus. cap. 11. num.38.
Sententia.
Sententiæ graues in thesauris sapientiæ continentur. cap.1.num.166.& 171.
In sententijs & scite dictis sapientum conuersandum. cap.8.num.47.
Fugiendum à temeraria sententiæ pronuntiatione.c.11. num.67.
Septulum, Septenarius.
Septuplum pro multipliciter.cap.7.num.20.
Septuplum pro multiplicitate pœnarum cap.7.num.21.
Septenarius numerus perfectionem significat. cap.7. num.20.
Omnis culpa mortalis septuplicem pœnam habet.cap.7. num.21.
Seraphim.
Quare Seraphim velarent faciem Dei.cap.10.num.51. & cap.13.num.81.
Seraphim velarunt faciem Dei vt immemorem reddererent iniuriarum.ibidem.
Sermo.
Sermones seruare quid.cap.2.num.123.
Sermonem blandum vocat Sirach guttur suaue.c.6.n.26
Non stillandi acuti sermones auribus insipientium.c.6. num.91
Sermonis iteratio taxatur à Christo Domino. c.7.n.85.
Sermo noster sæpe non loquenti sed audienti pugnam generat.cap.8.num.22.
Sermones alterius non interrumpendi. cap.11.num.64
Serpens.
Natura & mores serpentum.cap.3.num.23.
Sicut serpens infirmatur ad mortem, sic anima.ibidem.
Seruitus, seruire.
Seruitutis nomen quid significet.cap.2.num.1.
Qui statuit seruire iustitia & timore & patientia fulcitur cap.2.num.3.
Seruitus competit corpori non menti.cap.7.num. 132.
Seruiendum domino cum timore.cap 9.num.82.
Seruitus, vel libertas neque addunt sapientiam neque tollunt prudentiam. cap.10.num.187.
D. Ambrosius disputat de seruitute & libertate. cap. 10. num.188.
Seruus.
Magna Dignitas esse seruum Dei.cap.1.num.93.
Seruus quid debeat facere.cap.2 num.3.
Serui non defraudandi libertate qui sensati sunt. cap.7. num.131.
Seruus potest domino beneficium conferre. num.131.
Beneficium serui meretur beneficium libertatis. cap.7. num.131.
Indignum est seruum prudentem diu seruire.nu.132.
Seruus in libertatem donatus non debet vacuus manu mitti à Domino. cap.7.num.133.
Liberi qui sapientia carent debent seruire seruo sapienti cap.10 num.188.
Seruus solet euehi ad dignitatem sua industria.cap.10. num.189.
Seruus nutriendus affectu filiorum.cap.7.nu.125.
Seruus debet seruire amice, & Dominus illum bene tractare.ibidem.
Serui boni digni sunt mutua beneuolentia.ibidem.
Si seruus sensatus petierit libertatem non deneganda, neque vacuum ire permittendum.cap.7 num.129.
Seruus sensatus diligendus quasi anima vel vita. ibidem.
Serui humiles amici.& in sermonem admittendi.cap.7. num.129.
Seruus sensatus non defraudandus libertate. cap. 7. num.130.
Seruus septimo anno liber dimittebatur in lege veteri ex præcepto Dei.ibidem.
Sigillum.
Sigillum Dei eius omniporentia. cap. 1. num. 29.cælo diuinæ sapientiæ cælatum.ibidem.
Signaculum signum.
Signaculum quid.cap.1.num.29.
Signorum natura qualis.cap.9.num.85.
Silentium,
Silentium Dauid exprobrati à semei.cap.1.num.165.
Simplicitas.
Simplicitas veritatem comitem habet.cap.1. num.201.
Iusti simplicitas irridetur. cap. 3 num.73.
Simulator, simultas, simulatio.
Simulatores & callidi prouocant iram Dei.cap.1.n.189
Simultas quid.cap.3.num.76.
Pernitiosum est fuco simulationis proximum lædere: cap 7.num.74.
Non admittendi in amicitiam simulatores. cap. 7. num.82.
Simulator idem quod hæreticus.cap.12.num.65.
Sirenes.
Sirenes erant in delubio voluptatis cap.9.num.23.
Sirenes vocantur serpentes Cristati & alati.ibidem.
Sirenes quæ fingebantur, quæ?cap.9.num.24.
Sirenes vocantur diræ pestes.ibidem.
Siren dulce malum.cap.9.num.24
Sirenes dicebantur voluptates allegotice.ibidem.
Euitandus Sirenarum cantus & carmina.cap.9.num.25.
Sirenarum musica demulcet animos.ibidem.
Socius, Societas.
D. Nazianzenus & D. Basilius cum impijs socijs commisceri noluerunt.cap.7.num.9.
Societas indisciplinatorum periculosa.cap.7. num.102.
Cum quo societas debeat coniungi. cap. 13.num.89.
Societas impiorum causa est proijciendi Dei eruditionem.ibidem.
Pares cum paribus facillime sociantur.cap.13.num.93.
Quare Societas Iesu hoc nomine Iesu decoretur. In Isag.num 15.
Sodoma.
Sodomorum auaritiam Deus puniuit. cap. 4.nu.161.
Præcipium vitium Sodomorum videtur fuisse auaritia & opulentia.ibidem.
Cur ante Sodomæ punitionem Deus diuerterit ad Abraham.ibidem.
Sodomæ subuersio propter nefanda eius peccata.cap.9. num.61.
Confœderatio supplicij Sodomorum.cap.10.num.126.
Vitium Sodomorum superbia, quæ virtutum ruina est. & origo malorum.ibidem.
Sodomorum ciuitates destruxit Deus.cap. 10.num.146.
Quare destruxerit Deus omnem circa regionem Sodomorum. cap. 3.num.130.& cap.10.num.146.
Sodoma plena flagitij, criminum regio.num.146.
Sollicitus, Sollicitudo.
Sollicitum ambulare timorem & obseruantiam significat. cap.2.num.125.
Nemo in hac vita est, qui sollicitudine non angatur. cap.10.num.96.
Dum corporis obsequio addicti sumus mille sollicitudinibus subijcimur.ibidem.
Sollicitudines & curæ vitam auferre solent.ibidem.
Taxat dominus nimiam sollicitudinem in rebus temporalibus.cap.11.num.71.
Somnus somnium.
Cognitio quæ est per somnia visio dicitur. cap. 1. num.104.
In somnis solebat Deus prophetas alloqui.ibidem.
Somnium non est res vera sed apparens.cap.13. nu.74.
Per somnium apparuit Deus salomoni cap.1.num.105.
Illegitimus concubitus vocatur somnus, ex quo filij expurij nascuntur.cap.11.num.201.
Per quietem somnus intelligitur. cap.13. num.73.

Sophista.

Sophiſta.
Sophiſtarum herba fugienda. c.5.n.72.
Soror.
Soror vocatur conſobrina,& frater conſobrinus. cap.7. num.121.
Sperare, ſpes.
Sperare in Domino,aut confidere quid. c.2.n.72.
Ponere in Domino ſpem ſuam quid. ibid.
Omnis noſtra ſpes in Deo reponenda. c.2. n. 73. & non in diuitibus. c.13.n.44.
Spes pro Deo reputata. ibid.
Spes ſæpe ſapientiſſimos fallit. ibid.
Spes iuſti non fruſtratur. cap.2. num.74.
Spetantes in Domino beati. ibid.
Spem aperire quid. cap.2. num.74.
Qui ſperat in Domino non confundetur. cap.2.nu.75.
Ponenda in Deo ſpes & ei adhærendum. cap.13.nu.62.
Spes in Deo tuta. cap.2.num.76.
Deus eſt ſpes iuſtorum. ibid.
Spes eſt linea,qua ſperans ſe ad rem ſperatam extendit. cap.2. num.74.
Vana ſpes deludit quemquam. cap.13.num.33.
Spem vitæ æternæ comparamus non auro ſed fide & bonis operibus. cap.2 num.31.
Obuias ſpes amplecti argumentſt leuitatis eſt.c.13.n.33
Qui ſpem ſuam in Deo collocant non confundentur. cap.2.num.76.
Spes ſæpe ſapientiſſimos fallit. cap.13.num.33.
Quare non ſperandum in rebus vanis & iniquis. c.11. num.178.
Spes eſt deluſarum montium morbus. cap.13.num.33.
Spiritus.
Spiritus ſanctus no n eſt ſemen Dei. cap.1.num.60.
Spiritus pro ſapientia. cap.1.num.78.
Qui vocatur ſpiritus mundi & ſpiritus Dei. num.105.
Spiritus Dei homines ſpirituales facit. cap.1.num.137.
Spiritus Dei filios adoptiuos facit. ibid.
Intellectus & ſcientia ſunt dona Spiritus ſancti.n.146.
Quare dona Spiritus ſancti vocentur etiam virtutes. cap.1.num.146.
Quid ſit prohibere ſpiritum. cap.11.num.205.
Sponſa, ſponſus.
Sponſa per vim è matris gremio rapiebatur. cap.1. num.140.
Sponſa immemorem ſe præbuit iniuriarum. cap.10. num.50.
Sponſa ita inrenta erat in diligendo ſponſum vt immemor eſſet iniuriarum. ibid.
Sponſa petit oſculum ſponſi, vt vitam & animam hauriat. cap 4.num.14.
Oculi ſponſi quare columbæ comparentur. cap. 11. num.89.
Quare manus ſponſi aureæ ſint & tornatiles. cap.11. num.99.
Quare opera ſponſæ vocentur paradiſum malorum punicorum. cap.11.num.116.
Per tigna & laquearia deſignantur gratia Dei & opera ſponſæ.cap.11. num.135.
Sponſa ſiba vocabatur & hæres mariti. cap.7.num.17.
Quare ſponſa domum non aperuit cum ſponſus pulſauit ad ianuam. cap 13.num.53.
Sponſor, ſpondere.
Sponſores nullo adhibito conſilio temerarij & ſtulti. cap.8.num.63.
Antequam quis ſpondeat perpendere debet quantis viribus polleat. cap.8.num.64.
Qui ſpondet. quaſi reſtituens cogitare debet. cap. 8. num.66.
Qui ſpondet in poteſtatem creditoris incidit. ibidem.
Qui ſpondet cito liberet ſe ſicut damula & auis.cap.8. num.66.
In ſponſione periculum eſt ſoluendi. cap.8.num.67.
Qui ſpondet ad reſtitutionem ſe obligat. cap.8.nu.68.
Stare.
Stare in iuſtitia & timore quid. cap.2.num.3.
Stare dupliciter dicitur. cap.6.num.148.
Verbum ſtandi præſentiam corporis indicat. num 152.
Qui ſe exiſtamat ſtare videat ne cadat. cap.8.num.34.
Verbum ſtare attentionem judicis indicat.cap.11.nu 38.
Stare ſignificat ſtatum perſeuerantem vſque ad finem. cap.11.num.149.
Stare in teſtamento quid.cap.11. num 147.
Stola.
Stola quid. cap.6.num.131.
Stola proprium veſtimentum fœminarum. ibid.
Stola ornamentum etiam virorum, vt videtur in Ioſeph. ibid.
Stola honorificum ornamentum matronarum & ſacerdotum cap.6.num.136.
Quid per ſtolam gloriæ & ſtolam corporis.cap.13.n.46
Strabones.
Strabones ſunt qui oculos diſtortos habent. cap.3. num.133.
Impij ſimiles ſunt Strabonibus, qui cognitionem habent & non affectum. ibidem.
Struthio.
Struthionis nomine hypocritæ deſignantur. cap. 1. num.184.
Struthio ſignum prodigalitatis. cap.12.num.5.
Stultus, ſtultitia.
Stultus aliorum famam vellicat & detrahit. c.1.n.165.
Stultus poſt acceptam plagam ſapit. cap.3.num.31.
Stultus eum flagellatur murmurat contra Dominum. cap.4 num.88.
Stulti obiurgationes execrantur. cap.6.num 92.
Stulti propter difficultatem acquirendæ ſapientiæ illam proijciunt. cap.6.num.93.
Stulti cum eos tentatio pungit timorem Dei à ſe excutiunt. cap.6.num.93.
Cauendum à ſtultis & blatteronibus. cap.8 num.21.
Stultorum eſt non prius conſiderare verba quam loquantur. ibidem.
Stulti male loquuntur de progenire eorum qui cum illis verſantur. cap.8.num.24.
Stultus eſt implacabilis & incorregibilis. c.8. nu.81.
Cum ſtultis conſilium non habendum. cap.8.num.85.
Stultus ſtulta placent, & præbent conſilium iuxta mentem ſuam. cap.8.num.86.
Stultus ſecretum ſeruare nequit.cap.8.num.87.
Stultus eſt qui murmurę increpatus. cap.10.num.194.
Stultus caſtigatus reſultat & fremit. ibidem.
Quare homo fiat ſtultus à ſcientia Dei. cap.3. nu. 116.
De ſtulto qui ſe cognoſcit potius quam de ſapiente ſuperbo ſperandum. c.7. n.35.
Ira ſtulti grauior ſaxo & arena. c.8.n.77.
Qui cum ſtulto init ſocietatem perit in ſtultitia ſua. c.8 n.80.
Stulti ſunt qui certant in ijs, quæ ad ſe non pertineat. c.6.n.66.
Subuerſio, ſubuertere.
Similitudo ſubuerſionis ex arbore ſubuerſa. c.9.n.62.
Subuertere quid. cap.13.num.130.
Sulcus.
Sulcus quid. cap.7.num.15.
Sulci iniuſtitiæ ſunt deſideria carnis & mali affectus. cap 7 nu.n.18.
Serere ſuper ſpinas eſt ſeminare in ſulcis iniuſtitiæ. cap.7.num.17.
Sulci iniuſtitiæ ſunt affectus animæ.cap.7.num.19.
Corda ſulci iniuſtitiæ nominantur. ibidem.
Superbia, ſuperbus.
Superbis in peccata cadere vtile eſt. cap.1.num.197.
Abiectioni Deus ſuperbiam ſupprimet. cap.2. num.36.
Superbiæ exprobratio. cap.3.num.137.
Non eſt ſanitas ſuperbo. cap.3.num 142.
Superbus à longe cognoſcitur. cap.3.num.144.
In manu ſiniſtra ſuperbia,& in dextera humilitas. c.3. num.140.
Superbo non eſſe ſanitatem quid. cap.4.num 146.
Rex Tyri exemplum ſuperbiæ. ibidem.
Calamitas ſuperbi comitem habet deſperationem.cap.3. num.147.
Annihilatio pœna eſt ſuperbiæ. cap.3.num.146.
Superbia per latitudinem ſignificatur. ibidem.
Superbus inſtar cedri- cap.3.num.148.
Superbi neque plantati neque radicati. cap.3. num.149.
Omnes ſuperbos puniet Deus in die iudicij. num.146.
Superbos Deus ab vberibus repeller. cap.4.num.27.
Sub nomine ſuperbi intelligitur iniuſtus, iniurius,&c. cap.4.num 37.
Superbia fugienda. cap.5.num.11.
Superbi poſſunt appellari criſtati ſicut galli. ibidem.
Superbia in verbo & ſenſu fugienda. cap.6. num.7.
Superbia quid & vnde naſcatur. ibidem. & cap. 10. num.73.
Superbus quis. ibidem.
Superbia ſolet dominatum obtinere in corde hominis. ibidem

Superbia quaſi tyrannus obſeſſam ciuitatem intercipit. cap.6.num.8.
A ſuperbia oriuntur iurgia. ibidem.
Superbia proprium vitium eſt potentis ac diuitis.cap.6. num.9.
Cauendum à feritate ſuperbiæ.cap.6.num.12.
Superbiæ effectus eſt eneruare vires animi ibidem.
Superbia crudelis.cap.6.num.13.
Cauendum à ſuperbia ne virtus hominis elanguеſcat. cap.6.num.14.
Anima quæ ſuperbierit peribit de populo. ibidem.
Superbus remanet ſicut arbor ſterilis & infructifera.c.6 num.16.
Superbia regis Tyri damnatur.cap.7.num.28.
Superbum ſequitur humilitas.cap.7.num.72.
Dehortatio à vitio ſuperbiæ.cap.10 num.44.
Superbũ odio proſequuntur Deus & homines.c.10.n.55
Superbia & arrogantia prouocant iram Dei.ibidem.
Superbia odium generat.cap.10.num.56.
Superbia fumus eſt.cap.10. num.58.
Quid ſit;dum ſuperbit impius incenditur pauper.cap.10 num.58.
Superbus fur eſt honoris & gloriæ.cap.10.num.59.
Deus odit ſuperbiam & ſuperbum.Vide Deus.
Peccatum ſuperbiæ fere indelebile eſt. cap. 10.num.60
Superbit homo quia obliuiſcitur mortis. cap.10.nu.76.
Mors & eſca vermium optimum contra ſuperbiam remedium.cap.10.nu.105.
Initium omnis peccati eſt ſuperbia,& quare.c.10.n.118.
Ex ſuperbia initium ſumpſit omnis perditio.ibidem.
Cum ſuperbia dominatur ſenſus & potenias hominis gubernat.ibidem.
In cœlo generata eſt ſuperbia in primo Angelo.ibidem
Dominatus ſuperbiæ qualis.cap,10.num.119.
Superbia regina vitiorum. ibidem.
Pes ſuperbiæ qualis.ibidem.
Superbia radix omnium hæreſum.cap.10.num.119.
Qui tenuerit ſuperbiam implebitur maledictis.num.121
Omnis ſuperbus immundus in conſpectu Dei.ibidem.
Deus ſuperbos cunctorum hominum contemptui exponit.ibidem.
Quid per ſenſus effundit Superbus niſi ſcelera multa. cap.10.num.121.
Superbia poſſeſſorem ſuum penitus ſubuertit num.122.
Penditur ſuperbia filiorum Adam, qui cæperunt turrim ædificare.ibidem.
Superbia radix prima malorum.cap.10.num.122.
Quomodo dicatur ſuperbia initium peccati,cum ſit cupiditas radix malorum.cap.10.num.123.
Superbia in intentione eſt initium malorum & auaritia in executione ibidem.
Opera ſuperborum ſunt inductiones voluntatis eorum. cap 10.num.125.
In ſuperborum conuentibus fecit Deus vlciones n.126.
Superbia euertit poſſeſſores ſuos.cap 10.num128.
Peccatum ſuperbiæ puniuit Deus tradendo ſuperbos in deſideria cordis eorum.cap.10.num.128.
Deſtruit Deus ſuperbos vſque in finem, id eſt, pœnis æternis.cap 10.num.130.
In locum ſuperborũ perficiuntur mites & humiles.c.10. num.132.
Superbos potentes odit Deus.ibidem.
In locum dæmonum exaltauit Deus homines.ibidem.
Propter ſuperbiam eiecit Deus gentes ex terra Chanaan.cap.10.num.144.
Superbos Deus arefacit & diſperdit.cap.10.num 148.
Superborum principatus ſimilis arbori,&c.ibidem.
Superborum nomen facile corrumpitur.cap.10 nu.130.
Multi duces ſuperbi in æterna obliuione ſepulti.c.10. num.151.
Superbus euaneſcit ſicut fumus.ibidem.
Propter ſuperbiam Dathan & Abiron à terra deuorati. cap.10.num.152.
Superbia non eſt creata hominibus nec proprie naturalis cap.10.num.156.
Superbia in homine,& ira in muliere videntur naturales cap.10.num.157.
Nemo cum puer eſt ſuperbia effertur.ibidem.
Superbi laborant in acquirenda gloria,quæ breui conſumitur.cap.10.num.196.
Superbia fouet in anima deſperationem.cap 3. nu. 142.
Superbiæ caſus fere nunquam ſanatur.cap.3. num.142.
Superbi deſcriptio.cap.3. num.149.
Superbi locus non inuenitur.ibidem.
Superbus ſicut capera.cap.11.num.222.
Superbi & doloſi mordentes dentibus ſuis proximos exitium parant.ibidem.
Superbus aliena calamitate vult creſcere.ibidem.
Superbus nihil in bonam partem accipit. num.224.
Superbi vocantur operantes iniquitatem cap.11nu.234.
Supertor.
Par pari referat ſuperio ſi ipſe à fratribus honoratur. cap.10.num.175.
Supplantare.
Supplantare quid.cap.3.nu.139.& 140.& c.13.nu.31.
Verbis blandis primi parentes ſupplãtati ſunt.c.13.n.32
Supplicium.
Ingens ſupplicium deſeri à Deo.cap.2 num.108.
Supplicia ex peccatorum merito oriuntur.cap.2.nu.139.
Supplicia in Deo non multum durant.cap.4.num.97.
Supplicij dilatio optime diuinæ prouidentiæ conueñit. cap.5.num.21.
Supplicium canis initar impedit hominem ne cælum ingrediatur.cap.7.num.3.
Poſt peſſimam actionem ſupplicium ſequitur.num.19.
Non diffidendum ex comminatione ſupplicij.num.55.
Supplicio addictis olim vini meri poculum exhiberi ſolitum.cap.7.num.70
Æternum damnatorum ſupplicium quale.cap.7.n.110.
Qui ducebantur ad ſupplicium beati prædicabantur.c.11 num.42.
Subſannatio,Subſannare.
Inducere ſubſannationem eſt dare maculam.c.11.n.239.
Deus in die iudicij ſubſannabit peccatores. c. 11.n.240.
Suſanna.
Suſanna noluit incidere in manus Dei viuentis. cap.2. num.133.
Suſpicio.
Aliqui à ſuſpicione humana ſupplantantur. cap. 3. num.118.
Suſtinere.
Verbum ſuſtinere quid. c.2.n.19.& 29.
Quare præceperit Deus vt iuſtus ſuſtineat ſuſtentationes Dei. c.2.n.27.
Suſtinendæ ſuſtentationes Dei ne cadamus in ſuperbiam. c.2.n.27.
Suſtinendus Dominus in tribulatione & expectandus c.2.n.29.
In dolore ſuſtine,quid. c.2.n.35.
Verbum ſuſtinere pro expectare.c.2.n.58.
Suſurro, ſuſurrator, ſuſurrare.
Homines ſuſurrones qui.c.5.n.82.
Suſurronis & detractoris vitium deteſtabile. cap. 5. num.83.
Deus præcipit neminem eſſe ſuſurronem. ibid.
Suſurratores amicitias diſſuunt. ibid.
Suſurrator inſtar negotiatoris. num.83.
Suſurratio fugienda. ibid
Suſurro & detractor peiores ſuribus. c.5.n.86.
Suſurratorem comitatur pœna mortis. c.5. n,87.
Verba ſuſurronis quaſi vulnera. c.5.n.89.
Pœna ſuſurronis qualis. c.5.n.90.
Suſurratores Deo odibiles. ibid.
Diſcordias auget ſuſurrator. ibid.
Suſurro eſt incentor litis. c.5.n.90.
Suſurro & detractor ſimiles. ibid.
Suſurratori odium competit. c.5.n. 91.
Qui ſuſurrat contra proximum odio habetur. ibid.
Suſurrones contumelioſi. ibid.
Suſurrare eſt maledicere,& iactare probra.cap.12.n.79.
Suſurrare pro murmurare ad irritionem alterius. c. 12. num.79.
Suſurrare apud Græcos quid.cap.12.num.68.
Symbolum.
Symbolum accipitur pro eo,quod in cænam comparandam plures conferunt.cap.9. num.52.
Symbolum dare quid.cap. 9.num.93.
Synagoga.
In medio idẽ ſynagogæ ac in magna Eccleſię frequentia. cap.1.num.197.

T.

Tabernaculum.
Quare promiſerit Deus ponendum tabernaculum in medio noſtri.cap.4.num.18.

Tabernaculum Ecclesia. ibidem.
Talentum.
Qui talentum non vult duplicare condemnatur. cap. 4. num. 154.
Talentorum parabola explicata. cap. 6. num. 14. & cap. 7. num. 52.
Tantalus.
Tantali fabula quid denotet. cap. 9. num. 68.
Tantalus lambebat aquas & sitiens erat. cap. 11. n. 139.
Tantalus imago diuitis auari. ibidem.
Tardare.
Verbum tardandi quid. cap. 5. num. 45.
Taurus.
Taurus simbolum superbiæ. cap. 6 num. 9.
Tauri simbolum ex Pierio. ibidem.
Qui extollit sese taurum erigentem ceruicem imitatur. ibidem.
Mons Taurus cap. 6. num. 10.
Temerarius.
Temerararius quis. cap. 9. num. 102.
Tempestas.
Tempestatis descriptio. cap. 4. nu. 96.
Templum.
Templum domus orationis. cap. 2. num. 80.
Tempus.
Temporis opportunitas obseruanda. cap. 4. num. 105.
Tempore bene vtendum. cap. 4 num. 106.
Tempus redimere quid. ibidem.
Tempus est quasi captiuum cum male expenditur. cap. 4 num. 106.
Tempus obseruare quid. ibidem.
Tempus acceptabile. cap. 4. num. 111.
Nullus sumptus pretiosior est tempore. cap. 4. num. 106.
Tacite labuntur tempore. cap. 11. num. 142.
Tempus hominem præterire quid. ibidem.
Tempus Præterit. cap. 11. num. 143.
Quid sapientissimum tempus. ibidem.
Quare dicatur tempus fugere & non ire. ibidem.
Tentatio.
Tentatio. Vide Iustus & Vir & Homo.
Nemo in vita tentationibus liberatur. cap. 1. num. 96.
Tentatio quid? cap. 2. num. 1.
Timor necessarius est ad non cadendum in tentatione. cap 2. num. 3.
Disponendus animus ad tentationes. cap. 2. nu. 4.
Præparare se debet homo ad tentationem. ibidem. & ne succumbat tentationi finē victoriæ debet respicere. cap. 2. num. 5.
Tentatio idem quod bellum. cap. 2 num. 8.
Deus non patitur hominem tentari supra vires suas c. 2. num. 2. & 26. & 30. & cap. 1. num. 158.
Quare Deus permittat fideles tentari & vexari. c. 2. n. 30
Fidelem si iustis exhibet Deus in tentationū certamine cap. 2. num. 26.
Tentatio efficax remedium contra superbiam. num. 27.
Tentatio probat iustum. cap. 2. num. 41.
Tentatio desperationis abigenda. cap. 2. num. 60.
Qui suffert tentationem accipiet coronam. cap. 2. nu. 63.
Malus tentationibus turbatur, vt Pharao. cap. 2. nu. 111.
Deus tentationibus iustum fœcundat. cap. 4. num. 83.
Tentatio significat omne genus tribulationum nu. 84.
Qui tentationibus succumbit à sapientia deseritur. c. 4. num. 103.
Tentationes non accersendæ. cap. 3. num. 126.
Patrimonium grande tentatio est. cap. 11. num. 31.
Permanere in humilitate remediū est ad vincendas tentationes. cap. 11. num. 158.
Tentare pro probare & experiri. cap. 13. num. 66.
Terra Terrenus.
Quæ dicatur longitudo & latitudo terræ. c. 1. n. 22.
Terræ ambitus qualis. cap. 1. num. 33.
Terræ mensura incerta. ibid.
Terra sicut mater concipit & parit. c. 1. n. 124.
Beata terra, cuius rex sapientia decoratur. c. 4. n. 74.
Terra, quæ bibit imbrem benedicitur à Deo. c. 4. n. 101.
Terra firmata est super stabilitate sua. c. 6. n. 129.
Terra pro mari terræ inimisto. c. 10. n. 127.
Parcitatem in rebus terrenis persuadet Apostolus. c. 11. n. 29.
In rebus terrenis multæ mutationes. c. 11. n. 175.
Terræ promissiones. vide promissio.
Testamentum.
Vetus Testamentum thesaurus est. c. 1. n. 135.
Stare in testamento suo quid. c. 11. n. 147.
Lex Dei vocatur testamentum. ibid.
Vbi testamentum est necesse est vt intercedat testatoris mors. c. 11. n. 147.
Testamentum fœdus vel pactum significat. n. 148.
Thamar.
Thamar simulauit se scortum esse. c. 9. n. 18.
Pretium pro concubitu Thamar quale. c. 9. n. 34.
Thesaurus.
Thesauri nomine quid. c. 1. n. 143.
Thesauri etymon & definitio. c. 1. n. 144.
Thesaurus sapientiæ quis. c. 1. n. 168.
Ex thesauro sapientiæ significatio disciplinæ hauritur. ibidem.
In thesauro sapientiæ continentur sententiæ graues. c. 1. n. 166. & 171.
Thesauri sapientiæ quales. c. 1. n. 184.
Thesauri impietatis quid. c. 5. n. 53.
Thesauri spirituales quærendi sunt in cælo. c. 11. n. 159.
D. Thomas Cantuar.
D. Thomas Cantuariensis regi obsistere non recusauit. c. 8 n 5.
Thronus.
Sedere in throno significat maiestatem. c. 1. n. 54.
Thronus regalis Dei denotat eius maiestatem. c. 1. num. 55.
Thronus Dei saphirinus. ibid.
Thronus eburneus Salomonis erat propugnaculum iustitiæ. c. 11. n. 69.
Thuribulum.
Thuribula vocantur ignium receptacula. c. 1. n. 129.
Timidus.
Qui corde timido est inconstans est omnibus vijs suis. c. 2. n. 98.
Ochozias timidus & improbus. ibid.
Timidi & inconstantes qui dicantur. c. 2. n. 98.
Timidus quid. ibid.
Timor, Timere.
Timor Dei est primus sapientiæ effectus. cap. 1. nu. 80.
Timoris definitiones. ibidem.
Timor Domini quid. cap. 1. num. 80. & 110. & 118.
Timori antiqui fanum erexerunt. cap. 1. num. 81.
Timorem Deum secum habebant. ibidem.
Timor Dei qualis. cap. 1. num. 82.
Timor rempublicam continet. ibidem.
Timor facit vt leges obseruentur. ibidem.
Timor domini peritus nauclerus. cap. 1. num. 83. & aculeus ibidem.
Timor peccata consumit. ibidem.
Timor disponit ad obtinendam sapientiam. num. 84.
Timor gloriam & laudem parit in metuente. ibidem.
Timor Domini filialis addit decorem habenti illum. c. 1 num 85.
Qui timet Dominum amicitia Dei potitur. num. 87.
Timor Domini instar coronæ honorat hominem. c. 1. num. 87.
Timor Domini cor delectat cap. 1. num. 88. & viuificat. num. 89. eius fructus. ibid.
Timor Dei pedagogus hominis. c. 1. n. 90.
Timens Deum in nouissimo die decorabitur gloria. c. 1. n. 91. & benedicetur. n. 114.
Magna dulcedo Domini reposita timentibus se. cap. 1. num. 94.
Fundamentum veræ sapientiæ est timor Domini. n. 106.
Timoris Domini diuisio. cap. 1. num. 107.
Quid faciat timor Dei filialis. ibidem.
Timor filialis & initialis est initium sapientiæ. cap. 1: num. 109.
Timor initialis est cum quis incipit bonus esse, & quo quis purgatur à peccatis. cap. 1. num. 109. & 110.
Timor Domini est aditus ad pietatem. cap. 1. num-109.
Vbi est timor ibi est obseruantia legis cap. 1. num. 110.
Timor est basis sapientiæ est basis verbi aurea. cap. 1. num. 111.
Timor Domini præcipuum locum in sapientia tenet. cap. 1. num. 112.
Timor Dei cæteris alijs rebus præferri debet. ibidem.
Timor filialis qualis. ibidem.
Timor Domini cum fidelibus in vulua concreatur. c 1. num. 114. & secundum Dei prædestinationem. ibidem.
Timor Domini cum electis fœminis graditur. cap. 1. num. 116. & illas comitatur in via recta sicut pedagogus. ibidem.

Timor Dei cognoscitur esse per opera. cap. 1. num. 117.
Timor Dei nidificat in cordibus sicut auis in arboribus. ibidem.
Timor Dei generat in corde pietatem. cap. 1. nu. 119.
Timentibus Deum omnia cooperantur in bonum. c. 1. num. 122.
Timens Deum in die mortis benedicetur. ibidem.
Timor Domini plenitudo sapientiæ. cap. 1. num. 123.
Timor Dei incitat ad appetendos fructus cælestes. c. 1. num. 128.
Timor Domini est scopus sapientiæ. cap. 1. num. 125.
Timor Domini thesaurus sapientiæ. num. 137. & 145.
Qui timet Deum recedit à malo. cap. 1. num. 153.
Timor Dei fons vitæ pellucidus. ibidem.
Timor & amor Dei mouent ad pœnitentiam. c. 1. n. 129
Timor Domini decorat hominem, & amatores sapientiæ ornat. cap. 1. num. 132. & coronat. num. 134. & affert pacem & salutem animæ. num. 135. & pullular. num. 136.
Timor Domini fructus inter dona Dei computantur. cap. 1. num. 138.
Timor Domini radix sapientiæ. cap. 1. num. 141.
Sicut radix in profundo terræ est, sic timor in profundo humilitatis tenet hominem. ibidem.
Timor Domini decorat hominem. cap. 1. num. 124.
Ex timore Dei quasi ex radice vita longa efrondescit. cap. 1. num. 142.
Timor Domini ex se solum non expellit peccatum. c. 1. num. 149. & 150. sed potest esse occasio obtinendi contritionem. num. 149.
Per timorem venitur ad charitatem, & simul cum contritione expellit peccatum. cap. 1. num. 150.
Timor idem quod contritio secundum Vasquez. ibid.
Timor infert bellum peccato. cap. 1. num. 151.
Timor Dei iram ex corde expellit. ibidem. num. 132.
Timoris vires. cap. 1. num. 152.
Timor quem sequitur charitas gratiam fouet in animo. cap. 1. num. 153.
Timor Domini disciplinam generat, quia mores corrigunter. cap. 1. num. 179.
Non reijcienda ea, quæ timor Dei suggerit facienda. cap. 1. num. 186.
Timori Dei debet homo obtemperare. num. 186. & 187.
Timor Dei præcipit filijs habere constantiam num. 187.
Stare in timore quid. cap. 2. num. 31.
Timor necessarius est ad non cadendum in tentatione. ibidem.
Timor Dei nec in prosperis nec in aduersis relinquendus cap. 2. num. 53.
Timor Dei est initium sapientiæ & corona. ibidem.
Timentes Deum sperant in misericordia eius. cap. 2. num. 59 & credere debent præmia reportaturos. cap. 2. num. 62.
Timentes Deum facile credunt verbis Dei. num. 119.
Credulitas & fides pendet à timore Dei. cap. 2. n. 120.
Timor & religio inter se connexa sunt. ibidem.
Timor Domini frænum ad arcendam animam. ibidem.
Cum timor Domini recedit animus incredulus efficitur. cap. 2. num. 121.
Timentes Dominum scire curant, quæ ei beneplacita sunt. cap. 2. num. 124.
Qui timet Deum nihil negligit. ibidem.
Timentes Deum custodient mandata eius. c. 2. n. 132.
Timentes Deum patientiam habent. ibidem.
Alacriter custodit legem qui timet Deum. ibidem.
Quare qui timet Deum debeat honorare parentes. c. 3. num. 37
Timentes Dominum filij vocantur. ibidem.
Miserrima est vita, quæ timore Dei non continetur. cap. 4. num. 9.
Cum quis timorem Dei expellit ex corde, in multa peccata prolabitur. cap. 5. num. 26.
Timentes Deum inuenient fidelem amicum. cap, 6. num. 74.
Verbum timere pro reuerentiam habere. cap. 7. nu. 170.
Timor Dei pro adoratione & cultu. cap. 7. num. 171.
Quare adoratio iungatur cum timore Dei. ibidem.
In lege gratiæ timor Dei generat amorem. ibidem.
Timor filialis includit reuerentiam. cap. 7. n. 184.
Quis timendus magis. cap. 9. n. 70.
Lætandum in timore Dei. cap. 9. n. 82.
Timentes Dominum honorabuntur à Deo. c. 10. n 166.
Magna est dulcedo quam Deus abscondit timentibus se. cap. 10. n. 176.
Timens Deum non pauper sed diues debet appellari. cap. 10. n. 179.
Timentes Dominum ipse glorificat. cap. 10. n. 183.
Timentes Deum apud ipsum maior est principibus. cap. 10. n 185.
Timens Deum magnus est apud eum. ibidem:
Timens Deum nec prosperis eleuatur, nec opprimitur aduersis. cap. 11. n. 95.
Tobias.
Tobias timentes Dominum inuitauit ad epulandum. cap. 9. n. 80.
Tobias laudatur quia filium suum bene instituit. cap. 11. num. 201.
Torques.
Torques idem quod neruus & collare, & numella. cap. 6. n. 107.
Boiæ sunt torques damnatorum & furca. ibidem.
Torques proprie est ornamentum aureum. n. 108.
Torques sapientiæ cedit in ornamentum gloriæ. cap. 6. num. 108.
Quid torques Ioseph patriarchæ cum prorex creatur. cap. 6. n. 109.
Nomen Hebræum & Græcum respondens torqui quale cap. 6. n. 131.
Quid per torquem, quam Pharao dedit Ioseph significetur. cap. 6. n. 132.
Tribuere.
Omni petenti tribuendum. cap. 7. n. 204.
Tribulatio, tribulatus.
Tribulatio brevis & momentanea. cap. 1. n. 157.
Sicut proxima est tribulatio, ita & vicina promissio. cap. 1. n. 158.
Post tribulationem Deus faciem iucundam ostendit. cap. 1. n 159.
Tribulationum occasus martyres facit. cap 1. n. 168.
Deus socius est eius qui est in tribulatione. c. 2. n. 27.
Tribulatio efficax remedium contra superbiam. cap. 2. num. 27.
Expectandus Dominus in tribulatione. cap. 2. n. 29
Deus in fine tribulationis glorificat tribulatum. cap. 2. num. 30.
Fideles Deus probat igne tribulationis. cap. 2. n. 42.
Igne tribulationis excoquit Deus scoriam iustorum. cap. 2. n. 42.
Tribulatio patientiam operatur. cap. 2. n. 43.
Homines receptibiles tribulationibus explorantur. c. 2. num. 44.
In tribulationibus cognoscitur bonitas homi. s. ri. 45.
In tribulatione miserationis Domini recordari magna consolatio. cap. 4. n. 64.
Cum quis à tribulatione proteritur, conatur spem Deo auxiliatori conijcere. cap 2. n. 64.
Tribulati debent expectare gaudium æternum duraturum. cap. 2. n. 65.
Tribulatio introitus est superni gaudij. ibidem.
In tribulationibus Deus diligendus. cap. 2. n. 66.
Tribulatio animum conturbat, sicut turba puluerem. cap. 2. n. 68.
In tempore tribulationis speciosa est misericordia Dei. cap. 2. n. 89.
Tribulatio supplicium peccatorum. cap. 2. n. 90.
Per tribulationem Deus peccatores ad se conuertit. cap. 2. n. 90.
Ex tribulatione nascitur remissio. ibidem.
Probat Deus tribulationibus. cap. 2 n. 110.
Iniusti probantur tribulationibus. ibidem.
Recordatio Dei est liberatio à tribulatione. cap. 3. n. 71.
Rogatio tribulati non abijcienda. cap. 4. n. 17.
Tribulationis ignis explorat bonos & malos. c. 4. n. 45.
Tribulationes gaudium afferunt iusto. cap. 4. n. 84.
Tribulatio rectificat hominē ducens ad Deum. c. 4. n. 98.
Media tribulatione Deus corda confirmat. num. 95.
Tribulatio vento aquilonari comparatur cap. 4. n. 98.
Post tribulationem consolatio. cap. 4. n. 96. & 98.
Tribulatio compellit ad Deum confugere. cap 4. n. 98.
Momentanea est tribulatio si cum pondere gloriæ conferatur. cap. 6. n. 85.
Tribulatio perducit hominem ad Deum. cap. 4. n. 98.
Christus in tribulatione oratione est excitandus. c. 10. num. 203.
Iustorum patientia in tribulationibus. cap. 2. num. 27.
Tribulatio prodest iustis. cap. 2. num. 16.
In tribulationibus iustorum Deus dormire videtur. cap. 10. num. 206.

Tribulatio & punitio solet peccata delere. cap. 2. num.90.
Tribulatio repositam habet lætitiam, quam præparauit Deus diligentibus se cap.11. num.96.
Quid sit tribulationem & dolorem inuenire.c.13.n.42.
Tribulatio multa bona affert ei qui affligitur. ididem.
Tribulationes excitant diuinum præsidium.cap.2.n.64.
Tribulatio prodest iustis. cap.2.num.26.
Eos, qui tribulationibus præmuntur vocat Deus amicos, cap.11.num.97.
Tribulationes vinum sunt quo iusti inebriantur. cap.11. num.97.

Tributum.

Tributum & vectigal quid. cap.4.num.35.

Tristitia.

Tristitia. vide oratio.
Omne quod triste est tolerare debemus vt Christi eiusque gloriæ participes habeamur. cap.11 n.170.

Triticum.

Triticum in mense octobri seminandum.cap.7.num.15.

Tuba.

Quare tubæ factæ ad introducendum populum. cap.4. num 135.
Per tubas argenteas significantur doctores. ibidem.

Turba.

Qui non valet turbam placare quid facere debeat. cap.7.num.49.

Tygris.

Tygris cum nascitur pedes priores versus orientem solem attollunt. cap.1.num.113.

Tyrannus, tyrannis.

Tyranni leonis nomine significantur. cap.4.num.157. & cap.11.num.44.
Omnia tyrannidi cedunt, cuncta potentiam formidant. cap.8.num.8.
Vita tyrannorum breuis. cap.10.num.91.& 100.
Iustorum & tyrannorum differentia qualis. c.10.n.92.
Dies tyrannorum minorantur. ibidem.
Nouum vidit Thales, scilicet, tyrannum senem. cap.101 num.92.
Quare vita tyrannorum breuis sit. cap.10. num.94.
Vita tyrannorum breuis, quia habet multos necem molientes & insidias machinantes. num-95.
Tyrannus circumspicit inimicitias hostiles. ibidem.
Tyrannus odio habetur ab omnibus, qui etiam eius mortem apperunt. cap.10.num.95.
Dionysio tyranno vetula vitam precabatur, & quare. ibidem.
Tyranni vermibus & putredini specialiter tradendi. cap.10.num.102.
Solet Deus vermium corrosione in tyrannum vindicare. ibidem.
Tyranni in inferis vermibus & igne torquebantur.c.10. num.103.
Tyrannorum corpora in inferis à vermibus depascuntur. cap 10.num.105.
Quales dicebantur tyranni. cap 11.num.43.
Regis & tyranni destructio. ibidem.
Quare tyranni se dicant in throno regio, cum illis non debeatur imperium. cap.11. num.44.
Aliquando vult Deus tyrannos præficere ad puniendos peccatores: ibidem.
Tyranni carnifices Dei ad torquendum impios.cap.11. num.44.
Quare Deus patiatur tyrannos dominari. ibidem.
Dolendum quod tyranni domineutur. ibidem.
Magnum malum est tyrannos sedere in throno.cap.11. num.44.
Tyranni descriptio. ibidem.
Causæ quatuor ob quas Deus præficit tyrannos vt imperitent alijs. cap.11 num.45.
Secunda causa vt iusti probentur. ibidem.
Tertia vt grauius puniantur tyranni. ibidem.
Quarta vt reijciant mercedem bonorum, quæ fecerunt. cap.11.num.45.
Singularis Dei prouidentia in tyrannorum animaduersione.cap.11.num.46.
Puniuit Deus tyrannidem Nabuchodonosor. cap.11. num.46.
Non abijcit Deus potentes sed tyrannos. cap.10. n.49.

V.

Vadimonium.

Vadimonio adest noxia. cap.8.num.68.

Va.

Væ particula dolentis. cap.2.num.98.
Tò væ pollicetur calamitatem. cap.2.num.107.
Væ comminatiua supplicij. cap.3.num.124.

Vagare.

Scortantium mulierum proprium est vagare. &c.9 n.19.

Vapor.

Vapor vnde oriatur. cap.1.num.38.

Vbera.

Per vbera & per lac quid intelligatur. cap.7.num. 200.

Velamen, velare.

Ad pudorem & honestatem velabantur olim mulieres. cap.9.num.41.
Velamen ad subiectionem & pudicitiam seruandam. cap.9.num.42.
Sara deprehensa quia non incedebat velata. ibidem.

Vellus.

Vellus Gedeonis quid adumbret. c.1.n.67.& c.5.n.67.

Venenum.

Venenum dicitur vel bonum vel malum in lege.cap.6. num.71.

Venia.

Venia, vide, remissio.
Non prohibetur sæpe veniam petere, sed culpas iterare. cap.7.num.93.
Ad impetrandam veniam multum conducit orare. c.7. num.56.

Ventilare, ventus.

Ventus aquilo dissipat nubes. cap.4. num.98.
Ventilare quid. cap.5. num.54.
Ventum nemo refrænare potest manibus suis. cap.11. num.204.

Venus.

Cur venus furtiua dulcior. cap.9. num.47.
Venus Bacchi socia vocabatur. cap.9.num.51.

Verbosus. verbositas.

Verbosus tam in bono, quam in malo sumitur. cap. 7. num.85.
Verbosus quis. ibidem.
Verbositas & garrulitas prohibentur. cap.7. num.86.
Verbositas prohibetur in conspectu seniorum.c.7.n.87.
Verbosi multa inepte dicunt, & sic odio habentur. c.9. num.102.

Verbum.

Verbum diuinum fons est quia manauit ex Patre.cap.1. num.34.
Verbum diuinum gladius.cap.1.num.57.
Verbum diuinum instar pluuiæ descendit ad Mariam virginem.cap.1.num.67.
Quomodo verba Semei pessima, essent à Domino præcepta. cap.2.num.37.
Factores verbi saluantur. cap.13.num.13.
Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.ibid.
Verbum quasi granum sementis. cap.4.num.129.
Verbum instar grani seminati in terra. ibidem.
Verbum Dei non retinendum, sed seminandum. cap.4. num.129.
Verbum prædicationis coram intentis auditoribus non abscondendum. num.130.
Verbum veritatis non contradicendum. cap.4.nu.137.
Verba sunt veluti torrentes, cap.4.num.152.
Verbis facienda statera. ibidem.
Qui in verbis facilis est interiora sua euacuat. cap.4. num.153.
Verbi repetitio quid indicet. cap.5.num.14.
Verbum pacis & iustitiæ quærendum. cap.5. num.62.
Mansuetudo necessaria ad verbum Dei audiendum. c.5. num.65.& 70.
Insitum verbum recipiendum in mansuetudine. cap.5. num.65.
Ad audiendum verbum Dei optima dispositio mansuetudo. cap.5.num.66.
Verbum Dei instar pluuiæ. ibidem.
Ros Gedeonis significat verbum Dei. num.67.
Magdalena exemplum audientium verbum Dei. cap.5. num.68.
Verbi diuini auditio in mansuetudine debet esse.cap.5. num.69.
Verbum diuinum per manna significatum. ibidem.

Verbum Dei nutrit. ibidem.
Verbum diuinum instar imbris. cap.5 num.70.
Verba prædicantis pluuiæ sunt. ibidem.
Qui verba Dei audiunt debent ea intelligere. cap.5. num.71..
Verbum Dei flos dicitur. ibidem.
Verba, quæ ad vtilitatem non conducunt non audienda. cap.5. num.71.
Verba præ se ferunt gloriam vel ignominiam. cap.5. num.80.
Qui verbis dulcibus docet multiplicat discipulos. c.6. num.26.
Sicut diuitiæ vim habent multiplicandi amicos, sic verbum dulce. ibidem.
Verba comparantur ventis. ibidem.
Verbum dulce mitigat inimicos. cap.6.num.27.
Verbum dulce conducit ad iram arcendam.num 28.
Verba dulcia furantur cor. cap.6.num.29.
Loqui verba idem quod seminare. cap.7.num.16.
Verba amatoria vim habent expugnandi adolescentularum pudicitiam.cap.7.num.149.
Quare paucis verbis opus sit ad exorandum Deum, cap.7.num.90.
Verba hominis de sua fortuna conquerentis. cap. 11. num.167.
Verba amara & dolosa sagittæ sunt, quæ in arcu linguæ præparantur ad nocendum. cap.12.num.48.

Verecundia.

Verecundia, vide pudor, & timor.
Verecundia in femina timorem Dei indicat. cap. 1. num.116.
Verecundia in muliere prætiosum ornamentum.cap.7. num.123.
Alia ornamenta præter verecundiam Deo non placent. ibidem.
Gratia verecundiæ mulieris super aurum æstimatur propter splendorem. ibidem.
Verecundia pessima est cum in confessione tegitur peccatum. cap.4.num.120.

Veritas, verum.

In veritate quid. cap 2.num.94.
Verum dicendum.cap.4.num.112.
Persæ vera loqui docent omnes. cap.4.num.115.
Veritas & iustitia idem cap.4.num.148.
Quare veritas in rationali posita. ibidem. & cap. 11. num.54.
Veritas posita in rationali vt defendatur à pontifice.c.4. num.149.
Qui veritatem non defendit proditor est ibidem.
Qui odit veritatem odit Christum. cap.4. num.149.
Illum, qui veritatem defendit Deus defendit. cap.4. num.150.
Veritas & mendacium duplex campus, quem possumus arare. cap.7. num.27.
Pauci sunt veritatis amatores. cap.7.num.84.
Cognitio veritatis cibus animæ suauis. ibidem.
In defensionem veritatis potest quis cum potentioribus contendere. cap.8. num.5.
Veritas odium parit. cap.9.num.72.
Quare veritas & iustitia firment regnum. cap. 10. num.8.
Veritas non infringitur penitus. ibidem.
Pilatus cum rogasset; quid est veritas? non expectauit responsum. cap.6.num 93.
D.Ioannes Baptista Herodi restitit audacter quia veritatem defendebat.cap.8.num.5.
Ægyptij festum celebrantes Mercurij mel edebant vt inuenirent, veritatem dulce quid esse. cap. 11. num.17.
Ad explorandam veritatem dandum est tempus. cap 11. num.52.
Quare summus sacerdos gestaret in pectore doctrinam & veritatem.cap.11.num.54.
Sacerdos Ægyptiorum gestabat in collo appensam veritatem. cap.11.num.54.

Vermis.

Vermis inferni dolor intus accusans. cap.7.num.109.
Vermis damnatorum non morietur.cap.7.num.110.
Veri vermes carnes impiorum depasturi. num.111.
Vermium cruciatus acerbior igne. ibidem.
Tam iusti quam iniusti à vermibus deuorantur. cap.10. num.102.
Quomodo putredo pater & vermes sorores. ibidem.
Optimum est sentire vermem cum potest suffurari. cap.10.num.103.
Vermis in inferis non morietur, nec ignis extinguetur. cap.10.num.104.
In inferno genus vermium venenosum & carniuorum. ibidem.

Vespus.

Vespus, vel vespillo quid. cap.1.num.94.

Vestimentum, vestis.

Quare virum & feminam vestibus alternatis indui prohibitum sit.cap.1.nu.189
Quare Deus interdixerit vestimentum ex lana & lino confectum. ibidem
Vestes significant supellectilem ad vitæ sustentationem. cap.4.num.6.
Vestium luxus sollicitat ad libidinem. capite 9. numero 39.
Dehortatur sapiens à inani gloria in vestibus corporis. cap.11.num 29.
Sicut paupertas generat cordis humilitatem, sic pulchritudo vestium superbiam. ibidem.
In fluxu vestium pretiosarum non deest peccatum.c.11. num.30.
Sæculum diligit qui prætiosa vestimenta amat. cap 11. num.30.
Vestium pompa taxatur. cap.11 num.31.
Qui propter inanem gloriam vestes quærunt damnum experiuntur. ibidem.
Curanda est amputatio redundantioris nitoris in vestimentis. cap.11.num.32
Vestimenta Salomonis comparantur lilijs. num. 32.
Vestimenta prætiosa non spectandi causa, sed ad vanitatem induuntur. cap.11. num.33.
Vestimentorum vsus, qui sit corpori commodissimus optimus est. ibidem.
Sicut pudicus vilibus induitur vestibus, sic impudicus prætiosis.cap.11.num.33.
Quomodo vsus vestium sit illicitus. ibidem.

Vetus.

Omnes nitimur in vetitum.cap.9.num. 47.

Via.

Beati sunt qui regiam incedunt viam. in Prol. num. 6.
Via regia qualis in Prol.num.6.
Quæ sit recta ad perfectionem via.cap.2. num.44.
Viam dirigere. quid. cap.2.num.50.
Ingredi duabus vijs quid cap.2 num.96.
Via recta vel mandatorum est, vel virtutis. cap.2.n.113.
Viæ prauæ viæ tenebrarum. ibidem.
Ambulare in vias prauas quid. cap 2.num.114.
Via iniquitatis amouenda. cap.3. num.130.
Qui à via veritatis aberrat deseritur à sapientia.c.4.n.101
Ire in omnem viam quid. cap.5.num 56.
Viam prauam detestatur Deus. cap.5.num.58.
Nomine viarum significantur præcepta diuinæ sapientiæ.cap.6.num.118.
Vias custodire quid. ibidem.
Per viam Domini lex intelligitur. ibidem.
Quare Dauid viam peccatoris vocet suam ipsius peccatoris. cap.9.num.59.
Via impiorum felicitas transitoria. ibidem.
Quare via impiorum prosperetur.cap.9.num.60.

Victoria.

Quid sit cadmia victoria. cap.7.num.144.
Cur Samson silentio contexuerit victoriam dilacerati leonis. cap.7.num.147.

Victus.

Nemo sibi crudelis futurus est victum non quærendo labore suo. cap.10.num.208.
Secundum propriam dignitatem quærendus est victus. cap.10.num.209.

Videre, visus, visio.

Videntes appellabantur Prophetæ. cap.1. num.104.
Visus & visio varie vsurpatur in sacra Scriptura. cap.1. num.104.
In visu apparere est communicare sapientiam.num.105.
Verba visionis inutilis quæ. cap 7.num.16.
Visio inutilis quæ. ibidem.
Ex visus sensu oritur amor. cap.9.num.32.
Videre idem quod examinare. cap.11.num.52.

Vidua.

Oculos viduæ expectare quid. cap.4.num.9.
Viduam, quæ duo minuta misit in Gazophilacium laudauit Christus. cap 4.num.16.
Viduæ lacrymas exaudit Deus. cap.4.num.24.
Viduæ defendendæ cap.4.num.46.

Cur causa viduæ non ingrediatur ad iudicem.num.47.

Vigilare.

Vigilare ad fores quid. cap.4.num.64.
Vigilare pro attendere. cap.13. num.73.

Vinculum.

Vincula rumpere est ignominiam deponere. cap. 5. num.12.

Vindicta.

Vindicta est comes noxæ. cap.5. num.15.
Tarda Dei vindicta non abrogat prouidentiam. cap.5. num.19.
Tardam Dei vindictam aliqui Philosophi vituperarunt. cap.5.num.21.
Tarda Dei vindicta quam vtilis. ibidem.
Tardæ vindictæ exempla. ibidem.
Quos negligenter viuunt solet repentina vindicta comprehendere. cap.5.num.48.
Vindicta Dei motam non facit contra iniquos. cap.7. num.104.
Vindicta ad Deum pertinet. ibidem.
Vindictæ tempus ad Dei spectat administrationem. cap.7.num.104.
Vindicta carnis impij ignis & vermis. cap.7.num.109.
Vindicta non sumenda de vita functo. cap.8.num.39.
Vindicta non facienda. cap.8.num.2.
In vindicta vilis animus ostenditur. cap.10. num.48.

Vinea.

Quid denotet parabola vineæ. cap.10. num.135.

Vinum.

Concilium Pauli de bibendo modico vino. c.3. n.144.
Per vinum intelligitur consolatio. cap.7.num.69.
Vinum mulieribus non propinandum. cap.9. num.51.
Ebrietas in fœmina turpissima. ibidem.
Apud Romanos & alias gentes non bibebatur à mulieribus vinum. cap.9.num.51.
Luxuriosa res vinum. ibidem.
Tolle vinum & non est venus. ibidem.
Ex vino fornicationes & adulteria nascuntur. cap.9. num.62.
Vinum multum fœculentum & asperum, sed vetus suauius & salubrius. cap.9.num.56.
Vinum nouum cum infans est suaue non est. ibidem.
Vinum vetus cum suauitate bibitur. cap.9.num.57.
Vinum exultatio animæ & corporis. cap.11.num.97.
Vinolentum quid. cap.4.num.96.

Vir.

Virum fidelem quis inueniet. cap.1.num.182.
Quare virum & fœminam vestibus alternatis indui prohibitum sit. cap.1.num.189.
Vir fortis Deo dignus. cap 2 num.6.
Vir constans quis vocetur, & quare palmæ comparetur. cap.2. num.7.
Viros fortes decet altæ spei adhærescere. cap.2.nu.72.
Magni viri gaudent rebus aduersis. cap.4.num.84.
Nihil vero illo infœlicius, cui nihil vmquam aduenit aduersi. ibidem.
Vir prudens prius cogitat quod dicturus est. c.4.n.153.
Boni viri grauitas & auctoritas quid faciat. cap. 6. num.28.
Vir bellator deficiens per inopiam quid. cap.13.nu.129.
Vir sensatus contemptus quid. ibidem.
Virum de mille vnum reperire quid. cap. 6.num.34.
Vir bonus & sapiens vnus ad consultandum. ibidem.
Sancti viri compediti dicuntur. cap.6.num.103.
Vir tardius senescit quam fœmina. cap 7.num.155.
Vir bonus sine patrimonio potest eligi vt ei filia tradatur. cap.7. num.157.
Viro sensato filia tradenda in matrimonio. ibidem.
Viri prudentes quærunt in vxore internam animi generositatem. cap.7 num.170.
Vir beneficus inter principes potest sedem obtinere cap.7.num.202.
Vir pius nullibi agnoscit rutam fidem nisi in Deo. c.8. num.65.
Non ambulandum cum viro furioso. cap.8.num.76.
Vir sua zelotypia molestam reddit vxorem. cap. 9. num.10.
Viri & vxoris societas similis optimatum potestati. cap.9.num.11.
Viri superiores sunt vxoribus. cap.9. num.14.
Viri qui dominantur ab vxoribus contemptibiles. c.9. num.16.
Vir potestatem habet in mulierem. cap.9.num.41.
Vir prudens non murmurat correptus. cap.10.num.191.
Virum fortem dæmon pertimescit. cap.2.num.5.
Vir linguosus in ciuitate ab omnibus odio habetur. c.9. num.100.
Nil periculosius viro quam mulier & è contra. vterque palea, vterque ignis. cap.9. num.45.
Vir bonus nõ ex vestitu corporis iudicandus. c.11.n.33.
Vide maritus & fœmina.

Vires.

Vires pro facultatibus. cap.9.num.35.

Virga.

Virga quid significet. cap.2.num.20.
Quare Christus Dominus non permiserit discipulis virgam possidere. ibidem.
Virga instrumentum vltionis. cap.3.num.77.

Virgo, virgunculæ.

Libido in virginibus maiorem famem patitur. cap.7. num.150.
Cum virgunculæ pronæ sint ad libidinem seruandum corpus earum ibidem.
Virgunculæ abducendæ è concursu populi. num.151.
Quare monuerit Apostolus virginem locari in matrimonio. cap.7.num.153.
Virgines Iudorum cum nubiles essent à patribus producebantur in publicum. cap.7.num.158.
Lycurgus præcepit virgines sine dote nubere. cap. 7. num.160.
Prudentes virgines quare salvæ factæ sint. cap. 7. num.219.
Virgo pertinet ad patrem sed nupta ad maritum. cap.9. num.14.
Vultus virginis adolescentulæ non considerandus. c.9. num.27 & 29.
Virgines oculorum ægritudines & conspicientium dolores appellantur. cap.9. num.29.
Decor virginum magis appetibilis. cap.9.num.30.
Decor virginum oculos spectantium fodicat. ibidem.
Virgineus decor appellatur victoria animorum. cap.9. num.30
Qui virginem conspicit, scandalizatur, id est, captus amore cadit. cap.9.num.32.

Virtus.

Virtuti laus & honor debetur, & gloria vmbra virtutis est. cap.1.num.85.
Non magnum virturem cognoscere, sed studiose agere. cap.1.num.118.
Virtutes thesauri sapientiæ. cap.1.num. 143.
Virtus probatur in patientia quasi in lydio. cap.1. num.168.
Virtus tribulatione probatur sicut igne aurum. cap.2. num.42.
Virtutes per peccatum sunt captiuæ in anima. cap.2. num.69.
Operator virtutis beatificatur. cap.3.num.13.
Vitia extirpanda ad plantandam virtutem. cap.6.n.83.
Virtutes basses vocantur constantes & solidæ. n.130.
Nihil difficilius quam amplexari virtutem. cap. 7. num.10.
Virtutes medium tenent. cap.7.num.32.
Dum vita est exercendæ virtutes. cap.7.num.219.
Virtus alieno præconio non indiget. cap.9.num.98.
Virtus extollit hominem. ibidem.
Dignitas vel potentia non auget in homine meritum apud Deum, sed sola virtus. cap.10.num.185.
Virtus in aduersis irradiat. cap.1.num.118.
Virtus sola immortalem gloriam obtinet. cap. 19. num.98.
Variorum virtutes imitandæ. cap.11.num 14.
Deficiens virtute quis dicatur. cap.11.num.84.
In suscepta virtutis via vsque ad mortem perseuerandum. cap.11.num.147.
In lignis cedrinis sponsæ intelligitur perpetua in omni virtutum genere constantia. num.152.
Verus locus est status virtutis. cap.11.num.158.

Visitare, visitatio.

Visitare quid, capite 2. numero 115. & capite 7. num.214.
Visitare infirmos gratum Deo. ca9.7.num.214.
Visitare significat subuenire inopiæ. ibidem.
Infirmi inopes visitandi, & succurrendi. ibidem.
Qui visitat infirmos à Deo & hominibus diligitur. cap.7.num.215.

Vita.

Vnde hauriatur potus vitæ & spiritualis suauitatis. cap.1.num.35.

Vita hominis militia & piraterion. cap.1.num.96.
Vita mortalium pendet à filis parcarum. cap.1.num.94.
Vita comparatur lunæ. cap.2. num.30.
Vita nostra nundinis comparatur. cap.2.num.31.
Quid longæua vita cum honore parentum. cap.3.n.33.
Vita plena vita longa. ibidem.
Vitam inuenire quid. cap.4.num.52.
Vitam spiritualem sicut naturalem Deus inspirat. cap.4. num.53.
Christus Dominus vita animæ. ibidem.
Vitam gratiæ Christus inspirat. cap.4.num.55.
Vitam pro Christo prodigere, accipere vitam est. cap.4. num.60.
Vita pro gloria. cap.4.num.66.
Facilius est morbo alieno infici, quam vitam contrahere. cap.7.num.9.
Mala vita ad se trahet conuitia. cap.7. num.1.
Vita misera intelligitur corruptio, quæ cum æterno interitu coniungitur. cap.7.num.18.
Vita nostra quasi agricultura & tempus serendi. cap.7. num.18.
Vita hæc mercatus est. cap.7.num.219.
Vita ærumnosa mors est. cap.8.num.40.
Vita functi parcendi. cap.8. num.38.
Dum vita fruimur morti appropinquamus, quæ instar aquæ est. cap.8.num.41.
Vita nostra fluuius est, & fluere dicitur. ibidem.
Vita nostra instar somni. cap.8.num.41.
Vita nostra mors desluens. cap.8.num.42.
Vita aulica plena querelis. cap.8.num.50.
Vita in sanguine est. cap.9.num.53.
Qui in vita fœlices se putant cæcitate & *anxietate* laborant. cap.9. num.63.
Omnia, quæ in vita possidentur fluxa & caduca sunt. cap.9.num.65.
Vita nostra comparatur bullis aquæ. ibidem.
Vitæ huius dulcedo muscipula est. cap.9.num.73.
Inordinate viuere consumit vitam. cap.10. num.94.
Excusatur qui ad sustentandam vitam furatur. cap.10. num.207.
Arguendus is, qui peccat in animam suam, subsidium ei non præbendo ad sustentandã vitam. nu.214.
Quæ vocetur vita actiua. cap.11.num.71.
Vita naturalis & spiritualis & æterna à Deo est. cap.11. num.100.
Vitam vocauit Iob ventum. ibidem.
Deus fons vitæ. ibidem.
A Deo solo procedit vita. cap.11.num.101.
Persistendum in bona vitæ institutione. cap.11. nu.137.
Bonus solet vitam pauperem degere, & malus prosperam. cap.11.num.157.
Vita nostra similis trochleæ, qua aqua ex puteo hauritur. cap.11.num.203.
Vita nostra numquam in eodem statu persistit. ibidem.
Vita humana plena vicissitudinibus. ibidem.
Vita brevis & mors certa. cap.11.num.204.
Vita humana multis aduersarijs opprimitur. cap. 11. num. 219.
Cum quis bene viuit non veretur ad vitæ exitum peruenire. ibidem.

Vitium.

Non ignoranda differentia inter magnum & parvum vitium. cap.5.num.95.
Inueterata vitia non facile curantur. cap 10.num.97.
Vitia comparantur ossibus. cap.11.num.128.
Reprehenduntur illi, qui vitia puerorum in senecta conseruant. cap.11 num.128.
Primus aditus ad vitia & improbos mores est delectatio. cap.11.num.237.
Via vitiorum non transeunda, ne pes contagium trahat. Ibidem.
Vitiorum irritamenta longissime profugienda. cap. 12. num.57.
Nemo vitia fugere potest eorum quibus adhæret. c.13. num.12.

Vitula.

Quare vitula assueta trituræ iterum reuertatur ad eam. cap.3.num.140.

Vltio.

Dies vltionis est dies mortis & iudicij. cap.5. num.49.
Vltio non facienda. cap.8.num.2.
In vltione vilis animus ostenditur. cap 10.num.48.
Vltio iniuriarum propria est inclinationis animi. c.10. num.49.
Manus Domini diuinę est seueritas vltionis. c.10.n.179.
Tempus vltionis ad Dei spectat administrationem. c.7. num.104.
Vltio, vide vindicta.

Vnio.

Vnio hypostatica creata fuit cap.1.num.60.
Vnio Patris familias cum filijs laudatur. cap.12. num.7.

Voluntas.

Voluntas iniqua frutex vel stirps peccati est. cap. 3. num.148.
Voluntas humana sicut chamæleon. ibidem.
Voluntas propria instar equi indomiti. cap.8. num.78.
Peccata nascuntur ex propria voluntate. num.79.
Grande malum propria voluntas. ibidem.
Propria voluntas in principe origo est malorum. c.10. num.20.
Reijcitur humanæ voluntatis inconstantia. cap. 6. num.41.
Fons erroris non est Deus sed voluntas peccatoris. cap.11,num.118.

Voluptas.

Voluptas inordinata subruit firmamenta valitudinis. cap.10.num.94.
Voluptas hominibus malorum est esca. ibidem.

Votum, vouere.

Nemo debet votum offerre supra vires suas, cap.8.. num.69.
Qui votum emisit iam obstrictus est. cap. 8. num.70.
Qui vouit ipse verbis suis se illaque auit. ibidem.
Verba vouentis quasi ministri exactores Dei. ibidem.
Quare votum altari comparatur. cap 8.num.70.

Vox.

Vox illa auditorum corda libentius penetrat, quam dicentis vita commendat. cap.4.num.136.
Voci Domini obtemperandum nobis est, cap.4. n. 44.

Vpupa.

Vpupæ conditio qualis cap.3.num.56.
Vpupæ fabula & applicatio. cap. 3.num.60.

Vulgus.

Difficile est vulgum placare. cap.7.num.49.
Descriptio vulgi ex Luciano. ibidem.
Vulgus non agnoscit sapientiam nisi adsint diuitiæ cap.13.num.128.

Vulnus.

Vulnus super vulnus addere, quid. cap.4.num.13.
Qui refricat vulnus renouat dolorem. cap.4. num.15.
Immedicabile vulnus ense resecandum. cap.8.num.56.
Incurabilia vulnera medicamentis nõ cedunt. c.10.n.98.

Vultus.

Vultus est animi expressa imago. cap.10.num.151.
Vultum seruare quid. cap.12.num.62.
Vultum commutare ferocitatem indicat. num.78.

Vxor.

Vxor timeat virum suum. cap.1.num.116.
Vxor prudens æstimanda. cap.7.num.119.
Lætari debet homo cum vxore sua. ibidem.
Vxor bona cerua charissima. cap.7.num.119.
Vxor bona & sensata non reijcienda. ibidem.
Nemo ab vxore sua discedere debet. cap 7. num.120.
Amor coniugis castæ manet. ibidem.
Ebrius est, qui leui de causa odit vxorem. ibidem.
Virtus ornatus bonæ vxoris. cap.7. num.120.
Vxor æstimanda, quam homo sortitur in timore Domini. cap.7.num.121.
Qui cognoscit vxorem suam sola carnali delectatione peccat saltem venialiter. cap.7.num.121.
Vxores diligendæ. ibidem.
Qui à bona vxore discedit, à via recta deflectat. cap.7. num.122.
Vxor bona scopus amoris viri, & ab ea non aberrandum. ibidem.
Vxor sensata quæ. ibidem.
Vxor pudica, quam quis ex sententia nactus est, non proijcienda. cap.7.num.159.
Stultus quærit vxorem diuitem licet careat animi dotibus. cap.7.num.160.
Prudentes quærunt in vxore internam animi generositatem. ibidem.
Vxores diuites maritis dominantur. ibidem.
Vxor siue bona siue mala retinenda. cap.7 num.161.
Arcana non aperienda vxoribus. cap.7.num.162.
Odibili vxori non aperienda cordis arcana. ibidem.
Vxor fidelis non zelanda. cap.9. num.2.
Vxor impudica frustra zelatur. cap.9.num.3.

Vxor dilecta vocatur mulier sinus sponsi. num. 5.
Quare dicatur vxor dormire in sinu mariti. ibidem.
Vxor est sicut filia mariti propter amorem. ibidem.
Exemplum viri luxurioſi docet vxorem luxuriam. c. 9. num. 6.
Vxoris custodia difficillima est. cap. 9. num. 3.
Maritum adulterum vxor ferre non potest. num. 6.
Quales volumus vxores inuenire ipsæ nos inueniant. cap. 9. num. 7.
Vxores cum irritantur à maritis machinantur insidias. cap. 9. num. 9.
Vxor locuples ducenda non est. cap. 9. num. 12.
Prudens ducit vxorem moribus ornatam. ibidem.
Nihil amarius diuitijs in vxore ducenda. cap. 9. num. 12.
Vxores viros Dominos vocare debent. cap. 9. num. 14.
Qui dat potestatem animæ vxori effœminatus confunditur. cap. 9. num. 15.
Vxor dominans exhaurit facultates mariti. ibidem.
Qui vxori subijcitur effœminatus est. cap. 9. num. 16.
Vxoris alienæ pulchritudo non animaduertenda. cap. 9. num. 41.
Quare prohibeatur intuitus alienæ vxoris. ibidem.
Vxor vocatur mulier aliena. cap. 9. num. 43.
Non contendendum cum alienis vxoribus de ebibendis calicibus. cap. 9. num. 51.
Non altercandum in vino cum aliena vxore. cap. 9. num. 52.
Vxor gloria viri. cap. 10. num. 198.
Vxor casta non custodienda. cap. 9. num. 3.
Nihil molestius quam vxorem diuitem ducere. cap. 9. num. 12.
Qui relicta vxore ad alias accedunt, digni sunt talionis pœna. cap. 9. num. 53.

Z.

Zelus, zelare, zelotypus.

Zelare proprie quid. cap. 4. num. 128.
Si in lege statuitur lex pro zelotypis, cur zelotypiam prohiber auctor. cap. 9. num. 3.
Zelotypia est nimius amor. ibidem.
Zelus quid. cap. 9. num. 1.
Zelus morbus est, & se habentem valde cruciat. cap. 9. num. 4.
Quomodo liberandus homo à furore zelotypiæ. c. 9. num. 4.
Zelus est summus affectus vel odij vel amoris. cap. 11. num. 154.

Zorobabel.

Zorobabel figura Christi Domini. cap. 2. num. 75.
Zorobabel à confusione alienus. ibidem.

INDEX

INDEX

Eorum, quæ ad Conciones componendas deseruire possunt.

Prior numerus Caput, secundus numerum marginalem indicat.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS ex Lucæ 21. nu. 25.

ERVNT *signa in sole, & luna, & stellis.* Hæc proponuntur signa ad Dei misericordiam in puniendis impiis significandam: ostentat enim illis periculum vt à facie iudicij fugiant. Vide de Dei misericordia, verbo *Misericordia.* & cap. 12. nu. 48. Docetur fugiendum à facie gladij, id est, iudicij. Vide cap. 11. vers. 29. & cap. 6. num. 95. Altissimus enim patiens reddior est. cap. 5. vers. 4. nu. 20.

Erunt signa. In Judicio Deum iustitia & misericordia comitantur. cap. 2. num. 136. Ibi enim iustitia & veritas comitantur Christum iudicem, cap. 10. nu. 8. quare iudicium extremum timendum. cap. 1. num. 52. quia tempus inspectionis est. cap. 2. nu. 116. Dies enim iudicij dies mala. cap. 3. nu. 70. dicitur dies caliginis. cap. 11. nu. 183. Ideò extremum iudicium compescit à peccando. c. 7. nu. 221. In die autem iudicij gladium Deus vibrabit. cap. 5. n. 20. quia licet patiens, destrictè iudicabit. cap. 5. num. 22. Vide de iudicio particulari. cap. 11. num. 184. & 185. Vide etiam cap. 7. nu. 104. & cap. 10. nu. 4.

Et in terris præsura gentium. Cum signa extremi iudicij præmonere incipiant, ipsum iudicium appropinquare, incutient timorem, & præsuram hominibus, quia vrget mors, post quam in iudicium vocandi. cap. 11. nu. 184. Metus enim mortis solet horribilior esse ipsa morte. cap. 9. nu. 68. & c. 11. nu. 181. & 206. & cap. 12. num. 50.

Arescentibus hominibus præ timore. Cum aliqui iudicij diem appropinquare senserint, timore malæ conscientiæ torquebuntur, in significationem æterni cruciatus ex remorsu conscientiæ. cap. 7. nu. 112.

Tandem de æternis cruciatibus damnatorum, & de beatorum gloria, vide cap. 7. nu. 112. & 222. & cap. 11. nu. 170. & 182.

DOMINICA II. ADVENTVS. ex Matth. 11. vers. 2.

Cum audisset Ioannes in vinculis. Quia Ioannes veritatem prædicauit, odio habitus est, & in vincula coniectus. cap. 1. num. 170. Labores & vincula Deum ipsum præsentem faciunt. cap. 2. n. 26. & cap. 4. num. 82. & cap. 12. num. 50. Vide in Indice verbo *Labores, Tribulatio, Tentatio, Angustia.*

Cum audißet Ioannes in vinculis. Ars saltandi Baptistam perdidit. cap. 9. nu. 22.

Cum audisset, &c. Tentationibus & laboribus examinatur animi virtus. cap. 2. nu. 45.

Cum audisset Ioannes in vinculis. In vinculis absolutus magis Joannes quam Herodes, quia licet sit ille in vinculis quantum ad corpus, at mens soluta & libera est, &c. Vide cap. 7. num. 132.

Opera Christi. Opera Dei eius sapientiam prædicant. cap. 1. nu. 75. Laus bonitatis operum refundit in factorem suum. cap. 9. num. 97. Opera cuiusque hominis testes sunt ipsius. cap. 9. n. 96. Opera Dei mirabilia & plena miraculis. c. 11. n. 39.

Mittens duos ex discipulis suis. Adhuc Joannes in vinculis coniectus munus suum explet; quia concionatores veritatis terrores contemnunt, vt munus à Deo sibi iniunctum exequantur. cap. 6. num. 156. & cap. 11. num. 14. Et tanquam verus pastor animarum subditis discipulis inuigilat. cap. 7. nu. 137. & cap. 8. nu. 55. & sicut verus iustus prospicit & benefacit discipulis suis. cap. 7. num. 136. Qui verbis dulcibus loquitur, multiplicat discipulos. cap. 6. num. 26.

Tues, qui venturus es? De aduentu Domini, vide verbo *Incarnatio*: quia eius incarnatio erat maximè ab omnibus expectata & desiderata. cap. 1. n. 57. 58. Discipuli se humiliant vt cognitionem Christi quærant. cap. 6. num. 140.

Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis: Cæci vident, &c. Quia verus concionator Christus prius apponit opera, quàm doctrinam. cap. 4. nu. 134. Miseros Christus adiuuat, quia eius misericordia, ipsum compellit vt misereatur. cap. 2. num. 137. lactat enim si esse, pium & misericordem. cap. 2. num. 84. & semper promptus est ad beneficia conficienda. cap. 3. num. 25. & 65.

Pauperes euangelizantur. Pauperes aptiores sunt ad recipiendum euangelium. cap. 3. num. 94. & cap. 6. num. 164.

Capit Iesus dicere de Ioanne: Quia iam destinatus erat ad mortem laudatur Joannes à Christo: quia iustus in die mortis laudibus extollitur. cap. 1. num. 96. Hæc commendatio Christi præmium fuit patientiæ Joannis. cap. 1. nu. 156. & deinceps.

Arundinem vento agitatam. Per anthitesim virtutis soliditas & perseuerantia laudatur in Joanne. Nam bases virtutis vocantur constantes & solidæ. cap. 6. nu. 130. vide etiam de perseuerantia virtutis. cap. 11. num. 84. & 149.

Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Vestium ornatus fugiendus. cap. 11. num. 30. Aulas principum frequentare periculosum. cap. 9. n. 74. Nam multi laquei in domibus regum sunt. cap. 9. nu. 73. vide etiam cap. 11. nu. 50.

Inter natos mulierum, &c. Vide cap. 3. num. 88. & c. 11. nu. 134. laudatur à Christo quia in die mortis iustus laudandus est. c. 11. n. 203.

DOMINICA III. ADVENTVS. ex Joan. 1. vers. 19.

Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum. Tu quis es? Leuitæ & Sacerdotes lumine sanctitatis Ioannis excecati, ei Messiæ dignitatem deferunt. Prosperitatis tentatio fortior esse solet, aduersitatis tentatione. cap. 2. nu. 27.

Quare tentatio Ioannis maior fuit tentatione : Adami, nec non & primi Angeli in cælo. cap.3. num.89.

Vt interrogarent eum: tu quis es? vt virtus Ioannis crescceret, tentationibus concuti permisit Deus. cap.4.nu.83.& 87. & certamen forte obtulit illi, ne otio torpesceret. cap.2. nu. 124.

Miserunt Iudæi, &c. Tanta est virtutis præstantia, vt non indigeat alieno lumine, vt prospiciatur, nec alieno præconio vt laudetur. Ipsa enim profert in lucem præstantiam suam, & laudem secum præfert ad hoc vt ab aliis quæratur. Ideò Judæi virtute Joannis oblectati quærunt illum cap.9. num. 98.

Tu quis es? De cognitione sui hæc verba explicari possunt. cap.7. nu.31.

Tu quis es? Deferunt Messiæ dignitatem, & si ipse fateretur esse Messiam, illum adorare non recusarent in odium Christi. cap.3. num.89.

Et confessus est, & non negauit: & confessus est, quia non sum ego Christus. Vanitatis & superbiæ tentationibus restirit: quare melius dignitatem capitis meruit Ioannes, quam primus Adam. cap. 3. num. 90.

Et confessus est, &c. Fortiter tentationibus obsistendum, quia forte certamen est. cap.2. nu.4. 5. 6. 7.

Quid ergo Elias es tu? & dixit: Non sum? In hac & cæteris responsionibus apparet ingens Ioannis humilitas: de qua agimus. cap. 3. à num. 88. vsque 93.

Elias es tu? & dixit: Non sum. Nihil esse fatetur, qui sui cognitionem habebat. cap.10. num.11. & quo sanctior erat, ei humilior. cap.3.nu.84.

Propheta es tu? & dixit: Non. Ioannes propheta erat, sed non ille magnus promissus in lege, Christus scilicet quem per antonomasiam Propheram vocabant. *eres el profeta?* ille scilicet quem sperabamus; *& dixit: Non.* quæ vox humiliantis se est. Permanet in humilitate, quia hæc remedium est ad vincendas tentationes. cap.11.nu.158.

Propheta es tu? Et dixit: Non. Ambitionis tentatione tentatur; sed dignitates non ambiendæ. cap.7. nu.29.

Quis es, vt responsum demus, &c. Legati fatentur se victos esse à Ioanne: nam iustus euadit victor in tentationibus. cap.2. num.7. & ideò cor suum ad Deum dirigit; cum respondit: *Ego vox*, &c. cap.2. nu. 14.

Ego vox clamantis in deserto. Vocem renominat, non solùm quia prænuntius diuini verbi erat, sed quia concionatoris munere fungebatur, & addens *in deserto*, ostendit manus verbi prædicandi, requirere vitæ sanctitatem, vt vim verbis adhibeat. cap.4. nu.134.135. & Tò *in deserto* simul indicat concionatores assimilari apibus, qui in deserto flores colligunt, vt mel conficiant. cap. 11. num.14. Rursus veri concionatores, prius se in sanctis actionibus exerceant. cap. 4. num.135. Tandem voci se conferens, sui ipsius habere cognitionem ostendit. cap.7. nu.31.

Ego vox clamantis. Concionator debet mores perditos carpere, & peccatores reprehendere. cap.8. num.55.

Ego vox, &c. Magna veritatis vox, quæ animosè loquitur, nec aliquid erubescit, sed liberè prædicat veritatem. cap.4. v.24.

Medius autem vestrûm stetit, quem vos nescitis. Docet promissionem suam Deum impleuisse, scilicet, se staturum in medio hominum. cap.4.n.18. nam in terris visus est. cap.1.num.57. Nuntiat etiam Christum venisse: ibidem.

Cuius non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti. Affirmat Ioannes se vnionem diuini Verbi cum humanitate non dissoluisse. cap.3. num. 90. ostentat suam humilitatem, sed rependit retributionem in baptismo quod Christus accepit à Ioanne. cap.1.num.174.

Dominica IV. Aduentvs. ex Luc.cap.3. vers.1.

Anno quinto decimo, &c. Reges & Principes impij Dei permissione præficiuntur populo. cap.10. nu.25. & forte causa, propter quam principes tyranni dominabantur populo Israelitico, ea erat, quia peccata populi volebat Deus vindicare. cap.11.nu.44. 45. Subditi enim principum mores spectant, vt eos imitentur. cap.10. num.11. & principum impietas in incolas deriuatur. c. 10. num. 16.

Sub principibus Sacerdotum Anna & Caipha. Hic notat Euangelista damna ambitiosorum. De quo materia, vide cap.7. num.23.29.

Factum est verbum Domini super Ioannem, &c. In rebus desperatis præsto adest Deus: quare cum dominabantur tyranni, *factum est verbum Domini*, &c. cap.2. num.26. & cap.4.num.82. & cap.12. num. 50.

Factum est verbum Domini, &c. Doctores, & concionatores erudit Deus, vt doceant populum. cap.11. num. 61. & Ioannes non quasi carnalis, sed tanquam concha verbum Dei recipit, vt posset prædicare. cap.11. num.61. Prius enim cælesti doctrina repletus est, vt doceret alios. cap. 11. nu.63. Imitatus est Saluatorem, qui prædicauit, quæ à Patre audiuit & didicit. cap.11. num. 61. Per visum tandem se communicauit sapientia Ioanni cum factum est ei verbum, &c. cap. 1. nu. 104. De oratione vide verbo *Oratio*, & vide etiam cap.9. nu.94.

Venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ. Pœnitentia quasi baptismus est. cap.4.nu.100, vide verbo *Pœnitentia.*

Omnis vallis implebitur. Per valles significantur humiles, qui implebuntur cælesti doctrina. cap.12. nu.28. *& omnis mons humiliabitur*, id est, superbus. c.2.n.36. Vide verbo *superbus*, *& superbia*, & c.10. nu.139. caput humilium sapientia extollit. cap.11. nu.2. & 4.

Et videbit omnis caro salutare Dei, id est, Jesum, qui salutem humano generi impertiri veniebat. In Isagoge sect.5. num.9. Vide verbum *Incarnatio*: Deus promisit filium rectorem terræ missurum, & præstitit. cap.10. num.29. & 30.

In Nativitate Domini.

Quomodo diuinum verbum sit nobis suscipiendum cap.5. num.65, 66, 67. & 70. Vide verbo *Incarnatio.*

Humilitas Christi in Natiuitate eius valde resplenduit: tunc enim reprehendit superbiam, & docuit humilitatem. cap.10. num.157.

In Natiuitate obtulit æternus Parens plenum deitatis numisma, vt totum humanum genus redimeretur: est enim monera figurata. cap.1.n.29.

Aduentus Domini pluuiæ comparatur. cap.10 num. 40.

Christus natus est vt esset animarum nostrarum auriga. cap.2. num.16.

Christus lapis stanneus promissus à Zacharia, in

in Natiuitate sua accessibilem se omnibus præbuit. cap.2. num.75. Quare suscipit omnes exquirentes se. cap.4. nu.59. vide verbo *Christus.*

Natus est Christus, & pacem omnibus voluit nuntiari, sed simul bellum indictum est contra carnem & concupiscentiam eius. cap.10. n.213.

In Circvmcisione Domini. ex Luc.2. vers.21.

Bonitas Dei elucet in hoc diuino mysterio, dum statim sanguinem fundendo omnia bona omnibus communicat. cap.11. num.98. Aliter faciunt terreni Domini, qui quasi paliuri bona aliorum diripiunt. cap.8. num.8.

Christus Dominus circumcisione sua docuit iudices circumcidere se, id est, manus continere à rapinis: nam ipse futurus erat iudex omnium: & si non indigebat hac circumcisione, at voluit iudices instituere. cap.10. num.7.

Postquam impleti sunt dies octo. De cura parentum erga filios. Vide cap.3. à num.11. vsque ad 73.

Vt circumcideretur puer. Hanc circumcisionis tribulationem Christus sustinuit; vt efficax remedium præberet omnibus contra superbiam: Erat enim circumcisio signum humilitatis. cap. 2. num. 27.

Vt circumcideretur. Vices baptismi futuri suo modo gerebat circumcisio, vt sicut baptismus Christianæ fidei signum est, sic circumcisio fidei Israeliticæ erat, vt quisque circumcisus, sicut baptizatus præpararet animam suam ad seruiendum Deo. cap.2. num.2.

Vt circumcideretur. Ostentat Christus Dominus humilitatem & patientiam hunc effundens sanguinem subdens se legi ignominiam hominis prædicanti: quæ duæ virtutes inter se connectuntur, & copulantur. cap.2. nu.19. & 20. Et quia Christus erat filius Dei, ab æterno Parente eximio Iesu nomine insignitus, voluit se deprimere accipiens in corpore circumcisionem: nam quanto quis maior, tanto humilior. cap.3.nu.90.

Vt circumcideretur. Quia Christus Dominus filius Dei erat, cui effusio sanguinis non conueniebat, voluit eum effundere, vt mortalem etiam secundum humanitatem, licet secundum diuinitatem immortalem, se ostenderet. cap.3.num.146.

Vt circumcideretur. In circumcisione Christus quasi signatus euasit, vt numisma, seu moneta nostræ redemptionis esset. cap. 1. nu.29.

Vt circumcideretur. Docuit nos Christus in circumcisione concupiscentiis carnis non obedire. cap.10. nu. 211. & incepit scopum esse, cui contradiceretur, vt prænuntiauit Simeon. cap. 2. num.6. Quare verus adamas fuit, quem æternus Parens in terram misit, vt exemplum omnibus præberet patientiæ. cap.3. num.80. Et in hac die sanguinem libenter fundens, promisit se in passione sua fidei iussorem futurum pro hominibus. cap.8. num.65. sanguine enim suo & non auro redempturus erat humanum genus. cap.10.n.87.

Vt circumcideretur. Christus circumcisus apparet fons paradisi, vt per sanguinem suum aquam sapientiæ suæ communicaret omnibus hominibus. cap. 11. nu. 108.

Vocatum est nomen eius Iesus. Quia Christus Dominus se in circumcisione humiliauit, æternus Parens hoc tanto nomine voluit glorificare. c.10. nu.38. & cap.11.nu.4. & 5. & 92.

De impositione nominis Iesv, agimus in Isagoge sect.3. & de Augustissimo nomine Jesv, quo Christus ab æterno Parente insignitus euasit, & de eius nominis virtute, in Isagog. sect.4. per totam. Quam aptè religioni Societatis, hoc Iesv nomen quadret, ibidem.

In Epiphania Domini. ex Matth. 2. vers.1.

Ecce Magi ab Oriente venerunt. Reges, qui ad verum regem Christum venerant adorandum, Magi vocati sunt, quia sapientes erant. Ergo sicut sapientes versantur circa veritatis indagationem, & non sinunt occasionem abire vt magis proficiant: sic Magi cum ad Christum adorare venerunt. In Isagog. num.1. & quia Christus Dominus sapientia Patris erat, sapientiorem se quæsierunt. in Prologo num.20. Et sicut sapiens concupiscit audire sapientiam; sic Magi illam audire concupierunt. cap. 3. num. 151. Tandem sicut amator sapientiæ ad sapientem euigilat, sic Magi ab Oriente venerunt. cap.6. num.156.

Ecce Magi ab oriente venerunt. In Magis figurabatur Ecclesia gentium, quæ conuertenda erat ad Christum, & accedit vt iungatur Domino. cap.10. num. 40. & 145.

Ecce Magi. Reges trahit Deus, quia facile eos reliquum vulgus imitatur. cap.10. num.12.

Ecce Magi, &c. Hi sapientes reges veniunt, quærere sapientiam Dei, id est, Christum incarnatum, vt iniiciant pedes suos in compedes sapientiæ, & collum suum in torques illius. cap.6. num. 103. & deinceps. Quare compedes istius sapientiæ, fuit illis in protectionem fortitudinis, & torques illius in stolam gloriæ. cap.6.n.126. & deinceps.

Ecce Magi. Quia consuetudo erat in creatione Regis manus osculari obsequij ergo: sic Magi veniunt ab oriente, vt manus Regis recens creati osculentur, & illi subiiciantur. cap.11. num. 112.

Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Qui Dominum quærit, inuenit illum, & beatus est, qui apprehendit eum. cap.6 num.118. 121. 122. 123. 157. Vide etiam cap.4. num.52. 62. 66.

Vbi est, &c. Virtus quærenda, & perseuerandum in ea. cap.11. num.147.

Vbi est, &c. Audenter difficultatibus & periculis occurrunt Magi, vt inueniant Dominum, quia qui opus Dei peragunt, fortitudine opus habent. cap.3. num.79.

Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. obedientia enituit in Magis: vidimus, & venimus, vide cap.10. nu. 113. & cap.4. v.15. & 16.

Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Hæc turbatio orta est ex ambitione: timebat enim amissionem regni. vide verbo. *Ambitio.* Item ex remorsu conscientiæ. cap. 4. num. 111. & cap.7. num. 112. & turbatus est, quia peccata principum duplicia sunt. cap.7. num.51.

Turbatus est. ex superbia: in principibus enim inuenitur vitium superbiæ. cap.10. num.53. & 57. vide verbo *superbia.* Turbatus est etiam ex inuidia prosperitatis alienæ. cap.9. num.74. & c.12. num. 38.

Et omnis Ierosolyma cum illo. Turbata est Ierosolyma, quia adulationi seruiebat. cap.12. num.52. vsque ad 65.

Et omnis Ierosolyma cum illo. Quia subditi principum mores spectant vt eos imitentur. c.10. n.11. & principis impietas in incolas deriuatur. cap.10. n.16. Sunt enim subditi similes heliotropio, qui principes tanquam solem intuentur. cap.2. n.85.

Et congregans omnes principes sacerdotum, &c. Seligendi sunt sapientes ad salutem animarum. cap. 4. num. 144. nam qui scientiam non habent docere non debent. cap. 3. num. 119.

Et congregans, &c. Doctores sacri Mercurij sunt cap. 1. num. 1. & debent esse similes Mardocheo. cap. 6. n. 157.

Scisciabatur ab eis. Consultantur Doctores: quia consilium non abiiciendum. cap. 6. nu. 102. Consilium enim adhibendum priusquam res gerantur. cap. 9. num. 78.

At illi dixerunt in Bethleem Iudæ. In defensionem veritatis potest quis cum potentioribus contendere. cap. 8. num. 5. & ad Sacerdotes pertinet veritatem defendere: ideò veritas portabatur à Pontifice in Rationali. cap. 4. num. 149. & cap. 11. num. 54. Quare concionatores principibus resistere debent, vt veritatem nudam promant. c. 8. num. 5.

Ex te enim exiet dux, &c. Christus promittebatur dux futurus. cap. 4. num. 59. Fuit enim auriga animarum nostrarum. cap. 2. num. 41. & doctor maximus. cap. 5. num. 75. & cap. 10. nu. 41. Quare vocatur vtilis rector postulatus dominator terræ. cap. 10. n. 29. 30. 31. & est verus rex regum. cap. 11. num. 21. Populum enim tanquam rex melle doctrinæ sustentauit. cap. 11. num. 22. & solus in morte est appellatus rex. cap. 11. nu. 207.

Cum inueneritis renuntiate mihi, &c. In his verbis Herodes deprehensus est astutus & insidiosus, & inimicus simulatus; volebat enim occidere puerum, & nomen regis Iudeorum penitus abradere. Vide cap. 12. vers. 8. & v. 11. & v. 15. Volebat adorare eum, id est, curuum se demittere, vt morti traderet. cap. 12. num. 45.

Abierunt, & ecce stella. Dum discesserunt ab iniquo rege, liberati sunt à malis. cap. 7. vers. 2.

Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno. Dum stella disparuit tristitia cor Magorum impleuit; at post hanc tristitiam Deus stellam misit, quæ cor eorum exhilarauit: quia Deus post mœrorem solatium mittit. cap. 2. num. 30. & cap. 4. num. 96.

Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Magi multos exantlauerunt labores, vt regem Christum inuenirent, & tandem quod exoptauerant assecuti sunt; quia iustus operum suorum fructus comedit. cap. 1. num. 91.

Inuenerunt puerum, &c. Quærendus Dominus dum inueniri potest. cap. 4. num. 111. quia protector est exquirentibus se in veritate. cap. 2. nu. 92. Vide cap. 4. num. 66. & 52. & 62. & cap. 1. nu. 4. Et lignum vitæ est iis, qui apprehenderint eum. cap. 6. num. 128. & 121.

Et procidentes adorauerunt eum. quia oculis mentis diuino lumine illustratis Dei potentiam agnouerunt; ideò procidentes adorant, licet corporeis oculis nihil aliud nisi humilem puerum intueantur. cap. 3. num. 96.

Obtulerunt ei munera. Quæ munera? ea, quæ à Deo acceperunt. cap. 11. num. 99. Dona placant Deum & homines. cap. 7. nu. 202. Per hæc munera possumus intelligere sacrificia pro peccatis oblata. cap. 7. num. 63. & eleemosynam. cap. 7. num. 65. Quæ munera Deus accepit, quia respiciebat offerentes: non enim offerens à muneribus, sed munera ab offerente Deo placent. c. 7. num. 66.

Obtulerunt ei munera. In oblatione munerum magnanimitatem ostentarunt. Dignitas enim generat in corde magnanimitatem. cap. 10. nu. 47. & magnanimitas virtus regia est. cap. 4. num. 160. & cap. 10. nu. 45. vide cap. 7. num. 202. & deinceps & de eleemosyna, vide verbo *eleemosyna*.

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Qui viam peccatorum per pœnitentiam deserunt, per viam aliam mandatorum Dei debet procedere, & non adiicere peccata super peccata. cap. 5. nu. 26. vide verbo *Conuersio*, & verbo *Pœnitentia*.

Dominica in Septvagesima ex Matth. 20. vers. 1.

Simile est regnum cælorum homini patri familiæ. Deus cum se patrem familiam vocat, iactat se pium & misericordem esse, & fauere reuertentibus ad eum. cap. 2. num. 84. & semper promptum esse ad beneficia elargienda. cap. 3. n. 25.

Homini patri familiæ. Cum se patrem vocat amorem hominum reciprocum reposcere videtur, amare enim Deum ardenter debemus. c. 7. n. 178. & 181. vide cap. 13. v. 18.

Patri familiæ. Ostentat Deus benignitatem suam erga iustos: quia benigne subditos gubernat, cap. 10. nu. 175.

Primo mane. Surgit mane Deus ad excolendam vineam suam, id est, mundum, quia oculi sui vigilant, vt iustos custodiant. cap. 10. num. 151.

Primo mane. Deus occurrit miseris & succurrit. cap. 11. num. 86. vide cap. 6. num. 85.

Primo manè. A prima ætate colenda virtus. c. 6. nu. 80. vide cap. 2. v. 20.

Primo mane. Occasionem dandi quærit Deus. cap. 1. num. 74. & deinceps.

Primo mane. Indicatur Deum priorem esse in nostra dilectione. cap. 11. num. 115. & sollicitum se præbere in nostra salute. cap. 4. num. 9.

Conducere operarios in vineam suam. Incitat Deus ad laborem, quia bonorum laborum gloriosus est fructus. cap. 11. num. 134.

Conducere operarios in vineam suam. Quod fecit Deus in orbis principio, tradens Adæ paradisum, vt operaretur. Sic fecit Deus in omni ætate cum hominibus, vt operarentur vineam suam. cap. 7. num. 98.

Conducere operarios. Deus conducit, quia nemo potest operari sine sufficientia gratiæ. cap. 10. num. 197. Vires enim naturales, non sufficiunt ad bona opera. cap. 2. num. 52. & ita gratus est Deus ad bona opera, vt magna mercede remuneret. cap. 11. num. 45.

Operarios. Non cessandum à bonorum operum studio. cap. 6. num. 82. Qui enim dat operam iustis operibus, recipiet præmium in ore misericordiæ. cap. 2. num. 31. & per opera mandatorum nobis possessionem cælestium comparamus. c. 2. num. 31.

Conuentione autem facta. Opera bona sunt merces venales. cap. 2. num. 31. & cum in omnibus operibus respiciendus sit finis, finis bonorum operum est beatitudo, quæ datur pie bono opere. cap. 7. num. 27. 222. Magna enim felicitas est Deum bonorum debitorem constituere. cap. 11. num. 216.

Conuentione autem facta. Reuelat Deus disciplinam & castigationem, vt per eam homines præmium gloriæ consequantur. cap. 5. num. 46. vide cap. 2. num. 1. & 3.

Conuentione autem facta. Gloria cum labore emenda, quia venalis est. cap. 2. num. 31. & cap. 6. num. 85. At non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. cap. 6. num. 85. vide cap. 6. à num. 25. vsque ad 31. & cap. 11. num. 20. & cap. 12. n. 10.

Ex denario diuino. Vocat denarium æternam beatitudinem, pro qua adipiscenda dignum est pati omnè quod in vita triste & laboriosum iudicatur. cap. 11. num. 170. Vocatur etiam denarium quia cælum mercatura & negotiatio est. cap. 12. nu. 10.

Misit illos in vineam suam. Vt prædicatione sua excolerent vineam Domini. cap. 11. num. 14.

Circa vndecimam horam. Pœnitentia non differenda, sed statim efficienda, nec differenda in mortem. cap. 5. à num. 39. vsque ad 46.

Circa vndecimam. Qui cor durum habet ad pœnitendum, cum à Deo vocatur, male habebit in nouissimo. cap. 3. v. 27.

In foro otiosos. Otium odiosum, quia vitiorum seminarium est. cap. 7. num. 96.

Quid hic statis tota die otiosi? Concionatorum munus est, dormientes excitare, & increpare. cap. 8. num. 55. & præcipue cap. 11. num. 14.

Cum sero autem factum esset. Mors elapsam vitam probat. cap. 10. num. 13. Est enim mors instar aquæ, quæ saporem bonum aut malum accipit ex vitæ vena. cap. 1. num. 92. Et qui bene viuit, bene moritur, & è contra ex D. August. cap. 1. n. 92. Mors enim tempus est obductionis, & illationis vitæ. cap. 2. num. 11. & 52.

Cum sero autem esset. Deus est diligentissimus speculator humanarum actionum. cap. 1. num. 91. & debitor est bonorum operum. cap. 11. n. 116.

Voca operarios. Voca eos vt omnibus constet fidelissimum esse in promissis implendis; quando enim Deus promittit, nulla variatio promissionibus adiungitur. cap. 11. nu. 132.

Et reddè illis mercedem. Præcipit præmium laboris soluere: nam Deus impertit gratiam iuxta mensuram dignitatis. cap. 11. nu. 126. & tribuit vnicuique iuxta opera sua. cap. 11. num. 178. vide cap. 2. num. 63. & 64.

Incipiens à nouissimis. Hi nouissimi vna hora fecerunt. Soluit, quia Deus debitor est bonorum operum. cap. 11. num. 116. Debitor est, quia licet Deus reddat gratiam gratis, sed gloriam ex iustitia. ibidem.

Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti. Vide inuidiæ malignitatem: nam ex inuidia & maleuolentia nascitur tristitia felicitatis alienæ. cap. 12. num. 38. vide verbo *inuidia*.

Incipiens à nouissimis. In solutione debiti præfert nouissimos primis, quia non tempus; sed profectus in virtute expectandus. cap. 1. nu. 85. & operator virtutis beatificatur. cap. 3. nu. 13. & cap. 9. num. 98.

Existimabant quod plus essent accepturi. Taxatur auaritia & ambitio. Vide *Auaritia*, & *Ambitio*.

Amice non facio tibi iniuriam. Lenia verba in prælato necessaria sunt, & mansuetudo. cap. 3. n. 76. & cap. 4. num. 30.

At non licet mihi quod volo facere. Acceptio personarum damnatur. vide *Acceptio personarum*.

Pauci vero electi. Iustus sperat in morte sua benedictionem. cap. 1. num. 95. & operum suorum fructus comedit. cap. 1. num. 95. vide cap. 6. num. 125.

Dominica in Sexagesima. ex Luc. 8. vers. 4.

Cum turba plurima conueniret, &c. Omnes gentes sequebantur Christum, & conciliabat omnes dicendi gratia quia verbum dulce multiplicat amicos, & lingua eucharis in bono homine abundat. cap. 6. num. 5. Ideò monet Ecclesiasticus stare in conspectu prudentium, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possint audire. cap. 6. num. 147. & cap. 6. v. 36. ait: *Si videris sensatum euigila ad eum*. ibi.

Exiit qui seminat seminare semen suum. Instar seminantis largitur Deus sapientiam suam, effundens eam super omnes creaturas. cap. 1. v. 10.

Exiit, &c. Diuinæ benignitatis, & affluentiæ largitas demonstratur, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. cap. 1. num. 79.

Exiit qui seminat. Cum Christus seminet, verbum suum sicut semen emittit, vt fructum asserat. vide cap. 4. num. 129. & cap. 5. num. 76. & cap. 7. num. 16. & cap. 10. n. 40.

Exiit qui seminat. Cum concionatores sint seminantes verbum Dei, in hac parabola munus concionatorum proponit. Vide verbo *Concionator*.

Exiit qui seminat. Cum adducat Paulus seminantis metaphoram, vt explicet elargitionem eleemosynarum, videtur Dominus hic eandem metaphoram proponere, vt doceat eleemosynas erogare: vide cap. 12. num. 10. & 28. & verbo *eleemosyna*.

Semen suum. non alterum, vt expecter prouentum: nam qui seminat expectat vsque ad tempus messis. cap. 6. num. 84.

Semen est verbum Dei. Audire verbum Dei plures habet vtilitates: nam beati sunt qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. cap. 3. num. 13.

Semen est verbum Dei. Verbum Dei quasi granum sementis. cap. 4. num. 129.

Nam qui secus viam, hi sunt, qui audiunt; deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, &c. Hi sunt qui audiunt verbum Dei, & illud intelligere nolunt vt credentes salui fiant. cap. 6. num. 71.

Nam qui supra petram, &c. *radices non habent*, &c. quid sit seminare supra petram, vide cap. 2. n. 96. Semina enim alia euanida, alia, cui nullus prouentus respondet. cap. 7. num. 17.

In tempore tentationis recedunt. qua virtus, quam acquirunt, non solida, sed euanida est; docetque audito verbo Dei, in suscepta virtutis via vsque ad mortem perseuerandum. cap. 11. num. 147.

Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui à diuitijs & voluptatibus sæculi suffocantur. Semen iactum in spinis est, quasi seminatio in sulcis iniustitiæ cap. 7. num. 17. Sulci enim iustitiæ sunt desideria carnis, & mali affectus. cap. 7. n. 18. Diuitiæ autem quasi calamus quassatus, qui perforat manum. cap. 5. num. 51. vide verbo, *diuitiæ*.

Quod autem in spinas, &c. Nimirum nisi cor purum atque defœcatum fuerit, à temporalium rerum amore, Dei verbum suffocabitur. Ideo Vates cor suum ab iis declinari exoptabat, vt ad Dei iustificationes conuerteretur. cap. 8. num. 17.

Quod autem in terram bonam, &c. Hæc terra bona cor est mansuetudine præparatum, vt audiat verbum Dei, & retineat illud vt fructificet. cap. 5. num. 66. vide cap. 3. num. 13.

Vt fructum afferant in patientia. Iustorum proprius fructus patientia est, nam qui sustinent consequuntur; vt crescat in nouissimo vita ipsorum. cap. 2. num. 29. vide verbo *Patientia*.

Dominica in Quinquagesima. ex Luc. 18. vers. 31.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos. Prænuntiaturus

turus mortem suam, eos elegit Christus, quos charos habebat. Illi enim chari sunt, qui exponuntur ad tribulationes, & ad tentationum ictus sustinendos. cap. 2. num. 5. & cap. 11. num. 97. Insuper hac electione præparantur Apostoli ad bellum tentationum, sicut equus præparatur ad bellum. cap. 2. nu. 17.

Et ait illis. Prædixit passionem, & resurrectionem suam, vt omnibus notum fieret, se mortem obiturum adactum amore. cap. 11. n. 207.

Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur, &c. Discipulos excitat Christus ad certamen, ne torpescant otio. cap. 2. num. 124. Deducens eos per vias rectas, quales sunt tribulationes. cap. 4. num. 80. Iustos enim tentationibus concuti necesse est, vt virtus crescat. cap. 4. num. 83. & probat tribulationibus & tentationibus. cap. 4. n. 87. vide verbo *Iustus.*

Ecce ascendimus Ierosolymam. Exultantis hæc vox est, eo quod ad passionem properaret: quia calix passionis dulcis futurus erat Christo Domino cap. 11. num. 96. & tanquam sponsus animarum calicem suum discipulis propinat. cap. 11. nu. 97. Rursus quasi vox est desiderantis passionem suam, quia cum mortem instare præsensit, mori desiderabat. cap. 11. num. 206.

Ecce ascendimus: non ait, *ascenditis,* sed *ascendimus,* quia iustos non sinit solos laborare, sed laborantibus præsto adest, & eos comitatur. cap. 2. n. 26. & cap. 4. num. 82. & cap. 12. nu. 50. vide cap. 2. num. 13.

Tradetur enim gentibus ad illudendum. quia Christus Iudæis fuit scandalum, gentibus autem stultitia cap. 5. num. 13.

Et flagellandum. Dorsum enim Christi terra frugifera futura erat flagellis procindenda ad prouentum hominum. cap. 7. num. 76. & cap. 11. num. 238.

Tertia die resurget. Post tribulationem Deus faciem suam iucundam ostendit. cap. 2. num. 30. & cap. 4. num. 96. Et labores hominem ad beatitudinem perducunt, quam Deus repositam habet, vt suo tempore laborantes beatificentur. c. 1. num. 92. & cap. 10. num. 176. vide etiam cap. 4. num. 84. & 96.

Dixerunt ergo ei (cæco scilicet) *quod Iesus Nazarenus transiret.* Cæcus non vidit, sed audiuit turbam prætereuntem, & de factu interiori præsensit nominis Iesu fragrantiam, ideò interrogauit. Hinc est quod vocatum sit nomen eius Iesus, quod salutem sonat, & cæcus ad salutem appropinquat, vt visum restituat. In Isagog. n. 9. & 12.

Fili Dauid, miserere mei. Inuocauit Iesum, vt visum restitueret: quia nullus inuocauit Dominum, & despectus est. cap. 2. v. 12.

Ipse multo magis clamabat. Orationis importunæ imago repræsentabatur in cæco, cum iterum clamans salutem postulat. Et docet non recedendum à Deo, licet orationem non exaudire videatur. cap. 2. num. 61. Orationis importunæ effectus. cap. 2. num. 82. Oratio assidua & importuna quanti fiat à Deo. Vide cap. 3. n. 24.

Quid vis vt faciam tibi? Christus Dominus ad benefaciendum non expectat desiderium cæci, sed ipse præuenit illum, & rogat vt petat, quia benignus & misericors est. cap. 4. num. 9. vide cap. 2. num. 82. & cap. 7. num. 202.

Domine vt videam. Concupiscit sapientiam & Dominus præbet illi quod desiderat. cap. 1. vers. 33.

Respice. Beneficio nullum opportunius tempus, quam illud, in quo petitur. cap. 4. num. 8.

Et sequebatur eum magnificans. id est, gratias agens, quia qui gratus est beneficiorum Dei, disponitur ad alia consequenda. cap. 11. num. 99. & gratus animus maiora beneficia meretur. cap. 11. num. 4. fine.

Feria IV. Cinerum ex Matth. 6. vers. 16.

Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reuerteris. Tria nos docent hæc verba deprompta ex Genes. 3. vers. 19. Primum cognitionem nostræ viliratis: *pulvis es.* Secundo monet mortis diem in memoriam reuocare: *& in pulverem reuerteris.* Tertium: Ad pœnitentiam nos prouocant, quia iam mors appropinquat & vrget nos: *& in pulverem,* &c.

Quia pluvis es. Cognitionem sui docet Ecclesia hominem: quia hæc optimum est miseriarum tegumentum. cap. 6. num. 11. Et consideratio humanæ miseriæ obtegit humanam fragilitatem. ibidem. Inde sequitur quod qui cognoscit seipsum, iniustum coram Deo reputet se. cap. 7. n. 31. Quare de stulto potius qui se cognoscit, quam de sapiente superbo sperandum. cap. 7. num. 35. & qui vere Deum cognoscit, fatetur se ipsum nihil esse. cap. 10. num. 114. Tandem superbiam hominum condemnat, &c. vide verbo *superbia.*

Et in pulverem reuerteris. Reduc in memoriam mortem iam appropinquare, in quo die in pulverem reuerteris; id est, breuis redigeris in cinerem, cap. 10. num. 76. de Morte, vide verbo *Mors,* & verbo *Vita,* quia vita humana caduca est, & cum æterno interitu coniungitur. cap. 7. num. 18. vide cap. 8. num. 40. 41. 65.

Quia pulvis est, &c. Si mortem appropinquare sentimus, debemus pœnitentiam agere, vt securi incedamus per viam mortis, ad quam omnes mortales tendimus. De hac materia vide verbo *Pœnitentia.*

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Taxat Dominus hypocrisim in ieiunio, & in reliquis bonis operibus. De hac vitio vide verbo *Hypocrysis.*

Cum ieiunatis. Luxuria enecat ieiunium, & omnes corporis voluptates. vide cap. 9. à n. 51. vsque ad 53.

Vt appareant hominibus ieiunantes. In cassum se hypocrisis abdit, nam latere non potest. vide cap. 1. vers. 37.

Vt appareant, &c. Non operandum bonum, vt inanem gloriam quis aucupetur. cap. 1. num. 193. Inanis gloria fugienda. cap. 11. num. 37, & 37.

Vnge caput tuum. Pœnitentia non ruborem effundat, sed plausus excitet. cap. 4. num. 31.

Et faciem tuam laua. Per faciem intellige mentem, vel cor, quod lauandum à peccatis. cap. 1. num. 141. Pœnitentia hominem lætum reddit: nam præsto adest Deus pœnitentibus ad lætificandum eos. cap. 12. num. 17.

Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. Quæ pauperibus domus, non amittimus, sed seruamus in thesauro. Vide cap. 3. vers. 33. Qui eleemosynam porrigit, mansionem suam ædificat in cælo. cap. 3. num. 68. Eleemosynas recipiunt Angeli, vt in cælo reponant, tanquam in thesauro. cap. 4. num. 6. vide etiam cap. 12. num. 11.

Fe-

Feria VI. Cinerum, ex Matth. 5. vers. 43.

Audistis quia dictum est antiquis, &c. Quia ira impellit vltionem, ideò Christus initium doctrinæ euangelicæ à comprimenda ira auspicatur. cap. 7. num. 104. Ira enim perditionem affert homini, & causa est vt homo in peccata dilabatur. cap. 1. nu. 154. Ideò ira comprimenda. cap. 10. n. 163.

Et odio habebis inimicum tuum. Antiqui, quos non nominat, quia manifestè falsa docebant, ad vltionem iniuriarum homines prouocabant. quia vltio iniuriarum propria est inclinationis animi. cap. 10. num. 49.

Ego autem dico vobis, id est, præcipio vobis. Vnusquisque debet cogitare, quæ sibi mandantur. cap. 3. num. 102. Quia qui permanet in præceptis Dei iustificationem cordis sui acquirit. c. 11. num. 158.

Diligite inimicos vestros. Præceptum charitatis proponit, quia virtus regalis est. cap. 19. num. 45.

Diligite, &c. Christus Dominus, qui dedit præceptum, in morte sua perfectè illud adimpleuit. cap. 10. num. 51.

Diligite, id est, ne meminerit is iniuriarum proximi. cap. 10. vers. 6. ibi inuenies exempla eorum, qui iniurias remisserunt, &c. Quod inimicus sit rogandus ad reconciliationem. vide cap. 1. num. 183. Quomodo separandum nobis ab inimicis, vt lex Christi non derogetur, vide c. 6. n. 59.

Diligite inimicos vestros. Præceptum de diligendis inimicis, commune est viuis & mortuis. cap. 8. num. 38. Vide cap. 4. num. 160. & cap. 6. vers. 5. & cap. 10. num. 45. & cap. 12. num. 44.

Et benefacite iis, qui oderunt vos. Omnibus benefaciendum etiam peccatoribus. cap. 12. nu. 8. Vide etiam cap. 6. v. 5. & cap. 7. n. 136. & cap. 12. n. 44.

Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Persecutiones defendunt & communiunt. c. 4. n. 6.

Orate, &c. Verba mollia iram inimicorum sedant. cap. 6. v. 6. Iusti in tribulationibus ad orandum confugiunt. cap. 3. num. 31. Si aliquis affligitur, oret. cap. 10. num. 203. vide cap. 10. v. 6.

Vt sitis filij Patris vestri. Iustitiæ suæ præmium assignat, nam iusti non vocantur fortii, sed filij. cap. 11. num. 189.

Vt sitis filij. Nomen filij Dei magnificare debemus. vide cap. 1. num. 187.

Vt sitis filij. Præcipuè Deus homines iracundos alienos à se iudicat. vide cap. 10. v. 22. à nu. 160. vsque 164.

Vt sitis filij Patris vestri. Ergo reges: nimirum ex proximi charitate regia dignitas consurgit: quia charitas virtus regalis est. cap. 10. num. 45.

Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. vocat solem suum, quia imaginem præ se fert diuini solis iustitiæ, & sicut sol omnia illustrat. c. 12. n. 7.

Super bonos & malos. Sicut sol bonis & malis opem præstat: sic Christus benefacit bonos & malos & Christianus benefacere debet iustos & peccatores. Et cum benefaciendum est iusto, vel peccatori, præstimandus est iustus: ideò apponit prius bonos Christus, & postea malos. c. 12. n. 8.

Estote ergo perfecti. Nihil æquè Deum lætificat atque iniuriarum immemorem esse. cap. 10. n. 52.

Dominica I. Quadragesimæ ex Matth. 4. vers. 1.

Ductus est Iesus in desertum. Scilicet recens baptizatus. Qui accedit ad seruitutem Dei impugnatur à tentatione. cap. 2. v. 1. à num. 1. vsque ad 8.

A Spiritu. à quo munitus potuit in certamen tentationum introire: quia qui accedit ad seruiendum Deo, stare debet in iustitia & timore, quibus virtutibus armatus, & præmunitus præparari potest ad tentationem. cap. 2. num. 2. 3. 4.

A spiritu. non à semetipso: docens nos cauere à periculis peccandi: nam qui amat periculum, peribit in illo. cap. 3. v. 27.

A spiritu. Tunc enim Deus fidelem se iustis exhibet in tentationum certamine. cap. 2. num. 26.

In desertum. Facile dæmonem vincit qui vitat pericula. cap. 3. v. 27. Christus in desertum ductus est à Spiritu, cum ad prædicationem se accingeret, vt boni edocerentur concionatores, quid ante prædicationem facere deberent, quærentes solitudinem contemplationis. cap. 4. n. 136 & 134.

Vt tentaretur à diabolo. quia sicut serpens antiquus tentationibus primos parentes decepit, sperabat eundem euentum consecuturus, cum Christo cap. 10. num. 107.

Vt tentaretur. Itane patitur diuinus Spiritus suos tentari? Ita omnino; imò verò nisi tententur, eorum virtutem pauci facit. cap. 2 num. 42. & cap. 4. num. 95.

Cum ieiunasset. Agit prius corporalem pœnitentiam, quæ optima dispositio est ad superandum dæmonem: quare humilitas pœnitentiæ non relinquenda in tentatione diaboli. cap. 8. n. 158.

Quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Exempla maiorum voluit imirari: nam Moyses totidem diebus ieiunauit, similiter & Elias, & nos docuit Christus exempla veterum in memoriam reuocare, vt imitentur. cap. 2. num. 71. Et omnibus nobis dicit: *Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* In Prol. n. 12. & c. 11. n. 151.

Et accedens tentator. Nullum certius tentationis tempus, quam dum in Dei via proficitur. c. 2. v. 1.

Et accedens tentator. Vt amicus fieret: nam dæmon fit amicus hominis, cum eum allicit blandis suggestionibus ad peccandum. cap. 12. num. 53. & cum sit serpens astutus. cap. 5. num. 44. resistendum eius tentationi. cap. 2. num. 60. nam vitæ voluptatibus peccata circumtegit. cap. 9. n. 72.

Et accedens tentator. Nemo in vita tentationibus liberatur. cap. 1. num. 96.

Et accedens tentator, dixit ei: id est, bellum indixit; nam tentatio idem quod bellum. cap. 2. nu. 8. Quare permittit Deus fideles tentari & vexari. c. 2. n. 30. quia qui suffert tentationem coronam accipiet. c. 2. n. 63. Et ne succumbat tentationi, finem victoriæ debet respicere. cap. 2. num. 5.

Et accedens tentator. Ipse accessit, non accersitur, nam tentationes non accersendæ. cap. 3. nu. 126.

Dic vt lapides isti panes fiant. Lapides pro panibus offert, vt ostendat diabolus se lapidem in duritia esse. cap. 3. num. 123.

Dic vt lapides. Si per lapideos panes libido intelligitur: nam hæc panis absconditus vocatur: dicemus libidinem vt peregrinum voluisse apud Christum diuersari, sed non potuit: nam in eo, qui castitatem seruat libido peregrinus dicitur. cap. 11. num. 243.

Non in solo pane viuit homo. vide cap. 11. n. 61. & præcipue. cap. 5. num. 69. quia verbum quasi granum sementis. cap. 4. num. 129. Verbum Dei nutrit sicut manna. cap. 5. num. 69.

Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. à Deo omnia expectanda: nam quærentes Deum non derelinquuntur ab eo. cap. 2. num. 76. & semper est Deus promptus ad beneficia elargienda. c. 3.

num.25. & cap.4. num. 97. Nam ipse est fons & origo omnium bonorum,& suppeditator eorum. cap.11. num.98.

Sed in omni verbo. Verbum Dei gladius exactus. cap.1. num. 58.

Et stauit supra pinaculum templi. cap.9. num. 75. Præfecturas & dignitates fugiamus vel oblatas. cap.7. num.23. & 24. Ruinæ enim proximus est, quem non Deus, sed diabolus ad fastigium euehit. cap.7. num.24. Quare nemo nisi rogatus dignitates accipere debet. cap.7. num. 25. Iussu autem superiorum potest quis illam accipere.cap.7. num. 37. & cap.11. num.36. Itaque nullus debet se indignitatem intrudere. cap.11. n.36. Quia qui ex vili sede ascendunt ad dignitatem, facile euanescunt & ruunt. cap. 11. num.41.

Et ostendit regna mundi. Cum diabolus ostendit Christo regna mundi,diuinitatem eius affectauit. cap.10. num.28.

Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Esto dares, quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur; animæ vero suæ detrimentum patiatur. cap. 10. num.87.

Dominum Deum tuum adorabis. vide cap.7. n.71. Quod Deus adorandus & timendus sit, vide cap.1. num.53. & cap.2.num.87. vide etiam verbo *Deus*, & *Timor*.

Et illi soli seruies. vide cap.6. v.25. & v.26.

Tunc reliquit eum diabolus. Quia Christus victoriam reportauit, relictus est à diabolo; quare ne succumbat homo tentationi, finem victoriæ debet respicere. cap. 2. num.5. vide cap.2.num.124. & cap.11. num. 95.

FERIA IV. POST DOMINICAM PRIMAM Quadragesimæ. ex Matth.12. vers.38.

Magister, volumus à te signum videre. Hi legati accedunt ad Christum verbis adulatoriis, vt, quod desiderant, à Domino consequantur. Adulatores cauendi, quia non amici, sed hostes sunt. cap.12. num. 52. Adulatio enim similis modulationi. cap. 12. num. 59. Scribæ, & Pharisæi adulatores erant: & sicut adulatores verbis dulcibus decipiunt eos, quibus adulantur; sic isti Christum decipere conabantur. cap.12.num.65.

Magister, volumus, &c. Stulta est hæc vox atque impia, quæque perditionis sit ianua: totius enim salutis summa est, diuinæ humanam subdere voluntatem, nec nisi supra diuini placiti fundatum aliquid velle. In prologo num.12.

Volumus. Accedunt propria armati voluntate, quibus armis nihil efficere poterant. Voluntas propria instar equi indomiti. cap. 8. num. 78. Grande malum propria voluntas. Vide cap. 3. num. 148.

A te signum videre. Volunt curiosa scrutari, & sic non assequuntur quod petunt. cap.3.nu.99.& deinceps.

A te signum videre. Signa hic desiderant, qui alibi multa fatentur & dolent, scilicet hoc inuidiæ ingenium est dolere de aliena prosperitate. cap. 9. num. 74.

Volumus à te signum videre. Multum deferunt arbitrio & voluntati, cum tamen nihil sine Dei gratia & sapientia fieri possit. cap. 1. v. 1. & cap. 6. num. 162. & cap.11. num.134.

Volumus. Hi beneficia Dei accuperant, & diuina misericordia freti, ea abutebantur. cap. 5. num.28. & 29.

Generatio mala,& adultera, signum quærit, & signum non dabitur ei. Quia vitio curiositatis inquinati accesserant Scribæ & Pharisæi,à Domino reprehenduntur. Curiositas reprehenditur. cap.3.nu.102. Taxatur inquisitio curiosa in operibus Dei.cap.3. num.104. Vide de hac materia c.3.n.108.& 113.

Generatio mala & adultera. id est, erant filij earum, qui transgressi sunt legem Domini. cap. 5. num. 52.

Generatio, &c. Quid refert è optimis patribus vos fuisse progenitos;si in Deum animarum sponsum perfidi estis. Si filij Abrahæ estis, &c. cap. 8. num. 24.

Generatio,&c. Concionatores debent libera voce reprehendere. cap.8. nu. 55. & debent officio suo dormientes in peccatis excitare. cap.11.n.14.

Generatio,&c. Deus in alios peccatores mitissimus: nam non eleuabit, nec audietur vox eius foras. cap.2. num.75. Fulgurat in superbos, qui contra omnipotentem roborantur.cap.2.nu.155. & cap.5.num.11. & cap.10. nu.121.vide cap.10. nu. 126. superbia Deo & hominibus Stimachum mouet.vide cap.3.v.30.& verbo *superbia*.& cap.6. vers.2. & 3, & cap.10. num. 56. 57. 58. 59. Deus comprimit spiritus magnatum.cap.10.num.63.

Nisi signum Ionæ Prophetæ. Dum punit Deus consulit. cap.2. v.23. & cum irascitur misericordiam facit. cap.2.num.91. & 133.

Viri Niniuitæ. Jure pœnitentes viros appelllat. Peccatorum confessio multum prodest ad salutem. cap.4. v.31.

FERIA VI. POST DOMINICAM PRIMAM Quadragesimæ. ex Ioan.5. vers.1.

Erat dies festus Iudæorum. Cum suscepisset Ioannes narrandum miraculum,quod fecit Jesus,conferens paralytico sanitatem, & veniam peccatorum tribuens, mentionem festi Judæorum facit, significans, beneplacitum esse Domino super eos, qui sperant misericordiam eius. c. 2. n.58. & quia promptus ad beneficia elargienda. cap.3.num.25. & nihil sublimius in principe splendet, quam benefacere instar solis. cap.10. num. 17. & esse baculum reipub. cap.11. n.22. vide cap.4. n.38.

Probatica piscina quinque porticus habens. Domus hospitalis pro pauperibus. Hospitalitas exercenda. cap.11. num. 215. Fons diuinæ pietatis omnibus patet. cap.12. nu.6.

Probatica piscina. Hæc significat sacramentum baptismi, quod est sacramentum illuminationis. cap.4. num. 99. & significat pœnitentiæ sacramentum, in quo homo renouatur. cap.4. n.100. vide verbo *pœnitentia*.

Quinque porticus habens. Vt quoscumque capiat ægrotos: non discutiendi pauperes,sed omnes recipiendi. vide cap.3. v.1.2.3.4.5.

Multitudo languentum. Quid mirum hunc hominem periculosum morbum contraxisse, qui inter languidos degeret. Societas malorum multum nocet. cap.7. n.9. & 102.

Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam. vel secundum opportunitatem, vt noueris tribulationem medicamentum esse à Deo appositum,quod definitum habeat tempus ad sanitatem asserendam. Quare scite Ecclesiasticus. cap.2. vers. 1. *Præpara animam tuam ad tentationem.* & vers.2. *Deprime cor tuum, & ne festines in tempore obductionis.* & vers. 3. *Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in humilitate tua patientiam habe.* id est, ne festines vt tribulationis tempus importune decurrat, sed opportune,&c. vide ibid.

Angelus

Angelus autem Domini, &c. Magnificienda salus hominis, propter quam magni consilij Angelus mouetur, & terra. cap.8. num. 27. & prætium animæ sanguis Christi. cap.1. num.75.

Erat autem quidam homo ibi. Homines facile detrectant remedium salutis, quia execrantur sapientiam Dei. Homo enim animalis non percipit quæ Dei sunt. cap.1.num.148.& peccatores execrantur culturam Dei. vide cap. 1. v.32.

Triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Si sanitatem accepit paralyticus, cum ei dixit Christus secundum Toletum. *Ecce sanus factus es*, &c. quasi eo vsque in peccatis durauerit: pende tribulationis bonum, quæ hominem tandem ad bonam frugem reduxit. Per tribulationem enim Deus peccatores ad se conuertit. cap.2. num.90.

Triginta & octo, &c. Consuetudo peccandi in noua peccata pertrahit. cap.3.num. 139. Consuetudo potest ad familiare vitium trahere affectum. cap.7.num.13.longa consuetudo est altera natura. cap.10. nu.98. Vincere consuetudinem dura est pugna. cap.10. num. 99. Tandem consuetudo moles grauissima mentem deprimit in profundum. cap.12.num.13.

*Triginta & octo.*Patientia paralytici considerandа,quæ meruit diuinam misericordiam.c.2.n.61.

Triginta & octo. Expectandus Deus in tribulatione. cap.2. nu.29. Tribulatio patientiam operatur. cap. 2. num. 43. Cum quis à tribulatione conteritur, conatur spem Deo auxiliatori conijcere. cap.2.n.64. Probat Deus homines igne tribulationis. c.2. n.42. Tribulatio supplicium peccatorum. cap.2. num. 90. Iustorum patientia in tribulationibus. cap.2. num. 27. In tribulationibus iustorum videtur Deus dormire. cap. 10. num. 203.

Triginta,&c. Peccatum subito excutiunt iusti, cum peccatorum pœnam recipiunt. cap.3.nu.23.

Triginta, &c. Laboribus nos trahit Deus ad pietatem. cap.1. num.46.

Triginta,&c. Peccatum sui penam infert. cap.7. vers.1. vide verbo *peccatum*.

Hunc cum vidisset Iesus. In tempore tribulationis speciosa est misericordia Dei. cap.2.num.89.

Hunc cum vidisset Iesus. Hic paralyticus expectabat Dei misericordiam, & tandem optatam salutem recepit. Sperantem in Domino misericordia circumdat. cap.2.n.57. Dei misericordia non potest esse otiosa. cap.2. nu.91. vide cap.4. nu.89. & cap.11.num.45. & 87. & 89.

Hunc cum vidisset. Prius Christus oculos coniicit in paralyticum pauperem. Misericors pauperem suis oculis præuenit vt benefaciat.cap.4. num.9.

Hunc cum vidisset. Oculos intendere,indicium est miserationis.cap.4. nu.7.vide c.11.n.88.89.179.

Vis sanus fieri? Non prætereunda occasio subueniendi pauperibus,quia qui eleemosynam porrigit, beneficium accipit. cap. 4. v. 8. & cap. 12. num. 11. vide verbo *Eleemosyna*.

Domine, hominem non habeo. Deus est, in quo confidentia nostra solum reponēda est.c.11.n.172. & ipsi fidendum,quia non fallit. cap.2.num.136.

Hominem non habeo. Deus desperatis rebus præsto adest, quia pius & misericors est. cap. 2. v.15. vide cap.2.num.26. & cap. 4. nu. 82. & cap.12. num. 50. Deus præstat auxilium confidentibus. cap.2. num.49.

Hominem non habeo. Ac si diceret: non habeo fideiiussorem, qui pro me soluat: Domine fideiube pro me. vide cap.8. num.65.

Surge, tolle grabatum tuum. in quo iaces. Occasiones peccandi longè remouendæ cap. 3. v. 27.

Surge tolle. Pœnitentia non differenda, sed statim efficienda. cap. 5. num. 39. & 41. Mora in agenda pœnitentia periculosa. cap. 5. num. 46. Deus hominem ad pœnitentiam adducit. cap. 3. num. 120.

Iam sanus factus es, noli amplius peccare. Post lapsum, & veniam non adiiciendam peccatum. vide cap. 2. num. 61. & cap. 5. num. 27. & cap.7. num. 52. & 53. Peccatum enim quod pœnitentia non diluit, aliud attrahit. cap.3. num.141. Tandem non fidendum in propitiatione peccatorum, vt alia addantur. cap.5. num. 23. & non alliganda duplicia peccata. cap.7. num.51.

Ne deterius aliquid contingat. A repetito peccato nos debet supplicium deterrere. cap.7. nu.53.

Noli amplius peccare, ne deterius, &c. Non datur licentia peccandi,quia peccator largitione tolluntur. cap.7. num.61.

Ne deterius. Cauenda recidiuatio in peccatis. Vide cap.3. num. 23. quia vnum peccatum aliud ad se trahit. cap.3. num.139. & peccatum comitatur pœna peccati. cap.5. num.16.

Ne deterius. Ex aliorum lapsibus nos Deus cautiores facit. cap.3. num.23. & cap.5. num.49.

Ne deterius. Qui in pristina peccata recidit, grauius malum accersit. cap. 5. num. 27.

Ne deterius. Nil deterius quam peccata peccatis adiicere. cap.7. nu.53. vide cap.7. vers.17. & 18.

DOMINICA II. QVADRAGESIMAE ex Matth. 17. vers. 1.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, &c. Nemo nisi rogatus dignitates accipere debet. cap. 7. num. 37. Nullus debet se in dignitatem intrudere. cap. 11. num. 36. Iussu superiorum, potest quis dignitatem accipere. cap.7. num.37. Ad nullum dignitatis fastigium perueniendum nisi per merita. cap. 7. vers. 4. Ergo honorem nemo potest sibi arrogare, nisi vocatus à Deo. cap. 11. num. 36. Per virtutem fit transitus ad honorem. cap.11. num.37.Ideò dolet Salomon honores delatis esse ad indignos cap.11. nu. 40.

Assumpsit. Vt per illud breue temporis spatium beatitudine fruerentur, & colligerent supernaturalem eius dulcedinem nullam habere comparationem. cap.11. num.20.

Et duxit illos in montem excelsum seorsum. Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ. Apprehendit eos, & duxit in domum deliciarum. cap. 4. num. 142. Christus præit, quia dux futurus erat. cap. 4. num. 59.

Duxit illos. Vt gloriam emerent, gloria enim cum labore emenda, quia venalis est. cap.6.n.85. & non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, &c. ibidem. Comparationem venationis ardearum ad gloriam aucupandam accommodatam: vide cap.7. num.222.

In montem excelsum. Quod magno labore acquiritur, maiori studio seruatur. cap. 6. nu.120. Bonorum laborum glorioſus est fructus. cap. 11. num. 134.

Et transfiguratus est ante eos. id est, gloriam illis communicauit, vt temporales pœnas despiciant, eas cum æterna gloria conferentes. cap.11. n.170. vide eodem cap.11. num.19. & 20.

Et transfiguratus est. Christus transfiguratus lignum erat paradisi, vt protegeret suos tanquam arbor deliciarum. cap.6. num.128.

Et transfiguratus est. Vt ostenderet, se habere perfectam prosperitatem & felicitatem. cap. 10. n. 38. quia erat verus deliciarum paradisus. c. 10. n. 102.

Et transfiguratus est. Ostentans gloriam suam, quam suis largiturus erat: quasi multa diademata habens in manu sua. cap. 10. num. 27.

Et transfiguratus est. Christus in Transfiguratione humilitatem ostentauit. cap. 11. num. 5. Sed humilem Iesum extollit Sapientia. ibidem. Ideò exemplum fuit humiliationis & exaltationis. cap. 11. num. 92.

Et transfiguratus est. Vt discipuli inebriarentur vino spirituali, & idonei redderentur ad humanas actiones. cap. 1. num. 127. Hæc enim inebriatio facit, vt quis voluptatum sæculi infundat obliuionem. ibidem.

Resplenduit facies eius sicut sol. Quia Christus lux est, & splendor lucis æternæ. cap. 11. num. 123.

Et apparuerunt eis Moyses & Elias. Moyses propter mansuetudinem. cap. 1. nu. 182. & cap. 3 nu. 81. & Deum inuisibilem tanquam videns sustinuit. cap. 2. num. 19. & cap. 9. num. 92. & quia magis æstimauit affligi cum populo Dei, quam thesauros Ægyptiorum. cap. 1. num. 162.

Et Elias apparuit, quia Deum inuisibilem in corde & in mente gessit. cap. 9. num. 92.

Cum eo loquentes. quasi consilium petens ab eis omnia agenda cum consilio. cap. 6. v. 6.

Cum eo loquentes. Nempè de excessu & morte, vt Lucas animaduertit. Quia calix passionis dulcis fuit Christo Domino. cap. 11. num. 96. & quia mortem subiturus erat adactus amore. cap. 11. num. 207. vide cap. 11. num. 5.

Bonum est hic nos esse. Christo amore inebriatus exclamauit, se velle in hac gloria perseuerare: quia amor Dei corda possidet. cap. 2. num. 66. & extremum in amore est viuere in eo, quem amat. cap. 4. num. 54.

Bonum est, &c. Amoris ignis sæpè manifestatur per verba. cap. 9. num. 48. Præ amore Dei cuncta despicienda. cap. 10. num. 179.

Bonum est. Qui cælestia gustauit, terrena despicit, & mortem exoptat. cap. 7. num. 222.

Nescions quid diceret (vt addit Lucas 9. v. 33. quia beatitudo laboribus & virtute venit, & ante datum pretium, cælum affectabat. cap. 6. num. 85. Et quia nemo potest in vtroque sæculo consolari. cap. 2. num. 102.

Hic est filius meus dilectus, Humilem Iesum & humiliatum extollit diuina sapientia. cap. 11. nu. 5. vide cap. 2. v. 9. & 11.

Hic est filius. Christus Dominus proprio honore decoratus à Patre. cap. 10. num. 40. Super illum requieuit Deus propter humilitatem. cap. 10. num. 213. & quia addictus est voluntati Patris. cap. 9. num. 86.

Ipsum audite. Quia prædicabit, quæ à me audiuit & didicit. cap. 11. num. 61.

Nemini dixeritis visionem. Docet discipulos consolationes Dei, non euulgare; sicut apes, quæ opus suum non ostentant. cap. 10. num. 262. Simul causa propter quam visio non euulganda esset ea fuit, ne alij discipuli inuidiæ stimulis disrumperentur. vide verbo *inuidia.*

FERIA IV. POST DOMINICAM SECVNDAM Quadragesimæ. ex Matth. 20. vers. 17.

Vide Dominicam Qninquagesimæ, vbi eadem materia inculcatur.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secreto, &c. Optimum molestiarum leuamen fidum habere amicum, cui in omni fortuna pectus tuum aperias. cap. 6. n. 31. & 53. vide verbo *Amicitia.* Christus verus amicus. cap. 9. n. 55.

Secreto. Secreto alloquitur, quia Sacerdotem crimina erat adducturus, summa enim veneratione honorandi erant. vide cap. 7. à num. 172. Hinc est quod cum secretum non reuelandum sit, nisi fidelitatem experiamur eius, cui committimus, Christus Dominus reuelauit discipulis, quibus secretum committere poterat. cap. 6. num. 33. & 34. vide cap. 8. num. 88. 90. 92.

Ad illudendum, & flagellandum, &c. Tanti à Deo hominis anima fuit, vide quam sit immensum eius pretium. cap. 1. num. 75. cap. 10. num. 87.

Tunc accessit mater filiorum Zebedæi. De cura parentum circa educationē filiorum. vide c. 7. v. 25.

Tunc accessit. Vt simularent filij ambitionem suam nolentes se candidatos haberi; quia ambitio criminosos facit. cap. 7. num. 25.

Adorans, quasi adulatrix, vt quod postulat consequatur. Adulatores verbis dulcibus decipiunt. cap. 12. num. 65.

Adorans. Multa indigna patitur ambitiosus, vt optatis potiatur. cap. 11. num. 34. & cap. 7. nu. 27.

Petens aliquid ab eo. Ipsa confusse postulat, sed Christus rogat: *quid vis?* id est, signate optata prome. Pensandum quod permittitur, vt promissis stemus. Promissio enim stulta est ea, quam quis implere non potest. c. 8. n. 82. & qui promittit, & non implet instar nubis & venti. ibidem. & iactantia in promissione, signum est, quod non implebitur. ibidem.

Dic vt sedeant. vide cap. 7. num. 27.

Hi duo filij mei. Merita consideranda in electione prælatorum. vide cap. 7. vers. 4.

Nescitis quid petatis. Aliorum facta pie interpretanda. Si factum excusare non potes, in ignorantiam refunde. cap. 11. num. 52. & 67.

Nescitis quid petatis. Quia male parta, vel per ambitionem adepta, possidenti officiunt. cap. 7. n. 26.

Potestis bibere calicem? Mortem propinat eis, qui præfecturas ambiunt: quia difficile sine peccato obiri possunt. Ambitio enim criminosos facit. cap. 7. num. 25. vide cap. 11. num. 96.

Potestis bibere calicem. Hæreditas æterna nomine designatur fæculentæ potionis, quia gloria cum labore emenda. cap. 6. num. 85.

Quem ego bibiturus sum. Calicem Christus non recusauit bibere. cap. 2. num. 34. Quia calix passionis dulcis Christo Domino. cap. 11. num. 96.

Quem ego bibiturus sum. Magnum tribulationis leuamen adesse Christum comitantem eum, qui calicem bibit tribulationum. cap. 2. num. 26. & cap. 4. num. 82. & cap. 12. num. 50.

Possumus. Infracto animo contra difficultates oportet nos esse, quia Deus socius est eius, qui est in tribulatione. cap. 2. n. 27. & eos, qui tribulationibus premuntur, vocat Deus amicos. c. 11. n. 97.

Calicem quidem meum bibetis. Christus sponsus animarum, calicem suum ipsis propinat. c. 11. n. 97

Non est meum dare vobis. Quia Christus in terra erat precator opportunus, & in cælo cum Patre exauditor æternus. cap. 7. num. 93.

Non est meum, &c. Deus tanquam vniuersalis Rex diuidit diademara quibus placet. c. 10. n. 28. Præmium vult Deus per se glorificatori persolue re. cap. 10. n. 167. Deus remunerator reddit vnicuique iuxta opera sua. cap. 11. num. 78. quia debitor est bonorum operum. cap. 11. n. 116. & 126.

Sed

Sed quibus paratum est à Patre meo. Principatus dandus inuitis. vide cap. 7. vers. 4.

FERIA VI. POST DOMINICAM SECVNDAM Quadragesimæ. ex Matth. 21. vers. 33.

Homo erat pater familias, qui plantauit vineam. Bene quidem modo, cum de vinea plantanda & ornanda agitur, & *homo*, & *Pater* inducitur Deus, quia suopte ingenio ad benefaciendum pronus & benignus est. cap. 2. num. 81. & cap. 3. num. 25. & cap. 4. num. 97. Nominatur etiam pater, quia posteà puniturus erat eos, quibus vineam locauit. Deus enim se præfert pius pater in nostra punitione. cap. 10. num. 149.

Qui plantauit vineam. Si per hanc vineam intelligatur anima. Deus est, qui plantauit eam. cap. 4. vers. 12. Nam animus humanus hortus Dei est. cap. 11. num. 107.

Qui plantauit vineam. Significationem huius parabolæ. vide cap. 10. num. 135.

Sepem circumdedit ei, id est, legem, quam oportet illæsam seruare. cap. 2. num. 28. vide verbo *Lex.*

Sepem circumdedit ei. Si maceria rimas facit, tota diruitur vnum peccatum omnium aliorum congeriem secum trahit. cap. 3. vers. 29.

Et fodit in ea torcular. De frequentia Eucharistiæ hic significata. Vide verbo *Eucharistia.*

Locauit eam agricolis. Non dominis, sed operariis. Ministri euangelij meminerint, non ad dominium vocatos, sed ad ministerium. cap. 5. v. 2.

Tradidit eam cultoribus. Vt se exercendo merita cumularent. cap. 1. num. 184.

Qui reddant ei fructum temporibus suis. Exacto examine reddenda est ratio in iudicio. vide cap. 2. num. 18. & cap. 11. num. 183. & deinceps.

Peregre profectus est. Quoniam plus punit, dum castigare differt; est enim patiens redditor. cap. 5. vers. 4. 5, 6.

Peregre profectus est. Derelinquit Deus, vt probet & tentet. cap. 2. num. 78. nam Deus non prius deserit hominem, nisi prius deseratur. cap. 2. num. 78. & cap. 6. num. 123.

Cum tempus fructuum appropinquasset. Tempus fructuum appellat tempus mortis, quod est tempus illationis vitæ. cap. 2. num. 11. & 52. Mors enim instar aquæ saporem bonum & malum accipit ex vitæ vena. cap. 1. num. 92. & cum moritur homo, redditur illi iuxta opera sua. cap. 11. n. 179. 182. 183.

Iterum misit alios seruos. Multa patientia agit Deus, & eo grauius desæuit, quo diuitius distulit vindictam. vide cap. 7. v. 17. & 18. & cap. 5. num. 2.

Iterum misit, &c. Quam patienter! Duplici quidem de causa prima, quia expectat Dominus vt misereatur vestri. cap. 4. num. 9. Altera vt sustentans in multa patientia vasa iræ apta in interitum, ostenderet diuitias suas in vasa misericordiæ. cap. 2. num. 40. & cap. 11. num. 159. & c. 12. num. 22.

Videntes filium, &c. Maius beneficium maiori scelere fœdarunt. Multi impunitatem de diuina misericordia sibi pollicentur. cap. 5. nu. 29. & 32.

Hic est filius; venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem, &c. Auaritia in sæuitiam transit. cap. 8. vers. 3. num. 12. vsque ad 20.

Malos male perdet, &c. vide cap. 10. num. 135.

Auferetur à vobis regnum Dei. vide cap. 10. nu. 68.

Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, &c. Humilitas eleuat. cap. 3. nu. 86. & 94. & cap. 10. num. 139. superbia deprimit. cap. 2. num. 36. & cap. 3. n. 146. vide verbo *Humilitas,* & *superbia.*

DOMINICA III. QVADRAGESIMAE ex Luc. 11. vers. 14.

Erat Iesus eiiciens dæmonium. Non distulit Iesus hanc curationem, quia pœnitentia non est procrastinanda. cap. 5. num. 39.

Erat Iesus, &c. Diuinum opus est peccatorem conuertere: quare qui in sacrificium offert peccatorem conuersum Deo, magno præmio decorabitur. cap. 7. num. 194. vide cap. 4. num. 128.

Erat Iesus, Tè *erat,* difficultatem insinuat, quia cum dæmon animam occupat, hominem despicit, habetque ludibrio. cap. 6. num. 23.

Erat Iesus. Non vicariis rem commisit. Prælati & reges per seipsos omnia speculentur. c. 7. n. 138.

Et illud erat mutum. Sensuum exercitium ab homine dæmon sustulerat: quia prohibet nobis semper obtinere salutem. cap. 5. nu. 44. Et constringit corda reproborum. cap. 13. num. 123. & sicut ipse durus est. cap. 3. num. 123. ita homo per ipsum obdurauit. cap. 3. num. 138.

Et illud erat mutum. Confessio peccatorum non dedecori, sed honori danda est. cap. 4. vers. 31.

Et illud erat mutum. Cum diabolus exercitium sensuum & potentiarum tollit, conatur pudorem immittere ad integram peccatorum confessionem impediendam: quare confessio debet esse integra. cap. 4. num. 120. & 139. & non erubescendum humiliter confiteri peccata. c. 4. n. 140. Hinc est quod confessio facienda sit integra, ne iterare eam necesse sit. cap. 7. num. 94.

Et illud erat mutum. Quod significat peccatorem deuenire in profundum peccatorum, tunc enim contemnit, &c, cap. 1. num. 148. & cap. 4. nu. 121. & cap. 10. num. 97. & cap. 11. num. 127. 154. 240.

Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus. vide cap. 4. num. 141.

Et admiratæ sunt turbæ. Ad laudem Dei pertinet confiteri aliquem peccata sua. cap. 4. num. 140. ex confessione sacramentali oritur pulchritudo gratiæ. cap. 4. num. 140. & 142. & 121. Deus præsto est pœnitentibus ad lætificandum eos. cap. 12. num. 17

Cum fortis armatus, &c. Consuetudine armatur peccatum, & forte fit. cap. 3. vers. 26.

Inuenit eam vacuam, &c. Otium odiosum, quia vitiorum seminarium est. cap. 7. num. 97.

Omne regnum in se diuisum desolabitur. vide cap. 2. num. 104.

Extollens vocem quædam mulier. Sapientior scribis, quia bona pars sapientiæ in virtute sita est. c. 1. v. 33

Beatus venter qui te portauit, &c. Mater à filio honoranda in memoriam reuocando dolores partus. cap. 7. num. 165.

Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Factores verbi saluantur. cap. 3. num. 13. vide verbo *Verbum.*

FERIA IV. POST DOMINICAM TERTIAM Quadragesimæ. ex Matth. 15. vers. 1.

Quare discipuli transgrediuntur, &c. Detractores & inuidi dolent, si quem iustè operantem viderint. cap. 9. num. 74. & cap. 11. num. 219. & c. 12. num. 38. illi enim maxime inuidentur, qui virtutibus florent. cap. 12. num. 39. Detractio est flagellum linguæ. cap. 11. num. 226.

Quare discipuli tui, &c. Christo hæc obiiciunt, vt eum stimulent ac lædant. Sane ita euenit, adeò

adeò enim ſuorum amans Deus eſt, vt qui illos læſerit, ipſum etiam lædere videantur. c. 2. n. 108. & cap. 10. num. 176.

Quare diſcipuli, &c. Chriſtum vt magiſtrum accuſant, quod ſubditorum peccata à prælatorum vel principum exemplo, ortum ducere videantur. cap. 7. num. 137. & cap. 10. num. 13.

Non enim lauant manus, &c. Prælati, & Eccleſiaſtici viri vel minima errata vitent, quia omnium oculis patent. cap. 7. verſ. 7.

Non enim lauant, &c. Nemo à flagello linguæ immunis. Jdeo lingua ignis vocatur. cap. 8. n. 22. & cap. 11. num. 232. Et lingua eſt ſicut gladius, & ſicut flagellum & telum. cap. 11. num. 220. Nihil autem infælicius, quam electos Dei lingua percutere. cap. 11. num. 226. Et qui citatus eſt in lingua ſua, tamquam torrens omnia rapit. cap. 4. num. 152.

Quare & vos tranſgredimini, &c. Detractores ſoles Deus punire. cap. 11. num. 226. & 230.

Quare & vos. Deus protegit & defendit iuſtos à detractione. cap. 11. num. 126. Vide verbo *detractio*. & cap. 10. num. 208.

Quare & vos. Lingua imprudentis ſubterſio illius eſt. cap. 5. verſ. 15.

Quare & vos. Propriæ famæ inuigilent Prælati, quia per eorum mores vulgus in officio continetur. cap. 10. verſ. 2.

Tranſgredimini mandatum Dei, &c. Hoc mandatum erat in fauorem parentum, & ſacerdotes in fauorem propriæ auaritiæ violare patiebantur, vel potius præcipiebant. De hoc violato præcepto conqueritur Deus. vide cap. 3. verſ. 3. & deinceps. cap. 3. num. 16. & 32.

Honora patrem tuum, &c. Qui parentibus obtemperant, Deum propitium habent. c. 3. verſ. 4. Multa de pietate filiorum erga parentes. cap. 3. verſ. 3. & deinceps.

Irritum feciſtis mandatum Dei. Vocat mandatum Dei præceptum de honorandis parentibus; quia parentes honorari debent fere eodem honore, quo Deus honoratur. cap. 3. num. 32.

Populus hic labiis me honorat. Vide cap. 1. nu. 193. vide de hypocriſi. verbo *Hypocriſis*.

Cor autem longe eſt à me. Grande malum longe eſſe à Deo, qui fons omnium bonorum eſt. cap. 11. num. 96.

Cæci ſunt, & duces cæcorum. Prælatorum vita ſubditis forma eſt. cap. 10. verſ. 2.

De corde enim exeunt cogitationes malæ, &c. cap. 11. num. 120.

FERIA VI. POST DOMINICAM TERTIAM Quadrageſimæ. ex Ioan. 4. verſ. 5.

Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ. ad illuſtrandam eam; quia erat diuinus ſol, & verus princeps, cuius officium eſt vniuerſa luſtrare. cap. 10. num. 17. quia præit in via iuſtitiæ. cap. 4. num. 59.

Erat ibi fons Iacob. Dei filius conſtantem ſe in amicitia præbuit, vt hic oſtenditur, ſiquidem recordatus ſerui ſui Iacob, peruenit ad ciuitatem ſuam, vt beneficus exhiberetur. cap. 3. num. 76. vſque ad 79. quia Deus ſolus fidelis amicus. c. 6. num. 69. & 78. & cap. 9. num. 55.

Erat ibi fons Iacob. Peruenit ad fontem, & ibi ſedebat, vt oſtenderet ſe eſſe puteum & pelagus ſapientiæ. cap. 1. num. 34. & 35. & cap. 3. n. 156. & verum deliciarum paradiſum. cap. 10. n. 112.

Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat, vt peccatores in peccatis venundatos redimat. cap. 10. num. 87. Occaſionem captauit, vt ſalutem conferret. cap. 5. num. 39.

Sedebat ſic. Expectauit Dominus vt eius miſeretur. cap. 4. num. 9. Peccantes Deus miſericorditer expectat. cap. 8. num. 29.

Erat autem hora quaſi ſexta. vide cap. 9. verſ. 23.

Venit mulier Samaritana, haurire aquam. Solent mulieres meretrices quærere perditionem ſuam & alienam. cap. 9. num. 19. & 20.

Da mihi bibere. Exigit à nobis Deus, vt ad petendum nos prouocet. cap. 2. verſ. 12.

Da mihi bibere. Quaſi eleemoſynam poſtulat Ieſus. cap. 3. num. 156. vide verbo *eleemoſyna*, & cap. 12. num. 28.

Quomodo Iudæus cum ſis, bibere à me petis, quæ ſum mulier Samaritana? Quid refert? An me humanitatis lex eiuſdem ſolum regionis homines reſpicit, & non potius cuiuis? dum homo ſit, miſerendum & benefaciendum eſſe præſcribit. cap. 12. num. 4. & 8.

Quomodo, &c. Hereticorum conſortia deuitanda. cap. 3. num. 118. vide cap. 12. num. 57.

Si ſcires donum Dei. q. d. Si ſcires diuinæ benignitatis affluentiam, ſi noſſes diuinæ naturæ bonitatem & ingenium ad benefaciendum ſumme pronum. cap. 4. num. 97. eſt enim fons omnium bonorum. cap. 11. num. 98. & 113. vide cap. 3. num. 25.

Si ſcires donum Dei. q. d. O ſi vocem agnoſceres paſtore & ſponſi, qui de meretricibus virgines facit. cap. 12. num. 17.

Tu forſitan petiiſſes, & daret tibi. quia largus & munificus. cap. 2. num. 81. & ſemper promptus ad beneficia elargienda. cap. 3. nu. 25. & quia abundantia Dei non exhauritur, ſi vaſa ex parte hominum non deficiant. cap. 3. nu. 65. & ſemper expectat, vt miſereatur. cap. 4. num. 97. vultque rogari. cap. 7. num. 57. vide verbo, *Deus*.

Tu forſitan petiiſſes. Mulierem perditam ad orationem prouocat: quia ad impetrandam veniam multum conducit orare. cap. 7. num. 56. & qui orat, gratiam & ſalutem mendicat. cap. 2. nu. 81. & per orationem ira Dei aduerſus peccata flectitur. cap. 7. num. 56. vide cap. 2. verſ. 12.

Et dediſſet tibi. Qui dat parum in eleemoſynam, accipiet multum, cap. 12. num. 11.

Aquam viuam. Si tu aquam mortuam obiecisſes, ille tibi aquam viuam propinaſſet. Scilicet Deus tantum nos pietate & miſericordia ſuperet, quantum maieſtate. cap. 2. verſ. 21.

Qui biberit ex hac aqua, &c. Seipſum forte vocat aquam, & queritur per Ieremiam ſeipſum populum dereliquiſſe fontem aquæ viuæ, vt aquam turbidam biberet. cap. 1. num. 35. vel doctrinam ſuam, quæ aqua appellatur. cap. 11. num. 165.

Domine, da mihi hanc aquam. Aquam gratiæ poſtulat quaſi benedictionem; quia ſcitum eſt, benedictionem Dei in mercedem iuſti feſtinare. cap. 11. num. 161. 162.

Voca virum tuum. Mariti, non domini ſed mariti debent eſſe. cap. 9. num. 11. & 14. vide cap. 7. num. 119. & 120. & cap. 9. num. 5.

Quinque viros habuiſti. Concionatores durius increpent auditores. cap. 8. num. 55. Debent enim officio ſuo dormientes in peccatis excitare. cap. 11. num. 14. & publice peccantes, publice arguendi ſunt. cap. 11. num. 56.

Domine, vt video, propheta es tu. Non erubeſcendum peccata confiteri. cap. 4. verſ. 31.

Mirabantur quod cum muliere loqueretur. Qui vitat pericula, facile declinat: & qui amat periculum, peribit in illo. cap. 3. verſ. 27.

Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum illa? Non temere aliena facta iudicanda. Vide cap. 5. verſ. 16. & cap. 11. num. 55. & 67.

Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem, &c. Jn prologo num. 12.

Reliquit hydriam. Pericula, quæ nos ad vitium inducunt vitanda longiſſime. cap. 3. verſ. 27.

Reliquit hydriam. Semel remiſſa peccata, non repetenda, quia qui renouat peccatum, ingentem Deo affert dolorem. cap. 5. num. 27. vide cap. 7. num. 53. & 60. vide *peccatum*.

DOMINICA IV. QVADRAGESIMÆ. ex Ioan. 6. verſ. 1.

Ambulans Ieſus trans mare Galileæ. Merentur hoc beneficium qui per loca deſerta, & mare amarum, Deum quærunt, quia diuinam miſericordiam conſequentur. cap. 2. num. 89.

Sequebatur eum multitudo, &c. Jmperfecta multitudo Chriſtum vtilitatis cauſa ſequebatur. Sunt enim amici, qui ſunt ſocij menſæ, &c. cap. 6. num. 48. & 50.

Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, & vidiſſet. Cap. 4. num. 10. & præcipuè. cap. 11. num. 86. & deinceps, vbi agitur de oculis Dei cum homines reſpiciunt in bono.

Cum ſubleuaſſet oculos. Nihil non ſpeculatur prælatus. vide cap. 7. verſ. 24. & cap. 11. num. 88.

Quia multitudo magna venit ad eum. quos fecit diſcumbere. Nihil in mendico diſquirendum niſi naturam humanam & neceſſitatem. Vide cap. 4. verſ. 4. & vide verbo *Eleemoſyna*.

Quia multitudo, &c. Pauperis inopia ad diuitem clamat: vnde Chriſtus non expectat, vt petatur. cap. 4. num. 4. & 9. & 17. & cap. 1. num. 94.

Dicit ad Philippum. Quare diſcipuli non poſtularunt à Chriſto remedium, vt paſceret in deſerto fameſcentes, &c. vide cap. 6. num. 49.

Dicit ad Philippum. Jn ſuis rebus debet homo conſiliarios adhibere. cap. 6. num. 32.

Dicit ad Philippum. Diligebat Chriſtus Apoſtolum, ideoque ab illo conſilium poſtulat. Conſilia fidelis amici delectabilia. cap. 6. num. 70. & 72. & 102. Chriſtus ſolus fidelis amicus cap. 6. num. 69. & 78.

Dicit ad Philippum. Conſilium adhibendum priuſquam res geratur. cap. 9. num. 78.

Vnde ememus panes vt manducent hi. Diligens cura adhibenda prælatis in ſubditos. cap. 7. n. 137. quia prælati in Dei locum ſufficiuntur. cap. 10. num. 173.

Vnde ememus. Res erat ſatis perſpicua & conſulit. Nihil ſine conſilio faciendum. Optimis enim conſiliis multa inſunt emolumenta. cap. 6. n. 72. & 102.

Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt. Pulchre nam ſine Deo quantumcumque congeſſeris, non ſufficiet ad ſatietatem: auarus enim non implebitur pecunia. cap. 10. num. 79.

Date illis vos manducare. Hæc ex alio Euangeliſta, huc inſerenda. Eleemoſyna eſt debitum, quod Deo ſoluunt diuites, & quaſi reſtitutio. c. 3. n. 65. & 66. cap. 4. n. 35. Vide verbo, *Eleemoſyna*.

Facite illos diſcumbere. Viri iuſti ſunt tibi conuiuæ. cap. 9. v. 22.

Erat ibi fœnum multum. Quod carnis petulantiam ſignificat, hanc extinguit qui ſtipem porrigit. cap. 3. num. 154.

Diſtribuit diſcumbentibus. id eſt, porrexit ſtipem fameſcentibus. Vide verbo *Eleemoſyna*. Beneficium epulationis populus Chriſtianus aſſecutus eſt. cap. 9. num. 84. Deus ſemper promptus eſt ad beneficia elargienda. cap. 3. num. 25.

Quantum volebant. Quia Deus ſuas immenſas diuitias oſtentare ſolet. cap. 1. num. 178. eſt enim facile diues, largus, & munificus. cap. 2. num. 81. vide etiam. cap. 9. num. 87. & cap. 11. num. 22.

Duodecim cophinos fragmentorum. Virtus eleemoſynæ, hæc eſt, vt magis accipiat quàm largiatur. vide verbo *eleemoſynæ*.

Et facerent eum regem. vide cap. 11. nu. 22. Chriſtus Dominus prænuntiatus Dominator terræ & rector. cap. 10. num. 29. 30. 31. 34.

Fugit iterum. Vt doceret, non ambiendas ſedes honorificas. cap. 7. num. 29.

FERIA IV. POST DOMINICAM QVARTAM Quadrag. ex Ioan. 9. verſ. 1.

Præteriens Ieſus. Vt verus ſol luſtrans vniuerſa, & vt verus rex lucem communicans. cap. 10. num. 17. quia propenſior eſt ad benefaciendum: cap. 4. num. 97.

Præteriens Ieſus. Omnibus benefaciendum. c. 12. num. 4.

Præteriens Ieſus. Iucundum Deo miſereri. cap. 11. num. 96.

Præteriens Ieſus. Deus occurrit miſeris & ſuccurrit. cap. 11. num. 86.

Præteriens Ieſus. Lapidantium iras beneficio ſedat: quare omnibus benefaciendum etiam pectoribus. cap. 12. n. 8. Et non ſumit vindictam, quia caſtigatio in Deo eſt præter naturam, eſt enim ad miſerendum procliuis. cap. 1. num. 156.

Vidit hominem cæcum. Miſericors pauperum ſuis oculis præuenit, vt benefaciat. cap. 4. num. 9.

Vidit hominem cæcum. Reſpicere Dei eſt miſericordiam exercere. cap. 11. num. 88. & cum reſpicit inopem erigit illum ab afflictione ſua. cap. 11. num. 91.

Quis peccauit? hic, aut parentes eius, &c. Vide cap. 4. num. 21.

Quis peccauit, &c. Iuſtus ſæpius à Deo affligitur, vel vt in officio contineatur; vel vt in virtute creſcat. vide cap. 2. num. 45. & cap. 4. num. 83. & 86. vide etiam verbo *Iuſtus*.

Quis peccauit. Aliquando ex aliquibus parentibus bonis mali filij proceſſerunt. cap. 11. nu. 202.

Quis peccauit. De peccato originali. Vide c. 11. à num. 119.

Quis peccauit. Non facile aliorum famæ detrahamus. vide verbo *detractor*.

Vt manifeſtentur opera Dei in illo. De miſericordia Deus gloriatur, iuſtitiam occultat; pronior eſt enim Deus ad miſerendum, quam ad vindicandum. cap. 4. num. 97.

Vt manifeſtentur. Omnia opera ad Deum dirigenda. cap. 2. num. 51. & laus bonitatis operum refundit in factorem ſuum. cap. 9. nu. 97. At mirabilia Dei magna & inſcrutabilia. cap. 3. nu. 99.

Vt manifeſtentur. Deus ſibi charos probat laboribus. cap. 11. nu. 97.

Vt manifeſtentur. Labores patienter perpeti diuinum quid indicat. cap. 2. verſ. 3.

Me oportet operari opera eius, qui miſit me. Cur non dixit opera mea? erant enim eque ipſius ac Patris opera? Sane vt omnia ad Dei gloriam referrentur, nec quæ ſua, ſed quæ Patris erant conſideraret: nam opera Dei conſideranda. cap. 3. num. 97.

Me oportet operari. Quæsierant discipuli: quis peccauit, &c. quos à curiosis quæstionibus reuocat curiosius disquirentes cæcutiunt. cap. 3. vers. 25. & 26.

Me oportet operari, donec dies est. Breuis vitæ terminus nos cogit celerius operari. cap. 10. vers. 7. 8. 9. Dum enim vita fruimur morti appropinquamus, quæ instar aquæ est. cap. 8. num. 41. Vita mors diffluens. cap. 8. num. 42. Persistendum in bona vitæ institutione. cap. 11. num. 157. Dum quis bene viuit, non veretur ad vitæ exitum peruenire. cap. 11. num. 210.

Me oportet operari. Non debet homo remissus esse in operibus suis. cap. 4. num. 154. Nec cessare à bonorum operum studio. cap. 6. num. 82. Nemo potest operari sine sufficientia gratiæ. cap. 10. num. 197. Dum dies est, exercendæ virtutes. cap. 7. num. 219. vide etiam cap. 2. num. 3. & cap. 4. num. 87.

Donec dies est. Occasio bene operandi captanda est, ne si elabatur, nemo possit operari. cap. 7. num. 107. 108. 109. 110. 111. & cap. 12. num. 6. Occasio salutis captanda. cap. 5. nu. 39. vide c. 4. num. 111. & cap. 12. n. 6.

Donec dies est. Pœnitentia non procrastinanda in mortis noctem. cap. 5. num. 39.

Venit nox, quando nemo potest operari. Refert id potissimum ad damnatos, quibus nulla potestas bene operandi insit. cap. 4. n. 110.

Venit nox, &c. Refero etiam ad diei crepisculum, hoc est ad ipsammet mortis horam. Mors ergo tempus obductionis est. cap. 2. num. 11. In morte enim nihil diuitiæ prosunt. cap. 5. num. 53. Quare memores nos esse debemus tandem morituros. cap. 8. num. 40.

Expuit in terram. Jesus totus salus, cuius vel saliua ad sanitatem valet. in Isag. sect. 4.

Ætatem habet, ipsum interrogate. O malam sæculi prudentiam! veritatem optime norunt, nec eam defendere, aut pro ea verbum vnum loqui audent, ne vel leuem temporalium rerum iacturam faciant: hac sane de causa prudentiam simplicitati dominus commiscuit, ne simplicitas sine prudentia deciperetur, & prudentia sine simplicitate noxia & exitialis esset. cap. 3. num. 77.

Alij nequaquam, sed similis eius est. Tanta debet esse in pœnitente morum mutatio, vt iure quis in dubium vertat, an sit ipse, an alius, pœnitentia hominis in stellas vertit. cap. 1. num. 142.

Credo Domine, & procidens adorauit eum. Fidem suam operibus probat. cap. 1. num. 180.

FERIA VI. POST DOMINICAM QVARTAM Quadrag. ex Joan. 11. vers. 1.

Erat quidam languens Lazarus. Mors sæpe præ oculis habenda. cap. 5. num. 53. Ægritudo docet nos memores esse tandem morituros. cap. 8. nu. 40. Appropinquatio mortis comparatur aquis dilabentibus. cap. 11. num. 144.

Erat quidam, &c. Immittit Deus aduersitatem, vt experiatur virtutem. cap. 4. num. 93. & vt mittat gaudium & exaltationem. vide cap. 1. vers. 19.

Erat quidam languens Lazarus. Celeritatem mortis subinferunt hæc verba, scilicet potentatus, cuius figuram Lazarus sustinet, sibi mortem accersit. cap. 10. v. 11. 12. 13.

Erat quidem. Non est in potestate hominis retinere vitã, cum mors appropinquat. c. 11. n. 102.

Miserunt ergo sorores eius, ecce quem amas, &c. Exploratum habebant Dei, vel Christi conditionem benignam esse, scientes nullum inuocasse eum, & despectum esse. cap. 2. vers. 12.

Miserunt, &c. Cum quis à tribulatione proteritur, conatur spem Deo auxiliatori conijcere. cap. 2. num. 64. In tribulatione miserationis Domini recordari magna consolatio. cap. 2. num. 64.

Ecce quem amas infirmatur. Cum orationi vacatur; non multum coram Deo loquendum. cap. 7. num. 89. 90. 92. Oratio est remedium ad vincendam tristitiam. cap. 10. num. 203.

Ecce quem amas. Conditio Dei est misericordiam afflictis legare. cap. 2. num. 82. Christus in tribulatione est excitandus. cap. 10. nu. 203.

Infirmitas hæc non est ad mortem. Sæpius Deus ægritudines immittit, vt decumbentes visitando iusti proficiant. cap. 7. v. 39.

Sed pro gloria Dei. Dum iusti labores æquo animo tolerant, Deum gloriosiorem ostendunt. cap. 2. vers. 3.

Mansit in eodem loco duos dies. Absens Deus præsentior fit, quia laborantibus adest, etiamsi abesse videatur. cap. 2. vers. 13. Mansit quia delectatur Deus in iustorum afflictione. cap. 4. n. 89. & videtur Deus dormire. cap. 11. num. 203.

Rabbi nunc quærebant te Iudei lapidare. Vide cap. 11. num. 203.

Lazarus amicus noster dormit. id est, mortuus est; quia certum est mortem vocari somnum. cap. 2. num. 11. Mortis meditatio multa bona infert. cap. 5. num. 53. & cap. 8. num. 40. & cap. 11. num. 143. Mors lucrum, non damnum. cap. 2. num. 5. & 31.

Sed vado vt à somno excitem eum. Cum videt Deus iustum cruciari, descendit vt liberet eum. cap. 4. num. 90.

Eamus & nos moriamur cum illo. Vide cap. 6. n. 38.

Domine, si fuisses hic, &c. vide cap. 2. num. 47.

Domine, si fuisses hic, &c. Conqueritur de Christo, quod moras traxerit, cum tamen Deus præsentior sit laborantibus. cap. 10. num. 203.

Credis hoc? Credendus Deus, vt fælicitatis reparationem faciat. cap. 2. num. 47. Confidendum Deo, vt ipse opem ferat. cap. 2. num. 49. Quia protector est exquirentibus se in veritate. cap. 2. num. 92.

Vt vidit Iudæos lacrymantes, lacrymatus est Iesus. vide cap. 7. num. 212.

Lacrymatus est Iesus. Deus miseretur sponte, punit coactus. cap. 1. num. 156. & cap. 4. num. 97. Plorauit quidem Lazarum in signum amoris & compassionis. cap. 7. num. 212.

Tollite lapidem. Peccatum nouum semper pondus importat. cap. 23. vers. 29. & cap. 11. n. 184.

Tollite lapidem. Os aperiendum ad integram confessionem. vide cap. 4. v. 31.

Clamauit voce magna. quia peccator flagellationibus obdurescit. cap. 3. nu. 137. quare arguendi & corripiendi. cap. 8. num. 55.

Clamauit. Lazarus defunctus designabat peccatorem obstinatum: ideò alta voce arguendus; quia peccatores immedicabiles redduntur. c. 10. num. 98.

Lazare veni foras. quasi dicat peccatori: abstrahe te ab occasione peccandi. cap. 3. num. 127.

Et statim prodiit, &c. Conuersio à peccatis non procrastinanda. cap. 5. num. 38. Qui enim tardat conuerti periculum facit animæ suæ. cap. 5. num. 38. 41. 46.

Ligatus pedes & manus institis, & facies eius sudario erat ligata. Sic exiuit de monumento, nihil relinquens, sed omnia portans, quibus sepultus fuerat. Quo peccatores monentur, pignora peccati auferre, cum ad Deum conuertuntur: quia si ea relinquant, iterum ad peccati monumentum redibunt: sunt enim pignora incentiua peccati. cap. 3. num. 128.

Soluite, & sinite abire. Hoc pertinet ad confessores, qui pœnitentes soluunt, & abire sinunt. Quare confessor ignarus & stultus fugiendus, & delectus faciendus de eo, cui aperienda est confessio. cap. 4. num. 140.

DOMINICA V. IN PASSIONE, ex Ioan. 8. vers. 46.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Nihil committendum, quod sit contra conscientiam. cap. 4. num. 111.

Quis ex vobis. Christus Dominus scopus, cui contradicebatur. cap. 2. num. 6. erat enim verus adamas. cap. 3. num. 80. & erat sapientia & virtus Dei. cap. 4. num. 58. & lapis probationis. cap. 6. num. 95.

Quis ex vobis. Moriturus Christus suam innocentiam asserit, quia non est societas Christi ad Belial. cap. 4. num. 104.

Quis ex vobis. Christus præit in via iustitiæ. c. 4. num. 54. Quia lux est, & splendor lucis æternæ. cap. 11. num. 123.

Quis ex vobis. Christus habebat columbinos oculos, hoc est, ab omni labe mundos & immunes, quibus placere peccatum nequaquam potuit. cap. 11. num. 89.

Quis ex vobis. Christus habuit manus tornatiles, hoc est, perfectas, & plenas hyacinthis. cap. 11. num. 99.

Si veritatem dico vobis. Veritas per se emergit, deprimi non potest. cap. 10. nu. 8.

Si veritatem. In defensionem veritatis potest quis cum potentioribus contendere. cap. 8. nu. 5.

Si veritatem dico vobis. Veritas odium parit. cap. 9. num. 72.

Si veritatem. Christus, qui erat verus pontifex in se veritatem portabat, sicut antiquus pontifex in rationali. cap. 4. num. 148. & cap. 11. num. 54.

Si veritatem. Pauci sunt amatores veritatis. c. 7. num. 84. Quare cum Pilatus rogasset; quid est veritas? non expectauit responsum. cap. 6. num. 93. Ideò D. Ioannes Baptista Herodi audacter restitit, quia veritatem defendebat. cap. 8. num. 5. Verbum veritatis non contradicendum. cap. 4. num. 137.

Si veritatem. Concionatores veritatem defendant. Vide cap. 4. num. 147. 148. 149. vide verbo *Veritas.*

Qui ex Deo est, verba Dei audit: ideò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. cap. 3. num. 13.

Qui ex Deo est. Mansuetudo necessaria ad verbum Dei audiendum. cap. 5. num. 65. 66. 70.

Verba Dei audit. Verba, quæ ad vtilitatem non conducunt non audienda. cap. 5. num. 71.

Verba Dei audit. Quia concionator mensa est templi, in qua Deus verbi cibum populo apponit. cap. 6. num. 153.

Verba Dei audit. Factores verbi saluantur. cap. 3. num. 13.

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? Vnde locus? Quid nam vidistis vel audistis quod dæmoniacum aut Samaritanum, & non potius innocentem, sanctum & Dei filium sapiat? Nimirum, non humanis, sed inuidiæ oculis vident fælicitatem alienam. vide c. 12. num. 38. 39.

Ego dæmonium non habeo. Acceptæ iniuriæ condonandæ. cap. 10. v. 6. & num. 52. Princeps non debet suam iniuriam vindicare. cap. 10. num. 44. & 53.

Ego dæmonium non habeo. Mansuetè respondit, quia responsio mollis frangit iras. cap. 6. num. 28. & docet, cum longanimitate dare responsum. cap. 5. nu. 73. & in responsione ostenditur sapientia. cap. 8. num. 52.

Sed honorifico patrem meum. Christus in terra erat precator opportunus, & in cælo cum Patre exauditor æternus. cap. 7. num. 93. Christus Dominus honorificauit Patrem, cum addictus sit eius voluntati. cap. 9. num. 86. Ideò prædicauit quæ à Patre audiuit. cap. 11. num. 61.

Et vos inhonorastis me. Cui honor debetur dandus est. cap. 4. num. 35.

Est qui quærat & iudicet. Deus pronus ad vindicandam miserorum iniuriam. cap. 4. num. 73.

Est qui quærat & iudicet. Vindicta ad Deum pertinet. cap. 7. num. 104.

Tulerunt ergo lapides, &c. Efferi homines, qui neque blandis verbis molliri possunt. Mollioribus verbis vel inimici deuinciuntur. cap. 6. n. 27.

FERIA IV. POST DOMINICAM PASSIONIS ex Ioan. 10. vers. 22.

Facta sunt enœnia in Ierosolymis. Moriturus iam Christus enœniorum festum adest, id est, renouationi: quia ad mortem vsque oportet in virtute crescere. Jdeoque dum vita est exercendæ virtutes. cap. 7. num. 219. Quare in suscepta virtutis via perseuerandum. cap. 11. num. 147. & 152. vide cap. 2. num. 53.

Facta sunt enœnia. Templi renouatio & restauratio celebrabatur, quia templum senuerat, quod abumbrabat, homines senescere in virtute, & oportere excitari à somno, in quo iacent sepulti. Sed cum amor Christi accendit animam, eam excitat à somno, & vigilare facit, vt renouetur. cap. 4. num. 63.

Et hiems erat. Et ambulabat Iesus. Scilicet cogitabundus. Aderat Christus vt præceptum Dei adimpleret: vnusquisque debet cogitare, quæ sibi mandantur. cap. 3. num. 102. Cogitandum semper in eo quod Deus à nobis requirit. c. 11. n. 151. vide cap. 9. num. 91. 92.

Et ambulabat Iesus. Cogitationes Dei superant cogitationes hominum. cap. 11. num. 40.

Et ambulabat Iesus. Deus semper promptus ad beneficia elargienda. cap. 3. num. 25.

Et ambulabat Iesus. Deus peculiariter iustos & protegit, & tutatur. cap. 2. num. 92.

Et ambulabat Iesus in porticum Salomonis. vt vel solo vultu pellet templo negotiatores; societas sanctorum virtutem auget. cap. 6. vers. 36. Malorum vero multum nocet. cap. 7. num. 9. 11. 13. 14. & 102. & cap. 8. num. 77.

Et ambulabat Iesus. Sapientia & prudentia principis protendit regnum suum. cap. 10. num. 9.

In porticum Salomonis. Non equidem porticum Salomon fecerat, sed Zorobabel, qui templum restaurauerat: quippe priorem porticum iam olim destruxerant Chaldæi; at enim bonorum la-

borum adeò est glorioſus fructus, vt nulla poſſint obliuione deleri, &c. cap. 11. num. 134.

Circumdederunt eum, &c. id est, deambulantem quaſi facto muro concluſerunt. Hos imitantur, qui abdita myſteria curioſius rimantur. Arcana myſteria non diſcutienda. cap. 3. verſ. 14. 25. 26.

Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, &c. Veritas ingrata impiis. cap. 7. num. 84. Quare cum rogaſſet Pilatus: quid est veritas? non expectauit reſponſum. cap. 6. num. 93.

Opera, quæ ego facio. Non ceſſandum à bonorum operum ſtudio. cap. 6. num. 82. vide cap. 11. num. 202.

Oues meæ vocem meam audiunt. En filiorum Dei characterem, ad vnam tantum illius vocem prompros & alacres accurrere ad obtemperandum. cap. 4. num. 44.

Oues meæ, &c. Obedientes peculiariter Dei filij. cap. 3. verſ. 8. De obedientia legis Domini. cap. 4. verſ. 5. & cap. 11. num. 148.

Cognoſco oues meas. Diligens cura adhibenda prælatis in ſubditos. cap. 7. num. 137. Ideò bonæ vitæ exemplum ſubditis præbeant. cap. 10. num. 14.

Et non rapiet eas quiſquam de manu mea. De induſtria non dixit, & nemo exiet de manu mea, quippe diuinæ inſpirationi homini liberum est diſſentire ſi velit, ſed *rapiet*. Ergo illud à nobis exigitur, vt intra Dei manum nos contineamus: ipſe enim neminem deſerit, niſi prius ab illo deſeratur. cap. 2. num. 78. & cap. 6. num. 123.

FERIA VI. POST DOMINICAM PASSIONIS
ex Ioan. 11. verſ. 47.

Colligerunt Pontifices & Phariſæi concilium. Facile Pontifices, & Phariſæi inter ſe conueniunt, atque conſpirant; quia ſuperbi ac inuidi à ſe ipſis perpetuo diſſidentes in bonorum perniciem libenter conſpirant. cap. 11. num. 240.

Colligerunt, &c. Senſim peccatum ſerpit, donec totam rempub. inficiat. cap. 3. verſ. 29.

Colligerunt, &c. Conſilium petendum & recipiendum ex animo. cap. 6. num. 102.

Colligerunt concilium. Vt Ieſum morte traderent. Quid mali conſilium non operabitur. cap. 8. num. 85. cum ſatuis non habendum. ibidem.

Colligerunt, &c. Conſilium adhibendum priuſquam res geratur. cap. 9. num. 78. & 79. ſed cum abeſt diuinum conſilium cuncta conſilia nihili reputantur. cap. 10. num. 179.

Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit? Ergo perſequamur, interficiamus. En inuidiæ ingenium ſignatum, ſiue inſignem perſequi & odio habere: nam inuidia cognata eſt maleuolentiæ. cap. 12. nu. 38. vide verbo *inuidia*. quia ex inuidia & maleuolentia naſcitur triſtitia fælicitatis alienæ. (multa ſigna facit, quæ fælicitatem prædicant) cap. 12. num. 38.

Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. imo ſi male accipitis, ſi occiditis, omnes credent in eum. Labores hominem commendant; & celebrem faciunt: quoniam laborum bonorum glorioſus eſt fructus. cap. 11. nu. 134.

Venient Romani, &c. Ex peccato ſibi ſubſidium parant, cum tamen peccatum ruinam inferat. cap. 3. verſ. 29.

Venient Romani, &c. Qui pecuniis incubat, nollet habere ſocium. cap. 10. verſ. 10. & cap. 8. v. 3. & cap. 11. num. 141.

Venient Romani. Auaritia omnis iniuſtitiæ comes. cap. 10. num. 71.

Venient Romani. Si Dei timorem haberent, gentes non timerent. cap. 1. num. 82. 83.

Cum eſſet Pontifex anni illius. Qui dignitatem prænſauerat, vel potius emerat, merito deſipit & ruit. Qui non iure præfecturam obit, ipſo pondere ruit. cap. 6. num. 95.

Cum eſſet Pontifex anni illius. Hanc aſſignat rationem, ob quam omnes ſententiæ eius ſubſcripſerint, ſcilicet princeps cæco ductu reliquos in ſuam ſententiam pertrahi. cap. 10. verſ. 2.

Vos neſcitis quidquam. Quia veram Sapientiam (quæ eſt Chriſtus) recipere detrectauerant. cap. 1. verſ. 33.

Vos neſcitis quidquam. nempe quia ira in Chriſtum arderis: ad ſapientiam mites apti. cap. 1. verſ. 28. & cap. 1. num. 180. vide cap. 5. nu. 66. & 67.

Expedit vt vnus moriatur, &c. Nemo niſi ex inſidiis veritatem adoritur. cap. 4. verſ. 31.

Expedit, &c. Vide cap. 11. num. 52. & cap. 10. verſ. 1 & 2.

DOMINICA PALMARVM.
ex Matth. 21. verſ. 1.

Inuenietis aſinam. Id eſt, homines in beſtiarum mores conuerſos: peccatores beſtiales dicuntur. cap. 1. num. 148.

Inuenietis aſinam. Euangeliſta notante intrucio quia qui vnum peccatum committit, multis aliis viam pandit. cap. 3. num. 139. & 141. & cap. 4. num. 104.

Soluite & adducite mihi. Ad laudem Dei pertinet confiteri aliquem peccata ſua. cap. 4. nu. 140. & ex confeſſione ſacramentali oritur pulchritudo gratiæ. cap. 4. num. 142.

Et adducite mihi. Pœnitens concipit ipſam pœnitentiam, & ſpiritum ſalutis & gratiæ parit. cap. 1. num. 141.

Et adducite mihi. Pœnitentia eſt veluti oratio cordis vomere mortificationis, vt comedit homo fructus pœnitentiæ. cap. 6. num. 83. 84.

Adducite mihi. Deus hominem ad pœnitentiam adducit. cap. 3. num. 120.

Dicite Dominis. Peccator multis Dominis inſeruit. cap. 10. num. 110.

Quia Dominus his opus habet. Qui ſcit qui benefaciat, inueniet retributionem beneficentiæ ſuæ. cap. 12. num. 4.

Dominus his opus habet. Eget Deus in paupere, vt meritum beneficentiæ creſcat. cap. 9. num. 80. & cap. 12. num. 8. & 9.

Ecce rex venit tibi. quod Chriſtus ſit rex, vide cap. 10. num. 30. & cap. 11. num. 21. 22. & 207. & quod ſit caput Eccleſiæ. cap. 1. num. 27. Prælatus vtilis ſubditis. cap. 10. verſ. 4. Officium enim principis eſt, eſſe baculum reipub. cap. 11. nu. 22.

Manſuetus. Manſuetudine enim ſua vicit mundum, nam nihil manſuetudine violentius. cap. 3. num. 76. Hac virtute amorem Chriſtus conciliauit, nam per manſuetudinem diligitur homo. cap. 3. num. 81.

Manſuetus. Princeps ſubditorum ſuorum verus pater. cap. 4. num. 44. Nam princeps tyrannus inſtar leonis ciues proterit, & conculcat. cap. 10. num. 53. Chriſtus mitis. cap. 3. num. 78.

Sedens ſuper aſinam. En humilitas, en manſuetudo Chriſti. Vide verbo *Chriſtus*, & verbo *Humilitas*, & *Manſuetudo*.

Sedens

Sedens ſuper aſinam. quaſi in throno ſuam maieſtatem oſtentans. cap. 1. num. 54.

Inſuper eum ſedere fecerunt. quandam vim indicat verbum *fecerunt*: nam quaſi inuitus honorem illum, quamuis ephimerum ſuſcepit; vt documento ſit, non debere nos vltro honoribus ac dignitatibus ingerere. cap. 11. num. 36. Nemo niſi rogatus dignitates accipere debet. cap. 7. num. 25.

Plurima turba ſtrauerunt veſtimenta ſua. vide c. 10. num. 40. & cap. 1. num. 58.

Hoſanna filio Dauid. Omnes pene patres apud Maldon. ſic accipiunt hæc verba, vt ſignificent: *Serua nos fili Dauid.* illum, videlicet egregium principis triumphum innuentes, cum ſubditos ſuos pauperes à periculis & morte ſeruat. cap. 4. n. 38. & cap. 11. num. 22.

FERIA V. IN COENA DOMINI
ex Joan. 13. verſ. 1.

Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos. quia Chriſtus diligebat ſuos, inclinatione voluntatis in illos propendebat, vt in finem diligeret. cap. 3. nu. 102.

Cum dilexiſſet ſuos, &c. Quaſi mater diſcipulos diligebat, & obliuiſci non poterat. cap. 4. num. 49.

In finem. id est, vſque ad mortem, vt oſtenderet ſe mortem obire adactum amore. cap. 11. n. 207.

In finem dilexit eos. Ardentem amorem oſtendebat: ideò apparuit Ioanni præcinctus ad mammillos zona aurea. cap. 9. num. 28.

In finem dilexit eos, id eſt, vehementer egregiaque dilectionis ſigna exhibens. Si inquiras, quæ hæc fuerint? Dixerim, non ſolùm lotionem pedum, eſt enim charitatis proprium amatum obſequio afficere. cap. 2. num. 122. Rurſus, extremum in amore eſt, illum viuere in eo, quem amat. cap. 4. num. 54. Ideò ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit in ſignum vehementis amoris. Vide verbo, *Euchariſtia*.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Vide c. 10. num. 28.

Sciens, &c. Chriſtus vt homo habuit perfectam proſperitatem & fælicitatem. cap. 10. num. 38.

Sciens, &c. Data eſt ei omnis poteſtas in cælo & in terra. cap. 10. num. 27. & cap. 11. num. 21.

Sciens, &c. Sapientia ſe transfert in animas ſanctas. cap. 1. num. 38.

Sciens. Notanter dixit Ioannes, *ſciens*: quia ſciebat Jeſus ſe Deum & hominem eſſe, vt ſuam humiliratem oſtentaret, & doceret homines, tunc futuros humiliores, quo ſublimiores. cap. 3. num. 90.

Sciens Ieſus quia omnia dedit, &c. *Surgit à cœna.* Vera Sapientia cum humilitate coniuncta. cap. 11. num. 2. & 3. Humilitas ſupremæ dignitatis ornamentum. cap. 3. v. 20. 21.

Surgit à cœna. Vide multa de Euchariſtia in verbo *Euchariſtia*, quia in hac vltima cœna ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit Chriſtus.

Et cepit lauare pedes diſcipulorum. Chriſtus ſuam humilitatem oſtentauit, vide verbo *humilitas*.

Et cœna facta, iam diabolus, &c. Per peccatum ſacrilegij, quo impius Euchariſtiam temerauit, ad proditionem hominem protrudit. cap. 3. v. 29.

Cum diabolus iam miſiſſet in cor. Principio reſtendum contra tentationes, ne nos quodadmodo poſtea inuitos trahant; qui enim amat periculum peribit in illo. cap. 3. v. 29.

Exemplum enim dedi vobis. Quæ enim Chriſtus teſtamento legauit implere debemus. cap. 11. num. 151.

IN RESVRRECTIONE DOMINI.
Feria II. ex Luc. 24. verſ. 13.

Duo ex diſcipulis, &c. Cum nihil ſit difficilius quam amplexari virtutem, non cedendum difficultatibus. cap. 7. nu. 10.

Ipſa die, ſcilicet proxima diei mortis Chriſti, iam diſcedebant de ſancta ciuitate. Contra eos, qui peccata repetunt vix per pœnitentiam remiſſa. cap. 3. num. 141.

Ipſi loquebantur ad inuicem. Pios ſermones miſcere debemus: nam nullum tempus importunum piis colloquiis. cap. 9. verſ. 23. Amoris ignis ſæpe manifeſtatur per verba. cap. 9. num. 48.

Et ipſe Ieſus appropinquans. Prope eſt Deus, vt eruat à tribulatione. cap. 10. num. 203. & vt miſereatur. cap. 2. num. 81.

Et ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis. Quia Chriſtus ſolus fidelis amicus. cap. 6. num. 69. & 78. & ſocius eſt eius, qui eſt in tribulatione & triſtitia. cap. 2. num. 27.

Et ipſe Ieſus, &c. Pia colloquia Deum trahunt. cap. 1. verſ. 23.

Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem, & eſtis triſtes? Omnia per ſe luſtret prælatus, quæ ad ſubditos pertinent. cap. 7. verſ. 24.

Et eſtis triſtes. Peccata triſtitiam ingenerant. cap. 5. num. 16.

Et eſtis triſtes. Nihil ad leuandam triſtitiam optimo amico opportunius: ideò in anguſtiis amicus explorandus. cap. 6. num. 35. vide verbo *Amicitia*.

Tu ſolus peregrinus es, &c. Vide Pſal. 88. verſ. 9. & Iob c. 19. v. 13. & 15. Super quem D. Greg. 14. Mor. c. 19. & 2. Cor. 5. 6. & Gen. 36. v. 7.

Quibus dixit ille, quæ? Jam quæ ſuſtinuiſti ex tua memoria depoſuiſti? Jtane? tot vulnera, tot ignominiæ, tot cruces, tot mortes excidere potuerunt? O bonum largitorem, qui affluenter dediſti, & non improperas. cap. 1. num. 178.

Quæ? q.d. Quæ ſunt hæc omnia, quæ libenter paſſus ſum, ſi cum cæleſti gloria conferantur? non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, &c. cap. 6. num. 85. & cap. 11. num. 170. & 134.

Quæ? Nonne iuſtum tentationibus concuti neceſſe eſt, vt virtus creſcat? cap. 4. num. 83.

De Ieſu Nazareno, qui fuit vir potens in opere & ſermone. Cur virum & non potius Dei filium nominant? forte ne incideren in manus Judæorum, quia neſciebant quis eſſet. Reprehenſione certe digni, qui veritatem & euangelium erubeſcebant. cap. 4. num. 149. & num. 115.

De Ieſu, &c. De diuinitate Chriſti nihil vel muſſitare audebant præ timore, carpendi qui veritatem non audent publicè profiteri. cap. 4. v. 31.

Potens in opere & ſermone. vide cap. 4. num. 134.

Potens in opere, & ſermone. Opera iure ſermone præponuntur. cap. 1. v. 37. & cap. 4. num. 134.

O ſtulti & tardi corde ad credendum! vide c. 4. v. 33.

O ſtulti, &c. Concionatoris dura increpatio multum valet. cap. 8. num. 53. Quare concionator, qui zelo animarum non prædicat, ſterilis manet. cap. 6. num. 153.

Nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Gloria cum labore emenda, quia venalis eſt. cap. 6. num. 83. & non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ

quæ reuelabitur in nobis. cap.6.num.85. & c.11. num. 170.134.

Nonne oportuit, &c. Iusti in paucis vexati, & in multis disponentur. cap.6. num.86. quare hic castigantur, qui præparantur ad gloriam. cap. 6. num. 125. eorumque vita palmæ comparatur, inferius tactu asperæ, superius fructibus pulchræ. ibidem. Iustus patiens cum recedit de mundo gloriatur. cap.2. num. 31. vide cap.1. vers.29.

Benedixit & fregit, & porrigebat illis. De Eucharistia sermonem esse, meliores interpretes existimant. Vide Maldon. & verbo *Eucharistia.*

Mane nobiscum, &c. vide cap.11. num. 14.

Mane nobiscum, &c. Eleemosyna danda cum alacritate. cap.4. num. 32. & vide verbo *Eleemosyna.*

In Evangelium Rogationum seu Litaniarum ex Luc. 11. vers. 5.

Quis vestrum habebit amicum. Amicitia Dei necessaria, vt Deus orationem exaudiat: quia peccatores Deus non audit, nisi ex misericordia. cap. 4. num. 24.

Quis vestrum, &c. Qui orat, gratiam & salutem mendicat. cap.2. num.81.

Et ille respondens dicat: Noli mihi molestus esse, &c. Christus in tribulatione est excitandus, quia videtur dormire. cap.10. num. 203 Cur autem differat Deus liberationem iustorum à calamitatibus. vide 4. num.90.

Iam ostium clausum est. Deus diuinus cæli ianitor. cap. 7. num. 3. & occurrit miseris & succurrit. cap.11. num.86.

Et si ille perseuerauerit. Deus vult rogari. cap.7. num. 57. & precibus deuincitur. cap.7. num.72. & licet repetitio precum non sit necessaria, vt Deus exaudiat. cap.7. num.91. At vult perseuerantiam in oratione. cap.2. num.82. quia erubescit ab hominibus spectari non fauentem orationi. cap.3. num. 25.

Propter improbitatem tamen eius surget, &c. id est, propter importunitatem. Orationis importunæ effectus. cap.2. num.82. Magni à Deo fit assidua & importuna oratio. cap.3. num.24. Ideò lucta Jacob orationis insigne. ibidem. oratio importuna exauditur. cap.3. num. 25.

Petite, & dabitur vobis. Quia omnis, qui petit accipit. cap.2. num.80. & cap.7. num.202. vide de materia orationis verbo *oratio*, & *Deus.*

In die Ascensionis Domini. ex Marc. 16. vers. 14.

Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus & exprobrauit. Christus discipulos increpuit, vt animos compararet ad recipiendam vltimæ visionis voluptatem: post tribulationem enim Deus faciem iucundam ostendit. cap. 1. num. 159. & in fine tribulationis glorificat tribulatum. cap.2. num.30. vide cap.4. num.96. & cap.11. nu.96.

Increpauit. Igne tribulationis excoquit Deus scoriam iustorum. cap. 2. num.42. & quia discipuli receptibiles erant, tribulatione increpationis exploravit, quia homines receptibiles tribulationibus explorantur. cap.2. num.44. & 65.

Increpauit incredulitatem eorum. Voluit culpam incredulitatis increpationis pœna castigare; quia tribulatio supplicium est peccatorum. cap. 2. num. 90.

Et duritiam cordis. Media tribulatione corda Deus confirmat. cap. 5. num. 95. & emollit. cap. 2. num. 120. & cap. 6. num. 162. Deus calamitates immittit, vt cor durum emolliat. cap. 3. num. 121.

Assumptus est in cælum. Apostolos extraxit in montem Olineti, qui mons orationis est; vide verbo *Oratio.*

In cælum. Quia cælum receptaculum est iustorum. cap. 1. num. 130. Ascendit, vt, cum fuisset in terra precator opportunus, in cælo esset cum Patre exauditor æternus. cap.7. num.93. & quia discendit sicut pluuia, non rediit vacuus ad cælum. cap.10. num.40. Ideo in cælo est verus deliciarum paradisus. cap.10. num.120.

Et sedet à dextris Dei. Christus Dominus proprio honore, fuit decoratus à Patre. cap. 10. num. 41. Vbi seniores adorantes mittunt coronas suas ante eum. cap.10. num.42. Humilem Jesum extollit sapientia, id est, Deus. cap.11. num. 5.

Et sedet. Sedens ad dexteram Patris rex regum est constitutus. cap.11. num.21. Christus exemplum exaltationis. cap. 11. num. 92. In cælo est lux, & splendor lucis æternæ. cap.11. num.123.

Et sedet. Vt sit remunerator bonorum operum, & vindex malorum. cap.11. num.178.

Sedet ad dexteram. Sedere ad dexteram, amplitudo honoris est. cap. 12. num. 51. & quia filius Dei, sedet ad dexteram Patris. ibidem.

In die Pentecostes ex Joan. 14. vers. 23.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Amanti naturale est, ei, quem amat, obsequi. cap. 2. num. 122. Amor calcar est ad inuestigandum quod amatur. cap. 6. num. 119. Præ amore Dei cuncta despicienda. cap.10. num.175. Dilectio Dei, & cognitio ipsius inter se vniuntur. cap. 1. num.103. Ideò creatorem debemus ardenter diligere. cap.7. num.178. 179. 181.

Sermonem meum seruabit. Signum amoris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. cap.11, num.116. Quia charitas crescit ex operibus. cap.7. num.215. Et probatio veræ dilectionis exhibitio est operis. cap. 2. num. 123. Vide cap.1. num.174. & cap.2. num.67. & 122.

Sermonem meum seruabit. Qui diligit Deum, timet peccatum. cap. 1. num. 80. ideò est dilectio plenitudo legis. cap. 1. num. 125. & qui diligit Deum legem custodire non recusat. cap.2. n.122. Diligentes Dominum, legem obseruant. cap. 2. num. 126. Quare dilectio annectatur obedientiæ, vide cap.3. num. 6. Dilectio Dei in legis obseruatione consistit. cap.4. num.62.

Et Pater meus diliget eum. Quid: dilexit ne homo prior? Absit, sed ipse prior dilexit nos. cap. 11. num. 115.

Et Pater meus diliget eum. Deus præbet sapientia diligentibus se. cap.1. num.79. Quomodo Deus nos adoptet per amorem in filios, vide cap. 1. num. 137. Deus cor tenerum manifestat, quo diligit peccatores. cap. 2. num. 14. Qui Deum amat, bonus & beatus, quia diligetur ab eo. cap. 2. num. 67. Magis charus est Deo populus suus, quam infans matri suæ. cap. 4. num. 49. Et scit Deus seruis suis mutuam reddere voluntatem & amicitiam. cap.7. num.57.

Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ideò descendit Spiritus sanctus tanquam ventus vehemens, vt vitam Ecclesiæ præstaret. cap. 4. vers. 12.

Et mansionem apud eum faciemus. Anima domus sapien-

tiæ, & sedes illius. cap.1. num. 128. & potentiæ eius sunt receptacula amoris Dei. cap. 1. num. 129. Ideò spirituali nobilitate decoratur. cap. 4. num. 52.

Et mansionem, &c. Felix anima, quam Christus occupat. cap. 6. num. 18. Nam extremum in amore est, illum viuere in eo, quem amat. cap.4. num.54.

Et sermonem, quem audistis non est meus, sed eius qui misit me. Christus prædicauit, quæ à Patre audiuit. cap.11. num.61.

Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, &c. agit de aduentu Spiritus sancti, quem misit Deus, vt homines spirituales faceret, & filios adoptiuos Dei. cap.1. num.137. & daret scientiam & intellectum, quæ sunt dona Spiritus sancti. cap.1. num. 146.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Christus pacem, id est, prosperitatem & benedictionem reliquit. cap.2. num. 114. & cap. 4. num.68. Nihil enim fælicius, quam pace potiri. cap. 6. num.31. vide cap.10. num. 34.

Pacem relinquo vobis. Implet promissionem veteris legis de futura pace in aduentu Christi. cap.10. num. 34.

Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Suscitatus fuerat Christus dominator terræ, vt genus humanum saluaret. cap.10. num.31. & semper addictus fuit voluntati Patris. cap.9. num.86.

In festo Sanctissimae Trinitatis ex Matth. 28. vers. 19.

Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. vide cap.10. num. 27. & cap.11. num.21. Ideò est caput Ecclesiæ. cap.1. num.27.34.35. Quare omnis potestas à Christo deriuatur. cap. 10. num.27. & inde infertur esse verum regem regum. cap.11. num.21. Per hancque omnimodam potestatem in iudicio beabit iustos, & peccatores puniet. cap.11. num.21.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Baptismus est Sacramentum illuminationis, quia qui baptizantur, illuminantur. cap.4. n.99.

De mysterio generationis Christi, & processionis Spiritus sancti, vide cap.1. à num. 9. vsque ad 12. & 19. & 34. & 35. Quomodo Christus viuit propter Patrem, vide cap.9. num.86. Christus lux est, & splendor lucis æternæ. cap.11. nu.123. ideò sedet ad dexteram Patris, quia filius Dei naturalis est. cap.12. num.51. vide cap.10.num.39. & verbo Deus.

Et ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi. Nobiscum est Christus in sacramento Eucharistiæ. vide *Eucharistia.* Promissionem seruauit, cum dixerit: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri.* cap.4. num.18. Futurus erat nobiscum gratiam inspirans. cap.4. num.53. 58.59. & tanquam verus thesaurus. cap.6. num. 65. Et tanquam fidelis amicus. cap. 6. num. 69. & 78. & cap. 9. num. 55. & tanquam lignum vitæ protegens suos instar arboris paradisi. cap. 6. num. 128. Christus sui ipsius homines participes fecit. cap. 9. num. 86.

In festo Corporis Christi. ex Ioan. 6. vers. 56.

Ad conficiendas huius festi conciones possunt deseruire, quæ attinguntur in verbo *Eucharistia*, ne ea hic repetamus; vide etiam verbo *Deus*, & verbo *Christus*, & verbo *Amor*, & verbo *Sacramentum*, & verbo *Corpus*, & cap.4. v. 12. & cap.13. v.3.

FESTA BEATISSIMÆ VIRGINIS DEIPARÆ.

In festo Conceptionis ex Matth. 1.

De labe peccati originalis, vide cap.11. à n.119. vsque ad 122.

De purissima Conceptione B. Mariæ Virginis, vide cap.11. à num.123. vsque ad 126. & verbo *Maria.*

In festo Nativitatis Virg. Deiparae ex Matth. 1.

Maria Virgo nata est Regina mundi. cap.3. num.84. 85.

Cum nata est facta fuit abacus & armarium Dei. ibidem.

Potest Virgo Deipara gloriari se in bonum spectatam esse à Deo. cap.11. num.86.

In festo Annvnciationis. ex Luc. 1. v. 18.

De Incarnatione verbi Diuini in vtero materno, vide cap, 1. à num.57. & num. 70.

De Annuntiatione B. Mariæ Virg. vide digressionem cap. 1. à num.62. vsque ad 69.

De eius humilitate, quæ eluxit in mysterio Incarnationis. vide cap. 3. num. 87.

Maria templum, cuius prælatus est Pater, altare Filius, & canitor Spiritus sanctus. cap. 3. num. 84.

Mariæ humilitas in maiori exaltatione. cap. 3. num. 85.

Cum Maria dixit: *Ecce ancilla Domini*, sublimata est ad dignitatem matris. cap.3. num.87.

In festo Purificationis Deiparae ex Luc. 2. vers. 22.

In festo Purificationis B. Virg. Mariæ, tres virtutes præcipuè inter alias coruscasse videntur, scilicet Humilitatem, Obedientiam, & Castitatem.

Humilitatem ostendit in eo, quod voluerit legi contumeliam puerperarum prædicanti subiici: turpem enim ignominiæ notam inurebant puerperæ, cum se adstrictas purificationi esse demonstrabant. Ergo sanctissima Virgo suam eximiam humilitatem ostentauit, cum legem talem adimpleuit: non enim obstricta erat, quia Virgo intemerata in suo puerperio permansit. Sed quia excellentior erat, ideò humilior, vide cap.3. n.95. vide verbo *Humilitas*, in Indice verborum.

Virtus etiam Obedientiæ emicuit in Maria cap.1. nu.69. nam Deus magni duxit. cap. 3. n.6. & sicut hæc virtus fuit diuini Incarnationis mysterij complementum. cap.3. num.7. Sic enituit hæc virtus in Purificatione Virginis, in qua complementum Jncarnationis dedit. De obedienria legis Domini, vide cap.11. num. 148. & præcipuè. cap.2. vers.10. & 20.

Tandem emicuit in Virgine purissima Virginalis castitas, seipsam sine necessitate purificante: quia forceps fuit carbunculi purgatorij, quo Isaias purificatus euasit. cap. 1. num. 60. Quare comparatur Saphiro gemmæ pulcherrimæ. cap. 11. num.125. vide cap.5. num.25.

In festo Assvmptionis Deiparae ex Luc. 10. vers. 38.

Intrauit Iesus in quoddam castellum. Si per castellum anima intelligatur, anima sedes est & domicilium sapientiæ. cap. 1. num. 128. Felixque anima. quam Christus occupat. cap. 6. num. 18. Quare vocatur prædium Dei. ibidem. Tandem cum Christus habitat in domicilio animæ, iniquitas habitare nequit. cap. 10. num. 111. Animus humanus hortus est Dei. cap. 11. num. 107.

Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Per Martham intelligitur vita actiua. cap. 11. num. 71.

Et huic erat nomine Maria, quæ etiam sedens, &c. Per Mariam denotatur vita contemplatiua. cap. 2. num. 79. Vocat sororem, quia vita actiua & contemplatiua inter se vniuntur. ibidem.

Sedens secus pedes Domini. Hæc positio, orantis & contemplantis est. cap. 2. num. 79. vide verbo *Oratio.*

Audiebat verbum illius. Ad alloquium Dei anima liquefit. cap. 7. nu. 107. Verbum *audire* proprium est orantium. cap. 2. num. 79.

Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Vide cap. 11. num. 71.

Porro vnum est necessarium, &c. Hoc vnum est in amore Dei versari, pro quo cuncta despicienda. cap. 10. num. 179. Et signum amoris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. cap. 11. n. 116. Quare charitas crescit ex operibus. cap. 7. num. 215.

In exeqviis Defvnctorvm.

De hac materia, vide cap. 11. vers. 30. præsertim à num. 203. vsque ad 212. vbi inuenies digressionem pro exequiis defunctorum, vide etiam cap. 1. vers. 13. & 29. & verbo *Mors.*

FINIS.

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA BELLERIANA
PETRI BELLERI.
M. DC. XXXX.